A. I. 15.


Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

סדר נשים

ſive

LEGUM MISCHNICARUM

Liber qui inſcribitur

DE RE UXORIA,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ

Commentariis Integris.

Quibus accedunt Variorum Auctorum Notæ ac Verſiones in eos quos ediderunt Codices.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS TERTIA.



AMSTELÆDAMI,

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

cIↄ Iↄ cc.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI
FRANCISCO MARIÆ
MEDICEO,

S. R. E. Cardinali. S. R. Imperii
Nec non Regni Hiſpaniarum
Protectori Meritiſſimo.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

MAgnifica ſane & ſapienti viro digna præclariſſimi iſtius quondam Conſulis Romani vox eſt, in eo quod dixit, optimam hæreditatem a patribus traditam liberis, omnique pa-

patrimonio præſtantiorem eſſe gloriam virtutis, rerumque geſtarum. Tanto vero majorem, ſi accedat eorum quædam imitatio quorum patres, aut majores aliqua gloria præſtiterunt, & in eodem genere laudis ſtudeant excellere, quemadmodum de Q. Mucio P. filio in jure civili, de Africano Pauli filio in re militari, acceptum narrat. Omnium vero maximam, ſi qui ad eas laudes quas a patribus acceperunt, addant aliquam ſuam, ut hic idem Africanus eloquentia ſua cumulaverat bellicam laudem; & Timotheus clarus ille Athenienſis, fortiſſimi Cononis filius, cum belli laude non inferior eſſet quam pater, ad eam laudem doctrinæ & ingenii gloriam adjecit. Sed quidni de Te uno, Sereniſſime Princeps, harum fortunarum ac illuſtrium virtutum triplicem gradum jure commemorem? utpote qui a talibus in lucem editus es Parentibus, quorum Majores maximarum virtutum primi fuerunt auctores, Poſteriſque ſuis innumerabiles pepererunt felicitates, quas tanquam hæreditates in eos continua quadam ſucceſſione tranſmiſerunt; quarum omnium a teneris potiri, Tibi contigit. Horum vero tam inſignium patrimoniorum Tu non ſolum ditiſſimus hæres, & poſſeſſor opulentus, ſed & amplificator diligentiſſimus per

om-

omnem vitam extitiſti. Nam ſi quis arduam Tuam in Hiſpaniarum longe lateque diffuſo Regno, & in Sacro Romano Imperio tuendo provinciam, humeris tuis quaſi duo ingentia onera impoſita conſideret, & de Tua apud Summum Pontificem Romanum inter Reverendiſſimos Sacri Collegii Cardinales auctoritate, & ſplendore cogitet; quis non mecum fateatur, Te non ſolum Majoribus Tuis non inferiorem, verum etiam ad eas laudes quas ab illis acceperis, addidiſſe aliquam Tuam, atque in dies adjicere, & majorem in modum accumulare! uſque adeo, ut licet Gens Medicea mortalis eſſe debeat, gloria tamen ſua immortalis eſſe videatur! Vera namque gloria radices agere ſolet, atque etiam propagari; ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam eſt diuturnum. Enimvero ipſam Te naturam ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, juſtitiam, liberalitatem, ſapientiam, magnitudinem animi, ad omnes virtutes magnum hominem, & excelſum finxiſſe quis ignorat? Cæſaris Imperium Te ſuſpicit, Hiſpaniæ Te extollunt, Purpurati Patres Collegæ tui conjunctiſſimi Te venerantur, Sanctiſſimus Eccleſiæ Romanæ Parens Te diligit, omnis Hetruria Te

in ore habet, & cuncta denique Te laudibus effert Italia. Quare cum Tu ubique terrarum tantæ celebritatis, & nominis cauſam habeas, & a Majoribus acceptam gloriam huc uſque indeſinenter augeas, & tanquam in clariſſima luce verſeris, ut nullum obſcurum dictum ſit tuum, nec factum; quid mirum ſi ab homine in Batavis degenti, tanto licet locorum intervallo a Tuſcia tua diſjuncto, virtus Tua celebretur? ſi modo celebrari ab ipſo queat. Et quamvis in tantorum imperiorum, populorumque conſervationem Tuam opem & patrocinium implorantium fere quotidiana Tibi agitanda ſint conſilia, ita ut vix tantum otii ſupereſſe videatur ut vel temporis momentum huic literarum generi hactenus in tenebris verſanti, tribuas. Nihilominus tamen, cum non minus Tibi tam Generoſo ac Sapienti Principi, quam alii cuilibet homini propria ſit veri inquiſitio, atque inveſtigatio, certo perſuaſum habeo, quod, cum neceſſariis negotiis, curiſque vacuus es, tum aves aliquid videre, audire, ac diſcere, cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad bene, beateque vivendum neceſſariam ducis. Nullus dubito quin oculos tuos in hæc Miſnica aliquantiſper conjicias, & ipſa vel a limine ſalutare digneris. Nedum

dum

dum ut ægre feras huic Hebraicorum Pandectorum volumini Illuſtre Tuum Nomen præfigi, eique exinde aliquantulum luminis affulgere, quo id illuſtrius in terris fiat. Omnia enim inde ab illo tempore quo Terra Sancta a Romanis devaſtata eſt, ad noſtram uſque memoriam præterierunt ſecula, quibus hoc Sanctiſſimorum rituum corpus una cum auctoribus ſuis quaſi ſepultum jacuit. Nam ab iſto tempore omnium rerum inter Iſraëlitas perturbatio erat, Templo Sanctitatis diruto, Jeruſolyma deſtructa, Altaribus everſis, Sacerdotibus trucidatis, Cultu divino ſublato, populo fugato, totaque Iſraëlitarum regione funditus deleta, ita ut ſimul & doctrinam, Jura, Cærimonias, & veterum Sapientum Inſtituta, atque occultarum rerum declarationes, quas vel e Moſis, vel e priſcorum Patrum ore hauſerant, non tantum deleta, ſed adhuc magis delenda eſſe quoad reſtabant, arbitrati ſint Chriſtiani homines. Licet enim Græcorum atque veterum Romanorum imperia non minus everſa, & ethniciſmus cum omni ſuo cultu idololatrico a primis fidei Chriſtianæ propugnatoribus extirpatus ſit; ſanctior tamen atque inviolabilior apud primævos Chriſtianos remanſit, tum Græcorum, tum Romanorum Antiquitas, Religio, &

 Hiſto-

Hiſtoria. Cujus quidem rei hæc vera ſit ratio, quod pauciſſimi ex Hebræis, contra vero plurimi e Græcis, Romanis, aliiſque populis Jeſum Nazaræum ut verum Meſſiam amplexi ſint. Hos, poſtquam in fide Illius confirmati fuiſſent, & Deaſtrorum cultui in perpetuum vale dixiſſent, natale tamen ſolum quodammodo rapiebat, & ſui immemores eſſe non ſinebat. Hinc ipſis viſum fuit majorum ſuorum monumenta eſſe recolligenda, rerumque geſtarum memoriam efflagitandam, & Jura Gentium denuo in lucem eruenda, ut poſteritas haberet unde addiſceret. Nam & hoc generi humano veluti a natura inſitum eſt, ut neſcio quo modo quiſque libenter tum patriæ, tum majorum, & omnium ab ipſis actorum jucunde meminiſſe velit, licet id modo ad cachinnum movendum fiat. Imo vero nonnulli hæc tantopere depereunt, ut Chriſtianis rebus fere poſthabitis ſe totos veterum commentis tradant. Hinc ea noſtris temporibus in tantas copias accumulata videmus, ut vel ipſorum Ægyptiorum Obeliſcis, & ſine numero ſimulacris noſtra non ſolum exæquari, ſed & longe ſuperare poſſint. Contra vero Hebræorum res literaria multo infeliciora habuit fata, cum illi in priſtina Religione perſeverarint; propterea,

rea, quoties illi ſua Jura, & cerimonias e tenebris in lucem revocare ſtudebant ad ſocietatem ſuam ita redintegrandam, & muniendam, toties ipſis hi conatus interdicebantur, toties quicquid Hebræum eſſet, ſupprimendum erat. Quippe inter Hebræorum libros mere cerimonialem ſcientiam complectentes, atque eos qui Chriſtianam fidem impugnabant, in primæva Eccleſia nulla habebatur diſtinctio, & univerſi ſine diſcrimine reprobabantur, atque veluti holocauſta Vulcano cuidam gentilium Deo conſecrata, iniquis flammis abſumebantur. Poſtquam vero populus Chriſtianus in animum induxiſſet, gentem Hebræam in longinquis barbarorum regionibus diſperſam, in Chriſtianam ſocietatem adſciſcendam, & ſacris ſalutaribus initiandam eſſe. Hinc progreſſu temporis ab Eccleſia Romana ſapienter inſtitutum eſt, ut Judæi homines ſingulis ſuis Sabbaticis diebus ſe in peculiari templo ſiſterent, atque vel e ſuo Moſe & vatibus perciperent, illum quem nos veneramur & colimus Jeſum Chriſtum, eſſe verum Meſſiam, a patribus ipſorum ſatis diu vehementer deſideratum, ideoque jam ſumma æquitate & fide aſſumendum, cum alius poſt ipſum nemo tantis nominibus inſignitus ullo unquam tempore ſit expectandus. Cum itaque priſca

hæcce

hæcce natio ad noſtra Sacra indaganda admiſſa ſit, noſque viciſſim ad illius expiſcanda admittamur, & commercia fere quotidiana invicem ineamus, haud mediocres inde ad nos redundarunt fructus, quorum Tu ex hoc volumine non exigua Tibi conſpicis oblata eſſe ſpecimina. Præterquam quod per univerſum orbem eruditum hodie non deſunt Nobiliſſimi Spectatiſſimique Viri qui hæc ſtudia intelligere cupiant; imo Comites, ac Principes, qui Hebræorum monumenta & ſanctiſſima & utiliſſima habent, atque ut opima quædam ſpolia quaſi in triumphum ducunt, & ſumma cum admiratione ſpectantium oſtentant.

Harum vero rerum omnium Te potiſſimum meminiſſe juvabat, Excellentiſſime Princeps, ſi muneris tui conditionem quo in Sacro Collegio Romæ fungeris, ſi ejuſdem originem altius mecum repetiveris, & Synedrii olim Jeruſolymitani in plurimis cum Romano convenientiam animadverteris. Quemadmodum enim Jeruſolymitanum ſeptuaginta conſtabat Senatoribus, Pontifice Maximo, & Primario ſuo inſtructum erat, qui populo Hebræo ſuas præſcribebat leges, totique Iſraëlitarum terræ imperabat. Eodem fere inſtituto Romanum ſuum habet Pontificem Maximum,

mum, Primarium, Senatoreſque, quos Cardinales dicier primis illius fundatoribus placuit, quorum ope univerſa gubernatur Eccleſia Romana, quibus arbitris terminatur omnis in Cultu Divino controverſia. Et cum Tu ob ſummam auctoritatem merito in eorum numerum dudum cooptatus ſis, Reverendiſſime Cardinalis, qui fieri poſſet ut non lubentiſſime de Tuo, Tuorumque Collegarum ſplendore ac magnificentia cogitares, & quicquid ad Conſeſſus veſtri antiquitatem celebrandam adfertur, non grato animo acciperes? Quapropter per Deum iſtum qui quondam populo Hebræo haſce tulit Leges, qui Moſi juxta ac Septuaginta Senioribus expoſuit earum ſenſum, qui Iſraëlitis eas obſervantibus æternæ vitæ præmium ſtatuit! per iſtum, inquam, Deum qui olim urbem Jeruſolymitanam cæteris totius orbis neglectis ſibi unice elegerat, qui Templum quaſi Divinitatis ſuæ ſedem incolebat, quique Senatui Septuagintavirali præſidebat! Te oro atque obteſtor, ut hi ritus qui ab ipſo Deo Sancti ſunt habiti, atque dicti, a Te non minus ſancti, & habeantur, & dicantur. Hoc ſi præſtiteris, non ſolum ipſi Hebræi, ſed & omnes hiſce literis in variis gentibus nobilitati viri Chriſtiani, de Te ſemper loquentur, neque ulla unquam obmuteſcet vetuſtas. Amſtelædami ipſis Calendis Aprilibus. CIↃ. IↃCC.

** LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

SEcundo volumine iis quæ viros potiſſimum ſpectant officiis in Feſtis cæteriſque in cultu divino rite celebrandis ab Auctore Miſnico collectis, excipit ipſum hocce tertium, in quo plurimi rem muliebrem ſpectantes continentur ritus, quamobrem & סדר נשים *Ordo Mulierum*, ſive *Res Uxoria* merito inſcriptum ſit, quia in eo ut plurimum agitur de Uxorum in maritos mutuis officiis. Rupto enim per immoderatum rationis uſum ſinceri atque integerrimi iſtius priſci amoris vinculo, factum eſt ut e carne & ſanguine compoſitus homo meris ſeſe cupiditatibus dederit, & ob leviſſimam quamque cauſam conjugii liberius ſeceſſionem fecerit, ut omnibus carnalibus deliciis ſe ingurgitaret, animum expleret, corporeoſque ſenſus quantum pote deliniret, conjugium inter duos primævum, myſterioſi atque æterni iſtius cum Deo conjugii ſymbolum perinde habens. Ne autem hocce malum eundo acquireret vires, communiones, ſocietateſque diſturbaret, & commercia hominum inter homines utriuſque ſexus tolleret, viſum fuit humani generis Conditori ſuo in primis populo tanquam legiſlatori omnium optimo officia quædam inter conjuges & conſanguineos proximos præſcribere, quibus & lites & diſſidia componerentur; ſin minus, ut tamquam incurabilium vulnerum cicatrices exciderentur, ne pars ſincera traheretur. Etenim nihil Deo, quod quidem in terris fiat, acceptius, nihil ad humani generis propagationem ſalutarius, nihil ad pacem colendam conſervandamque firmius, quam ſi concilia hominumque cœtus, & præcipue naturalis illa connubiorum ſociatio, ſancta & inviolata conſervetur. Et cum genus fœmininum propter infœcunditatem ſuam aliquando vileſceret apud maſculos, atque hinc humani ſeminis propagatio intermitteretur; placuit Deo hanc ipſis adimere ignominiam, & in levirum iſtum qui fratri ſuo abſque liberis defuncto ſemen ſuſcitare renueret, publicum aliquod exemplum ſtatuere quo ad officium ſuum revocaretur, fratriam cordi haberet, & ſanctum Deo ſemen propagaret, ut non minus a corporibus terreis quam ab animis coeleſtibus ad ipſum redundaret illa gloria quam ab æternitate ſibi deſtinaverat.

Referunt ſcriptores aliquot Hebræi antiquam fuiſſe de leviratu in populo electo conſuetudinem quæ ante latam a Moſe Legem jam obtinuiſſet, ſed tunc temporis aliquantulum collapſam, & propterea a Moſe innovatam eſſe, ut levir fratriæ ſuæ calceum exuendum præberet, ſi affinitatis conjugium inire detrectaret. Quia actiones iſtæ priſcis temporibus perquam ignominioſæ habebantur, ſicuti revera malæ notæ etiamnum inter Judæos habentur. Et quamvis ratio doceat ſecundum & ultimum hujus libri codicem primo loco juxta rerum ſeriem collocandum eſſe, quia ſponſalia & nuptiæ hunc caſum præceſſerint, nihilominus tamen Maimonides putat iſtum qui de Jure leviratus agit, ideo ab auctore præmiſſum eſſe, quia a re neceſſaria potius exordiri voluit, uti eſt exutio calcei, aut conjugium leviratus; cum matrimonium ſit res ſpontanea, & judices neminem ad uxorem ducendam adigere poſſint.

Prima itaque fronte juxta auctoris Miſnici diſpoſitionem hoc in libro ſe offert מסכת יבמות TRACTATUS DE LEVIRORUM IN FRATRIAS OFFICIIS, ſive, de fratris abſque liberis defuncti uxore ducenda, vel de ipſius calceo per illam exuendo; cujus legem nobis deſcripſit Moſes Deuteronomii capite viceſimo quinto, commate quinto uſque ad undecimum: כי ישבו אחים יחדו ומת אחד
מהם ובן אין לו לא תהיה אשת המת החוצה לאיש זר יבמה יבא עליה ולקחה לו
לאשה ויבמה: והיה הבכור אשר תלד יקום על שם אחיו המת ולא ימחה שמו מישראל ואם לא יחפץ
האיש לקחת את יבמתו ועלתה יבמתו השערה אל הזקנים ואמרה: מאן יבמי להקים לאחיו
שם בישראל לא אבה יבמי: וקראו לו זקני עירו ודברו אליו ועמד ואמר: לא חפצתי
לקחתה: ונגשה יבמתו אליו לעיני הזקנים וחלצה נעלו מעל רגלו וירקה בפניו וענתה ואמרה
ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו: ונקרא שמו בישראל בית
חלוץ הנעל:

Quum duo fratres habitaverint unà, atque eorum unus mortuus fuerit ſine liberis, uxor mortui iſtius nulli alieno nubat viro, mariti ipſius frater cum illa rem habeat, illamque

quæ ſibi uxorem ducat, & leviri officium illi præſtet. Fiet poſtea ut primogenitus quem pepererit, conſiſtat in nomine fratris (mortui,) ne ipſius nomen ex Iſraele deleatur. Verum enim vero ſi viro huic non arriſerit fratris uxorem ducere, aſcendet uxor fratris ipſius in portam ad ſeniores, dicetque; RENUIT LEVIR MEUS FRATRI SUO NOMEN IN ISRAELE COMPARARE, NON VULT MIHI LEVIRI OFFICIUM PRÆSTARE. *Tum iſtius urbis ſeniores ipſum vocabunt, & ad ipſum loquentur, ſi perſiſtet in ſententia ſua, dicendo;* NON PLACET MIHI ILLAM DUCERE. *Deinde fratris uxor ad ipſum coram ſenioribus accedet, & calceum exuet a pede illius, atque coram facie illius conſpuet, & reſpondebit, dicetque;* SIC FIAT VIRO QUI NON ÆDIFICAVERIT DOMUM FRATRIS SUI: *& nomen illius in Iſraële vocabitur,* DOMUS DISCALCEATI.

Horum verborum juxta Hebræorum doctores hic ſit ſenſus; per priora verba כי ישבו אחים יחדו *quum fratres habitaverint ſimul*, excluduntur ab hoc officio pater, filius, atque conſanguinei alii. Et e voce יחדו *ſimul* elicitur quod debeant eſſe fratres unius patris unà habitantes, & in hæreditate æquales, qui ſunt fratres a parte patris, non a parte matris duntaxat, quia nomen fratris in efficacia ſua proprie dicitur de fratre a parte patris. Per id quod dicitur אחים יחדו *fratres ſimul*, indicatur quod ambo debeant eſſe in vivis; ſed frater qui poſt obitum fratris natus eſt, non obligatur ad leviratus officium, cum indignum ſit prorſus ut fratria expectet levirum qui naſciturus eſt. Cæterum quando defunctus reliquerit filium vel filiam ex alia uxore, ritus non invenit locum, quia dictum eſt ובן אין לו *& ſi ei non ſit filius*, quod de utroque ſexu intelligendum ſit; nam liberorum horum ope nomen ipſius non poteſt deleri ex Iſraële. Præterea Lex de leviratu non ſolum in uxore jam matrimonio juncta, ſed & in ארוסה *deſponſa* obtinet, quia Deuteronomii capite viceſimo ſecundo commate viceſimo quarto deſponſa dicitur uxor על דבר אשר ענה את אשת רעהו *Eo quod afflixit uxorem proximi ſui.* Si vero levir ſit eunuchus ſive ab incunabulis, ſive caſu, vel ad procreandum ineptus, non tenetur conjugio leviratus; quia dicitur, יבמה יבא עליה ולקחה לו לאשה *levir illius veniet ad eam, atque ipſam in uxorem ſibi ſumet;* quiſquis igitur levir ad procreandum aptus ſit, is fratriam adibit, non qui ineptus eſt. Pariter, ſi uxor infoecunda ſit, vel ad pariendum inidonea, quocunque ſe id habeat modo, juri leviratus ne ſit locus; quia præcipuus illius ſcopus eſt partus, eo quod dicitur והיה הבכור אשר תלד וגו׳ *Et fiet ut primogenitus quem pepererit &c.* Utrum autem leviratus conjugium inire velit, an vero diſcalceationem admittere, in poteſtate leviri, & non in poteſtate fratriæ eſt, quia ſcriptum eſt, והיה אם לא יחפץ האיש *& fiet, ſi noluerit vir*; excipe mulierem. Inſuper fratriæ incumbit ut ſe ad levirum conferat, & non contra; quia ſcriptum eſt, ועלתה יבמתו *& aſcendet fratria illius.* Liquor denique quem fratria coram leviro expuit, merum debet eſſe ſputum, abſque ullo ſanguine commixto, quia dicitur וירקה בפניו *& ſpuet ante faciem illius.* Hæc de ſenſu legis literali dicta ſunto.

Myſticum vero ſenſum prius a Moſe datum & poſtea a priſcis Sapientibus receptum totoque Oriente divulgatum, hunc eſſe perhibent, ut Iſraëlitarum animæ ab uno corpore in aliud migrando magis magiſque perficerentur, & hoc pacto ad æternam ac ſummam beatitudinem conſequendam aptiores redderentur. Cum autem nihil gratius abſque liberis defungenti viro eſſe poſſet, quam ut per fratrem ipſius ſuperſtitem hoc potiſſimum fieret, idcirco fratri imprimis, & porro proximo conſanguineo hanc provinciam demandatam credunt. Nam cum fratris ſuperſtitis genius maximam habeat communionem cum corpore fratris defuncti, ejuſdemque materia, fit ut infans ex uxore illius naſcatur, quæ eſt os ex oſſibus illius, & caro ex carne illius, & e fratre illius qui eundem a patre ortum ducit; propterea a Deo præceptum eſſe affirmant, ne uxor fratris duceretur a quoquam alieno, ſed a leviro potius, qui defuncti frater eſt, ut infans naſciturus non ſolum ex uxore, ſed & ex marito defuncto quodammodo natus videretur, ut & mariti ſuperſtitis natus quod ad corpus, ſed frater patris ſui quantum ad animam attinet. Et quandoquidem major eſt ſimilitudo inter fratres quam inter filium & patrem, alioſve conſanguineos, ideo fratribus tantum præcepta eſt hæc Lex, & non patri; quia tum filius primus qui mortuus eſt, & filius qui naſceretur e fratria, ambo in una verſarentur anima, quod fieri non poteſt, cum unus pater utramque ſubſtantiam proferre nequeat; nam ſi ita fieret, eundem filium bis gigneret, quod abſurdum foret. Sed quoties quis hac in parte lapidem moverit, toties ſibi plurimos obeſſe ſcrupulos, deprehendet; hujus enim materiæ ſenſus præter cæteros abſtruſiſſimus eſt, & vix indagari poteſt, fatente no-

biſ-

biſcum doctiſſimo Abarbanele in commentatione ſua ad hancce legem, ubi & multa alia de anima reduci prolixe adfert, ſed magis ſubtilia & incertis ratiociniis innixa, quam vera ratione confirmata; quæ omnia perſequi non eſt hujus loci. Sufficit me myſticum legis ſenſum juxta Hebræorum hominum mentem brevibus in tuum commodum attigiſſe.

Ratio poſtulat ut de quibuſdam fundamentis quibus ipſe tractatus Miſnicus inſiſtit, ut & de ipſo Diſcalceandi ritu, ejuſdemque jure, paucis dicam. Quatuor igitur in primis hunc codicem legenti obſervanda ſunt fundamenta, quorum primum eſt, quod, ſi alicujus defunctus fuerit frater a parte patris nullo relicto ſemine, ſed aliquot uxoribus, uni ex illis duntaxat calcei extractio, aut levirationis conjugium imponatur, quia Deuteronomii capite viceſimo quinto, commate nono dicitur, אשר לא יבנה את בית אחיו *qui non ædificaverit domum fratris; unam* ergo domum, non duas, vel plures ædificare tenetur. Si vero uni ex illis diſcalceationis opus commiſſum fuerit, vel conjugium levirationis contrahendum, reliquæ ab utraque actione immunes fiunt. Pariter ſi defunctus plures reliquerit fratres, unamque uxorem, vel plures, unus e fratribus officia leviri præſtabit, vel alicui e mulieribus calceum præbebit exuendum. Secundum fundamentum hoc eſt, ſi alicujus frater ſine liberis mortuus fuerit, atque unicam reliquerit uxorem, hæc fratribus idonea ſit vel ad leviratum, vel ad diſcalceationem perficiendam; exempli gratia, ſi uxor mariti mortui ſit filia fratris ſuperſtitis, ſororve uxoris ipſius, hicce frater, cui vidua defuncti prohibita eſt ob inceſtum, conjugium cum illa rite contrahat, quia Lex præcipit Levitici capite decimo octavo, commate decimo octavo, ואשה אל אחותה לא תקח לצרור *Et uxorem cum ſorore ipſius non duces ad afficiendum anguſtia.* Tertium fundamentum eſt, ſi quis fratrum mortuus fuerit, atque aliquot uxores ſuperſtites fuerint, quarum una fratrem vivum proxima conſanguinitate attigerit, tum cum hac uxore prohibita non eſt ipſi integrum leviri officium exhibere; & pari modo neque cum alterutra æmularum, quia dictum eſt Deuteronomii capite viceſimo quinto, commate nono, אשר לא יבנה בית אחיו *qui non ædificaverit domum fratris ſui.* Hæc ex veteri Traditione exponuntur, quod domum quam levir integram ædificare poſſit, ex parte tantum ædificabit; & contra, quam integram ædificare nequeat, eam neque ex parte ædificabit. Quartum fundamentum eſt, omnem uxorem quæ ex Lege levirationis conjugium inire poteſt, etiam ad calceum exuendum obligatam eſſe; quæ vero ex Lege matrimonium iſtud ingredi nequit, utpote inceſta, eam neque ad diſcalceandum teneri, quia Deuteronomii capite quinto & vigeſimo, commate octavo extat, ועלתה יבמתו השערה אל הזקנים *& aſcendet portam verſus, ad ſeniores*: & commate ſubſequenti, וחלצה נעלו *& calceum illius exuet*: horum verborum ſenſus hic eſt Traditione receptus; omnis uxor quæ aſcenderit ad levirationis connubium ineundum, ea quoque ad calceum exuendum aſcendat; quæ vero non aſcenderit ad levirationis connubium ineundum, ea neque ad calceum exuendum aſcendat; ſed libera maneat. His bene jactis fundamentis, viam ad ipſius tractatus lectionem aperuimus.

Ritus vero diſcalceandi hoc modo peragendus eſt; Fratriæ incumbit ut ſe ad levirum atque deinceps ad judices conferat, qui utrique bonum aliquod conſilium ſuppeditant, nimirum, ſi leviro præſtet conjugii copula, ad conjugium adhortantur; ſeu diſcalceatio, ad diſcalceationem adhortantur; ut, ſi fratria ſit in flore ætatis, levir autem in provecta ætate verſetur, vel contra, ad diſcalceationem ſuadent. Poſtea judices inquirunt de loco quem incoluerunt & tum demum diſcalceatio fiat, quia Lex præcipit, dicendo, *Et fratria ipſius adibit portam coram judicibus, & loquetur.* Licet autem de loco non inquiſitum ſit, & diſcalceatio caſu quodam facta ſit, nihilominus tamen legitime peracta cenſetur. Cæterum ante diſcalceationis opus fratriam atque levirum ad lectionem aſſuefaciunt, donec illa uno ſpiritu pronunciare poſſit iſta verba, לא אבה יבמי *non vult leviri officium præſtare*, & vocem יבמי paulo momento poſt edicat, morulamque aliquam nectat, ne duæ voces אבה יבמי in enunciatione conjungantur. Tempus ipſius operis ſtatuitur die duntaxat, non nocte, & coram viris qui Hebraice legere ſciunt; ſi vero eorum unus ſit proſelyta, res irrita fiat; imo licet iſtius proſelytæ pater tantum fuerit proſelyta & mater Iſraëlitis, non fiet diſcalceatio, niſi donec ambo ipſius parentes ex Iſraëlitis prognati ſint. Judicum vero numerus quinarius ſaltem requiritur, quo res eo illuſtrior fiat ſpectatoribus, etiamſi duo illorum indocti ſint. Jam ipſe diſcalceandi actus hoc modo peragebatur; leviro adducebatur calceamentum pelliceum calce inſtructum, ſed non lino colligatum, atque hoc pes dexter induebatur corrigiis ad ipſum probe ligatis, & tum fratria in lingua ſancta legebat hæc verba,

מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי RECUSAT LEVIR MEUS FRATRI SUO NOMEN IN ISRAELE EXCITARE, NON VULT LEVIRI OFFICIUM MIHI PRÆSTARE. Poſtea legebat levir, לא חפצתי לקחתה, NON PLACET MIHI ILLAM IN UXOREM SUMERE. His prælectis levir pedem ſuum in ſolum extendebat, & fratria uno pede demiſſo diſſolvebat calceamenti corrigias, idque exutum projiciebat in terram, & tum fratriæ integrum erat viro alieno nubere. Deinde fratria ſe erigens coram ipſo in terram exſpuebat inſpectantibus judicibus; nam diſcalceationis præceptum hoc eſt, quod illi ambo ſcil. levir & fratria interea dum ſputum emittitur, erecto corpore ſtare debeant, & judices videre an merum ſit ſputum. Negotio ita peracto, fratria intenſa voce prælegit hæc verba, ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל SIC FIET VIRO QUI NON ÆDIFICAVERIT DOMUM FRATRIS SUI, ET VOCABITUR NOMEN ILLIUS IN ISRAELE, DOMUS DISCALCEATI. Hæc omnia in lingua ſancta dicier neceſſe erat, quia Lex dicit ככה id eſt הזה HAC, quaſi dixiſſet, IN HAC LINGUA: Tum ſpectatores tribus vicibus vehementer acclamabant; חלוץ הנעל חלוץ הנעל חלוץ הנעל EXUTUS CALCEO, EXUTUS CALCEO, EXUTUS CALCEO.

Inſuper Sapientibus viſum fuit ut fratriæ quæ leviro calceum exuerat, libellus a judicibus exhiberetur, ex quo unicuique viro de Synedrii actis conſtare poſſet rem legitime peractam eſſe, fratriamque idoneam eſſe ut cuilibet viro nubat. Formula libelli hæc eſto in lingua Chaldæa juxta Maimonidem in Hilchot Ibbum Vechaliza ביום פלוני כך וכך לירח פלוני שנת כך וכך לבריאת עלמא למנינא דרגילנא למימני ביה במקום פלוני אנחנא דייני דמקצתנא חתימין לתתא בכותב תלתא כחדא הוינא יתבין בבי דינא וסליקא לקדמנא פלונית ברת פלוני ארמלתא פלוני וקרבת לקדמנא גבר חד דשמיה פלוני בר פלוני וכן אמר לנא פלונית דא פלוני בר פלוני דנא אחוה דפלוני בעלי מאבוה הוה דהוינא נסיבא ליה ושכיב וחיי לרבנן ולכל ישראל שבק ובר וברת ירית ומהסין ומוקים שמא בישראל לא שבק והדין פלוני אחוהי חזי ליבומי יתי כען רבנן אמרו ליה אי צבי ליבומי יתייבם ואי לא ישלע לי רגליה דימינן קדמכון ואשרי סיני מעל רגליה וארוק באנפוהי ואשתמודענוהי לפלוני דנא דאחוהי הוא דפלוני מיתנא מאבוהי ואמרנא ליה אי צבית ליבומי יתה רבם ואי לא אשלע לה קדמנא רגלך דימינא ותשרי סינך מעל רגלך ותרוק באנפך ועני ואמר לנא לית אנא צבי ליבומי יתה מיד אקרינוה לפלונית דא: מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי: ואף להאי פלוני אקרינא ליה: לא חפצתי לקחתה: ואשלע לה רגליה דימינא ושרת סיניה מעל רגליה ורקת באנפוהי רוקה דאיתחזי לנא מפומא על ארעא והוב אקרינוה לפלונית דא ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו והוב אקרינוהו ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל: ואנחנא דייני וכל דהוו יתבין קדמנא עניא בתריה: חלוץ הנעל חלוץ הנעל חלוץ הנעל: תלת זימנין ומדאיתעביד עובדא דא קדמנא שרינוה לפלונית דא למהך להתנסבא לכל מאן דתיצבי ואינש לא ימחה בידה כן יומא דנן ולעלם ובעית מיננה פלונית דא גיטא דחליצותא דא וכתבנא וחתמנא ויהבנא לה לזכו כדת משה וישראל:

פלוני בר פלוני עד
פלוני בר פלוני עד

Id eſt; Hoc die, qui dies eſt hic ille menſis hujus, anno hoc illo a condito mundo, juxta illam computandi rationem quam hic loci obſervare conſuevimus; nos judices, qui partim his literis ſubſcripſimus, tres ſimul in judicio conſedimus. Adiit nos N. filia, vidua N. Tum adiit nos vir quidam cui nomen N. Filius N. Atque illa ita dixit: ISTE N. EX EODEM PATRE N. FRATER EST N. MARITI MEI, CUI CONJUGIO

JUNCTA

JUNCTA ERAM. ETENIM IS OCCUBUIT, VITAMQUE DOCTORIBUS OMNIBUSQUE ISRAELITIS RELIQUIT, NEC ULLUM EX SE FILIUM RELIQUIT, NEC FILIAM, NEC HÆREDEM, NEC NOMEN ILLIUS INTER ISRAELITAS SUSCITANTEM. SED AB HOC N. ILLIUS FRATRE JURE AFFINITATIS ME DUCI CONVENIT. VOS ERGO, DOCTORES, JAM NUNC EDICITE ILLI, UT, SI DUCERE ME VELIT, DUCAT: SIN MINUS, PRÆBEAT MIHI PEDEM SUUM DEXTERUM INSPECTANTIBUS VOBIS, ET EXTRAHAM CALCEUM EJUS E PEDE, ET ANTE FACIEM ILLIUS EXPUAM. (Tum ita Judices) Nos vero comperimus illum N. fratrem eſſe emortui iſtius N. ex eodem patre; ediximus ei, ſi vis uxorem in matrimonium ducere, ducas; ſin minus, porrige illi præſentibus nobis pedem tuum dexterum, ut illa extrahat calceum tuum a pede tuo, & ante faciem tuam expuat. Tum is reſpondit, atque ita nobis dixit: EGO HANC DUCERE NOLO: (Judices loquuntur) nos confeſtim juſſimus hanc N. legere verſum hunc: RENUIT LEVIR MEUS SUSCITARE FRATRI SUO NOMEN INTER ISRAELITAS, NOLUIT DUCERE ME. Porro iſtum N. quoque juſſimus legere verſum, NOLUI ACCIPERE EAM. Poſt hæc pedem dexterum ſuum extendit, & uxor calceum ejus e pede extraxit, & coram facie illius ſputum emiſit, quod nos ſpectavimus ex ore illius uſque ad terram. Rurſus hanc N. juſſimus legere verſum hunc; SIC FIET VIRO QUI NON ÆDIFICAVERIT DOMUM FRATRIS SUI. Porro eundem N. juſſimus legere hunc verſum; ET VOCABITUR NOMEN EJUS IN ISRAELE DOMUS DISCALCEATI. Tum nos ipſi judices & quicunque ſub conſpectu noſtro conſederant poſt ipſum, ter reſpondimus, EXTRACTUS EST CALCEUS, EXTRACTUS EST CALCEUS, EXTRACTUS EST CALCEUS. Quod cum factum eſſet nobis inſpectantibus, permiſimus iſti N. ut poſtea nuberet cuicunque viro viſum fuerit, nec eam deterreat quiſquam ab hoc die in poſterum. Nam iſta N. a nobis popoſcit literas repudii hac diſcalceatione facti, quas nos conſcripſimus, ſubſignavimus, & mulieri pro jure ſuo dedimus juxta legem Moſis & Iſraëlis.

N. Filius N. Teſtis.
N. Filius N. Teſtis.

Teſtari autem poſſunt de hocce libello tres, vel duo e tribus, vel duo qui diſcalceatum ſpectarunt, licet non fuerint judices. Etenim vel ipſa mulier, aut ſervus, aut minorennis, qui illius rei intelligentiam habent, fide digni ſunt ſi dicant; hic N. eſt Frater N. & hæc fratria ipſius eſt. Quod non ita eſt in reliquis Legis teſtificationibus, ſive de re pecuniaria, ſive de licitis & illicitis: quia hoc teſtificandi inſtitutum duntaxat ad rem divulgandam factum eſt, quod potiſſimum per tales fieri poteſt. Cæterum quando leviro viſum fuerit affinitatis conjugium contrahere, deſpondeat fratriæ ex pacto, atque ei inſtrumentum dotale ſubſequentibus hisce conditionibus conſcribat.

ביום פלוני כך וכך לירח פלוני שנת כך וכך למנין פלוני למנינא דרגילנא למימני במקום פלוני איך פלוני בן פלוני אתא לקדמנא וכן אמר לנא אחי דמן אבא שכיב וחי לרבנן ולכל ישראל שבק ובר וברת ומירית ומחסן ומוקים שמא בישראל לא שבק ושבק החיא אתתא דשמה פלונית בת פלוני וחזי לי מן אוריתא ליבמי יתה כדכתיב בספר אוריתא דמשה: **יבמה יבא עליה**: וצביאת פלונית דא ואתיבמת לפלוני בר פלוני יבמה לאוקומי שמא בישראל כדכתיב: **והיה הבכור. אשר תלד יקום על שם אחיו המת ולא ימחה שמו מישראל**: וכתב לה פלוני יבמה לפלונית יבמתיה כסף וזוי כאתן דחזו לה דהוו כתיבן בכתובתה דכתב לה בעלה קדמאה ואוסיף לה מדיליה כך וכך ודא נדוניא דהנעלת ליה וכו' כשאר טופסי כתובות: Id eſt: HOC DIE, QUI DIES EST HIC ILLE MENSIS HUJUS, ANNO HOC ILLO JUXTA COMPUTUM QUEM HEIC LOCI SE-

QUIMUR, CUM SE AD NOS CONTULISSET HIC N. FILIUS N. ITA LOCUTUS EST: MEUS EX PATRE FRATER DEFUNCTUS EST, VITAM DOCTORIBUS ATQUE OMNIBUS ISRAELITIS RELIQUIT, NEC FILIUM EX SE RELIQUIT, NEC FILIAM, NEC HÆREDEM, NEC EJUS NOMEN SUSCITANTEM INTER ISRAELITAS, SED UXOREM RELIQUIT CUI NOMEN N. FILIA N. HANC ME DUCERE JURE AFFINITATIS EX LEGE OPORTET. NAM IN LEGE MOSIS SCRIPTUM EST; LEVIR EJUS COIBIT CUM EA. ETENIM ISTA N. JURE AFFINITATIS A LEVIRO SUO N. FILIO DUCI VOLUIT, UT FRATRI NOMEN INTER ISRAELITAS SUSCITARET, SICUTI SCRIPTUM EST IN LEGE; ET FIET, SI PRIMOGENITUM ENIXA FUERIT, UT IS IN FRATRIS EMORTUI NOMEN CONCEDAT, NE ILLIUS NOMEN DELEATUR EX ISRAELE. NAM LEVIR N. UXORI ISTI FRATRIÆ SUÆ CONSCRIPSIT DENARIOS DUCENTOS, QUI ILLI DEBEBANTUR, ET CONSCRIPTI ERANT IN DOTEM NUPTIALEM A MARITO ILLIUS SUPERIORI. PRÆTEREA HIC N. DE SUO ADDIDIT UXORI HOC ILLUD: UXOR VERO DOTEM LEVIRO APPORTAVIT HANC, ET PLURA ALIA JUXTA CÆTERAS INSTRUMENTORUM NUPTIALIUM FORMULAS.

Cæterum cum ſincerus iſte atque pius quondam affinitatis conjugii contrahendi zelus dudum ex Iſraëlitarum mentibus evanuerit, jamque mera voluptatis ſatietas quæratur, ut nemo ſit fere levir qui fratri defuncto nomen ſuſcitare ſemenve ſanctum promovere ſtudeat, idcirco hac ætate nullibi locorum conjugium affinitatis in Chriſtianorum vel alius religionis hominum terris admittitur. Et ſi in terra ſancta huic legi locus detur, raro admodum contingere ſolet, nec ulli niſi ſingulari pietate nobilitato viro concedatur; ſed calceus potius exuendus eſt, quaſi magis dedecore & ignominia, quam decore & laude dignus ſit.

Sequitur מסכת כתובות TRACTATUS DE INSTRUMENTO DOTALI, atque ſimul de ipſis propter Nuptias Donationibus pro diverſo mulierum ſtatu & conditione. Nam cujuſlibet virginis Iſraëliticæ donatio propter nuptias ducentarum in genere eſt Zuzarum, licet ſponſus Crœſo ditior ſit, vel Iro pauperior; æqualem enim hac in parte omnium conditionem fore, Sapientibus viſum fuit, ne ditiores haberent quo gloriarentur, & pauperiores quod ipſis opprobrio eſſet & a matrimonio deterreret. Hujus rei teſtis ſit Miſna ſecunda hujuſce in quo verſamur codicis, & Maimonides in Hilchot Iſchot capite decimo in hunc ſenſum: oportet ſponſus ut ſponſæ כתובה *Donationem propter Nuptias faciat*, atque hanc eandem literis conſignandam curet prius quam ſponſa ad thalamum ducatur, ac tum demum licet eam pro uxore habere. Quid igitur donandum erit? virgini non minus quam ducenti denarii; uxori centum ſaltem: atque hoc eſt illud quod עיקר כתובה *ſors donationis ob nuptias* vocatur. Cæterum unicuique licet, ſi velit, vel auri talentum addere; nam ſortis & acceſſionis ratio in plurimis eadem eſt: & ubicunque ſimpliciter dicitur כתובה, ſimul ſors & acceſſio intelligenda eſt. Denarios vero iſtos non decreverunt Sapientes ex auro puro, ſed, ut tunc temporis erant, ſeptem ex æris partibus, & argenti una; ita ut in toto ſiclo dimidia ſolum drachma argenti contineretur. Ducenti ergo qui ſcribuntur virgini denarii, omnino quinque & viginti Zuzas argenti puri comprehendunt; Zuzæ vero duodecim & dimidia, centum denarios, qui uxori conſcribendi ſunt. Zuza autem ſive drachma ſex & nonaginta granorum hordeaceorum pondus facit. Denarius vero ubivis vocatur Zuz, ſive argento puro, ſive e moneta illis temporibus ſignata conſtaret. Si ſponſus hanc donationem propter nuptias in inſtrumento dotali perſcribi curet, & per teſtes ac ſtipulationem centum vel ducentorum denariorum ſeſe obligatum eſſe dicat, perinde eſt: modo ne pauciores promiſerit, quia tum concubitus obſcœni ſuſpicio eſt. Etenim antiquam virgini dotem quinquaginta ſiclorum, ſive ducentorum denariorum fuiſſe, conſtat ex Deuteronomii capite ſecundo & viceſimo, commate viceſimo nono & ſequenti, ubi in hæc verba Moſes כי ימצא

איש נער בתולה אשר לא ארשה ותפשה ושכב עמה ונמצאו ונתן האיש השכב עמה לאבי הנער חמשים כסף ולו תהיה לאשה תחת אשר ענה לא יוכל שלחה כל ימיו׃

Cum quis invenerit puellam non deſponſam eamque ceperit & corpus ſuum cum eadem miſcuerit; atque illi deprehenſi fuerint, vir iſte qui illam compreſſerit, patri puellæ expendet quinquaginta

ſiclos

ſiclos argenteos, & tum eam pro uxore habebit, quia illam afflixit; non poterit illam dimittere cunctos vitæ ſuæ dies. Ab hoc vetuſtiſſimo inſtituto Hebræi in hodiernum uſque diem ne latum quidem unguem recedunt. Sed omnis ſponſus tantundem ſponſæ ſuæ in inſtrumento dotali perſcribit, non plus neque minus; attamen ſi auctarium aliquod pro divitiarum modo adjicere velit, hoc ipſi integrum eſt.

Sic etiam virginis viduæ, vel repudiatæ, vel quæ leviro calceum exuit ex deſponſationibus, & poſtea denuo alii nupſit, inſtrumentum dotale ipſi a ſecundo marito factum, ducentas contineat Zuzas; ea tamen lege ut de ipſa quæſtio virginitatis inſtitui poſſit; nam ſi maritus ſecundus ipſam non deprehenderit virginem, dotem iſtam perdidit. Viduæ vero donatio nuptialis centum duntaxat Zuzarum eſto. Peregrinæ autem virgin s, captivæ, ſervæ redemptæ, proſelytæ, aut manumiſſæ, ſi tertium necdum attigerint annum unumque diem, donatio nuptialis ſit ducentarum Zuzarum; & de illis quæſtio virginitatis inſtituatur. Contra vero virginis viduæ, repudiatæ, & illius quæ calceum exuit leviro poſt conſecrationem nuptiarum, centum Zuzarum ſit, ſi præterito deinde tempore ſimpliciter nupſerit; quia ab iſto tempore quo ad thalamum deducta eſt, non amplius cenſeatur virgo, nec de ipſa quantum ad virginitatis notam quæratur. Totidem Zuzarum ſive denariorum ſit donatio nuptialis pro peregrina, captiva, ſerva poſt redempta, & manumiſſa, ſi tres annos unumque habuerint diem. Jam Inſtrumenti Dotalis hæc ſit Formula ſecundum Maimonidem in Hilchot Ibbum Vechaliza בּיום פלוני וכו' פלוני בן פלוני אמר לפלונית בתולתא בת פלוני בּ׳לתא הוי לי לאנתו כדת משה וישראל ואנא במימר דשמיא אפלח ואוקיר ואסובר ואיזן ואפרנס ואכסי יתיכי כהלכת גוברין יהודאין דמוקרין וסוברין וזנין ומפרנסין ומכסין ית נשיהון בקושטא ויהיבנא ליכי מוהר בתוליכי כסף זוזי מאתן דאינון כוזי כספא עשרין וחמשי דחזו ליכי מדאוריתא ומזוניכי וכסותיכי וסיפוקייכי ומיעל עליכי כארח כל ארעא תביאת פלונית דא והות ליה לאנתו לפלוני דנא ורצת והוסיף לה תוספת על עקר כתובתה עד משלם כך וכך ודא נדוניא דהנעלת ליה כך וכך הכל נתקבל חתן זה ובא לידו ונעשה ברשותו וזקף הכל על עצמו כמלוה ורשו וכן אמר לנא פלוני חתנא דנא אחריות כתובתה כולה עקר כתובה ונדוניא ותוספת ושאר תנאי כתובה קבלתי עלי ועל ירתי בתראי ועל כל שפר ארג נכסין וקנינין דאית לי תחות שמיא דקנאי ודעתיד אנא לכיקנא מסקרקעי ומטלטלי אגב מקרקעי כולהון יהון אחראין וערבאין לכתובה דא כולה עיקר תדוניא ותוספת לאיתפרעא מנהון בחיי ובתר מותי ואפילו מגלימא דעל כתפאי וקנינן כפלוני דא מכל מאי דכתיב ומפרש לעלא קנין שלם דלא כאסמכתא ודלא כטופסא דשטרי אלא כחוזק וכחומר כל שטרי כתובות הנוהגות בישראל וכהוגן וכתיקון רבותינו ז״ל וחתמנו על שטר כתובה זו בזמן הנזכר לעיל והכל בריר ושריר וקיים Id eſt: Hoc die, &c. Selomo filius Davidis dixit ſponſæ ſuæ virgini Racheli Simeonis filiæ; ſis mihi in uxorem juxta Legem Moſis & Iſraëlis. Atque ego per verbum Dei colam & obſervabo te, ſuſtentabo, nutriam, alam, & operiam, ſicuti viri Judæi obſervare, nutrire, alere & operire ſolent uxores ſuas, ut convenit. Jam tibi pro virginitate tua dono Zuzas ducentas, quæ conficiunt argenteos denarios viginti quinque, qui tibi ex Lege debentur: & porro tibi præſtabo victum atque amictum, cæteraque ad vitam neceſſaria, & tecum juxta univerſæ terræ conſuetudinem coitum inibo. Placuit ergo Racheli iſti hujus Selomonis uxorem eſſe, qui ſponte ſua ad donationis propter nuptias ſortem addidit hanc illam ſummam. Rachel vero hanc illam dotem apportavit, quam ſponſus hic accepit integram; ipſi in manum venit, atque illius poteſtati commiſſa fuit; omniaque tanquam creditum & debitum in ſe recepit. Sic vero nobis dixit Selomo iſte ſponſus, inſtrumenti hujus dotalis univerſam obligationem, ſortis donationis nuptialis, dotis, additamenti, & reliquorum dotalium conventorum in me recipio, & hæredes qui mihi ſucceſſerint, in pulcherrimum quodque fortunarum & poſſeſſionum, quæ ſub cœlo ſunt, quæque mihi acquiſitæ vel acquirendæ ſunt, ſive mobilia ſive immobilia fuerint bona, omnia arrhaboni & pignori oppoſita ſint toti huic inſtrumento dotali, doti, ſorti, & incremento donationis nuptialis, ut exinde hæc præſtentur, ſive me vivente, ſive mortuo. Idem de pallio humeris meis impoſito dictum eſto. Atque hæc, quæ ſuperius deſcripta ſunt & a Selomone nuncupata, acquiſita ſunt acquiſitione perfecta, non ratione levi, non exemplari primæ cujuſque perſcriptionis, ſed pro om-

omnium firmamento, & contractuum nuptialium robore inter Iſraëlitas uſurpatorum; tum etiam ex more inſtitutoque Doctorum noſtrorum piæ memoriæ. Subſignavimus hoc inſtrumentum dotale tempore ſupra dicto. Omnia hæc rata, fixa, ac firma ſunto.

Hinc itaque videmus vocabulum Dotis aliter apud Hebræos, aliter vero apud Romanos accipiendum. Etenim populi Romani Quiritium leges ſponſæ dotem jubent marito apportandam, ut conjugii officiis eo facilius fungatur. Contra Hebræi populi leges ſponſo duntaxat dotem imperant; nihil ipſius rependente ſponſa; atque hæc appellatur in lingua Sapientum כתובה, *Cetuba.* Cæterum bona iſta quæ ſponſa ad ſponſum ſuum ſecum attulerit, ſive mobilia, ſive immobilia ſint, quinimo ſi in Inſtrumento dotali conſignata ſint, vocantur נדוניא *Nedunia.* Etſi ſponſus iſtius Neduniæ cautionem de futuro damno in ſe ſuſceperit, illa uſque adeo venit in poteſtatem ipſius, ut, ſi amplificata ſit, ipſi amplificata ſit, ſi diminuta, ipſi diminuta ſit; atque hoc ſenſu nomen נכסי צאן ברזל: *bonorum pecoris ferrei* obtinuit; quia ſemper in eodem manent ſtatu. Nam hæc olim Hebræorum conſuetudo erat, ut pecus ſuum ad aliquod tempus conſtitutum paſtorum curæ committerent ea lege, ut interea temporis ex eo caperent fructus, &, ſi quidquam ex eodem periret aut ſurriperetur, non domino ſed paſtori damnum imputaretur, qui ad præſtitutum tempus iſtud pecus reſtituere debebat. Hinc factum eſt ut talis grex צאן ברזל *pecus ferreum* dictus ſit, quia veluti ferrum domino ſemper in eodem manebat ſtatu. Pariter ex omnibus iſtis quæ uxor apportaverit, cujuſmodi ſunt fundus, res mobiles, ſervi, ancillæ, & grex, maritus fructus percipit omnes uſque ad uxoris obitum: & quando hæc bona in literis dotalibus deſcripta fuerint, & maritus damni cautionem in ſe ſuſceperit, tum, ſi quid horum pereat, quocunque id fiat modo, maritus obligatur uxori damnum reſarcire, ſi quando inter ipſos fiat diſceſſio. Sin autem maritus uxorem relinquat ſuperſtitem, mariti hæredes uxori damnum compenſare tenentur. Et propterea hæc bona Hebræis צאן ברזל *Grex Ferreus* dicta ſunt. Cæterum omnia iſta bona quorum maritus in ſe non ſuſcepit cautionem quod ad damnum, ut & ea quæ in contractu dotali non conſcripta ſunt, dicuntur נכסי מלוג *Bona Depilationis*, quorum maritus non fruebatur fructibus, ſed quæ ita depilabat & arrodebat ut nihil eorum reliquum eſſet. Sic etiam omnia uxoris bona quæ marito non allata ſunt, neque in contractu dotali deſcripta, vel hæreditate ad ipſam venerunt poſtquam deſponſa eſſet, vel dono data ſunt, vocantur נכסי מלוג: *Bona Depilationis*, quæ ſunt in poteſtate uxoris: atque hæc bona non comprehenduntur ſub כתובה verum ſub עקר כתובה: *Fundamento inſtrumenti Dotalis*, quod centum aut ducentas Zuzas cum auctario duntaxat conficit. Hæc de natura Dotis literiſque Dotalibus, quæ ſub dio juxta templa ſponſo & ſponſæ ſub umbraculo חופה dicto multa undique circumſtante corona a primario Rabbino prælegantur.

מסכת נדרים TRACTATUS DE VOTIS ſubjungitur ei in quo de Inſtrumento Dotali actum eſt, quia penes maritum eſt uxoris vota quæ antea apud patrem voverat, irrita reddere, ſimul ac Inſtrumentum Dotale ſub umbraculo prælectum, & nuptiæ celebratæ fuerint. Legem de votis tulit Moſes Numerorum capite tricefimo: וידבר משה אל ראשי המטות לבני ישראל לאמר זה הדבר אשר צוה יהוה : איש כי ידר נדר ליהוה או השבע שבעה לאסר אסר על נפשו לא יחל דברו ככל היוצא מפיו יעשה : ואשה כי תדר נדר ליהוה ואסרה אסר בבית אביה בנעריה : ושמע אביה את נדרה ואסרה אשר אסרה על נפשה והחריש לה אביה וקמו כל נדריה וכל אסר אשר אסרה על נפשה יקום : ואם הניא אביה אתה ביום שמעו כל נדריה ואסריה אשר אסרה על נפשה לא יקום ויהוה יסלח לה כי הניא אביה אתה : ואם היו תהיה לאיש ונדריה עליה או מבטא שפתיה אשר אסרה על נפשה : ושמע אישה ביום שמעו והחריש לה וקמו נדריה ואסריה אשר אסרה על נפשה יקמו : ואם ביום שמע אישה יניא אותה והפר את נדרה אשר עליה ואת מבטא שפתיה אשר אסרה על נפשה ויהוה יסלח לה : ונדר אלמנה וגרושה כל אשר אסרה על נפשה יקום עליה : ואם בית אישה נדרה או אסרה אסר על נפשה בשבעה : ושמע אישה והחריש לה לא הניא אתה וקמו כל נדריה וכל אסר אשר אסרה על נפשה יקום : ואם הפר יפר אתם אישה ביום שמעו כל מוצא שפתיה לנדריה ולאסר נפשה לא יקום אישה הפרם ויהוה יסלח לה : כל נדר וכל שבעת אסר לענת נפש אישה יקימנו ואישה יפרנו : ואם החרש יחריש לה אישה מיום אל יום והקים את כל נדריה או את כל אסריה אשר עליה הקים אתם כי החרש לה ביום שמעו : ואם הפר יפר אתם אחרי שמעו

***

ונשא

ונשא את עונה : אלה החקים אשר צוה יהוה את משה בין איש לאשתו בין אב לבתו בנעוריה בית אביה : *Et allocutus eſt Moſes primarios tribuum filiorum Iſraëlis, dicendo; hoc eſt verbum quod præcepit Dominus. Si vir votum Domino voverit, vel jurejurando ſe obſtrinxerit & obligatione obligaverit, verbum ſuum non reddet irritum, ſed quidquid promiſerit, impleat. Si vero mulier votum Domino voverit, atque obligatione ſe obligaverit in domo patris dum erat adoleſcens; & pater illius audiverit votum & obligationem ejus, ſed reticuerit pater illius, rata ſint omnia ejus vota, & obligatio qua ſe obligavit. Sin autem pater illius eo die quo vota & obligationes ejus quibus ſe obligavit audiverit, atque illa infregerit, omnia irrita erunt; & Dominus condonabit illi, quia pater eadem infregit. Verum ſi in mariti poteſtatem venerit, & vota ei adhucdum incubuerint, vel labiorum illius pronunciatum quo ſe ipſam obligavit, & maritus eo die quo illa audivit, conticuerit, vota, & obligationes illius quibus ſe ipſa obligavit, rata ſint. Quum vero maritus illa infregerit eo die quo eadem audiverit, irritum fecit votum quod ei incumbebat, aut pronunciatum labiorum ejus quo ſeipſam obligaverat; & Dominus condonabit illi. Quod autem ad viduam aut repudiatam attinet, omnis res cujus in ſe obligationem ſuſceperit, incumbet ei. Sed ſi in domo mariti ſui voverit, vel jurejurando ſe ipſam obligatione obligaverit, & maritus illius id audiverit, ſed tacuerit, & non infregerit, rata erunt omnia ejus vota, & omnis obligatio qua ſeipſam obligaverit, rata erit. Si vero maritus ejus illa penitus irrita fecerit illo quo eadem audiebat die, nihil quod labiis protulerit, aut voverit aut quo ſeipſam obligaverit, firmum ſit: maritus illius irritum fecit, & Dominus condonabit ei. Omne votum & omnem obligationem jurejurando confirmatam de ſeipſa affligenda, maritus illius ratam vel irritam reddat. Quod ſi maritus de die in diem tacuerit, omnia illius vota, & obligationes ei incumbentes confirmavit; confirmavit (inquam) ea, cum tacuerit quo die audiebat eadem. Sin illa omnino irrita fecerit poſtquam audiviſſet, feret iniquitatem illius. Hæc ſint ſtatuta Moſi a Domino præcepta, quæ marito cum uxore ejus, patri cum filia ejus dum adoleſcens erat in domo patris ſui, intercedunt.*

Hanc una cum cæteris omnibus legibus in monte Sinai Moſi a Deo dictatam eſſe, Hebræi ſcriptores perhibent, attamen non e veſtigio per Moſen ad populum eodem momento, ſed diverſis ab ipſo temporibus latam eſſe, atque adeo Moſen hac in parte veri legiſlatoris & optimorum reipublicæ moderatorum munus obiiſſe, quod omnes leges quas ſimul ipſi Deus in mandatis dederat, non niſi hominum ac temporum ratione habita tulerit; etenim, ubi nulla neceſſitas, ibi nulla lex ſtatuenda ſit, nec præcepta præter neceſſitatem multiplicanda. Cum autem integra reſpublica non ita fundari poſſit, ut non indies ei aliquid ad ipſam perficiendam addi debeat, cum termini illius ſolent extendi, imperium dilatari, cives multiplicari, eorumque mores immutari, nihil verius dicitur quam quod tempora mutantur, & nos pariter in illis. Idcirco Hebraicæ reipublicæ fundator leges pro temporum fatis hominumque conditione ferri voluit. Poſtea quam igitur Deus edixiſſet Moſi ut montem Nebo conſcenderet, atque ibidem ad populum ſuum colligeretur, & de reliquis quæ poſt obitum illius fierent, ipſi præcepiſſet, hanc de votis Legem quam Moſes per omnem ſuam vitam כחכם מובחר *ut ſapiens conſummatus* memoriter docuerat, ſcriptis mandari juſſit populi ſenioribus; propterea in ipſo Legis exordio ita infit: וידבר משה אל ראשי המטות לבני ישראל לאמר זה הדבר אשר צוה יהוה *Et allocutus eſt Moſes tribuum primarios inter filios Iſraëlis, dicendo; hoc eſt verbum quod præcepit Dominus*: quaſi dixiſſet, hæc ſit lex de natura votorum, quam dudum memoriter ex me audiviſtis, & quam ego vos ut judex peritus ſæpius privatim docui; jam vero cum ſuprema mihi inſtet dies, divino ſpiritu ita me agitante volo ut ſcriptis conſignetur, & vobis filiis Iſraëlis ſit in perpetuum aliquod ſtatutum.

Expoſitionem Legis hanc paucis accipito: Quando in principio fit mentio *Viri*, intelligas virum adultum, ita ut penes arbitrium ſuum ſit votum vovere, vel ſeipſum ab alicujus rei uſu prohibere; cujuſmodi facultas non datur in filio minorenni qui uſum rationis nondum perfecte poſſidet, & propterea in actionibus ſuis parentum vel tutorum poteſtati ſubjicitur. Et per לאסור על נפשו *ad prohibitionem alicujus rei in ſe ſuſcipiendam*, intelligendæ ſunt ejuſmodi res quarum uſu ſe prohibere poteſt, ut, ſi dicat, non comedam, non bibam, & id genus alia, ad quæ pro lubitu ſe obligare poteſt, & præſtare. Per לא יחל דברו *non profanabit verbum ſuum*, vult, verbum iſtud quadam voti formula conſecratum non diſſolvendum eſſe ut fiat profanum, cum id quod ore pronunciatum eſt, non in totum, neque ex parte profanandum ſit. Verum ſi adoleſcens minorennis ſit, neque votum neque jusjurandum ſtabilietur,

ſed

ſed fruſtra facta eſſe cenſeantur. Foeminæ vero votum in adoleſcentia ſua factum antequam nupta ſit, licet vel duodecimum attigerit annum, irritum fiat per patrem; ſi vero pater tacuerit, & hoc modo voto illius annuiſſe viſus fuerit, ratum ſit. At ſi votum infregerit pater & jusjurandum diſſolverit, dicendo filiæ ipſo quo id audiverit momento, nolo ut hoc illud facias, etenim improbo omnia tua verba; nullum ex omnibus filiæ votis & juramentis confirmetur. ויהוה יסלח לה *Et Dominus condonabit ei*, id eſt, quicquid filia in nomine Domini voverit, id ei condonabitur, quia illa non deſtitit a votis ſuis, ſed pater pro ſua auctoritate illa infirmavit. Porro Moſes marito ſive ſponſo adſcribit ſponſæ vota reſcindendi poteſtatem, ſi illa non amplius ſit in domo patris, quum dicit, ואם היו תהיה לאיש ועליה נדריה *et ſi ſit viri alicujus & ei incumbant vota*, quæ ſcilicet ab ipſa confirmanda ſunt, penes maritum eſt ea infirmare. Contra ſi maritus tacuerit dum vota vel jusjurandum uxoris audiebat, omnia rata ſint, quia maritus hoc modo uxori annuiſſe cenſetur; ut, ſi maritus eo temporis momento quo illa audiebat infregerit, infecta habeantor, ut & quicquid ore pronunciaverit: & Dominus ei condonabit, quia non ipſa, ſed mariti in ipſam dominantis ſpiritus hæc omnia retractavit; ideo dicitur והפר את נדרה אשר עליה *tum irritum fecit votum ei incumbens.* Viduæ autem vel repudiatæ votum & quicquid in ſe ſuſceperit, confirmandum eſt, cum illa neque patri, neque marito obnoxia ſit. Si vero בבית אישה *in domo viri ſui* ante mariti mortem, vel divortium illius voverit, & deinceps repudiata, aut vidua facta fuerit, tum, ſi antequam repudiata, aut vidua ſit dum adhuc erat in domo viri ſui, votum voverit, & maritus tunc temporis tacuerit, omnia illius vota confirmabuntur donec vidua facta ſit, aut expulſa. At ſi vir omnino infregerit votum, ſive maritus ſuperſtes, dum vocem uxoris audiebat, illa non amplius dicere poterit, quoniam maritus meus jam mortuus eſt, vel me repudiavit, & mihi hodie non ſit maritus, reſciſſio ipſius non eſt abſoluta; nam vir qui & maritus illius habebatur, reſcidit votum; idcirco Deus illi condonabit, quia בעלה *maritus illius* diſſolvit votum. Et hoc innuit Moſes cum dicit, וכל שבועת אסר לענות נפש אישה יקימנו ואישה יפרנו *Et omne jusjurandum prohibitum ad animam affligendam factum, vir illius confirmabit, vir illius irritum reddet.* Si itaque maritus tacuerit quum uxor ipſius hæc verba pronunciabat, ratum ſit; ſin minus, irritum. Doctiſſimus Aben Ezra illa verba לענות נפש *ad affligendam animam*, exponit, perinde ac ſi dixiſſet Moſes, licet ad affligendam animam; & quanto magis ſi pie voverit. Tandem Lex dicit commate penultimo, ואם החרש יחריש לה אישה *ſi vero omnino tacuerit vir illius*, cujus ſenſum ſecundum mentem Abarbanelis eſt, quod, ſi maritus ab uno die ad alium tacuerit, omnia uxoris vota confirmabuntur. Sin autem poſt hanc confirmationem ſilentio factam, poenituerit maritum quod uxoris ſuæ vota rata habuit, & idcirco jam ipſa nolente iſta reddiderit irrita, & non pepercerit votis illius poſtquam illa reſcidiſſet, tum maritus feret iniquitatem uxoris ſuæ, & illa immunis erit, quandoquidem maritus illam eo perduxit invitam. Hæc ſit brevis ipſius Moſaicæ Legis explicatio.

Hebræorum Juriſconſulti juxta Pandectas Miſnicas vota in duo diſtribuunt genera; horum unum eſt quo ſibi quis res licitas reddit illicitas, ſi dicat exempli gratia, *fructus iſtius regionis mihi prohibiti ſunto per integros triginta dies; vel in perpetuum.* Aut, ſi dicat, *hæc fructuum ſpecies*, aut, *hi fructus mihi prohibiti ſunto*; tum, in quacunque hæc dixerit lingua, ipſi prohibita ſint iſta omnia, licet hic nullius jurisjurandi neque attributorum divinorum mentio facta ſit. Atque hoc primum votorum genus comprehendit illa quæ vocantur נדרי אסר *Vota Prohibitionis*, de quibus in hoc tractatu. Alterum genus eſt, ſi quis ſeipſum ad ſacrificium obligat ad quod antea non obligabatur, dicens, *ego in me ſuſcipio ſacrificium holocauſticum adducere*; vel, *pecus hoc ſit holocauſticum*; vel, *hoc pecus ſit pacificum ſacrificium*; item, *ſit ſuper me*; hujuſmodi vovendi formulæ appellantur נדר *votum.* Verum ſi quis dixerit, *ecce hoc*; denotatur נדבה *ſpontaneum.* Cæterum נדר & נדבה ejuſdem quidem generis ſunt; attamen ſi quis voverit נדר *votum*, tenetur ad damni compenſationem, ſi res vota perierit; at non item, ſi נדבה *ſpontaneum* voverit; idcirco pii nunquam vovent נדר, ne peccent, ſed נדבה duntaxat. Horum mentio facta eſt Deuteronomii capite duodecimo, commate ſeptimo decimo. Atque hoc genus vocatur נדרי הקדש *Vota Sanctitatis*, quia in Templi ejuſdemque ſanctarum rerum uſum cedunt. Si quis porro diverſas vovendi formulas indagare velit, is codicen Miſnicum inſpiciat, ubi illas fere innumerabiles, & ob linguæ Hebrææ, aliarumque diverſa fata intellectu difficillimas deprehendet, niſi doctiſſimorum Rabbinorum

lumen iis accederet. Harum autem corruptarum vovendi formularum rationem adfert Maimonides in Hilchot Nedarim capite primo Halacha ſexta decima, quod cujuſlibet ferme regionis incolæ linguam ſuam depravare ſolent, & res quaſdam non ſuis nominibus, ſed aliarum rerum cognominibus appellare, & propterea in principio codicis dicit auctor, quod omnia ſacrificiorum cognomina habenda ſint ut ipſa ſacrificia. Ne vero te fugiat lector, hujus, & ſequentis de Nazyræis tractatus verſionem Miſnicam abſque commentario adornatam eſſe a doctiſſimo Johanne Ulmanno, apud Argentoratenſes verbi Divini miniſtro vigilantiſſimo, quam nos in utrumque ſecuti ſumus, & aliquibus in locis a vitiis typographicis repurgavimus.

מסכת נזיר **TRACTATUS DE NAZYRÆIS** Superiorem de votis excipit, quoniam Nazyræatus quoque ex genere votorum eſt, ſicuti nobis eum deſcribit Moſes in Lege de Nazyræatu, *vir aut foemina ſi votum nuncupaverit.* Et propterea votum Nazyræatus etiam iſtius eſt naturæ ut a marito diſſolvi poſſit, ſi uxor filiolum in Nazyræum voverit, quemadmodum in cæteris votis rite fit. Hujus legis argumentum nobis reliquit Moſes in libro Numerorum capite ſexto, his verbis: וידבר יהוה אל משה לאמר דבר אל בני ישראל ואמרת אלהם איש
או אשה כי יפליא לנדר נדר נזיר להזיר ליהוה: מיין ושכר יזיר חמץ יין וחמץ שכר לא ישתה וכל משרת
ענבים לא ישתה וענבים לחים ויבשים לא יאכל: כל ימי נזרו מכל אשר יעשה מגפן היין מחרצנים ועד זג
לא יאכל: כל ימי נדר נזרו תער לא יעבר על ראשו עד מלאת הימם אשר יזיר ליהוה קדש
יהיה גדל פרע שער ראשו: כל ימי הזירו ליהוה על נפש מת לא יבא: לאביו ולאמו לאחיו
ולאחתו לא יטמא להם במתם כי נזר אלהיו על ראשו: כל ימי נזרו קדש הוא ליהוה: וכי ימות
מת עליו בפתע פתאם וטמא ראש נזרו וגלח ראשו ביום טהרתו ביום השביעי יגלחנו: וביום השמיני
יביא שתי תרים או שני בני יונה אל פתח אהל מועד: ועשה הכהן אחד לחטאת. ואחד לעלה וכפר עליו
מאשר חטא על הנפש וקדש את ראשו ביום ההוא: והזיר ליהוה את ימי נזרו והביא כבש בן
שנתו לאשם והימים הראשונים יפלו כי טמא נזרו: וזאת תורת הנזיר ביום מלאת ימי נזרו יביא אתו אל
פתח אהל מועד: והקריב את קרבנו ליהוה כבש בן שנתו תמים אחד לעלה וכבשה אחת בת שנתה
תמימה לחטאת ואיל אחד תמים לשלמים: וסל מצת סלת חלת בלולת בשמן ורקיקי מצת משחים בשמן
ומנחתם ונסכיהם: והקריב הכהן לפני יהוה ועשה את חטאתו ואת עלתו: ואת האיל יעשה זבח שלמים
ליהוה על סל המצות ועשה הכהן את מנחתו ואת נסכו: וגלח הנזיר פתח אהל מועד את ראש נזרו
ולקח את שער ראש נזרו ונתן על האש אשר תחת זבח השלמים: ולקח הכהן את הזרע בשלה מן
האיל וחלת מצה אחת מן הסל ורקיק מצה אחד ונתן על כפי הנזיר אחר התגלחו את נזרו:
והניף אותם הכהן תנופה לפני יהוה קדש הוא לכהן על חזה התנופה ועל שוק התרומה ואחר ישתה
הנזיר יין: זאת תורת הנזיר אשר ידר קרבנו ליהוה על נזרו מלבד אשר תשיג ידו כפי נדרו אשר
ידר כן יעשה על תורת נזרו: *Et allocutus eſt Dominus Moſem, dicendo, loquere ad filios Iſraëlis, & dicito illis: Quando vir aut mulier vota nuncupaverit, vovendo Nazyræi votum, ſe Domino Nazyræum fore: A vino & potu inebriante abſtineto; acetum vini, & acetum potus inebriantis ne bibito: neque ullum potum ex uvis maceratis bibito, neque ullas uvas recentes, vel ſiccas comedito: Omnibus Nazyræatus ſui diebus, de nulla re quæ ex vite viniſera fiat, vel ipſis acinorum nucleis & cute comedito. Omnibus voti Nazyræatus ſui diebus novacula ne tranſito ſuper caput illius, niſi uſque dum dies illi completi ſint, quibus voverit ſe Domino Nazyræum fore, ſanctus eſto, ſinendo ut coma creſcat, nimirum capilli ipſius. Omnibus diebus Nazyræatus ſui quem Domino voverit, ad cadaver ne accedito. Propter patrem ſuum, matrem, fratrem, aut ſororem ſuam ne ſe polluito, ſi mortui ſint, quia coronam Dei ſui gerit in capite ſuo. Omnibus Nazyræatus ſui diebus ſanctus eſto Domino. Quod ſi quis juxta eum repentino caſu mortuus fuerit, caput Nazyræatus illius polluatur, & caput ſuum radat die purificationis ſuæ; die ſeptimo ſe radat. Verum octavo die adſerat duos turtures, vel duos columbæ pullos ad ſacerdotem, ad portam tentorii conventus. Horum unum ſacerdos paret in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum, & expiet pro illo in eo quod peccavit circa iſtud cadaver: conſecretque illius caput eo die.*

die. Poſtea Domino ſeparabit dies Nazyræatus ſui, atque agnum anniculum adducet in ſacrificium pro reatu, dieſque primi erunt irriti, quia pollutus fuit Nazyræatus illius. Hæc eſto Lex Nazyræatus completis Nazyræatus illius diebus; offerat illud ad portam tentorii conventus. Et in ſacrificium ſuum offerat agnum anniculum perfectum unum in holocauſtum, & ovem anniculam alteram perfectam in ſacrificium pro peccato, & arietem unum integrum in pacifica. Porro panis azymi caniſtrum, collyras e ſimila miſtas oleo, & lagana azyma uncta oleo, muneraque eorum cum libaminibus. Sacerdos vero ante faciem Domini adferat, & ſacrificium pro reatu paret cum holocauſto illius: Sed arietem paret Domino in ſacrificium pacificum cum azymi panis caniſtro; paret quoque ſacerdos munus & libamen illius. Deinde ſacerdos armum iſtum ex ariete coctum accipiat, collyramque azymam unam ex illo caniſtro cum lagano azymo uno, eaque Nazyræi manibus imponat, raſo prius Nazyræatu ſuo. Atque hæc ante faciem Domini ſacerdos agitato; res ſancta eſto pro ſacerdote, una cum agitationis pectore & elevationis armo: poſtmodum Nazyræus iſte bibat vinum. Hæc Nazyræi lex ſit, qui voverit oblationem ſuam Domino pro Nazyræatu ſuo, præter id quod aſſequetur manus illius; juxta votum quod vovit, faciat ſic juxta legem Nazyræatus ſui.

Ad hujuſce Legis illuſtrationem ſequentia ex Abarbanele annotanda erunt. Vocabulum נזיר *Nazyræus* alii a נזר *Corona* derivant, quia capillities iſta promiſſa Nazyræo eſt id quod regi diadema; idcirco in contextu dicitur, *Quia coronam Dei gerit in capite ſuo.* Alii a נזר *ſeparare*, quia ſe Nazyræus a communi rerum uſu penitus abſtrahit, & ad Divina ſeipſum applicat. Quamobrem & verbum יפליא Hebræi merito petunt a פלא *mirificum ſe oſtendere*, & non a פלה *ſeparare*; quia Nazyræi in operibus actionibuſque ſuis revere ſe mirificos aliis oſtendunt, ſive quis peculiarem vivendi modum, ſive mirabilia aliqua ab ipſis patrata ſpectet, ſicuti a Simſone factum accepimus. Quum igitur quis ſimpliciter Nazyræatum voverit, nihilque certi conſtituerit, ad tria obligatur; quorum unum eſt ut ſe quam longiſſime abſtrahat ab omni eo quod e vite proficiſcitur, vel inebriandi facultatem habet unde intellectus diſturbatur, ſenſuſque abripiuntur, cujuſmodi res in Lege ſtricte memorantur, ut homo Nazyræus ope earum veluti ſepimento quodam interjecto a vineæ fructibus excluderetur, & nunquam accederet propius, vel alio ipſum invitante. Alterum eſt, ne per totum Nazyræatus ſui tempus novaculam adhibeat ad radendum caput ſuum, nam Domino conſecratus eſt; ideo comam alat, & ne vel forcipe capillos abſcindat; nulla enim corona quantumvis aurea regi tam glorioſa ſit, quam hæc capillities Nazyræo. Et hæc eſt ratio quod vinum omnino interdicitur, ne ſcilicet unquam mente captus ſit, verum ſemper Deo ſuo addictus, & ne quidem ullo momento commercium divinum ipſi deſit. Tertium vero eſt, quod durante Nazyræatu ſe patris, matriſve, vel ullo propinquorum cadavere polluere non debeat, multo minus alienorum cadaveribus; atque de hiſce tribus dicit Lex, *Nam Coronam Dei ſui gerit in capite ſuo*: idcirco per omnem Nazyræatum ſuum Sanctus ſit. Quomodo igitur ſanctus eſſe poſſit is qui vino ſe ingurgitaret, cerebrumque debilitaret? Et cum coronam Dei gerat in capite ſuo, quomodo comam ſuam abradere poſſet? vel hominis mortui cadavere ſe polluere? quia hoc facto coronam ſuam foedaret? Nam ſicuti Deus Deuteronomii capite quarto decimo, commate primo præcepit, dicendo: בנים אתם ליהוה אלהיכם לא תתגודדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת *Filii Domino Deo veſtro vos eſtis, ne incidite neque calvitium obducite oculis veſtris propter mortuum aliquem.* Ita etiam Nazyræo præcepit ut corona Dei ſui ſemper caput ſuum ornaret, Deo adhæreret, & nunquam ad hominem mortuum appropinquaret, quia ipſa æternitas, & non mors, ſit portio illius. Attamen ſi Nazyræus repentina alicujus morte pollutus ſit, ut, ſi quis occiſus ſit, vel ſeipſum ſtrangulaverit, vel ſi mortuum in tentorio ſepultum imprudens tranſierit, & corona ipſius hoc modo polluta fuerit, tum ſeptem dies immundus erit, & die ſeptimo abradet capillitiem ſuam, poſtquam jam cinere vaccæ rufæ aſperſus, & purificatus fuerit. Octavo autem die adferat munus ſuum, ut expietur ab eo quod peccavit על הנפש id eſt propter iſtum cadaveris tactum, vel propter Nazyræatus ſui intermiſſionem, cum juſtus perfectus eſſe debuiſſet, cui non objicitur ulla iniquitas, ſicuti dicit Salomo in Proverbiis capite duodecimo: atque hic ſimpliciſſimus phraſeologiæ ſenſus ſit. Porro dicit Lex, וקדש את ראשו ביום ההוא *Et conſecret caput ipſius eo die*, ut ſignificet per vocem ההוא

eo ipſo, quod a die octavo & deinceps obtineat ſanctitas illius prima, uſque dum aquis ſeparationis propter immunditiem aſperſus fuerit. Munus vero illius erant duo turtures, ſive duo columbarum pulli, unus in ſacrificium pro peccato, & alter in holocauſticum offerebatur, & præterea ovis annicula in ſacrificium pro reatu; & quia peccatum illius ex errore commiſſum erat præter mentem, idcirco oblatio iſta adeo exiguarum erat impenſarum. Duorum turturum ſive duorum columbarum pullorum unus expiabat peccatum primum, alter qui holocauſto deſtinatus erat, offerebatur, ut priorem ſuam ſanctitatem redintegraret, & Deo ſuo denuo adhæreret, ſicuti ab initio; agnus autem pro reatu offerebatur, quia peccatum inſciens commiſerat. והימים הראשונים יפלו *& dies priores concident*, horum verborum hic ſenſus ſit; ſi exempli gratia duorum annorum Nazyræatum voverit, & uno anno tranſacto pollutus fuerit mortuo, anno altero non continuabit Nazyræatum, ut votum ſuum compleat, quia dies ante pollutionem coincident, & illorum in Nazyræatus tempore enumerando, non habebitur ratio; idcirco requiritur ut ab initio Nazyræatum ingrediatur juxta votum ſuum priſtinum. Verum ſi in genere Nazyræatum voverit nullo temporis ſpatio determinato, Sapientes inſtituerunt Nazyræatum in genere votum per triginta dies continuandum eſſe, ex eo quod Lex dicit קדש יהיה *ſanctus erit*, nam vocabulum יהיה juxta literas totidem numeros conficit.

Memoratis iis quæ ipſam Nazyræatus obſervationem ſpectant, pergit Moſes ad ſacrificia poſt complementum illius adducenda, quum dicit, וזאת תורת הנזיר ביום מלאת ימי נזרו *Hæc Nazyræi Lex ſit dum impleti fuerint dies Nazyræatus ſui*, vult, quando in animo habuerit Nazyræatus ſanctitatem deponere, & mundi deliciis denuo frui, tum offeret אתו *illum* id eſt, ſeipſum offeret ad oſtium tentorii conventus: vel etiam ſenſus vocis אתו *illud* hic eſſe poſſit, ut iſtud inferius memoratum ſacrificium e veſtigio offerat, quia vitam ſanctam exuerat, corporeaſque voluptates ei prætulerat; cum contra ei potius obdurandum fuiſſet in hoc pietatis ſtudio. Propterea veriſimile eſt, quod ſi Nazyræus impletis Nazyræatus ſui diebus in eo continuare velit, eundemque non profanare, non tenetur hoc ſacrificium adferre, quia id veluti ex delicti pœnitentia quadam offertur, quod Deum ſuum dereliquerit. Cæterum in commentario in Leviticum allegorico notatur, Nazyræum purificatum tria ſacrificiorum genera offerre, quia tria ſibi licita arrogavit, quæ antea ut prohibita in ſe ſuſceperat, cujuſmodi ſunt id quod a vite proficiſcitur, tonſura, & immundities; nam ſacrificium pro peccato offerebatur quod immunditiem contraxerat; holocauſtum, quod ſe raſerat; pacificum, quod vitis fructum perceperat. Et quia de vino non bibendo duæ admonitiones datæ ſunt, idcirco duo panis genera ei adferenda erant. Præterea Lex jubet ut ſex opera potiſſimum in hoc caſu fiant, quæ hæc ſunt; unum, ut offeratur agnus anniculus omni vitio deſtitutus in ſacrificium holocauſticum. Alterum, ut offeratur agna non vitiata in ſacrificium pro peccato. Tertium, aries unus non vitiatus in pacificum. Quartum, ſimila oleo miſta, & collyra oleo vncta, una cum donis libaminibuſque earum. Quintum, ut Nazyræus abradat capillos ſuos, atque eoſdem conjiciat in ignem qui in foco eſt ſub olla ſacrificio pacifico repleta. Sextum, ut ſacerdos armum ſeparet ab ariete, & cum iſto, & placentis azymis conficiat תנופה *ſacrificium quod agitandum eſt*. Jam conſentaneum erit ut ſingulorum ratio exponatur, quæ hæc eſſe poſſit; ſacrificio holocauſtico deſignabatur Deo firmiter adhærendum eſſe, licet non ſit Nazyræus. Sacrificio pro peccato; ut expiatio fieret pro depoſito ab ipſo Nazyræatu, & reditu ad mundi voluptates. Sacrificio pacifico; gaudendum eſſe quod Nazyræatus ſui dies rite abſolviſſet. Caniſtro pane azymo, donis, libaminibuſque repleto, deſignabatur ſupplicatio illius, quaſi diceret, hiſce omnibus forſan Deus accipiet faciem meam. Sed nunc redeamus ad reliquam Legis materiam, quæ eſt; ועשה הכהן את מנחתו ואת נסכו *Et conficiet ſacerdos donum illius & libamen illius*, horum in ſpecie meminit, quia omnibus oblationibus propria erant hæc duo genera; ſicuti in principio Levitici memoratur. Cæterum capilli Nazyræo abradebantur *ante portam tentorii conventus*, ut illic magno ſpectantium numero tanto majori afficeretur ignominia, dicentium, heri is geſſit coronam Dei ſui in capite ſuo, at jam eam detondet atque inſtar rei alicujus abominandæ in ignem conjicit. ולקח הכהן את הזרוע בשלה מן האיל *Et accipiet ſacerdos armum coctum ex ariete*, hinc colligimus armum ab ariete ſacrificii ſeparandum eſſe dum coctus ſit pro dominis ſuis, & ſacerdoti tradendum in ſignum quod per

armi

armi potentiam Nazyræus abſtrahitur a cupiditatibus corporeis ut Deo fiat ſanctus. Collyras autem & lagana reditum ad delicias carnales denotantia, jam coram Domino agitat, quaſi diceret; etſi ab hoc tempore & deinceps non ſim Nazyræus, nihilominus tamen Deum colam per omnem meam vitam; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ונתן על כפי הנזיר והניף אותם הכהן תנופה *& imponet volæ manus Nazyræi iſtius, atque ea in agitationem agitabit ſacerdos.* Hiſce omnibus peractis Nazyræo vinum bibendum eſt ut antiquum obtineat, cujus in primis meminit, quia iſtud omnium deliciarum primum eſt. Tandem ultimo commate denuo dicit, ואת תורת הנזיר אשר ידור קרבנו ליהוה *Hæc ſit lex Nazyræi qui voverit oblationem ſuam Domino*, quaſi dixiſſet, hæc eſt Nazyræi lex qui vovit ſe Domino oblaturum ſacrificium ad implendum dies Nazyræatus ſui. Et poſtea legi finem imponit, dicens, מלבד אשר תשיג ידו כפי נדרו *præter id quod aſſequetur manus illius juxta votum illius*, hujus ſenſus eſſe poterit de ſacrificio ex debito offerendo, ſive dives ſit Nazyræus, ſive pauper, ſive Nazyræatus pro brevi, ſive pro longo tempore votus ſit, nihilominus etiam offerendum eſſe pro conditione hominis, & voti illius.

Hæc divinæ Legis præcepta doctores Miſnici in compendium redegerunt, atque ex iis decem Præcepta, quorum duo ſunt affirmantia, & octo negantia, complexi ſunt, quæ in hocce codice Miſnico pertractantur. Hujuſmodi ſunt: Ut Nazyræus comam alat. Ut per totum Nazyræatus ſui tempus ſe non radat. Ne vinum bibat Nazyræus, imo ne quidem vini mixturam, licet acetum ſit. Ne uvas comedat recentes. Ne uvas paſſas comedat. Ne acinorum nucleos comedat. Ne exteriorem uvarum corticem comedat. Ne mortui alicujus tentorium ingrediatur. Ne polluatur per mortuos. Ut finito Nazyræatus ſui tempore, vel ipſo polluto, una cum ſacrificiis ipſi adducendis ſeſe radat. Et quemadmodum ad ſuperiorem codicem docuimus omnia votorum cognomina habenda eſſe ut ipſa vota, ita quoque in hoc caſu viget quod omnia Nazyræatus cognomina ſint habenda ut ipſe Nazyræatus; quia iſta depravatis loquendi formulis a nationibus Iſraëlitis olim adjunctis proferebantur, confundendo exempli gratia voces נזיק נזיח פזיח cum נזיר; quæ deinceps inter Iſraëlitarum vulgus viguerunt. Et ſic in cæteris bene multis quæ tu ex ipſo potiſſimum tractatu diſces. Tantummodo reſtat ut paucis moneam Nazyræi perpetui, & Simſonæi differentias; Nazyræus enim perpetuus ſi capillities præ gravitate ipſi incommodabat, ſingulis duodecim menſibus novacula eam leviorem reddere poterat, & tres beſtiolas offerebat; atque inſuper oblationem pro immunditie, ſi pollutus fuiſſet. Sicuti de Abſolomo ſcriptum accepimus a Samuele libro ſecundo capite quarto decimo: ויהי מקץ ימים לימים אשר יגלח כי כבד עליו וגלחו *& factum eſt ut capillities de diebus in dies tonderetur, quia ipſum gravabat.* At per ימים *dies* intelligi *annum*, ſive duodecim menſes, colligimus ex eo quod de domo in urbe muro cincta dicitur Levitici capite viceſimo quinto commate viceſimo nono, ימים תהיה גאלתו *Dies erit redemptio ejus*, id eſt, anno integro exacto fiet redemptio domus iſtius. Cæterum dices forſitan hoc repugnare ei quod ſupra dictum eſt Numerorum capite ſexto תער לא יעבור על ראשו *Novacula ne tranſeat ſuper caput illius.* Sed reſpondemus illic Nazyræi perpetui nullam factam eſſe mentionem: verum illius qui pro tempore vovit Nazyræatum, ex eo quod eodem in loco dicitur עד מלאת ימים אשר יזיר ליהוה *Uſque dum completi fuerint dies quibus Nazyræatum Domino vovit.* Sed cum quis Nazyræatum Simſonæum voverit, non licet ipſi comam quantumvis ipſum gravantem minuere; neque, ſi fortuito pollutus ſit, ſacrificium offerre. Hujuſce rei hæc eſt ratio, quod Simſon ipſe non voverat Nazyræatum, ſed quod angelus Domini dixerat matri ipſius, נזיר אלהים יהיה הנער מבטן *Nazyræus Dei erit iſte adoleſcens inde ab utero materno*: ubi vocabulum נזיר notat פרוש *Phariſæum*, ſive, *Deo deſtinatum*: videſis Judicum capite tertio decimo.

מסכת סוטה TRACTATUS DE UXORE ADULTERII SUSPECTA; hujus legis argumentum Deus dictavit Moſi Numerorum capite quinto hoc ſenſu: וידבר יהוה אל משה לאמר: דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם איש איש כי תשטה אשתו ומעלה בו מעל ושכב איש אתה שכבת זרע ונעלם מעיני אישה ונסתרה והיא נטמאה ועד אין בה והיא לא נתפשה: ועבר עליו רוח קנאה וקנא את אשתו והוא נטמאה או עבר עליו רוח קנאה וקנא את אשתו והיא לא נטמאה: והביא האיש את אשתו אל הכהן והביא את קרבנה עליה עשירת האיפה קמח שערים לא יצק עליו לבנה

עליו שמן ולא יתן עליו לבנה כי מנחת קנאת הוא מנחת זכרון מזכרת עון : והקריב אתה הכהן והעמדה לפני יהוה: ולקח הכהן מים קדשים בכלי חרש ומן העפר אשר יהיה בקרקע המשכן יקח הכהן ונתן אל המים : והעמיד הכהן את האשה לפני יהוה ופרע את ראש האשה ונתן על כפיה את מנחת הזכרון מנחת קנאת הוא וביד הכהן יהיו מי המרים המאררים : והשביע אתה הכהן ואמר אל האשה אם לא שכב איש אתך ואם לא שטית טמאה תחת אישך הנקי ממי המרים המאררים האלה : ואת כי שטית תחת אישך וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי אישך : והשביע הכהן את האשה בשבעת האלה ואמר הכהן לאשה : יתן יהוה אותך לאלה ולשבעה בתוך עמך בתת יהוה את ירכך נפלת ואת בטנך צבה : ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבות בטן ולנפל ירך : ואמרה האשה אמן אמן : וכתב את האלת האלה הכהן בספר ומחה אל מי המרים : והשקה את האשה את מי המרים המאררים ובאו בה המים המאררים למרים : ולקח הכהן מיד האשה את מנחת הקנאת והניף את המנחה לפני יהוה והקריב אתה אל המזבח : וקמץ הכהן מן המנחה את אזכרתה והקטיר המזבחה ואחר ישקה את האשה את המים : והשקה את המים והיתה אם נטמאה ותמעל מעל באישה ובאו המים המאררים למרים וצבתה בטנה ונפלה ירכה והיתה האשה לאלה בקרב עמה : ואם לא נטמאה האשה וטהרה הוא ונקתה ונזרעה זרע : זאת תורת הקנאת אשר תשטה אשה תחת אישה ונטמאה: או איש אשר תעבר עליו רוח קנאה וקנא את אשתו והעמיד את האשה לפני יהוה ועשה לה הכהן את כל התורה הזאת : ונקה האיש מעון והאשה ההוא תשא את עונה : *Et allocutus eſt Dominus Moſen, dicendo; Loquere ad Iſraëlis filios, & dicito illis: quum uxor a marito ſuo declinaverit, atque contra eundem omnino prævaricata fuerit, ita ut quis alius cum ipſa commiſtione ſeminis concubuerit, idque maritum latuerit & ipſa factum diſſimulaverit, licet polluta fuerit, nullo interim contra ipſam exiſtente teſte, vel eo a quo deprehenſa fuerit: Attamen maritus contra uxorem zelotypiæ ſpiritu afflatus, quia illa polluta fuit; vel, ſi ſpiritu zelotypiæ contra uxorem accenſus fuerit, cum illa non polluta ſit; tum vir ducat uxorem ſuam ad ſacerdotem, atque ſimul ejus ſacrificium pro ipſa adferat, quod eſt decima Ephæ pars de farina hordeacea: ſed ne affundat ei oleum, neque thus adjiciat, quia munus zelotypiæ eſt, munus memoriale quod iniquitatem revocat in memoriam. Sacerdos autem illud propius admoveat, & illam, coram Domino conſtituat. Deinceps ſacerdos aquas accipiat ſacras in vaſe teſtaceo, pulveremque e ſolo Tabernaculi accipiat ſacerdos, & in aquas iſtas conjiciat. Tum uxorem illam conſtituat coram Domino, & caput ejuſdem uxoris retegat, munuſque memoriale manibus illius imponat, munus zelotypiæ ſit, & in manu ſacerdotis ſint aquæ amaræ maledictionem inferentes. Et adjuret illam ſacerdos, dicatque ad uxorem iſtam:* SI NEMO TECUM CONCUBUERIT, ET NON DECLINAVERIS AD IMMUNDITIEM DUM MARITO SUBJECTA SIS, INSONS ESTO AB HISCE AQUIS MALEDICTIONEM INFERENTIBUS. VERUM SI DECLINAVERIS DUM MARITO TUO SUBJECTA SIS, ET POLLUTA FUERIS, ITA UT ALIUS QUIS PRÆTER MARITUM TUUM CORPUS SUUM TECUM COMMISCUERIT; *(tum ſacerdos jurejurando maledictionis adjuret iſtam uxorem, dicatque ſacerdos ad eandem uxorem:)* PONAT TE DOMINUS IN MALEDICTIONEM ET JUSJURANDUM INTER POPULUM TUUM, ET FOEMUR TUUM CADIVUM, VENTREMQUE REDDAT TUMIDUM. HÆ IPSÆ AQUÆ MALEDICTIONEM IMPORTANTES INGREDIANTUR VISCERA TUA UT VENTER INTUMESCAT ET FOEMUR CONCIDAT. *Reſpondeat uxor:* AMEN, AMEN. *Atque has maledictiones ſacerdos in libro conſcribat, deleatque aquis amaris. Inſuper ſacerdos curam adhibeat ut uxor iſtas aquas amaras maledictionem importantes bibat, atque in ipſa fiant in amaritudinem. Zelotypiæ autem munus accipiat ſacerdos e manu uxo-*

uxoris iſtius atque agitet iſtud munus coram Domino, offeratque idem in altare. Et tum a
munere illo pugillo capiat illius memoriale, & in altare adoleat, & poſtea uxori iſti aquas præ-
beat bibendas. Cum vero ei aquas præbuerit bibendas, atque illa polluta fuerit, & c ntra
maritum ſuum omnino prævaricata fuerit, & aquæ maledictionem importantes in ipſa in ama-
ritudinem factæ fuerint, venter intumuerit, & fæmur illius conciderit, tum uxor iſta in populo
ſuo erit maledictio. Si vero non polluta fuerit uxor iſta, ſed munda fuerit, inſons erit, & ſe-
men conſequetur. Hæc eſto Lex zelotypiæ, quum uxor de linaverit dum marito ſubjecta erat,
& polluta fuerit. Vel quum maritum corripuerit Spiritus zelotypiæ quam in uxorem ſuam
exercuerit, eandem coram Domino ſiſtens, & ſacerdos cum illa faciens juxta totam hanc-
ce Legem. Atque ita immunis erit maritus iſte ab iniquitate; ſed uxor iſta feret iniquitatem ſu-
am.

Hæc præcepta breviter ex Abarbanele enucleanda erunt. Per iſtam in exorſu repetitionem
vocum איש איש intelligendi ſunt omnis conditionis viri, dummodo honeſtis orti ſint paren-
tibus, ut Iſraëlitæ, Levitæ, & ſacerdotes, ſpuriis, atque iis qui ex inhoneſto matrimonio
ſuſcepti ſunt, exceptis. Et quum dicit, כי תשטה אשתו *Quum declinaverit uxor illius*,
vult, quod a via recta deflexit in officio conjugi ſuo præſtando, & cupiditates ſuas nulla
nexus conjugalis habita ratione ſecuta eſt. ומעלה בו מעל *Et prævaricata fuerit contra*
ipſum prævaricatione, quando ſcilicet alium præter maritum ſuum amaverit, atque in ſinu ſuo
perfide egerit ושכב איש אתה *Et cum ipſa vir concubuerit*, ita ſuſpicante quidem ipſius marito,
attamen revera non conſcio, quia illam ſolam cum alieno viro adulterium anhelante aliquo-
ties deprehendit in loco ſolo, deſtitutus omni teſte; nam ſi in ipſo actu adfuerint teſtes,
tam adulter quam adultera e veſtigio ipſa morte plectendi ſunt. Quandoquidem ergo non adfue-
rint teſtes oculati, ſ d probabiles duntaxat rationes allatæ fuerint, idcirco maritus zelotypia affec-
tus erat contra uxorem ſuam, ſive illa polluta fuiſſet, ſive non; quamobrem & illa explo-
randa erat. Cæterum in Commentariis Allegoricis ſtatuunt iſta verba, ומעלה בו מעל du-
plicem denotare prævaricationem; unam contra maritum, quatenus uxor dixerit filium
quem peperit, eſſe ex marito ſuo, & hæreditatem ipſius jure adire: alterum vero contra De-
um, qui præcepit ut quilibet Iſraëlita terræ hæreditatem conſequeretur juxta familiam pa-
ternam. Sed cum hæc adultera produxit ſpurium, ad ipſum perveniret terræ hæreditas; ad
quod evitandum per aquas amaras capiendum eſt experimentum, & uxor ad ſacerdotem ad-
ducenda, oblato a marito pro tranſgreſſione uxoris ſacrificio. Atque hoc ſacrificium con-
ſtabat potiſſimum *farina hordeacea*, ſine oleo & thure, ad ignominiam illius eo magis oſten-
tandam, & ut ei palam fieret ſe maritum relinquendo beſtiarum communem libidinem pera-
maſſe. Et quamvis moris ſit inter eos qui munera ad Deum vel hominem placandum mit-
tunt ut illa honorificis nominibus inſigniant, hoc tamen a marito ignominioſo nomine ap-
pellandum erat, nimirum, *munus Zelotypiæ, munus memoriale, quod iniquitatem in memoriam*
revocabat, ut ſanctiſſimus Deus quaſi irato in uxorem ferretur animo ſibi tam vile offerri,
ſi nomen, ſi rem, ſi materiam illius ſpectaret. Ita ut hic duplex eſſet zelotypia, a parte
Dei ob muneris vilitatem, & a parte mariti ob facinus uxoris ſuæ. Doctiſſimus Moſes
Nachmanides in Commentariis ſuis notat hocce munus ex farina hordeacea fieri, ut ira di-
vina eo magis in uxorem efferveſceret, atque hoc colligit ex eo quod ſcriptum eſt in libro
Judicum capite ſeptimo de צליל שערים *pane toſto hordeaceo*, quem nonnemo per quietem
viderat in Midianitarum caſtra devolvi, in magnam iſtius gentis ſtragem, nimirum,
ſicuti panis hordeaceus mali ominis fuit in Midianitas, ita quoque eum ejuſdem fuiſſe in
uxorem adulterii ſuſpectam; & propterea *Munus Memoriale* vocari quod Deum memorem
reddat tranſgreſſionis uxoris adulteræ, atque adeo pœnæ huic infligendæ ut facinus occultum
detegatur. Cæterum quod porro Moſes præcipit, והקריב אתה הכהן והעמידה לפני יהוה
Et propius admovebit illud ſacerdos; atque coram Domino conſtituet idem, non de muliere, ſed
de munere intelligendum eſt, nimirum, ut ſacerdos illud e manu mariti accipiat, & לפני
יהוה *coram Domino* ſiſtat, id eſt juxta altare. Deinde accipiat ſacerdos *aquas ſanctas* e la-
bro atrii, quæ illic conſecratæ ſunt, & pulverem e ſolo atrii adjiciat aquis iſtis, & tum ſa-
cerdos uxorem illam coram Domino ſiſtat. Colligimus itaque Deum hic ſex præcipue ope-
ra ſacerdoti peragenda præcepiſſe, quorum primum ſit, ut aquas accipiat e labro ſanctuarii.

Secundum, ut adjiciat his pulverem e ſolo tabernaculi deſumtum. Tertium, ut uxoris caput retegat coram Domino. Quartum, ut illam adjuret per diras & jusjurandum; illa reſpondente, *Amen*, *Amen*. Quintum, ut haſce diras conſcribat in libro, & expungat cum aquis. Sextum, ut ſacrificium ad altare adducat. Quæ opera omnia in muliebrium actionum opprobrium inſtituta ſunt; nam quid aqua ſancta aliud indigitat, quam quod illa legem caſtitatis tranſgreſſa fuiſſet, ſeque ut ſuem in omnem immunditiem convolviſſet. Pulvis e ſolo tabernaculi, quod honorem divinum violaviſſet, & non digna eſſet ut ſanctuarium ingrederetur, uti dicitur Deuteronomii capite tertio & viceſimo, *Donum meretricis & pretium canis non veniet in domum Domini.* Tum etiam, ut ei oſtenderetur ſe mere pulveream eſſe & in pulverem redituram, poſtquam ut vas teſtaceum e quo aquæ adducebantur, contractum fuiſſet illius corpus. Capitis retectio pilorumque explicatio, quod partes pudibundas retexeret. Jusjurandum & diræ erant ſacerdotis preces quas uxor delictum fatenti apprecabatur. *Amen*, *Amen*, hac formula affirmabat omnes diras quæ in charta deſcriptæ erant. Et hæ in peculiari charta deſcribebantur, ut veluti clavi ligno infixi viderentur. Sed nomen tetragrammaton יהוה in jurejurando memoratum expungebatur aquis iſtis, ut inde uxori conſtaret illud ipſius cauſa expungi, quia operibus ſuis malis Legem, Sanctuarium, omnes Iſraëlitarum filias, & in primis hoc ſanctiſſimum nomen ſummo opprobrio affecerat. Hoc autem vocabulum *Amen* bis pronunciabat, quia duæ erant diræ, ſemel pro ventre tumeſcente, & ſemel pro fœmore cadivo. Si vero recuſaret dicere *Amen*, tamen perinde habebatur ac ſi confeſſa fuiſſet, & tum illi laqueo pereundum erat in Synedrio. Ut autem illa culpam adulterii eo facilius fateretur, unus e ſenatoribus ei dicebat; *mea filia, multæ pridem ita fecerunt, vinum ad hoc multum confert, riſus & cachinni multa efficiunt, nimia juventa magnam dat occaſionem, vicini mali multum adjuvant, multi licet viri honorati ita fecerunt, & cupiditatibus ſuis capti ſunt.* Porro quoque ei narrabant hiſtoriam Judæ & Tamaris, ut & Rubenis & concubinæ patris illius, Amnonis ſororiſque illius, uſque dum confeſſa fuiſſet, ne nomen tetragrammaton deleretur aquis. Poſtquam ergo faſſa fuiſſet, libera exibat dote ſua perdita; vel interficiebatur uti quidem alii ſtatuunt Doctores. Aquæ vero hæ vocantur *amaræ* propter pulverem illis inditum, vel propter atramentum quo diræ conſcriptæ erant; nam revera palato amaræ erant. Et *diras denunciantes* vocabantur, quia experimento per ſacerdotem capto, & rei veritate extorta, diras uxori denunciabant, & in amaritudinem uxori fiebant. De his porro dicebat ſacerdos uxori, *veniant in viſcera tua*, ut ei terrorem incuteret. Cæterum quod ſuperius in hac Lege dicitur וביד הכהן יהיו מי המרים המאררים *& in poteſtate ſacerdotis erunt aquæ iſtæ amaræ quæ diras inferunt*, id eo ſenſu accipiendum eſt quod natura ſua amaræ ſunt, et diras efficiunt demum in operationibus ſuis, quum uxor eas bibebat, uti dicitur, *& bibendas uxori dabit ſacerdos aquas amaras diras inferentes*, & tum ambæ explorationes effectus ſuos ſortiebantur, qui erant venter intumeſcens, & fœmur deciduum. Sed in Allegoricis putant, id quod dicitur, *& in poteſtate ſacerdotis erunt aquæ amaræ*, indigitare, aquas amaras dum in poteſtate ſacerdotis erant, duntaxat amaritudinem adſciviſſe, ipſo aliquid amari in illas conjiciente. Fœmur vero uxori cadebat in ſignum quod illa antea adultero fœmur porrexerat; & venter ei intumeſcebat, quod amatorem in illum receperat cum ea ſpe ut impraegnaretur & filium pareret, cum jam mero vento implebatur. Qui vero ירך נופלת *fœmur cadivum* non de parte pudenda, ſed de ipſo fœmore intelligunt, iſti hujuſce phraſeologiæ ſenſum hunc eſſe putant, quod fœmore ipſi diſſoluto non amplius incedere poſſet ſicuti oportet; ſed in hanc illam partem vacillaret, ita ut omnibus ipſi obviam venientibus eſſet ſcandalo, dicentibus, *ita fiat omni mulieri quæ fecerit quemadmodum hæc.*

Verum enim vero, operæ pretium eſt notare id quod acutiſſimus doctor Nachmanides monet, in tota Lege non occurrere quicquam divinius quam illa per aquas amaras adulterii exploratio, earumque operationes tam miraculoſas fuiſſe ut nunquam effectum ſuum negarent, quamdiu Iſraëlitæ in maxima continentia ac caſtitate viverent. His autem ceſſantibus, ceſſaſſe etiam mirificam illam aquarum vim in detegendis arcanis, quemadmodum propheta Hoſeas dicit capite quarto, לא אפקוד על בנותיכם כי תזנינה ועל כלותיכם כי תנאפנה כי הם עם הזונות יפרדו ועם הקדשות יזבחו ועם לא יבין ילבט : *Non am-*

plius in filias veſtras animadvertam, quia ſcortantur; neque in ſponſas veſtras, quia adulterantur: ſegregant enim ſe cum ſcortis atque cum meretricibus ſacrificant; idcirco gens intelligentia deſtituta conturbabitur. Propterea dicit Lex, ונקרה האיש מעון *& immunis erit vir iſte ab iniquitate*; marito igitur adulterii puro, aquæ dabant in uxore experimentum ſuum, ſin minus, non dabant. Inſuper hæc Sapientum animadverſio eſt, quod uxor adulterii ſuſpecta, poſtquam chartula aquis deleta eſſet, ſi antea peccatum ſuum non confeſſa fuiſſet, nolens aquam amaram bibere debebat, licet jam confiteretur; & propterea poſt chartulæ deletionem ſequitur bibendi neceſſitas. Verum ſi uxor non polluiſſet ſe cum viro alieno, & munda comperta fuiſſet, immunis erat a violentia aquæ amaræ ut ei non noceret, & præterea ad pariendum foecunda fiebat, ſi antea ſterilis fuiſſet. Id autem quod dicit, ונקה האיש מעון והאשה ההוא תשא עונה *Et vir iſte immunis erit ab iniquitate, ſed mulier iſta feret iniquitatem ſuam*, indicio ſit, maritum, licet uxor illius ab adulterio libera ſit, non accuſandum eſſe temerariæ in conjugem ſuam ſuſpicionis, nam id quod hac in parte fecit, propterea fecit quod illam aliquoties cum alieno viro in ſolo loco deprehenderat; idcirco dicitur, *& immunis erit vir iſte ab iniquitate.* Verſionem huic tractatui adjectam una cum locupletiſſimo in eundem commentario a Doctiſſimo Chriſtophoro Wagenſeylio, in Altorphi Noricorum Academia Doctore, & Profeſſore longe Celeberrimo in lucem editam ſuppeditavimus, Gemaricis duntaxat miſſis, quæ adjicere non permittebat operis iſtius magnitudo, neque ipſe ſcopus noſter quem in iis quæ ad Miſnica tantummodo illuſtranda, in hoc opere curando nobis propoſuimus.

Excipit hunc מסכת גיטין TRACTATUS DE DIVORTIIS, cujus Lex nobis a Moſe tradita eſt ſub nomine ספר כריתות *Libellus Reſciſſionis*, quia illius ope quaſi conjugii quædam reſciſſio fiat, quemadmodum videmus ex iis quæ dicuntur Deuteronomii capite viceſimo quarto: כי יקח איש אשה ובעלה והיה אם לא תמצא חן בעיניו כי מצא בה ערות דבר וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה ושלחה מביתו: ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר: ושנאה האיש האחרון וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה ושלחה מביתו או כי ימות האיש האחרון אשר לקחה לו לאשה: לא יוכל בעלה הראשון אשר שלחה לשוב לקחתה להיות לו לאשה אחרי אשר הוטמאה כי תועבה הוא לפני יהוה ולא תחטיא את הארץ אשר יהוה אלהיך נותן לך נחלה: id eſt, *Si quis duxerit uxorem, & cum illa corpus ſuum miſcuerit, at illa deinceps non invenerit gratiam in oculis ipſius, quia aliquid fœdi in illa comperit, & idcirco ei* LIBELLUM RESCISSIONIS *conſcripſerit, dederitque in manum, atque illam domo expulerit: Tum illa exeat e domo ipſius, & alterius viri fiat. Cumque illam odio proſecutus fuerit vir ultimus, ei* LIBELLUM RESCISSIONIS *conſcripſerit, & in manum illius dederit, domoque expulerit ſua; vel ſi extinctus fuerit vir iſte ultimus, qui eam in uxorem ſumpſerit: tum vir illius prior qui eam dimiſit, non poterit illam denuo in uxorem ducere, poſtquam illa polluta fuerit; quia illa Domino abominatio eſt: ne peccatum intromiſeris in terram quam tibi dat Dominus Deus tuus in poſſeſſionem.*

Verum in lingua Miſnica *Divortium* vocatur גט cujus ſenſum nobis explicat Maimonides in principio Hilchot Geruſchin, quum ſcribit, אין האשה מתגרשת אלא בכתב שיגיע לה וכתב זה הוא הנקרא גט *uxor non expellenda eſt niſi ope alicujus ſcripti quod ad manus illius pertigerit, atque hoc ſcriptum vocatur* גט. Porro notam idem auctor quod decem circa divortium obſervandæ ſint conditiones, quæ עקר גרושין *Fundamentum Expulſionum* dicuntur, cujuſmodi ſunt; Ne quiſquam uxorem ſuam expellat niſi volens: Ut illam expellant ope ſcripti, non ope alius rei: Ut ſcripti illius argumentum ſit ſe illam expellere, & e poſſeſſione ſua removere: Ut ejuſdem ſenſus ſit quod omnia inter ipſum & ipſam reſcinduntur: Ut conſcriptum ſit in nomine uxoris: Ne poſt ſcriptionem illius quid reſtet amplius, præterquam ut uxori tradatur: Ut ipſi uxori in manus tradatur divortium: Ut hæc traditio fiat teſtibus præſentibus: Ut maritus divortium tradat uxori ſuæ ſecundum ritum Legalem: Ut eadem traditio fiat per ipſum maritum, vel per ipſius miniſtrum. Hæ decem conditio-

nes e Lege petitæ ſunt; nam ex eo quod ipſa dicit, *Et fiet ſi illa non invenerit gratiam in oculis ipſius, ut ſcribat ei Libellum Reſciſſionis, detque in manum illius atque e domicilio ſuo expellat,* colligimus quod maritus volens expellat uxorem ſuam; atque adeo non expulſa cenſetur, ſi nolens eam dimiſerit, ſed ipſa nolens volens dimitti poteſt. Quod ope ſcripti dimittenda ſit, colligitur ex eo quod dicitur וכתב *& ſcribet.* Et ex eo quod adjungitur לה *ei*, probatur quod divortium in nomine uxoris conſcribi debeat. ספר כריתות *Libellus Reſciſſionis* reſcindit omne inter maritum & uxorem commercium, ne ſcilicet marito ulla in uxorem reliqua ſit poteſtas; cæteroquin nondum expulſa eſt. Ex eo quod dicitur ונתן בידה *& dabit in manum illius*, probatur quod uxor non prius expulſa ſit quam maritus divortium dederit in manum illius, vel in manum ſervi, qui & in *manu*, id eſt in poteſtate illius eſt. Et ex eo quod dicitur ושלחה *& dimittat eam*, elicitur quod libelli repudii ſenſus eſſe debet, maritum eſſe eum qui uxorem dimittit, non vero eum qui ſeipſum ab uxore ſua dimittit. Cæterum quod lex dicit, ושלחה מביתו *& dimittet eam domo ſua*, id non probat divortium non eſſe perfectum niſi domo mariti exierit, ſed tum potius, quum divortium pervenerit ad manus uxoris, licet illa adhuc in domo mariti commoretur; nam illud ושלחה *& dimittet eam*, intelligendum eſt ſe uxorem ſuam quidem a ſe dimiſiſſe, at non domo eduxiſſe, perinde ac ſi divortium revocaſſet; propterea libellus repudii ſecundus requiritur. Id autem quod dictum eſt, nullam actionem reliquam eſſe debere poſt libelli repudii conſcriptionem, probatur ex eo quod ſcriptum eſt, וכתב ונתן *& ſcripſerit ac dederit*; is igitur rectus ſit repudii libellus cui præter ſcriptionem & dationem nihil deeſt. Quod tandem repudii libellus ſpeciatim Lege dimiſſionis uxori tradendus ſit, probatur ex eo quod dicitur ספר כריתות *libellus reſciſſionis;* tradatur ergo ex Lege libelli reſciſſionis.

Formulam vero libellorum repudii in terra Iſraëlis uſitatam hujus argumenti a Maimonide in Hilchot Geruſchin capite quarto accepimus, nominibus propriis a nobis additis:

בכך בשבת בכך וכך לירח פלונית בשבת כך וכך ליצירה או לשטרות למנינא דרגילנא למימני בה הכא במקום פלוני איך אנא אברהם בר דוד דמסקום פלוני וכל שום אחרן וחניכה דאית לי ולאבהתי ולאתרי ולאתריהן דאבהתי צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ופטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי אנתא בת ראובן דמסתא פלונית וכל שום אחרן וחניכא דאית ליכי ולאבהתיכי ולאתריהון דאבהתיכי די הוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי דיתהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר דיתצביין ואינש לא ימחות בידיכי מן שמי מן יומא דנן ולעולם והרי את מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין וגט פטורין ואגרת שבוקין כדת משה וישראל׃

יוחנן בן צדוק עד

אליעזר בן יעקב עד

Hæc ita Latine reddantur; HOC DIE SEPTIMANÆ, QUI DIES EST HIC ILLE MENSIS HUJUS, ANNO HOC ILLO A MUNDI CREATIONE, VEL AB EPOCHA CONTRACTUUM SECUNDUM ISTAM COMPUTANDI RATIONEM, QUAM NOS HIC LOCI OBSERVARE SOLEMUS. EGO ABRAHAM FILIUS DAVIDIS EX LOCO N. ET SI QUOD ALIUD NOMEN AUT COGNOMEN MIHI, PARENTIBUSQUE MEIS, SEDI MEÆ, ATQUE PARENTUM MEORUM SEDIBUS, INCLINATIONE VOLUNTATIS, NULLA VI ADHIBITA ASSERO, DERELINQUO, MITTO, REPUDIO TE REBECCAM UXOREM MEAM FILIAM RUBENIS, QUÆ ES E LOCO N. ET SI QUOD ALIUD NOMEN ET COGNOMEN TIBI PAREN-

RENTIBUSQUE TUIS, SEDI TUÆ, AUT PARENTUM TUORUM SEDIBUS, QUÆ FUISTI ANTEHAC UXOR MEA, NUNC ASSERO, MITTO, REPUDIO, UT IN TUA POTESTATE, ET TUI JURIS SIS DEINCEPS, ET NUBAS CUICUNQUE VISUM FUERIT VIRO, NEC QUISQUAM TE MEIS VERBIS IMPEDIAT AB HOC USQUE DIE IN POSTERUM: EN TU LICITA SIS CUNCTIS VIRIS. HIC TIBI SIT A ME LIBELLUS REPUDII,| LIBERTATIS ASSERTIO, ET DIVORTII LITERÆ SECUNDUM LEGEM MOSIS, ET ISRAELITARUM.

JOCHANAN FILIUS ZADOCI, TESTIS.
ELIEZER FILIUS JACOBI, TESTIS.

Poſtquam populus Hebræus e terra ſancta Babylonem captivus abductus fuiſſet, atque ibidem Chaldæorum linguam addidiciſſet, Sapientes in commodum plebis permiſerunt libellum repudii literis Chaldæis conſignari. Et abhinc uſque ad hodiernum huncce diem ubique terrarum inter Iſraëlitas conſuetudo obtinuit ut iſte libellus in lingua Chaldæa conſcribatur; licet etiam fas ſit eundem in omni conſcribere lingua. Quare autem voces quædam literis deficientibus, aliæ vero reſiduis conſignatæ ſint in hocce libello, ut & de literis quibuſdam majuſculis, atque ſurſum deorſum dilatatis, itemque de innumeris in hac literatura rite obſervandis, jam in ſpecie egimus ad ipſam libelli repudii Tabulam æneam, quam in tractatu de Divortiis a Doctiſſimo Rabbino Iſaco Eccleſiæ Judæorum Germanorum Amſtelædami ab actis elegantiſſime exarari curavimus, ut cuivis eam introſpicienti conſtare poſſit, qua forma Judæi etiamnum ſuos repudii libellos conſignare ſolent; quæ hic denuo perſequi non eſt loci. Quæritur autem ab Abarbanele quamobrem divortium fieri debeat per aliquod ſcriptum, & cum tot conditionibus quæ ex veterum Sapientum inſtitutis obſervandæ ſunt, & non ſufficiat potius ipſa Dei Lex, qua maritus expellere poteſt uxorem ſuam, ſi ea non arrideat ipſi. Tum etiam, an Rei divinæ conveniens ſit, ut legem divortii ponat quæ conjugii inſtitutioni omnino contraria videtur, cum hoc modo ii qui ex Lege divina conſociati ſunt, alia lege a ſe invicem divellantur. Præterquam quod in maritum illiusque familiam ex uxoris miniſterio tantæ redundant utilitates, ſi pecuniarum acceſſionem, ſi honores, ſi corporis commoda, ſi animi ſui tranquillitatem, ſi denique liberorum recte educandorum ſtudium conſideret. Sed reſpondetur, Deo nihilominus viſum fuiſſe conjugii diſſolutionem concedere, cum iſtæ quas recenſuimus commoditates, in eo non obtineant. Quantumvis enim homo homini ſimilis eſt in corporis forma, interdum tamen in hoc ſtatu peccaminoſo ipſa animorum conditio in tantum differt, ut nihil minus quam pacis tranquillitatiſque ſtudium inter conjuges vigere poſſit, ſed potius odium, rixæ, jurgia, atque id genus aliæ incommoditates exoriantur, cum genus humanum in connubiis ineundis non tam ingenii corporiſque naturam convenientem ſpectare ſolet, ſed ad oculorum laſciviam, divitiarumque poſſeſſiones fruendas cum cujuſlibet nationis fœmineo ſexu promiſcue corpus ſuum miſcere, nulla fere temperamenti habita ratione, cujus tamen ipſe Deus cum Adamo in primo conjugio tantam habuit rationem. Poſtquam enim Adamus in conjuge deligenda omnium animantium naturam inſpexiſſet, faſſus eſt ſe non inveniſſe עזר כנגדו *auxilium e regione ſui*, id eſt, licet ſexus fœminei appetitu afficeretur, & illius idea quidem ipſi animo obverſaretur, mulierem tamen naturæ ipſius vere congruam deſignare non poterat, quantumvis id præſtare deſiderabat. Propterea neceſſarium erat ut divina eum ſapientia hac in parte erudiret, eique auxilium inveniret quod revera erat כנגדו id eſt כדומה לו *ei par*, *& convenientiſſimum*, in quo deſiderium ipſius penitus acquieſcere poterat. Sed cum non omnes viri hunc ſibi ſcopum proponant, verum uxoris ſpeciem quæſiviſſe contenti ſint, hinc cum Rege Salomone in Proverbiis aliquando confiteri coguntur, ſe mulieres ipſa morte amariores nactos eſſe. Ne igitur cum uxore angue pejori viris Iſraëlitis vivendum eſſet, conceſſit ſupremus

mus legiſlator ut ſolemni modo inter ipſos divortium fieret, ut tam marito quam uxori liberum eſſet ſibi quærere conjugem naturæ ipſorum convenientiorem. Oſtendere enim voluit miſericors Deus ſe non minus poſt tempora peccaminoſa, quam ante ea, hominum Deum fore, nimirum, ſe omnia quæ ad hominum ſalutem perficiendam facere poſſunt, contribuere velle. Hinc eſt ut non moleſte tulerit denuo populo Iſraëlitico per Moſen & vates ſuos, & noviſſimis temporibus per filium ſuum illiusque legatos toti humano generi in ſcriptis renovare ea quæ antea primorum hominum cordibus tam luculenter indiderat. Ne vero quis temere cum uxore ſua divortium faciat, vel uxor ſine cauſa maritum deſerat, vel ſe expulſam dicat ut cum alio rem habeat cujus ipſos poſtea poeniteat, idcirco voluit ut tantus apparatus, & tot actiones obſervarentur, atque repudii libellus conſignaretur, ut illius ope maritus ad ſe rediret inter ſcribendum ubi teſtes adſint, ſi irato id fecerit animo; & uxori præcideretur ſcortandi occaſio, ne cum quoquam viro alieno ſe miſceat, niſi divortii literas prius oſtenderit. Porro, ne ſæpius inter conjuges divortium fiat, ſenatus Hebræus gravem pecuniæ multam infligere ſolet iis qui divortium inter ſe velint, quamobrem raro admodum eo audaciæ procedunt ii qui & pecuniæ & honori ſuo parcere cupiunt. Quibus vero de cauſis repudii libellus conſcribi debeat, quo modo, e qua materia, a quibus perſonis, quo argumento, quibuſque teſtibus ſignari, atque id genus alia bene multa, lector percipiet ex ipſo in quo verſamur tractatu.

מסכת קדושין TRACTATUS DE SPONSALIBUS, hic infimum ſortitus eſt locum, cum primum potius ſortiri debuiſſet, ſi Miſnæ auctor connubiorum tempora recte perpendiſſet, ubi enim nihil de Sponſalibus præceſſit, ibi nulla dos, nullum inſtrumentum dotale, nullum leviratus conjugium, nulluſque repudii libellus locum habere poteſt; ſed auctor in his ita diſponendis Scripturæ ordinem imitatus eſt. Moſes namque ritum de Sponſalibus in libro Deuteronomii ſecundo & viceſimo capite demum deſcribit. Tum etiam id feciſſe putandus eſt, quia connubii ineundi ratio in cujuſlibet hominis arbitrio eſt, ut nemo ad illius neceſſitatem cogi queat; cum reliquorum codicum Leges conjuges omnino ad officia ſua revocent. Neceſſaria igitur quæque præmittenda erant. Adferamus nunc ad majorem hujuſce codicis elucidationem pauca e Maimonide in principio Hilchot Iſchot, ubi notat connubia rite contrahi ſolere ante Legem a Moſe latam, ſicubi mulier obviam veniſſet viro, atque amborum ſenſus ad conjugium conſpirarent, ut vir illico mulierem domum duceret ſuam, eamque ſolus ſolam amplecteretur. Lege autem Iſraëlitis data, Deus præcepit ipſis, ut, quiſquis uxorem ducere vellet, prius eam ſibi coram duobus teſtibus emat, & poſtea uxorem ducat; quemadmodum ſcriptum eſt Deuteronomii capite ſecundo & viceſimo, commate decimo tertio, כי יקח איש את אשה ובא אליה *Cum vir emerit mulierem, & ad eam ingreſſus fuerit.* Hæc vero emtio præcepto Legis affirmante ſancita triplicem conjugii inter Iſraëlitas ineundi modum comprehendit, acquiritur enim a viro mulier argento, contractu ſeu perſcriptione, & congreſſu: perſcriptione & congreſſu, ſecundum Legem; argento, ex inſtitutis Sapientum. Cæterum hæ ליקוחין *Emtiones* etiam קדושין *Dicationes*, aut ארוסין *Sponſalia* vocari ſolent; & mulier harum trium una emta, vocatur מקודשת *Dicata*, aut מאורסת *Sponſa*. Jam ubi mulier iſto modo emta atque dicata fuerit, licet viro nondum juncta ſit, neque domum illius ducta, dicitur אשת איש *uxor viri;* idcirco, ſi quis præter maritum cum illa rem habuerit, morti tradatur a Synedrio. Et ſi emtor eam poſtea repudiare velit, libellum repudii ei præbeat neceſſe eſt. Antequam vero Lex data fuiſſet, ſi vir occurriſſet mulieri, & utrique conveniſſent, data mercede vir mulierem ſubigere poterat vel in media via, & deinceps abire; atque iſtiuſmodi mulier tum temporis vocabatur קדשה *Sancta*, quæ Latinis *meretrix*. Lege vero Iſraëlitis lata, talis meretrix remota fuit, quemadmodum Deus præcipit Deuteronomii capite tertio & viceſimo, commate ſeptimo decimo, לא תהיה קדשה מבנות ישראל *Ne ſit meretrix inter Iſraëlis filias.* Quiſquis ergo Iſraëlitarum ab iſto tempore cum muliere rem habuiſſet nomine ſcortandi, & non dicandi, vapulat ſecundum Legem, quia meretricem ſubegit. Jam vero ſi quis dicandi ſolennitatem aggredi velit,

lit, oportet ut ipſe prius ſive procurator illius adhibito vini vaſculo Deum hunc in modum invocet: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו והבדילנו מן העריות ואסר לנו את הארוסות והתיר לנו את הנשואות על ידי חופה וקדושין ברוך אתה יהוה מקדש ישראל: Id eſt: *Benedictus ſis Domine, Rex mundi, qui nos præceptis tuis initiaſti, & juſſiſti ab inceſtis abſtinere; & prohibuiſti nobis deſponſas, verum nuptas conceſſiſti per thalamum nuptialem, & dicationem: Laus tibi Domine, qui ſanctificas Iſraëlem!* His ita fuſis precibus, dicationem peragat quæ unius nummi argentei ope ſaltem, vel illius quod tantundem valet, perficiebatur, ſponſo dicente ſponſæ, הרי את מקודשת לי ECCE TU MIHI DICATA SIS: vel, הרי את מאורסת לי ECCE TU MIHI DESPONSA SIS: vel, הרי את לי לאשה בזה ECCE TU MIHI SIS UXOR HACCE RE: atque hoc coram teſtibus fiat. Sponſus enim iſta verba proferre debet e quibus percipi poteſt ſe ſponſam illam ſibi in uxorem emiſſe, & poſtea argentum dare. Si quis autem perſcriptione ſibi dicare velit, ſcribat in charta, vel in teſta, vel in folio aliquo, vel in alia re literarum formas admittente, hoc ſenſu, EN TU MIHI DICATA SIS: vel, EN TU MIHI DESPONSA SIS: tum iſtud literarum genus coram teſtibus ſponſæ tradat. Si vero congreſſu ſibi uxorem dicarit, itidem dicat ei: EN TU MIHI DICATA SIS: vel, EN TU MIHI DESPONSA SIS: vel, EN TU MIHI HOC COITU UXOR SIS; atque id genus alia: tum teſtibus præſentibus ſibi iſtam in uxorem habeto. Sin autem per procuratorem quendam ſibi uxorem quærat, non requiruntur alii præter ipſum teſtes, quia ipſe procurator teſtis ſufficiens eſt. Cum igitur ſponſi procurator uxorem dicarit, is ita dicat ei, הרי את מקודשת לפלוני בכסף זה או בשטר זה EN TU DICATA SIS HUIC N. ARGENTO ISTO, VEL CONTRACTU ISTO. Si vero ſit procurator ſponſæ, qui dicationem recipiat, tum ita dicat, הרי פלונית ששלחה אותך מקודשת לי EN HÆC N. QUÆ TE MISIT, DICATA SIT MIHI: cui ille: קדשתיה לך *Dicavi eam tibi*: vel, ארסתיה לך *Deſpondi eam tibi*: vel נתתיה לך לאשה *Dedi eam tibi in uxorem*: & horum ſimilia. Pariter, ſi quis ſibi dicarit uxorem per patrem illius, dicat ei, הרי בתך פלונית מקודשת לי EN FILIA TUA N. DICATA SIT MIHI: tum pater illi: קדשתיה לך DICAVI EAM TIBI. Quod ſi pater procuratorve reſpondeat הין ITA, ſatis ſit: imo licet ſileat. Si quis enim patri, vel procuratori, interea dum hac de re agunt, dederit aliquid, idemque non modo nihil explicet, ſed ne dicat quidem; dicatio tamen ſatis firma ſit. Si vero PERSCRIPTIONE dicavit, hanc ne ſcribat niſi patre, aut procuratore ſciente & volente. Atque ita ſe habet totum hoc uxoris dicandæ negotium, ut vir cum uxore agat, ſicuti procurator cum procuratore, aut cum patre. Sed quemadmodum præſtat ſi quis per ſe ipſe dicarit, quam per procuratorem; ſic etiam præſtat ſi fœmina per ſe ipſa, quam ſi per procuratorem ſuum dicata fuerit. Quanquam enim patri integrum ſit, ut filiam ſuam adhuc parvam dicet, nihilominus tamen ſic facere neminem decet. Nam a Sapientibus ſancitum eſt, ut ne quiſquam filiam parvam dicet, niſi jam adulta dixerit אני רוצה EGO VOLO. Pari modo non conceſſum eſt cuiquam ſibi parvam dicare, nec antequam eam ipſe viderit, idoneamque repererit; ne forte poſtea quam cum illa corpus miſcuerit, animus a conſortio illius abhorreat, & nuntium ei remittat. Hæc de

de Sponſalibus connubiiſque more antiquo rite contrahendis tibi breviter dixiſſe juvabit, quiſquis hujuſce tractatus viam ingredi cupias. Sed antequam a nobis vela contrahantur, lector, non poſſum quin tibi paucis ſignificem quod ab altero volumine Miſnico in lucem edito ad hunc uſque diem meſſis noſtra mirum quantum accreverit, & adhuc indies accreſcat, cum aliquot viri docti qui de hac literatura bene mereri voluerunt, manuſcripta ſua liberaliſſime ad nos tranſmiſerint, quæ eo uſque aucta ſunt ut juſtum aliquod volumen conficere poſſint. Quare in animum induximus ea omnia ſeorſim in uno volumine edere, eademque plane forma qua tria jam edita ſunt, quod APPENDIX MISNICA inſcribendum erit, atque ſimul cum ſexta Miſnæ parte prodibit. Si qui igitur ſint qui vel ſua, vel aliena hujus notæ manuſcripta quæ auctionis jure ad ipſos venerint, poſſideant, ii etiam atque etiam rogantur ut in Hebraicarum antiquitatum emolumentum ea nobiſcum communicare velint, qui omne ſtudium atque operam noſtram in iis quotidie promovendis collocare ſolemus. Et ut hoc eo majori fiat commodo, integrum anni ſpatium largimur iis qui forſan ſuis limandis manum adhibeant. Vale. Scripſi Amſtelædami ipſis Calendis Maiis cIↄ Iↄcc.

מסכת

מסכת יבמות

פרק א חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן וצרות צרותיהן מן החליצה ומן היבום עד סוף העולם ואלו הן בתו ובת בתו ובת בנו בת אשתו ובת בנה ובת בתה חמותו ואם חמותו ואם חמיו אחותו מאמו ואחות אמו ואחות אשתו ואשת אחיו מאמו ואשת אחיו שלא היה בעולמו וכלתו הרי אלו פוטרות צרותיהן וצרות צרותיהן מן החליצה ומן היבום עד סוף העולם וכלן אם מתו או מיאנו או נתגרשו או שנמצאו אילונית צרותיהן מותרות ואי אתה יכול לוכר בחמותו ובאם חמותו (ס"א) ובאם חמיו שנמצאו אילוניות או שמיאנו :

Tractatus de Levirorum in Fratrias Officiis.

CAput 1. Quindecim mulieres liberant æmulas ipſarum, & æmulas æmularum ipſarum ab extractione calcei, & à leviratione uſque ad finem mundi; ſuntque hæ, filia ejus, & filia filiæ ejus, & filia filii illius, filia uxoris illius, & filia filii illius, & filia filiæ illius, ſocrus illius, & mater ſocrus illius, & mater ſoceri illius, ſoror illius è matre illius, & ſoror matris illius, & ſoror uxoris illius, & uxor fratris illius è matre illius, & uxor fratris illius qui non erat in mundo ipſius, & nurus illius, ecce hæ liberant æmulas earum, & æmulas æmularum earum ab extractione calcei, & à leviratione, uſque ad finem mundi. Sed hæ omnes, ſi mortuæ fuerint, aut abnuerint, aut repudiatæ fuerint, aut ſteriles inventæ fuerint, æmulæ earum licitæ ſunt. Cæterum de ſocru illius, & de matre ſocrus illius, (aliud exempl. & matre ſocrei illius) dici nequit, ſi ſteriles inventæ fuerint, aut abnuerint.

R. OB. DE BARTENORA.

חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן *Quindecim mulieres liberant æmulas earum*, ut, ſi una earum nupſerit cum fratre ipſius, & illi duæ fuerint mulieres, & ille mortuus fuerit ſine liberis, ambæ ſunt liberæ, ut Scriptura dicit Levit. 18. 18. ואשה אל אחותה לא תקח לצרור לגלות ערותה עליה ubi non neceſſe erat dicere עליה *ſuper illam*, niſi ad docendum nos, quod etſi leviratio ejus ſit ea de qua dicitur Deut. 25. 5. יבמה יבא עליה ſi fuerit mulier cum ſorore, non illam ſumet; idem intelligendum eſt de reliquis conſanguinitatibus ſive ſcortationibus impudicis, quæ merentur pœnam exciſionis. Unde autem probatur quod mulier prohibita ſit, & unde probatur æmula? ex eo quod dicitur לצרור *ad anguſtia afficiendum*; & *æmula æmulæ ejus* probatur ex eo quod dicitur לצרור & non לצור, unde intelligi poteſt, quod non ſumet mulierem prohibitam, nec æmulam ejus, nec æmulam æmulæ ejus.

בתו ובת בתו וגו' *Filia ejus*, *& filia filiæ ejus* &c. eſt filia ejus è muliere ſtuprata, ſic etiam filia filiæ ejus, & filia filii ejus: nam ſi filia ejus eſſet ex uxore ſua, de qua dictum eſt בת אשתו *filia uxoris ejus*, quia ſcriptum eſt Levit. 18. 17. ערות אשה ובתה לא תגלה idem eſt, an ſit filia uxoris ex ipſo, an vero ex alio viro; ſed filia ejus quæ fuerit è muliere ſtuprata, non elicitur ex hoc loco, nam אשה dicitur de muliere cum ſponſalibus nupta; ſed ejuſmodi filia elicitur è loco qui dicit, ערות בת בנך או בת בתך Levit. 18. 10.

חמותו ואם חמותו ואם חמיו *Socrus ejus*, *& mater ſocrus ejus*, *& mater ſoceri ejus*, omnes hæ cauſæ ſunt prohibitæ, propterea quod dicitur Levit. 18. 17. ערות אשה ובתה לא תגלה את בת בנה ואת בת בתה & ſub hoc dicto comprehenditur caſus de ſocru, & de matre ſocrus, & de matre ſoceri.

אחותו מאמו *Soror illius è matre illius*, quæ nupſerit fratri illius è patre illius, & ille mortuus fuerit. Sic etiam ſoror è matre illius, quia leviratio tantum eſt cum fratre à parte patris, quemadmodum elicimus hanc fraternitatem è fraternitate filiorum Jacobi, quemadmodum enim illic ſunt fratres à parte patris, etſi non ſint de una matre, ita etiam hic ſe res habet.

ואשת אחיו מאמו *Et uxor fratris à parte matris*, qui mortuus fuerit, cujus uxor nupſerit fratri ejus à parte patris, quia cum eo alienigena erat, & ille mortuus erat ſine liberis, quæ ceſſerat ipſi ut levirationem iniret, ſed ve-

 tita

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præmittam in hoc tractatu fundamenta quædam, & deinde ſtatim expoſitionem inſtituam. Dico itaque, quod fundamenta quæ tibi ſcitu neceſſaria ſunt in omnibus cauſis & juribus, quæ in hoc tractatu veniunt, ſunt quatuor; quorum primum eſt, quod, ſi alicujus mortuus fuerit frater à parte patris ſui, & quidem ſine ullo ſemine mortuus fuerit, ſi multas reliquerit mulieres, uni ex illis tantum imponitur extractio calcei, aut leviratio, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 9. אשר לא יבנה את בית אחיו *unam* ergo domum ædificabit, non duas. Et ſi uni ex illis data fuerit extractio calcei, aut leviratio, liberæ ſunt aliæ ab extrahendo calceo, & ineunda leviratione. Similiter, ſi mortuus multos reliquerit fratres, & unam uxorem, aut multas mulieres, unus ex fratribus levirationem inibit, aut calceum dabit uni ex illis, ob rationem quam diximus.

Secundum fundamentum eſt, ſi mortuus fuerit alicujus frater, & reliquerit uxorem, hæc mulier illicita eſt fratribus, aut uni ex fratribus qui obligati ſunt ad ineundum levirationem, aut ad dandum calceum extrahendum, exempli gratia, ſi uxor mortui mariti fuerit filia fratris vivi, aut ſoror uxoris ejus, hic frater, cui mulier hæc prohibita eſt propter inceſtum, non inibit cum ea levirationem, eo quod ſcriptum eſt Levit. 18. 18. ואשה אל אחותה לא תקח לצרור & Deut. 25. 1. dicit, יבמה יבא עליה perinde ac ſi dixiſſet, quod tibi dixi, *levir ejus veniet ad eam*, intelligi debet quando ſoror fuerit uxoris tuæ, *non capies ad affiiciendum illam anguſtia*, & hinc etiam plures inceſtus ſororis uxoris docemus.

Tertium fundamentum eſt, ſi mortuus fuerit frater & reliquerit multas mulieres, & una earum conſanguinitas prohibita fuerit fratri vivo, tum cum hac prohibita muliere non poteſt inire levirationem. Similiter neque cum alia æmularum, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 9. אשר לא יבנה בית אחיו quæ verba traditio exponit, quod domum quam totam ædificare poſſit, ex parte tantum ædificabit, & quam non poſſit ædificare totam, non ædificabit partem ejus.

Quartum fundamentum, quæcunque mulier quæ ex Lege levirationem inire poteſt, etiam tenetur ad extractionem calcei; ſed quæcunque de Lege non poteſt inire levirationem, quæ nempe pudicitia inceſtuoſa fuerit, uti diximus, ea etiam non tenetur ad extractionem calcei, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 8. ועלתה יבמתו השערה אל הזקנים וגו' & poſtea verſu 9. וחלצה נעלו Quod exponitur traditione, quæ-

A cunque

tita eſt illi, eo quod ab initio erat uxor fratris ejus à parte matris, quæ illi prohibita eſt omni tempore, uti ſcriptum eſt Levit. 18. 16. ערות אשת אחיך לא תגלה Exponimus autem vocem אחיך tam de fratre à parte patris, quam de fratre à parte matris.

ואשת אחיו שלא היה בעולמו *Et uxor fratris quæ non erat in mundo ipſius*, ipſo ſcil. vivente, exempli gratia, Ruben mortuus eſt ſine filiis, & natus eſt illi frater poſt mortem, cui nomen Levi; ſed Schimeon leviratione miivit cum muliere ejus, cum illi alia etiam eſſet uxor, & mortuus eſt ſine filiis, ambæ ceſſerunt Levi, ſed ambæ ſunt liberæ; quia uxor Rubenis quam ſumpſit Schimeon, prohibita eſt Levi ſub pœna exciſionis, quia Lex eam excludit à leviratione Levi, ut dicit Deut. 25 5. כי ישבו אחים יחדו Neceſſe eſt igitur ut ambæ vixerint eodem tempore. Idcirco, quando Ruben mortuus fuerit & dein Levi natus fuerit, illa quoque prohibita eſt Levi prohibitione ſempiterna, ut mulier fratris cui ſunt liberi; etſi enim jam ceſſerit Levi Schimeoni ad contrahendum cum ea leviratione vi ſponſalium, qui fuerit in mundo ipſius ſive vivente Levi, prohibita illa eſt tamen ipſi propter Ruben; & quemadmodum illa eſt prohibita, ſic etiam æmula ejus prohibita eſt.

וכלתו *Et nurus illius*, cujus filius mortuus fuerit, & illa cum fratre nupſerit ſuo, nurus illi prohibita eſt prohibitione ſempiterna, etiam poſt filii mortem. וכולן אם מתו וגו׳ *& hæ omnes ſi mortuæ fuerint* &c. ut ſi filia ejus mortua fuerit ante mortem fratris ejus, aut cum abnuerit maritum; & quamvis non ſit denegatio niſi in pupilla à matre & propinquis deſponſa, quia minorennis eſt, fieri tamen poteſt ut illa ſponſalia deneget vivente patre, ut, ſi deſponderit eam pater, & deindè repudiata fuerit, quia adhuc erat minorennis, pater jam non amplius in eam habet poteſtatem, & poſtea deſponſa fratri patris ejus quando adhuc minorennis eſt, tum ſponſalia denegare poteſt, nam porro eam jam vocavimus יתומה *pupillam vivente patre*; & ſi renuerit nubere cum fratre patris, aut repudiata fuerit ab eo, aut ſterilis deprehenſa fuerit, contractus eſt fraudulentus, perindè ac ſi nunquam fuiſſet uxor fratris, & æmula illius leviratione inibit.

אילונית *Steriles*, derivatur ab איל *maſculus ovium*; ſigna autem ſterilis hujuſmodi ſunt, ſi mammæ non ſint ut aliarum mulierum, & illi non ſint ſigna mulierum alia, ut, ſi vox ſonora ſit inſtar viri, & venter non promineat propè pudenda ut aliarum mulierum.

ואי אתה יכול לומר *Neque tu dicere poteris* &c. quia jam pepererunt ex alio viro antequam deſponſæ erant fratri ejus, ideoque non erant ſteriles. Neque hic eſt denegatio ſponſalium, quia majorennes ſunt, nam minorennis tantum denegare poteſt ſponſalia. Cæterum doctor noſter non enumerat matrem leviri ejus inter mulieres quæ liberant æmulas earum, nam eſt ſententia ejus ut illius qui dicit quod nullus ducere poteſt uxorem à patre ſtupratam aut ſeductam. Verum juxta ſententiam illius qui dicit, quod vir ducere poſſit ſtupratam à patre, aut ſeductam; de qua ita deciſio eſt, fieri tamen poteſt ut mater nubat fratri ſuo à parte patris; quando autem is ſine filiis mortuus fuerit, fiet ut mater leviratione contrahat cum filio, quo modo ſedecim mulieres liberabunt æmulas earum, quarum una eſt mater; & ſic deciſio eſt.

cunque mulier quæ aſcendit ad leviratione ineundam, aſcendet etiam ad extrahendum calceum, & quæcunque non aſcendit ad leviratione ineundam, non aſcendet ad extrahendum calceum, ſed libera manet. Hiſce jactis fundamentis, expoſitionem inſtituam. Eſt ſatis notum & clarum, quod omnium harum quindecim mulierum memoratarum quælibet eſſe poteſt uxor fratris illius ſine tranſgreſſione.

אילונית *Steriles*, vox derivatur ab איל id eſt *maſculus ovium*, eſtque mulier ejuſmodi quæ naturâ & temperamento non parit. Signa autem ſterilitatis ſunt, ſi ipſi non ſint mammæ ut mammæ aliarum mulierum, & ſi illi non creſcat pilus in ſuperficie corporis uti aliis mulieribus; & ſi illi ſit vox ſonora uti viris eſt, & ſi locus ille non promineat extra corporis ſuperficiem, juxta naturam aliarum mulierum. Et hoc eſt illud quod Sapientes volunt, cum dicunt, *non eſt illi venter declivis inſtar mulierum*. Cæterum eſt qui errat in hoc, & putat quod hæc non ſunt ſigna ſterilitatis, ſed ejuſmodi quæ reperiuntur in plurimis mulieribus, cujuſmodi mulieres non tantopere delectantur coitu, & graviter eum ferunt. At ſi mulier fuerit minorennis quam propinqui in matrimonium dederunt, & illa etiam nubere voluerit, liberum illi eſt ut relinquat hunc maritum, quia ipſi nondum ſunt duo pili ad pudenda, quod ſignum eſt virginitatis, ſine divortio; quia ſponſalia nondum erant perfecta, quia minorennis erat; quæ vero ſine divortio abit, vocatur מיאון *abnuens*, quia nubere cum viro abnuit. Cæterum ſi jam confecta fuerint ſponſalia, nempe, quod pater illius ſponſalia acceperit, etſi eſſet filia unius diei, eſt mulier deſponſa & abnuere nequit; ſed ut expellatur & libera exeat, neceſſe eſt omnino ut illi detur divortium. Verum caſus מיאון *renuentis*, multa habet jura & diſtinctiones, quæ exponemus in hoc tractatu; ſed hic tantum diximus de מיאון id quod neceſſe ad intelligentiam vocis. Sed objicere poſſes, quomodo fieri poſſet ut filia irrita redderet ſponſalia quandoquidem pater illius adhuc eſt in vivis; quia quindecim mulieres non excluduntur, niſi ſocrus illius, & mater ſocrus illius, & mater ſoceri illius, quibus ſunt filii, propterea ſponſalia abnuere nequit, quia filii ſunt ſigna mulieris adultæ, at filia illius ſponſalia abnuere poteſt, quemadmodum conſtat ex iis quæ dicta ſunt? Sed hic ſenſus eſt, una eſt è cauſis מיאון *renuentis*, quod, ſi quando pater deſpondet filiam ſuam minorennem, quæ repudiata fuerit cum divortio, quandoquidem adhuc minorennis eſt, fit pupilla in vita patris. At ſi ſecunda vice deſponſa fuerit vivente patre, & minorennis fuerit, poteſt abnuere ſponſalia ſi illi nondum duo pili ad pudenda fuerint, juxta conditiones quæ ſuo loco exponentur, quia patri non ſubjecta cenſetur quamdiu נערה *puella* eſt, niſi quamdiu nondum deſponſa eſt. Cæterum quando ſecunda vice deſponſa fuerit, jam exiit è poteſtate ſua. Sciendum eſt, quod, ſi vir ſtupraverit mulierem, vel eam ſeduxerit, huic mulieri licet nubere cum filio illius qui ſtupraverit eam, juxta ſententiam Sapientum, & hoc modo fieri poteſt ut mater ſit uxor fratris ejus, & ea liberet matrem ab æmula illius. Ratio autem, quare matrem hic non enumerat Miſna, eſt, quia ea ſententiæ R. Jehudæ conformis eſt, qui putat vetitum eſſe ut quis ducat mulierem à patre ſtupratam aut ſeductam, & quod ea ſit in gradu uxoris patris; at deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

SURENHUSIUS. Legem de fratris abſque liberis defuncti uxore ducenda, vel de ipſius calceo per illam exuendo, aliaque ad hanc legem pertinentia nobis eleganter conſcripſit Moſes Deut 25. 5. ad 11. כי ישבו אחים יחדו ומת אחד מהם ובן אין לו לא תהיה אשת המת החוצה לאיש זר יבמה יבא עליה ולקחה לו לאשה ויבמה : והיה הבכור אשר תלד יקום על שם אחיו המת ולא ימחה שמו מישראל ואם לא יחפץ האיש לקחת את יבמתו ועלתה יבמתו השערה אל הזקנים ואמרה מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי : וקראו לו זקני עירו ודברו אליו ועמד ואמר לא חפצתי לקחתה : ונגשה יבמתו אליו לעיני הזקנים וחלצה נעלו מעל רגלו וירקה בפניו וענתה ואמרה ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו : ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל : *Quando duo fratres habitaverint unà, & unus eorum mortuus fuerit ſine liberis, uxor iſtius mortui nulli alieno peregrino nubet viro; mariti ipſius frater cum illa coibit, illamque ſibi uxorem ducet, & leviri officium illi præſtabit: Et fiet ut primogenitus quem pepererit, conſiſtat in nomine fratris ipſius, ſcil. mortui, ne ipſius nomen ex Iſraële deleatur: verum ſi viro huic non arriſerit fratris uxorem ducere, aſcendet uxor fratris ipſius in portam ad Seniores, dicetque, renuit levir meus fratri ſuo nomen in Iſraële comparare, noluit mihi officium leviri præſtare. Tum Seniores urbis illius vocabunt ipſum, & loquentur ad ipſum; & ſi ipſe maneat in ſententia ſua, dicendo; Non placet mihi illam ducere: uxor fratris accedet ad ipſum coram Senioribus, & calceum illius exuet à pede illius, conſpuetque illum in faciem illius, & reſpondebit, dicetque, ſic fiet viro qui non ædificaverit domum fratris ſui; & nomen illius in Iſraële vocabitur, Domus illius cui calceus exutus eſt.* Et hoc

Legis

Legis argumento Maimonides in Hilchot Ibbum Vechaliza tria conſtituit præcepta in hoc tractatu exponenda, duo affirmantia atque unum negans, cujuſmodi ſunt; (1) Quod fratris abſque liberis defuncti uxor ſit ducenda. (2) Vel calceamentum fratriæ præbendum ut exſuatur. (3) Ne fratria ducatur à viro alieno qui non eſt mariti conſanguineus, niſi Leviri poteſtas ab illa remota ſit. Deinde in anteceſſum notandæ ſunt duæ illæ ſæpius occurrentes voces, nimirum זקוקה ליבם *copulata leviratui*, quæ eſt uxor quacum legitime leviratus contrahitur; & זיקה *copula*, quæ eſt poteſtas incundi leviratus. Deinde obſervandum eſt, quod ſit Legis præceptum affirmans ut quilibet Iſraëlita fratri germano abſque liberis defuncto ſemen excitet, ipſius uxorem ducendo, ſive frater intra deſponſationis tempus, ſive in conjugio mortuus fuerit ſine poſteris, ſicuti Lex præſcribit. ובן אין לו יבמה יבא עליה *ſi illi non ſit filius, levir veniet ad eam.* Sed ex Lege Moſis non requiritur ut quis fratriam ducat juxta ritum conjugii quia illa jam eſt uxor ipſius quam cœlitus (ex divino præcepto) ſibi acquiſivit; verum ſufficit ſi modo eam ſibi coitu faciat ſuam, ſecundum mariti defuncti bona, ſive illa ampla ſive exigua fuerint. Quando autem levir vel fratria conjugium contrahere noluerit, tum levir calceum ſuum fratriæ exuendum præbere tenetur, ut hoc modo ei liberum ſit nubere cuicunque voluerit viro; nam Legis præceptum affirmans eſt, quod, ſi leviratum contrahere noluerit, calceus ſit exuendus; nihilominus tamen præceptum leviratus præcedit diſcalceationis præceptum. Et quando in Lege dicitur ובן אין לו *& ſi ei non ſit filius*, id ipſum tam de genere fœminino quam maſculino intelligendum eſt; & ſi frater reliquerit ſemen ſive ex ipſa fratria ſive ex alia uxore, tum ſemen illud fratriam liberat à leviratu contrahendo, & à diſcalceatione, licet ſemen fuerit ſpurium, aut idololatricum. Cæterum ſi è ſerva vel peregrina quis reliquerit ſemen, illud non liberat uxorem à leviratu neque a diſcalceatione, nam ſemen quod è ſerva provenit, ſervile eſt; & id quod è Cuthæa provenit, Cuthæum eſt, & cenſetur perinde ac ſi non exiſteret. Nam Lex de ſerva dixit Exod. 21. 4. האשה וילדיה תהיה לאדניה *mulier & liberi ejus erunt pro dominis ſuis*, è quibus liquet quod cum liberis comparatum eſt ſicuti cum matre. Et de Cuthæa dixit Deut. 7. 4. כי יסיר את בנך מאחרי *Nam filium tuum a me abſtrahet*, nempe abſtrahet eum à congregatione Iſraëlis. Et quamvis filius è ſerva prognatus manumiſſus fuerit, vel filius è muliere Cuthæa proſelytus factus fuerit, illi tamen cenſendi ut cæteri proſelyti, qui mulierem à debito leviratus & diſcalceationis non liberant. Qui plura deſiderat, adeat auctorem in loco à nobis ſuperius allegato.

ב כיצד פוטרות צרותיהן היתה בתו או אחת מכל העריות האלו נשואה לאחיו ולו אשה אחרת ומת כשם שבתו פטורה כך צרתה פטורה הלכה צרת בתו ונשאת לאחיו השני ולו אשה אחרת ומת כשם שצרת בתו פטורה כך צרת צרתה פטורה אפילו הן מאה. כיצד אם מתו צרותיהן מותרות היתה בתו או אחת מכל העריות האלו נשואה לאחיו ולו אשת אחרת מתה בתו או נתגרשה ואחר כך מת אחיו צרתה מותרת וכל היכולה למאן ולא מיאנה צרתה חולצת ולא מתיבמת:

2. Quomodo liberant æmulas earum? ſi filia ejus, aut una è ſcortationibus impudicis, deſponſa fuerat fratri illius, cui etiam alia erat uxor, at mortuus, tum quemadmodum filia ejus eſt libera, ſic etiam æmula ejus libera eſt. Si æmula filiæ ejus deſponſa fuerit fratri Secundo, cui erat etiam alia uxor, & mortuus fuerit, quemadmodum æmula filiæ ejus libera eſt, ſic etiam æmula ejus æmulæ libera eſt, etſi ſint centum. Quomodo, ſi mortuæ fuerint, æmulæ earum liberæ ſunt? ſi filia ejus, aut una ex impudicis illis ſcortationibus, deſponſa fuerit fratri illius, cui alia quoque erat mulier, ſi filia ejus mortua fuerit, aut repudiata, & poſtea mortuus fuerit ejus frater, æmula ejus licita eſt. Et quæcunque poterit denegare, & non denegat, æmula ipſius extrahit calceum, & non contrahit leviratıonem.

R. OB. DE BARTENORA.

כשם שבתו פטורה *Quemadmodum filia ejus libera eſt*, quia illi prohibita eſt, & illic eſt non frater præter ipſum, ſic etiam æmula ejus libera eſt. הלכה צרת בתו ונשאת לאחיו השני *ſi æmula filiæ ejus deſponſa ſit fratri ejus ſecundo*, quando alius etiam fuerit frater, ambæ ſunt licitæ ipſi; at non liberant, quia hic obtinet præceptum de leviratione, inibit cum una, & altera erit libera, quia ſcriptum eſt Deut: 25. 10. את בית אחיו ergo unam domum ædificabit, non duas. Et ſi frater ejus ſecundus levirationem contraxerit cum æmula filiæ ejus, & illi etiam alia fuerit uxor, & mortuus fuerit ſine filiis, tum cedunt iterum illi.

כשם שצרת בתו פטורה *Quemadmodum æmula filiæ ejus libera eſt*, quia à tempore mortis primi fratris illi fuit prohibita: כך צרת צרתה *ſic etiam æmula æmulæ ejus*, altera mulier alterius fratris: פטורה *libera eſt*, nam hæc liberat eam, eo quod æmula mulieris prohibitæ nuditatis liberat æmulam ejus. אפילו הן מאה *etiamſi fuerint centum*, centum fratres, & fuerit æmula æmulæ ejus filiæ, & levirationem contraxerit cum fratre tertio, cui alia etiam fuerit uxor, & mortuo ſine filiis, ambæ huic ſunt prohibitæ, & hoc modo ſemper. צרתה מותרת *æmula ejus licita eſt*, ad contrahendum levirationem, quia in tempore obligationis levirationis non erat æmula illius. וכל היכולה למאן *& quæcunque poterit denegare*, quia minorennis eſt; ולא מאנה *& non denegat*, & frater ejus mortuus fuerit, quandoquidem ſponſalia ejus ſunt ex conſtitutione Sapientum; & obligatio etiam ex conſtitutione Sapientum tantum eſt, ideoque æmulam illius non liberat ab extractione calcei, & prohibita eſt ad levirationem, quia ſe habet ut æmula mulieris impudicæ fornicationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכל היכולה למאן *Et quæcunque poterit denegare*, id eſt, ſi frater ejus mortuus fuerit & duas uxores reliquerit, una ex illis impudica ſcortatio eſt huic leviro, ſi minorennis ſit denegare poteſt ſponſalia, ſed non irrita reddet ſponſalia ante mortem mariti, ideoque æmula ejus extrahet calceum, & non contrahet levirationem, quia ſi hæc prohibita nuditas fuerit majorennis, & ſponſalia perfecta fuerint, æmula ejus eſt libera ab extractione calcei, & à leviratione, uti expoſuimus. Sic etiam ſi renuerit ſponſalia, æmula ejus idonea eſt ad extrahendum calceum aut levirationem ineundam; at ſi renuere poſſit ſponſalia, attamen non renuit, æmula ejus extrahet calceum, ſed non inibit levirationem.

ג שש עריות חמורות מאלו כפני שנשואות לאחרים צרותיהן מותרות אמו ואשת אביו ואחות אביו

3. Sex inceſtus graviores ſunt his, quia deſpondentur aliis, tamen æmulæ earum licitæ ſunt; mater ejus, & uxor patris illius, & ſoror patris

אביו אחותו כאביו ואשת אחי אביו ואשת אחיו מאביו :

tris ejus, ſoror ejus à parte patris ejus, & uxor fratris patris ejus, & uxor fratris ejus à parte patris illius.

R. OB. DE BARTENORA.

שש עריות חמורות מאלו *Sex inceſtus graviores ſunt his*, ſed quænam eſt gravitas eorum, שנשאות לאחרים *quod deſpondentur aliis*, ſed non poſſunt deſponderi fratri illius à parte patris, & ſi mariti eorum mortui fuerint, qui extranei ſunt in hoc negotio. צרותיהן מותרות *æmulæ earum licitæ ſunt*, ad nubendum huic, quia æmula mulieris inceſtæ non eſt prohibita, niſi fratri illius, quæ ipſi ceſſerit in levirationem. R. Moſes fil. Maimonis exponit, ſi deſponſæ fuerint fratri illius cum tranſgreſſione, & mortuus fuerit ſine filiis, & ipſi ceſſerint ad levirationem contrahendam, æmulæ earum licitæ ſunt, quia non ſunt æmulæ mulieris inceſtæ, quia ſponſalia non capiunt fratrem ejus in illis inceſtibus.

אמו *Mater ejus*, non poteſt deſponderi fratri illius à parte patris ejus, quia ea uxor patris illi eſt, juxta ſententiam ejus qui dicit, quod mulier ſtuprata à patre ejus, ſit ipſi prohibita. Sed ſupra expoſui, quod ita non eſt deciſio, ſed quod mater illius liberat æmulam illius, quia deſponderi poteſt fratri à parte patris. אשת אביו וגו׳ *uxor patris ejus* &c. omnes hæ ſunt prohibitæ fratri ejus, quemadmodum prohibitæ ſunt illi, nam nullus eſt hic modus contrahendi levirationem; & ſi aliis illis deſponſæ fuerint, & illis fuerint aliæ mulieres, & mortui fuerint, æmulæ earum liberæ ſunt, ut levirationem contrahant cum eo; ſic etiam ſi frater illius duxerit illas in tranſgreſſione, & mortuus fuerit ſine filiis, æmulæ earum licitæ ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שש עריות חמורות מאלו *Sex inceſtus graviores ſunt his*, id eſt, quindecim dictis antea mulieribus graviores ſunt, quia cum quindecim illis mulieribus jungi poteſt frater ejus à parte patris; ſed cum hiſce ſex non poteſt nubere frater illius à parte patris, quia ſunt inceſtus pro fratre, & ſponſalia non obtinent in inceſtibus. Sed ſponſalia tamen obtinent cum aliis, uti dicit, מפני שהן נשאות לאחרים *eo quod deſponſæ ſunt aliis*, idcirco, ſi frater ejus duxerit unam ex his ſex, æmula ejus extrahet calceum, aut levirationem inibit, quia verè non eſt æmula ejus, eo quod non ſunt ſponſalia, ſed adulterium & tranſgreſſio; & quanto magis ſi una ex illis deſponſa fuerit alii viro ſponſalibus perfectis, ut convenit, & æmulæ fuerint; tum æmulæ illæ licitæ ſunt, quia nobis fundamentum eſt, quod non ſit æmula niſi ex fratre. Cæterum ſupra jam expoſuimus, quod fieri poteſt ut mater ejus deſponſa ſit fratri ejus à parte patris ejus ſine tranſgreſſione, juxta ſententiam Sapientum, quod verum eſt.

ד בית שמאי מתירין הצרות לאחין ובית הלל אוסרין חלצו בית שמאי פוסלין מן הכהונה ובית הלל מכשירין נתיבמו בית שמאי מכשירין ובית הלל פוסלין אף על פי שאלו אוסרין ואלו מתירין (נ״א ל״נ אלו פוסלין ואלו מכשירין) לא נמנעו בית שמאי מלישא נשים מבית הלל ולא בית הלל מבית שמאי כל הטהרות והטומאות שהיו אלו מטהרין ואלו מטמאין לא נמנעו עושין טהרות אלו על גבי אלו :

4. Schola Schamai permittit æmulas fratribus; Schola Hillelis vetat. Si calceum extraxerint, Schola Schamai dicit, quod ineptæ ſunt ad ſacerdotium; Schola Hillelis dicit, quod aptæ ſunt. Si levirationem contraxerint, Schola Schamai dicit, quod aptæ ſunt; Schola Hillelis dicit, quod ineptæ ſunt; etſi hi vetent & illi permittant, hi illegitimum dicant, illi legitimum dicant, Schola Schamai tamen non abſtinuit à ducendis uxoribus è Schola Hillelis, neque Schola Hillelis è Schola Schamai. Omnes puritates & impuritates quas hi puras dicebant, & illi impuras dicebant, non abſtinebant tamen eas facere puritates hi & illi.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי מתירין הצרות *Schola Schamai permittit æmulas*, mulieris inceſtæ, ad levirationem contrahendam cum fratre mariti ejus, quia non curat expoſitionem vocis לצרור *ad æmulandum*. חלצו *ſi calceum extraxerint*, ſi æmulæ calceum extraxerint fratribus: בית שמאי פוסלין *Schola Schamai illegitimas dicit*, æmulas ad ſacerdotium, quia extractio calcei ejus eſt extractio calcei.

בית הלל מכשירין *Schola Hillelis dicit legitimas*, quia extractio calcei earum non erat neceſſaria, eo quod ſe res habet ac ſi extractio calcei ab extraneo fieret. נתיבמו *ſi levirationem contraxerint*, cum fratre mariti: בית שמאי מכשירין *Schola Schamai dicit aptas*, pro ſacerdotibus, ſi vidua facta ſit à leviratione.

בית הלל פוסלין *Schola Hillelis dicit eas ineptas*, quia matrimonium inivérunt cum homine illis prohibito, quæcunque autem matrimonium inivérit cum homine illi prohibito, meretrix eſt, ſed meretrix ſacerdoti prohibita eſt.

לא נמנעו בית שמאי וגו׳ *Non abſtinebat Schola Schamai* &c. quamvis filii æmularum qui levirationem contraxerint juxta ſententiam Scholæ Schamai, ſint ſpurii juxta opinionem Scholæ Hillelis, quia illis prohibitio eſt de muliere fratris, & uxor fratris vetita eſt ſub pœna exciſionis, & filii eorum qui rei ſunt exciſionis, ſunt ſpurii; nihilominus Schola Hillelis non abſtinebat à ducendis uxoribus è Schola Schamai, quia ſignificabant quænam eſſent filiæ æmularum, à quibus abſtinebant. אלו על גבי אלו *hi cum illis*, vaſa commodabant hi illis; in Gemara argumentantur ſuper eo quod Miſna dicit, *Schamai permittit æmulas fratribus*, *at Hillel vetat*, dicendo, nonne hoc eſt facere diverſas conſuetudines, quod vetitum eſt? reſpondetur, hoc fieret ſi Senatus unus ſit in una civitate, & pars una docuiſſet juxta ſententiam Schamai, & pars altera juxta ſententiam Hillelis; at ſi duo ſenatus ſint in una civitate, & quanto magis ſi duo ſenatus in duabus civitatibus, nihil refert.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si extractionem calcei conceſſerit æmulæ mulieris inceſtæ, hæc æmula inepta eſt ad ſacerdotium, juxta opinionem Scholæ Schamai, quia extractio calcei eſt. Schola Hillelis dicit quod apta eſt, quia putat quod inepta eſt ut ei detur extractio calcei. Et ſi venerit vir qui repudiaverit cum divortio mulierem quæ non fuerit uxor ejus, non vocabitur גרושה, quia ſcriptum eſt Levit. 21. 7 אשה גרושה מאישה non à viro cujus non fuerit uxor: ſic etiam illa eſt exuens calceum, quacum illi non eſt copula. Et ſi levirationem inierit æmula mulieris inceſtæ, dicit Schola Hillelis, quod æmula hæc inepta eſt ad ſacerdotium, quia meretrix eſt, quia meretricio matrimonio juncta eſt. Ratio autem, quare non abſtinebant facere ea quæ memorata ſunt, eſt, quia hi non erant ſuſpecti illis, ne in aliquam rem vetitam incurrerent juxta opinionem eorum, quæ juxta opinionem aliorum erat licita; quandoquidem conſideratio vel ad aggravandum vel ad indulgendum facit.

פרק ב כיצד אשת אחיו שלא היה בעולמו שני אחים ומת אחד מהם ונולד להן אח ואחר כך ייבם השני את אשת אחיו ומת הראשונה יוצאת משום אשת אחיו שלא היה בעולמו והשנייה משום צרתה עשה בה מאמר ומת שנייה חולצת ולא מתיבמת :

Caput 2. Quomodo ſe res habet cum uxore fratris illius qui altero fratre vivente nondum erat natus? ſi duo fratres fuerint, & eorum unus mortuus fuerit, & illis natus fuerit frater; & deindè levirationem contraxerit ſecundus cum uxore fratris, & mortuus fuerit, prima egreditur pro uxore fratris qui nondum erat natus primo vivente fratre, & ſecunda pro æmula ejus. Si cum ea ſponſalia fecerit, & mortuus fuerit, ſecunda calceum extrahet, at non inibit levirationem.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד אשת אחיו *Quomodo ſe res habet cum uxore fratris ejus*, quomodo liberat æmulam ejus? ונולד להן אח *& natus fuerit illis frater*, & deprehenderit eam matrimonio junctam ad levirationem contrahendam, & prohibitam illi ob uxorem fratris qui nondum erat ipſo vivente.

ואחר כך יבם השני את אשת אחיו *Et deindè levirationem contraxerit ſecundus cum uxore fratris illius*, & ipſi fuerit alia uxor: ומת *& mortuus fuerit*, ſine filiis: הראשונה *prima*, eſt uxor primi fratris quæ ipſi ceſſit jam ſemel, & egreditur cum uxore fratris illius, qui nondum natus erat.

עשה בה *Si fecerit cum ea*, is qui mortuus fuerit; מאמר *ſponſalia*, argento confecta, qualia in leviratione contrahenda non ſunt ſponſalia perfecta, ſed ex conſtitutione Sapientum, nam fratria non acquiritur ad contrahendam levirationem, ut fiat uti uxor perfectè deſponſa, niſi donec ingreſſus fuerit ad eam, attamen hic non ad eam ingreſſus fuit, niſi donec mortuus fuerit.

שניה חולצת *Secunda extrahit calceum*, & non liberatur pro æmula uxoris inceſtuoſæ, quia propriè non eſt æmula illius. ולא מתיבמת *& non contrahet levirationem*, quia מאמר facit acquirere ex parte, & ipſi eſt æmula uxoris inceſtuoſæ ex parte, at quocunque in loco non ſunt ſponſalia perfecta, calceum exuet, & non contrahet levirationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diſcimus prohibitionem uxoris fratris ejus qui non erat in mundo ſuo, ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 1. כי ישבו אחים יחדו excipe uxorem fratris ejus qui non erat in mundo ſuo.

מאמר Notat קדושין *ſponſalia*, jus autem in hiſce ſponſalibus & ſimilibus caſibus eſt, quod ſponſalia non ſunt perfecta, de quibus judicandum eſt ad aggravandum. Exponam autem hunc caſum per comparationem, ad reliqua jura cum hoc comparanda, in quibus idem deprehenditur caſus; dicimus ergo exempli gratia, Rubeni fuerit uxor cui nomen Lea, & deindè mortuus fuerit frater ejus Schimeon, & reliquerit uxorem, & poſt mortem ipſi natus fuerit Levi, Ruben dedit ſponſalia Racheli quæ erat fratria ejus, & mortuus fuerit, jus fert ut Levi exuat Rachel calceum, & non contrahat levirationem cum ea. Hoc autem, quia, ſi Ruben non dediſſet ſponſalia Racheli, Levi debebat contrahere levirationem cum Lea, ſi vellet, aut calceum dare exuendum. Præterea, ſi Ruben duxerit Rachelem, Lea erit libera ab extractione calcei, & leviratione, quia erat æmula mulieris inceſtæ, nam Rachel eſt inceſtus pro Levi, quia illi dedit ſponſalia, & illic ſunt ſponſalia ex parte, non impoſuerunt Leæ ut non contraheret levirationem; ſic etiam non licita eſt ſine extractione calcei, & hæc eſt gravitas à duobus lateribus. Imo quamvis ſponſalia perfecta ſint, non datur damnum in extrahendo calceo, quia conſideremus eam ac ſi non eſſet, & ſponſalia illa non perfeciſſent matrimonium, & extractionem calcei dediſſet Leæ; & hoc ſenſu ſemper intelligas velim, quotieſcunque videris verba hujus tractatus. חולצת ולא מתיבמת *exuet calceum*, at non contrahat levirationem, ex copula quæ fit per מאמר, aut per æmulam ejus, ſed non opus eſt hæc ſemper repetere.

ב שני אחים ומת אחד מהם ויבם השני את אשת אחיו ואחר כך נולד להם אח ומת הראשונה יוצאת משום אשת אחיו שלא היה בעולמו והשנייה משום צרתה עשה בה מאמר ומת השנייה חולצת ולא מתיבמת רבי שמעון אומר מיבם לאיזו מהן שירצה או חולץ לאיזו מהן שירצה :

2. Si duo fuerint fratres & unus eorum mortuus fuerit, & ſecundus levirationem contraxerit cum muliere fratris, & deindè illi natus fuerit frater, & ille mortuus fuerit, prima egreditur pro uxore fratris ejus qui non erat in mundo ejus, & ſecundo pro æmula ejus. Si fecerit cum ea ſponſalia, & mortuus fuerit, ſecunda exuet calceum, ſed non contrahet levirationem. R. Schimeon dicit, levirationem contrahet cum quacunque voluerit, aut calceum dabit exuendum cuicunque ex illis voluerit.

R. OB. DE BARTENORA.

ומת *Et mortuus fuerit*, qui levirationem contraxerat: מיבם לאיזו מהן שירצה *contrahet levirationem cum quacunque voluerit*, & liberavit ſociam ejus. עשה בה מאמר *ſi fecerit cum illa ſponſalia*, hoc reſpicit antecedentia, quibus dixit, *prima egreditur* &c. R. Schimeon dicit, quandoquidem jam natus erat, leviratio contracta erat, & nunquam illi leviratione copulata erat pro matrimonio fratris primi, ideo licita eſt illi; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dicit R. Schimeon reſpicit ad duo מאמרים præcedenti Miſna commemorata; ſed juxta opinionem ejus, quando levirationem contraxerit, & poſtea illis natus fuerit frater; non eſt uxor fratris qui non erat in mundo ejus, quia eam invenit in poteſtate fratris ſecundi, & matrimonium primi eſt ac ſi non fuiſſet; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ג כלל אמרו ביבמה כל שהוא איסור ערוה לא חולצת ולא מתיבמת (ס"א) איסורה איסור מצוה ואיסור קדושה חולצת ולא מתיבמת אחותה שהיא יבמתה חולצת או מתיבמת :

3. Regulam generalem dixerunt de fratriis, quæcunque prohibita fuerit prohibitione inceſtus, non exuet calceum, neque levirationem contrahet. Si prohibitione præcepti; & prohibitione Sanctitatis, exuet calceum, & non contrahet levirationem. Soror illius quæ fuerit fratria illius, calceum exuet, & levirationem contrahet.

R. OB. DE BARTENORA.

לא חולצת ולא מתיבמות *Non exuet calceum neque levirationem contrahet*, æmula ejus, quanto magis illa ipſa; ſic etiam mulier ſterilis, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 6. והיה הבכור אשר תלד excipe ſterilem, debilem, & hermaphroditam, quæ non exuent calceum, neque levirationem contrahent, ut ſcriptum eſt Deut. 25. 5. ובן אין לו quod excipit eam quæ ad gignendum inepta eſt; & uxor extranei, & uxor ſervi libertate donati, non exuet calceum, neque levirationem inibit, quia gentilis non numeratur in fraternitate, neque ſervi; ſed ſterilis aut vetula exuet calceum, aut levirationem contrahet.

אחותה *Soror illius*, mulieris inceſtæ, quando ea fuerit fratria ejus, ut, ſi duæ fratriæ è duobus fratribus illi ceſſerint, & una ex illis prohibita fuerit illi propter inceſtum, ut, ſi eſſet ſocrus illius, aut nurus. חולצת או מתיבמת *calceum exuet, aut levirationem inibit*, quia jam non annumeratur fratriæ ipſi matrimonio copulatæ, quia mulier inceſtuoſa non copulata eſt illi ad levirationem ineundam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Mulieres quæ propter inceſtum prohibitæ fuerint, æmulæ earum, & æmulæ æmularum earum, ſic etiam ſterilis, non exuent calceum, neque levirationem contrahent, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 6. והיה הבכור אשר תלד excipe ſterilem quæ non parit, ſic etiam mulierem natura ſua debilem, & hermaphroditam, quæ non exuet calceum, neque levirationem contrahet, quia dictum eſt Deut. 25. 5. ומת אחד מהם ובן אין לו quæ fuerit capax ad procreandum, excipe illas quæ ad procreandum ſunt incapaces. Similiter uxor peregrini excipitur, & uxor ſervi libertate donati, quia gentiles non numerantur in fraternitate, neque ſervi.

איסור מצוה ואיסור קדושה חולצת ולא מתיבמות *Si probibitione præcepti, & probibitione ſanctitatis, exuet calceum, at non contrahet levirationem*, ſed ſterilis & vetula aut calceum exuet, aut levirationem contrahet, etſi ad gignendum incapaces ſint. Quæcunque vero mulier levirationem contrahet, at non exuet calceum, aut exuet calceum, & non contrahet, excepta æmula inceſtæ, & æmulis æmularum earum, quæ non exuent calceum, neque contrahent levirationem, uti expoſuimus. אחותה שהיא יבמתו *ſoror ejus quæ fratria ejus eſt*, hoc exponetur capite ſequenti.

ד איסור מצוה שניות מדברי סופרים איסור קדושה אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל ובת ישראל לנתין וממזר :

4. Prohibitio præcepti habet alias conſanguinitates è verbis Scribarum. Prohibitio ſanctitatis eſt vidua pro pontifice maximo, & repudiata, & calceo exuens pro ſacerdote ordinario; & ſpuria & Nethinæa pro Iſraelita, & filia Iſraelitæ pro Nethinæo, & ſpurio.

R. OB. DE BARTENORA.

שניות *Secundus gradus*, ſcil. inceſtus quem prohibuerunt Sapientes; & vocatur איסור מצוה *probibitio præcepti*, quia eſt præceptum ad audiendum verba Sapientum, ſunt autem hi gradus, mater matris ejus ſine fine, mater patris matris ejus tantum, & mater patris ejus ſine fine, & uxor patris patris ejus ſine fine, & uxor patris patris ejus, & uxor avi è matre, & uxor fratris patris tam à parte matris quam à parte patris, & nurus filii ejus ſine fine, & nurus filiæ ejus, & filia filiæ filii ejus, & filia filiæ filiæ ejus, & filia filii filii ejus, & filia filii filiæ ejus, & filia filiæ filii uxoris ejus, & filia filiæ filiæ uxoris, & mater matris patris uxoris ejus, & mater matris matris uxoris ejus, & mater patris matris uxoris ejus, & mater patris patris uxoris ejus.

אלמנה לכהן גדול *Vidua pro pontifice maximo*, cujus frater ſacerdos ordinarius mortuus eſt, & uxor ejus ceſſerit illi. גרושה וחלוצה לכהן הדיוט *repudiata & calceum exuens pro ſacerdote ordinario*, ut, ſi tranſgreſſus fuerit frater mortuus, & duxerit mulierem repudiatam, aut ſi calceum exuerit, quando mortuus fuerit, tenetur ad extractionem calcei, quia in eo ſponſalia obtinent, ſponſalia enim obtinent in mulieribus prohibitis pro ſimplici præcepto negativo. Sed affinitatem non contrahet cum ea quia ipſi prohibita eſt; liberare vero eam ſine ulla re non poteſt, quia præceptum negativum ſimplex non eſt efficax ad liberandum eam, nam è ſorore uxoris ejus elicimus, quod prohibita ſit ſub pœna exciſionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איסור מצוה *Probibitio præcepti*, quod eſt præceptum ad audiendum verba Sapientum: מצוה הקדושה *præceptum ſanctitatis*, de quod dictum eſt Levit. 21. 6. קדושים יהיו לאלהיהם Secundariæ autem, quæ prohibita ſunt ex conſtitutione Sapientum, ſunt viginti, ſuntque hæc, mater matris ejus ſine fine, & mater patris ejus tantum, & mater patris ejus ſine fine, & uxor patris ejus ſine fine, & uxor patris matris ejus, & uxor fratris patris è matre, & uxor fratris matris tam à parte matris quam à parte patris, & nurus filii ſine fine, id eſt, nurus filii filii ejus uſque ad finem omnium generationum; & nurus filiæ ejus, & filia filiæ filii ejus, & filia filiæ ejus, & filia filii filii ejus, & filia filii filiæ ejus, & filia filii uxoris ejus, & filia filiæ uxoris illius, & mater matris patris uxoris ejus, & mater patris matris uxoris ejus & mater patris patris uxoris ejus, (& mater patris patris.)

ה מי שיש לו אח מכל מקום זוקק את אשת אחיו ליבום ואחיו לכל דבר חוץ ממי שיש לו מן השפחה ומן הנכרית מי שיש לו בן מכל מקום פוטר אשת אביו מן היבום וחייב על מכתו ועל קללתו ובנו לכל דבר חוץ ממי שיש לו מן השפחה ומן הנכרית :

5. Si cui fuerit frater qualiſcunque is ſit, obligat uxorem fratris ejus ad affinitatem contrahendam, eſtque frater ejus qualiſcunque ſit, excepto illo cui fuerit frater è ſerva, & gentili. Si cui fuerit filius ex omni loco, liberat uxorem patris à contrahenda affinitate, & condemnatus eſt vulneris ejus, & maledictionis ejus, & filius ejus omni modo, excepto eo qui ei fuerit è ſerva, & gentili.

R. OB. DE BARTENORA.

אח מכל מקום *Frater ex omni loco*, quocunque modo, etſi ſpurius fuerit: לכל דבר *ad omnem rem*, ad adeundum jus fraternum, & polluendum ſe pro eo. מן השפחה ומן הנכרית *è ſerva & è gentili*, ejus filius ſequitur conditionem ejus, quemadmodum de ſerva ſcriptum eſt Exod. 21. 4. האשה וילדיה תהיה לאדוניה & de gentili ſcriptum eſt Deut. 7. 4. כי יסיר את בנך מאחרי quandoquidem non dicitur כי תסיר

quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אח מכל מקום *Frater ex omni loco*, quocunque modo, etſi ſpurius fuerit qui illegitimus eſt. Verum quod dicit לכל דבר *omni modo*, ſive ad omnem rem, vult, quod licet eum jure hæreditario poſſidere, & polluere ſe pro illo, etſi frater fuerit illegitimus; ſic etiam comparatum eſt cum filio etſi fuerit ſpurius. Ratio autem, quare non numeramus filium ſervæ, & gentilis, pro filio patris, eſt, quia ſcriptum

eſt

quia illa abſtrahet, indè elicitur id quod dicitur verſu præcedenti בתך לא תתן לבנו ובתו לא תקח לבנך nimirum, quia maritus filiæ tuæ abſtrahit filium tuum quem ei peperit filia tua à me; ſed Lex non reſpicit ad id quod dicitur ibidem לא תקח לבנך quia filius è gentili muliere natus non vocatur בנך ſed בנה.

eſt Exod. 21. 4. האשה וילדיה תהיה לאדניה Jam expoſitum eſt, quod filius ſervæ ſequitur matrem ejus, & cenſetur ſub eadem. Scriptum quoque eſt. Deut.7,4. כי יסיר את בנך מאחרי quod exponitur hoc ſenſu quod abſtrahet filium tuum à Domino, & ſequetur matrem ſuam; ſic etiam veriſſima dicit traditio, בנך *filius tuus* vocatur filius tuus, ſed non vocatur filius tuus filius è gentili muliere, ſed ejuſmodi dicitur בנה *filius ejus*, uti ſcriptum eſt ibidem, כי יסיר את בנך מאחרי.

ו מי שקדש אחת משתי אחיות ואינו יודע איזה מהן קדש נותן גט לזו וגט לזו מת ולו אח אחד חולץ לשתיהן היו לו שנים אחד חולץ ואחד מיבם קדמו וכנסו אין מוציאין מידם :

6. Qui ſponſalia dederit uni è duabus uxoribus, & neſciverit cuinam ex illis dederit ſponſalia, dabit divortium huic, & divortium illi. Si mortuus fuerit, & reliquerit fratrem unum, duabus calcei extractionem concedet; ſi reliquerit duos, unus concedet extractionem calcei, & alter contrahet affinitatem. Si anticipaverint, & duxerint, non educunt eas è poteſtate eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ואינו יודע אי זה מהן קדש *Et neſciveris cuinam ex illis dederit ſponſalia*, ambæ illi ſunt vetitæ, quia de ſingula dicere poſſumus quod ſoror uxoris ejus eſt. חולץ לשתיהן *duabus calceum dat exuendum*, quia neſcit utra ſit fratria ejus, dabit ambabus calceum exuendum, nam ſi uni calceum det exuendum, cum altera non poterit contrahere affinitatem, quia ſoror eſt uxoris cui calceum dedit exuendum, eſtque illi prohibita ex decreto Sapientum. Neque prius affinitatem contrahere poterit, quia fieri poteſt ut hæc non ſit fratria illius, & ducat ſororem uxoris quæ ipſi leviratione juncta erat, & inſtar uxoris ejus.

היו לו שנים *Si duos reliquerit*, fratres. אחד חולץ *unus dat calceum exuendum*, primus uni, & ſecundus, ſi voluerit contrahere affinitatem cum ſecunda, affinitatem contrahat; nam ſi hæc ſit fratria ejus, benè habet; at ſi ſoror illius ſit, non ducet ſororem uxoris illi leviratione jungendæ, quia calcei extractio frangit matrimonium.

קדמו וכנסו *Si anticipaverint, & duxerint*, antequam ſenatum conſuluerint. אין מוציאין מידם *non educunt eas è poteſtate eorum*, quia quilibet dicet, ego bene leviratione inivi, & quamvis contrarium eſſet verum quod primus qui duxit ad contrahendum affinitatem, duxit ſororem illius quæ maritali conjugio ipſi copulata erat, tamen eo tempore peccavit; at quando venerit frater ejus, & affinitatem contraxerit cum ſecunda, quæ eſt fratria ejus, frangit copulam maritalem alterius fratris præpoſtere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Unum è fundamentis, quod neceſſario memoriæ mandandum eſt, hujuſmodi eſt, quod non licitum eſt leviro ut ducat aliquam ex propinquis ejus, quales ſunt mater, ſoror & filia ejus. Propterea ſi duos reliquerit fratres, primus dabit calceum exuendum, & poſtea ſecundus affinitatem contrahet cum ſorore ejus, eo quod hoc ei permiſſum eſt quocunque modo id fiat, ſi fuerit uxor fratris ejus, ad contrahendum cum ea affinitatem. Cæterum ſi fuerit ſoror ejus cui frater ejus dederit ſponſalia, illi licita eſt ea, quia uxori fratris jam calceum exuendum dedit. Verum in principio non contrahet affinitatem cum una, quia fieri poteſt ut ea quacum affinitatem contraxit, ſit ſoror uxoris fratris ejus, & jungatur cum ſorore uxoris quæ illi matrimonio juncta erat.

ז שנים שקדשו שתי אחיות זה אינו יודע איזו קדש וזה אינו יודע איזו קדש זה נותן שני גיטין וזה נותן שני גיטין · מתו לזה אח ולזה אח· זה חולץ לשתיהן וזה חולץ לשתיהן · לזה אחד ולזה שנים היחיד חולץ לשתיהן והשנים אחד חולץ ואחד מיבם קדמו וכנסו אין מוציאין מידם לזה שנים ולזה שנים אחיו של זה חולץ לאחת ואחיו של זה חולץ לאחרת אחיו של זה מיבם חלוצתו של זה ואחיו של זה מיבם חלוצתו של זה קדמו שנים וחלצו לא ייבמו השנים אלא אחד חולץ ואחד מייבם קדמו וכנסו אין מוציאין מידם :

7. Si duo dederint ſponſalia duabus ſororibus, & hic neſciverit cuinam dederit ſponſalia, & ille neſciverit cuinam dederit ſponſalia, hic dabit duo divortia, & ille dabit duo divortia. Si mortui fuerint, & unus reliquerit fratrem, ut & alter, unus calceum duabus dabit exuendum, & alter dabit calceum duabus exuendum. Si unus reliquerit unum & alter duos, unus dabit calceum duabus exuendum, duorum vero unus dabit calceum exuendum, & alter affinitatem contrahet. Si anticipaverint, & duxerint, non educunt eas è poteſtate eorum. Si unus reliquerit duos, & alter duos; frater unius dabit calceum exuendum uni, & frater alterius dabit alteri (ſorori) calceum exuendum, frater unius affinitatem contrahet cum ea quæ calceum exuit alteri, & frater alterius affinitatem contrahet cum ea quæ calceum exuit alteri. Si anticipaverint duo, & dederint calceum exuendum, duo non contrahent affinitatem, ſed unus dabit calceum exuendum, & alter affinitatem contrahet. Si anticipaverint & duxerint, non educunt eas è poteſtate eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שקדשו שתי אחיות *Si duo dederint ſponſalia duabus ſororibus*, & illi extranei fuerint. זה חולץ לשתיהן וכו׳ *unus cal-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt ſi intellexeris id quod præceſſit, jam vero ſcias velim, quod unus dedit ſponſalia uni è duabus.

calceum dabit duabus exuendum &c. quia cuilibet illorum prohibitum eſt contrahere affinitatem conjugii, eo quod fieri poteſt ut quilibet ducat ſororem uxoris ipſi matrimonio junctæ.

היחיד חולץ לשתיהן *Unus dabit calceum exuendum duabus*, quia affinitatem conjugii contrahere non poteſt, neque antequam dediſſet calceum alteri, quia ſoror poteſt eſſe illius quæ ipſi matrimonio juncta eſt; neque poſtquam dediſſet calceum, quia eſt ſoror uxoris cui dederat calceum, idcirco, quia affinitatem conjugii contrahere nequit, calceum dabit duabus, ad educendum ab interdicto eam quæ fratria ejus eſt, ut alteram liberet à levirationis vinculo.

והשנים אחד חולץ *Duorum vero unus calceum dabit exuendum*, ad frangendum copulam maritalem & obligationem quæ fratri incumbit ad contrahendum affinitatem conjugii, ſi hæc erat fratria ejus, & fratriæ ſoror licita erit Secundo, quocunque etiam modo; ſi hæc ſit fratria illius, benè habet, at ſi ſoror ejus ſit, jam fracta eſt copula maritalis per extractionem calcei fratris ejus.

bus, neſciens cuinam ex illis dedit ſponſalia; ſic etiam quod ad alterum, qui uni è duabus dedit ſponſalia, ſed neſciens cuinam ex illis dedit ſponſalia, ut jam expoſuimus. Extractio autem calcei in omnibus hujuſmodi caſibus ſemper antecedit contractionem affinitatis conjugii vinculo, ob rationem dictam.

קדמו וחלצו שנים *Si anticipaverint & calceum exuendum dederint*, id eſt, etſi frater unus è mortuis, in quod incidit dubium. לא ייבמו השנים *duo non contrahent affinitatem conjugii*, hoc clarum, quia fieri poteſt ut unus ex illis ducat ſororem illius quæ ipſi matrimonio juncta erat; ſed unus primo dabit calceum exuendum, & poſtea contrahet affinitatem conjugii cum altera quia quocunque modo licita eſt ipſi; ſi illa, cui dederat ſponſalia frater ejus, ea fuerit cui primo calceum dederat exuendum, propterea ipſi licet ducere ſororem ejus; ſin autem ea, cui dederat ſponſalia ejus frater, fuerit quacum affinitatem conjugii contrahet, contrahat.

אחיו של זה כיבם חלוצתו של זה *Frater unius contrahet affinitatem conjugii cum ea quæ calceum exuit alteri*, nam quocunque modo id etiam fiat, licita eſt ipſi, ſi hæc fuerit fratria ejus, benè ſe res habet, nam frater ejus non dedit huic calceum, ſed ſorori ejus quæ non erat fratria ejus, & hoc nihil refert. Cæterum ſi non ſit fratria ejus, bene habet, quia extranea eſt; neque prohibitio eſt ſororis ejus quæ maritali copula ipſi juncta eſt, ex eo quod frater ejus dedit calceum extrahendum ſorori illius quæ erat fratria ejus, & fracta copula maritalis. Prohibitio autem de fratria extranea hic non obtinet, quia frater mariti ejus ipſi dedit calceum exuendum. קדמו שנים *ſi duo anticipaverint*, duo fratres unius mortui; וחלצו *& dederint calceum exuendum*, duabus, quia neſciebant quænam eſſet fratria ejus. לא ייבמו *non contrahent affinitatem conjugii*, non unus cum una nec alter cum altera, quia de primo qui duxerit, cogitare poſſet aliquis quod ea ſit ſoror ejus quæ ipſi copula maritali conjuncta eſt. אלא אחד חולץ *ſed unus dabit calceum exuendum*, primus uni. ואחד מיבם לשניה *alter cum altera affinitatem conjugii contrahet*, nam quocunque modo illi licita eſt, ſi ſit fratria ejus, benè ſe res habet, at ſi non ſit fratria ejus, non ducet ſororem ejus quæ ipſi copula maritali conjuncta eſt, quia frater ejus dedit calceum ei quæ erat fratria ejus; neque tranſgreſſionem incurrit is qui duxerit uxorem quæ fratri per levirationem obſtricta eſt, quia frater mariti ejus dedit calceum. קדמו *ſi anticipaverint*, duo ultimi; וכנסו *& duxerint*, poſtquam alii duo dederint calceum, & non conſuluerint ſenatum. אין מוציאין מידם *non educunt eas è poteſtate eorum*, quia hic dubium eſt de prohibitione ſororis illius quæ ipſi primo matrimonio juncta erat, & dicimus quod primus, qui duxit fratriam ejus, bene duxit, & ſecundus etiam bene duxit, quia extraneam; quando autem contrarium verum fuerit, & primus duxerit ſororem illius quæ maritali conjugio copulata erat, quandoquidem ſecundus, ſi venerit & contraxerit affinitatem conjugii, fratris ejus frangit copulam maritalem, & permiſſa eſt ipſi uxor ejus; peccatum vero quod fecit, factum eſt.

ח מצוה בגדול ליבם ואם קדם הקטן זכה הנטען על השפחה ונשתחררה או על הנכרית ונתגיירה הרי זה לא יכנוס ואם כנס אין מוציאין מידו הנטען על אשת איש והוציאוה מתחת ידו אף על פי שכנס יוציא :

8. Præceptum eſt de majori natu ad contrahendum levirationem, ſi minor natu prævenerit, quod acquiſivit. Qui in jus vocatur ob ſervam, quæ deindè libertate donata fuerit, aut ob extraneam quæ proſelyta facta fuerit, is non ducet eam; at ſi duxerit eam, non educunt eam è poteſtate illius. Si in jus vocetur ob uxorem mariti alicujus, educent eam è poteſtate ejus, imo etſi duxerit eam, tamen educet eam.

R. OB. DE BARTENORA.

מצוה בגדול ליבם *Eſt præceptum de majori ad contrahendum affinitatem conjugii*, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 5. ולקחה לו ויבמה & verſu ſequenti והיה הבכור אשר תלד exponimus autem quod is qui affinitatem conjugii contrahet, major natu eſſe debeat; & quod Scriptura dicit אשר תלד explicamus quod fratria ad pariendum apta eſſe debeat, atque adeo excludi ſteriles; porro dicit, יקום על שם אחיו id eſt, ad adeundum jus hæreditatis ejus, ſed fratribus ejus non eſt pars cum illo in hæreditate.

הנטען על אשת איש *Qui in jus vocatur ob uxorem mariti alicujus*, propter quam in ſuſpicionem adductus eſt quod peccavit cum ea: והוציאוה *& educat eam*, Senatus; מתחת ידו *è poteſtate ejus*, è poteſtate mariti ejus, propterea quod eam ſibi prohibitam fecit, & tamen ille duxit eam. יוציא *educet*, nam de Lege prohibita eſt illi æque ac marito prohibita eſt, quemadmodum dictum eſt Num 5. 33. 34. bis נטמאה *polluta*, ſemel ergo pro marito, & ſemel pro adultero. Hoc autem unicè intelligendum eſt de eo qui in ſuſpicionem adductus eſt propter uxorem nuptam & conjugalem; at qui in ſuſpicionem adductus eſt propter mulierem liberam, bene facit ſi ducat eam, quemadmodum dicitur de eo qui ſtupraverit virginem Deut. 22. 29. ולו תהיה לאשה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc eſt quod Scriptura dicit Deut. 25. 6. והיה הבכור אשר תלד id eſt, quem pepererit mater mortui; תלד vero ponitur pro ילדה futurum pro præterito. נטען eſt is qui ſuſpectus eſt de uxore mariti alius, cujus jus ſe habet quemadmodum tibi dicam; ſi ſuſpectus ſit de ea, & teſtes adſint qui teſtantur indicia quædam eſſe quibus conſtat quod peccaverit cum ea, exempli gratia, ſi viderint aliquem domo ejus exeuntem, eamque ſuccingentem cingulum ſuum; aut ſi viderint aliquem qui ſeparabat ſe è loco illo, & ea ſurrexerit è lecto, & ejuſmodi, quod vocatur דבר מכוער *res fœda*; quam ſi commiſerit, non ducet eam, at ſi duxerit eam, non ſeparabunt eam ab illo. Cæterum ſi vox audita fuerit in urbe, quando res fœda accidebat, & rumorem excitaverint propterea cives per integrum diem, & dimidium, jus poſtulat ut educat eam, niſi illi fuerint liberi ex ea, tum enim non educet eam etſi cives obſtrepuerint, quia eo modo malam famam à liberis non propulſat. Verum ſi teſtes teſtati fuerint quod clarè ſatis viderunt rem inhoneſtam, ſi duxerit eam, educet eam, etſi illi fuerint liberi ex ea, nam hypotheſis nobis eſt, quod immunda ſit marito, & immunda adultero.

ט המביא גט ממדינת הים ואמר בפני נכתב ובפני נחתם לא ישא את אשתו · מת הרגתיו הרגנוהו לא ישא את אשתו רבי יהודה אומר הרגתיו לא תנשא אשתו · הרגנוהו תנשא אשתו :

9. Qui portaverit divortium ex urbe tranſmaritima, & dixerit, *coram me ſcriptum eſt*, *& coram me ſignatum eſt*, non ducet uxorem ejus; ſi dixerit *mortuus eſt*, *occidi eum*, *occidimus eum*, non ducet uxorem ejus. R. Jehuda dicit, (ſi dixerit) *occidi eum*, nemini nubet uxor ejus; (ſi dixerit) *occidimus eum*, nubat uxor ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

המביא גט ממדינת הים *qui portaverit divortium ex urbe tranſmaritima*, neceſſe eſt ut dicat, coram me ſcriptum eſt, & coram me ſignatum eſt; ratio vero exponitur in tractatu Gemaræ Gittin juxta doctorem unum, quia omnes non exploratum habent quod neceſſe eſt ut agat in nomine iſtius mulieris; ſed ſecundum alterum doctorem, quia teſtes non inveniuntur ad confirmandum illud.

לא ישא את אשתו *Non ducet uxorem illius*, nam verbis illius fidem habemus: מת הרגתיו הרגנוהו וגו׳ (ſi dixerit) *mortuus eſt*, *occidi ipſum*, *occidimus ipſum* &c. quandoquidem teſtimonio ſuo ducit eam, oritur murmuratio, & fieri enim poteſt ut amore occœcatus dicat teſtimonium falſum de ea; ſed alius ducet, nam unius teſtimonio uxor duci poteſt. רבי יהודה אומר הרגתיו לא תנשא אשתו *R. Jehuda dicit*, (ſi dixerit) *occidi eum*, *non ducet uxorem ejus*, ex teſtimonio ejus, ne quidem cum alio, quia malus teſtis eſt; Lex autem dicit Exod. 23. 1. אל תשת ידך עם רשע להיות עד חמס Sed deciſio non eſt juxta R. Jehuda. Quia nobis fundamentum, quod nemo ſeipſum malo afficere poteſt, quia quiſque ſibi ipſi proximus eſt, ideoque illi fidem habemus quod occiſus eſt; ſed in hoc non habemus ipſi fidem quod dixit, *ipſe occidi eum*; propterea etſi dixerit, *ego occidi ipſum*, uxor ejus in matrimonium ducetur. הרגנוהו תנשא אשתו (ſi dixerit) *occidimus eum*, *ducetur uxor ejus*, Gemara exponit hoc intelligendum eſſe, quando dixit, ego fui cum interfectoribus, ſed non occidi ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt, quod nemo ſe ipſum afficere poſſit malo, propterea, ſi dixerit, *occidi eum*, ducet uxorem ejus, at non ducet eam, ne quicunque cupit uxorem alius mariti, interficiat maritum ejus, & ducat eam. R. Jehuda dicit, quod homo ſeipſum malo afficere poſſit, propterea, ſi dixerit, *ego occidi eum*, non ducet uxorem ejus. Et quod dixit, *occidimus eum*, non vult dicere, ego unus fui ex homicidis, nam ſi ita ſe res haberet, idem eſſet ac ſi dixiſſet *occidi eum*; ſed vult dicere, ego fui cum interfectoribus; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

י החכם שאסר את האשה בנדר על בעלה הרי זה לא ישאנה מיאנה או שחלצה בפניו ישאנה מפני שהוא בית דין וכולן שהיו להם נשים ומתו מותרות לינשא להם וכולן שנישאו לאחרים ונתגרשו או שנתאלמנו מותרות לינשא להן וכולן מותרות לבניהם או לאחיהם :

10. Sapiens ſi uxorem prohibuerit voto marito ejus, ecce non ducet eam; ſi renuerit, aut calceum exuerit coram ipſo, ducet eam, quia Senatus eſt. At hæ omnes, ſi uxores habuerint, & mortui fuerint, licitæ ſunt ad nubendum eis; ſed omnes illæ quæ ductæ fuerint ab aliis, & repudiatæ fuerint, aut viduæ factæ fuerint, licitæ ſunt ad nubendum eis; & hæ omnes licitæ ſunt filiis eorum; & fratribus eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

בנדר *Voto*, quæ votum fecerit ſe non concubituram cum marito, maritus autem illud non irritum reddiderit, illa vero ad Sapientem venerit conſultum, & non invenerit portam ſive viam reſipiſcendi. לא ישאנה *non ducet eam*, propter ſuſpicionem: מפני שהוא בית דין *quia ſenatus eſt*, ſenſus eſt, eam quæ renuit, & eam quæ calceum exuit, non judicat Sapiens ſolus; nam hypotheſis nobis eſt, quod eam quæ exuit calceum, & eam quæ ſponſalia renuit, duo & tres judicare debent, & non ſunt ſuſpecti; ſed diſſolutio rite fieri poteſt unico Sapiente expedito. וכולם *at hi omnes*, Sapientes, & is qui adduxerit divortium, & qui teſtatus fuerit de uxore in cauſa conjugii, de qua Miſna dicit, *non ducet eam*. שהיו להם נשים *ſi uxores habuerint*, in tempore facti; ומתו *& mortui fuerint*, præterito deindè tempore. מותרות לינשא להם *licitæ ſunt ad ducendum eas*, quia tum non eſt ſuſpicio. וכולן *ſed omnes illæ*, mulieres quæ nupſerint aliis quando Sapiens illis vetuit, aut quando teſtis teſtatus eſt, quod maritus ejus mortuus eſt, & ſecundi mortui fuerint mariti. מותרות לינשא להן *licitæ ſunt ad ducendum eas*, ut, Sapienti, teſti, & ei qui adduxerit divortium. וכולן מותרות לבניהם או לאחיהם *& hæ omnes licitæ ſunt filiis eorum*, *& fratribus eorum*, nam hi licitas reddiderunt eas, & non prohibitæ ſunt niſi illis tantum, quia homo non ſolet peccare propter filium aut fratrem. Omnino vero illarum, de quibus dictum eſt *non ducet eas*, ſi duxerit aliquam, non educetur, præterquam ſi quis ſuſpectus eſt uxoris mariti, quam ſi eduxerit ſenatus è poteſtate mariti ejus præſentibus teſtibus, & experimento claro, etſi duxerit eam, educet eam. Cæterum ſi venerint teſtes rei fœdæ tantum, ut, ſi viderint virum exeuntem & mulierem cingulum ſuccingentem; aut virum exeuntem & mulierem è lecto ſurgentem, & ſimilia ſigna, ſi duxerit eam, non educet eam. Verum ſi poſtquam venerint teſtes rei fœdæ, exierit fama ſine intermiſſione, & murmuratio populi duraverit per diem & dimidium, ſi duxerit eam, educet eam; niſi liberos ex illa procreaverit, nam tum non adducet eam, ne malam famam de liberis ſpargat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vir Sapiens & peritus poteſt ſolus irritum reddere votum, & ſolus prohibere. Quod dicit וכולם *at hi omnes*, vult, omnes viri de quibus dicitur, לא ישאנה *non ducet eam*; licitum eſt ut eam ducat pater ejus, aut frater ejus, aut reliqui propinqui ejus; quia nobis hypotheſis eſt, quod homo non peccat niſi in proprium commodum. Sed omnes eas quas duxerit, non educet, præterquam uxorem marito gaudentem, uti expoſuimus in præcedentibus.

פרק ג ארבעה אחין שנים מהם נשואים שתי אחיות ומתו הנשואים את האחיות הרי אלו חולצות ולא מתיבמות ואם קדמו וכנסו יוציאו

Caput 3. Si quatuor fuerint fratres, quorum duo duxerint duas ſorores, & mortui fuerint ii qui duxerint ſorores illas, ecce his dant calceum exuendum, & non contrahunt affinitatem conju-

רבי אליעזר אומר בית שמאי אומרים יקיימו ובית הלל אומרים יוציאו :

gii ; at ſi anticipaverint , & duxerint , educant eas. R. Elieſer dicit, Schola Schamai dicit, confirment eas ; Schola Hillelis dicit, educant eas.

R. OB. DE BARTENORA.

חולצות ולא מתיבמות *Calceum exuunt & non contrahunt affinitatem conjugii*, quia ambæ conjugii vinculo junctæ ſunt uni & alteri fratri,. primus hinc affinitatem conjugii contraheret cum ſorore ejus quæ conjugii vinculo juncta eſt, quæ eſt inſtar uxoris ſuæ, ideo calceus exuendus.

בית שמאי אומרים יקיימו *Schola Schamai dicit , confirmant eas* , in Gemara exponunt quod hoc ſenſu legendum eſt vice verſa , Schola Schamai dicit , educunt eas, Schola Hillelis dicit, confirmant eas , nam ubique Schola Schamai aggravat, & Schola Hillelis indulget, exceptis locis quibuſdam ſatis notis in quibus Schola Schamai indulget, & Schola Hillelis aggravat. Ita enim plerumque dicimus, *Schola Schamai loco Scholæ Hillelis non eſt Miſna* , id eſt, quotieſcunque inveneris in Miſna quod Schola Schamai indulget, (nam Schola Hillelis indulget plerumque, & tum fiet, ut Schola Schamai veniat in loco Scholæ Hillelis,) non ita eſt Miſna, atque hic eſt hujus Miſnæ error, quæ neceſſario inverti debet ; niſi fuerit una è Miſnis ſatis notis in quibus Schola Schamai indulget, & Schola Hillelis aggravat. In tractatu Edyot hæc numeratur in nomine R. Elieſeris, ex illis in quibus Schola Schamai indulget , & Schola Hillelis aggravat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Unum è fundamentis quæ in hoc tractatu ſequimur , eſt, quod , quoties mulieres inceſtæ duæ ceſſerint duobus fratribus qui illis legitimi fuerint , dant calceum exuendum, & non contrahunt affinitatem conjugii cum illis , quia copula fraterna cadit in utramque , ut in æmulas ; propterea non contrahunt affinitatem conjugii , quia earum quælibet apta eſt uni fratrum. Id autem quod hic dicitur יקיימו *confirment eas*, ſcil. in conjugio , eſt opinio Scholæ Schamai , non autem opinio Scholæ Hillelis ; nobis vero fundamentum eſt, quod Scholæ Schamai in loco Scholæ Hillelis non eſt Miſna, nimirum, quod , quotieſcunque invenias quod Schola Schamai indulget & Schola Hillelis aggravat , ita non ſit Miſna. Et hoc eſt contrarium illud quod conſtat de ſententiis earum, propterea tibi ſciendum eſt quod hæc Miſna eſt erronea. Id autem quod Scholæ Schamai attribuitur, eſt citra loca illa quæ enumerantur , ſuntque ea in quibus Schola Schamai indulget , & Schola Hillelis aggravat ; propterea hic deciſio juris eſt , quod mulieres eas in conjugio confirmat.

ב היתה אחת מהן אסורה על האחד איסור ערוה אסור בה ומותר באחותה והשני אסור בשתיהן איסור מצוה ואיסור קדושה חולצת ולא מתיבמת :

2. Si unà ex illis prohibita ſit uni prohibitione inceſtus, is prohibitus eſt illi, at licitus ſorori ejus; & ſecundus prohibitus eſt duabus ; ſi prohibitione præcepti, & prohibitione ſancta, dant calceum exuendum , & non contrahunt affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

אסור ערוה *Probibitio inceſtus* , ut, ſi ſocrus ejus fuerit, aut mater ſocrus ejus. ומותר באחותה *ſed licitus eſt ſorori ejus*, quia non eſt ſoror ejus quæ ipſi copula conjugii juncta eſt, nam inceſtuoſa non juncta eſt illi ad contrahendum cum ea affinitatem conjugii. איסור מצוה *prohibitione præcepti*, quæ ipſi de Lege juncta eſt conſanguinitate, propterea prohibitum illi eſt ducere uxorem ejus ſororem , quia ſoror eſt illius quæ vinculo matrimonii ipſi juncta eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc ſatis clara ſunt , nam ſi una è mulieribus illis fuerit inceſta, vinculum conjugii non cadit in inceſtam, neque legitima eſt , propterea levir contrahet affinitatem conjugii cum ſorore.

ג היתה אחת מהן אסורה על זה איסור ערוה והשנייה אסורה על זה איסור ערוה האסורה לזה מותרת לזה והאסורה לזה מותרת לזה׳ וזו היא שאמרו אחותה כשהיא יבמתה או חולצת או מתיבמת :

3. Si una ex illis prohibita ſit uni prohibitione inceſtus, & altera prohibita ſit alteri prohibitione inceſtus, ea quæ prohibita eſt uni, licita eſt alteri, & ea quæ alteri prohibita eſt, licita eſt uni ; & hoc eſt quod dixerunt, ſoror ejus , quando fratria ejus eſt, aut calceum dabit exuendum, aut affinitatem conjugii contrahet.

R. OB. DE BARTENORA. אחותה *ſoror ejus*, uxoris inceſtæ; כשהיא יבמתה *quando fratria ejus eſt*, uxor fratris mariti ejus, quando ea ceſſerit illi ad contrahendum cum ea affinitatem conjugii. חולצת או מתיבמת *calceum dabit exuendum , aut affinitatem contrahet* , quia non eſt ſoror uxoris ipſi vinculo conjugii colligata , quia inceſtuoſa ipſi non eſt conjugio juncta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Miſna hæc jam explicata eſt ſuperius capite præcedenti.

ד שלשה אחים שנים מהן נשואין שתי אחיות או אשה ובתה או אשה ובת בתה או אשה ובת בנה הרי אלו חולצות ולא מתיבמות ורבי שמעון פוטר היתה אחת מהן אסורה עליו איסור ערוה אסור בה ומותר באחותה איסור מצוה או איסור קדושה חולצת ולא מתיבמת :

4. Si tres fratres fuerint . quorum duo duxerint duas ſorores, aut uxorem & filiam ejus , aut uxorem & filiam filiæ ejus , aut uxorem & filiam filii ejus , hæ calceum exuunt, & non contrahunt affinitatem conjugii. R. Schimeon liberat, ſi ipſi una fuerit prohibita prohibitione inceſtus, prohibitus eſt illi, at licitus eſt ſorori ejus ; ſi prohibitione præcepti , aut prohibitione ſancta , calceum exuunt, at non contrahunt affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון פוטר *R. Schimeon liberat*, ratio qua utitur R. Schimeon petitur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 18. 18. ואשה אל אחותה לא תקח לצרור quod accipiendum quando una alterius æmula facta fuerit, uti hic, quando ambæ illi conjunctæ ſunt ad contrahendum affinitatem conjugii, tum neque hanc neque illam ducere poteſt; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי שמעון פוטר *R. Schimeon liberat*, ab extractione calcei & leviratione, nam quia uni ceſſerunt fratri, una alterius ſit æmula; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ה שלשה אחין שנים (ס"א) כהן נשואים שתי אחיות ואחר מופנה מת אחד מבעלי אחיות ועשה בה מופנה מאמר ואחר כך מת אחיו השני בית שמאי אומרים אשתו עמו והלה תצא משום אחות אשה ובית הלל אומרים מוציא את אשתו בגט ובחליצה ואשת אחיו בחליצה זו היא שאמרו אוי לו על אשתו ואוי לו על אשת אחיו :

5. Si tres fuerint fratres, quorum duo duxerint duas ſorores, & unus fuerit cœlebs, unus vero mortuus fuerit è maritis ſororum, & cœlebs cum ea fecerit ſponſalia, & deindè mortuus fuerit ſecundus ejus frater, Schola Schamai dicit, uxor ejus ſit cum illo, at altera exeat pro ſorore uxoris ejus. Schola Hillelis dicit, educat uxorem ejus cum divortio, & cum extractione calcei, & uxorem fratris ejus cum extractione calcei, & hoc eſt quod dixerunt, væ illi propter uxorem, & væ illi propter uxorem fratris ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

מופנה Dicitur is cui non eſt uxor: אשתו עמו *uxor ejus cum eo*, quia Schola Schamai putat, quod uxor cui dedit מאמר *ſponſalia*, habeatur uxor nupta; quando autem ſoror ejus deindè ipſi ceſſerit, non eſt prohibita propter ſororem ejus quæ illi vinculo conjugii colligata eſt. והלה תצא *& altera exit*, etiam libera eſt ab extractione calcei, quia ſoror eſt uxoris.

מוציא אשתו בגט *Educit uxorem ejus cum divortio*, quia מאמר non tantam habet vim ut fiat inſtar uxoris vinculo conjugii ipſi colligatæ; altera vero ſit prohibita propter ſororem ipſius quæ vinculo conjugii ipſi colligata eſt, & divortium neceſſarium eſt propter *ſponſalia* מאמר dicta, quæ ſunt ſponſalia ex parte, ſed non franguntur ſponſalia ejus ſine divortio. Calcei extractio etiam neceſſaria eſt, quia מאמר non notat ſponſalia perfecta, ergo illa adhuc conjugio colligata eſt, & extractio calcei propterea ipſi neceſſaria eſt ad liberandum eam à copula maritali. In Talmude Jeruſolymitano dicitur, dabit ipſi divortium, & deindè calceum exuendum; deciſio eſt ita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מופנה *Vacuus*, ſcil uxoris; Schola Hillelis dicit quod ſponſalia non ſunt perfecta, & quod omnino non ſit uxor ejus niſi donec vinculo conjugii illi colligata fuerit, & propulſa fuerit ſoror ejus pro ſorore uxoris ejus. Ratio autem, quare neceſſaria eſt calcei extractio, & datio divortii, eſt, quia leviratio tantum licita eſt cum extractione calcei, & extractio calcei non diſſolvit vinculum ſponſalium; præſtat autem ut primo det divortium, & deindè calceum exuendum, quia dicit בגט ובחליצה

ו שלשה אחים שנים מהם נשואים שתי אחיות ואחד נשוי נכרית מת אחד מבעלי אחיות וכנס נשוי נכרית את אשתו ומת הראשונה יוצאה משום אחות אשה ושנייה משום צרתה עשה בה מאמר ומת נכרית חולצת ולא מתיבמת· שלשה אחים שנים מהם נשואים שתי אחיות ואחד נשוי נכרית מת הנשוי נכרית וכנס אחד מבעלי אחיות את אשתו ומת הראשונה יוצאה משום אחות אשה ושנייה משום צרתה עשה בה מאמר ומת נכרית חולצת ולא מתיבמת :

6. Si tres fuerint fratres, quorum duo duxerint duas ſorores, & unus duxerit extraneam, & unus è maritis ſororum mortuus fuerit, & duxerit uxorem ejus is qui extraneam duxerat, & mortuus fuerit, prima exit pro ſorore uxoris ejus, & ſecunda pro æmula ejus; ſi fecerit cum eâ ſponſalia, & mortuus fuerit, extranea calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii. Si tres fuerint fratres, quorum duo duxerint duas ſorores, & unus duxerit extraneam, & mortuus fuerit is qui extraneam duxerat, & unus è ſororum maritis uxorem ejus duxerit, & mortuus fuerit, prima exit pro uxoris ſorore, ſecunda pro æmula ejus; ſi ſponſalia contraxerit cum ea, & mortuus fuerit, extranea calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

נכרית *Extranea*, cui in hoc caſu nulla ex parte eſt propinquitas: נכרית חולצת ולא מתיבמת *extranea exuit calceum, at non contrahit affinitatem conjugii*, idem erit ſi non fecerit cum ea ſponſalia, & mortuus fuerit, extranea exuit calceum, at non contrahit affinitatem conjugii, quia æmula ſororis eſt uxoris illius, & hoc eſt quod dicit עשה בה מאמר, ad excludendum opinionem Scholæ Schamai, quæ dicit quod מאמר idem eſt quod קדושין *ſponſalia* quæ perfecta ſunt, & quod extractio calcei non eſt neceſſaria, ideo vult nos hic docere Miſna, quod neceſſaria eſt extractio calcei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc admodum clara ſunt; adduxit autem hanc Miſnam licet clariſſimam, quia præcedit in conſideratione diſputationis, & ultima eſt in compoſitione. Cæterum per id quod dicit נכרית *extranea*, in omnibus Miſnis illis quæ in hoc caſu occurrunt, intelligit eam cui non eſt propinquitas cum aliis hoc in caſu.

ז שלשה אחים שנים מהם נשואים שתי אחיות ואחד נשוי נכרית מת אחד מבעלי אחיות

7. Si tres fuerint fratres, quorum duo duxerint duas ſorores, & unus duxerit extraneam, & mortuus fuerit unus è maritis ſororum, & is qui extra-

וכנס נשוי נכרית את אשתו ובתה אשתו של
שני ואחר כך מת נשוי נכרית הרי זו אסורה
עליו עולמית הואיל ונאסרה עליו שעה אחת׃
שלשה אחים שנים כהם נשואים שתי אחיות
ואחד נשוי נכרית גירש אחד מבעלי אחיות
את אשתו ומת נשוי נכרית וכנסה המגרש ומת
זו היא שאמרו וכולן שמתו או נתגרשו צרותיהן
מותרות׃

neam duxerat, uxorem illius duxerit, & uxor ſecundi mortua fuerit, & deindè mortuus fuerit is qui extraneam duxerat, ecce hæc prohibita eſt illi ſemper, quandoquidem illi prohibita erat unam horam. Si tres fratres fuerint, quorum duo duxerint duas ſorores, & unus duxerit extraneam, & alter è maritis ſororum repudiaverit uxorem ſuam, & mortuus fuerit is qui extraneam duxerat, & duxerit eam is qui repudiaverat, & mortuus fuerit; hoc eſt quod dixerunt, & omnes hæ, ſi mortuæ fuerint, aut repudiatæ fuerint, æmulæ earum liberæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שעה אחת *Unam horam*, quando illa prima vice ipſi ceſſerit ad contrahendum affinitatem conjugii per mortem primi fratris, vivente adhuc uxore ejus, quando ea prohibita erat illi ut uxor fratris cui ſunt liberi; & æmulæ ejus extraneæ jus non deciditur, ſed apparet quod calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio eſt, quia erat ſoror uxoris ejus, quæ illi cedebat ad contrahendum affinitatem conjugii cum illa vivente illius uxore; at jam expoſitum eſt quod hæc ei ſemper prohibita eſt. Sed æmulæ ejus, nempe, extraneæ jus non invenimus quod deciditur in Gemara, neque quicquam quod de hac dictum eſt à doctoribus præcellentibus Geonim dictis. Deciſio autem mea ſententia hæc eſt, quod calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii; nam animus in dubio eſt meus, an ea ſit prohibita prohibitione inceſtus, & æmula ejus ſit libera ab extractione calcei, & leviratione contrahenda; an vero illi prohibita ſit ex decreto Sapientum, dicentium, quandoquidem illi erat prohibita horam unam, ipſi prohibita eſt ſemper, & eſt inſtar ſecundæ, at æmula ſecundæ aut calceum exuit, aut affinitatem conjugii contrahit, propterea calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii, ad aggravandum.

ח וכולן שהיו בהן קדושין או גירושין בספק
הרי אלו צרות חולצות ולא מתיבמות׃ כיצד
ספק קדושין זרק לה קדושין ספק קרוב לו ספק
קרוב לה זהו ספק קדושין ספק גירושין כתב
בכתב ידו ואין עליו עדים יש עליו עדים ואין בו
זמן יש בו זמן ואין בו אלא עד אחד זהו ספק
גירושין׃

8. Et omnes illæ, ſi apud eas fuerint ſponſalia, aut repudia dubia, ecce hæ æmulæ calceum exuunt, at non contrahunt affinitatem conjugii, quomodo eſt dubium ſponſaliorum? ſi projecta fuerint ſponſalia, & dubium fuerit an ipſi ſcil. ſponſo propiora fuerint, an vero illi ſcil. ſponſæ propiora fuerint, hoc eſt dubium ſponſaliorum. Dubium repudium eſt, an illud ſcriptum fuerit ſcriptura manus ejus, & in eo non fuerint teſtes, aut ſi in eo fuerint teſtes, at non fuerit in eo tempus, aut ſi in eo fuerit tempus, at in eo non fuerint plures quam unus teſtis, hoc eſt dubium repudium.

R. OB. DE BARTENORA.

וכולן *Et omnes illæ*, quindecim mulieres inceſtuoſæ: שהיו בהן קדושין ספק *quibus fuerint ſponſalia dubia*, quæ frater illis dederit; או גרושי ספק *aut repudia dubia*, ita ut æmula ſit æmula mulieris inceſtus dubiæ. חולצות *calceum exuunt*, & non ſunt liberæ ab extractione calcei, quia fieri poteſt ut non ſit æmula mulieris inceſtuoſæ.

ספק קרוב לו ספק קרוב לה *Ut dubium ſit an illi ſcil. ſponſæ ſint propiora, an vero illi ſcil.* ſponſæ *ſint propiora*, ut præciſe octo ſint cubiti inter eos in loco publico, tum quatuor cubiti hominis acquirunt illic pro ipſo; & ſi projecta ſponſalia fuerint, & dubium fuerit, an ſint in quatuor cubitis illius ſcil. ſponſi, an in quatuor illius ſcil. ſponſæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכולן *Et omnes illæ*, id eſt, omnes mulieres inceſtæ ſi habuerint ſponſalia, aut repudia dubia, æmulæ earum calceum exuunt, & non contrahunt affinitatem conjugii. Et quando frater ejus dederit ſponſalia dubia uxori, & mortuus fuerit, cum ea affinitatem conjugii contrahere poteſt, quocunque etiam modo. Cæterum ſi libellum repudii dubium frater ejus dederit uxori ſuæ, & mortuus fuerit, calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii, pertinet hoc etiam ad dubium libelli repudii, ſi projectus fuerit libellus repudii, & dubium fuerit an propior illi ſcil. ſponſo fueit, an vero propior illi ſcil. ſponſæ fuerit; ſed hoc intelligendum, quando duo fuerint in uno atrio quod non ad eos pertinet, uti expoſuimus.

ט שלשה אחים נשואים שלשה נכריות ומת
אחד מהן ועשה בה השני מאמר ומת הרי אלו
חולצות ולא מתיבמות שנאמר ומת אחד מהם
יבמה יבא עליה שעליה זיקת יבם אחד ולא
שעליה זיקת שני יבמין רבי שמעון אומר מיבם
לאיזו שירצה וחולץ לשניה שני אחים נשואים
לשתי אחיות ומת אחד מהם ואחר כך מתה
אשתו

9. Si tres fuerint fratres qui duxerint tres extraneas, & unus eorum mortuus fuerit, & ſecundus ſponſalia fecerit, & mortuus fuerit, en illæ calceum exuunt, & non contrahunt affinitatem conjugii, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 5. *Et ſi mortuus fuerit unus ex illis, levir ejus veniet ad eam*, quacum ipſi eſt copula unius leviri, non autem ad eam veniet quacum ipſi copula eſt duorum levirorum. R. Schimeon dicit, affinitatem conjugii contrahet cum quacunque voluerit, & alteri dabit calceum exuendum. Si duo fuerint fratres qui duxerint duas ſorores, & mortuus fuerit unus ex illis,

אשתו של שני הרי זו אסורה עליו עולמית הואיל ונאסרה עליו שעה אחת :

lis, & deindè mortua fuerit uxor ſecundi, hæc ipſi prohibita eſt ſemper, quia illi prohibita erat unam horam.

R. OB. DE BARTENORA.

זיקת שני יבמין *Copula duorum levirorum*, nam quamdiu copula conjugii ipſi nondum colligata eſt, adhuc eſt copula primi fratris, & addit illi copula ſecundi fratris propter ſponſalia; & quando mortuus fuerit, reliqua eſt ipſi copula duorum levirorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio hujus non eſt ex eo quod dicit Deut. 25. 5. יבמה יבא עליה ut de Lege prohibitum ſit; ſed ex decreto Sapientum prohibitum eſt, ne dicant quod duæ fratriæ de eadem domo contrahunt affinitatem conjugii, & ſi cum duabus contraxerit affinitatem, aut uni ex illis dederit calceum exuendum, & cum altera affinitatem contraxerit, dicent, quod etiam ſit idem permiſſum duabus fratriis quæ de unâ domo ſunt, contrahere affinitatem conjugii; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. Deciſio hujus Miſnæ præcedit apud auctores Miſhæ ante Miſnam ſeptimam hujus capitis, & in compoſitione poſtponitur, quamvis non eſſet neceſſe quicquam dicere poſtea.

י שנים שקדשו שתי נשים ובשעת כניסתן לחופה החליפו את של זה לזה ואת של זה לזה הרי אלו חייבים משום אשת איש היו אחים משום אשת אח ואם היו אחיות משום אשה אל אחותה ואם היו נדות משום נדה ומפרישין אותן שלשה חדשים שמא מעוברות הן ואם היו קטנות שאינן ראויות לילד מחזירין אותן כיד ואם היו כהנות נפסלות מן התרומה :

10. Si duo dederint ſponſalia duabus mulieribus, & in tempore quo intrarunt ſcrinium, commutaverint mulierem hujus cum uxore illius, ecce hi obligantur propter uxorem mariti, ſi fuerint fratres propter uxorem fratris, & ſi fuerint ſorores propter uxorem cum ſorore ejus, & ſi menſtruoſæ fuerint propter menſtruoſam, ſeparant eas tres menſes, quia fieri poteſt ut impræguatæ ſint; at ſi fuerint minorennes quæ nondum poſſunt parere, ſtatim eas reſtituunt, & ſi ſacerdotum filiæ fuerint, illegitimæ ſunt ad oblationem primam comedendam.

R. OB. DE BARTENORA.

היו אחין משום אשת אח *Si fuerint fratres propter uxorem fratris*, etſi nobis hypotheſis ſit, quod una prohibitio non apponitur alii, putat hic doctor, quod in prohibitione generali & prohibitione quæ additur, & prohibitione una vice facta, ut hic, una prohibitio apponitur alii prohibitioni, & tenetur offerre ſacrificium pro qualibet prohibitione.

ומפרישין אותן *Et ſeparant eas*, ne redeant ad maritos: שמא מעוברות *quia forſan impregnatæ ſunt*, liberi indè nati ſunt ſpurii, ſed neceſſe eſt ut diſtinguamus inter ſemen legitimum & illegitimum, ne liberi quos pepererint, attribuantur maritis earum. ואם היו כהנות נפסלו מן התרומה *ſi ſacerdotum fuerint filiæ, illegitimæ factæ ſunt ad oblationem primam comedendam*, ad comedendum de oblatione prima domi patris, etiam poſt mortem mariti ejus, & quamvis ſtuprata fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare omnes prohibitiones comprehendit ſimul, eſt, quia ſunt ex errore, propterea ſacrificium adducunt pro quolibet inceſtu, & quamvis nobis ſit hypotheſis quod una prohibitio non apponitur alii prohibitioni, intelligimus tamen quod tenetur ad prohibitionem generalem, & prohibitionem quæ addit, & prohibitionem una vice factam, & his tribus poſitis fundamentis tenetur ad multa ſacrificia; hæc fundamenta etiam exponentur omnia in tractatu Keritot capite tertio. Ratio autem, quare illegitimæ ſunt ad munera ſacerdotalia, eſt, quia illegitimo conjugio alligatæ ſunt, & quia ex errore factum eſt, ideo illegitimæ ſunt ad munera ſacerdotalia, etſi fuerint Iſraëlitarum filiæ; nam fundamentum nobis eſt, quod uxor Iſraëlitæ quæ ſtuprata fuerit, etſi licita ſit marito ejus, illegitima eſt ad munera ſacerdotalia. ואם היו כהנות נפסלו מן התרומה *& ſi fuerint filiæ ſacerdotum, illegitimæ ſunt ad oblationem primam comedendam*, id eſt, ſi eſſent ſacerdòtum filiæ cum Iſraëlitis nuptæ, illegitimæ ſunt ad oblationem primam comedendam; nimirum, quod hæc filia ſacerdotis non comedet unquam de oblatione prima, etſi hæc Iſraëlitis repudiaverit eam, quia meretrix eſt.

פרק ד החולץ ליבמתו ונמצאת מעוברת וילדה בזמן שהולד של קיימא הוא מותר בקרובותיה והיא מותרת בקרוביו ולא פסלה מן הכהונה אין הולד של קיימא הוא אסור בקרובותיה והיא אסורה בקרוביו ופסלה מן הכהונה :

Caput 4. Si quis calceum dederit exuendum fratriæ ſuæ, & ea impræguata inventa fuerit, & pepererit, ſi infans vivere poteſt, ille licitus eſt propinquis ejus, & illa eſt licita propinquis ejus, ſed non fecit eam illegitimam ad ſacerdotium. Si infans liber non poſſit vivere, ille prohibitus eſt propinquis ejus, & illa prohibita eſt propinquis ejus, & fecit eam illegitimam ad ſacerdotium.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר בקרובותיה *Licitus eſt propinquis ejus*, quia hæc non eſt extractio calcei: quia extractio calcei non eſt neceſſaria; propinqui vero & propinquæ quarum hic ſit mentio, ſunt propinquæ quæ prohibitæ ſunt marito propter uxorem ejus, & propinqui ſunt illi qui prohibiti ſunt uxori propter maritum ejus. ואם אין הולד של קיימא *ſi non poſſit vivere infans*, ſi ſit abortus qui nondum menſes ſuos habuit perfectos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt, nam ſi infans vivere poſſit, res clara ſit, nimirum, quod hæc extractio calcei non eſt neceſſaria, & res ſe habet ac ſi omnino nihil feciſſet.

ב הכונס את יבמתו ונמצאת מעוברת וילדה בזמן שהולד של קיימא יוציא וחייבין בקרבן ואם אין

2. Si quis duxerit fratriam ſuam, & ea impræguata fuerit inventa, & pepererit, quando infans vivere poſſit, educet eam, & tenentur ad ſacrificium;

אין הולד של קיימא יקיים ספק בן תשעה לראשון ספק בן שבעה לאחרון יוציא והולד כשר וחייבין באשם תלוי :

cium; at ſi infans non poſſit vivere, confirmabitur. Si dubium fuerit an novem menſium fuerit è primo marito, an vero ſeptem menſium ex ultimo, educet eam; infans autem legitimus eſt, & tenentur ad ſacrificium pro reatu dubio.

R. OB. DE BARTENORA.

וחייבין בקרבן *Et tenentur ad ſacrificium*, quia concubitum inivit cum uxore fratris, ubi non eſt locus præcepti. והולד כשר *ſed infans legitimus eſt*, quocunque modo: וחייבין באשם תלוי *& tenentur ad ſacrificium pro reatu dubio*, nam propter cujuſcunque rei peccatum ex ſuperbia perpetratum tenentur ad exciſionem, propter ejus peccatum ex errore perpetratum tenentur ad ſacrificium pro peccato, propter dubium ejus ad ſacirficium reatu dubio tenentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis, quod ob quodvis peccatum ex ſuperbia commiſſum rei ſunt exciſionis, & ob peccatum ex errore commiſſum, ſacrificii expiationis pro peccato, ob dubium vero ejus peccatum, ſacrificii pro reatu dubio. Cæterum in modo dubii peccati, pro quo tenetur ad ſacrificium pro reatu pendente, differentia eſt, quæ exponetur in tractatu Keritot; ſed poſtquam intellexeris hæc fundamenta, exponetur, quod deciſio juris eſt, quod hic non tenetur ad ſacrificium reatus pendentis, neque in omnibus caſibus dubiis his ſimilibus.

ג שומרת יבם שנפלו לה נכסים מודים בית שמאי ובית הלל שמוכרת ונותנת וקיים מתה מה יעשו בכתובתה ובנכסים הנכנסים ויוצאין עמה בית שמאי אומרים יחלוקו יורשי הבעל עם יורשי האב ובית הלל אומרים נכסים בחזקתן כתובה בחזקת יורשי הבעל נכסים הנכנסים ויוצאים עמה בחזקת יורשי האב :

3. Si quæ exſpectaverit levirum, ſi illi obtigerint bona, conveniunt Schola Schamai & Schola Hillelis, quod vendet, & dabit, & ratum erit; ſi mortua fuerit, quid facient cum contractu matrimoniali ejus, & cum bonis quæ intrant & exeunt cum ea? Schola Schamai dicit, dividunt hæredes mariti cum hæredibus patris; Schola Hillelis dicit, bona relinquuntur in poſſeſſione eorum, contractus matrimonialis in poſſeſſione hæredum mariti, & bona quæ intrant & exeunt cum ea, manent in poſſeſſione hæredum patris.

R. OB. DE BARTENORA.

שומרת יבם *Quæ expectaverit levirum*, ad contrahendum affinitatem conjugii: שנפלו לה נכסים *ſi illi obtigerint bona*, è domo patris. כתובה *contractus matrimonialis*, qui facit centum Zuſin aut ducenta cum additione, & dotem quam uxor ad maritum attulit, cujus ille in ſe recepit cautionem vel obligationem.

והנכסים הנכנסין ויוצאין *Et bona quæ intrant & exeunt*, bona depilationis ſive uſuaria, quæ cum uxore intrante intrant, & cum exeunte exeunt: *Schola Schamai dicit, dividunt* &c. quia dubium eſt an nupta ſit, levir autem dimidium hæreditatis ejus acquirit propter dubium, nam maritus adit hæreditatem uxoris, ſed dimidium quando in dubio eſt an nupta ſit cum illo. נכסים בחזקתן *bona in poſſeſſione eorum relinquuntur*, bona gregis & ferri relinquuntur in poſſeſſione ſua. Sed non exponit Schola Hillelis, an poſſeſſio hæredum uxoris, ut bona ſint illius, an vero poſſeſſio hæredum mariti, qui in ſe recepit eorum cautionem de futuro damno; ſed in cauſa juris deciſio eſt quod dividunt, etiam juxta ſententiam Scholæ Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Schola Hillelis dicit, נכסים בחזקתם *bona in poſſeſſione eorum* relinquuntur, intelligendum eſt de bonis firmis gregis & ferri. כתובה *dos matrimonialis*, facit centum Zuſin aut ducenta cum additionibus quas addiderit maritus.

נכסים הנכנסין ויוצאין *bona quæ intrant & exeunt*, ſunt bona quæ jure hæreditatis adiit, & vocantur נכסי מלוג *bona depilationis*, id eſt, uſuaria; ſed *bona gregis & ferri* ſunt ea quæ marito dedit in dotem, qui ea in ſe recepit cum obligatione debiti, quemadmodum exponetur deinceps. Bonorum vero depilationis diminutio & acceſſio cedunt uxori. Quod autem Schola Hillelis dixit de bonis gregis & ferri, quod ſint in poſſeſſione ſua, eo non expoſuit in cujuſnam ſint poſſeſſione, an ſint in poſſeſſione mariti, an in poſſeſſione uxoris; deciſio juris eſt de bonis gregis & ferri, ut dividant, etiam ſecundum ſententiam Scholæ Hillelis.

ד כנסה הרי היא כאשתו לכל דבר ובלבד שתהא כתובתה על נכסי בעלה הראשון :

4. Si duxerit eam, ecce illa eſt ut uxor ejus omni modo, dummodo contractus ejus matrimonialis ſit ſuper bonis mariti primi.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי היא כאשתו לכל דבר *Ecce illa ut uxor ejus ad omnem rem*, quando eam repudiaverit cum divortio, non tenetur ad extractionem calcei, & poteſt eam reducere quando voluerit, neque prohibita eſt ipſi. כתובתה על נכסי בעלה הראשון *contractus ejus matrimonialis ſit ſuper bonis mariti primi*, ut bona immobilia mariti primi ſint obligationes & pignora contractus ejus matrimonialis; at ſi non fuerit contractus matrimonialis primi mariti, levir illi ſcribet contractum matrimonialem ſuper bonis ſuis, qui facit centum Zuſin tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי היא כאשתו לכל דבר *Ecce illa eſt uxor ejus omni modo*, id eſt, poteſt eam repudiare, & reducere omni tempore ut uxorem. כתובתה על נכסי בעלה הראשון *dos ejus matrimonialis ſit ſuper bonis mariti primi*, id eſt, ut bona mariti ejus primi immobilia conſiſtant pro ſubjectione contractus matrimonialis; at ſi non fuerit contractus matrimonialis primi, levir illi ſcribet contractum matrimonialem omni modo, qui continet centum Zuſin tantum.

ה מצוה בגדול ליבם לא רצה מהלכין על כל האחין לא רצו חוזרין אצל גדול ואומרים לו עליך מצוה או חלוץ או יבם :

5. Præceptum eſt de natu majori ad contrahendum affinitatem conjugii; ſi non voluerit, eunt ad omnes fratres; ſi non voluerint, redeunt ad majorem natu, & dicunt, te præceptum tangit, da calceum, aut affinitatem conjugii contrahito.

R. OB.

R. OB. DE BARTENORA. מצות גדול ליבם *Præceptum de natu majori ad contrahendum affinitatem conjugii*, quemadmodum elicimus ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 6. והיה הבכור אשר תלד *Et erit primogenitus quem pepereris &c.*

ו תלה בקטן עד שיגדיל או בגדול עד שיבא ממדינת הים או בחרש או בשוטה אין שומעין לו אלא אומרים לו עליך מצוה או חלוץ או יבם :

6. Si excuſaverit ſe per natu minorem donec adoleverit, aut natu majorem donec venerit è civitate tranſmaritima, aut ſurdum, aut ſtultum, non audiunt ipſum; ſed dicunt ipſi, te tangit præceptum, aut da calceum, aut contrahe affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

אובגדול *Aut natu majori*, ſi fratrum natu fuerit maximus in civitate tranſmaritima, & maximus natu fratrum jam præſens ſe excuſaverit, dicendo, exſpectate fratrem illum, quia me major natu eſt. עליך מצוה *te tangit præceptum*, etſi frater qui eſt in civitate tranſmaritima ſit major natu te, quia tu es major natu fratrum præſentium, te tangit præceptum, quia non debemus differre præceptum. Et ſi excuſaverit ſe ſurdo aut ſtulto donec ſanati fuerint, non audiunt ipſum.

R. MOSGHE FIL. MAIMON.

בחרש או בשוטה *Surdo, aut ſtulto*, id eſt, ſi dixerit, exſpectate hunc ſurdum, aut hunc ſtultum, donec ſanati fuerint, non audiunt illum.

ז החולץ ליבמתו הרי הוא כאחד בן האחין לנחלה ואם יש שם אב נכסים של אב הכונס את יבמתו זכה בנכסים של אחיו רבי יהודה אומר בין כך ובין כך אם יש שם אב נכסים של אב החולץ ליבמתו הוא אסור בקרובותיה והיא אסורה בקרוביו הוא אסור באמה ובאם אמה ובאם אביה ובבתה ובבת בתה ובבת בנה ובאחותה בזמן שהיא קיימת והאחין מותרין והיא אסורה באביו ובאבי אביו ובאבי אמו (נ״א ל״ג) ובבנו ובבן בנו באחיו ובבן אחיו מותר אדם בקרובת צרת חלוצתו ואסור בצרת קרובת חלוצתו :

7. Qui calceum dederit exuendum fratriæ ſuæ, eſt ut unus è fratribus quod ad hæreditatem; & ſi illic fuerit pater, bona ſunt patris. Qui duxerit fratriam ſuam, acquiſivit bona fratris ejus. R. Jehuda dicit, ſive hoc, ſive eo modo, ſi illic fuerit pater, bona ſunt patris. Qui calceum dederit exuendum fratriæ, is prohibitus eſt propinquis ejus, & illa prohibita eſt propinquis illius; ille prohibitus eſt matri ejus, & matri matris ejus, & matri patris ejus, & filiæ ejus, & filiæ filiæ ejus, & filiæ filii ejus, & ſorori ejus, quando in vivis eſt. Sed fratres liciti ſunt; illa vero prohibita eſt patri ejus, & patri patris ejus, & patri matris ejus, filio ejus, & filio filii ejus, & fratri ejus, & filio fratris ejus. Licitus eſt homo propinquæ æmulæ ejus quæ calceum ipſi extraxit, & prohibitus eſt æmulæ propinquæ illius quæ calceum ipſi exuit.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי הוא כאחד מן האחין *Ecce ille ut unus è fratribus*, neque perdidit partem ſuam, quia calceum dedit exuendum, nam intelligere poſſemus quod mulctandus eſſet, quia perdidit eam per levirationem, quam illegitimam reddidit pro fratribus.

זכה בנכסי אחיו *Acquiſivit bona fratris*, etſi eam repudiaverit ſequenti die, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 6. יקום על שם אחיו Dicit porro Miſna נכסים של אב *bona patris*, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 6. והיה הבכור quemadmodum igitur primogenito nihil eſt vivente patre, ſic etiam leviro nihil eſt vivente patre; ſed ita non eſt deciſio; at quicunque duxerit fratriam ſuam, acquirit bona fratris ſui, etiam vivente patre. אסור בקרובותיה *prohibitus eſt propinquis ejus*, ac ſi ea eſſet uxor illius, omnes autem propinquæ quæ prohibitæ ſunt propter eam quæ omnino eſt uxor ejus, ex decreto Sapientum prohibitæ ſunt quod ad extractionem calcei. בזמן שהיא קימת *quando ea in vivis eſt*, hoc refertur ad ſororem ejus, non ad reliquas inceſtuoſas mulieres. מותר אדם בקרובת צרת חלוצתו *licitus eſt homo propinquæ æmulæ quæ calceum ipſi exuit*, exempli gratia, Ruben calceum dedit exuendum Leæ, Rachel autem nupſit extraneo, cui erat æmula, & mortuus eſt extraneus, hæc æmula Ruberi prohibita eſt; ratio eſt, quia, cum Lea extrahit calceum, tum Rachel ſoror cum ea defertur ad ſenatum, & non quiſque novit cuinam earum dederit calceum; putabunt quod Racheli dediſſet calceum, & quando duxiſſet æmulam Rachelis quæ eſt æmula propinquæ quæ calceum exuit illi, dicent, quod Rachel & æmula ejus erant uxores fratris ejus, eo quod Racheli dediſſet calceum; ſed fratria non defert ſecum æmulam ejus ad ſenatum quando calceum exuit; propterea, quando duxerit ſororem ejus æmulæ, non dicunt, quod ſororem illius quæ calceum exuit, ducet, quia non adfuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum hujus caſus eſt, quod, ſi homo calceum dederit exuendum fratris ſui uxori, res ſe habet, ac ſi eſſet uxor ejus, & repudiaſſet eam; omnes vero obligationes in propinquis uxoris quam repudiavit, eædem ſunt in propinquis ejus quæ illi calceum exuit, ſic etiam illi prohibita eſt æmula propinquæ quæ calceum exut, quia propinqua eſt ut ſta; ſed jam expoſuimus quod æmula uxoris inceſtæ prohibita eſt.

ח החולץ ליבמתו ונשא אחיו את אחותה ומת חולצת ולא מתיבמת וכן המגרש את אשתו ונשא אחיו את אחותה ומת הרי זו פטורה מן החליצה ומן היבום :

8. Si quis calceum fratriæ ſuæ dederit exuendum, & duxerit frater illius ſororem illius, & mortuus fuerit, calceum exuet, & non contrahet affinitatem conjugii. Sic etiam ſi quis repudiaverit uxorem ſuam, & frater ejus duxerit ſororem ejus, & mortuus fuerit, ecce hæc libera eſt ab extractione calcei & leviratione incunda.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

וכן הכונס את אשתו *Et ſic is qui repudiaverit uxorem ſuam*, in Gemara arguitur, quomodo dici poſſit וכן *& ſic?* ſed dicendum eſſe אבל *ſed*, quia ſoror repudiatæ prohibita eſt de Lege, ideoque libera eſt ab extractione calcei, & affinitate conjugii contrahenda; ſoror vero illius quæ calceum exuit prohibita eſt decreto Sapientum, propterea diſcalceabit, ſed non contrahet affinitatem conjugii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Gemara dicunt, Rabbi hic dicit in Miſna quod ſoror repudiatæ de Lege eſt, propterea libera eſt ab extrahendo calceo & levirationis jure adeundo. Verum ſoror illius quæ calceum exuit, prohibita eſt juxta Sapientes, & propterea diſcalceabit, & non contrahet affinitatem conjugii, quemadmodum nobis hypotheſis eſt, quod illæ quæ prohibitæ ſunt decreto Sapientum, diſcalceant, & non contrahunt affinitatem conjugii.

ט שומרת יבם שקידש אחיו את אחותה משום רבי יהודה בן בתירא (ס"א) אמרו אומרים לו המתן עד שיעשה אחיך הגדול מעשה חלצה לה אחיו או כנסה יכנוס את אשתו מתה היבמה יכנוס את אשתו מת יבם יוציא את אשתו בגט ואשת אחיו בחליצה.

9. Si quæ expectet levirum cujus frater dedit ſponſalia ſorori illius, in nomine R. Jehudæ filii Beteræ dixerunt. dicunt illi, *expecta donec frater tuus natu maximus fecerit opus*; ſi dederit ipſi calceum exuendum frater ejus, aut duxerit eam, ducet uxorem ejus; ſi mortua fuerit fratria, ducet uxorem, ſi mortuus fuerit levir, educet uxorem cum divortio, & uxorem fratris ſui educet cum extractione calcei.

R. OB. DE BARTENORA.

שומרת יבם *Quæ exſpectat levirum*, ad contrahendum officium conjugii, dederit autem unus è fratribus ſponſalia ſorori ipſius poſtquam hæc ipſis ceſſerit, omnibus vinculo conjugii colligata eſt. המתן *expecta*, differ matrimonium, nam duces ſororem ejus quæ conjugii vinculo tibi colligata eſt.

עד שיעשה אחיך מעשה *Donec frater tuus opus fecerit*, quando frater tuus duxerit fratriam, aut illi calceum dederit, & conjugii vinculum à te removerit. מתה היבמה יכנס את אשתו *ſi mortua fuerit fratria, ducet uxorem ejus*, nam etſi duxerit eam, & mortuus fuerit, licitus eſt tamen ſorori ejus. מת היבם *ſi mortuus fuerit levir*, & non remanſerit frater præter illum qui ſponſalia dederit ſorori ejus. מוציא את אשתו בגט *educit uxorem ſuam cum divortio*, ſed non contrahet affinitatem conjugii cum ea, quia ſoror repudiatæ eſt; in Gemara autem deciditur jus ſecundum R. Jehudam filium Beteræ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחיך הגדול *Frater tuus natu maximus*, nimirum eo quo diximus fundamento, quod præceptum de leviratione contrahenda tangit natu maximum, quandoquidem ergo leviratio injuncta eſt natu maximo, dabit ille ſponſalia ſorori ipſius; deciſio eſt juxta R. Jehudam filium Beteræ.

י היבמה לא תחלוץ ולא תתיבם עד שיש לה שלשה חדשים וכן כל שאר הנשים לא יתארסו ולא יתנשאו עד שיהיו להן ג' חדשים אחד בתולות ואחד בעולות אחד גרושות ואחד אלמנות אחד נשואות ואחד ארוסות רבי יהודה אומר הנשואות יתארסו והארוסות ינשאו חוץ מן הארוסות שביהודה מפני שלבו גס בה רבי יוסי אומר כל הנשים יתארסו חוץ מן האלמנה מפני האיבול:

10. Fratria non exuet calceum, neque levirationem contrahet, donec tres expectaverit menſes, ſic etiam reliquæ omnes mulieres non deſpondentur, neque ducuntur donec tres expectaverint menſes, ſive fuerint virgines, ſive ſtupratæ, ſive calceum exuerint, ſive repudiatæ, ſive viduæ, ſive nuptæ, aut deſponſæ. R. Jehuda dicit, nuptæ deſpondentur, & deſponſæ ducuntur, excepta deſponſa in Judæa, quia familiares ſunt inter ſe. R. Joſe dicit, omnes mulieres deſpondentur, excepta vidua propter luctum.

R. OB. DE BARTENORA.

לא תחלוץ *Non diſcalceabit*, exponit Gemara rationem quare dicit Scriptura Deut. 25. 7. אם לא יחפוץ האיש לקחת את יבמתו ועלתה יבמתו וגו׳ ſimul ac cum ea affinitatem conjugii contrahere voluerit, quicunque aſcenderit ad contrahendum affinitatem conjugii, aſcendet ad extractionem calcei, & quicunque non aſcenderit ad contrahendum affinitatem conjugii, non aſcendet ad extractionem calcei. בתולות *virgines*, decernimus de virginibus propter ſtupratas, & de deſponſis propter nuptas, & ſic deciſio eſt; & iſti tres menſes ſunt nonaginta dies, citra diem quo mortuus eſt maritus, aut quo repudiata eſt, & citra diem quo deſponſa eſt. הנשואות יתארסו *nuptæ deſpondentur*, quia ratio, quare vetitum eſt, eſt ut cognoſcatur inter ſemen primum & ſemen ſecundum, ne pareret filium de qua dubium eſt an ſit novem menſium viri primi, aut ſeptem menſium viri ſecundi; at in iis quæ tantum ſunt deſponſæ, non datur ejuſmodi dubium. הארוסות ינשאו *deſponſæ ducuntur*, nam non compreſſa eſt ea primo viro. חוץ מארוסה שביהודה *excepta deſponſa in Judæa*, quia in Judæa tantum permittebant converſationem ſponſi cum ſponſa ante introitum in thalamum nuptialem, ut ſibi invicem noti fiant, & non erubeſcant in tempore conjugii præcepti, propterea ſuſpicamur quod compreſſa jam eſt ſponſa. כל הנשים יתארסו *omnes mulieres deſpondentur*, nam R. Jehuda non diſtinguit inter viduam & repudiatam, & viduæ permittit deſponſationem, etiam intra triginta dies luctus ſui. Cæterum R. Joſe diſtinguit, & in hoc illi contradicit, & prohibet viduæ deſpondere intra triginta dies luctus ipſius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi tres menſes ſunt nonaginta dies citra diem quo repudiata fuerit, aut maritus ejus mortuus fuerit, & citra diem quo receperit ſponſalia; deciſio non eſt juxta R. Jehuda, ſed juxta R. Joſe.

יא ארבעה אחין נשואין ארבע נשים ומתו אם רצה

11. Quatuor fratres ſi fuerint & duxerint quatuor

רצה הגדול שבהם ליבם את כולן הרשות בידו מי שהיה נשוי לשתי נשים ומת ביאתה או חליצתה של אחת מהן פוטרת צרתה היתה אחת כשרה ואחת פסולה אם היה חולץ חולץ לפסולה ואם היה מיבם מיבם לכשרה :

tuor uxores, & mortui fuerint, ſi natu maximus eorum voluerit contrahere affinitatem cum omnibus, liberum eſt ipſi. Si quis duxerit duas uxores, & mortuus fuerit, copula maritalis, aut extractio calcei unius ex illis liberat æmulam ejus; ſi una eſſet legitima, & altera illegitima, ſi dederit calceum exuendum, dabit calceum illegitimæ; & ſi affinitatem contraxerit, contrahet eam cum legitima.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבעה אחים נשואים ארבע נשים *Quatuor fratres qui duxerint quatuor uxores*, idem eſt ſi plures quam quatuor fuerint mulieres, quas omnes ducere poterit, ſi ipſi ſufficiat ad ſuſtentandum eas; dicit autem *quatuor*, ad docendum nos bonum aliquod conſilium, ut quis non plures quam quatuor ducat, ut cuilibet ſemel in menſe ſatisfaciat debito maritali.

ביאתה או חליצתה של אחת מהן פוטרת צרתה *Copula maritalis, aut extractio calcei unius ex illis liberat æmulam ejus*, neque contrahet affinitatem conjugii cum duabus, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 9 אשר לא יבנה את בית אחיו unam ergo domum ædificabit, at non duas; neque calceum duabus exuendum dabit, nam quicunque non aſcenderit ad contrahendum affinitatem conjugii, non aſcendet ad extractionem calcei; quia igitur duo non aſcendunt ad contrahendum affinitatem conjugii, uti diximus, quod unam domum ædificabit; ſic etiam non aſcendunt ad extractionem calcei חולץ לפסולה *det calceum illegitimæ*, ne illegitimam reddat eam quæ legitima eſt ad ſacerdotium, quia calceum exuens ad ſacerdotium inepta eſt, neque homo debet aquam putei ſui effundere ſi alii indigeant ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit quatuor fratres cum quatuor mulieribus, ad docendum nos bonum aliquod conſilium, nimirum, quod homo non plures quam quatuor ducet uxores, ratio eſt, quia in pluribus quam quatuor conjugii officio fungi nequit. אם היה חולץ לפסולה *Si dederit calceum, det illegitimæ*, id eſt, illi quæ ad ſacerdotium illegitima eſt, ne reddat illegitimam eam quæ legitima eſt, dando illi extractionem calcei, undè prohibita erit ad ſacerdotium. In Gemara dicunt, hic dicit Rabbi in Miſna, non effundet homo aquam putei ſui, ſi alii indigeant ea.

יב המחזיר גרושתו והנושא חלוצתו והנושא קרובת חלוצתו יוציא והולד ממזר דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים אין הולד ממזר ומודים בנושא קרובת גרושתו שהולד ממזר :

12. Si quis reduxerit repudiatam ſuam, & duxerit eam quæ exuit calceum, & duxerit propinquam illius quæ calceum exuit, educet eam, & filius erit ſpurius, ſunt verba R. Akibæ. Sapientes dicunt, filius non eſt ſpurius, & concedunt de eo qui duxerit propinquam repudiatæ ſuæ, quod filius eſt ſpurius.

R. OB. DE BARTENORA.

המחזיר גרושתו *Qui reducit repudiatam ſuam*, poſtquam duxerit aliam: הנושא חלוצתו *qui duxerit eam quæ calceum exuit ipſi*, nam prohibita illi eſt propter præceptum negativum, quod dicit לא יבנה *non ædificabit*; quia autem non ædificavit, jam non poteſt ædificare. הנושא קרובת חלוצתו *qui duxerit propinquam illius quæ calceum exuit ipſi*, nam putat R. Akiba quod ea quæ calceum ipſi exuit, eſt inſtar uxoris ſuæ. quia Scriptura eam vocat *domum ſuam*, ſic dicit Deut. 25, 10. בית חלוץ הנעל putat etiam R. Akiba, quod filius è mulieribus vetitis natus habetur ſpurius, ex ſimplici præcepto negativo; ſed ita non eſt deciſio. ומודים בנושא קרובת גרושתו *& concedunt de eo qui duxerit propinquam repudiatæ ſuæ*, quia repudiata ſua eſt inſtar uxoris ſuæ, at mater ejus & ſoror ejus prohibitæ ſunt illi ſub pœna exciſionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Akibæ eſt, quod ſpurius eſt propter ſimplex præceptum negativum, ſi filius è mulieribus vetitis ſit natus; ſed ita non eſt deciſio.

יג איזהו ממזר כל שאר בשר שהוא בלא יבא דברי רבי עקיבא שמעון התימני אומר כל שחייבין עליו כרת בידי שמים והלכה כדבריו רבי יהושע אומר כל שחייבין עליו מיתת בית דין אמר רבי יהושע בן עזאי מצאתי מגלת יוחסין בירושלם וכתוב בה איש פלוני ממזר מאשת איש לקיים דברי רבי יהושע אשתו שמתה מותר באחותה גרשה ומתה מותר באחותה נשאת לאחר ומתה מותר באחותה יבמתו ומתה מותר באחותה חלץ לה ומתה מותר באחותה נשאת לאחר ומתה מותר באחותה :

13. Quiſnam eſt ſpurius? omnis carni propinquus ob quem tranſgredimur præceptum *Non veniet*, verba R. Akibæ. Schimeon Temanites dicit, omnis propter quem rei ſunt exciſionis per manus cœlorum; deciſio eſt juxta verba ejus. R. Jehoſchua dicit, omnis propter quem rei ſunt mortis domus judicii. Dixit R. Schimeon filius Aſai, inveni volumen genealogiæ Jeruſolymis, in quo ſcriptum erat, N. ſpurius eſt ex uxore viri, ad confirmandum verba R. Jehoſchuæ. Si mortua fuerit uxor ejus, licitus eſt ſorori ejus; ſi repudiaverit eam & mortua fuerit, licitus eſt ſorori ejus; ſi nupſerit alii & mortua fuerit, licitus eſt ſorori ejus; ſi fratria illius mortua fuerit, licitus ſorori, ſi calceum illi dederit exuendum, & mortua fuerit, licitus eſt ſorori ejus; ſi nupſerit alii, & mortua fuerit, licitus eſt ſorori ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שאר בשר וגו׳ *Omnis carni propinquus &c.* omnis propinquitas quæ prohibita eſt per præceptum negativum, etſi non comprehendat pœnam exciſionis, ſpuria eſt. כל שחייבין עליו כרת *omnis propter quem rei ſunt exciſionis*, ſed non propter eos qui prohibiti ſunt præcepto negativo ſimpliciter; & ſic deciſio eſt, quicunque prohibitus eſt prohibitione exciſionis, ejus filius ſpurius eſt, excepta menſtruoſa; ſed propter eos, qui prohibiti ſunt ex præcepto negativo tantum, filius non eſt ſpurius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus verborum R. Akibæ eſt, omnis carni propinquus & omnis qui continetur ſub præcepto *non veniet* &c. ſpurius eſt; nam fundamentum ſententiæ ejus eſt, quod omnis qui cœtum Iſraëlis intrare nequit, ſit ſpurius, etſi fuerit ex prohibitis per præceptum negativum; deciſio eſt juxta R. Schimeon Temanitem; ſed ſi quis congreſſus fuerit cum menſtruoſa, filius indè natus non eſt ſpurius.

פרק ד רבן גמליאל אומר אין גט אחר גט ולא מאמר אחר מאמר ולא בעילה אחר בעילה ולא חליצה אחר חליצה וחכמים אומרים יש גט אחר גט ויש מאמר אחר מאמר אבל לא אחר בעילה ולא אחר חליצה כלום :

Caput 4. Rabban Gamaliel dicit, non eſt divortium poſt divortium, neque ſponſalia poſt ſponſalia, neque copula maritalis poſt copulam maritalem, neque extractio calcei poſt extractionem calcei. Sapientes dicunt, eſt divortium poſt divortium, & ſponſalia poſt ſponſalia, at non poſt copulam maritalem, neque poſt extractionem calcei.

R. OB. DE BARTENORA.

אין גט אחר גט *Non eſt divortium poſt divortium*; ſi duæ fuerint fratriæ quæ uni leviro affinitate conjugii jungi debent, & ille uni dederit divortium, & deindè alteri dederit divortium, propinquæ ſecundæ fratriæ ipſi non ſunt prohibitæ, ut ſint inſtar repudiatæ; quando enim dederit divortium primæ, copula ambarum ab illo removetur, quia divortium valet in fratria ad imponendum illi præceptum *non ædificabit*; præterea, neque ille affinitatem conjugii contrahet, neque reliqui fratres, neque cum fratria quæ recepit divortium, neque cum æmula ejus; propterea, ſi deindè aliud divortium dederit ſecundæ, nihil omnino fecit, & eſt ac ſi dediſſet mulieri extraneæ. Item, ſi duo fuerint leviri pro una fratria, & unus dederit divortium, & alter dederit divortium, ultimum divortium nullius eſt momenti, & ultimus frater licitus eſt propinquis ejus.

ולא מאמר אחר מאמר *Neque ſponſalia poſt ſponſalia*, ſive duo fuerint leviri cum una fratria, ſive duæ fratriæ cum uno leviro, ultima ſponſalia nullius ſunt momenti; neque neceſſe eſt ut illi det divortium, & qui ultima ſponſalia dedit, licitus eſt propinquis ejus. יש גט אחר גט *eſt divortium poſt divortium*, nam primum divortium non removit copulam conjugalem, quandoquidem ſubjicitur extractioni calcei, ideoque illi pars eſt copulæ conjugalis, & divortium valet quod dedit ſecundus ſecundæ ut ſit inſtar repudiatæ illius; ſed prohibitus eſt propinquis ejus; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamenta quæ tibi neceſſario ſunt memoriæ infigenda, ſunt hæc, nimirum; quod fratria ejus non eſt repudiata ejus, neque permiſſa eſt aliis niſi cum extractione calcei, neque eſt acquiſitio perfecta, neque ſeparatur à jure fratriæ; ſed ut reliquæ mulieres cum copula maritali.

מאמר Notat dationem ſponſalium cum ipſo nummo, aut pretio nummi tantum, undè acquiritur aliqua acquiſitio. Sic etiam divortium in fratria partim repudiat, ſed non eſt divortium integrum; & vinculum ſponſalium non diſſolvitur, ſed divortium, ideoque is qui dederit divortium fratriæ, obligatur omnimodè, ut illi det calceum exuendum, & ſtatim removetur copula conjugalis à leviratione. Qui vero ſponſalia dederit omnino, obligatur dare divortium, ad removendum ab illa vinculum ſponſalium, & calceum dare exuendum, ſi aliis eam voluerit licitam reddere, & removere ab ea vinculum levirationis, uti exponetur. Sententia vero Rabban Gamalielis eſt; ſi duæ fratriæ uni leviro junctæ fuerint matrimonio, & ille uni dederit divortium, & deindè alteri; aut ſi ambas copula maritali ſibi junxerit, aut ſi uni dederit ſponſalia, & deindè alteri, aut ſi duabus dederit calceum exuendum, ultima facta nullius ſunt momenti, & res ſe habet ac ſi nihil factum fuiſſet. Cæterum ſi uni & alteri dederit divortium, calceum dabit primæ, & licitus erit propinquis ſecundæ, quia ſecundum repudium eſt perindè ac ſi non fuiſſet. Sic etiam, ſi dederit ſponſalia duabus, uni poſt alteram, dabit calceum primæ, & divortium illi dabit propter ſponſalia, & tum licitus erit propinquis ſecundæ. Sapientes dicunt quod unum divortium poſt alterum ſit ſignum, id eſt effectum aliquod, & quod prohibitus eſt propinquis ſecundæ; item quod ſponſalia ſunt poſt ſponſalia, & ea cui ſecunda data ſunt ſponſalia opus habet divortio, & quod ille prohibitus eſt propinquis illius; deciſio eſt juxta Sapientes.

ב כיצד עשה מאמר ביבמתו ונתן לה גט צריכה הימנו חליצה עשה מאמר וחלץ צריכה הימנו גט עשה מאמר ובעל הרי זו כמצותה :

2. Quomodo? ſi ſponſalia fecerit fratriæ ſuæ, & dederit illi divortium, neceſſe eſt ut illi det calceum; ſi fecerit ſponſalia, & dederit calceum, neceſſe eſt ut illi det divortium; ſi fecerit ſponſalia & copula maritali eam junxerit ſibi, ecce hoc eſt ut præceptum ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד *Quomodo?* hoc non refertur ad controverſiam Miſnæ ſuperioris, ſed ſingulare quid eſt, & refertur ad unum levirum & unam fratriam, ac ſi dixiſſet, quomodo ſe habet jus de uno leviro & una fratria? צריכה הימנו חליצה *neceſſe eſt ut illi det calceum*, & tum non poteſt eam ducere ſi voluerit, quandoquidem enim primo illi dedit divortium, prohibita eſt illi ex præcepto *non ædificabit*. צריכה הימנו גט *neceſſe ut illi det divortium*, quia extractio calcei frangit copulam levirationis, & divortium eſt neceſſarium ad frangendum ſponſalia, nam extractio calcei non frangit ſponſalia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיצד, *Quomodo?* id eſt, quænam eſt ratio quod nihil eſt poſt copulam conjugalem, & poſt extractionem calcei; omnes vero hæ Miſnæ ſunt claræ juxta ea quæ diximus fundamenta.

ג נתן גט ועשה מאמר צריכה גט וחליצה נתן

3. Si dederit divortium, & fecerit ſponſalia, neceſſa.

נתן גט ובעל צריכה גט וחליצה נתן גט וחלץ
אין אחר חליצה כלום חלץ ועשה מאמר נתן
גט ובעל או בעל ועשה מאמר נתן גט וחלץ
אין אחר חליצה כלום אחד יבמה אחת ליבם
אחד ואחד שתי יבמות ליבם אחד :

ceſſarium eſt divortium & calcei extractio; ſi dederit divortium, & copula maritali eam duxerit, neceſſarium eſt divortium & calcei extractio; ſi dederit divortium, & calceum exuendum, poſt extractionem calcei nihil ſequitur, ſi calceum dederit exuendum, & fecerit ſponſalia, aut ſi dederit divortium, & copula maritali duxerit eam; aut ſi duxerit eam copula maritali & ſponſalia fecerit, ſi dederit divortium, & dederit calceum exuendum, nihil omnino ſequitur poſt extractionem calcei, ſive fuerit una fratria cum uno leviro, ſive duæ fratriæ cum uno leviro.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן גט ועשה מאמר צריכה גט וחליצה *Si dederit divortium, & ſponſalia dederit ipſi, neceſſarium eſt divortium, & calcei extractio*, quia divortium partem copulæ removet, & partem relinquit, ſponſalia vero acquirunt partem quam relinquit divortium, propterea neceſſarium eſt divortium pro ſponſalibus, & calcei extractio pro copula leviratıonis.

נתן גט ובעל *Si dederit divortium, & copula maritali duxerit*, tum prohibitum eſt retinere eam, nam ab eo tempore quo ipſi dederit divortium, prohibita eſt ipſi ex præcepto *non ædificabit*, & divortium eſt neceſſarium pro coito, & extractio calcei pro copula conjugali.

אין לאחר חליצה כלום *Non ſequitur poſt extractionem quicquam*, Miſna hæc eſt juxta ſententiam R. Akibæ, qui dicit quod ſponſalia non obtinent in prohibitis mulieribus ex præcepto negativo; ſed ita non eſt deciſio; ſed deciſio eſt juxta Sapientes, dicentes aliquid ſequi poſt extractionem calcei; & neceſſe eſt ut illi det divortium; ſi ſponſalia dederit illi poſt extractionem calcei. אחת יבמה אחת ליבם אחד ואחד שתי יבמות ליבם אחד *ſive una fuerit fratria cum uno leviro, ſive duæ fratriæ cum uno leviro*, tum pares ſunt, nam aliquid eſt poſt divortium primum, aut poſt prima ſponſalia; ſed non eſt aliquid poſt coitum factum in principio, neque poſt extractionem calcei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתן גט ובעל צריכה גט וחליצה *Si dederit divortium, & copula maritali duxerit eam, neceſſarium eſt divortium, & calcei extractio*, neceſſitas divortii clara eſt, quia illa acquiritur copula maritali, eſtque uxor mariti, cui imponimus extractionem calcei, etſi jam maritata ſit, propter divortium quod præceſſit copulam maritalem, nam non dicimus quod copula maritalis acquirit acquiſitione perfecta, & quod poſt eam nihil ſit, niſi copula maritalis fuerit legitima; ſed copula maritalis illegitima deindè requirit extractionem calcei.

אין אחר חליצה כלום *Nihil omnino eſt poſt extractionem calcei*, vult, quod ſponſalia nihil efficiunt in extractione calcei. ſed hæc ſententia R Akibæ eſt, qui putat quod ſponſalia nihil obtinent in extractione calcei, nam quando dederit illi calceum, iterum illa prohibita ſit propter inceſtum, uti ante mortem fratris erat; deciſio non eſt juxta R. Akiba.

ד כיצד עשה מאמר בזו ומאמר בזו צריכות שני
גיטין וחליצה מאמר בזו וגט בזו צריכה גט
וחליצה מאמר בזו ובעל את זו צריכות שני
גיטין וחליצה מאמר בזו וחלץ לזו הראשונה
צריכה גט גט לזו וגט לזו צריכות הימנו חליצה
גט לזו ובעל את זו צריכה גט וחליצה גט לזו
ומאמר בזו צריכה גט וחליצה גט לזו וחלץ לזו
אין אחר חליצה כלום :

4. Quomodo? ſi ſponſalia fecerit uni & ſponſalia alteri, neceſſaria ſunt duo divortia, & extractio calcei; ſi uni dederit ſponſalia & divortium alteri, neceſſarium eſt divortium & extractio calcei; ſi uni dederit ſponſalia & cum altera concubuerit, duo divortia ſunt neceſſaria, & extractio calcei; ſi uni dederit ſponſalia, & alteri calceum exuendum, prima opus habet divortio; ſi uni dederit divortium, & alteri divortium, opus habent extractione calcei illius; ſi uni dederit divortium, & concubuerit cum altera, neceſſarium eſt divortium, & calcei extractio; ſi uni dederit divortium & ſponſalia alteri, neceſſarium eſt divortium, & calcei extractio; ſi uni dederit divortium, & alteri calceum exuendum, non ſequitur poſt extractionem calcei quicquam.

R OB. DE BARTENORA. צריכות שני גיטין *Neceſſaria ſunt duo divortia*, duæ fratriæ opus habent duobus divortiis juxta ſententiam Sapientum, quia ſunt ſponſalia poſt ſponſalia. חליצה *& calcei extractio*, uni ex illis, & liberat æmulam ejus. צריכות שני גיטין *neceſſaria ſunt duo divortia*, una opus habet divortio pro ſponſalibus, & alia opus habet divortio pro copula maritali. חליצה *& calcei extractio*, uni ex illis, & liberat æmulam ejus. מאמר לזו גט לזו *ſponſalia uni, & divortium alteri*, divortium ultimæ illegitimum fecit divortium primæ ex præcepto *non ædificabit*, & opus habet divortio pro ſponſalibus ſuis, & extractione calcei pro copula maritali. גט לזו ובעל לזו צריכות גט וחליצה *ſi dederit divortium huic, & cum illa concubuerit, neceſſaria ſunt divortium & extractio calcei*, & vetitum eſt ducere eam, quia illi vetita eſt ex præcepto non *ædificabit*, propter primum divortium; ſed divortio ſolo non ſit libera illa quacum coiverit, quia eſt coitus illegitimus. אין לאחר חליצה כלום *non eſt poſt calcei extractionem quicquam*, & ſi dedit deinde ſponſalia illi, aut æmula ejus, non obtinent ſponſalia juxta opinionem R. Akibæ, dicentis, ſponſalia non obtinent in illis quæ prohibitæ ſunt præcepto negativo; ſed ita non eſt deciſio.

ה חלץ וחלץ או חלץ ועשה מאמר . נתן
גט ובעל או בעל ובעל או בעל ועשה
מאמר נתן גט וחלץ אין אחר חליצה כלום

5. Si uni dederit calceum & alteri dederit calceum, aut dederit calceum uni, & alteri fecerit ſponſalia; aut uni dederit divortium & cum altera concubuerit, aut ſi cum una concubuerit, & cum altera concubuerit, aut fecerit ſponſalia uni & alteri dederit divortium,

בין יבם אחד לשתי יבמות בין שני יבמין ליבמה אחת :

aut extractionem calcei, non ſequitur poſt extractionem calcei quicquam; ſive fuerit unus levir cum duabus fratriis, ſive fuerint duo leviri cum una fratria.

R. OB. DE BARTENORA. חלץ חלץ *Si utrique mulieri dederit calceum*, tum licitum eſt ipſi ducere propinquas ſecundæ, nam poſt extractionem calcei primæ nulla datur copula levirationis contrahendæ, & extractio calcei ſecundæ etiam nullius eſt momenti, neque illa ad ſacerdotium inepta eſt. Sic etiam, ſi calceum uni dederit exuendum, & alteri dederit ſponſalia, aut ſi alteri dederit divortium poſt extractionem calcei primæ, aut ſi concubuerit cum ea poſt extractionem calcei primæ, ultimum factum nullius eſt momenti; aut ſi primo concubuerit cum una & deindè cum alia; aut ſi primo concubuerit cum una, & deindè alteri dederit ſponſalia; aut divortium dederit alteri, aut calceum dederit alteri, poſt copulam maritalem non eſt quicquam, & ultimum factum non æſtimatur, & licitum eſt ipſi ducere propinquas alterius. אין אחר חליצה כלום *non eſt poſt extractionem calcei quicquam*, ad principium hoc referendum eſt, nam ad finem referri debet, *poſt concubitum non eſt quicquam*.

ו חלץ ועשה מאמר נתן גט ובעל או בעל ועשה מאמר ונתן גט וחלץ אין אחר חליצה כלום בין בתחילה בין באמצע בין בסוף והבעילה בזמן שהיא בתחילה אין אחריה כלום באמצע ובסוף יש אחריה כלום רבי נחמיה אומר אחת בעילה ואחת חליצה בין בתחילה בין באמצע בין בסוף אין אחריה כלום :

6. Si dederit calceum & fecerit ſponſalia, aut dederit divortium & concubitum inierit; aut coitum inierit, & fecerit ſponſalia, aut dederit divortium, aut dederit calceum, non ſequitur poſt extractionem calcei quicquam, ſive in principio, ſive in medio, ſive in fine. Si coitum inierit in principio, non ſequitur poſt eam quicquam, at ſi in medio & in fine, tum ſequitur poſt eam quicquam. R. Nehemia dicit, ſive copula maritalis, ſive extractio calcei, ſive in principio, ſive in medio, ſive in fine facta fuerit, non ſequitur poſt eam quicquam.

R. OB. DE BARTENORA.

חלץ ועשה מאמר ונו׳ *Si calceum dederit, & ſponſalia fecerit* &c. hoc refertur ad unum levirum, & unam fratriam; & quamvis hoc ſuperius dixerit, nihilominus idem hic dicit iterum propter finem, ut coitum diſtinguat ab extractione calcei, nam poſt extractionem calcei ſive in principio ſive in medio ſive in fine non ſequitur quicquam, ſed poſt coitum nihil ſequitur tantum in principio; deindè etiam, ad docendum controverſiam inter R. Nehemiam & Sapientes.

בין בתחלה בין באמצע *Sive in principio ſive in medio*, ut, ſi divortium dederit uni, & alteri calceum, & deindè ſponſalia illi fecerit, aut illi cui dedit divortium, non valent ſponſalia, neque divortium eſt neceſſarium pro ſponſalibus.

בסוף *In fine*, ſi poſt ſponſalia & poſt divortium dederit calceum, poſtea non ſequitur quicquam, & extractio calcei perfecta eſt; at ſi deinceps fecerit ſponſalia, non opus habet divortio, quia calcei extractio eſt divortium perfectum, etſi extractio calcei fuerit illegitima; *& coitus in medio*, ut, ſi uni dederit divortium, & cum altera coiverit, & deindè fecerit ſponſalia tertiæ, prohibitum eſt illi ducere propinquas ejus.

בסוף *In fine*, ſi uni dederit divortium, & fecerit ſponſalia ſecundæ, & deindè coiverit cum alterutra, poſt hunc coitum eſt copula levirationis; & quando eduxerit eam, neceſſaria eſt extractio calcei, & non ſufficit eam educere cum divortio. אין אחריה כלום *non eſt poſt eam quicquam*, exibit cum divortio ſine extractione calcei, & ſi poſt coitum dederit ſponſalia alteri, nihil effecit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes hæ Miſnæ ſunt claræ juxta ea quæ diximus fundamenta; & quod dicit אין אחר חליצה כלום *non eſt poſt extractionem calcei quicquam*, illius ſenſus eſt ex ſententia R. Akibæ; ſed deciſio non eſt juxta ipſum, neque juxta R. Nehemiam; ſed judicium horum fundamentorum hoc ſenſu ſe habet, quando concubuerit cum fratria in principio, aut poſt ſponſalia, copula maritalis legitima eſt, nimirum, quod dedit illi ſponſalia & deindè concubuit cum ea, ecce perfecta eſt acquiſitio ejus. Similiter, ſi dederit illi calceum exuendum, removetur ab ea copula levirationis contrahendæ, & copula maritalis illegitima non acquirit acquiſitionem perfectam, & divortium eſt neceſſarium, & tum perfectum erit divortium ejus, & omnis fratria quæ non legitimè nupta eſt, tenetur ad extractionem calcei. Jam expoſuimus, quod extractio calcei illegitima permittit cum aliis levirationem contrahere, & hoc eſt id quod auctor dicit, *ſi uni dederit divortium, & alteri calceum exuendum, non eſt poſt extractionem calcei quicquam*; at cum duo fuerint leviri, & duæ fratriæ ex una domo, & unus dederit calceum uni ex illis fratriis, quia calcei extractio eſt illegitima, illa fratria licita eſt; at æmula ejus non eſt licita aliis, niſi donec omnes fratres dederint calceum illi, cui data eſt extractio calcei illegitima; vel dabit calceum huic æmulæ; quia nobis fundamentum eſt quod extractio calcei legitima eſt ad liberandum æmulam ejus. Modus autem perfectionis is eſt qui dicitur, nempe, quod calcei extractio illegitima requirit ut omnes fratres ei dent calceum, & ſtatim libera fiat æmula ejus aliis viris.

פרק ו הבא על יבמתו בין בשוגג בין במזיד בין באונס בין ברצון אפילו הוא שוגג והיא מזידה הוא מזיד והיא שוגגת הוא אנוס והיא לא אנוסה היא אנוסה והוא לא אנוס אחד המערה ואחד הגומר קנה ולא חלק בין ביאה לביאה :

Caput 6. Qui coiverit cum fratria ſive ex errore ſive de induſtria, ſive coactè ſive voluntariè, etſi ille erraverit & illa de induſtria fecerit, ille de induſtria fecerit, illa ex errore, ille coactè & illa non coactè, illa coactè & ille non coactè, tam is qui detegit quam is qui complet, acquiſivit, neque differentia eſt inter coitum & coitum.

R. OB. DE BARTENORA.

שוגג *Ex errore*, putans quod alia erat mulier: מזיד *de induſtria*, ex laſcivia, & non ad complendum præceptum levirationis. אפילו הוא שוגג והיא מזידה *etſi ille erret, & illa* de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fratria opus habet ſponſalibus de Lege, quia Deus fecit ut is acquiſiverit uxorem; ſponſalia vero fratriæ ſunt ex inſtitutione Sapientum, propterea, quicunque cum fratria ſua coit

de induſtria peccet, non tantum quando illa complet præceptum cum intentione, ſed etſi ambo non intendant complere præceptum, ut, ſi ille putaret quod alia erat mulier, & illa habuerit intentionem laſciviæ: קנה *acquiſivit*, quia ſcriptum eſt Deut. 25, 5. יבמה יבא עליה ergo quocunque etiam fiat modo.

המערה *Qui detegit*, qui non complevit actum, ſed tantum coronam introduxit, ſimplex vero introductio exterior coronæ vocatur נשיקה *oſculatio*; קנה *acquiſivit*, hæreditatem fratris ejus, & ſi eam repudiare velit, id faciat cum divortio. לא חלק בין ביאה לביאה *non diſtinguit inter coitum & coitum*, inter coitum ordinarium & extraordinarium, quia ſcriptum eſt duo concubitus genera eſſe apud mulierem.

coit quocunque etiam modo, acquirit acquiſitionem perfectam; המערה eſt is qui coronam intromittit, & ſi quis coronam ex parte tantum intromittit, vocatur actio ejus נשיקה *oſculatio*; qui vero rem complet, is totum membrum intromittit. ולא חלק בין ביאה לביאה *& non diſtinguit inter coitum & coitum*, id eſt, Scriptura non diſtinguit inter coitum ordinarium & coitum extraordinarium.

ב וכן הבא על אחת מכל העריות שבתורה או פסולות כגון אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין פסל ולא חלק בין ביאה לביאה:

2. Sic etiam, is qui coiverit cum una omnium prohibitarum propter inceſtum in Lege, aut cum illegitimis, uti ſunt vidua pro pontifice maximo, repudiata & calceum exuens pro ſacerdote ordinario; ſpuria & Netinæa pro Iſraëlita, filia Iſraëlitæ pro ſpurio & Netinæo, illegitimam reddidit, non faciens differentiam inter coitum & coitum.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן הבא על אחת מכל העריות שבתורה *Et ſic qui coiverit cum una omnium prohibitarum propter inceſtum in Lege*, uno ex omnibus iſtis coituum modis. או על הפסולות *aut cum illegitimis*, ut, vidua pro pontifice maximo, & ejuſmodi quæ ad ſacerdotium illegitimæ ſunt, quia fiunt זונה. Et quamvis uxor Iſraëlitæ vi ſtuprata, licita ſit marito, eſt tamen illegitima ad ſacerdotium. Repudiata etiam, ſi fuerit ſacerdotis filia, illegitima fit illo coitu, ut non comedat de oblationibus primis patris ſui.

ממזר ונתינה לישראל *Spurius & Netinæa pro Iſraëlita*, non vult dicere quod fecit eam illegitimam ad ſacerdotium, quia præter hoc illegitima eſt; ſed loquitur de ſenſu detectionis, ad docendum nos quod tranſgreditur præceptum, & condemnatus erit flagellationis, tam propter detectionem quam propter complementum actus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן *Sic etiam*, ſenſus eſt, quicunque coiverit cum una ex illis quæ prohibitæ ſunt in Lege propter inceſtum, ſive id factum fuerit coactè ſive voluntario, errore aut induſtria, ejuſmodi mulier inepta eſt facta ad ſacerdotium, ſive cum ea coiverit modo ordinario ſive extraordinario, quia eam fecit זונה *ſcortum*, etſi permiſſa eſt marito Iſraëlitæ ſi coacta fuerit; quia nobis hypotheſis eſt, quod coacta licita eſt marito Iſraëlitæ, at nihilominus ad ſacerdotium inepta eſt. Similiter filia Iſraëlitæ inepta eſt pro ſpurio & Netinæo, quia tum fit זונה; & vidua pro pontifice maximo, & repudiata ac calceum exuens pro ſacerdote ordinario fit profana, etiamſi ex errore aut coactè.

ג אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט מן האירוסין לא יאכלו בתרומה רבי אליעזר ורבי שמעון מכשירין נתארמלו או נתגרשו מן הנשואין פסולות מן האירוסין כשרות:

3. Vidua pro pontifice maximo, & repudiata, & ea quæ calceum exuit pro ſacerdote ordinario à deſponſationibus, non comedent de oblatione. R. Elieſer & R. Schimeon pronunciant legitimas. Si viduæ factæ fuerint, aut repudiatæ fuerint, à conſecrationibus illegitimæ ſunt, à deſponſationibus ſunt legitimæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מן האירוסין לא יאכלו בתרומה *Ex deſponſationibus non comedent de oblatione prima*, nam quæ deſponſata fuerit ſponſalibus tranſgreſſionis, ea illegitima eſt ad comedendum de oblatione prima domi patris, ſi fuerit ſacerdotis filia. רבי אליעזר ורבי שמעון מכשירין *R. Elieſer & R. Schimeon legitimas pronunciant*, donec coitum paſſæ fuerint, & profanatæ fuerint, quia ſcriptum eſt Levit. 21, 15. ולא יחלל duæ igitur ſunt profanationes, una pro illa, & altera pro ſemine ejus; ſed deciſio non eſt juxta eos; neque enim comedant de oblatione prima vi deſponſationis.

נתארמלו או נתגרשו *Si viduæ factæ fuerint, aut repudiatæ fuerint*, ab illis ſacerdotibus: מן הנשואים פסולות *ex conſecrationibus illegitimæ ſunt*, quia per coitum profanatæ ſunt. מן האירוסין כשרות *à deſponſationibus legitimæ ſunt*, nam primus doctor etiam eas non dicit illegitimas à deſponſationibus niſi viventibus maritis, quia illæ cuſtodiuntur ad coitum illegitimum, ſed non poſt mortem eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מן האירוסין לא יאכלו בתרומה *Ex deſponſationibus non comedent de oblatione prima*, quia expectant coitum illegitimum, ideoque non comedent. R. Elieſer & R. Schimeon dicunt quod comedet donec coitum paſſa fuerit, & tum illegitima erit. Cæterum ſi viduæ factæ fuerint, aut repudiatæ fuerint hæ uxores ſacerdotum, ex conſecrationibus illegitimæ ſunt ad comedendum de oblatione prima, quia profanatæ ſunt coitu quem paſſæ ſunt; eo quidem fundamento, quod non ſit profanatio niſi per eos qui à ſacerdotio prohibiti ſunt. מן האירוסין כשרות *ex deſponſationibus legitimæ ſunt*, ad comedendum de oblatione prima, nam ſi non paſſa fuiſſet coitum, non profanata fuiſſet; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, neque juxta R. Schimeon.

ד כהן גדול לא ישא אלמנה בין אלמנה מן האירוסין בין אלמנה מן הנשואין ולא ישא את הבוגרת רבי אליעזר ורבי שמעון מכשירים בבוגרת לא ישא את מוכת עץ אירס את האלמנה ונתמנה להיות כהן גדול יכנוס ומעשה ביהושע

4. Pontifex maximus non ducet viduam, ſive ea fuerit vidua ex deſponſationibus, ſive vidua fuerit ex conſecrationibus; neque ducet puellam. R. Elieſer & R. Schimeon permittunt puellam ducere. Non ducet eam quæ vulnerata eſt ligno; ſi deſponderit viduæ, & interim electus fuerit pontifex maximus, ducat eam. Factum eſt ut Jehoſchua filius

ביהושע בן גמלא שקדש את מרתא בת ביתוס
ומינהו המלך להיות כהן גדול וכנסה שומרת
יבם שנפלה לפני כהן הדיוט ונתמנה להיות כהן
גדול אף על פי שעשה בה מאמר הרי זה לא
יכנוס כהן גדול שמת אחיו חולץ ולא מיבם :

Gamlæ dederit ſponſalia Martæ filiæ Baiti, & Rex cum elegerit pontificem maximum, & duxerit eam; ſi quæ expectaverit levirum & ceſſerit ſacerdoti ordinario, qui electus fuerit Pontifex maximus, etſi fecerit illi ſponſalia, tamen non ducet eam. Mortuo pontifice maximo, frater ejus dabit calceum exuendum, & non contrahet affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ישא את הבוגרת *Non ducet puellam*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 21, 13. והוא אשה בבתוליה יקח quod excipit בוגרת cujus virginitas conſummata eſt. R. Elieſer & R Schimeon permittunt; ſed deciſio non eſt juxta eos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Levit. 21, 31. והוא אשה בבתוליה יקח dixerunt Sapientes quod hæc verba excludunt בוגרת cujus virginitas conſummata eſt; vocatur autem בוגרת virgo quando habuerit ſex menſes poſt ſigna adoleſcentiæ; ſigna vero adoleſcentiæ ſive virginitatis ſunt duo pili poſt annum duodecimum, nam ſi creverint duo pili intra tempus duodecim annorum, non ſunt ſigna adoleſcentiæ. Sic etiam, quamdiu nondum illi duo pili fuerint etiam poſt duodecim annos, minorennis eſt uſque ad viginti annos exactos, quemadmodum exponetur in hoc tractatu; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, nec juxta R. Schimeon.

ה כהן הדיוט לא ישא אילונית אלא אם כן יש
לו אשה ובנים רבי יהודה אומר אף על פי שיש
לו אשה ובנים לא ישא אילונית שהיא זונה
האמורה בתורה וחכמים אומרים אין זונה אלא
גיורת ומשוחררת ושנבעלה בעילת זנות :

5. Sacerdos gregarius non ducet ſterilem, niſi habuerit uxorem & filios. R. Jehuda dicit, etſi habuerit uxorem & filios, non ducet ſterilem, quia ſcortum eſt de quo ſcriptum eſt in Lege. Sapientes dicunt, non eſt ſcortum, ſed peregrina, & ſerva libertate donata, & quæ coitu meretricio ducta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן הדיוט לא ישא אילונית *Sacerdos gregarius non ducet ſterilem*, eodem modo nec Iſraëlita; & loquitur de ſacerdote propter contradictionem R. Jehudæ, dicentis, quod ſacerdos, etſi illi ſit uxor cum liberis, non ducat ſterilem, id quod ita ſe non habet cum Iſraëlita; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

שנבעלה בעילת זנות *quæ paſſa eſt coitum meretricium*, uti ſunt coitus in Lege prohibiti per præcepta negativa, aut affirmativa, quanto magis illi propter quos merentur pœnam exciſionis, & mortem per domum judicii; ſed qui coiverit cum muliere libera, non fecit eam in ſcortum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non eſt differentia inter ſacerdotem & Iſraëlitam in præcepto fructificationis & multiplicationis, ideoque neque Iſraëlitæ neque ſacerdoti neque Levitæ licet ducere ſterilem, niſi habuerit uxorem & filios; loquitur autem de ſacerdote ordinario, ad docendum nos contradictionem R. Jehudæ qui nullo modo id ipſi permittit. Coitus autem illegitimus eſt propter quem condemnatus eſt exciſionis aut flagellationis de Lege, aut is qui incurrit præceptum affirmativum Legis, ſive coactè ſive voluntario, unde fit זונה *ſcortum*, uti hoc capite diximus. Cæterum ſi Iſraëlita coiverit cum muliere quæ non nupta eſt viro, neque ex reliquis inceſtibus eſt, neque prohibita præcepto negativo aut affirmativo, non fit ſcortum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

ו לא יבטל אדם מפריה ורביה אלא אם כן
יש לו בנים בית שמאי אומרים שני זכרים ובית
הלל אומרים זכר ונקבה שנאמר זכר ונקבה
בראם נשא אשה ושהתה עמה עשר שנים ולא
ילדה אינו רשאי ליבטל גירשה מותרת לינשא
לאחר ורשאי השני לשהות עמה עשרה שנים ואם
הפילה מונה משעה שהפילה האיש מצווה על
פריה ורביה אבל לא האשה רבי יוחנן בן ברוקא
אומר על שניהם הוא אומר ויברך אותם אלהים
ויאמר להם פרו ורבו :

6. Non intermittet homo fructificationem & multiplicationem, niſi is qui habuerit filios. Schola Schamai dicit, ſi duos maſculos; Schola Hillelis dicit, marem & fœminam, uti ſcriptum eſt Gen. 5, 2. *marem & fœminam creavit eos.* Si duxerit uxorem, & cum ea fuerit decem annos, & non pepererit, non licet ipſi intermittere; ſi repudiaverit eam, licet illi alii nubere, & ſecundus cum ea decem annos eſſe poteſt. Si abortum fecerit, numerabit ab eo tempore quo abortum fecit. Viro commendata eſt fructificatio, & multiplicatio, & non fœminæ. R. Jochanan filius Berokæ dicit, de duobus illis loquitur Gen. 1, 28. *Et benedixit illis Deus, & dixit illis, fructificate & multiplicate.*

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי אומרים שני זכרים *Schola Schamai dicit, ſi duos maſculos*, uti vidimus in Moſe, qui ſeparavit ſe ab uxore poſtquam duo ipſi nati fuerint maſculi. בית הלל אומרים זכר ונקבה *Schola Hillelis dicit, marem & fœminam*, nam è Moſis exemplo non petitur probatio, quia ille ſingulari Dei mandato id fecit.

ושהתה עמה עשרה שנים וגו׳ *Et fuerit cum ea decem annos &c.* quemadmodum invenimus de Abrahamo, quod, poſtquam decem annos commoratus fuiſſet cum Sara, eaque non peperiſſet, duxit Agarem; tempus vero illud quo cum ea commoratus eſt extra terram ſanctam, non intrat computum, nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON

Schola Schamai adducit probationem à Moſe, ſed Schola Hillelis dicit quod Moſi præceptum eſt ut ſe ſepararet ab uxore, ut prophetia in ipſo habitaret continuo, & quod indè non debet adferri probatio pro reliquis hominibus, ſed præceptum eſſe maſculinum & fœmininum, quia in eo conſiſtit conſervatio ſpeciei. Cauſæ autem quæ impediunt conceptionem, multæ ſunt, & medicis ſatis notæ; quæ procedere poſſunt à viro tantum, vel à fœmina tantum, vel ab ambobus ſimul; propterea, ſi repudiaverit eam, alii nubere poterit; ſed non licet tertio nubere quia jam eſt comperta ſterilis. Senſus vero decem annorum eſt is de quo dictum

nam forſan commoratio extra terram effecit ſterilitatem; & quamdiu vir aut fœmina imbecillis eſt, aut ſunt in carcere vincti, ſimilique modo, undè impeditur coitus, tamdiu tempus illud non intrat computum decem annorum.

גרשה מותרת לינשא לאחר *Si repudiaverit eam, licet illi alii nubere*, quia forſan cauſa non eſt in ipſa, ſed in ipſo; quando autem repudiaverit eam, ſolvet illi dotem ejus matrimonialem, ſi illa dixerit cauſam procedere ex ipſo eo quod non emittit urinam inſtar ſagittæ, anathemate feriunt eam ſi conſliterit quod contra ſe res habet; & de illo falſa dixerit.

האיש מצווה על פריה ורביה *Viro commendata eſt fructificatio & multiplicatio*, quia ſcriptum eſt Gen. 1, 28: פרו ורבו וכבשה, & vox וכבשה defective ſcripta eſt, ac ſi in ſingulari diceretur, ſubige eam, viro igitur qui ſolet ſubigere uxorem commendata eſt fructificatio & multiplicatio, non fœminæ. *R. Jochanan filius Berokæ dicit &c.* deciſio non eſt juxta ipſum.

dictum eſt Gen. 16, 3. מקץ עשר שנים לשבת אברהם tum re compertum eſt de Sara quod ſterilis erat, ideoque ipſi dedit Agarem. Cæterum neceſſe eſt ut totos decem annos continuet cum ea coitum, ut anni computum intrent; propterea infirmitatis aut abſentiæ tempus in uno eorum non intrat numerum decem annorum. Quando autem hoc ſenſu ſe habet caſus, ſtatim non licet illi eam detinere ſecum; ſed repudiabit eam & ſolvet dotem illius matrimonialem, ſi illa dixerit cauſam provenire ab illo; neque liber erit à ſolutione dotis matrimonialis, niſi conſliterit quod cauſa ſterilitatis non provenit ab illo. Et ſi dixerit ille quod illa abortum fecit intra decem annos, ut apud illam maneret, repudiabit eam, & ſolvet dotem matrimonialem, quia illa non debet eſſe ſuſpecta ſterilitatis; deciſio non eſt juxta R. Jochanan filium Berokæ.

פרק ז אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה
לכהן הדיוט הכניסה לו עבדי מלוג ועבדי צאן
ברזל עבדי מלוג לא יאכלו בתרומה עבדי צאן
ברזל יאכלו ואלו הן עבדי מלוג אם מתו מתו
לה ואם הותירו הותירו לה אף על פי שהוא חייב
במזונותן הרי אלו לא יאכלו בתרומה ואלו הן
עבדי צאן ברזל אם מתו מתו לו ואם הותירו הותירו
לו הואיל והוא חייב באחריותן הרי אלו יאכלו
בתרומה:

Caput 7. Vidua à pontifice maximo ducta, & repudiata, ac ea quæ calceum exuit ſacerdoti ordinario, ſi adduxerit illi ſervos uſuarios, & ſervos gregis & ferri, ſervi uſuarii non comedant de oblatione, ſervi gregis & ferri comedant. Hi autem ſunt ſervi uſuarii, ſi mortui fuerint, mortui ſunt pro illa, & ſi multiplicati fuerint, multiplicati ſunt pro illa, etſi ille teneatur ad alimenta eorum, ecce illi non comedant de oblatione prima. Sed hi ſunt ſervi gregis & ferri, ſi mortui fuerint, mortui ſunt pro eo, & ſuperſtites fuerint, ſuperſtites ſunt pro ipſo, quandoquidem ille tenetur ad cautionem damni eorum, ecce illi comedant de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

עבדי מלוג *Servos uſuarios*, ſunt ejuſmodi quos uxor relinquit ſibi ipſi; quæ non conſcripta ſunt in contractu matrimoniali, illa vocantur נכסי מלוג *bona depilationis*, ſive *uſuaria*, quia maritus depilat illa bona quemadmodum depilantur gallinæ, quia fructus eorum bonorum comedit, & ſi diminuta fuerint aut magna facta fuerint, diminuta & majora facta ſunt pro illa. Cæterum *bona gregis & ferri* ſunt bona quæ illa marito attulit de dote ſua, & quod ille addit illi ſcil. uxori, cujus ſummam enumeratam referunt in contractum matrimonialem, ut & omnia ea quæ maritus in ſe receperit; ideoque vocantur *bona gregis & ferri*, quia ſumma principalis firma eſt inſtar ferri, ita ut ſi omnes ſervi mortui fuerint, vel bona perierint, maritus teneatur ea reſtituere uxori; & quia æſtimatione quadem æſtimare ſolebant gregem, paſtor in ſe recipiebat cautionem de futuro damno juxta æſtimationem illam, etſi totus grex eſſet mortuus, ideoque omnia bona uxoris quæ in ſe recipiebat maritus cum cautione futuri damni, vocabantur *bona gregis.* עבדי מלוג לא יאכלו *ſervi uſuarii non comedant*, quia veniunt à parte uxoris, uxor autem profanata eſt, propterea non comedant de oblatione prima mariti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quamvis ſit conjugium cum peccato, ſervi tamen gregis & ferri ſunt ut jus ſervorum quos ille emit, quia tenetur ad cautionem damni eorum.

ב בת ישראל שניסת לכהן והכניסה לו עבדים
בין עבדי מלוג בין עבדי צאן ברזל הרי אלו יאכלו
בתרומה ובת כהן שניסת לישראל והכניסה לו
בין עבדי מלוג בין עבדי צאן ברזל הרי אלו לא
יאכלו בתרומה:

2. Filia Iſraëlitæ ſi nupſerit ſacerdoti, & illa adduxerit ſervos, ſive fuerint ſervi uſuarii, ſive ſervi gregis & ferri, illi comedant de oblatione prima. Filia ſacerdotis ſi nupſerit Iſraëlitæ, & illa adduxerit illi ſive ſervos uſuarios ſive ſervos gregis & ferri, hi ne comedant de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA. בת ישראל שניסת לכהן וגו׳ *Si filia Iſraëlita nupſerit ſacerdoti &c.* etiam ſervi uſuarii comedant de oblatione prima, quia ſunt acquiſitio ſacerdotis, quos acquiſitione acquiſivit, nimirum, per uxorem quæ ſacerdotis acquiſitio eſt. Dicit autem Scriptura Levit. 22, 11. וכהן כי יקנה נפש קנין כספו at non erat neceſſe ut diceret קנין כספו, niſi rem vellet hoc ſenſu exponere, ſacerdos qui acquirit acquiſitione argenti ſui, acquirit animam, nimirum, quod ſi quis ſervus ſacerdotis acquiſivit animam, comedet de oblatione prima.

ג בת ישראל שניסת לכהן ומת והניחה
מעוברת לא יאכלו עבדיה בתרומה מפני חלקו
של עובר שהעובר פוסל ואינו מאכיל דברי רבי
יוסי אמרו לו מאחר שהעדת לנו על בת ישראל
לכהן

3. Filia Iſraëlitæ ſi nupſerit ſacerdoti, & ille mortuus fuerit & reliquerit eam imprægnatam, ſervi ejus ne comedant de oblatione prima, propter fœtus partem, quia fœtus facit illegitimum ſervum, & non juvat eum ad eſum, ſunt verba R. Joſe. Dixerunt illi, quandoquidem nobis teſtimonium præbuiſti de filia Iſraëlis nupta cum ſacerdote, ſic etiam, ſi filia ſacerdotis nupta ſit cum ſacer-

לכהן אף בת כהן לכהן ומת והניחה מעוברת לא יאכלו עבדיה בתרומה כפני חלקו של עובר :

cerdote, & ille mortuus fuerit, & reliquerit eam imprægnatam, nec ſervi illius comedent de oblatione prima, propter fœtus partem.

R. OB. DE BARTENORA.

והניחה מעוברת *Et reliquerit eam impragnatam*, etſi habuerit filios ex ipſo, & illa comedat de oblatione prima, tamen non comedant ſervi gregis & ferri de oblatione prima, quia ſunt hæredum, & ex illis pars aliqua cedit fœtui, & fœtus non pollet ea auctoritate qua efficiat ut illi comedere poſſint de oblatione prima; aut quia putat quod fœtus in utero extraneæ eſt, extraneus eſt; aut quia putat quod natus dat facultatem comedendi, & quod is qui nondum natus eſt non dat facultatem comedendi, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 11. הם יאכלו ביתו הם ויליד quod legi poteſt *illi comedere faciunt.*

שהעובר פוסל *Quia fœtus illegitimum facit*, ſi filia ſacerdotis nupta fuerit Iſraëlitæ, & relicta fuerit ab ipſo imprægnata; & illi non fuerit alius filius, fecit eam illegitimam ad revertendum ad domicilium patris. ואינו מאכיל *& non facit comedere*, ſi fuerit filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta, & relicta impregnata, fœtus non habet facultatem efficiendi ut illa comedat, eodem modo ſe res habet cum ſervis.

אף בת כהן לכהן וגו' *Etiam filia ſacerdotis cum ſacerdote* &c. nam dices, is qui non eſt natus non facit alium comedere, ideo etiam filiæ ſacerdotis nuptæ ſacerdoti ſervi non comedant de oblatione prima propter partem fœtus, quia ſunt ſervi ejus, & non comedunt niſi propter eum, ille autem non habet facultatem efficiendi ut comedant? deciſio non eſt ſecundum R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני חלקו של עובר *Propter partem fœtus*, ſi reliquerit mortuus multos filios ex uxore ſua filia Iſraëlitæ, & reliquerit eam imprægnatam, non comedent ſervi illius de oblatione prima, quia ſunt hæreditas omnium fratrum; fœtus autem qui in utero extraneæ eſt, extraneus eſt, ideo propter fœtum non comedent ſervi de oblatione prima. Cæterum Sapientes hoc rejecerunt, dixeruntque illi, ſi tu dicis R. Joſe quod fœtus illegitimum reddit, & quod acquirit, idem fieri deberet de filia ſacerdotis cum ſacerdote nupta qui reliquit filios, & eam imprægnatam, ut non comedant ſervi ejus de oblatione prima, quia nobis fundamentum eſt, quod recens natus facit ut comedere liceat? ſtatus vero controverſiæ quem movent contra ipſum, ſe habet hoc ſenſu; dicunt Sapientes, quandoquidem nobis teſtimonium præbuiſti de filia Iſraëlitæ cum ſacerdote nupta, ita quoque neceſſe eſt ut nobis teſtimonium præbeas de filia ſacerdotis cum ſacerdote nupta, ſi mortuus fuerit, & eam impręgnatam reliquerit. Nam vera Sapientum ſententia eſt, quod, quia ei ſunt filii, comedant ſervi de oblatione prima, etſi uxor impręgnata ſit; & fundamentum nobis eſt quod fœtui non eſt acquiſitio; deciſio eſt juxta Sapientes.

ד העובר והיבם והארוסין והחרש ובן תשע שנים ויום אחד פוסלין ולא מאכילין ספק שהוא בן תשע שנים ויום אחד ספק שאינו ספק הביא שתי שערות ספק שלא הביא נפל הבית עליו ועל בת אחיו ואין ידוע איזה מת ראשון צרתה חולצת ולא מתיבמת :

4. Fœtus, levir, deſponſationes, ſurdus, & filius novem annorum & diei unius, faciunt eam illegitimam, ſed non faciunt eam comedere. Si dubium fuerit an ſit filius novem annorum & unius diei, & dubium fuerit an duo ipſi fuerint pili (in genitalibus,) & ſi ceſſerit illi domus & filiæ fratris ſui, & non conſtiterit uter prius mortuus fuerit, æmula ějus calceum exuit, ſed non contrahit affinitatem conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

העובר והיבם *Fœtus, & levir*, hic fœtus ſi fuerit è filia ſacerdotis nupta Iſraëlitæ, facit eam illegitimam, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 14. בנעוריה quod excludit impregnatam. Et ſi fuerit filia Iſraëlitæ cum ſacerdote nupta, fœtus illam non facit comedere, quia is qui nondum natus eſt, etſi ſacerdotis fœtus, non facit comedere; *& levir*, ſi illa fuerit filia ſacerdotis cum Iſraëlita nupta, facit eam illegitimam, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 13. ושבה אל בית אביה quod excipit eam quæ exſpectat levirum, qualis reverti nequit ad domicilium patris, quia alligata eſt levirationi; at ſi fuerit filia Iſraëlis cum ſacerdote nupta, non facit eam comedere, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 11. קנין כספו at hæc eſt acquiſitio fratris ejus, ergo non edet.

והארוסין *Et deſponſationes*, ſi fuerit filia ſacerdotis cum Iſraëlita nupta, facit eam illegitimam, quia eam acquiſivit ſponſalibus, ab eo igitur tempore quo dedit illi ſponſalia, fecit eam illegitimam, uti ſcriptum eſt Levit. 22, 12 ובת כהן כי תהיה לאיש זר at ſi fuerit filia Iſraëlitæ cum ſacerdote nupta, non facit eam comedere, ne dent illi vaſculum vini oblationis primæ in domicilio patris, & ex illo det fratribus bibendum, & ſororibus ſuis. והחרש *& ſurdus*, ſi fuerit filia ſacerdotis cum Iſraëlita nupta, fecit eam illegitimam, quia acquiſivit eam ex conſtitutione Sapientum; at ſi fuerit filia Iſraëlis cum ſacerdote nupta, non facit eam comedere, quia ſcriptum eſt קנין כספו; ſurdus autem non acquirit de Lege.

בן תשע שנים ויום אחד *Filius novem annorum & diei unius*, unus è legitimis ad ſacerdotium qui fuerit novem annorum & unius diei, & coiverit cum filia ſacerdotis, aut filia Levitæ, aut cum filia Iſraëlitæ, facit eam illegitimam ad comedendum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פוסלין ולא מאכלין *Illegitimam eam faciunt, ſed non faciunt edere*, id eſt, ſi filia Iſraëlitæ impręgnata fuerit à ſacerdote, aut exſpectaverit ſacerdotem in levirum, aut deſponſationem à ſacerdote, aut ſi maritus ejus fuerit ſacerdos ſurdus, aut ſacerdos novem annorum & unius diei, illa non comedat de oblatione prima, quia illi non acquirunt acquiſitione perfecta. Cæterum ſi fuerit filia ſacerdotis ab Iſraëlita impręgnata, aut ſimilibus jam dictis modis, illegitima eſt ad edendum de oblatione prima, quia illi acquirunt partem acquiſitionis.

בן תשע שנים ויום אחד *Filius novem annorum & unius diei*, quia nobis fundamentum eſt, quod illius qui fuerit novem annorum coitus ſit verus. Jam expoſitum eſt in Gemara id quod hic dicitur, *filium novem annorum & unius diei facere illegitimum*, accipiendum eſſe de eo qui ad ſacerdotium eſt ineptus, ut, ſi filius novem annorum & unius diei fuerit profanatus, & coiverit cum filia ſacerdotis quam illegitimam fecit ad comedendum de oblatione prima, aut ſi repudiata fuerit, aut calceum exuerit, & cum ea coiverit filius novem annorum & unius diei, illa etiam profanata eſt & illegitima ad ſacerdotium. Verum ſi dubium fuerit, an ſit filius novem annorum & unius diei, an vero nondum attigerit novem annos, illegitimus eſt ad oblationem primam, & ad ſacerdotium, etſi res ſit in dubio. Similiter, ſi coiverit cum fratria ſua, & dubium inciderit an eſſet filius novem annorum & unius diei, & acquiſiverit, uti expoſuimus, an vero minor, tum coitus ejus non eſt coitus. Vel ſi quis calceum dederit fratriæ exuendum, & dubium inciderit an illi ſint duo pili in genitalibus, & calcei extractio perfecta ſit, in his omnibus debemus judicare juxta ſententiam

dendum de oblatione prima, quia filii novem annorum & unius diei copula eſt copula, & profanata eſt ea copula filia ejuſmodi. Cæterum ſi filia Iſraëlitæ nupta fuerit cum ſacerdote novem annorum & unius diei, non facit eam comedere de oblatione prima, quia acquiſitio ejus non eſt acquiſitio perfecta. Sic etiam ſi dubium fuerit, an ſit novem annorum & unius diei, eidem juri ſubjicitur cui ſubjecta eſt is qui certo eſt novem annorum & unius diei, & facit illegitimam.

ספק הביא שתי שערות *Si dubium fuerit, an duo pili fuerint illi* (in genitalibus.) ſi parvulus dederit ſponſalia fœminæ, & dubium fuerit an illi fuerint duo pili, ſponſalia ejus ſunt dubia ſponſalia, ideoque uxor illius diſcalceabit, & non contrahet affinitatem conjugii. נפל הבית עליו ועל בת אחיו *ſi ceſſerit domus ipſi & filiæ fratris ſui*, quæ erat uxor ejus, ſed non conſtabat an ille mortuus eſſet prius, ambæ vero ceſſerant fratri ad levirationem contrahendam, libera eſt æmula ejus, quia æmula filiæ eſt; an vero illa prius mortua eſſet, in tempore obligationis de contrahenda leviratione æmulæ ejus non erat æmula uxoris prohibitæ propter inceſtum, quemadmodum Miſna dixit ſuperius cap. 3, 7. *& omnes illæ ſi mortuæ fuerint &c, æmulæ earum licitæ ſunt*; ergo æmula ejus diſcalceabit, & non contrahet affinitatem conjugii; quia autem tractat de caſibus dubiis in quibus aggravandum eſt, ideo cum illis adducit hunc caſum.

tiam rigoroſiorem, nam hoc eſt quod dicit, חולצת ולא מתייבמת *calceum exuet, & non contrahit affinitatem*, & hoc ſenſu judices velim in ſimilibus caſibus. Deindè autem adducit caſum dubium, dicitque, *ſi ceſſerit illi domus & filiæ fratris ſui, ita ut non conſtet nobis uter prius mortuus eſt &c.* nam ſi conſtitiſſet nobis quod filia fratris ejus prius mortua eſſet, æmula ejus licita fuiſſet fratri ejus, quemadmodum ſuperius dixit Miſna, *& hæ omnes ſi mortuæ fuerint &c.* Sin autem conſtitiſſet nobis quod ille prius mortuus eſſet, æmula ejus libera fuiſſet ab extractione calcei, & leviratione contrahenda; quia autem res in dubio verſatur, diſcalceabit, & non contrahet conjugium levirationis.

ה האנס והמפתה והשותה לא פוסלים ולא מאכילים ואם אינם ראוין לבא בישראל הרי אלו פוסלין כיצד ישראל שבא על בת כהן תאכל בתרומה עיברה לא תאכל בתרומה נחתך העובר במעיה תאכל כהן שבא על בת ישראל לא תאכל בתרומה עיברה לא תאכל ילדה תאכל נמצא כחו של בן גדול משל אב העבד פוסל משום ביאה ואינו פוסל משום זרע כיצד בת ישראל לכהן בת כהן לישראל וילדה הימנו בן והלך הבן ונכבש על השפחה וילדה הימנו בן הרי זה עבד היתה אם אביו בת ישראל לכהן לא תאכל בתרומה בת כהן לישראל תאכל בתרומה ממזר פוסל ומאכיל כיצד בת ישראל לכהן ובת כהן לישראל וילדה הימנו בת והלכה הבת ונשאת לעבד או לנכרי וילדה הימנו בן הרי זה ממזר היתה אם אמו בת ישראל לכהן תאכל בתרומה בת כהן לישראל לא תאכל בתרומה :

5. Violentus, ſeducens, & ſtultus, non faciunt illegitimam, neque comedere faciunt, & ſi inidonei fuerint ad intrandum Iſraëlem, ecce hi faciunt illegitimam; quomodo? Si fuerit Iſraëlita qui coiverit cum filia ſacerdotis, comedet de oblatione prima, ſi impprægnata fuerit, non comedet de oblatione prima, ſi fœtus exciſus fuerit è ventre ejus, comedet. Si ſacerdos coiverit cum filia Iſraëlitæ, illa non comedet de oblatione prima, ſi imprægnata fuerit, non comedet; ſi pepererit, comedet, hinc fiet ut vis filii major ſit (vi) patris. Servus eam facit illegitimam propter coitum, at non facit illegitimam propter ſemen; quomodo? ſi filia Iſraëlitæ cum ſacerdote, aut filia ſacerdotis cum Iſraëlita undè natus fuerit filius, & filius coiverit cum ſerva, & indè natus fuerit filius, hic eſt ſervus; ſi erat mater patris ejus filia Iſraëlitæ cum ſacerdote, non comedet de oblatione prima; ſi filia ſacerdotis cum Iſraëlita, comedet de oblatione prima. Spurius facit illegitimam, & facit comedere, quomodo? ſi filia Iſraëlitæ cum ſacerdote, & filia ſacerdotis cum Iſraëlita pepererit filiam ex eo, & filia nupta fuerit ſervo, aut gentili, & ex eo pepererit filium, hic eſt ſpurius. Si erat mater matris ejus filia Iſraëlitæ, cum ſacerdote, illa comedat de oblatione prima; ſi filia ſacerdotis cum Iſraëlita, non comedat de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

והשוטה *Et ſtultus*, etſi cum thalamo nuptiali, & cum ſponſalibus, tamen non facit illegitimam, quia acquiſitio ejus non eſt acquiſitio. נחתך העובר שבמעיה תאכל *ſi confractus fuerit fœtus in ventre ejus, comedat*, ſtatim comedat, ſi pepererit eum, & deindè mortuus fuerit: עבורה לא תאכל *ſi imprægnata fuerit, non comedet*, quia fœtus non facit comedere.

כחו של בן גדול משל אב *vis filii major eſt* (vi) *patris*, nam is qui coiverit cum ea non facit comedere, quia non coivit cum ea in nomine ſponſalium, ideoque non eſt acquiſitio, ſed filius ejus comedere facit.

העבד פוסל משום ביאה *Servus illegitimam facit propter coitum*, ſi coiverit cum filia ſacerdotis, facit eam illegitimam ad comedendum de oblatione prima. ואינו פוסל משום זרע *at non facit illegitimam propter ſemen*, ſi filia ſacerdotis fuerit ſemen Iſraëlitæ legitimi. הרי זה עבד *ecce hic ſervus eſt*, quia infans ſervæ eſt ut ipſa ſerva. היתה אם אביו בת כהן לישראל תאכל בתרומה *ſi mater patris eſſet filia ſacerdotis, comedet de oblatione prima*, & ſi mortuus fuerit pater, etſi filius adhuc vivat, infans plerumque facit illegitimam, hic tamen non facit illegitimam, quia non ſequimur patrem ejus, eo quod non eſt ſemen ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פוסל משום ביאה *Illegitimam facit propter coitum*, ſi coiverit, cum fœmina quadam, fecit eam in ſcortum, & illegitimam ad ſacerdotium, quia non digna eſt ut intret Iſraëlem, propterea coitus ejus meretricius eſt. ואין פוסל משום זרע *& non facit illegitimam propter ſemen*, quia nobis fundamentum eſt quod ſervorum genealogiæ non habetur ratio. Deciſio Miſnæ de ſpurio eſt juxta ſententiam ejus qui dicit, quod ſi gentilis & ſervus coiverint cum filia Iſraëlitæ, filius indè natus ſit ſpurius. In Gemara vero pluribus de hoc diſputatur, & deciditur, quod, ſi gentilis & ſervus coiverit cum filia Iſraëlitæ, filius ſit legitimus, ſive ea libera fuerit à viro, ſive nupta, ſive coactè ſive voluntarie.

ו כהן גדול פעמים שהוא פוסל כיצד בת כהן לישראל וילדה הימנו בת והלכה הבת וניסת לכהן וילדה הימנו בן הרי זה ראוי להיות כהן גדול עומד ומשמש על גבי המזבח מאכיל את אמו ופוסל אם אמו וזאת אומרת לא כבני כהן גדול שהוא פוסלני מן התרומה :

6. Pontifex maximus aliquando illegitimum facit, quomodo? ſi nupta fuerit filia ſacerdotis cum Iſraëlita, quæ pepererit ex eo filiam quæ nupſerit ſacerdoti, & ex eo pepererit filium, hic legitimus eſt in pontificem maximum, & ut ſtet, & miniſtret in altare, facit comedere matrem ſuam, & illegitimam facit matrem matris ſuæ; & hæc dicet, nullus erit ut filius meus pontifex maximus, qui me facit illegitimam ad oblationem primam.

R. OB. DE BARTENORA.

ופוסל את אם אמו *Et illegitimam facit matrem matris ejus,* nam ſi non natus fuiſſet, contigiſſet ut mater matris ejus denuo comedere poſſet de oblatione prima in domicilio patris poſt mortem filiæ ſuæ; at quamdiu hic vixerit, non comedere denuo poteſt de oblatione prima, quia ſcriptum eſt וזרע אין לה, nimirum, ſi ſemen illi fuerit, aut filia filiæ filiæ, aut filius filii filii, aut filia filiæ filii uſque ad finem omnium generationum. וזאת אומרת לא כבני כהן גדול *hæc dicet, nullus erit ut filius meus pontifex maximus*, id eſt, non multiplicabuntur reliqui in Iſraële ut filius meus, qui me illegitimam fecit ad oblationem primam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eſt unum è fundamentis quæ tenemus, quod, quamdiu filia ſacerdotis eſt ſemen Iſraëlitæ, ſive mas, ſive fœmina fuerit, non comedet de oblatione prima. Siphra autem dicit in Lege dicitur ובן אין לה *ſi filius non fuerit illi*, nihil autem hic habemus niſi de filio ejus; undè habemus de filia & filia filii ejus, & de filia filiæ ejus, & de filio filiæ ejus & de filio filiæ filiæ ipſius? ſed hoc elicitur ex eo quod dicitur וזרע אין לה id eſt, idem judicium eſt de ſemine, & de ſemine ſeminis uſque ad finem. Similiter, ſi filia Iſraëlitæ nupta ſacerdoti fuerit, quamdiu fuerit ſemen ex eo, aut ſemen ſeminis uſque ad finem omnium generationum, tamdiu comedet illa de oblatione prima.

פרק ח הערל וכל הטמאים לא יאכלו בתרומה נשיהן ועבדיהן יאכלו בתרומה פצוע דכא וכרות שפכה הן ועבדיהן יאכלו ונשיהן לא יאכלו ואם לא ידעה משנעשה פצוע דכא וכרות שפכה הרי אלו יאכלו :

Caput 8. Præputiatus & omnes immundi non comedent de oblatione prima, uxores illorum & ſervi illorum comedent de oblatione prima. Si uni contuſi ſunt teſticuli, & exſecta ſunt virilia, illi & ſervi eorum comedent, at uxores eorum non comedent. Si vero non cognoverit eam, quando teſticuli ipſi ſunt contuſi, & exſecta virilia, illæ comedent.

R. OB. DE BARTENORA.

הערל *Præputiatus*, ſacerdos præputiatus, quia mortui ſunt fratres ejus propter circumciſionem, non comedet de oblatione prima, quia id diſcimus è ſacrificio Paſchatis, de quo ſcriptum eſt וכל ערל לא יאכל בו Exod. 12, 48.

נשיהן ועבדיהן יאכלו *Uxores eorum & ſervi eorum comedent*, quia propter præputium & immunditiem eorum non exeunt è regula ſacerdotis, niſi illi ipſi defectu laborent, & circumciſio deſit illis

ונשיהן לא יאכלו *Et uxores eorum non comedent*, quia coitu ſuo eam fecit illegitimam, quia ab illegitimo ſtuprata eſt. ואם לא ידעה *at ſi non cognoverit eam*, quia antea cum eo nupta erat, & non coiverat cum ea poſtquam teſticuli contuſi eſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare ſacerdos præputiatus non comedet de oblatione prima & rebus ſanctis, eſt, quia ſcriptum eſt de ſacrificio Paſchatis Exod. 12, 45. תושב ושכיר לא יאכל בו & de rebus ſanctis ſcriptum eſt Levit. 22, 10. תושב כהן ושכיר לא יאכל בו quemadmodum ergo præputiatus non poteſt comedere de ſacrificio Paſchatis, nec de rebus ſanctis, uti ſcriptum eſt Exod. 12, 48. ſic etiam præputiatus non comedet de rebus ſanctis & oblatione prima; cæterum jam noſti quod vulneratus contuſione, & exſectus membris ſi coiverit, copula ſive coitus illius ſit illegitimus.

ב איזהו פצוע דכא כל שנפצעו הביצים שלו ואפילו אחת מהן וכרות שפכה כל שנכרת הגיד ואם נשתייר מהעטרה אפילו כחוט השערה כשר פצוע דכא וכרות שפכה מותרין בגיורת ומשוחררת ואינן אסורין אלא מלבא בקהל שנאמר לא יבא פצוע דכא וכרות שפכה בקהל ה׳ :

2. Quiſnam eſt vulneratus contuſione? omnis cujus teſticuli vulnerati ſunt, etiamſi unus ex illis. Et exſectus virilibus eſt omnis cujus membrum eſt exſectum virile; & ſi quid remanſerit è corona, etſi fuerit ut filum pili, tamen legitimus eſt. Vulneratus contuſione, & exſectus virilibus liciti ſunt pergrinæ, & manumiſſæ, & non ſunt prohibiti, niſi ad intrandum cœtum, uti ſcriptum eſt Deut. 23, 2. *Non intrabit vulneratus contuſione, & exſectus virilibus cœtum Domini.*

R. OB. DE BARTENORA.

ואם נשתייר מהעטרה *Et ſi quid remanſerit de corona*, ut nervus exciſus ſit indè à corona & ulterius, legitimus eſt, quia nervus tantum ſe extendit inde à corona & ſurſum ad corpus; עטרה *corona*, eſt caro illa quæ circumdata eſt in loco circumciſionis; ſin autem hoc membrum vulneratum fue-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu neceſſarium eſt tibi, quod, ſi quis vulneratus fuerit in nervo, membro virili, aut filis teſticulorum, aut ſi exciſi fuerint teſticuli, aut perforatum fuerit membrum virile, aut teſticuli perforati fuerint, uno verbo, quacunque infirmitate quis laboraverit in partibus genitalibus, quibus

fuerit enſe aut cultro, aut ſi compreſſum fuerit, & exiguum fuerit è ſe ipſo; aut ſi exciſus fuerit nervus aut teſticuli ut fila teſticulorum, ejuſmodi illegitimus eſt, hoc autem intelligendum ſi manu hominis factum fuerit, at ſi propter infirmitatem factum fuerit, legitimus eſt. bus in phyſicis monſtratur quod ſemen emittere nequit, illegitimus ſit.

ג עמוני ומואבי אסורים ואיסורן איסור עולם אבל נקבותיהם מותרות מיד מצרי ואדומי אינם אסורים אלא עד שלשה דורות אחד זכרים ואחד נקבות רבי שמעון מתיר את הנקבות מיד אמר רבי שמעון קל וחומר הדברים ומה אם במקום שאסר את הזכרים איסור עולם התיר את הנקבות מיד במקום שלא אסר את הזכרים אלא עד שלשה דורות אינו דין שנתיר את הנקבות מיד אמרו לו אם הלכה נקבל ואם לדין יש תשובה אמר להם לא כי הלכה אני אומר ממזרין ונתינין אסורין (ס"א) ואיסורן איסור עולם אחד זכרים ואחד נקבות:

3. Ammonita & Moabita prohibiti ſunt, & prohibitio eorum eſt prohibitio perpetua, at fœminæ eorum licitæ ſunt ſtatim. Ægyptius & Edomæus non ſunt prohibiti niſi ad tres generationes, tam mares quam fœminæ. R. Schimeon ſtatim permittit fœminas: dixit R. Schimeon, eſt conſequentia à minori ad majus, nam quare, ſi in loco quo prohibet mares prohibitione perpetua, permittit fœminas ſtatim, in loco quo non prohibet mares niſi ad tres generationes, an non juſtum eſt ut permittamus fœminas ſtatim? Reſponderunt illi, ſi ſententia deciſa eſt, recipimus; at ſi conſequentia eſt, reſpondendum eſt; dixit ipſis, non, ſed ſententia deciſa eſt quam dico. Spurii & Netinæi prohibiti ſunt prohibitione perpetua, tam mares quam fœminæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם יש לדין *At ſi conſequentia eſt*, ſi tu conſequentiam facis ex te ipſo: יש תשובה *reſponſio eſt*, quod nimirum Ammonita & Moabita differunt, quia ratio prohibitionis exponitur, ex eo quod dicitur Deut. 23, 5. אשר לא קדמו fœmina autem non ſolet prævenire peregrinis cum pane; ſed idem de Ægyptio & Edomæo dici nequit, de quibus non exponitur ratio.

אמר להם לא *Dixit illis, non*, etſi ego id concludam ex conſequentia à minori ad majus, non reponendum eſt vobis, nihilominus ſententia deciſa eſt id quod vobis dico; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. *Netinæi*, ſunt Gibeonitæ qui proſelyti facti ſunt tempore Joſuæ, quos conſtituerunt ad findendum ligna, & hauriendum aquam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Reſponſio quam reponere poterant R. Schimeoni, hæc erat, quod differunt Ammonita & Moabita, quia ratio prohibitionis exponitur Deut. 23, 5. אשר לא קדמו אתכם בלחם vir ergo prævenire ſolet, non fœmina; Ægyptius vero & Edomæi non ſubjiciuntur interdicto, quo ad tres generationes uſque prohibiti ſunt; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ד אמר רבי יהושע שמעתי שהסרים חולץ וחולצין לאשתו והסרים לא חולץ ולא חולצים לאשתו ואין לי לפרש אמר רבי עקיבא אני אפרש סרים אדם חולץ וחולצין לאשתו מפני שהיתה לו שעת הכושר סרים חמה לא חולץ ולא חולצין לאשתו מפני שלא היתה לו שעת הכושר רבי אליעזר אומר לא כי אלא סרים חמה חולץ וחולצין לאשתו מפני שיש לו רפואה סרים אדם לא חולץ ולא חולצין לאשתו מפני שאין לו רפואה העיד רבי יהושע בן בתירא על בן מגוסת שהיה בירושלם סרים אדם ויבמו את אשתו לקיים דברי רבי עקיבא:

4. Dixit R. Jehoſchua, audivi quod eunuchus calceum dat exuendum, & dant calceum exuendum ipſius uxori, ſed eunuchus non dat calceum exuendum, neque dant calceum exuendum uxori ejus; ſed hoc non exponendum eſt mihi. Dixit R. Akiba, ego exponam, eunuchus dat calceum exuendum, ſed dant calceum exuendum uxori ejus, quia illi fuerat tempus rectitudinis, eunuchus ſolis non dat calceum exuendum, neque dant calceum exuendum uxori ejus, quia illi non fuit tempus rectitudinis. R. Eleaſar dicit, non ita eſt, ſed eunuchus ſolis dat calceum exuendum, & dant calceum exuendum uxori ejus, quia illi eſt remedium. Eunuchus hominis non dat calceum exuendum, neque dant calceum exuendum uxori ejus, quia illi non eſt remedium. Teſtatus eſt R. Jehoſchua filius Beteræ de filio Meguſat quod erat Jeruſolymis eunuchus hominis, & cum uxore illius affinitatem conjugii contrahebant, ad confirmandum verba R. Akibæ.

R. OB. DE BARTENORA.

הסרים חולץ *Eunuchus calceum dat exuendum*, nam eſt eunuchus qui dat calceum exuendum, & cujus uxori dant calceum exuendum. והסרים לא חולץ *& eunuchus non dat calceum exuendum*, quia ſcriptum eſt Deut. 25, 6. ולא ימחה שמו excipe eum cujus nomen deletum eſt: ואין לי לפרש *neque exponendum eſt mihi*, neſcio exponere quinam eunuchus calceum dare poteſt exuendum, & quinam liber eſt.

סרים אדם *Eunuchus hominis*, eſt is qui poſt nativitatem factus eſt eunuchus: סרים חמה *eunuchus ſolis*, qui indè à ventre

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Akiba qui dicit, quod eunuchus hominis dat calceum exuendum, & quod uxori illius dant calceum exuendum; ſic etiam juxta ſententiam ejus, cum uxore eunuchi hominis affinitatem conjugii contrahunt. Sed R. Akiba dixit, *calceum dabit exuendum*, nam reponit R. Jehoſchuæ quod tantum locutus eſt auctor de extractione calcei. Et ſatis clarum eſt quod eunuchus hominis non contrahit affinitatem conjugii, quia illi interdictum eſt intrare cœtum. סרים חמה *Eunuchus ſolis*, qui nunquam niſi eunu-

ventre matris non niſi eunuchus vidit ſolem; ſigna vero illius hæc ſunt, ſi illi non ſit barba, & ſi illi ſint capilli candidi, & caro mollis, & urina quæ non facit ſpumam, & quando urinam emittit, non facit arcum, id eſt, quando urina non diffluit latius ut faciat dimidium circuli inſtar fornicis cujuſdam, & ſemen ejus eſt diſſolutum, & urina illius non fœtet, & lavat ſe in temporibus pluviæ, & caro illius non exſpirat, & vox illius blanda & tenera, ut non diſtinguatur à fœmina; deciſio eſt juxta R. Akiba, qui dicit, quod eunuchus hominis dat calceum, & quod uxori illius dant calceum exuendum, & quod affinitatem conjugii contrahunt cum uxore illius; ſed ille non contrahit affinitatem conjugii, quia ineptus eſt ad intrandum cœtum.

eunuchus vidit ſolem, nimirum, qui à tempore nativitatis fuit ineptus ad coëundum cum fœmina.

ה הסריס לא חולץ ולא מיבם וכן אילונית לא חולצת ולא מתיבמת הסריס שחלץ ליבמתו לא פסלה בעלה פסלה מפני שהיא בעילת זנות וכן אילונית שחלצו לה אחין לא פסלוה בעלוה פסלוה מפני שבעילתה בעילת זנות :

5. Eunuchus non dat calceum exuendum, neque contrahit affinitatem conjugii, ſic etiam ſterilis non diſcalceat, neque affinitatem conjugii contrahit. Eunuchus qui dederit calceum exuendum fratriæ ſuæ, non fecit eam illegitimam, at ſi coiverit cum ea, fecit eam illegitimam, quia coitus meretricius eſt. Sic etiam ſterilem, cui fratres calceum dederunt exuendum, non fecerunt illegitimam, at ſi coiverint cum ea, fecerunt eam illegitimam, quia coitus ejus eſt coitus meretricius.

R. OB. DE BARTENORA.

הסריס *Eunuchus*, ſupple ſolis; לא חולץ ולא מיבם *non dat calceum exuendum, neque contrahit affinitatem conjugii*, ſed non dant calceum, neque cum uxore ejus contrahunt affinitatem conjugii. אילונית *ſterilis*, cujus ſigna jam expoſita ſunt capite primo: בעלוה פסלוה *ſi coiverint cum ea, illegitimam reddiderunt eam*, quia enim libera eſt à leviratione, prohibita eſt illis pro uxore fratris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic eunuchus eſt eunuchus ſolis, & quidem juxta ſententiam R. Akibæ, quia ſimilis eſt ſterilis, cujuſmodi non eſt ex homine, ſed ex Deo. Et quod coitus ejus ſit coitus illegitimus, non eſt ideo quod ſterilis eſt, ſed quia inepta eſt ad contrahendum cum ea conjugium levirationis, propterea prohibita eſt ſi fratres coiverint cum ea.

ו סריס חמה כהן שנשא בת ישראל מאכילה בתרומה רבי יוסי ורבי שמעון אומרים אנדרוגינוס כהן שנשא בת ישראל מאכילה בתרומה רבי יהודה אומר טומטום שנקרע ונמצא זכר לא יחלוץ מפני שהוא כסריס אנדרוגינוס נושא אבל לא נישא רבי אליעזר אומר אנדרוגינוס חייבים עליו סקילה כזכר :

6. Eunuchus ſolis ſacerdos qui duxerit filiam Iſraelitæ, facit eam comedere de oblatione prima. R. Joſe & R. Schimeon dicunt, hermaphrodita ſacerdos qui duxerit filiam Iſraelitæ, facit eam comedere de oblatione prima. R. Jehuda dicit, obtuſus qui laceratus eſt, & inventus eſt maſculus, non dabit calceum exuendum, quia inſtar eunuchi eſt. Hermaphrodita ducet (uxorem) ſed non cum maſculo nubet. R. Elieſer dicit, propter hermaphroditam rei ſunt lapidationis, ut propter maſculum.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יוסי ורבי שמעון אומר וגו׳ *R. Joſe & R. Schimeon dicit &c.* nam putant quod hermaphrodita eſt inſtar maris; R. Joſe autem ab hac ſententia receſſit, & in Beraita dixit, quod hermaphrodita eſt creatura per ſe, & Sapientes non deciderunt an ſit mas, an vero fœmina, ideoque non facit comedere de oblatione prima.

רבי יהודה אומר וגו׳ *R. Jehuda dicit &c.* deciſio non eſt juxta ipſum, quia ſupra jam deciſum eſt, quod eunuchus hominis dat calceum exuendum, & quod uxori dant calceum exuendum; obtuſus vero qui laceratus eſt, inſtar eunuchi hominis eſt.

אנדרוגינוס נושא וגו׳ *Hermaphrodita ducit &c.* quia eſt inſtar maris, & qui coiverit cum ea, cenſetur cum maſculo coiviſſe, ſive in partibus maſculinis, ſive in fœmineis coiverit. רבי אליעזר אומר וגו׳ *R. Elieſer dicit &c.* quia maſculus eſt tantum, hoc ſtatuit, non quatenus fœmina eſt, & coitus fœmininus; deciſio eſt ſecundum R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba R. Joſe & R. Schimeon dicunt, quod hermaphrodita qui duxerit filiam Iſraëlitæ, eam facit comedere de oblatione prima, undè conſtat quod illi putant quod hermaphrodita eſt inſtar maris. Poſtea vero R. Joſe receſſit ab illa opinione in Beraita, & dixit quod hermaphrodita eſt creatura per ſe, & non deciderunt de ea, an ſit mas an fœmina; deciſio autem eſt juxta R. Joſe, quemadmodum res exponuntur in Beraita, ideoque deciſio eſt quod eam non facit comedere de oblatione prima, quia dubium eſt, ſed in dubia prohibitione aggravandum eſt; quandoquidem nobis hypotheſis eſt quod eunuchus hominis dat calceum exuendum, & quod uxori ejus dant calceum exuendum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda; ſed deciſio quoque eſt juxta R. Elieſer, in eo quod dicit quod rei ſunt lapidationis propter ipſum, ut propter maſculum, quando cum eo coiverit juxta coitum maſculi, at ſi coiverit cum eo quod ad partes fœmineas, non ſunt rei propter eum lapidationis, uti propter maſculum.

פרק ט יש מותרות לבעליהן ואסורות ליבמיהן מותרות ליבמיהן ואסורות לבעליהן מותרות לאלו ולאלו ואסורות לאלו ולאלו ואלו מותרות לבעליהן ואסורות ליבמיהן כהן הדיוט שנשא את האלמנה ויש לו אח כהן גדול חלל (נ״א כשר) שנשא

Caput 9. Sunt quæ licitæ ſunt maritis ipſarum, at prohibitæ leviris ipſarum, ſunt quæ licitæ leviris ipſarum, & prohibitæ maritis ipſarum, licitæ ſunt his & illis, & prohibitæ his & illis; hæ ſunt quæ ſunt licitæ maritis ipſarum, & prohibitæ leviris ipſarum. Sacerdos ordinarius ſi duxerit viduam & habuerit fratrem pontificem maximum, profanatus (ſacer-

שנשא כשרה ויש לו אח כשר (נ״א חלל) ישראל שנשא בת ישראל ויש לו אח ממזר ממזר שנשא ממזרת ויש לו אח ישראל מותרות לבעליהן ואסורות ליבמיהן:

(ſacerdos) ſi duxerit legitimam, & habuerit fratrem legitimum; Iſraelita ſi duxerit filiam Iſraelitæ, & habuerit fratrem ſpurium; ſpurius ſi duxerit ſpuriam & habuerit fratrem Iſraelitam, hæ omnes licitæ ſunt maritis ipſarum, & prohibitæ leviris ipſarum.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן הדיוט שנשא אלמנה *Sacerdos ordinarius qui duxerit viduam*, idem eſt ſi virgo fuerit, nam mortuus fecit eam viduam, ſed loquitur hic potius de vidua, quia deindè loquatur neceſſe eſt de pontifice maximo qui dedit ſponſalia viduæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit כשר וכשרה *legitimus & legitima*, vult dicere, ſacerdos legitimus, & ſacerdotis filia legitima; & apparet ex hac Miſna, quod ſacerdotis filia legitima eſt prohibita profanato, ſed hæc opinio refutata eſt. Nam hypotheſis nobis eſt, quod legitimis non interdictum eſt nubere illegitimis, ſed quod ſacerdoti profanato licitum eſt ducere filiam ſacerdotis legitimam.

ב ואלו מותרות ליבמיהן ואסורות לבעליהן כהן גדול שקידש את האלמנה ויש לו אח כהן הדיוט כשר שנשא חללה ויש לו אח חלל ישראל שנשא ממזרת ויש לו אח ממזר ממזר שנשא בת ישראל ויש לו אח ישראל מותרות ליבמיהן ואסורות לבעליהן אסורות לאלו ולאלו כהן גדול שנשא את האלמנה ויש לו אח כהן גדול או כהן הדיוט כשר שנשא חללה ויש לו אח כשר ישראל שנשא ממזרת ויש לו אח ישראל ממזר שנשא בת ישראל ויש לו אח ממזר אסורות לאלו ולאלו ושאר כל הנשים מותרות לבעליהן וליבמיהן:

2. Et hæ licitæ ſunt leviris ipſarum & prohibitæ maritis ipſarum; pontifex maximus ſi ſponſalia dederit viduæ, & habuerit fratrem ſacerdotem ordinarium; legitimus ſi duxerit profanatam, & habuerit fratrem profanatum; Iſraëlita ſi duxerit ſpuriam, & habuerit fratrem ſpurium; ſpurius ſi duxerit filiam Iſraëlitæ, & habuerit fratrem Iſraëlitam, licitæ ſunt leviris ipſarum, & prohibitæ maritis ipſarum; prohibitæ his & illis. Pontifex maximus ſi duxerit viduam, & habuerit fratrem pontificem maximum aut ſacerdotem ordinarium; legitimus ſi duxerit profanatam, & habuerit fratrem legitimum; Iſraëlita ſi duxerit ſpuriam, & habuerit fratrem Iſraëlitam; ſpurius ſi duxerit filiam Iſraëlitæ, & habuerit fratrem ſpurium, prohibitæ ſunt his & illis; & reliquæ omnes mulieres licitæ ſunt maritis ipſarum, & leviris ipſarum.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן גדול שקדש את האלמנה *Pontifex maximus qui ſponſalia dederit viduæ*, at ſi duxerit eam, profanata eſt coitu illius; & prohibita eſt marito, & leviro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare hic dicit שקדש *qui ſponſalia dederit*, & non dicit שנשא *qui duxerit*, eſt, quia profanata eſt ſi duxerit eam, & prohibita quoque ſacerdoti ordinario, & prohibita eſt huic & illi.

ג שניות מדברי סופרים שניה לבעל ולא שניה ליבם אסורה לבעל ומותרת ליבם שניה ליבם ולא שניה לבעל אסורה ליבם ומותרת לבעל שניה לזה ולזה אסורה לזה ולזה אין לה לא כתובה ולא פירות ולא מזונות ולא בלאות והולד כשר וכופין אותו להוציא אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לנתין ולממזר יש להן כתובה:

3. Secundæ ex verbis Scribarum hæ ſunt. ſi ſecunda fuerit pro marito, & non fuerit ſecunda pro leviro, prohibita eſt marito, & licita leviro; ſi ſecunda fuerit pro leviro, & non fuerit ſecunda pro marito, prohibita eſt leviro, & licita marito; ſi ſecunda fuerit pro uno & pro altero, prohibita eſt uni & alteri; & non dos matrimonialis illi eſt, neque fructus, neque alimenta, neque veteramenta, ſed filius ejus eſt legitimus, & cogunt eum ad educendum eam. Viduæ pro pontifice maximo, repudiatæ, & illius quæ calceum exuit pro ſacerdote ordinario, ſpuriæ & Netinææ pro Iſraëlita, filiæ Iſraëlis pro Netinæo & ſpurio, eſt dos matrimonialis.

R. OB. DE BARTENORA.

שניה לבעל ולא שניה ליבם *Secunda pro marito, & non ſecunda pro leviro*, mater matris mariti, & non leviri, ut, ſi fuerint fratres à parte patris, & non à parte matris. אין לה כתובה *non eſt illi dos matrimonialis*, centum Zuſin aut ducenti, qui conficiunt principalem dotis matrimonialis partem, quam non habet ſecunda, ſed incrementa cedunt illi.

ולא פירות *Neque fructus*, neque ſolvet illi fructus quos de bonis uſuariis comedit; nam etſi Sapientes ordinarunt quod maritus comedat fructus loco redemptionis ejus, qui uxo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit de ſecunda quod illi non eſt dos matrimonialis, vult, quod illi non eſt ſumma principalis dotis matrimonialis, quæ conficit centum Zuſin pro vidua, & ducentos pro virgine, ſive cognoverit eam, ſive non cognoverit eam; ſed incrementa ipſi cedunt etſi non cognoverit eam.

ולא מזונות *Neque alimenta*, id eſt, ſi illa mutuo acceperit ad ſuſtentandum ſe marito abſente, quando redierit maritus non impoſuerunt illi ſolutionem debiti hujus, quemadmodum illi impoſuerunt perfectam ſponſalium ſolutionem.

uxorem tenetur redimere, hæc ſecunda vero non tenetur redimere, quia de illa dici nequit quod in ſponſalibus dicitur ואהדרינך לי לאנתי *iterum te ducam in uxorem meam*, propterea ratio fert, ut ſolvat illi id quod comedit de fructibus bonorum uſuariorum; nihilominus Sapientes mulctam impoſuerunt, ne exigeret ab ipſo fructus quos comedit ex conditione dotis matrimonialis, quemadmodum mulctam impoſuerunt ne exigeret ab ipſo ſummam principalem dotis matrimonialis, quia conditiones dotis matrimonialis ſunt ut ipſa dos matrimonialis.

ולא מזונות *Neque alimenta*, non eſt neceſſe ut dicatur quod non tenetur eam alere, quia commoratur cum eo, quandoquidem eam repudiare tenetur; ſed hoc dicit quod etiamſi abeſſet in urbe transmaritima, & illa interim mutuo acceperit & comederit, non ſolvet illud maritus. Nam ſi eſſet uxor ejus legitima quæ mutuo accepit, tum maritus teneretur ſolvere, quando is qui mutuo dedit, id repetit; nam de eo qui aluit eam præter modum mutuationis, dicimus in tractatu Ketubhot, deciſionem eſſe juxta Chanan, qui dicit, ſi maritus abſit, & alius veniat qui uxorem ejus ſuſtentet, impoſuit nummos ſuos cornu capreæ; nam quandoquidem eam ſuſtentavit propter maritum ejus, & nihil illi mutuo dedit, à quo repetere poterit? illa enim nihil mutuo accepit, & maritus non petiit ut ſuſtentaret eam, ideoque tantum bonum aliquod opus fecit. Cæterum ſi mutuo dederit illi, tum maritus illius tenetur ſolvere, ſi illa fuerit legitima, at ſi illa ex ſecundis fuerit, non tenetur ſolvere.

ולא בלאות *Neque veteramenta*, ſi maritus utilitatem ceperit è bonis uſuariis, donec detrita fuerint, non tenetur ſolvere; nam dicere quis poſſet, quandoquidem illi non eſt dos matrimonialis, ſi maritus comederit bona uſuaria, tenebitur ſolvere id quod conſumpſit, & vetuſtate detritum fuerit, ideoque nos docet quod Sapientes ordinarunt, quod maritus non ſolvat veteramenta, ſed accipiat id quod adhuc de illis ſubſiſtit.

יש להן כתובה *Eſt ipſis dos matrimonialis*, & fructus, nam maritus ſolvet illi fructus illos quos comedit de bonis uſuariis; & alimenta etiam ſunt illis, quibus aluntur de bonis mariti, ſed hoc intelligendum poſt mortem ejus, ſed vivens non tenetur eas alere, quandoquidem eas tenetur repudiare. Si una ex illis mutuo acceperit in alimentum ſui vivente marito, non tenetur maritus ſolvere id quod mutuo acceperit ab alio. Sunt quoque ipſis veteramenta, nam reddere tenetur maritus id quod perierit vel corruptum fuerit de bonis uſuariis. Sed hoc intelligendum eſt ſi cognoverit eas, at ſi non cognoverit eas, non eſt ipſi dos matrimonialis, neque fructus, neque alimenta, neque veteramenta, ſed incrementa cedunt illis, & veteramenta quæ adhuc ſuperſunt. Ratio vero, quia ſecundis non eſt dos matrimonialis, nec fructus, nec alimenta, nec veteramenta; ſed viduæ pro pontifice maximo & reliquis eſt dos matrimonialis, & fructus, & alimenta, & veteramenta, eſt, quia aliæ prohibitæ ſunt è verbis Scribarum, & confirmatione indigent; aliæ vero ſunt prohibitæ è verbis Legis, & non indigent confirmatione. Cæterum capite tertio tractatus Maccot demonſtratur quod calceum exuens pro pontifice maximo de Lege eſt, quamvis illa quæ calceum exuit pro ſacerdote ordinario ſit vetita ex verbis Scribarum, tamen hoc in caſu eam fecerunt ac ſi de Lege eſſet vetita.

ובלאות *Neque veteramenta*, id quod uſui fuerit ex veſtibus & vaſis abſoletis quæ adduxerit donec omnia detrita fuerint, id inquam non educet ab illo. Cæterum quod dicimus, quod illi non ſunt veteramenta, intelligendum eſt de veteramentis bonorum uſuariorum; ſed veteramenta bonorum gregis & ferri cedunt illi. Sed hic caſus eſt pœna pro ſecunda, propter tranſgreſſionem, quia ratio dictat, quod, quandoquidem illi non eſt dos matrimonialis, maritus non tenetur ad inſtitutionem ſponſalium, & quod nullam utilitatem capere poteſt de bonis uſuariis; ſed propter pœnam facimus illius uſuaria ut bona reliquarum mulierum. Nam hypotheſis nobis eſt de omni eo qui habet bona uſuaria, uti dicitur, ſi adduxerit involucrum, fructus eſt, & teget ſe eo donec detritum fuerit, eſt igitur jus deciſum, & propterea maritus non tenetur ſolvere veteramenta bonorum uſuariorum ullo modo. Mutatur autem in hoc caſu jus de ſecunda ut jus reliquarum mulierum; ſed omnia hæc intelligenda ſunt quando veteramenta non amplius ſunt, at ſi veteramenta adhuc extent, tum hæc & illa cedunt ipſi, nimirum, bona uſuaria, & bona gregis & ferri. Et quod dicit אין לה פירות *non ſunt illi fructus*, id eſt, illa non educet è poteſtate mariti id quod comedit de fructibus bonorum uſuariorum, neque de bonis gregis & ferri; quia aliquis dicere poſſet, quandoquidem conſecrationes conjugii ſunt cum tranſgreſſione, eo quod illi non ſunt fructus, illa educere bona poteſt ab illo. Cæterum quod dicit de vidua pontificis maximi & reliquis quod illis eſt dos matrimonialis, ut & veteramenta, alimenta, & fructus, vult, quod illa educet ab illo fructus quos comedit, & reſtituet de bonis ſuis illi. Sed illo vivente non cedunt illi alimenta, quia nos ad divortium eos adigere debemus, & non præbere occaſionem ut conjunctim maneant. Verum hæc omnia intelligenda ſunt quando coiverint, at ſi non coiverint, non ſunt illis dos matrimonialis, neque fructus, neque veteramenta, neque alimenta, ſed incrementa cedunt illis. Et quod de vidua pontificis maximi dicimus, ut & de cæteris, quod illis non cedunt veteramenta quando non coiverint, intelligendum eſt de eo quod perditum fuerit & corruptum è bonis gregis & ferri, quia ſunt in poteſtate mariti, propterea inde non educet ea etſi videantur corrupta. Sed quicquid perierit de veteramentis bonorum uſuariorum in poteſtate uxoris, id tenetur reſtituere; at hæc omnia intelliguntur, quando non amplius exiſtunt, at quando adhuc exiſtunt veteramenta, hæc & illa ſumat. Ratio autem, quare ſecundæ non eſt dos matrimonialis, & prohibitis ex præcepto negativo Legis ſit dos matrimonialis, eſt, quia hæ prohibitæ ſunt è verbis ſcribarum, & confirmatione opus habent, illæ vero è verbis Legis, & non opus habent confirmatione.

ד בת ישראל מאורסת לכהן מעוברת מכהן שומרת יבם לכהן וכן בת כהן לישראל לא תאכל בתרומה בת ישראל מאורסת ללוי מעוברת מלוי שומרת יבם ללוי וכן בת לוי לישראל לא תאכל במעשר בת לוי מאורסת לכהן מעוברת מכהן שומרת יבם לכהן וכן בת כהן ללוי לא תאכל לא בתרומה ולא במעשר :

4. Filia Iſraëlitæ deſponſa ſacerdoti, aut impprægnata à ſacerdote, aut exſpectans levirum ſacerdotem, ſic etiam filia ſacerdotis Iſraëlitæ (deſponſa) non comedet de oblatione prima. Filia Iſraëlitæ deſponſa Levitæ, aut imprægnata à Levita, aut exſpectans levirum Levitam; ſic etiam filia Levitæ Iſraëlitæ deſponſa non comedet de decimis. Filia Levitæ deſponſa ſacerdoti, aut imprægnata à ſacerdote, aut quæ exſpectat Levirum ſacerdotem, ſic etiam filia ſacerdotis Levitæ deſponſa non comedet, neque de oblatione prima, neque de decimis.

R. OB. DE BARTENORA.

לא תאכל בתרומה *Non comedet de oblatione prima*, quemadmodum Miſna dicit capite ſeptimo, fœtus, levir, & de-

ſponſa-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus tibi quod fœtus, & deſponſationes, & levir faciunt illegitimum, & non faciunt comedere; & hæ

Miſnæ

ſponſationes faciunt mulieres illegitimas ad edendum, & non faciunt comedere. לא תאכל במעשר *non comedet de decimis*, tota hæc Miſna eſt juxta R. Meyr, dicentem, decimæ primæ prohibitæ ſunt Iſraëlitis, ſed ita non eſt decilio.

לא בתרומה ולא במעשר *Neque de oblatione prima, neque de decimis*, ſic tradit, non diſtribuunt oblationem primam in area, neque decimas. neque filiæ ſacerdotis, neque filiæ Levitæ, propter repudiatam filiam Iſraëlitæ, cui interdictum eſt comedere de decimis; ſi igitur diſtribuerint decimas uxori in area, fit, ut dederint filiæ Iſraëlitæ poſtquam repudiata fuerit ab Levita; quia omnes neſciebant quod propter maritum ipſi dabant, propterea R. Meyr decrevit, ne ulla uxor acciperet partem in area, etſi fuerit filia ſacerdotis, aut filia Levitæ; & hoc eſt quod Miſna dicit, *filia Levitæ deſponſa ſacerdoti &c. non edet de oblatione prima, neque de decimis*, idem eſt, ſive nupta fuerit; & propter id quod in principio dixit de filia Iſraëlitæ מאורסה לכהן *deſponſa ſacerdoti*, quod tantum de deſponſa illic intelligendum eſt, nam ſi nupta fuiſſet, comediſſet, ideoque in fine etiam tradit de filia Levitæ מאורסה לכהן *deſponſa ſacerdoti*. Miſnæ ſunt juxta ſententiam R. Meyr, qui dicit, quod decimæ primæ extraneis ſunt prohibitæ, ſed è Gemara conſtat quod decimæ primæ extraneis ſunt licitæ. Quod autem hoc loco dicit R. Meyr quod filia ſacerdotis non comedet de oblatione prima, neque de decimis, vult, quod non dant illi partem de decimis in area, propter repudiatam Iſraëlitæ cui interdum eſt comedere de decimis ſecundis juxta ſententiam R. Meyr, poſtquam repudiata fuerit à Levita, ſi cum ea partiti fuerint in area quando adhuc Levitæ nupta eſt, cum hominibus ignotum erat quod illa comedebat propter maritum, ſed putantes quod Levitæ filia erat. Propterea juxta opinionem R. Meyr nulla uxor participabit de decimis in area, ſive ea fuerit Levitæ ſive ſacerdotis filia, propter repudiatam filiam Iſraëlitæ. Et quod dicit מאורסה *deſponſata*, idem eſt ſive nupta fuerit filia Levitæ cum ſacerdote, ſive filia ſacerdotis cum Levita, non dant illi partem in area, dicit autem מאורסה *deſponſata*, quia antea filia Iſraëlitæ cum ſacerdote dixit מאורסה לכהן *deſponſata ſacerdoti*, quæ deſponſatio eſt propriè dicta, nam ſi nupta fuiſſet, comediſſet.

ה בת ישראל שניסת לכהן תאכל בתרומה
מת ולה הימנו בן תאכל בתרומה ניסת ללוי
תאכל במעשר מת ולה הימנו בן תאכל במעשר
ניסת לישראל לא תאכל לא בתרומה ולא
במעשר מת ולה הימנו בן לא תאכל לא בתרומה
ולא במעשר מת בנה מישראל תאכל במעשר
מת בנה מלוי תאכל בתרומה מת בנה מכהן לא
תאכל לא בתרומה ולא במעשר :

5. Filia Iſraëlitæ quæ nupta fuerit ſacerdoti, comedet de oblatione prima; ſi maritus mortuus fuerit, & illi fuerit filius ex illo, comedet de oblatione prima; ſi nupta fuerit Levitæ, comedet de de decimis; ſi mortuus fuerit, & illi filius fuerit ex illo, comedet de decimis; ſi nupta fuerit Iſraëlitæ, non comedet neque de ablatione prima, neque de decimis; ſi mortuus fuerit Iſraëlita & filium habuerit ex illo, non comedet de oblatione prima nec de decimis; ſi mortuus fuerit filius ejus ex Iſraëlita, de decimis comedet; ſi mortuus fuerit filius è Levita, de oblatione prima comedet, ſi mortuus fuerit filius ex Iſraëlita, neque de oblatione prima neque de decimis comedet.

R. OB. DE BARTENORA.

מת ולה ממנו בן תאכל בתרומה *ſi mortuus fuerit, & illi fuerit filius ex illo, comedet de oblatione prima*, uti ſcriptum eſt Levit. 22, 11. ויליד ביתו הם יאכלו בלחמו ubi verbum יאכלו in hiphil exponendum per *faciunt comedere*, quamdiu ergo filius ejus vivit, facit eam comedere de oblatione prima.

נשאת ללוי *Si nupta fuerit cum Levita*, poſtquam pepererit è ſacerdote. אוכלת במעשר *comedit de decimis*, ſed non de oblatione prima, nam etſi fuerit illi filia è ſacerdote, fit tamen iterum extranea ſive communis Iſraëlitis. אוכלת במעשר *comedit de decimis*, propter filium quem habet è Levita, ſed non comedet de oblatione prima propter filium quem habet è ſacerdote, quia ipſi ſemen eſt ex extraneo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quamdiu filia Iſraëlitæ eſt è ſemine ſacerdotali, juxta id quod expoſitum eſt capite ſeptimo, comedet de oblatione prima, & pectus, & armum; & ita exponunt id quod dicitur Levit. 22, 12. היא בתרומת הקדשים תאכל ergo de eo quod ſeparatum eſt de ſanctitatibus non comedet.

ו בת כהן שנישאת לישראל לא תאכל
בתרומה מת ולה הימנו בן לא תאכל בתרומה
נישאת ללוי תאכל במעשר מת ולה הימנו בן
תאכל במעשר נישאת לכהן תאכל בתרומה מת
ולה הימנו בן תאכל בתרומה מת בנה מכהן
לא תאכל בתרומה מת בנה מלוי לא תאכל
במעשר מת בנה מישראל חוזרת לבית אביה
ועל זו נאמר ושבה אל בית אביה כנעוריה
מלחם אביה תאכל :

6. Filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta non comedet de oblatione prima; ſi mortuus fuerit, & illi ex eo fuerit filius, non comedet de oblatione prima; ſi nupta fuerit Levitæ, comedet de decimis; ſi mortuus fuerit, & illi ex eo fuerit filius, comedet de decimis; ſi nupta fuerit ſacerdoti, comedet de oblatione prima; ſi mortuus fuerit, & illi ex eo fuerit filius, comedet de oblatione prima; ſi mortuus fuerit filius ejus è ſacerdote, non comedat de oblatione prima; ſi mortuus fuerit filius ejus ex Levita, non comedet de decimis; ſi mortuus fuerit filius ejus ex Iſraëlita, redibit ad domicilium patris ejus; propterea dicitur Levit. 22, 13. *Et redibit ad domicilium patris ejus in juventute ſua, è pane patris ejus comedet.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Id quod dicitur Levit. 22, 13. מלחם אביה תאכל *è pane patris comedet*, expoſuerunt Sapientes hoc ſenſu è pane comedet, ſed non de toto pane; & traditio dicit, redibit ad oblationem primam, ſed non ad pectus, neque ad armum. Cæterum jam dixi tibi, quod decimæ primæ licitæ ſunt extraneis.

פרק י האשה שהלך בעלה למדינת הים ובאו ואמרו לה מת בעליך וניסת ואחר כך בא בעלה תצא מזה ומזה וצריכה גט מזה ומזה ואין לה כתובה ולא פירות ולא מזונות ולא בלאות לא על זה ולא על זה אם נטלה מזה ומזה תחזיר והולד ממזר מזה ומזה ולא זה וזה מטמאין לה ולא זה וזה זכאין לא במציאתה ולא במעשה ידיה ולא בהפרת נדריה היתה בת ישראל נפסלת מן הכהונה ובת לוי מן המעשר ובת כהן מן התרומה ואין יורשים של זה ויורשים של זה יורשים את כתובתה ואם מתו אחיו של זה ואחיו של זה חולצין ולא מייבמין רבי יוסי אומר כתובתה על נכסי בעלה הראשון רבי אלעזר אומר הראשון זכאי במציאתה ובמעשה ידיה ובהפרת נדריה רבי שמעון אומר ביאתה או חליצתה מאחיו של ראשון פוטרת צרתה ואין הולד ממנו ממזר ואם ניסת שלא ברשות מותרת לחזור לו :

Caput 10. Uxor cujus maritus profectus fuerit in urbem tranſmaritimam, & venerint, & dixerint illi, mortuus eſt maritus tuus, & nupſerit, & deinde redierit maritus illius, exibit ab uno & ab altero, & opus habebit divortio ab uno & ab altero; ſed illi non eſt dos matrimonialis, neque fructus, neque alimenta, neque veteramenta, neque ſuper uno, neque ſuper altero; at ſi ſumpſerit de uno & de altero, reddet, & filius eſt ſpurius ex uno & ex altero, & neque unus neque alter ſe polluet ea, & neque unus, neque alter poteſtatem habet in rem inventam ejus, neque in opus manuum ejus, neque in retractationem votorum ejus. Si eſſet filia Iſraëlitæ, illegitima eſt ad ſacerdotium, & filia Levitæ, ad decimas, & filia ſacerdotis, pro oblatione prima; & neque hæredes unius neque hæredes alterius fiunt hæredes dotis illius matrimonialis; & ſi mortui fuerint, fratres unius & fratres alterius dant calceum exuendum, & non contrahunt affinitatem conjugii. R. Joſe dicit, dos ejus matrimonialis eſt ſuper bonis mariti primi. R. Elieſer dicit, primus poteſtatem habet in rem inventam ejus, & in opus manuum ejus, & in retractationem votorum. R. Schimeon dicit, coitus ejus, aut extractio calcei ejus à fratre primi liberat æmulam ejus, & filius ex illo non eſt ſpurius; & ſi nupſerit ſine venia, licita eſt ad redeundum ad eum.

R. OB. DE BARTENORA.

ואמרו לה מת בעליך *Et dixerint illi, mortuus eſt maritus tuus*, ſi unus teſtis fuerit teſtatus quod maritus mortuus fuerit; וניסת *& nupſerit*, dicto unius teſtis, propterea exibit ab uno & ab altero, uti eſt jus uxoris adulteræ, quæ prohibita eſt marito, & prohibita eſt adultero, nam non eſt vi ſtuprata. Et quamvis Sapientes unum teſtem fecerint fide dignum pro uxore, ne detineatur à conjugio, ratio eſt, quia ipſa cæteroquin ſponte ſua quæret conjugium, huic autem quæ non quærit, & recte init conjugium, ideo multam irrogarunt. Cæterum ſi teſtimonio duorum teſtium nupſerit, dicentium illi, mortuus eſt tuus maritus, jam diximus in fine Miſnæ, quod, ſi nupſerit ſine venia domus judicii, nimirum, quando non opus habet venia domus judicii, quia duo teſtes teſtati ſunt, licet illi redire ad maritum primum, quia vi compreſſa eſt. In Gemara oſtenditur quod ita non eſt deciſio, ſed quod non eſt differentia, ſive nupſerit teſtimonio unius teſtis conſentiente ſenatu, ſive nupſerit teſtimonio duorum teſtium, ſi redierit maritus primus, exibit ab uno & ab altero, cum omnibus rebus de quibus dictum eſt.

וצריכה גט מזה ומזה *Et opus habet divortio ab uno & ab altero*, ratio, quare indiget divortio ſecundi mariti, eſt, eo quod, ſi viderint primum maritum adhuc viventem, putabunt quod repudiaverit eam, & quod propterea nupſerit ſecundo marito, & quod omnino eſt uxor ejus; at ſi eduxerit eam ſine divortio, dicent, uxor mariti exit ſine divortio. ולא בלאות *neque veteramenta*, ea quæ perierint, ſed non perdit veteramenta quæ adhuc ſuperſunt.

והולד ממזר מזה ומזה *Et filius ſpurius ab uno & ab altero*, ſi pepererit è ſecundo, totus ſpurius eſt; & ſi illa denuo nupſerit primo, & pepererit ex eo, ſpurius eſt juxta Sapientes. ולא זה וזה זכאין לא במציאתה *neque unus neque alter poteſtatem habent in res inventas illius*, ratio eſt, quia Sapientes conſtituerunt id quod inventum fuerit ab uxore, marito cedere, ne ſit inimicitia inter eos, hic autem fiat inimicitia.

ולא במעשה ידיה *Neque in opus manuum ejus*, ratio, quia Sapientes ordinarunt, quod opus manuum ejus ſit pro marito, eſt propter alimenta, hic autem, ubi non ſunt alimenta pro illa, non eſt pro opere manuum ejus. ובהפרת נדריה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod cuicunque, qui ſcortatus eſt cum uxore ſua, prohibita eſt uxor, & ei qui ſcortatus eſt cum ea, quia de muliere adulterii ſuſpecta dicitur bis נטמאה *polluta eſt*, quod traditio exponit, immunda eſt marito, & immunda adultero, propterea hic præcipimus ut exeat ab uno & ab altero, etſi illa id fecerit ex ignorantia, quia ſcortum factum eſt. Neceſſitas divortii mariti primi ſatis clara eſt; ſecundi autem mariti divortium neceſſarium eſt, ne dicant, quod uxor liberè exit ſine divortio; ſed neuter tenetur ad dotem matrimonialem reſtituendam, vel conditiones ejus implendas, jus enim exigit ut ambo eam repudient. Neque jus ejus ſe habet ut jus uxoris ſacerdotis captivæ, cui maritus tenetur reſtituere dotem matrimonialem.

ולא בלאות *Neque veteramenta*, id eſt, neque id quod perierit vel corruptum fuerit de bonis gregis & ferri, neque de bonis uſuariis educet è poteſtate eorum; ſi veteramenta adhuc ſuperſint, illa ſine dubio ea accipiet, nam hypotheſis nobis eſt quod illa non perdit veteramenta ſua quæ ſuperſunt.

ולא פירות *Neque fructus*, non educet ab illis id quod ad eos pervenerit de fructibus bonorum, ſic etiam incrementa non cedent illi, de dote matrimoniali.

והולד ממזר מזה ומזה *Filius eſt ſpurius ex uno & ex altero*, id eſt, ſi primus denuo coiverit cum ea quando ſecundo marito juncta fuerit, antequam ab ipſo acceperit divortium, filius indè natus ſpurius eſt juxta Sapientes, & filius è ſecundo ſpurius eſt de Lege. Propterea filius primus prohibitus ad ducendum ſpuriam & filiam Iſraëlitæ. Eſtque unum è fundamentis quæ tenemus, quod filia Levitæ adultera non ſit illegitima ad decimas comedendas, ſed hic illegitima eſt propter multam; neque differentia eſt an nupſerit cum venia domus judicii, an ſine venia domus judicii, & etiamſi teſtès de morte ejus teſtati fuerint; neque dicimus quod illa in hoc ſine culpa eſt, ſed quoties primus illius maritus redierit, exibit ab uno & ab altero; deciſio non eſt juxta R. Joſe, neque juxta R. Eleaſar, neque juxta R. Schimeon.

neque

neque in retractationem votorum ejus, ratio, quare maritus retractat vota uxoris ſuæ, eſt, ne videatur indecora, hic autem fiat undecora. נפסלה מן הכהונה *illegitima facta eſt ad ſacerdotium*, quia ſcortum eſt. מן המעשר *ad decimas*, mulcta eſt, nam filia Levitæ adultera, non facta eſt illegitima ad decimas comedendas. ומן התרומה *& ad oblationem primam*, etſi ſit oblatio prima ex conſtitutione Sapientum. ביאתה או חליצתה *coitus ejus aut extractio calcei ejus*, contradicit ei quod dictum eſt in principio, *& non contrahunt affinitatem conjugii*. יורשין כתובתה *ſunt heredes dotis matrimonialis*, dotis matrimonialis maſculorum. חולצין ולא מיבמין *calceum extrahunt, & non affinitatis conjugium contrahunt*, fratres primi mariti calceum dant extrahendum juxta Legem, & Sapientes decreverunt quod non contrahent affinitatem conjugii, & fratres mariti primi dant calceum exuendum ex conſtitutione Sapientum, quemadmodum ea opus habet divortio ſecundi mariti ex conſtitutione Sapientum, ſic etiam ab illo opus habet diſcalceatione peragenda. ואין הולד ממנו ממזר *neque filius ex illo ſpurius eſt*, ſi iterum nupſerit primo; deciſio non eſt juxta R. Joſe neque juxta R. Eleaſar, neque juxta R. Schimeon. ניסת ולא ברשות בית דין *ſi nupſerit ſine venia domus judicii*, ut, ſi duo teſtes illi dixerint, tuus maritus mortuus eſt, non eſt neceſſaria venia domus judicii.

ב ניסת על פי בית דין תצא ופטורה מן הקרבן לא ניסת על פי בית דין תצא וחייבת בקרבן יפה כח בית דין שפוטרת מן הקרבן הורוה בית דין לינשא והלכה וקלקלה חייבת בקרבן שלא התירוה אלא לינשא :

2. Si nupſerit dicto domus judicii, exibit, & libera erit ab oblatione; ſi non nupſerit dicto domus judicii, exibit, & tenebitur ad oblationem; nam melior eſt poteſtas domus judicii, quæ liberat ab oblatione. Si domus judicii permiſerit ut nubat, at illa adulteraverit, tenetur ad oblationem, quia id non permiſerunt illi, niſi ut nubat.

R. OB. DE BARTENORA.

פטורה מן הקרבן *Libera eſt ab oblatione*, nam privatus quiſquam qui fecerit cum venia domus judicii, liber eſt ab oblatione. שלא ניסת על פי בית דין *ſi non nupſerit dicto domus judicii*, ſi non teſtimonio duorum teſtium: חייבת בקרבן *tenetur ad ſacrificium*, quia ex ignorantia fecit; deciſio non eſt juxta hanc Miſnam; ſed, ſive nupſerit dicto domus judicii teſtimonio unius teſtis ſive dicto duorum teſtium, tenentur adducere ſacrificium, illa & ſecundus ejus maritus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc refutata eſt, uxor vero tenetur ad oblationem adducendam quocunque etiam modo, nam fundamentum nobis eſt de eo qui illud fecerit cum venia domus judicii, quod liber eſt à ſacrificio, cujus fundamenti multæ ſunt conditiones, quemadmodum exponetur in principio tractatus Horayot; & quando illæ concurrunt conditiones, liber erit is qui illud fecerit, ſed nulla harum conditionum hic obtinet; propterea uxor & ſecundus ejus maritus tenentur ad ſacrificium, quia fecerunt ex ignorantia; ſed hoc ſacrificium eſt ſacrificium pro peccato, nimirum fœmina è grege.

ג האשה שהלך בעלה ובנה למדינת הים ובאו ואמרו לה מת בעלך ואחר כך מת בנך ונשאת ואחר כך אמרו לה חילוף היו הדברים תצא והולד ראשון ואחרון ממזר, אמרו לה מת בנך ואחר כך מת בעלך ונתייבמה ואחר כך אמרו לה חלוף היו הדברים תצא והולד ראשון ואחרון ממזר אמרו לה מת בעלך וניסת ואחר כך אמרו לה קיים היה ומת תצא והולד ראשון ממזר והאחרון אינו ממזר אמרו לה מת בעלך ונתקדשה ואחר כך בא בעלה מותרת לחזור לו אף על פי שנתן לה אחרון גט לא פסלה מן הכהונה את זו דרש רבי אלעזר בן מתיא ואשה גרושה מאישה ולא מאיש שאינו אישה :

3. Uxor, cujus maritus & filius profecti fuerint in civitatem tranſmaritimam, & venerint qui dixerint, mortuus eſt maritus tuus, & deindè mortuus eſt filius tuus, ſi nupſerit, at deindè inverſo ordine dixerint, exibit, & filius primus, & ultimus ſpurius erunt. Si dixerint illi, mortuus eſt filius tuus, & deindè maritus tuus, & illa levirationis conjugium inierit, & poſtea inverſo ordine illi dixerint, exibit, & filius primus ac ultimus ſpurius eſt. Si dixerint illi, mortuus eſt maritus tuus, & nupſerit, & poſtea dixerint illi, vivebat, at mortuus eſt, exibit, & filius primus erit ſpurius, at poſtremus non eſt ſpurius. Si dixerint illi, mortuus eſt maritus tuus, & deſponſa fuerit, & deindè redierit maritus ejus, licita eſt ad redeundum ad eum, etſi poſtremus illi jam dederit divortium, non fecit eam illegitimam ad ſacerdotium; hoc expoſuit R. Eleaſar filius Mattiæ ex Levit. 21, 7. *uxor à marito ſuo expulſa illegitima eſt ſacerdoti.* Sed non illa quæ à viro expulſa, qui non eſt maritus ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר כך מת בנך *Et deindè mortuus eſt filius tuus*, tum non tenetur ad levirationem contrahendam: וניסת *& nupſerit*, alii. ראשון ואחרון *primus & ultimus*, primus eſt is qui natus eſt ante rumorem, & poſtremus qui natus eſt poſt rumorem. Et hæc eſt opinio R. Akibæ, dicentis, quod filius uxoris prohibitæ ex præcepto negativo eſt ſpurius; non eſt deciſio hoc ſenſu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dicit ראשון ואחרון *Primus & ultimus*, id eſt, is qui natus eſt ante & poſt rumorem; eſtque hæc opinio R. Akibæ, qui putat, quod filius ex uxore prohibita juxta præceptum negativum, ſpurius eſt, quia leviratio interdicta eſt reliquis hominibus ex præcepto negativo Deut. 25, 5. לא תהיה אשת המת החוצה לאיש זר deciſio non eſt juxta R. Akiba. Et quoties dicitur *filius primus & ultimus*, ſemper ſenſus eſt de eo qui ante & poſt rumorem natus eſt, uti diximus; dictum R. Eleaſaris veriſſimum eſt. Et in hoc textu unus eſt ſenſus, nimirum, quando homo uxori ſuæ ſcripſerit divortium, & declaraverit in eo quod repudiat eam, & pro aliis hominibus eam reliquerit prohibitam, ut, ſi dixerit illi, tu repudiata es à me, & nulli homini licita, tum ſine dubio hoc divortium illegitimum eſt, & inſtar vaſis teſtacei

quod nullius eſt pretii; ſed illa vetita eſt ſacerdoti cum divortio, & non licet illi nubere donec divortium illi ſcripſerit legitimum; & hoc, quia ſcriptum eſt ואשה גרושה כאישה etſi tantum à marito ſuo repudiata fuerit, & hoc vocatur ריח הגט *odor divortii*, qui eam illegitimam reddit ad ſacerdotium.

ד מי שהלכה אשתו למדינת הים ובאו ואמרו לו מתה אשתך ונשא את אהותה ואחר כך באת אשתו מותרת לחזור לו הוא מותר בקרובות שנייה ושנייה מותרת בקרוביו ואם מתה ראשונה מותר בשנייה אמרו לו מתה אשתך ונשא את אחותה ואחר כך אמרו לו קיימת היתה ומתה הולד ראשון ממזר והאחרון אינו ממזר רבי יוסי אומר כל שפוסל כל ידי אחרים פוסל על ידי עצמו וכל שאין פוסל על ידי אחרים אינו פוסל על ידי עצמו:

4. Cujus uxor profecta fuerit in civitatem tranſmaritimam, & venerint qui dixerint illi, mortua eſt uxor tua, & ille duxerit ſororem ejus, & deindè redierit uxor ejus, licita eſt ad redeundum ad illum, & ille licitus eſt propinquis ſecundæ, & ſecunda licita eſt propinquis illius, & ſi mortua fuerit prima, licitus eſt ſecundæ. Si illi dixerint, mortua eſt uxor tua, & ille duxerit ſororem ejus, & deindè illi dixerint, adhuc vivebat, ſed mortua eſt, filius primus eſt ſpurius, & poſtremus non eſt ſpurius. R. Joſe dicit, quicunque pro aliis facit illegitimum, facit illegitimum pro ſe, & quicunque non facit illegitimum pro aliis, non facit illegitimum pro ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

מותרת לחזור לו *Licita eſt ad redeundum ad illum*, quia ſponſalia ſecundæ uxoris nullius ſunt momenti, & coitus eſt illegitimus. In Gemara dicimus, ſi vir cum ea concubuerit, ergo concubitus eam prohibet, at non prohibet eam concubitus ſororis. מותר בקרובות השניה *licitus eſt propinquis ſecundæ*, ad ducendum filiam ejus, nam fundamentum nobis eſt quod homo ducere poteſt propinquas uxoris vi compreſſæ aut ſeductæ.

רבי יוסי אומר כל שפוסל וגו׳ *R. Joſe dicit, quicunque facit illegitimum &c.* R. Joſe audivit doctorem primum, qui dixit, idem eſt ſive fuerit uxor & levir illius, qui fuerit maritus ſororis uxoris in civitate tranſmaritima, ſive fuerit deſponſa & levir ejus, & venerint ac dixerint, mortua eſt uxor tua, & mortuus eſt levir tuus, & duxerit ſororem ejus, & deindè redierit uxor & levir, prohibita eſt leviro ejus, & uxor licita eſt marito primo. Dixit illi R. Joſe, quod deſponſa ejus & levir ejus poſſunt habere conditionem aliquam in ſponſalibus, & conjugium ſororis conjugium perfectum, & illa opus habet divortio ab illo; ne dicant quod uxor exit ſine divortio, quia eam fecit illegitimam pro aliis, id eſt leviro, nam quia ſine divortio egreſſa eſt ab illo, fecit eam illegitimam pro marito, & illegitimam fecit pro ſeipſo, ideoque uxor illi prohibita eſt, quia ſoror repudiatæ eſt. Cæterum ſi uxor ejus & levir ejus profecti fuerint ad civitatem tranſmaritimam; & duxerit ſororem ejus, tum hic dici nequit quod conditio aliqua erat in conjugio, & quod conjugium illud erat perfectum, quemadmodum dici poteſt de deſponſationibus; neque divortio ejus indiget, neque illegitimum facit pro aliis, quia non facit illegitimam uxorem leviri pro leviro, non facit illegitimum pro ſeipſo, ideoque illi uxor illius licita eſt, quia non eſt ſoror repudiatæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod deſponſalia non obtinent in mulieribus prohibitis propter inceſtum; dicit autem Lex de uxore ad adulterium declinante Num. 5, 13. ושכב איש אותה exponit traditio, concubitus illius prohibet eam, & non concubitus alius eam prohibet, & hoc propter rationem juris, quod, ſi homo commiſerit adulterium cum propinquis uxoris ſuæ, uxor illi non prohibita eſt. Cæterum dictum R. Joſis magna explicatione indiget; primus ergo doctor dicit ſententiam ſuam juxta opinionem R. Joſis, quod, ſi Jacob & Iſmaël duxerint Leam & Rachelem, Jacob vero Leæ maritus fuerit, Iſmaël autem & Lea profecti fuerint in civitatem tranſmaritimam, & ad Jacobum rumor pervenerit quod ambo mortui erant, Jacob duxerit Rachelem, at deindè redierit Iſmaël & Lea, notum eſt quod Rachel prohibita eſt Iſmaëli marito, quia indiget divortio à Jacobo; & hic obtinent omnes illæ res de quibus Miſna dixit ſuperius. Sed Lea licita eſt marito ſuo Jacobo, ſive Lea deſponſa fuerit Jacobo, ſive nupta, quia coitus Jacobi cum ſorore illius non prohibet eam. Huic R. Joſe contradicit, nimirum, quod, ſi Lea Jacobo tantum deſponſa fuerit, ipſi prohibita ſit, quia fieri poteſt ut conditio quædam ſit in ſponſalibus quæ nondum adimpleta eſt, conjugium vero ſororis Rachelis erat conjugium perfectum, & Rachel ab illo indiget divortio, & illegitima eſt marito, & quemadmodum illegitimum facit pro aliis, ſic etiam illegitimum facit pro ſe. Verum ſi Lea nupta fuerit Jacobo, notum eſt quod ſponſalia non obtinent in ſorore illius, & quod Rachel non indiget divortio, ideoque licita eſt ad revertendum ad maritum ſuum Iſmaëlem, & non eſt illi prohibita eo quod non recepit divortium; & quemadmodum non fecit Rachelem illegitimam pro merito illius, ſic etiam non fecit illegitimam uxorem ejus; deciſio eſt juxta R. Joſen qui uxori prohibet reditum quæ tantum deſponſa fuerit Jacobo.

ה אמרו לו מתה אשתך ונשא אחותה כאביה מתה ונשא אחותה מאמה מתה ונשא אחותה מאביה מתה ונשא אחותה מאמה ונמצאו כולן קיימות מותר בראשונה בשלישית ובחמישית ופוטרות צרותיהן ואסור בשניה וברביעית ואין ביאת אחת מהן פוטרת צרתה ואם בא על השניה לאחר מיתת הראשונה מותר בשניה וברביעית ופוטרות צרותיהן ואסור בשלישית ובחמישית ואין ביאת אחת מהן פוטרת צרתה:

5. Si dixerint illi, mortua eſt uxor tua, & duxerit ſororem ejus à parte patris; (ſi dixerint,) mortua eſt, & duxerit ſororem ejus à parte matris ejus; (ſi dixerint,) mortua eſt, & duxerit ſororem ejus à parte patris; (ſi dixerint,) mortua eſt, & duxerit ſororem ejus à parte matris ejus, & omnes inventæ fuerint viventes, licitus eſt primæ, tertiæ, & quintæ, & liberant æmulas earum; at prohibitus eſt ſecundæ & quartæ, neque coitus unus ex illis liberat æmulam ejus. Verum ſi coiverit cum ſecunda poſt mortem primæ, licitus eſt ſecundæ, & quartæ, & liberant æmulas earum; ſed prohibitus eſt tertiæ & quintæ, neque coitus unus ex illis liberat æmulam ejus.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

Si dixerint illi quod uxor ejus mortua eſt, & duxerit ſororem ejus à parte patris & non a parte matris, deinde autem illi dixerint quod ſecunda mortua eſt, & duxerit ſororem ſecundæ, à parte matris & non à parte patris, indè fiet ut illa tertia ſit extranea cum prima; & ſi deinde illi dixerint quod tertia illa mortua eſt, & duxerit ſororem illius tertiæ à parte patris, & non à parte matris, fiet ut quarta ſit extranea cum ſecunda, & quanto magis cum prima; & ſi deindè illi dixerint, quod hæc quarta mortua fuerit, & duxerit ſororem ejus à parte matris, hæc eſt extranea cum tertia, & cum prima & ſecunda, ſi deindè dixerint quod omnes vivebant. מותר בראשונה בשלישית ובחמישית *licitus eſt ſecundæ, tertiæ, & quintæ*, quia non ſunt propinquæ inter ſe, & quamvis tertia ſit ſecundæ ſoror, licita eſt, quia ſponſalia ſecundæ non obtinent, quia ſoror eſt primæ uxoris quam antea habebat, quo evenit ut ſit inſtar vi compreſſæ & ſeductæ. Dicit autem Beraita, ſi mulier vi compreſſa fuerit, licet ducere filiam ejus, quia Lex tantum ſororem uxoris vetat. Quando autem ſponſalia non obtinent, non eſt ſoror uxoris illius. Sic etiam quinta, etſi ſit ſoror quartæ, licita eſt, nam quandoquidem ſponſalia obtinent in tertia, fiet ut coitus cum quarta, quæ eſt ſoror tertiæ, ſit coitus illegitimus, & quinta illi non eſt prohibita. פוטרות צרותיהן *liberant æmulas earum*, ſi mortuus fuerit, & levir venerit qui affinitatem contraxerit cum una ex illis, liberat æmulam ejus. ואסור בשניה *& prohibitus ſecundæ*, propter primam, וברביעית *& quartæ*, propter tertiam. אם בא על השניה לאחר מיתת הראשונה *ſi coiverit cum ſecunda poſt mortem primi*, quia verum erat id quod dictum erat de prima, ſed falſum id quod de cæteris dictum erat. אסור בשלישית *vetitus eſt tertiæ*, propter ſecundam. ובחמישית *& quintæ*, propter quartam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit מתה *mortua eſt*, ſupplendum eſt per *ſi dixerint, mortua eſt*; & res clara eſt, quod, ſi Lea fuerit ſoror Rachelis à parte patris tantum, & Rachel ſoror Ribkæ à parte matris tantum, conjugium licitum eſt cum Lea & Ribkæ, quia inter eas nulla eſt propinquitas, & hoc modo facillimè intelligitur.

בן תשע שנים ויום אחד הוא פוסל על ידי אחין
והאחין פוסלין על ידו אלא שהוא פוסל תחלה
והאחים פוסלין תחלה וסוף כיצד בן תשע שנים
ויום אחד שבא על יבמתו פסל על ידי אחין באו
עליה אחין ועשו בה מאמר נתנו גט או חלצו
פסלו על ידו :

6. Filius novem annorum & unius diei facit illegitimam (fratriam) pro fratribus, & fratres pro ipſo faciunt illegitimam, niſi quod ille facit illegitimam in principio, at fratres faciunt illegitimam in principio & fine; quomodo? filius novem annorum & unius diei qui coiverit cum fratria ſua, fecit eam illegitimam pro fratribus; ſi fratres cum ea coiverint, & fecerint illi ſponſalia, & dederint divortium, aut calceum dederint exuendum, fecerunt illegitimam pro illo.

R. OB. DE BARTENORA.

בן תשע שנים ויום אחד פוסל *Filius novem annorum & unius diei illegitimam facit*, fratriam fecit illegitimam fratribus, ſi coiverit cum ea, quia coitus ejus eſt coitus, aut ſi dederit divortium, aut fecerit ſponſalia, ſed divortium non eſt perfectum, neque ſponſalia perfecta.

אלא שהוא פוסל תחלה *Niſi quod ille illegitimam facit in principio*, in Gemara exponitur, quod de ſponſalibus accipiendum eſt id quod dicit, illegitimam facit in principio & non in fine, ut, ſi frater illius natu maximus fecerit ſponſalia, & deindè is qui novem habebat annos & unum diem, fecerit ſponſalia, non fecit eam illegitimam pro fratre natu maximo, ſed coitu facit illegitimam is qui novem habet annos & unum diem, tam in principio quam in fine. Miſna hæc ſupplenda eſt verbis quibuſdam, hoc ſenſu, niſi quod illegitimam facit in principio, & illi illegitimam faciunt in principio & in fine, verum de quo hoc intelligendum eſt? de ſponſalibus, ſed coitu etiam in fine illegitimam facit; quomodo? qui eſt novem annorum & diei unius &c

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Unum è fundamentis iſtis quæ tenemus eſt, quod, ſi filius novem annorum & diei unius coiverit, coitus ejus eſt coitus, & quod dare poteſt divortium, & facere ſponſalia, ſed divortium non eſt perfectum, neque ſponſalia perfecta.

פוסל תחלה *illegitimam facit in principio*, hoc accipiendum eſt de ſponſalibus, nam ſi frater ejus natu maximus fecerit ſponſalia fratriæ ejus, ille vero etiam poſtea fecerit ſponſalia, non facit illegitimam fratriam pro fratre natu maximo, ſed res ſe habet ac ſi nihil feciſſet. Verum coitus ſemper facit illegitimum, tam in principio quam in fine; & fundamentum nobis eſt, quod coitum filii novem annorum & unius diei faciunt, ut ſponſalia natu maximi. Noſti autem ex capite quinto jus ſponſalium poſt ſponſalia, & hinc cætera concludas velim; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ז בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו ואחר
כך בא עליה אחיו שהוא בן תשע שנים ויום אחד
פסל על ידו רבי שמעון אומר לא פסל :

7. Si filius novem annorum & unius diei coiverit cum fratria ſua, & deinde cum ea coiverit frater ejus qui erat filius novem annorum & diei unius, fecit illegitimam pro ipſo; R. Schimeon dicit, non fecit illegitimam.

R. OB. DE BARTENORA.

פסל על ידו *Illegitimam fecit pro illo*, pro fratre, quia ſe habet ut ſponſalia poſt ſponſalia, quia ambo obtinent jus in fratriam. רבי שמעון אומר לא פסל *R. Schimeon dicit, non fecit illegitimam*, nam juxta R. Schimeon è coitu illius qui filius eſt novem annorum & unius diei, dubium eſt, an acquiſiverit eam an vero non acquiſiverit; ſi acquiſivit, primus eam omnino acquiſivit, & coitus fratris poſtea nullius eſt momenti; ſi vero non acquiſivit, res ſe habet ac ſi non coiviſſet, neque ille neque frater ejus, idcirco non facit illegitimam; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon.

ח בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו
ואחר כך בא על צרתה פסל על ידי עצמו רבי
שמעון

8. Filius novem annorum & diei unius ſi coiverit cum fratria ſua, & deindè coiverit cum æmula ejus, fecit illegitimam pro ſe ipſo. R. Schimeon dicit,

שמעון אומר לא פסל בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו ומת חולצת ולא מתיבמת נשא אשה ומת הרי זו פטורה :

dicit, non fecit illegitimam. Filius novem annorum & diei unius ſi coiverit cum fratria ſua, & mortuus fuerit, calceum exuet, & non contrahet levirationem; ſi duxerit uxorem, & mortuus fuerit, hæc libera eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חולצת ולא מתיבמת *Calceum exuit & non contrahit levirationem*, quia in ſe recepit conjugium duorum levirorum, quandoquidem coitu minorennis, qui eſt inſtar ſponſalium in natu majori, non egreditur è vinculo conjugali primi, ſed impoſuit illi conjugium ſecundum; dixit autem Miſna capite tertio hoc ſenſu, *cui eſt vinculum leviri unius, & non cui vinculum levirorum.* נשא אשה *ſi duxerit uxorem*, quæ non erat fratria ejus. ומת *& mortuus fuerit*, & reliquerit fratres. הרי זו פטורה *hæc libera eſt*, nam etſi coitus ejus eſt coitus, acquiſitio ejus tamen non eſt acquiſitio perfecta, donec illi in genitalibus duo fuerint pili; ſed in fratria, quando illi juncta eſt vinculo conjugii, Sapientes coitum ejus fecerunt ut ſponſalia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod ſponſalia natu maximi ſunt inſtar coitus illius qui eſt novem annorum & diei unius; fundamentum quoque nobis eſt quod uxor minorennis alicujus libera eſt ab extractione calcei & leviratione; propterea, ſi duxerit uxorem, & mortuus fuerit, libera eſt ab extractione calcei & leviratione.

ט בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו ומשהגדיל נשא אשה אחרת ומת אם לא ידע את הראשונה משהגדיל הראשונה חולצת ולא מתיבמת והשניה או חולצת או מתיבמת רבי שמעון אומר מיבם לאיזו שירצה וחולץ לשניה אחד שהוא בן תשע שנים ויום אחד ואחד שהוא בן עשרים שנה שלא הביא שתי שערות :

9. Filius novem annorum & diei unius ſi coiverit cum fratria ſua, & poſtquam adoleverit aliam duxerit uxorem, & mortuus fuerit; ſi non cognoverit primam quando adoleverit, prima diſcalceat, & non contrahit levirationem; ſecunda aut diſcalceat, aut levirationem contrahit. R. Schimeon dicit, levirationem contrahit cum quacunque voluerit, & ſecundæ dat calceum exuendum. Idem eſt ſive fuerit filius novem annorum & diei unius, ſive fuerit filius viginti annorum, cui non fuerint duo pili.

R. OB. DE BARTENORA.

חולצת ולא מתיבמת *Diſcalceat, & non contrahit levirationem*, quia in ſe ſuſcepit copulam duorum levirorum, nam quandoquidem non cognovit eam ex quo adolevit, non exiit è prima conjugii copula.

רבי שמעון אומר מיבם לאיזו שירצה *R. Schimeon dicit, levirationem contrahet cum quacunque voluerit*, quia R. Schimeon non admittit copulas duas; & ita quoque dicitur capite tertio. וחולץ לשניה *& calceum dat exuendum ſecundæ*, quia non ſunt æmulæ ad liberandum unam cum leviratione alterius; neque ambæ contrahent levirationem, quia æmula ejus eſt in parte ſponſalium ex conſtitutione Sapientum, & videntur duæ fratriæ venientes ex una familia.

אחד שהוא בן תשע שנים וכו׳ *Idem eſt ſive fuerit filius novem annorum*, ambo æquales ſunt in omnibus illis de quibus ſuperius dictum eſt, nam quatenus illi non ſunt duo pili, eſt inſtar minorennis donec attigerit annum trigeſimum quintum; ſi tum nondum duo illi fuerint pili, etſi non conſpiciantur in eo ſigna eunuchi quæ ſuperius expoſuimus, eſt tamen *eunuchus ſolis.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare prima diſcalceabit & non contrahet levirationem, eſt, quia coitus illius qui novem fuerit annorum & diei unius, ſe habet ut ſponſalia natu majoris. Verum jam diximus, quod ſi fecerit ſponſalia fratriæ ſuæ, & mortuus fuerit, diſcalceabit, & non contrahet levirationis conjugium; qui vero viginti fuerit annorum & non habuerit duos pilos ad pudenda, ſi illi fuerint ſigna eunuchi, quod eſt *eunuchus ſolis*; & ſi non fuerint illi ſigna eunuchi, cenſetur in eodem gradu cum minorenne in omnibus præceptis. Hujus vero jus in cauſis coitus ſe habet ut jus illius qui eſt novem annorum & diei unius, donec attigerit annum trigeſimum quintum; & ſi ultra triginta quinque annos vixerit, & nondum illi duo pili fuerint ad pudenda, eſt eunuchus ſolis, etſi illi non fuerint ſigna eunuchi. Signa vero eunuchi ſunt, ſi illi non ſit barba, ſed capilli albi, id eſt, ſi capilli ejus fuerint tenues & debiles, & caro mollis, & urina non faciat ſpumam neque fornicem, & ſemen ejus obſcuri coloris, & urina non fermentet, & quando ſe lavat tempore pluviarum, non exeat humor è corpora illius, uti ex reliquorum hominum corporibus qui ſani ſunt, & cui eſt vox tenuis ut diſcerni non poſſit à voce mulieris; quando igitur in eo unum ex iſtis ſignis cernitur, & compleverit viginti annos, & non fuerint illi duo pili, eſt eunuchus ſolis, dummodo in barba ſua non ſint duo pili aut plures, quia tum non eſt eunuchus niſi omnia ſigna adſint, & viginti habeat annos. Dehinc exponitur, quod duo pili, de quibus ubique facta eſt mentio in viro & muliere, non intelligendi ſunt ejuſmodi qui creverunt in quocunque loco corporis, ſed qui creverunt in inferioribus corporis partibus ſatis notis.

פרק יא נושאין על האנוסה ועל המפותה האונס והמפתה על הנשואה חייב נושא אדם אנוסת אביו ומפותת אביו אנוסת בנו ומפותת בנו רבי יהודה אוסר באנוסת אביו ומפותת אביו :

Caput 11. Ducunt ſuper vi compreſſam & ſuper imprægnatam; qui vi compreſſerit, & dein ſeduxerit ſuper nuptam, reus eſt. Ducat homo vi compreſſam à patre ſuo, & ſeductam a patre ſuo, & vi compreſſam à filio ſuo, & ſeductam à filio ſuo. R. Jehuda vetat vi compreſſam à patre ſuo, & ſeductam à patre ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

נושאין על האנוסה *Ducunt ſuper vi compreſſam*, poſtquam homo vi compreſſerit aut ſeduxerit mulierem aliquam, licet

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio hujus Miſnæ eſt quemadmodum tibi dicam, nimirum, ſi homo ſuſpectus fuerit de muliere aliqua eo modo quo

cet illi ducere filiam aut matrem ejus, aut ſororem ejus, uti ſcriptum eſt Levit. 20, 14. ואיש אשר יקח את אשה ואת אמה de omnibus dicitur שכיבה *coitus*, hic autem לקיחה *acceptio*, ad docendum te, id quod Lex prohibet, eſſe per modum acceptionis ſi duxerit eam, & tum licitam propinquam ejus.

רבי יהודה אוסר *R. Jehuda prohibet*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 23, 1. לא יגלה כנף אביו id eſt, alam quam pater vidit, non deteget; deciſio non eſt juxta R. Jehuda. Cæterum Sapientes vetant illi, qui propter mulierem in ſuſpicionem adductus eſt, ducere ejus filiam, ſororem, aut matrem ejus, aut aliquam è propinquis ejus, quia illa continuo eſt apud propinquas ejus, hinc fieri poſſet ut in peccatum incurreret. Si vero tranſgreſſus fuerit, & duxerit aliquam è propinquis ejus quam vi compreſſit aut ſeduxit, aut aliquam è propinquis mulieris illius ob quam in ſuſpicionem adductus eſt, non educunt eam è poteſtate ejus. Et quod Miſna dicit, *ducunt ſuper vi compreßam*, præter vi compreſſam notat etiam eum qui de induſtria compreſſerit, & poſt mortem vi compreſſæ aut ſeductæ duxerit propinquam, quia tum non eſt ſuſpicio, quod ſcortabitur cum prima poſtquam duxerit filiam ejus.

ב הגיורת שנתגיירו בניה עמה לא חולצין ולא מיבמין אפילו הורתו של ראשון שלא בקדושה והשני הורתו ולידתו בקדושה וכן שפחה שנשתחררו בניה עמה :

R. OB DE BARTENORA. לא חולצין ולא מיבמין *Non dant calceum exuendum, neque levirationem contrahunt*, quia neceſſe eſt ut ſit frater à parte patris, at peregrinis non eſt propinquitas à parte patris.

ג חמש נשים שנתערבו ולדותיהן הגדילו התערובות ונשאו נשים ומתו ארבעה חולצין לאחת ואחד מיבם אותה הוא ושלשה חולצין לאחת ואחד מיבם נמצאו ארבע חליצות ויבום לכל אחת ואחת :

R. OB. DE BARTENORA.

שנתערבו ולדותיהן *Quarum filii commixti fuerint*, & cuilibet mulieri fuerit filius diſtinctus, non mixtus. ארבעה חולצין לאחת *quatuor calceum dant exuendum uni*, filius diſtinctus cujuſlibet ex quatuor dabit calceum exuendum uni ex iſtis mulieribus, quia de qualibet ipſi dubium eſt an ſit fratris uxor; & quintus filius eam ducet, quæ illi licita eſt quovis modo. Si ſit uxor fratris illius, fratria illa, ſin minus, levir ejus jam dedit illi calceum exuendum.

ארבע חליצות *Quatuor extractiones calcei*, in principio, quia levirationem contrahere nequit unus ex illis donec illi quatuor calceum dederint exuendum, ne cum aliis levirationem extraneam contrahat. Idem eſt jus, quando quatuor dant calceum exuendum omnibus, & quintus ducit omnes, niſi quod hoc modo præſtat quo Miſna dixit, quia fieri poteſt ut quilibet ſuam habeat, & confirmetur præceptum de levirationis conjugio contrahendo.

הוא ושלשה *Ipſe & tres*, iſte levir calceum alii dabit exuendum fratriæ, & tres cum ipſo erunt, ſed cum quinta conjugium levirationis contrahet; & duo illi dabunt calceum tertiæ exuendum, & duo cum ipſis, & quintus cum illa conjugium levirationis contrahet, & hoc modo omnes.

ד האשה שנתערב ולדה בולד כלתה הגדילו התערובות ונשאו נשים ומתו בני הכלה חולצין ולא

quo diximus in cauſa illius qui ſuſpectus erat de ſerva, & cujus ſuſpicio confirmata erat, jus non fert ut ipſi concedant ducere uxorem quæ eſt è propinquis hujus uxoris de qua in ſuſpicionem adductus eſt. Cæterum quando dicit הקרובות *propinquæ*, intelligit ejuſmodi propinquas quibuſcum coire non licet, ſi hæc fuerit uxor ejus. Sic etiam, ſi homo vi compreſſerit aut ſeduxerit mulierem, nequit ducere propinquas mulieris vi compreſſæ aut ſeductæ, quia non licet illi cum illis coire, & hæc prohibitio eſt è conſtitutione Sapientum. Ratio autem eſt, ut occaſio peccandi adimatur, nam ſi duxiſſet aliquam è propinquis ejus, fierit ut impoſterum converſaretur cum ea. Et ſi duxerit propinquam illius quam vi compreſſerat aut ſeduxerat, de qua in ſuſpicionem adductus erat, non educunt eam è poteſtate ejus. Et ſi mortua fuerit ea quæ ab ipſo vi compreſſa eſt aut ſeducta, licet illi ducere propinquam, quia cauſa adempta eſt. נושאין על האנוסה *ducunt ſuper vi compreßam*, intellige poſt mortem. R. Jehuda probat ex eo quod dicitur Deut. 25, 1. לא יגלה כנף אביו id eſt alam quam pater vidit, eam non deteget; deciſio non juxta R. Jehuda.

2. Si peregrina proſelyta facta fuerit & cum ea filii ejus, non dant calceum exuendum, neque levirationem contrahunt, etſi primum conceperit citra ſanctitatem, (& pepererit eum in ſanctitate;) & ſecundum conceperit & pepererit in ſanctitate; ſic etiam ſe res habet cum ſerva quacum & filii ejus manumiſſi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hoc clarum eſt, quia jura propinquitatis non intelliguntur de propinquitate gentilium & ſervorum.

3. Quinque mulieres, ſi mixti fuerint filii earum, & adoleverint miſcellanei illi, & duxerint uxores, & dein mortui fuerint, quatuor dant calceum exuendum uni, & unus contrahit levirationem cum ea, ille & tres dant calceum exuendum alteri, & unus levirationem contrahit, fiet ut quatuor ſint calcei extractiones, & leviratio unicuique.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum hujus Miſnæ eſt, ut cuilibet uxori ſit certus filius, & deindè pariant alios quinque filios, & illi commiſceantur, & commixti moriantur, & quinque remaneant noti, & tum jus eorum ſe habeat quemadmodum tibi dicam; nimirum, quoties quatuor dederint calceum exuendum uni ex illis mulieribus, quintus ducet eam in uxorem, quod illi licet quocunque etiam modo; nam ſi illa eſſet uxor fratris ipſius, tangit eum leviratio; & ſi eſſet uxor illius qui non erat frater illius, jam illi dedit calceum exuendum frater mariti ejus, quia quilibet è quatuor jam dedit calceum exuendum, & qualibet ex illis prius dabit illi calceum exuendum, quatuor fratres dabunt prius, & poſtea eam ducet quintus. Deindè autem redibit is qui duxerit, & intrabit in quatuor qui ſecundæ dederunt calceum exuendum, & alius conjugium levirationis contrahet ex illis qui calceum primæ dederunt exuendum, & hoc modo fiet donec levirationem inierint quinque mulieres cum quinque fratribus; & hoc, quia de quolibet ex illis fratribus affirmari debet præceptum levirationis; atque hoc licitum eſt. Et ſi omnes calceum dederint cuilibet ex illis mulieribus, non eſt neceſſe ut dicamus quod licitæ ſint ut ducantur ab aliis.

4. Si mulieris alicujus filius mixtus fuerit cum filio nurus illius, & adoleverint miſcellanei iſti, & uxores duxerint, & mortui fuerint, filii nurus

ולא מיבמין שהוא ספק אשת אחיו וספק אשת אחי אביו ובני הזקנה או חולצין או מיבמין שהוא ספק אשת אחיו ואשת בן אחיו מתו הכשרים בני התערובות לבני הזקנה חולצין ולא מיבמין שהוא ספק אשת אחיו ואשת אחי אביו (ס"א לבני) ובני הכלה אחד הולץ ואחד מיבם :

dant calceum exuendum, ſed non contrahunt levirationem, eo quod dubium eſt an ſit uxor fratris ſui, an vero ſit uxor fratris patris ſui; filii vero ſenioris aut calceum dant exuendum, aut levirationem contrahunt, quia dubium eſt an ſit uxor fratris ſui, an vero ſit uxor filii fratris ſui. Si mortui fuerint legitimi, filii miſcellanei filiis natu majoris dant calceum exuendum, & non contrahunt levirationem, quia dubium eſt an ſit uxor fratris ſui, an vero ſit uxor fratris patris ſui, filiorum vero è nuru unus dabit calceum exuendum, & alter levirationem contrahet.

R. OB. DE BARTENORA.

ומתו כשרין *Et mortui fuerint legitimi*, certi & diſtincti, אחד חולץ *unus calceum exuit*, prius: ואחד מיבם *& unus levirationem contrahit*, poſtea, quod illi licet quovis modo, nam ſi is qui calceum dedit exuendum, fuerit filius nurus, & calceum dederit uxori fratris ſui, jam licita illi eſt eâ extractione calcei, & legitimè eam duxit alius qui eſt filius ſenectutis; quia uxor filii fratris licita eſt illi. Sin autem is qui calceum dedit exuendum, fuerit filius ſenectutis, & uxori filii fratris calceum dederit exuendum, res ſe habet ac ſi calceum dediſſet exuendum peregrinus; quando autem cum ea levirationem contraxerit filius nurus, legitimè fecit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כשרין *Legitimi* hic idem quod ודאין *certi*, non mixti: אחד חולץ ואחד מיבם *unus calceum dat exuendum, & alter levirationem contrahit*, hoc clarum eſt, nam ſi hic qui calceum dedit exuendum filius nurus fuerit, & calceum dederit exuendum uxori fratris ſui, ecce ſecundus eſt filius ſenectutis, & licet illi ducere uxorem filii fratris poſt extractionem calcei; ſin autem is qui calceum dederit exuendum, fuerit filius ſenectutis, & calceum dederit exuendum uxori filii fratris ſui, extractio calcei nihil efficit illi uxori, & non eſt extractio calcei. Secundus vero filius nurus levirationem contrahit cum uxore fratris ſui; ſed hic neceſſe eſt ut præcedat calcei extractio.

ה כהנת שנתערב ולדה בולד שפחתה הרי אלו אוכלים בתרומה וחולקים חלק אחד בגורן ואינן מיטמאין למתים ואין נושאין נשים בין כשרות בין פסולות הגדילו התערובות ושחררו זה את זה נושאין נשים ראויות לכהונה ואינן מיטמאין למתים ואם נטמאו אינן סופגין את הארבעים ואינן אוכלים בתרומה ואם אכלו אינן משלמים קרן חומש ואינן חולקים על הגורן ומוכרין את התרומה והדמים שלהם ואינן חולקים בקדשי המקדש ואין נותנין להם קדשים ואין מוציאין שלהם מידם ופטורין מן הזרוע ומן הלחיים ומן הקיבה ובכורו יהא רועה עד שיסתאב ונותנין עליו חומרי כהנים וחומרי ישראלים :

5. Si ſacerdotis uxoris filius mixtus fuerit cum filio ſervæ, ecce illi comedunt de oblatione prima, & ſumunt unam partem in area, & non polluuntur mortuis, neque uxores ducunt, ſive legitimæ ſive illegitimæ fuerint. Si miſcellanei adoleverint, & unus alterum libertate donaverit, ducunt uxores legitimas ad ſacerdotium, & non polluuntur mortuis; at ſi polluti fuerint, non vapulant quadraginta plagis, neque comedunt de oblatione prima; & ſi comederint, non ſolvunt ſummam capitalem & quintam partem; & non capiunt partem in area, & vendunt oblationem primam & nummi cedunt ipſis, & non capiunt partem è ſanctitatibus ſanctuarii; neque dant illis ſanctitates, & non educunt è poteſtate eorum id quod pertinet ad illos; & liberi ſunt à brachio dando, maxillis, & ventriculo; primogenitum animal vero ejus paſcet donec vitium contraxerit; & imponunt illis conditiones graviores ſacerdotum, & conditiones graviores Iſraëlitarum.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכלין בתרומה *Comedunt de oblatione prima*, quia ſive unus eorum ſit ſacerdos, ſive ſervus ſacerdotum, ambo comedunt de oblatione prima. ולוקחין חלק אחד *& capiunt unam partem*, Gemara exponit ſenſum eſſe, quod unam ſimul capiunt partem, ſi ambo ad aream acceſſerint, ſed uni non dant partem ſine altero; nam putat hic doctor quod non capit quicquam de oblatione prima ſervus niſi adſit dominus ipſius.

בין כשרות בין פסולות *Sive legitimæ fuerint ſive illegitimæ*, nam de quolibet eorum dubium eſt an ſit ſacerdos an ſervus, legitimæ vero vetitæ ſunt ſervo, & illegitimæ vetitæ ſunt ſacerdoti, & in prohibitione dubia ſemper aggravandum eſt.

אין סופגין את הארבעים *Non vapulant quadraginta plagis*, quia quilibet eorum dicet, ego non ſum ſacerdos. אין משלמין *non ſolvunt*, quia quilibet dicet, ego ſum ſacerdos, at nummi non poſſunt educi è poteſtate alicujus, ſi res ſit in dubio. ומוכרין התרומה *& vendunt oblationem primam*, oblationem primam proventus eorum non dant ſacerdoti quando ſeparant eam; quia quilibet dicet, proba quod ego non ſum ſacerdos, nihilominus eam comedere nequeunt, ſed vendunt eam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc jura tribus innituntur fundamentis, quorum unum eſt, quod in dubia prohibitione aggravandum eſt; ſecundum eſt, eum qui bona è poteſtate ſocii educere voluerit, debere probationem adferre; tertium eſt, quod nemo obligatur ad pœnam dubiam.

חולקין חלק אחד *Capiunt unam partem*, id eſt, diſtribuunt unam partem in area quam capiunt ambo; & incumbunt illis graviores ſacerdotum & Iſraëlitarum conditiones quod ad ſacrificia; nam de donis ſacerdotum dicitur Levit. 6, 16. לא תאכל כאש תשרף Donum vero Iſraëlitæ comburitur quod ad pugillum, & quod reſtat comeditur; quando unus eorum adduxerit donum, pugillo capitur ut donum Iſraëlitæ, & offertur pugillus ejus ſeorſim, & quod reſtat comburitur.

tam ſacerdoti, & nummi ad illos pertinent. ואין חולקין בקדשי המקדש *& non capiunt de ſanctitatibus ſanctuarii*, uti ſunt pelles ſanctitatum, nam cuilibet eorum dicet, proba quod tu eſt ſacerdos, & tum capies. אין נותנין להם קדשים *neque dant illis ſanctitates*, ad offerendum eas. אין מוציאין שלהם *non educunt id quod pertinet ad eos*, ut, ſi natum fuerit illis animal primogenitum, non educunt illud è poteſtate eorum, ſed paſcit donec vitium contraxerit. חומרי כהנים וחומרי ישראלים *graviores conditiones ſacerdotum & graviores conditiones Iſraëlitarum*. Gemara exponit quod donum eorum pugillo capitur, quemadmodum donum Iſraëlitæ, & ſeorſim offertur; ſed reliquiæ non comeduntur, ut donum Iſraëlitæ, ſed comburuntur ut donum ſacerdotum quod totum comburitur.

ו מי שלא שהתה אחר בעלה שלשה חדשים ונשאת וילדה ואין ידוע אם בן תשעה לראשון אם בן שבעה לאחרון היו לה בנים מן הראשון ובנים מן השני חולצין ולא מיבמין וכן הוא להם חולץ ולא מיבם היו לו אחים מן הראשון ואחים מן השני שלא מאותה האם הוא חולץ ומיבם והם אחד חולץ ואחד מיבם :

6. Quæ non expectaverit poſt maritum tres menſes, ſed nupſerit, & pepererit, & nemo neſciverit an ſit filius novem menſium inde à primo marito, an vero ſit ſeptem menſium ab ultimo. Si illi fuerint filii è primo, & filii è ſecundo, calceum dant exuendum, & non contrahunt levirationem. Sic etiam ille cum illis agit, dat calceum exuendum, ſed non contrahit levirationem; ſi illi fuerint fratres è patre primo, & fratres è ſecundo qui non fuerint ex illa matre, ille dat calceum exuendum, aut levirationem contrahit, & eorum unus dat calceum exuendum, & unus contrahit levirationem.

R. OB. DE BARTENORA.

חולצין *Calceum dant exuendum uxori illi de cujus partu dubium*, eſt an ſit ſeptem an novem menſium, & unus è filiis primi patris dat calceum exuendum, quia fieri poteſt ut ſit filius patris ejus. ולא מיבמין *& non contrahunt levirationem*, quia fieri poteſt ut ſit filius ultimi patris, & ſit frater ejus à parte matris & non à parte patris; & tum uxor ejus prohibita eſt illis ſub pœna excidii; eodemque modo comparatum eſt cum filiis mariti ultimi; præterea quoque dabit calceum exuendum mulieribus eorum, ſed non contrahet levirationem cum illis.

הוא חולץ או מיבם *Ille calceum dat exuendum, aut contrahit levirationem*, uxori filii patris primi; ſi ſit frater ejus, benè habet; ſin minus, extranea eſt pro ipſo; ſed hoc ita accipiendum eſt quando non fuerit alius frater præter ipſum, ut non ſit dubium cum fratriam in uxorem ducturum quæ illi prohibita eſt; idem intelligendum de uxore filii ultimi patris. אחד חולץ ואחד מיבם *unus calceum dat exuendum, & unus contrahit levirationem*, aut filius primi aut filius ultimi patris dabit illi calceum exuendum, & alter levirationem contrahet; nam ſi fratria ejus eſt, benè habet, ſin minus, extranea eſt; & non timendum eſt eum ducturum fratriam quæ alii alligata eſt, quia levir ejus jam dedit illi calceum exuendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt cum fundamento illo noto, quod uxor fratris ſui à parte matris in perpetuum prohibita eſt; propterea calceum dabit exuendum, & non contrahet levirationem, ſic etiam illi dabunt calceum exuendum, & non contrahent levirationem. Cæterum quod dicit הוא חולץ או מיבם *ille calceum exuit, aut levirationem contrahit*, id eſt, quando mortuus fuerit frater de qua non erat dubium, & ea conditione ne illi ſit certus frater citra hunc; ſed quovis etiam modo, ſi mortuus fuerit, unus fratrum, qui ſunt ex uno è patribus, dabit calceum exuendum, & unus è fratribus, qui ſunt è ſecundo patre, levirationem contrahet, dummodo præcedat extractio calcei, uti aliquoties diximus.

ז היה אחד ישראל ואחד כהן נושא אשה ראויה לכהן ואינו מיטמא למתים ואם נטמא אינו סופג את הארבעים ואינו אוכל בתרומה ואם אכל אינו משלם קרן וחומש ואינו חולק על הגורן ומוכר התרומה והדמים שלו ואינו חולק בקדשי המקדש (ס"א) ואין נותנין לו את הקדשים ואין מוציאין את שלו מידו ופטור מן הזרוע והלחיים והקיבה ובכורו יהא רועה עד שיסתאב ונותנין עליו חומרי כהנים וחומרי ישראלים היו שניהם כהנים הוא אונן עליהם והם אוננין עליו הוא אינו מיטמא להם והם אינם מיטמאין לו הוא אינו יורש אותן אבל הם יורשין אותו ופטור על מכתו ועל קללתו של זה ושל זה ועולה במשמרו של זה ושל זה ואינו חולק אם היו שניהם במשמר אחד נוטל חלק אחד :

7. Si unus ſit Iſraëlita & alter ſacerdos, ducit uxorem legitimam pro ſacerdote, & non polluitur mortuis, & ſi pollutus fuerit, non vapulat quadraginta plagis; neque comedit de oblatione prima, & ſi comederit non ſolvit ſummam, & quintam partem; neque partem capit ex area, ſed vendit oblationem primam, & nummi ad eum pertinent; neque partem capit è ſanctitatibus ſanctuarii; neque illi dant ſanctitates; neque è poteſtate ejus educunt id quod ad illum pertinet; at liber eſt à brachio, maxillis, & ventriculo; & primogenitum ejus paſcit donec vitium contraxerit, & imponunt illi graviores conditiones ſacerdotum, & graviores conditiones Iſraëlitarum. Si uterque ſit ſacerdos, ille luget propter illos, & illi lugent propter illum, ille non polluit ſe propter illos, & illi non polluunt ſe propter illum. Ille non adit hæreditatem eorum, ſed illi adeunt hæreditatem illius; & liber eſt à vulnere, & à maledictione unius & alterius, & aſcendit in cuſtodia unius & alterius; neque partem capit; ſi uterque fuerit in una cuſtodia, capit unam partem.

R. OB. DE BARTENORA.

היה אחד ישראל *Si unus eſſet Iſraëlita*, ſi unus è maritis eſſet Iſraëlita, & unus ſacerdos. הוא אונן עליהם *ille luget pro illis*, quia fieri poteſt, ut ſit pater illius, & die mortis ejus ſit prohibitum illi comedere ſanctitates: והם אוננין עליו *& illi lugent pro ipſo*, & die mortis ejus prohibitum eſt ambobus comedere ſanctitates. Cæterum fieri poteſt ut videat mortem amborum, & ſit ſacerdos legitimus ut non polluatur illis; ut, ſi mater deſponſa fuerit ſponſalibus erroneis ſub aliqua conditione, & conditio illa non fuerit adimpleta, unde contractus infirmatur, & exit ſine divortio, & nupta eſt intra tres menſes, & hoc modo fiet ut ille videat mortem amborum, & ſit ſacerdos legitimus, ideoque non polluere ſe debet ob illos.

הוא לא יורש אותן *Ille non adit hæreditatem illorum*, quia hæredes eum expellunt ab utraque parte: והן יורשין אותו *ſed illius adeunt hæreditatem*, quia nemo eſt qui impedit eos, & dividunt bona inter ſe ambos. ועולה במשמרו *& aſcendit in cuſtodia ſua*, ad obeundum munus ſuum, & illi qui ſunt è cuſtodia illa non impediunt eum. Sed non capit partem, quia omnis eum cuſtodia expellere poteſt ad aliam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היה אחד ישראל ואחד כהן *Si unus eſſet Iſraëlita, & alter ſacerdos*, id eſt, ſi primus eſſet Iſraëlita & ſecundus ſacerdos. אונן *lugens*, ſic vocatur is cujus amicus mortuus eſt ob quem lugere tenetur, quemadmodum expoſuimus in tractatu Peſachim. Utilitas vero hujus eſt, quod lugenti vetitum eſt comedere de rebus ſanctis, & miniſtrare in ſacrificiis, quemadmodum exponetur capite ultimo tractatus Horayot.

אינו יורש אותן *Non adit hæreditatem eorum*, eo quo diximus fundamento, quod, ſi quis voluerit educere bona è poteſtate ſocii ſui, neceſſe eſt ut probationem adferat, & quilibet eorum certos habeat hæredes.

והן יורשין אותו *Et illi adeunt hæreditatem illius*, quando non reliquerit ſemen, nam pater adit hæreditatem ejus, at de ambobus dubium eſt uter ſit pater ejus, propterea diſtribuunt, quia ſunt bona dubia.

פטור על מכתו ועל קללתו של זה ושל זה *Liber eſt à vulnere & à maledictione unius & alterius*, quando unum vulneraverit uno tempore, & alterum altero tempore; at ſi duos ſimul vulneraverit, aut maledixerit eiſdem verbis, reus eſt. נוטל חלק אחד *capit unam partem*, quando ejuſmodi fuerint homines ut dubium ſit de illis quinam eorum ſit pater ejus è cuſtodia una, & è domo una judicii.

פרק יב מצות הליצה בשלשה דיינין ואפילו שלשתן הדיוטות חלצה במנעל הליצתה כשירה באנפלין חליצתה פסולה בסנדל שיש לו עקב כשר ושאין לו עקב פסול מן הארכובה ולמטה הליצתה כשרה מן הארכובה ולמעלה חליצתה פסולה:

Caput 12. Præceptum extractionis calcei peragitur tribus judicibus, etiamſi tres illi fuerint Idiotæ; ſi cum calceo facta fuerit extractio, legitima eſt extractio; ſi cum empiliis, illegitima eſt extractio; ſi cum ſandalio cui eſt pars poſtica, legitima eſt, at ſi non fuerit illi pars poſtica, illegitima eſt; ſi à genu & inferius, extractio legitima eſt; ſi à genu & ſuperius, extractio illegitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואפילו שלשתן הדיוטות *Etiamſi tres illi fuerint Idiotæ*, & hi vocantur דיינין *judices*, quia neceſſe eſt ut verſus illos de diſcalceatione legere poſſint ut judices; & quamvis Miſna dicat, quod præceptum diſcalceationis requirit tres, nihilominus neceſſe eſt ut duo addantur, ut ſint quinque, ad rem publicandam, etſi duo illi qui adduntur non poſſint legere.

במנעל *Cum calceo*, è corio tenui: חליצתו כשרה *diſcalceatio legitima eſt*, at non de induſtria, ne diſcalceatio fiat calceo rupto ſuperius, nam etſi ruptus fuerit nihilominus pedi adhæret, quia tenuis eſt; at neceſſe eſt ut ſit id quod tegit, hoc autem ejuſmodi non eſt. Verum ſandalium, quod conſtat è corio duro, ſi ruptum fuerit, non conjunctum eſt cum pede ejus; ideoque hic non decreverunt, quia diſcalceatio non fit ſandalio rupto; hinc fit ut fundamentum diſcalceationis ſit ut peragatur cum ſandalio. אנפלין *Empilia*, calcei ſpecies è panno facta. חליצתו פסולה *diſcalceatio ejus illegitima eſt*, quia neceſſe eſt ut ſit id quod contegat; ſcriptum eſt Deut. 25,9. נעלו & Jecheskiel 16, 10. ſcriptum eſt ואנעלך תחש quod corium eſt. מן הארכובה ולמעלה חליצתו פסולה *à genu & ſuſperius diſcalceatio illegitima eſt*, nam corrigiæ calcei ligatæ erant ſupra genu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הדיוטות *Idiotæ*, non ſunt Sapientes, ſed qui tamen legere poſſunt Ebraicè, diſcalceatio etiam coram illis peragi poteſt tempore neceſſitatis; & quamvis præceptum diſcalceationis ſit ut tribus præſentibus peragatur, nihilominus neceſſe eſt ut numerus quinque virorum ſit completus ad rem publicandam; ſed non refert an duo illi qui complent numerum quinque virorum, ſint diſcipuli docti, an vero indocti

באנפליאות *Cum Empiliis*, eſt ſpecies calceorum è lino texta. Cæterum quod dicit, מן הארכובה ולמעלה מן הארכובה ולמטה *à genu & ſuperius, à genu & inferius*, vult, ſi ligaverit corrigeas calcei ſupra aut infra genu; at ſi pes ejus conciſus fuerit aut incurvatus, & è loco exierit donec calcaneum ejus in terra infigi nequeat, uti ſolet fieri in illis qui incedunt in digitis, tum diſcalceatio nihil prodeſt; quia nobis fundamentum eſt, quod neceſſe eſt ut pes comprimat ſolum.

ב חלצה בסנדל שאין שלו או בסנדל של עץ או בשל שמאל בימין חליצתה כשרה חלצה בגדול שהוא יכול להלוך בו או בקטן שהוא חופה את רוב רגלו חליצתה כשרה חלצה בלילה חליצתה כשירה ורבי אליעזר פוסל בשמאל חליצתה פסולה ורבי אליעזר מכשיר:

2. Si diſcalceaverit cum ſandalio quod non erat ipſius; aut cum ſandalio ligneo; aut ſi cum ſiniſtro in dextro (pede,) diſcalceatio ejus legitima eſt; ſi diſcalceaverit cum magno, quo tamen incedere poteſt; aut cum parvo, quod tamen maximam pedis partem tegit, diſcalceatio ejus legitima eſt; ſi diſcalceaverit nocte, diſcalceatio ejus legitima. R. Elieſer dicit, illegitima eſt, ſi cum ſiniſtro, diſcalceatio ejus illegitima eſt; R. Elieſer dicit, legitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

או בסנדל של עץ *Aut cum ſandalio ligneo*, ſi corio coopertum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

או בסנדל של עץ *Aut ſandalio ligneo*, dummodo corio cooperta

tum fuerit: בגדול *cum magno*, quale ſandalium menſurâ pedis majus eſt, quo ſi incedere poterit, diſcalceatio ejus legitima eſt. או בקטן *aut cum parvo*, quòd menſura pedis minus eſt, ſi tamen pedem contegere poterit, diſcalceatio ejus legitima eſt; deciſio eſt juxta R. Elieſer in eo quod dicit diſcalceatio ejus illegitima eſt quæ fit noctu; ſed non in eo quod dicit, legitima eſt diſcalceatio quæ facta eſt ſiniſtro.

cooperta fuerit; ſed hæc omnia intelligenda ſunt ſi quis caſu & non de induſtria fecerit, nam tum vetitum eſt; deciſio non eſt ſecundum doctorem primum, in eo quod dicit, ſi diſcalceaverit noctu, diſcalceatio legitima eſt; neque ſecundum R. Elieſer qui diſcalceationem in ſiniſtro dicit legitimam.

ג חלצה ורקקה אבל לא קראה חליצתה כשרה קראה ורקקה אבל לא חלצה חליצתה פסולה חלצה וקראה אבל לא רקקה רבי אליעזר אומר חליצתה פסולה רבי עקיבא אומר חליצתה כשירה אמר רבי אליעזר ככה יעשה כל דבר שהוא מעשה מעכב אמר ליה רבי עקיבא משם ראיה ככה יעשה לאיש כל דבר שהוא כעשה באיש :

3. Si diſcalceaverit & ſpuerit, ſed non legerit, diſcalceatio ejus legitima eſt; ſi legerit & ſpuerit, at non diſcalceaverit, diſcalceatio ejus illegitima eſt; ſi diſcalceaverit & legerit, ſed non ſpuerit, R. Elieſer dicit, diſcalceatio ejus illegitima eſt. R. Akiba dicit, diſcalceatio ejus legitima eſt. R. Elieſer dixit illis, ſic fiet, ut, quæcunque res actio eſt, ea impediat. Dixit ipſi R. Akiba, dehinc probatio eſt, *ſic fiet viro*, quæcunque res quæ peragitur in viro.

R. OB. DE BARTENORA.

חלצה ולא קראה חליצתו כשרה *Si diſcalceaverit & non legerit, diſcalceatio legitima eſt*, nam quando dicitur Deut. 25. 9. ככה *ſic*, notat quod neceſſe eſt ut ſtrictè ſicuti in Lege extat, fiat, & de actione ibidem dicit ככה יעשה לאיש; ſed lectio non eſt actio, ſed verba tantum & idcirco legitima eſt, etſi non ſtrictè fiat juxta Legem. כל דבר שהוא מעשה באיש *quæcunque res quæ actio eſt in viro*, uti eſt diſcalceatio quâ mulier efficit actionem in corpore viri, excipe quando ſpuit, quod non eſt actio quæ fit in corpore viri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Akibæ.

ד החרש שנחלץ והחרשת שחלצה והחולצת לקטן חליצתה פסולה קטנה שחלצה תחלוץ משתגדיל ואם לא חלצה חליצתה פסולה :

4. Surdus ſi diſcalceatus fuerit, & ſurda ſi diſcalceaverit, & ſi minorenni calceum extraxerit, diſcalceatio ejus illegitima eſt. Minorennis quæ diſcalceaverit, diſcalceabit quando adoleverit, at ſi non diſcalceaverit, diſcalceatio ejus illegitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

החרש שנחלץ חליצתו פסולה *Surdus ſi diſcalceatus fuerit, diſcalceatio ejus illegitima eſt*, quia non liberavit eam ſi alius fuerit frater legitimus. החרשת שחלצה חליצתו פסולה *ſurda ſi diſcalceaverit, diſcalceatio ejus illegitima eſt*, illa non liberat ſeipſam diſcalceatione, & non datur remedium pro illo, niſi ut levirationem contrahat; & ſi poſtea levir eam educere voluerit, educet eam cum divortio.

והחולצת לקטן חליצתה פסולה *Et quæ minorenni calceum extraxerit, ejus diſcalceatio illegitima eſt*, quoties hoc capite dicimus quod diſcalceatio illegitima eſt, poſt talem diſcalceationem levirationis conjugium contrahi nequit, ſed alia diſcalceatio legitima neceſſaria eſt ad fratriam aliis licitam reddendam. Hic vero doctor qui dicit quod diſcalceatio minorennis illegitima eſt, & eam illegitimam reddit ad contrahendum levirationis conjugium, eſt R. Meyr. Nam Sapientes putant, quod diſcalceatio minorennis nulla eſt, & quod illa non eſt illegitima ad contrahendum levirationis conjugium; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit שנחלץ *qui diſcalceatus fuerit*, & non dicit שחלץ *qui calceum dederit exuendum*, ratio eſt, quia ſurdus eſt, & non perfectâ ſcientiâ præditus, ut illi attribui poſſit actio; deciſio autem diſcalceationis illegitimæ, de qua toto hocce capite, eſt, quod poſt diſcalceationem illam nequit contrahere levirationis conjugium; neque illa licita eſt aliis, niſi poſt ſecundam diſcalceationem legitimam. Eſt autem hæc Miſna juxta ſententiam R. Meyr; at ſententia Sapientum eſt, quod diſcalceatio minorennis nulla eſt, & quod non facit illegitimum; deciſio eſt juxta Sapientes.

ה חלצה בשנים או בשלשה ונמצא אחד מהן קרוב או פסול חליצתה פסולה רבי שמעון ורבי יוחנן הסנדלר מכשירין ומעשה באחד שחלץ בינו לבינה בבית האסורים ובא מעשה לפני רבי עקיבא והכשיר :

5. Si diſcalceatio facta fuerit coram duobus aut tribus, & unus ex illis fuerit propinquus, aut illegitimus, diſcalceatio ejus illegitima eſt. R. Schimeon & R. Jochanan calcearius dicunt, quod legitima eſt. Cæterum aliquando factum eſt ut unus dederit calceum exuendum nemine præſente præter ipſum & ipſam in carcere, & venerit caſus ad R. Akibam, qui legitimam dixit diſcalceationem.

R. OB. DE BARTENORA.

בשנים *Pro duobus*, legitimis; או בשלשה *aut pro tribus*, unus autem eorum erat propinquus, aut illegitimus, nam non plures quam duo relinquuntur legitimi. חליצתו פסולה *diſcalceatio ejus legitima eſt*, nam deciſio eſt, diſcalceatio non eſt legitima ſi minores quam tres adfuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Accidit hic caſus in carcere in quo etiam aderat R. Akiba, aderant ſimul teſtes qui teſtabantur ſe vidiſſe diſcalceationem; deciſio juris eſt, quod ea peragi nequit ſine tribus judicibus, uti dictum eſt, & tum legitima eſt diſcalceatio.

ו מצות חליצה בא הוא ויבמתו לבית דין והן

6. Præceptum diſcalceationis eſt, venit ille & fra-

והן משיאין לו עצה ההוגנת לו שנאמר וקראו לו זקני עירו ודברו אליו והיא אומרת מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי והוא אומר לא חפצתי לקחתה ובלשון הקודש היו אומרים ונגשה יבמתו אליו לעיני הזקנים וחלצה נעלו מעל רגלו וירקה בפניו רוק הנראה לדיינים וענתה ואמרה ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו עד כאן היו מקרין וכשהקרא רבי הורקנוס תחת האלה בכפר עיטח וגמר את כל הפרשה הוחזקו להיות גומרין כל הפרשה ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל מצוה בדיינין ולא מצוה בתלמידים רבי יהודה אומר מצוה על כל העומדים שם לומר חלוץ הנעל חלוץ הנעל חלוץ הנעל :

fratria ejus ad domum judicii, & illa conſilium re-ctum dat ei, uti dictum eſt Deut. 25, 8. *Et vocabunt illum ſeniores civitatis illius, & loquentur ad illum*; & illa dicet, *renuit levir meus confirmare fratri ſuo nomen in Iſraële, non vult levir meus*; & ille dicet, *non volo ſumere eam*, & in lingua ſancta hæc dicebant. Appropinquabat autem fratria ejus ad ipſum coram ſenioribus, & exuebat calceum ejus è pede ejus, & ſpuebat coram facie ejus ſputum quod videbatur à judicibus, & reſpondebat, ac dicebat, *ſic fiet viro qui non ædificabit domum fratris ſui*; huc uſque prælegebant ei. Quando autem R. Horkanos prælegerat ſub arbore in vico Eta, & perficiebat totam ſectionem, ſoliti ſunt perficere totam ſectionem illam, *Et vocabitur nomen illius in Iſraële domus diſcalceati*, hoc præceptum eſt pro judicibus, & non eſt præceptum pro diſcipulis. R. Jehuda dicit, eſt præceptum pro omnibus qui illic erant, dicere, *exutus calceo, exutus calceo, exutus calceo.*

R. OB. DE BARTENORA.

משיאין לו עצה ההוגנת לו *Dabant illi conſilium conveniens*, ſi ille erat minorennis, & illa vetula, aut ille ſenex & illa minorennis, dicebant ipſi, quid tibi cum puella, aut quid tibi cum vetula, duc ſimilem tui; deciſio eſt juxta R. Jehuda, qui dicit præceptum eſſe pro omnibus illis qui aderant illic, ut dicerent, calceo exutus, calceo exutus, calceo exutus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משיאין לו עצה ההוגנת לו *Dabant illi conſilium rectum*, ſi ille erat minorennis, & illa vetula, aut ille ſenex, & illa minorennis, conſulebant illi ut calceum daret exuendum, & non contraheret levirationem. Et ſi utrique conveniens erat, conſulebant illi ut levirationem potius contraheret quam calceum exuendum daret; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

פרק יג בית שמאי אומרים אין ממאנין אלא ארוסות ובית הלל אומרים ארוסות ונשואות בית שמאי אומרים בבעל ולא ביבם ובית הלל אומרים בבעל וביבם בית שמאי אומרים בפניו ובית הלל אומרים בפניו ושלא בפניו בש"א בבית דין ובית הלל אומרים בבית דין ושלא בב"ד אמרו להן ב"ה לב"ש ממאנת והיא קטנה אפילו ד' וה' פעמים אמרו להן בית שמאי אין בנות ישראל הפקר אלא ממאנת וממתנת עד שתגדיל ותמאן ותנשא :

Caput 13. Schola Schamai dicit, non renuunt niſi ſint deſponſæ. Schola Hillelis dicit, deſponſæ & nuptæ. Schola Schamai dicit, renuere poteſt maritum & non levirum; Schola Hillelis dicit, maritum & levirum. Schola Schamai dicit, coram ipſo; Schola Hillelis dicit, coram ipſo & non coram ipſo; Schola Schamai dicit, in domo judicii; Schola Hillelis dicit, in domo judicii, & non in domo judicii. Dixit Schola Hillelis Scholæ Schamai, renuit quando minorennis eſt, etiam quater & quinquies. Dixit illi Schola Schamai, filiæ Iſraëlitarum non ſunt communes, ſed renuit, & expectat donec adoleverit, & tum renuit, & nubit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין ממאנין אלא ארוסות *Non renuunt niſi deſponſæ*, pupilla, quam mater & frater ejus elocaverint, non renuet maritum, ſed ex deſponſationibus tantum. בבעל ולא ביבם *maritum & non levirum*, ſi mortuus fuerit, & non renuerit, & ceſſerit leviro, non exit ſi renuerit, ſed expectabit donec adoleverit, & tum diſcalceabit.

אין בנות ישראל הפקר *Filiæ Iſraëlitarum non ſunt communes*, etſi tantum deſponſa fuerit, non renuet, & deſpondebitur alii, & iterum renuet; ſed hunc renuet, & expectabit ſine deſponſatione alia donec adoleverit. תמאן ותנשא *renuet & deſpondebitur*, non quod renuet denuo, ſed vult, quod renuet & expectabit ut deſpondeatur alii donec adoleverit; aut ſi nubere voluerit, renuet maritum ſuum, & ſtatim alii nubet, ſed tum non poterit renuere juxta Scholam Schamai, quia nupta eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תמאן ותנשא *Renuit & nubit*, ac ſi dixiſſet, renuet aut nubet, id eſt, quando renuerit non deſpondetur niſi donec adoleverit, aut renuet & nubet ſtatim, venit ergo ו pro או. Verum ſi renuerit, & deſponſa fuerit quando minorennis eſt, non concedit illi Schola Schamai, quia ſecunda vice renuere non poteſt, nam ſententia ejus eſt quod non niſi deſponſæ renuunt, ut dictum eſt.

ב איזו היא קטנה שצריכה למאן כל שהשיאוה אמה ואחיה לדעתה השיאוה שלא לדעתה אינה צריכה למאן רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר כל תינוקת שאינה יכולה לשמור קדושיה אינה צריכה למאן רבי אליעזר אומר אין

2. Quænam eſt minorennis quæ renuere debet? quæcunque volens elocata eſt à matre ſua & fratribus ſuis; at ſi non volentem elocaverint eam, non debet renuere. R. Chanina filius Antigoni dicit, qualiſcunque parvula quæ nequit cuſtodire ſponſalia ſua, non debet renuere. R. Elieſer dicit, actio mino-

אין מעשה קטנה כלום אלא כמפותה בת ישראל לכהן לא תאכל בתרומה בת כהן לישראל תאכל בתרומה :

minorennis nihil eſt, ſed eſt ut ſeducta; filia Iſraëlitæ nupta ſacerdoti, non comedet de oblatione prima; filia ſacerdotis nupta Iſraelitæ, comedet de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מעשה קטנה כלום אלא כמפותה *Nihil eſt actio minorennis, ſed ut ſeducta*, & res ſe habet acſi non nupta eſſet; deciſio non eſt juxta R. Elieſer; ſed deciſio eſt juxta R. Chaninam filium Antigoni. Sed ſi parvula ſit infra ſex annos, cenſetur quod non poteſt cuſtodire ſponſalia ſua, neque renuere debet; at ſi ſupra annum decimum, cenſetur quod cuſtodire poteſt ſponſalia ſua, etſi ignorantiſſima ſit; & ab anno ſexto ad annum decimum neceſſe eſt experiri an cuſtodire poſſit ſponſalia. Renuere vero poteſt ad annum duodecimum & unum diem, & quando duo illi ſunt pili; at deindè nequit renuere, etſi non ingreſſus fuerit ad eam. Cæterum ſi ingreſſus fuerit ad eam poſt duodecim annos & unum diem, etſi illi duo non ſint pili, ſuſpicamur quod pili exciderint, ideoque acquiſivit eam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אינה צריכה למאן *Non tenetur renuere*, id eſt, non tenetur renuere coram teſtibus, ſed quod facere poteſt id quod lubitum illi fuerit. Ea autem quæ nondum ſponſalia ſua cuſtodire poteſt, eſt ejuſmodi quæ infra ſex annos eſt; ſed poſt ſex annos uſque ad decimum annum completum experimur ingenium ejus, an ſponſalia cuſtodire poſſit. Cæterum poſt decem annos tenetur renuere, etiamſi ignorantiſſima ſit; deciſio eſt juxta R. Chaninam filium Antigoni, ſed non eſt deciſio juxta R. Elieſer, nam fundamentum nobis eſt, quod, ſi quis filiam minorennem duxerit, ea tum ſit inſtar uxoris ſuæ omni modo, niſi quod exit ſine divortio, ſola denegatione ſponſalium. Scitu neceſſarium eſt tibi, quod filia renuere poteſt donec ei fuerint duo pili poſt duodecim annos, quia ante illud tempus nihil eſt; aut donec notum fuerit quod ſterilis eſt. Hoc autem ita accipiendum eſt, quando maritus non ingreſſus fuerit ad eam poſtquam illa duodecim habuerit annos, at ſi poſt duodecim annos ad eam ingreſſus fuerit, renuere nequit, etſi duo illi ad pudenda fuerint pili, quia dicere poſſumus quod evulſi ſunt, eo quod jam ſponſalibus Legis acquiſita erat, uti exponetur in tractatu Kiddulchin.

ג רבי אליעזר בן יעקב אומר כל עכבה שהיא מן האיש כאלו היא אשתו וכל עכבה שאינה מן האיש כאלו אינה אשתו :

3. R. Elieſer filius Jacobi dicit, omnis impeditio quæ eſt è viro, eſt inſtar uxoris ſuæ, & omnis impeditio quæ non eſt è viro, non eſt inſtar uxoris ſuæ.

R. OB. DE BARTENORA.

כל עכבה שהיא מן האיש *Omnis impeditio quæ eſt è viro*, ſi dederit illi divortium, eſt impeditio viri; nam quandoquidem illa non renuit, conſtat indè quod ab eo detenta eſt; ſin autem illa recuſaverit, non eſt impeditio viri, nam non detenta eſt apud ipſum per ſponſalia, id quod Miſna noſtra ſtatim exponet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere R. Elieſer, quod, ſi vir impediverit & eduxerit eam cum divortio, eſt inſtar uxoris ſuæ, & quod is prohibitus eſt propinquis ejus. Cæterum quando illa recuſaverit, & non fuerit prohibitio viri, eſt ac ſi non eſſet uxor ejus, & ille licitus eſt propinquis ejus; ſed hoc jam expoſui per comparationem.

ד הממאנת באיש הוא מותר בקרובותיה והיא מותרת בקרוביו ולא פסלה מן הכהונה נתן לה גט הוא אסור בקרובותיה והיא אסורה בקרוביו ופסלה מן הכהונה נתן לה גט והחזירה מיאנה בו ונשאת לאחר ונתארמלה או נתגרשה מותרת לחזור לו מיאנה בו והחזירה נתן לה גט ונשאת לאחר ונתארמלה או נתגרשה אסורה לחזור לו זה הכלל גט אחר מיאון אסורה לחזור לו מיאון אחר גט מותרת לחזור לו :

4. Si illa renuerit virum, ille eſt licitus propinquis ejus, & illa licita eſt propinquis ejus, & non facit eam illegitimam ad ſacerdotium. Si dederit illi divortium, ille prohibitus eſt propinquis ejus, & illa eſt prohibita propinquis ejus, & fecit eam illegitimam ad ſacerdotium. Si dederit illi divortium, & reduxerit eam, ſed illa renuerit eum, & nupſerit alii, & vidua fuerit, aut repudiata fuerit, licita eſt ad redeundum ad eum. Si renuerit illum, & reduxerit illam, & dederit illi divortium, & alii nupſerit, & vidua facta fuerit, aut repudiata fuerit, prohibita eſt ad redeundum ad ipſum. Hæc regula generalis eſt, ſi divortium poſt denegationem datum fuerit, prohibita eſt ad redeundum ad ipſum; ſi denegaverit poſt divortium, licita eſt ad redeundum ad illum.

R. OB. DE BARTENORA. מותרת לחזור לו *Licita eſt ad redeundum ad ipſum*, etſi non reduxerit eam, & nupta fuerit alii mediante divortio, & vidua facta fuerit, prohibita erat primo marito, nihilominus ſi reduxerit eam, & ea renuerit ipſum, fit denegatio ſponſalium, & oſtendit quod minorennis eſt, & divortium fit irritum. Cæterum ſecunda vice quando reduxerit eam, non eſt ac ſi quis reduxerit repudiatam, poſtquam alii nupſerit. זה הכלל *hæc eſt regula generalis*, etſi aliquoties illi dederit divortium, & reduxerit eam, at ea renuerit illum, ſi nupſerit alii mediante divortio, prohibita eſt ad redeundum ad ipſum, & mediante denegatione licita eſt ad redeundum ad illum.

ה הממאנת באיש נשאת לאחר וגירשה לאחר ומיאנה בו .לאחר וגירשה לאחר ומיאנה בו (ס״א) כל שיצאת הימנו בגט

5. Si renuerit virum, & nupſerit alii, & ille repudiaverit eam; ſi dein alii (nupſerit) & renuerit ipſum; & poſtea alii (nupſerit,) & illam repudiaverit; & demum alii nupſerit, & renuerit eum,

אסורה לחזור לו במיאון מותרת לחזור לו :

quæcunque exierit ab eo cum divortio, ea prohibita eſt ad redeundum ad ipſum; ſed denegatione licita eſt ad redeundum ad ipſum.

R. OB. DE BARTENORA. ונשאת לאחר ומאנה בו *Et nupſerit alii, & renuerit illum*, id eſt, poſtquam tertio nupſerit, & renuerit illum. כל שיוצאת הימנו בגט אסורה לחזור לו *quæcunque exierit ab ipſo cum divortio, ei prohibita eſt ad redeundum ad ipſum*, etiamſi ab ultimo marito exierit medio denegationis, divortium tamen ab illo datum non ideo fit irritum.

ו המגרש את האשה והחזירה מותרת ליבם ורבי אליעזר אוסר וכן המגרש את היתומה והחזירה מותרת ליבם ורבי אליעזר אוסר קטנה שהשיאה אביה ונתגרשה כיתומה בחיי האב החזירה דברי הכל אסורה ליבם :

6. Si quis uxorem repudiaverit, & reduxerit eam, licita eſt leviro. R. Elieſer vetat. Sic etiam, ſi quis repudiaverit pupillam, eamque reduxerit, licita eſt leviro. R. Elieſer vetat; minorennis quam deſponderit pater, ſi repudiata fuerit, eſt inſtar pupilli vivente patre; & ſi reduxerit eam, vetita eſt leviro omnium conſenſu.

R. OB. DE BARTENORA.

מותרת ליבם *Licita eſt leviro*, nam non dicimus quod primæ deſponſationes efficiunt ut fratria cedat leviro, & quod actio illa qua eam repudiavit frater ejus, conſtituit eam in prohibitione uxoris fratris ejus, quæ repudiata fratris eſt.

רבי אליעזר אוסר *R. Elieſer vetat*, quia decrevit de illis propter pupillam vivente patre, nam deindè dicimus in Miſna noſtra, quod poſt reditum ejus eſt inſtar repudiatæ, etiam ex ſententia Sapientum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer. כיתומה בחיי האב *ut pupilla vivente patre*, etſi pater adhuc vivat, eſt tamen pupilla reſpectu ſponſalium, quia pater non habet poteſtatem ad recipiendum ſponſalia ejus. ואם החזירה *& ſi reduxerit eam*, quando adhuc parvula erat, prohibita eſt leviro, ſi mortuus fuerit dum ea adhuc erat parvula, quia ſponſalia nullius ſunt momenti, quia poteſtas patris remota eſt ab ipſa, at ipſi non ſit poteſtas, & propterea habeatur repudiata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והחזירה אסורה ליבם *Si reduxerit eam, vetita eſt leviro*, id eſt, ſi eam reduxerit minorennem, & ea adhuc minorenne mortuus fuerit, quia repudium ejus eſt repudium perfectum, & reductio ejus non eſt perfecta. Cæterum ſi eam reduxerit adultam, aut parvulam, & adoleverit apud ipſum, & deindè mortuus fuerit, licita eſt leviro ipſius; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ז שני אחין נשואין לשתי אחיות יתומות (ס"א) קטנות ומת בעלה של אחת מהן תצא משום אחות אשה וכן שתי חרשות גדולה וקטנה מת בעלה של קטנה תצא הקטנה משום אחות אשה מת בעלה של גדולה רבי אליעזר אומר מלמדין את הקטנה שתמאן בו רבן גמליאל אומר אם מיאנה מיאנה ואם לאו תמתין עד שתגדיל ותצא הלוו משום אחות אשה רבי יהושע אומר אי לו על אשתו ואי לו על אשת אחיו מוציא את אשתו בגט ואשת אחיו בחליצה :

7. Si duo fratres duxerint duas ſorores pupillas parvulas, & earum unus maritus mortuus fuerit, exibit pro ſorore uxoris ejus. Sic etiam, ſi duæ fuerint ſurdæ, adulta & parvula, & mortuus fuerit maritus parvulæ, exibit parvula pro ſorore uxoris ejus; ſi mortuus fuerit maritus adultæ, R. Elieſer dicit, docent parvulam ut renuat eum. R. Gamaliel dicit, ſi renuat, renuat, ſin minus, expectabit donec adoleverit, & altera exibit pro fratre uxoris ejus. R. Jehoſchua dicit, væ illi propter uxorem ejus, & væ illi propter uxorem fratris ejus, nam educet uxorem ſuam cum divortio, & uxorem fratris ejus cum diſcalceatione.

R. OB. DE BARTENORA.

תצא משום אחות אשה *Exibit pro uxoris ſorore*, & liberaerit à diſcalceatione, & leviratione. מת בעלה של גדולה *ſi mortuus fuerit maritus adultæ*, & illa ceſſerit marito parvulæ, tum copula conjugalis adultæ quæ eſt de Lege, prohibet illi parvulam, quia conjugium ejus eſt ex conſtitutione Sapientum, eſtque illi pro ſorore illius; quæ vinculo conjugali ipſi juncta eſt; quid ergo facient? מלמדין את הקטנה שתמאן בו *docent parvulam donec renuerit ipſum*, & irrita redduntur ſponſalia, & adultam ducit in uxorem levirationis; deciſio eſt juxta ipſum. Rabban Gamaliel dicit, quod copula conjugii adultæ non prohibet parvulam, nam putat quod conjugii copula non pollet ea poteſtate qua uxorem ejus facere poteſt prohibitam; propterea, ſi renuerit, benè habet, & adultam ducet in levirationis conjugium; ſin minus, expectat parvula donec adoleverit, & deſponſationes ejus fuerint de Lege; deindè vero adulta exibit pro fratre uxoris ejus; ſed adultæ non dabit calceum exuendum, quia parvulam facit illegitimam per illum pro ſorore quæ calceum exuit. אי לו *væ illi*, אי pro אוי *væ*, quia uxorem ope divortii dimittere debet, ſed parvulam non docent ut renuat, nam dicimus quod homo ſibi cavebit à conſilio denegationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt ſecundum R. Elieſerem.

ח מי שהיה נשוי לשתי יתומות קטנות ומת ביאתה או חליצתה של אחת מהם פוטרת צרתה וכן שתי חרשות קטנה וחרשת אין ביאת אחת מהן פוטרת צרתה פקחת וחרשת ביאת הפקחת פוטרת החרשת

8. Si quis duxerit duas pupillas parvulas, & mortuus fuerit, copula maritalis unius aut diſcalceatio unius ex illis liberat æmulam; ſic etiam, ſi duas ſurdas (duxerint.) Si parvulam & ſurdam, copula maritalis unius ex illis non liberat æmulam; ſi audientem & ſurdam, copula maritalis ſurdæ libe-

החרשת ואין ביאת החרשת פוטרת את הפקחת גדולה וקטנה ביאת הגדולה פוטרת את הקטנה ואין ביאת הקטנה פוטרת את הגדולה :

liberat ſurdam, ſed copula maritalis ſurdæ non liberat audientem; ſi adultam & parvulam, copula maritalis adultæ liberat parvulam, ſed copula maritalis parvulæ non liberat adultam.

R. OB. DE BARTENORA.

לשתי יתומות *Duas pupillas*, peregrinas. או חליצתה *aut diſcalceatio illius*, poſtquam adoleverit. וכן שתי חרשות *& ſic, ſi duas ſurdas*, id eſt, quemadmodum copula maritalis unius ex duabus parvulis liberat æmulam ejus; ſic etiam ſe res habet cum duabus ſurdis; ſed de ſurda dici nequit diſcalceatio, quia non eſt apta ad diſcalceandum.

קטנה וחרשת *Si parvulam & ſurdam*, etſi ambæ non deſponſæ fuerint deſponſationibus perfectis, tamen non conſtat nobis quænam ex illis gratior erat illi pro uxore. ביאת הגדולה פוטרת את הקטנה *copula maritalis adultæ liberat parvulam*, nam copula maritalis illius cujus deſponſationes perfectæ ſunt, liberat eam cujus deſponſationes non ſunt perfectæ, ſed non vice verſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamenta quibus hæ Miſnæ innituntur, hæc ſunt, ſi homini alicui plures fuerint uxores, & ſingulæ deſponſæ fuerint deſponſatione perfecta, copula maritalis unius ex illis aut diſcalceatio illius liberat æmulas earum. Cæterum ſi quælibet earum deſponſa fuerit deſponſationibus imperfectis, & defectus deſponſationum earum fuerit omnibus æqualis, exempli gratia, ſi ſingulæ fuerint parvulæ, aut ſingulæ ſurdæ, copula conjugalis unius ex illis liberat æmulas earum, eo quod diſcalceatio fieri non poteſt, quia ſurda non diſcalceat.

וכן שתי חרשות *Et ſic, ſi duas* (duxerit) *ſurdas*, tum etiam copula maritalis unius ex illis liberat æmulam illius. Et hoc eſt quod dicunt in Gemara, quomodo ſe habet id quod dicitur וכן *& ſic?* in copula maritali dicitur, ſin autem una eſſet parvula, & altera ſurda, copula maritalis unius non liberat æmulam ejus, propter differentiam defectus deſponſationum. Et ſi alicui fuerit uxor per deſponſationes perfectas, & aliæ per imperfectas, tum copula maritalis illius quæ deſponſa eſt deſponſationibus perfectis aut diſcalceatio ejus, liberat æmulas earum, & copula maritalis illius cujus deſponſationes imperfectæ erant, non liberant æmulam ejus, cujus deſponſationes erant perfectæ, ſed liberat eam cujus deſponſationes non erant perfectæ, quæ eſt illi ſimilis, quemadmodum exemplo docuimus; & exponetur tibi quod parvula & ſurda non habent deſponſationes perfectas.

ט כי שהיה נשוי לשתי יתומות קטנות ומת בא יבם על הראשונה וחזר ובא על השניה או שבא אחיו על השניה לא פסל את הראשונה וכן שתי חרשות קטנה וחרשת בא יבם על הקטנה וחזר ובא על החרשת או שבא אחיו על החרשת לא פסל את הקטנה בא יבם על החרשת וחזר ובא על הקטנה או שבא אחיו על הקטנה פסל את החרשת :

9. Si quis duxerit duas pupillas parvulas, & mortuus fuerit, & ſi levir ingreſſus fuerit ad unam, & deinde ingreſſus fuerit ad ſecundam; aut frater ingreſſus fuerit ad ſecundam, primam non fecit illegitimam; ſic etiam, ſi duas ſurdas (duxerit.) Aut ſi parvulam & ſurdam, & levir ingreſſus fuerit ad parvulam, & deindè ingreſſus fuerit ad ſurdam, aut frater ejus ad ſurdam ingreſſus fuerit, non fecit illegitimam parvulam. Si levir ejus ingreſſus fuerit ad ſurdam, & deindè ingreſſus fuerit ad parvulam, aut frater ejus ingreſſus fuerit ad parvulam, ſurdam fecit illegitimam.

R. OB. DE BARTENORA.

לא פסל את הראשונה *Non fecit illegitimam primam*, quia copula earum maritalis eſt æqualis, & ſi prima fuerit acquiſitio ejus, ecce uxor ejus eſt, & copula maritalis ultimæ eſt illegitima; & ſi non fuerit acquiſitio ejus per coitum, ambæ apud illum ſunt extraneæ, quia è fratre non fuerunt acquiſitæ; accipiet autem primam quæ non eſt facta illegitima apud ipſum, at non ultimam, quia forſan acquiſitæ erant, poſteaquam vero ingreſſus fuiſſet ad primam, altera ipſi confirmatur cum prohibitione duarum domuum, quas juxta Legem ædificare nequit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Copula maritalis parvulæ illegitimam facit copulam maritalem ſurdæ, eo quod illa eſt illegitima poſt tempus.

י פקחת וחרשת בא יבם על הפקחת וחזר ובא על החרשת או שבא אחיו על החרשת לא פסל את הפקחת בא יבם על החרשת וחזר ובא על הפקחת או שבא אחיו על הפקחת פסל את החרשת :

10. Audientem & ſurdam (ſi duxerit,) & ingreſſus fuerit levir ad audientem, & deindè ingreſſus fuerit ad ſurdam, aut frater ingreſſus fuerit ad ſurdam, audientem non fecit illegitimam; ſi levir ingreſſus fuerit ad ſurdam & deindè ingreſſus fuerit ad audientem, aut frater ejus ingreſſus fuerit ad audientem, ſurdam fecit illegitimam.

R. OB. DE BARTENORA.

פסל את החרשת *Illegitimam fecit ſurdam*, quia parvula forſan tota acquiſita eſt, & acquiſitio ſurdæ imperfecta eſt, & ſubjicitur prohibitioni duarum domuum, quemadmodum in Gemara concludunt, quod de parvula dubium eſt an tota acquiratur, quia legitima eſt cum coitu poſt tempus, an vero non tota acquiratur; ſurda autem ex parte acquiritur, ſed non acquiritur perfectè; nihilominus tamen, ſi coiverit cum ſurda poſtquam coiverit cum parvula, non fecit illegitimam quocunque modo id factum fuerit; nam ſi parvula perfectè acquiratur, jam acquiſivit eam, & coitus ſurdæ poſtea eſt fruſtra. Verum ſi non acquiratur perfectè, etiam frater ejus non acquiſivit eam, ſed extranea eſt apud ipſum. Si tamen primo coiverit cum ſurda, & deindè cum parvula, ſurdam fecit illegitimam, nam fieri poteſt ut acquiſitio parvulæ ſit acquiſitio per-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Res clara eſt quod ingreſſus ad audientem acquirit plus quam ingreſſus ad ſurdam, quia deſponſationes audientis perfectiores ſunt.

perfecta, & illegitimam fecerit acquiſitionem ſurdæ, quæ eſt acquiſitio imperfecta. In aliquibus vero exemplaribus legitur, אבל בא על הקטנה וחזר ובא על החרשת *ſi coiverit cum parvula, & deindè coiverit cum ſurda, illegitimam fecit ſurdam*, nam ſolliciti ſumus de ea, propterea, ne ſi coiverit cum ſurda, deindè coeat cum parvula.

אי גדולה וקטנה בא יבם על הגדולה וחזר ובא על הקטנה או שבא אחיו על הקטנה לא פסל את הגדולה בא יבם על הקטנה וחזר ובא על הגדולה או שבא אחיו על הגדולה פסל את הקטנה רבי אלעזר אומר מלמדין הקטנה שתמאן בו :

11. Si magnam & parvam, (duxerit) & levir ingreſſus fuerit ad magnam, & deinde ingreſſus fuerit ad parvam, aut frater ejus ingreſſus fuerit ad parvam, magnam non fecit illegitimam. Si levir ingreſſus fuerit ad parvam, & deindè ingreſſus fuerit ad magnam; aut ſi frater ejus ingreſſus fuerit ad magnam, parvam fecit illegitimam. R. Eleaſar dicit, docent parvam ut renuat ipſum.

R. OB. DE BARTENORA. רבי אלעזר אומר מלמדין הקטנה שתמאן בו *R. Eleaſar dicit, docent parvam ut renuat ipſum*, ſemper docere ſolent minorennem ut renuat; deciſio eſt juxta R. Eleaſar.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum R. Eleaſar.

יב יבם קטן שבא על יבמה קטנה יגדלו זה עם זה בא על יבמה גדולה תגדלנו היבמה שאמרה בתוך שלשים יום לא נבעלתי כופין אותו שיחלוץ לה לאחר שלשים יום מבקשים הימנו שיחלוץ לה ובזמן שהוא מודה אפילו לאחר שנים עשר חדש כופין אותו שיחלוץ לה :

12. Si levir minorennis ingreſſus fuerit ad fratriam minorennem, inter ſe adoleſcent; ſi ingreſſus fuerit ad fratriam adultam, illa educabit ipſum. Si fratria dixerit, intra triginta dies nondum coivit mecum, cogunt eum ut calceum illi det exuendum; ſi poſt triginta dies, petunt ab ipſo ut illi det calceum exuendum. Et quando ille confeſſus fuerit, etiamſi poſt duodecim menſes, cogunt eum ut illi det calceum exuendum.

R. OB. DE BARTENORA.

יגדלו זה עם זה *Adoleſcent inter ſe*, & non poterit illi divortium dare, niſi donec adoleverit, quia divortium minorennis non eſt divortium. היבמה שאמרה בתוך שלשים יום *ſi fratria dixerit, intra triginta dies*, quando eam duxerit levir, לא נבעלתי *non coivit mecum*, & levir dixerit, quod coiverit cum ea, & idcirco divortium illi ſufficit.

כופין אותו שיחלוץ לה *Cogunt eum ut det illi calceum exuendum*, nam illi fidem habemus, quod homo triginta dies ſe continere poteſt ſine coitu. Sed poſt triginta dies viro fidem habemus, eo quod ulterius non deſinet à coitu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dicitur כופין אותו שיחלוץ לה *cogunt eum ut calceum det illi exuendum*, intelligendum eſt ſi repudiaverit eam cum divortio, verum non ſcripſerit illi divortium, tum licet illi coire cum ea eo modo quo homines coeunt cum uxoribus ſuis; aut ſcribet illi divortium, & calceum dabit exuendum. Cæterum ſi illa dixerit, *coivit mecum*, & ille dixerit, *non coivi cum ea*, verborum illius non habetur ratio, neque diſcalceatione opus eſt.

Nihilominus tamen illa prohibita eſt, & diſcalceare tenetur; & petunt à leviro ut calceum det exuendum, ſed non cogunt eum, quandoquidem dixit quod coivit cum ea. Cæterum quod dicit, cogunt eum ad calceum dandum exuendum intra triginta dies, & non petunt ab ipſo, neque eum cogunt ut levirationem contrahat, ejus ratio petitur è Gemara, nimirum, ſi divortium è manu illius exierit, hæc intelligenda eſſe, nam quandoquidem illi divortium dedit exuendum quod illi vinculo conjugii juncta erat, fecit eam illegitimam pro ſe ipſo; nihilominus tenetur calceum dare exuendum, ut aliis licita fiat fratria. Verum ſi illa dixerit, *coivit mecum*, & ille dixerit, *non coivi cum illa*, ejus ſcil. leviri verborum non habetur ratio, neque tenetur ad diſcalceationem.

יג הנודרת הנאה מיבמה בחיי בעלה כופין אותו שיחלוץ לה לאחר מיתת בעלה מבקשין הימנו שיחלוץ לה ואם נהכוונה לכך אפילו בחיי בעלה מבקשין הימנו שיחלוץ לה :

13. Si quæ votum fecerit ſe nullam utilitatem è leviro ſuo capturam vivente marito, cogunt eum ut illi calceum det exuendum; ſi poſt mortem mariti ejus, petunt ab ipſo ut illi det calceum exuendum; & ſi illa hoc intenderit, etſi adhuc vivat maritus illius, petunt ab ipſo ut illi det calceum exuendum.

R. OB. DE BARTENORA.

הנודרת הנאה מיבמה בחיי בעלה *Si quæ votum fecerit ſe nullam utilitatem capturam è leviro vivente marito ejus*, cogunt maritum illius ut calceum illi det exuendum, quia illa non cogitaverit maritum moriturum, ſeque levirationem contracturam, ideoque dotem capiet matrimonialem; ſed ſi poſt mortem mariti id fecerit, rebellis habetur, & fundamentum nobis eſt quod libellum rebellionis ſcribunt ſuper fratria expectante levirum; & petunt ab ipſo ut illi det calceum exuendum, & dotem quoque matrimonialem, ſi voluerit. Cæterum ſi noluerit illi calceum dare exuendum, & illa rebellaverit, & dotem ſuam matrimonialem perdere voluerit, cogunt eum ut calceum illi det exuendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ubicunque dictum fuerit כופין אותו *cogunt eum*, intelligendum eſt quod illa capiet dotem ſuam matrimonialem; eſt enim unum è fundamentis veriſſimis, quod contractum rebellionis ſcribunt ſuper fratria, & ſi rebellaverit & quæſiverit diſcalceationem, exibit ſine dote matrimoniali juxta acta uſitata in omnibus domibus judiciorum Iſraëlis. Et juxta hoc fundamentum judicandum eſt in omnibus cauſis inter levirum & fratriam; nihilominus tamen cogunt eum quando illa rebellaverit. Et quod hic dicit מבקשין *petunt*, eum in finem dicit, ut illa capiat dotem ſuam matrimonialem, quod ſi annuerit, benè habet, ſin minus, cogunt eum ut calceum det exuendum, & illa exeat ſine dote matrimoniali, uti expoſuimus.

פרק יד חרש שנשא פקחת ופקח שנשא חרשת אם רצה יוציא ואם רצה יקיים כשם שהוא כונס ברמיזה כך הוא מוציא ברמיזה פקח שנשא פקחת ונתחרשה אם רצה יוציא ואם (ס״א) רצה יקיים נשתטית לא יוציא נתחרש הוא או נשתטה אינו מוציאה עולמית אמר רבי יוחנן בן נורי מפני מה האשה שנתחרשה יוצאה והאיש שנתחרש אינו מוציא אמרו לו אינו דומה האיש המגרש לאשה המתגרשת שהאשה יוצאה לרצונה ושלא לרצונה והאיש אינו מוציא אלא לרצונו:

Caput 14. Si ſurdus duxerit audientem, & audiens duxerit ſurdam, ſi voluerit educere, educat, vel ſi voluerit, retineat; quemadmodum ducit nutu, ſic etiam educit nutu. Si audiens duxerit audientem quæ facta fuerit ſurda, ſi voluerit, educat, vel ſi voluerit, retineat; at ſi facta fuerit ſtulta, non educet; ſi ille factus fuerit ſurdus, aut ſtultus, nunquam educet illam. Dixit R. Jochanan filius Nury, quamobrem uxor quæ facta fuerit ſurda, exit, & vir qui ſurdus factus fuerit, non educet? Reſponderunt illi, vir qui repudiat non eſt ſimilis uxori repudiatæ, quia uxor exit nolens volens, vir autem non niſi volens educit.

R. OB. DE BARTENORA.

כשם שכונס ברמיזה *Quemadmodum ducit nutu*, nempe, ut in ſponſalibus, ſic etiam in divortiis; eodemque modo audiens ſurdam nutu ducit, nam annuit illi donec arriſerit ipſi, & nutu etiam repudiat eam ſi voluerit. ונתחרשה *& ſurda facta fuerit*, etſi ſponſalia perfecta fuerint, quia tum audiens erat, ſi repudiare eam velit, repudiato, quia voluntas ſive conſenſus fœminæ non eſt neceſſarius.

נשתטית לא יוציא *Si facta fuerit ſtulta, non dimittet*, etſi divortium ſuum cuſtodire novit, tamen repudiata eſt de Lege, ideo decreverunt Sapientes ne repudiaret eam, ne fiat ſcortum publicum. נתחרש הוא *ſi ille factus fuerit ſurdus*, poſtquam dederit illi ſponſalia, quia ſponſalia ejus erant perfecta, ideo nunquam eam repudiabit, quoniam divortium, quod non eſt perfectum, non reddit irrita ſponſalia perfecta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נשתטית לא יוציא *Si facta fuerit ſtulta, non educet*, etiamſi ſciat cuſtodire divortium ſuum; ratio hujus eſt, quia illa ob exiguam cognitionem ſe communem facit ad ſcortandum, ideo repudiabit eam ne peccet. Cæterum omnes hæ Miſnæ innixæ ſunt huic fundamento, nimirum, quando deſponſationes fuerint perfectæ, & divortium non fuerit perfectum, idcirco non retinebit eam; ſed deciſio eſt, quod nunquam repudiabit eam. R. Jochanan filius Nury putat, quod non eſt differentia inter fœminam ſurdam factam & inter virum ſurdum factum; propterea rogavit de differentia quam Sapientes poſuerunt inter virum & fœminam, quia hanc rationem ipſi dederunt; deciſio non eſt juxta R. Jochanan filium Nury.

ב העיד רבי יוחנן בן גודגדא על החרשת שהשיאה אביה שהיא יוצאה בגט אמרו לו אף זו כיוצא בה:

2. Teſtatus eſt R. Jochanan filius Gudgadæ ſuper ſurda quam elocaverat pater ejus, quod illa exeat cum divortio; dixerunt illi, etiam hæc ſimilis eſt illi.

R. OB. DE BARTENORA.

שהשיאה אביה *Quam deſponſaverit pater ejus*, quando adhuc minorennis eſt, & receperit ſponſalia ejus quæ erant ſponſalia perfecta, etiamſi eſſet ſurda; quia deſponſa eſt voluntate patris, & non voluntate ſua, ideoque exit cum divortio etiam poſtquam adoleverit, & irrita facta fuerit poteſtas quam pater habet in eam, tamen accipit divortium ſuum. אף זו *etiam hæc*, audiens nimirum quæ facta fuerit ſurda ſimilis eſt illi ſurdæ quam elocavit pater.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt, etiam is qui duxerit audientem, quæ deindè facta fuerit ſurda, ſimilis eſt illi, nam, quemadmodum deſponſationes audientis ſunt deſponſationes perfectæ, ſic etiam ſi pater deſponſaverit filiam ſuam ſurdam, deſponſationes perfectæ ſunt, etſi ſurda fuerit, eo quod deſponſa eſt volente patre, & non volente ſe ipſa. Et quemadmodum hæc exit cum divortio, ſic etiam illa exit cum divortio; & hoc veriſſimum eſt.

ג שני אחים חרשים נשואים לשתי אחיות חרשות או לשתי אחיות פקחות או לשתי אחיות אחת חרשת ואחת פקחת או שתי אחיות חרשות נשואות לשני אחים פקחים או לשני אחין חרשין או לשני אחין אחד חרש ואחד פקח הרי אלו פטורות מן החליצה ומן היבום ואם היו נכריות יכנסו ואם רצו להוציא יוציאו:

3. Si duo fratres ſurdi duxerint duas ſorores ſurdas; aut duas ſorores audientes, aut duas ſorores, unam ſurdam, & alteram audientem, aut duas ſorores ſurdas nuptas duobus fratribus audientibus, aut duobus fratribus ſurdis, aut duobus fratribus, uni ſurdo, alteri audienti, ecce hæ liberæ ſunt à diſcalceatione, & à leviratione; at ſi extraneæ fuerint, ducent eas, & dimittent ſi voluerint.

R. OB. DE BARTENORA. הרי אלו פטורות *Ecce hæ liberæ ſunt*, nam quandoquidem ambo ſurdi ſunt, aut ambæ ſurdæ, ſponſalia utriuſque ſunt eadem, & uxoris ejus ſponſalia, etſi imperfecta ſint, irritam reddunt copulam conjugalem fratris, quia non eſt copula conjugalis perfecta. יכנסו *ducant*, quia ſurdus & ſurda non tenentur ad diſcalceatiónem, quia non loquuntur, ideoque non tenentur ad id quod dicitur Deut. 25,9. ואמרה *& dicet*; verum ſi deindè repudiare velint, repudient cum divortio, quia divortium reddit deſponſationes irritas, ut & copulam conjugalem fratris quæ facta eſt nutu.

ד שני אחים אחד חרש ואחד פקח נשואים לשתי אחיות פקחות מת חרש בעל הפקחת מה יעשה

4. Si duo fratres, ſurdus unus & alter audiens, duxerint duas ſorores audientes, & mortuus fuerit ſurdus maritus audientis, quid faciet maritus audiens

יעשה פקח בעל הפקחת תצא משום אחות אשה מת פקח בעל הפקחת מה יעשה חרש בעל פקחת מוציא אשתו בגט ואשת אחיו אסורה לעולם שני אחים פקחים נשואים לשתי אחיות אחת הרשת ואחת פקחת מת פקח בעל הרשת מה יעשה פקח בעל פקחת תצא משום אחות אשה מת פקח בעל פקחת מה יעשה פקח בעל החרשת מוציא את אשתו בגט ואת אשת אחיו בחליצה שני אחים אחד חרש ואחד פקח נשואים לשתי אחיות אחת חרשת ואהת פקחת מת הרש בעל הרשת מה יעשה פקח בעל פקחת תצא משום אחות אשה מת פקח בעל פקחת מה יעשה חרש בעל חרשת מוציא אשתו בגט ואשת אחיו אסורה לעולם שני אחים אחד חרש ואחד פקח נשואים לשתי נכריות פקחות מת חרש בעל פקחת מה יעשה פקח בעל פקחת או חולץ או מיבם מת פקח בעל פקחת מה יעשה חרש בעל פקחת כונס ואינו מוציא לעולם שני אחים פקחים נשואים לשתי נכריות אחת פקחת ואחת חרשת מת פקח בעל חרשת מה יעשה פקח בעל פקחת כונס ואם רצה להוציא יוציא מת פקח בעל הפקחת מה יעשה פקח בעל חרשת או חולץ או מיבם שני אחים אחד חרש ואחד פקח נשואים לשתי נכריות אחת חרשת ואחת פקחת מת חרש בעל חרשת מה יעשה פקח בעל פקחת כונס ואם רצה להוציא יוציא מת פקח בעל פקחת מה יעשה חרש בעל הרשת כונס ואינו מוציא לעולם:

diens audientis (ſororis?) exibit pro ſorore uxoris ſuæ. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet ſurdus maritus audientis? dimittet uxorem ſuam cum divortio, & uxor fratris prohibita eſt in perpetuum. Si duo fratres audientes duxerint duas ſorores, unam ſurdam & alteram audientem, & mortuus fuerit maritus audiens ſurdæ, quid faciet maritus audiens audientis? exibit pro ſorore uxoris. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet audiens maritus ſurdæ? educet uxorem ſuam cum divortio, & uxorem fratris ſui cum diſcalceatione. Si duo fratres, unus ſurdus & alter audiens, duxerint duas ſorores, unam ſurdam, & alteram audientem, & mortuus fuerit ſurdus maritus ſurdæ, quid faciet audiens maritus audientis? exibit pro ſorore uxoris ſuæ. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet ſurdus maritus ſurdæ? dimittet uxorem ſuam cum divortio, & uxor fratris ſui erit prohibita in perpetuum. Si duo fratres, unus ſurdus & alter audiens, duxerint duas extraneas audientes, & mortuus fuerit ſurdus maritus audientis, quid faciet audiens maritus audientis? aut calceum dabit exuendum, aut levirationem contrahet. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet ſurdus maritus ſurdæ? ducet eam, & nunquam repudiabit eam. Si duo fratres audientes duxerint duas extraneas, unam audientem, & alteram ſurdam, & mortuus fuerit audiens maritus ſurdæ, quid faciet maritus audiens audientis? ducet eam, & ſi eam repudiare velit, repudiato eam. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet audiens maritus ſurdæ? aut dabit calceum exuendum, aut levirationem contrahet. Si duo fratres, unus ſurdus, & alter audiens, duxerint duas extraneas, unam ſurdam & alteram audientem, & mortuus fuerit ſurdus maritus ſurdæ, quid faciet audiens maritus audientis? ducet eam, & ſi repudiare eam velit, repudiato eam. Si mortuus fuerit audiens maritus audientis, quid faciet ſurdus maritus ſurdæ? ducet eam, & nunquam repudiabit eam.

R. OB. DE BARTENORA.

מוציא את אשתו בגט *Dimittit uxorem ſuam cum divortio*, quia copula conjugalis ſororis ſuæ vi ſponſalium perfectorum eam reddit prohibitam pro illo, & ſponſalia ejus non poſſunt propulſare fratriam propter uxoris ſuæ ſororem.

ואשת אחיו אסורה לעולם *Et uxor fratris ſui prohibita eſt in perpetuum*, quia ſurdus nequit calceum dare exuendum, neque eam ducere poteſt, quia uxoris ſoror eſt. כונס ואינו מוציא לעולם *ducit, ſed non dimittit in perpetuum*, quia vi divortii non poteſt irritum reddere conjugium levirationis fratris ſui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamenta quibus omnium harum Miſnarum ſenſus exponitur, tria ſunt, quorum primum eſt, quod ſurdus & ſurda levirationem contrahunt, ſed non dant calceum exuendum neque diſcalceant. Secundum eſt, quòd ſurdus, qui duxerit fratriam, nunquam repudiare eam poteſt, quia deſponſationes perfectæ ſunt, quandoquidem ille idoneus eſt ad contrahendum levirationem, uti diximus. Divortium vero illius imperfectum eſt, quia ſurdus eſt; & noſti etiam quod deſponſationes ſurdi & ſurdæ imperfectæ ſunt, eodemque modo divortium ſurdi eſt imperfectum. Tertium fundamentum eſt, quod ſi alicui fuerit uxor, & in deſponſationibus ejus fuerit defectus, ut, ſi ſurda fuerit, & fratria ejus ceſſerit illi ad contrahendum levirationem, tum jus dicit in hoc caſu, quod uxor ejus illi prohibita eſt, & fratria ejus, quia duæ ſorores ſunt quæ conjunguntur acquiſitione illius, eo quod deſponſationes uxoris ſuæ non ſunt perfectæ; nam ſi perfectæ eſſent, ſoror ejus exiret propter ſororem uxoris ſuæ. Propterea educet uxorem ſuam cum divortio, & uxorem fratris ſui cum diſcalceatione. Verum ſi diſcalceatio illi fuerit inepta, ut, ſi fuerit ſurdus, uxor fratris ſui vetita erit in perpetuum.

פרק טו האשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים שלום בינו לבינה ושלום בעולם ובאתה ואמרה מת בעלי תנשא מת בעלי התיבם שלום

Caput 15. Uxor quæ una cum marito ſuo profecta fuerit ad civitatem tranſmaritimam, quando inter illum & illam fuerit pax, & pax in mundo, ſi venerit illa & dixerit, mortuus eſt maritus meus, nubet;

שלום בינו לבינה ומלחמה בעולם קטטה בינו לבינה ושלום בעולם ובאתה ואמרה מת בעלי אינה נאמנת רבי יהודה אומר לעולם אינה נאמנת אלא אם כן באתה בוכה ובגדיה קרועין אמרו לו אחת זו ואחת זו תנשא :

nubet; (ſi dixerit) mortuus eſt maritus meus, levirationem contrahet; ſi fuerit pax inter ipſum & ipſam, & bellum in mundo, vel contentio inter illum & illam, & pax in mundo, & venerit ac dixerit, mortuus eſt maritus meus, non eſt fide digna. R. Jehuda dicit, nunquam fide digna eſt, niſi venerit & ploraverit, & veſtes laceraverit; dixerunt ei, tam una quam altera nubet.

R. OB. DE BARTENORA.

שלום בינו לבינה *Quando fuerit pax inter ipſum & ipſam*, nam ſi contentio ſit inter illum & illam, forſan propter odium ſe prohibitam illi reddere velit. ושלום בעולם *& pax in mundo*; nam ſi tempus belli fuerit, dicere poſſumus, quod, quemadmodum per aliquod tempus moratus eſt, & non redierit, certum eſt eum occidiſſe latrones; aut quod viderit eum in bello vulneratum, & intellexerit quod brevi tempore certo morietur. Sed quando pax fuerit in mundo, niſi viderit quod certo mortuus eſt, timendum eſt de damno ejus, ne poſtea quam uxor nupſerit, redeat è bello. אמרו לו *dixerunt illi*, ita dixerunt R. Jehudæ, an audiens nubet, & ſtulta non nubet? una & altera nubet; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando bellum fuerit in mundo, timendum eſt ne forſan vulneratus ſit, & quando viderit quod certa mors adeſt, & non eſſe remedium ad ſanandum vulnus. Sic etiam, quando contentio fuerit inter ipſum & ipſam, quia eum odio habet, pronunciat eum mortuum, etſi fuerit remedium ad vivendum, propterea non eſt fide digna; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ב בית הלל אומרים לא שמענו אלא בבאה מן הקציר ובאותה מדינה וכמעשה שהיה אמרו להן בית שמאי אחת הבאה מן הקציר ואחת הבאה מן הזיתים ואחת הבאה מן הבציר ואחת הבאה ממדינה למדינה לא דברו חכמים בקציר אלא בהווה חזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי :

2. Schola Hillelis dicit, non audimus niſi eam quæ venerit è meſſe, & in eadem provincia, & quemadmodum res contigit. Dixit illi Schola Schamai, idem eſt ſive venerit è meſſe, ſive venerit ex olivis, ſive venerit è vindemia, ſive venerit è civitate ad civitatem; ſed non locuti ſunt Sapientes de meſſe niſi quatenus ita res facta eſt. Docuerunt iterum Hilleliani ut Schamæani.

R. OB. DE BARTENORA. בבאה מן הקציר *Venientem è meſſe*, uti factum eſt exempli gratia, ſi exiverint homines nonnulli meſſum triticum, & unus ex illis ab angue morſus fuerit, & mortuus fuerit, & uxor venerit & indicaverit illud domui judicii, quæ illud verum deprehenderit; Sapientes non permiſerunt illud niſi fama venerit è locis propinquis; verum de urbe tranſmarina non eſt fide digna. אלא בהווה *niſi ita acciderit*, eo quod caſus ita accidit; idem judicium in aliis locis obtinet.

ג בית שמאי אומרים תנשא ותטול כתובתה בית הלל אומרים תנשא ולא תטול כתובתה אמרו להן בית שמאי התרתם ערוה חמורה לא תתירו את (ס'א) ממון הקל אמרו להן בית הלל מצינו שאין האחים נכנסים לנחלה על פיה אמרו להם בית שמאי והלא מספר כתובתה נלמוד שהוא כותב לה שאם תנשאי לאחר תטלי מה שכתוב ליכי וחזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי :

3. Schola Schamai dicit, nubet & dotem ſuam matrimonialem accipiet. Schola Hillelis dicit, nubet & non accipiet dotem ſuam matrimonialem. Dixit illis Schola Schamai, permiſiſtis inceſtum gravem, & non permittetis bona levia? Reſpondit illi Schola Hillelis, invenimus quod fratres non adeunt hæreditatem dicto ejus. Dixit illi Schola Schamai, nonne è libello contractus matrimonialis diſcimus? nam ille ſcribit illi, ut, ſi nupſerit alii, accipiat id quod ſcripſerit illi. Docuit iterum Schola Hillelis juxta verba Scholæ Schamai.

R. OB. DE BARTENORA.

שאין אחים נכנסים לנחלה *Nam fratres non adeunt hæreditatem*, mariti dicto uxoris, quia ſcriptum eſt. Deut. 17, 6. על פי שנים עדים Sed in deſponſationibus illius indulſerunt Sapientes propter detentionem. מספר כתובתה *è libello contractus matrimonialis*, ex exemplari libelli contractuum matrimonialium, dicente, quando nupſeris alii, recipies id quod tibi ſcriptum fuerit; at illa jam nupſit, ergo recipiet dotem ſuam matrimonialem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum hoc eſt, nam ille dedit illi poteſtatem, ut quando nupſerit, accipiat dotem ſuam matrimonialem; nam una è conditionibus contractus matrimonialis dicit, quando nupſeris alii, recipies id quod tibi ſcriptum eſt.

ד הכל נאמנין להעידה חוץ מחמותה ובת חמותה וצרתה ויבמתה ובת בעלה מה בין גט למיתה שהכתב מוכיח עד אומר מת ונשאת ובא אחר ואמר לא מת הרי זו לא תצא עד אומר

4. Omnes fide digni ſunt ad teſtandum de illa, excepta ſocru illius, & filia ſocrus illius, & æmula illius, & fratria illius, & filia mariti ejus. Quæ differentia eſt inter divortium & mortem? quam Scriptura demonſtrat. Si teſtis dixerit, mortuus eſt, & nupſerit, & alius venerit, & dixerit, non

מת ושנים אומרים לא מת אף על פי שנשאת תצא שנים אומרים מת ועד אומר לא מת אף על פי שלא נשאת תנשא :

mortuus eſt, hæc non exibit. Si teſtis dixerit, mortuus eſt, & duo dixerint, non mortuus eſt, etſi hæc nupta fuerit, exibit. Si duo dixerint, mortuus eſt, & teſtis dixerit, non mortuus eſt, etſi non nupta fuerit, nubet.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מחמותה וגו' *Excepta ſocru ejus &c.* omnium ratio eſt quod inimicæ ſunt, & illam malo afficere conantur; ſocrus igitur inimica illius eſt, quæ dicit ſecum, hæc comedet omnem meum laborem. בת חמותה *filia ſocrus ejus*, dicens, hæc adiet hæreditatem totius operæ patris mei & matris meæ. יבמתה *fratria ejus*, metuens ne tandem fiat æmula ipſius. ובת בעלה *& filia mariti ejus*, dicens, hæc veniet loco patris & matris meæ, & comedet omnem laborem ejus.

מה בין גט למיתה *Quæ differentia inter divortium & mortem ejus*, dicimus enim quod uxores etiam quæ non ſunt fide dignæ ad dicendum quod maritus ejus mortuus eſt, fide dignæ ſunt ad divortium adducendum. שהכתב מוכיח *nam ſcriptura demonſtrat*, nam præcipuum fundamentum ponimus in divortio, etſi neceſſe ſit ut dicant, coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt. עד אומר מת ונשאת *ſi teſtis dixerit, mortuus eſt*, & illa nupſerit, non tantum quando nupſerit, hoc intelligendum eſt, ſed quando permiſerunt ut nubat, etſi non nupta fuerit, & deindè venerit teſtis, & dixerit, non mortuus eſt, non exibit è prima permiſſione. עד אומר מת ושנים אומרים לא מת *ſi teſtis dixerit, mortuus eſt, & duo dixerint non mortuus eſt*, ut, ſi illegitimi fuerint ad teſtandum; ideo docet nos, quod, quandoquidem unus teſtis fide dignus eſt, hic non obtinet lex teſtandi, & quemadmodum ſe habet caſus teſtis unius, ſic etiam ſe habet caſus eorum qui ad teſtandum illegitimi ſunt, & ita quoque ſequimur numerum majorem in iis qui ad teſtandum illegitimi ſunt, tam ad aggravandum quam ad indulgendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæ uxores quarum hic fit mentio, in ſuſpicionem inimicitiæ adductæ ſunt, nam fieri poteſt ut ſeduxerint eam donec nupſerit, & exierit ab uno ad alterum, & filii ejus fuerint ſpurii. Verum ſi una ex illis quas memoravimus, adduxerit illi divortium, & dixerit, coram me ſcriptum eſt & coram me ſignatum eſt, fide digna eſt, & non adducta eſt in ſuſpicionem mendacii, quia ſcriptura rem demonſtrat. Et quamvis divortium non confirmatum ſit niſi dicto ejus, nihilominus non impedimus illam ne nubat, donec ſemel ſcripturam falſam ſuppoſuerit.

עד אחד אומר מת ושנים אומרים לא מת *Si teſtis dixerit, mortuus eſt, & duo dixerint, non mortuus eſt*, etſi primus teſtis fuerit illegitimus, aut mulier, & duo etiam fuerint indecentes, aut duæ mulieres.

ח אחת אומרת מת ואחת אומרת לא מת זו שאומרת מת תנשא ותטול כתובתה וזו שאומרת לא מת לא תנשא ולא תטול כתובתה אחת אומרת מת ואחת אומרת נהרג רבי מאיר אומר הואיל ומכחישות זו את זו הרי אלו לא ינשאו רבי יהודה ורבי שמעון אומרים הואיל וזו וזו מודות שאין קיים ינשאו עד אומר מת ועד אומר לא מת אשה אומרת מת ואשה אומרת לא מת הרי זו לא תנשא :

5. Si una dixerit, mortuus eſt, & altera dixerit, non mortuus eſt, hæc quæ dixerit, mortuus eſt, nubet & accipiet dotem ſuam matrimonialem; illa vero quæ dixerit, non mortuus eſt, non nubet neque dotem ſuam matrimonialem accipiet. Si una dixerit, mortuus eſt, & altera dixerit, occiſus eſt, R. Meyr dicit, quandoquidem una alteri mentita eſt, ecce hæ non nubent. R. Jehuda & R. Schimeon dicunt, quandoquidem una atque altera conveniunt in eo quod non vivit, nubent. Si teſtis dixerit, mortuus eſt, & alter dixerit, non mortuus eſt; ſi una mulier dixerit, mortuus eſt, & altera mulier dixerit, non mortuus eſt, non nubet.

R. OB. DE BARTENORA. אחת אומרת מת ואחת אומרת לא מת *Si una dixerit, mortuus eſt, & altera dixerit, non mortuus eſt*; ſi duæ æmulæ venerint ab una urbe tranſmaritima, & una dixerit, mortuus eſt maritus meus, altera vero dixerit, non mortuus eſt; R. Meyr dicit quod non nubent; ſed deciſio non eſt juxta ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio non eſt ſecundum R. Meyri ſententiam.

ו האשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים ובאה ואמרה מת בעלי תנשא ותטול כתובתה וצרתה אסורה היתה בת ישראל לכהן תאכל בתרומה דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר אין זו דרך מוציאתה מידי עבירה עד שתהא אסורה לינשא ואסורה מלאכול בתרומה :

6. Uxor & maritus ſi profecti fuerint ad urbem tranſmaritimam, & illa venerit & dixerit, mortuus eſt maritus meus, nubet & dotem ſuam matrimonialem accipiet; & æmula ejus prohibita eſt. Si fuerit filia Iſraëlitæ nupta ſacerdoti, comedet de oblatione prima, ſunt verba R. Tarphonis. R. Akiba dicit, hoc modo non liberabit ſe à peccato, donec prohibita fuerit ad nubendum, & prohibita ad comedendum oblationem primam.

R. OB. DE BARTENORA. היתה בת ישראל לכהן *Si fuerit filia Iſraëlita cum ſacerdote*, ſi æmula ejus fuerit filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta. תאכל בתרומה *comedet de oblatione prima*, ea conditione quod maritus vivit, non habetur ratio teſtimonii æmulæ ejus, nam quia non eſt fide digna ad efficiendum ut illa nubat, etiam non eſt fide digna ad efficiendum ut illegitima fiat; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Tarphonis.

ז אמרה מת בעלי ואחר כך מת חמי תנשא ותטול

7. Si dixerit, mortuus eſt maritus meus, & dein-

ותטול כתובתה וחמותה אסורה היתה בת ישראל לכהן תאכל בתרומה דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר אין זו דרך מוציאתה מידי עבירה עד שתהא אסורה לינשא ואסורה לאכול בתרומה קידש אחת מחמש נשים ואינו יודע איזו קידש כל אחת אומרת אותי קידש נותן גט לכל אחת ואחת ומניח כתובה ביניהן ומסתלק דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר אין זו דרך מוציאתו מידי עבירה עד שיתן גט וכתובה לכל אחת ואחת גזל אחד מחמשה ואין יודע מאיזה גזל כל אחד אומר אותי גזל מניח גזילה ביניהן ומסתלק דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר אין זו דרך מוציאתו מידי עבירה עד שישלם גזילה לכל אחד ואחד :

deinde mortuus eſt ſocer meus, nubet, & dotem ſuam matrimonialem accipiet, & ſocrus ejus prohibita eſt. Si fuerit filia Iſraëlita nupta ſacerdoti, comedet de oblatione prima, ſunt verba R. Tarphonis. R. Akiba dicit, hoc modo non liberabit ſe à peccato, donec prohibita fuerit ad nubendum, & prohibita ad comedendum de oblatione prima. Si quis ſponſalia dederit uni è quinque mulieribus, & neſciverit cuinam dederit ſponſalia, & unaquæque dixerit, mihi dedit ſponſalia, divortium dabit unicuique, & deponet dotem matrimonialem inter eas, & ſubmovebit ſe, ſunt verba R. Tarphonis. R. Akiba dicit, hoc modo ſe non liberabit à peccato, donec dederit divortium, & dotem matrimonialem unicuique. Si rapuerit uni è quinque, & neſciverit cui quid rapuerit, & unaquæque dixerit, mihi rapuit, deponet raptum inter illas, & ſubmovebit ſe, ſunt verba R. Tarphonis. R. Akiba dicit, hoc modo non liberabit ſe à peccato, donec reſtituerit raptum unicuique.

R. OB. DE BARTENORA. אמרה מת בעלי *Si dixerit, mortuus eſt maritus meus*, quia nurus nequit teſtari pro ſocru ejus, & quamvis primo dixerit, mortuus eſt maritus meus, nam tum non eſt nurus, ſed extranea ejus, nihilominus non eſt fide digna. תאכל בתרומה *comedet de oblatione prima*, in hoc deciſio eſt ſecundum R. Tarphonem. Sed in cauſa quinque mulierum quarum uni ſponſalia dederit, & neſciverit cuinam dederit, ita etiam, ſi rapuerit aliquid ab una è quinque, & neſciverit cuinam earum rapuerit, in duabus cauſis deciſio eſt ſecundum R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Akibæ.

ח האשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים ובנה עמהם ובאה ואמרה מת בעלי (ס״א) ואחר כך מת בני נאמנת מת בני ואחר כך מת בעלי אינה נאמנת וחוששים לדבריה וחולצת ולא מתיבמת :

8. Si uxor & maritus ejus profecti fuerint ad civitatem tranſmaritimam, & filius cum illis, & venerit, ac dixerit, mortuus eſt maritus meus, & deindè mortuus eſt filius meus, fide digna eſt. (Si dixerit,) mortuus eſt filius meus, & deindè mortuus eſt maritus meus, non eſt fide digna; & tamen ratio verborum ejus habetur, ideoque diſcalceabit, & non contrahet leviratione m.

R. OB. DE BARTENORA.

מת בעלי ואחר כך מת בני נאמנת *Mortuus eſt maritus meus & deindè filius meus, fide digna eſt*, quia ipſi erat filius & non ſubjecta erat juri conjugii levirationis, quando exiverat; jam etiam, quando dixerit, mortuus eſt maritus meus & deindè filius meus, ubi non eſt vinculum conjugii levirationis, fide digna eſt. Cæterum ſi dixerit, mortuus filius meus & deindè maritus meus mortuus eſt, & levirationem contrahere voluerit, non eſt fide digna; & ſi alii nubere voluerit, ejus verborum rationem habent, quia ſeipſam reddidit prohibitam aliis, ideoque diſcalceabit, & non contrahet levirationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac prima Miſna, quia ſcimus quod illi filius erat, & quod propterea prohibita erat fratriæ; ideo non habemus illi fidem quando dixerit, mortuus eſt filius meus, & deinde mortuus eſt maritus meus, ut licita leviro ſit, quia viro, de quo nobis conſtat quod ea prohibita eſt illi quocunque etiam modo, non fidem habemus de illa, quod dicto illius interdictum ſubmotum eſt; ideoque verborum illius rationem habent.

ט ניתן לי בן במדינת הים ואמרה מת בני ואחר כך מת בעלי נאמנת מת בעלי ואחר כך מת בני אינה נאמנת וחוששים לדבריה וחולצת ולא מתיבמת :

9. (Si dixerit) natus eſt mihi filius in civitate tranſmaritima, & dixerit, mortuus eſt filius meus & deindè mortuus eſt maritus meus, fide digna eſt; (ſi dixerit,) mortuus eſt maritus meus & deindè mortuus eſt filius meus, non eſt fide digna, & tamen rationem habent verborum ejus, ideoque diſcalceabit, & non contrahet levirationis conjugium.

R. OB. DE BARTENORA.

מת בני ואחר כך מת בעלי *Mortuus eſt filius meus & deindè mortuus eſt maritus meus*, quia nondum exiverat è prima poſſeſſione, dicente, quod adhuc opus habet conjugio levirationis. נאמנת *fide digna eſt*, & licita eſt ad conjugium levirationis.

אינה נאמנת *Non eſt fide digna*, ad nubendum alii ſine diſcalceatione; nam quando Sapientes hanc fidem illi habent,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac ſecunda Miſna, quia conſtat nobis quod illi erat filius, & quando hinc proficiſcebatur licita erat fratria, fide digna eſt quando dixerit, ego ſum in prima mea poſſeſſione, eſtque leviro licita quod ad conjugium. Verum ſi dixerit, natus eſt mihi filius, & mortuus eſt vivente marito meo, os quod prohibuit eſt os quod licitum reddidit. At ſi dixerit, filius qui mihi natus eſt mortuus eſt poſt mortem ma-

bent, hoc faciunt quatenus de marito mortuo eſt fide digna, quia illa probe inquirere ſolet antequam nubit, ſed non habeat illi fidem ad liberandum ſe à conjugio levirationis, quia fieri poteſt ut abhorreat illud.

חוששים לדבריה *Rationem habent verborum ejus*, ut exeat è leviratione & calceum extrahat.

mariti mei, non eſt fide digna, quia à diſcalceatione ſe liberare poteſt, & à conjugio levirationis, cum eo quod dicit; conſtabat enim nobis eo tempore, quod, ſi mortuus fuerit maritus ejus, alligata erat conjugio levirationis, ideoque, ne in peccatum incurreret, rationem habent verborum illius.

י ניתן לי יבם במדינת הים אמרה מת בעלי ואחר כך מת יבמי יבמי ואחר כך בעלי נאמנת הלכה היא ובעלה ויבמה למדינת הים אמרה מת בעלי ואחר כך מת יבמי יבמי ואחר כך בעלי אינה נאמנת שאין האשה נאמנת לומר מת יבמי שתנשא ולא מתה אחותי שתכנס לביתו ואין האיש נאמן לומר מת אחי שייבם אשתו ולא מתה אשתי שישא אחותה :

10. Natus eſt mihi levir in urbe tranſmaritima, & poſtea dixerit, mortuus eſt maritus meus, & deindè mortuus levir meus; aut, levir meus & deindè maritus meus, fide digna eſt. Si illa, maritus ejus, & levir ejus profecti fuerint in urbem tranſmaritimam, & dixerit, mortuus eſt maritus meus & deindè mortuus eſt levir meus; aut levir meus & deindè maritus meus, non eſt fide digna; quia mulier non eſt fide digna quando dixerit, mortuus eſt meus levir, ad nubendum; neque (ſi dixerit,) mortua eſt ſoror mea, ad intrandum domum ejus. Neque vir fide dignus eſt, quando dixerit, mortuus eſt frater meus, ad levirationis conjugium contrahendum cum uxore ejus; neque (ſi dixerit,) mortua eſt eſt uxor mea, ad ducendum ſororem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

ניתן לי יבם *Natus eſt mihi levir*, quem peperit ſocrus ejus, illa vero venit in illam ſuſpicionem quod illi non erat levir. מת בעלי ואחר כך יבמי וגו׳ *mortuus eſt maritus meus, & deinde levir meus &c.* nam tum utroque modo licet illi nubere cum alio. נאמנת *fide digna eſt*, licet illi nubere cum alia juxta primam illam ſuſpicionem in qua erat, quia os quod prohibet eſt os quod licitum reddit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt ex iis quæ diximus, & fundata ſunt fundamento ſatis noto, *quod os quod prohibet eſt os quod licitum reddit.*

פרק יו האשה שהלך בעלה וצרתה למדינת הים ובאו ואמרו לה מת בעליך לא תנשא ולא תתיבם עד שתדע שמא מעוברת היא צרתה היתה לה חמות אינה חוששת יצאה מליאה חוששת רבי יהושע אומר אינה חוששת :

Caput 16. Si uxoris alicujus maritus & æmula ejus profecti fuerint ad urbem tranſmaritimam, & venerint qui dixerint, mortuus eſt maritus tuus, non nubet, neque levirationis conjugium contrahet, donec cognoverit quod forſan impraegnata ſit æmula ejus. Si illi fuerit ſocrus, ne ſollicita ſit, ſi exierit impraegnata, ſollicita ſit. R. Jehoſchua dicit, ne ſollicita ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא תנשא *Non nubet*, quandoquidem maritus ejus ſine filiis profectus erat. ולא תתיבם *neque conjugium levirationis contrahet*, quia fieri potuit ut æmula ejus pepererit. Et ſi dixeris, diſcalceabit & deinde nubet alii, vel quocunque modo voluerit; reſpondent in Gemara quod hoc non fiat, eo quod ea quæ calceum exuit illegitima eſt ad ſacerdotium, & ſi diſcalceaverit, & deinde compertum fuerit quod æmula ejus peperit filium qui adhuc vivebat, & diſcalceatio ejus non fruſtra fuerit, neceſſe erit publicare quod ea legitima eſt ſacerdoti, & quod illa diſcalceatione non ſe fecit illegitimam. Cæterum qui tempore diſcalceationis adfuerit, & non adfuerit quando publicatum fuerit quod diſcalceatio non fruſtra fuit, & quod non fecit eam illegitimam ad ſacerdotium, quando deindè eam viderit nuptam ſacerdoti, dicet, quod ea quæ calceum exuit licita eſt ſacerdoti. היתה לה חמות *ſi illi fuerit ſocrus*, in urbe tranſmaritima. אינה חוששת *non erit ſollicita*, quod illi forſan natus fuerit levir, etſi de æmula ejus ſolliciti ſimus fieri potuiſſe ut æmula pepererit, nam quicquid pepererit æmula, ſive filius fuerit ſive filia, partus illam excipit à leviratione contrahenda. Verum de ſocru, etſi quoque pepererit, tamen non conjungitur cum partu ſuo, niſi pepererit maſculum, nam dicere poſſumus quod forſan abortum fecerit, & quamvis non fecerit abortum, fieri potuit ut filiam pepererit. יצאה מליאה חוששת *ſi exierit impraegnata, ſollicita erit*, quod levir forſan illi natus fuerit; deciſio non eſt juxta ſententiam R. Jehoſchuæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sic etiam nunquam diſcalceabit donec certo ſciverit quod æmula ejus non peperit. Ratio eſt, quia calceo exuta prohibita eſt ſacerdoti, quemadmodum expoſitum eſt in hoc tractatu. Quando autem diſcalceaverit & illegitima facta fuerit ad ſacerdotium, & deindè nobis conſliterit quod æmula ejus peperit, fiet, ut diſcalceatio hæc non ſit neceſſaria, neque illegitima ſit ad ſacerdotium. Sed neceſſe eſt ut publicemus, quod hæc diſcalceatio non eſt neceſſaria, & quod illa eſt licita ſacerdoti; propterea non diſcalceabit donec res manifeſta fuerit, an diſcalceatio ſit neceſſaria, an vero non.

אינה חוששת *Non ſollicita erit*, id eſt, non erit ſollicita an illi natus fuerit levir; מליאה *plena*, idem quod מעוברת *impraegnata*; deciſio non eſt juxta R. Jehoſchua.

ב שתי יבמות זו אומרת מת בעלי וזו אומרת מת בעלי זו אסורה מפני בעלה של זו וזו אסורה מפני

2. Si duæ fuerint fratriæ, & una dixerit, mortuus eſt maritus meus, & altera dixerit, mortuus eſt maritus meus, una prohibita eſt propter maritum

כפני בעלה של זו לזו עדים ולזו אין עדים את שיש לה עדים אסורה ואת שאין לה עדים מותרת לזו בנים ולזו אין בנים את שיש לה בנים מותרת ואת שאין לה בנים אסורה נתיבמו ומתו היבמין אסורות להנשא רבי אליעזר אומר הואיל והותרו ליבמין הותרו לכל אדם :

tum hujus, & altera prohibita eſt propter maritum illius. Si uni fuerint teſtes, & alteri non fuerint teſtes, ea cui ſunt teſtes, prohibita eſt, & ea cui non ſunt teſtes, licita eſt. Si uni fuerint filii, & alteri non fuerint filii, ea cui ſunt filii, licita eſt, & ea cui non ſunt filii, prohibita eſt. Si levirationem contraxerint, & mortui fuerint leviri, prohibitæ ſunt ad nubendum. R. Elieſer dicit, quandoquidem licitæ ſunt ad levirationem contrahendam, licitæ ſunt omni homini.

R. OB. DE BARTENORA.

כפני בעלה של זו *Propter maritum hujus*, nam fieri poteſt ut adhuc vivat, & ipſi obligata ſit; & quamvis uxor ejus dixerit quod mortuus eſt, non eſt fide digna ad efficiendum ut illa ſcil. fratria ejus licita ſit aliis ſuo teſtimonio, quia una fratria teſtari nequit de alia.

לזו עדים *Si uni fuerint teſtes*, quod maritus ejus mortuus eſt, & alteri non fuerint teſtes, tum ea cui teſtes fuerint, prohibita eſt ad nubendum cum alio, propter levirum ejus de cujus morte non ſunt teſtes; ea autem cui non fuerint teſtes, licita eſt, nam propter maritum ejus non eſt prohibita, quia fide digna eſt, ſi dixerit, mortuus eſt maritus meus; neque propter levirum ejus eſt prohibita, quia teſtes ſunt quod mortuus eſt.

לזו בנים ולזו אין בנים *Si uni fuerint filii*, *& alteri non fuerint filii*, & neutra habuerit teſtes, ea cui fuerint filii, licita eſt, ſed ea cui non fuerint filii, prohibita eſt. נתיבמו *ſi levirationem contraxerint*, ita ut duos hic habeant leviros, quibuſcum levirationem contraxerunt, & deindè mortui fuerunt.

אסורות להנשא *Prohibitæ ſunt ad nubendum*, cum alio, & quidem ſingulæ propter maritum primum alterius fratriæ, etſi enim ambæ nuptæ fuerint leviris ſuis eo nomine quod mariti mortui fuerant, ſuo dicto nupſerunt, & fide dignæ fuerunt, quia mulier, quæ dixit, mortuus eſt maritus meus, levirationem contrahet; ſed non quando licitæ ſunt ad nubendum alii; nam ſi nupſerint alii, fiet, ut cujuſlibet teſtimonium conducat alteri, ſed fratria una de altera teſtari nequit.

הואיל והותרו ליבמין *Quandoquidem licitæ ſunt leviris*, jure ſuſpicionis iſtius quod mariti earum mortui ſunt הותרו לכל אדם *licitæ ſunt omni homini*, nam jam non timendum eſt fieri poſſe ut adhuc vivant; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus præcedenti capite, quod omnes ſunt fide digni ad teſtandum de illa, excepta ſocru & fratria ejus &c. propterea, ſi dixerit fratria ejus, mortuus eſt maritus meus, non eſt fide digna fratria ejus; nam dicere poſſumus, quod forſan non mortuus eſt, ſed quod vult ut nubat fratria ejus quia obligata eſt levirationis conjugio, ut prohibita ſit marito ſuo. Et quamvis illa ipſa ſit prohibita quoque marito ſuo ſi nupſerit, nihilominus ſuſpicamur quod inimicam ſuam malo afficere poteſt, dicendo, morietur anima mea cum Philiſtæis, propterea prohibita eſt propter maritum alterius, ſive propter levirum de cujus morte non eſt illi teſtimonium, niſi dicto fratriæ tantum, illa vero non eſt fide digna. Verum altera eſt prohibita propter maritum unius, qui eſt levir ejus; & ſi uni ex illis fuerint teſtes quod mortuus eſt maritus ejus, fratria ejus licita eſt, quia teſtes ſunt qui teſtantur de morte leviri illius; illa autem ipſa eſt fide digna, ſi dixerit mortuus eſt maritus meus. Cæterum ea cui teſtes ſunt de morte mariti ejus, prohibita eſt, & quia fratria ejus eſt tantum quæ teſtata eſt de morte leviri ejus, non eſt fide digna.

נתיבמו *Si levirationem contraxerint*, id eſt, ſi quælibet dixerit, mortuus eſt maritus meus, & alii fuerint leviri, illæ ſine dubio levirationem contrahent, quia non eſt locus ſuſpicionis; at ſi mortui fuerint leviri, prohibitæ ſunt ad nubendum aliis; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ג אין מעידין אלא על פרצוף פנים עם החוטם אף על פי שיש סימנין בגופו ובכליו אין מעידין אלא עד שתצא נפשו ואפילו ראוהו מגוייד תלוב והיה אוכלת בו אין מעידים אלא עד שלשה ימים רבי יהודה בן בבא אומר לא כל האדם ולא כל המקומות ולא כל השעות שוין :

3. Non teſtantur niſi de figura faciei cum naſo, etſi ſigna fuerint in corpore & veſtimentis ejus. Non teſtantur niſi donec anima ejus exierit, etſi cum vidiſſent diſciſſum aut ſuſpenſum, & animal de eo comedens. Non teſtantur niſi ad tres dies. R. Jehuda filius Babæ dicit, omnes homines non ſunt æquales, neque omnia loca, neque omnia tempora.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא על פרצוף פנים עם החוטם *Niſi de figura faciei cum naſo*, ſi non viderint eum teſtes in figura faciei illius, aut quando naſus conſumptus eſt, tum non teſtantur ut uxor ejus nubere poſſit, quia forſan is non eſt.

אין מעידין אלא עד ג׳ ימים *Non teſtantur niſi tres dies*, ſi eum non viderint poſt tertium diem mortis, non teſtantur de illo, quia ſuſpicio eſt quod faciei lineamenta mutari potuerunt, ut non ſit is quem ſibi imaginati fuerant.

מגוייד *Abſciſſum*, ſic Dan. 4. 11. גודו אילנא à radice גוד. Cæterum quod dicit והחיה אוכלת בו *& animal comedens de eo*, accipiendum eſt de loco ubi non eſt periculum vitæ, ſed in loco ubi periculum vitæ eſt, teſtari licet de eo qui mortuus eſt. לא שוין וגו׳ *non ſunt æquales &c.* ſunt homines qui aliis citius inflantur, uti homines craſſi & pingues. Sunt etiam loca in quibus homines citius corrumpuntur & mutantur, quam aliis in locis, uti ſunt loca in quibus ſol ardet. Sic etiam ſunt tempora calidiora in quibus homines citius corrumpuntur, quam in aliis; & omnia hæc conſideranda ſunt juxta naturam hominis, loci, & temporis, tam ad indulgendum quam ad aggravandum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרצוף *Figura eſt*, ſi relictus eſſet mortuus tres dies, non teſtabantur de figura faciei illius, quia tum mutata eſt, & ſimilis eſt alii.

והחיה אוכלת בו *Et animal comedens de eo*, hoc accipiendum eſt, ſi animal comederit aliquod membrum quo homo non moritur ſi illud ipſi exciſum fuerit. Cæterum ſi quis illud viderit comedens cerebrum, aut carnem cordis ejus, teſtabitur quod mortuus eſt. R. Jehuda diſtinguit ſenſus, uti videbis; educimus autem è diſtinctione ſenſus, ut ſemel indulgeamus, & ſemel aggravemus juxta verba Sapientum.

ד נפל למים בין שיש להן סוף בין שאין להן סוף אשתו אסורה אמר רבי מאיר מעשה באחד שנפל לבור הגדול ועלה לאחר שלשה ימים אמר רבי יוסי מעשה בסומא שירד לטבול במערה וירד מושכו אחריו ושהו כדי שתצא נפשם והשיאו נשותיהם ושוב מעשה בעסיא באחד ששלשלוהו לים ולא עלתה בידם אלא רגלו אמרו חכמים מן הארכובה ולמעלה תנשא מן הארכובה ולמטה לא תנשא :

4. Si ceciderit in aquas, ſive illis fuerit finis, ſive illis non fuerit finis, uxor ejus prohibita eſt. Dixit R. Meyr, factum eſt ut quis ceciderit in puteum magnum, & aſcenderit poſt tres dies. Dixit R. Joſe, factus eſt ut cœcus deſcenderit ad lavandum ſe in ſpelunca, & deſcenderit gubernator ejus poſt illum, tum expectarunt donec exiſſet anima eorum, & permiſerunt ducere uxores eorum. Præterea factum eſt in Aſia, ut aliquem in mare conjecerint, cujus tantummodo pedem recuperarunt; dixerunt Sapientes, ſi à genu & ſuperius, nubet; ſi à genu & inferius, non nubet.

R. OB. DE BARTENORA.

מים שיש להן סוף *Aquæ quibus eſt finis*, ſunt aquæ quarum quatuor latera undiquaque conſpiciuntur; ſed aquæ quibus *non eſt finis*, ſunt aquæ quarum omnia latera nemo videre poteſt. R. Meyr non diſtinguit aquas quibus eſt finis ab aquis quibus eſt finis. Verum Sapientes diſtinguunt in Beraita, & dicunt, quod per aquas quibus eſt finis, notatur quod uxor ejus licita eſt ſi tantum temporis ſpatium in illis moratus fuerit, quantum nemo in illis vivere poteſt. Aquas vero quibus non eſt finis, notare quod uxor ejus prohibita eſt, quia fieri poteſt ut deindè exeat ex illis; quemadmodum R. Joſe dixit in noſtra Miſna; deciſio eſt juxta Sapientes.

ועלה לאחר ג׳ ימים *Et aſcenderit poſt tres dies*, putat R. Meyr quod homo in aquis multos dies vivere poteſt, ideoque, ſi exierit ex aquis quibus eſt finis, eum viſuri ſunt homines etiam poſt multos dies, etſi per aliquod tempus non viderint ipſum. R. Joſe contrarium ſtatuit, & idcirco dicit, *factum eſt ut cœcus deſcenderit ad lavandum ſe in ſpelunca &c.* מערה autem continet aquas quibus eſt finis, in quibus ſi morati fuerint tantum temporis ſpatium intra quod mori potuiſſent, permiſerunt uxoribus eorum aliis nubere. מן הארכובה ולמטה *à genu & inferius*, nam quandoquidem vivere poteſt maritus, non nubet uxor, quia fieri poteſt ut exierit deinceps etſi non viderint eum, quia ſunt aquæ quibus non eſt finis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מים שיש להן סוף *Aquæ quibus eſt finis*, ſunt aquæ in ciſterna aut puteo, in quibus ſi homo ſtet, conſpicere poteſt omnia earum latera; ſed מים שאין להן סוף *aquæ quibus non eſt finis* ſunt aquæ quarum partes circumjacentes homo conſpicere nequit; verum juxta R. Meyr inter eas nulla eſt differentia. Sapientes dicunt, quod aquæ quibus non eſt finis, ſunt uxor ejus prohibita; nam dicimus, fieri poſſe ut exeat è loco quo nos eam videre non poſſumus. Et ſi in aquis quibus non eſt finis moratus fuerit tantum temporis ſpatium quantum nemo in illis vivere poteſt, uxor illius licita eſt. R. Meyr huic contradicit, & probationem adducit de homine qui in puteum magnum inciderit, & aſcenderit indè poſt tres dies, cujus aquæ habent finem, in quibus moratus fuerit longum temporis ſpatium. Sapientes vero dicunt, quod non adducenda eſt probatio de caſu miraculoſo; ſed deciſio de aquis quibus non eſt finis eſt ejuſmodi, ut uxor illius prohibita ſit, uti expoſuimus. Verum ſi nupſerit, non exibit; & deciſio eſt juxta Sapientes in omnibus cauſis; & ſic etiam uti dixit R. Joſe.

ה אפילו שמע מן הנשים אומרות מת איש פלוני דיו רבי יהודה אומר אפילו שמע מן התינוקות אומרים הרי אנו הולכין לספוד ולקבור את איש פלוני בין שהוא מתכוין ובין שאינו מתכוין רבי יהודה בן בבא אומר בישראל (ס״א אע״פ שהוא) עד שיהא מתכוין ובעכו״ם אם היה מתכוין אין עדותו עדות :

5. Etſi audiverit è mulieribus quæ dixerint, mortuus vir N., ſufficit. R. Jehuda dicit, etſi audiverit è parvulis, qui dixerint, ecce nos imus luctum & ſepultum virum N., ſive cum intentione ſive ſine intentione. R. Jehuda filius Babæ dicit, de Iſraëlita, donec intentio fuerit, & de ethnico, ſi intenderit, teſtimonium ejus non eſt teſtimonium.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו שמע מן הנשים *Etſi audiverit è mulieribus*, quæ non habebant intentionem teſtandi, nihilominus teſtari poteſt ad efficiendum ut uxor nubere poſſit. הרי אנו הולכין לספוד ולקבור את איש פלוני *ecce nos imus luctum & ſepultum virum N.*, in Gemara decernunt neceſſe eſſe, ut dicant, venimus à luctu & ſepultura viri N.; præterea quoque neceſſe eſſe, ut eos audiant narrantes de caſibus luctus, ut, quot Sapientes illic aderant, & quot lamentatores; quia parvuli ſolent ludere, & nomina dare, fieri enim potuiſſet ut formicam aliquam aut locuſtam ſepeliviſſent, & nominaviſſent nomen viri N.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fidem habemus verbis parvuli juxta ſententiam R. Jehudæ ſub duabus conditionibus, quarum prima eſt, ſi dixerint, venimus à luctu & ſepultura viri N.; ſecunda eſt, ſi audiverit eos loquentes de aliqua cauſa luctus, dicentes, tot lamentatores illic erant, & vir N. illic erat, & hoc & illud dixit hic & ille, & id genus alia. Ethnicus autem fide dignus eſt, ſi dixerit, vir N. mortuus, ſi ſimpliciter locutus fuerit ſine intentione teſtandi; deciſio eſt juxta R. Jehudam, & juxta Jehudam filium Babæ.

ו מעידין לאור הנר ולאור הלבנה ומשיאין על פי בת קול מעשה באחד שעמד על ראש ההר ואמר איש פלוני בן פלוני ממקום פלוני מת הלכו ולא מצאו שם אדם והשיאו את אשתו ושוב מעשה בצלמון באחד שאמר אני איש פלוני בן איש פלוני

נשכני

6. Teſtabantur ad lucem lucernæ, & ad lucem lunæ, & deſpondebant ſono vocis. Factum eſt ut quis conſtiterit in cacumine montis, & dixerit, vir N. filius N. è loco N. mortuus eſt, iverunt, ſed non invenerunt ibi hominem, & deſponderunt uxorem ejus. Præterea contigit in Zalmon ut

quis

נשכני נחש והרי אני מת והלכו ולא הכירוהו והשיאו את אשתו :

quis dixerit, ego filius N. morſus ſum à ſerpente; & ecce ego morior, & iverunt, ſed non cognoverunt eum, & deſponderunt uxorem ejus.

R. OB. DE BARTENORA. משיאין על פי בת קול *Deſpondebant dicto vocis*, ſi audiviſſent vocem exclamantem, vir N. mortuus eſt. צלמון *Zalmon*, eſt nomen loci.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. על פי בת קול *Dicto vocis*, eſt id quod expoſuit de caſu qui contigit quando quis conſliterat in cacumine montis &c. nec non in Zalmone.

ז אמר רבי עקיבא כשירדתי לנררדעא לעבר השנה מצאתי (ס״א מצאני) נחמיה איש בית דלי ואמר לי שמעתי שאין משיאין את האשה בארץ ישראל על פי עד אחד אלא רבי יהודה בן בבא תומיתי לו כן הדברים אמר לי אמור להם משמי אתם יודעים שהמדינה משבשת בגייסות מקובלני מרבן גמליאל הזקן שמשיאין את האשה על פי עד אחד וכשבאתי והרצתי הדברים לפני רבן גמליאל שמח לדברי ואמר מצאנו חבר לו לרבי יהודה בן בבא בתוך הדברים נזכר רבן גמליאל שנהרגו הרוגים בתל ארזא והשיא רבן גמליאל הזקן (ס״א) נשותיהם על פי עד אחד והוחזקו להיות משיאין על פי עד אחד (נ״א) והוחזקו להיות משיאין עד מפי עד מפי עבד מפי אשה מפי שפחה רבי אליעזר ורבי יהושע אומרים אין משיאין את האשה על פי עד אחד רבי עקיבא אומר לא על פי אשה ולא על פי עבד ולא על פי שפחה (נ״א ל״ג) ולא על פי קרובים אמרו לו מעשה בבני לוי שהלכו לצוער עיר התמרים וחלה אחד מהם בדרך והביאוהו בפונדק ובחזרתם אמרו לפונדקית איה חבירנו אמרה להם מת וקברתיו והשיאו את אשתו אמרו לו ולא תהא כהנת כפונדקית אמר להן לכשתהא פונדקית (ס״א) נאמנת הפונדקית הוציאה להם מקלו ותרמילו וספר תורה שהיה בידו :

7. Dixit R. Akiba, quando deſcendi ad Neardeam ad intercalandum annum, inveni Nehemiam virum è Bet-Dely, dixit mihi, audivi quod non deſpondent mulierem in terra Iſraëlis dicto teſtis unius, præter R. Jehudam filium Babæ; ſed reſpondi ipſi, ſic ſe habent verba. Dixit mihi, dic ipſis meo nomine, vos ſcitis quod terra perturbata eſt exercitibus, ego accepi à Rabban Gamaliel ſene, quod deſpondebant mulierem dicto unius teſtis. Quando autem veni & retuli verba coram Rabban Gamaliele, lætatus eſt meis verbis, & dixit, invenimus ſocium R. Jehudam filium Babæ. Hujus rei gratia recordatus eſt Rabban Gamaliel, quod occiſi erant latrones aliqui in Tel-Arſa, & Rabban Gamaliel deſpondit mulieres eorum dicto unius teſtis, & ſoliti ſunt deſpondere, cum teſte dicto teſtis ex ore ſervi, dicto mulieris, dicto ſervæ. R. Elieſer & R. Jehoſchua dicunt, non deſpondent mulierem dicto unius teſtis. R. Akiba dicit, non dicto mulieris, nec dicto ſervi, nec dicto ſervæ, nec dicto propinquorum. Dixerunt illi, factum eſt ut filii Levitæ in Soar urbem dactylorum iverint, & debilitatus fuerit unus ex illis in via, & duxerint eum in diverſorium; at quando rediiſſent, dixerunt hoſpitæ, ubi eſt ſocius noſter? Reſpondit ipſis, mortuus eſt & ſepelivi eum, & deſponderunt uxorem ejus; dixerunt illi, an erit filia ſacerdotis ut hoſpita? reſpondit illis, quando fuerit ut hoſpita fide digna, nam hoſpita eduxit illis baculum ejus, & marſupium ejus, & librum Legis quem ſecum habebat.

R. OB. DE BARTENORA.

תומיתי לו כן הדברים *Et reſpondi ipſi, ſic ſe habent verba*, quod omnes ſocii ejus illi contrarii ſunt. משובשת בגייסות *perturbata eſt exercitibus*, ut ad vos me conferre nequeam teſtatum id quod audivi; ſed tu dices teſtimonium nomine meo; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, nec juxta R. Jehoſchua, nec juxta R. Akiba. Verum deciſio eſt, quod deſpondent mulierem dicto mulieris, & dicto propinquorum, quinque exceptis mulieribus de quibus Miſna ſuperius; ita quoque dicto teſtis ex ore alius teſtis, ex ore mulieris, ex ore ſervi, ex ore ſervæ, teſtimonium legitimum eſt ad teſtimonium mulieris.

לא תהא כהנת כפונדקית *Non erit filia ſacerdotis ut hoſpita*, id eſt, mulier ex bona iſta familia non erit fide digna? qualis ergo fuit hoſpita illa? cum interrogatione. Et ſi fidem habuerint hoſpitæ ſimpliciter loquenti, quanto magis fides habenda eſt mulieri Iſraëlitidi. כשתהא כפונדקית נאמנת *quando fuerit ut hoſpita fide digna*, id eſt, nam neque hoſpita fide digna eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אתם יודעים שהמדינה משובשת בגייסות *Vos ſcitis quod terra turbata eſt exercitibus*, quo excuſabat ſe quod non poterat ire teſtatum, & dixit, ſe propter pericula & viarum incommoda, utpote militibus circumdatarum, non poſſe ire locutum cum illis; ſed indicavit illis, dicens, nomine meo hoc teſtabitur; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, & R Jehoſua, neque juxta R. Akiba. Nam tenemus quod deciſio eſt, duci uxorem dicto mulieris, & dicto propinquorum, exceptis mulieribus quæ ſupra exceptæ ſunt, & dicto teſtium ex ore alius teſtis, dicto mulieris, dicto ſervi, dicto ſervæ, quales omnes legitimi ſunt ad teſtimonium mulieris. Cæterum hoſpita hæc erat gentilis, & ſimpliciter loquebatur, propterea dixerunt illi, *filia ſacerdotis non erit ut hoſpita*, quia teſtimonium ejus admittimus, quemadmodum de gentili diximus, quod ſi ſimpliciter loquebatur, legitimus erat.

Finis tractatus de Levirorum in Fratrias Officiis.

מסכת כתובות

Tractatus de Dote Literiſque Matrimonialibus.

פרק א בתולה נשאת ליום הרביעי ואלמנה ליום החמישי שפעמים בשבת בתי דינין יושבין בעיירות ביום השני וביום החמישי שאם היה לו טענת בתולים היה משכים לבית דין :

CApur 1. Virgo nubit die quarto, & vidua die quinto, nam bis in ſeptimana judices ſedent in urbibus, die ſecundo, & die quinto, ut, ſi quæſtio ſponſo eſſet de virginitate, mature veniat ad judices.

R. OB. DE BARTENORA.

בתולה נשאת ביום רביעי *Virgo nubit die quarto*, ſed non nocte diei quinti, nam fieri poteſt ut detineatur conſecrationibus nuptiarum, & non coeat cum ea. אם יש טענת בתולים *ſi quæſtio eſſet de virginitate*, ut, ſi dixerit ſponſus, coivi cum ea ſed non inveni ſanguinem, ſive fuerit minorennis, aut puella, aut pubeſcens; aut ſi dixerit, inveni portam ſive pubem apertam, ſi fuerit minorennis, aut puella; ſed de pubeſcente ſive tredecim annorum & unius diei nata non quæritur de aperta porta.

משכים לבית דין *Mature accedat ad judices*, quando adhuc indignatur quod non invenit virginitatem, ne animus diſtrahatur & obliviſcatur vitium, & deinde ducat eam, nam forſan ſcortata eſt poſtquam duxerit eam, ideoque illi prohibita eſt. In Gemara argumentantur hoc ſenſu, an, ſi duxerit die primo ſeptimanæ, & quæſtio fuerit de virginitate, die ſecundo ſe mature conferat ad domum judicii? & reſpondetur, vigilarunt Sapientes de beneficio filiarum Iſraëlis ut tempus trium dierum daretur ad convivii apparatum, ut, primus dies, ſecundus, & tertius, & quartus ad ducendum. Cæterum eo tempore quo judices non ſedent die ſecundo & quinto, mulier nubit quocunque die voluerit, at ea conditione ut tres dies operam det convivio. Sed propter beneficium pauperum ſolebant in quibuſdam locis nubere veſperâ Sabbathi. Ratio autem quare vidua nubit die quinto, eſt, quod Sapientes vigilarunt in beneficium filiarum Iſraëlis, ut ſponſus lætaretur cum ea tres dies, qui ſunt quintus, & ſextus ſeptimanæ & dies Sabbathi; qui vero viduam duxerit, tres dies operari non debet, & qui virginem duxerit, integros ſeptem dies operari non debet. Benedictio nuptialis recitatur integros ſeptem dies, ſive juvenis duxerit viduam, ſive viduus duxerit virginem; at ſi viduus duxerit viduam, unum tantum diem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare virgo nubit die quarto ſeptimanæ, & die primo ſeptimanæ, eſt, ut illi ſit tempus acquirendi ea quæ ad thalamum ſunt neceſſaria, & tres dies antè ea ſibi comparet, quia ad minimum tantum temporis ſpatium neceſſarium quoque eſt pro filiis Iſraëliticis.

ואלמנה ביום חמישי *Et vidua die quinto*, ut lætetur cum ea tres dies, nimirum die quinto, ſexto, & ſeptimo ſive Sabbatho; & hoc accipiendum eſt de locis in quibus judices non ſedent in domo judicii niſi die quinto & ſecundo, ſed in locis in quibus quotidie ſedent judices, ducere poteſt quocunque die voluerit, excepto primo & ſexto die ſeptimanæ, cujus rei ratio eſt, ne profanetur Sabbathum propter apparatum convivii; reliqui vero dies liciti ſunt. at ſub ea conditione ut tres dies ante conquirat quæ ad convivium ſunt neceſſaria, ſi duxerit uxorem quæ non eſt virgo; nam ſi virgo fuerit, ſeptem dies impendat neceſſe eſt, qui ſunt dies lætitiæ. Neque differentia eſt inter conſecrationes nuptiarum juvenis & viduæ reſpectu lætitiæ, ſed differentia eſt inter benedictionem; nam ſi maritus fuerit juvenis, etſi ſponſa non fuerit virgo, aut ſi ſponſa fuerit virgo, etſi maritus fuerit viduus, neceſſe eſt benedicere ſeptem dies. Verum ſi viduus duxerit viduam, per unum diem tantum benedicitur. טענת בתולים *quæſtio de virginitate*, hoc eſt, quando ſponſa in virginitatis ſuſpicionem adducta eſt, quod ſponſus eam non invenit virginem.

SURENHUSIUS. Hic tractatus cui Hebraice nomen כתובה eſt, agit tum de literis matrimonialibus, tum etiam de ipſis propter nuptias donationibus. Ut autem is eo melius intelligatur, iiſque quæ ſæpius ut notiora præſupponuntur, lucem aliquam affundamus, præmittenda nonnulla erunt è Maimonide in Hilchot Iſchot capite decimo ſexto, ubi dicit הנכסים שמכנסת האשה לבעלה בין קרקע בין מטלטלין בין עבדים אף על פי שהן נכתבין בשטר הכתובה אין נקראין כתובה אלא נרוניא שמם ואם קבל הבעל אחריות הנרתיא עליו ונעשית ברשותו אם פחתה פחתה לו ואם הותירה הותירה לו הרי זו נקראת נכסי צאן ברזל ואם לא קבל אחריות הנרתיא עליו אלא הרי היא ברשות האשה אם פחתה פחתה לה ואם הותירה הותירה לה הרי זו נקראת נכסי מלוג : וכן כל נכסים שיש לאשה שלא הכניסה אותן לבעלה ולא כתבו אותן בכתובה אלא נשארו לעצמה או נפלו לה בירושה אחר שנתארסה או נתנו לו במתנה הכל נקראין נכסי מלוג שכלן ברשותה הן ואין נקראין כתובה אלא עקר כתובה שהיא מאה או מאתים עם התוספות בלבר Bona illa quæ uxor ad maritum ſuum ſecum fert, ſive immobilia, ſive mobilia, ſive ſervi ſint, etſi illa deſcripta ſint בשטר הכתובה *in inſtrumento dotali*, non vocantur כתובה *Ketuba* ſed נרוניא *Nedunia*. Si vero maritus in ſe ſuſceperit cautionem damni *Neduniæ*, venit in poteſtatem ipſius, &, ſi amplificata ſit, ei ipſi amplificata eſt, ſi diminuta, ipſi diminuta eſt, & propterea vocatur נכסי צאן כרול *bona pecoris ferrei*, eo quod ſtabilia ſunt. Si vero in ſe non ſuſceperit cautionem damni Neduniæ, ſed illa fuerit in poteſtate uxoris, ſi diminuta ſit, ipſi diminuta eſt, ſi amplificata, ipſi amplificata eſt, & talia bona vocantur נכסי מלוג *bona depilationis*. (nam quia olim Hebræorum conſuetudo erat, ut pecus ſuum ad tempus aliquod conſtitutum paſtorum poteſtati committerent ea lege, ut interea fructus ex eo caperent, & ſi quid ex eodem periret aut ſurriperetur, non domino ſed paſtori damnum imputaretur, qui ad præſtitutum tempus pecus reſtituere debebat. Hinc factum eſt ut ejuſmodi grex dictus ſit צאן ברזל *pecus ferreum*, quia inſtar ferri domino ſemper in eodem manebat ſtatu. Sic etiam ex omni eo quod uxor ad maritum apportat, ſicuti eſt fundus, res mobiles, ſervi, ancillæ & grex, fructus percipit omnes uſque ad obitum uxoris; & quando bona hæc dotalia in literis matrimonialibus conſignata fuerint, & maritus in ſe ſuſceperit cautionem damni, tum, ſi quid ex illis pereat, quocunque id fiat modo, maritus tenetur uxori compenſare damnum, ſi inter eos fiat diſceſſio. Si vero maritus uxorem relinquat ſuperſtitem, mariti hæredes uxori damni retributionem præſtent. Et propterea hæc bona Hebræis dicta ſunt צאן ברזל *grex ferreus*. Cæterum omnia illa bona quorum maritus in ſe non ſuſcepit cautionem de futuro damno, ut & ea quæ in literis matrimonialibus non deſcripta ſunt, dicuntur מלוג *bona depilationis*, quorum maritus non percipiebat fructus, ſed ipſa ita arrodebat atque depilabat ut nihil ex illis reſtaret, nec ad compenſationem damni teneretur.) Pariter omnia uxoris bona quæ ad maritum non detulit, neque in literis matrimonialibus deſcripta ſunt, ſed ipſi reſervata, aut hæreditate ad ipſam venerunt poſtquam deſponſa erat, aut dono data ſunt, vocantur נכסי מלוג *bona depilationis* quæ ſunt in poteſtate uxoris; & non vocantur כתובה ſed עקר כתובה *fundamentum dotis matrimonialis*, nimirum centum aut ducentæ Zuzæ cum additamento tantum.

Porro id quod ſponſus promittit ſponſæ ultra ordinariam dotem nuptialem, ejuſdem naturæ eſt cujus eſt ipſa dos ſive donatio nuptialis; & ſapientes non inſtituerunt exactionem illius quando uxor exigere velit, nam donatio hæc eſt inſtar debiti quod ſuum tempus habet, & donatio

illa

illa nuptialis demum exigitur ab uxore poſt mariti obitum, vel poſtquam ei nuntium remiſerit. Præterea Sapientes inſtituerunt, quod, ſi marito ſint agri boni, mali, & mediocres, & uxor poſtulet donationem ſuam nuptialem, de peſſimo tantum exigere poſſit, quod זבורית vocatur. Item, ſi uxor poſt obitum mariti poſtulet donationem nuptialem, non poſſit eam poſtulare antequam juraverit apprehenſo Legis libro ſe nihil à marito ad ſe tranſtuliſſe, neque donationem nuptialem ei vendidiſſe, neque condonaſſe. Deinde æſtimantur quoque veſtimenta illius quibus veſtita eſt, & pecuniæ ſummam donationi nuptiali detrahunt. Verum ſi maritus uxori voluntate ſua nuntium remiſerit, exigat ſine jurejurando, & veſtimenta illius ne æſtimentur, quia ea jam acquiſivit emtione, & is eam diſcidio expulit, ubi illa non fuit in cauſa. Tandem quoque inſtituerunt Sapientes, ne uxor vidua facta exigat donationem ſuam nuptialem, niſi è bonis immobilibus, & non de iis quæ poſt mariti exceſſum lucrati fuerint, de quibus nec filias poſt mortem patris alere licet. Neque vidua donationem ſuam nuptialem rapere poteſt rebus ab emtore melioribus factis, etſi creditores è rebus optimis exigant. Atque donationis nuptialis conditiones leviores ſunt. Et talis etiam hæc, ut uxor in donationem nuptialem accipiat è moneta minori, ut, ſi quis uxorem duxerit in loco uno, & divortio eduxerit in loco altero, & nummi in loco ubi duxit uxorem, meliores fuerint quam in loco ubi eam eduxit divortio, pendat illi deteriores, vel contra. Sed hoc ita intelligendum eſt quando donatio nuptialis ſimpliciter argento conſcripta eſt, verum ſi certam monetam promiſerit, tam ipſius donationis nuptialis quam additamenti eadem ratio eſt quæ mutuo dati in certa menſura & ratione; cætera ſi velis, inſpice ipſum auctorem.

Cæterum benedictionis nuptialis cujus in Miſna hac mentio fit, hæc eſt formula, דוי הסר וגם חרון ואז אילם בשיר ירון נחני במעגלי צדק שעה ברכת בני ישורון : ברשות מרנן ורבנן ורבותי נברך אלהינו שהשמחה במעונו ושאכלנו משלו ובטובו חיינו : ברוך אלהינו שהשמחה במעונו : ושאכלנו משלו ובטובו חיינו : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שהכל ברא לכבודו : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם יוצר האדם : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר יצר את האדם בצלמו בצלם דמות תבניתו והתקין לו ממנו בנין עדי עד ברוך אתה יהוה יוצר האדם : שוש תשיש ותגל העקרה בקבוץ בניה לתוכה בשמחה ברוך אתה יהוה משמח ציון בבניה : שמח תשמח רעים האהובים כשמחך יצירך בגן עדן מקדם ברוך אתה יהוה משמח חתן וכלה : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר ברא ששון ושמחה חתן וכלה גילה רנה דיצה וחדוה אהבה ואחוה ושלום ורעות מהרה יהוה אלהינו ישמע בערי יהודה ובחוצות ירושלים קול ששון וקול שמחה קול חתן וקול כלה קול מצהלות חתנים מחפתם ונערים ממשתה נגינתם ברוך אתה יהוה משמח חתן עם הכלה : id eſt, *languor & ira procul abſint a nobis, & tum mutus ita incipiet cantica, ducito nos in orbitas juſtitiæ, reſpicito benedictionem filiorum Jeſchuron: cum licentia dominorum & doctorum noſtrorum benedicamus Deo noſtro quia in habitaculo illius lætitia commoratur, & quia de eo quod ipſius eſt, comedimus, bonoque ipſius vivimus, benedictus ſit Deus noſter quod in habitaculo illius lætitia eſt, & quod comedimus de eo quod ipſius eſt, bonoque ipſius vivimus: benedictus ſit Dominus Deus noſter mundi Rex qui omnia creavit in honorem ſuum: benedictus ſit Dominus Deus noſter hominum formator: benedictus ſit Dominus Deus noſter mundi Rex qui hominem creavit ad imaginem ſuam, in imagine ſimilitudinis formæ ipſius, atque ex ea ipſum paravit ſtructuram uſque in ſeculum, benedictus ſit Dominus hominum formator: gaudium gaudebit atque exultabit ſterilis quando liberi ipſius in ipſa colligentur cum lætitia, benedictus ſit Dominus lætificans Zionem liberis ſuis: exhilara etiam atque etiam amicos & ſponſi ſocios, creator ut te exhilaravit in horto Edenis priſcis temporibus, benedictus ſit Dominus ſponſum atque ſponſam lætificans: benedictus ſit Dominus Deus noſter mundi Rex qui gaudium lætitiamque, ſponſum, & ſponſam creavit; exultationem, jubilationem, gaudium, lætitiam, amorem, & dilectionem, pacem & amicitiam creavit, quam primum Dominus Deus noſter audietur in civitatibus Judææ, plateiſque Jeruſolymæ, vox gaudii & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox jubilationis ſponſorum ex operimento nuptiali eorum, atque parvulorum modulatio in conviviis; benedictus ſit dominus lætificans ſponſum cum ſponſa.* Quando autem ſponſus ſanguinem virginitatis immaculatæ conſpicit, tum hanc benedictionem recitat, ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר נג אגוז בגן עדן שושנת עמקים בל ימשול זר במעין חתום על כן אילת אהבים זרע קודש שמרה בטהרה וחוק לא הפירה ברוך אתה יהוה אלהינו הבוחר באברהם ובזרעו אחריו : *Benedictus ſit Dominus Deus noſter mundi Rex qui conſtituit nucem in horto Edenis, lilium convallium, nemo dominabitur in fontem obſignatum; idcirco cervus amantium ſemen ſanctum cuſtodit id in puritate, & ſtatutum ſuum non reddet irritum, benedictus ſit Dominus eligens Iſraëlem & ſemen ipſius.*

ב בתולה כתובתה מאתים ואלמנה מנה בתולה אלמנה גרושה וחלוצה מן האירוסין כתובתן מאתים ויש להן טענת בתולים הגיורת והשבויה והשפחה שנפדו ושנתגיירו ושנשתחררו פחותות מבנות שלש שנים ויום אחד כתובתן מאתים ויש להן טענת בתולים :

2. Virginis dos matrimonialis eſt ducentarum Zuzarum, viduæ centum; virginis, viduæ, repudiatæ, & quæ calceum exuit, è deſponſationibus dos matrimonialis eſt ducentarum zuzarum, & de illis quæſtio eſt de virginitate. Peregrinæ, captivæ, & ſervæ, quæ redemptæ ſunt, & proſelytæ factæ, & libertate donatæ, ſi fuerint infra tres annos & unum diem, dos matrimonialis eſt ducentarum Zuzarum, & de illarum virginitate quæritur.

R. OB. DE BARTENORA. בתולה אלמנה גרושה וכו׳ *Virgo, vidua, repudiata &c.* id eſt, virgo quæ fuerit aut repudiata, aut quæ calceum exuerit ex deſponſationibus, quæ deindè iterum nupſerit, ejuſmodi à ſecundo marito accipit dotem matrimonialem ducentas Zuſas, & de illa quæſtio eſt de virginitate; & ſi ſecundus eam non deprehenderit virginem, perdit dotem ſuam matrimonialem; nam quandoquidem eam duxit jure poſſeſſionis virginitatis, contractus matrimonialis eſt irritus.

ג הגדול שבא על הקטנה וקטן שבא על הגדולה ומוכת עץ כתובתן מאתים דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מוכת עץ כתובתה מנה :

3. Adultus, ſi coiverit cum minorenni, & minorennis ſi coiverit cum adulta, & quæ vulnerata ligno, dos earum matrimonialis eſt ducentæ zuzæ, ſunt verba R. Meyr. Sapientes dicunt, vulneratæ ligno dos matrimonialis eſt centum zuzæ.

R. OB. DE BARTENORA. שבא על הקטנה *Qui coiverit cum minorenni*, quæ infra tres annos eſt & unum diem, cujus copula non eſt vera copula. קטן *minorennis*, de genere maſculino eſt is qui nondum habet novem annos, cujus copula non eſt copula, ſi coiverit cum adulta. מוכת עץ *vulnerata ligno*, amiſſa virginitate, quando eo in loco lignum

gnum aliquod illi infixum eſt. כתובתן מאתים *dos earum matrimonialis eſt ducentæ Zuzæ*, ſi ſimpliciter nupſerint. Verum Sapientes dicunt quod ejus, quæ ligno vulnerata eſt, dos matrimonialis eſt centum Zuzæ; & deciſio eſt juxta illos, etſi maritus non cognoverit eam, & contractus matrimonialis non eſt irritus.

ד בתולה אלמנה גרושה וחלוצה מן הנשואין
כתובתן מנה ואין להם טענת בתולים הגיורת
והשבויה והשפחה שנפדו ושנתגיירו ושנשתחררו
יתירות על בנות שלש שנים ויום אחד כתובתן
מנה ואין להן טענת בתולים :

4. Viduæ virginis, repudiatæ, & quæ calceum exuit è conſecrationibus nuptiarum, dos matrimonialis eſt centum Zuzarum, ſed non eſt de illis quæſtio de virginitate. Peregrinæ, captivæ, & ſervæ, quæ redemptæ fuerint, & proſelytæ factæ fuerint, ac libertate donatæ, ſi fuerint ultra tres annos & unum diem, dos earum matrimonialis eſt centum Zuzarum, ſed non eſt de illis quæſtio de virginitate.

R. OB. DE BARTENORA. בתולה אלמנה וכו׳ *Virginis vidua &c.* id eſt, ſi virgo facta fuerit vidua, aut repudiata, aut quæ calceum exuit, è conſecrationibus nuptiarum, ſi ſimpliciter nupſerit præterito deindè tempore, dos matrimonialis facit centum Zuſas, quia à tempore thalami non amplius cenſetur virgo.

ה האוכל אצל חמיו ביהודה שלא בעדים אינו
יכול לטעון טענת בתולים מפני שמתייחד עמה
אחת אלמנת ישראל ואחת אלמנת כהן כתובתה
מנה בית דין של כהנים היו גובין לבתולה
ארבע מאות זוז ולא מיחו בידם חכמים :

5. Qui comederit apud ſocerum ſuum in Judæa ſine teſtibus, is nequit movere quæſtionem de virginitate, quia ſolus cum ea eſt. Tam viduæ Iſraëlitæ cujuſlibet quam ſacerdotis dos matrimonialis eſt centum Zuzarum. Domus judicii ſacerdotum exigebat à virgine Zuſas quadringentas, ſed non prohibuerunt illis Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל אצל חמיו ביהודה *Qui comederit apud ſocerum ſuum in Judæa*, quando parabant convivium deſponſationum in domicilio patris ſponſæ in Judæa, moris erat ut deſponſus ſolus eſſet cum deſponſa, ut eo magis adhæreret illi, & non pudefierent; propterea, ſi deindè duceret ſponſam ſuam, non poterat quæſtionem movere de virginitate illius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod, ſi quis coiverit cum minorenni quæ fuerit infra tres annos unumque diem, res ſe habet ac ſi non coiviſſet cum ea, & quod de illa quæſtio eſt de virginitate. Cæterum quod dicit גדול *magnus*, vult, eum eſſe qui novem habet annos & unum diem, uti expoſuimus in tractatu Jebhammot multis in locis, quod copula ejus eſt copula; קטן *parvulus* eſt is qui nondum habet novem annos & unum diem, cujus copula non eſt copula. גדולה *magna* eſt ea cui tres anni fuerint & unus dies, cujus copula eſt copula; קטנה *parvula* hic dicitur quæ infra tres fuerit annos & unum diem. Verum jam tibi conſtat quod captiva, peregrina, & ſerva ſunt in eo jure poſſeſſionis ut illæ habeantur mulieres, non virgines. Moris autem erat in Judææ civitatibus, ut, quando quis deſpondebat ſibi uxorem, illi pararent convivium deſponſationis in domicilio patris ejus, & ſolus eſſet cum deſponſa ſua; propterea, ſi deindè duceret eam, non poterat quæſtionem movere de virginitate ejus; deciſio eſt juxta Sapientes.

ו הנושא את האשה ולא מצא לה בתולים
היא אומרת משארסתני נאנסתי ונסתחפה שדך
והלה אומר לא כי אלא עד שלא ארסתיך והיה
מקחי מקח טעות רבן גמליאל ורבי אליעזר
אומרים נאמנת רבי יהושע אומר לא מפיה אנו
חיין אלא הרי זו בחזקת בעולה עד שלא התארסה
והטעתו עד שתביא ראיה לדבריה :

6. Si quis duxerit uxorem & non invenerit eam virginem, illa dicet, poſtquam mihi deſpondiſti, compreſſa ſum, & ager tuus inundatus eſt; ille dicet, non ita eſt, ſed antequam tibi deſpondiſſem, acceptio mea erat acceptio erronea. Rabban Gamaliel & R. Elieſer dicunt, illa eſt fide digna. R. Jehoſchua dicit, nos non habemus fidem verbis illius, verum ecce hæc eſt in ſuſpicione quod compreſſa fuit ante deſponſationem, & eum ſeduxit, niſi verbis ſuis probationem attulerit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונסתחפה שדך *Et inundatus eſt ager tuus* inundatio venit in campum tuum, & corrupit eum, id eſt, fortuna tua tibi hoc malum creavit, ſolve mihi dotem meam matrimonialem. והיה מקחי מקח טעות *& erat acceptio mea acceptio erronea*, ideoque tibi non erit dos matrimonialis à me. נאמנת *fide digna eſt*, & jurejurando obſtringunt eam ut dicat rem ita eſſe, & deindè recipit contractum matrimonialem; & ſic deciditur. Cæterum ſi illa dixerit, virginem me invenit, non eſt fide digna; nam Sapientes fidem habent marito ſine jurejurando, quia certum eſt neminem inveniri qui parabit convivium ut illud ſtatim perdat, ideoque fide dignus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel, qui dixit, illa eſt fide digna; ſed juxta Sapientes obſtringunt eam jurejurando confirmare id quod dixit, quemadmodum jus eſt omnium actionum fraudulentarum. Verum ſi illa negaverit, dicendo, virginem me invenit, ille fide dignus eſt & non tenetur ad jusjurandum, illa autem perdet dotem ſuam matrimonialem; nam Sapientes ordinarunt dotem matrimonialem uxori, & marito fidem habuerunt ſi dixerit, *inveni portam apertam*, eo quod certum eſt neminem dari qui tantos convivii ſumptus faciat ut eos ſtatim ſine utilitate aliqua perdat. Cæterum tibi ſcitu neceſſarium eſt quod בוגרת eſt ea cui ſunt integri ſex menſes, poſtquam acceperit duos pilos; itidem, dummodo duo pili creverint poſt ætatem duodecim annorum, non eſt quæſtio de virginitate ejus, an ſanguis prodierit, quia virginitas ejus jam conſummata eſt. Sed quæſtio eſt de porta aperta, ita enim docuerunt omnes excellentes doctores (*Geonim* dicti,) quorum verba nota ſunt nobis. Cæterum mihi certo conſtat quod res ſe contrario modo habet, nimirum, quod quæſtio eſt an ſanguis prodierit, & non an porta aperta fuerit.

ז היא אומרת מוכת עץ אני והוא אומר לא כי אלא דרוסת איש את רבן גמליאל ורבי אליעזר אומרים נאמנת ורבי יהושע אומר לא מפיה אנו חיין אלא הרי זו בחזקת דרוסת איש עד שתביא ראיה לדבריה :

7. Si illa dixerit, vulnerata ſum ligno, & ille dixerit, non eſt ita, ſed à viro compreſſa es; Rabban Gamaliel & R. Elieſer dicunt, illa eſt fide digna. R. Jehoſchua dicit, non habemus fidem dicto illius, ſed ecce ea eſt in ſuſpicione quod à viro compreſſa eſt, niſi verbis probationem attulerit.

R. OB. DE BARTENORA. דרוסת איש *Compreſſa à viro*, nam דרוסה idem eſt quod בעולה; & ejuſmodi fide digna eſt, ita ut non perdat dotem ſuam matrimonialem; attamen ſi ſacerdotis uxor fuerit, & poſt tempus deſponſationis, quando duxerit eam, dixerit, compreſſa es à viro, ſeparemus eam ab illo, quia fieri poteſt ut poſt deſponſationem corrupta fuerit. Et quando maritus dixerit, compreſſa es à viro, jam conſtituit eam prohibitam ſibi; & quamvis vi compreſſa fuiſſet, nobis tamen fundamentum eſt, quod uxor ſacerdotis vi compreſſa vetita eſt marito ſuo; propterea illi dabit divortium, & ſolvet dotem matrimonialem.

ח ראוה מדברת עם אחד בשוק אמרו לה מה טיבו של זה איש פלוני וכהן הוא רבן גמליאל ורבי אליעזר אומרים נאמנת ורבי יהושע אומר לא מפיה אנו חיין אלא הרי זו בחזקת בעולה לנתין ולממזר עד שתביא ראיה לדבריה :

8. Si viderint illam loquentem cum aliquo in platea, & dixerint, quiſnam homo hic eſt? (& reſponderit) eſt talis & eſt ſacerdos, Rabban Gamaliel & R. Elieſer dicunt, fide digna eſt. R. Jehoſchua dicit, non habemus fidem verbis ejus, ſed in jure poſſeſſionis eſt quod compreſſa eſt à Netinæo & ſpurio, niſi verbis probationem attulerit.

R. OB. DE BARTENORA.

מדברת *Loquentem*, cum ſola eſſet cum eo; וכהן *& ſacerdos*, id eſt, homo ex honeſta familia; נאמנת *fide digna eſt*, & legitima ſacerdoti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מדברת *Loquentem*, id eſt, quod ſola fuerit cum eo; R. Jehoſchua aggravat, & dicit, quod, etſi ſola fuerit cum viro quodam omnimode honeſto & legitimo, non eſt fide digna, ſed quod in ſuſpicione eſt ſe cum alio illegitimo rem habuiſſe, ideoque illegitima erit ad ſacerdotium, quia in ſuſpicionem coitus illegitimi adducta eſt; deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt, quod, ſi ſacerdos deſponderit ſibi virginem, & poſt deſponſationes quando duxerit eam, dixerit, quod non invenit eam virginem, prohibita ſit ipſi, ideoque impoſuerunt ipſi ut repudiaret eam. Quia eam ſibi fecit prohibitam, & nobis quoque ſuſpicio eſt fieri poſſe ut poſt ſponſalia coiverit cum ea, ut meretrix ſit, & prohibita ſacerdoti, ſive nolens ſive volens compreſſa fuerit, juxta fundamentum ſatis notum, quod ea quæ vi compreſſa eſt, Iſraëlitæ licita eſt, & ſacerdotibus prohibita.

ט היתה מעוברת ואמרו לה מה טיבו של עובר זה מאיש פלוני וכהן הוא רבן גמליאל ורבי אליעזר אומרים נאמנת רבי יהושע אומר לא מפיה אנו חיין אלא הרי זו בחזקת מעוברת לנתין ולממזר עד שתביא ראיה לדבריה :

9. Si imprægnata fuerit & dixerint illi, à quo imprægnata es? à viro quodam qui eſt ſacerdos, Rabban Gamaliel, & R. Elieſer dicit, fide digna eſt. R. Jehoſchua dicit, nos non habemus fidem verbis ejus, ſed in ſuſpicione eſt quod imprægnata ſit à Netyinæo & ſpurio, niſi probationem attulerit verbis ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

נאמנת *Fide digna eſt*, & illa ut & filia ejus legitimæ ſunt ad ſacerdotium, ſed in cauſa hæreditatis non dicit Rabban Gamaliel quod fœtus quem pepererit, adibit hæreditatem; deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel in omnibus caſibus Miſnæ. Nihilominus tamen ab initio ſive de induſtria non nubet cum ſacerdote, neque ea quam viderint loquentem cum aliquo, neque ea quæ imprægnata fuerit, niſi maxima pars urbis legitima fuerit, & unus coiverit cum ea qui extra civitatem ſe contulerit. Dicimus enim, quod quicunque ſe ſeparat, à maxima parte ſe ſeparat, & tum licebit illi ut nubat ſacerdoti, tam illa quam filia ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando Rabban Gamaliel dicit נאמנת *fide digna eſt*, non vult dicere, quod hic fœtus eſt filius talis hominis, & quod illa fide digna eſt in illo teſtimonio, eumque hæreditatem ejus adire; ſed dicere vult, quod fide digna eſt ſi cum ea coiverit homo legitimus, & quod legitima eſt ad ſacerdotium. Sic etiam, ſi fœtus quem pepererit, fuerit filia, etiam legitima eſt ad ſacerdotium; deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel. Sed ab initio & directè non licet huic imprægnatæ, aut cuicunque quæ compreſſa eſt ab aliquo, de quo dubium eſt è quo genere ſit, ut nubat ſacerdoti. Nam timendum eſt ne cum aliquo illegitimo concubuerit, niſi maxima populi pars legitima fuerit pro illa, quando nimirum maxima pars conſtiterit ex Iſraëlitis, tum, ſi ſeparaverit ſe quis è multitudine populi & hanc compreſſerit extra urbem, nubere poteſt ab initio & directè cum ſacerdote, tam illa quam filia illius.

י אמר רבי יוסי מעשה בתינוקת שירדה למלאות מים מן העין ונאנסה אמר רבי יוחנן בן נורי אם רוב אנשי העיר משיאים לכהונה הרי זו תנשא לכהונה :

10. Dixit R. Joſe, factum eſt ut parvula quædam deſcenderit ad hauriendum aquam è fonte, & vi compreſſa fuerit; dixit R. Jochanan filius Nury, ſi maxima pars civitatis urbis nubat cum ſacerdotibus, hæc etiam nubat cum ſacerdote.

R. OB. DE BARTENORA.

אם רוב העיר משיאין לכהונה *Si maxima pars civitatis nubat cum ſacerdotibus*, etſi una pars maxima ſufficiat, nihilominus prætulerunt familias ſacerdotum, & Sapientes ordinarunt neceſſe eſſe ut duæ eſſent maximæ partes, una pars maxima ſocietatis, & altera pars civitatis. Ideoque non nubebant ſacerdotibus ab initio & directè, niſi haberentur duæ partes maximæ; & hoc ſenſu deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Accidit hic caſus extra civitatem, cujus maxima hominum pars legitima erat, præterea quoque extra hanc civitatem erat ſocietas cujus maxima pars legitima erat, unus autem ex illa ſocietate ſe ſeparaverat, & illam vi compreſſerat. Tandem etiam erant duæ maximæ hominum partes, in civitate una, & altera in ſocietate loci illius in quo compreſſa erat; & hæc gravior conditio eſt, quia una tantum pars maxima neceſſaria eſt. Sed hoc conceſſerunt familiis ſacerdotum, ut illa non nuberet ſacerdoti ab initio, niſi fuerint duæ maximæ partes; deciſio eſt juxta R. Joſe.

פרק ב האשה שנתארמלה או שנתגרשה היא אומרת בתולה נשאתני והוא אומר לא כי אלא אלמנה נשאתיך אם יש עדים שיצאת בהינומא וראשה פרוע כתובתה מאתים רבי יוחנן בן ברוקא אומר אף חילוק קליות ראיה :

Caput 2. Uxor cum vidua facta fuerit, vel repudiata fuerit, ſi dicat, *virginem me duxiſti*, & ille dicat, *non eſt ita, ſed viduam te duxi*, ſi teſtes adfuerint quod exiit cum peplo, & capite detecto, dos ejus matrimonialis eſt ducentarum Zuzarum. R. Jochanan filius Berokæ dicit, etiam diſtributio tritici toſti probatio eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה שנתארמלה וגו׳ *Uxor quæ vidua facta fuerit &c.* & repetiverit dotem ſuam matrimonialem. והוא אומר *ille dicit*, hoc referendum eſt ad illam ſi repudiata erat; at ſi vidua facta fuiſſet, hæredes dicunt, viduam te duxit pater noſter, & non ultra centum Zuſas in dotem matrimonialem tibi cedit. הינומא *peplum*, hi thalamum nuptialem exponunt quem è myrto faciebant pro virginibus; illi exponunt velum quo oculos velabant, in quo aliquando etiam dormitabant.

וראשה פרוע *Et capite detecto*, nam moris erat virgines capillis in humeros demiſſis ducere è domicilio patris in domicilium convivii nuptialis. אף חילוק קליות ראיה *etiam diſtributio tritici toſti probatio eſt*, in loco ubi degebat R. Jochanan filius Berokæ moris erat in nuptiis virginum diſtribuere triticum toſtum. Et ſi teſtes non adfuiſſent qui teſtati erant quod in nuptiis ejus fecerant quemadmodum fit in nuptiis virginum, & ſi contractus matrimonialis perditus fuiſſet, maritus fide dignus eſt, & dos matrimonialis non eſt ultra centum Zuſas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הינומא *Peplum*, erat velum è ſerico, quo virgines è domicilio patris exire ſolebant ad domicilium mariti ſui. Cæterum fundamentum hujus juris eſt, quod, quotieſcunque perditæ literæ fuerint matrimoniales, maritus eſt fide dignus, ſi dixerit, viduam te duxi, niſi teſtes inventi fuerint qui teſtentur quod eam virginem duxit, aut quod cum cum illa in thalamo invenerunt, facientem eo modo quo populi ejus loci cum virginibus faciunt in diebus ornatus & lætitiæ. Sed in eo loco quo R. Jochanan filius Berokæ habitabat, diſtribuere ſolebant triticum toſtum.

ב ומודה רבי יהושע באומר לחבירו שדה זו של אביך היתה ולקחתיה הימנו שהוא נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר ואם יש עדים שהיא של אביו והוא אומר לקחתיה הימנו אינו נאמן :

2. Et concedit R. Jehoſchua ei qui dixerit proximo ſuo, *ager hic erat patris tui, ſed emi eum ab ipſo*, quod fide dignus eſt; quia os quod vetat eſt os quod permittit. At ſi teſtes fuerint quod iſte (ager) erat patris ejus, & ille dixerit, emi eum ab ipſo, non eſt fide dignus.

R. OB. DE BARTENORA.

ומודה רבי יהושע *Et concedit R. Jehoſchua*, etſi ſuperius capite primo in illo caſu, היא אומרת משארסתני נאנסתי *illa dicit quando me deſpondiſti tibi, vi compreſſa ſum*, contradicat R. Jehoſchua Rabban Gamalieli, dicens ibidem Miſna ſexta, non habemus fidem mulieri ſi dixerit marito ſuo, *poſtquam me deſpondiſti tibi, vi compreſſa ſum*, ſed illegitima facta eſt ad ſacerdotium; quia dicere poſſet, vulnerata ſum ligno, ut legitima eſſet ad ſacerdotium. Hoc tamen accipiendum eſt, quando prohibitio aut permiſſio eſt ad faciendum illegitimam vel legitimam ad ſacerdotium, nam in hoc R. Jehoſchua contradicit Rabban Gamalieli, quando dicit, non habemus illi fidem, quia dicere poſſet, poſtquam me deſpondiſti &c. Verum ubi non eſt prohibitio aut permiſſio, ſed cauſa de bonis, ut, ſi quis dixerit proximo ſuo, hic ager erat patris tui, ſed ego eum emi ab ipſo, concedit R. Jehoſchua Rabban Gamalieli, quod in ejuſmodi cauſa mulieri fidem habemus; quia cum dicere poſſet, meus eſt ager, dixit, patris tui erat, ſed emi eum ab illo.

ואם יש עדים שהוא של אביו *Et ſi teſtes fuerint quod ille* (ager) *erat patris ejus*, in Gemara exponitur, quod hæc Miſna nos vult docere, quod, quando non comederit fructus campi diutius quam duos annos vivente patre, & unum annum vivente filio, quandoquidem non adimpleti ſunt tres anni poſſeſſionis vivente patre, annus, quo comedit fructus vivente filio, non intrat numerum annorum poſſeſſionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit ומודה רבי יהושע *& concedit R. Jehoſchua*, vult, quod Rabban Gamalieli concedit cui capite primo Miſna ſexta contradixerat in cauſa alia, nimirum, *illa dicit, poſtquam me deſpondiſti tibi, vi compreſſa ſum*, tum non eſt fide digna ſecundum ſententiam R. Jehoſchuæ. Etſi ibi ratio ſit qua dicere poſſet, vulnerata ſum ferro, ut legitima eſſet ſacerdoti, & tamen dixerit quod ab illo compreſſa erat, quomodo illegitimam ſeipſam fecit ad ſacerdotium, fide digna eſt, ſiquidem dixerit, poſtquam me deſpondiſti tibi, vi compreſſa ſum. Sed ſecundum R. Jehoſchuam non eſt fide digna, quia ille non imponit marito ut uxori ſolvat dotem matrimonialem, eo quod illa dicere poſſet, *poſtquam deſpondiſti me &c.* in re quæ dependet à prohibitione & permiſſione, nam illegitimum eſſe ad ſacerdotium aut legitimum, eſt prohibitio & permiſſio. Verum hoc loco concedit R. Jehoſchua, quia ratio qua dicere poſſet, *poſtquam deſpondiſti me* &c. dependet à datione bonorum, nimirum, quia dicere poſſet, meus eſt ager, at cum ille dixerit, erat quidem patris tui, ſed ego emi eum ab ipſo, fide dignus ſit. Cæterum ſi teſtes fuerint quod pertinebat ad patrem, non eſt fide dignus, dummodo illa comederit fructus agri duos annos vivente patre, & unum annum vivente filio, quandoquidem anni non ſunt adimpleti vivente patre, propterea non eſt fide digna. Nam fundamentum nobis eſt quod bona parvuli jure poſſeſſionis adire non licet, etiamſi adoleverit, id eſt, quamdiu inceperit annos poſſeſſionis quando adhuc parvulus erat, etiamſi ille qui jure poſſeſſionis bona adierit, fructus comederit donec anni poſſeſſionis adimpleti fuerint, poſtquam adoleverit parvulus, poſſeſſio invalida eſt.

SURENHUSIUS. הפה שאסר הוא הפה שהתיר *Os quod vetat eſt os quod permittit*, vult, quod ſicuti fide dignus eſt in eo quod dixit, *ager hic erat patris tui*, quo in caſu ager ipſi erat prohibitus, ſic etiam fide dignus eſt in hoc quod dixit, *ſed emi eum ab ipſo*, quo eum licitum ipſi reddit. Hæc formula ſæpiſſime occurrit in Miſnicis. & in talibus cauſis admittitur in quibus non aliæ inveniuntur circumſtantiæ nec ſigna quæ contrarium arguunt, videſis Miſnam quintam hujus capitis.

ג העדים שאמרו כתב ידינו הוא זה אבל אנוסים היינו קטנים היינו פסולי עדות היינו הרי אלו נאמנים ואם יש עדים שהוא כתב ידם או שהיה כתב ידם יוצא ממקום אחר אינן נאמנין :

3. Teſtes qui dixerint, *hæc eſt Scriptura manuum noſtrarum*; *aut coacti ſumus*; *aut, parvuli eramus*; *aut, illegitimi eramus ad teſtandum*, ſunt fide digni. Verum ſi teſtes fuerint, quod ſcriptura manus eorum eſt, aut quod ſcriptura manus eorum nota eſt alio loco, non ſunt fide digni.

R. OB. DE BARTENORA.

אנוסים *Coacti fuimus*, cum periculo vitæ, nam metuebamus ne occiderent nos; ſed in periculo bonorum amittendorum, & quanto magis, ſi dixerint, propter magnam bonorum copiam quam dedit nobis, non ſunt fide digni. Nam homo ſibi ipſi non adfert malum, quia ſibi ipſi proximus eſt, propterea non eſt fide dignus in ſua cauſa, neque ad excuſandum ſe neque ad condemnandum

היינו פסולי עדות *Eramus illegitimi ad teſtandum*, hoc intelligendum eſt quod illegitimi erant propter conſanguinitatem, ſed propter peccatum non ſunt fide digni. או שהיה כתב ידם יוצא ממקום אחר *aut ſi ſcriptura manus eorum venerit ex alio loco*, ita ut conſignata eſſent in ſcriptura alia quæ à ſenatu confirmata erat; & ſi talis ſcriptura ad nos venerit una cum hac, ſigilla hujus ſimilia ſunt ſigillis illius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אנוסים *Coacti fuimus*, cum periculo vitæ, ut, ſi dixerint, metuebamus ne occiderent nos; at ſi dixerint, coacti fuimus cum periculo bonorum, nam metuebamus ne occiderent nos, ſi non daremus illis teſtimonium quo ſumere poſſent bona noſtra, ideo dedimus teſtimonium noſtrum, non ſunt fide digni; quia nobis fundamentum eſt, quod nemo ſibi ipſi malum infert; & ſi dixerint, quod eripuerunt bona ſua cum bonis proximorum, malitia eſt; quanto magis ſi dixerint, quod munus ſumpſerunt propter hoc teſtimonium, non ſunt fide digni. Sic etiam, ſi ſeipſos illegitimos fecerint propter peccatum, non ſunt fide digni. Sed hoc loco illis fidem habemus, ſi dixerint, היינו פסולי עדות *eramus illegitimi ad teſtandum*, quando illegitimi facti erant propter conſanguinitatem ad teſtandum, ut, ſi dixerint, eo tempore eramus propinqui, & propterea non eramus legitimi ad teſtandum de hac ſcriptura, nihilominus ratum factum eſt teſtimonium, quando ſcriptura manus eorum venit ex alio loco, tribus modis; quorum primus eſt, ſi in ſcriptura illa teſtes fuerint Ruben & Schimeon, & nos rata facere voluerimus ſigilla eorum ex alio loco, & invenerimus aliam ſcripturam quæ Ruben & Schimeon etiam teſtes citat, & duo teſtes teſtati fuerint quod hoc eſt ſigillum Rubenis & Schimeonis, & unam ſcripturam & alteram invenerimus; id eſt, quod ſigillum teſtium unius ſcripturæ teſtantium quod eſt ſigillum talis & talis hominis, fuerit ut ſigillum quod nos confirmare volumus. Secundus modus eſt, quod, ſi ſcriptura fuerit in qua iidem teſtes fuerint, nimirum, Ruben & Schimeon, quorum ſigilla jam confirmata ſunt à ſenatu, ita ut in ſcriptura contineatur confirmatio ſenatus, de qua lis mota fuerat antea, & deindè confirmata, & nos invenerimus literas ſcripturæ hujus confirmatas, nimirum, ſigillum teſtium ſimile ſigillo quod confirmare volumus, hæc quoque rata fiet hoc modo. Cæterum tertius modus eſt, quod, ſi invenerimus duos contractus de duobus agris venditis cum ſimili teſtimonio, id eſt, ſi iidem teſtes in eis confirmati fuerint, & emtores comederint fructus illorum agrorum per annos poſſeſſionis integros, nempe tres annos conſentientibus venditoribus, ſine ulla contentione, contradictione, & ulla offenſione teſtimonii. At ſi teſtimonium illius confirmatum fuerit in ſcripturis dotis matrimonialis, & invenerimus ſigilla teſtium ſcripturæ quam ratificare volumus ſimilia ſigillis contractuum de agris, aut ſigillis duorum contractuum de dote matrimoniali, itidem contractus erit ratus. Cæterum ea conditione, ut duo contractus per quos nos confirmare volumus hunc, ſint ſine poteſtate repetitionis, nam ſi omnes contractus in poteſtate illius fuerint, timendum eſſet ne depravaret ſcripturam ſuam.

ד זה אמר זה כתב ידי וזה כתב ידו של חברי וזה אומר זה כתב ידי וזה כתב ידו של חברי הרי אלו נאמנין זה אומר זה כתב ידי וזה אומר זה כתב ידי צריכים לצרף עמהם אחר דברי רבי וחכמים אומרים אינם צריכים לצרף עמהם אחר אלא נאמן אדם לומר זה כתב ידי :

4. Si unus dixerit, *hæc eſt ſcriptura manus mea, & illa eſt ſcriptura manus ſocii mei*, & alter dixerit, *hæc eſt ſcriptura manus mea, & illa eſt ſcriptura manus ſocii mei*, ſunt fide digni. Si unus dixerit, *hæc eſt ſcriptura manus mea*, & alter dixerit, *hæc eſt ſcriptura manus mea*, neceſſe eſt ut conjungatur cum illis alius, ſunt verba Rabbi. Verum Sapientes dicunt, non eſt neceſſe ut cum illis conjungatur alter, ſed fide dignus eſt homo, quando dixerit, *hæc eſt ſcriptura manus mea*.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו נאמנים *Ecce hi ſunt fide digni*, quia duo teſtes ſunt de quolibet ſigillo ſcripturæ. צריכין לצרף עמהם אחר *neceſſe eſt ut cum illis conjungatur alius*, quia de ſcriptura manus ſuæ teſtantur, non de pecunia cujus mentio fit in contractu; at neceſſe eſt ut duo ſint teſtes de quolibet ſcripturæ ſigillo. וחכמים אומרים אינם צריכים לצרף עמהם אחר *Verum Sapientes dicunt, non eſt neceſſe ut cum illis conjungatur alius*, quia illi teſtantur de nummis quorum in contractu mentio facta eſt; & ſi unus dixerit, hæc eſt ſcriptura manus meæ, & alter dixerit, hæc eſt ſcriptura manus meæ, fit, ut duo ſint teſtes de nummis quorum in contractu mentio facta eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio quæſtionis non eſt juxta ſententiam Rabbi.

ה האשה שאמרה אשת איש הייתי וגרושה אני נאמנת שהפה שאסר הוא הפה שהתיר ואם יש

5. Mulier quæ dixerit, *uxor mariti fui, & repudiata*, fide digna eſt, quia os quod prohibet eſt os quod permittit. Verum ſi teſtes fuerint quod

עדים שהיתה אשת איש והיא אומרת גרושה אני אינה נאמנת אמרה נשבתי וטהורה אני נאמנת שהפה שאסר הוא הפה שהתיר ואם יש עדים שנשבית והיא אומרת טהורה אני אינה נאמנת ואם משנשאת באו עדים הרי זו לא תצא :

uxor mariti fuit, & illa dixerit, *repudiata ſum*, non eſt fide digna. Si dixerit, *captiva fui & pura remanſi*, fide digna eſt. quia os quod vetat eſt os quod permittit. Si teſtes fuerint quod fuit captiva, & illa dixerit, *ſum pura*, non eſt fide digna; at ſi poſt nuptias venerint teſtes, illa non exibit.

R. OB. DE BARTENORA.

משנשאת *Quando nupta fuerit*, non propriè poſtquam nupſerit, ſed poſtquam illi permiſerint nubere, venerunt teſtes qui dixerunt quod captiva fuit. לא תצא *non exibit*, è prima ſua permiſſione, ſed nubet de induſtria. Cæterum ſi teſtes dixerint quod polluta eſt, etſi multi ipſi fuerint filii, exibit tamen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם משנשאת *Si poſtquam nupta fuerit*, id eſt, ſi poſtquam permiſerint illi nubere, teſtes venerint, hæc non exibit è permiſſione ſua, etſi teſtes venerint ac dixerint quod captiva fuit. Verum ſi teſtes venerint & dixerint quod polluta fuit, etſi multos habuerit filios, nubet. Et ſi dixerit, ſum uxor mariti, & deindè dixerit, cœlebs ſum, & ſi dixerit, uxor mariti fui propter hanc & illam rationem, fide digna eſt, & verba ejus admittuntur, at ea conditione ut de verbis prioribus ſe excuſet, & teſtes non adſint.

ו שתי נשים שנשבו זאת אומרת נשבתי (ס״א) וטהורה אני וזאת אומרת נשבתי (ל״נ) וטהורה אני אינן נאמנות ובזמן שהן מעידות זו את זו הרי א״ו נאמנות :

6 Si duæ mulieres captivæ fuerint, & una dixerit, *captiva fui, & pura*, & altera dixerit, *captiva fui & pura*, non ſunt fide dignæ; at quando una teſtata fuerit de altera, ecce hæ ſunt fide dignæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי נשים שנשבו *Duæ mulieres quæ captivæ abductæ fuerint*, de quibus teſtes fuerint quod captivæ fuerunt. מעידות זו את זו *teſtante una de altera*, unaquaque dicente, ſocia mea pura eſt. נאמנות *fide dignæ ſunt*. nam de captiva indulſerunt Sapientes, legitimum reddentes unicum teſtem, etſi fuerit ſervus, aut mulier aut parvulus ſimpliciter loquens, ſed ea conditione ut teſtis teſtetur quod non ſeparavit ſe ab ea maritus à tempore illo quo captiva fuit, donec exierit è poteſtate gentium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתי נשים שנשבו *Duæ mulieres ſi captivæ fuerint*, de quibus clarè conſtat quod captivæ fuerunt, nihilominus fide dignæ ſunt & puræ, quando unaquæque teſtata fuerit de ſocia ſua quod pura eſt; nam ad teſtimonium mulieris captivæ dandum de puritate, legitima eſt mulier, propinqua, & parvulus qui ſimpliciter loquitur, & confirmatur teſtimonium de captiva quod pura eſt, quando teſtis teſtatus fuerit quod maritus non abſtraxerit ſe ab illa, indè à tempore quo captiva fuit uſque dum exierit è poteſtate gentium.

ז וכן שני אנשים זה אומר כהן אני וזה אומר כהן אני אינן נאמנין ובזמן שהן מעידין זה את זה הרי אלו נאמנין :

7. Sic etiam, ſi duo fuerint viri, & unus dixerit, *ſum ſacerdos*, & alter dixerit, *ſum ſacerdos*, non ſunt fide digni; at ſi unus de altero teſtatus fuerit, ecce illi fide digni ſunt.

R. OB. DE BARTENORA. אינן נאמנין *Non ſunt fide digni, ut detur illis oblatio prima*; ובזמן שהן מעידין זה על זה *& quando teſtatus fuerit unus de altero*, ita ut unuſquiſque dixerit, ego & ſocius meus ſumus ſacerdotes.

ח רבי יהודה אומר אין מעלין לכהונה על פי עד אחד אמר רבי אלעזר אימתי במקום שיש עוררין אבל במקום שאין עוררין מעלין לכהונה על פי עד אחד רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן מעלין לכהונה על פי עד אחד :

8. R. Jehuda dicit, non evehunt ad ſacerdotium dicto unius teſtis. Dixit R. Eleaſar, quando? quando ſunt qui repugnant, at quando non ſunt qui repugnant, evehunt ad ſacerdotium dicto unius teſtis. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit in nomine R. Schimeonis filii Seganis, evehunt ad ſacerdotium dicto unius.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר אין מעלין לכהונה על פי עד אחד *R. Jehuda dicit, non evehunt ad ſacerdotium dicto unius teſtis*, etiam quando non eſt ſuſpicio de retributione, quanto magis hic ubi non eſt ſuſpicandum quod unus retribuet alteri, dicendo, teſtificare tu de me, & ego teſtificabor de te.

עוררין *Diſſidentes*, dicentes de illo quod illegitimus eſt ad ſacerdotium, ſed non eſt diſſidium inter minores quam duos. מעלין *aſcendere faciunt*, quando non eſt ſuſpicio quod alter alteri retribuet; & hæc eſt controverſia inter R. Elieſerem & doctorem primum. Sed Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit in nomine R. Schimeonis filii Seganis, faciunt aſcendere ad ſacerdotium dicto unius teſtis; in Gemara quæritur, an Rabban Schimeon filius Gamalielis non eadem dicat quæ R. Eleaſar? & reſpondetur, quod conjungantur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עוררין *Contendunt*, diſſident, dicendo, hic non eſt ſacerdos; nam fundamentum eſt nobis quod non eſt diſſenſus inter pauciores quam duos. Controverſia vero Rabban Schimeonis filii Gamalielis & doctoris primi eſt de conjunctione teſtium, ut, ſi fuerit homo aliquis de quo nobis conſtat quod pater ejus eſt ſacerdos, at deindè vox exierit quod filius erat illegitimus ad ſacerdotium, & remotus fuerit à ſacerdotio, & poſtea teſtatus fuerit unus teſtis, quod legitimus erat, & ſacerdotio redditus fuerit, juxta fundamentum illud quo ad ſacerdotium aſcendere faciunt dicto unius teſtis; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. Verum ſi poſtea duo teſtes dixerint, quod hic illegitimus erat, ut ſecunda vice à ſacerdotio rejectus fuerit, & deinde unus teſtis dixerit quod legitimus erat, Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit,

gantur ad teſtandum, ut, ſi pater unius fuerit in ſuſpicione ſacerdotii, & vox exierit quod is eſt filius uxoris repudiatæ, aut filius ejus qui calceum exuit, & à ſacerdotio rejectus fuerit, & unus teſtis poſtea venerit qui dixerit, novi quod ille eſt ſacerdos, & ſacerdotio reſtitutus fuerit; at deindè venerint duo teſtes, & dixerint, filius repudiatæ aut filius quæ calceum exuit, & denuo rejectus fuerit; at poſtea venerit unus teſtis, & dixerit, ego novi quod ſacerdos eſt. Rabban Schimeon filius Gamalielis ad hoc dicit, faciunt aſcendere ad ſacerdotium dicto teſtis hujus ultimi, quia eum conjungunt cum teſte primo qui irritam fecit vocem quæ dixit, ego novi quod ille ſacerdos eſt. Et quamvis teſtimoniis ipſorum non teſtati ſunt una vice, conjunguntur tamen teſtimonia eorum, dicimus enim, ponas hos duos qui dicunt eum eſſe ſacerdotem cum duobus qui dicunt quod filius ſit repudiatæ, ſic manet in poſſeſſione ſacerdotali. Cæterum juxta R. Eleaſarem non facimus aſcendere ad ſacerdotium, niſi duo teſtes teſtati fuerint eodem tempore quod ſacerdos eſt; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, quod teſtes conjunguntur, etſi eodem tempore ſimul non teſtati fuerint.

dicit, quod hic teſtis conjungitur cum primo teſte etſi temporis ſpatium inter eos tranſierit, & quod eum aſcendere faciunt ad ſacerdotium, nam teſtimonium duorum qui teſtati ſunt quod legitimus erat, & teſtimonium duorum qui teſtati ſunt quod illegitimus erat, utrumque irritum eſt, & filius relinquetur in poſſeſſione patris, qui erat ſacerdos legitimus. Cæterum primus doctor dicit, quod teſtimonium non conjungitur, & quod non faciunt eum aſcendere ad ſacerdotium, niſi teſtati fuerint duo teſtes eodem tempore quod legitimus eſt; nam tum ponimus eos qui teſtati ſunt quod illegitimus erat, contra eos qui teſtati ſunt quod legitimus erat, & is relinquetur in poſſeſſione ſua; deciſio eſt juxta ſententiam Rabban Schimeonis filii Gamalielis. Quandoquidem nobis hypotheſis eſt, quod teſtimonium conjungitur, etſi inter eos longum temporis ſpatium tranſierit. Sic etiam quilibet teſtis ſuum teſtimonium dicere poteſt ſine altero in omnibus teſtimoniis, exceptò in divortio, & in cauſis criminalibus ubi ſunt quoque jura quæ exponentur loco ſuo in tractatu Sanhedrin.

ט האשה שנתבשה בידי עכו"ם על ידי ממון מותרת לבעלה על ידי נפשות אסורה לבעלה עיר שכבשה כרכום כל כהנות שנמצאו בתוכה פסולות ואם יש להן עדים אפילו עבד אפילו שפחה הרי אלו נאמנין ואין נאמן אדם על ידי עצמו אמר רבי זכריה בן הקצב המעון הזה לא זזה ידה מתוך ידי משעה שנכנסו עכו"ם לירושלם ועד שיצאו אמרו לו אין אדם מעיד על ידי עצמו :

9. Mulier quæ captiva abducta fuerit per manus ethnicorum propter bona, licita eſt marito ſuo; ſi propter crimen, prohibita eſt marito ſuo. Si civitas quædam ſubacta fuerit ab exercitu, omnes ſacerdotum filiæ quæ in ea repertæ fuerint, illegitimæ ſunt; & ſi teſtes fuerint, etſi ſervus vel ſerva, fide digni ſunt, ſed non eſt homo fide dignus pro ſe ipſo. Dixit R. Sacharias filius Kazabh, per hoc templum non amota eſt manus ejus à manu mea ab ea hora qua ethnici intrarunt Jeruſolymam donec exierint; dixerunt illi, non poteſt homo teſtari pro ſeipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

על ידי ממון מותרת לבעלה *Si propter bona, licita eſt marito ſuo*, nam timent ne pereant bona eorum, & ne illa communis fiat, & proſtituatur; ſed hoc intelligendum eſt quando Iſraël poteſtatem habet in ethnicos, tum licita eſt marito ſuo etſi ſit ſacerdos; & non eſt ſimilis captivæ, quia timent ne perdant bona ſua. Verum quando ethnici poteſtatem habent in Iſraëlem, etiam propter bona, prohibita eſt marito, ſi maritus fuerit ſacerdos; at ſi Iſraëlita fuerit, licita eſt omnino, quia uxor Iſraëlitæ vi compreſſa, licita eſt marito ſuo.

על ידי נפשות אסורה לבעלה *Propter crimen prohibita eſt marito ſuo*, intelligitur talis quæ mortis condemnata erat, quæ marito ſuo prohibita eſt, etſi Iſraëlita fuerit, quia ſuſpicamur quod illo conſentiente compreſſa eſt.

פסולות *Illegitimæ ſunt*, prohibitæ ſunt ſacerdotio, quia uxor ſacerdotis vi compreſſa prohibita eſt. Verum ſi in civitate quoddam fuerit latibulum in quo mulier ſe poteſt abſcondere, unaquæque è mulieribus civitatis fide digna eſt, ſi dixerit, abſcondita fui in latibulo, & non polluta fui.

המעון הזה *Per hoc templum*, eſt formula jurandi: אין מעיד אדם על ידי עצמו *non teſtatur homo pro ſe ipſo*, & ſi teſtatus fuerit homo de captiva quod pura eſt, non ducet eam, ſi ſacerdos ſit, quia ſuſpectus eſt; at ſi nummis ſuis eam redemerit, licet teſtari & ducere eam, quia nemo fruſtra ſolvit nummos ſuos, & ſi non ſciviſſet quod pura erat, non dediſſet pro illa nummos ſuos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando ethnici in poteſtatem ſubegerint Iſraëlem, etiam propter bona, tum prohibita eſt marito ſuo; ſed hæc omnia intelligenda ſunt quando maritus ejus fuerit ſacerdos, at ſi Iſraëlita fuerit, fundamentum nobis eſt quod vis permiſſa eſt in Iſraëlita.

כרכום Eſt *exercitus militum*; & ſi in urbe locus fuerit ad abſcondendum ſe quo milites pervenire non poſſunt, quælibet ex illis fide digna eſt, ſi dixerit, non polluta ſum, etſi non adſint teſtes; nam de qualibet ratio dari poteſt, quod, quia quælibet dicere potuiſſet, abſcondi me, fide digna eſt quando dixerit, abſcondita fui & non polluta ſum. Cæterum jam expoſuimus quod propinqua & mulier legitimæ ſunt ad teſtandum de muliere quod non eſt polluta, marito & ancilla illius exceptis. Qui vero teſtatus fuerit de captiva quod pura eſt, quoniam ſacerdos eſt, non ducet eam; ſed eam ducet alius ſacerdos, quemadmodum expoſuimus in fine capitis ſecundi tractatus Jevamoth. Verum ſi bonis ſuis eam redemerit, & teſtatus fuerit de ea quod non polluta eſt, ducet eam; nam ſi hoc non conſtiterit illi, non dediſſet pro illa pecuniam ſuam ad redemptionem illius.

SURENHUSIUS. המעון הזה *Per hoc habitaculum*, id eſt, המקדש הזה *per hoc templum*, ſolebant enim per ſanctuarium Judæi jurare, hoc ſenſu vox מעון exponitur in Aruch. Sed in libro Juchaſin ſectione ſeptima narratur de Rabh Zemach Gaon, quod is putat R. Sachariam filium Kazabi in Miſna dixiſſe מעון pro מקדש, eo quod ſanctuarium viderat devaſtatum; Jomtobus autem hanc opinionem refutat, quia Bava Ben Buta jam ita juravit in fine tractatus Keritoth, ut & Rabban Gamaliel in principio ejuſdem tractatus, ſicuti in Iſraële moris eſt, & de R. Jochanan invenitur fol. 71. in Juchaſin quod jurant ההיכלא *per templum*; quæ non eſt vera jurandi formula, ut auctor Beth Joſeph in Jore Dea ſectione 207 ſcribit in nomine Haga Mordechai, quod jusjurandum per menſam ſacram &c. vel per alia templi inſtrumenta quæcunque factum, non ſit rectum jusjurandum. Et cum in hac Miſna R. Sachariæ teſtimonio fides habeatur, non erat neceſſe ut inſuper juraret; propterea ſpecies ſive modus jurandi dici poteſt id quod dixit, non ipſum jusjurandum.

י ואלו נאמנין להעיד בגודלן מה שראו בקוטנן נאמן אדם לומר זה כתב ידו של אבא וזה כתב ידו של רבי וזה כתב ידו של אחי זכור אני בפלונית שיצתה בהינומא וראשה פרוע ושהיה איש פלוני יוצא מבית הספר לטבול לאכול בתרומה ושהיה חולק עמנו על הגורן והמקום הזה בית הפרס ועד כאן היינו באין בשבת אבל אין אדם (רי"ף ל"ג) נאמן לומר דרך היה לפלוני במקום הזה מעמד ומספד היה לפלוני במקום הזה:

10. Et hi fide digni ſunt ad teſtandum in adulta ætate id quod viderunt in puerili ætate. Fide dignus eſt homo ſi dicat, *hæc eſt ſcriptura manus patris mei*, *&* *illa eſt Scriptura manus magiſtri mei*, *&* *iſta eſt Scriptura manus fratris mei*; *&*, *recordatus ſum mulieris hujus quæ exiit cum peplo nuptiali*, *&* *capite detecto*; *&* *quod aliquis exiit e ludo literario ad lavandum ſe ut comederet de oblatione prima*, *&* *quod partiebatur nobiſcum in area*, *&* *quod hic locus eſt domus expanſionis*, *&* *huc uſque veniebamus ad Sabbathum.* Verum non eſt fide dignus homo ad dicendum, via erat alicui in hoc loco, ſtatio, & ſedes, & luctus erat alicui in hoc loco.

R. OB. DE BARTENORA.

וזה כתב ידו של אבא וכו' *Hæc eſt ſcriptura manus patris &c.* & dicto ejus confirmant ſcripturam ac ratam habent, quia ratihabitio libellorum eſt ex ordinatione Sapientum, & Sapientes ejuſmodi teſtem fecerunt fide dignum in rebus quæ inſtitutæ ſunt ex ordinatione Sapientum.

שיצתה בהינומא וראשה פרוע *Quæ exierit cum peplo nuptiali, & capite detecto*, & exiget dotem ſuam matrimonialem ducentarum Zuzarum; & quamvis non educamus bona niſi cum claro teſtimonio; hic tamen differentia eſt, quandoquidem plurimæ fœminæ nubunt virgines, ergo teſtimonium tantum notificatio eſt.

שהיה איש פלוני יוצא מבית הספר *Quod exiit aliquis è domo libri*, è Schola, quando parvuli eramus & Scholam frequentabamus: לאכול בתרומה *ad edendum de oblatione prima*, & juxta hoc teſtimonium illi dant comedendum de oblatione prima ex ordinatione Sapientum, uti eſt oblatio prima quæ ſeparata eſt de eo quod crevit in vaſe cui non eſt foramen, ſed non dant illi comedendum de oblatione prima Legis propter hoc teſtimonium. Nam non eſt cogitandum hunc ſervum eſſe ſacerdotem, eo quod vetitum eſt ſervum docere Legem.

ושהיה חולק עמנו על הגורן *Et quod partiebatur nobiſcum in area*, neque cogitandum eſt ſacerdotem eſſe ſervum, quia oblatio prima non dividi poteſt cum ſervo niſi magiſter ejus adfuerit. והמקום הזה בית הפרס *& quod hic locus eſt domus expanſionis*, qui ſepulchri locum exarat, is facit domum expanſionis centum cubitorum, ut hoc modo aratrum comminuat & diſpergat oſſa mortui; immundities vero domus expanſionis ex ordinatione Sapientum eſt. ועד כאן היינו באין בשבת *& huc uſque veniebamus ad Sabbathum*, quia termini ſunt ex ordinatione Sapientum. מעמד ומושב ומספד *ſtatio*, *& ſedes*, *& luctus*, hic illi locus erat ad lugendum mortuos ſuos amicos, & ad faciendum ſtationem & ſeſſionem pro mortuo, in hoc non eſt fide dignus, quia eſt negotium de bonis quod requirit perfectum teſtimonium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc ſunt ejuſmodi conſtituta ut eorum ſimplex tantum requiratur expoſitio, & omnia ex inſtitutione Sapientum, nam confirmatio libelli è Sapientibus eſt. Sic etiam ordinatio dotis matrimonialis centum & ducentarum Zuzarum, & terminorum, & immunditia domus expanſionis è Sapientibus eſt. Similiter oblatio illa prima, quæ datur huic ſacerdoti qui ad ſacerdotium aſcendit cum exiguo illo teſtimonio, eſt oblatio prima ex ordinatione Sapientum, nimirum, ſi de eo quod in vaſe creverit non perforato, ſeparaverint oblationem primam, quemadmodum expoſuimus in tractatu Trumoth. Sed non confirmabitur hoc teſtimonium, ſi dixerint, via aut ſtatio erat alicui in hoc loco, quia eſt cauſa de bonis, in qua omnino neceſſarium eſt perfectum teſtimonium. Neque nobis licitum eſt Legem docere ſervum; ſic etiam nobis hypotheſis eſt, quod cum ſervo non dividunt oblationem primam in area, niſi magiſter ejus adfuerit. Propterea non cogitandum eſt fieri poſſe ut hic ſervus ſacerdos ſit, quia ſervus non ſolet frequentare Scholam ad diſcendum, nam non licet eum docere Legem ut diximus; ſic etiam non cedit illi oblatio prima in area.

פרק ג אלו נערות שיש להן קנס הבא על הממזרת ועל הנתינה ועל הכותית הבא על הגיורת ועל השבויה ועל השפחה שנפדו ושנתגיירו ושנשתחררו פחותות מבנות ג' שנים ויום א' הבא על אחותו ועל אחות אביו ועל אחות אמו ועל אחות אשתו ועל אשת אחיו ועל אשת אחי אביו ועל הנדה יש להן קנס אף על פי שהן בהכרת אין בהן מיתת בית דין:

Caput 3. Hæ ſunt puellæ quibus eſt pœna, ſi quis coiverit cum ſpuria, cum Nethinæa, & cum Cuthæa; ſi coiverit cum peregrina, cum captiva, & cum ſerva, quæ redemptæ & proſelytæ factæ ſunt, & libertate donatæ intra annum tertium & unum diem; ſi coiverit cum ſorore ſua & cum ſorore patris ſui, & cum ſorore matris ſuæ, & cum ſorore uxoris ſuæ, & cum uxore fratris ſui, & cum uxore fratris patris ſui, & cum menſtruoſa, (illis inquam) pœna ſtatuitur, quia, licet condemnatæ ſunt exciſionis, non condemnantur mortis à domo judicii.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו נערות *Hæ ſunt puellæ*, quibus, etſi illegitimæ ſint, ſtatuitur pœna, ut, ſi aliquis compreſſerit unam ex illis, det patri ejus quinquaginta nummos argenteos. *Nethinæa*, è Gibeonitis, qui ita vocantur quia Joſua eos lignis findendis & aquis hauriendis præpoſuit, quibus prohibitum eſt intrare eccleſiam. ועל הכותית *& cum Cuthæa*, putat hic doctor proſelytos factos eſſe Cuthæos præ formidine leonum, nihilominus illis pœna ſtatuta eſt etſi habentur idololatræ.

פחותות מבנות שלש שנים ויום אחד *Minores tribus annis & uno*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus hujus Miſnæ eſt hic; hæ ſunt puellæ quibus ſtatuitur pœna, de qua loquitur Scriptura Deut. 22, 29. ונתן השוכב עמה לאבי הנערה חמשים כסף Cæterum jam noſti quod Cuthæus & ethnicus ſunt æquales hodie nobiſcum, quemadmodum expoſuimus in tractatu Berachot.

ועל אשת אחיו ואשת אחי אביו *Et cum uxore fratris ſui & cum ſorore fratris patris ſui*, ut, ſi frater ejus aut frater patris ſui deſponderit ſibi virginem in uxorem, & repudiata fuerit à deſponſationibus. Conditio autem, quæ neceſſaria

eſt

uno die, quia continentur ſub jure virginum, nam ſi in captivitate aut in ethniciſmo compreſſæ fuerint, redit tamen illis denuo virginitas.

ועל אשת אחיו ועל אשת אחי אביו *Et cum uxore fratris ſui, & cum uxore fratris patris ſui*, quæ uni ex illis deſponſa fuerit, & repudiata fuerit à deſponſationibus, quando adhuc virgo erat. אף על פי שהן בהכרת אין בהן מיתת בית דין *etſi condemnatæ ſint excisionis, tamen non condemnantur mortis à domo judicii*, & exciſio non liberat à ſolutione; ſed hoc intelligendum eſt quando non fuerit commonefactio, at ſi fuerit commonefactio, liber eſt à pœna, quia nobis fundamentum eſt quod omnes condemnati exciſionis qui admoniti ſunt, vapulant, ſed nemo vapulat & ſolvit ſimul.

eſt in omnibus illis quæ prohibitæ ſunt per præceptum negativum cum pœna exciſionis, eſt, ut illic non ſit præmonitio, nam ſi præmonuerint eum, condemnatus eſt flagellationis, quia fundamentum nobis eſt, ut omnes qui condemnati ſunt exciſionis, flagellis excipiendi ſint; unum vero è fundamentis quod ſequi debemus, eſt, quod homo non ſimul vapulat & ſolvit.

ב ואלו שאין להם קנס הבא על הגיורת ועל השבויה ועל השפחה שנפדו ושנתגיירו ושנשתחררו יתירות על בנות שלש שנים ויום אחד רבי יהודה אומר שבויה שנפדית הרי היא בקדושתה אף על פי שגדולה הבא על בתו על בת בתו על בת בנו על בת אשתו על בת בנה על בת בתה אין להן קנס מפני שמתחייב בנפשו שמיתתו בידי בית דין וכל המתחייב בנפשו אין משלם ממון שנאמר אם לא יהיה אסון ענוש יענש :

2. Hi vero ſunt quibus non eſt pœna, ſi quis coiverit cum peregrina, vel cum captiva, vel cum ſerva quæ redemptæ, proſelytæ & manumiſſæ fuerint, quando ultra tres annos & unum diem pervenerint. R. Jehuda dicit, captiva quæ redempta fuerit, eſt in ſanctitate ſua, etſi adulta eſſet. Si quis coiverit cum filia ſua, & cum filia filiæ ſuæ, & cum filia filii ſui, & cum filia uxoris ſuæ, & cum filia filii ejus, & cum filia filiæ ejus, non ſtatuitur illi pœna, quia condemnatus eſt mortis, nam mors ejus infligitur à domo judicii; & quicunque condemnatus eſt mortis, non ſolvit bona, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 22. *ſi non fuerit exitium, mulctando mulctabitur.*

R. OB. DE BARTENORA.

יתירות על בנות שלש שנים *Quando ultra tres annos pervenerint*, nam quandoquidem capaces ſunt ad coitum, ideo in eo jure poſſeſſionis ſunt quod in ethniciſmo & captivitate ſtupratæ ſunt. הרי היא בקדושתה *ecce illa eſt in ſanctitate ſua*, & non eſt in jure poſſeſſionis, quod ſtuprata eſt, etiamſi captiva fuerit in adulta ætate; deciſio non eſt juxta R. Jehudam

ולא יהיה אסון ענוש יענש *Et non fuerit exitium, mulctando mulctabitur*, ut, ſi fuerit exitium in uno è duobus qui concertabant, ita ut unus mortuus fuerit, homicida non mulctabitur bonis ſuis, quia mortis condemnatus eſt à domo judicii. Neque differentia eſt inter peccatum quod commiſſum eſt ab eo qui à domo judicii condemnatus eſt mortis, ſive ex errore ſive de induſtria, nam quocunque modo liber eſt à ſolutione pecuniæ. Sed ob peccatum quod meretur flagellationem aut exciſionem, non liber eſt à ſolutione pecuniæ, niſi teſtes fuerint & præmonitio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Scriptura dicit Exod. 21. ולא היה אסון *& non fuerit exitium*, vult, ſi non fuerit exitium inter duos homines certantes, mulctando mulctabitur is qui vulneraverit; at ſi exitium fuerit inter duos illos concertantes, ita ut unus ex illis mortuus fuerit, homicida interficietur, & nullo modo illic obtinebit pœna de pecunia ſolvenda, & hoc eſt quod dicitur verſu 24. ואם יהיה אסון ונתתה נפש תחת נפש & liber erit à ſolutione pecuniæ, quia non ſimul moriendum & ſolvendum eſt, etſi peccaverit ex errore ut non condemnatus ſit mortis, nam quodcunque peccatum quod mortem à domo judicii infligendam meretur, non requirit ſolutionem pecuniæ, etſi ex errore commiſſum ſit. Et hæc eſt differentia inter condemnatos flagellationis & condemnatos mortis per domum judicii; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ג נערה שנתארסה ונתגרשה רבי יוסי הגלילי אומר אין לה קנס רבי עקיבא אומר יש לה קנס וקנסה לעצמה :

3. Puella ſi deſponſa fuerit & dein repudiata, R. Joſe Galilæus dicit, non eſt illi pœna. R. Akiba dicit, eſt illi pœna, & pœna eſt pro ipſa.

R. OB. DE BARTENORA. אין לה קנס *Non eſt illi pœna*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 22, 28. אשר לא ארשה hinc ſequitur quod ſi ſemel deſponſa fuerit, jam non amplius illi pœna ſtatuitur. Verum R. Akiba dicit, quod illi pœna ſtatuitur, nam textum hoc ſenſu exponimus, quando non deſponſa fuerit, ſtatuetur in patrem pœna, hinc ſequitur quod ſi deſponſa fuerit, pœna ſtatuetur ipſi filiæ; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Akibæ.

ד המפתה נותן שלשה דברים והאונס ארבעה המפתה נותן בושת ופגם וקנס מוסיף עליו אונס שנותן את הצער מה בין אונס למפתה האונס נותן את הצער והמפתה אינו נותן את הצער האונס נותן מיד והמפתה לכשיוציא האונס שותה בעציצו והמפתה אם רצה להוציא מוציא :

4. Qui puellam ſeduxerit, ſolvet tres res, & qui vi compreſſerit, quatuor; qui ſeduxerit, ſolvet ignominiam, damnum, & pœnam; ſed additamentum hoc eſt ei qui vi compreſſerit, ut ſolvat dolorem. Quæ differentia eſt inter eum qui vi compreſſit & inter eum qui ſeduxit? qui vi compreſſerit, ſolvet dolorem, qui vero ſeduxerit, non ſolvet dolorem. Qui vi compreſſerit, ſolvet ſtatim, qui vero ſeduxerit, quando eduxerit eam. Qui vi compreſſerit, bibet è vaſe ſuo teſtaceo, & qui ſeduxerit, ſi voluerit educere eam, educat.

R. OB. DE BARTENORA.

האונס נותן מיד *Qui vi compreſſerit, ſolvet ſtatim*, patri illius, etſi duxerit eam. האונס נותן את הצער *qui vi compreſſerit, ſolvet dolorem*, quia ea quæ vi compreſſa eſt non ſimilis eſt ei quæ volens compreſſa eſt, & ſeducta nequit poſtulare quicquam pro dolore, quia Lex quidem mentionem facit de afflictione vi compreſſæ, ſed non de afflictione ſeductæ.

המפתה לכשיוציא *Et qui ſeduxerit, quando eduxerit*, id eſt, quando non duxerit eam, nam ſi duxerit eam, non ſolvet pœnam, uti ſcriptum eſt Exod. 22, 15. מהור ימהרנה אם מאן ימאן כסף ישקול Verum de eo qui vi compreſſerit dicitur Deut. 22, 29. ונתן חמשים כסף ולו תהיה לאשה Porro Miſna dicit שותה בעציצו *bibit è vaſe ſuo teſtaceo*, è vaſe vili quod elegit, id eſt, nolens ducet eam in uxorem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האונס נותן את הצער *Qui vi compreſſerit, ſolvet dolorem*, Gemara expoſuit, quod non ſimilis eſt ea quæ volens ſtuprata fuerit illi quæ vi compreſſa fuerit, & fundamento illi eſt, quod ſeducta nihil accipit pro dolore ſuo. Id ipſum quoque volunt verba Legis quod vi compreſſa affligitur, quod non dicit de ea quæ ſeducta eſt.

המפתה לכשיוציא *Et qui ſeduxerit quando eduxerit*, quando non duxerit eam, at ſi illa annuerit & pater ejus annuerit, & duxerit eam, ſolvet ignominiam & damnum tantum, & non ſolvet pœnam.

ה כיצד שותה בעציצו אפילו היא חיגרת אפילו היא סומא ואפילו היתה מוכת שחין נמצא בה דבר ערוה או שאינה ראויה לבא בישראל אינו רשאי לקיימה שנאמר ולו תהיה לאשה אשה הראויה לו :

5. Quomodo bibit è vaſe teſtaceo ſuo? etſi fuerit clauda, & fuerit cœca, & quamvis fuerit percuſſa ulcere. Si invenerit in ea quicquam inhoneſti, aut quod non erat legitima ad intrandum Iſraëlem, non licet illi confirmare (conjugium cum ea) uti ſcriptum eſt Deut. 22, 29. *Et illi erit in uxorem*, (ergo) ejuſmodi ſit quæ ipſi legitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA. מוכת שחין *Percuſſa ulcere*, id eſt, lepróſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. עציץ Eſt vas teſtaceum, olla, qua utuntur in rebus pollutis. מוכת שחין *percuſſa ulcere*, id eſt, lepróſa.

ו יתומה שנתארסה ונתגרשה רבי אלעזר אומר המפתה פטור והאונס חייב :

6. Pupilla ſi deſponſa fuerit & repudiata fuerit, R. Eleaſar dicit, qui eam ſeduxerit, liber eſt, & qui vi compreſſerit, reus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אלעזר אומר המפתה פטור *R. Eleaſar dicit, qui ſeduxeris, liber eſt*, nam quandoquidem pupilla eſt, pœna eſt pro illa ipſa, utique jam condonavit illi, quia volens ſeducta eſt, ideoque liber eſt. Sic etiam, ſi quis puellam deſponſam & repudiatam quæ non fuerit pupilla, vi compreſſerit, reus eſt; at ſi ſeduxerit, liber eſt, quemadmodum in cauſa pupillæ, quia pœna illius eſt pro illa ipſa, uti ſuperius dixit R. Akiba; & ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Eleaſar, etſi non fuerit pupilla.

ז איזהו בושת הכל לפי המבייש והמתבייש פגם רואין אותה כאילו היא שפחה נמכרת כמה היתה יפה וכמה היא יפה קנס שוה בכל אדם וכל שיש לו קצבה מן התורה שוה לכל אדם :

7. Quid eſt *ignominia?* omnia ſecundum eum qui ignominia afficit & qui ignominia afficitur. *Damnum?* conſiderant eam ac ſi ſerva vendita eſſet, quantum valebat ante ſtuprum, & quantum valet poſt ſtuprum. *Pœna?* æqualis eſt omnibus hominibus, & quidquid limitatum eſt ex Lege, id æquale eſt omnibus hominibus.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל לפי המבייש והמתבייש *Omnia ſecundum eum qui ignominia afficit & qui ignominia afficitur*, ſi homo mediocris conditionis ignominia affecit aliquem, ignominia ejus major eſt ignominia hominis inferioris conditionis, aut hominis ſpectati; ſic inveni in commentariis magiſtrorum meorum. Et capite octavo tractatus Babha Batra inveni, quod hominis inferioris conditionis ignominia, qua aliquem affecerit, ſit omnium maxima; & ſic fundamentum eſt. והמתבייש *& qui ignominia afficitur*, juxta dignitatem ejus erit ignominia ejus. כאילו היא שפחה *ac ſi ſerva eſſet*, conſiderant quantum homo dare voluerit pro ſerva virgine, & quantum pro corrupta, ad dandum illam ſervo in matrimonium quem herus amat. In Gemara quæritur hoc ſenſu, unde habemus quod ſolvet ignominiam, damnum, & dolorem, dicamus quod Scriptura dicit, quinquaginta argenteos nummos pro omnibus cauſis? reſpondetur, Scriptura dicit, Deut. 22, 29. ונתן האיש השוכב עמה לאבי הנערה חמשים כסף id eſt, pro delectatione qua concubuit cum ea, dabit quinquaginta nummos argenteos, citra ignominiam, damnum, & dolorem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Gemara, ſcriptum eſt Deut. 22, 29. ונתן האיש השוכב עמה וגו׳ ergo delectatio concubitus tantum eſt quinquaginta nummorum argenteorum, ſed hanc ſummam non intrat multa ignominiæ, neque damni; ſic etiam dolor vi compreſſæ extra multam quinquaginta nummorum compenſari debet.

ח כל מקום שיש מכר אין קנס וכל מקום שיש קנס אין מכר קטנה יש לה מכר ואין לה קנס נערה יש לה קנס ואין לה מכר הבוגרת אין לה לא מכר ולא קנס :

8. In quocunque loco obtinet venditio, in eo non obtinet pœna, & in quocunque loco obtinet pœna, in eo non obtinet venditio. In parvula obtinet venditio, ſed non pœna. In puella obtinet pœna, ſed non venditio, in pubeſcente non eſt venditio, neque pœna.

R. OB. DE BARTENORA.

כל מקום שיש בו מכר *In quocunque loco fuerit venditio*, nam pater poteſtatem habet vendendi filiam ſuam, quando parvula eſt. אין קנס *n n eſt pœna*, patri non ſtatuitur pœna propter parvulæ venditionem, quia parvulæ non ſtatuitur pœna; deciſio non eſt juxta hanc Miſnam, nam hæc Miſna eſt juxta R. Meyr, qui putat quod parvulæ non eſt pœna. Verum Sapientes dicunt, quod parvulæ pœna eſt, & deciſio eſt juxta Sapientes. קטנה *parvula*, in hoc caſu eſt ea quæ ab anno tertio uſque ad duodecim annos & unum diem vixit, & cui duo ſunt pili ad pudenda.

וכל מקום שיש קנס *Et in quocunque loco pœna fuerit*, quando נערה *puella* eſt, cujuſmodi ea eſt quæ duodecim habet annos & unum diem, & cui ad pudenda duo ſunt pili, illi eſt pœna. אין מכר *non eſt venditio*, nam homo filiam ſuam nequit vendere, quando puella eſt. בוגרת *pubeſcens*, duodecim annorum & ſex menſium uniuſque diei, cui duo ſunt pili ejuſmodi vocatur בוגרת, quam pater vendere nequit, neque pœna obtinet in ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc loco tibi exponam omnium ætatum nomina, ne ea repetere neceſſe ſit plurimis in locis; fœmina ab hora nativitatis ſuæ uſque ad annum duodecimum perfectum & unum diem, vocatur קטנה *parvula*, ſive illi duo ad pudenda fuerint pili, ſive non; at ſi illi duo fuerint pili poſt illum annum, vocatur נערה *puella*, ſed ſi duo illi non fuerint pili, manebit קטנה uſque ad annum vigeſimum perfectum. Et ſi vigeſimus annus adimpletus fuerit, & nondum illi duo fuerint pili, ſed ſigna ſterilitatis apparuerint, dicitur אילנית *ſterilis*; at ſi non apparuerint ſigna ſterilitatis, exſpectabit ad annum trigeſimum quintum completum, & eo tempore etiam vocabitur קטנה *parvula*, & jus ejus erit ut jus parvulæ, donec illi duo fuerint pili, qui ſi non fuerint illi, erit אילנית, etſi ſigna ſterilitatis non apparuerint in ea. Et quando duo illi fuerint pili ab anno duodecimo & uno die ad annum trigeſimum quintum perfectum, vocabitur נערה, & expectabit, poſtquam illi duo fuerint pili, ſex menſes in eo ſtatu, & hoc eſt tempus quo fœmina dicitur נערה. Cæterum poſt ſex illos menſes dicitur בוגרת, & hæc memoriæ mandes velim, quod inter ætatem נערה *puellæ* & inter ætatem בוגרת *pubeſcentis* ſex tantum interſunt menſes. R. Meyr putat quod pater vendere poteſt filiam quando *parvula* eſt, cumque qui coiverit cum ea non teneri ad ſolutionem pœnæ. Sed נערה *puellam* pater nequit vendere, & qui coiverit cum ea ſolvere debet pœnam. Miſna autem ea quæ dicit כל מקום שיש מכר אין קנס *quocunque in loco venditio eſt*, *in eo non eſt pœna*, eſt juxta ſententiam R. Meyri. Sapientes vero illi contrarii ſunt, dicentes, qui coiverit cum parvula poſt annum tertium & diem unum donec fuerit pubeſcens, is tenetur ad ſolutionem pœnæ. Et cum ita ſe res habet, venditio obtinet in eo loco in quo pœna obtinet, juxta ſententiam illius. Verum de בוגרת *pubeſcente* non eſt inter eos controverſia, nam omnes in eo conveniunt quod neque venditio neque pœna obtinet in ea. Sed pro ignominia & damno illi ſolvendum eſt, quando vi compreſſa fuerit, at non ita quando ſeducta fuerit; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ט האומר פתיתי את בתו של פלוני משלם בושת ופגם על פי עצמו ואינו משלם קנס האומר גנבתי וטבחתי ומכרתי (נ״א) משלם את הקרן על פי עצמו ואינו משלם תשלומי כפל ותשלומי ארבעה וחמשה המית שורי את פלוני או שורו של פלוני הרי זה משלם על פי עצמו והמית שורי עבדו של פלוני אינו משלם על פי עצמו זה הכלל כל המשלם יתר על מה שהזיק אינו משלם על פי עצמו:

9. Si quis dixerit, *ſeduxi filiam alicujus*, ſolvet ignominiam & damnum dicto ſuo, ſed non ſolvet pœnam. Si quis dixerit, *furatus ſum*, *mactavi*, *&* *vendidi*, ſolvet ſummam principalem dicto ſuo, ſed non ſolvet ſolutionem duplicem, neque ſolutionem quadruplam nec quintuplam. (Si dixerit) *interfecit bos meus aliquem*, aut *bovem alicujus*, ecce hic ſolvet dicto. (Si dixerit) *interfecit bos meus ſervum alicujus*, non ſolvet dicto ſuo. Hæc regula generalis eſt, quicunque ſolverit ultra damnum quod fecit, non ſolvit dicto ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר פתיתי את בתו וגו׳ *Qui dixerit*, *ſeduxi filiam &c.* non tantum is qui dixerit, vi compreſſi, ſolvet, quia tantum damni non intulit illi, nam ignominia vi compreſſæ non eſt tanti, ſed clarum eſt quod ignominiam ac damnum ſolvere debet dicto ſuo. Præterea etſi dixerit, *ſeduxi*, quia magnum damnum illi intulit, eo quod ignominia ejus quæ ſeducta eſt, magna eſt, & ideo intelligere poſſemus quod illi non habemus fidem ad confirmandum ignominiam, ideo nos docet quod illi expedit ad confirmandam ignominiam, ea conditione ut lucrum faciat. ואינו משלם קנס *& non ſolvet pœnam*, nam qui confitetur pœnam, liber eſt, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22, 8. אשר ירשיען אלהים excipe eum qui ſeipſum condemnat. המית שורי את פלוני *interfecit bos meus aliquem*, & condemnatus ſum ad ſolvendum propitiationem ſive pretium interfecti. משלם על פי עצמו *ſolvet dicto ſuo*, nam putat quod propitiatio ſit debitum de bonis, non pœna. עבדו של פלוני *ſervum alicujus*, ideoque ego obligatus ſum triginta ſolvere ſiclos, ſi hoc dixerit, liber eſt, quia pœna eſt, ita ut, licet non valuerit ſiclum, obligatus ſit ſolvere triginta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum hoc nobis eſt quod homo non ſolvit pœnam dicto ſuo.

פרק ד נערה שנתפתתה בושתה ופגמה וקנסה של אביה והצער בתפוסה עמדה בדין עד שלא מת האב הרי הן של אב מת האב הרי הן של אחים לא הספיקה לעמוד בדין עד שמת האב הרי הן של עצמה (נ״א רבי שמעון אומר אם לא הספיקה לגבות עד שמת האב הרי הן של עצמה) עמדה בדין עד שלא בגרה הרי הן של אב מת האב הרי הן של אחין לא הספיקה לעמוד בדין עד

Caput 4. Puellæ ſeductæ ignominia, damnum ejus, ac pœna ejus, ſunt patris ejus, & dolor obtinet in ſtuprata, ſi comparuerit in judicio antequam mortuus eſſet pater, ſunt patris; ſi pater fuerit mortuus, ſunt fratrum. Si ei non fuiſſet tempus comparendi in judicio antequam mortuus fuerit pater, ſunt ipſius. Si comparuerit in judicio antequam fuiſſet pubeſcens, ſunt patris, ſi mortuus fuerit pater, ſunt fratrum. Si ei non fuiſſet tempus comparendi in judicio antequam fuerit pu-

עד שבגרה הרי הן של עצמה רבי שמעון אומר אם לא הספיקה לגבות עד שמת האב (נ"א שבגרה) הרי הן של עצמה מעשה ידיה ומציאתה אף על פי שלא גבתה מת האב הרי הן של אחין:

pubeſcens, ſunt ipſius. R. Schimeon dicit, ſi non fuiſſet tempus exigendi niſi donec mortuus fuerit pater, ſunt ipſius. Opus manuum ejus & inventio ejus, etſi exegiſſet illud, ſi mortuus fuerit pater, eſt fratrum.

R. OB. DE BARTENORA.

והצער בתפוסה *Et dolor obtinet in ſtuprata*, dolor vi compreſſæ etiam ad partem ſpectat. מת האב *ſi mortuus fuerit pater*, quando illa venerit in judicium cum puella eſſet, ſive fuerit pubeſcens facta ante mortem ejus, ſive non facta fuerit pubeſcens, *pœnæ illæ ſunt fratrum*, quandoquidem enim venerit in judicio, pater eas ſibi acquiſivit.

לא הספיק לעמוד בדין וגו׳ *Si non fuiſſet illi tempus veniendi in judicium &c.* nam quandoquidem non venit in judicium, non ſunt bona quæ hæreditate adire poſſunt filii ejus. R. Schimeon dicit, & ſi non venerit in judicium ad exigendum &c. etſi venerit in judicium, non ſunt bona patris ad relinquendum ea filiis ſuis in hæreditatem, niſi donec ad manus ejus pervenerint, uti ſcriptum eſt Deut. 22, 29. ונתן האיש השכב עמה לאבי הנערה חמישים כסף Lex ergo non facit ut acquirat pater, niſi ab eo tempore quo reus ſolvit; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. מעשה ידיה *opus manuum ejus*, quod fecit vivente patre, etſi mercedem operis ejus nondum exegerit. ומציאתה *& rem inventam ejus*, in Gemara quæritur, de quo exiget rem inventam ejus? & reſpondetur, ſic vult dicere, opus manuum ejus eſt ut res inventa ejus, quemadmodum res inventa ejus vivente patre eſt patris, ſed poſt mortem patris ad ipſam pertinet, nimirum, ut fratres non acquirant id quod invenit poſt mortem patris ſui, ſic etiam opus manuum ejus vivente patre pertinet ad patrem, & acquirunt illud fratres, etſi non exegiſſet mercedem operis ſui, ſed merces manuum ejus poſt mortem patris pertinet ad ipſam, & fratres non habent poteſtatem in opus manuum filiæ quod lucrata eſt poſt mortem patris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ומעשה ידיה ומציאתה *Et opus manuum ejus & res inventa ejus*, id eſt, opus manuum ejus eſt res inventa ejus, & quemadmodum res inventa ejus vivente patre, eſt patris, ſic etiam opus manuum ejus vivente patre ejus, eſt fratrum, etſi non exactum illud fuiſſet niſi poſt mortem patris; & hoc veriſſimum eſt; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ב המארס את בתו ונירשה אירסה ונתארמלה כתובתה שלו השיאה ונירשה ונתארמלה כתובתה שלה רבי יהודה אומר הראשונה של אב אמרו לו משהשיאה (נ"א) אין לאביה רשות בה:

2. Si quis deſponderit filiam ſuam, & dein repudiata fuerit, vel poſtea denuo deſponderit eam, & vidua facta fuerit, dos ejus matrimonialis pro illo eſt. Si nupta fuerit, & dein repudiata fuerit, vel ſi nupta fuerit, & dein vidua facta fuerit, dos matrimonialis pro illa eſt. R. Jehuda dicit, prima eſt patris. Dixerunt illi, poſtquam nupta fuerit, pater in eam non habet poteſtatem.

R. OB. DE BARTENORA.

כתובתה שלו *Dos matrimonialis pro illo eſt*, dos matrimonialis quam petit de duabus deſponſationibus, ad patrem pertinet, & putat doctor quod deſponſæ eſt dos matrimonialis; idque quod dicit intelligendum eſt quando puella aut parvula erat. כתובתה שלה *dos ejus matrimonialis pro illa eſt*, nam poſtquam nupta fuerit, ceſſat poteſtas patris in illam, & ſequimur tempus exactionis dotis, ſed exactio fit poſtquam è poteſtate patris exceſſit. Cæterum non ſequimur tempus contractus matrimonialis conſcripti, ut diceremus, quandoquidem primus conſcriptus eſt eo tempore quo adhuc erat in poteſtate patris, ideo dos erit patris. הראשונה של אב *prima eſt patris*, putat R. Jehuda quod ſequimur tempus quo contractus matrimonialis conſcriptus eſt, & quandoquidem primus contractus conſcriptus eſt ante deſponſationes, quando filia adhuc erat in poteſtate patris, ideo dos matrimonialis eſt patris; deciſio non eſt juxta R Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda dicit quod prima dos matrimonialis quam filia petierit, ad patrem pertinet, quandoquidem erat in poteſtate illius quando contractus matrimonialis ſcribebatur; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ג הגיורת שנתגיירה בתה עמה וזנתה הרי זו בחנק אין לה לא פתח בית האב ולא מאה סלע היתה הורתה שלא בקדושה ולידתה בקדושה הרי זו בסקילה אין לה לא פתח בית האב ולא מאה סלע היתה הורתה ולידתה בקדושה הרי היא כבת ישראל לכל דבר יש לה אב ואין לה פתח בית האב יש לה פתח בית האב ואין לה אב הרי זו בסקילה לא נאמר פתח בית אביה (ס"א) אלא למצוה:

3. Peregrina ſi proſelyta facta fuerit, & cum ea filia ejus, & adulteraverit, illa ſtrangulabitur; & non erit illi domus patris, neque centum ſicli. Si concepta ſit filia ſine ſanctitate, & nata in ſanctitate, lapidibus obruetur, & non erit ei domus patris, neque centum ſicli. Si concepta fuerit & nata in ſanctitate, eſt ut filia Iſraëlitica in omnibus rebus. Si illi ſit pater, at non domus patris, aut ſi illi ſit domus patris, at jam non habeat patrem, lapidibus obruetur; nam non dicitur Deut. 22, 21. *Porta domus patris*, niſi pro præcepto.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זו בחנק *Ecce hæc ſtrangulabitur*, etſi proſelyta facta fuerit intra tertium annum & unum diem quo eſt in ſuſpicione quod virgo eſt, nam quando Scriptura dicit quod puella deſponſa lapidibus obruetur, loquitur id de filia Iſraëlis, uti ſcriptum eſt Deut. 22, 21. כי עשתה נבלה בישראל at hæc gen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וזנתה *Et adulteraverit*, id eſt, quando adulteraverit cum erat puella deſponſa, & virginitas non inventa fuerit, ſtrangulabitur, ut omnis uxor viri quæ adulteraverit, nam hæc proſelyta non eſt ſuſpecta ob amiſſam virginitatem, eo quod peregrina eſt, & maritus illius non debet

gentilis eſt. ולא מאה סלע *neque centum ſicli*, ſi maritus falſus inventus fuerit, nam tota ſectio Legis intelligenda eſt de illa, non de gentili. ולדתה בקדושה הרי זו בסקילה *& nata fuerit in ſanctitate, lapidibus appetetur*, quia ſcriptum eſt Deut. 22, 21. וסקלוה באבנים ומתה ergo non neceſſe erat ut diceret ומתה *& morietur*, niſi ad comprehendendum eam proſelytam quæ concepta fuerit in ſanctitate. Nihilominus tamen non includimus pœnam, nam mors includitur, non pœna. יש לה אב *ſi pater fuerit illi*, de filia Iſraëlitica ſermo eſt. ואין לה פתח בית אב *& non fuerit illi porta domus patris*, ita ut domus non fuerit patri. bet illi centum dare ſiclos, ſi illam infamia affecerit, etſi conſtiterit falſitas illius.

SURENHUSIUS. אין לה בית אביה ולא מאה סלע *Non eſt illi domus patris, neque centum ſicli*, vult dicere, de filia Iſraëlitæ adulterante dicitur Deut. 22, 21. והוציאו את הנער אל פתח בית אביה וסקלוה אנשי עירה באבנים ומתה כי עשתה נבלה בישראל לזנות בית אביה *Et educent puellam ad portam patris ipſius &c.* filia Iſraëlitæ ergo è domicilio patris extra portam educenda erat, ibique lapidibus obruenda, ſi virginitatem ſuam amiſerat; at hoc judicium Lex non pronunciat de peregrina proſelyta facta, ſi compertum fuiſſet à ſponſo quod virginitate orbata erat; & hoc ſenſu auctor Miſnicus brevibus dicit, אין לה בית אביה *non eſt illi domus patris*, ſicut de Iſraëlitide dicit; & quod porro dicit ולא מאה סלע *neque centum Sicli*, itidem reſpicit filiam Iſraëlitæ, quam ſponſus diffamaverat, dicendo, ſe eam non inveniſſe virginem, cujus rei falſitas poſtquam ipſum arguiſſet, mulctabatur centum ſiclis, quos ſponſæ patri expendere tenebatur, ſicuti dicitur Deut. 22, 18. וענשו אתו מאה כסף ונתנו לאבי הנערה Cæterum hanc Lex multam non imponit ei qui peregrinæ proſelytæ factæ hanc infamiam intulerit, notante hacce Miſna. Tandem illius quod in fine Miſnæ dicit, לא נאמר פתח בית אביה אלא למצוה *non dicitur porta domus patris, niſi pro præcepto*, hic eſt ſenſus, quando patri ipſius domus eſt, tum è domo extra januam educenda eſt, ſi virginitatis amiſſæ convicta ſit, quemadmodum ſupra de virgine Iſraëlitide deflorata notavimus. Sin autem pater illius pauperrimus non habeat domum unde educi poteſt, hoc tamen de eductione præceptum non impedit illud de lapidatione, quo minus id in tali caſu perficeretur; ideo dicit auctor id quod in Lege dictum eſt de porta domus patris, pro iſto tantum præcepto dictum eſſe, non pro altero, id eſt ut ulterius jus non tolleretur, ſi hoc non inveniret locum.

ד האב זכאי בבתו בקדושיה בכסף בשטר ובביאה וזכאי במציאתה ובמעשה ידיה ובהפרת נדריה ומקבל את גיטה ואינו אוכל פירות בחייה נשאת יתר עליו הבעל שאוכל פירות בחייה וחייב במזונותיה בפרקונה ובקבורתה רבי יהודה אומר אפילו עני שבישראל לא יפחות משני חלילים ומקוננת :

4. Pater poteſtatem habet in filiam ſuam, in ſponſalia ejus, argentum, contractum matrimonialem & in coitum. Poteſtatem habet in rem inventam ejus, & in opus manuum ejus, & in retractationem votorum, & recipit divortium ejus; at non comedit fructus illa vivente. Si nupta fuerit, patre major eſt maritus, quia comedit fructus illa vivente; ſed tenetur eam alere, redimere, & ſepelire. R. Jehuda dicit, etiam pauperrimus in Iſraële non diminuet de duabus tibiis, & una lamentatrice.

R. OB. DE BARTENORA.

האב זכאי בבתו *Pater poteſtatem habet in filiam ſuam*, quando parvula eſt, & quando puella eſt. בקדושיה בכסף *in ſponſalia ejus & argentum*, ut argentum ſponſalium ſit pro illo, nam de ſerva Hebræa Scriptura dicit Exod. 21, 11. ויצאה חנם אין כסף quod ita exponimus, non eſt argentum pro hoc domino, nimirum pro illo domino qui eam emit, de quo jam exit gratis, quando illi fuerint ſigna puellæ, non eſt argentum; ſed argentum erit alterius domini, qui eſt pater, cujus eſt argentum ſponſalium etiam quando puella eſt donec fuerit pubeſcens. בשטר ובביאה *in contractum matrimonialem & in coitum*, ut recipiat pro ea pater contractum matrimonialem; & tradat eam in coitum in nomine ſponſalium cuicunque voluerit, quia ſcriptum Deut. 24, 2. ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ergo ſponſalia ſimilia ſunt argento, quod ſicuti unus eſt ex modis ſponſalium in poteſtate patris, ſic etiam ſponſalia ex contractu matrimoniali & coitu ſunt in poteſtate patris ejus. במציאתה *in inventam rem ejus*, propter inimicitiam. ובמעשה ידיה *& in bonis manuum ejus*, quia ſcriptum eſt Exod. 21, 17. וכי ימכר איש את בתו לאמה quemadmodum ergo ſerva eſt opus manuum ejus pro domino ejus, ſic etiam filia eſt opus manuum ejus pro patre ejus. ובהפרת נדריה *& in retractationem votorum ejus*, quemadmodum de hoc ſcriptum eſt Levit. 22, 13. בנעוריה בית אביה Porro dicit Miſna, ומקבל גיטה *& recipiet divortium ejus*, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 24, 2. ויצאה והיתה מביתו comparat ergo ſponſalia cum divortio, ita ut, quemadmodum pater ejus recipit ſponſalia ejus, quando parvula & puella eſt, ſic etiam recipiat divortium ejus. ואינו אוכל פירות בחייה *& non comedit fructus vivente illa*, ſi hæreditate adierit bona fundi ſive bona immobilia è domo patris matris ipſius, tum pater ejus non comedet fructus ejus illa vivente, niſi mortua fuerit atque adeo hæreditatem ejus adierit. יתר עליו הבעל *patre major eſt maritus*, quia poteſtatem habet in omnes res ſupra commemoratas, nam pater poteſtatem habet in filiam, & comedit fructus bonorum, quæ hæreditate adiit poſtquam nupſerit. ובפרקונה *& redimere*, ſi captiva, fuerit tenetur eam redimere. ובקבורתה *& ſepelire*, nam Sapientes ordinarunt ut teneretur ad ſepulturam ejus loco hæreditatis ejus, ut bona illius jure hæreditatis adiret ſi mortua fuerit. משני חלילים *de duabis tibiis*, quæ lamentationi inſerviunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In has res pater poteſtatem habet quamdiu filia ejus eſt נערה *puella*, quia Scriptura dicit Levit. 22, 13. בנעוריה בית אביה quod traditio exponit, omne lucrum puellæ eſt pro patre; verum quando בוגרת *pubeſcens* fuerit, pater in eam non habet poteſtatem, nec ullum jus.

ה לעולם היא ברשות האב עד שתכנס לרשות הבעל לנשואין (נ״א לחופה) מסר האב לשלוחי הבעל הרי היא ברשות הבעל הלך האב עם שלוחי הבעל או שהלכו שלוחי האב עם שלוחי הבעל הרי היא ברשות האב מסרו שלוחי האב לשלוחי הבעל הרי היא ברשות הבעל :

5. In perpetuum illa eſt in poteſtate patris donec intraverit poteſtatem mariti ad matrimonium. Si pater tradiderit nunciis mariti, jam eſt in poteſtate mariti. Si iverit pater cum nunciis mariti, aut ſi nuncii patris iverint cum nunciis mariti, adhuc eſt in poteſtate patris. Si nuncii patris eam tradiderint nunciis mariti, jam eſt in poteſtate mariti.

R. OB. DE BARTENORA.

לעולם היא ברשות האב *In perpetuum illa eſt in poteſtate patris*, ſi filia Iſraëlis deſponſa fuerit ſacerdoti, non comedet de oblatione prima, quamvis advenerit tempus quod nuptiis deſtinaverant, & non nupſerit, quum maritus eam alere tenetur, non comedet de oblatione prima niſi thalamum ingreſſa fuerit in nomine matrimonii, ut marito jam tradita ſit. כמרו שלוחי האב *ſi tradiderint nunciis patris*, quando occurrerint nuncii patris nunciis mariti, & tradiderint eam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Erat olim fundamentum ipſis ut filia Iſraëlit, quando deſponſa erat ſacerdoti, comederet de oblatione prima dum adhuc erat in domo patris ejus, nam ejuſmodi filia jam veniſſe cenſebatur ad ſacerdotem in acquiſitionem argenti ſui; ſed hoc vetitum eſt, nam ſuſpicio nobis eſt fieri poſſe ut alia edat cum ea quando in domo patris eſt; ideo dixerunt, quod non comedet de oblatione prima niſi donec thalamum ingreſſa fuerit. Et hoc eſt quod vult quando dicit, לעולם היא ברשות האב etſi advenerit tempus & non nupſerit cum marito, iterum tenetur eam alere, quemadmodum exponetur ſequenti capite.

ו האב אינו חייב במזונות בתו זה מדרש דרש
רבי אלעזר בן עזריה לפני חכמים בכרם ביבנה
הבנים יורשו והבנות יזונו מה הבנים אינן יורשין
אלא לאחר מיתת אביהן אף הבנות אינן ניזונות
אלא לאחר מיתת אביהן :

6. Pater non tenetur ad alimenta filiæ ſuæ; hanc expoſitionem attulit R. Eleaſar filius Aſariæ coram Sapientibus in vinea Jabne. Filii hæreditatem adeunt, & filiæ aluntur, & quemadmodum filii non adeunt hæreditatem niſi poſt mortem patris, ſic etiam filiæ non aluntur niſi poſt mortem patris.

R. OB. DE BARTENORA.

האב אינו חייב במזונות בתו *Pater non tenetur ad alimenta filiæ ſuæ*, ipſo vivente, nam poſt mortem ſuam filiæ ſe alunt è bonis illius ex conditione contractus matrimonialis; ſed hoc non tantum de filia verum etiam de filio intelligendum eſt, nam pater non tenetur alere filios ſuos neque filias ſuas parvulas, niſi dives fuerit, quando Senatus vi aufert ab ipſo id quod debet, quemadmodum omnes cives cogunt ad eleemoſynam, & eo alunt filios & filias ejus parvulas. Cæterum ſi non fuerit dives, Senatus eum ignominia afficit, & monſtrat illi quod magna crudelitas eſt, non ſuſtentare liberos ſuos, & quod animalibus feris deterior eſt qui alunt fœtus ſuos. Sed cum cogere nequeunt, ſive liberi fuerint maſculi, ſive fœminæ; & hoc intelligendum eſt quando liberi parvuli fuerint, at ſi infra ſextum fuerint annum, Senatus cogit patrem, & vi auferunt è poteſtate illius id quod ſufficit ad alimentum liberorum tam natu majorum quam minorum. בכרם *in vinea*, eſt nomen loci quo congregabantur Sapientes, eo quod in modum vineæ in ordinem conſidebant.

הבנים ירשו והבנות יזונו *Filii hæreditatem adeunt, & filiæ aluntur*, conditio eſt ut filii hæreditatem dotis matrimonialis matris adeant, & filiæ alantur bonis patris; quemadmodum filii dotem matrimonialem hæreditate non adeunt niſi poſt mortem patris, ſic etiam filiæ non aluntur bonis patris vi conditionis dotis matrimonialis, præterquam poſt mortem patris earum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרם *Vinea*, eſt nomen loci qui Sapientibus dicatur, qui illo tempore congregabantur in Jabne, quemadmodum propheta dicit Jeſ. 27, 2. כרם חמר ענו לה deciſio eſt juxta R. Eleaſar filium Aſariæ; verum occurrunt hic ritus aliqui quos tibi exponam. Nimirum, quod homo tenetur filios ſuos alere uſque ad annum ſextum, volens nolens, ſive pauper fuerit ſive dives; & ſi illi fuerint filii ultra hunc annum quos alere noluerit, neceſſe eſt ut judex eum cogat, & reprehendat de hac re coram ſenioribus congregationis, & loquatur ad ipſum ejuſmodi quæ ſunt ad ſcopum hujus rei. Et ſi eos nullo modo alere voluerit, judex rationem bonorum illius inibit, & conſiderabit an illi fuerint opes, & tum coget eum, & ſumet ab ipſo id quod ad alimentum eorum neceſſarium eſt, juxta id quod bona ejus valent, quemadmodum fit in alimentis patrum, non quod tenetur ad alimenta eorum, nimirum ad alimentum patris ejus & filiorum qui jam ultra ſextum pervenerint annum, ſed eleemoſynam dare tenetur juxta quantitatem bonorum illius; & quando hanc eleemoſynam ab illo ſumpſimus, conſumimus eam cum filiis ejus aut cum patre, eo quod filii eleemoſynæ ſunt, & plus juris in eam habent quam alii extranei, juxta id quod dicitur Deut. 15, 11. לאחיך לעניך Notum eſt ſatis quod judex homines cogere debet ad eleemoſynas dandas, nam unum è præceptis affirmativis eſt ut homo vapulet, donec fecerit præceptum illud quod homo facere debet eo tempore, aut ut moriatur ſub plagis. Et hoc fundamentum eſt generale in omnibus præceptis affirmativis, & non eſt differentia in hac cauſa alimenti, an maſculi an vero fœminæ fuerint.

ז לא כתב לה כתובה בתולה גובה מאתים
ואלמנה מנה מפני שהוא תנאי בית דין כתב לה
שדה שוה מנה תחת מאתים זוז ולא כתב לה
כל נכסים דאית לי אחראין לכתובתיך חייב
שהוא תנאי בית דין :

7. Si non ſcripſerit illi contractum matrimonialem, virgo exigit ducentas Zuzas, & vidua centum, quia conditio domus judicii eſt. Si ſcripſerit illi campum qui valet centum Zuzas loco ducentarum, & non ſcripſerit illi, *omnia bona quæ mihi ſunt, oppignorata ſunto in contractu tuo matrimoniali*, tamen tenetur, quia conditio domus judicii eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא כתב לה כל נכסים דאית לי אחראין לכתובתיך חייב *Et non ſcripſerit illi, omnia bona quæ ſunt mihi, oppignorata ſunto in contractu tuo matrimoniali, tenetur*, ut omnia bona oppignorata ſint & non poterit dicere, non plus quam campus in contractu matrimoniali conſcriptus, ad te pertinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etſi alicui mille denarii fuerint in bonis immobilibus, nihilominus omnes ſubjiciuntur debito dotis matrimonialis, etſi centum contineat Zuzas, illa autem ſcil. uxor capit quicquid venditum aut datum fuerit, niſi manum ſuam abſtraxerit à bonis ſubjectis; & hæc ordinatio inſtituta eſt à Schimeone filio Satæ de contractu matrimoniali mulieris.

ח לא כתב לה אם תשתבאי אפרקינך ואותבינך
לי

8. Si non ſcripſerit illi, *ſi captiva fueris, redimam te*,

לי לאינתי ובכהנת אהדרינך למדינתך חייב שהוא תנאי בית דין :

te, & recipiam te in uxorem meam; & de ſacerdotis uxore non ſcripſerit, *reducam te ad civitatem tuam*, tenetur, quia conditio domus judicii eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ובכהנת *Et de uxore ſacerdotis*, nam poſtquam captiva fuerit, non amplius manet uxor ejus, quia uxor ſacerdotis vi compreſſa prohibita eſt marito ſuo, ideoque ſcribit illi, *redimam te, & reducere faciam te ad civitatem tuam*, & tenetur maritus illi dotem matrimonialem ſolvere, etiamſi nolens eam repudiet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi quod captiva prohibita eſt ſacerdoti, nam כהנת hic dicitur *uxor ſacerdotis*, quæ illi prohibita eſt, & quam redimere tenetur & reducere ad eam civitatem in qua eam duxerit. Sic etiam dotem ejus matrimonialem ſolvere tenetur etſi vi compreſſa fuerit, uti exponemus in tractatu Nedarim capite ultimo. Sed jus ejus ſe non habet ut jus uxoris cujus maritus ad civitatem tranſmaritimam profectus fuerit, & interim teſtes venerint qui dixerint illi, mortuus eſt maritus tuus, & illa hoc dicto nupſerit alii, at deindè redierit maritus ejus, non eſt illi dos matrimonialis, quia marito ſuo vetita eſt, etſi vi compreſſa fuerit & fecerit id quod facere debebat.

ט נשבית חייב לפרותה ואם אמר הרי גיטה וכתובתה תפדה את עצמה אינו רשאי לקתה חייב לרפואתה אמר הרי גיטה וכתובתה תרפא את עצמה רשאי :

9. Si in captivitatem abducta fuerit, tenetur eam redimere; & ſi dixerit, *ecce divortium ejus, & contractus matrimonialis ejus, redimat ſeipſam*, non licet. Si læſa fuerit, tenetur ad ſanationem ejus. Si dixerit, *ecce divortium ejus, & contractus matrimonialis ejus, curet ſeipſam*, licet.

R. OB. DE BARTENORA. אינו רשאי *Non licet*, quia jam tenebatur eam redimere quando in captivitatem abducta erat. חייב לרפואתה *tenetur ad illius ſanationem*, nam ſanatio ſe habet ut alimentum. רשאי *licet*, nam nemo tenetur alere repudiatam ſuam.

י לא כתב לה בנין דכרין דיהוו ליכי מינאי אינון ירתון כסף כתובתיך יתר על חלקהון דעם אחוהון חייב שהוא תנאי בית דין :

10. Si non ſcripſerit illi, *liberi maſculi qui tibi ſunt è me, hæreditatis jure adibunt argentum dotis tuæ matrimonialis ſupra portionem eorum quam habent cum fratribus ſuis*, tenetur, quia conditio domus judicii eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

יתר על חולקהון דעם אחוהון *Supra portionem quam habent cum fratribus ſuis*, ſcil. ſi mortua fueris me vivente, tuam hæreditatem adibo, liberi tui auferent dotem tuam matrimonialem poſt mortem meam, quando venerint diviſum bona mea cum filiis qui mihi fuerint ex altera uxore; de hoc ita dicere inſtituit, ſi dos matrimonialis unius major fuerit alterius, aut, ſi filii ſecundæ uxoris plures fuerint quam filii primæ, & his melius fuerit ut dotem matrimonialem à matre ſua auferrent, etſi dotes matrimoniales fuerint æquales. Illa vero dos matrimonialis pro liberis maſculis &c. non exigitur hoc tempore, niſi è bonis immobilibus, ſed non de mobilibus. Hoc autem ita accipiendum eſt, quando pater reliquerit ſummam duarum dotum matrimonialium, & denarium, tum filii jure hæreditatis adeunt dotem matrimonialem liberorum maſculorum, quandoquidem hæreditati Legis conceditur locus, poſteaquam enim unuſquiſque è filiis ſumpſerit dotem matrimonialem matris ſuæ, unus remanet dividendus denarius, & jure hæreditatis acquirendus in bonis patris. Cæterum, ſi pater non reliquerit præter ſummam duarum dotum matrimonialium, aut minus, dividunt bona æqualiter, & dotis matrimonialis pro liberis maſculis non habetur ratio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus conditionis de dote matrimoniali ſe habet quemadmodum tibi dicam, nimirum; ſi quis duxerit uxorem & ex illa procreaverit liberos maſculos quoſdam, vel etiam unum maſculum, & poſtea uxor mortua fuerit vivente marito, & deindè aliam duxerit uxorem è qua etiam liberos maſculos procreaverit, & poſtea illa mortua fuerit, & ille quoque deinceps mortuus fuerit, & in bonis immobilibus reliquerit quantitatem dotis matrimonialis primæ uxoris, & ſecundæ, & præterea denarium, filii ſingulæ matris hæreditatis jure adibunt dotem matrimonialem, & deinceps dividunt inter ſe æqualiter id quod reſtat de bonis. Cæterum ſi una ex uxoribus mortua fuerit marito vivente, & altera poſt mortem ejus, ejus, quæ mortua fuerit poſt mortem mariti ſui, hæredes dotem matrimonialem ejus jure hæreditatis non adeunt, niſi juraſſet, & deindè mortua fuiſſet; tum ſtatim hæredes ejus jure hæreditatis adeunt dotem ejus matrimonialem prius, & deindè etiam jure hæreditatis adeunt filii quorum mater mortua fuerit vivente marito, ſi illis reliquerit bona quæ jure hæreditatis adire poſſunt, & ſi aliquid relictum fuerit præter dotem utramque matrimonialem, id æqualiter dividunt. Verum ſi utraque uxor mortua fuerit poſt mortem mariti, & poſtquam juraverint, uti diximus, hæredes primæ uxoris præferuntur hæredibus ultimæ, & hoc clarum eſt, quemadmodum exponetur capite decimo hujus tractatus.

יא בנן נוקבן דיהוין ליכי מינאי יהוין יתבן בביתי ומיתזנן מנכסי עד דתנסבן לגוברין חייב שהוא תנאי בית דין :

11. (Si non ſcripſerit illi,) *liberi fœminini quæ tibi fuerint è me, ſedent domi meæ, & alentur bonis meis donec à viris ductæ fuerint in matrimonium*, tenetur, quia conditio domus judicii eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עד דתנסבן לגוברין *Donec ductæ fuerint in matrimonium à viris*, donec deſponſæ fuerint, & ſi pubeſcentes fuerint, licet non deſponſæ fuerint, non datur illis alimentum, nam jam confirmavimus quod pubeſcenti non eſt alimentum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד דתנסבן לגוברין *Donec ductæ fuerint in matrimonium à viris*, donec deſponſæ fuerint, & quando deſponſæ fuerint, non eſt illis alimentum. Sic etiam, ſi pubeſcentes fuerint factæ, non eſt ipſis alimentum etſi non deſponſæ fuerint, & hæc deciſio juris eſt, quod pubeſcenti non eſt alimentum etiam poſt mortem patris.

יב את תהא יתבת בביתי ומיתזנא מנכסי כל יומי מיגר אלמנותיך בביתי חייב שהוא תנאי בית דין כך היו אנשי ירושלים כותבין אנשי גליל היו כותבין כאנשי ירושלים אנשי יהודה היו כותבין עד שירצו היורשין ליתן ליך כתובתיך לפיכך אם רצו יורשין נותנין לה כתובתה ופוטרין אותה :

12. (Si non ſcripſerit illi,) *tu ſedebis domi meæ, & aleris è bonis meis per omnes dies viduitatis tuæ domi meæ*, tenetur, quia conditio domus judicii eſt. Sic ſcribebant viri Jeruſolymitani; viri Galilæi ſcribebant ut viri Jeruſolymitani; viri Judææ ſcribebant, *donec voluerint hæredes tibi ſolvere dotem tuam matrimonialem*; propterea, ſi vellent hæredes, dabant illi dotem matrimonialem, & dimittebant eam.

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי יהודה כותבין וכו׳ *Viri Judææ ſcribebant &c.* deciſio non eſt juxta ſententiam virorum Judææ, nam quamdiu non nupta fuerit, nec dotem matrimonialem petierit à domo judicii, aletur è bonis mariti ſui, & commorabitur in domo ea in qua commorabatur vivente marito, & utetur omnibus vaſis quibus utebatur vivente marito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta viros Judææ, ſed quamdiu non petierit dotem ſuam matrimonialem à domo judicii, & non nupta fuerit, commorabitur in domo illa in qua commorabatur cum marito ſuo vivente, & utilitatem capiet ex omnibus bonis mobilibus & vaſis quibus utebatur quando maritus erat in vivis; ſed hic caſus exponetur perfectius in ſequentibus.

פרק ה אף על פי שאמרו בתולה גובה מאתים ואלמנה מנה אם רצה להוסיף אפילו מאה מנה יוסיף נתארמלה או נתגרשה בין מן הארוסין בין מן הנשואין גובה את הכל רבי אלעזר בן עזריה אומר מן הנשואין גובה את הכל מן הארוסין בתולה גובה מאתים ואלמנה מנה שלא כתב לה אלא על מנת לכונסה רבי יהודה אומר אם רצה כותב לבתולה שטר של מאתים והיא כותבת התקבלתי ממך מנה ולאלמנה מנה והיא כותבת התקבלתי ממך חמשים וזו רבי מאיר אומר כל הפוחת לבתולה ממאתים ולאלמנה ממנה הרי זו בעילת זנות :

Caput 5. Etſi dixerint, virgo exigit ducentas (Zuzas), & vidua centum, tamen ſi addere voluerit, etiam centies centum (Zuſas,) addat. Si vidua facta fuerit, aut repudiata, ſive ex deſponſationibus, ſive è nuptiis, exigat totum. R. Eleaſar filius Aſariæ dicit, ſi è nuptiis, exiget totum, ſi è deſponſationibus, virgo exiget ducentas (Zuſas) & vidua centum, quia non ſcripſit illi niſi ſub conditione ducendi illam. R. Jehuda dicit, ſi voluerit, ſcribat virgini contractum ducentarum Zuzarum, & illa ſcribat, recepi à te centum (Zuzas;) Et viduæ centum centum, & illa ſcribat, recepi à te quinquaginta Zuzas. R. Meyr dicit, ſi quis diminuerit virgini ducentas, & viduæ centum, ſicuti matrimonium meretricium eſt.

R. OB. DE BARTENORA. אם רצה להוסיף אפילו מאה מנה יוסיף *Si voluerit addere, etiam centies centum Zuzas, addat*, nam non dicimus, quod id facere nequit ne pudore afficiat eos qui non habent nummos. שלא כתב לה *quia non ſcribit illi*, additamentum quod illi addere voluit, niſi ſub conditione ducendi eam. והיא כותבת *& illa ſcribit*, etſi non receperit ſummam, tamen condonare poteſt, & ſcribere illi quod recepit. *R. Meyr dicit, quicunque &c.* deciſio eſt juxta R. Meyr in decretis ſuis.

ב נותנין לבתולה שנים עשר חדש משתבעה הבעל לפרנס את עצמה וכשם שנותנין לאשה כך נותנין לאיש לפרנס את עצמו ולאלמנה שלשים יום הגיע זמן ולא נשאו אוכלות משלו ואוכלות בתרומה רבי טרפון אומר נותנין לה הכל תרומה רבי עקיבא אומר מחצה חולין ומחצה תרומה :

2. Concedunt virgini duodecim menſes ab eo tempore quo eam requiſiverit maritus, ad parandum ſeipſam. Et ſicuti concedunt mulieri, ſic etiam concedunt viro, ut paret ſeipſum, & viduæ triginta dies. Si tempus advenerit & non nupſerint, edant de cibis mariti, & comedant de oblatione prima. R. Tarphon dicit, dent illi ſemper oblationem primam. R. Akiba dicit, dimidium profani & dimidium oblationis primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין לבתולה *Concedunt virgini*, tempus concedunt virgini ad parandum ſe ad thalamum nuptialem ab eo tempore quo eam requiſiverit maritus poſt deſponſationem, ut præparet ornamenta ſua.

שנים עשר חדש *Duodecim menſes*, uti ſcriptum eſt Gen. 24, 55. תשב הנערה אתנו ימים ubi per *dies* intelligitur annus, uti ſcriptum eſt Levit. 25, 29. ימים תהיה גאולתו Porro dicit Miſna, נותנין לאיש לפרנס את עצמו *concedunt viro ad parandum ſe*, ad conquirenda ea quæ ad convivium ſunt neceſſaria, & ad thalamum nuptialem.

ולאלמנה שלשים יום *Et viduæ triginta dies*, quia non opus habet longo tempore ad conquirenda ornamenta ſua, quia illa jam habet. ולא נשאו *& non nupſerint*, quia mariti impedire

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio hujus Miſnæ eſt quemadmodum tibi exponam, nimirum, ſi homo deſponderit ſibi virginem aut viduam, & poſt ſponſalia aliquod temporis ſpatium datum fuerit, etſi decem annorum verbi gratia, & poſtea eam ducere voluerit, concedunt illi tempus ab eo momento quo eam ducere voluerit, virgini duodecim menſes, & viduæ triginta dies; etiam ſi illa requiſiverit ab ipſo ut recipiat illam. Cæterum ſi ille requiſiverit ab illa ut nubat poſtquam pubeſcens facta fuerit, aut ſi eam deſponderit ſibi eo tempore quo pubeſcens facta eſt, concedunt illi duodecim menſes ab eo tempore quo facta eſt pubeſcens. Verum ſi duodecim menſes expectaverint poſtquam pubeſcens facta fuerit, & ſtatim deſponſa fuerit, & petierit eam ducere poſt ſpon-

pedire poſſunt nuptias. ואכלות בתרומה *& comedent de oblatione prima*, ſi ille fuerit ſacerdos & illa Iſraëlitis, nam ab hora qua eam deſponderit ſibi, poteſt comedere de oblatione prima, ita Levit. 22, 11. וכהן כי יקנה נפש קנין כספו & hæc utique eſt acquiſitio argenti ſui; ſed Sapientes decreverunt de filia ſacerdotis quæ deſponſa fuerit ſacerdoti, ut non comederet de oblatione prima, ne fiat ut illi infundant vas oblationis primæ in domicilio patris, & illa imprudens bibendam det ex eo fratribus aut ſororibus ſuis. Verum ſi advenerit tempus & non nupſerit, edit de cibo mariti, & non in domicilio patris ſui, ſed maritus ſacerdos paret illi locum deſtinatum, ubi comedet. Nihilominus non cogitandum quod è vaſe oblationis primæ fratribus, aut ſororibus potum dabit. ונותנין לה הכל תרומה *& dant ei oblationem primam ſemper*, ſi voluerit, & quando advenerint dies immunditiei, oblationem vendat, & emat cibum profanum. *R. Akiba dicit*, *dimidium profani*, ad comedendum in diebus immunditiei.

ſponſalia, concedunt illi triginta dies, uti viduæ. Et quæcunque uxor marito ſuo dixerit, ego nolo accipere omnia mea alimenta oblationis primæ, quia ad ea cum puritate comedenda multa opus eſt prudentia, propterea dimidium alimenti illi dant è profano, & dimidium ex oblatione prima juxta R. Akibam; hic autem diſſenſus R. Akibæ & R. Tarphonis eſt poſt nuptias, ſive ſacerdotis filia fuerit, ſive uxor ſacerdotis quæ Iſraëlitæ filia erat. Cæterum filia Iſraëlitæ ſacerdoti deſponſa non comedet de oblatione prima niſi intraverit thalamum, uti diximus capite antecedenti.

ג היבם אינו מאכיל בתרומה עשתה ששה חדשים בפני הבעל וששה חדשים בפני היבם ואפילו כולן בפני הבעל חסר יום אחד בפני היבם או כולן בפני היבם חסר יום אחד בפני הבעל אינה אוכלת בתרומה זו משנה ראשונה בית דין של אחריהן אמרו אין האשה אוכלת בתרומה עד שתכנס לחופה:

3. Levir non efficit ut fratria edat de oblatione prima, ſi tranſegerit ſex menſes vivente marito, & ſex menſes vivente leviro, imo etiamſi omnes tranſegerit vivente marito, excepto uno die vivente leviro; aut omnes vivente leviro, excepto uno die vivente marito, non comedet de oblatione prima; hæc eſt Miſna prima. Domus judicii poſterior dixit, non comedet mulier de oblatione prima, niſi intraverit thalamum nuptialem.

R. OB. DE BARTENORA. היבם אינו מאכיל בתרומה *Levir non facit comedere de oblatione prima*, quando adhuc expectat levirum, nam ſcriptum eſt Levit. 22, 11. קנין כספו & hæc eſt acquiſitio fratris ejus. עשתה ששה חדשים בפני הבעל *ſi tranſegerit ſex menſes vivente marito*, illos ſex menſes quos illi dederunt ex quo eam requiſiverat maritus. כולן בפני הבעל חסר יום אחד בפני היבם אינה אוכלת *etſi omnes vivente marito excepto uno die vivente leviro*, *non comedet*, etſi maximam temporis partem tranſegerit vivente marito, in fine non tenebatur ad alendam eam illo vivente, ſic etiam, ſi teneretur ad alendam eam illo vivente, illa non comedet poſtquam mortuus fuerit maritus, quia acquiſitio argenti ſui jam rupta eſt, niſi omnes tranſegerit vivente marito, ad minimum comedet illo vivente. משנה ראשונה *Miſna prima*, ut comedat de oblatione prima poſtquam advenerit tempus. אין האשה אוכלת *mulier non comedit*, quia fieri poteſt ut defectum aliquem in ea inveniat, & extranea ſit ab initio, quia emtio ejus fraudulenta eſt. Verum juxta primam Miſnam non cogitandum eſt illam de oblatione prima fratribus aut ſororibus bibendum daturam, quia locus peculiaris illi deſtinatus eſt, propterea illi permiſerunt comedere de oblatione prima quando advenerit tempus.

ד המקדיש מעשה ידי אשתו הרי זו עושה ואוכלת המותר רבי מאיר (ס"א) אומר הקדש רבי יוחנן הסנדלר אומר חולין:

4. Si quis conſecraverit opus manuum uxoris ſuæ, illa operabitur, & comedet. Reliquum vero ſi conſecraverit, R. Meyr dicit, ſanctum eſt. R. Jochanan calcearius dicit, profanum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זו עושה ואוכלת *Ecce illa operabitur*, *& comedet*, quia inſtituerunt illi alimenta pro opere manuum ſuarum, ideoque operabitur, & comedet juxta omnium ſententiam.
המותר *Reliquum*, ſi reliquum operis manuum uxoris ſanctificaverit, id eſt quod illa operata fuerit ultra id quod ad alimentum neceſſarium eſt, & non conſecraverit ipſum opus manuum illius. רבי מאיר אומר הקדש *R. Meyr dicit*, *ſanctum eſt*, nam putat quod homo ſanctificare poteſt id quod nondum venit in mundum, ſed ita non eſt deciſio; ſed juxta ſententiam R. Jochananis calcearii, qui dicit profanum eſſe, quia nemo ſanctificare poteſt id quod nondum venit in mundum, (quod non exiſtit.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod mulieri ordinarunt alimenta pro opere manuum ſuarum, propterea operabitur, & edet de oblatione prima juxta conſenſum omnium. Eſt etiam fundamentum quod ſequi debemus, nimirum, quod nemo ſanctificare poteſt id quod non venit in mundum; ideoque deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Jochanan calcearii.

ה אילו מלאכות שהאשה עושה לבעלה טוחנת ואופה ומכבסת מבשלת ומניקה את בנה מצעת (נ"א ל"ג) לו המטה ועושה בצמר הכניסה לו שפחה אחת לא טוחנת ולא אופה ולא מכבסת שתים אינה מבשלת ואינה מניקה את בנה שלש אינה מצעת (נ"א ל"ג) לו המטה ואינה עושה בצמר ארבע יושבת בקתדרא רבי אליעזר אומר אפילו הכניסה לו מאה שפחות כופה לעשות בצמר שהבטלה מביאה לידי זימה רבי שמעון בן גמליאל אומר אף המדיר את אשתו מלעשות מלאכה יוציא ויתן כתובתה שהבטלה מביאה לידי שיעמום:

5. Hæc ſunt opera quæ uxor faciet marito ſuo, molet, coquet panem, lavabit, coquet, lactabit infantem ſuum, ſternet illi lectum, & operabitur in lana. Si unam ſervam illi introduxerit, non molet, nec panem coquet, nec lavabit; ſi duas, non coquet, nec infantem lactabit; ſi tres, non ſternet illi lectum, nec operabitur in lana; ſi quatuor, ſedebit in cathedra. R. Elieſer dicit, etſi introduxerit illi centum ancillas, imponunt illi ut operetur in lana, quia otium dat occaſionem luxuriæ. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam ſi quis fecerit votum quod uxor ejus non operabitur, dimittat eam, & det dotem ejus matrimonialem, quia otium dat occaſionem conturbationis.

R. ÒB. DE BARTENORA.

מוחנת *Molet*, molis manualibus quæ parvæ ſunt, at ſi magnæ fuerint, parabit omnia quæ ad molendum neceſſaria ſunt, ut, triticum immittere in molam, & recipere farinam.

הכניסה לו שפחה אחת *Si introduxerit illi ſervam unam*, pecuniam aut bona ad emendum ſervam. יושבת בקתדרא *ſedebit in cathedra*, in ſella quieti capiendæ deſtinata. & non conferet ſe ad miniſterium ſuum huc aut illuc, attamen marito infundet poculum, lectum ſternet, lavabit faciem, manus, & pedes, quia ad hoc miniſterium maritus nemine præter uxorem uti poteſt.

שיעמום *Ut perturbetur*, ſic in Targum ad Deut. 28, 28. ובהמהון לבב dicitur ובשעממות לבא Cæterum controverſia R. Elieſeris & Rabban Schimeonis filii Gamalielis eſt de uxore ne ſit otioſa, ſed recreet ſe rebus ludicris, nam timendum eſt aliter ne ſe luxuriæ dedat, ſed non timendum eſt ne fiat corde perturbata, quia perturbatio non habet locum niſi in ea quæ omnino otioſa eſt; deciſio eſt juxta R. Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sive illi fuerit hic numerus ancillarum, ſive adduxerit marito bona ad emendum eis has ancillas, res eadem eſt, tenetur autem omnino uxor lavare faciem, manus, & pedes mariti, ejuſque poculum implere vino & potu, & lectum ſternere, eo quod ejuſmodi res tantum peragi debent ab uxore. Nam fundamentum nobis eſt ex Lege noſtra, quod non utendum eſt uxoris miniſterio, & quod non intereſt ſive fuerit ancilla ſive alia quæcunque mulier, ſive adulta ſive minorennis.

מוחנת *Molet*, id eſt, præficietur rei molitoriæ & movebit molas. קתדרא *cathedra*, eſt tentorium ex ſerico confectum, in modum panni & ligni, cui reges inſident quando in loco publico comparent.

שיעמום *Ut perturbetur*, ſic Targum ad Deut. 28, 28 ובתמהון לבב dicit בשיעממות verum controverſia R. Elieſeris & Rabban Schimeonis filii Gamalielis eſt de uxore rebus ludicris intenta, quo modo facilè ad luxuriam delabi poteſt, ſed non ad perturbationem cordis; deciſio non eſt juxta ſententiam R. Elieſeris.

ו המדיר את אשתו מתשמיש המטה בית שמאי
אומרי' שתי שבתות בית הלל אומרים שבת
אחת התלמידים יוצאים לתלמוד תורה ש״לא
ברשות שלשים יום הפועלים שבת אחת העונה
האמורה בתורה הטיילין בכל יום הפועלים שתים
בשבת החמרים אחת בשבת הגמלים אחת
לשלשים יום הספנים אחת לששה חדשים דברי
רבי אליעזר:

6. Si quis votum fecerit de concubitu uxoris evitando, Schola Schamai dicit, duas illa ſeptimanas (expectabit.) Schola Hillelis dicit, unam ſeptimanam. Diſcipuli exeunt ad doctrinam Legis ſine venia uxoris triginta dies; operarii unam ſeptimanam. Officium conjugale, de quo in Lege dictum eſt, otioſi perficiunt ſingulis diebus, operarii bis in ſeptimana, aſinarii ſemel in ſeptimana, camelarii ſemel in triginta diebus, nautæ ſemel in ſex menſibus, ſunt verba R. Elieſeris.

R. OB. DE BARTENORA.

המדיר לאשה לתשמיש המטה *Si quis votum fecerit de concubitu uxoris ſuæ evitando*, ſi dixerit, prohibitus erit uſus mihi concubitus tui; at ſi dixerit, uſus concubitus mei erit prohibitus tibi, illa non eſt prohibita marito, quia eſt res qua ille tenetur uxoris cauſa, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 10. ועונתה לא יגרע.

שתי שבתות *Duas ſeptimanas*, ſi duas ſeptimanas votum fecerit, expectabit, quemadmodum de ea quæ fœminam peperit ſcriptum eſt, quod expectabit duas ſeptimanas quibus immunda eſt.

שבת אחת *Septimanam unam*, quemadmodum de menſtruoſa dicitur, quod immunda eſt ſeptem dies, & nos rem ordinariam eſſe ſtatuimus, nimirum, quod homo iraſci ſolet uxori ſuæ, ſic etiam votum facere eſſe ordinarium quid de menſtruoſa, non de puerpera, quod non eſt tam ordinarium quid. Schola Schamai vero putat, quod rem petimus ab ejuſmodi re cujus maritus ipſe eſt cauſa, cujuſmodi eſt votum cujus ille eſt cauſa & impedimentum, quo minus uxor parere poſſit, non quod cauſa petenda eſt à menſtruoſa quæ eſt caſus qui per ſeipſum accidit mulieri. Sed poſt unam ſeptimanam juxta Scholam Hillelis, aut duas ſeptimanas juxta Scholam Schamai, dabit illi divortium, & ſolvet dotem matrimonialem, etſi camelarius ſit qui officium ſuum conjugale uxori ſemel in triginta diebus præſtare debet, aut nauta qui ſemel in ſex menſibus officium conjugale præſtare debet. התלמידים יוצאין וגו׳ *diſcipuli exeunt &c.* hæc eſt ſententia R. Elieſeris, ſed Sapientes diſſentiunt ab ipſo, dicentes, etſi duos aut tres annos abfuerint; deciſio quæſtionis eſt ſecundum Sapientes. הטיילין *otioſi*, quibus non eſt munus, neque mercatura. החמרים *aſinarii*, ſunt ii qui ad pagos proficiſcuntur, & proventum adferunt. הגמלים *camelarii*, ſunt illi qui è locis longinquis adducunt onera ſuper camelis. הספנים *nautæ*, qui navigant per mare magnum; qui vero primo tempore fungebatur munere, quando ſæpius cum uxore concubitum inire poterat, & deinde conditionem mutans fungebatur alio munere, quando rarius concubitum ineat, uxor ejus eum impedire poteſt, excepto Legis ſtudioſo, quem uxor nequit impedire, ne diſcipulos doceat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבת אחת *Septimanam unam*, unam tantum ſeptimanam uxor implebit votum mariti, & deinceps illi dabit divortium, & ſolvet dotem matrimonialem, etſi fuerit camelarius, aut nauta. Cæterum quod dicitur, *diſcipuli exeunt ad doctrinam Legis ſine venia triginta dies*, eſt juxta ſententiam R. Elieſeris, ſed juxta ſententiam Sapientum ab uxoribus abeſſe poſſunt duos aut tres annos; deciſio eſt juxta Sapientes.

הטיילין *Otioſi*, ſunt ejuſmodi qui nulli rei operam dant, nec ullo munere funguntur, ſed tempus otioſè terunt. Scias autem quod uxor maritum ſuum impedire poteſt ne proficiſcatur mari terraque, niſi ad locum propinquum, ne diminuat illi officium conjugale. Sic etiam maritum impedire poteſt ne ab uno munere ad aliud ſe conferat, quia hoc modo diminuit debitum conjugale, niſi fuerit ſtudio Legis quotidie deditus.

ז המורדת על בעלה פוחתין לה מכתובתה שבעה
דינרין בשבת רבי יהודה אומר שבעה טרפעיקים
עד מתי הוא פוחת עד כנגד כתובתה רבי יוסי
אומר לעולם הוא פוחת והולך שמא (ס״א) תפול
לה

7. Si quæ rebellaverit contra maritum ſuum, ei diminuunt dotem ſuam matrimonialem ſeptem denarios qualibet ſeptimana. R. Jehuda dicit, ſeptem Tarpeikin. Quouſque diminuet? uſque ad quantitatem dotis matrimonialis. R. Joſe dicit, ſemper diminuet, donec, ſi obtigerit illi hæredi-

tas

לה ירושה ממקום אחר גובה הימנה וכן המורד על אשתו מוסיפין לה על כתובתה שלשה דינרין בשבת רבי יהודה אומר שלשה טרפעיקין :

tas ex alio loco, exigat ab illa. Sic etiam ſi quis rebellaverit contra uxorem ſuam, addunt illi præter dotem matrimonialem ejus tres denarios, qualibet ſeptimana. R. Jehuda dicit, tres Tarpeikin.

R. OB. DE BARTENORA.

המורדת *Si quæ rebellaverit*, renuens miniſterium lecti, ſed in operibus quæ facere tenetur uxor, vi cogunt eam ut illa peragat, ſed non judicamus eam rebellem. טרפעיקין *Tarpeikin*, quodlibet Tarpeik facit quadraginta & octo grana hordei ex argento puro, uti eſt pondus trium drachmarum, quod in lingua Arabica דראהם dicitur, & quælibet drachma facit ſedecim grana hordei mediocria ex argento.

עד כנגד כתובתה *Uſque ad quantitatem dotis matrimonialis*, & deinde dabit illi divortium, & tum exibit uxor ſine dote matrimoniali, ſed non detinebit eam maritus ad diminuendum bona illius quæ illi jure hæreditatis obtigerunt à patre, neque faciet ut ea pereant.

מוסיפין לה על הכתובה שלשה דינרין *Addunt illi præter dotem matrimonialem ejus tres denarios*, quia moleſtia mariti à matrimonio & coitu impediti major eſt quam moleſtia mulieris, ideoque, quando illa rebellaverit contra maritum ipſus, & cum moleſtia affecerit, diminuunt illi ſeptem denarios. Verum quando ille rebellaverit & eam moleſtia affecerit, non addunt illi ultra tres denarios. Quando autem illa rebellaverit, dicunt in Gemara, noſtri Sapientes ordinarunt, ut publicarent eam quatuor ſeptimanas ſequentes, in Synagogis & Scholis, dicendo, *N. rebellavis contra maritum ſuum*; & mittebant ad eam quoſdam à Senatu qui notum illi facerent hoc ſenſu, Scito, quod etſi dos tua matrimonialis eſſet centies centum Zuzæ, perdes eam totam; ſive deſponſa fuerit, ſive nupta fuerit, imo quamvis menſtruoſa fuerit, & leviruin exſpectaverit. Et ante publicationem illam notum illi faciunt quod eam publicare volunt, & poſt publicationes notum illi faciunt quod publicationes perfectæ ſunt, & ſi adhuc in rebellione ſua perſeveret, exibit ſine dote matrimoniali.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טרפעיק *Tarpeik* facit tres drachmas argenti puri, & in lingua Arabica vocatur דרהם, & quælibet drachma eſt pondus ſedecim granorum hordei. Cæterum jam aliquoties explicuimus quod denarius facit ſex drachmas, quomodo fiet ut tres Tarpeikin faciant denarium cum dimidio. In Gemara dicunt, noſtri Sapientes inſtituerunt hoc pacto, & dixerunt, quod ejuſmodi uxori publicè indicunt à domo judicii quatuor ſeptimanas continuas, dicendo, ſcito quod, etiamſi dos tua matrimonialis faciat centies centum Zuzas, perdes eam integram; ſive fuerit deſponſa, ſive nupta, ſive menſtruoſa, ſive infirma, ſive expectaverit levirum. Et hæc indictio publica fiet in Synagoga & Schola, & qualibet ſeptimana inſequenti dicetur, *N. N. rebellavit contra maritum ſuum*. Et ante indictionem publicam ei notum faciunt, dicendo, nos volumus te publicè rebellem declarare, & poſt perfectam illam indictionem etiam ei notum faciunt, dicendo, *jam perfectæ ſunt indictiones*; & tum perdit dotem ſuam matrimonialem. *Rebellis* autem uxor de qua hic ſermo eſt, ejuſmodi tantum eſt quæ concubitum impedit; ſed non dicitur rebellis quando nullum opus peragere volet, cujuſmodi uxor marito ſuo facere debet, nam tum imponunt illi ut illud faciat omnibus viribus.

ח המשרה את אשתו על ידי שליש לא יפחות לה משני קבין חטין או מארבעה קבין שעורים אמר רבי יוסי לא פסק לה שעורים אלא רבי ישמעאל שהיה סמוך לאדום ונותן לה חצי קב קטנית וחצי לוג שמן וקב גרוגרות או מנה דבילה ואם אין לו פוסק לעומתן פירות ממקום אחר ונותן לה מטה מפץ ומחצלת ונותן לה כפה לראשה וחגור למתניה ומנעלים ממועד למועד וכלים של חמשים זוז משנה לשנה ואין נותנין לה לא חדשים בימות החמה ולא שחקים בימות הגשמים אלא נותן לה כלים של חמשים זוז בימות הגשמים והיא מתכסה בבלאותיהן בימות החמה והשחקים שלה :

8. Si quis aluerit uxorem ſuam per tertium aliquem ne diminuat illi de duobus Cabis tritici, aut de quatuor Cabis hordei. Dixit R. Joſe, nemo ordinavit hordeum, niſi R. Iſmaël qui erat propè Idumæam. Et inſuper illi dimidium Cabi leguminum, & dimidium Logi olei, & Cabum ficuum ſiccarum, aut minam palathæ ficuum; quæ ſi non ſint illi, det pro iis fructus ex alio loco, & det illi lectum, & mattam tenuem & mattam craſſam. Et det illi peplum pro capite ejus, & cingulum pro lumbis ejus, & calceamenta à feſto ad feſtum, & veſtimenta quinquaginta Zuzarum ab anno in annum. Sed ne det illi nova in diebus æſtatis, neque vetera in diebus autumni, verum det illi veſtimenta quinquaginta Zuzarum in diebus autumni, & illa ſe tegat veteramentis in diebus æſtatis, & veteramenta illa ad ipſam pertinent.

R. OB. DE BARTENORA.

המשרה את אשתו על ידי שליש *Si quis aluerit uxorem ſuam per manum tertii*, qui ei alimenta dederit per manum tutoris, & non comederit cum ea; vox המשרה Chaldaica eſt, in Targum ad 2 Reg. 2, 6, 23. שירותא.

לא יפחות לה *Non diminues illi*, qualibet ſeptimana. לא פסק לה שעורים *non ordinavit illi hordeum*, uti duplicem tritici Cabum. אלא רבי ישמעאל שהיה סמוך לאדום *niſi R. Iſmaël qui erat prope Idumæam*, in quibus locis hordeum erat pejus. דבילה notat *palatham ficuum in orbem factarum*, quæ venduntur pondere, non menſura. מפץ notat *mattas tenues*, & מחצלת *craſſas mattas*. כפה eſt idem quod צעיף *peplum*. ומנעלים ממועד למועד *calceamenta à feſto ad feſtum*, calceamenta nova in omnibus feſtis. ולא חדשים בימות החמה *ſed non nova in diebus æſtatis*, nova illi nocent tempore æſtatis, quia calida ſunt, ſed conducunt illi tempore autumni. והשחקים שלה *& veteramenta ad ipſam pertinent*, etiam poſtquam illi nova emerit, quia illis ſe tegit tempore menſtrui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſitio hujus Miſnæ talis eſt, nemo ordinabat illi hordeum juxta duplum tritici, niſi R. Iſmaël, qui habitabat propè Idumæam, in quibus locis hordeum erat tritico pejus. Reliqua ſunt clara, & deciſio eſt juxta id quod judici de hoc viſum fuerit, conſiderando uſum qui civibus receptus eſt.

ט נותן לה מעה כסף לצורכה ואוכלת עמו מלילי שבת ללילי שבת ואם אין נותן לה מעה כסף לצורכה מעשה ידיה שלה ומה היא עושה לו משקל חמש סלעים שתי ביהודה שהן עשר סלעים בגליל או משקל עשר סלעים ערב ביהודה שהן עשרים סלעים בגליל ואם היתה מניקה פוחתין לה ממעשה ידיה ומוסיפין לה על מזונותיה במה דברים אמורים בעני שבישראל אבל במכובד הכל לפי כבודו :

9. Det illi numulum argenteum ad ea quæ illi neceſſaria ſunt, & comedat cum eo ab una veſpera Sabbathi ad alteram; at ſi non dederit illi numulum argenteum ad ea quæ illi ſunt neceſſaria, opus manuum ejus erit pro illa; ſed quidnam illa faciet? pondus quinque ſiclorum ſtaminis in Judæa, qui ſunt decem in Galilæa; aut pondus decem ſiclorum ſubteminis in Judæa, qui ſunt viginti in Galilæa. Verum ſi lactet, diminuunt illi de opere manuum ejus, & addunt alimentis ejus. De quo dicta ſunt hæc verba? de pauperrimo Iſraëlita, ſed apud honoratum hominem omnia juxta honorem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן לה מעה כסף *Dat ipſi numulum argenteum*, qualibet ſeptimana, ad res exiguas quibus indiget. מעשה ידיה *Opus manuum ejus*, reliquum operis manuum ejus, ſive id quod fecerit ſupra quantitatem alimenti. אוכלת עמו מלילי שבת ללילי שבת *comedat cum eo ab una veſpera ad alteram Sabbathi*, etiamſi in omnibus reliquis, ſi voluerit, dare poteſt illi alimenta ſua per manum tertii alicujus, in nocte autem Sabbathi, quæ eſt nox officii conjugalis, tenetur comedere cum ea. שתי *ſtaminis*, nam majus eſt opus ſtaminis ad nendum duplicibus filis, quam opus tramæ; pondus vero Judææ duplo majus eſt quam Galilææ. הכל לפי כבודו *omnia juxta honorem ejus*, etiam juxta conſuetudinem civitatis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet marito non comedere & non habitare cum uxore ſua, ſed per tertium quemdam eam alere poteſt, ſed ſolvet illi dotem ſuam matrimonialem juxta opes, & comedet cum ea in noctibus Sabbathi, quemadmodum dicit Miſna.

פרק ו מציאת האשה ומעשה ידיה לבעלה וירושתה הוא אוכל פירות בחייה בושתה ופגמה שלה רבי יהודה בן בתירא אומר בזמן שבסתר לה שני חלקים ולו אחד ובזמן שבגלוי לו שני חלקים ולה אחד שלו ינתן מיד ושלה ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות :

Caput 6 Id quod invenit uxor & opus manuum ejus pro marito ejus eſt, & hæreditatis ejus ille comedet fructus illa vivente. Pudor & damnum ejus pro illa eſt. R. Jehuda filius Betheræ dicit, quando clam læſa eſt, duæ partes ſunt pro illa, & una pro illo. Cæterum quando in publico eſt, duæ partes ſunt pro illo, & una pro illa; id quod ad illum pertinet, datur ſtatim, at quod ad ipſam, eo emuntur bona immobilia, & ipſe comedit fructus.

R. OB. DE BARTENORA.

וירושתה *Et hæreditatis ejus*, ſi obtigerit illi hæreditas. אוכל פירות בחייה *comedet fructus vivente illa*, & ſumma principalis pro illa eſt. ופגמה *& damnum illius*, ſi vulnus aliquod illi intulerint, propter quod illi diminutio valoris acciderit; nam æſtimant eam quantum valebat ſi venderetur in platea, & quantum jam valet.

ובזמן שבגלוי *Et quando palam fuerit*, quando ipſum tetigerit pudor, ſic etiam quando illi contempta eſt, ſed tandem ſuffert eam. והוא אוכל פירות *ille comedit fructus*, vivente illa, & ſumma principalis manebit in poteſtate uxoris, quando maritus mortuus fuerit, aut eam repudiaverit, & illa mortua fuerit, ille adit hæreditatem ejus; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פגמה *Damnum ejus*, ut, ſi uxori amputatum fuerit aliquod membrum, aut vitium aliquod illatum fuerit corpori ejus, & ſimile quid, tum conſiderant eam ac ſi eſſet ſerva quædam quæ venditur in publico; & quicquid valuerit minus propter talem defectum, damnum ejus eſt; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ב הפוסק מעות להתנו ומת חתנו אמרו חכמים יכול הוא שיאמר לאחיך הייתי רוצה ליתן ולך אי אפשי ליתן :

2. Si quis addixerit numulos genero ſuo, & mortuus fuerit gener ejus, dixerunt Sapientes, poteſt dicere, *fratri tuo volui dare, & tibi nolui dare.*

R. OB. DE BARTENORA. ומת חתנו *Et mortuus fuerit gener ejus*, & reliquerit filiam ipſius leviro deſtinatam. יכול הוא שיאמר *ille dicere poteſt*, aut da calceum exuendum, aut levirationem inito. Verum ſi fuerit frater ejus, aut dabit illi id quod ordinaverit illi, aut illa ita manebit donec conſenuerit, & ſi frater ejus fuerit plebejus & indoctus, & ipſe doctus, poterit illi dicere, *fratri tuo dare volui, tibi vero nolui dare.*

ג פסקה להכנים לו אלף דינר והוא פוסק כנגדן חמשה עשר מנה וכנגד השום הוא פוסק פחות חומש שום במנה ושוה מנה אין לו אלא מנה שום במנה היא נותנת שלשים ואחד סלע ודינר ובארבע מאות היא נותנת חמש מאות מה שחתן פוסק הוא פוסק פחות חומש :

3. Si illa promiſerit adducere illi mille denarios, ille contra promittat quindecim libras; at reſpectu æſtimationis ille promittat minus quinta parte. Si æſtimatio fuerit libræ & valuerit libram, non eſt illi præter libram. Si æſtimatio fuerit libræ, illa dabit triginta & unum ſiclum, & denarium; ſi ille quadringentos, dabit illa quingentos; quod ſponſo promiſſum ſit, id ipſe repromittet minus quinta parte.

R. OB. DE BARTENORA.

והוא פוסק כנגדן חמשה עשר מנה *Et ille contra promittat quindecim libras*, mille denarii faciunt decem libras, & ſi ſponſus ſcripſerit in contractu matrimoniali, ſcribet ſponſæ plus tertia parte, quod facit quindecim minas, ſi ſponſa adduxerit illi denarios præſentes quia illa lucrari poteſt.

וכנגד השום *Et reſpectu æſtimationis*, ſi adduxerit ſponſa veſtimenta & ornamenta muliebria quæ æſtimari debent: הוא פוסק פחות חומש *ille promittet minus quinta parte*, ſi adduxerit ſponſa pretium mille denariorum, non plus quam octingenta in ſe recipiet ſponſus, quia illi qui veſtimenta & ornamenta ſponſæ æſtimant, ea pluris æſtimare ſolent quam valent, in honorem ſponſæ, & ut eo cariorem illam habeat ſponſus.

שום במנה ושוה מנה *Si pretium libræ attulerit, & valuerit libram*, id eſt, ſi non æſtimarunt bona & ornamenta muliebria ſponſæ, niſi ſuo valore quo ea æſtimata fuerint in platea. אין לו אלא מנה *non eſt illi præter libram*, non ſcribet in contractu matrimoniali præter libram, quemadmodum æſtimarunt.

שום במנה היא נותנת שלשים ואחד סלע ודינר *Si pretium libræ attulerit, illa dat triginta, & unum ſiclum ac denarium*, ſi id quod ſponſus receperit, æſtimatum fuerit libra, cum dixerint illi, ſcribe unam libram in contractu illius matrimoniali, & illa dabit tibi pretium libræ, neceſſe eſt ut pretium quod æſtimarunt in domo nuptiali, ſit triginta & unus ſiclus cum denario, quod facit libram & quintam ejus partem. ובארבע מאות *& ſi quadringentos*, ſi ſponſus in ſe receperit in contractu illius matrimoniali ſcribere quadringentos denarios. היא נותנת חמש מאות *illa dabit quingentos denarios*, juxta valorem æſtimantium. מה שחתן פוסק וגו׳ *id quod ſponſus ordinaverit*, &c. ſi prius æſtimationem ſummæ inierint, & ſponſa adduxerit illi, ſive pretium parvi ſive magni æſtimatum fuerit, ille ſcribet in contractu ejus matrimoniali quintam partem minus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit, quod, ſi uxor adduxerit marito aurum pro dote ſua, maritus illi ſcribet pro incrementis mediam partem. Verum ſi adduxerit veſtimenta, & alia ornamenta muliebria, maritus illi ſcribet in contractu matrimoniali quintam partem minus æſtimata ſumma. שום eſt pretium & æſtimatio qua rem in ſummam redigunt. Ratio autem hujus quod dicitur, eſt, eo quod auro mercaturam exercere & lucrum facere poteſt, veſtimenta vero & ornamenta ſunt lucrum pro uxore, quia ſe adornat illis. Propterea, ſi mille denarios uxor promiſerit, maritus illi ſcribet quindecim libras, quæ ſunt mille & quingenti denarii.

שום במנה היא נותנת שלשים ואחד סלע ודינר *Si ſumma fuerit libræ, illa dat triginta & unum ſiclum, ac denarium*, id eſt, quando uxor adduxerit aliquam rem pretioſam & taxatam, non ſcribet maritus in contractu matrimoniali libram, niſi pretium veſtium & ornamentorum valuerit triginta, & unum ſiclum ac denarium, quæ conficiunt ſummam centum & viginti quinque denariorum. Hoc autem fieri ſolet propter id quod diximus, quod maritus illi ſcribit minus quinta parte. Similiter ſi illa adduxerit pretium quingentorum denariorum, ſcribet illi maritus quadringenta; adducit vero auctor duo exempla, ad docendum nos quod in æſtimatione ſemper uxori ſcribit quintam partem minus, ſive parum ſive multum fuerit.

ד פסקה להכנים לו כספים סלע כסף (סלע ש״ס) נעשה ששה דינרים החתן מקבל עליו עשרה דינרין לקופה לכל מנה ומנה רבן שמעון בן גמליאל אומר הכל כמנהג המדינה :

4. Si illa promiſerit adducere illi argenteos nummos, ſiclus argenteus fit ſex denarii. Sponſus recipit in ſe (dare illi) decem denarios pro capſula aromatum pro qualibet libra. R. Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia juxta conſuetudinem civitatis.

R. OB. DE BARTENORA.

פסקה להכנים לו כספים *Si illa promiſerit adducere illi argenteos*, denarios, quibus lucrum facere poteſt ſponſus. סלע *ſiclus*, qui quatuor facit denarios. נעשה ששה דינרים *fit ſex denarii*, ad ſcribendum in contractu matrimoniali, cum incremento tertiæ partis. Docet nos doctor, quod, ſi ſponſa adduxerit pecuniam, ſive magnam ſummam, ut mille denariorum, de quo dixit in principio, ſive parvam ſummam, ut ſiclum, de quo hic loquitur in fine, ſemper ſcribet in contractu nuptiali cum tertia parte, quia denarius deſtinatus eſt ad lucrandum. Verum ſi ejuſmodi adduxerit res quæ æſtimari debent, cujuſmodi ſunt veſtimenta & ornamenta muliebria, ſive in magna quantitate, de quo dixit in principio כנגד השום *juxta æſtimationem*, quod refertur ad mille Zuzas; ſive in exigua quantitate, de quo dicit, *ſi ſumma fuerit librâ æſtimata, illa dabit triginta, & ſiclum unum & denarium*, ſemper ſcribit in contractu matrimoniali quintam partem infra æſtimationem quæ facta eſt in domo nuptiali. Eodem modo comparatum eſt ſi æſtimatio antea facta fuerit, & poſtea ſcripſerint in contractu matrimoniali, nam tum neceſſe eſt diminuere in contractu matrimoniali quintam partem ab æſtimatione quam æſtimarunt in domo ſponſæ, uti dixit, *id quod* ſponſus promiſerit, illud promittit minus quinta parte. Aut ſi ille primus contractum matrimonialem fecerit, tum neceſſe eſt ut æſtimatio ſit quinta parte major ea quæ ſcripta fuerit in contractu matrimoniali, ut dixit, *pro quadringentis illa dabit illi quingentos*, לקופה *pro capſula aromatum*, decem denarios dabit pro qualibet libra quam illa adduxerit, ad emendum ea odorifera & ornamenta muliebria. Sed non exponitur in Miſna noſtra, an hoc ſit pro qualibet ſeptimana, an pro menſe, an vero pro anno.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סלע כסף נעשה ששה דינרים *Siclus argenteus fit ſex denarii*, vult dicere, idem hoc eſt quod diximus quando ſponſa adduxerat ſponſo pecuniam, quod tum dimidium illi additur, quia ſiclus conficit quatuor denarios; quæ hic auctor repetit, etſi id exemplo de pecunia jam dixerit ſuperius Miſna 3. *Si illa promiſerit mille denarios illi adducere, ille contra quindecim libras promittet*, ad docendum te, quod dimidium accreſcet, tam in parva quam in magna quantitate, imo etſi non plus quam unum ſiclum adduxerit illi, ſcribet tamen ſex denarios.

קופה Eſt *capſula aromatum* ac aliarum rerum odoriferarum; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis in omnibus illis quæ dicta ſunt de incremento pecuniæ, & diminutione cæterarum rerum.

ה המשיא את בתו סתם לא יפחות לה מחמשים זוז פסק להכניסה ערומה לא יאמר הבעל כשאכניסה לביתי אכסנה בכסותי אלא מכסה ועודה בבית אביה וכן המשיא את היתומה לא

5. Si quis elocaverit filiam ſuam ſimpliciter, non diminuet illi de quinquaginta Zuzis. Si promiſerit eam ducere nudam, non dicet maritus, quando eam introduxero in domum meam, veſtiam eam veſtimentis meis; ſed veſtiet eam quando adhuc eſt in domicilio patris. Sic etiam ſi quis elocaverit

לא יפחות לה מחמשים זוז אם יש בכיס כפרנסין
אותה לפי כבודה :

caverit pupillam, non diminuet illi de quinquaginta Zuzis, ſi fuerit in crumena, alunt illam pro honore ejus.

R. OB. DE BARTENORA. וכן המשיא את היתומה *Et ſic ſi quis elocaverit pupillam*, ſi id fecerit præfectus eleemoſynarum. אם יש בכיס *ſi fuerit in crumena*, in ciſta eleemoſynarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. אם יש בכיס *Si fuerit in crumena*, nimirum in crumena eleemoſynarum.

ו יתומה שהשיאתה אמה או אחיה מדעתה
וכתבו לה במאה או בחמשים זוז יכולה היא
משתגדיל להוציא מידן מה שראוי להנתן לה רבי
יהודה אומר אם השיא את הבת הראשונה ינתן
לשנייה כדרך שנתן לראשונה וחכמים אומרים
פעמים שאדם עני והעשיר או עשיר והעני אלא
שמין את הנכסים ונותנין לה :

6. Pupilla quam elocaverit mater ejus, aut fratres, cum conſenſu ejus, & ſcripſerint illi centum & quinquaginta Zuzas, poſtquam adoleverit, poterit educere è poteſtate eorum id quod ipſi dari oportet. R. Jehuda dicit, ſi elocaverit primam filiam, dabitur ſecundæ quemadmodum datur primæ. Sapientes dicunt, aliquando homo pauper diteſcet, aut dives pauper fiet, ſed æſtimant bona, & poſtea dant illi.

R. OB. DE BARTENORA.

מה שראוי ליתן לה *Id quod ipſi dari oportet*, decimas de bonis. אם השיא את הבת הראשונה *ſi elocaverit filiam primam*, ſi pater ſe vivente primam filiam elocaverit. ינתן לשנייה וגו׳ *dabitur ſecundæ &c.* ſive id fuerit minus quam pars decimæ, ſive magis; deciſio eſt juxta R. Jehuda, nam ſequimur intentionem patris. Verum ſi voluntatem patris aſſequi non poſſumus, damus illi decimas de bonis immobilibus quæ tempore nuptiarum exiſtunt; at de bonis mobilibus non dantur illi decimæ, ſed nonnulli dicunt quod hoc tempore etiam illi dantur decimæ de mobilibus. Cæterum ſi nupſerit, & non poſtulaverit dotem ab hæredibus, petat eam poſt nuptias, nam non dicimus quod eam donaverit. Hoc autem ita accipiendum eſt, ſi alatur è bonis patris ſui, & ſi hæredes intermiſerint illi dare alimenta; at ſi בוגרת *pubeſcens* fuerit, non ſunt illi alimenta, & ubi nupſerit, & non petierit dotem quæ ad eam pertinebat de bonis patris, donavit eam hæredibus, neque eam amplius repetere poteſt, etſi è bonis patris alatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Jehudam, qui putat rem conſiderandam eſſe juxta voluntatem patris, ejuſque ſtatum; at ſi nobis non conſtiterit de voluntate patris, dantur illi decimæ de omnibus bonis, nimirum de bonis immobilibus, aut de eorum valore, at de mobilibus non dant decimas. Hic autem caſus de dote, ſive iſte fuerit ex æſtimatione ſive è dicimis bonorum, vocatur פרנסה פתם *alimonia ſimplex*, de quo diverſa ſunt jura, nempe; quod filia quæ alitur è bonis patris ſui, uti expoſuimus, ſi nupſerit, educere poteſt poſt nuptias id quod illi cedebat de dote, etſi fratres ſuos non præmonuerit, & non petierit ab illis alimoniam. Verum ſi non alatur è bonis pupillarum, & nupſerit quando *minorennis* erat, & à fratribus ſuis non repetierit dotem, nec alimoniam, non dicimus quod contenta erat & quod nihil è poteſtate fratrum educere poterat poſt nuptias, ſed educit dotem, quia minorennis eſt. At ſi non nupſerit poſtquam נערה *puella* facta fuerit, & fratres intermiſerint dationem alimoniæ, non perdidit dotem ſuam. Si בוגרת *pubeſcens* fuerit, non cedit illi alimonia, uti diximus capite quarto, etſi nupſerit poſtquam pubeſcens facta fuerit, neceſſe eſt ut dicat quod non remittit eis dotem etſi ſatisfecerint ei, & aluerint è bonis ſuis; at ſi non repetierit, ecce ei ſatisfactum eſt, & non cedit illi dos poſt nuptias, neque è poteſtate eorum educere poteſt.

ז המשליש מעות לבתו והיא אומרת נאמן בעלי
עלי יעשה השליש מה שהושלש בידו דברי רבי
מאיר רבי יוסי אומר וכי אינה אלא שדה והיא
רוצה למוכרה הרי היא מכורה מעכשיו במה
דברים אמורים בגדולה אבל בקטנה אין מעשה
קטנה כלום :

7. Si quis depoſuerit nummos in fidem tertii pro filia ſua, & illa dixerit, *fide dignus erit pro me maritus meus*, faciet depoſitarius juxta id quod depoſitum fuerit in poteſtate ejus, ſunt verba R. Meyri. R. Joſe dicit, ſi nil fuerit præter agrum, & illa voluerit eum vendere, ſtatim venditus eſt; de qua hæc dicta ſunt verba? de adulta; ſed ſi de minorenni, factum minorennis fruſtra eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המשליש מעות לבתו *Si quis nummos depoſuerit in fidem tertii pro filia ſua*, ſi depoſuerit nummos in poteſtate tertii cujuſdam in neceſſitatem filiæ ſuæ, ad emendum agrum aut dotem nuptialem quando nupſerit.

נאמן בעלי עלי *fide dignus eſt pro me maritus meus*, & dato illi eos nummos. יעשה השליש מה שהושלש *faciet depoſitarius juxta id quod depoſitum fuerit*, comparabit agrum, & non fiet id quod illa dixerit, eo quod præceptum eſt verba mortui adimplere. וכי אינה אלא שדה *& ſi nil fuerit præter agrum*, etſi jam emptus fuiſſet ager, & illa noluerit eum vendere, poteſt tamen eum vendere, ideoque fit id quod illa dixerit. Cæterum controverſia R. Meyri & R. Joſis eſt tantum de adulta quæ deſponſa fuerit, nam poſt nuptias omnibus conſentientibus fit id quod illa dixerit. Et de minorenni R. Joſe quoque concedit, quia factum illius cenſetur eſſe fruſtra; deciſio eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יעשה השליש מה שהושלש בידו *Faciet depoſitarius id quod depoſitum fuerit in poteſtate ejus*, id eſt, faciet cum pecunia id quod pater illi commendaverit, nam non curant filiam neque quicquam dant marito. Hoc autem ita accipiendum eſt quando illa deſponſa fuerit, ſed poſt nuptias illa cum bonis ſuis faciet id quod illi lubitum fuerit; niſi fuerit minorennis, nam controverſia R. Meyri & R. Joſes non eſt niſi de adulta & deſponſata; deciſio eſt juxta R. Meyr.

פרק ז המדיר את אשתו מליהנות לו עד שלשים
יום

Caput 7. Si quis votum fecerit ſe non uſurum
uxore

יום יעמיד פרנס יתר מכאן יוציא ויתן כתובה רבי יהודה אומר בישראל חדש אחד יקיים ושנים יוציא ויתן כתובה ובכהנת שנים יקיים ושלשה יוציא ויתן כתובה :

uxore ſua, uſque triginta dies, conſtituet quendam qui eam alat; ſi diutius; dimittet eam & ſolvet dotem matrimonialem ejus. R. Jehuda dicit, ſi de Iſraëlita unum menſem, retineat, ſi duos, dimittet eam, & ſolvet dotem ejus matrimonialem. Et ſi de uxore ſacerdotis duos voverit (menſes,) retineat, [illegible] tres, dimittet eam & ſolvet dotem matrimonialem.

R. OB. DE BARTENORA.

המדיר את אשתו מלהנות לו *Qui votum fecerit ſe non uſurum uxore ſua*, ſuper officio conjugali non valet votum, quia maritus in eo obligatus eſt uxori, ita ut ab illa obligatione nequeat eximi. Sed ſuper alimoniæ uſu, etſi obligatus ſit ſuæ uxori, invenimus tamen quod obtinet votum, ut, ſi ſufficiat opus manuum ejus ad alimoniam ejus. In Gemara argumentantur hoc ſenſu, ſi ita ſe res habet, quare conſtituatur aliquis qui alimoniam ſuppeditat? & reſpondetur, hoc fieri quando non ſufficit opus manuum ejus ad ejuſmodi res quæ in domo patris illi uſui erant, & ſuper ejuſmodi rebus tantum neceſſe erat ut conſtituatur aliquis ad alendum eam. Nam non vult dicere, quod conſtitui debet legatus ad alendum eam, quia legatus hominis eſt ut is qui eum miſit, ſed ut dicat, *quicunque eam aluerit, non perdit quicquam.* יותר מכאן יוציא ויתן כתובה *ſi diutius, dimittet, & ſolvet dotem ejus matrimonialem*, nam intra triginta dies res non adeo divulgatur apud populum ignominia, ſed ultra illud tempus divulgatur, ita ut contemptui habeatur. בישראל *de Iſraëlita*, ſi Iſraëlita fuerit qui repudiatam reducere poteſt. ובכהנת *& de uxore ſacerdotis*, quam ſi repudiaverit, non poteſt reducere eam, ideo Sapientes illi longius temporis ſpatium dederunt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Intra triginta dies forſan res nondum divulgata eſt, & illi non accidit contemptus, ſed ultra hoc tempus populo notum erit, & contemptui habebitur, propterea dimittet eam, & ſolvet dotem ejus matrimonialem, etſi opus manuum ejus ſufficiat in alimoniam ejus.

יעמיד פרנס *Conſtituet quendam qui eam alat*, non vult dicere quod ſubſtituet præfectum, quia legatus hominis eſt ut homo ipſe qui eum miſit; ſed dicere vult, eum dicere debere, quicunque aluerit eam, non perdet quicquam. Quod R. Jehuda dicit, ובכהנת *& de uxore ſacerdotis*, vult, quia prohibita eſt ſacerdoti danti illi divortium, propterea illi tempus repudiandi illam prolongarunt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ב המדיר את אשתו שלא תטעום אחד מכל הפירות יוציא ויתן כתובה רבי יהודה אומר בישראל יום אחד יקיים שנים יוציא ויתן כתובה ובכהנת שנים יקיים שלשה יוציא ויתן כתובה :

2. Si quis votum fecerit quod uxor ejus non guſtabit unum ex omnibus fructibus, dimittet eam, & ſolvet dotem ejus matrimonialem. R. Jehuda dicit, ſi ſit Iſraëlita qui voverit diem unum, retineat, ſi duos, repudiabit eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem. De uxore ſacerdotis ſi voverit biduum, retineat, ſi triduum, repudiabit eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem.

R. OB. DE BARTENORA. אחד מכל הפירות *Unum ex omnibus fructibus*, ut, ſi illa dixerit, voveo me talem fructum non comeſuram, tum ille confirmaverit id ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio non eſt juxta ſententiam R. Jehudæ.

ג המדיר את אשתו שלא תתקשט באחד מכל המינין יוציא ויתן כתובה רבי יוסי אומר בעניות שלא נתן קצבה ובעשירות שלשים יום :

3. Si quis votum fecerit quod uxor ejus non ornabitur ornamento aliquo cujuſcunque ſit ſpeciei, dimittet eam, & ſolvet dotem ejus matrimonialem. R. Joſe dicit, hoc intelligendum eſt de pauperibus ſi non determinaverit tempus fixum, at de divitibus, triginta dies.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא תתקשט באחד מכל מינין *Quod non ornabitur ornamento aliquo cujuſcunque ſpeciei*, ſi illa dixerit, voveo quod non utar tali colore aut ornamento, & ille confirmaverit id ipſum. בעניות שלא נתן קצבה *de paupere, ſi non determinaverit tempus*, quando vovebat, tum repudiabit eam & divortium dabit, at ſi determinaverit, exſpectabit uſque ad determinatum tempus; ſed quantum eſt determinatum tempus? duodecim menſes. בעשירות שלשים יום *ſi de divite, triginta dies*, quia matrona ſpectata ſolet uti ornamentorum odoribus triginta dies; hæc vero matrona utilitatem capit ex odoribus ornamentorum ſuorum quibus ſe ornavit ante votum triginta dierum; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קצבה Eſt *determinatum quid*, nimirum duodecim menſes, ſi pauper fuerit & juraverit, quod non ornabit ſe duodecim menſes, complebitur juramentum ejus.

ד המדיר את אשתו שלא תלך לבית אביה בזמן שהוא עמה בעיר חדש אחד יקיים שנים יוציא ויתן כתובה ובזמן שהוא בעיר אחרת רגל אחד יקיים שלשה יוציא ויתן כתובה :

4. Qui votum fecerit quod uxor ejus non ibit domum patris, quando pater cum illa fuerit in civitate, ſi voverit unum menſem, retineat; ſi duos, dimittet eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem. Cum vero pater in alia fuerit civitate, ſi voverit unum feſtum, retineat, ſi tria, dimittet eam, & dabit divortium cum dote.

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

רגל אחד יקיים שלשה יוציא ויתן כתובה *Si feſtum unum, confirmabit, ſi tria, dimittet eam, & ſolvet dotem matrimonialem.* Hæc Miſna in Gemara exponitur hoc ſenſu, ſi voverit unum feſtum, retineat, de quo hæc dicta ſunt verba? de uxore Iſraëlitæ, ſed de ſacerdotis uxore, ſi feſta duo, retineat, ſi tria, dimittet eam & ſolvet dotem matrimonialem. Miſna hæc eſt juxta ſententiam R. Jehudæ, qui diſtinguit inter Iſraëlitam & ſacerdotis uxorem; ſed deciſio non eſt juxta illum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſitio hujus Miſnæ ſe habet hoc ſenſu, ſi unum feſtum, confirmabit, ſi duo, dimittet eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem, & hoc intelligitur de Iſraëlita; ſi de uxore ſacerdotis duo, confirmabit, tria dimittet eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem. Eſt autem hæc Miſna juxta ſententiam R. Jehudæ qui diſtinguit inter jus Iſraëlitæ & jus ſacerdotis; ſed deciſio non eſt juxta R. Jehudam, ſed omni modo dimittet eam & ſolvet dotem ejus matrimonialem.

ה המדיר את אשתו שלא תלך לבית האבל
או לבית המשתה יוציא ויתן כתובה מפני שנועל
בפניה ואם היה טוען משום דבר אחר רשאי אמר
לה על מנת שתאמרי לפלוני מה שאמרת לי או
מה שאמרתי לך או שתהא ממלא ומערה לאשפה
יוציא ויתן כתובה:

5 Si quis votum fecerit quod uxor ejus non ibit domum luctus, aut domum convivii, dabit illi divortium, & ſolvet dotem matrimonialem, quia obſerat coram illa. Et ſi dixerit id fieri alia de cauſa, licet illi. Si dixerit illi, ea conditione ut dicas alicui id quod mihi dixiſti, aut id quod tibi dixi, aut ut impleas, & evacues in ſterquilinium, dimittet eam, & ſolvet dotem matrimonialem.

R. OB. DE BARTENORA.

שנועל בפניה *Quia obſerat coram ea*, portam lætitiæ, & remotionem melancholiæ; domum vero luctus obſerat coram illa, ita ut non ſit qui eam luget quando moritur. משום דבר אחר *alia de cauſa*, ut, ſi conſliterit quod eo in loco congregantur homines protervi. שתאמרי לפלוני מה שאמרת לי וגו׳ *ut dicas alicui id quod dixiſti mihi &c.* verba levia & proterva. שתהא ממלא ומערה לאשפה *ut adimpleat, & evacuet in ſterquilinium*, alii exponunt, poſtquam completa fuerit actio coitus & venter ſeminæ adimpletus fuerit, evacuet illud & purgabit ne impraegnetur; alii exponunt de adimplendis aqua cantharis, & expurgatione eorum in ſterquilinio, quia tum ſtulta apparet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם היה טוען משום דבר אחר *Si dixerit id fieri alia de cauſa*, id eſt, propter homines protervos qui eo ire ſolent; & ea conditione ut fama confirmetur convenire illuc homines ſuſpectos, aut laſcivos, qui fœminis ſimiles ſunt.

שתאמרי לפלוני מה שאמרת לי וגו׳ *ut dicas alicui id quod dixiſti mihi &c.* ut cogat eam dicere alicui aliquam rem quam dicere nequit, niſi marito ſuo de ſecretis conjugii; hoc autem protervum quid eſt & laſcivum. Sed adimplere aqua & evacuare in ſterquilinium eſt actio ſtultorum, id eſt, ſi coëgerit eam ut faciat actiones ejuſmodi quibus ſe ſtultam oſtendit; dimittet eam & ſolvet dotem matrimonialem.

ו ואלו יוצאות שלא בכתובה העוברת על דת
משה ויהודית ואיזו היא דת משה מאכילתו
שאינו מעושר ומשמשתו נדה ולא קוצה לה חלה
ונודרת ואינה מקיימת ואיזו היא דת יהודית
יוצאה וראשה פרוע וטווה בשוק ומדברת עם כל
אדם אבא שאול אומר אף המקללת יולדיו בפניו
רבי טרפון אומר אף הקולנית ואיזו היא קולנית
לכשהיא מדברת בתוך ביתה ושכניה שומעין
קולה:

6. Hæ exeunt ſine dote matrimoniali, quæ tranſgreſſa fuerit Legem Moſis & Judææ; ſed quænam eſt Lex Moſis? ut illi comedendum det id quod non decimatum fuerit, & ut illi inſerviat quando menſtruoſa eſt, & non ſeparet placentam, ut voveat & non confirmet. Quænam eſt Lex Judææ? ut exeat capite detecto, & neat in platea, & loquatur cum omni homine. Aba Schaul dicit, etiam ea quæ maledixerit genitoribus ejus coram eo. R. Tarphon dicit, etiam ſonora; ſed quænam eſt ſonora? cujus, quando loquitur domi ſuæ, vicini audiunt vocem.

R. OB. DE BARTENORA.

מאכילתו שאינו מעושר *Ut det illi comedendum id quod non decimatum fuerit*, ille autem non prius id reſciverit quam comederit, ut, ſi dixerit, ſacerdos quidam mihi hunc acervum fecit illegitimum, ille autem poſtea de hac re inquiſiverit, & falſum deprehenderit. ומשמשתו נדה *& inſerviat illi quando menſtruoſa eſt*, ut, ſi apud vicinos habeatur menſtruoſa, qui eam viderunt veſtientem ſe veſtibus menſtruoſis, ſed marito dixerat quod pura erat.

ולא קוצה לה חלה *Et non diſcindat placentam*, ſi dixerit, aliquis mihi illam maſſam fecit legitimam, at maritus demdè rem falſam comperit, eamque mentitam fuiſſe. וטווה בשוק *& neat in platea*, ut oſtendat brachia ſua hominibus. ומדברת עם כל אדם *& loquatur cum omni homine*, jocans cum juvenibus. אף המקללת יולדיו בפניו *etiam ea quæ maledixerit parentibus coram eo*, maledicens & opprobrio habens patrem mariti ſui coram marito ſuo.

הקולנית *Sonora*, quæ maritum petit debitum conjugale clara voce ita ut vicini audiant; ſed omnes hæ uxores opus habent teſtibus & demonſtratione ad perdendum dotem illius

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Confirmatur quod illa Legem Moſis tranſgreſſa eſt, quando maritus confiſus fuerit illi in ejuſmodi rebus quæ hic dicuntur, & interrogaverit eam, & illa reſponderit quod licitæ ſunt, ſed poſt inquiſitionem exclamaverit quod prohibitæ erant; ideoque in omnibus illis rebus neceſſe eſt ut ſint qui teſtantur, & rem demonſtrant; & tum perdet dotem ſuam matrimonialem.

וראשה פרוע *Et capite detecto*, etſi peplum illi fuerit in capite, & ea conditione ut hoc modo exeat in locum publicum, aut ad introitum publicum. וטווה בשוק *& neat in platea*, quum nuda brachia monſtrat hominibus, aut inter nendum imponit roſam, aut myrtum, aut malogranatum ſuperciliis, aut malis, quod parum honeſtum eſt. ומדברת עם כל אדם *& loquatur cum omni homine*, jocans cum juvenibus.

אף המקללת יולדיו בפניו *Etiam ea quæ maledixerit genitoribus illius coram eo*, quæ maledicit parentibus mariti coram marito ſuo omni genere maledictionis. קולנית *ſonora*, quæ coitum clara voce petit, ita ut vicini audiant; & hæc omnia clara

rum matrimonialem, & non cedit illis dos matrimonialis neque additamentum, & nihil auferunt illi præter veſtimenta ejus vetera quæ tantum adſunt.

clara ſunt, ſed intelligenda poſtquam nonnulli teſtati ſunt de re, uti expoſuimus. Scito autem eam quæ tranſgreſſa fuerit Legem, non accipere dotem matrimonialem, neque incrementa bonorum, neque educere à marito ſuo id quod perditum fuerit de ſupellectili, ſed cedunt illi veſtimenta ejus vetera quæ adſunt.

ז המקדש את האשה על מנת שאין עליה נדרים ונמצאו עליה נדרים אינה מקודשת כנסה סתם ונמצאו עליה נדרים תצא שלא בכתובה על מנת שאין בה מומין ונמצאו בה מומין אינה מקודשת כנסה סתם ונמצאו בה מומין תצא שלא בכתובה כל המומין הפוסלים בכהנים פוסלין בנשים:

7. Qui deſponderit ſibi uxorem ſub conditione quod illi non ſint vota, at dein compertum fuerit quod vovit, non deſponſa eſt. Si duxerit eam ſimpliciter, & compertum fuerit quod vovit, exibit ſine dote matrimoniali; ſi ſub conditione quod illi non eſt macula, at inventæ fuerint maculæ in illa, non eſt deſponſa; ſi ſimpliciter duxerit eam, & inventæ in illa fuerunt maculæ, exibit ſine dote matrimoniali. Omnes maculæ quæ in ſacerdotibus illegitimum faciunt, etiam in uxoribus illegitimum faciunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שאין עליה נדרים וגו׳ *Quod illi non ſunt vota &c.* ſi de his votis dixit, ut, de carne non comedenda, de vino non bibendo, aut de ornatu veſtium variegatarum intermittendo; ſed propter reliqua vota deſponſa eſſe poteſt.

כל המומין הפוסלין בכהנים *Omnes maculæ quæ illegitimos reddunt ſacerdotes*, in tractatu Bechorot exponuntur maculæ ſacerdotum, & his addiderunt maculas mulierum, quales ſunt, odor ſudoris, odor oris; & odor ingratus è quibuſdam corporis partibus proveniens, & verruca cui ſunt pili, ſive ea ſit parva ſive magna, ſi modo ſit in facie, & ſub velamine capitis, ut aliquando conſpiciatur, aliquando vero non conſpiciatur; nam ſi ea fuerit in loco ſemper aperto, ſatis eam vidit ſponſus, ideoque acquieſcit in eo. Verum ſi verrucæ non fuerit pilus, non cenſetur macula, niſi ſit magnitudinis aſſarii; porro, ſi illi ſit vox gravis à muliebri voce aliena; & ſi eam momorderit canis, & locus quem momordit contractus fuerit perinde ac ſi igne adustus fuerit; & ſi pectus palmum reliquarum mulierum pectore majus fuerit; & ſi mammæ palmum diſtent, hæ ſunt maculæ mulierum, etſi non ſint ſacerdotum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ſunt vota, de carne non comedenda, aut de vino non bibendo, aut de uſu veſtium variegatarum intermittendo, ſed citra tria hæc vota nihil hic intelligitur, verum ſponſalia rata ſunt; maculæ vero ſacerdotum omnes exponentur capite ſeptimo tractatus Bechorot. Sed præter maculas quæ ibidem exponuntur, dantur aliæ octo in mulieribus, quarum prima eſt odor ingratus prodiens ex aliqua corporis parte; ſecunda eſt, quando nimium ſudat; tertia eſt, quando illi in facie eſt verruca aliqua magnitudinis aſſarii Italici; aut ſi illi in facie fuerit verruca parva quæ minor eſt quantitate aſſarii, & capillitium creverit in ea; quarta macula eſt, quando ex ore illius provenit odor ingratus; quinta eſt, quando voce gaudet ſonora & gravi inſtar viri; ſexta eſt quando pectus illius reliquarum mulierum pectore craſſius fuerit palmum in longitudine; ſeptima eſt, quando una mamma ab altera diſtat palmum; octava eſt, quando eam momorderit aliquod animal, & vulnus intulerit alicubi, ſed poſtquam ſanata fuerit, locus ille protuberans factus fuerit, & colore mutatus fuerit ac ſi igne adustus fuiſſet.

ח היו בה מומין ועודה בבית אביה האב צריך להביא ראיה שמשנתארסה נולדו (ירושלמי) בה מומין הללו ונסתחפה שדהו נכנסה לרשות הבעל הבעל צריך להביא ראיה שעד שלא נתארסה היו בה מומין אלו והיה מקחו מקח טעות דברי ר״מ וחכמים אומרים במה דברים אמורים במומין שבסתר אבל במומין שבגלוי אינו יכול לטעון ואם יש מרחץ באותה העיר אף מומין שבסתר אינו יכול לטעון מפני שהוא בודקה בקרובותיו:

8. Si in ea eſſent maculæ & adhuc eſſet in domo patris ſui, pater probare tenetur quod poſtquam deſponſa fuerit, in illa natæ fuerunt hæ maculæ & quod campus ejus inundatus fuit. Si ingreſſa fuerit in poteſtatem mariti, maritus probare tenetur quod ante deſponſationem in illa fuerunt hæ maculæ, & quod emtio ejus eſt emtio erronea; ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, de quo dicta ſunt hæc verba? de maculis ſecretis, at de maculis manifeſtis quæri nequit. Et ſi balneum fuerit in illa civitate, etiam de maculis ſecretis quæri nequit, quia ille de ea inquirit per propinquas illius.

R. OB. DE BARTENORA. האב צריך להביא ראיה *Pater tenetur probare*, ſi venerit petitum dotem ſuam matrimonialem ex deſponſationibus, ab eo qui negat eam accipere, pater debet probare quod poſt deſponſationem ejus in ea fuerunt illæ maculæ, quamvis uxor ſit in ſanitate corporis conſtituta, nihilominus tamen quandoquidem inventæ fuerunt maculæ cum adhuc erat in poteſtate patris, ſuſpicari licet quod eas habuerit ante deſponſationes, propterea, ſi pater non adduxerit probationem, maritus fide dignus eſt. נכנסה לרשות בעל *ſi ingreſſa fuerit in poteſtatem mariti*, ſi illam duxerit, & poſtea dimittere voluerit ſine ſolutione dotis matrimonialis, propter maculas quas habet, marito incumbit probare quod ante deſponſationes habebat illas maculas, nam quandoquidem maculæ illæ inveniebantur tantum quando erat in poteſtate mariti, dicimus, *ubi eas invenimus, illic eas accepit*; ideoque poſtquam duxit eam, venerunt maculæ, & inundatus eſt ager ejus; neque quæri ab eo quicquam poteſt, quia ipſi notum erat, & in eo acquieſcebat.

ט האיש שנולדו בו מומין אין כופין אותו להוציא אמר רבן שמעון בן גמליאל במה דברים אמורים במומין הקטנים אבל במומין הגדולים כופין אותו להוציא:

9. Si in viro natæ fuerint maculæ, non cogunt eum ut dimittat (uxorem.) Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, de quo dicta ſunt hæc verba? de maculis parvis; ſed ſi maculæ magnæ ſint, cogunt eum ut dimittat.

R. OB. DE BARTENORA.

כי מומין שנולדו בו *Cui natæ fuerit macula*, poſtquam duxerit. מומין גדולים *maculæ magnæ*, ſi oculo cœcus ſit, ſi manus amputata ſit, ſi pes fractus ſit: deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis, imo etiam in maculis magnis non cogunt eum ad dimittendum eam.

י ואלו שכופין אותו להוציא מוכה שחין ובעל פוליפוס והמקמץ והמצרף נחושת והבורסי בין שהיו בם עד שלא נישאו ובין משנישאו נולדו ועל כולן אמר רבי מאיר אף על פי שהתנה עמה יכולה היא שתאמר סבורה הייתי שאני יכולה לקבל ועכשיו איני יכולה לקבל וחכמים אומרים מקבלת היא על כרחה חוץ ממוכה שחין מפני שממקתו מעשה בצידון בבורסי אחד שמת והיה לו אח בורסי אמרו חכמים יכולה היא שתאמר לאחיך הייתי יכולה לקבל ולך איני יכולה לקבל :

R. OB. DE BARTENORA.

מוכה שחין *Percuſſus ulcere*, leproſus; בעל פוליפוס dicitur qui laborat fœtido narium halitu: המקמץ *qui colligit*, ſtercus canum. המצרף נחושת *conflans æs*, qui æs effodit è viſceribus terræ, id quod malè olet. הבורסי *parans corium*; שממקתו *tabeſcit*, quia ope coitus tabeſecit caro illius, derivatur à verbo מקק quod occurrit Sach. 14, 12. המק בשרו Deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק ח האשה שנפלו לה נכסים עד שלא תתארס מודים בית שמאי ובית הלל שמוכרת ונותנת וקיים נפלה לה משנתארסה בית שמאי אומרים תמכור ובית הלל אומרים לא תמכור אלו ואלו מודים שאם מכרה ונתנה קיים אמר רבי יהודה אמרו לפני רבן גמליאל הואיל וזכה באשה לא יזכה בנכסים אמר להם על החדשים אנו בושין אלא שאתם מגלגלין עלינו את הישנים נפלו לה משנשאת אלו ואלו מודי' שאם מכרה ונתנה שהבעל מוציא מיד הלקוחות עד שלא נישאת ונישאת רבן גמליאל אומר אם מכרה ונתנה קיים אמר רבי חנינא בן עקיבא אמרו לפני רבן גמליאל הואיל וזכה באשה לא יזכה בנכסים אמר להם על החדשים אנו בושין אלא שאתם מגלגלים עלינו את הישנים :

R. OB. DE BARTENORA.

שלא תתארס *Quum nondum deſponſa ſit*, ſed paulo poſt deſponſa ſit viro. בית שמאי אומרים תמכור *Schola Schamai dicit, vendet*, quando deſponſa fuerit, at non quando nupſerit. הואיל וזכה באשה לא יזכה בנכסים *quandoquidem acquiſivit mulierem, nonne etiam acquirit bona*? quoniam illa eſt ſponſa ſua.

על החדשים *Propter nova*, propter bona nova quæ illi ceſſerint poſt nuptias; אנו בושין *nos erubeſcimus*, quare Sapientes dixerunt, quod, ſi illa vendiderit & dederit, maritus ea educet è poteſtate emptoris.

אלא שאתם מגלגלין עלינו *Tamen vos devolvetis in nos* bona

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מומין הגדולים *Maculæ magnæ*, juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis hæ ſunt, ut, ſi cœcus ſit uno oculo, ſi manus ſit amputata, aut pedes confracti fuerint; ſed deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, ſed juxta Sapientes.

10. Hi ſunt quos cogunt ad dimittendum uxorem, qui percuſſus eſt ulcere, & qui fuerit polypus, ſtercus colligens, conflans æs, coriarius, ſive ejuſmodi fuerint antequam duxerint, ſive poſtquam duxerint; & de his omnibus dixit R. Meyr, etſi pactus fuerit cum ea, illa tamen poterit dicere, putabam quod eum ſufferre poteram, ſed jam non poſſum ſufferre. Verum Sapientes dicunt, illa ſufferet nolens, excepto percuſſo ulcere, quia tabeſcit caro illius. Contigit in Zydon ut coriarius mortuus fuerit, & fratrem habuerit coriarium; dixerunt Sapientes, illa dicere poteſt, fratrem tuum ferre poteram, te vero nequeo ferre.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוכה שחין *Percuſſus ulcere*, lepra; בעל פוליפוס *polypus*, qui fœtidum habet halitum, narium, aut oris. והמקמץ *& colligens*, qui colligit ſtercus canum ad parandum eo pelles. המצרף נחושת *conflans æs*, qui ſcindit æs ex fodina. בורסי *coriarius*, qui pelles parat; deciſio eſt juxta Sapientes.

Caput 8. De muliere cui bona ceſſerint ante deſponſationem conveniunt Schola Schamai & Schola Hillelis, quod vendat & dono det, & quod ratum ſit. Si poſt deſponſationem illi ceſſerint, Schola Schamai dicit, vendat; Schola Hillelis dicit, ne vendat; utræque conveniunt quod, ſi vendiderit, & dono dederit, ratum ſit. Dixit R. Jehuda, dixerunt coram Rabban Gamaliele, quandoquidem acquiſivit mulierem, nonne etiam acquirat bona? Reſpondit illis, propter nova nos erubeſcimus, tamen vos devolvetis in nos vetera? ſi ceſſerint illi poſtquam nupſerit, uterque conveniunt, quod, ſi vendiderit, & dono dederit, maritus educat è poteſtate emtoris. Si antequam nupſerit, & deindè nupſerit, Rabban Gamaliel dicit, ſi vendiderit, & dono dederit, ratum ſit. Dixit R. Chanina filius Akibæ, dixerunt coram Rabban Gamaliele, quandoquidem acquiſivit mulierem, nonne etiam acquirat bona? reſpondit illis; propter nova nos erubeſcimus, tamen vos devolvetis in nos vetera?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמוכרת ונותנת וקיים *Quod vendit, dono dat, id firmum eſt*, id eſt, etiam poſtquam deſponſa fuerit. הואיל וזכה באשה *quandoquidem acquiſivit mulierem*, nam quoniam illam acquiſivit cum deſponſa erat marito, nonne bona illius acquiſivit, & inepta erit venditio mulieris, perinde ac ſi ceſſerint illi quando jam nupta erat. Dixit illis Rabban Gamaliel, על החדשים אנו בושין *ſuper bonis novis erubeſcimus*, quæ ſunt ea bona quæ illi obtigerunt quando nupta erat; ſed mea opinio eſt de iſtis bonis, quorum, ſi vendiderit ea, venditio firma & rata eſt.

אלא שאתם מגלגלין עלינו הישנים *Tamen vos devolvetis* ſuper

bona quæ illi ceſſerint quando adhuc deſponſa erat, id eſt, ſi illa vendiderit bona iſta, venditio ejus inepta eſt, quia maritus ea ſibi acquiſivit.

ſuper nos, vetera bona, nimirum, bona quæ illi obtigerunt quando deſponſa erat, dicatis, nam quandoquidem maritus acquiſivit mulierem; ipſe quoque acquiſivit illius bona, & venditio mulieris inepta eſt? deciſio juris talis eſt, ſive ea bona quæ mulieri obtigerunt antequam deſponſa fuerit, ſive ea quæ illi obtigerunt poſtquam deſponſa fuerit, ſi illa vendiderit ea poſtquam nupta fuerit, maritus educet fructus è poteſtate emtoris, quando illa adhuc vivit, & bona educet poſtquam mortua fuerit.

SURENHUSIUS. Mariti poteſtas in hæreditatem mulieris tam ante quam poſt deſponſationem, ut & mulieris poteſtas in ſuam hæreditatem his circumſtantiis præcipue abſolvitur. Maritus in hæreditate uxoris ſuæ omnibus aliis anteferendus eſt, & hoc ab eo tempore quo illa è poteſtate patris ſui exierit, etſi thalamum non intraverit, eo quod jam commiſſa eſt ditioni mariti ſive ſponſi, hoc ſenſu: Si mulier deſponſa a patre ſuo tradita ſit marito aut procuratoribus ipſius, & in itinere mortua fuerit antequam ad thalamum deducta fuerit, tum hæreditatem illius adire poteſt maritus ſive ſponſus, etſi dos matrimonialis adhuc ſit apud patrem illius. Pariter ſi pater vel procuratores ipſius cum futuro marito profecti fuerint, & maritus cum ea in itinere coiverit, atque atrium aliquod ingreſſi fuerint ubi ſolus cum ſola in nomine nuptiarum cum ea rem habuerit, tum, licet mulier obierit, ad maritum pertinet hæreditas illius. Verum ſi pater cum marito adhuc ſint in via ad deducendam illam domum mariti, vel ſi procuratores patris cum procuratoribus mariti vel cum marito ipſo iverint, licet maritus cum illa atrium aliquod intraverit ad pernoctandum ſicuti viatores pernoctare ſolent in diverſorio, quia pater aut procuratores ipſius adſunt, ſponſus non conjunctus eſt cum ſponſa in nomine nuptiarum, ideo, ſi mortua fuerit, hæreditas ad patrem ipſius pertinet, etiamſi dos nuptialis jam ſit in domo mariti illius. Præterea, omnium uxoris bonorum, ſive certa & ſtabilia ſint, ſive caduca, maritus percipit fructus dum illa adhuc ſit in vivis; ſi vero vivente marito extincta fuerit, maritus omnem hæreditatem illius jure adire poteſt. Hinc, ſi vendiderit uxor bona caduca poſtquam nupta fuerit, licet bona illa ante deſponſationem ei hæreditate obtigerint, maritus tamen ab emtoribus fructus repetere poteſt quamdiu illa vivat; at non ipſum fundum, quia in ipſa bona caduca ſive uſuaria marito nullum jus eſt, niſi dum mortua fuerit. Si uxor illo vivente obierit, ab emtoribus ipſum fundum repetat ſine reſtitutione pretii; ſi vero pretium ab emtoribus acceptum adhuc reſtet, reddendum eſt emtoribus; nam maritus dicere nequit quod illud forte fortuna invenerit uxor. Sed hæc intelligenda ſunt de bonis marito cognitis; at ſi uxori bona hæreditate obtigerint in regione longinqua, eaque marito ignota fuerint, & uxor ea vendiderit, venditio rata ſit; & ſi ante deſponſationem bona quædam vendiderit, venditio quoque rata eſt; quia ſponſus nihil juris habet in bona ſponſæ antequam domum deducta ſit. Porro, ſi mulier omnia bona alii conſcripſerit aut propinquo ante nuptias, etſi deinde vidua facta ſit vel divortio dimiſſa, donatio ipſius irrita eſt. Neque ſponſus fructus eorum percipere poteſt, & ſi ipſo vivente extincta ſit, tamen bona adire nequit jure hæreditatis, quia ante nuptias mulier jam dono dederat omnia bona. Quum vero mortua ſit vivente marito, tum omnes uxoris donationes rite acquirit maritus; neque hoc tantum, verum etiamſi vel minimum quid vel omnia bona ante nuptias dono dediſſet, & cuipiam in ſcriptis dediſſet hoc argumento, *ab hoc die tibi mea res parta ſit cum ego velim*, ubi non eſt acquiſitio ſecundum ritum perfecta, niſi donec mulier voluerit, tamen iſtius donationis fructus percipere nequit maritus, & hæreditatem non conſequitur quando ille obierit. Hæc e Maimonide in Hilchot Iſchot cap. 22. excerpſimus.

ב רבי שמעון חולק בין נכסים לנכסים נכסים הידועים לבעל לא הככור ואם מכרה ונתנה בטל שאינן ידועים לבעל לא תמכור ואם מכרה ונתנה קיים:

2. R. Schimeon diſtinguit inter bona & bona, bona quæ nota ſunt marito, non vendet; & ſi vendiderit, & dono dederit, fruſtra eſt. Quæ vero non ſunt nota marito, ea non vendet, & ſi vendiderit, & dono dederit, ratum eſto.

R. OB. DE BARTENORA.

נכסים הידועין לבעל ושאינן ידועין לבעל *Bona quæ nota ſunt marito, & ea quæ non ſunt nota marito*, alii exponunt *bona nota* de bonis immobilibus, & *bona non nota* de bonis mobilibus; alii exponunt, quod utraque nota ſunt, & ea quæ non ſunt nota, eſſe ejuſmodi quæ illi obtigerunt in civitate quadam tranſmaritima; deciſio juris eſt, ſive bona quæ illi obtigerint antequam deſponſa fuiſſet, ſive vendiderit ea poſtquam deſponſa fuiſſet, maritus educere poteſt è poteſtate fructus quando uxor adhuc vivit; & ipſa bona immobilia, poſtquam illa mortua fuerit; deciſio eſt juxta R. Schimeonem, qui diſtinguit inter bona marito nota, & bona illi ignota.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris jam dicta eſt tibi; & *bona quæ marito nota ſunt*, ſunt ea bona quæ illi erant in urbe illa in qua habitabat, aut in locis circa illam urbem. *Bona quæ marito ignota ſunt*, ejuſmodi ſunt quæ uxori erant in alia civitate; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

ג נפלו לה כספים ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות פירות התלושין כן הקרקע ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות והמחוברין בקרקע אמר רבי מאיר שמין אותן כמה הן יפין בפירות וכמה הן יפין בלא פירות והמותר ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות וחכמים אומרים המחוברין לקרקע שלו והתלושין מן הקרקע שלה וילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות:

3. Si illi pecunia obtigerit, emet ea bona immobilia, & ille comedet fructus; ſi fructus evulſi è ſolo, emet illis bonum immobile, & ille comedet fructus. Si ſolo adhæſerint, dixit R. Meyr, æſtimant ea quantum valent cum fructibus, & quantum valent ſine fructibus, & reliquo emitur bonum immobile, & ille comedit fructus. Sapientes dicunt, illi qui ſolo adhærent, pro illo ſunt, & evulſi pro illa, & emitur illis bonum immobile, & ille comedit fructus.

R. OB. DE BARTENORA.

שמין אותן *Æſtimans eos*, ſcil. fructus terræ adhærentes, nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quotieſcunque controverſia inciderit inter maritum & inter

nam putat R. Meyr id quod creverit in poteſtate mariti, eſſe fructus, & id quod non creverit in poteſtate ejus, eſſe ſummam principalem, propterea, id quod pluris valuerint nummi bonorum immobilium, propter proventum, eſſe ſummam principalem; & neceſſarium eſſe ut uxori det nummos, & emat illis bona immobilia, & maritus comedat fructus. Sapientes dicunt, etiam eos qui non creverint in poteſtate illius juri fructuum expoſitos eſſe, quandoquidem bona immobilia ex uxore provenerunt; deciſio eſt juxta Sapientes.

ter uxorem de bonis immobilibus, quæ emuntur illis nummis, emantur illis bona immobilia, quæ majores dant fructus; deciſio eſt juxta Sapientes.

ד רבי שמעון אומר מקום שיפה כחו בכניסתה הורע כחו ביציאתה מקום שהורע כחו בכניסתה יפה כחו ביציאתה פירות המחוברין לקרקע בכניסתה שלו וביציאתה שלה והתלושין מן הקרקע בכניסתה שלה וביציאתה שלו:

R. OB. DE BARTENORA.

ביציאתה *In exitu ejus*, ſi repudiaverit eam; בכניסתה שלו *in introitu ejus ſunt pro illo*, id eſt, eo tempore quo marito obtigerint, uti dixerunt Sapientes. Controverſia vero quæ eſt inter Sapientes & R. Schimeonem eſt de fructibus ſolo adhærentibus in exitu uxoris, de quo Sapientes non locuti ſunt, neque ſtatuunt id quod R. Schimeon dixit in exitu ejus pro illa eſſe, quia putant quod id quod creverit in poteſtate mariti, eſſe pro marito; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

4. R. Schimeon dicit, ubi major eſt vis ejus in introitu illius, ibi minor eſt vis ejus in exitu illius; & ubi minor eſt vis ejus in introitu illius, ibi major eſt vis ejus in exitu illius. (Quomodo?) fructus ſolo adhærentes in introitu ejus ſunt pro ipſo, & in exitu ejus pro illa; ſi evulſi ſint è ſolo in introitu illius, ſunt pro ipſa, & in exitu ejus pro ipſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon contrarius eſt Sapientibus de fructibus ſolo adhærentibus tempore exitus, nimirum, quando repudiaverit uxorem, & ei fuerint fructus ſolo adhærentes, qui creverunt quando illi nupta erat. R. Schimeon dicit, quod ad uxorem pertinent, at Sapientes ſuperius dicunt, quod fructus ſolo adhærentes ſemper ad maritum pertinent, tam in introitu uxoris quam in exitu; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

ה נפלו לה עבדים ושפחות זקנים ימכרו וילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות רבן שמעון בן גמליאל אומר לא תמכור מפני שהן שבח בית אביה נפלו לה זיתים וגפנים זקנים ימכרו לעצים וילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות רבי יהודה אומר לא תמכור מפני שהן שבח בית אביה המוציא הוצאות על נכסי אשתו הוציא הרבה ואכל קימעא קימעא ואכל הרבה מה שהוציא הוציא ומה שאכל אכל הוציא ולא אכל ישבע כמה הוציא ויטול:

R. OB. DE BARTENORA.

רבן שמעון בן גמליאל אומר לא תמכור *R. Schimeon filius Gamalielis dicit, non vendet*, illa impedire poteſt venditionem; deciſiò eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, & juxta R. Jehudam. קימעא *parum*, quantitas quantumvis parva.

ישבע כמה הוציא *Jurabit quantum expendit*, & hoc eſt jusjurandum Legis. Hoc autem intelligendum eſt quando honos tantus fuerit quantæ fuerint impenſæ, aut plus; at ſi impenſæ fuerint majores lucro, jurabit jusjurandum Legis quod impenderit tantum quantum lucratus fuerit, & recipiet tantum lucrum, & quod reliquum eſt, perdet. Et hæc omnia ita accipienda ſunt ſi maritus repudiaverit uxorem, at ſi illa rebellaverit, ſive maritus comederit ſive non comederit, jurabit quantum impenderit, & recipiet quantitatem lucri. Sed in bonis ferrei gregis omne lucrum ad maritum pertinet, uti diximus.

5. Si illi ceſſerint ſervi & ancillæ ſeniores, vendentur, & ementur illis bona immobilia, & ille comedet fructus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, non vendet, quia ſunt honos domus patris ejus. Si ceſſerint illi olivæ, & vites veteres, vendentur lignis, & ementur illis bona immobilia, & ille comedet fructus. R. Jehuda dicit, non vendet, quia ſunt honos domus patris. Qui fecerit impenſas ſuper bonis uxoris ſuæ, ſi impenderit multum, & comederit parum; ſi impenderit parum, & comederit multum, id quod impenderit impendit, & id quod comederit comedit. Si impenderit & non comederit, jurabit quantum impendit, & recipiet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, & juxta R. Jehudam. קימעא *parum*, quantitas quantumvis parva. ישבע כמה הוציא ויטול *jurabit quantum impendit, & recipiet*, id eſt, jurabit juxta Legem, ſub ea conditione ut lucrum tantum ſit quantæ ſunt impenſæ, aut majus; at ſi impenſæ majores fuerint lucro, jurabit jusjurandum Legis quando impendit tantum, quantum eſt lucrum, & recipiet ſolum quantitatem lucri; & quod reliquum eſt, perdet. Sed hæc accipienda ſunt de bonis uſuariis, & quando maritus repudiaverit uxorem; at ſi illa rebellaverit, ſive ille comederit fructus ſive non comederit, jurabit quantum impendit, & recipiet quantum fuerit lucrum. Sed in bonis ferrei gregis totum lucrum eſt pro illo, uti expoſuimus, quod, ſi lucrati fuerint, lucrum pro ipſo eſt.

ו שומרת יבם שנפלו לה נכסים מודים בית שמאי ובית הלל שמוכרת ונותנת וקיים מתה מה יעשו בכתובתה ובנכסים הנכנסין והיוצאין עמה בית שמאי אומרים יחלקו יורשי הבעל עם יורשי האב

6. Si quæ expectat levirum cum illi hæreditate ceſſerint bona, conveniunt Schola Schamai & Schola Hillelis, quod vendet & dono det, & ratum ſit. Si mortua fuerit, quid faciunt cum dote ejus matrimoniali, & cum bonis quæ intrant & exeunt cum illa? Schola Schamai dicit, diſtribuunt hæredes mariti cum hæredibus patris. Schola Hillelis

האב ובית הלל אומרים נכסים בחזקתן וכתובה בחזקת יורשי הבעל נכסים הנכנסים והיוצאים עמה בחזקת יורשי האב :

lelis dicit, bona in poſſeſſione ſua, dos matrimonialis in poſſeſſione hæredum mariti, & bona quæ intrant & exeunt cum illa, in poſſeſſione hæredum patris.

R. OB. DE BARTENORA.

שנפלו לה נכסים *Cum ceſſerint illi bona*, è domo patris quando adhuc expectabat levirum. מה יעשו בכתובתה *quid facient cum dote ejus matrimoniali?* quæ facit centum aut ducentas Zuzas, & incrementa, & dotem matrimonialem quam adduxerit marito, cujus ille in ſe ſuſcepit cautionem, quod attinet, quid faciet cum illis. ונכסין הנכנסין והיוצאין עמה *& bona quæ ingrediuntur & egrediuntur cum illa*, bona uſuaria, quæ, quando intrant, cum illa intrant, & quando exit à marito ſuo, exeunt cum illa. *Schola Schamai dicit, dividunt &c.* quia dubium eſt an nupta fuerit leviro, & acquiſiverit dimidium hæreditatis propter dubium. נכסים בחזקתן *bona in poſſeſſione ſua*, ſunt bona gregis ferrei quæ ſunt in poſſeſſione ſua; ſed non exponitur de çujus poſſeſſione ſermo eſt, an bona ſint in poſſeſſione hæredum mariti, quandoquidem in ſe recepit eorum cautionem, an vero ſint in poſſeſſione hæredum uxoris; ſed hæc Miſna invenitur capite quarto Jebhammot.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſui hanc Miſnam tibi de verbo ad verbum capite quarto tractatus Jebhammot.

SURENHUSIUS. De hæreditate mulieris Levirum poſt obitum mariti ſine liberis defuncti expectantis in ſeminis propagationem, diſtinctius diſſerit Maimonides in Hilchot Iſchot capite vigeſimo ſecundo, hoc ſenſu; omnia bona quæ mulieri levirum expectanti hæreditate obtigerint, illa vendat, vel dono det, & levir bonorum eorum ne percipiat fructus dum eam domum deduxerit, licet fuerint ſtabilia quæ mulier fratri demortuo apportaverit. Si mortua fuerit dum levirum manebat, paterni hæredes bona illius caduca jure hæreditario conſequuntur, ut & bona illius ſtabilia dimidia ex parte. Mariti vero hæredes dotem illius matrimonialem cum dimidia parte bonorum ſtabilium conſequuntur, & ſumptus in ſepultura uxoris expendere tenentur. Cæterum mariti defuncti bona omnia oppignerata ſunt mulieri levirum manenti pro dote nuptiali, idcirco levir fratris ſui bona vendere nequit ſive ante ſive poſtquam fratriæ officium præſtiterit. At ſi quis vendiderit, vel dono dederit, vel diviſerit bona defuncti cum fratribus, ſive poſt, ſive ante leviratus officium, irritum ſit; quia bona illa mulieri viduæ jam oppignerata erant in dotem nuptialem. Poſtquam autem levir fratriæ officium ſuum præſtiterit, & frater defunctus fructus quoſdam radicibus adhuc adhærentes reliquerit, vendantur & fundus illis ematur, & levir percipiet illius fructus. Sed cum frater defunctus reliquerit fructus e terra evulſos, nummos, aut mobilia, omnia ad levirum pertinent, qui eis pro arbitrio ſuo uti poteſt, ut mulier eum non impediat, quia de mobilibus dos nuptialis exigi nequit niſi ex magiſtrorum decreto. Sed non eſt tanta hujus decreti vis ut levirum impedire poſſit a bonis fraternis, & prohibere quominus his ipſe ad negotia contrahenda utatur. Si vero fratriæ non ſit dos nuptialis, vel eam remiſerit, levir acquirit fratris defuncti poſſeſſiones, & vendere ac dono dare poteſt pro lubitu ſuo; & cum duxerit fratriam ſuam, ei dotem centum Zuzarum nuptialium conſcribere poteſt, bonaque omnia doti nuptialis oppignerata erunt, ut aliis mulieribus quibus eſt dos nuptialis.

ז הניח אחיו מעות ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות פירות התלושין מן הקרקע ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות המחוברין בקרקע אמר רבי מאיר שמין אותן כמה הן יפין בפירות וכמה הן יפין בלא פירות המותר ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות וח"א פירות המחוברים בקרקע שלו התלושין מן הקרקע כל הקודם זכה בהן קדם הוא זכה קדמה היא ילקח בהן קרקע והוא אוכל פירות כנסה הרי היא כאשתו לכל דבר ובלבד שתהא כתובתה על נכסי בעלה הראשון :

7. Si frater ejus reliquerit pecuniam, emuntur ea bona immobilia, & levir comedit fructus; ſi fructus, qui evulſi ſunt è ſolo, emuntur illis bona immobilia, & illa comedit fructus. Solo adhærentes (quod attinet,) dicit R. Meyr, æſtimant eos quantum valent cum fructibus, & quantum valent ſine fructibus; pro reliquo ematur fundus, & ipſe comedat fructus. Sapientes dicunt, fructus ſolo adhærentes ſunt pro eo, & evulſos è ſolo, quicunque præceſſerit, acquirit, ſi ille præceſſerit, acquirit eos, ſi illa præceſſerit, emuntur illis bona immobilia, & ille comedit fructus. Si duxerit eam, eſt inſtar uxoris ſuæ omni modo, dummodo dos ejus matrimonialis ſit ſuper bonis primi mariti ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

ילקח בהן קרקע *Emuntur illis bona immobilia*, quia contractus ejus matrimonialis eſt ſuper bonis mariti primi, propterea bona mortui ſubjecta ſunt contractui ejus matrimoniali, niſi quod levir ejus comedit fructus ſi levirationem cum ea contraxerit, nam putat quod mobilia ſubordinantur contractui matrimoniali.

שמין אותן *Æſtimant eos*, nam id quod accreverit in poteſtate mariti, contractui matrimoniali ſubordinatum eſt.

פירות המחוברים לקרקע *Fructus qui adhærent ſolo*, in Gemara quæritur, quomodo hoc ſe habet, quandoquidem omnia ejus bona ſubordinata ſunt contractui matrimoniali? & reſpondetur, quod legi debet in Miſna שלה *pro illa ſunt.*

כל הקודם זכה *Quicunque prævenerit, acquirit*, putant enim Sapientes quod bona mobilia non ſubordinata ſunt contractui matrimoniali, niſi illa receperit ea vivente marito. Eodem modo contrarii ſunt Sapientes in nummis qui eidem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi fructus & nummi de bonis fratris ſunt, quia omnia bona quæ reliquit, ſi accreverint aut diminuta fuerint, ſunt ſubordinata doti matrimoniali. Et hæc omnia dicuntur juxta ſententiam ejus qui dicit, quod bona mobilia ſubjecta ſunt doti matrimoniali; ſed ita non eſt deciſio. Et quamvis Sapientes hodierni jam ordinaverint quod dos matrimonialis exigi debet è mobilibus bonis, maxima tamen vis ordinationis hodiernorum eſt ut exigantur mobilia, quia mobilia depoſita ſunt illic, & frater qui eſt levir, non habet poteſtatem utendi illis poſt contractam leviratioriem. Sed hoc non verum puto, neque mea eſt ſententia, neque ſenſus Legis eò videtur inclinare.

פירות המחוברין לקרקע שלו *Fructus qui ſolo adhærent, ſunt pro illo*, in Gemara exponunt, quod Miſna dicere debuiſſet שלה *pro illa ſunt*; & quod dicit, הרי היא כאשתו לכל דבר *ecce illa eſt inſtar uxoris ejus ad omnem rem*, hoc notat, quod ſi repudiaverit eam, deindè eam reducere po-

eidem juri ſubjecta ſunt cui fructus ſunt ſubjecti. Deciſio eſt juxta Sapientes. הרי היא כאשתו *ecce illa eſt ut uxor ejus*, quam repudiare poteſt & deindè reducere, nam non dicimus cum Scriptura יבמה *levir ejus*; & quod adhuc in ſe recepit primam leviratione m, & quod divortium non ſufficit illi. Similiter ſi maritus eam repudiaverit, dicere poſſemus, jam fecit præceptum quod Deus illi injunxit, & prohibita erit illi pro uxore fratris ſui, ſed non poterit eam reducere, propterea nos docet Scripturam dicere, ולקחה לו לאשה quandoquidem ergo eam duxit ideo eſt inſtar uxoris ſuæ. poteſt, uti expoſuimus capite quarto tractatus Jebhammot; deciſio non eſt juxta R. Meyrum.

ח לא יאמר לה הרי כתובתיך מונחת על השלחן אלא כל נכסיו אחראין לכתובתה (ס"א וכן לא יאמר אדם לאשתו הרי כתובתיך מונחת על השלחן אלא כל נכסיו אחראין לכתובתה) גירשה אין לה אלא כתובתה החזירה הרי היא ככל הנשים ואין לה אלא כתובתה בלבד:

8. Non dicet illi, *ecce dos tua matrimonialis poſita eſt in menſa*, ſed omnia ejus bona ſubordinata erunt doti matrimoniali, (aliud exemplar: neque maritus dicet uxori ſuæ, ecce dos tua in menſa poſita eſt, ſed omnia bona doti oppignerata erunt.) Si repudiaverit eam, non eſt illi præter dotem matrimonialem. Si reduxerit eam, ecce illa eſt ut omnes mulieres, & non eſt illi quicquam præter dotem ejus matrimonialem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל נכסיו *Omnia ejus bona*, quæ hæreditatis jure acquiſivit à fratre ſuo, ſubordinata erunt doti matrimoniali ejus. גרשה אין לה אלא כתובה *ſi repudiaverit eam, non eſt illi præter dotem matrimonialem*, ſed quamdiu non repudiaverit eam, omnia bona ſubordinata ſunt illi. הרי היא ככל הנשים *ecce illa ut omnes mulieres*, nam is qui repudiaverit uxorem ſuam & reduxerit eam, ſub conditione dotis matrimonialis primæ reducet eam. Et hæc docere neceſſe erat de fratria, quia non dixiſſemus hoc intelligi de uxore ejus, cui ille ſcripſit contractum matrimonialem de bonis ſuis; ſed de fratria ejus cui ille non ſcripſit contractum matrimonialem, ſed cui bona mariti ſubordinata & concredita erant, dixiſſemus, quod, ſi repudiaverit eam & deindè reduxerit, dos matrimonialis ejus ex ipſo ſcil. leviro eſt, & hoc nos docere voluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON,

Tota hæc Miſna ſatis clara eſt.

פרק ט הכותב לאשתו דין ודברים אין לי בנכסיך הרי זה אוכל פירות בחייה ואם מתה יורשה אם כן למה כתב לה דין ודברים אין לי בנכסיך שאם מכרה ונתנה קיים כתב לה דין ודברים אין לי בנכסיך ובפירותיהן הרי זה אינו אוכל פירות בחייה ואם מתה יורשה רבי יהודה אומר לעולם אוכל פירי פירות עד שיכתוב לה דין ודברי אין לי בנכסיך ובפירותיהן ובפירי פירותיהן עד עולם כתב לה דין ודברי אין לי בנכסיך ובפירותיהן (ס"א) ובפירי פירותיהן בחייך ובמותיך אינו אוכל פירות בחייה ואם מתה אינו יורשה רשב"ג אומר אם מתה יירשנה מפני שהתנה על מה שכתוב בתורה וכל המתנה על מה שכתוב בתורה תנאו בטל:

Caput 9. Si quis ſcripſerit uxori ſuæ, *nihil juris eſt mihi in bona tua*, ecce hic comedat fructus quamdiu illa vivit; & ſi illa mortua fuerit, tamen jure hæreditatis acquirit ea. Si ita ſe res habet, quare illi ſcribit, *non eſt mihi quid juris in bona tua?* ideo, ſi illa vendiderit & dono dederit, ratum ſit. Si illi ſcripſerit, *non eſt mihi quid juris in bona tua, neque in fructus eorum*, ecce hic ne comedat fructus quamdiu illa vivit, & ſi illa mortua fuerit, tamen jure hæreditatis acquirit ea. R. Jehuda dicit, ſemper comedet fructus fructuum, donec illi ſcripſerit, *non eſt mihi jus in bona tua, neque in fructus tuos, neque in fructus fructuum eorum in perpetuum.* Si ſcripſerit illi, *nihil mihi juris eſt in bona tua, neque in fructus fructuum eorum quamdiu vixeris, neque quando mortua fueris*, ne comedat fructus illa vivente; & ſi mortua fuerit, jure hæreditatis non acquiret ea. R. Schimeon filius Gamalielis dicit, ſi mortua fuerit, jure hæreditatis acquiret ea, quia illa contraxit contra id quod ſcriptum eſt in Lege; quicunque vero contraxerit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, ejus contractus eſt irritus.

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב לאשתו דין ודברים *Qui ſcripſerit uxori ſuæ, jus & ratio*, ſi ſcripſerit illi dum deſponſa erat, quando duxero te, non erit mihi jus nec ratio in bona tua, etſi non acquiſiverint ab illo, illa tamen vendet, & dono dabit, & venditio ejus firma ac rata eſt; quia, ſi hæreditas alicui advenerit ex alio loco longinquo, ſuper eis contrahere poteſt quod non acquiret eam jure hæreditatis. Cæterum, ſi ipſa poſſeſſione bona acquiſiverint ab eo, etſi poſt nuptias, venditio ejus venditio rata eſt; ſed ille comedit fructus, & ſi illa mortua, jure hæreditatis acquirit bona ejus, hoc enim verba illa volunt דין אין לי בנכסיך *jus non eſt mihi in bona tua*; ſed in fructus eorum mihi jus eſt, quamdiu erunt bona tua, id eſt, quamdiu vixeris non erit mihi jus in ea, ſed poſt mortem tuam jus mihi erit in ea.

לעולם הוא אוכל פירי פירות *In perpetuum ille comedit fru-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic contractus uxori prodeſt quando maritus eum ſcripſerit illi cum deſponſa erat, juxta illud fundamentum quod, ſi hæreditas alicui adveniat ex alio loco, ſuper ea contractum inire poteſt, ne hæreditatis jure acquirat eam, aut ſi poſſeſſionem ab ipſo ſumpſerint, etiam poſt conſecrationes nuptiarum.

פירי פירות *Fructus fructuum*, id eſt, ſi uxor vendiderit fructus à quibus exemptus eſt maritus, & emerit nummis eorum bona immobilia, maritus comedet fructus eorum immobilium bonorum, etſi non ſit illi jus in campum, quia à primis fructibus tantum exemptus eſt. Nam hoc eſt quod dixit, אין לי בנכסיך ובפירותיהן *non eſt mihi (jus) in bona tua & fructus eorum*; ſed comedet fructus fructuum juxta opinionem R. Jehudæ, donec ſcripſerit, ובפירי פירותיהן עד עולם *& de fructibus fructuum eorum in perpetuum.*

שהתנה

fructus fructuum, in Gemara exponunt quales ſunt fructus, & quales ſunt fructus fructuum, ſi uxor adduxerit marito campum qui protulerit fructus, hi ſunt *fructus*; ſi vendiderit illos fructus, & illis emerit campum qui protulerit fructus, hi ſunt *fructus fructuum*. Et quando illi dixerit, *non erit mihi jus nec ratio in bona tua nec in fructus tuos tantum*, comedet fructus fructuum juxta ſententiam R. Jehudæ, quia maritus tantum exemptus eſt à fructibus; deciſio eſt juxta R Jehudam. שהתנה על מה שכתוב בתורה *quia contraxit contra id quod ſcriptum eſt in Lege*, uti ſcriptum eſt in Lege Num. 27, 11. וירש אותה indè probatur quod maritus jure hæreditatis adit bona uxoris. Sed deciſio eſt, quod hæreditas mariti ab uxore non eſt de Lege, ſed ex conſtitutione Sapientum, & hic textus tantum eſt ratio probabilis. Nihilominus deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, non eo quod contraxit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, ſed quia Sapientes tantum roboris addiderunt verbis ſuis ac ſi Lex dixiſſet.

שהתנה על מה שכתוב בתורה *quia contraxit contra id quod ſcriptum eſt in Lege*, eſt ratio quæ non vera eſt, nam fundamentum nobis eſt id quod uxor dicitur jure hæreditatis acquirere, eſſe ex conſtitutione Sapientum; ſed fecerunt illi robur Legis; propterea deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis qui dicit, quod jure hæreditatis acquirit, ob dictam rationem; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

SURENHUSIUS. Hujus ut & ſequentis Miſnæ caſus omnes Maimonides diſtinctius perſequitur in Hilchot Iſchot capite viceſimo tertio, ut docet; quod, ſi uxor cum marito ſuo ſit pacta, ut earum rerum jus quæ marito debentur, irritum reddat, & id ſponſus conſcripſerit ſponſæ ante nuptias, non ſit neceſſe ut acquiratur quicquam ab ipſo, ſed quod ratum ſit quicquid ſponſæ conſcripſerit; ſi vero poſt nuptias demum ei conſcripſerit, neceſſe eſt ut illud ab ipſo acquiratur. Si maritus cum uxore ſua conditionem inierit quod de bonis illius nihil ad ipſum pertinebit, & illa vendiderit & dono dederit, ratum eſto; ſed ille fructus percipiat quamdiu illi ſunt in poteſtate illius. Verum ſi a ſponſo acquiſiverit dum illa erat deſponſa, quia nihil juris ipſi eſt in bona ſponſæ, tum ille de tota poſſeſſione deceſſit, ut nullos de illa unquam percipiat fructus; & quamvis ille contenderit, dicendo, nunquam mihi in animum venit quod mihi non eſſent fructus ex hac poſſeſſione, tamen ſi illa vendiderit, venditio rata eſt; nam nemo uxorem ducit ſine bonis; ideo marito non auſcultant quia de poſſeſſione jam tota deceſſit. Si maritus cum uxore pactus ſit quod is bonorum illius fructus non percipiet, ne percipito eos; ſed fructus vendere poſſunt, iiſque poſſeſſionem emere, & ille comedit fructus, quia de fructibus bonorum tantum deceſſit. Si porro conditionem inierit cum uxore, quod non percipiet fructus bonorum illius nec fructuum fructus, vendant fructus atque iis poſſeſſionem emant & pro hujus poſſeſſionis fructibus emant poſſeſſionem ſecundam, & maritus iſtos fructus comedat, qui ſunt fructuum fructuum fructus, & ſic fiat res ſemper uſque dum cum illa pactus ſit, quod ipſe non percipiet fructus neque fructus fructuum eorum in perpetuum; & poſtea ipſi non cedent fructus illa vivente, cæterum illa extincta tota hæreditas ad ipſum venit. Sic etiam ſi cum uxore conditionem inierit ſe hæreditatem illius non aditurum, fructus quidem percipiet, at de hæreditate illius nihil, dum illa vivat. Pariter ſi cum illa pactus ſit ſe partem aliquam bonorum hæreditate conſecuturum; vel, ſi pactus ſit, quod, ſi illa ſine liberis extincta fuerit, bona ad paternam domum redibunt, omnia rata ſunto. Cæterum hæ conditiones intelligendæ ſunt, quando eas maritus cum uxore ante nuptias inierit, nam de hæreditate quæ alicui obtinget ex aliena familia, conditionem inire licet, quod eam non adibit antequam ad ipſum jure pertineat. Si vero cum uxore conſtituerit poſt nuptias, fruſtra conſtituit, adeoque mulieris hæreditas ad ipſum perveniet. Si denique cum uxore pactus ſit poſt nuptias quod ei nihil juris erit in bona illius, neque in horum fructuum fructus ad infinitum, illa vivente vel mortua, omnino nullos de bonis capiet fructus; at poſt mortem uxoris hæreditatem adeat.

ב מי שמת והניח אשה ובעל חוב ויורשין והיה
לו פקדון או מלוה ביד אחרים רבי טרפון אומר
ינתנו לכושל שבהן רבי עקיבא אומר אין מרחמין
בדין אלא ינתנו ליורשין שכולן צריכין שבועה
ואין היורשין צריכין שבועה:

2. Si quis mortuus fuerit, & reliquerit uxorem, creditorem, & hæredes, & depoſuerit, aut mutuo dederit quicquam in poteſtate aliorum; R. Tarphon dicit, dabitur infirmiori inter ipſos. R. Akiba dicit, non miſerentur in judicio, ſed dabitur hæredibus, quia omnes illi jurare debent, ſed hæredes non tenentur ad jusjurandum.

R. OB. DE BARTENORA.

ינתנו לכושל שבהן *Dabuntur infirmiori inter ipſos*, alii exponunt, de eo cujus libellus fuerit poſtremus, quod ille dicatur omnibus infirmior, quia bona mobilia educere nequit è poteſtate emtorum qui anticiparunt illum; alii exponunt de dote matrimoniali uxoris, & vocatur כושל *infirmus*, quia conſuetudo ejus non eſt ſequi bona mortui, & inveſtigare ubi bona mariti immobilia ſint, quemadmodum faciunt viri. Et quamvis mobilia pupillarum non ſubordinata ſint creditori, neque doti matrimoniali uxoris; tamen in hoc caſu, ubi non ſunt in juriſdictione ejus, putat R. Tarphon, quod educunt ea è poteſtate creditoris aut è poteſtate depoſitarii, & dant creditori, & pro dote matrimoniali.

ינתנו ליורשים *Dabuntur hæredibus*, & non capiet utilitatem, etſi manu apprehendit ea. שכלן צריכין שבועה *quia omnes tenentur ad jusjurandum*, nam is qui voluerit exigere bona pupillarum, non exiget niſi cum jurejurando, & quamdiu non juraverit, non conſtat nobis an ipſi debeatur quicquam, idcirco quando mortuus fuerit, hæredes acquirunt bona ejus, & ſunt in poteſtate eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כושל *Infirmus*, ſic vocatur בעל חוב *creditor*, quia debitum ſuum non exigit de bonis mobilibus, nam hæc jura nituntur hoc fundamento, nimirum quod bona mobilia non ſubordinata ſunt creditori. Sed nos aliter judicamus, & non juxta hoc judicium, nam judicamus quod mobilia ſubordinata ſunt creditori, & quod hæredi non ſit hæreditas, niſi exigantur debita, & dos matrimonialis, aut quodcunque debitum. Si maritus mortuus reliquerit bona immobilia, quiſquis prævenerit debito, exiget debitum ſuum prius, reliquum vero exiget is qui ſecutus fuerit. Cæterum, ſi tempus omnium fuerit unum idemque, & bona non ſuffecerint omnibus debitis, quilibet exiget pro portione ſua; exponetur etiam quomodo diſtribuunt, capite ſequenti. Si vero bona mobilia reliquerit, non eſt differentia inter debitum præpoſitum & poſtpoſitum, ſed quiſquis anteverterit, is acquiſivit, & non educunt bona mobilia è poteſtate illius qui ea acquiſivit. Sin autem nemo eorum anteverterit, dividunt bona mobilia, uti exponetur capite ſequenti.

ג הניח פירות תלושין מן הקרקע כל הקודם
וכה

3. Si reliquerit fructus è ſolo evulſos, quicunque

זכרה בהן זכתה אשה יותר מכתובתה ובעל חוב יותר על חובו הכותר רבי טרפון אומר ינתנו לכושל שבהן רבי עקיבא אומר אין מרחמין בדין אלא ינתנו ליורשים שכולם צריכין שבועה ואין היורשים צריכין שבועה :

que anticipaverit in illis, acquirit ea; ſi uxor acquiſiverit plus quam dotem ejus matrimonialem, & creditor plus quam debitum ejus, reliquum dicente R. Tarphon dabitur infirmiori inter eos. R. Akiba dicit, non miſerentur ejus in judicio, ſed dabuntur hæredibus; nam omnes tenentur ad jusjurandum; at hæredes non tenentur ad jusjurandum.

R. OB. DE BARTENORA. כל הקודם בהן זכה *Quicunque anticipaverit in illis, acquiſivit*, ſi anticipaverint hæredes, acquiſiverunt, & non educunt ea bona è poteſtate eorum, quia bona mobilia non ſubordinata ſunt creditori, neque doti matrimoniali. Si unus eorum anticipaverit, nimirum uxor, aut creditor, acquiſivit, nam R. Tarphon putat quod apprehenſio poſt mortem valet. וכתה אשה יותר על כתובתה *ſi uxor acquiſiverit plus quam dotem ſuam matrimonialem*; aut ſi anticipaverit creditor, & apprehenderit ea bona, & illa majora fuerint quam debitum ſuum, quod reliquum eſt dabitur infirmiori, qui eſt dominus libelli cui minus juris eſt ad exigendum. Si vero bona venerint ad manus pupillarum, non educunt denuo è poteſtate eorum, neque uxor neque creditor. Hoc vero tempore quo in omni ſenatu Iſraëlis conſtitutum eſt ut bona pupillorum ſubordinata ſint creditori, talis eſt ritus, ſi quis mortuus fuerit & mobilia reliquerit, & obligatus fuerit creditori & doti matrimoniali, tum quicunque anticipaverit, acquiſivit ea, tam creditor prior quam poſterior, quia in bonis mobilibus non eſt jus anticipationis. Si vero nullus eorum anticipaverit, dividunt inter ſe bona mobilia, quemadmodum exponetur ſequenti capite.

ד המושיב את אשתו חנונית או שמינה אפיטרופא הרי זה משביעה כל זמן שירצה רבי אליעזר אומר אפילו על פילכה ועל עיסתה :

4. Si quis commiſerit uxori ſuæ officinam, aut conſtituerit eam curatricem, is adigat eam ad jusjurandum quotieſcunque voluerit. R. Elieſer dicit, etiam ſuper colo ejus, & ſuper maſſa ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

חנונית *Officinaria*, ad emendum & vendendum in officina. אפטרופא *curatrix*, ad mercaturam exercendam bonis ejus.

משביעה כל זמן שירצה *Faciet eam jurare quotieſcunque voluerit*, jurejurando Legis, quia fieri poſſet ut deciperet eum, ideo ei imponere poteſt juramentum ne decipiat ipſum in colo & in maſſa. R. Elieſer dicit, quod etiam ab initio eam poteſt cogere ad jusjurandum ſuper colo, & ſuper maſſa illius; Cæterum deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Elieſeris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חנונית *Officinaria*, quam maritus conſtituit in officina ſua ad emendum & vendendum pro ipſo. אפיטרופא *curatrix*, ad negotiandum & contrahendum bonis illius. Similiter, ſi bona ſua poſuerit in poteſtate ejus, faciet eam jurare quotieſcunque voluerit jurejurando Legis, propterea quod fieri poteſt ut aliquid abalienet; & devolvet ad illam colum ejus & maſſam ejus, nempe illa in colo & maſſa non decipiat illum; ſed non jurabit ab initio ſuper colo & maſſa ſua, nam deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ה כתב לה נדר ושבועה אין לי עליך אין יכול להשביעה אבל משביע הוא את יורשיה ואת הבאים ברשותה נדר ושבועה אין לי עליך ועל יורשיך ועל הבאים ברשותך אינו יכול להשביעה לא היא ולא יורשיה ולא את הבאים ברשותה אבל יורשיו משביעין אותה ואת יורשיה ואת הבאים ברשותה נדר ושבועה אין לי ולא ליורשי ולא לבאים ברשותי עליך ועל יורשיך ועל הבאים ברשותיך אינו יכול להשביעה לא הוא ולא יורשיו ולא הבאים ברשותו לא אותה ולא יורשיה ולא הבאין ברשותה :

5. Si ſcripſerit illi, *votum & jusjurandum mihi non eſt in te*, non poteſt illam facere jurare, ſed hæredes ejus jurare faciet, eoſque qui in illius poteſtate venerint. (Si ſcripſerit,) *votum & juramentum non eſt mihi in te, neque in hæredes tuos, neque in eos qui venerint in poteſtate tua*, non poteſt eam facere jurare, neque hæredes ejus, neque eos qui veniunt in poteſtate illius. (Si ſcripſerit,) *votum & juramentum non eſt mihi, neque hæredibus meis, neque illis qui veniunt in poteſtate mea in te, neque in hæredes tuos, neque in eos qui venerint in poteſtate tua*, non poteſt eam facere jurare, neque ille, neque hæredes ejus, neque illi qui venerint in poteſtate ejus, non eam, neque hæredes ejus, neque eos qui venerint in poteſtate ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

משביע הוא את יורשיה *Facit ille jurare hæredes ejus*, ſi repudiaverit eam, & mortua fuerit, & hæredes ejus dotem matrimonialem petierint, jurant jusjurandum hæredum, quod illi nihil præcepit in agone mortis, neque antea, & quod inter ſcripta ejus non invenerunt, quod contractus ejus matrimonialis ſolutus erat. ואת הבאים ברשותה *& eos qui venerint in poteſtate ejus*, ſi dotem ſuam matrimonialem vendiderit aliis, & repudiata ac mortua fuerit, & emtores petierint dotem ejus matrimonialem, etiam illi tenentur jurare jusjurandum hæredum. אבל יורשיו משביעין אותה *ſed hæredes ejus faciunt eam jurare*, ſi vidua facta fuerit, & illa aut hæredes ejus exigere voluerint à pupillis, tenentur jurare, quia aliter non liberavit eos, ſi illa exegerit dotem ſuam matrimonialem vivente marito. ולא לבאים ברשותי *neque eos qui venerint in poteſtate mea*, ſi vendiderim bona mea, & tu veneris exactum ea ab emtoribus, non teneris ad jusjurandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt & vera, fundamentum autem illud eſt quod tibi dixi, nimirum, quod omnis contractus qui factus fuerit de bonis, firmus & ratus eſt. ואת הבאים ברשותה *& eos qui venerint in poteſtate ejus*, emtores ſcil. aut illi qui dona receperint.

ו הלכה 6. Si

ו הלכה מקבר בעלה לבית אביה או שחזרה לבית חמיה ולא נעשית אפוטרופא אין היורשין משביעין אותה ואם נעשית אפוטרופא (ס"א) היורשים משביעין אותה על העתיד לבא ואין משביעין אותה על מה שעבר :

6. Si illa à ſepulchro mariti ſui iverit ad domicilium patris ſui, aut redierit ad domicilium ſoceri ſui, & non conſtituta fuerit curatrix, hæredes non faciunt eam jurare; at ſi curatrix ſit conſtituta, hæredes eum jurare faciunt ſuper eo quod futurum eſt; at non faciunt eam jurare ſuper eo quod præteriit.

R. OB. DE BARTENORA.

הלכה מקבר בעלה *Si iverit à ſepulchro mariti ſui*, illa quam maritus liberavit à jurejurando: לבית אביה *ad domicilium patris ſui*, quæ non amplius curam bonorum gerit.

אין היורשין משביעין אותה *Hæredes non faciunt eam jurare*, ſuper eo quod tractavit inter mortem & ſepulturam, nam ſi hæredes eam ad jurandum ſuper hoc adigere potuiſſent, quandoquidem illa opus habebat teſtes adducere ſuper eo quod vendiderit & emerit in neceſſitatem ſepulturæ mortui, differretur ſepultura mortui, & deſpiceretur.

על העתיד לבא *Super eo quod futurum eſt*, quod nihil ſibi ſumſerit de negotio cujus adminiſtratio illi demandata erat poſt ſepulturam mariti ſui, quia liberatio mariti in quam illam curatricem conſtituit, in hoc nihil prodeſt illi, quandoquidem bona ad pupillos pertinent. על מה שעבר *ſuper eo quod præteriit*, ſuper negotio quo functus eſt vivente marito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt, nam ſi contraxerit de bonis poſt mortem mariti ſui, hæredes eam jurare faciunt ſuper omnibus quibus mercaturam fecerit poſtquam maritus ſepultus fuerit. Sed non adigunt eam ad jusjurandum ſuper ejuſmodi de quibus contraxerit inter mortem & ſepulturam mariti, nam ſi ſuper ejuſmodi eam ad jurandum cogerent, non daret operam ſepulturæ ejus niſi cum teſtibus qui teſtarentur de eo quod vendiderit, an ſuo pretio id venditum fuerit, an non, ne ad jurandum eam cogerent, & hoc modo differretur ſepultura mortui. Noſti enim unum è fundamentis notis eſſe, quod pro tributo, pro alimentis, & pro ſepultura vendunt ſine proclamatione, quia res ſunt quæ cito peragendæ ſunt, & non patiuntur moram.

ז הפוגמת כתובתה לא תפרע אלא בשבועה עד אחד מעידה שהיא פרועה לא תפרע אלא בשבועה מנכסי יתומים ומנכסים משועבדין ושלא בפניו לא תפרע אלא בשבועה :

7. Si quæ exegerit contractus matrimonialis partem, non ſolvetur ei niſi ſub jurejurando. Si teſtis unus teſtatus fuerit quod illa ſoluta eſt, non ſolvetur niſi ſub jurejurando. Si de bonis pupillorum, & de bonis ſubjectis abſente marito exigat, non ſolvetur niſi ſub juramento.

R. OB. DE BARTENORA. לא תפרע אלא בשבועה *Non ſolvet niſi ſub jurejurando*, nam qui à proximo ſuo exegerit, non attendit ad omnia ea quæ illi ſolvit, nam cum partem exegit, fieri poteſt ut dos tota ei ſoluta ſit; & Sapientes illi impoſuerunt jusjurandum, ut accuratè attendat. עד אחד מעידה שהיא פרועה וגו' *ſi unus teſtis de illa teſtatus fuerit quod ſoluta eſt &c.* eſt conſtitutio Sapientum ad ſatisfaciendum marito; & quamvis hæc juramenta ſint ex inſtitutione Sapientum, habentur tamen ac ſi de Lege inſtituta fuiſſent, accipiendo in manum aliquam rem ſanctam, nam omnia juramenta in Miſna inſtituta ſunt inſtar eorum quæ de Lege inſtituta ſunt. מנכסים משועבדים *de bonis ſubordinatis*, nam ſi exegiſſet ea à debitore ipſo, & is dixiſſet illi, jura mihi quod non ſolvi tibi, adegiſſemus ipſum ad jusjurandum. Nos vero ratiocinamur pro emtoribus, dicendo, fieri poteſt, ut, ſi exegiſſes à debitore, te coëgiſſet, dicens, jura mihi quod non ſolvi tibi, & jurandum tibi fuiſſet, jam vero quoque jura.

ח הפוגמת כתובתה כיצד היתה כתובתה אלף זוז ואמר לה התקבלת כתובתיך והיא אומרת לא התקבלתי אלא מנה לא תפרע אלא בשבועה עד אחד מעידה שהיא פרועה כיצד היתה כתובתה אלף זוז ואמר לה התקבלת כתובתיך והיא אומרת לא התקבלתי ועד אחד מעידה שהיא פרועה לא תפרע אלא בשבועה מנכסים משועבדים כיצד מכר נכסיו לאחרים והיא נפרעת מן הלקוחות לא תפרע אלה בשבועה מנכסי יתומים כיצד מת והניח נכסיו ליתומים והיא נפרעת מן היתומים לא תפרע אלא בשבועה ושלא בפניו כיצד הלך לו למדינת הים והיא נפרעת שלא בפניו אינה נפרעת אלא בשבועה רבי שמעון אומר כל זמן שהיא תובעת כתובתה היורשין משביעין אותה ואם אינה תובעת כתובתה אין היורשין משביעין אותה :

8. Si quæ exegerit dotis matrimonialis partem, quomodo? ſi dos ejus matrimonialis confecerit mille Zuzas, & dixerit illi, recepiſti dotem tuam matrimonialem? & illa dixerit non recepi præter centum, reliquum non ſolvetur niſi ſub jurejurando. Si unus teſtis teſtatus fuerit quod illi ſolutum eſt, quomodo? ſi dos ejus matrimonialis confecerit mille Zuzas, & dixerit illi, recepiſti dotem tuam matrimonialem? & illa dixerit, non recepi, & teſtis unus teſtatus fuerit quod illa ſoluta eſt, non ſolvetur ei niſi ſub jurejurando. De bonis ſubordinatis, quomodo? ſi vendiderit aliis ſua bona, & illa dotem exigere voluerit ab emtoribus, non ſolvetur niſi ſub jurejurando. Si de bonis pupillorum, quomodo? ſi mortuus fuerit, & reliquerit bona ſua pupillis, & illa exegerit à pupillis, non ei ſolvetur niſi ſub jurejurando. Quæ vero marito exegerit abſente, quomodo? ſi ille profectus fuerit ad civitatem transmaritimam, & illa exegerit illo abſente; non ſolvetur niſi ſub jurejurando. R. Schimeon dicit, quotieſcunque illa petierit dotem matrimonialem, hæredes illam cogunt ad jusjurandum; ſi non petierit dotem matrimonialem ſuam, hæredes illam non cogunt ad jusjurandum.

R. OB. DE BARTENORA.

Verba R. Schimeonis ad ſuperiora referenda ſunt, ubi Sapientes dixerunt Miſna quinta, *ſi quis conſtituerit uxorem ſuam officinariam, aut curatricem, eam coget ad jusjurandum quotieſcunque voluerit; & ſi ſcripſerit, votum & jusjurandum non eſt mihi contra te, neque mihi neque hæredibus meis, tum hæredes non cogunt eam ad jusjurandum*; huic autem R. Schimeon contradicit, dicendo, quod, quotieſcunque illa petierit dotem ſuam matrimonialem, hæredes eam adigunt ad jusjurandum, etſi maritus ei ſcripſerit, *non eſt mihi votum neque jusjurandum contra te, neque hæredibus meis*; at ſi non petierit dotem ſuam matrimonialem, hæredes non adigunt eam ad jusjurandum ſuper adminiſtrationem quam habuit vivente marito. Et quamvis ille non liberaſſet eam à jurejurando, nam non ſtatuit R. Schimeon, id quod dicit R. Elieſer & Sapientes diſputantes cum illo, ex eo quod ſuperius dixerunt, quod eam ad jusjurandum adigat quotieſcunque voluerit maritus; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפרעת שלא בפניו *Si illi ſolutum fuerit illo abſente*, quando illa eduxerit dotem ſuam matrimonialem & divortium, & maritus ejus fuerit in civitate tranſmaritima, aut in itinere longo, jurabit illa jusjurandum Legis, & ſolvetur ipſi è bonis mariti. Cæterum ſi maritus ejus profectus fuerit & non repudiaverit eam, non ſolvetur illi è dote matrimoniali; quia nobis fundamentum eſt dotem matrimonialem non dari vivente marito; ſed alimonia tantum illi datur, quemadmodum exponetur capite ultimo Ketuvot. Similiter creditor abſente debitore ſuo exigere poteſt ſub jurejurando; & hoc confirmatum eunt multis confirmationibus, & ſi fieri potuiſſet ut hoc notum faceret, bene habet, & omni modo operam dabit ut fiat. Non eſt neceſſe ut exponam tibi, quod hoc jusjurandum eſt jusjurandum Legis, quia hoc fundamentum tibi notum eſt, quod omne jusjurandum de quo in Miſna mentio [illegible], eſt jusjurandum Legis, aut Sapientum inſtar Legis, ſumendo in manum aliquam rem ſanctam, quemadmodum exponetur in tractatu Schebhuot; & hoc eſt quod vocamus שבועת התורה *jusjurandum Legis*. R. Schimeon contradicit quartæ Miſnæ hujus capitis, de qua diſputant doctor primus & R. Elieſer; dicit ergo R. Schimeon, quod uxor nullatenus jurare tenetur, etſi curatrix conſtituta fuerit, niſi dotem ſuam matrimonialem petierit; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ט הוציאה גט ואין עמה כתובה גובה כתובתה כתובה ואין עמה גט היא אומרת אבד גיטי והוא אומר אבד שוברי וכן בעל חוב שהוציא שטר חוב ואין עמו פרוזבול הרי אלו לא יפרעו רבן שמעון בן גמליאל אומר מן הסכנה ואילך אשה גובה כתובתה שלא בגט ובעל חוב גובה שלא בפרוזבול שני גיטין ושתי כתובות גובה שתי כתובות שתי כתובות וגט אחד או כתובה ושני גיטין או כתובה וגט ומיתה אינה גובה אלא כתובה אחת שהמגרש את אשתו והחזירה על מנת כתובה הראשונה מחזירה קטן שהשיאו אביו כתובתה קיימת שעל מנת כן קיימה גר שנתגייר ואשתו עמו כתובתה קיימת שעל מנת כן קיימה :

9. Si eduxerit divortium, & non fuerit illi dos matrimonialis, exigat dotem ſuam matrimonialem. Si illi fuerit dos matrimonialis, at non divortium, dicat illa, *periit divortium meum*, & ille dicat, *periit apocha mea*. Sic etiam creditor ſi eduxerit ſcriptum de debito, & illi non fuerit Perosbol, tum illis non ſolvetur. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, à periculo & ulterius uxor exigat dotem ſuam matrimonialem ſine divortio, & creditor ſine Perosbol; aut ſi illi duplex dos matrimonialis fuerit, & duo divortia, exigat duo divortia; aut dos matrimonialis duplex & divortium unum, & mors, non exigat præter unam dotem matrimonialem. Nam qui repudiaverit uxorem ſuam, & reduxerit, ſub conditione primæ dotis matrimonialis, reducat eam. Si minorennis à patre ſuo elocata fuerit, dos ejus matrimonialis firma eſt, quia ſub hac conditione maritus retinuit eam. Si peregrinus factus fuerit proſelytus & uxor cum eo, dos ejus matrimonialis firma eſt, quia hac conditione retinuit eam.

R. OB. DE BARTENORA.

הוציאה גט ואין עמה כתובה *Si eduxerit divortium & illi non fuerit dos matrimonialis*, hoc fit in locis ubi non ſolent ſcribere contractum matrimonialem, & innituntur domui judicii. גובה כתובתה *exigat dotem ſuam matrimonialem*, nam conditio de dote matrimoniali eſt actus Domus Judicii, omnis autem actus Domus Judicii idem valet quod ſcriptura contractus; ſed hoc tantum intelligitur de ducentis Zuzis, aut centum; verum incrementum non exiget niſi produxerit ſcripturam contractus matrimonialis.

פרוזבול *Perosbol*, Hillel inſtituit Perosbol, ne intermitteretur uſus anni ſeptimi, ſed ut traderent libellos ſuos Domui Judicii, ut debita exigere poſſent à debitoribus ſuis, id quod non incurrit præceptum quod extat Deut. 15, 2. לא יגוש Nam creditor ipſe nihil petit hoc modo, ſed Domus Judicii petit.

הרי אלו לא יפרעו *Ecce hi non ſolventur*, nam ſuſpicio nobis eſſet, fieri potuiſſe ut jam exegerit dotem ſuam matrimonialem, & ut intermitteretur debitum anni ſeptimi. מן הסכנה *è periculo*, nam gentiles decreverunt de præceptis, & metuebant divortia ſervare, ideo, ſimulac accepiſſent illa, comburebant, eodemque modo Perosbol.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גובה כתובתה *Exigat dotem ſuam matrimonialem*, in ejuſmodi locis ubi non ſolent ſcribere contractum matrimonialem, ſed teſtari de illa, ac inniti conditioni Domui Judicii, & hoc licitum eſt. Cæterum in locis ubi moris eſt ſcribere contractum matrimonialem, omnino neceſſarium eſt ut educatur contractus matrimonialis una cum divortio, & tum exiget dotem matrimonialem ſuam.

שובר Eſt *apocha*, continens ſolutionem debiti. Quid ſit פרוזבול *Perosbol* jam expoſuimus una cum jure illius in tractatu Schebiit capite ultimo; & notum eſt ſatis quod negotium anni ſeptimi intermiſſionis hoc modo conficitur. Ratio autem, quare creditori fides habetur, ſi dixerit, periit Perosbol, eſt, quoniam Sapientes ordinaverunt Perosbol, ut ideo non intermittat homo rem licitam, & facere id quod illi vetitum eſt, quod eſt anni intermiſſionis prohibitio. Eodemque modo marito, quoniam dicere poſſet, non repudiavi illam, fidem habemus ſi dixerit, periit apocha mea; ſed jurabit jusjurandum Sapientum, quod ſolverit illi dotem. Scias autem id quod nos dicimus uxorem exigere dotem matrimonialem cum divortio ſuo, tantum intelligendum eſſe de ſumma dotis matrimonialis principali, non quod exiget incrementa, niſi adduxerit teſtes divortii; tum autem exiget incrementum tam in loco quo ſolent

lent ſcribere contractum matrimonialem, quam in loco in quo non ſolent ſcribere contractum matrimonialem. Id autem quod antea dictum eſt, quando eduxerit divortium in loco ubi non eſt moris conſcribere contractum matrimonialem, exigere poteſt uxor dotem ſuam matrimonialem, & hoc de ipſa dotis matrimonialis ſumma tantum intelligendum eſt, ſed incrementa dotis matrimonialis ſine contractu matrimoniali exigere nequit, aut ſine teſtibus qui teſtentur de ea; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. כתובתה קיימא *dos ejus matrimonialis firma eſt*, id eſt, ſumma dotis matrimonialis, quæ facit ducentas Zuzas, aut centum, ſed incrementa non debet maritus, niſi teſtes teſtati fuerint de illo in hac re poſtquam adoleverit, & de hoc neceſſe eſt ut illi teſtimonium præbeant.

פרק י מי שהיה נשוי שתי נשים ומת הראשונה קודמת לשנייה ויורשי הראשונה קודמין ליורשי שנייה נשא את הראשונה ומתה נשא שנייה ומת הוא שנייה ויורשיה קודמין ליורשי הראשונה :

Caput 10. Si quis duas duxerit uxores, & mortuus fuerit, prima præcedit ſecundam, & hæredes primæ præcedunt ſecundæ hæredes. Si duxerit primam, & illa mortua fuerit, & poſt duxerit ſecundam & ipſe mortuus fuerit, tum ſecunda ejuſque hæredes præcedunt hæredes primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

יורשי הראשונה קודמין ליורשי השנייה *Hæredes primæ præcedunt hæredes ſecundæ*, ſi uxores poſt maritum mortuæ fuerint, antequam dotem exegiſſent. שנייה ויורשיה קודמין *ſecunda & hæredes ejus præcedunt*, quia illa eſt creditrix, & hæredes primæ adeunt hæreditatem patris ex conditione dotis matrimonialis liberorum maſculorum &c. nam de eorum conditione in contractu dotali dicitur, *illi hæreditatem adeunt*. Propterea prius ſolvunt debitum, & id quod reliquum eſt, adeunt jure hæreditatis. Cæterum hoc intelligendum eſt, quando ſecunda tantum juraverit ſuper dote matrimoniali, tum illa aut hæredes illius exigant dotem ejus matrimonialem. Verum ſi illa mortua fuerit poſt maritum, & non juraverit ſuper dote ſua matrimoniali, hæredes ejus ne exigant quicquam de dote matrimoniali, quoniam nobis fundamentum eſt, quod nemo filios ſuos jurisjurandi hæredes inſtituit, nimirum, ad ejuſmodi bona adeunda quæ acquiri nequeunt ſine jurejurando, moriens ſine jurejurando peracto, illorum inquam bonorum nemo filios ſuos inſtituit hæredes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando vidua juraverit jusjurandum Legis, quale jusjurandum jurare tenetur omnis vidua, ſi exigere voluerit dotem ſuam matrimonialem, quemadmodum expoſitum eſt in ſuperioribus, & ſi deinceps mortua fuerit, hæredes ejus petunt dotem ejus matrimonialem; verum ſi ante jusjurandum mortua fuerit, totam perdidit dotem matrimonialem, nam fundamentum nobis eſt quod nemo filios ſuos inſtituit hæredes jurisjurandi.

שנייה ויורשיה קודמין ליורשי הראשונה *Secunda & hæredes ejus præcedunt hæredes primæ*, id eſt, in hæreditate conditionis dotis matrimonialis liberorum maſculorum &c. nam hæredes ſecundæ adeunt hæreditatem dotis matrimonialis matris eorum, & deindè hæredes primæ adeunt hæreditatem dotis matrimonialis matris eorum, ſi aliquid relictum fuerit illis. Sed hoc jus intelligendum eſt, ſi una mortua fuerit marito vivente, & ſecunda poſt mortem ejus, at ſi ambæ mortuæ fuerint illo vivente, jus de conditione dotis matrimonialis liberorum maſculorum non habet locum, niſi ultra duas dotes matrimoniales reliquerit denarium, quemadmodum exponetur hoc capite.

ב מי שהיה נשוי שתי נשים ומתו ואחר כך מת הוא ויתומים מבקשים כתובת אמן ואין שם אלא שתי כתובות חולקין בשוה היה שם מותר דינר אלו נוטלין כתובת אמן ואלו נוטלין כתובת אמן אם אמרו יתומים אנחנו מעלין על נכסי אבינו יתר דינר כדי שיטלו כתובת אמן אין שומעין להן אלא שמין את הנכסים בבית דין :

2. Siquis duas duxerit uxores & mortuæ fuerint, & deindè ipſe mortuus fuerit, & pupilli petierint dotem matrimonialem matris ſuæ, & non fuerit præter duas dotes matrimoniales, dividunt æqualiter. Si plus quam denarius ſuperfuerit, hi exigunt dotem matrimonialem matris, & illi exigunt dotem matrimonialem matris. Si pupilli dixerint, nos addere volumus bonis patris noſtri denarium, ut exigant dotem matrimonialem matris, non concedunt illis, ſed æſtimant bona in Domo Judicii.

R. OB. DE BARTENORA.

ויתומין מבקשין כתובת אמן *Et pupilli petierint dotem matrimonialem matris ſuæ*, nam una dos matrimonialis major erat altera, & filii dicebant, nos exigemus conditionem dotis matrimonialis liberorum maſculorum; ſic etiam vos, & quod reliquum eſt dividemus. חולקין בשוה *dividunt æqualiter*, ut reliquas hæreditates dividunt, & non exigunt conditionem dotis matrimonialis filiorum maſculorum. ואם אמרו יתומים *& ſi dixerint pupilli*, filii dotis matrimonialis majoris ſummæ. הרי אנו מעלין על נכסי אבינו דינר *ecce nos adducimus bonis patris noſtri denarium*, nos augemus æſtimationem eorum ad recipiendum ea majori pretio, ut in iis ſuperſit denarius, & exigant dotem matrimonialem matris eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלו נוטלין כתובת אמן ואלו נוטלין כתובת אמן *Hi exigunt dotem matrimonialem matris ſuæ, & illi exigunt dotem matrimonialem matris ſuæ*, & tum dividunt nummos inter ſe omnes, & quod reliquum fuerit præter duas dotes matrimoniales, itidem dividunt æqualiter.

ג היו שם נכסים בראוי אינן כבמוחזק רבי שמעון אומר אפילו יש שם נכסים שאין להם אחריות אינו כלום עד שיהיו שם נכסים שיש להן אחריות יותר על שתי הכתובות דינר :

3. Si illic bona ſint expectanda, non ſunt ut ea quæ jam poſſidentur. R. Schimeon dicit, etſi fuerint bona quæ non ſunt oppignerata, non ſunt quicquam, niſi donec illic fuerint bona quæ non ſunt oppignerata, nempe, ſi denarius ſit præter duas dotes matrimoniales.

R. OB. DE BARTENORA.

היו שם נכסים בראוי *Si illic fuerint bona expectanda*, ut, ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ראוי Eſt res quæ nondum pervenerit ad manus, ſed proximè

ſi mutuum fuerit in poteſtate aliorum, aut merces: אינן כבמוחזקין *non ſunt ut in poſſeſſione*, non habentur ac ſi eſſent in poteſtate & poſſeſſione ejus, & tum ſupereſſet denarius, שאין להם אחריות *quæ bona non ſunt oppignerata*, qualia ſunt bona mobilia. שיש להם אחריות *quæ oppignerata ſunt*, ſunt bona immobilia; deciſio eſt juxta R. Schimeon. Imo etiam hoc tempore, ubi bona mobilia pupillorum ſolent ſubordinari creditori, conditio dotis matrimonialis liberorum maſculorum non eſt in uſu in bonis mobilibus, ſed in immobilibus.

ximè perveniet ad manus illius, ut, ſi debita reliquerit in poteſtate debitoris, aut merces in poteſtate mercatoris, aut bona in alia civitate; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

SURENHUSIUS. Bona quæ poſt mortem mariti hæreditate obtingere poſſunt uxoribus, ut ſunt mutua & merces in poteſtate aliena, non ſunt ut ea quæ jam poſſidentur R. Schimeon putat quod etiamſi exiſtent bona quædam non oppignerata, qualia ſunt bona mobilia, tamen non eſſe alicujus momenti, niſi dum bona oppignerata ſive immobilia ſint, quæ præter dotem nuptialem denarium conficiunt. Verum deſtructo templo & deinceps quando bona pupillorum mobilia ſubjecta ſunt creditoribus, dotis nuptialis conditio pro liberis maſculis non in bonis mobilibus, ſed in immobilibus obtinet. Videamus de hac re Maimonidem in Hilchot Iſchot capite decimo ſexto, ubi dicit quod omnium Academiarum principes inſtituerunt, ut uxor marito extincto dotem ſuam nuptialem etiam de bonis mobilibus exigere poſſit, quemadmodum creditor è bonis mobilibus debita exigat; atque hæc conſtitutio plurimis in locis recepta eſt. Præterea cæteræ dotis conditiones ſunt ut ipſa dos matrimonialis tam in mobilibus quam in immobilibus bonis: ſed in dote nuptiali quæ liberis maſculis hæreditate obtigit, non ubique eadem eſt conſuetudo: idcirco mihi videtur quod jus ipſorum conſtituendum ſit juxta Gemaræ mentem, nimirum, quod dotem matris hæreditate conſequi nequeunt præterquam ex immobilibus. Porro ſcribit quod jam omnibus in locis quæ vel vidimus, vel auditione & fama accepimus, mos obtinuit in inſtrumento dotali ut tam mobilia quam immobilia bona oppignerari poſſint. Atque hoc inſtitutum omnino magnum eſt, quod a magnis doctiſque viris acceptum eſt, nam hæc conditio de re pecuniaria eſt, qua vidua dotem exigere poſſit è bonis mobilibus, non autem ex neotericorum inſtituto. Sed quando in inſtrumento dotali hoc non conſignatum eſt, uxor ſimpliciter ducta eſt, ſi ex inſtituto excellentium magiſtrorum ſciat hoc judicium, exigat dotem ſuam; ſi vero ignoret, aut res in dubio ſit, diu de re conſultant, nam in inſtituto magiſtrorum non tanta vis eſt ad judicandum de hacce re, etſi expoſita ſit juxta judicium conditionum dotis nuptialis, quæ inſtitutæ ſunt a Synedrio magno, donec ab hæredibus pecunia exigatur, videſis Maimonidem in Hilchot Iſchot capite ſexto decimo.

ד מי שהיה נשוי שלש נשים ומת כתובתה של זו מנה ושל זו מאתים ושל זו שלש מאות ואין שם אלא מנה חולקות בשוה היו שם מאתים של מנה נוטלת חמשים של מאתים ושל שלש מאות שלשה שלשה של זהב היו שם שלש מאות של מנה נוטלת חמשים ושל מאתים מנה ושל שלש מאות ששה של זהב וכן שלש שהטילו לכיס פיחתו או הותירו כך הן חולקין:

4. Si quis tres uxores duxerit, & dein mortuus fuerit, & dos matrimonialis unius fuerit centum Zuzarum, & ſecundæ ducentarum, tertiæ trecentarum, & illic non fuerit præter centum Zuzas, dividunt æqualiter. Si ducentæ fuerint, ea (cujus dos eſt) centum, aufert quinquaginta, ea (cujus dos eſt) ducentæ, & ea (cujus dos eſt) trecentæ, unaquæque auferet tres denarios aureos. Si trecentæ fuerint, ea (cujus dos eſt) centum, auferet quinquaginta, & ea (cujus dos eſt) ducentæ, centum, & ea (cujus dos eſt) trecentæ, ſex denarios aureos. Sic etiam, ſi tres conjecerint in unum marſupium, ſi diminuerint aut addiderint, hoc modo dividunt.

R. OB. DE BARTENORA.

של זו מנה ושל זו מאתים ושל זו שלש מאות *Si dos matrimonialis unius centum fuerit Zuzarum, & ſecundæ ducentarum, & tertia trecentarum* &c. ſi tres dotes ſive contractus matrimoniales ſignati erant uno eodemque die, nam ſi tribus diebus ſignati fuiſſent, tum contractus matrimonialis qui tempore prior eſt, etiam prior eſt jure exactionis. Vel ſi nihil præter mobilia bona reliquerit, ubi non eſt jus præferendi, dividunt æqualiter, nam tribus illis æquale jus eſt in centum Zuzas, eo quod cuilibet ſunt centum Zuzæ.

היו שם מאתים *Si illic fuerint ducentæ*, iis ad quos pertinent centum Zuzæ non niſi in centum jus eſt, ſed in ſecundas centum Zuzas contractus eorum qui centum Zuzarum eſt, non habet ullum jus.

של מנה נוטלת חמשים *Pars illa* (cujus dos eſt) *centum, tollit quinquaginta*, in Gemara argumentantur, dicendo, tertia pars centum tollere debebat, & ſi prima quinquaginta tollat, quid eſt dimidium centum? reſpondent, quod Miſna noſtra tractat quando pars ea cujus dos ducentæ, dixerit ei cui ſunt centum, non litigabo tecum de tuis centum, & non diminuetur pars tua propter me, propterea ea pars cujus portio eſt centum, æqualiter dividit cum ea illas centum, cujus dos trecentæ Zuzæ ſunt. Et quia ea cujus dos facit ducentas, non dedit dono partem ſuam ei cujus dos facit centum, ſed dixit, non litigabo cum ea, & quod propter eam non diminuet partem ſuam, ergo poſtquam ea cujus dos facit centum, acceperit quinquaginta, poſſeſſio illius quæ ducentas habuit, fit æqualis poſſeſſioni illius quæ tre-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מנה Facit quatuor denarios aureos, & quæcunque מנה de qua in Miſna facta eſt mentio, facit centum denarios argenteos, uti expoſuimus in fine tractatus Pea. Sic etiam, quando dicitur, ducentæ, quadringentæ, vel alius numerus centenarius, hæc ita accipienda ſunt. Et hæc diviſio intelligitur quando dotes matrimoniales uno die ſunt conſcriptæ, aut quando nihil reliquum eſt præter mobilia bona; quia nobis fundamentum eſt, quod in bonis mobilibus locum non habet jus anticipationis. Cæterum quod attinet ea quæ dicit, *ſi fuerint ducentæ &c. ſi fuerint trecentæ &c.* jam dictum eſt in Gemara quod doctor noſter Jehuda Sanctus dixit, quod tum illi etiam dividant æqualiter; & ita deciſio eſt. Et neceſſe eſt ut hoc fundamentum bene attendas, nam juxta illud intelligitur jus diviſionis inter creditores, ideoque juxta eam facias comparationem in cauſa dotis matrimonialis. Nimirum, ſi quis reliquerit bona multis creditoribus, ut neceſſe fuerit dividere, eo modo quo diximus, inquirunt de omnibus debitis, & bonis quæ reliquerit, & ſi tantum reliquerit quantum debita monſtrant, quilibet ſuam tollit partem, & hoc clarum eſt. Verum ſi bona non tantum efficiunt quantum debita, conſiderant, an, ſi æqualiter facta fuerit inter eos diviſio, ad creditorem minimæ bonorum ſummæ perveneri pro quantitate debiti illius, an minus, & tum dividunt æqualiter; at ſi, quando æqualiter diviſerint, ad minimæ ſummæ creditorem pervenerit aliquid præter debitum quod illi debetur, tum educunt hæc additamenta, & id quod reſtat æqualiter dividunt inter ſe, ita

trecentas habuit in centum & quinquaginta quæ reliquæ ſunt, & earum unaquæque tollet tres denarios aureos, qui ſunt ſeptuaginta quinque denarii argentei, eo quod unuſquiſque denarius aureus facit viginti quinque denarios aureos.

היו שם שלש מאות *Si fuerint illic trecenta*, primæ centum omnibus ſubjectæ ſunt, & ſecundæ centum ſubjectæ illi cujus dos facit ducentas & illi cujus dos facit trecentas; & tertiæ centum ſubjectæ ſunt illi cujus dos facit trecentas.

של מנה נוטלת חמשים ושל מאתים מנה *Ea cujus dos facit centum, tollit quinquaginta, & ea cujus dos facit ducentas*, (tollet) *centum*, hoc ita accipiendum eſt, ſi dixerit ea cujus dos facit trecentas ei cujus dos facit centum & ei cujus dos facit ducentas, non litigabo vobiſcum de centum Zuzis, propterea centum primæ dividuntur ei cujus dos facit centum, & ei cujus dos facit ducentas, undè fiet ut ea cujus dos facit centum, tollat quinquaginta; ſecundas autem centum divident ea cujus dos facit ducentas & ea cujus dos facit trecentas, undè fiet ut ea cujus dos facit ducentas, tollat centum, ſcil. quinquaginta quæ ſeparatæ ſunt à centum primis cum ea cujus dos facit centum, & quinquaginta à ſecundis centum cum ea cujus dos facit trecentas, & tertias centum tollit penitus ea cujus dos centum Zuſas facit, unde continget ut tollat ſex denarios aureos, qui faciunt centum & quinquaginta denarios argenteos, ſcil. tertias centum integras quæ reliquæ ſunt pro illa, & quinquaginta quas diviſit cum ea cujus dos facit ducentas. In Gemara deciditur quod hæc Miſna eſt juxta R. Nathan, ſed quod ita non eſt deciſio. Nam Rabbi dixit, verba R. Natanis mihi in hoc non arrident, ſed dividunt æqualiter, quandoquidem enim omnia ejus bona oppignerata ſunt doti matrimoniali, ideo omnes trecentæ Zuzæ ſubordinatæ ſunt

ita ut ad creditorem minimæ ſummæ perveniat quantitas debiti, & ei ſatisfactum ſit. Deindè revertuntur ad illa additamenta quæ ſeparata ſunt, & dividunt ea creditoribus reliquis, quemadmodum dividebant in principio, donec omnia bona conſummata fuerint. Comparatio autem hujus caſus de quo Miſna verba facit, hæc eſt, ſi reliquerit trecentas Zuzas, aut minus, ut tum dividant æqualiter; & ſi reliquerit quadringentas, dividant trecentas æqualiter, & de toto eximantur centum, & illas centum quæ relictæ fuerint de ducentis & trecentis dividant æqualiter. Si reliquerit quingentas, trecentas dividunt æqualiter, & de toto eximuntur centum, & ducentas dividunt æqualiter ducentarum & trecentarum hæredes, undè fiet ut ad primam & ſecundam perveniat tota earum portio, & ad tertiam ducentæ. Et hoc modo comparationem inſtituas etiam ad mille additamenta.

וכן שלשה שהטילו לכיס *Et ſic tres ſi conjecerint in unum marſupium*, redit ad ultimum caſum, nempe, quod inter ſe dividunt lucrum & damnum juxta id quod unicuique fuerit è ſumma principali, & hoc intelligitur quando lucrum, aut damnum, & corpus bonorum adhuc reſtat. Senſus autem eſt is quem tibi dicam, nimirum, ſi mutata fuerit moneta, aut addiderint illi in commutatione aut diminuerint, & hoc modo dividunt juxta nummos. Verum ſi ſocii merces quaſdam emerint, & lucrati fuerint, aut perdiderint, lucrum & damnum inter eos erit æquale, niſi attenderimus ad partem quæ unicuique eſt in ſumma principali. Et hoc eſt jus deciſum & conveniens cum verbis Miſnæ, ſecundum id quod exponit Gemara, eſtque deciſio juxta mentem ultimorum doctorum Geonim.

tam ei cujus dos facit centum quam cæteris ſociis, donec tota dos matrimonialis exacta fuerit; & cum ita ſe res habet, dividunt æqualiter, & omnes tres uxores æqualem portionem accipiunt. Sed in caſu trium illorum qui in unum conjecerint marſupium, unus centum, alter ducentas, tertius trecentas, & in tali caſu receperint lucrum quod lucrati fuerint, jus poſtulat ut quilibet accipiat juxta quantitatem nummorum. Et hoc intelligendum eſt quando ipſis nummis lucrati fuerint, ut, ſi commutaverint monetam, aut addiderint illi, aut diminuerint, tum enim dividunt lucrum & damnum juxta nummos. Cæterum ſi merces quaſdam emerint pecunia illa quam in unum marſupium immiſerint, & lucrati fuerint aut perdiderint, non dividunt lucrum & damnum niſi juxta numerum ſociarum, non juxta quantitatem nummorum, & ita tollunt in damno & lucro tam ii qui immiſerint in marſupium exiguam ſummam quam ii qui magnam, niſi ab initio contraxerint quod diviſio fiet juxta nummos cujuſlibet; & ſic judicandum eſt de omnibus foris judicialibus.

ח מי שהיה נשוי ארבע נשים ומת הראשונה קודמת לשנייה ושנייה לשלישית ושלישית לרביעית הראשונה נשבעת לשנייה ושנייה לשלישית ושלישית לרביעית והרביעית נפרעת שלא בשבועה בן ננס אומר וכי מפני שהיא אחרונה נשכרה אף היא לא תפרע אלא בשבועה היו יוצאות כולן ביום אחד כל הקודמת לחברתה אפילו שעה אחת זכתה וכך היו כותבין בירושלם שעות היו כולן יוצאות בשעה אחת ואין שם אלא מנה חולקות בשוה:

5. Si quis duxerit quatuor uxores & dein mortuus fuerit, prima præcedit ſecundam, ſecunda tertiam, tertia quartam; prima jurabit ſecundæ, ſecunda tertiæ, tertia quartæ, & quarta dotem exigat ſine juramento. Ben Nanas dicit, ſed quomodo, quia ultima eſt, lucrabitur? reſp. etiam illa non exiget niſi cum jurejurando. Si omnes divortio exiverint uno die, quæcunque præceſſerit aliam, licet unam horam, dotem acquiſivit. Sic etiam Jeruſolymis ſcribebant *horas*; ſi omnes exierint eadem hora, & non fuerit præter centum Zuzas, dividunt æqualiter.

R. OB. DE BARTENORA.

הראשונה קודמת לשניה *Prima præcedit ſecundam*, illa cujus contractus matrimonialis tempore prior eſt, præcedit ſecundam, cujus contractus matrimonialis tempore poſterior eſt, & hoc modo de cæteris.

הראשונה נשבעת לשניה *Prima jurabit ſecundæ*, ſi ſecunda dixerit illi, jura mihi quod nihil exegiſti de eo quod pertinet ad maritum meum, quia fieri poteſt ut nihil mihi reliquerit unde exigam dotem meam matrimonialem; id quod itidem tertia dicere poteſt ſecundæ, & quarta tertiæ, ſed quarta dotem exiget ſine juramento; & hoc ita accipiendum eſt ſi non fuerit hæres, aut alius creditor qui eam jurare faciat.

בן ננס אומר וכי מפני שהיא אחרונה נשכרה *Ben Nanas dicit, ſed quomodo, quia illa ultima eſt, lucrabitur?* controverſia doctoris primi & Ben Nanas exponitur in Gemara hoc

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando hæres aut creditor fuerit, tali in caſu non eſt controverſia, quia nulla ex illis exiget dotem ſuam matrimonialem, niſi donec juraverit. Sed controverſia Ben Nanas eſt, ſi illic non fuerit adverſarius, nam dicit, quod, ſi unus ager ex illis tribus agris quos poſſederint tres uxores primæ, inventus fuerit non eſſe in poteſtate mariti, & eduxerint eum è poteſtate illius, non educunt è poteſtate quartæ uxoris agrum qui fuerit in poteſtate illius, etſi illa poſterior ſit altera. Putat enim quod creditor poſterior qui prævenerit & exegerit, benè exegit id quod exegerit. Illa vero è cujus jure eductus eſt ager, nihil exigere poteſt à quarta niſi jusjurandum tantum quod cum jure apprehendit agrum, propterea jurabit jusjurandum Legis, & ſtatim poſſidebit illum agrum, ita ut non teneatur jurare niſi id requiſiverit ab illa. Cæterum doctor primus putat quod illa non jurabit, quia

hoc ſenſu, quando unus ex iſtis, quos exigebant primæ tres uxores, inventus fuerit quod non pertinebat ad maritum, ſed ubi compertum fuerit eum rapuiſſe agrum illum, & quod tandem advenerint poſſeſſores ejus, qui eum ad ſe receperint; & quarta uxor advenerit & dotem ſuam matrimonialem de uno agro petierit, & hæc dixerit illi, cras veniet poſſeſſor, & recipiet agrum meum è poteſtate mea, volo ut mihi jures quod non exegiſti dotem tuam matrimonialem, vivente marito meo. Primus doctor putat, quod creditor poſterior qui prævenerit & exegerit, non rectè exegit, & quandoquidem ita res eſt, quamobrem jurare tenetur? ſi poſſeſſor venerit, & exegerit agrum ſuum è poteſtate illius, illa redibit ad quartam, & ſumet agrum quem exegit, nam quarta eſt creditrix poſterior. Ben Nanas putat quod creditor poſterior qui prævenerit, & exegerit, benè exegerit, & ſi hæc quarta poſſederit, tertia nequit ad eam partem reverti, propterea jurabit illi quod nullam rem de bonis mariti exegit; deciſio eſt juxta doctorem primum. Sponte autem colligitur, quod, ſi quarta apprehenderit mobilia bona ad ſolvendum dotem ſuam matrimonialem, juxta ſententiam omnium neceſſe eſt ut juret, eo quod in mobilibus bonis non eſt jus anticipationis, & id quod exactum eſt, bene exactum eſt. quia nobis fundamentum eſt, quod creditor poſterior qui prævenerit & exegerit, non rectè exegit id quod exegerit; & quando campus eductus fuerit è poteſtate unius ex tribus quæ præcedunt, iterum exiget id quod erat in poteſtate aliarum, & educent agrum qui erat in poteſtate quartæ, propterea jusjurandum ejus nihil juvat, quandoquidem poſſeſſio illius agri quæ illi data eſt, non erat perfecta poſſeſſio, quia illa parata eſt ad exeundum ex illa. Sed ex noſtris verbis conſtabit, quod, ſi quatuor illæ uxores apprehenderint bona mobilia, ſi quarta apprehenderit bona mobilia pro dote ſua matrimoniali, jurabit, ſtatimque apprehendet, omnium conſenſu; nam de bonis mobilibus non eſt controverſia quod ea non educent è poteſtate illius. Jam aliquoties expoſuimus quod nobis fundamentum eſt, in bonis mobilibus non eſſe jus anticipationis. Deciſio eſt juxta doctorem primum in eo quod dicit, id quod exegit, benè exegit. Et quod dicit, ſi non fuerit præter centum Zuzas, dividunt æqualiter, neceſſarium eſt juxta fundamentum quod diximus de modo diviſionis, nam minor dos matrimonialis juxta Legem facit centum Zuzas, quemadmodum jam explicatum eſt in principio hujus tractatus, בתולה כתובתה מאתים ואלמנה מנה *virginis dos matrimonialis facit ducentas Zuzas, vidua vero centum.*

ו מי שהיה נשוי שתי נשים ומכר את שדהו וכתבה ראשונה ללוקח דין ודברים אין לי עמך השנייה מוציאה מהלוקח וראשונה מן השנייה והלוקח מן הראשונה וחוזרת חלילה עד שיעשו פשרה ביניהם וכן בעל חוב וכן אשה בעלת חוב :

6. Si quis duxerit duas uxores, & vendiderit agrum, & prima ſcripſerit emtori, *jus nec ratio eſt mihi tecum*; ſecunda illum educit è poteſtate emtoris, & prima è ſecundæ (poteſtate) & emtor è (poteſtate) primæ, & ſic in gyrum donec fuerint reconciliatæ inter ſe; eodemque modo creditor, ut & uxor quæ eſt creditrix.

R. OB. DE BARTENORA.

כתבה הראשונה ללוקח וגו׳ *Si prima ſcripſerit emtori &c.* hoc intelligendum eſt ſi acquiſiverint ab ipſa apprehenſione veſtimenti; in Gemara argumentantur, illa dicere potuiſſet, ego hoc feci ad indulgendum marito meo; & reſpondent, hoc accipiendum eſſe ſi maritus hunc agrum vendidiſſet alii homini ante hunc, id quod uxor nolebat confirmare illi, ſed huic confirmaverat, nam ſi illa hoc feciſſet ad indulgendum marito, primo emtori confirmari debuiſſet. פשרה notat *diviſionem*, ita ut neque uni neque alteri cedat totus, convenit autem cum voce פושרין denotante *aquam tepidam*, quæ nec calida nec frigida eſt.

וכן בעל חוב *Et ſic creditor*, & duo emtores, ſi Ruben mutuo dederit Schimeoni centum Zuzas, & Simeon habuerit duos agros eoſque duobus hominibus vendiderit, unumquemque quinquaginta Zuzis, & creditor hic ſcripſerit ſecundo emtori, *non eſt mihi jus nec contentio tecum*, creditor recipiet è poteſtate emtoris primi, quia dicere illi nequit, ego reliqui tibi locum ut exigeres ab illo, quia debitum ejus ambobus agris æquale eſt, primus emtor educet è poteſtate ſecundi, & creditor etiam denuo educet è poteſtate primi emtoris, & ſecundus emtor à creditore, & hoc modo ſemper in gyrum, donec reconciliationem fecerint inter ſe. וכן האשה בעלת חוב *& ſic uxor quæ eſt creditrix*, cui maritus debebat dotem matrimonialem, ſed vendiderat duos ipſius agros duobus hominibus, & illis ambobus non fuerat major quantitas quam dotis matrimonialis, & emtori ſecundo illa etiam ſcripſerit, *non eſt mihi jus nec contentio tecum*, uxor educet è poteſtate primi emtoris, & primus è poteſtate ſecundi, & uxor è poteſtate primi, & ſecundus è poteſtate uxoris, & primus è poteſtate ſecundi, & ſic in gyrum donec fecerint reconciliationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ſcriptura quam ſcripſerit prima, intelligitur de omnimoda acquiſitione, & ſub ea conditione quod illa nolebat conſentire de acquiſitione alius emtoris, ſed hujus tantum, ne illa deinceps dicat, ego id feci ut marito meo morem gererem; quia dicimus illi, non eſt conſuetudo tua marito morem gerere, nam quando voluit acquirere facere alium, noluiſti conſentire ad acquiſitionem. Propterea, quæcunque acquiſitio quam uxor acquirere fecerit in venditione mariti ſui, aut in agris, aut in bonis gregis ferrei, non eſt acquiſitio & nihil valet, eo quod dicere potuit, ego id feci ad indulgendum marito meo, & propterea feci ut acquireretur. Niſi maritus ejus jam vendidiſſet Rubeni, & illa noluerit ut acquireret, & deindè maritus eundem agrum vendiderit Schimeoni, & illa effecerit ut acquireret illum, tum dicimus illi, hoc factum eſt te volente, quod ſi non ita eſſet, non feciſſes ut hic acquireret, quemadmodum non voluiſti ut Ruben acquireret.

פשרה Notat rei alicujus diviſionem, ſive correctionem, & ſic פושרין vocant aquas quæ nec calidæ nec frigidæ ſunt. Præterea, quod dicit וכן בעל חוב *& ſic creditor*, exponunt in Gemara ſenſum eſſe, ſic etiam, ſi creditor & duo emtores, itidem uxor quæ eſt creditrix & duo emtores, quando illa voluerit arripere agros ad dotem matrimonialem exigendam, & jam fecerit ut acquireret unus è duobus emtoribus, & non fecerit ut acquireret alius.

פרק יא אלמנה ניזונת מנכסי יתומים מעשה ידיה שלהן ואין חייבין בקבורתה יורשיה יורשי כתובתה חייבין בקבורתה :

Caput 11. Vidua alitur è bonis pupillorum, & opus manuum ejus eſt pro illis, & non tenentur ad ſepulturam ejus; hæredes vero ejus dotis matrimonialis tenentur ad ſepulturam ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

אלמנה נזונת מנכסי יתומין *Vidua alitur è bonis pupillorum*, ſive bona immobilia ſive mobilia fuerint, quia conditio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod hæc una eſt è conditionibus dotis matrimonialis, *tueris domi meæ, & ales te è bonis meis &c.* ſimi-

ditio dotis matrimonialis eſt, *tu eris domi meæ & ales te è bonis meis.*

ואין חייבין בקבורתה *Et non tenentur ad ſepulturam ejus*, nam maritus eam tenetur ſepelire, quia ejus hæreditatem adit, jam vero cum hæredes uxoris exigunt dotem ejus matrimonialem ab hæredibus mariti, illi ſepeliant eam. Et hinc elicimus, quod, ſi illa mortua fuerit ſine jurejurando ſuper dote matrimoniali, quia tum non exigunt hæredes dotem ejus matrimonialem, hæredes mariti tenentur eam ſepelire.

ſimiliter expoſuimus, quod hæredes uxoris non adeunt hæreditatem dotis matrimonialis, niſi juraverit ante mortem ejus; verum ſi ſine juramento mortua fuerit, perdidit dotem ſuam matrimonialem, & tum hæredes mariti tenentur ſepelire eam.

SURENHUSIUS. יורשי כתובתה חייבין בקבורתה *Hæredes dotis illius tenentur illam ſepelire*, hinc conſequitur, quod, ſi mortua fuerit & non juraverit ſuper dote ſua, jam hæredes ipſius non exigunt dotem, ſed mariti hæredibus incumbit funus curare, ita Bartenora, eodemque ſenſu Maimonides in commentario ad Miſnam. Verum in Hilchot Iſchot hoc ſenſu rem conficit; ſi mortua fuerit vidua, hæredes mariti tenentur illius funus curare, & ſi jusjurandum viduarum ſolemne juraverit, & deinde mortua fuerit, hæredes ipſius dotem lege adeunt, curatis iis quæ ad ſepulturam ſpectant, non ii qui viri bona hæreditate adeunt. Quicquid autem vidua manu & opera quæritat, id ad mariti hæredes pertinet. Si vero mariti hæres dixerit marito, accipe tuum pro victu laborem, non audiendus eſt; ſed uxori illud expetenti concedi debeat. Videſis animadverſiones R. Abrahami fil. Davidis in hunc locum. Porro de viduæ alimentis poſt mariti mortem adjungit, quod illa ex hæredum bonis ali debeat, quamdiu vidua vixerit, uſquedum dos ipſius nuptialis ei obtigerit; ſi vero eam per Synedrium exegerit, non cedit ei alimentum. Sic etiam, ſi totam vendiderit dotem, vel oppigneraverit, vel alteri obligaverit, atque ita ei dixerit, tuum inde repetes debitum, nihil ipſi ab hæredibus ſuppeditatur. Et quum hæc ad ſpectatum ſynedrium, vel alias dixerit, vivo, vel mortuo marito, nihil refert. Cæterum ſi dotis partem duntaxat vendiderit, cedit ipſi alimentum, niſi donec viro alteri deſponſa fuerit, ex quo alimenti jacturam fecerit.

ב אלמנה בין מן האירוסין בין מן הנשואין מוכרת שלא בבית דין רבי שמעון אומר מן הנשואין מוכרת שלא בבית דין מן האירוסין לא תמכור אלא בבית דין מפני שאין לה מזונות וכל שאין לה מזונות לא תמכור אלא בבית דין :

2. Vidua ſive è deſponſationibus ſive è conſecrationibus nuptiarum, vendat ſine Domo Judicii. R. Schimeon dicit, è conſecrationibus nuptiarum vendat ſine Domo Judicii, è deſponſationibus ne vendat niſi cum Domo Judicii, quia illi non eſt alimonia, omnis vero cui non eſt alimonia, ne vendat niſi annuente Domo Judicii.

R. OB. DE BARTENORA.

בין מן האירוסין *Sive ex deſponſationibus*, quando illi non eſt alimonia, & vendit ad exigendum dotem matrimonialem ſuam: בין מן הנשואין *ſive ex conſecrationibus nuptiarum*, quando venit ad alimoniam comparandam. מוכרת שלא בבית דין *vendat ſine Domo Judicii*, ſenſus eſt, ſine tribus Sapientibus præſentibus, ſed omnino neceſſarium eſt ut vendat præſentibus tribus hominibus qui æſtimationis agrorum periti ſint. רבי שמעון אומר מן הנשואין *R. Schimeon dicit, è conſecrationibus nuptiarum*, quando illa vendit ad alimoniam comparandam. מוכרת בבית דין *vendit ſine Domo Judicii*, quia tam diu expectare non poteſt ut fame affligatur antequam rei ipſius operam det Domus Judicii, ſed è deſponſationibus, quando non vendit niſi ad dotem ſuam matrimonialem comparandam, ne vendat niſi cum Domo Judicii; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא בבית דין *Sine Domo Judicii*, id eſt, ſine tribus Sapientibus præſentibus, ſed tribus idiotis præſentibus vendere poteſt, ſub ea conditione ut ſint homines qui noſcunt pretium agrorum quos vendiderit. Neceſſe eſt ut ſcias, viduam etiam ali bonis mobilibus, etſi non ſint in poteſtate ejus; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ג מכרה כתובתה או מקצתה משכנה כתובתה או מקצתה נתנה כתובתה לאחר או מקצתה לא תמכור את השאר אלא בבית דין וחכ"א מוכרת היא אפילו ארבעה וחמשה פעמים ומוכרת למזוני שלא בבית דין וכותבת למזונות מכרתי וגרושה לא תמכור אלא בבית דין :

3. Si vendiderit dotem ſuam matrimonialem, aut partem illius; ſi oppignerata fuerit dos illius matrimonialis, aut pars ejus; ſi dotem ſuam matrimonialem, aut partem ejus dono dederit alii, non vendet reſiduum niſi per Domum Judicii. Sapientes dicunt, vendet illa, etiam quater & quinquies, & vendet in alimoniam ſine Domo Judicii, & ſcribet, *vendidi in alimoniam.* Repudiata vero non vendet niſi per Domum Judicii.

R. OB. DE BARTENORA.

מכרה כתובתה *Si vendiderit dotem ſuam matrimonialem*, centum Zuzarum, aut ducentarum; לא תמכור את השאר *non vendet reſiduum*, additamentum non vendet niſi cum Domo Judicii. Noſtra vero Miſna eſt juxta R. Schimeonem, qui dicit, quod non vendet ſine Domo Judicii, niſi in alimoniam, & huic, quia exegit partem dotis matrimonialis, non eſt alimonia. Sapientes dicunt quod vendit ad exigendum dotem ſuam matrimonialem etiam diverſis temporibus; nihilominus medio tempore vendere poteſt in alimoniam, nam alimoniam ſuam non perdidit & dotis matrimonialis partem exegit. וכותבת *& ſcribet*, in libello venditionis ſcribet, *vendidi in alimoniam.* וגרושה לא תמכור אלא בבית דין *& repudiata non vendet niſi cum Domo Judicii*, ad exigendum dotem matrimonialem ſuam, nam ratio, ob quam Sapientes dixerunt quod vidua ſive è deſponſatione, ſive è conſecratione nuptiarum vendet ſine Domo Judicii, eſt, quia nemo facile patitur ut uxor ejus contemnatur quando ſe Do-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus id quod Sapientes dixerunt שלא בבית דין *ſine Domo Judicii*, notare quod tres viri Sapientes debent adeſſe. Præterea dictum eſt quod illa agros mariti vendere poteſt præſentibus tribus idiotis, ad alimoniam, & ad exigendum ſummam principalem dotis matrimonialis, etſi exigua tantum pars illi relicta fuerit de dote matrimoniali. Et ſcito quod deciſio juris eſt, ut vendat ſine Domo Judicii, & juret; ſed non eſt neceſſe ut hoc publicet, nimirum, ut illa juret jusjurandum Legis quod maritus non reliquit illi alimoniam; deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum.

Domum Judicii confert, hanc autem, quia repudiata eſt, non curat ille; deciſio eſt ſecundum Sapientes, ut uxor vendat tam ad exigendum dotem ſuam matrimonialem, quam ad alimoniam comparandam ſine tribus Sapientibus præſentibus. Et quamvis uxor recepiſſet partem dotis matrimonialis ſuæ, vendit tamen ad alimoniam comparandam donec totam ſuam dotem matrimonialem exegerit. Quando autem vendiderit ſive ad dotem matrimonialem exigendam, ſive ad alimoniam comparandam, tenetur jurare, ſed non tenetur rem publicare.

ד אלמנה שהיתה כתובתה מאתים ומכרה שוה מנה במאתים או שוה מאתים במנה נתקבלה כתובתה היתה כתובתה מנה ומכרה שוה מנה ודינר במנה מכרה בטל אפילו היא אומרת אחזיר דינר ליורשים מכרה בטל רבן שמעון בן גמליאל אומר לעולם מכרה קיים עד שתהא שם כדי שתשייר בשדה בת תשעה קבין ובגינה בת חצי קב וכדברי רבי עקיבא בית רובע היתה כתובתה ארבע מאות זוז ומכרה לזה במנה ולזה במנה ולאחרון יפה מנה ודינר במנה של אחרון בטל ושל כולם מכרן קיים :

4. Si viduæ dos matrimonialis fecerit ducentas (Zuzas,) & vendiderit pretium centum is, ducentis, aut pretium ducentarum, centum, accepit dotem ſuam matrimonialem. Si dos matrimonialis fecerit centum, & vendiderit pretium centum & denarium, centenis, venditio ejus irrita eſt, etſi illa dixerit, reſtituam denarium hæredibus, venditio tamen ejus irrita eſt. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſemper rata eſt venditio ejus, donec fuerit illic menſura in agro novem Caborum, & in horto locus dimidii Cabi; ſed juxta verba R. Akibæ, in loco quartæ partis Cabi. Si dos ejus matrimonialis confecerit quadringentas Zuzas, & vendiderit uni centum, & alteri centum, & ultimo pretium centum & denarii, centenis; (venditio) ultimæ irrita eſt, ſed omnium reliquorum (venditio) rata eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שוה מאתים במנה נתקבלה כתובתה *Pretium ducentarum pro centum, exegit dotem ſuam matrimonialem*, nam dicimus illi, tu perdidiſti; & ſi vendiderit valorem centum, ducentis, & illa lucrata fuerit, non poterit dicere, ego lucrata ſum, nam is qui mittit miniſtrum ſuum in forum ut emat quicquam vili pretio, vel lucretur, id omne pro poſſeſſore nummorum eſt. Sed dehinc non facimus concluſionem niſi in rebus quibus non ſtatutum eſt certum pretium, uti ſunt agri qui æſtimatione venduntur pluris & minoris; ſed de rebus quibus certum pretium ſtatutum eſt, ſi miniſter eas emerit minoris, non conſtat nobis quomodo erit jus earum; verumtamen videmus quod doctores de hoc diſputant, & deciſio, juxta id quod apparet, eſt, quod miniſtro & ei qui miſerit illum, diſtribuunt lucrum. מכרה בטל *venditio ejus irrita eſt*, quia uxori non eſt poteſtas vendendi denarium illum, hinc fiet ut tota venditio fiat irrita, quia una vice facta eſt. לעולם מכרה קיים *ſemper rata eſt venditio ejus*, & illa reſtituet denarium hæredibus, nam illa nihil damni illis intulit, niſi donec in deceptione fuerit quantitas, ut, ſi non fuerit deceptio, relinqueretur agri ſpatium novem Caborum, quæ eſt quantitas agri; in horto autem ſpatium dimidii Cabi, quod eſt horti quantitas; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod, ſi vendiderit agrum minoris quam valebat, ita ut, ſi nos eam recipiamus & id certo valore, de campo remaneat portio aliqua, cujus menſura continet ſpatium novem Caborum.

ובגנה *Et in horto*, ſi hortus venditus fuerit, & reliquus fuerit medius Cabus, venditio erit irrita. Jam expoſuimus in libro Seminum multis in locis, quod Satum conficit ſex Cabos, & quod menſura ſpatii Sati facit duo millia & quinquaginta cubitorum. In Geometria autem ſpatium Cabi facit quadringentos & ſeptemdecim cubitos tertia parte excepta. בית רבע *ſpatium quartæ partis*, ſcilicet quartæ partis Cabi; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ה שום הדיינים שפיחתו שתות או הוסיפו שתות מכרן בטל רבן שמעון בן גמליאל אומר מכרן קיים אם כן מה כח בית דין יפה אבל אם עשו אגרת בקרת אפילו מכרו שוה מנה במאתים או שוה מאתים במנה מכרן קיים :

5. *Æſtimatione* judicum, qua diminuerint ſextam partem, aut addiderint ſextam partem, venditio eorum eſt irrita. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, venditio eorum rata eſt; ſi ita ſe res habet, quomodo vis Domus Judicii major eſt? Cæterum ſi ſcriptum indictionis fecerint inter ſe, etſi vendiderint valorem centum, ducentis, aut valorem ducentarum, centum, venditio earum rata eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אגרת בקרת *Scriptum indictionis*, de auctione publica, nam mediante hoc ſcripto indictivo homines inquirunt de agro; & in hoc concedit primus doctor Rabban Schimeoni filio Gamalielis; deciſio eſt juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אגרת בקרת *Scriptum inquiſitionis*, in quo continetur æſtimatio & publica indictio, nam hoc modo omni ope de pretio inquirunt, & hæc ſunt verba primi doctoris, juxta quem deciſio eſt.

ו הממאנת השניה והאילונית אין להן כתובה ולא פירות ולא מזונות ולא בלאות ואם מתחלה נשאה לשם אילונית יש לה כתובה אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל

6. Si quæ renuerit virum, vel ſecundaria, vel ſterilis, illis non cedit dos matrimonialis, nec fructus, nec alimonia, nec veteramenta. At ſi ab initio nupſerit in nomine ſterilis, cedit illi dos matrimonialis. Viduæ cum pontifici maximo nuptæ, repudiatæ, & ei quæ calceum exuit & dein ſacerdoti

לישראל בת ישראל לנתין ולממזר יש לה כתובה :

doti ordinario nupſit, ſpuriæ, & Netinææ nuptæ Iſraëlitæ, filiæ Iſraëlis nuptæ Netinæo, & ſpurio, cedit dos matrimonialis.

R. OB. DE BARTENORA.

השניה *Secunda*, puta uxorem prohibitam propter inceſtum ſecundum, cujuſmodi vetita eſt in conjugium, ex decreto Sapientum. אין להן כתובה *non eſt illis dos matrimonialis*, centum aut ducentis Zuzis; *neque illi quæ renuerit*, quia illa ſponte ſua exit; *neque ſecundariæ*, quia Sapientes eam hac pœna mulctarunt, quia illa induxit illum in matrimonium, quoniam nihil perdit in matrimonio, eo quod non fit illegitima, & filius ejus legitimus eſt; *neque ſterili*, quia contractus matrimonialis fuit fraudulentus.

ולא פירות *Neque fructus*, neque fructus quos comedit maritus, educunt è poteſtate illius. ולא מזונות *neque alimenta*, ut ſi illa mutuo acceperit, & comederit cum adhuc erat ſub poteſtate mariti, ſed deindè recuſaverit conditionem nuptiarum, maritus non tenetur illi ſolvere, attamen tenetur ad alimoniam ejus quamdiu eſt ſub poteſtate ſua. Sed ſecundæ & ſterili non datur alimonia quamdiu ſunt ſub poteſtate mariti, & quanto magis ſi mutuo acceperint & comederint, maritus non tenetur ſolvere.

ולא בלאות *Neque veteramenta*, bona quæ omnino perdita & corrupta ſunt, tam de bonis uſuariis quam de bonis gregis ferrei, ea quæ renuerit matrimonii conditionem, non poterit bona educere è poteſtate mariti, ſed veteramenta quæ adhuc reſtant, ſemper auferre poteſt, ſive ea quæ renuerit, ſive ſecunda, ſive ſterilis. Imo etiamſi adulteraverit, non perdit veſtimenta ſua quæ adhuc reſtant. Sed ſecundariæ non cedunt veteramenta de bonis uſuariis, verum de bonis gregis ferrei. (quænam dicatur *Secundaria* videſis capite primo & ſecundo tractatus Jevammot.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hanc Miſnam jam explicuimus capite nono tractatus Jebhammot, & hic denuo eam explicemus ne quid reſtet dubii, explicando unum jus poſt aliud. Quorum primum eſt, quod uxor quæ renuerit maritum, & *ſecundaria* (quæ prohibita eſt propter inceſtum ex decreto Sapientum) & ſterilis quacum non coivit, non accipiunt dotem matrimonialem, id eſt, centum aut ducentas Zuzas, ſed incrementa dotis matrimonialis accipiunt.

. ולא פירות *Neque fructus*, id eſt, fructus quos comedit maritus non educunt è poteſtate ejus: ולא מזונות *neque alimenta*, de ea quæ maritum recuſaverit hoc intelligendum eſt, ſi maritus profectus fuerit ad civitatem transmaritimam, & illa mutuo acceperit & comederit, at poſtea recuſaverit, non tenetur ſolvere id quod illa comederit poſt deceſſum ſuum, ante denegationem & poſt denegationem matrimonii. Cæterum ſecundariam & ſterilem non tenetur alere, etſi adſit & illæ ſint ſub poteſtate ejus.

ולא בלאות *Neque veteramenta*, id eſt, de veteramentis quæ adhuc reſtant non eſt dubium quin educat ea, ſive ea quæ renuerit, ſive ſterilis, imo etſi adulteraverit ſub marito ſuo volens, perdidit bona, ſed non perdidit veteramenta ſua quæ adhuc reſtant; & hoc eſt quod dixerunt, *ſi adulteraverit, non perdidit veteramenta ſua quæ adhuc reſtant.* Verum differentia juris eſt quando veteramenta corrupta & perdita fuerint uſu diuturno, ſi eduxerit ea è poteſtata mariti, & dederit id quod valebant veteramenta, aut nihil. Quocunque in loco dictum fuerit יש לה בלאות *ſunt illi veteramenta*, ſenſus eſt, quod uxor educit è poteſtate mariti pretium veteramentorum; & ubi dictum fuerit, אין לה בלאות *non ſunt illi veteramenta*, ſenſus eſt, id quod perditum fuerit de bonis ejus, ſive de bonis uſuariis, ſive de bonis gregis ferrei, non habet veteramenta. *Secundariæ* non cedunt veteramenta de bonis uſuariis, ſed de bonis gregis ferrei. Et hoc jus eſt pœna pro Secundaria, quemadmodum diximus capite nono tractatus Jebhammot. Fundamentum nobis eſt de bonis uſuariis, quod deciſio juris eſt, quod, ſi adduxerit palliolum, fructus eſt, quo ſe tegit donec ſeneſcat. Propterea non tenetur homo ullo modo de veteramentis bonorum uſuariorum, & hic abſolvitur jus hujus caſus de Secunda, quod obſerves velim. Jus vero ſterilis eſt, quando maritus nondum cognoverat eam, ut de illa dicamus quod illi non cedunt veteramenta de bonis gregis ferrei, eo quod illa ſunt in poteſtate mariti, maritus autem non tenetur ſolvere omnia ea quæ de bonis illis perierint. Sed veteramenta illi cedunt de bonis uſuariis, quia ſunt in poteſtate ejus, quibus marito uti non licet niſi corrupta fuerint, & poſt conſecrationes nuptiarum perfectas. Verum ſi maritus cognoverit quod ſterilis erat, illius jus ſe habet ut jus aliarum mulierum. Sed viduam pontifici maximo nuptam quod attinet & reliquas de quibus dicit Miſna quod illis eſt dos matrimonialis, fructus, & alimenta, ac veteramenta, ſenſus eſt, quod illa è poteſtate mariti educet fructus quos ille comedit, tam de bonis gregis ferrei, quam de bonis uſuariis. Sic etiam alimonia cedit illi, poſtquam maritus mortuus fuerit, ſed illo vivente, coëgerunt eum ut repudiet eam, non dantes illi alimoniam, & veteramenta de bonis gregis ferrei, juxta jus omnium mulierum. Sed hæc omnia intelligenda ſunt quando ſciens duxerit eam, verum ſi inſciens eam duxerit, & non cognoverit ſterilitatem ejus niſi præterito deindè tempore, illius jus eſt ut jus ſterilis, ſi nondum eam cognoverit, quod ad dotem matrimonialem, veteramenta, alimenta, & fructus. Horum vero omnium jus de veteramentis eſt, quod dubium eſt an cedant illi, tam de bonis uſuariis quam de bonis gregis ferrei, quocunque modo nuptiæ perfectæ fuerint. Verum ſi veteramenta non fuerint in eſſentia, & nuptiæ perfectæ fuerint, & nullus defectus deprehenſus fuerit. Aut ſi fuerit ſecunda, ſive maritus ſciverit ſive non ſciverit, aut ſi fuerit vidua cum ſacerdote nupta, & reliquæ propter præceptum negativum prohibitæ, ſi cognoverit quod ejuſmodi erant, illarum jus æquale eſt, & cedunt illis veteramenta de bonis gregis ferrei, ſed non cedunt illis veteramenta de bonis uſuariis. Sed ei quæ renuerit matrimonium non cedunt veteramenta de bonis uſuariis, neque de bonis gregis ferrei. Sterilis autem, de qua non conſtabat marito qualis erat, ſic etiam viduæ pontifici maximo nuptæ, & omnium ex præcepto negativo prohibitarum de quibus non conſtabat quales erant, jus æquale eſt, & non cedunt illis veteramenta de bonis gregis ferrei, ſed de bonis uſuariis illis cedunt veteramenta, contrario planè modo quo res ſe habet cum Secundaria. Ratio autem quare ſecundariæ non cedit dos matrimonialis, etſi conſtiterit quod talis erat, & quod viduæ pontifici maximo nuptæ, & ſimilibus cedit dos matrimonialis, ſi conſtiterit prohibitio earum, eſt, quia ſecundaria prohibita eſt juxta Sapientes, illæ autem quæ prohibitæ ſunt ex præcepto negativo tales ſunt propter Legem. Cæterum verba Sapientum corroboratione indigent, verba vero Legis non indigent corroboratione.

פרק יב הנושא את האשה ופסקה עמו כדי שיזון את בתה חמש שנים חייב לזונה חמש שנים נשאת לאחר ופסקה עמו כדי שיזון את בתה חמש שנים חייב לזונה חמש שנים לא יאמר הראשון לכשתבא אצלי אזונה אלא מוליך לה מזונותיה למקום שהיא (ס"א) אמה וכן לא יאמרו שניהם הרי

Caput 12. Si quis duxerit uxorem, & convenerit cum ea ut alat filiam ejus quinque annos, tenetur eam alere quinque annos. Si nupſerit alii & convenerit cum eo ut alat filiam ejus quinque annos, tenetur eam alere quinque annos. Non dicet primus, quando veneris apud me, alam eam, ſed feret ad eam alimoniam ejus ad locum in quo ma-

הרי אנו זנין אותה כאחד אלא אחד זנה ואחד נותן לה דמי מזונות :

mater ejus eſt. Sic etiam non dicent ambo, nos alemus eam ſimul, ſed unus eam cibo alet, & alter dabit illi nummos alimoniæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ופסקה עמו *Et illa convenerit cum eo*, ſcripto & acquiſitione, aut ſi dixerit teſtibus, vos mei eritis teſtes quod ego in me ſuſcipio alere filiam ejus quam ſuſtulit ex alio marito. לכשתבא אצלי *quando veneris ad me*, id eſt, ſi ego duxiſſem matrem ejus, aluiſſem eam. מוליך לה מזונותיה למקום שאמה שם *adferet ad eam alimoniam ejus ad locum ubi mater ejus eſt*, quia fundamentum nobis eſt, quod filia ſit cum matre, ſive adulta ſive parvula fuerit, quamdiu mater voluerit; filius autem cum matre eſt ſex annos, & pater tenetur eum alere, & cum matre ſua eſt, ſi illa voluerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod filia eſt apud matrem, ſive fuerit parvula, ſive adulta; & hoc ita accipiendum eſt, ſi mater voluerit, at ſi mater noluerit eam alere, non cogunt eam ad hoc, niſi pater ab illa moleſtia afficiatur, & cum ea conditione quod illa jam ablactata eſt; ſic etiam, ſi non cognoverit matrem ejus; propterea non cogunt eam ad lactandum filiam. Sed quando infans cognoverit matrem ſuam, ſive fuerit maſculus ſive fœmina, mater neceſſario eum lactabit, donec ablactatus fuerit. Matri autem licet eligere filiam, & patri eligere filium poſt ſex annos, ſi voluerit eam relinquere cum matre, dederitque illi alimoniam, & uxor annuerit; at ſi ille voluerit, poterit illi dicere, non dabo ipſi alimoniam. Jam expoſuimus ſuperius, quod pater non tenetur ad alimoniam filiorum niſi ad ſextum uſque annum. Quod autem imponimus marito matris alimoniam filiæ ejus, ideo fit, quia ad hoc ſe obſtrinxit ex conditione contractus nuptialis; aut ſi dixerit teſtibus, vos eſtis teſtes mei quod ego in me recipio ad alendum filiam ejus; aut ſi dixerit, ego in me recipio cum ſcripto ad ſuſtentandum filiam ejus. Similiter, quicunque ſe obſtrinxerit ad aliquam rem quam non debet, eo quo diximus modo, tenetur ad illam. Cæterum ſi id fiat cum acquiſitione & ſcripto, non dubium eſt quin teneatur.

ב נישאת הבעל נותן לה דמי מזונות והן נותנין לה דמי מזונות מתו בנותיהן נזונות מנכסים בני חורין והיא נזונת מנכסים משועבדים מפני שהיא כבעלת חוב הפקחים היו כותבין על מנת שאזון את בתך חמש שנים כל זמן שאת עמי :

2. Si nupſerit, maritus illi dabit nummos alimoniæ, & illi dant ei nummos alimoniæ. Si illi mortui fuerint, filiæ eorum aluntur è bonis liberorum, & illa alitur è bonis ſervilibus, quia illa eſt inſtar creditoris. Sapientes ſcribebant, *ea conditione ut alam filiam tuam quinque annos, quamdiu mecum fueris.*

R. OB. DE BARTENORA.

בנותיהן נזונות מנכסים בני חורין *Filiæ eorum aluntur è bonis hominum liberorum*, non è bonis ſervorum, nam non educunt quicquam in alimoniam uxoris & filiarum è bonis ſervilibus, propter generalem conſtitutionem, eo quod emtores neſciunt quantum alimonia conficit, ut præmoneri poſſint ad relinquendum illi locum exigendi. והיא נזונת *&* *illa aletur*, ſcil. filia illa. שהיא כב״ח *quia illa ſimilis eſt creditori*, quia libellum debitæ alimoniæ habet ſuper bonis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & fundamenta jam diximus, nimirum, quod alimonia uxoris & filiarum eſt è bonis hominum liberorum, ſed non educunt quicquam è poteſtate emtorum. נכסים משועבדים *bona ſervilia*, ſunt ejuſmodi quæ egrediuntur è poteſtate unius & perveniunt ſub ſervitutem alius.

ג אלמנה שאמרה אי אפשי לזוז מבית בעלי אין היורשין יכולין לומר לה לכי לבית אביך ואנו זנין אותך אלא זנין אותה בבית בעלה ונותנין לה מדור לפי כבודה אמרה אי אפשי לזוז מבית אבא יכולים היורשים לומר לה אם את אצלנו יש ליך מזונות ואם אין את אצלנו אין ליך מזונות אם היתה טוענת מפני שהיא ילדה והן ילדים זנין אותה והיא בבית אביה :

3. Viduæ, quæ dixerit, *nolo me abſtrahere à domo conjugis mei*, non poſſunt dicere hæredes, *ito domum patris tui, & nos alemus te*, ſed alunt eam in domicilio mariti ſui, & dant illi habitationem pro honore ſuo. Si dixerit, *nolo me abſtrahere à domo patris mei*, hæredes illi poſſunt dicere, ſi eſſes nobiſcum, eſſet tibi alimentum, & cum non ſis nobiſcum, non eſt tibi alimentum. Si illa pertenderit, quod eſt minor natu, & illi minores natu, alunt eam domi patris ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין לה מדור לפי כבודה *Concedunt illi habitationem pro honore ſuo*, etiam vaſa miniſterii, ſervos, & ſervas, quibus utebatur vivente marito. Et ſi domus ceciderit, non tenentur illi ædificare aliam, quia conditio dotis matrimonialis eſt את תהא יתבא בביתי *tu moraberis domi meæ*, & quamvis illa voluerit denuo eam ædificare è bonis ſuis, non poterit illud facere. אם את אצלינו יש לך מזונות *ſi tu eſſes nobiſcum, eſſet tibi alimentum*, quoniam impenſæ minores ſunt in ſodalitio, quando plures adſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נותנין לה מדור לפי כבודה *Dant illi habitationem juxta honorem ſuum*, ſic etiam relinquunt illi vaſa, veſtimenta, quibus utebatur & miniſtrabat, etſi ſerica & aurea fuerint. Sic etiam, ſervos & ſervas non auferunt illi, quod tibi jam expoſui eſſe unam è conditionibus dotis matrimonialis. Et ſi domus ceciderit in qua illa degebat, perdidit poſſeſſionem bonorum omnium, quia conditio eſt, *tu moraberis domi meæ*, & non liberum eſt illi denuo ædificare de bonis ſuis, neque illinere eam. Noſti autem, quod, quando multi junctim convivium habent, unus alterum juvat, unde fit ut convivium minoris conſtet; propterea illi poſſunt dicere, ſi nobiſcum eſſes, eſſet tibi alimentum, & ſi nobiſcum non ſis, non eſt tibi alimentum; at ſi illa contenta fuerit portione quæ illi cedebat quando cum illis erat in ſodalitio, ecce illa ſine dubio eam aufert.

ד כל זמן שהיא בבית אביה גובה כתובתה לעולם

4. Quamdiu illa fuerit in domicilio patris ſui, exi-

לעולם כל זמן שהיא בבית בעלה גובה כתובתה
עד עשרים וחמש שנים שיש בעשרים וחמש שנים
שתעשה טובה כנגד כתובתה דברי רבי מאיר
שאמר משום רבן שמעון בן גמליאל וחכמים
אומרים כל זמן שהיא בבית בעלה גובה כתובתה
לעולם כל זמן שהיא בבית אביה גובה כתובתה
עד עשרים וחמש שנים מתה יורשיה מזכירין (ס"א)
כתובתה עד עשרים וחמש שנים :

exigit dotem ſuam matrimonialem ſemper; quamdiu illa fuerit in domicilio mariti, exigit dotem ſuam matrimonialem uſque ad viginti quinque annos, quia viginti quinque annos aliis boni tantum præſtitit, quantum dos ejus matrimonialis facit, ſunt verba R. Meyri, qui dixit in nomine Rabban Schimeonis filii Gamalielis. Sapientes vero dicunt, quamdiu fuerit in domicilio mariti, exigit dotem ſuam matrimonialem ſemper; quamdiu fuerit in domicilio patris ſui, exigit dotem ſuam matrimonialem uſque ad viginti quinque annos. Si illa mortua fuerit, hæredes illius mentionem faciunt de dote ejus matrimoniali uſque ad viginti quinque annos.

R. OB. DE BARTENORA.

כל זמן שהיא בבית אביה *Quamdiu illa fuerit in domicilio patris ſui*, & hæredes illic aluerint eam, exigere poteſt dotem ſuam matrimonialem quando voluerit. שתעשה טובה *quia aliis bonum præſtitit*, è bonis pupillorum, præbens panem & ſal vicinis ſuis quantum dos ejus matrimonialis conficit. Sapientes dicunt, quod viginti quinque anni non dicti ſunt ad perdendum dotem matrimonialem, propter bonum illud quod effecit è bonis pupillorum. Sed hi anni commemorantur propter caſum donationis, nam quandoquidem tacuerit & non petierit per omnes illos annos, donavit eam; & propterea, quamdiu fuerit in domicilio ſui mariti, ſilentium ejus non donat, nam quia eam honore afficiunt, timet exigere dotem ſuam matrimonialem. Verum ſi in domicilio patris fuerit, & viginti quinque annos tacuerit, donavit dotem matrimonialem. מתה יורשיה מזכירין כתובתה *ſi mortua fuerit, hæredes ejus faciunt mentionem de dote ejus matrimoniali*, id eſt, debent dotem ejus matrimonialem petere intra viginti quinque annos. Et hoc ita accipiendum eſt ſi illa ſuper dote ſua matrimoniali juraverit antequam mortua fuerit, quod tum hæredes ejus poſſunt petere dotem ejus matrimonialem. Verum ſi non juraverit ſuper dote ſua matrimoniali, non adeunt hæreditatem dotis matrimonialis hæredes illius, quia homo filios ſuos non inſtituit hæredes jurisjurandi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non eſt controverſia inter illos ſi contractus matrimonialis exierit è poteſtate ejus, quia exigit dotem ſuam matrimonialem in quocunque loco fuerit. Sed controverſia inter illos eſt, quando non fuerit contractus matrimonialis conſcriptus, & illa petierit centum aut ducentas Zuzas. Sapientes dicunt, quod, ſi illa fuerit in domicilio mariti, ſemper exigit, quia ſiluerat de petitione illius, & erubuerat, eo quod alebatur cum illis. Cæterum ſi fuerit in domicilio patris, & tamdiu ſiluerit, indicium eſt quod dotem ſuam matrimonialem dono dedit. Jam expoſuimus quod hæredibus non cedit dos matrimonialis, quocunque modo id fiat, ſi illa non juraverit ante mortem ſuam; deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק יג שני דייני גזירות (נ"א גזלות) היו
בירושלם אדמון וחנן בן אבישלום חנן אומר שני
דברים אדמון אומר שבעה מי שהלך למדינת
הים ואשתו תובעת מזונות חנן אומר תשבע בסוף
ולא תשבע בתחלה נחלקו עליו בני כהנים גדולים
אמרו תשבע בתחלה ובסוף אמר רבי דוסא בן
הרכינס כדבריהם אמר רבי יוחנן בן זכאי יפה
אמר חנן לא תשבע אלא בסוף :

Caput 13. Duo judices ſententiarum erant Jeruſolymis, Admon & Chanen filius Abiſalomi; Chanen dicebat duas cauſas, Admon vero ſeptem. Si quis profectus fuerit ad civitatem transmarinam, & uxor ejus petierit alimoniam, Chanen dicebat, *jurabit in fine, ſed non jurabit in principio*. Oppoſuerunt ſe illi filii pontificum maximorum, & dixerunt, jurabit in principio & in fine. Dixit R. Doſa filius Archinæ ad verba eorum. Dixit Rabban Jochanan filius Zachæi, bene dixit Chanen, non jurabit niſi in fine.

R. OB. DE BARTENORA.

שני דייני גזלות *Duo judices furti*, qui ſententiam pronunciabant prædonibus, eoſque pœna afficiebant. שני דברים *duas cauſas*, quas Sapientes non conceſſerunt illi. תשבע בסוף *jurabit in fine*, quando innotuerit maritum eſſe mortuum, & illa venerit exactum dotem matrimonialem ſuam, jurabit quod nihil ex illis quæ ad maritum pertinent, ſubtraxerit.

ולא תשבע בתחלה *& non jurabit in principio*, quando alimoniam exigit. Maimon exponit illud תשבע בסוף *jurabit in fine*, quando maritus ejus venerit, eamque falſitatis coarguerit, dicens, ego reliqui tibi alimenta tua, tum uxor jurabit quod nihil ipſi reliquit. *Dixit Rabban Jochanan filius Zachæi &c.* deciſio pronunciatur juxta ipſum. Cæterum poſt deceſſum mariti tribus menſibus præterlapſis uxori dant alimoniam, ſi petierit eam, ſed non ante id tempus, quia certum eſt neminem domum ſuam relicturum vacuam, & ita abiturum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תשבע בתחלה *Jurabit in principio*, Domus Judicii imponit illi jusjurandum Legis, & ſtatim illi decernit alimoniam. ובסוף *& in fine*, quando maritus uxori dixerit fallaciter, *ego reliqui tibi alimoniam*, aut, *nihil opus habebas*, & ſimilia; deciſio eſt juxta Rabban Jochananem filium Zachæi. Scitu neceſſarium eſt tibi, quod maritus uxori ſuæ dicere poteſt, *accipito opus manuum tuarum pro alimonia tua, quamdiu ego abfuero*, & tum illi non cedit alimonia. Et hoc intelligendum eſt quando non eſt cum illa maritus, at quando cum illa eſt maritus, hoc dicere nequit. Uxor autem dicere poteſt, quamdiu volueris non ales me, neque operabor pro te. Cæterum non inſtituerunt alimoniam uxori quando maritus fuerit abſens, niſi tribus menſibus præterlapſis poſtquam profectus fuerit, quia ille non relinquet domum ſuam vacuam. Sin autem uxor petierit alimoniam à marito, & ille reſponderit, ego reliqui tibi alimoniam, & illa exceperit dicens, nihil mihi reliquiſti, & ille voluerit dimittere eam, maritus jurabit jusjurandum ex decreto Sapientum, quod uxori reliquit alimoniam.

ב מי שהלך למדינת הים ועמד אחד ופרנס את אשתו חנן אומר איבד מעותיו נחלקו עליו בני כהנים גדולים ואמרו ישבע כמה הוציא ויטול אמר רבי דוסא בן הרכינס כדבריהם אמר רבן יוחנן בן זכאי יפה אמר חנן הניח מעותיו על קרן הצבי :

2. Si quis profectus fuerit ad civitatem tranſmaritimam, & unus venerit & aluerit uxorem ejus, Chanen dicit, perdiderit pecuniam ſuam. Oppoſuerunt ſe filii pontificum maximorum, & dixerunt, jurabit quantum expendit, & recipiet. Dixit R. Doſa filius Archinæ ad verba eorum. Dixit Rabban Jochanan filius Zachæi, benè dixit Chanen, poſuit nummos ſuper cornu cervi.

R. OB. DE BARTENORA.

איבד את מעותיו *Perdidit nummos ſuos*, quia illa dicet, non dixi tibi, da mihi mutuo, ego ſolvam tibi. Sed ſi nummos mutuo dederit uxori in alimoniam ſub ea conditione ut illa ſolvat, ille repetere eos poteſt ab illa, illa autem eos repetere nequit à marito ut ſolvat. Si maritus dixerit, ego reliqui illi alimenta, & illa dixerit quod non reliquit, maritus jurabit jusjurandum ex decreto Sapientum, & liberabit ſe; nummi vero erunt debitum uxoris, ſi vidua facta fuerit, aut repudiata fuerit; hujus Miſnæ deciſio quoque eſt juxta Rabban Jochanan filium Zachæi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si uxor mutuo petierit & comederit, omnium conſenſu non perdidit nummos ſuos is qui ei mutuo dederit, & ſi maritus confeſſus fuerit quod illi non reliquerit alimoniam, ecce ipſe ſolvet. At ſi negaverit, jurabit, uti diximus, & debitum relinquetur uxori; deciſio eſt juxta Rabban Jochanan filium Zachæi.

SURENHUSIUS. Si quis peregrè profectus fuerit, & interim alius quiſpiam uxorem ipſius ſponte ſuſtentaverit, perinde eſt ac ſi nummos cornu cervi impoſuiſſet, quorum nulla eſt recuperatio, dicente Rabban Jochanan filio Zachæi; idcirco Maimonides in Hilchot Iſchot ſcribit, ſi quis ſua ipſius voluntate cujuſpiam abſentis uxorem alat de ſuo, maritus redux non obligatur iſti ſolvere, quia iſte ſponte jacturam fecit, quia à marito non præceptum eſt ipſi uxorem alere, neque uxor quicquam ab ipſo utendum accepit. Porro ſi illius qui peregrè profectus ſit uxor ad Synedrium venerit atque alimentum petierit, nihil ipſi alimenti conceditur per tres abſentis mariti priores menſes, quia non exiſtimandum eſt quenquam abeuntem domum ſuam relinquere vacuam; verum illis præterlapſis menſibus ipſi alimentum decernitur. Si bona quædam reliquerit, ſenatus in ea invadit, & ad uxoris alimentum divendit, & eorum a judicibus non repoſcitur ratio ab opere manuum ipſius, niſi uſque dum redierit maritus, qui id ſibi habeat ſi uxor ipſius quicquam effecerit. Sic etiam, ſi illa non ad ſenatum ſe contulerit, ſed ſponte ſua mariti bona vendiderit, venditio tamen ipſius rata eſt; & non requiritur ut venditionem ubique indicet, neque ut juret, niſi donec maritus redux in uxorem actionem inſtituerit, aut donec uxor dotem nuptialem poſt mariti obitum exegerit, tum illam eo adducunt ut juret quod nihil vendidit præterquam ad neceſſaria vitæ duntaxat comparanda. Et ſicuti ſenatus bona in alimentum uxoris vendit, ſic etiam in filiorum filiarumque alimentum vendere poteſt, quando liberi ſex annos & infra nati ſint; ſed ultra ſex annos non aluntur è parentis abſentis bonis quantumvis æſtimatis. Pariter, ſi quis mente captus ſit, hujus quoque Senatus divendit bona in uxoris liberorumque ſex annos & infra natorum alimoniam.

ג אדמון אומר שבעה מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסים מרובין הבנים יורשין והבנות נזונות ובנכסים מועטים הבנות יזונו והבנים יחזרו על הפתחים אדמון אומר בשביל שאני זכר הפסדתי אמר רבן גמליאל רואה אני את דברי אדמון :

3. Admon dicit ſeptem, ſi quis mortuus fuerit & reliquerit filios & filias, quando bona fuerint multa, filii hæreditatem adeunt, & filiæ aluntur. Quando bona fuerint exigua, filiæ aluntur, & filii mendicabunt. Admon dicit, an quia mas ſum, perdidi? Dixit Rabban Gamaliel, placent mihi verba Admonis.

R. OB. DE BARTENORA.

נכסים מועטים *Bona exigua*, ſunt ea quæ non ſufficiunt in alimoniam marium & fœminarum per duodecim menſes. בשביל שאני זכר הפסדתי *an eo quod mas ſum, perdidi?* id eſt, an quia mas ſum & ad me pertinet hæreditas, & cum bona multa ſunt, perdidi ideo bona exigua? deciſio non eſt ſecundum Admon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quantitas נכסים מרובים *bonorum multorum eſt*, quæ ſufficit in alimoniam omnium filiorum & filiarum, donec filiæ factæ fuerint בגרות *pubeſcentes*; ſin minora fuerint bona, vocantur נכסים מועטים *bona exigua.* Admon dicit, quod mas non debet eſſe minor fœmina, & quod ali debet una cum filiabus è bonis exiguis; deciſio non eſt juxta Admon.

ד הטוען את חבירו כדי שמן והודה בקנקנים אדמון אומר הואיל והודה במקצת הטענה ישבע וחכמים אומרים אין זו הודאה ממין הטענה אמר רבן גמליאל רואה אני את דברי אדמון :

4. Si quis petierit à proximo ſuo dolia olei, & confeſſus fuerit de cantharis, Admon dicit, quandoquidem confeſſus eſt de parte petitionis, jurabit. Sapientes dicunt, hæc non eſt confeſſio ex ſpecie petitionis. Dixit Rabban Gamaliel, arrident mihi verba Admonis.

R. OB. DE BARTENORA.

והודה בקנקנים *Et confeſſus fuerit de cantharis*, vaſis ſine oleo, ut, ſi dixerit proximo ſuo, decem dolia olei ſunt mihi apud te; dicit Admon quod in illa petitione continetur oleum & dolia, & quod, ſi confeſſus fuerit de doliis vacuis, ſit confeſſio ex parte, & quod tenetur ad jusjurandum Legis. Sapientes dicunt, quod hæc petitio intelligatur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eſt unum ex fundamentis Legis noſtræ, eum, à quo petierint mobilia, ſi confeſſus fuerit ex parte illius quod petierint ab ipſo, & ex parte negaverit, teneri ad jusjurandum Legis ſuper ea parte quam negavit, & hoc eſt quod dicit, *ſi confeſſus fuerit ex parte.* Verum ſi negaverit omnia & nihil confeſſus fuerit, aut ſi confeſſus fuerit de alia re quæ non

gatur de ipſo oleo & non de decem doliis. Quando autem confeſſus fuerit de doliis vacuis, tamen non confeſſus eſt de eo quod petit ab illo, & illud de quo confeſſus eſt, non petiit ab illo; ergo neque hic eſt confeſſio ex parte ſpeciei illius, neque tenetur ad jusjurandum; deciſio eſt juxta Admonem.

non fuerit ex ſpecie illius quam poſtulat, exempli gratia, ſi Ruben petierit à Schimeone decem menſuras tritici, & Schimeon illi dixerit, non eſt tibi apud me quicquam præter veſtimenta, aut tot menſuras hordei aut fabarum, hic liber eſt, id eſt, liber à jurejurando Legis, ſed jurabit josjurandum Sapientum. Et hæc ſunt fundamenta de quibus non eſt dubium, & eorum jura & ſequelæ exponentur ſuo loco.

Et juxta hæc fundamenta, ſi Ruben petierit à Schimeone, & dixerit, mihi ſunt apud te decem dolia olei, & Schimeon reſponderit illi, non ſunt tibi decem dolia ſine oleo apud me, ecce hic liber eſt etiam juxta ſententiam Admonis, quia petiit ab ipſo oleum, ſed confeſſus eſt de doliis, non confeſſus eſt id quod petit ab illo, & id quod confeſſus eſt non petiit. Sed controverſia inter illos eſt, an illa verba petitionis fuerint Rubenis, decem dolia olei ſunt mihi apud te. Admon dicit quod ſenſus poſtulationis eſt de oleo & vaſis, & confeſſio ejus de vaſis eſt confeſſio ex parte. Sapientes dicunt, quod ex illis verbis tantum intelligitur oleum; deciſio eſt juxta Admonem.

ה הפוסק מעות לחתנו ופשט לו את הרגל תשב עד שילבין ראשה אדמון אומר יכולה היא שתאמר אילו אני פסקתי לעצמי אשב עד שילבין ראשי עכשיו שאבא פסק עלי מה אני יכולה לעשות או כנוס או פטור אמר רבן גמליאל רואה אני את דברי אדמון :

5. Si quis promiſerit nummos ſocero ſuo, & extenderit illi pedem, filia ſolitarie deget donec caneſcat caput ejus. Admon dicit, illa dicere poteſt, ſi ego ipſe tibi promiſiſſem, ſolitarie degam donec caput meum caneſcat, jam autem cum pater meus promiſerit pro me, quid ego poſſum facere? duc aut libera me. Dixit Rabban Gamaliel, arrident mihi verba Admonis.

R. OB. DE BARTENORA.

ופשט לו את הרגל *Et extenderit illi pedem*, modo contemptus, dicendo, cape lutum & pulverem quod eſt ſub pede meo; aliter, ſuſpende me pede meo ad arborem, nam non eſt mihi quod tibi dem. עד שילבין ראשה *donec canuerit caput ejus*, donec ſenuerit, ſed non cogunt eum, neque ad ducendum, neque ad liberandum eam divortio; deciſio eſt juxta ſententiam Admonis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ופשט לו את הרגל *Et extenderit illi pedem*, ſenſus eſt, quod longe abfuerit. עד שילבין ראשה *donec canuerit caput ejus*, eſt modus comminationis, id eſt, donec adduxerit id quod promiſit illi; deciſio eſt juxta Admonem.

ו העורר על השדה והוא החתום עליה בעד אדמון אומר יכול (ס״א) הוא שיאמר השני נוח לי והראשון קשה הימנו וחכמים אומרים איבד את זכותו עשאה סימן לאחר איבד את זכותו :

6. Si quis petierit agrum, & ipſe ſignatus fuerit ſuper eo teſtis: Admon dicit, poteſt dicere, ſecundus eſt facilis mihi, & primus nimis difficilis eſt mihi. Sapientes dicunt, perdidit poſſeſſionem ſuam. Si impreſſerit agro ſignum pro alio, perdidit poſſeſſionem ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

העורר על השדה וגו׳ *Qui petierit agrum &c.* ſi Ruben petierit agrum qui erat in poteſtate Schimeonis, & dixerit illi, Levi agrum quem tibi vendidit, ſurripuit mihi, & Ruben ſignatus eſt ſuper ſcripto venditionis quod Levi ſcripſerit Schimeoni, quod illi vendidit; dicit Admon, quod dicere poterit, ratio, quare non petii illum campum quando illum emiſti à Levi, & obſignavi ſcriptum venditionis, erat, eo quod Levi homo moroſus & difficilis eſt ad quicquam educendum è poteſtate illius, ideoque melius eſſet ut eſſet in poteſtate tua, ut educerem de te ex mandato ſenatus.

איבד את זכותו *Perdidit poſſeſſionem ſuam*, nam, quandoquidem obſignavit ſcriptum, confeſſus eſt quod nihil petit ab illo; deciſio non eſt ſecundum Admonem. Sed quando ſignaverit ſeipſum teſtem, diſſentiunt Sapientes & Admon; verum ſi ſe judicem ſignaverit in ſcripto, omnes conveniunt quod non perdidit petitionem ſuam. Quia dicere potuiſſet, ego neſciebam quid ſcriptum erat in libello, quia judex, qui obſignat ratihabitionem ad confirmandum libellum, non debet ſcire id quod ſcriptum eſt in libello, ſed ſigillum teſtium tantum cognoſcere debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicamus hanc Miſnam per comparationem, ut, Ruben vendiderat campum Schimeoni, & Levi fuerat unus è teſtibus qui teſtati fuerant in libello venditionis campi, deindè venit Levi qui fuerat teſtis, & petit hunc campum à Schimeone, dicendo quod ad ſe pertinebat, & quod Ruben eum poſſederat contra jus; dicit ad hoc Admon, *poteſt dicere &c.* & non reddunt irritam petitionem ejus eo quod teſtis erat venditionis; quandoquidem dicere potuiſſet, ratio, ob quam teſtatus ſum, erat, ut campus exiret è poteſtate Rubenis, qui erat homo moroſus & difficilis, ut veniret in poteſtatem Schimeonis, qui eſt homo facilis & ſenatui obediens, jam vero cum peto cum jure ad educendum illum è poteſtate illius. Sapientes dicunt, quod teſtimonium libelli eſt confirmatio venditionis Rubenis, ad confirmandum agrum in poteſtate illius, & non poterit eum petere à Schimeone. Et omnes conveniunt, quod, ſi Levi ſignum fecerit pro alio, ut, ſi ſignaverit terminos alicujus campi, & dixerit, à latere occidentali hic campus eſt, quod Schimeonis eſt. Sic etiam, ſi libellus venditionis ſit ab uno ad alterum & intret terminos locorum, mentionem hujus campi faciunt, quod Schimeonis eſt, & ſi Levi hujus libelli teſtis fuerit, non poterit argumentari contra Schimeonem de iſto campo. Nam quando teſtatus eſt, jam confirmavit eum, & confeſſus eſt quod erat in poteſtate illius. Sed hæc omnia intelliguntur quando teſtatus fuerit de eo quod continetur in libello; at ſi judex fuerit, & teſtatus fuerit de ratihabitione libelli, non perdiderit jus ſuum, quia dicere potuiſſet, neſciebam quid ſcriptum erat in libello, quia non eſt neceſſe ut judices legant ſcripturam ejus, & tum confirment illum, ſed ut cognoſcant ſigillum teſtium tantum; deciſio non eſt juxta Admonem.

ז מי שהלך למדינת הים ואבדה דרך שדהו אדמון אומר ילך בקצרה וחכמים אומרים יקנה לו דרך במאה מנה או יפרח באויר :

7. Si quis profectus fuerit ad civitatem tranſmaritimam, & perierit via agri ſui, Admon dicit, ibit per viam compendiariam: Sapientes dicunt, emet ſibi viam licet centum centies Zuzis, aut avolabit in aërem.

R. OB. DE BARTENORA.

ואבדה דרך שדהו *Et perierit via agri ſui*, quam poſſiderunt poſſeſſores agrorum confinium. ילך בקצרה *ibit per viam brevem*, illis invitis ſumet viam ad cundum ad agrum ſuum; ſed eliget viam brevem, ne multum ſumat. Si quatuor homines illum agrum clauſerint ad quatuor latera, concedit Admon Sapientibus, quod eorum unuſquiſque illi poteſt dicere, probationem adfer quod via tua eſt, & ſumito eam. Sin autem unus homo cum agrum circumdederit ad quatuor latera, Sapientes concedunt Admoni, quod illi debent concedere viam, nam via ad ipſum pertinet; & non diſſentiunt niſi homo unus vi quatuor hominum cum circumdederit. Admon dicit, quod illi dicere poteſt, nihilominus tamen via mea eſt apud te. Sapientes dicunt, quod alius illi poteſt dicere, ſi taceas, benè habet, ſin minus, reſtituam libellos dominis ſuis, & tum litigare non poteris; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando duo homines clauſerint campum ſuum, non contradicit Admon Sapientibus, quia quilibet illi dicere poteſt, adfer demonſtrationem quod tibi via eſt per meum agrum. Similiter, ſi unus quis cum clauſerit ad quatuor latera, Sapientes non ſunt contrarii Admoni, nam dicere poteſt, utut ſit, tu poſſides viam meam. Sed controverſia inter illos eſt, quando unus poſſederit circuitum agri vi quatuor (aliorum hominum), qui confines erant quatuor lateribus campi illius, quorum unuſquiſque vendiderit campum ſuum, & unus emerit quatuor campos, tum dicit Admon, quod dicere poteſt, utut ſit, tu tenes meam viam, & tenetur illi dare viam breviorem. Sapientes dicunt, quod alii illi dicere poteſt, ſi reliqueris mihi, benè eſt, ſin minus, diſcindam libellos emtionis, & unuſquiſque redibit ad campum ſuum; deciſio eſt juxta Sapientes.

ח המוציא שטר חוב על חבירו והל'ה הוציא שמכר לו את השדה אדמון אומר יכול הוא שיאמר אלו הייתי חייב לך היה לך להפרע את שלך כשמכרת לי את השדה וחכמים אומרים זה היה פיקח שמכר לו את הקרקע מפני שהוא יכול למשכנו :

8. Si quis eduxerit libellum debiti contra proximum ſuum, & alius etiam eduxerit quod illi vendidit campum ſuum, Admon dicit, poteſt ille dicere, ſi deberem tibi, exegiſſes tuum, quando mihi vendidiſti agrum. Sapientes dicunt, hic vir ſapiens erat qui illi vendiderat agrum, quia eum poſſet oppignerare.

R. OB. DE BARTENORA.

והלה הוציא שמכר לו את השדה *Et alius eduxerit qui vendidit illi campum*, debitor eduxit contra ipſum libellum venditionis recentiorem libello mutui, & dixit illi, libellus qui tibi eſt contra me, falſus eſt, aut ſolutus, nam ſi debuiſſem tibi, non vendidiſſes mihi agrum, quia debitum tuum exegiſſes.

זה היה פיקח *Hic vir ſapiens erat*, quod illi vendiderat agrum, quia debitor mobilia ſua abſcondiſſet, & non fuiſſet illi undè oppignerares debitum ſuum, jam autem ſumeret campum. Cæterum in locis ubi emtor ſolvit nummos, & deindè ſcribunt libellum venditionis, omnes conveniunt quod venditor retinere debuiſſet nummos pro debito ſuo quos recepit, & non debuiſſet illi ſcribere libellum venditionis, quandoquidem libellus monſtrabat quod illi nihil debebat. Verum quando diſſentiunt, id dictum puta de loco ubi libellum ſcribunt, & deindè emtor ſolvit nummos; Admon dicit, quod clam cum teſtibus reclamare debuiſſet, dicendo, ego non vendo agrum niſi ut poſſim oppignerare illum. Sapientes dicunt, ratio, quare non reclamavit, eſt, quia timebat ne emtor reſciſceret factum, & intermitteret emtionem; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes conſentiunt quod in loco ubi ſolvunt nummos & poſtea ſcribunt libellum venditionis, ibi dicere poteſt, exigere debuiſſes tuum. Sed controverſia eorum eſt de loco ubi non ſolvit emtor nummos donec conſcriptus fuerit libellus; dicit Admon, quod debuiſſet clam reclamare cum teſtibus, & deinde ſcribere libellum, quia autem non reclamavit, perdidit cauſam ſuam. Sapientes dicunt, quod non poterat reclamare, quia timeret ne emtor reſciſceret & emtionem intermitteret; quia amico illius eſt alius amicus, & ſic alii etiam, & de uno ad alium venderet illum ut cognoſceret emtorem.

ט שנים שהוציאו שטר חוב זה על זה אדמון אומר אלו הייתי חייב לך כיצד אתה לוה ממני וחכמים אומרים זה גובה שטר חובו וזה גובה שטר חובו :

9 Si duo eduxerint libellum debiti, unus contra alterum, Admon dicit, ſi debuiſſem tibi, quomodo ſumpſiſti mutuo à me? Sapientes dicunt, unus exiget debiti ſui libellum, & alter exiget debiti ſui libellum.

R. OB. DE BARTENORA.

וחכמים אומרים זה גובה שטר וזה גובה שטר *Et Sapientes dicunt, unus exigit debiti ſui libellum, & alter exigit*; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt ſecundum ſententiam Sapientum.

י שלש ארצות לנשואין יהודה ועבר הירדן והגליל אין מוציאין מעיר לעיר ומכרך לכרך אבל באותה הארץ מוציאין מעיר לעיר ומכרך לכרך אבל לא מעיר לכרך ולא מכרך לעיר מוציאין מנוה הרעה לנוה היפה אבל לא מנוה היפה לנוה הרעה רבן שמעון בן גמליאל אומר אף לא מנוה רעה לנוה יפה מפני שהנוה היפה בודק :

10. Tres regiones ſunt pro conſecratione nuptiarum, Judæa, & altera pars cis Jordanem, & Galilæa. Non educunt de urbe in urbem, nec de oppido in oppidum; ſed in eadem terra educebant de urbe in urbem, & de oppido in oppidum, ſed non de urbe in oppidum, neque de oppido in urbem. Educunt de habitaculo malo in habitaculum bonum, ſed non de habitaculo bono in malum. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam neque de habitatione mala in bonam, eo quod habitatio bona perveſtigat.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

שלש ארצות לנשואין *Tres regiones ſunt pro conſecratione nuptiarum*, ut, ſi quis duxerit uxorem ex una harum regionum, nequeunt eam cogere ut cum marito exeat ex una regione in aliam. כרך urbs major eſt quam עיר, eſtque locus qui gaudet plateis, quo cinctum conveniunt circumjacentes urbes, utpote in qua reperitur omnium rerum copia. אבל לא מעיר לכרך *Verum non è parva civitate in magnam*, quia habitaculum oppidi difficilius eſt, eo quod omnes eo commoratum veniunt, & domus plerumque ſunt contiguæ, ut non interſit ſpatium. ולא מכרך לעיר *neque ex magna in urbem parvam*, quia in magnis civitatibus invenitur omnium rerum copia, ſed non in urbibus parvis.
מפני שהנוה היפה בודק *Eo quod habitatio bona perveſtigat*, nempe corpus humanum, idque debilitat, quia mutatio conſuetudinis eſt principium & cauſa doloris ventris; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. Si aliquis è Galilæa duxerit uxorem in Judæa, aut vice verſa, cogunt eam ut exeat cum eo, quia ea intentione eam duxit. Ubivis locorum educunt è civitate cujus maxima pars conſtat ex ethnicis ad urbem cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis, at non ex urbe cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis, ad urbem cujus maxima pars conſtat ex ethnicis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעיר לעיר *E urbe in urbem*, quæ ſunt circa oppidum: כרך eſt *oppidum magnum muro circumdatum.* בודק *perveſtigat*, id eſt, inquirit id quod illi prodeſt. In Gemara dicunt, mutatio conſuetudinis eſt principium infirmitatis, etiamſi mutatio facta fuerit in melius; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. Si quis duxerit uxorem in Judæa, quum erat è Galilæa, aut in Galilæa, quum erat è Judæa, impoſuerunt uxori ut exeat cum eo, quia ea intentione duxit eam. Et in omnibus illis locis idem jus obtinet, educendo è civitate cujus maxima pars ex ethnicis conſtat in urbem cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis; ſed non ex urbe cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis in urbem cujus maxima pars conſtat ex ethnicis.

יא הכל מעלין לארץ ישראל ואין הכל מוציאין הכל מעלין לירושלם ואין הכל מוציאין אחד האנשים ואחד הנשים (נ״א ואחד עבדים) נשא אשה בארץ ישראל וגירשה בארץ ישראל נותן לה ממעות ארץ ישראל נשא אשה בארץ ישראל וגירשה בקפוטקיא נותן לה ממעות ארץ ישראל נשא אשה בקפוטקיא וגירשה בארץ ישראל נותן לה ממעות ארץ ישראל רבן שמעון בן גמליאל אומר נותן לה ממעות קפוטקיא נשא אשה בקפוטקיא וגירשה בקפוטקיא נותן לה ממעות קפוטקיא:

11\. Omnes aſcendere faciunt ad terram Jſraëlis, ſed non omnes faciunt exire. Omnes aſcendere faciunt Jeruſolymam, & non omnes faciunt exire; ſive viros, ſive fœminas, ſive ſervos. Si quis duxerit uxorem in terra Iſraëlis, & repudiaverit eam in terra Iſraëlis, dabit illi de nummis terræ Iſraëlis. Si duxerit uxorem in terra Iſraëlis, & repudiaverit eam in Caphutkaja, dabit illi de nummis terræ Iſraëlis. Si uxorem duxerit in Caphutkaja, & repudiaverit eam in terra Iſraëlis, dabit illi de pecuniis terræ Iſraëlis. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, dabit illi de nummis Caphutkajæ. Si duxerit uxorem in Caphutkaja, & repudiaverit eam in Caphutkaja, dabit illi nummos Caphutkajæ.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מעלין לארץ ישראל *Omnes aſcendere faciunt ad terram Iſraëlis*, paterfamilias cogit omnes domeſticos ſuos ut aſcendant cum eo Jeruſolymam. Et quamvis emerit ſervum Ebræum, ibit tamen cum ipſo etiam invitò; imo etiamſi ex habitatione bona in malam, & ex civitate cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis in civitatem cujus maxima pars conſtat ex ethnicis.
ואין הכל מוציאין *Et non omnes exire faciunt*, neminem exire faciunt, ſive marem ſive fœminam. Si dixerit maritus quod vult aſcendere, & uxor dixerit quod non vult aſcendere, exibit illa ſine dote matrimoniali; at ſi illa dixerit, quod vult aſcendere, & ille dixerit quod non vult aſcendere, dimittet eam, & dabit dotem ejus matrimonialem.
קפוטקיא *Caphutkaja*, eſt כפתור *Caphtor*, & Arabicè vocatur רמיאט, cujus nummi majores & graviores ſunt iis qui veniunt in terra Iſraëlis. Quoniam autem dos matrimonialis eſt ex inſtitutione Sapientum, ideo indulſerunt quod ad eam, ut ſolvatur nummis minoribus. R. Schimeon fil. Gamaliel putat dotem nuptialem eſſe è præſcripto Legis, ideo graviores conditiones ſequitur; deciſio non eſt juxta ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכל מעלין *Omnes aſcendere faciunt*, etiam ex habitatione bona in habitationem malam, imo ex civitate cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis ad civitatem cujus maxima pars conſtat ex ethnicis.
אין הכל *Non omnes*, id eſt, neminem aſcendere faciunt è terra Iſraëlis, etiamſi ex habitatione mala in bonam, imo etiamſi ex civitate cujus maxima pars conſtat ex ethnicis in civitatem cujus maxima pars conſtat ex Iſraëlitis. Et unuſquiſque ex iſtis duobus alterum coget ad aſcendendum in terram Iſraëlis, aut Jeruſolymam. Si uxor impediverit maritum, dimittet eam & ſolvet illi dotem matrimonialem.
קפוטקיא *Caphutkaja* eſt כפתור *Caphtor*, in lingua Arabica טמיאט *Tamiats*, & ponit eum locum per comparationem, eo quod proximus eſt terræ Iſraëlis. Quia dos matrimonialis eſt ex inſtitutione Sapientum, indulſerunt, ut ſemel ſolveretur ſecundum locum nuptiarum, & ſemel ſecundum locum divortii; horum vero omnium intentio eſt maritum ſublevare à ſolutione. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod ſolvet juxta locum ubi ſe obligavit, eo quod putat dotem matrimonialem eſſe ex Lege; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

Finis Tractatus de Dote Literiſque Matrimonialibus.

מסכת נדרים

פרק א כל כנויי נדרים כנדרים וחרמים כחרמים ושבועות כשבועות ונזירות כנזירות האומר לחבירו מודרני ממך מופרשני ממך מרוחקני ממך שאני אוכל לך שאני טועם לך אסור מנודה אני לך רבי עקיבא היה חוכך בזה להחמיר כנדרי רשעים נדר בנזיר ובקרבן ובשבועה כנדרי כשרים לא אמר כלום כנדבותם נדר בנזיר ובקרבן :

Tractatus de Votis.

CAput I. Cognomina, quæcunque etiam ſunt, votorum, ſicut ipſamet vota: (cognomina) devotorum, ſicut ipſæmet devotiones: (cognomina) juramentorum, ſicut juramenta ipſa; ac (cognomina) Naſiræatus, ſicut (votum) Naſiræatus, habentur. (Item;) ſi quis dixerit ad proximum ſuum; *prohibitus voto ſum à te*, (vel) *ſeparatus ſum à te*, (vel) *longè ſemotus à te, ut tecum non comedam, tecumque non guſtem (quicquam,)* prohibitus eſt. (Si dixerit,) *ego excommunicatus ſum tibi*: Rabbi Akiba ſubridebat ad hoc, ut aggravaret. (Si dixerit) *ſecundum vota impiorum*, tum vovit Naſiræatum, ſacrificium & juramentum. (Si dixerit) *ſecundum vota piorum*, tum nihil quicquam dixit. (Si dixerit) *ſecundum munera ſpontanea eorum*, tum vovit Naſiræatum atque ſacrificium.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כנויי נדרים כנדרים *Omnia cognomina votorum ſunt ſicut ipſamet vota*, in Gemara dicunt, quod deſunt quædam in principio hujus Miſnæ, & quod hoc modo legendum eſt; *omnes anſæ (partes) votorum ſunt ut ipſa vota, & omnia cognomina votorum ſunt ut ipſa vota; hæ ſunt anſæ votorum, qui dixerit proximo ſuo, prohibitus ſum voto à te, ſeparatus ſum à te &c. Hæc ſunt cognomina votorum, Conam, Conach, Conas*: ידות נדרים *anſæ votorum*, ſunt ut ipſa vota, inſtar anſarum vaſorum, quarum ope apprehendunt vaſa, propterea dicitur, *anſæ votorum*, quia ope earum apprehenduntur vota; *Cognomina votorum* dicuntur ac ſi quis ſocio imponat cognomen, quod non eſt ipſum nomen.

מודרני ממך *Probibitus ſum voto à te*, ſi unum ex his votorum protulerit modum, dicens, prohibitus ſum voto à te quod non comedam tecum, neque guſtabo tecum; aut, ſeparatus ſum à te, quod non comedam tecum, neque guſtabo tecum; aut, longè ſemotus ſum à te, quod non comedam tecum, neque guſtabo tecum, ſunt *votorum anſæ*, & prohibitum eſt comedere & guſtare cum eo. Verum ſi tantum illi dixerit, *probibitus ſum voto à te*, ſenſus verborum illius tantum eſt quod non loquetur cum eo; & ſi tantum dixerit, *ſeparatus ſum à te*, ſenſus eſt quod non contrahet cum eo; ſi dixerit tantum, *longè ſemotus ſum à te*, ſenſus eſt, quod non ſedebit in quatuor cubitis illius, ſed non eſt prohibitum illi comedere cum eo, niſi dixerit ſingulis illis vovendi modis, non comedam tecum, aut, non guſtabo tecum.

רבי עקיבא היה חוכך בזה להחמיר *R. Akiba ſe cobibebat ab hoc, ut aggravaret*, id eſt, Labia comprimebat, & nolebat expreſsè prohibere, ſed ex ſententia illius ſatis conſtabat quod prohibebat

כנדרי רשעים וגו׳ *Secundum vota impiorum &c.* ſi dixerit, ecce recipio in me votum impiorum, quorum votum eſt Nazyræatus, ſacrificium, & jusjurandum, ſi comederim panem; at tranſgreſſus fuerit votum, & comederit, tenetur Nazyræus eſſe per triginta dies, & adducere ſacrificium holocauſticum; vapulabit autem propter tranſgreſſionem jurisjurandi, quia in voto ſuo mentionem fecit de Nazyræatu, de ſacrificio, & de jurejurando. Et quod dicit *ſecundum vota impiorum*, propterea dicit, eo quod impii ſolent vota facere & jurare, non pii; illi enim timent tranſgredi præceptum Deut. 23, 21. בל תאחר Et cavent ſibi ne jusjurandum ex ore ipſorum effutiant, ea de cauſa fit, ut, ſi dixerit, *ſecundum vota piorum*, nihil dixerit.

כנדבותם *Juxta munera ſpontanea eorum*, ſi dixerit, juxta vota piorum ero Nazyræus; &, hoc erit ſacrificium, ſi comedero hunc panem, & comederit, tenetur eſſe Nazyræus, adducendo ſacrificium; nam pii aliquando ſolent vota facere Nazyræatus ad abſtinendum à peccato, at adducunt munera ſpontanea ad portam atrii, & illic ſanctificant, ne offendant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מודרני ממך מופרשני ממך מרוחקני ממך *Probibitus voto ſum à te, ſeparatus ſum à te, longè ſemotus ſum à te*, non ſunt cognomina votorum, verum ſunt partes ex ſpeciebus votorum, quæ in lingua noſtra vocantur ידות *anſæ*, id eſt partes. Ordo autem Miſnæ talis eſt; omnes anſæ votorum, & omnia cognomina votorum ſunt ut ipſa vota. Et exponit quid ſunt *anſæ votorum*, quando dicit, *probibitus ſum voto à te, ſeparatus ſum à te, longè ſemotus ſum a te.* Deindè exponit cognomina votorum quando exponit cognomina anathematum, & cognomina juramentorum, & cognomina Nazyræatus.

שאני אוכל לך שאני טועם לך *Quod non comedam tecum, quod non guſtabo tecum*, hæc non ſunt ex partibus votorum, ſed eſt circumſtantia conjuncta cum partibus votorum antea dictis, quòd neceſſe eſt ut dicat, *voto ſum probibitus à te, ne comedam tecum, aut guſtem tecum; ſeparatus ſum à te ne comedam tecum, aut ne guſtem tecum*, & tum ipſi prohibitum erit comedere & guſtare cum eo. Cæterum ſi tantummodo dixerit, prohibitus ſum voto à te, non illi prohibitum eſt comedere cum eo, nam hoc vult dicere, quod non loquetur cum ipſo. Similiter, ſi dixerit, *ſeparatus ſum à te*, ſenſus eſt, quod non contrahet cum eo; ſic etiam ſenſus illius quod dicitur *longè ſemotus ſum à te* talis eſt, quod non conſiſtet cum eo intra quatuor cubitos terræ, & propterea non erit illi prohibitum comedere cum eo ſi dixerit hæc verba, niſi dixerit, non comedam tecum.

חוכך בזה להחמיר *Se cobibebat ab hoc ad aggravandum*, id eſt, quod non procul erat à prohibitione, attamen non perfecit. Verum ſi quis dixerit excommunicatus ſum à te ut non comedam tecum, aut, ut non guſtem tecum, juxta R. Akibam prohibitum eſt illi comedere cum eo, aut guſtare cum eo. Et ſi tranſgreſſus fuerit (votum,) non vapulabit, nam nondum omnino ſtatuerat prohibere, ſed non longè abfuerat.

נדרי רשעים *Vota impiorum*, ut, ſi dixerit, recipio in me juxta vota impiorum, ſi comedero tecum; & exponit Miſna quod vota ejus ſunt, ut, ecce in me recipio Nazyræatum, ſacrificium, & jusjurandum; ſi hæc dixerit verba, ſtatim tenetur ad omnes illas res, nempe adferre ſacrificium holocauſticum, & Nazyræus eſſe triginta ad minimum dies, quemadmodum exponetur in tractatu Nazyr, & vapulabit propter tranſgreſſionem jurisjurandi, quemadmodum exponetur in tractatu Schebhuot.

כנדרי כשרים לא אמר כלום *Ut vota piorum, non dixit quicquam*, quia pii non obſtringunt ſe voto, ne in peccatum incurrant, & hic eſt quod dicitur Deut. 23, 22. לא תאחר לשלמו. Porro dicit Miſna כנדבותם *juxta munera ſpontanea eorum*, at ſub ea conditione ut dicat, juxta munera ſpontanea piorum ſit hoc in ſacrificium, ecce me Nazyræum, recipio in me non comedere panem tecum. Pii quoque non promittunt ſacrificium ſpontaneum, ne eveniat

ut

fendant. נדבה *oblatio ſpontanea* dicitur ſi quis dixerit, *hæc erit in ſacrificium.* נדר *votum*, ſi quis dixerit, *recipio in me adferre ſacrificium*, propterea pii vovent נדבה, ſed non נדר, ne offendant.

ut differant votum, & incurrant in præceptum לא תאחר לשלמו Deut. 23. Sed adducebant animal in ſacrificium quod profanum erat donec perveniſſet ad atrium, & illic promittebat in oblationem ſpontaneam id quod volebat; deciſio eſt juxta R. Akibam.

SURENHUSIUS. Vota in duo dividuntur genera, primum genus eſt quo ſibi quis res licitas reddit prohibitas, ut, ſi dicat, fructus iſtius regionis mihi prohibiti ſunto per integros triginta dies, vel in perpetuum: aut ſi dixerit, certa fructuum ſpecies, vel, hi fructus mihi prohibiti ſunto; quacunque hæc dixerit in lingua, ipſi vetiti ſunto, quamvis hic nullum omnino ſit jusjurandum, neque Domini ejuſve attributorum mentio fiat. Et de hoc loquitur Lex ad prohibendum ſibi prohibitionem, quum res licitas ſibi reddiderit prohibitas. Pariter, ſi dixerit, ecce hæc mihi prohibitio ſunto, ecce hæc vetita ſunt; & hoc eſt genus quod vocatur נדרי אסר *vota prohibitionis*, de quibus in hoc tractatu agetur. Secundum genus eſt, ſi quis ſeipſum ad ſacrificium obligat ad quod non eſt obligatus, ut, ſi dicat, ecce in me recipio adducere ſacrificium holocauſticum: vel, mihi incumbit adductio ſacrificii pacifici, aut muneris, aut, pecus ſit hoc holocauſtum, aut pacificum; & qui dixerit, ſit ſuper me, hujuſmodi formulæ dicuntur נדר *votum*: at ſi dixerit, ecce hoc, tum denotatur נדבה *ſpontaneum ſacrificium.* Cæterum נדבה & נדר ejuſdem ſunt ſpeciei, præterquam quod ſi quis נדר *votum voverit*, ad reſtitutionem damni tenetur, ſi perditum fuerit, at non ita, ſi ſpontaneum perditum fuerit; & de his loquitur Lex Deut. 12, 17. וכל נדריך אשר תדור ונדבותיך *& omnia vota tua quæ voveris, & ſpontanea tua.* Atque hoc genus vocatur נדרי הקדש *vota ſancta*, quæ cedunt in uſum ſanctuarii & altarium. Præterea præceptum Legis affirmativum ſtatuitur ut quiſque confirmet jusjurandum & votum ſuum, ſive illud ſit è votis prohibitis, ſive è votis ſanctis, quemadmodum dicitur Deut. 23, 24. מוצא שפתיך תשמר ועשית כאשר נדרת ליהוה אלהיך *effatum labiorum tuorum cuſtodies facieſque ſicuti voviſti Domino Deo tuo.* Et quemadmodum dicitur Num. 30, 3. איש כי ידר נדר ליהוה או השבע שבועה לאסר אסר על נפשו לא יחל דברו ככל היוצא מפיו יעשה: *ſi quis votum voverit Domino, aut juraverit jurejurando, ut obligatione ſeipſum obliget, ne profanato verbum ſuum*; ſecundum omne verbum quod prodierit ex ore ſuo, facito. Hæc è Maimonide in principio Hilchot Nedarim delibavimus. Operæ pretium eſt ut ad majorem hujus tractatus intelligentiam bene perpenderis ea quæ Moſes deſcribit in libro Numerorum capite triceſimo.

ב האומר לחבירו קונם קונח קונס הרי אלו כינויין לקרבן חרק חרך חרף הרי אלו כינויים לחרם נזיק נזיח פזיח הרי אלו כינויין לנזירות שבותה שקוקה נדר במותא הרי אלו כינויין לשבועה:

2. Si quis dixerit proximo ſuo קונם קונח קוים; En hæc ſunt cognomina τῶ קרבן ſacrificii (vel muneris.) (Si dixerit) חרק חרך חרף; En hæc ſunt cognomina devotionis (ſeu execrationis.) Si dixerit נזיק נזיח פזיח; En hæc ſunt cognomina Naſiræatus. (Si dixerit) שבותה שקוקה נדר בכותא; hæc ſunt juramenti cognomina.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר לחבירו קונם קונח קונס הרי אלו כינויין לקרבן *Qui dixerit proximo ſuo, Conam, Conach, Conas*, hæ ſunt gentium voces, ſacrificium diverſis modis vocantium, nihilominus quocunque modo ita dixerint, ſe obſtringebant ſacrificio.

נדר במותא *Si voverit cum Muta*, id eſt, ſi juraverit cum voce מותא quod eſt cognomen מומתא, quæ vox Chaldaice denotat jusjurandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum corruptionis cujuſcunque linguæ eſt ut ea commixta ſit cum aliis linguis; omnia autem hæc cognomina reperiebantur inter nationes linguæ parum peritas, confundentes verba uſitata cum non uſitatis, ad elidendum literas è pronunciatione, ut Æthiopes & Galli, aliique. Plebs itaque recipiebat has voces, donec introductæ fuiſſent, denotans illis vocibus id quod denotabatur prima.

במותא Eſt cognomen מומתא quod in lingua Chaldæa notat jusjurandum.

SURENHUSIUS. במותא Jom-Tof notat apud Maimonidem in Hilchot Schevuoth capite ſeptimo tradi בכותא, quod cognomen eſt in Targumica dialecto. Sed in Miſhis Gemaricis traditur כמותי. ita quoque Rabbenu Niſſin, qui hanc vocem cognomen Moſis ſtatuit, ſicuti de jurejurando Moſis dicitur Exod. 2, 21. ויואל משה *& acquievit Moſes.* Ita quoque in Talmude Jeruſolymitano traditur. Senſus itaque formulæ hujus כמותי eſt quaſi dixiſſet במשה, id eſt, per jusjurandum Moſis. Hæc lectio quoque confirmatur ex Beraita. Ratio autem hujus ut & cæterarum corruptarum vovendi formularum in hoc tractatu tam ſæpe occurrentium adfertur a Maimonide in Hilchot Nedarim capite primo Halacha ſexta decima, nimirum, quod nonnullæ exiſtunt regiones in quibus homines linguam ſuam depravant, & res quaſdam cognominibus vocant ope aliarum rerum, ſequentes hac in parte rerum cognomina, & propterea omnia ſacrificiorum cognomina eſſe ut ipſa ſacrificia, quorum in hac Miſna fit mentio. Et ſicuti res quaſdam prohibere licet per talia cognomina, ſic etiam per eadem nonnullas conſecrare licet. Cæterum cognominum cognomina licita ſunt, tam in votis prohibitionis quam in votis in uſum ſanctuarum rerum.

ג האומר לא חולין לא אוכל לך (נ״א להולין שאוכל לך) לא כשר ולא דכי טהור וטמא נותר ופיגול אסור כאימרא כדירים כעצים כאישים כמזבח כהיכל כירושלם נדר באחד מכל משמשי המזבח אף על פי שלא הזכיר קרבן הרי זה נדר בקרבן רבי יהודה אומר האומר (ס״א) ירושלם לא אמר כלום:

3. Si quis dixerit; *per res non profanas, non tecum comeſturus ſum*: (Item;) *per non rectum, nec purum, nec mundum, & immundum, reſiduum aut abominationem*, tum prohibitus eſt. (Si quis dixerit;) *eſto mihi ſicut Agnus* (jugis,) *ſicut conclavia lignorum, ſicut ligna, ſicut ignita, ſicut altare, ſicut templum, ſicut Hieroſolyma*: (item,) ſi voverit; *eſto mihi ſicut unum ex omnibus* (*vaſis*) *miniſtrantibus altari*: etiam ſi ſacrificii nullam fecerit mentionem, tamen vovit per ſacrificium. R. Jehuda inquit, ſi dixerit, ſicut Hieroſolyma, nihil quicquam dixit.

R. OB. DE BARTENORA.

לחולין שאוכל לך *Per res profanas non comedam tecum*, auctor literam Lamed legit cum patach, id eſt, non erit profanum id quod comedam tecum, ſed ſanctum. לא כשר *non rectum*, non erit legitimum, ſed illegitimum, & hoc ſanctum eſt, quo ſenſu rectè dici poteſt, *legitimum* & *illegitimum*.

לא דכי *Non purum*, non licitum, etſi licitum & vetitum etiam intelligatur de animalibus mortuis & dilaceratis; nobis tamen fundamentum eſt, quod non incurrimus prohibitionem voti, niſi in rebus voti & oblationis ſpontaneæ Quandoquidem autem vox מותר *licitum* etiam intelligitur de rebus Deo conſecratis, & Miſna jam dixit quod in votis ſimplicibus aggravandum eſt, quia mens ejus eſt ut ſit ratum quod vovit, cum autem intentio ejus erat ſe voto obſtringere, tum dicimus quod intendebat rem votam. טהור *mundum*, ſi dixerit, non erit mundum quod comedam tecum.

טמא נותר ופיגול *Immundum, reſiduum. & abominandum*, ſi dixerit, immundum eſto id quod comedam tecum, & ſic de cæteris, prohibitum eſt; quia omnes hæ res referuntur inter Sanctitates.

כאימרא *Ut agnus*, ut agnus ſacrificii jugiter offerendi: כדירים *ut conclavia*, ut conclave lignorum, aut ut conclave agnorum: כעצים *ut ligna*, ut ligna altaris: כאישים *ut ignita*, ut oblationes quæ comburuntur igne: כמזבח *ut altare*, ut ſacrificia in altari: כהיכל *ut templum*, ut ſacrificia templi: כירושלים *ut Jeruſalyma*, ut ſacrificia quæ offeruntur Jeruſolymis; aliter, ut muri Jeruſolymorum qui facti ſunt è reliquiis conclavis.

כאחד מכל משמשי המזבח *Sicut unum ex omnibus* (inſtrumentis) *miniſtrantibus altari*, qualia ſunt palæ, crateres, fuſcinulæ; ſi dixerit, ſit ut fuſcinulæ id quod comedam tecum, aut ut crateres, id quod comedam tecum, ſic etiam quod ad omnia cætera vaſa, etſi non nominaverit ſacrificium, cenſetur tamen ac ſi votum feciſſet pro ſacrificio. רבי יהודה אומר האומר ירושלם לא אמר כלום *R. Jehuda dicit, qui dixerit, Jeruſolyma, nihil dixit omnino*, ſine Caph comparationis nihil omnino dixit; ſed primus doctor illi contradicit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לאו חולין לא אוכל לך *Per res non profanas non comedam tecum*, nam quicquid comedero tecum, non erit profanum, ac ſi dixiſſet, quicquid comedero tecum erit ut ſacrificium. Sic etiam, ſi dixerit, *non comedam tecum*, aut, *per non rectum non comedam tecum*; aut, *per non purum non comedam tecum*, hujus autem ſenſus & expoſitio talis eſt, quicquid comedero tecum, mihi erit immundum. Cæterum expoſitio ejus quod dicit טמא נותר ופגול *immundum, reſiduum, & abominandum*, ſi dixerit, immundum quod comedero, reſiduum quod comedero tecum, abominandum quod comedero tecum, ſit ut agnus, quod comeſturus ſum tecum, ut conclavia, quod comedero tecum, ut ligna, quod comedero tecum, & his omnibus modis prohibitum eſt illi comedere cum eo, quia illis verbis fecit omne id quod comederit cum eo, uti ſunt res quibus vetitum eſt uti.

אימרא *Agnus*, puta duos agnos ſacrificii jugiter offerendos: דירים *conclavia*, ſunt loca atrii: עצים *ligna*, ſunt ligna altaris: אישים *ignita*, res quæ offeruntur igni, uti ſunt adipes agnorum quos comedere non licebat.

כאחד מכל משמשי המזבח *Sicut unum ex omnibus* (inſtrumentis) *miniſtrantibus altari*, uti ſunt palæ, crateres, & fuſcinulæ ejus. Et ſi dixerit, eſto mihi ut palæ id quod comedero tecum, ut crateres quod comedero tecum, tum fecit illud ut ſacrificium. Sic etiam, ſi dixerit, ut Jeruſolyma, quod comedero tecum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. Et hic eſt modus vovendi quem innuit Scriptura Num. 30, 3. לאסור אסר על נפשו ſenſus eſt, quod recepit in ſe prohibitionem rei licitæ, inſtar rerum omnino prohibitarum.

SURENHUSIUS. Hæc Miſna pluribus illuſtratur à Maimonide in Hilchot Nedarim capite primo Halacha decima octava, & ſequentibus; ſi quis dixerit proximo ſuo, *quod ego comedam tecum, id ne ſit profanum*, aut; *ne ſit legitimum*, aut, *ne ſit purum*, perinde ac ſi dixiſſet, quicquid tecum comedero, ſit oblatio, quod vetitum eſt. Sic etiam, ſi dixerit, *quicquid comedero tecum, ſit immundum, reſiduum*, vel, *abominandum, prohibitum eſt*. Vel, ſi quis proximo ſuo dixerit, *non profana non comedam tecum*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, id quod comedam tecum, ne ſit profanum, ſed oblatio. Pariter ſi dixerit, הקרבן, קרבן, כקרבן ſit id quod comedero tecum, prohibitum eſt. Verum ſi dixerit, הקרבן non comedam, aut, כקרבן non comedam tecum, aut לקרבן non comedam tecum, aut, קרבן non comedam tecum, aut, לא קרבן non comedam tecum, hujuſmodi omnia vota licita ſunt, quia non indicant has res. Verum ſi quis juraverit, dicens, בקרבן non edam cum hoc, jusjurandum בקרבן *per oblationem* nihil eſt; ſive ètiam voverit quod non comedet de oblatione. Porro, ſi quis dixerit, *profana ſint quæ comedam tecum*, aut, *hæc profana quæ comedam tecum*; aut, *ut profana quod comedam tecum*, aut, *profana quod non comedam tecum*; *hæc profana quod non comedam tecum*, *ut profana quod non comedam tecum*, hæ formulæ licitæ ſunt. Sed ſi dixerit, *non pollutum quod comedam tecum*; *non reſiduum quod comedam tecum*; *non abominandum quod comedam tecum*, prohibitum eſt.

ד האומר קרבן עולה מנחה חטאת תודה שלמים שאני אוכל לך אסור רבי יהודה מתיר הקרבן כקרבן קרבן שאוכל לך אסור לקרבן לא אוכל לך רבי מאיר אוסר האומר לחבירו קונם פי כדבר עמך ידי עושה עמך רגלי מהלכת עמך אסור :

4. Quicunque dixerit, Korban, holocauſtum, Mincha, peccatum, Euchariſticum, pacifica eſto, quodcunque ego comedero tecum, obligatus eſt: licet R. Jehuda liberet (eum.) (Si dixerit;) ha-Korban, ke-Korban, Korban, quodcunque comedero tecum: obligatus eſt. (Sin;) Le-Korban, non comedam tecum, R. Meir (tantùm) eum obligat. Si quis dixerit proximo ſuo Konem (q. d. munus) erit os meum, ubi locutum fuerit tecum; manus mea, ubi laboraverit tecum; pes meus, ubi ambulaverit tecum, obligatus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר קרבן תני *Qui dixerit, oblatio eſto*, &c. omnia hæc ſunt ſacrificia debiti, euchariſticum etiam ſimile eſt oblationi debiti, nam quatuor tenentur adferre ſacrificium euchariſticum; & ne putemus quod hoc non ſit facere votum in re quæ vovetur, ideo hæc monet auctor.

רבי יהודה מתיר *R. Jehuda permittit*, quia vota illa dixit ſine

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult etiam in hac Miſna dicere, ſi quis dixerit oblatio, non edam tecum, holocauſtum, non edam tecum &c. nam prohibet ſi comedat cum eo quicquam, quandoquidem ſenſus & expoſitio verborum illius eſt, quamcunque rem comedero tecum, eam recipio in me ut holocauſtum, aut ſacrificium expiationis pro peccato, aut pacifica, aut euchariſticum.

ſine *Caph* ſimilitudinis, res ſe habet ac ſi juraſſet per vitam ſacrificii, & per vitam holocauſti, ideo non obtinet hic votum, neque jusjurandum. In principio nos docuit quod doctor primus contrarius eſt R. Jehudæ, etiam Jeruſolymis, ſi nominaverit nomina ea ſine *Caph*, dicens, *votum eſto*. Sed in fine nos auctor docet quod R. Jehuda contrarius eſt doctori primo, etiam in ſacrificio, holocauſto &c. quæ ſi nominaverit ſine *Caph*, non eſt votum.

הקרבן כקרבן קרבן Si hæc verba dixerit, obligatus eſt, & quamvis omnia hæc jam dixerit, tamen neceſſe eſt ut dicat דקרבן, quia putaſſemus quod juraverat per vitam ſacrificii; & hoc eſt quod Miſna dicit capite ſecundo הקרבן שאוכל לך מותר *ſacrificium quod comedam tecum, licitum eſt*, quia illic dixit הא קרבן unde intelligitur eum per vitam ſacrificii voviſſe.

לקרבן לא אוכל לך רבי מאיר אוסר *Per ſacrificium non edam tecum*, *R. Meir obligat*, quia ſe res habet ac ſi dixiſſet, *in ſacrificium erit*, propterea non comedam tecum; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

קונם פי מדבר עמך *Conam erit os meum loquens tecum*, etiamſi non cadant vota in rem ejuſmodi in qua non eſt ſubſtantia, & ſermo non habeat ſubſtantiam, nihilominus, ſi dixerit, Conam erit os meum loquens tecum, prohibuit os à loquela, at os eſt id cui eſt ſubſtantia. Sic etiam ſi dixerit, prohibitæ ſint manus meæ ad opus earum, & pedes mei ad inceſſum eorum, & ſimilia.

riſticum. R. Jehuda dicit, quod illi non licet comedere cum eo, nam ſenſus verborum eſt, ut juret per vitam *ſacrificii* קרבן, aut per vitam *euchariſtici* תודה, ſi comedero quicquam tecum; non obtinet hic votum. Sic etiam ſi dixerit, ſacrificium illud, ut ſacrificium, ſacrificium id quod comedero tecum, ſenſus eſt rem ſe habere ac ſi dixiſſet, ſacrificium eſto id quod comedero tecum; aut ſi dixerit, ut ſacrificium id quod comedero tecum; tum prohibuit ſuper ſe, nam explicatio eſt talis, quicquid comedero tecum, ſit ſuper me ut ſacrificium. Cæterum ſi dixerit לקרבן לא אוכל לך *per ſacrificium non comedam tecum*, non prohibuit ſe à cibo, nam ſenſus verborum eſt, propter ſacrificium non comedam tecum, tum hic non obtinet votum. R. Meyr dicit quod ſenſus vocis לקרבן eſt, ut ſacrificium non ſit id quod non comedam tecum, at res quam comedam tecum; ea erit in ſacrificium, propterea prohibitum eſt. Fundamentum nobis eſt quod vota non cadunt niſi in rem cui ſubſtantia eſt palpabilis. Jam conſtat tibi quod קונם *Conam* eſt unum è nominibus ſacrificiorum; & ſi quis dixerit *Conam* quod non comedam tecum, aut, quod non operabor tecum, aut, quod non ambulabo tecum, non erit hoc illi prohibitum, eo quod ſermo eſt; operibus autem quæ fecit manibus ſuis non eſt ſubſtantia palpabilis, ut ea facere poſſet ut ſacrificium. Verum ſi dixerit, os meum ſit prohibitum ad loquelam ejus, & manus meæ ad opus earum, & pedes mei ad inceſſum eorum, tum cadit in ea votum, & propterea Miſna accurate attendit ad id quod dicit פי מדבר עמך *os meum loquens tecum*, & non dicit, quod non loquar tecum, aut ſimile quid, de rebus quibus non eſt ſubſtantia palpabilis, obligo me ad ſacrificium, tum tenetur adferre ſacrificium ſi locutus fuerit cum eo. Et tali in caſu non dicimus quod vota non cadunt in rem cui non eſt ſubſtantia palpabilis, quia hoc procedit per modum jurisjurandi; ſed hoc quod dicitur de votis, ſit ut prohibeat ſubſtantiam rei palpabilem, aut, ut quamcunque rem faciat ut ſacrificium, & hoc eſt quod dicitur, non cadere votum niſi in rem cui eſt ſubſtantia palpabilis. Sed ſi quis dixerit, quamdiu talis res fuerit, aut talem rem fecerit, obligo me ad ſacrificium, quocunque modo talis res ſe habuerit, tum obligatus eſt verbis ſuis, quia unus eſt è modis jurisjurandi. Quod bene intelligas velim, quia unus eſt ex locis qui maximum errorem inducunt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, nec juxta R. Meyrum.

פרק ב ואלו מותרין חולין שאוכל לך כבשר חזיר בעכו"ם בעורות לבובין כנבילות כטריפות (ס"א) כשקצים כרמשים כחלת אהרן וכתרומתו מותר האומר לאשתו הרי את עלי כאימא פותחין לו פתח ממקום אחר שלא יקל ראשו לכך קונם שאיני ישן שאיני מדבר שאיני מהלך האומר לאשתו (ירוי) קונם שאיני משמשך הרי זה בלא יחל דברו שבועה שאיני ישן שאיני מדבר שאיני מהלך אסור :

Caput 2. At licita hæc ſunt. (Si quis dixerit; ſunto mihi) profana, quæ comedero tecum: (Item;) ſicut caro ſuilla, ſicut cultus idololatricus, ſicut pelles adhuc adjunctæ (עורות לבובין dicuntur,) ſicut cadavera, ſicut diſcerpta, ſicut (שקצים) abominanda, ſicut reptilia, ſicut placenta Aharonis, ſicut ejus Thruma, liber eſt. Si quis dixerit ad uxorem ſuam; Ecce tu eris mihi ſicut mater mea (quam ducere inceſtuoſum,) tunc aperiunt ei oſtium de loco alio (h. e. quærunt rationem ad pœnitentiam eum moventem,) ne temerarius in vovendo fiat. Si quis dixerit, eſto mihi votum, quod nec dormiturus, nec locuturus, nec ambulaturus ſim: (vel) ſi dixerit quis ad uxorem ſuam; eſto mihi votum, quod non cohabitaturus ſim tecum (ut maritus:) tum ille peccat contra τὸ *Non profanabit verbum ſuum*, (Num. XXX. verſ. 3.) Sin quis dixerit, eſto mihi juramentum, quod neque dormiturus, neque locuturus, neque ambulaturus ſim, tunc obligatus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חולין שאוכל לך *Profana ſunto quæ comedero tecum*, ſimpliciter, & exempli gratia hæc adducit, nam, ſi dixiſſet, profanum quod comedero tecum, non opus eſt ut conſulat Sapientem, ſic etiam non opus eſt ut conſulat Sapientem ſuper omnia illa quæ continentur in hujus Miſnæ principio.

בעורות לבובין *Ut pelles copulatæ*, perforabant beſtiam vivam circa cor, & educebant cor quod idolis offerebant; at oblatione idololatrica uti prohibitum eſt.

כחלת אהרן *Ut placenta Aharonis*, qui ſacerdotum primus fuit; & placenta non eſt res quæ vovetur, eo quod placenta & oblatio prima non voventur, neque ſponte offeruntur.

הרי זה מותר *Ecce hic liber eſt*, quia ſcriptum eſt Num. 30, 3. איש כי ידר נדר ליהוה ergo neceſſe eſt ut votum fiat de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus qui eſt benedictus Num. 30, 3. איש כי ידר נדר ליהוה exponit traditio neceſſum eſſe ut voveat ejuſmodi rem quam Deo vovere licet. propterea cibus illi non prohibitus eſt, ſi dixerit, eſto mihi ut caro porcina, aut, ut id quod idolis conſecratum eſt; ſed prohibitus eſt illi ſi dixerit, ut ſacrificium, quia ſacrificium vovere poteſt, & dicere de quacunque re voluerit, *hoc eſto in ſacrificium*, & erit in ſacrificium. Verum de nulla re dici poteſt, hoc ſit mihi ut caro porcina, aut ut id quod idolis conſecratum eſt. Similiter, neque dicere poteſt, ut placenta Aharonis, neque ut oblatio prima, quia nemo promittit placentam, neque oblationem primam. Cæterum magna hic eſt difficultas, quæ dicta eſt capite primo, nimirum, ſi dixerit, *eſto ſacrificium expiationis pro peccato quod non comedam tecum*,

de ejuſmodi re quæ Deo vovetur. Id autem quod dixit capite primo, ſi dixerit quis, ſacrificium expiationis pro peccato ſit quod non comedam tecum, prohibitum eſt, etſi non ſit res quæ vovetur, hanc habet rationem, quia ſacrificium expiationis pro peccato medio voti venire poteſt, ut, ſi quis voverit Nazyræatum, tum tenetur adducere ſacrificium expiationis pro peccato.

הרי את עלי כאמא *Ecce tu eris ſicut mater mea*, etſi non ſit res quæ vovetur, eſt tamen gravior omnibus ſuperioribus, quæ ſolutione indiget ex inſtitutione Sapientum, ſi fuerit homo indoctus.

פותחין לו פתח ממקום אחר *Aperiunt illi oſtium de loco alio*, id eſt, quærunt illi oſtium & rationem reſipiſcentiæ, & non ſufficit illi dicere, an adhuc es in hac ſententia? & hoc omne, ne temerè aſſueſcat prohibere ſibi uxorem ſuam.

קונם שאני ישן הרי זה בלא יחל דברו *Conam quod non dormiam tecum*, *ecce ille* (tranſgreſſus eſt illud) *non profanabit verbum ſuum*, ex decreto Sapientum, ſed de Lege non obtinet hoc votum, quia vota tantum cadunt in ejuſmodi res quibus eſt ſubſtantia palpabilis.

קונם שאני משמשך *Conam quod non coibo tecum*, in Gemara diſputant, dicendo, maritus utique ſubjectus eſt uxori, quomodo igitur officio ſuo fungi poteſt, nonne hic eſt ut is qui proximo ſuo prohibet fructus? & reſpondent, quod hoc intelligi debet, quando dixerit, deliciæ tui coitus ſint ſuper me Conam, quum vero prohibuit ſibi uſum, non dant homini comedendum id quod illi prohibitum eſt.

שבועה שאני ישן וגו' אסור *Eſto mihi jusjurandum quod non dormiturus ſum &c. tum prohibitum eſt*, de Lege, nam jusjurandum tam in rem cui eſt ſubſtantia palpabilis, cadit, quam in rem cui non eſt ſubſtantia palpabilis; ſi ergo juraverit quod non dormiet integros tres dies & noctes, vapulabit, & ſtatim dormiet, eo quod juravit ſuper rem quam complere nequit.

tecum, tum ei prohibitum eſt; notum eſt autem quod ſacrificium expiationis pro peccato non vovetur, neque ſponte offertur? reſponſio eſt, quod ſacrificium expiationis pro peccato, etſi idipſum non adducatur pro voto, veniat tamen propter votum, nam res nota nobis eſt quod votum Nazyræatus fieri poteſt; at jam noſti quod Nazyræus poſtquam impleti fuerint dies Nazyræatus ſui, adducebat ſacrificium expiationis pro peccato inter ſacrificia quæ offerebat, propterea fecimus ſacrificium expiationis pro peccato ut id quod promittitur Deo in cauſa votorum. Si dixerit uxori ſuæ, tu eris mihi ut mater mea, non prohibitum eſt de Lege, nam res ſe habet ac ſi proximo ſuo dixiſſet, id quod comedero tecum, erit ut caro porcina, tum nihil dixit. Verum non dicunt illi, uxor tua tibi licita eſt, quia hoc non eſt votum, ſed oſtendunt illi quod hic ſermo ratus eſt, ne temerariò agat, & aperiunt illi portam aliam, & reſolvunt ipſi votum, quemadmodum exponetur ſuo loco in hoc tractatu. Jam expoſuimus capite præcedenti, quod vota non cadunt niſi in ejuſmodi rem cui eſt ſubſtantia palpabilis, & quod jusjurandum cadit in rem cui ſubſtantia palpabilis eſt, & cui non eſt ſubſtantia palpabilis; propterea dixit, *Conam quod non dormiturus ſum, quod non loquar*, tum tranſgreditur illa verba *non profanabit verbum ſuum*; at non dicit, ecce hic prohibitus eſt, nam *Conam* eſt ex cognominibus votorum, & hæ ſunt res quæ non habent ſubſtantiam palpabilem, de quibus Lex neminem obligat, ſed Sapientes vetant; propterea dicitur, hic tranſgreſſus eſt illud, *Non profanabit verbum ſuum*, quia ex decreto Sapientum eſt quod dixerunt, ſi res quædam licitæ ſint, & alii in iiſdem prohibitionem ſtatuant, illis non poteſt uti licite, eas faciendo irritas, quia ſcriptum eſt Num. 30, 3. לא יחל דברו propterea dixerunt de illis rebus, ille tranſgreſſus eſt *non profanabit verbum ſuum*, id eſt, etiamſi hæ res non locum habeant eo quod homines eas habent pro votis, ecce prohibitæ ſunt propter rationem *non profanabit verbum ſuum*, juxta dictam explicationem. Cæterum ſi dixerit jusjurandum quod non dormiam, de hoc dicunt, prohibitum eſt, ſecundum fundamentum quod tenemus, quod jusjurandum cadit in rem cui eſt ſubſtantia palpabilis, & in rem cui non eſt ſubſtantia palpabilis. Scias etiam eum qui juraverit quod non dormiet per tres dies continuos & noctes, vapulare; & tum dormiet quandò voluerit, quia juravit ſuper re quæ fieri non poteſt; exponentur quoque fundamenta pœnæ juramentorum in tractatu Schebhuot; ſed in hoc tractatu exponetur cujuſmodi juramenta & vota locum habent, & cujuſmodi non habent locum.

ב קרבן לא אוכל לך הא קרבן שאוכל לך לא קרבן לא אוכל לך מותר שבועה לא אוכל לך שבועה שאוכל לך לא שבועה לא אוכל לך אסור זה חומר בשבועות מבנדרים וחומר בנדרים מבשבועות כיצד אמר קונם סוכה שאני עושה לולב שאני נוטל תפילין שאני מניח בנדרים אסור בשבועות מותר שאין נשבעין לעביר על המצות:

2. Si quis dixerit, *Korban* (*per munus*,) *non ſum comeſturus tecum*, (vel) *Ha Korban* (*En per munus*,) *quod comeſturus ſum tecum*, (vel) *Lo Korban non munus eſto*; (*quod*) *non comeſturus ſum tecum*; liber eſt. (Si quis verò dixerit;) *eſto mihi juramentum, quod non comeſturus ſim tecum*, (vel) *eſto juramentum, quod comeſturus ſim tecum*, (vel) *non eſto in juramentum, quod non comeſturus ſim tecum*, obligatus eſt. Gravius hoc eſt in juramentis, quàm in votis: Contra (aliud quid) gravius eſt in votis, quàm in juramentis. Quomodo? ſi quis dixerit, *Konam* (*Munus*) *eſto mihi tabernaculum, quod fecero*, *Ramus palmæ* (לולב) *quem geſtavero*, *Thephillin*, *quos induero*; in votis obligatus eſt; In juramentis verò liber eſſet, quia non jurant, ut tranſgrediantur præcepta.

R. OB. DE BARTENORA.

קרבן לא אוכל לך וגו' מותר (Si dixerit) *ſacrificium, non comedam tecum &c. liber eſt*, quia res ſe habet ac ſi juraſſet per ſacrificium, & dixiſſet, per vitam ſacrificii non comedam tecum quicquam.

שבועה לא אוכל לך וגו' *Jusjurandum, non comedam tecum &c.* non dicimus, quod dixit per vitam jurisjurandi, quemadmodum dicimus de ſacrificio, quia jusjurandum non habet ſubſtantiam palpabilem, de quo dici nequit per vitam jurisjurandi.

שבועה שאוכל לך *Jusjurandum, quod comedam tecum*, aliquoties intelligitur ex illis verbis quod non comedam tecum, ut, ſi amicus ejus refractarius eſſet ne comederet cum eo, & dixiſſet illi, *non comedam, non comedam*, & ſtatim addidiſſet

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scito quod vox שאוכל *quod comedam*, docet quod comedam omnibus modis; notat etiam quod non comedam, & hoc intelligi debet juxta ſenſum verborum, ut, ſi amicus ejus ab ipſo petierit ut comedat, ille autem noluerit, & juraverit dicendo, jusjurandum quod non comedam tecum, tum prohibitum eſt illi comedere quicquam cum eo. Et clarum eſt id quod dicit, ſacrificium, non comedam tecum, ſacrificium quod comedam tecum, non ſacrificium non comedam tecum, nam omnia illa non denotant quod omnia illa quæ comederit cum eo, fecit ut ſacrificium; ſed ſenſus horum verborum eſt, quod jurat per ſacrificium, perindè ac ſi dixiſſet, per vitam ſacrificii quod non comedam tecum quicquam.

diſſet dicendo, jusjurandum quod comedam tecum, id eſt, quod non comedam, ac ſi dixiſſet inſtar jurisjurandi ſit ſuper me, ſi comedero tecum.

וזה חומר בשבועות *hoc gravius eſt in jurejurando*, hoc referri nequit ad id quod dicitur, *jusjurandum non comedam tecum* &c. nam quando dicit *hoc gravius eſt*, denotat quod votum eſt, ſed quod non tam grave eſt ac jusjurandum; & in caſu *ſacrificium non comedam tecum &c.* dicit מותר *licitum eſt*, quod non eſt votum perfectum; propterea neceſſe eſt hoc referre ad ſuperiora ubi Miſna dicit, *Conam, quod non dormiam, quod non loquar, quod non ambulabo*; hic tranſgreſſus eſt (id quod dicitur Num. 30, 3.) *Non profanabit verbum ſuum*, quod prohibitum eſt ex decreto Sapientum, jam juxta Legem non cadit votum niſi in rem cui ſubſtantia eſt palpabilis, & hoc gravius eſt in jurejurando quam in votis, nam jusjurandum cadit etiam in rem cui non eſt ſubſtantia palpabilis.

בנדרים אסור *Per vota obligatus eſt*, quia vetat ſubſtantiam rei, at præceptum adimpleri non debet niſi per rem licitam, ut, ſi prohibuerit ſuper tabernaculo unde in peccatum incidit ſi denuo conſederit in eo, & ſenſus hujus erit ut illius qui non invenerit in nocte Paſchatis præter infermentatum ipſi ad comedendum prohibitum, ut, ſi fuerit מטבל *rei illibata* de qua nondum data ſunt ulla dona, aut ſi fuerit ſanctum quid, quod illi prohibitum eſt comedere, eo quod præceptum eſt cum peccato veniens. Et hæc eſt ratio quare vota cadunt in rem cujus ſubſtantiæ prohibitio obligat ad irritum faciendum præceptum affirmativum. Sed quamdiu ſeipſum obligat ad adducendum ſacrificium quotieſcunque impoſuerit Phylacteria, hic votum locum habet, & quotieſcunque impoſuerit Phylacteria, tenetur ad ſacrificium, id autem quod gravius eſt in jurejurando quam in votis, eſt id ipſum quod ſuperius expoſuimus.

תפילין שאיני מניח *Phylacteria quæ non induam*, quia prohibitionem rei ipſius in ſe recepit, & hoc non eſt promittere irritum reddere præceptum, quia id non recepit in ſe, ſed in ſe recepit prohibitionem rei; & ſi præceptum adimpleverit, eſt præceptum quod venit cum peccato, & ſimile eſt ei qui tenetur comedere azymum nocte Paſchatis, ſi non invenerit præter infermentatum de re illibata, aut de ſancto, quod comedere prohibitum eſt. Sed omne genus jurisjurandi prohibet homini facere illam rem ſuper qua juraverit, quoniam tenetur facere præceptum, ideo non poteſt eximi è præcepto. Si dixerit, obligo me ad ſacrificium adducendum, ſi induero Phylacteria, obtinet votum, & tenetur adducere ſacrificium ſi induerit Phylacteria.

ג יש נדר בתוך נדר ואין שבועה בתוך שבועה כיצד אמר הריני נזיר אם אוכל הריני נזיר אם אוכל ואכל חייב על כל אחת ואחת שבועה שלא אוכל שבועה שלא אוכל ואכל אינו חייב אלא אחת:

3. Poteſt eſſe votum in voto; ſed non juramentum in juramento. Quomodo hoc? Si quis dixerit (bis;) *En ego ero Naſiræus, ſi comedero; En ego Naſiræus, ſi comedero*: tum ſi comederit, reus factus eſt propter utrumque (h. e. bis.) (Sin quis bis dixerit;) *juramentum eſto, quod non comeſturus ſim, juramentum eſto quod non ſim comeſturus*; tum ſi comederit, non reus factus eſt, niſi ſemel.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב על כל אחת ואחת *Reus factus eſt propter utrumque*, & Nazyræus erit triginta dies, ſi dixerit ſimpliciter, *ero Nazyræus*, numerabit triginta dies, & adducet ſacrificium Nazyræatus, & denuo fiet Nazyræus, quotieſcunque dixerit ſe fore Nazyræum. In jurejurando non eſt reus factus, niſi ſemel, nam ſemel tantum vapulabit; at ſi ſuper primo jurejurando conſuluerit Sapientem quendam, locum habet ſecundum jusjurandum; ſimiliter, ſi conſuluerit ſuper ſecundo, locum habet tertium, & ei prohibitum eſt comedere niſi donec reſoluta fuerint omnia juramenta, & hoc infertur è verbis Miſnæ, nam non dicit, hoc eſt jusjurandum, ſed, non factus eſt reus niſi ſemel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חייב על כל אחת ואחת *Reus factus eſt propter utrumque*, ut ſit Nazyræus per triginta dies, ſi dixerit, *Nazyræus ſimplex*, aut tempus limitatum, adducet ſacrificia Nazyræatus. Præterea obligatus eſt propter votum ſecundum, adducetque ſacrificium; ſic etiam propter tertium & quartum. Cæterum quod de jurejurando dicit אינו חייב אלא אחת *non tenetur niſi ad unum*, ſemel tantum vapulabit. Verum ſi conſuluerit Sapientem, qui ſolverit illi primum juramentum, prohibita illi erit res illa ſuper qua juraverit propter ſecundum juramentum. Similiter, ſi ſecundum illi ſolverit juramentum, prohibitum illi eſt comedere propter tertium juramentum; vides itaque id quod dicit אינו חייב אלא אחת, & non dicit, hoc eſt juramentum unum.

ד סתם נדרים להחמיר ופירושם להקל כיצד אמר הרי עלי כבשר מליח כיין נסך אם של שמים נדר אסור אם של עכ"ום נדר מותר ואם סתם אסור הרי עלי כחרם אם כחרם של שמים אסור ואם כחרם של כהנים מותר ואם סתם אסור הרי עלי כמעשר אם כמעשר בהמה נדר אסור ואם של גורן מותר ואם סתם אסור הרי עלי כתרומה אם כתרומת הלשכה נדר אסור ואם של גורן מותר ואם סתם אסור דברי רבי מאיר רבי יהודה אמר סתם תרומה ביהודה אסורה בגליל מותרת שאין אנשי גליל מכירין
את

5. Simplicia vota aggravanda ſunt: quod ſi tamen quis ipſe ea exponat, mitiganda (accipienda juxta expoſitionem ejus.) Quomodo? (E. g.) Si quis dixerit; *ecce ſuper me eſto ſicut caro ſale condita* (h. e. *ſacrificium: nam omnia ſacrificia ſalienda erant*,) *ſicut vinum libaminis*, tum ſi Domino voverit, (voviſſe exponat,) obligatus eſt: Sin idolo voverit, abſolutus eſt: Sed ſi ſimpliciter (voverit,) obligatus eſt. Sic ſi dixerit; *ecce ſuper me devotum*, ſi devotum Deo, obligatus eſt; ſin verò devotum ſacerdotibus, abſolutus eſt: quod ſi ſimpliciter, obligatus eſt. Si quis dixerit; *ecce eſt ſuper me ſicut decimæ*: ſi ſecundum decimas beſtiæ voverit, obligatus eſt; ſin autem (decimas) horrei, liber eſt: ſi abſolutè, obligatus eſt. Si quis dixerit; *en eſt ſuper me ſicut Thruma*: ſi ſecundum Thrumam conclavis voverit, obligatus eſt; ſin autem horrei, liber eſt: ſi ſimpliciter, obligatus eſt: ita R. Meir. R. Jehuda dicit; ſi ſimpliciter vovetur Thruma in Ju-

את תרומת הלשכה סתם חרמים ביהודה מותרין ובגליל אסורין שאין אנשי גליל מכירין את חרמי הכהנים:

dæa, tum prohibita eſt; in Galilæâ verò, licita, Galilæis non agnoſcentibus Thrumam conclavis: ſi ſimpliciter חרמים id eſt, *devota* (voverit) in Judæa, tum licita ſunt; ſed in Galilæa prohibita: devota ſacerdotum haud agnoſcentibus Galilæis.

R. OB. DE BARTENORA.

ופירשם להקל *Et expoſuerit ea ad mitigandum*, etiam quando expoſuerit verba illius, ſequimur id quod expoſuit, dicendo vero ſimpliciter, non expreſsè, ſequimur conditionem graviorem, nam is qui ſimpliciter vovet, intendit prohibere.

כבשר מליח *Ut caro ſale condita*, eſt ſacrificium, nam omnia ſacrificia ex mandato Dei ſale condienda erant. כחרם של כהנים מותר *ut anathema ſacerdotum, liber eſt*, etſi prævaricari poſſunt in anathematibus ſacerdotum donec intrant in poteſtatem ſacerdotum, eſtque res quæ vovetur; nihilominus tamen anathemata ſacerdotum ſimpliciter vota indicant quod jam venerunt in manus ſacerdotis. אם כמעשר בהמה אסור *ſi, ut decimæ beſtiarum, prohibitus eſt*, quia eſt res quæ vovetur, quæque neceſſario ſanctificanda eſt, at decimæ beſtiarum non prohibent totam caulam, ut decimæ frumenti vetant arcam. שאין אנשי גליל מכירין תרומת הלשכה *nam viri Galilæi non cognoſcebant oblationem primam conclavis*, eo quod procul diſſiti erant Jeruſolymis. Sic etiam non cognoſcebant anathemata ſacerdotum, nam quicquid anathematizabant, id ſeparabant in reparationem templi; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod votum non fiat niſi in rebus quæ voveri poſſunt, decimæ vero beſtiarum etſi non voveantur neceſſe eſt tamen ut ſanctificentur, quemadmodum exponetur ſuo loco; tenetur autem homo hanc beſtiam facere in decimas, & erit ſacrificium; reliqua clara ſunt; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ה נדר בחרם ואמר לא נדרתי אלא בחרמו של ים בקרבן ואמר לא נדרתי אלא בקרבנות של מלכים הרי עצמי קרבן ואמר לא נדרתי אלא בעצם שהנחתי לי להיות נודר בו קונם אשתי נהנית לי ואמר לא נדרתי אלא באשתי הראשונה שגירשתי על כולן אין נשאלים להם ואם נשאלו עונשין אותן ומחמירין עליהם דברי רבי מאיר וחכמים אומרים פותחין להן פתח ממקום אחר ומלמדין כדי שלא ינהגו קלות ראש בנדרים:

5. Si quis voverit devotum, ac (deinceps) dixerit, non vovi niſi devotum maris. (Si quis voverit) *munus*, & (mox) dixerit, non vovi, niſi munera Regum. (Si quis dixerit;) *ecce* עצמי id eſt, *os meum eſto munus*, & dixerit deinde, ego non vovi, niſi de oſſe, quod ſepoſui mihi, ut voverem illud: (Item ſi quis dixerit) קונם id eſt, *eſto mihi votum quod uxore mea non fruiturus ſim*, dixerit autem poſtea, ego non vovi, niſi de uxore prima, quam expuli: tum de hiſce omnibus non quærunt (Sapientes:) ſi verò quæſiverint, mulctant eos, aggravantque illis rem: ſic R. Meir. Aſt Sapientes dicunt; aperire debemus oſtium illis à loco alio atque inſtruere, ut in votis levitati ſe non aſſuefaciant.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא בחרמו של ים *Niſi per devotum maris*; puta rete piſcatoris, quemadmodum Eccleſ. 7, 27. חרמים *& retia.*

הרי עצמי קרבן *Ecce os meum in ſacrificium*, ſi prohibuerit ſeipſum quemadmodum ſacrificium ſuper proximo: אין נשאלין עליהם *n. ɑ conſulunt ſuper ea*, non tenentur conſulere Sapientem, quia non habent locum.

ואם נשאלין *At ſi conſuluerint*, ſi is qui conſuluerit, fuerit homo indoctus, & venerit conſultum ſuper voto ſuo, non aperiunt illi portam reſipiſcentiæ, neque permittunt illi; ſi vero tranſgreſſus fuerit votum ſuum, excommunicant ipſum.

פותחין לו פתח *Aperiunt illi portam*, oſtendunt illi quod votum ratum eſt, & aperiunt illi portam per aliam rationem, & diſſolvunt illi votum, at non afficiunt eum pœna, neque aggravant ſuper eum; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלא בחרמו של ים *Niſi per devotum maris*, id eſt rete piſcatoris, quemadmodum dicitur Habac. 1, 15. יגרהו בחרמו ויאספהו במכמרתו Præterea dicit Miſna הרי עצמי קרבן *ecce os meum ſacrificium*, ſi dixerit alii, mea perſona ſit ſuper te ſacrificium, eo ſenſu ut prohibitum ſit alii indè utilitatem capere.

על כלן אין נשאלין להם *Super his omnibus non conſulunt* (Sapientes,) id eſt non tenentur conſulere Sapientem qui diſſolvat votum, quia non habet locum. Sin autem plebejus & indoctus fuerit, ſimulac venerit conſultum & petitum ſolutionem voti, non permittunt illi, neque aperiunt illi portam reſipiſcentiæ, & hoc eſt quod vult quando dicit מחמירין עליהם *aggravant ſuper eos.* Cæterum ſi viderimus quod tranſgreſſus fuerit votum, excommunicant ipſum, & hoc vult quando dicit עונשין אותו *mulctant eum*, & omnia hæc ad terrendum eos; hæc eſt opinio R. Meyri. Verum Sapientes dicunt, quod monſtrant illis votum eorum eſſe ratum, & nihil valere id quod illi putabant, & aperiunt illis portam per aliam rationem, diſſolvuntque votum eorum; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

פרק ג ארבעה נדרים התירו חכמים נדרי זרוזין ונדרי הבאי ונדרי שגגות ונדרי אנסים נדרי זרוזין כיצד היה מוכר חפץ ואמר קונם שאיני פוחת לך מן הסלע והלא אומר קונם שאיני מוסיף לך על השקל שניהן רוצין בשלשה דינרין רבי אליעזר בן יעקב אומר אף הרוצה להדיר את חבירו שיאכל אצלו אומר כל (ס״א) נדר שאני עתיד:

Caput 3. Quatuor vota Sapientes abſolvunt. (1.) Vota perſuaſoria (ſeu inſtigatoria.) (2.) Vota hyperbolica. (3.) Vota errorum. (4) Vota neceſſitatem patientium. Vota perſuaſoria quomodo? ſi quis vendiderit aliquid, dixeritque, *eſto mihi votum, quod nihil diminuam tibi de Selo* (duobus ſiclis communibus;) & dixerit quoque alter, *eſto & mihi votum, quod nihil ſuper ſiclum tibi addam.* Uterque autem convenit de tribus denariis. R. Elieſer filius Jacobi ait; etiam is, qui voto movere vult proximum

עתיד לידור הוא בטל ובלבד שיהא זכור בשעת הנדר:

mum ſuum, ut ſecum comedat, dicere poteſt, *omne votum, quod voturus ſum, irritum eſto*: modò recordatus fuerit, tempore quo vovet.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבעה נדרים *Quatuor vota*, quæ deinceps explicat omnia: קונם שאיני פוחת לך מן הסלע *Conam quod nihil diminuam tibi de Sela*, Conam ſit hic panis ſuper me ſi dedero tibi minus quam Selam; Sela autem quatuor facit denarios: שקל eſt dimidium Selæ.

שניהן רוצין בשלשה דינרין *Utrique autem conveniunt de tribus denariis*, non cogitantes in corde eorum de nomine voti, ſed venditor fecerat votum ad incitandum emtorem ut plus det. Sic etiam emtor, ut venditor illi vendat minoris, propterea non eſt votum. Imo quamvis verba cordis non ſunt verba, unde conſtat hoc in loco, quod moris eſt apud omnes venditores & emtores hoc facere, tamen ſequimur verba cordis. *R. Elieſer filius Jacobi dicit, etiam is &c.* exponit Gemara quod hic deſunt verba quædam, quæ hoc ſenſu ponenda ſunt, *quis ſi voluerit ut amicus ejus comedat cum ipſo, & renuerit conditionem, & voverit votum, eſt votum perſuaſorium; qui vero voluerit ut vota ſua non ſint rata totum annum, dicat in principio anni, quodcunque votum ego fecero ſit irritum*; ſed hoc non intelligitur propriè & ſtrictè de initio anni, ſed etiam de quocunque tempore quo illud votum ſtatuerit. Cæterum ea conditione ut recordetur conditionis tempore illo quo vovit, & recordetur ut conditio rata ſit, tum irritum erit votum. Verum ſi non recordatus fuerit conditionis tempore voti, neque tam diu ut magiſtrum ſalutare poſſit, ab eo tempore quo votum fecerit, votum eſt ratum; & neceſſe eſt ut dicamus, ſi recordatus fuerit conditionis tempore voti, & intenderit ut conditio irrita redderetur, & votum ratum, clarum eſt votum eſſe ratum. Jus autem jurisjurandi & voti in hoc caſu æquale eſt, deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נדרי זרוזין *Vota perſuaſoria*, ſi voto ſuo intenderit tantum confirmare concordiam: נדרי הבאי *vota hyperbolica*, locutionem abundantem: cæterum jam indicavi tibi aliquoties quod סלע facit quatuor denarios, & quod שקל facit dimidium סלע; explicatio verborum R. Elieſeris filii Jacobi hæc eſt, R. Elieſer filius Jacobi dicit, qui voluerit ut comedat cum eo amicus ejus, & renuerit ipſi amicus, & votum fecerit, hoc eſt votum perſuaſorium. Qui vero voluerit ut non confirmentur per totum annum, dicat in principio anni, quodcunque votum fecero per totum annum ſit irritum, at ea conditione ut animum attendat quando votum facit. Hic autem caſus eſt, ut, quando vovet, cogitet in corde ſuo quod hæc conditio præceſſit. & hoc votum eſt irritum. Verum ſi recordatus fuerit conditionis poſtquam fecerit votum tam diu ut magiſtrum ſuum ſalutare potuerit, aut ſi ſtatim recordatus fuerit, & eo tempore ſtatuerit irritam reddere conditionem quam fecit in principio anni, & confirmaverit votum, votum eſt ratum. Sic etiam dicere poteſt, quodcunque votum ego fecero uſque ad decem annos, aut ad quodcunque tempus voluero; idem jus quoque intelligitur de jurejurando; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

ב נדרי הבאי אמר קונם אם לא ראיתי בדרך הזה כיוצאי מצרים אם לא ראיתי נחש כקורת בית הבד נדרי שגגות אם אכלתי ואם שתיתי ונזכר שאכל ושתה שאני אוכל ושאני שותה ושכח ואכל ושתה אמר קונם אשתי נהנית לי שגנבה את כיסי ושהכתה את בני ונודע שלא הכתו ונודע שלא גנבתו ראה אותן אוכלים תאנים ואמר הרי עליכם קרבן ונמצאו אביו ואחיו והיו עמהן אחרים בית שמאי אומרים הן מותרין ומה שעמהן אסורין ובית הלל אומרים אלו ואלו מותרין:

2. Quæ ſunt vota hyperbolica? Si quis dixerit, קונם id eſt, eſto mihi votum, ſi non videro in via hac ſimiles egredientibus ex Ægypto, (aut) ſi non vidi ſerpentem tanquam trabem torcularis. Vota errorum quæ? (ſi quis dixerit; eſto mihi votum) *ſi comedi aut bibi*: inciderit autem interim in memoriam ejus, quod comederit aut biberit. (Si quis dixerit, eſto mihi votum) *ſi comedero aut bibero*, interea verò oblitus fuerit (ſc. voti) & comederit atque biberit. *Si quis dixerit, eſto mihi votum, quod uxor mea non fruitura ſit me, quia furtim ſurripuit marſupium meum, atque percuſſit filium meum*; notum autem factum, quod nec ſurripuerit iſtud, nec ſuſtulerit hunc. Si quis viderit aliquos comedentes ficos, dixeritque; *ecce ſuper vos ſacrificium*, & reperti ſunt apud illos, Pater ejus, & frater ejus, aliique cum iis; dicit quidem Schola Schammai, hos liberos, ſed illos, qui apud hos fuêre, obligatos eſſe: Utroſque verò Schola Hillelis facit liberos.

R. OB. DE BARTENORA.

נדרי הבאי *Vota hyperbolica*, nam ipſe homo ſciebat quod res non ita ſe habebat: קונם אם לא ראיתי *Conam, ſi non videro*, Conam ſit hic panis ſuper me ſi non videro &c. נדרי שגגות *vota erronea*, ſi dixerit, Conam ſit hic panis ſuper me, & comederit ac biberit, & recordatus fuerit quod edit & bibit, at tempore voti ipſi viſum fuerit quod non comederat neque biberat, non eſt votum.

שאיני אוכל לך ואיני שותה ושכח ואכל ושתה *Quod non comedam tecum, & non bibam tecum, & oblitus fuerit ac comederit ac biberit*, nam eo tempore quo votum locum habebat, quod eſt in tempore quo comedit & bibit, oblitus fuerat votum, licitum eſt, quia id elicimus ex jurejurando de quo dicit Scriptura Levit. 5, 4. האדם בשבועה neceſſe igitur eſt ut homo ſit eo tempore quo jusjurandum in ſe ſuſcipit, nimirum ut recordetur jurisjurandi; idem obtinet in voto קונם אשתי נהנית לי שגנבה את כסי *Conam ſit uxor mea non fruitura me, quia furtim ſurripuit meum marſupium*, hoc eſt votum erroneum, nam quia innotuerit quod non ſurripuit illi, ſit indè ut non ſit votum. אלו ואלו מותרים *hi & illi liberi ſunt*, nam votum quod ex parte ſolutum eſt, totum ſolutum cenſetur, nam non vult ut votum ſuum locum habeat niſi eo modo quo vovit illud; quia autem pars ejus facta eſt ex errore, totum ſit irritum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם לא ראיתי *Si non videro*, eſt affirmatio, non negatio, ac ſi dixiſſet, *vidi*: כקורת בית הבד *tanquam trabem torcularis*, magnam ſcilicet, quia autem hæc eſt res admodum vulgaris, hic non datur hyperbole, ſed intelligitur è figura ſua, erat igitur figura trabis torcularis ſuperficiei extenſæ & triangularis, ſurſum faciens acumen aliquod, inſtar pyramidis ſepulturæ; ſed talis figura non invenitur in ſerpentibus, at aliquo modo illi ſimilis invenitur, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur כקורת בית הבד.

ג נדרי אונסים הדירו חבירו שיאכל אצלו וחלה הוא או שחלה בנו או (ס״א) שעכבו נהר הרי אלו נדרי אונסין :

3. Vota neceſſitatem patientium quæ ſunt? ſi quem voto obſtrinxerit ſocius ſuus, ut comedat apud eum, ægrotaverit autem ipſe, aut ipſius filius ægrotaverit, aut impediverit eum aqua. En hæc ſunt vota neceſſitatem patientium.

R. OB. DE BARTENORA. נדרי אונסים *Vota neceſſitatem patientium*, nam indè à principio non fuerat intentio ejus quod votum locum habebit ſi neceſſitas aliqua eum impediret. Similiter, ſi res ipſa indicet, verba non prolata ſunt ut verba prolata.

ד נודרין להורגים ולחרמין ולמוכסין שהיא תרומה אף על פי שאינו תרומה שהן של בית המלך אף על פי שאינן של בית המלך בית שמאי אומרים בכל נודרין הוץ מבשבועה ובית הלל אומרים אף בשבועה בית שמאי אומרים לא יפתח לו בנדר ובית הלל אומרים אף יפתח לו בית שמאי אומרים בבה שהוא מדירו ובית הלל אומרים אף בבה שאינו מדירו כיצד אמרו לו אמור קונם אשתי נהנית לי ואמר קונם אשתי ובני נהנין לי בית שמאי אומרים אשתו מותרת ובניו אסורין ובית הלל אומרים אלו ואלו מותרין :

4. Si qui voverint homicidis, raptoribus, publicanis, quod res hæc ſit Thruma, etſi non eſt Thruma: aut quod pertineat ad domum Regis, quanquam non pertinet ad domum Regis: Schola Schammai dicit; (valet) in omnibus voventibus, excepto, quod cum juramento conjunctum: verum etiam in juramento (valere,) Schola Hillelis inquit. Schola Schammai dicit; non offerat ſe ad votum: Sed ait Schola Hillelis, offerre etiam poteſt. Schola Schammai dicit; in eò tantùm, ſuper quo votum ab eo petitur: verum Schola Hillelis ait; imò etiam in eo, ſuper quo nullum votum ab eo petitur: Quomodo? ſi dixerint ei, dic; *Munus eſto mihi uxor mea, ſi utilitatem perceperit ex me*: ille verò dixerit; *Munus ſunto uxor mea, & filii mei, ſi utilitatem perceperint ex me*: tum Schola Schammai dicit, uxor licita eſt, ſed filii ejus ſunt prohibiti; at Schola Hillelis utroſque dicit licitos.

R. OB. DE BARTENORA.

להורגין *Homicidis*, prædonibus qui occidunt homines, eoſque ſpoliant bonis: חרמין *raptoribus*, qui ſpoliant, at non occidunt, neque hoc tantum de iis qui occidunt dicit, ſed de iis etiam qui non occidunt. ולמוכסין *& publicanis*, intelligas de publicanis qui ſeipſos conſtituerunt, ſed publicanis à rege conſtitutis, ſive à rege gentium ſive à Rege Iſraëlis, recipientibus in ſe definitum jus Regis, tum jus regis eſt jus, & prohibitum eſt defraudare jura Regis, quanto magis prohibitum eſt ipſi votum facere, & falſo jurare.

שהיא תרומה *Quia oblatio prima eſt*, etſi occidant & ſpolient, non comedunt tamen id quod prohibitum eſt. Vel etiam non æſtimant oblationem primam, quæ, cum niſi à ſacerdotibus comedi queat qui puri ſunt, venditur multo minoris.

לא יפתח לו בנדר *Non offeret ſe ad votum*, ſi homo violentus ab ipſo petierit ut votum faciat, non faciet votum niſi in eo quod petierit ab ipſo, & non in alia cauſa. Omnium autem quatuor votorum de quibus hæc Miſna loquitur, jus æquale eſt cum juramentis, ita ut id quod licitum eſt in votis, etiam licitum ſit in juramentis, ſed non indigent ſolutione, exceptis votis perſuaſoriis quæ indigent ſolutione ex inſtituto Sapientum, propterea prohibitum eſt in illis jusjurandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Duorum neceſſitatis modorum facit mentionem, quorum unus eſt ſi juret ſuper re & cogatur, ſecundus eſt ſi eum aliquis cogat ad jusjurandum violenter, cui ſi veritatem confeſſus fuerit, damnum pro ipſo erit aut pro alio in bonis aut in vita, quia cum jurare fecit cauſa alius, etiam illi jurabit.

בית שמאי לא יפתח לו נדר *Schola Schamai dicit, non offerat ſe ad votum*, id eſt, non jurabit niſi cum jurare fecerit, & non inceperit. Schola Hillelis dicit quod incipiet & jurabit antequam eum jurare fecerit.

חרמין Sunt latrones qui ſpoliant viatores; מוכסין *publicans*, notum eſt; at ea conditione ut publicanus ille ex ſe ipſo conſtituerit ſe, at ſi à rege conſtitutus fuerit, hypotheſis nobis eſt quod jus regis eſt jus, & tum non licet intermittere ſolutionem vectigalis, neque jurare ſuper eo quod ſolvit. Neque differentia eſt inter regem ethnicorum & regem Iſraëlis. Scito quoque quod omnia illa vota quatuor non differunt à jurejurando, propterea non indigent ſolutione, exceptis votis perſuaſoriis, ideoque non licitum hoc eſt in jurejurando.

ה הרי נטיעות האלו קרבן אם אינן נקצצות טלית זה קרבן אם אינה נשרפת יש להן פדיון הרי נטיעות האלו קרבן עד שיקצצו טלית זו קרבן עד שתשרף אין להן פדיון :

5. (Si quis dixerit;) *Ecce plantationes iſtæ ſunto mihi munus, ſi non fuerint exciſa*: (item; ſi quis dixerit,) *pallium hoc eſto mihi munus, ſi non fuerit combuſtum*: poſſunt redimi. Sin dixerit, *En plantationes iſtæ ſunto mihi munus, uſque dum exſcindantur*: (Item;) *pallium hoc eſto mihi munus, donec comburatur*: non poſſunt redimi.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי נטיעות האלו קרבן *Ecce plantationes iſtæ ſunto munus*, ſi viderit imminentem magnam aliquam tempeſtatem, & ventum acrem, & timuerit ne frangerentur plantationes, dixeritque, ſunto illæ plantæ munus ſi non confractæ fuerint. Aut ſi viderit magnum aliquod incendium in civitate, & timuerit ne pallium ſuum incendio conſumeretur, dixeritque,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſitio hujus Miſnæ eſt, ſi quis dixerit, ſunto hæ plantæ ſacrificium ſi hodie non fractæ fuerint, & tranſierit hic dies & non fractæ fuerint, eas redimere poteſt è poteſtate ſanctitatis, uti ſe habet jus omnium ſanctitatum in reſtaurationem ſanctuarii quæ redimi poſſunt è poteſtate ærarii præfecti. Cæterum, ſi dixerit, ſunto hæ plantæ ſacrificium

que, ſit pallium hoc munus niſi incendio conſummatum fuerit, ut cæteræ ſanctitates, & rediment ac comparabunt pecunia ejus ſacrificium. Nam quoniam non dixit, ſunto ſuper me ut munus, non fuit intentio ejus prohibere ſuper ſe ut munus, ſed ut ematur pecunia earum munus.

אין להם פדיון *Non eſt illis redemptio*, ſed nummi detinentur in ſanctitate, & plantæ denuo fiunt ſanctæ, nam quia dixit, donec confractæ fuerint, id eſt, ſi redemerit eas, denuo fiunt ſanctæ donec fractæ fuerint.

cium donec confractæ fuerint, non poſſunt eas redimere niſi fractæ fuerint; nam ſi antequam confractæ fuerint, eas redemerit quando fiunt profanæ, denuo fiunt ſanctæ; quia eas fecit ſanctas donec confractæ fuerint, & tum eas poſſunt redimere, & profanæ fiunt. Sin autem alius eas redemerit, etiam antequam confractæ fuiſſent, non fiunt denuo ſanctæ, ſed profanæ exeunt. Sic etiam jus eſt de pallio, & ſimilibus.

ו הנודר מיורדי הים מותר ביושבי היבשה מיושבי היבשה אסור ביורדי הים שיורדי הים בכלל יושבי היבשה לא כאלו שהולכין מעכו ליפו אלא במי (ס״א) שדרכו לפרש:

6. Si quis voto excluſerit ſe à deſcendentibus in mare: tum liberi ipſi ſunt ſedentes in aridâ. (Sin quis voto excluſerit ſe) à ſedentibus in aridâ: tunc prohibiti ipſi ſunt deſcendentes in mare, quia deſcendentes in aquam continentur ſub in aridâ ſedentibus: nec tantum ſicut illi, qui proficiſcuntur ab Acco in Jappo, ſed ſicut is, qui in altum mare exire ſolet.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר ביושבי יבשה *Licitum eſt ſedentibus in arida*, quorum mos non eſt navigare in mari: בכלל יושבי היבשה *includuntur ſedentibus in arida*, quia tandem è mari deſcendunt, & non ſedent in arida. לא כאלו שהולכים מעכו ליפו *non ſicut illi qui proficiſcuntur ab Acco in Jappo*, nonnulli exponunt hoc ſenſu, id quod dixerit in principio Miſnæ; ſi quis votum fecerit ex iis qui deſcendunt in mare, licitum eſt commodum percipere ex illis qui morantur in arida, ſed prohibitum eſſe commodum percipere ex iis qui deſcendunt in mare, non intelligitur de illis qui proficiſcuntur ab Acco in Jappo, quibus vota facientibus non prohibitum eſt, quia non vocantur יורדי הים *deſcendentes in mare* ii qui iter conficiunt adeo breve. Alia expoſitio, non tantum ut illi qui proficiſcuntur ab Acco in Jappo ſunt illi qui deſcendunt in mare ut prohibiti ſint ex uſu, nec vocantur tantum (deſcendentes in mare) ii qui morantur in terra, ſed etiam ii qui longum conficiunt iter, quia in fine commorantur in terra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כפרש Vocatur יורד בים *deſcendens in mare*, quando mare tranſnavigat in navi magna procul à terra, & ab Acco in Jappo navigant circa terram.

ז הנודר מרואי החמה אסור אף בסומין שלא נתכוון זה אלא למי שהחמה רואה אותו:

7. Si quis voto ſe excluſerit à videntibus ſolem: tum illi etiam cœci ſunt prohibiti: quia non alios intendebat, niſi illos, quos ſol aſpicit.

R. OB. DE BARTENORA.

מרואי החמה *A videntibus ſolem*, quia non dicit, voveo me non capturum utilitatem ab iis qui vident, ergo etiam cœcos intelligit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, loquitur enim juxta id quod notum erat illo tempore; fundamentum totius rei eſt, quod vota ſequi debent id quod homo locutus fuerit.

ח הנודר משחורי הראש אסור בקרחין ובעלי שיבות ומותר בנשים ובקטנים שאין נקראין שחורי הראש אלא אנשים:

8. Si quis voto excluſerit ſe à nigris capite: tunc prohibiti ipſi ſunt etiam calvi, & cani; licitæ autem ei ſunt mulieres & pueri; ſiquidem nemo vocatur niger capite, niſi viri.

R. OB DE BARTENORA. אסור בקרחים ובעלי השיבות *Prohibitus eſt calvis & canis*, quia non dixit de illis quibus ſunt capilli, *ſi quis votum fecerit*; שאין נקראין שחורי הראש אלא אנשים *nam non vocantur nigri capite niſi viri*, quia viri aliquando tegunt caput, aliquando autem detegunt, & è nigredine capitis cognoſcitur quod viri ſunt. Sed mulieres ſemper incedunt capite tecto, ita & infantes tam fœminæ quam maſculi incedunt capite detecto, & non dignoſcuntur fœminæ à maſculis, propterea non vocantur *nigri capite* niſi viri adulti.

ט הנודר מן הילודים מותר בנולדים מן הנולדים אסור בילודים רבי מאיר מתיר אף בילודים וחכמים אומרים לא נתכוון זה אלא במי שדרכו להוליד:

9. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à natis: tunc liciti ipſi ſunt naſcendi. Si verò voverit (ſe abſtenturum) à naſcendis: tum prohibiti ipſi ſunt nati. R. Meir quidem etiam natos licitos ſtatuit: ſed Sapientes dicunt; non intendit alios, niſi eos, qui gigni ſolent (juxta naturæ ordinem)

R. OB. DE BARTENORA.

מן הילודים *E natis*, intelligitur de illis qui nati ſunt: מן הנולדים *e naſcendis*, qui in futurum naſci debent. *R. Meir etiam permittit de natis*, declarant in Gemara, quod res hoc ſenſu intelligenda ſit, nimirum quod deficiunt quædam quæ hoc ſenſu ſupplenda ſunt, ſi voverit quod abſtinebit à נולדים, ei prohibitum quoque eſt à ילודים; R Meyr dicit, etiam ſi quis voverit quod abſtinebit à נולדים, licitum illi eſt à ילודים, quemadmodum ei qui voverit quod abſtinebit à ילודים, licitum eſt à נולדים.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ילודים *Natus*, hæc vox eo tempore intelligebatur inter vulgus de illis qui nati erant: & נולדים intelligebatur de illis qui naſcendi erant; ſenſus vero Miſnæ eſt hic, ſi quis voverit de *natis* ילודים, licitum eſt illi de נולדים *naſcendis*; ſi de נולדים, prohibitum eſt illi de ילודים. R. Meyr dicit, etiam ſi quis voverit de נולדים, licitum eſt illi de ילודים, quemadmodum ſi quis votum fecerit de ילודים, licitum eſt illi de נולדים. Sapientes dicunt, quod vox נולדים notat ejuſmodi cujus natura & con-

אלא כמי שדרכו להוליד *Niſi ab eo cujus mos eſt gignere*, uti ſunt homines & beſtiæ, exceptis piſcibus & avibus, qui non pariunt ſui ſimilem, ſed ova emittunt.

ſuetudo eſt naſci, id eſt, ſimilem ſui progignere, uti ſunt homines & quadrupedes, ſed non ejuſmodi cujus natura eſt progignere ova, uti eſt maxima pars piſcium & avium.

י הנודר משובתי שבת אסור בישראל ואסור בכותים מאוכלי שום אסור בישראל ואסור בכותים (ס"א) בכותים מעולי ירושלם אסור בישראל ומותר בכותים :

10. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à celebrantibus Sabbathum: tum prohibiti ipſi ſunt Iſraëlitæ & Samaritani. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à comedentibus allium: tum prohibiti ipſi ſunt (iterum) Iſraëlitæ, & Samaritani. Sed ſi quis voverit (ſe abſtenturum) ab aſcendentibus Hieroſolymam: tunc prohibiti ipſi ſunt (tantum) Iſraëlitæ, ſed Samaritani ipſi ſunt liciti.

R. OB. DE BARTENORA.

מאכלי שום *A comedentibus allium*, eſt una è decem conſtitutionibus quas conſtituit Ezra, ut comederent allium veſperi Sabbathi, quia ſemen promovet, at nox Sabbathi eſt tempus cocundi cum uxore penes ſtudioſos Legis. ומותר בכותים *& licitum Cuthæis*, quia non aſcendunt Jeruſolyma in feſtis, etſi ſit præceptum Legis, quia ſpreverunt Jeruſolyma, & elegerunt ſibi montem Gerizim.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hoc tractatu exponetur tibi quod eorum mos erat comedere allium veſpera Sabbathi, & quod Cuthæi abhorrebant ab Jeruſolymis eaque ſpernebant, cuilibet notum eſt; ratio petitur ex eo quod dicitur in Ezra; quanto magis non aſcendebant ad feſta.

יא קונם שאיני נהנה לבני נח מותר בישראל ואסור בעכ"ום שאיני נהנה לזרע אברהם אסור בישראל ומותר בעכ"ום שאיני (ס"א) נהנה לישראל לוקח ביותר ומוכר בפחות שישראל נהנין לי לוקח בפחות ומוכר ביותר אם (ס"א אין) שומעין לו שאיני נהנה להן והן לי נהנה לעכ"ום קונם שאיני נהנה לערלים מותר בערלי ישראל ואסור במולי עכ"ום קונם שאיני נהנה למולים אסור בערלי ישראל ומותר במולי עכ"ום שאין הערלה קרויה אלא לשם עכ"ום שנאמר כי כל הגוים ערלים וכל בית ישראל ערלי לב ואומר והיה הפלשתי הערל הזה ואומר פן תשמחנה בנות פלשתים פן תעלוזנה בנות הערלים רבי אליעזר בן עזריה אומר מאוסה הערלה שנתגנו בה הרשעים שנאמר כי כל הגוים ערלים רבי ישמעאל אומר גדולה מילה שנכרתו עליה שלש עשרה בריתות רבי יוסי אומר גדולה מילה שדוחה את השבת החמורה רבי יהושע בן קרחה אומר גדולה מילה שלא נתלה לו למשה הצדיק עליה מלא שעה רבי נחמיה אומר גדולה מילה שדוחה את הנגעים רבי אומר גדולה מילה שכל המצות שעשה אברהם אבינו לא נקרא שלם עד שמל שנאמר התהלך לפני והיה תמים דבר אחר גדולה מילה שאילמלא היא לא ברא הקדוש ברוך הוא את עולמו שנאמר כה אמר יי' אם לא בריתי

11. (Si quis dixerit;) *eſto mihi munus, quicquid commodi percepturus ſum à filiis Noachi*: tum liciti ipſi ſunt Iſraëlitæ, ſed prohibiti gentiles (idololatræ.) (Si quis dixèrit; eſto mihi munus,) *quicquid commodi percepturus ſum à ſemine Abrahami*: tunc prohibiti ipſi ſunt Iſraëlitæ, ſed liciti gentiles (idololatræ.) (Si quis dixerit; munus eſto) *quicquid ſum percepturus commodi ab Iſraëlitis*: tum emat carius, vendatque minori pretio. (Si quis dixerit; eſto mihi munus,) *quicquid Iſraëlita commodi percepturi ſunt à me*; tum emat minori pretio, atque vendat cariori pretio; nam tum non conſentient illi. (Si quis dixerit, eſto munus,) *quicquid percepturus ſum ab illis commodi, aut illi à me*: tum ille commodum percipere poteſt à gentilibus. (Si quis dixerit; eſto mihi munus,) *quicquid commodi percepturus ſum à præputiatis*: tum liberi ipſi ſunt præputiati Iſraëlis, prohibiti autem circumciſi gentilium. (Si quis dixerit; eſto mihi munus,) *quicquid commodi percepturus ſum à circumciſis*: tum prohibiti ipſi ſunt præputiati Iſraëlis, liciti verò circumciſi gentilium; quia præputium non legitur (in Scriptura) niſi de gentibus; juxta Scripturæ dictum: *nam omnes gentes ſunt præputiatæ, ſed tota domus Iſraëlis præputiata eſt corde*. Item; *& erit Philiſtæus, præputiatus hic*. Item; *ne exſultent filiæ Philiſtæorum, ne lætentur filiæ præputiatorum*. R. Elieſer filius Aſariæ inquit; reprobum eſt præputium, propter quod deturpantur impii; dicente Scriptura: *quia omnes gentes ſunt præputiatæ*. Rabbi Iſchmaël; inſignis eſt circumciſio, propter quam pacta ſunt tredecim fœdera. R. Joſe dicit; inſignis eſt circumciſio, quæ pellit Sabbathum, cujus tamen obligatio eſt maxima. R. Jehoſchea filius Korchæ dicit; magna eſt circumciſio, ſuper qua non indultum eſt Moſi juſto unius horæ ſpatium. R. Nehemia dicit; magna eſt circumciſio, quæ depellit plagas. Rabba inquit; magna eſt circumciſio, quia propter nullum præceptum, quod fecit Abraham Pater noſter, perfectus vocatus fuit, niſi poſtquam ſe circumciderat; prout in Scripturâ habetur; (Geneſ. 17.) *Ambula coram me, & eſto perfectus*. Rabba alter (ait;) magni omninò facienda eſt circumciſio; ſiquidem niſi illa fuiſſet, non creaſſet Dominus mundum ſuum; uti dici-

בריתי יומם ולילה חוקות שמים וארץ לא
שמתי :

dicitur (Jerem. 33, 25.) *Sic dicit Jehova; ſi non fœdus meum interdiu & noctu; ſtatuta cœli & terræ non diſponam.*

R. OB. DE BARTENORA.

מותר בישראל *Licitum eſt Iſraëlitæ*, quia non amplius vocantur filii Noachi: ואסור בעכו״ם *& prohibitum gentilibus*, etiam illis qui ſunt è ſemine Abrahami: אסור בישראל *vetitum Iſraëlitæ*, peregrini quoque intrant ſemen Abrahami, juxta id quod dicitur Gen. 17. כי אב המון גוים נתתיך.

ומותר בעכו״ם *Et licitum eſt gentilibus*, etiam illis qui ſunt è ſemine Abrahami, quia ſemen Abrahami tantum vocantur filii Jacobi, uti extat Gen. 21, 12. כי ביצחק יקרא לך זרע ſit ergo in Iſak, id eſt in aliquo ſemine, non in omni Iſak id eſt in omni ſemine.

שאיני נהנה לישראל *Quod non utilitatem capiam ex Iſraëlita*, ex eo quod pertinet ad Iſraëlitam: ומוכר ביותר אם שומעין לו *ſi vendiderit pluris, ſi audiunt ipſum*, ita legimus, id eſt, vendet rem ultra quod valet, ſi amicus illius eo pretio voluerit eam accipere.

לערלים *Ab incircumciſis*, ab illis qui non credunt fœdus circumciſionis: למולים *à circumciſis*, qui credunt fœdus circumciſionis: מותר בערלי ישראל *liberi ſunt illi præputiati Iſraëlis*, ut, cujus fratres mortui ſunt propter circumciſionem: ואסור במולי עכו״ם *tum prohibiti ſunt illi circumciſi gentilium*, & Arabs circumciſus, aut Gibeonita circumciſus.

שלש עשרה בריתות *Tredecim fœdera*, capite 17. Gen. ubi de circumciſione toties locutus eſt Deus Abrahamo, שהיא דוחה את השבת *quæ pellit Sabbathum*, quemadmodum dicitur Levit. 12, 3. וביום השמיני ימול בשר ערלתו etiamſi octavus dies venerit die Sabbathi: שהיא דוחה את הנגעים *quæ pellit plagas*, nam exponimus vocem ימול *circumcidetur*, quod, etſi hic non ſit plaga, & non incurrat in præceptum negativum de non excidenda plaga, præceptum Legis eſt, dicentis, Deut. 24, 8. השמר בנגע צרעת

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt ex Lege quod ſemen Abrahami etiam eſt ſemen Jacobi tantum; quod autem creator dicit, *peregrinum erit ſemen tuum in terra, non illius* Gen. 15, 13. fit, quia hoc erat ſemen Jacobi, & propterea licitum eſt illi utilitatem capere etiam in Eſavo & Iſmaële. Sic etiam clarum eſt id quod dicit de מולים, eſſe eos qui fidem habent fœderi circumciſionis; & ערלים qui non habent fidem fœderi circumciſionis. Tredecim vero בריתות *fœdera* quæ toties repetuntur in præcepto circumciſionis quod Deus præcepit patri noſtro Abrahamo, ſunt fœdus circumciſionis, quodlibet ſeorſim, ut Gen. 17. (1) *Et ponam fœdus meum tecum*; (2), *me* (quod attinet) *ecce fœdus meum tecum*; (3) *Et confirmabo fœdus meum tecum*; (4) *In fœdus æternum*; (5) *Et tu cuſtodies fœdus meum*; (6) *Hoc eſt fœdus meum quod cuſtodietis*; (7) *Et erit in ſignum inter me & inter te*; (8) *Et fœdus meum erit in carne veſtra*; (9) *In fœdus æternum*; (10) *Fœdus meum irritum fecit.* (11) *Et confirmabo fœdus meum cum ipſo*; (12) *In fœdus æternum*; (13) *Et fœdus meum confirmabo cum Iſak.* Et hæ ſunt tredecim vices quibus repetitur vox ברית; & deindè prophetia ab illo remota fuit, quemadmodum deinceps dicit ויעל אלהים מעל אברהם *& receſſit Deus ab Abraham.* Quod autem circumciſio depellit plagas, ratio eſt, quia, quando plaga lepræ fuerit in præputio, exciditur tempore circumciſionis, etſi præceptum ſit negativum excidere plagas, quemadmodum dicitur Deut. 24, 8. השמר בנגע צרעת id eſt, non excides eam, ſed facies tantum id quod dixerunt ſacerdotes. Tenemus autem ex traditione, quod, ubicunque dicatur השמר, ſit præceptum negativum.

פרק ד אין בין המודר הנאה מחבירו למודר
הימנו מאכל אלא דריסת הרגל וכלים שאין
עושין בהן אוכל נפש המודר מאכל מחבירו לא
ישאילנו נפה וכברה וריחים ותנור אבל משאיל
לו חלוק וטבעת וטלית ונזמים וכל דבר שאין
עושין בו אוכל נפש מקום שמשכירין כיוצא בהן
אסור :

Caput 4. Nullum eſt diſcrimen inter voto excluſum, à commodo, quod percipere quis poſſit ex ſocio ſuo, & inter voto excluſum ab eodem quod ad cibum, niſi calcatio pedis, & vaſa, in quibus nullum coquunt cibum animæ. Voto enim ſi quis excluſus quod ad cibum à ſocio ſuo, non mutuat ei vannum, aut cribrum, aut molas, aut furnum: mutuat tamen ei induſium, annulum, pallium & monilia: Quodvis etiam vas, in quo non coquunt cibum animæ. Si ibi loci, ubi pro mercede conducunt ſimilia, prohibitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא דריסת הרגל *Niſi calcatio pedis*, ad incedendum in via terræ ejus, aut ad mutuo dandum vaſa in quibus non parantur edulia, quæ res prohibitæ ſunt ei qui votum fecerit de cibo ſuo, & prohibitæ illi qui voverit ſe non comeſturum de illo cibo. נפה וכברה וגו׳ *vannum aut cribrum &c.* quibus paratur cibus, quanto magis olla, aut veru cui imponitur cibus. Quod autem Miſna dicit, *qui votum fecerit de cibo proximi ſui*, vult, quod dixit, uſus cibi tui ſit mihi Conam. מקום שמשכירין כיוצא בהן אסור *in loco ubi pro mercede conducunt ſimilia, prohibitum eſt*, nam quia moris eſt comparare ejuſmodi vaſa, & donaverit illi mercedem, tum nummis illis poteſt emere cibum, & votum facere quod non capiet indè utilitatem aliquam ex qua edulia fiant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המודר מאכל *Qui voverit cibum*, qui dixerit, uſus cibi tui ſit mihi prohibitus, tum ſtatim illi prohibitum erit in ritibus illis quos expoſuit.

ב המודר הנאה מחבירו שוקל את שקלו ופורע
את חובו ומחזיר לו את אבדתו מקום שנוטלין
עליה שכר תפול הנאה להקדש :

2. Si quis voto excluſus fuerit, ut nullum commodum ex ſocio ſuo percipiat: tamen poterit pro eo dare ſiclum, ac debitum ejus ſolvere, nec non reſtituere ei rem amiſſam ejus. Ubi loci pro eo mercedem conſequuntur, cedet commodum fiſco ſacro.

R. OB. DE BARTENORA.

שוקל את שקלו *Expendat ſiclum*, dimidium ſicli quod debet quilibet Iſraëlita ſingulis annis in neceſſitatem ſacrificiorum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוקל את שקלו *Expendat ſiclum ſuum*, poteſt dare medium ſiclum quem debet, quia nullum ad ipſum indè accedit commodum,

rum eccleſiæ, & ſi quis voverit, poteſt eum ſiclum expendere, quia eſt præceptum ſimplex.

ופורע לו חובו *Et ſolvat illi debitum ejus*, alii hoc intelligunt tantum de debito de quo convenit debitor cum creditore ut non ſolvat illi niſi quando voluerit, & creditor non poterit eum cogere, & tum nullum ipſi adfert commodum ex ſolutione debiti. Alii hoc intelligunt in genere de omni debito, quod nihil aliud eſt quam cohibere creditorem ut non petat ab ipſo; ſed cohibere ut non petat, non ingreditur commodum.

ומחזיר לו אבדתו *Et reſtituit ei rem amiſſam ejus*, ſive bona reſtitutoris fuerint prohibita domino damni, ſive fuerint bona domini damni prohibita reſtitutori, quia præceptum facit.

מקום שנוטלין עליה שכר תפול הנאה להקדש *In eo loco ubi pro eo mercedem conſequuntur*, *cedet commodum fiſco ſacro*, quando duo voverint quod unus non capiet commodum ab altero, ſi receperit mercedem, fiet ut ab ipſo commodum capiat: Si vero non receperit mercedem, adfert ipſi hoc commodum, propterea cedit commodum ſanctitati. Sed non dicimus, quod deferet commodum in mare ſalſum, quia prohibitionem commodi ſui in ſe recepit ut prohibitionem ſanctitatis, propterea totum commodum quod ipſi advenerit ab illo ſocio, cedit ſanctitati.

modum, eo quod illi nihil dat, ſed damnum ab ipſo cohibuit; Rubeni enim non eſt prohibitum ſi voverit quod Schimeon indè nullam capiet utilitatem, nam cohibet ipſum damnum quod non pervenit ad Schimeonem; ſed prohibitum ipſi eſt ut illi commodum adferat ſciens.

ומחזיר לו אבדתו *Et reſtituet ei rem amiſſam ejus*, ſive bona illius qui reſtituit prohibita fuerint poſſeſſori damni, ſive bona poſſeſſoris damni prohibita fuerint ei qui reſtituit, quia præceptum eſt ad quod Lex obligat ipſum. Sin autem moris fuerit ut is qui reſtituit rem amiſſam recipiat aliquid pro illa, non recipiet ab illo, quia in hoc mos excedit jus Legis, & res ſe habet ac ſi reſtituiſſet eam pro eo quod recepit ab ipſo; evenitque ut is qui juravit quod nullam illi attulit utilitatem, adferat illi utilitatem in ea re quam reſtituit. Sic etiam, ſi præmium ipſi reliquerit ordinarium, dabit illi utilitatem in quantitate illa quam reliquit illi, propterea mercedem ab ipſo accipiebant, & deſtinabatur ſanctitati.

ג ותורם את תרומתו ומעשרותיו לדעתו
ומקריב עליו קיני זבין קיני זבות קיני יולדות
חטאות ואשמות ומלמדו מדרש הלכות ואגדות
אבל לא ילמדנו מקרא אבל מלמד הוא את
בניו ואת בנותיו מקרא וזן את אשתו ואת בניו
אף על פי שהוא חייב במזונותיהם ולא יזון את
בהמתו בין טמאה בין טהורה רבי אליעזר אומר
זן את הטמאה ואינו זן את הטהורה אמרו לו
מה בין טמאה לטהורה אמר להן שהטהורה
נפשה לשמים וגופה שלו וטמאה נפשה וגופה
לשמים אמרו לו אף הטמאה נפשה לשמים
וגופה שלו שאם ירצה הרי היא מוכרה לגוים
או מאכילה לכלבים :

3. Idem (nihilominus) ſeparat Thrumam ejus ac decimas ejus ſponte ſuâ, & offert pro illo pullos maſculorum fluxum patientium, pullos fœminarum fluxum patientium, pullos parientium, ſacrificia pro peccato, ſacrificia pro reatu: informat etiam eum in expoſitione allegorica Scripturæ (in ſiphra & ſiphre contenta) lege orali, & Sapientum dictis. Sed non docet eum Scripturam, docet tamen filios ejus filiaſque ejus Scripturam. Suſtentat etiam uxorem ejus, ut & filios ejus, licet ille obligatus ſit ad alimenta eorum. Non autem paſcit beſtiam ejus, ſive munda, ſive immunda ſit. R. Elieſer inquit, immundam paſcit, ſed non paſcit mundam. Interrogarunt eum, quodnam eſt diſcrimen inter immundam & mundam? Reſpondit illis; mundæ animam pertinere ad Deum, ſed corpus, ad ipſum (ſcil. poſſeſſorem:) immundæ autem animam cum corpore Dei eſſe. Objecêre ei; atqui etiam immundæ anima Dei eſt, corpus verò, ipſius (ſcil. poſſeſſoris;) quia ſi huic placet, eam vendere poteſt gentilibus, aut dare in cibum canibus.

R. OB. DE BARTENORA.

ותורם את תרומתו *Et ſeparat oblationem ſuam primam*, ſi dixerit, quicunque voluerit ſeparare, veniat & ſeparet, ſed non decet illi ut ſeparet, quia illud facit famulus ejus, id autem quod famulus ejus facit, eſt commodum pro domino.

ומקריב עליו קיני זבין וגו׳ *Et offert pro illo nidos pullorum fluxum patientium &c.* ſacerdos ſi voverit quod Iſraëlita non capiet ex ipſo utilitatem, poteſt offerre ſacrificia illius quæ adduxit pro viro & fœmina fluxum patientibus, & pro puerpera.

ומלמדו מדרש *Et informat eum in expoſitione allegorica Scripturæ*, in Siphra & Siphre, qui libri continent expoſitiones allegoricas: הלכות *deciſionibus*, quæ ſunt traditiones Moſis è monte Sinai: הגדות ſunt *dicta Sapientum*, quibus explicantur Scripturæ loca; ratio autem, quare licitum eſt docere omnes has res, eſt, quia homo mercedem petere nequit à proximo ſuo pro doctrina earum, & ideo non datur hic commodum, quia præceptum facit.

אבל לא ילמדנו מקרא *Sed non docebit ipſum Scripturam*, quia licitum eſt mercedem recipere pro doctrina Legis, nam non licet recipere mercedem niſi pro doctrina accentuum, ad cantandum quemadmodum convenit; at non pro ipſa Lege. Si autem non receperit mercedem, fiet ut illi com-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus, quod, ſi quis ſolverit pro proximo debitum aliquod, licitum ſit illi, & quod id non vocatur הנאה *commodum*, ſed commodum ex accidenti, quia damnum removetur. *Suppeditare alimentum* hic notat excipere aliquem convivio, ſed non facit quicquam appropinquare ad ipſum.

לא ילמדנו מקרא *Non docet eum Scripturam*, hoc intelligendum eſt in loco ubi mercede docent Legem ſcriptam, ſed in loco ubi docent Legem ſcriptam ſine mercede, licet illi docere ipſum Scripturam, ſed hæc conditio non intelligitur de expoſitionibus Halachot, Agadot, & Medraſchim dictis, quia ex Lege noſtra vetitum eſt docere aliquem mercede iſtis modis, quemadmodum dicitur Deut. 4, 14. ואותי צוה יהוה בעת ההיא ללמד אתכם Exponit Traditio, id quod ego gratis doceo, etiam vos gratis doceatis alios. Legem vero Scriptam docere in locis ubi illius viget uſus, permittitur, quia hæc merces eſt pro doctrina accentuum & vocalium, & ad conſervationem parvulorum ne fiant diſſoluti, & corrupti. Ego autem miratus ſum homines magnos quos occœcavit ambitio, ut veritatem negaverint, & decreverint quod licet mercedem accipere pro deciſionibus & doctrina Talmudis, de quo caſu etiam tractabimus in tractatu Aboth. Ratio quare prohibitum eſt alere beſtiam, eſt, quia

commodum adferat ; at ſi receperit, commodum ab illo cepit. Et hoc intelligendum eſt in locis ubi mercedem recipere ſolent pro doctrina Scripturæ, ſed in locis ejuſmodi ubi non recipiunt mercedem pro doctrina Legis ſive Scripturæ, licet docere.

אבל מלמד הוא את בניו ואת בנותיו מקרא *Sed ille docet filios ſuos & filias ſuas Scripturam*, etiamſi ſit præceptum ut pater doceat liberos ſuos, hic tamen qui vovit liberat patrem ex officio ſuo; & hoc non vocatur הנאה, quia præcepta non data ſunt in commodum, poteſt etiam fieri ut inveniatur alius qui eum gratis doceat. לא יזון את בהמתו *non alet beſtiam ſuam*, quia ei arridet quod pinguior facta eſt ut commodum indè accedat ipſi, בהמה נפשה וגופה לשמים *immundæ anima & corpus pro Deo eſt*, quia pro opere eſt, non ut ſaginet eam. שאם ירצה מוכרה לעכו״ם *quia ſi hunc placet, eam vendere poteſt gentilibus*, in cibum, & dant illi majus pretium propter ſaginationem.

quia magis accrevit pinguedine & robore, & tum etiam accrevit pretium ejus. R. Elieſer dicit, quandoquidem beſtiam immundam non licet comedere, propterea non cedit illi utilitas ex pinguedine & incremento carnis. Sapientes dicunt quod accreſcit pretium aut pondus illius, ſi mactaverit eam aut vendiderit pro canibus; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſerem.

ד המודר הנאה מחבירו ונכנס לבקרו עומד אבל לא יושב ומרפאהו רפואת נפ״ש אבל לא רפואת ממון ורוחץ עמו באמבטיא גדולה אבל לא בקטנה וישן עמו במטה רבי יהודה אומר בימות החמה אבל לא בימות הגשמים מפני שהוא מהנהו ומיסב עמו על המטה ואוכל עמו על השלחן אבל לא מן התמחוי אבל אוכל הוא עמו מן התמחוי החוזר לא יאכל עמו מן האבוס שלפני הפועלים ולא יעשה עמו באומן דברי רבי מאיר וחכמים אומרים עושה הוא ברחוק ממנו :

4. Si quis voto excluſus fuerit, quod nullum commodum percepturus ſit à proximo ſuo: tunc ſi introëat ad viſitandum eum, ſtet; minimè verò ſedeat. Licet etiam ei ſanare ſanatione, quæ proſit vitæ ejus, non divitiis ejus. Lavabit item cum eo in labro magno, ſed non in parvo; dormietque cum illo in (eodem) lecto. R. Jehuda dicit; in diebus æſtivis, verùm non in diebus hibernis (hoc fieri poſſe,) quandoquidem tum utilitatem habere ab illo poſſit. Accumbet cum eo ſuper eodem lecto, comedetque cum illo ſuper eâdem menſâ: aſt non ex eadem paropſide. Comedere tamen cum illo poteſt ex eâdem paropſide (poſt prægustationem) reſtituenda. Non comedere poteſt cum ipſo ex paropſide magnâ, quæ eſt coram operatoribus, neque operari cum illo in (eodem) angulo: ita R. Meyr. Verum enimverò Sapientes dicunt; operetur, ſed procul ab illo.

R. OB. DE BARTENORA.

עומד אבל לא יושב *Stet, ſed non ſedeat*, tractat hæc Miſna de ejuſmodi caſu quo bona illius qui viſitat infirmos, prohibita ſunt ægroto, & in locis ubi mercedem accipiunt, propterea quod conſederint cum ægroto; nam ſi conſederit cum eo & non acceperit mercedem more ſolito, ægroto adfert utilitatem, ſed propterea quod aliquantiſper ſtetit apud ipſum, non recipiet mercedem.

רפואת הנפש *Sanatio vitæ*, eſt ſanatio corporis: רפואת ממון *ſanatio bonorum*, ſanatio beſtiæ eſt. Tenetur autem homo ſanare proximum ſuum quando ægrotus eſt, quemadmodum extat Deut. 22, 2. והשבתו לו quod notat reſtituere ſanitatem corporis, & in hoc præceptum facit, propterea, etſi votum fecerit quod nullam ex ipſo capiet utilitatem, ſanabit tamen ipſum manibus ſuis, quando corpore ægrotaverit. Sin autem ægrotaverit beſtia illius, non poterit ſanare eam manibus, quia illi utilitatem adfert, ſed dicet illi, talia aromata illi proſunt, & talia nocent. אבל לא בקטנה *ſed non in parvo* labro, quia utilitatem illi adfert quando facit ut efferat ſe aqua.

אבל לא בימות הגשמים *Sed non in diebus hybernis*, quia calefacit; deciſio eſt juxta R. Jehudam. אבל לא מן התמחוי *ſed non ex paropſide*, non comedet cum ipſo ex uno vaſe, quia forſan relinquet bonam partem quæ in eo continetur, ut comedat is qui voverit, quod non capiet indè utilitatem; aut ne perveniat ad ipſum fruſtum aliquod, ut comedat ex eo, & eveniat ut adferat illi commodum.

אוכל הוא עמו מן התמחוי החוזר *Sed ille comedit ex eadem paropſide* (poſt prægustationem) *reſtituenda*, quæ reſtituenda eſt patrifamilias, exempli gratia, ſi Ruben comediſſet ex ſcutella & ſciviſſet, quod ſimulac reſtituiſſet eam patrifamilias, reſtituet eam paterfamilias & mittet ad Schimeonem, qui vovit quod non capiet utilitatem ex illo. Neque cogitandum eſt quod fieri poteſt ut quicquam relinquat in ſcutella, ut comedat cum Schimeone ex eadem ſcutella, quomodo ipſi adfert utilitatem.

מן האבוס שלפני הפועלים *Ex paropſide magna quæ coram operariis eſt*, אבוס eſt vas magnum quod adimplent, è quo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui ingreſſus fuerit ad viſitandum, eſt is qui prohibitionem in ſe recepit quod infirmus nullam ex ipſo capiet utilitatem. Id autem quod dicit אבל לא יושב *ſed non ſedeat*, intelligendum eſt de locis ubi mercedem recipiunt ii qui viſitant infirmum ad ſedendum cum ipſo, & ii qui ſanant ægrotum aut ipſi ſuppeditant id quo indiget, propterea, ſi hic intraverit & conſederit nihilque acceperit pro opera ſua, utilitatem ex illo capit infirmus in re quæ ipſi conſtat nummis; *ſanatio vitæ* autem eſt quæ ſanat corpus: & רפואת ממון *ſanatio divitiarum*, eſt ſanatio beſtiæ ſuæ, nam licitum eſt dicere illi id quod prodeſt beſtiæ ejus, ſed eam ſanare manibus ſuis prohibitum eſt. Hoc autem ægroto facere non eſt prohibitum, quia præceptum Legis eſt pro medico ſanare Iſraëlitam ægrotantem, & hoc ingreditur præceptum quod extat Deut. 22, 2. והשבתו לו Cujus expoſitio eſt reſtituere ſanitatem corpori Iſraëlitæ, quando eum viderit periclitantem, & conſilio aut bonis eum adjuvare poterit.

אמבטיא *Labrum*, eſt labrum balnei, & in ejuſmodi labro balnei magno licet lavare ſe cum eo, ſed non in parvo, quia aquam aſcendere facit, id quod ipſi cedit in utilitatem. Sed non edet cum ipſo ex uno vaſe, quia eum honore afficit, & ponit ante ipſum fruſtum bonæ carnis, aut relinquit ut deindè comedat. Et hæc eſt ratio quare non comedet cum ægroto è caniſtris fructibus adimpletis ut comedant ex eo omnes operarii, exempli gratia, ſi Ruben juraverit quod Schimeon nullam ab ipſo capiet utilitatem, & ambo comederint cum Levi, quando autem Ruben abſolviſſet è ſcutella comedere, dedit eam Levi, & Levi eam deindè poſuit ante Schimeonem; licet Schimeoni comedere ex eo. Neque dicimus fieri poſſe ut Ruben non abſolviſſet comeſtionem ſuam, ut reliquum ſit pro Levi ad relinquendum pro Schimeone, & hoc eſt quod vult, quando dicit אבל אוכל הוא עמו מן התמחוי החוזר *ſed ille comedit ex eadem paropſide* (poſt prægustationem) *reſtituenda*.

ולא יעשה עמו באומן *Et non operabitur cum illo* (in eodem) *ordine*, id eſt, non metet cum eo in eadem linea, ne ſublevet illum in eo quod metit; nam quando eſt propè illum,

quo omnes ſimul comedunt operarii. ולא יעשה עמו באומן *& non operabitur cum illo in linea* (eadem;) non metet cum eo in eadem linea, quia ipſi in cauſa eſt ut acceleret opus quando locum invenerit vacuum, ſive demeſſum, undè fiet ut commodum illi adferat; deciſio non eſt juxta R. Meyrum.

illum, inveniet locum abeundi, & locus fiet vacuus, quia opus ſuum poteſt accelerare; deciſio eſt juxta R. Jehudam; non juxta R. Meyrum.

ה המודר הנאה מחביו לפני שביעית לא יורד לתוך שדהו ואינו אוכל מן הנטיעות ובשביעית אינו יורד לתוך שדהו אבל אוכל הוא מן הנוטות (ס"א) נדר הימנו מאכל לפני שביעית יורד לתוך שדהו ואינו אוכל מן הפירות ובשביעית יורד ואוכל :

5. Si quis voto excluſus eſt, ut nihil utilitatis accipiat ex proximo ſuo ante annum ſeptimum, non poteſt deſcendere in agrum ejus, nec comedere de plantis. Quin nec in anno ipſo ſeptimo deſcendere poteſt in agrum ejus; comedere tamen (licitum ipſi eſt) de plantis inclinantibus. Si quis voto ſe excluſit ab illo quoad ad cibum, ante annum ſeptimum: deſcendere (quidem) poteſt in agrum ejus; ſed non comedere de fructibus. At in anno ſeptimo tàm deſcendere, quam comedere (ipſi conceditur.)

R. OB. DE BARTENORA.

מן הנטיעות הנוטות *E plantis inclinantibus*, ſunt fructus qui dependent & inclinant extra hortum: ובשביעית לא ירד לתוך שדהו *& in anno ſeptimo non deſcendet in campum ſuum*, etſi Deus fructus anni ſeptimi fecerit communes, idem tamen ſoli corpus non facit commune: ſuſpicamur enim fieri poſſe ut eo in tempore quo non comederit de fructibus, detineatur in campo, & utilitatem capiat è ſolo quod non eſt commune.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מן הנטיעות הנוטות *E plantis inclinantibus*, ſunt fructus qui ab arboribus dependent, & inclinant ſuper hortum. Sine dubio jam noſti, quod fructus anni ſeptimi ſunt communes ſine ullo poſſeſſore. Ratio, quod prohibitum eſt ei, qui voverit ſe non capturum utilitatem aliquam, intrare campum proximi in anno ſeptimo ad comedendum fructus; eſt, quia (terra) calcatur ad comedendum fructus, at idem ſolum non eſt commune, & ſi hic fuerit eo in loco & non comederit, & expectaverit, fiet ut utilitatem capiat de eo quod non eſt ſuum.

ו המודר הנאה מחבירו לא ישאילנו ולא ישאל ממנו לא ילוונו ולא ילוה ממנו ולא ימכור לו ולא יקח ממנו אמר לו השאילני פרתך אמר לו אינה פנויה אמר קונם שדי שאני חורש בה לעולם אם היה דרכו לחרוש הוא אסור וכל אדם מותרין ואם אין דרכו לחרוש הוא וכל אדם אסורין :

6. Si quis voto excluſus eſt, ut nullum commodum percipiat è proximo ſuo: tunc non commodabit ei, nec commodatum accipiet ab eo: non mutuabit ei, nec mutuabit ab eo: nihil vendet ei, nihilque emet ab eo. Si quis dixerit ad aliquem; *commoda mihi vaccam tuam*; (& hic alter) dixerit ei, *non eſt otioſa*; (ille verò) dixerit, *eſto itaque mihi munus ager meus, ſi aravero eum illa in ſeculum*; tum ſi (aliàs) ſolitus (per ſe) fuerit arare eum (ſcil. agrum,) prohibitus eſt ille: quilibet verò alius liber. Sin non ſolitus fuerit (per ſe, ſed per alios) arare: tunc omnes ſimul ſunt prohibiti.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ישאילנו *Non commodabit illi*, ne commodatum accipiat ab illo, & ille prohibeat ſuper ſe commodum illius viri. Similiter non mutuabit illi nummos, ne nummos ab ipſo mutuo accipiat, & non infra pretium, ne emat ab illo, etiam infra pretium, & fiat ut utilitatem capiat ab illo.

אם היה דרכו לחרוש הוא אסור *Si ſolitus fuerit arare* (agrum illum) *prohibitus eſt ille*, nam non intenderat niſi ut ipſe non araret uti ſolebat, ſed alii poterant arare. ואם אין דרכו לחרוש *at ſi non fuerit ſolitus arare* (per ſe, ſed per alios,) ſi intenderit quod non araret vacca agrum, neque ipſe neque alii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prohibitum eſt illi qui voverit ſe nullum commodum capturum ab eo qui illi commodet nummos, ut nummos ab ipſo accipiat mutuo. Sic etiam non commodabit illi aliquam rem, ne ab illo aliquam rem mutuo accipiat; nec vendet illi, ne emat ab illo; & hoc vult id quod dictum eſt in Gemara, *omnes hæ res ſunt probibitæ ex decreto.*

ז המודר הנאה מחבירו ואין לו מה יאכל הולך אצל החנוני ואומר איש פלוני מודר ממני הנאה ואיני יודע מה אעשה והוא נותן לו ובא ונוטל מזה היה ביתו לבנות גדרו לגדור שדהו לקצור הולך אצל הפועלים ואומר איש פלוני מודר ממני הנאה ואיני יודע מה אעשה הם עושין עמו ובאין ונוטלין שכר מזה :

7. Si quis per votum excluſus eſt ab utilitate ex proximo ſuo percipiendâ, nec habet, quod comedat: abit hic (excludens) ad Popinarium, dicitque; vir N. excluſus eſt à percipiendâ ex me utilitate, & ego neſcio quid facere debeam. Tum verò iſte (Popinarius) poteſt illi (excluſo) dare, & redire, atque accipere (pretium) ab hoc (excludente.) Si domus ejus extruenda, ſi ſepes ſepienda, ſi ager demetendus, abit ad operarios, dicitque; Vir N. eſt excluſus à percipiendâ ex me utilitate, nec ſcio, quid facere debeam. Tum hi poſſunt operari apud iſtum (excluſum,) ac redire, atque accipere mercedem ſuam ab illo (excludente.)

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

ואין לו מה שיאכל *Et non habeat quod comedat*, ordinario modo loquitur, eodemque modo ſe res habet etſi illi ſit quod comedat. ובא ונוטל מזה *& veniet & accipiet ab hoc*, ſi voluerit illi dare, non tranſgredietur votum ſuum, ſed non poteſt illum conſtringere ad ſolvendum, quia non dixit, da illi & ego ſolvam. Et ſi dixerit illi, prohibitum eſt, quia conſtituit ipſum legatum ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc nituntur eo fundamento quod tibi hoc capite exponam, in eo quod dicit, שקל לו שקלו ופרע לו את חובו *ponderat illi pondus ſuum, & ſolvit illi debitum ſuum*, nam, quando illi dederit caupona, quicquid etiam ſit, & poſtquam illi fecerint operarii id quod faciendum erat, omnes creditores redeunt ad illum, & ille tenetur ſolvere debitum ſuum, dando ipſis mercedem eorum.

ח היו מהלכין בדרך ואין לו מה יאכל נותן לאחר לשום מתנה והלה מותר בה אם אין עמהם אחר מניח על הסלע או על הגדר ואומר הרי הן מופקרין לכל מי שיחפוץ והלה נוטל ואוכל ורבי יוסי אוסר :

8. Si iter fecerint, nec fuerit illi (excluſo,) quod comedat, dat (excludens) alii (tertio aliquid) nomine doni: & tunc erit excluſus ſolutus (ut comedat.) Sin non fuerit cum illis alius (tertius,) ponit (excludens) ſuper ſaxum, aut ſuper maceriam, dicitque; Ecce hæc publicata ſunto omnibus, qui (ſumere) voluerint. Et tunc accipere poteſt ille (excluſus,) & comedere. Sed R. Joſe prohibet.

R. OB. DE BARTENORA.

R. Joſe vetat, quia non eſt alius præter ipſum qui illud acquirit, & propterea eſt inſtar doni; deciſio non eſt juxta R. Joſe. Verum quando non fuerit quod comedat, tantum permiſerunt Sapientes, ſed non alio modo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe vetat, poſteaquam cum illis non fuit tertius, ecce hic actus ſimilis eſt dono, & propterea vetat; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

פרק ה השותפין שנדרו הנאה זה מזה אסורין ליכנס לחצר רבי אליעזר בן יעקב אומר זה נכנס לתוך שלו וזה נכנס לתוך שלו ושניהם אסורים להעמיד שם ריחים ותנור ולגדל תרנגולים היה אחד מהם מודר הנאה מחבירו לא יכנס לחצר רבי אליעזר בן יעקב אומר יכול הוא לומר לו לתוך שלי אני נכנס ואיני נכנס לתוך שלך וכופין את הנודר למכור את חלקו :

Caput 5. Si ſocii quidam excluſerint ſe ab utilitate ex ſe invicem percipiendâ; tunc prohibiti ſunt ab introitu atrii. R. Elieſer filius Jacobi dicit; ingreditur uterque in id, cujus ipſe poſſeſſor; attamen ambo prohibiti ſunt à ponendo ibi molam & fornacem, aque educando gallinas. Si unus illorum tantùm voto excluſus fuerit ab utilitate ex altero percipiendâ, non introeat atrium. R. Elieſer filius Jacobi inquit; poteſt illi dicere, *in id, quod meum eſt, ingredior, nec ingredior in id, quod tuum eſt*. Et cogunt voventem, ut ſuam vendat partem.

R. OB. DE BARTENORA.

השותפין *Socii*, quorum unicuique fuerit domicilium in atrio, & ambo fuerint ſocii in atrio quod ante domicilia illa. Quando autem in atrio fuerit jus diviſionis, & cuilibet quatuor cubiti fuerint in atrio ante domicilium, & quatuor etiam cubiti reliqui fuerint pro uno, & pro altero quatuor cubiti, omnes in hoc conveniunt, quod ambobus vetitum eſt intrare atrium donec diviſerint, quandoquidem illi eſt jus diviſionis. Neque R. Elieſer contrarius eſt Sapientibus niſi quod ad atrium cui non eſt jus partitionis; Sapientes dicunt, unuſquiſque intrabit id quod proximi ſui eſt; R. Elieſer filius Jacobi putat quod electio datur, & quod unuſquiſque ire poteſt in ſuo atrio.

ושניהם אסורים להעמיד שם ריחים *Attamen ambo prohibiti ſunt à ponendo ibi molam*, concedit R. Elieſer filius Jacobi de his omnibus rebus, quod unus ſocius impeditur ab alio, nam hoc permitti non poteſt ratione electionis; quandoquidem enim poterat eum impedire ſocius, & tamen non impedivit ipſum, fiet ut illi commodum adferat. וכופין את הנודר למכור את חלקו *& cogunt voventem, ut ſuam vendat partem*, quia timemus ne accedendo ad ſocium, intret, & obliviſcatur, & alter etiam intret, ſed quando ambo prohibiti fuerint, hoc non eſt timendum. Quando autem ex ſeipſo voverit quod nullam capiet utilitatem ex eo quod eſt proximi ſui, cogunt ipſum ut vendat partem ſuam; at ſi proximus eum voto prohibuerit ut nullam ab ipſo capiat utilitatem, jam coactus eſt, & non cogunt ipſum ut vendat, quia ille nihil in hoc facere poterat. Si res ita ſe habuerit, quilibet ſocius vovebit quod ſocius ejus nullam ab illo capiet utilitatem ut cogant ipſum ut vendat partem ſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חצר *Atrium*, ſic vocatur platea urbis quæ in domiciliis eſt; hi vero duo ſocii ſunt ſocii in hoc domicilio, & cuilibet eſt domus privata, & ſocii ſunt in hac platea quæ ante domicilium eſt, & illa vocatur חצר. Et ſi fieri poterit ut dividant hoc atrium, & quatuor fuerint in eo cubiti pro uno & quatuor cubiti pro altero, poſtquam reliquerit ante quodlibet domicilium quatuor cubitos, quemadmodum exponetur in tractatu Babha Batra, omnes conveniunt quod ipſis vetitum eſt intrare atrium donec diviſionem fecerint. Sed controverſia eſt inter R. Elieſerem & Sapientes de atrio in quo non eſt jus diviſionis; & quando unus è ſociis juraverit quod ab alio ſocio non capiet utilitatem, cogunt eum ut vendat. Verum ſi ſocius voto prohibuerit, nempe, ſi Ruben juraverit quod Schimeon nullam ab ipſo capiet utilitatem, non cogunt Schimeonem ut vendat, quia vi eſt coactus, & non eſt is qui vovit; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

ב היה אחד מן השוק מודר באחד מהם הנאה לא יכנס לחצר רבי אליעזר בן יעקב אומר יכול הוא לומר לו לתוך של חברך אני נכנס ואיני נכנס לתוך שלך :

2. Si alius (tertius nimirum aliquis) venerit è foro, excluſus interim voto ab utilitate ex iſtis percipiendâ, non ingrediatur atrium. R. Elieſer filius Jacobi ait; poteſt eum alloqui (ita:) *in id, quod ſocii tui eſt, ingredior; ſed non ingredior in illud, quod ad te ſpectat.*

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

היה אחר מן השוק וגו׳ *Si alius venerit è foro, &c.* hæc adfert ad demonſtrandum vim opinionis R. Elieſeris filii Jacobi, nam ille permittit etiam intrare atrium ei qui venerit è foro cui non eſt pars in atrio, ob rationem electionis; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היה אחר כן השוק וגו׳ *Si alius venerit è foro, &c.* jam diximus quod deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

ג המודר הנאה כחבירו ויש לו מרחץ ובית הבד מושכרים בעיר אם יש לו בהן תפיסת יד אסור אין לו בהן תפיסת יד מותר האומר להבירו קונם לביתך שאני (ש״ס שאיני) נכנס ושדך שאני (שאיני) לוקח מת או שמכרו לאחר מותר קונם לבית זה שאני (ש״ס שאיני) נכנס שדה זו שאני לוקח מת או שמכרו לאחר אסור:

3. Si quis voto excluſus fuerit ab utilitate ex ſocio ſuo percipiendâ, habet aut balneum, aut locum torcularis, quæ elocata ſunt in urbe: tum ſi fuerit ei in illis aliqua adhuc pars poſſeſſa, prohibitus eſt: Sin non fuerit ei in illis aliqua pars poſſeſſa, ſolutus eſt. Si quis dixerit ad ſocium ſuum; *eſto mihi votum ſuper domo tuâ, quod non ſim ingreſſurus, aut ſuper agro tuo, quod non emturus ſim*: tum, quando ille mortuus fuerit, vel vendiderit alii, ſolutus eſt. Si quis dixerit; *eſto mihi votum ſuper domo hac, quod non ingreſſurus ſim, aut ſuper agro hoc, quod non empturus ſim*: tum, licet mortuus fuerit, vel vendiderit alii, prohibitus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המודר הנאה מחבירו ויש לו מרחץ *Si quis voto excluſus fuerit ab utilitate ſocii ſui, & illi fuerit balneum*, ſi Ruben voverit quod nullam utilitatem capiet ex Schimeonis bonis, & Schimeoni fuerit balneum aut torcular in civitate, quæ locaverit aliis, & Ruben venerit ut utatur illis, videbunt an Schimeoni relictum fuerit aliquod torcular in hoc balneo quod non locavit, ut, ſi ſit puteus in balneo, tum ſi ita ſit, vetitum eſt Rubeni illo uti, ſin minus, permiſſum eſt. ומת או שמכרו לאחר מותר *& mortuus fuerit, vel vendiderit alii, prohibitus eſt*, nam quia dixit in medio agri tui, intentio illius tantum fuit quando ad ipſum pertinebat; at ſi dixerit, hic ager, aut hæc domus, prohibitos illos ſibi fecit in perpetuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תפיסת יד *Apprehenſio manus*, ſi in hoc ſolo illi relictum fuerit miniſterium aliquod, nimirum, ſi reliquerit pro ſe aliquam rem in hoc ſolo quam non locaverit, licet etiam reliquerit puteum aquæ in hoc balneo; cætera ſunt clara per ſe.

ד הריני עליך חרם המודר אסור הרי את עלי חרם הנודר אסור הריני עליך ואת עלי שניהם אסורין ושניהם מותרים בדבר של עולי בבל ואסורים בדבר של אותה העיר:

4. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum ſuper te devotum*: tum is, ſuper quo votum fit, excluſus eſt. (Si quis dixerit;) *ecce tu es devotum ſuper me*: tum is, qui vovet, excluſus eſt. (Si quis dixerit:) *ecce ſuper te & ſuper me devotum eſt*: tum ambo ſunt excluſi: Equidem ambo ſunt ſoluti in re, quæ eſt libera aſcendentibus è Babel: ſed excluſi ſunt in re, quæ eſt ipſius urbis.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני עליך חרם *Ecce me ſuper te devotum*, ſi dicat, utilitas mea ſit tibi prohibita ut devotum quid, ut non poſſis utilitatem ex me capere. המודר אסור *is ſuper quo ſit votum, eſt vetitus*, etſi non reſponderit Amen, quia homo proximum ſuum prohibere poteſt ut non capiat utilitatem ab ipſo.

הרי אתה עלי חרם *Ecce tu eris devotum ſuper me*, ſi ſiper ſe prohibuerit omne commodum quod illi acceſſerit à proximo, is qui votum fecerit, prohibitus eſt.

בדבר של עולי בבל *In re eorum qui aſcenderint è Babel*, ut, puteus eorum qui aſcenderunt ad feſta, qui è Babele aſcendebant ad terram Iſraëlis ad feſta, hic autem puteus erat in medio viæ, & toti Iſraëli æqualis erat, ideoque habetur communis, non ut res quæ eſt in ſocietate quorundam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המודר אסור *Is ſuper quo ſit votum, eſt prohibitus*, id eſt, ſi is ſuper quo fit votum, tranſgreſſus fuerit votum, vocatur עבריין *peccator*, ut, ſi Ruben juraverit quod Schimeon non intrabit domum ſuam, vetitum eſt Schimeoni intrare domum Rubenis, quia juravit ſuper re quæ erat in poteſtate ſua. Propterea, ſi Schimeon tranſgreſſus fuerit & domum Rubenis intraverit, ille eſt is qui vocatur *peccator*; & hoc eſt quod vult quando dicit, המודר אסור. Et comparationem inſtituit, quod homo tenetur adimplere jusjurandum & votum, etſi ille non fuerit is qui voverit aut juraverit, ſed alius pro illo juraverit.

ה ואיזהו דבר של עולי בבל כגון הר הבית והעזרות והבור שבאמצע הדרך ואיזהו דבר של אותה העיר כגון הרחובה והמרחץ ובית הכנסת והתיבה והספרים והכותב חלקו לנשיא רבי יהודה אומר אחד כותב לנשיא ואחד כותב להדיוט מה בין כותב לנשיא לכותב להדיוט

5. Porrò, quænam ſunt iſtæ res liberæ aſcendentibus è Babel? e. g. templum, atria, ciſterna aquarum, quæ in media via. Quænam verò ſunt res ipſius urbis? E. g. ſunt platea, balneum, Synagoga, Theca (librorum,) libri, ſed tum (quilibet eorum) partem ſuam poteſt tranſcribere (dono) Principi: (atque tum uti poterit.) R. Jehuda dicit; Idem erit; ſive tranſcribat Principi, ſive tranſcribat Idiotæ. Quidnam enim diſcrimen inter tranſcribentem Principi, ac inter tranſcribentem Idio-

להדיוט שהכותב לנשיא אין צריך לזכות וחכמים אומרים אחד זה ואחד זה צריכין לזכות לא דברו בנשיא אלא בהווה רבי יהודה אומר אין אנשי גליל צריכין לכתוב שכבר כתבו אבותיהם על ידיהם :

Idiotæ? hoc nimirum, quod, ſi quis tranſcribit Principi, non neceſſe habet acquirere (per alium.) Sed Sapientes dicunt; tam hic, quàm iſtic opus eſſe acquiſitione (per alium.) Nec mentionem fecerunt Principis, niſi tanquam cui plerunque fit tranſcriptio. R. Jehuda inquit; Galilæi non opus habent, ut tranſcribant, quoniam antehac patres eorum tranſcripſerant pro illis.

R. OB. DE BARTENORA.

וחצר Notat plateam in civitate; והתיבה *Theca*, cui imponunt libros: ספרים *libri*, in quibus legunt cives ad diſcendum ex illis. הכותב חלקו לנשיא *& qui ſcripſerit portionem ſuam principi*, exponit Gemara, quare ita tradit, & quæ tum correctio ac remedium? Scribunt portionem ſuam principi, nimirum, illi qui voverunt quod unus non capiet utilitatem ab altero, & prohibiti ſunt utilitatem è plateis civitatum capere & Theca, & libris, unuſquiſque eorum illam partem, quæ illi fuerit in plateis, in Theca, & libris, ſcribet principi, & deindè unuſquiſque ex illis rebus utilitatem capere poteſt; quia utuntur bonis principis, ſed nullus eorum utilitatem capiet è bonis alius. R. Jehuda dicit, quod portionem ſuam Idiotæ ſcribere poſſunt, niſi ſcripſerint principi, nam non eſt neceſſe eam facere acquirere medio alterius; quia propter auctoritatem principis acquirit, etiamſi non faciat illi acquirere medio alterius; Idiota autem non acquiſivit niſi dum ſibi fecerit acquirere per alium.

אנשי גליל אין צריכין לכתוב *Viri Galilæi non tenentur ſcribere*, viri Galilæi erant illuſores & rixoſi, quiſque ferè votum faciebat quod nullam utilitatem caperet ab alio, ideoque patres eorum ſcripſerunt portiones eorum principi, ut, ſi filii eorum deindè vota feciſſent, ne unus ab alio utilitatem caperet, non prohibiti fuiſſent à plateis civitatis, aut Theca, aut libris, quia ſunt bona principis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבר של עולי בבל *Res aſcendentium è Babele*, eſt ejuſmodi res quæ eſt in uſum ſociorum è Babele aſcendentium ad feſta; quod autem meminit horum, etſi enim impenſæ & fabrica eorum eſſent è bonis totius Iſraëlis, & cuilibet eorum eſſet pars in illis rebus, id tantum fiebat quod ad partem minimam, & nullus eorum aliquam in eam habebat poteſtatem. *Res urbis illius* ſunt ejuſmodi res quæ communes ſunt ſocietati totius civitatis, uti ſunt plateæ, balneum, & reliquæ res quæ referuntur.

והכותב חלקו לנשיא *Et qui portionem ſuam ſcripſerit principi*, hujus explicatio eſt hoc ſenſu, qui ſcripſerit, ſcribat partem ſuam principi, id eſt, quod homines illi, quorum unuſquiſque prohibitus eſt ab utilitate capienda à proximo ſuo, & prohibitus à bonis, unus alii dicens, *ego ſuper te, & tu ſuper me*, propterea tenentur, ut non liceat ipſis uti plateis quæ omnibus civibus communes ſunt, quia eorum unuſquiſque habet partem in illis, quo modo unus utilitatem capiet ab alio, utendo parte ſua. Modus autem, quo efficiebant ut liciti fierent, hic erat, unuſquiſque eorum ſcribebat partem ſuam principi, & omnem poteſtatem quam habebat in illis locis ut omnibus communis eſſet, & removeretur ab illis pars illius, & non relinqueretur ulli eorum poteſtas in plateas & balneum, Synagogam, ſimileſque res, undè eveniet ut ambo utilitatem capiant è bonis civium, non è bonis alterius. R. Jehuda dicit, quod illi etiam, quando ablata eſt poteſtas eorum ex illis locis, & dederint eam cuicunque homini, licitum eſt. Sed neceſſe eſt ut dicat uni, fac ut aliquis acquirat has partes, & ut det illi libellum. Viri Galilæi autem ſcribebant principi omnia loca & res communes, ne tranſgrederentur vota & juramenta, quando juraſſent ne alius ab alio quid utilitatis caperet, uti diximus; & non opus eſſet ſcribere principi nec idiotæ; deciſio eſt juxta Sapientes.

ו המודר הנאה מחבירו ואין לו מה יאכל נותן לאחר לשום מתנה והלה מותר בה מעשה באחד בבית חורון שהיה אביו מודר הימנו הנאה והיה משיא את בנו ואמר לחבירו חצר וסעודה נתונים לך במתנה ואינן לפניך אלא כדי שיבא אבא ויאכל עמנו בסעודה אמר לו אם שלי הם הרי הם מוקדשים לשמים אמר לו לא (ס״א) נתתי את שלי שתקדישם לשמים אמר לו לא נתתה לי את שלך אלא שתהא אתה ואביך אוכלים ושותין ומתרצים זה לזה ויהא עון תלוי בראשו (ס״א) (וכשבא דבר לפני חכמים אמרו) כל מתנה שאינה שאם הקדישה אינה מקודשת אינה מתנה :

6. Si quis per votum à commodo ex proximo ſuo percipiendo excluſus fuerit, nec habuerit, quod comedat; tum ille (proximus) dat aliquid (cibi) alicui alii nomine donationis, quomodo ille (excluſus) ſolutus erit, (ſi comederit illud.) Hiſtoria de aliquo (filio) in Beth-horon: à quo Pater ejus excluſus erat per votum, ab utilitate percipiendâ. Tum ille deſponſavit filium ſuum, dixitque proximo alicui ſuo; *atrium & prandium data tibi ſint dono; non tamen tibi uti liceat, niſi hac cum conditione, ut veniat pater meus, & comedat nobiſcum in prandio.* Dixit (proximus illi filio concedenti epulas:) ſi mea ſunt (atrium tuum & epulæ tuæ,) ecce ſanctificata (à me) ſint Cœlo (h. e. Deo.) Reſpondit illi (proximo filius;) num ego conceſſi (tibi,) quæ mea ſunt, ut tu illa ſanctifices? Repoſuit hic ille; ergone dediſti mihi, quæ tua ſunt, non niſi ut tu Paterque tuus comedatis & bibatis? atque ſic alter alterum refutavit: quomodo factum, ut manſerit reatus ſuſpenſus in capite illius (filii.) Dixerunt namque Sapientes; quæcunque donatio non ita ſe habet, ut quando (cui donatur) ſanctificaverit illam, (reverà) ſit ſanctificata, non eſt donatio.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה באחד בבית חורן וגו׳ *Hiſtoria de aliquo in Bethohoron, &c.* dicitur in Gemara quod Miſna hæc quibuſdam verbis ſupplenda eſt, hoc ſenſu, *ſi finis illius demonſtraveris*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hanc hiſtoriam non adfert ad confirmandum id quod dixit antea, ſed hoc dixit ad exponendum id quod dixit; והלה מותר בה *tum hic licitè ab hoc comederit*, ſub hac conditione,

verit ſuper principium illius, prohibitum eſt, hiſtoria de aliquo in Bethoron, cujus finis demonſtravit ſuper principium ejus &c.

ואין לפניך אלא שיבא אבא ויאכל עמנו *Neque erunt coram te, niſi ut veniat pater meus & comedat nobiſcum*, indicat quod non dedit illis niſi ut veniat pater ejus & comedat, quod prohibitum eſt. Cæterum ſi dixerit, ſint coram te, & ſi tibi placuerit, veniat pater meus & comedat nobiſcum, licitum eſt. Et cibus illius demonſtrat ſuper rem, quod eum multiplicavit ultra neceſſitatem, & res demonſtrat quod id fecit patris gratia, ut veniret & comederet cum eo, id quod vetitum eſt.

ditione, ut is qui donum dederit, non exprimat nomen illius, & probationem adferat ex hiſtoria Bethchoron. Sciās autem, quod, ſi donum dederit ſimpliciter, ſine ulla conditione, & poſtea illi dixerit caſu quodam, *volo ut N. veniat & comedat nobiſcum*, hoc prohibitum eſt, quia nobis hypotheſis eſt, quod ſi finis demonſtret principium, prohibitum eſt. Et in hoc caſu etiam dicunt, סעודתו מוכחת *cibus ejus oſtendit*, id eſt, quod magna cibi copia & apparatus indicat quod illis non dedit dono, ſed ut pater comederet de eo.

פרק ו הנודר מן המבושל מותר בצלי ובשלוק אמר קונם תבשיל שאיני טועם אסור במעשה קדרה רך ומותר בעבה ומותר בביצת טרמיטא ובדלעת הרמצה:

Caput 6. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à coƈto; tum licitum ipſi eſt (comedere) aſſatum & elixum. Si quis dixerit, *eſto mihi munus coƈtile, quod guſtaturus ſum*; tum prohibitum ipſi eſt opus ollæ tenue (i. e. triticum coƈtum, fabæ freſſæ, & ſimilia pulmenta ex farina;) ſed licitum craſſum, itemque licitum ovum ſorbile, atque aduſta cucurbita.

R. OB. DE BARTENORA.

הנודר מן המבושל *Si quis voverit* (ſe abſtenturum) *à coƈto*, ſi dixerit, Conam ſit ſuper me coƈtum: בצלי ובשלוק *aſſum & elixum*, quicquid coƈtum fuerit ultra neceſſitatem, vocatur שלוק.

מעשה קדרה רך *Opus olla tenue*, quod comeditur cum pane: עבה *craſſum*, quod comeditur ſine pane: ביצת טרמיטא *ovum ſorbile*, coƈtum in aqua calida quam ſummopere curant ne coagulet. ובדלעת הרמצה *& aduſta cucurbita*, eſt ſpecies cucurbitarum quam cineri indunt quo modo ſit dulcior.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשה קדרה *Opus olla*, granum contuſum & ſimilia: רך *tenue*, eſt id quod per ſe non poteſt ſubſiſtere: עבה *craſſum*, quod per ſe ſubſiſtere poteſt: וביצת טרמיטא *& ovum ſorbile*, ovum quod coƈtum eſt in aqua calida. quod multa cura cuſtodiunt ne coagulet, & à medicis vocatur מגרמה.

ובדלעת הרמצה *Et aduſta cucurbita*, eſt ſpecies cucurbitæ quæ non comeditur donec eam pro tempore condiderint in cinere calida, & cinis in qua remanet calor vocatur רמץ; quod ſæpius expoſuimus in traƈtatu Kilaim.

ב הנודר ממעשה קדרה אין אסור אלא ממעשה רתחתה אמר קונם היורד לקדרה שאיני טועם אסור בכל המתבשלין בקדרה:

2. Si quis voverit, (ſe abſtenturum) ab opere ollæ: tunc non eſt prohibitus niſi ab opere fervente. Si quis dixerit; *eſto mihi votum, quod nihil quicquam de eo, quod deſcendit in ollam, comeſturus ſum*: tum prohibita ipſi ſunt omnia, quæ in olla coquuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה רתחתה *Opus fervens*, eſt cibus confeƈtus ex farina qui fervidus faƈtus eſt in olla. Summa vero rei eſt, quod in votis ſequimur loquendi modum hominibus uſitatum, juxta locum & tempus. Si ergo fuerit locus ubi צלי vocant מבושל & vice verſa, tum is qui votum fecerit de מבושל *coƈto*, prohibitus eſt à צלי *aſſo*; & ſic in ſimilibus. Si vero maxima pars illud vocaverit hoc modo, & minima pars illo modo, non ſequimur maximam partem, ſed eſt dubium votum; omne autem dubium votum aggravandum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשה רתחתה *Opus fervens*, eſt cibus qui conficitur è farina, aut è fruſtis panis in aqua calida. Fundamentum vero cui innituntur hæc jura, eſt illud quod dixerunt Sapientes, in votis ſequi debemus modum loquendi hominibus uſitatum, & juxta loca in quibus jusjurandum faƈtum eſt, nec non juxta tempus in quo talis obtinebat ſignificatio. Exempli gratia, ſi in eo loco quo illud juramentum faƈtum eſt, tunc temporis מבושל *coƈtum* vocarent צלי *aſſum*, & שלוק *elixum*, omnia illi ſunt prohibita. Cæterum ſi מבושל tantum vocarent id quod propriè coƈtum erat, coƈtum illi tantum erit prohibitum. Et hoc modo comparationem inſtituas de omnibus illis quæ continentur in hoc traƈtatu, quando dicit, qui voverit talem rem, ei prohibita eſt talis res, & licita talis res. Quia doƈtor Miſnæ omnia illa dicit juxta locum, & juxta uſum loquendi tunc temporis, nec non juxta id quod apud vulgus tritum erat. Quæ memoriæ mandes volo ne iterum eadem dicere cogar.

ג מן הכבוש אין אסור אלא מן הכבוש של ירק כבוש שאיני טועם אסור בכל הכבושים מן השלוק אינו אסור אלא מן השלוק של בשר שלוק שאיני טועם אסור בכל השלוקים מן הצלי אינו אסור אלא מן הצלי

3. (Si quis voverit ſe abſtenturum) מן הכבוש (cum He demonſtrativo) quaſi dicas *à τοῦ condito*; tunc non eſt prohibitum ipſi, niſi conditum oleris. Sin (dixerit, munus mihi eſto) כבוש *conditum* (ſine He demonſtrativo,) *ſi quod comeſturus ſum*: prohibita ipſi ſunt omnia condita. (Si quis excluſerit ſe) מן השלוק q. d. *τοῦ in aquâ coƈto*, tum non eſt quicquam prohibitum ipſi niſi caro in aquâ coƈta: (Si verò dixerit, He demonſtrativo omiſſo) שלוק, id eſt, *in aquâ coƈtum*, (munus mihi,) *ſi quod ſum comeſturus*: tum prohibitum ipſi eſt, quicquid in aqua coƈtum. (Si quis ſe excluſerit) מן הצלי q. d. *à τοῦ aſſato*: tum non prohibitum ipſi quicquam, niſi aſſata caro: ita R. Jehuda. (Aſt ſi dixe-

דצלי של בשר דברי רבי יהודה צלי שאני טועם אסור בכל הצלוין מן המליח אינו אסור אלא מן המליח של דג מליח שאיני טועם אסור בכל המלוחים :

dixerit) צלי, id eſt, *aſſatum* (non addito He demonſtrativo,) *quod comeſturus ſum* (munus eſto:) tum prohibitum ipſi eſt, quicquid aſſatum eſt. (Si quis votum excluſionis fecerit) מן המליח q. d. à τῷ *ſale condito*: tum non eſt prohibitum ipſi quicquam, niſi ſale conditus piſcis. Sin dixerit; מליח (neglecto He demonſtrativo) id eſt, *conditum ſale* (eſto mihi munus) *ſi quod comeſturus ſum*: tum omnia ſalſamenta ipſi ſunt prohibita.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו אסור אלא כן הכבוש של ירק *Non eſt illi vetitum niſi conditum oleris*, quia ſimpliciter conditum oleris eſt: כבוש שאיני טועם *conditum quod non guſtabo*, hoc intelligendum eſt omni modo de condito; ſic etiam de cocto, aſſo, & ſalito, ſine (ה) demonſtrativo, intelligendum eſt omni modo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat differentia inter nomen notum & ignotum, propterea, ſi dixerit מן השלוק *ab elixo*, cum (ה) demonſtrativo, denotat quod elixum eſt & notum, & maxima ex parte ex carne. Si dixerit, שלוק ſine (ה) demonſtrativo, denotat omne id quod coqui ſolet. Hæc eſt nota regula in omnibus linguis, quod nomen quod non eſt demonſtrativum, comprehendit omnes ſpecies in genere, ſed quod nomen demonſtrativum in ſpecie loquitur. Neque erres in hoc noto ſatis fundamento, quod in votis ſequi debemus modum loquendi uſitatum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ד דג דגים שאיני טועם אסור בהן בין גדולים בין קטנים בין מלוחין בין טפלין בין חיין בין מבושלין ומותר בטרית טרופה ובציר הנודר מן הצחנה אסור בטרית טרופה ומותר בציר ובמורייס הנודר מטרית טרופה אסור (נ״א מותר) בציר ובמורייס :

4. (Si quis dixerit, *eſto mihi munus*) דגים, דג, id eſt, *piſcis* (&) *piſces*, *quos ſum comeſturus*: tum obligatus eſt, ſive ſint (piſces) magni, ſive parvi: ſive ſaliti, ſive non ſaliti: ſive crudi, ſive cocti: licitus tamen habetur piſcis Taris diſciſſus & ſalſugo. (Si quis ſe excluſerit) à ſalſamento (ſeu à piſcibus ſalitis:) tum prohibitus ipſi eſt piſcis Taris diſciſſus, permiſſa autem ſalſugo & muria. (Si quis excluſerit ſe) à piſce Taris diſciſſo: tum prohibita ipſi ſunt ſalſugo & muria.

R. OB. DE BARTENORA.

טרית טרופה *Thunnus*, eſt piſcis quem dividunt in fruſta', & ita venditur, cui nomen ſingulare eſt, & non intrat id quod dicitur *piſcis piſcium*; דג דגים שאיני טועם *piſcis piſces quod non guſtabo*, neque piſcem neque piſces guſtabo, omnia hæc intelliguntur ſimpliciter.

טפלין *Inſipidi*, non ſaliti piſces: ציר notat aquam provenientem è piſcibus ſalitis: מורייס eſt pinguedo ſive liquor qui provenit è piſcibus ſalitis: צחנה *eſt mixtura* è multis ſpeciebus piſcium diſciſſorum; ſic in tractatu Avoda Sara ארבא דצחנתא *navicula ſalſamentorum*; מותר בציר ובמורייס *licitum illi eſt quod ad ſalſuginem & muriam*, quoniam ſubſtantiam vini nondum imbibit. *Qui voverit de thunno diſciſſo, et prohibitum eſt quod ad ſalſuginem & muriam*, nam quandoquidem dixit טרופה *diſciſſum*, intelligitur de tota re quæ commixta eſt cum illis.

R.MOSCHE FIL. MAIMON.

Scito quod ſi in lingua noſtra ſingularis numerus jungitur plurali, denotatur generale quid & particulare cum plurali, ut, הבל הבלים, *vanitas vanitatum*, שיר השירים *canticum canticorum*. Propterea, ſi dixerit, דג דגים *piſcis piſcium*, includit omnes ſpecies quocunque modo ſe habuerint.

תפלין *Non ſaliti*, quibus non eſt ſapor. בטרית טרופה eſt ſpecies piſcium in partes diſciſſorum.

ה הנודר מן החלב מותר בקום ורבי יוסי (ס״א) אוסר מן הקום מותר בחלב אבא שאול אומר הנודר מן הגבינה אסור בה בין מלוחה בין טפילה:

5. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à lacte: tunc licitum ipſi eſt ſerum. R. Joſe tamen prohibet. Si à ſero: conceſſum eſt lac. Abba Schaul dicit; ſi quis (abſtenturum) voverit à caſeo: tum ille prohibitus eſt ipſi, ſive ſit ſalitus, ſive non ſalitus.

R. OB. DE BARTENORA.

קום *Serum*, eſt liquor è caſeo proveniens: בין מליח בין תפלה *ſive ſalitus, ſive non ſalitus*, nam non dicimus quod *caſeus* intelligatur de caſeo particulari, qui ſine ſale non comeditur; deciſio eſt ſecundum Abam Schaul.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קום *Serum*, ſic vocatur aqua è caſeo proveniens, & in regionibus occidentalibus vocatus ציכא; deciſio eſt juxta Aba Schaul.

ו הנודר מן הבשר מותר ברוטב ובקיפה ורבי יהודה אוסר אמר רבי יהודה מעשה ואסר עלי (ס״א עליהי) רבי טרפון ביצים שנתבשלו עמו אמרו לו וכן הדבר אימתי בזמן שיאמר בשר זה

6. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à carne: tum permittitur ipſi jus, decoctumque (tenue, quod eſt in fundo ollæ.) Prohibet tamen R. Jehuda. Dixit enim R. Jehuda; factum (habeo pro me.) R. Tarphon ſiquidem prohibuit mihi ova, quæ cocta fuerant cum illâ. Sed dixerunt ad eum; ſit ita. Quando autem fieri debet illud? Nimirum eo tempore, quo dixerit quis; caro hæc (ſit munus) ſuper me. Nam ſi quis voverit, ſe abſtenturum ab

עלי שהנודר מן הדבר ונתערב באחר אם יש בו בנותן טעם אסור :

hac re (certa,) fuerit autem illa cum alia commixta: tunc, ſi in ea eſt ſicut dans ſaporem, prohibitus eſt (vovens.)

R. OB. DE BARTENORA.

קיפה Eſt jus quod coagulatur in fundo ollæ: *R. Jehuda vetat*, eo quod guſtum carnis habet; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

איכתי בזמן שיאמר בשר זה עלי *Quando? eo tempore quo dixerit, caro hæc* (ſit munus) *ſuper me*, quandoquidem enim dixit זה *hæc*, impoſuit ſibi rem prohibitam, & prohibuit guſtum. Cæterum ſi dixerit, *munus eſto hæc caro ſuper me*, non impoſuit ſibi rem prohibitam, niſi in cauſa carnis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רוטב *Jus*; קיפה idem quod תבלין *decoctum*, Sapientes dicunt, quod, ſi homo juraverit ſuper re quadam eamque in ſpecie expoſuerit, ea ipſi eſt ut res prohibita; cujus rationem habent quando commixta fuerit cum alia ſpecie in ea quantitate ut guſtum dare poſſit, uti jus eſt in reliquis omnibus prohibitionibus, ſpecies cum ſpecie in quacunque quantitate, ita ut non ſit tanta quantitas in ſpecie ut guſtum dare poſſit. Verum ſi juraverit ſuper aliqua ſpecie, illa tantum ſpecies ipſi prohibita eſt ſine alia mixtura, uti exponitur in ſequenti Miſna, dicente, *ſi quis voverit* (ſe abſtenturum) *à vino*; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ז הנודר מן היין מותר בתבשיל שיש בו טעם יין אמר קונם יין זה שאיני טועם ונפל לתבשיל אם יש בו בנותן טעם הרי זה אסור הנודר מן הענבים מותר ביין מן הזיתים מותר בשמן אמר קונם זיתים וענבים אלו שאיני טועם אסור בהן וביוצא מהן :

7. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à vino: tum permittitur ipſi coctile, in quo eſt ſapor vini. Si quis dixerit; *eſto mihi votum, quod de vino hoc non ſim guſtaturus*: ceciderit verò interim (de illo) in coctile: tum, ſi tantum ſit, quantum dare poteſt ſaporem, prohibitus erit. Si quis voverit (ſe abſtenturum) ab uvis: tum permittitur illi vinum. Si voverit (ſe abſtenturum) ab olivis: tum permittitur ipſi oleum. Si quis dixerit; *eſto mihi votum, quod de olivis uviſque iſtis non ſim comeſturus*: tum prohibita ipſi ſunt iſta, atque alia ejuſdem generis.

R. OB. DE BARTENORA. מותר בתבשיל שיש בו טעם יין *Licitum illi eſt coctile in quo eſt ſapor vini*, ſecundum ſententiam Sapientum qui R. Jehudæ contrarii ſunt.

ח הנודר מן התמרים מותר בדבש תמרים מסתוניות מותר בחומץ סתוניות רבי יהודה בן בתירא אומר כל ששם תולדתו קרויה עליו נודר היימנו אסור אף ביוצא הימנו וחכמים מתירין :

8. Si quis voverit (ſe abſtenturum) à palmis: tunc ipſi licitum eſt mel palmarum. Si ab uvis hybernis: tum ipſi licitum eſt acetum hybernarum uvarum. R. Jehuda filius Bathiræ inquit; ſi ab aliquo denominatur id, quod ex ipſo generatur, voverque quis ab illo abſtenturum: tum prohibitum ipſi eſt etiam quicquid ex illo generatur. Verumenim verò Sapientes permittunt.

R. OB. DE BARTENORA.

סתוניות Sunt uvæ malæ quæ remanent in vitibus uſque ad hyemem, quæ non valent ad exprimendum ex illis vinum, ideoque ex illis conficiunt acetum.

כל ששם תולדתו קרויה עליו *Omne ad cujus nomen generationis nominatum fuit ſuper eo*, etiamſi enim mutatum fuerit, vocetur tamen juxta nomen principii, uti eſt mel palmarum, unde venit acetum uvarum hybernalium.

וחכמים מתירין *At Sapientes permittunt*, controverſia quæ eſt inter doctorem primum & Sapientes hæc eſt, primus doctor putat ei qui voverit abſtinentiam uvarum hybernalium, licitum eſſe acetum quod provenit ex illis, ſed uvæ hyemales illi ſunt prohibitæ. Verum Sapientes permittunt ipſas uvas hyemales, quia, cum ineptæ ſint ad comedendum, quando voverit abſtinentiam uvarum hyemalium, intentio ejus fuit, recipere in ſe prohibitionem aceti ex illis provenientis, non ipſarum uvarum hyemalium; deciſio eſt juxta Sapientes. Alia expoſitio, Sapientes permittunt acetum uvarum hyemalium, ut mel palmarum, quia Sapientes putant, quod, ſi quis in ſe ſuſceperit prohibitionem rei quæ inepta eſt ad comedendum, ſive rei quæ apta eſt ad comedendum, licitum illi eſt id quod provenit ex ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus doctor dicit ei qui voverit quod abſtinebit à palmis, licitum eſſe mel & palmas, quia palmæ idoneæ ſunt ad comedendum, & dicimus quod intentio ejus non fuit niſi de ipſis dactylis ſive palmis. Sapientes dicunt, quod etiam ea res ſuper qua juravit, nullatenus comeditur. Nam dicere potuiſſemus quod intentio ejus tantum fuerit de eo quod ex ipſa provenit, nihilominus tamen licitum illi eſt id quod provenit ex illa re, uti ſunt fructus hybernales qui vocantur סתוניות à סתו *hiems*, neque comeduntur; ex uvis vero hybernis faciunt acetum; deciſio eſt juxta Sapientes.

ט הנודר מן היין מותר ביין תפוחים מן השמן מותר בשמן שומשמין מן הדבש מותר בדבש תמרים מן החומץ מותר בחומץ סתוניות מן הכרישים מותר בקפלוטות מן הירק מותר בירקות השדה מפני שהוא שם לווי :

9. Si quis abſtenturum voverit à vino: tum licitum ipſi eſt vinum ex pomis. Si ab oleo: licitum eſt oleum ſeſaminum. A melle: licitum eſt mel palmarum. Ab aceto: licitum eſt acetum hybernarum uvarum. A porro: licitum eſt porrum capitatum. Ab olere: licita ſunt olera agreſtia, propterea quod eſt nomen ſociatum.

R. OB. DE BARTENORA.

קפלוטות Eſt ſpecies porri in terra Iſraëlis creſcentis: שהוא שם

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהוא שם לוי *Quod eſt nomen ſociatum*, id eſt, hæc res

שם לוי *quod eſt nomen ſociatum*, vult dicere, illud *olera* cum nomine alio conjungi debet, hoc ſenſu, *olera agri*, & ſic de cæteris. Sed in anno ſeptimo, quando non habentur olera horti, quia ſine cultura non creſcunt, & conceduntur olera campi, olera ſimpliciter vocata ſunt olera campi, id quod non ita ſe habet in reliquis annis à remiſſione.

non cognoſcuntur niſi ex eo quod conjungitur cum illis, & propterea jurat de re quæ cognoſcitur ex hoc nomine ſine nomine adjuncto. שומשמים *ſeſaminum*, in lingua Arabum אלכסכס dicitur; כרישין *porrum*; קפלוט eſt nomen porri cujuſmodi invenitur in terra Iſraëlis.

י מן הכרוב אסור באיספרגוס מן האיספרגוס מותר בכרוב מן הגריסין אסור מן המקפה ורבי יוסי מתיר מן המקפה מותר בגריסין מן המקפה אסור בשום ורבי יוסי מתיר מן השום מותר במקפה מן העדשים אסור באשישים ורבי יוסי מתיר מן האשישים מותר בעדשים חיטה חטים (ס״א) שאיני טועם אסור בהן בין קמח בין פת גרים גריסין שאיני טועם אסור בהן בין חיין בין מבושלין רבי יהודה אומר קונם גריס או חיטה שאיני טועם מותר לכוס חיין:

10. Si quis votum fecerit abſtenturum à braſſicâ: tum prohibitus ipſi eſt aſparagius. Sin ab aſparagio: tum ipſi licita eſt braſſica. A fabis fractis: prohibitum ipſi eſt pulmentum craſſum (ex farina.) Sed R. Joſe permittit. Si à pulmento craſſo: prohibitum ipſi eſt allium. Rurſus R. Joſe permittit. Si ab allio: licitum ipſi eſt pulmentum craſſum. Si à lentibus: licita ipſi ſunt rejectamenta earum. Denuò R. Joſe permittit. Si à rejectamentis: licitæ ipſi ſunt lentes. Si à tritico (&) triticis, quod nimirum non ſit comeſturus de illis: prohibita ipſi ſunt iſta, ſive ſit farina, ſive panis. Si à faba fracta (&) fabis fractis, quod non ſit comeſturus de illis: tunc prohibitæ ſunt ipſi iſtæ, ſive ſunt crudæ, ſive coctæ. R. Jehuda ait; ſi quis dixerit, eſto mihi votum, faba fracta, aut triticum, quod de illis non ſim comeſturus: tunc licitum ipſi eſt maſticare cruda.

R. OB. DE BARTENORA.

איספרגוס Eſt ſpecies braſſicæ, niſi quod כרוב *braſſica* non vocatur איספרגוס; aliter, notat aquam in qua elixant braſſicam. מן הגריסין אסור במקפה *à fabis fractis, prohibitum illi eſt pulmentum craſſum* (ex farina,) nam etſi fabæ fractæ impoſitæ fuerint pulmento craſſo, nihilominus tamen adhuc vocantur גריסין *fabæ fractæ*. *R. Joſe concedit*, quoniam vocatur מקפה של גריסין & non tantum גריסין. Cæterum מקפה eſt idem quod תבשיל *decoctum* è leguminibus aut farina. אסור בשום *prohibitum illi eſt allium*, moris erat indere allium omni pulmento *Mikphe* ad dandum illi ſaporem, שום autem hoc loco מקפה eſt. אסור באשישין *prohibitæ ſunt illi lentes*, peſſimæ ſunt lentes hæ; deciſio non eſt juxta R. Joſe in tribus caſibus Miſnæ noſtræ. חטה חטים שאיני טועם *triticum tritica quod non guſtabo*, non intelligitur de pane cocto; חטים intelligitur de manducatione panis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איספרגוס Ita vocant aquas in quibus elixant olera cujuſcunque generis, ſed hic vult dicere aquas in quibus elixant braſſicam: גריסין ſunt fabæ molitæ; מקפה *pulmentum craſſum*, nomen cujuſcunque coctura. vides igitur quod תבשיל הפול *cocturam fabarum* vocant מקפה של גריסין: אשישין ſunt lentes molitæ; deciſio non eſt juxta R. Joſe in omnibus quæ dixit.

פרק ז הנודר מן הירק מותר בדלועין ורבי עקיבא אוסר אמרו לו לרבי עקיבא והלא אומר אדם לשלוחו קח לי ירק והוא אומר לא מצאתי אלא דלועין אמר להם כן הדבר או שמא אומר הוא לו לא מצאתי אלא קיטנית אלא שהדלועין בכלל ירק וקטנית אינן בכלל ירק ואסור בפול המצרי לח ומותר ביבש:

Caput 7. Si quis votum fecerit, (quod ſit abſtenturus) ab olere: conceſſæ tunc ipſi ſunt cucurbitæ. Sed Rabbi Akiba prohibet. Dixerunt ei, (nim. R. Akibæ;) nonne verò; ſi quis dixerit ad nuntium ſuum, accipe mihi olus; alter dicere poteſt, nihil aliud præter cucurbitas inveni. Dixit illis; ita eſt (ſed pro me:) aut num dicet illi, aliud nihil inveni quam legumen? Nimirum cucurbitæ ex genere oleris ſunt: non autem legumina ſunt ex genere oleris. Eidem prohibita eſt faba Ægyptiaca ſuccida, licita verò arida.

R. OB. DE BARTENORA.

לא מצאתי אלא דלועין *Non inveni niſi cucurbitas*, ſi fuerit ſpecies oleris, quare non emit ipſi? כן הדבר *ſic ſe res habet*, hinc adfertur demonſtratio, *forſan non inveni præter legumina*; quia vero interrogat de cucurbitis, liquet indè quod ſunt ſpecies oleris; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba prohibet omnem rem de qua famulus dominum rogat an eam emat, at Sapientes in hoc contradicunt illi; deciſio eſt juxta Sapientes.

ב הנודר מן הדגן אסור בפול המצרי יבש דברי ר׳ מאיר וחכמים אומרים אינו אסור אלא בחמשת המינין רבי מאיר אומר הנודר מן התבואה אינו אסור אלא מחמשת המינין אבל (ס״א)

2. Si quis voverit, (ſe abſtenturum) à frumento: tunc prohibita ipſi eſt faba Ægyptiaca arida: ſunt verba R. Meyr. Verum Sapientes dicunt; non eſſe prohibitum quicquam, præter quinque ſpecies (nimir. triticum, hordeum, ſpelta, ſecale, avena.) Rabbi Meyr ait: ſi quis voverit, (quod abſtenturus ſit) à proventu terræ (מן תבואה) tum non prohibetur, niſi à quinque (dictis) ſpeciebus:

(ס״א) הנודר מן הדגן אסור בכל ומותר בפירות האילן ובירק :

ſed ſi quis voverit, (quod ſit abſtenturus) à frumento: tum omnia ipſi prohibita ſunt; (& tantùm) liciti fructus arboris atque olus.

R. OB. DE BARTENORA,

אסור בפול המצרי יבש *Prohibita illi eſt faba Ægyptiaca ſicca*, nam voce דגן *frumentum* intelligitur ejuſmodi res è qua conficiunt acervum, ſed eo nomine quoque comprehenditur faba Ægyptiaca ſicca. אסור בכל *omnia ſunt prohibita*, omnes ſpecies leguminum è quibus conficiunt acervum; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quinque ſpecies ſunt triticum, hordeum, ſpelta, avena, ſecale; כוסמין *ſpelta* eſt ſpecies tritici; שבולת שועל שיפון *avena & ſecale*, ſunt ſpecies hordei. *Faba Ægyptiaca* eſt ſpecies leguminis quod in Ægypto tantum reperitur; eo quoque nomine vocatur ab omnibus medicis, & non eſt faba ordinaria; deciſio eſt juxta Sapientes.

ג הנודר מן הכסות מותר בשק וביריעה ובחמילה אמר קונם צמר עולה עלי מותר להתכסות בגיזי צמר פשתן עולה עלי מותר להתכסות באניצי פשתן רבי יהודה אומר הכל לפי הנודר טען והזיע והיה ריחו קשה אמר קונם צמר ופשתים עולה עלי מותר להתכסות ואסור להפשיל לאחוריו :

3. Si quis voverit (abſtenturum) à veſtimento: tum permittitur ipſi ſaccus, cortina, & cilicium. Si quis dixerit; *eſto mihi munus lanæ aſcendens ſuper me*: tum licitum ipſi eſt operire ſe velleribus lanæ. Sin, linum aſcendens ſuper me: tunc licitum ipſi eſt operire ſe manipulis lini. R. Jehuda dicit; omnia (judicanda eſſe) juxta mentem (& circumſtantias) voventis. (E. g.) Si portet (in humeris lanam aut linum,) ſudetque (ſub onere eorum) ac odor ejus gravis ſit; ideoque dicat; *ſunto mihi munus lanæ linaque, quæ aſcendent ſuper me*: tum licitum ipſi eſt operire ſe (illis, ſeu induere;) prohibitum verò ſuſpendere poſt ſe (ſcil. in dorſo per humeros ad portandum.)

R. OB. DE BARTENORA.

שק יריעה חמילה *Saccus, cortina, cilicium*, ſunt ſpecies pannorum craſſorum quibus homines ſe non ſolent contegere. מותר בגזי צמר *licita ſunt ipſi vellera lanæ*, quia intendebat tantum veſtimentum lanæ. הכל לפי הנודר *omnia juxta mentem voventis*, juxta tempus voti, quandoquidem enim conſtat quod propter pondus oneris fecit votum, licitum eſt ſe tegere; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שק *Saccus*, eſt veſtimentum quod è filis pilorum contextum eſt; יריעה notat pannum craſſum quod non ſutum eſt; חמילה notat *tegumentum*, admodum craſſum quo homines ſe tegunt & muniunt contra pluviam; ſic etiam ſe res habet cum יריעה cortina cujus hic fit mentio. R. Jehuda non ſequitur ſimplicem verborum ſenſum, ſed probationem adfert è ſenſu illo in quem incidit votum, & quamobrem factum fuit; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ד הנודר מן הבית מותר בעלייה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים עלייה בכלל הבית הנודר מן העלייה מותר בבית :

4. Si quis voverit, (quod non ſit ingreſſurus) domum: tum conceditur ipſi (intrare) cœnaculum, dicit R. Meyr. Sed Sapientes dicunt; cœnaculum comprehendi ſub domo. Si quis voverit (abſtenturum) à cœnaculo: tum conceſſa ipſi eſt domus.

R. OB. DE BARTENORA. הנודר מן הבית *Si quis voverit à domo*, quod non ingredietur domum. מותר בעלייה *licitum illi* (intrare) *cœnaculum*, eo quod cœnaculum non comprehenditur ſub בית *domo*.

ה הנודר מן המטה מותר בדרגש דברי רבי מאיר וחכמים אומרים דרגש בכלל מטה הנודר מן הדרגש מותר במטה הנודר מן העיר מותר ליכנס לתחומה של עיר ואסור ליכנס לעיבורה אבל הנודר מן הבית אסור מן האגף ולפנים :

5. Si quis voverit (abſtenturum) à lecto majori: tum licitus ipſi eſt lectus parvus; verba R. Meyr. Verum enimverò Sapientes dicunt; lectum minorem comprehendi ſub lecto majori. Si quis voverit (abſtenturum) à lecto minori: tum licitus ipſi eſt lectus major. Si quis voverit, (ſe non ingreſſurum) urbem; tunc licitum ipſi eſt ingredi terminos Sabbathicos (ejuſdem) urbis; prohibitum verò ipſi eſt ingredi in appendicem (eſt locus extra quidem urbem, intra tamen terminos Sabbathicos.) Contrà ſi quis voverit ſe haud ingreſſurum eſſe domum: tum ingredi intra locum clauſum ante domum, veſtibulum ipſi non conceditur.

R. OB. DE BARTENORA.

דרגש *Tapes*, eſt ſtratum quod ponunt ante ſtratum magnum, & ex eo aſcendunt ad lectum magnum. ליכנס לתחומה של עיר *ad ingrediendum terminos civitatis*, duo millia cubitorum ad omnem plagam circum civitatem.

לעיבורה *In appendicem*, in domicilia quæ exeunt è civitate

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דרגש Eſt lectus parvus quem ponunt ante lectum magnum qui vocatur מטה *lectus*, uti eſt ſcala per quam aſcendunt lectum magnum. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Erubhin quod domicilia & ſimilia loca domiciliorum quæ extra civitatem exeunt, ſi circa civitatem intra ſeptuaginta cubitos

tate intra ſeptuaginta cubitos & quantulumcunque per quadratum, inſtar mulieris prægnantis cujus venter exterius prominet. אגף eſt locus ubi clauditur porta. Sic Nehem. 7, 3. יגיפו הדלתות *claudent januam*, deciſio non eſt juxta R. Meyrum in tota hac Miſna.

bitos ſita fuerint, conjunguntur cum civitate, quæ omnia dimetimur per quadratum; & tum metimur extra quadratum duo millia cubitorum ad omnem plagam, eſtque terminus Sabbathicus qui vocatur תחום העיר *terminus civitatis*. Illa autem loca, quæ ſunt additiia quando adduntur civitati, menſurantur per quadratum indè à fine domiciliorum egredientium ex urbe, & vocantur עיבור העיר *incrementum urbis*, eſtque inſtar civitatis ejuſdemque juris; figuram quoque illius depinximus ſuo loco. אגף eſt *porticus*, & occluſio portæ, vide Nehemiæ 7, 3. Deciſio non eſt ſecundum R. Meyr in omnibus quæ dixit.

ו קונם פירות האלו עלי קונם הן על פי קונם הן לפי אסור בחלופיהן ובגדוליהן שאני אוכל ושאני (ס״א) טועם מותר בחלופיהן ובגדוליהן בדבר שזרעו כלה אבל בדבר שאין זרעו כלה אפילו גידולי גידולין אסורים:

6. (Si quis dixerit;) *ſunto munus fructus iſti ſuper me*; (aut) *ſunto munus ſuper os meum*; (aut) *ſunto munus ori meo*: tunc prohibitus eſt à permutatis cum illis, & à creſcentibus ex illis. Sin; *quicquid* (de illis) *comeſturus aut guſtaturus ſum*: tunc licita ipſi ſunt permutata cum illis, atque creſcentia ex illis; (nimirum) ſi fuerit res, cujus ſemen conſumitur. Quod ſi fuerit res, cujus ſemen non conſumitur: tum etiam naſcentia ex natis ab illis ſunt prohibita.

R. OB. DE BARTENORA. אסור בחלופיהן ובגדוליהן *Prohibitus eſt à permutatis & creſcentibus ex illis*, ſi commutaverit eos fructus ab initio, prohibiti ſunt ei qui commutaverit eos, nummi eorum, quia Sapientes prohibuerunt utilitatem nummorum ex rebus vetitis; & germina ſive productiones rei prohibitæ propter munus ſunt habendæ ut productiones ſanctarum rerum. שאיני אוכל שאיני טועם *quod non comedam, quod non guſtabo*, non prohibuit à ſe niſi eſum & ſaporem tantum. אבל בדבר שאין זרעו כלה *Sed in re cujus ſemen non conſumitur*, ut ſunt cœpæ, ſimileſque fructus. אפילו גדולי גדולים *etiam naſcentia è natis*, habentur ut ipſum corpus rei prohibitæ, quandoquidem ſemen non conſumptum eſt.

ז האומר לאשתו קונם מעשה ידיך עלי קונם הן על פי קונם הן לפי אסור בחילופיהן ובגידוליהן שאיני אוכל שאיני טועם מותר בחלופיהן ובגידוליהן בדבר שזרעו כלה אבל בדבר שאין זרעו כלה אפילו גידולי גידולין אסורים:

7. Si quis dixerit uxori ſuæ; *eſto munus ſuper me opus manuum tuarum*; (aut) *eſto munus ſuper os meum*; (aut) *eſto munus ori meo*: tunc prohibita ipſi ſunt permutata & nata ex illis. Sin; *quicquid non comeſturus aut guſtaturus ſum*: tunc licita ipſi ſunt permutata & nata ex illis; ſi quidem res fuerit, cujus ſemen conſumitur: at ſi fuerit res, cujus ſemen non conſumitur, tum etiam naſcentia ex natis ab illis ſunt prohibita.

R. OB. DE BARTENORA.

קונם מעשה ידיך עלי *Munus eſto opus manuum tuarum ſuper me*, tum prohibuit à ſe quicquid uxor fecerit, & paraverit; & ſi illa plantaverit arborem, ſtirpes & naſcentia prohibita ſunt marito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבר שזרעו כלה *Res cujus ſemen conſumitur*, eſt ejuſmodi cujus ſemen corrumpitur in terra, ut ſemen tritici, hordei, & ſimilia ſemina. דבר שאין זרעו כלה *res cujus ſemen non conſumitur*, eſt, quando res ſuper qua juravit, fuerit cepa aut allium, vel ſimile quid, ut, quando ſeminaverit hanc cepam aut allium, creſcat ex illis quicquid fuerit, & remaneat granum in terra; ſed hoc jam expoſui in tractatu Trumot capite nono.

ח שאת עושה איני אוכל עד הפסח שאת עושה איני מתכסה עד הפסח עשתה לפני הפסח מותר לאכול ולהתכסות אחר הפסח שאת עושה עד הפסח איני אוכל ושאת עושה עד הפסח איני מתכסה עשתה לפני הפסח אסור לאכול ולהתכסות אחר הפסח:

8. (Si quis dixerit uxori ſuæ;) *quicquid tu feceris, id non comeſturus ſum ante Paſcha*: (aut,) *quicquid tu feceris, eo non operturus me ſum, uſque ad Paſcha*: tunc licet fecerit ante Paſcha, licitum ipſi eſt edere id, atque operire ſe eo poſt Paſcha. (Sin;) *quicquid tu feceris ante Paſcha, id non comeſturus ſum*: (aut) *quicquid tu ante Paſcha feceris, eo non operturus me ſum*: tum ſi fecerit ante Paſcha, prohibitum ipſi eſt comedere id, aut operire ſe eo poſt Paſcha.

R. OB. DE BARTENORA. שאת עושה איני אוכל עד הפסח *Quod tu feceris non comedam uſque ad Paſcha*, id eſt, quod tu nunc feceris, non comedam uſque ad Paſcha, ſed poſt Paſcha comedam. Cæterum ſi dixerit, *quicquid feceris uſque ad Paſcha, non comedam*, intelligitur, quod maritus neque ante, neque poſt Paſcha unquam comedet quicquid fecerit uxor, licet poſt Paſcha.

ט שאת נהנית לי עד הפסח אם תלכי לבית אביך עד החג הלכה לפני הפסח אסורה בהנאתו עד הפסח אחר הפסח בלא יחל

9. (Si quis dixerit; eſto mihi munus omne illud) *ex quo tu à me commodum percipere poſſis uſque ad Paſcha, ſi abieris in domum Patris tui uſque ad feſtum tabernaculorum*: tum ſi abierit ante Paſcha, prohibita eſt à commodo, quod percipere poſſet ab eo, uſque ad Paſcha. (Sin) *poſt Paſcha*; (tum transgreſſa eſt præceptum illud quod Num XXX. verſ. 3.

legi-

יחל דברו שאת נהנית לי עד החג אם תלכי לבית אביך עד הפסח והלכה לפני הפסח אסורה בהנאתו עד החג ומותרת לילך אחר הפסח:

3. legitur;) *non profanabit verbum ſuum.* (Si dixerit quis; eſto mihi munus) id, *ex quod tu commodum à me percipere poſſes, uſque ad feſtum tabernaculorum*; ſi abieris in domum Patris tui uſque ad Paſcha: tum ſi abierit ante Paſcha, prohibita eſt ab iſto commodo, quod percipere poſſet ab eo, uſque ad feſtum tabernaculorum: libera autem eſt, (ſi abierit) poſt Paſcha.

R. OB. DE BARTENORA.

שאת נהנית לי עד הפסח *Quod non capies utilitatem à me uſque ad Paſcha*, (ſi maritus dixerit uxori,) ſi tu iveris domum patris tui uſque ad feſtum (tabernaculorum,) iſque hoc dixerit poſt feſtum, & prohibuerit ſuper ſe utilitatem illius, uſque ad Paſcha, ſi abierit domum patris illius uſque ad feſtum tabernaculorum.

לאחר הפסח בלא יחל דברו *Si poſt Paſcha*, (*tranſgreſſa eſt præceptum.* Num. 30, 3.) *non profanabit verbum ſuum*, id eſt, ſi abiverit poſt Paſcha, tum tranſgreſſa eſt illud non profanabit verbum ſuum præpoſterè, quia ante Paſcha utilitatem ab illo cepit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, neque quicquam requiritur præter ordinem lectionis, ut diſtinguatur ubi diſtingui neceſſe eſt, neque ſuper hac materia locuti ſunt in Gemara, eo quod clariſſima eſt; neque doctor Miſnæ hæc tractavit niſi propter caſum illum quo dicit, לאחר הפסח בלא יחל דברו *poſt Paſcha*, (tranſgreſſa eſt) *non profanabit verbum ſuum*, nam fieri poteſt ut dicat poſtquam juraverit, (e g.) in feſto ſeptimanarum quod nullam utilitatem capiet ab illo uſque ad Paſcha, ſi abieris domum patris tui ab hoc die uſque ad tabernaculum illius, & tranſierit Paſcha, relinquam illi ut abeat domum patris illius, quia jam præteriit tempus quod ſtatui jurijurando meo illam nihil commodi percepturam à me ſi abierit domum patris illius; ideo nos docet quod caſus ita ſe non habet; ſed quod maritus tenetur eam impedire uſque ad complementum temporis quo juravit, quamvis ceſſaverit pœna quam impoſuit, ſi tranſgreſſa fuerit poſt Paſcha. Et hunc caſum nos vult docere tantum, ſed reliqui omnes ſatis clari ſunt.

פרק ח קונם יין שאני (ש"ס שאיני) טועם היום אינו אסור אלא עד שתחשך שבת זו אסור בכל השבת ושבת שעברה (נ"א לשעבר) חדש זה אסור בכל החדש וראש חדש להבא שנה זו אסור בכל השנה וראש השנה לעתיד לבא שבוע זה אסור בכל השבוע ושביעית שעברה (נ"א לשעבר) ואם אמר יום אחד שבת אחת חדש אחד שנה אחת שבוע אחד אסור מיום ליום:

Caput 8. (Si quis dixerit;) *munus eſto mihi vinum, quod guſtaturus ſum die hoc*: tunc non eſt prohibitus, niſi uſque dum obortæ fuerint tenebræ. (Sin;) *ſeptimanâ hâc*: tum prohibitus eſt per totam ſeptimanam (dierum,) & Sabbathi quoque dies pertinet ad eam, quæ præteriit. (Sin;) *menſe hoc*: tum prohibitus eſt per totum menſem; ſed principium menſis pertinet ad ſequentem (menſem.) (Sin;) *anno hoc*: tum prohibitus eſt per totum annum; ſed initium anni pertinet ad ſequentem (annum.) (Sin;) *ſeptimanâ hâc* (annorum;) tunc prohibitus eſt per totam ſeptimanam (annorum:) & annus ſeptimus (intermiſſionis) pertinet ad ſeptimanam, quæ præteriit. Sed ſi dixerit quis (ſimpliciter) *die uno*, *Sabbatho* (ſeu ſeptimanâ unâ) *menſe uno*, *anno uno*, *ſeptimana* (annorum) *unâ*: tum prohibitus eſt à die in diem (eundem redeuntem.)

R. OB. DE BARTENORA.

אלא עד שתחשך *Niſi dum obortæ fuerint tenebræ*, nam ita homines loqui ſolent, quando dicunt, היום *hodie*, volunt dicere, uſque ad complementum diei illius: שבת זו *hac ſeptimana*, ſi dixiſſet in media ſeptimana.

אסור בכל השבת ושבת שעברה *Probibitum eſt* (illi vinum) *per totam ſeptimanam* (dierum) *& Sabbathum quod tranſiit*, eſt etiam illi vetitum die Sabbathi, quia intrat ſeptimanam quæ tranſiit: אסור בכל חדש *vetitum illi per totum menſem*, ſi in medio menſe dixiſſet, *hic menſis*, prohibitum illi eſt uſque ad complementum menſis.

ראש חדש להבא *Primus dies menſis ſequentis anni*, ſed licitum illi vinum primo die menſis, quia annumeratur menſi ſequenti, etiamſi initium novi menſis inciderit in trigeſimum diem menſis præteriti. Sic etiam ſi dixerit, שנה זו *anno hoc*, ſi hoc dixerit in medio anno, prohibitum illi eſt uſque ad finem anni, ſed licitum die anni primo, quia annumeratur anno ſequenti. שבוע זה *hac ſeptimana annorum*, ſi in medio anno intermiſſionis dixerit hæc verba, prohibitum illi eſt vinum uſque ad finem anni intermiſſionis, & annus ſeptimus intrat annum intermiſſionis præteritum

יום אחד שבת אחת חדש אחד שנה אחת שבוע אחד אסור מיום ליום *Die uno*, *ſeptimana una*, *menſe uno*, *anno uno*, *ſeptimana* (annorum) *una*, *de die in diem prohibitum illi eſt*, ſi dixerit in medio die, *uno die*, prohibitum illi eſt eo tempore uſque ad diem ſequentem. Sic etiam, ſi dixerit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ושבת שעבר *Et Sabbathum quod præteriit*, prohibitum illi eſt vinum etiam die Sabbathi, quia numeratur cum diebus qui anteceſſerunt illud, quibus ſibi prohibuit vinum, dicendo, שבת זו *ſeptimana hac.* Similiter, ſi dixerit, שבוע זה *ſeptimana hac* (annorum,) computamus annum ſeptimum cum annis præcedentibus, ſed non ita ſe res habet cum primo die menſis, & die primo anni, nam illis temporibus ipſi licet bibere vinum. Scito quoque, ei qui dixerit, *non guſtabo hodie*, non licitum eſſe bibere quando obortæ fuerint tenebræ, donec conſuluerit Sapientem qui ſolvat illi votum, ne denuo juret quod non guſtabit unum diem, & teneatur non bibere à tempore ad tempus, & bibat quando obortæ fuerint tenebræ; & non diſtinguat ſive dicat היום *hodie*, ſive יום אחד *dies unus.* Sic etiam, quando dixerit, *munus eſto vinum quod non guſtabo illud unum diem*, *aut annum*, *aut ſeptimanam*, *aut ſeptimanam annorum*, ſubjicitur eidem juri cui ille qui dixerit, *unum diem*, aut *unam ſeptimanam*, aut *unum annum*, tum neceſſe eſt ut expectet à tempore ad tempus ſi dixerit *unum diem*, & expectet à die ad diem ſi dixerit, *ſeptimanam annorum*, aut *annum*, aut *ſeptimanam.* Si dixerit, *unum menſem*, neceſſe eſt ut expectet triginta dies.

octavo

octavo die menſis, *uno menſe*, prohibitum illi eſt uſque ad octavum diem menſis ſequentis; ſic etiam de anno, & anno intermiſſionis. Item, ſi quis dixerit, *munus eſto hoc vinum ſuper me*, *die*, (ſimpliciter,) *ſeptimana*, *menſe*, ſimpliciter, aut, *anno*, ſimpliciter, etſi non dixerit, *uno die*, *una ſeptimana*, *uno menſe*, *uno anno*, jus vult ut prohibitus ſit de die in diem. Qui vero dixerit, *munus eſto vinum hodie*, etſi licitum fuerit quando obortæ fuerint tenebræ, tamen conſulere tenetur Sapientem ut ſolvat illi votum, ne, quando dixerit, *hodie*, permittat quando dixit, die, ſimpliciter, & commutet diem cum hoc die, aut ſeptimanam hanc cum ſeptimana illa, ſimpliciter; & ſic de cæteris.

ב עד הפסח אסור עד שיגיע עד שיהא אסור עד שיצא עד לפני הפסח רבי מאיר אומר אסור עד שיגיע רבי יוסי אומר אסור עד שיצא:

2. (Si quis dixerit; eſto mihi munus vinum) *uſque ad Paſcha*: tunc obligatus eſt, uſque dum advenerit. (Si quis dixerit,) *donec* (Paſcha) *fuerit*: tunc obligatus eſt, uſque dum exierit. (Si quis dixerit) *uſque ante Paſcha*: R. Meyr dicit; obligatus eſt, donec advenerit. R. Joſe ait; prohibitus eſt, uſque dum exierit.

R. OB. DE BARTENORA.

עד הפסח אסור עד שיגיע *Uſque ad Paſcha*, *tunc obligatus eſt uſque dum advenerit*, nam eſt modus loquendi apud homines excluſivus quando dicunt עד *uſque ad*. עד שיהא אסור עד שיצא *donec* (Paſcha) *fuerit*, *obligatus eſt uſque dum exierit*, quod indicat quantumcunque tempus fuerit. רבי מאיר אומר אסור עד שיגיע *R. Meyr dicit*, *obligatus eſt donec advenerit*, quia nemo ſe libenter conjicit in dubium, id enim quod dixit, erat res clara quæ vocatur ante Paſcha, quod eſt donec advenerit. R. Joſe putat quod homo ſe interdum conjicit in prohibitionem omnium eorum de quibus dubitare potuiſſet; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc ſatis clara ſunt; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ג עד הקציר עד הבציר עד המסיק אינו אסור אלא עד שיגיע זה הכלל כל שזמנו קבוע ואמר עד שיגיע אסור עד שיגיע אמר עד שיהא אסור עד שיצא וכל שאין זמנו קבוע בין אמר עד שיהא בין אמר עד שיגיע אינו אסור אלא עד שיגיע:

3. (Si quis dixerit; *uſque ad meſſem*; (aut) *uſque ad vindemiam*; (aut) *uſque ad deſtrictionem olivarum*: tum non eſt obligatus, niſi, donec advenerit. Hæc eſto regula: cuicunque eſt tempus determinatum; tum ſi quis dixerit, *uſque dum advenerit*, obligatus eſt, donec advenerit; (Sin dixerit;) *donec erit*: tunc obligatus eſt, donec exierit. Cuicunque verò tempus non eſt determinatum: ſive quis dixerit, uſque dum erit; ſive dixerit, uſque dum advenerit: non eſt obligatus, niſi uſque dum advenerit.

R. OB. DE BARTENORA.

עד הקציר *Uſque ad meſſem*, tritici & hordei; עד הבציר *uſque ad vindemiam*, ſupple uvarum; עד המסיק *uſque ad deſtrictionem*, ſupple olivarum. אינו אסור אלא עד שיגיע *non obligatus eſt niſi dum advenerit*, quandoquidem meſſi & vindemiæ non eſt tempus fixum, quemadmodum in poſterum exponit; idem omnino eſt ſive dixerit עד שיהא *donec fuerit*, ſive עד שיגיע *donec advenerit*; neque obligatus eſt niſi dum advenerit, nam cujuſcunque rei tempus non eſt ſtatutum, is qui votum fecerit, non intendit ut ſe conjiciat in prohibitionem temporis ipſi ignoti; propterea dicimus, quod certo dici poteſt, *donec advenerit*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קציר *Meſſis*, puta meſſem tritici; בציר *vindemia*, eſt vindemia uvarum; המסיק *deſtrictio*, olivarum.

ד עד הקיץ עד שיהא הקיץ עד שיתחילו העם להכנים בכלכלות עד שיעבור הקיץ עד שיקפלו המקצועות עד הקציר עד שיתחיל העם לקצור קציר חיטין אבל לא קציר שעורים הכל לפי מקום (ש״ס) נדרו אם היה בהר בהר ואם היה בבקעה בבקעה:

4. (Si quis dixerit;) *uſque ad æſtatem*, (aut) *donec erit æſtas*: (prohibitus eſt,) donec inceperit populus colligere in corbes. (Si dixerit;) *donec præterierit æſtas*: (prohibitus eſt,) donec complicatæ fuerint mattæ, (ſuper quibus areſaciunt.) Sin; *donec erit meſſis*: (prohibitus erit,) donec inceperit populus metere meſſem triticorum: non autem meſſem hordei. Omnia tamen juxta naturam loci voventur; ut ſi quis in monte voverit, judicetur juxta naturam montis; ſin planitie, juxta naturam planitiei.

R. OB. DE BARTENORA.

Sive dicat, *uſque ad æſtatem*, ſive dicat *uſque ad fructus æſtatis*, non prohibitus eſt niſi donec inceperit populus colligere in caniſtra, nimirum, quando amputant ficus multas, eaſque indunt caniſtris. מקצעות *mattæ*, in quibus expandunt ficus ad areſaciendum illas, & poſtea complicant mattas illas, atque reponunt in annum ſequentem.

הכל לפי מקום נדרו *Omnia juxta locum voti ſui*, ſi maxima pars proventuum iſtius loci fuerit triticum, expectabit uſque ad tritici meſſem; ſin fuerit hordeum, expectabit uſque ad meſſem hordei. Similiter, ſi fuerit in monte, quando votum faciebat, expectabit uſque ad tempus meſſis vel vindemiæ in monte. Sin fuerit in planitie, expectabit uſque ad tempus meſſis aut vindemiæ planitiei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קיץ Sic vocatur *æſtas*, ſed ſæpiſſime hoc vocabulum apud vulgus notabat tempus quo maturæ erant ficus, & quando eas comedere incipiebant. Exponetur etiam id quod dicitur, כלכלות *caniſtra*, id eſt, caniſtra ficuum. מקצעות *mattæ*, ſuper quas expandunt ficus ad exſiccandum eas.

עד שיקפלו המקצעות *Donec complicatæ fuerint mattæ*, id eſt, uſque dum colligant homines id quod expanderint, & complicent mattas locorum ubi expanſæ erant ficus.

אם היה בהר *Si fuerit in monte*, ſi votum fecerit in monte, expectabit tempus meſſis, & vindemiam in monte, etſi deſcendat in planitiem. Sic etiam, ſi fuerit in planitie quando vovebat, expectabit in planitie; & hoc modo de omnibus comparationem inſtituas volo.

ח עד הגשמים עד שיהיו הגשמים עד שתרד רביעה שנייה רבן שמעון בן גמליאל אומר עד שיגיע זמנה של רביעה עד שיפסקו גשמים עד שיצא ניסן כולו דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר עד שיעבור הפסח קונם יין שאיני טועם השנה נתעברה השנה אסור בה ובעיבורה עד ראש אדר עד ראש אדר הראשון עד סוף אדר עד סוף אדר הראשון רבי יהודה אומר אמר קונם יין שאיני טועם עד שיהא הפסח אינו אסור אלא עד ליל הפסח שלא נתכוון אלא עד שעה שדרך בני אדם לשתות יין :

5. (Si quis dixerit;) *uſque ad pluvias*; (aut) *donec erunt pluviæ*: (tum prohibitus eſt) donec deſcenderit pluvia ſecunda. Rabban Schimeon Ben-Gamaliel quidem dicit; donec advenerit tempus pluviæ. (Sin dixerit;) *donec ceſſaverint pluviæ*: (tunc prohibitus eſt) donec totus menſis Niſan (qui eſt Martius) ad finem pervenerit: ſunt verba R. Meyr. R. Jehuda verò inquit; donec tranſierit Paſcha. (Si quis dixerit;) *eſto mihi votum, quod de vino non ſim guſtaturus hoc anno*; tum ſi intercalabitur annus, prohibitus eſt per illum, & per tempus intercalationis. (Sin dixerit;) *uſque ad initium menſis Adar*, (qui reſpondet Februario: prohibitus erit tantùm) uſque ad initium Februarii primi. (Sin;) *uſque ad finem Februarii*: (prohibitus erit) uſque ad finem Februarii primi. R. Jehuda ait; ſi quis dixerit, eſto mihi munus vinum, quod ſum guſtaturus, donec erit Paſcha: tum ultra non eſt prohibitus, niſi uſque ad noctem Paſchatis; quia aliud non intendit, niſi uſque ad horam, quâ homines ſolent bibere vinum.

R. OB. DE BARTENORA.

עד הגשמים עד שיהיו הגשמים *Uſque ad pluvias*, (aut) *donec erunt pluviæ*, quocunque modo dixerit, licitum eſt ſimul ac inceperint deſcendere ſecundæ pluviæ; in anno ſerotino primo die menſis Ciſlev. Propterea, ſi quis votum fecerit, dicendo, *uſque ad pluvias*, prohibitus eſt uſque ad primum diem menſis Ciſlev, niſi deſcenderint pluviæ in principio temporis ſui, quod in anno primiparo, eſt decimo ſeptimo die menſis Marcheſvan, & in anno mediano vigeſimo tertio; & ſic deciditur. Non juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, qui dicit, donec advenerit tempus pluviarum. R. Jehuda dicit, *donec tranſierit Paſcha &c.* deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes conveniunt, quod, ſi quis dixerit, עד הגשם *uſque ad pluviam*, expectet tempus pluviæ, non ut deſcendat pluvia. Jam expoſuimus capite octavo tractatus Pea, quod tempus pluviæ ſecundæ, quod eſt principium pluviæ terræ Iſraëlis, eſt decimus ſeptimus dies menſis Marcheſvan; & hoc in anno primiparo; ſed in anno ſerotino, primo die menſis Ciſlev; & in anno mediano, vigeſimo tertio die menſis Marcheſvan. Propterea, is qui juraverit, *uſque ad pluviam*, prohibitus eſt uſque ad primum diem menſis Ciſlev, niſi deſcenderint pluviæ in principio temporis; deciſio non eſt ſecundum Rabban Schimeon filium Gamalielis; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ו אמר קונם בשר שאיני טועם עד שיהא הצום אינו אסור אלא עד לילי הצום שלא נתכוון זה א״א עד שעה שדרך בני אדם לאכול בשר רבי יוסי בנו אומר קונם שום שאיני טועם עד שתהא שבת אינו אסור אלא עד לילי שבת שלא נתכוון זה אלא עד שעה שדרך בני אדם לאכול שום :

6. Si quis dixerit, *eſto mihi munus caro, quam ſum comeſturus, uſque dum erit jejunium*: tum (ultra) non eſt prohibitus, niſi uſque ad noctem diei jejunii: quia aliud non intendit, niſi uſque ad horam, in qua homines carnem comedere ſolent. R. Joſe filius ejus dicit; ſi quis voverit, quod non ſit comeſturus de allio, donec erit Sabbathum: tunc non eſt prohibitus niſi uſque ad noctem Sabbathi: ſiquidem aliud non intendit, niſi uſque ad horam, in qua allium comedere hominibus moris eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עד לילי הצום *Uſque ad noctes jejunii*, intellige noctem jejunii die expiationis, nam præceptum eſt multum comedere veſperi jejunii diei expiationis. קונם שום שאיני טועם *munus ſit allium quod non guſtabo*, Ezra enim ordinavit ut allium comederent, eo quod ſemen auget; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta R. Joſen filium ejus, ſed juxta id quod ſuperius dixit Miſna tertia, *cujuſcunque* (voti) *tempus determinatum eſt, ſi dixerit, donec appropinquaverit, prohibitus eſt donec appropinquaverit, ſi dixerit, prohibitus eſt donec exierit.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד לילי צום *Uſque ad noctes jejunii*, puta jejunium expiationis; erat autem conſuetudo ejus comedere allium in noctibus Sabbathorum in principio noctis, quia allium promovet coitum juxta cibos eorum & terræ naturam. Nam conſtat tibi quod tempus; quo illi qui Legi operam dant, eſt ab una nocte Sabbathi ad aliam; præterquam quod Sabbathum ex ſe obligat omnes homines ad coitum, eo quod omnes modi deliciarum obſervandi ſunt in eo; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta R. Joſen. Sed fundamentum eſt id quod Miſha dixit ſuperius, *cujuſcunque tempus fixum eſt, ſi dixerit, donec advenerit, prohibitus eſt donec advenerit; ſi dixerit, donec fuerit, prohibitus eſt donec exierit.*

ז האומר להבירו קונם שאני נהנה לך אם אין אתה בא ונוטל לבניך כור אחד של חיטין ושתי חביות של יין הרי זה יכול להפר את נדרו שלא על פי חכם ויאמר לו כלום אמרת אלא מפני כבודי

7. Si quis dixerit proximo ſuo; *munus eſto illud, ex quo commodum à me percipere poſſis, niſi tu veneris, & acceperis filiis tuis Corum unum tritici, duoſque cados vini*: tum hic poteſt votum illius ſolvere, ne quidem interrogato ore Sapientis. Dicere namque illi poteſt; *Nonne dixiſti iſtud in mei honorem?*

כבודי והו כבודי ומן האומר לחבירו קונם שאתה נהנה לי אם אין אתה בא ונותן לבני כור אחד של חיטין ושתי חביות של יין רבי מאיר אומר אסור עד שיתן וחכמים אומרים אף זה יכול להפר את נדרו שלא על פי חכם ויאמר לו הרי אני כאלו התקבלתי (ירושלמי) היו מסרבין בו לשאת בת אחותו ואמר קונם שהיא נהנית לי לעולם וכן המגרש את אשתו אומר קונם אשתי נהנית לי לעולם הרי אלו מותרות ליהנות לו שלא נתכון זה אלא לשום אישות היה מסרב בחבירו שיאכל אצלו אמר קונם לביתך שאיני נכנס טיפת צונן שאיני טועם לך מותר ליכנס לביתו ולשתות ממנו צונן שלא נתכון זה אלא לשום אכילה ושתיה :

norem? Atqui hoc eſt honor meus (ſi nihil à te accipiam.) Item ſi quis dixerit proximo ſuo; *Munus eſto mihi iſtud, ex quo ego commodum à te percipere poſſim, niſi prius veneris dederiſque filiis meis Corum unum tritici, ac duos cados vini*: tum R. Meyr quidem pronuntiat prohibitum, donec dederit; ſed Sapientes dicunt; etiam hic ſolvere poteſt, ne quidem interrogato ore Sapientis, dicere enim illi poteſt; ecce ego tibi imputo, ac ſi accepiſſem. Si quem urſerint, ut ducat filiam ſororis ſuæ, & ille dixerit, *eſto mihi munus, quicquid ego commodi ex illo percepturus ſum in æternum*: ſimiliter, ſi quis expulerit uxorem ſuam, dicens; *eſto mihi munus, quicquid ex uxore mea commodi ego ſum percepturus in æternum*: tum utrique licitum eſt commodum percipere ab illâ, quia aliud non intendit, niſi conjugium. Si quis urſerit proximum ſuum, ut ſecum comedat; dixerit (verò ille;) *Munus eſto mihi domus tua, ſi fuero ingreſſurus.* (Aut ſi dixerit; eſto mihi munus) *gutta frigida, quam tecum ſum guſtaturus*: tunc licitum ipſi eſt ingredi domum ejus, cumque illo de frigidâ (aquâ) bibere, quia aliud non intendit, niſi cibum atque potum.

R. OB. DE BARTENORA.

והו כבודי *Hic eſt honor meus*, nam alo liberos meos è bonis meis: מסרבין בו לשאת בת אחותו *ſi urſerint eum ut ducas filiam ſororis ſuæ*, quia ipſi eſt in bonum omen; dixerunt autem Sapientes locum Jeſ. 58, 7. loqui de eo qui ducit filiam ſororis ſuæ. שלא נתכון זה אלא לשום אכילה ושתיה *quia aliud non intendit niſi cibum atque potum*, nihilominus quod ad cibum & potum, licitum eſt, quandoquidem cibum & potum non pronunciavit ore ſuo, nam neceſſe eſt ut vota pronunciet labiis ſuis, uti dicitur Num. 30, 3. ככל היוצא מפיו יעשה Sed hic caſus non eſt ſimilis præcedentibus, quia matrimonium intrat commodum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסרבין *Urgebant*, & loquitur porro de filia ſororis, eo quod ordinarium eſt; præterea, quia præceptum eſt cui homo tenetur operam dare. Sic dixerunt Sapientes ad Jeſ. 58, 7. ומבשרך לא תתעלם Hic eſt is qui ducit filiam ſororis ſuæ; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

פרק ט רבי אליעזר אומר פותחין לאדם בכבוד אביו ואמו וחכמים אוסרים אמר רבי צדוק עד שפותחין לו בכבוד אביו ואמו יפתחו לו בכבוד המקום אם כן אין נדרים מודים (ס״א) חכמים לרבי אליעזר בדבר שבינו לבין אביו ואמו שפותחין לו בכבוד אביו ואמו :

Caput 9. Rabbi Elieſer dicit; januam (ad pœnitentiam) aperiunt homini, (ratione ſumtâ) ab honore patris & matris ejus; ſed Sapientes prohibent. Dixit R. Zadok; antequam aperiant illi ab honore Patris & matris, aperiunt illi ab honore Loci (id eſt, Dei.) At ſi ſic; non erunt vota (ulla amplius, propter quæ rogentur Sapientes.) Interim confeſſi ſunt Sapientes R. Elieſeri, quod in re, quæ verſatur inter ipſum & inter Patrem ejus, matremque ejus, aperiant illi (ratione) ab honore Patris ejus & matris ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

פותחין לאדם בכבוד אביו ואמו *Aperiunt januam* (ad pœnitentiam) *homini propter honorem patris & matris ejus*, quando illi dicunt, ſi ſciviſſes quod homines dicerent patri tuo, aut matri tuæ, videte generationes quas generaſtis, quam levis eſt filius veſter ad faciendum votum, quo modo tu eris in cauſa quod parentes tui contemnuntur, an ergo voviſſes?

וחכמים אוסרים *At Sapientes vetant*, quia timemus ne mentiatur, quia ipſum pudet dicere quod non deſiſteret à voto propter honorem patris & matris, & fiet ut conſulat Sapientem, qui ſolvat illi hoc votum ſine pœnitentia; loquitur enim de eo quando non egerit pœnitentiam à ſeipſo ab initio. Nam hypotheſis nobis eſt quod aperiunt illi januam ſive modum ad pœnitentiam, ſed tum non eſt neceſſe ut inveniant pro illo januam aliam ad pœnitentiam quando ex ſeipſo pœnitentiam agit ab initio. יפתחו לו בכבוד המקום *aperiunt illi januam pœnitentiæ ob honore Dei*, contra verba R. Elieſeris argumentatur, ut, quemadmodum propter honorem patris & matris ſuæ pro ipſo quærunt excuſationem, & non ſuſpicamur quod mentietur, quærant quoque pro illo excuſationem propter honorem Creatoris, & dicant illi, ſi ſciviſſes quod vocatus fuiſſes impius coram Creatore, an tum votum feciſſes? Sapientes dicunt, quod is hic non argumentatur contra R. Elieſerem, quia in hoc caſu concedit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit R. Elieſer, quod ille, quando dixerit illi pater aut mater, moleſtia nos affeciſti jurejurando illo, ut non opus ſit tibi conſulere Sapientem quendam ut ſolvat. R. Zadok dicit, ſi ita ſe res habet, jam notum eſt quod Deus benedictus non vult ut homines jurent & ad iracundiam commoveantur; & ſic in omni jurejurando dici poteſt, Deus benedictus abominatur illam iracundiam quæ te ad jusjurandum perduxit. Cum ita ſe res habet, non putamus neceſſarium ut conſulamus ullum Sapientem qui ſolvat jusjurandum, & hoc eſt quod dicit in hoc caſu, אין נדרים נשאלים לחכם *non rogant vota Sapientem*; verum Sapientes dicunt, quod omnino neceſſarium eſt conſulere Sapientem aliquem qui ſolvat illi votum; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. Elieſeri quod certo mentietur, quia non eſt homo adeo impudens qui dicere audeat, quod non intermitteret votum propter honorem Creatoris. Sed hic caſus non eſt ſimilis ei quod dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, qui dicere incepit de illo homine, *eſt qui pronunciat ut lancea gladii*, quia in hoc caſu illi dicebat quædam Scripturæ loca, uti id quod dixit Miſna, quod tranſgreditur præcepta illa, ולא תטור, ולא תקום, לא תשנא. Cæterum, quando ipſi annunciant honorem Creatoris, tum certe mentietur; deciſio eſt juxta Sapientes. שבינו לבין אביו ואמו *quæ verſatur inter ipſum & patrem ac matrem ſuam*, ut, ſi votum fecerit quod pater illius nullam capiet utilitatem è bonis illius.

ב ועוד אמר רבי אליעזר פותחים בנולד וחכמים אוסרין כיצד אמר קונם שאיני נהנה לאיש פלוני ונעשה סופר או שהיה משיא את בנו בקרוב (ס"א) ואמר אלו הייתי יודע שהוא נעשה סופר או שהיה משיא את בנו בקרוב לא הייתי נודר קונם לבית זה שאיני נכנס ונעשה בית הכנסת אמר אלו הייתי יודע שהוא נעשה בית הכנסת לא הייתי נודר רבי אליעזר מתיר וחכמים אוסרין :

2. Ulterius R. Elieſer dicit; (januam pœnitentiæ) aperiunt illi (ratione ſumtâ) ab emergente poſteà. Rurſus verò Sapientes prohibent. Quomodo? (e.g.) ſi quis dixerit, *eſto mihi munus, quicquid commodi percepturus ſum ab viro hoc N.* factus autem hic fuerit ſcriba, aut elocaverit filium ejus in propinquo: Unde dicat (alter,) ſi ſciviſſem, quod futurus fuiſſet ſcriba, aut elocaturus filium ſuum in propinquo, non voviſſem. (Item ſi quis dixerit;) *Munus eſto mihi domus hæc, ſi ingreſſus fuero eam*, accidat autem, ut fiat Synagoga: unde dicat; ſi ſciviſſem, quod futura fuiſſet Synagoga, non voviſſem. Hic R. Elieſer abſolvit: At Sapientes obligant.

R. OB. DE BARTENORA.

ועוד אמר רבי אליעזר *Ulterius dixit R. Elieſer*, aliam cauſam qua indulget in votis; פותחין בנולד (januam pœnitentiæ) *aperiunt illi ab emergente*, ut, ſi res non exiſtat in præſenti, ſed renata ſit poſtquam voverit; ſin autem innotuerit illi, quando vovebat, quod talis res renaſceretur, non voviſſet.

וחכמים אוסרין *At Sapientes prohibent*, nam ratio hæc pœnitentiæ eſt, quo medio reſipiſcentiæ votum ſit irritum ab initio, at in re quæ non exiſtebat, non irritum ſit votum ab initio ſuo, quia propterea non intermiſiſſet facere votum, quia putaſſet quod nunquam eveniſſet. נעשה סופר *factus fuerit ſcriba*, diſcipulus Sapiens, cujuſmodi omnes fieri debent. או שהיה משיא את בנו בקרוב *aut ſi elocaverit filium ipſius brevi tempore*, ſi pro tempore votum feciſſet, & non cogitaſſet quod elocaret filium ſuum intra illud tempus, & quod neceſſarium fuiſſet ad nuptias filii ire; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי אליעזר מתיר *R. Elieſer abſolvit*, poſtquam conſuluerit Sapientem quendam qui illi ſolvat votum, etiamſi non reſipuerit, ſed coëgerit eum neceſſitatis caſus qui denuo evenit; intentio autem ejus erat quod hic caſus non debebat innovari, ſed quod ſequi debebat res ſecundum id quod juraverat.

וחכמים אוסרין *At Sapientes vetant*, quia illi putant pœnitentiam omnino neceſſariam eſſe ſuper id quod juraverit, & mutandam eſſe intentionem, ac deindè conſilium Sapientis illius & ſolutionem prodeſſe poſſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג רבי מאיר אומר יש דברים שהן כנולד ואינן כנולד ואין חכמים מודים לו (נ"א וחכמים מודים לו) כיצד אמר קונם שאיני נושא את פלונית שאביה רע אמרו לו מת או שעשה תשובה קונם לבית זה שאיני נכנס שהכלב רע בתוכו או שהנחש בתוכו אמרו לו מת הכלב או שנהרג הנחש הרי הן כנולד ואינן כנולד ואין חכמים מודים לו (נ"א וחכמים מודים לו)

3. R. Meyr inquit; eſſe quaſdam res, quæ ſpeciem habeant, ac ſi futura emergentia eſſent, & non futura emergentia: Sapientes verò non confitentur. Quomodo? (E. g.) ſi quis dixerit; *eſto mihi munus, ſi hanc N. duxero, quia pater ejus impius eſt*: ſed dixerint ei, mortuus eſt, aut, convertit ſe (ſcil. ab impietate.) (Item ſi quis dixerit;) *eſto mihi munus, ſi domum hanc introivero, quia malus in ea eſt canis, aut ſerpens in ea*: dixerint autem ei; mortuus eſt canis, aut, occiſus ſerpens. Hæc ſunt (inquit ille,) quæ ſpeciem habent emergentium futurorum & tamen non ſunt futura emergentia. Sed Sapientes non confitentur.

R. OB. DE BARTENORA.

יש דברים שהם כנולד *Sunt res quæ renaſcuntur*, quæ apparent ac ſi denuo emergere & renaſci queant: ואינן כנולד *& quæ non ſunt ut ea quæ renaſcuntur*, & illis tum aperiunt portam pœnitentiæ.

אמרו לו מת *Dixerint ei, mortuus eſt*; etſi mors ſit ejuſmodi quod poſtea naſcitur, tamen quandoquidem declaravit, quando votum fecit, & cauſam quare votum hoc faciebat, res ſe habet ac ſi votum dependeret ab aliqua re; ac ſi expoſuiſſet dicendo, *quamdiu pater illius fuerit in vivis*; propterea non eſt res quæ poſtea naſcitur, ſed non eſt conditio perfecta, ideoqne ſolutione indiget. Sed in Talmude Jeruſolymitano demonſtratur quod non indiget ſolutione ipſo exponente Maimonide.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia in caſu jurisjurandi exponit cauſam jurisjurandi illius, res ſe habet ac ſi voviſſet ſub conditione, & irrita fuiſſet facta conditio, ut non obligatus eſſet ad votum, ac ſi dixiſſet, juro quod non ducam N. niſi tutus fuero à damno patris illius. Et ita dixerunt in Gemara, res ſe habet ac ſi votum ejus dependeret ab aliqua re, neque ſolutione indiget, & huic fundamento omnes innituntur, & comparationem inſtituas hoc modo de cæteris.

ד ועוד אמר רבי מאיר פותחים לו מן הכתוב שבתורה ואומרים לו אילו היית יודע שאתה עובר על לא תקום ועל לא תטור ועל לא תשנא את אחיך

4. Et porrò dicit R. Meyr; januam pœnitentiæ ei aperiunt ex Scripturâ, quæ habetur in lege, & dicunt ei; ſi ſciviſſes, quod tranſgredereris τὸ *non inſurgas*, τὸ *non cuſtodias*, atque τὸ *non odio habeas fra-*

אחיך בלבבך ואהבת לרעך כמוך וחי אחיך עמך שמא (ס"א) יעני ואין אתה יכול לפרנסו אמר אילו הייתי יודע שהוא כן לא הייתי נודר הרי זה מותר :

fratrem tuum in corde tuo, ſed diligas proximum tuum ſicut teipſum, ut frater tuus tecum vivere poſſit, (num voviſſes?) fortaſſe enim pauper fiet, & tu alere eum non poteris. Si quis dixerit; ſi ſciviſſem, quod res ita ſe haberet, minimè voviſſem: tum liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה מותר *Ecce liber eſt*, poſtquam Sapiens aliquis ipſi ſolverit votum; & quicunque votum fecerit quod proximus illius nullam ab ipſo capiet utilitatem, quando illi ſolvunt votum, non ſolvunt illi votum niſi proximo præſente, quemadmodum dicitur Exod. 4, 19. Dixerat enim Deus Moſi, in Midjan feciſti votum, abi & ſolve tuum votum in Midjan; nam Moſes juraverat ſocero ſuo quod ſine conſenſu illius non exiret è Midjan, uti dictum eſt Exod. 2, 21. ויואל משה לשבת את האיש ideoque Deus illi præcepit ut ſolveret votum præſente ſocero ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Meyr dicit הרי זה מותר *ecce hic liber eſt*, intelligendum eſt quando conſuluerit Sapientem aliquem, & ita deciſio eſt. Eſt autem omnino neceſſarium ut conſulat Sapientem qui ſolvat illi, ſic etiam neceſſarium eſt ut homo ille adſit cui juravit quod nullum ab ipſo capiet commodum, juxta id quod in Gemara dixerunt, non ſolvunt illi votum niſi illo homine præſente, quod probant ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 4, 19. ויאמר יהוה אל משה במדין לך שוב מצרים dixit illi, in Midjan votum feciſti, abi & ſolve votum tuum in Midjan, quemadmodum dicitur Exod. 2, 21. ויואל משה לשבת את האיש.

ה פותחין לאדם בכתובת אשתו ומעשה באחד שנדר מאשתו הנאה והיתה כתובתה ארבע מאות דינרים ובא לפני רבי עקיבא וחייבו ליתן לה כתובתה אמר לו רבי שמונה מאות דינרין הניח אבא ונטל אחי ארבע מאות ואני ארבע מאות לא דיה שתיטול היא מאתים ואני מאתים אמר לו רבי עקיבא אפילו אתה מוכר שער ראשך אתה נותן לה כתובתה אמר לו אילו הייתי יודע שהוא כן לא הייתי נודר והתירה רבי עקיבא :

5. (Januam pœnitentiæ) aperiunt homini (ratione) à dote uxoris illius. Ubi hiſtoria legitur de aliquo, qui voverat, quod nullum commodum ab uxore ſua eſſet accepturus. Erat verò matrimonialis (dos) ejus quadringentorum denariorum. Veniebat ille ad R. Akibam, qui obligavit eum, ut daret illi dotem. Tunc reſpondebat ille; Mi Rabbi, octingentos denarios reliquit Pater meus, & accepit frater meus quadringentos, & ego quadringentos: nonne ſufficit ergo, ut accipiat illa ducentos, & ego ducentos? ſed dicebat ei Rabbi Akiba; etiamſi vendendus ſit tibi crinis capitis tui, tamen dabis ei dotem. Tunc ille ſic dicebat ei; ſi ſciviſſem, quod ita eſſet, nunquam voviſſem. Tum itaque R. Akiba ſolvebat illud (votum ejus.)

R. OB. DE BARTENORA.

פותחין לאדם בכתובת אשתו (Januam pœnitentiæ) *aperiunt homini cum dote matrimoniali uxoris illius*, cum ſolutione dotis illius matrimonialis, ſi maritus voverit quod dimittet illam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod mobilia bona non ſubjiciuntur doti matrimoniali niſi ex inſtitutione Sapientum recentiorum; propterea exponit Gemara, quod quingentæ Zuzæ quas habebat, ipſi conſtabant in campo qui pretium illud efficiebat; dixit itaque ipſi, etſi nulla res ipſi relicta fuerit poſt ſolutionem dotis matrimonialis; ſed exempli gratia, quando neceſſe fuerit vendere pilos capitis ad victum comparandum, debes illi ſolvere dotem matrimonialem ejus. Verum non vult dicere, quod illi ſolvet dotem illius matrimonialem è nummis bonorum mobilium.

ו פותחין בימים טובים ובשבתות בראשונה היו אומרים אותן הימים מותרים ושאר כל הימים אסורין עד שבא רבי עקיבא ולימד שהנדר שהותר מקצתו הותר כולו :

6. Aperiunt (januam pœnitentiæ) à diebus feſtis, ac Sabbathis. Olim dicebant; dies iſtos ſolos reddi licitos, ſed reliquos omnes dies manere prohibitos: donec venit R. Akiba, qui docuit, quod votum, quod ex parte ſua ſolutum eſt, ex toto ſit ſolutum.

R. OB. DE BARTENORA.

פותחין בימים טובים ובשבתות *Aperiunt* (januam pœnitentiæ) *in diebus feſtis, & in Sabbathis*, ſi votum fecerit de jejunio, aut carne non comedenda per aliquod tempus, tum dicunt illi, ſi cogitaſſes de Sabbatho & diebus feſtis qui ſunt in medio iſtius temporis, fortuito voviſſes? ſed hoc non eſt aperire portam pœnitentiæ cum honore Creatoris.

אותם הימים *Illos dies*, quibus portam pœnitentiæ invenit: מותרין *liciti ſunt*, Sapiens illos reddidit licitos. ושאר כל הימים *ſed reliquos omnes dies*, in quibus non reſipuit, relinquunt in prohibitione. שהותר מקצתו הותר כלו *quod ex parte ſolutum eſt, ex toto ſolutum eſt*, etſi non invenerit portam reſipiſcentiæ pro omnibus illis; quia ab initio tantum votum fecit cum ea intentione ut totum confirmaretur, & eveniret ut ſolutio ex parte illius, ſit porta pœnitentiæ pro toto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si juraverit quod non comedet carnem, aut bibet vinum per tot dies, tum dicunt illi, ſi ſciviſſes quando votum feciſti vel juraſti quod Sabbatho aut die feſtivo qui intrat illos dies, obligatus fuiſſes comedere carnem & bibere vinum, juxta id quod ſcriptum eſt Jeſ. 58, 13. וקראת לשבת עונג fortuito juraſſes? ſi is dixerit, quod non, tum ſolvunt jusjurandum illius.

ז כיצד אמר קונם שאיני נהנה לכולכם הותר אחד מהן הותרו כולן שאיני נהנה לזה ולזה הותר הראשון הותרו כולן הותר האחרון האחרון מותר וכולן אסורין הותר האמצעי הימנו ולמטה מותר הימנו ולמעלה אסור שאיני (ס״א שאני) נהנה לזה קרבן ולזה קרבן צריכין פתח לכל אחד ואחד :

7. Quomodo? ſi quis dixerit; *eſto mihi munus, quicquid commodi percepturus ſum ab ullo ex vobis*: tum ſi licitus factus eſt unus ex iſtis, liciti facti ſunt omnes. (Si quis dixerit; eſto mihi munus) *quicquid vel ab hoc, vel ab iſto, commodi ſum percepturus*: tum ſi primus licitus factus fuerit, erunt omnes liciti: ſin licitus factus poſterior, poſterior quidem ipſi licitus, ſed cæteri omnes ſunt prohibiti. Sin licitus factus fuerit medius: qui ſequuntur illum, ſoluti erunt, ſed qui præcedunt eum, prohibiti manent. (Si quis dixerit; eſto mihi munus,) *quicquid commodi percepturus ſum vel ab hoc munere, vel ab iſto munere*: tum ob unumquodque janua pœnitentiæ aperienda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לזה ולזה *Ab hoc vel ab iſto*, ſi primum prohibitum fecerit voce *Conam*, & de ſecundo dixerit, ſit hic ut primus, & de tertio, ſit hic ut ſecundus, & hoc modo de cæteris. הותר הראשון הותרו כולם *ſi primus licitus factus fuerit, omnes facti ſunt liciti*, quia omnes ab illo dependent.

לזה קרבן ולזה קרבן *Ab hoc munere, & ab iſto munere*, hæc Miſna eſt R. Schimeonis, qui dicit de jurejurando depoſiti, ſi quinque illud petierint ab ipſo, & ipſe negaverit & juraverit, at deindè confeſſus fuerit, tum non obligatus eſt ad ſacrificium pro negatione qualibet, niſi donec dixerit jusjurandum de unaquaque; ſic hic etiam neceſſe eſt ut dicat, לזה קרבן ולזה קרבן Cæterum Sapientes dicunt, quod, ſi dixerit, *juro quod tibi non debeo, neque tibi, neque tibi*, obligatus eſt pro omnibus. Sic etiam ſi dixerit, *neque de hoc, neque de hoc, neque de hoc*, etſi non nominaverit קרבן pro quolibet, tum quælibet perſona ſingulare votum eſt; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit לזה קרבן ולזה קרבן *Ab hoc munere vel ab iſto munere*, eſt opinio R. Schimeonis, qui putat quod non ſit diviſio niſi dixerit jusjurandum de quolibet, quemadmodum exponitur in tractatu Schevuot fundamentum opinionis illius; ſed ita non deciditur. Cæterum, ſi dixerit, non capiam utilitatem neque ex hoc neque ex illo, neceſſaria eſt porta pœnitentiæ pro quolibet; deciſio eſt juxta R. Akibam.

ח קונם יין שאיני טועם שהיין רע למעים אמרו לו והלא המיושן יפה למעים הותר במיושן ולא במיושן בלבד הותר אלא בכל היין קונם בצל שאיני טועם שהבצל רע ללב אמרו לו הלא הכופרי יפה ללב הותר בכופרי ולא בכופרי בלבד הותר אלא בכל הבצלים מעשה היה והתירו רבי מאיר בכל הבצלים :

8. (Si quis dixerit;) *munus mihi eſto vinum, quod ſum guſtaturus, quia viſceribus meis noxium eſt*; dixerint verò ei; nonne vetus (vinum) prodeſt viſceribus? Tum licitum ipſi erit vinum vetus; imò non tantùm vinum vetus ipſi licitum, ſed & quodvis vinum. (Si quis dixerit;) *eſto mihi munus cepa, quam ſum comeſturus, noxia cùm ſit cordi*; dixerint autem ei, nonne pagana conducit cordi? tum ſolutus erit quod ad paganam: nec tantummodò quod ad paganam ſolutus erit, ſed quod ad omnes etiam cepas. Refertur de R. Meyr, quod talem (voto conſtrictum) liberum pronuntiaverit quod ad omnes cepas.

R. OB. DE BARTENORA.

לא במיושן בלבד הותר אלא בכל היין *Non vinum vetus tantum licitum eſt, ſed omne vinum*, hoc eſt quando dixerit, ſi hoc ſciviſſem, non voviſſem omnino, aut dixiſſem, vetus ſit licitum, novum vero prohibitum. Cæterum, ſi dixerit, ſi ſciviſſem, dixiſſem, omne vinum ſit mihi prohibitum, excepto novo, vetus tantum illi licitum erit, & omnia reliqua vina illi erunt prohibita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit רע למעים *Noxium eſt viſceribus &c.* per modum ſimilitudinis dicit; & ſic exponunt in Gemara. Adducit autem exemplum de tempore voti, & rebus ſuper quibus juravit; quoties ergo dixerit is qui votum fecerit, ſi ego ſciviſſem quod vetus erat bonum, conditionem iniviſſem ſuper vino, & dixiſſem quod vetus licitum erat, & novum prohibitum. Vel ſi dixerit, ſi ſciviſſem hoc, non juraſſem omnino, tum novum illi licitum eſt & vetus, ſine conſilio Sapientis, uti dictum eſt. Cæterum, ſi dixerit, ſi ſciviſſem hoc, prohibuiſſem omne vinum veteri excepto, tantum vetus illi licitum erit; & hæc eſt comparatio pro omnibus caſibus Miſnæ hujus.

ט פותחין לאדם בכבוד עצמו ובכבוד בניו אומרים לו אילו היית יודע שלמחר אומרים עליך כך היא וסתו של פלוני מגרש את נשיו ועל בנותיך יהיו אומרים בנות גרושה הן מה ראתה אמן של אלו להתגרש ואמר אילו הייתי יודע שכן לא הייתי נודר הרי זה מותר :

9. (Januam pœnitentiæ) aperiunt illi ab ipſiusmet honore, honoreque filiorum ejus, dicuntque; ſi ſciviſſes, quod craſtino die dicturi ſint de te, ſic τῷ N. eſt in more: expellit uxores; & de filiabus tuis dicturi ſint; filiæ expulſæ ſunt: quid vidit in matre iſtarum, quod expulſa eſt? ſi tunc dixerit; ſi ſciviſſem, quod ita eſſet, nunquam voviſſem: tum ſolutus erit.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

פותחין לאדם בכבוד עצמו ובכבוד בניו *Aperiunt homini ab ipſiuſmet honore & ab honore filiorum ejus*, ſi votum fecerit quod dimittet uxorem ſuam: מה ראתה אמן של אלו להתגרש *quid vidit in matre iſtarum quod expulſa eſt?* niſi invenerit in ea aliquid inhoneſti, & factum fuerit ut filios deturpet. Nam non ſuſpicamur quod mentietur, & non reſipiſcet, ſed quod ipſum pudet dicere, quod non cogitaverit de honore filiorum ſuorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In his omnibus neceſſaria eſt ſolutio poſtquam conſuluerit Sapientem aliquem.

י קונם שאיני נושא את פלונית כעורה והרי היא נאה שחורה והרי היא לבנה קצרה והרי היא ארוכה מותר בה לא מפני שהיא כעורה ונעשת נאה שחורה ונעשת לבנה קצרה ונעשת ארוכה אלא שהנדר טעות ומעשה באחד שנדר מבת אחותו הנירה והכניסוה לבית רבי ישמעאל וייפוה אמר לו רבי ישמעאל בני לזו נדרת אמר לו לאו והתירו רבי ישמעאל באותה שעה בכה רבי ישמעאל ואמר בנות ישראל נאות הן אלא שהעניות מנוולתן וכשמת רבי ישמעאל היו בנות ישראל נשאות קינה ואומרות בנות ישראל אל רבי ישמעאל בכינה וכן הוא אומר בשאול בנות ישראל אל שאול בכינה :

10. (Si quis dixerit;) *eſto mihi votum, quod non in uxorem ducam τὴν N. deformem; ſed ecce eſt pulchra; nigram, at ecce eſt alba; brevem, at ecce eſt longa:* licita erit illi, non propterea quod fuerit deformis, ſed facta ſit pulchra; (aut) nigra, ſed facta ſit alba; brevis, ſed facta ſit longa: verùm quia votum erroris eſt. Et eſt hiſtoria de uno, qui voto excluſus erat à filia ſororis ſuæ pulcherrima; tunc introduxerunt eum in domum R. Iſchmaëlis, & ornarunt eam. Tunc dixit ei R. Iſchmaël; fili mi, num voto excluſiſti te ab hac? cumque reſponderet ipſi, non: abſolvit eum R. Iſchmaël in iſta hora. Solitus eſt Rabbi Iſchmaël flere ac dicere; filiæ Iſraëlis pulchræ ſunt, ſed paupertas deformat eas. Quum ergò mortuus eſt R. Iſchmaël, fecerunt luctum filiæ Iſraëlis; & dixerunt: filiæ Iſraëlis, ſuper R. Iſchmaëlem flete; nimirum, ut dicit (Scriptura) de Saule; filiæ Iſraëlis flete ſuper Saulem.

R. OB. DE BARTENORA.

שהנדר טעות *Quia votum erroneum eſt*, indè ab initio ſuo, nam quando votum faciebat, erat pulchra, ita ut non opus eſſet conſulere Sapientem.

מעשה באחד שנדר מבת אחותו הנירה *Hiſtoria de aliquo qui voto excluſus erat à filia ſororis ſuæ pulcherrima*, in Gemara exponunt, quod ſupplenda ſunt quædam verba in hac Miſna, hoc ſenſu, *dicit R. Iſmaël, etſi deformis fuiſſet, & deindè pulchrior facta, nigra, & facta alba, hiſtoria de aliquo &c.* Nam doctor primus non concedit, niſi votum fuerit erroneum indè ab initio ſuo, ut, ſi pulchra fuerit quando votum faciebat. R. Iſmaël putat, quod, etſi non fuerit pulchrior facta niſi poſtquam fecerit votum, licitum eſt, quia illam deturpare & pulchriorem reddere poſſunt, non erat deformis ab initio; deciſio non eſt juxta R. Iſmaëlem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהנדר טעות *Quia votum erroneum eſt*, & non neceſſe eſt ut conſulat Sapientem aliquem qui ſolvat illi. R. Iſmaël contradicit in hac cauſa, dicendo, quod, etſi deformis eſſet & deindè pulchrior facta, ſit res quæ denuo renata eſt, & non indiget ſolutione. Adducit autem hunc caſum juxta ſententiam R. Iſmaëlis, atque ita exponitur in Gemara. Cæterum quod dicit, והתירו רבי ישמעאל *& abſolvit ipſum R. Iſmaël*, non vult, ut ſolvat illi votum, ſed ut ipſe votum faciat licitum, & doceat ipſum, ne cadat in ipſum jusjurandum. Vel ut hæc res denuo renata ſit quò ſe excuſet & licitum illi faciat, juxta opinionem R. Elieſeris qui dixit ſuperius, quod portam pœnitentiæ aperiunt cum re quæ denuo renata eſt; deciſio non eſt juxta R. Elieſerem.

פרק י נערה המאורסה אביה ובעלה מפירין נדריה הפר האב ולא הפר הבעל הפר הבעל ולא הפר האב אינו מופר ואין צריך לומר שקיים אחד מהן :

Caput 10. Puellæ deſponſatæ votum Pater ejus, & Maritus ejus irritum reddere poſſunt. Si irritum reddiderit Pater; Maritus autem non irritum reddiderit; (aut) ſi irritum reddiderit Maritus, non autem (ſimul) Pater: tunc (votum) nondum irritum redditum eſt: nec tamen opus eſt dicere, quod unus ex illis ſtabiliverit.

R. OB. DE BARTENORA.

נערה המאורסה *Puellæ deſponſatæ*, quæ duodecim habet annos, & unum diem, & duos pilos in partibus pudendis, vocatur נערה, uſque ad ſex menſes. Quando autem habuerit undecim annos ac unum diem, inquirunt de votis illius, an cognitionem nominis habuerit de quo votum fecit, & de nomine illius quod ſanctificavit, tum votum illius eſt votum; ſed pater & maritus ejus irritum reddere poſſunt votum ejus.

הפר האב ולא הפר הבעל *Si irritum reddiderit pater, maritus autem non irritum reddiderit*, quia aliquis exponere poſſet prima verba, ac ſi pater aut maritus ejus votum poſſent irritum reddere, propterea ſubdit hæc verba, ſi irritum reddiderit pater, &c. ad docendum nos quod ambo ſimul irritum reddere debent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia dixit אביה ובעלה *pater ejus & maritus ejus*, intelligi poſſet ex illis verbis, quod unum ex his ſufficeret aut alterum; propterea denuo exponit quod ſcopus ejus eſt utrumque neceſſarium eſſe.

ואין צריך לומר שקיים אחד מהם *Nec tamen opus eſt dicere, quod unus ex illis ſtabiliverit*, etſi is qui ſtabiliverit, denuo Sapientes conſuluerit, & pœnituerit ipſum confirmationis ſuæ, & denuo eam irritam fecerit; quia nobis fundamentum eſt, quod conſulunt ſuper confirmatione, at non ſuper retractatione. Quando igitur denuo retractaverit, votum non cenſetur retractatum, donec ambo (ſcilicet pater & maritus) retractaverint una vice. Probatio autem hujus juris de puella deſponſata quæ matrimonium inibit, nec non de patre ac marito votum illius reſcindere valentibus; petitur

ואין צריך לומר שקיים אחד מהן *Nec tamen opus eſt dicere, quod unus ex illis ſtabiliverit*, ſi unus eorum confirmaverit, alter non poteſt irritum reddere. Propterea nos quoque docet, quod, etiamſi unus, qui confirmaverit, conſuluerit Sapientem ſuper confirmatione, uti nobis eſt fundamentum, quod conſulunt ſuper confirmatione, is qui conſuluerit ſuper confirmatione, non amplius reſcindere poteſt, quandoquidem ambo non poterant reſcindere junctim.

ex Num. 30, 17. בין איש לאשתו בין אב לבתו בנעוריה בית אביה.

ב מת האב לא נתרוקנה רשות לבעל מת הבעל נתרוקנה רשות לאב בזה יפה כח האב מכח הבעל בדבר אחר יפה כח הבעל מכח האב שהבעל מפר בבגר והאב אינו מפר בבגר :

2. Si mortuus fuerit Pater: tum non tranſmiſſa erit Marito poteſtas: ſi verò mortuus fuerit Maritus; tum tranſmittitur Patri poteſtas. In hoc majorem poteſtatem habet Pater quàm Maritus. Sed in re aliâ majorem habet poteſtatem Maritus quàm Pater: quia Maritus in pubere retractare poteſt (votum,) quod Pater in pubere non retractare poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מת האב לא נתרוקנה רשות לבעל *Si mortuus fuerit pater, tum non tranſmiſſa erit marito poteſtas*, quia maritus nequit votum uxoris ſuæ irritum reddere, niſi donec matrimonium iniverit. מת הבעל נתרוקנה רשות לאב *ſi maritus mortuus fuerit, tranſmiſſa erit poteſtas marito*, & irritum faciet quamdiu illa fuerit *puella*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 22, 13. בנעוריה בית אביה Præterea dicit Miſna, והאב אינו מפר בבגר *ſed pater in pubere non poteſt retractare*, eo quod ſcriptum eſt ibidem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Marito non eſt poteſtas in retractationem votorum uxoris ſuæ, niſi poſtquam thalamum intraverit. Sed poſt mortem mariti, ſi illa relicta fuerit נערה *puella* in domicilio patris ſui, patri poteſtas eſt in retractationem votorum illius, eo quod ſcriptum eſt Levit. 22, 13. בנעוריה בית אביה Et hæc ſunt verba Legis, quod pater nequit irritum reddere niſi tempore eo quo erat *puella*, ſed maritus ſemper irritum facere poteſt. Cæterum jam expoſuimus in fine capitis tertii in tractatu Cetubhot, quamdiu puella vocatur נערה, & quamdiu קטנה *parvula*, & quamdiu vocatur בגרת *pubeſcens*.

ג נדרה והיא ארוסה נתגרשה בו ביום נתארסה בו ביום אפילו למאה אביה ובעלה האחרון מפירין נדריה זה הכלל כל שלא יצאה לרשות עצמה שעה אחת אביה ובעלה האחרון מפירין נדריה :

3. Ejus, quæ vovet, dum deſponſata eſt: repudiata autem eſt eodem die, deſponſataque ſimul rurſus eodem die, etiamque centies, Pater atque maritus poſterior irritum facere poſſunt votum. Hæc eſto Regula cujuſlibet, quæ non facta eſt ſuæ poteſtatis (& juris) vel horâ unâ, Pater atque maritus poſterior votum irritum facere poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ונתגרשה בו ביום *Repudiata autem eodem die*, eo die quo pater audiverit votum, ut, ſi præterierit dies, non amplius poſſit illud irritum reddere. נתארסה בו ביום *ſi deſponſa fuerit eodem die*, ſi alii deſponſa fuerit. ובעלה האחרון מפירין נדריה *pater ejus & maritus ejus ultimus irritum faciunt vota illius*, ea vota quæ fecit in prima deſponſatione, quia ſponſa irrita reddit vota antecedentia, quamdiu non ſui juris fuerit, ut non habeat poteſtatem in ſeipſam, neque propterea quod pubeſcens eſt, neque propter conſecrationem nuptiarum.

R.MOSCHE FIL. MAIMON.

Vota quæ fecerit dum deſponſa erat prima deſponſatione, irrita reddere poteſt in ultima deſponſatione, quia non manebat in eo ſtatu ut poteſtatem habeat in ſe ipſam, quandoquidem relinquitur in poteſtate patris quando eſt נערה *puella*.

ד דרך תלמידי חכמים עד שלא היתה בתו יוצאה מאצלו אומר לה כל נדרים שנדרת בתוך ביתי הרי הן מופרין וכן הבעל עד שלא תכנס לרשותו אומר לה כל נדרים שנדרת עד שלא תכנסי לרשותי הרי הן מופרין שמשתכנס לרשותו אינו יכול להפר :

4. Mos eſt diſcipulorum Sapientum, ut, antequam ſit filia alicujus egreſſa ab eo, dicat ei; *omnia vota, quæ voviſti in domo mea, ecce ſunt irrita.* Eodem modo ſe habet cum marito, ut, antequam venerit in poteſtatem ejus: dicere poſſit; *omnia vota, quæ voviſti, antequam venires in poteſtatem meam, ecce ſunto irrita.* Nam ex eo tempore, quo venerit in poteſtatem ejus, votum non poteſt irritum reddere.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא היתה יוצאה בתו מאצלו *Antequam ſit filia ejus egreſſa ab eo*, antequam intraverit in poteſtatem mariti; idemque dicebat ſponſus antequam ingreſſus fuiſſet in poteſtatem ejus.

משתכנס לרשותו אינו יכול להפר *Quando intraverit in poteſtatem ejus, non poteſt irritum reddere* (votum) quia maritus non reddit irrita antecedentia vota. Elicimus autem ex hac Miſna quod maritus vota uxoris irrita reddere poteſt, etſi non habuerit cognitionem rei ſuper qua juraverit, quia dicit, *eodem modo ſe res habet cum marito, ut, antequam venerit in poteſtatem ejus, dicere poſſit, &c.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod maritus non reddit irrita antecedentia vota, quando autem ſponſa ingreſſa fuerit torum nuptialem, tum maritus tantum habet poteſtatem ad vota ejus irrita facienda ab eo tempore & ulterius, & tranſmittitur poteſtas à patre, ut non poſſit irrita reddere vota quæ filia ejus fecerat quum ante matrimonium deſponſa erat, quia non poteſt irritum reddere quando deſponſa erat, niſi in ſocietate patris, uti expoſuimus. Hinc ſcias quod maritus poteſt etſi nihil de voto audiverit, quia hic dicit quod irritum facit etſi non cognoverit jusjurandum, & non audiverit ſuper qua re juravit; ita exponitur in Gemara.

ח בוגרת ששהתה שנים עשר חדש ואלמנה שלשים יום רבי אליעזר אומר הואיל ובעלה חייב במזונותיה יפר וחכמים אומרים אין הבעל מפר עד שתכנס לרשותו :

5. De pube, quæ commoratur duodecim menſes, item de viduâ, quæ commoratur triginta dies, dicit R. Elieſer; poſtquam maritus ejus obligatus eſt ad nutritionem ejus, ſolvere etiam (votum) poteſt. At Sapientes dicunt; maritus non ſolvere poteſt, uſque dum venerit in poteſtatem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

בוגרת ששהתה י"ב חדש *De pube, quæ commoratur duodecim menſes*, quod attinet pubem cujus pater non irrita fecit vota, & quam vir petiit in matrimonium, & expectavit duodecim menſes, tum ab eo tempore & ulterius maritus tenetur eam alere. Et vidua quæ jam expectavit triginta dies ab eo tempore quo poſtulata eſt in matrimonium, etiam comedit de eo quod eſt mariti; R. Elieſer dicit, quoniam maritus ejus tenetur eam alere, irrita reddere poteſt ejus vota; deciſio non eſt juxta R. Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite quinto tractatus Cetubhot, quod deſponſata, quando advenerit tempus nubendi & tamen non nupſerit, comedit de eo quod pertinet ad ſponſum ſuum. Cæterum hoc capite exponitur quod pater & maritus irrita reddere poſſunt vota puellæ deſponſatæ, ſed non vota pubis, cujus rei fundamentum venit in tractatu Cetubhot, quia pater non habet poteſtatem in pubem. R. Elieſer dicit, quandoquidem hæc pubes exiit è poteſtate patris, & maritus tenetur eam alere, jam omnino venit in poteſtatem ejus, ut irrita reddere poſſit ejus vota; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו שומרת יבם בין ליבם אחד בין לשני יבמין רבי אליעזר אומר יפר רבי יהושע אומר לאחד אבל לא לשנים רבי עקיבא אומר לא לאחד ולא לשנים אמר רבי אליעזר מה אם אשה שקנה הוא לעצמו הרי הוא מפר נדריה אשה שהקנו לו מן השמים אינו דין שיפר נדריה אמר לו רבי עקיבא לא אם אמרת באשה שקנה הוא לעצמו שאין לאחרים בה רשות תאמר באשה שהקנו לו מן השמים שיש לאחרים בה רשות אמר לו רבי יהושע עקיבא דבריך בשני יבמין מה אתה משיב על יבם אחד אמר לו אין היבמה גמורה ליבם כשם שהארוסה גמורה לאישה :

6. De exſpectante levirum, ſive levirum unum, ſive duos leviros, dicit R. Elieſer; ſolvere poteſt (ſive unus, ſive duo ſint.) R. Jehoſchea inquit; (ſolvere poteſt) ſi tantùm unus, ſed non, ſi duo. R. Akiba ait; nec ſi tantùm unus, nec ſi duo. Dixit R. Elieſer; quid? ſi quis mulieris, quam acquiſivit ipſe ſibi, ſolvere poteſt vota; mulieris, quam acquiſivere illi è cœlis (id eſt, à Deo,) nonne magis æquum eſt, ut ſolvere poſſit vota ejus? Dixit R. Akiba; non, ſi dixeris (iſtud rectè) de muliere, quam acquiſivit ſibimetipſi, in qua alii nullam habent poteſtatem, dixeris (etiam rectè) de muliere, quam acquiſivere illi è Cœlis (id eſt, à Deo,) in quâ tamen alii habent poteſtatem. Dixit ei R. Jehoſchea; O Akiba, verba tua de duobus leviris (valent;) quid tu verò reſpondes de uno leviro? Dixit ei; fratria non tota eſt leviri, quemadmodum deſponſata tota eſt viri ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר יפר R. *Elieſer dicit, irritum faciet*, hoc intelligendum eſt quando levir ejus dederit illi ſponſalia, nam R. Elieſer putat quod ſponſalia in fratria acquirunt acquiſitione perfecta ex Lege; at ſi נערה *puella* fuerit, & illi pater fuerit, pater & levir ejus qui illi dedit ſponſalia, irrita reddunt vota ejus.

לאחד אבל לא לשנים *Pro uno ſed non pro duobus*, quia R. Jehoſchua non putat quod ſponſalia acquirunt acquiſitione perfecta; ſed putat quod eſt vinculum levirationis, & quod vinculum illud eſt inſtar matrimonii; ſin autem unus tantum fuerit levir, irritum facit, verum ſi duo fuerint, neuter irritum faciet, quia non datur electio. רבי עקיבא אומר לא לאחד ולא לשנים R. *Akiba dicit, neque pro uno neque pro duobus*, quia putat quod vinculum levirationis non eſt ut matrimonium, & quod ſponſalia non acquirunt ex Lege acquiſitione perfecta. אשה שקנה הוא לעצמו *mulier quam acquiſivit ipſe ſibi*, mulier hæc eſt ſponſa illius: הרי הוא מפר נדריה *ecce ille irrita reddit vota ejus*, in ſocietate cum patre. אשה שהקנו לו מן השמים *de muliere quam acquiſiverunt illi è cœlis*, (à Deo,) quæ eſt fratria ejus. אינו דין שיפר נדריה *nonne æquum eſt ut irrita reddat vota ejus?* in ſocietate cum patre ejus. שיש לאחרים בה רשות *in quam tamen habent alii poteſtatem*, nam illa quoque copulata eſt aliis fratribus. מה אתה משיב על יבם אחד *quid tu reſpondes de uno leviro?* id eſt, reſponſio tua bona eſt ad verba R. Elieſeris, qui dicit, quod irritum reddere poteſt etſi duo fuerint leviri, quid reſpondes mihi ad mea verba quæ ego dico de uno, & non de duobus? אין היבמה גמורה ליבם *fratria non tota eſt leviri*, ut is qui coiverit cum ea, ſit condemnatus mortis. כשם שארוסה גמורה לאישה *quemadmodum deſponſa tota eſt viri ſui*, ſenſu condemnationis mortis; deciſio non eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Elieſeris eſt de leviro qui dedit ſponſalia fratriæ ſuæ, nam R. Elieſer eſt in ſententia Scholæ Schamai in omnibus verbis ſuis, uti aliquoties expoſuimus, quia R. Elieſer & Schola Schamai dicunt quod מאמר *ſponſalia* in fratria acquirunt acquiſitione perfecta. Sed ita ſe res non habet, ſed quemadmodum in tractatu Jebhammot exponitur. Cæterum quod dicit R. Akiba, אין היבמה גמורה ליבם *fratria non tota eſt leviri*, vult, quia juxta ſententiam omnium non eſt pœna lapidationis in fratria deſponſa, quemadmodum eſt in puella deſponſata; deciſio eſt juxta R. Akibam.

ז האומר לאשתו כל הנדרים שתדורי מכאן עד שאבוא ממקום פלוני הרי הן קיימים לא אמר כלום הרי הן מופרין רבי אליעזר אומר מופר וחכמים אומרים אינו מופר אמר רבי אליעזר אם

7. Si quis dixerit uxori ſuæ; *omnia vota, quæ vovebis, abhinc donec venero è loco N. ecce ſunto firma:* nihil quicquam dixit (aut valet.) Sin; *ecce ſunto irrita:* tum R. Elieſer dicit; ſunt irrita. Sed Sapientes dicunt; non ſunt irrita. Dixit R. Elieſer; ſi irrita facere poteſt vota, quæ jam ſunt ſub numero obligantium; nonne magis vota, quæ non-

הפר נדרים שבאו לכלל איסור לא יפר נדרים שלא באו לכלל איסור אמרו לו הרי הוא אומר אישה יקימנו ואישה יפרנו את שבא לכלל הקם בא לכלל הפר לא בא לכלל הקם לא בא לכלל הפר :

dum ſunt ſub numero obligantium, irrita facere poteſt? Dixerunt ei; En ille (Deus) dicit; vir ejus firmum illud facere poteſt, & vir ejus irritum illud reddere poteſt: nimirum quicquid venit ſub numerum confirmandorum; id etiam ſub numerum ſolvendorum venit. Contrà quicquid non venit ſub numerum confirmandorum; non venit etiam ſub numerum ſolvendorum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי הן קיימים לא אמר כלום *Ecce firma ſunt, nihil dixit,* quia confirmatio inepta eſt, quia dantur vota quæ non vellet ut confirmarentur. הרי הן מופרין רבי אליעזר אומר כופר *ecce ſunt irrita; R. Elieſer dicit, irritum eſt,* quia certe nemo hominum vult ut uxor illius obligata ſit ad votum. נדרים שבאו לכלל איסור *vota quæ veniunt in numerum prohibitionis*, poſtquam votum fecerit uxor, tenetur voto niſi maritus id irritum fecerit. שבאו לכלל הקם *quæ veniunt in numerum confirmationis*, vota illa quæ jam locum habent & quibus tenetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבאו לכלל איסור *Quæ veniunt in regulam prohibitionis*, id eſt, poſt juramentum, quando obligat ipſam hoc jusjurandum, ſine dubio, niſi illud irritum fecerit maritus; & cum ita ſe res habet, quomodo non irritum reddet antequam obligatus eſſet ad votum? deciſio eſt juxta Sapientes.

ח הפרת נדרים כל היום יש בדבר להקל ולהחמיר כיצד נדרה בלילי שבת יפר בלילי שבת וביום השבת עד שתחשך נדרה עם חשכה כפר עד שלא תחשך שאם חשכה ולא היפר אינו יכול להפר :

8. Solutio votorum valet per totum diem. Quod nos facit modò mitiores eſſe, modò rigoroſiores. Quomodo? (e. g.) ſi voverit in nocte Sabbathi: tum ſolvere poteſt in nocte Sabbathi, & in die Sabbathi, uſque dum ortæ fuerint tenebræ. Sin voverit ſub tenebras (appropinquantes:) tum ſolvere (tantùm) poteſt, uſque dum (plenè) obortæ fuerint tenebræ: quæ ſi plenè fuerint obortæ, nec ſolverit, tum (penitus) ſolvere non poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הפרת נדרים *Retractatio votorum*, nam dicit Num. 30,9. ואם ביום שמוע אישה יניא אותה Et valet כל היום *per totum diem*, donec advenerint tenebræ, quia dicitur ביום שמעו *in die quo audiverit.* Cæterum, quod dicitur verſ. 15. מיום אל יום *à die in diem*, ne exponamus quod de die poteſt irritum reddere, non de nocte, ideo nos docet, dicendo, *de die in diem*, quod aliquando illi tempus eſt retractandi ab una hora ad aliam, ut, ſi votum fecerit in principio noctis.

ויש בדבר להקל ולהחמיר *Eſtque in re ad indulgendum & ad aggravandum*, id eſt, aliquando retractatio voti habet exiguum temporis ſpatium, aliquando autem longum. נדרה בלילי שבת *ſi voverit in noctibus Sabbathi*, loquitur de nocte Sabbathi, ad nos docendos quod die Sabbathi irrita reddunt vota, etſi citra neceſſitatem Sabbathi. Sapiens autem non ſolvit vota die Sabbathi niſi ea quæ ſolvenda ſunt neceſſitate Sabbathi, etiamſi adhuc dies eſſet ut ea ſolvere poſſet.

שאם חשכה ולא הפר אינו יכול להפר *Si obortæ fuerint tenebræ & non irritum reddiderit, non poterit irritum reddere*, quia votorum retractatio non fit ab hora ad horam, niſi quis votum fecerit in principio noctis. Et in cauſa retractationis voti non procedit res niſi quis dixerit, ſit irritum factum, quemadmodum Scriptura dicit, quia retractatio mariti hinc & ulterius eſt ſine ratione, ut, את בריתי הפר *fœdus meum irritum fecit.* Si Sapiens aliquis dixerit, *ſit tibi ſolutum*, non datur hic votum neque jusjurandum, quia eradicavit votum ab initio ſuo. At ſi Sapiens pronunciaverit vocem הפרה *retractationem*, & maritus vocem התרה *ſolutionem*, non licitum neque irritum factum eſt votum. Si maritus dixerit, ſi non feceris votum, ego faciam ut facias votum, verba ejus firma ſunt, & non eſt neceſſe ut dicat, ego te confirmo, quandoquidem, etſi totum illum tacuiſſet diem, votum eſt confirmatum, quocunque etiam ſermone confirmatio procedat. Die vero Sabbathi dicit, *accipe, comede, accipe, bibe*, ſed non poteſt irritum reddere quemadmodum dicit in diebus profanis, & votum ineptum eſt ex ſeipſo. Si vero eam non poterit cogere, irritum faciet votum in corde ſuo, & non erit neceſſe ut ore pronunciet. Cum autem votum tantum ſit irritum, ut, ſi dixerit, *accipe*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias hinc quod vota non redduntur irrita ab hora ad horam, ſed quod expectandum eſt per ſolum illum diem, quemadmodum dicitur Num. 30,9. ביום שמעו *in die quo audiverit.* Et quod dicit verſu 15. מיום אל יום vult, quod irritum reddere poteſt die & nocte, quando res ita evenit, nimirum, ſi fuerit votum noctis. Cæterum, poteſt etiam fieri de die in diem, ſi votum fecerit in principio noctis. Loquitur autem de *die Sabbathi*, ut nos doceat quod etiam die Sabbathi licitum eſt vota reddere irrita; nam hypotheſis eſt nobis quod die Sabbathi licet irrita reddere vota, ſive in neceſſitatem Sabbathi, ſive non in neceſſitatem Sabbathi. Verum Sapientes dixerunt, quod nullus maritus uxori ſuæ dicere poteſt die Sabbathi, *irritum tibi factum eſt*, quemadmodum dicit in diebus profanis; ſed dicit illi, *accipe comede, accipe bibe*, & tum votum irritum factum eſt ex ſeipſo, eſtque neceſſe ut irritum faciat illud in corde ſuo. Cæterum ſi nequeat irritum reddere votum die Sabbathi, cum ejuſmodi actione qua ipſam obligat ut faciat, uti diximus, votum reddet irritum in corde ſuo, ut volunt verba Toſaphtæ, irritum reddet in corde ſuo, ſed non eſt neceſſe ut pronunciet ore ſuo, ſive in diebus profanis ſive die Sabbathi. Scitu neceſſarium eſt tibi id quod dixerunt, *ſi confirmaverit in corde ſuo, confirmatum eſt*, & quod dixerunt, *ſi irritum reddiderit, confirmare poteſt*, id eſt, ſi prius irritum fecerit in corde ſuo, & deindè confirmaverit jusjurandum, tum confirmatio ejus eſt confirmatio. Si vero tacuerit quando audivit jusjurandum, & intentio ejus fuerit per modum deceptionis eam ad iram commovere, & non reddiderit irritum illo die, votum confirmatum eſt, & non reddet irritum præterito deinde tempore, etſi non tacuerit ad confirmandum votum, niſi decipiendo ac deludendo ipſam; & hoc eſt quod dicunt in Siphre, ואם החרש יחריש *& ſi tacendo tacuerit*, ergo de eo qui tacet ad confirmandum loquitur Scriptura. Cæterum, quod dicunt, *ſi irritum fecerit in corde ſuo, non eſt irritum factum*, oſtendit quod neceſſe eſt ut ore pronunciet, quando irritum facit, & hoc non repugnat illi quod dixerunt, *irritum reddit in corde ſuo & non neceſſe eſt ut ore pronunciet*, quia בטול *abolitio* difficilior eſt הפרה *retractatione*, quia הפרה notat diſſolvere vinculum voti, & rem reſtituere in eum ſtatum in quo fuit ab initio

cipe, *comede*, quando coëgit eam ut tranſgrediatur votum ſuum, tum prodeſſe facit ſi cogitaverit in corde ſuo, etſi non pronunciaverit ore. Sed quando votum irritum reddit, quod non eſt cogere ut votum tranſgrediatur, neceſſe eſt ut ore pronunciet, nam non ſufficit irritum reddidiſſe in corde.

initio antequam juraverit, ita ut, ſi libitum illi fuerit, id poſſit facere, ſin minus, non faciat, cum omnimoda libertate ſine ullo impedimento. Cæterum בטול *abolitio*, eſt qua cogunt eam ut faciat eam rem de qua juravit, quod non faciet eam, uti expoſuimus, dicendo illi, *accipe*, *comede*, *accipe*, *bibe*, neque neceſſe eſt ut id ore pronunciet. Et hanc differentiam inter הפרה *retractationem* & בטול *abolitionem* ſi intellexeris, videbis quod verba ſibi non ſunt contraria. Sed התר נדרים *ſolutio votorum* die Sabbathi tantum peragitur in neceſſitatem Sabbathi; & hypotheſis nobis eſt quod vota ſolvunt è veſtigio, privatim, & noctu; ſed die Sabbathi præſentibus propinquis, & quamvis adhuc ſupereſſet tempus die veneris. Sed privatus qui fuerit Sapiens expertiſſimus, ſolus diſſolvere poteſt votum, ſed idiotæ ſolvere nequeunt niſi tribus præſentibus. Cum ergo Sapiens dixerit ei cui votum ſolvit, מופר לך *ſit tibi irritum factum*, aut tria verba quæ idem notant. Vel ſi dixerit maritus uxori ſuæ שרוי לך *diſſolutum ſit tibi*, aut id quod hunc ſenſum expreſſerit, illud nihil eſt. Nam Sapientes dixerunt, ſi Sapiens pronunciaverit verba mariti, aut maritus dixerit verba Sapientis, nihil dixit. Cæterum verba Siphre hæc ſunt, *Sapiens diſſolvit, at maritus non diſſolvit*; *maritus irritum reddit*, *Sapiens non reddit irritum*; quia ſenſus הפרה *abolitionis* eſt abolere & abrogare jusjurandum indè ab initio ſuo, ac ſi non fuiſſet; ſed hoc nemo faciet niſi pater & maritus, juxta id quod exponitur in Lege & in Gemara. Senſus vero illius, quod conſulimus Sapientem & quod nos vocamus התר נדרים *ſolutionem votorum*, eſt, ut ſolvat jusjurandum ad quod homo obligatur, & ut irritum fiat jus ejus inpoſterum, at hoc nemo facere poteſt niſi חכם מומחה *Sapiens probatus*, *excellens*, aut tres idiotæ, quemadmodum diximus juxta id quod traditio exponit ad Num. 30, 3. לא יחל דברו id eſt, ipſe non profanabit, ſed alii facient ipſum profanare. Sed hic ſenſus non probatur ex Lege, & ſic dixerunt Sapientes, quod hic ſenſus non habet fundamentum, ſed quod is ejuſmodi ſe habet ex traditione. Et hoc eſt quod dixerunt, ſolutionem votorum diſpellunt in aërem, & non eſt ut ei poſſint inniti. Negotium vero ſolutionis juramentorum prout nobis tradiderunt Sapientes ex traditione multorum Sapientum, & juxta id quod vidimus, & ſolvimus coram patribus noſtris, juxta id quod illi faciebant coram patribus & magiſtris ſuis, æquale jus eſt inter nos in civitatibus occidentis, id eſt, ſolutio jurisjurandi fit omni die, nam in noſtris locis non manant aquæ malæ, id eſt, hæreſis non obtinet. Res autem ſe habet quemadmodum tibi dicam, venit vir aut mulier cujus votum non eſt irritum factum à Sapiente, aut tribus idiotis, & dicit, ego juro ſuper ejuſmodi re, & pœnitet me ejuſmodi juramenti; tum rogant illum, quænam tibi cauſa eſt pœnitentiæ? poſtea illi notum faciunt id quod denuo renatum fuerit, aut excuſationem qua ſe excuſare poſſunt, quemadmodum expoſitum eſt capite antecedenti, & primarius judicum dicit illi, ſi ſciviſſes quando jurabas quod ejuſmodi res innovaretur tibi hoc & illo modo, fortuito juraſſes? tum ipſe reſpondet, non, nam ſi hoc ſciviſſem, non juraſſem; præterea dicit (primarius judicum) an pœnitet te jurisjurandi tui? ille reſpondet, ita; & trium judicum maximus qui eo in loco adfuerit, dicet, ſolutum ſit tibi hoc votum, & condonatum ſit tibi in conſeſſu inferiori & ſuperiori, uti dicitur Num. 15, 16. ונסלח לכל עדת בני ישראל ולגר הגר בתוכם וגו׳ Poſtea duo reliqui dicent, ſit tibi ſolutum, ſit tibi condonatum. Deinde primarius judicum dicet denuo, ne aſſuefacias te ipſum ad temerariè vota facienda, nam ſi inpoſterum te deceperis ac irritaveris, & iterum juraveris, non ſolvemus tibi jusjurandum; & hoc eſt quod factum vidimus, & quod fecimus. Quos omnes caſus obſerves volo, & juxta illos te aſſuefacias.

פרק יא ואלו נדרים שהוא מפר דברים שיש בהן ענוי נפש אם ארחץ ואם לא ארחץ אם אתקשט ואם לא אתקשט אמר רבי יוסי אין אלו נדרי ענוי נפש:

Caput 11. Hæc ſunt vota, quæ ille irrita reddere poteſt: ſi quid ſit de rebus, in quibus eſt afflictio animæ. (E. g. ſi quæ dixerit;) ſi lavero me, aut, ſi non lavero. Item; ſi ornavero me, aut, ſi non ornavero me. Licet hæc vota afflictionis animæ eſſe neget R. Joſe.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו נדרים *Hæc ſunt vota*, in Gemara exponunt quod hic intelliguntur vota & juramenta, quia juxta Sapientes ſub votis comprehenduntur juramenta.

אם ארחץ ואם לא ארחץ *Si lavero, & non lavero me*, ſi dixerit, uſus lotionis ſit mihi vetitus in perpetuum, ſi me hodiè lavero, votum eſt; אם לא ארחץ *ſi non lavero me*, quando juraverit quod non lavabit ſe, eſt jusjurandum. Sic etiam, ſi dixerit, אם אתקשט *ſi ornavero me*, vult, uſus ornatus ſit mihi prohibitus in perpetuum, ſi hodie me ornavero: ואם לא אתקשט *& ſi non ornavero me*, ſi juraverit quod non ornabit ſe.

אמר רבי יוסי אין אלו נדרי ענוי נפש *Dixit R. Joſe, hæc vota non ſunt afflictionis animæ*, in votis tantummodo contradicit R. Joſe doctori primo, dicitque, ſi dixerit, uſus lotionis ſit mihi prohibitus in perpetuum; ſi hodie me lavero, hoc non eſt votum afflictionis animæ, quia fieri poteſt ut non lavet ſe illo die, neque ſit vetitus illi uſus lotionis in perpetuum, nam lotionem intermittere uno die, non eſt affligere animam, quia unius diei inquinatio non eſt inquinatio; deciſio non eſt juxta R. Joſen. Cæterum tam pater quam maritus irrita reddunt vota afflictionis animæ, uti ſcriptum eſt Num 30, 17. בין איש לאשתו בין אב לבתו hic patrem æquiparat marito, quemadmodum igitur maritus non reddit irrita præterquam vota afflictionis animæ, ſic etiam pater non irrita reddit vota præterquam vota afflictionis animæ. Maimonides autem ſtatuit quod pater omnia vota & juramenta reddit irrita, etſi ſint vota afflictionis animæ, eo quod ſcriptum eſt Num. 30, 6. כל נדריה ואסוריה *omnia vota ipſius & prohibitiones ipſius*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Juramenta quoque vocantur vota, uti dicunt in Gemara; quod probant ex eo quod dictum eſt in Miſna, כנדרי רשעים נדר כנזיר ובקרבן ובשבועה *ut vota malorum eſt votum in Naziræo, & in ſacrificio, & in jurejurando*, propterea hoc loco dicit אלו נדרים *hæc ſunt vota*, & exemplum adducit de voto & jurejurando; exemplum de voto eſt quando dicit, אם ארחץ *ſi lavero me*, ac ſi dixiſſet, votum feci quod nunquam me lavabo, ſi me lavero; eſtque id quod dixerunt, *prohibeo mihi uſum lotionis in æternum*, *ſi me hodie lavero*. Huic vero contradicit R. Joſe, dicendo, non lavabit ſe illo die, quia impuritas unius diei nihil eſt; poſteaquam vero dixit, *juro quod nunquam me lavabo*, vult id quod dicit, *ſi me lavero*. Et juxta hanc expoſitionem quoque intelligendum eſt id quod dicit, אם אתקשט ואם לא אתקשט *ſi ornavero me*, *aut ſi non ornavero me*.

ב ואלו הם נדרי ענוי נפש אמרה קונם פירות העולם עלי הרי זה יכול להפר פירות מדינה

2. Vota afflictionis animæ etiam hæc ſunt. Si quæ dixerit; *ſunto mihi munus fructus* (totius) *mundi*: ecce ille irritum reddere poteſt. Sin quæ dixe-

עלי יביא לה ממדינה אחרת פרות חנוני זה עלי אינו יכול להפר ואם לא היתה פרנסתו אלא ממנו הרי זה יפר דברי רבי יוסי:

rit; *ſunto mihi munus fructus hujus regionis*; adducet ei fructus ex alia regione. (Si quæ dixerit;) *ſunto mihi munus fructus Tabernarii hujus*: tunc ille votum ejus irritum reddere nequit. Quod ſi tamen aliunde alimoniam non habeat, niſi ab iſto; tunc irritum reddere poteſt votum ejus. Verba ſunt R. Joſe (non recepta.)

R. OB. DE BARTENORA.

אם לא היתה פרנסתו אלא ממנו *Si aliunde non habeat alimoniam niſi ab ipſo*, ut fidat illi donec lucratus fuerit, & ſolverit illi: הרי זה יפר דברי רבי יוסי *ecce hic irritum reddet, verba R. Joſe*, R. Joſe ſequitur ſententiam ſuam, qua ſtatuit quod maritus non irrita reddit omnia vota afflictionis animæ, quia diſtinguit inter magnam & parvam afflictionem, & inter afflictionem diuturnam & brevem; omnes autem Miſnæ hujus capitis veniunt ex ſententia R. Joſis; at ita non eſt deciſio. Verum maritus irrita reddere poteſt omnia vota afflictionis animæ, ſive unius diei ſive unius horæ, aut diuturni temporis; ſive fuerit afflictionis magnæ ſive parvæ. Pari modo irrita reddere poteſt omnia vota & juramenta rerum quæ marito intercedunt cum uxore, & irrita reddi poſſunt ab ipſo, etſi in illis non contineatur afflictio animæ, ut, ſi votum fecerit uxor quod non ornabit ſe, neque comedet fructus hujus regionis, maritus irritum reddere poteſt illud votum, quia illi moleſtum eſt adducere fructus ex alia regione remotiori; & hæc eſt res quæ illi intercedit cum illa. Porro differentia, quæ eſt inter vota & juramenta earum rerum quæ intercedunt marito cum uxore, & inter vota & juramenta afflictionis animæ, hæc eſt; vota & juramenta afflictionis animæ irrita reddere poteſt pro ſe, & pro aliis, ut, ſi votum fecerit quod non comedet carnem, aut non bibet vinum, tum irritum reddit pro illa, & licet comedere carnem ac bibere vinum, etiam poſtquam vidua facta fuerit, aut repudiata, & aliam duxerit. Vota autem & juramenta quæ marito intercedunt cum uxore ſunt hujuſmodi, ut, ſi in ſe receperit quod non coibit unquam cum viro, aut quod non ornabit ſe unquam, maritus irritam reddet partem ſuam, & uxor inſerviet illi, & ornabit ſe quamdiu fuerit ſub poteſtate illius. Si vidua facta fuerit, aut repudiata, prohibita erit omnium virorum coitui, neque ornabit ſe ornamentis muliebribus; & hac modo de cæteris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes concedunt quod vota quæ marito intercedunt cum uxore, irrita poſſunt reddi à marito, ut, ſi uxor juraverit ſuper aliqua re, qua ſe ornare ſolet, & alere, vel ejuſmodi re quæ dependet à coitu, eo quod ſcriptum eſt Num. 37, 17. בין איש לאשתו Cæterum de votis afflictionis animæ, in generalibus & particularibus, controverſia eſt, quod ad ea quæ durant pro tempore, & ea quæ in perpetuum, & ea quæ dependent ab ipſo marito, & ea quæ dependent ab alio. Differentia afflictionis animæ autem & reſolutio in his omnibus eſt, quod irrita reddere poteſt maritus omnia vota, quocunque modo ſe res habeat, ſive ſit animæ afflictio magna ſive parva, ſive pro tempore ſive in perpetuum, ſive ſit id quod ipſi intercedit cum uxore ſua, ſive cum alio; ſic etiam quicquid dependet ab ornamento muliebri. Et hoc eſt quod dixerunt, omnia vota irrita reddet maritus pro uxore ſua, præterquam ſi voverit quod nihil commodi capiet ab N. Verum ſi prohibuerit ſibi commodum τȣ̃ N, irritum reddere poteſt maritus. Et ſi pro uxore ſua irrita reddiderit vota afflictionis animæ, etiam pro omnibus hominibus irrita reddet, perindè ac ſi nunquam factum fuiſſet votum. Ex autem res quæ marito intercedunt cum uxore quod ad retractationem voti, dependent ab eo quod maritum in ſpecie tangit tantum; ſed pro reliquis hominibus votum manet in obligatione ſua. Hinc nobis conſtat quod non datur modus voti neque jurisjurandi qui perficitur ab uxore ut eum maritus non poſſet irritum reddere, ut, ſi juraverit quod unus homo aut multi nihil commodi ab ipſa capient, tum maritus irritum reddere nequit. Quamvis enim multis in Miſnis hujus capitis contra hoc ipſum difficultas moveatur, & monſtretur quod maritus non reddit irritum quando votum cum prudentia aliqua exponere poteſt, & in ejuſmodi rebus in quibus continetur magna animæ afflictio; reſponſio eſt, quod quicquid in hoc capite dictum eſt, juxta ſententiam R. Joſis dictum eſt, ſed deciſio non eſt juxta ipſum. Et hoc eſt quod dixerunt, כוליה פרקא רבי יוסי היא *totum caput ad R. Joſen pertinet*. Et hoc probant ex eo quod dicitur in fine hujus Miſnæ, דברי רבי יוסי *verba R. Joſis*, quod jam dictum eſt in principio capitis Miſnæ primæ, אמר רבי יוסי אין אלו נדרי ענוי נפש *dixit R. Joſe, hæc non ſunt vota afflictionis animæ*; deindè dicit, quod res ſecundum ſententiam ejus eſt afflictio animæ. Propterea dixerunt quod Miſna ſecunda vice non dicit, *verba ſunt R. Joſis*, niſi eo ſenſu, quod omnia quæ impoſterum dicenda ſunt, pertinent ad ſententiam R. Joſis. Et hoc eſt quod dixerunt, שמע מינה מכאן ואילך רבי יוסי היא *collige hinc quod ab hoc loco & ulterius ſunt verba R. Joſis.*

ג קונם שאיני נהנה לבריות אינו יכול להפר ויכולה היא ליהנות בלקט ובשכחה ובפיאה קונם כהנים ולוים נהנים לי יטלו על כרחו כהנים אלו ולוים אלו נהנים לי יטלו אחרים:

3. Si qua voverit, quod nullum commodum perceptura ſit ex hominibus, tum irritum illud reddere nequit: poteſt autem commodum percipere ex ſpicilegio, manipulo oblivione relicto, atque ex (agri) angulo. (Si qua dixerit,) *eſto mihi votum, quod nullum commodum percepturi ſint à me Sacerdotes, Levitæ*: tum ſument ab illâ invitâ. (Sin dixerit; eſto mihi votum) *quod nullum commodum percepturi ſint à me hi Sacerdotes, & hi Levitæ*: tum alii accipient (dona ſcil. ſacerdotibus & Levitis debita.)

R. OB. DE BARTENORA.

קונם שאיני נהנה לבריות אינו יכול להפר *Si qua dixerit, munus eſto mihi quod nullum commodum perceptura ſim ex creaturis, tum irritum illud reddere nequit*, quia hoc non eſt ex votis afflictionis animæ, quia ſe alere poteſt uxor è bonis mariti, eo quod maritus non comprehenditur ſub בריות *creaturis*; hæc Miſna quoque pertinet ad R. Joſen, ſed deciſio non eſt juxta ſententiam illius, uti diximus ſuperius

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dixi tibi quod hæc omnia ſunt verba R. Joſis, quæ refutata ſunt. Quia maritus irritum reddere poteſt, ſi uxor votum fecerit quod à N. nullum capiet commodum, quia hæc eſt una res ex illis quæ marito intercedunt cum uxore ſua, quia marito incommodum eſt quod uxor nullam utilitatem capere poteſt ab aliquo quod ad cibum & potum, ac res alias; & quanto ma-

rius. Neque tantum ſi dixerit, קונם שאיני נהנה לבריות *munus eſto quod non perceptura ſum quicquam commodi è creaturis*, quia uxor in ſe recepit prohibitionem uſus omnium creaturarum, irritum reddit maritus pro voto afflictionis animæ ex ſententia Sapientum. Verum etiamſi dixerit, *munus eſto mihi quod non capiam utilitatem ab* N. cum non recepit in ſe præterquam prohibitionem illius N, maritus irritum reddere poteſt, quia eſt res quæ ipſi intercedit cum uxore ſua, quia incommodum eſt marito quando uxor non capit utilitatem ab illo N, Lex autem dicit Num. 30, 17. בין איש לאשתו *inter maritum & uxorem ſuam*; ergo quicquid interceſſerit marito cum uxore, id maritus irritum reddere poteſt. ויכולה היא ליהנות בלקט ובשכחה *poteſt autem illa commodum percipere è ſpicilegio, & manipulo oblivione relicto*, id eſt, eſt præterea alia ratio quare maritus non irritum reddit quando dixerit uxor, קונם שאיני נהנה לבריות *munus eſto quod non perceptura ſum è creaturis*, quia ipſa utilitatem capere poteſt è ſpicilegio oblivione relicto, & angulo, nam non capit utilitatem è creaturis, cum ſpicilegium & angulus ſunt dona quæ ad pauperes pertinent, ita ut hic non ſit afflictio animæ. קונם כהנים לוים נהנים לי *munus eſto, quod ſacerdotes & Levitæ nullam capient utilitatem à me*, quemadmodum uxor ſi dixerit, *munus eſto quod nullam utilitatem capiam è creaturis*, tum licita ſunt ipſi dona pauperum; ſic etiam ſi quis voverit quod ſacerdotes & Levitæ non capient utilitatem è bonis illius, licita ſunt ipſis dona ſacerdotum & Levitarum.

gis ſi voverit quod nullam utilitatem capiet ex ulla creatura.

קונם כהנים לוים נהנים לי *Eſto mihi votum, quod nullum commodum percepturi ſint à me ſacerdotes, Levitæ*, hoc non eſt votum quod tangit votum uxoris, ſed hoc dicit reſpectu illius quod dixit, quod mulier, quæ voverit quod nullam utilitatem capiet ab ulla creatura, utilitatem capere poteſt è ſpicilegio oblivionis, & ex angulo, quæ pauperum dona ſunt. Sic etiam dicit, quod, ſi quis voverit quod nullam utilitatem capient ab ipſo ſacerdotes, & Levitæ, tum capiunt ab ipſo dona ſua quæ ipſis debentur, niſi dixerit, אלו כהנים ואלו לוים *hi ſacerdotes, & hi Levitæ*, tum ea aliis dare poteſt.

ד קונם שאיני עושה על פי אבא ועל פי אביך ועל פי אחי ועל פי אחיך אינו יכול להפר שאיני עושה על פיך אינו צריך להפר רבי עקיבא אומר יפר שמא תעדיף עליו יותר מן הראוי לו רבי יוחנן בן נורי אומר יפר שמא יגרשנה ותהי אסורה עליו:

4. (Si qua maritata dixerit,) *Munus erit, quicquid præparavero ori patris mei, & ori patris tui, & ori fratris mei, & ori fratris tui*: tum ille (maritus) non poterit irritum reddere. (Si qua dixerit;) *munus erit, quicquid præparavero ori tuo*: tunc non opus eſt, ut ſolvat. R. Akiba inquit, irritum reddat: fortaſſis enim plus laborabit, quam ipſi obligata eſt. R. Juchanan Ben-Nuri ait; irritum reddat, quia fortaſſis expellet eam, & erit ipſi prohibita.

R. OB. DE BARTENORA.

קונם שאיני עושה על פי אבא *Munus eſto, quod non parabo ori patris mei*, ſanctum eſto quicquid paravero, ne intret os patris mei, id eſt, pater meus non poterit utilitatem capere ex opere manuum mearum.

אינו יכול להפר *Nequit irritum reddere*, quia non eſt res quæ marito intercedit cum uxore, & in hoc conveniunt omnes, quod, ſi dixerit ſe non capturam utilitatem ab N, non irritum reddet maritus; & ita deciditur.

על פיך אינו צריך להפר *Ori tuo, non eſt neceſſe irritum reddere*, quia uxor marito ſubjecta eſt, & quamvis res ſancta educat è ſubjectione, Sapientes tamen robur dederunt ſubjectioni mariti, quod קונם *munus* non educit è ſubjectione.

יפר שמא תעדיף עליו יותר מן הראוי לו *Irritum reddat, fortaſſis enim plus laborabit, quam ipſi obligata eſt*, ſanctitas vero incidit in partem illam quæ abundat, quæ non eſt ſub poteſtate ſua, ideo neceſſe eſt ut irritum reddat, & in hac parte prodeſt retractatio, quia eſt res quæ illi intercedit cum illa, quia fieri nequit ut id quod abundat, non commiſceatur cum eo quod eſt mariti.

יפר שמא יגרשנה *Irritum reddat, quia fortaſſis expellat eam*, fundamentum ſive emolumentum operis manuum uxoris debet irritum reddi, quia maritus poterit expellere, ut educatur è ſubjectione mariti, & tum locum habebit votum, & prohibitum erit illi ad maritum redire. Deciſio eſt juxta R. Jochanan filium Nury, & hoc quando illa dixerit, *ſint manus meæ ſanctificatæ illi qui eas fecit*, nam manus exiſtunt jam, idcirco cadit in eas ſanctificatio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שאיני עושה על פי אבא *Quod non parabo pro ore patris*, id eſt, quicquid paravero, id non comedet pater meus, id eſt, nihil commodi ex eo percipiet. Perindè ac ſi votum feciſſet quod non perciperet utilitatem ex opere manuum ſuarum homo unus, aut plures. Et jam expoſuimus ſuperius quod hoc votum nequit irritum reddi, & huic rei nemo contradicit. Cæterum ſi votum fecerit quod maritus ejus non capiet utilitatem ex eo quod paravit uxor, & hoc eſt quod dicit שאיני עושה על פיך אינו צריך להפר ſi dixerit, *quod non paravero ori tuo, non opus eſt ut ſolvat*, quia quicquid uxor fecerit, id acquirit maritus, uti nobis fundamentum eſt, quod opus manuum uxoris eſt pro marito, quemadmodum exponitur in tractatu Cetubhot; R. Akiba dicit quod neceſſe eſt ut irritum fiat votum, quia fieri poteſt ut faciat ultra quantitatem ipſi à Senatu impoſitam, quæ additamenta cedunt uxori & acquiruntur à rebus Sanctis. Nam hic caſus intelligitur de muliere quæ dixerit, *ſanctificatæ ſint manus meæ ei qui fecit eas*. Dicit R. Jochanan filius Nury, quod hoc irritum reddet, nam ſi non reddiderit irritum, confirmatur, etſi opus manuum ſit mariti, & manus illius ſubjectæ ſint ipſi. Quandoquidem nobis fundamentum eſt, quod res ſancta, fermentum, & libertas educunt è ſubjectione, & res confirmatur, etſi illa ſit ſub poteſtate mariti, propterea etiam neceſſe eſt ut maritus irritum reddat; deciſio eſt ſecundum R. Jochanan filium Nury in eo quod dicit יפר שמא יגרשנה ותהי אסורה עליו *irritum reddat, quia fortaſſis expellet eam, & erit ipſi prohibita*. Verum ſi non expulerit eam, non educit res ſancta hanc ſubjectionem tantum, quia Sapientes inſtituerunt hanc ſubjectionem, & corroborarunt verba ſua.

ה נדרה אשתו וסבור שנדרה בתו נדרה בתו וסבור שנדרה אשתו נדרה בנזיר וסבור שנדרה בקרבן נדרה בקרבן וסבור שנדרה בנזיר נדרה מן התאנים (ס"א בתאנים) וסבור שנדרה מן הענבים

5. Si voverit alicujus (mariti) uxor; at ille perſuaſus fuerit, quod voverit filia ſua: (vel) ſi voverit filia ejus, & ille perſuaſus fuerit, quod voverit uxor ſua: Item, ſi voverit Naſiræatum, & ille perſuaſus fuerit, quod voverit munus: (vel) ſi voverit munus, & ille perſuaſus fuerit, quod voverit Naſiræatum: Item, ſi voverit (abſtenturum) à ficubus, & ille perſuaſus fuerit, quod voverit ab uvis:

הענבים נדרה מן הענבים וסבור שנדרה מן התאנים הרי זה יחזור ויפר :

uvis : (vel) ſi voverit ab uvis, & ille perſuaſus fuerit, quod voverit à ficubus : tum hic denuò poteſt ſolvere.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה יחזור ויפר *Ecce hic denuo irritum reddet*, quia retractatio quæ ex abuſu facta eſt, non eſt retractatio, nam neceſſe eſt ut mulier intendat quando votum facit, uti ſcriptum eſt Num. 30, 12. לא הניא אותה ergo neceſſe eſt ut votum irritum fiat pro illa ipſa quæ vovit. Sic etiam ut animum intendat ad votum quod facit, ut ſcriptum eſt Num. 30, 5. ושמע אביה את נדרה neceſſe eſt ergo ut ſciat quale votum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי זה יחזור ויפר *Ecce hic denuo irritum reddet*, poſtquam irritum reddiderit ob quamcunque intentionem, & poſtea illi in memoriam venerit quod res ita ſe non habet, non proderit hæc retractatio; eo quod extat Num. 30, 12. לא הניא אותה hinc neceſſe eſt ut retractatio fiat illi ipſi, & pro illa re quam vovit, & ut ſciat votum quod fecit; quod etiam probatur ex eo quod ſcriptum eſt Num. 30, 5. ושמע אביה את נדרה

ו אמרה קונם תאנים וענבים אלו שאיני טועמת קיים לתאנים כולו קיים הפר לתאנים אינו מופר עד שיפר אף לענבים אמרה קונם תאנים שאיני טועמת וענבים שאיני טועמת הרי אלו שתי נדרים :

6. Si quis dixerit; *ſunto mihi munus ficus, uvaque iſtæ, ſi comeſturus ſum de illis* : tum ſi confirmaverit quod ad ficus, totum (votum) confirmavit. Sin irritum fecerit, quod ad ficus; non irritum factum eſt (totum votum,) donec irritum fecerit etiam quod ad uvas. Si qua dixerit, *ſunto mihi munus ficus, ſi comeſtura ſum de illis, & uva, ſi comeſtura ſum de illis*: En hæc ſunt duo vota.

R. OB. DE BARTENORA.

קיים לתאנים כולו קיים *Si confirmaverit ficus, totum* (votum) *confirmavit*, ratio eſt quia ſcriptum eſt Num 30, 14. אישה יקימנו *maritus ejus confirmabit illud*, & verbum יקימנו exponitur ac ſi ſcriptum eſſet יקים ממנו *confirmabit ab ipſo*, nimirum, ſi confirmaverit partem voti, totum eſt confirmatum; ſed verbum יפרנו *irritum reddet illud*, nequit exponi hoc ſenſu; ergo non erit irritum factum, niſi donec totum irritum factum fuerit; hæc eſt ſententia particularis; at ita non deciditur, ſed juxta Sapientes, qui dicunt quod Scriptura confirmationem comparat cum retractatione, quemadmodum retractatio eſt, ut id quod retractaverit retractatum ſit, at id quod non retractaverit, non retractatum ſit, quia de voce יפרנו *illud reddet irritum*, dici nequit, ſi retractatio ſit ex parte, etiam talis confirmatio ſit, ut id quod confirmaverit ſit confirmatum, & quod non confirmaverit, non confirmatum ſit. Neque exponimus vocem יקימנו de confirmatione ex parte, ſed propriè, quo ſenſu ſemper dicitur. Et quamvis de ſolutione Sapientum dicamus, quod votum ex parte ſolutum, in totum eſt ſolutum, quod non ita ſe habet cum retractatione mariti & patris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna eſt juxta ſententiam quorundam particularium; verum Sapientum ſententia eſt id quod irritum factum fuerit, eſſe irritum factum, idque quod confirmatum fuerit, confirmatum eſſe; deciſio eſt juxta Sapientes. Imo quamvis fuerit votum aliud, tamen non erit hoc jus, jus voti quod in totum ſolutum eſt, quando pars illius ſoluta fuerit, quia התר נדרים *ſolutio votorum* non eſt הפרת נדרים *retractatio votorum*, uti expoſuimus capite antecedenti.

ז יודע אני שיש נדרים אבל איני יודע שיש מפירין יפר יודע אני שיש מפירין אבל איני יודע שזה נדר רבי מאיר אומר לא יפר וחכמים אומרים יפר :

7. Si quis dixerit; *ſcio, quod ſint vota, eſſe autem, qui irrita iſta facere poſſint, neſcio*: tum ſolvere poteſt, (poſtquam cognoverit, ſolvi poſſe.) (Si quis dixerit;) *ſcio, quod ſint, qui irrita facere poſſint, neſcio autem, quod hoc ſit votum*: tum Rabbi Meyr dicit; ſolvere non poteſt: ſed Sapientes dicunt; ſolvere poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אבל איני יודע שיש מפירין *Sed neſcio quod erant qui irrita faciebant*, qui habebant poteſtatem irritum reddendi: יפר *irritum reddet*, eo die quo ipſi in mentem venerit quod irritum reddere poterat, qui dies ipſi eſt inſtar illius quo votum audiverat.

איני יודע שזה נדר *Non ſciebam quod hoc erat votum*, quod neceſſe erat illud irritum reddere: לא יפר *non reddet irritum*, nam, quia ſciebat quod poteſtatem habebat retractandi, etſi ignoraret quod votum erat, nihilominus tamen debebat irritum reddere illud; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ ſenſus eſt, quod, quando maritus audiverit votum uxoris ſuæ aut filiæ ſuæ, & non reddiderit irritum eo die quo audiverit illud, ſed poſt tempus voti ipſi in memoriam venerit quod ipſi poteſtas erat irritum reddendi votum, aut quod hoc votum debebat irritum reddi, irritum reddet eo die quo ipſi incidit id de quo dubitabat, & hic dies ipſi erit in eo gradu in quo eſt dies voti; deciſio eſt juxta Sapientes.

ח המודר הנאה מחתנו והוא רוצה לתת לבתו מעות אומר לה הרי המעות האלו נתונין לך במתנה ובלבד שלא יהא לבעליך רשות בהן אלא מה שאת נושאת ונותנת בפיך :

8. Si quis voto excluſerit à percipienda utilitate ex ſe generum ſuum; dare autem vult filiæ ſuæ pecunias: dicet ei; En hæc pecunia dono tibi data ſit, modò verò nihil juris ſit in eam marito tuo; excepto eo, quod tu acceperis, & in os tuum dederis.

R. OB. DE BARTENORA.

ובלבד שלא יהא לבעלך רשות בהם *Dummodo nihil juris ſit in eam marito tuo*, eſtque conditio ejus firma, & maritus nihil ſibi acquirit, etſi ope doni illius eum liberet à moleſtia, quia ſe alit illis nummis, cum maritus eam debebat alere, nam liberare aliquem à moleſtiis non habetur commodum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos his verbis, quod, ſi conditionem inierit, conditio illius firma eſt, & quod maritus non acquirit. Et ſi uxor ejus utilitatem ceperit, non eſt utilitas marito illius. Imo etiamſi hoc modo cohibeat ab illo debitum & operam quam impendere debet ad alendam uxorem, hoc tamen ſequitur fundamentum quod dictum eſt capite quarto hujus tractatus.

ט ונדר אלמנה וגרושה יקום עליה כיצד אמרה
הריני נזירה לאחר שלשים יום אף על פי שנשאת
בתוך שלשים יום אינו יכול להפר נדרה והיא
ברשות הבעל מפר לה כיצד אמרה הריני נזירה
לאחר שלשים יום אף על פי שנתארמלה או
נתגרשה בתוך שלשים הרי זה מופר נדרה בו ביום
נתגרשה בו ביום החזירה בו ביום אינו יכול להפר
זה הכלל כל שיצאתה לרשות עצמה שעה אחת
אינו יכול להפר :

9. Porrò viduæ aut expulſæ votum per ſe firmum eſt. Quomodo? ſi qua dixerit; *Ecce ego Naſiræa ero poſt triginta dies*, etiamſi ducta fuerit intra triginta dies; tamen non poteſt (maritus novus) votum ejus ſolvere. Sin adhuc ſub jure mariti fuit (quando vovit:) tum ſolvere poteſt. Quomodo? ſi dixerit illa; *ecce ſuper me Naſiræatus poſt triginta dies*: tum etiamſi facta fuerit vidua, aut expulſa fuerit intra triginta dies; ſolvi poteſt. Si voverit eodem in die: ſed eodem die expulſa fuerit; eodemque die reduxerit eam (maritus,) non poteſt ſolvere. Nam hæc eſto regula; Quæcunque facta fuerit poteſtatis ſuæ vel horâ una; (ejus vota) non poteſt ſolvere.

R. OB. DE BARTENORA.

נדר אלמנה וגרושה יקום *Votum viduæ aut expulſæ firmum eſt*, hic verſus ad literam intelligi nequit, nam, quia illi non erat maritus, quis pro illa irritum reddere poſſet? ergo intelligi debet, quando illa pro tempore votum fecerit, quando vidua erat, & nupſerit antequam advenerit tempus voti, quo maritus irritum reddere non poterat, etſi votum habeat locum quando ſub poteſtate illius erat, quia ſequi debemus tempus quo votum fecit.

נדרה בו ביום נתגרשה בו ביום והחזירה בו ביום *Si voverit eodem die, & eodem die expulſa fuerit, eodemque die eam* (maritus) *reduxerit*, & poſtea audiverit votum, non poteſt irritum facere, quia ſui juris facta eſt inter votum ejuſque reſciſſionem, quia maritus non reſcindit vota præterita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Deus benedictus dicit Num. 30, 10. נדר אלמנה וגרושה יקום עלי *votum viduæ & repudiatæ firmum erit*; ſi ad literam intelligeretur, res irrita eſſet, & non neceſſaria, nihilque dixiſſet; nam quis mulieri irritum redderet votum cum ipſi non erat maritus? ſed ſenſus hujus loci eſt, quod, ſi illa voverit quando non erat illi maritus, & conditionem inierit quod votum duraret pro tempore, & deinceps nupſerit ante tempus illud quo promiſerat votum fore, & advenerit tempus voti cum nupta eſſet, maritus illud irritum reddere nequit.

י תשע נערות נדריהן קיימין בוגרת והיא יתומה
נערה ובגרה (ס"א בוגרת) והיא יתומה נערה
שלא בגרה והיא יתומה בוגרת ומת אביה נערה
בוגרת ומת אביה נערה שלא בגרה ומת אביה
נערה שמת אביה ומשמת אביה בגרה בוגרת
ואביה קיים נערה בוגרת ואביה קיים (ס"א) רבי
יהודה אומר אף המשיא בתו הקטנה ונתאלמנה
או נתגרשה וחזרה אצלו עדיין היא נערה :

10. Novem puellarum vota firma ſunt (1.) quæ pubis facta eſt, ſed pupilla eſt. (2.) Impubis, ſed quæ deinde pubis facta eſt, atque pupilla eſt. (3.) Impubis, quæ non pubis facta eſt, ſed eſt pupilla. (4.) Quæ pubis facta eſt, ſed cujus pater poſtea mortuus eſt. (5.) Impubis, quæ deinceps pubis facta eſt, atque pater ejus mortuus eſt. (6.) Impubis, quæ non pubis facta eſt, ſed cujus pater poſtea mortuus eſt. (7.) Impubis, cujus pater mortuus eſt, & ex quo mortuus eſt, facta eſt pubis. (8.) Pubis, & cujus pater adhuc vivit. (9.) Impubis, quæ poſtea pubis facta, & cujus Pater adhuc vivit. R. Jehuda dicit; etiam ſi quis elocavit filiam ſuam minorennem, & vidua facta eſt, aut expulſa eſt, rurſuſque rediit ad eum, dum adhuc pubis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

תשע נערות *Novem puellæ*, non puellæ ſtrictè dictæ; בוגרת והיא יתומה *pubes quæ pupilla eſt*; quæ nupſerit & cujus maritus mortuus eſt quando illa adhuc erat נערה *puella*, quæ pupilla eſt vivente patre, nam poſtquam nupta fuiſſet, pater in eam non amplius habebat poteſtatem; &, ſi deinceps facta fuiſſet בוגרת, & voverit, votum ejus firmum eſt, quia pater nequit reſcindere votum eo quod pubes eſt, & pupilla vivente patre.

נערה ובגרה והיא יתומה *Puella quæ pubes facta, & pupilla eſt*, quæ nupſerit, & cujus maritus mortuus fuerit, & voverit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primum tibi ſcitu neceſſarium eſt, nimirum, quod per יתומה *pupillam* hoc loco intelligitur ea quæ repudiata fuerit vivente patre, aut cujus maritus mortuus eſt, dummodo mortuus fuerit & illa repudiata fuerit poſt nuptias, & ejuſmodi in Gemara vocant יתומה בחיי האב *pupilla vivente patre*. Deindè intelligas oportet id quod dicit תשע נערות *novem puellæ*, accipiendum eſſe quando receperint ſponſalia; & omnes quæ hic dicuntur בוגרות *pubes*, ſunt ejuſmodi quæ votum fecerunt quando jam pubes factæ ſunt. Cæterum antecedenti capite jam expoſuimus, quod, ſi puella de-

verit quando puella erat, & poſtea pubes facta, ac pupilla vivente patre.

נערה שלא בגרה *Puella quæ non facta eſt pubes*, quæ puella erat quando vovebat, & nondum facta erat pubes, ſed pupilla vivente patre; & hæc tria comprehenduntur ſub *pupilla vivente patre.*

בוגרת ומת אביה *Pubes, ſed cujus pater mortuus eſt*, quæ pubes erat quando vovebat, cujuſque pater mortuus erat, ea propriè eſt pupilla; & hæc tria quoque continentur ſub eo quod dicitur, *& cujus pater mortuus fuerit.*

נערה שמת אביה ומשמת אביה בגרה וכו׳ *Puella cujus pater mortuus fuerit, & quando mortuus fuerit pater ejus, pubes facta eſt*, hæc tria continentur ſub voce בוגרת. In Gemara dicitur, quod Sapientes tantum loquuntur de tribus puellis, nempe, de pube, de pupilla, & pupilla vivente patre. *R. Jehuda dicit, etiam ſi quis elocaverit filiam ſuam minorennem, aut vidua facta fuerit &c.* nam, quia thorum nuptialem ingreſſa eſt, egreſſa eſt è poteſtate per illas deſponſationes.

deſponſa fuerit, maritus & pater illius irrita reddunt vota illius, & quod pater non reddit irritum quando illa eſt pubes. Et pater illius ac ultimus maritus irrita reddunt vota illius, ſi poſt deſponſationem repudiata fuerit; at à nuptiis eſt pupilla vivente patre, uti expoſuimus. Præterea quoque exponetur, quod maritus non deſtruet niſi ſponſa ſua intraverit thorum nuptialem; quæ omnia in memoria habeas neceſſe eſt. Dicit porro Miſna quod novem mulierum vota ſunt firma, propterea quod pater non eſt in vivis, aut quia pupilla eſt vivente patre, quando pater non habet poteſtatem irritum faciendi, nam votum fit irritum per maritum aut per patrem. Vel quia illa eſt בוגרת *pubes*, quando neque maritus neque pater irritum reddere poteſt, uti diximus. Prima itaque ex illis mulieribus eſt בוגרת והיא יתומה *pubes quæ pupilla eſt*, quæ deſponſa erat quando adhuc erat נערה *puella*, & deindè facta בוגרת *pubes*, & pupilla facta vivente patre, & quæ poſtea fecerat votum, hic conjunguntur duæ cauſæ quæ impediunt quo votum non reddatur irritum, nimirum, quia pubes eſt, & pupilla vivente patre. Secunda eſt, נערה ובגרה והיא יתומה *puella quæ pubes facta eſt, & pupilla*, ut, ſi hæc nupſerit & repudiata fuerit, & maritus denuo ipſi dederit ſponſalia poſt divortium, & illa deinceps facta fuerit בוגרת *pubes*, ecce hic maritus non reddet irritum votum primum quod uxor fecerit cum erat נערה *puella*, cujuſmodi ſe habebat jus, juxta id quod explicuimus, quod maritus & pater ejus irritum reddebant, quia ille eſt maritus illius ultimus, niſi fuerit ratio quæ illud impediret, quia illa erat pubes & pupilla. Scopus vero illius quod diximus eſt, quod maritus & pater illius irrita reddunt vota quæ illa fecerat dum adhuc erat ſub poteſtate primi mariti, & quando puella erat eo tempore quo votum reddebatur irritum. Tertia eſt, נערה שלא בגרה והיא יתומה *puella quæ non facta eſt pubes, ſed pupilla*, hoc convenit cum antecedenti, niſi quod illa relinquebatur cum adhuc erat *puella*, & tum redit ratio impedimenti reſcindendi vota in ſocietate mariti & patris, ut ſit pupilla vivente patre, propterea nec pater nec maritus habet poteſtatem reſcindendi vota, niſi illa intraverit thorum nuptialem. Quarta eſt, בוגרת ומת אביה *pubes cujus pater mortuus fuerit*, ut, ſi nupſerit dum adhuc erat *puella*; neque differentia eſt, ſive voverit dum adhuc erat *puella*, & maritus non audiverit illud votum niſi poſt impedimentum reſciſſionis, quia erat pubes, aut mortis cauſa, nam unaquæque ex illis cauſis eſt impedimentum reſciſſionis; ſive voverit poſtquam illa facta fuerit pubes. Quinta eſt, נערה בגרה ומת אביה *puella quæ pubes facta eſt, & cujus pater mortuus eſt*, ut, ſi maritus illi dederit ſponſalia, & tum fecerit votum poſtquam pubis facta fuerit, & pater illius mortuus fuerit, & hic eſt caſus quem in ſuperioribus jam manifeſtum dedimus. Sexta eſt, נערה שלא בגרה ומת אביה *puella quæ nondum pubes facta, ſed cujus pater mortuus eſt*, hæc etiam eſt ut ea quæ antecedit, niſi quod ei una tantum eſt cauſa quæ impedit votum reddere irritum, quæ eſt mors patris. Septima eſt, נערה שמת אביה ומשמת אביה בגרה *puella cujus pater mortuus eſt, & ex quo mortuus eſt pater ejus, facta eſt puber*, hæc non differt à quinta, niſi quod hic ſit anticipatio mortis patris in tempore illo quo facta eſt pubes. Octava eſt, בגרת ואביה קיים *pubes cujus pater vivit*, ut, ſi illa deſponſa fuerit dum adhuc erat *puella*, verum quando votum faciebat erat puella. Nona eſt, נערה בגרת ואביה קיים *puella, quæ pubes facta eſt, & cujus pater adhuc vivit*, quæ votum fecit dum adhuc erat *puella*, & deindè facta eſt pubes, & cujus pater adhuc vivit, tum pater audivit votum & maritus; hinc tibi expoſitum eſt, quod omnium harum novem puellarum quas in principio inſignivit nomine נערה *puella*, ſcopus eſt, ut intelligatur ejuſmodi quæ votum fecit dum adhuc erat *puella deſponſa*, ſed cujus votum non audivit maritus, donec innovata fuerit cauſa quæ impediebat retractationem voti. Cæterum, in quocunque loco non dicitur in principio נערה *puella*, ſcopus eſt quod votum fecit poſtquam tranſegerit ætatem *puellæ*, etſi puella eſſet quando deſponſa erat. Jam expoſitum eſt capite tertio tractatus Cetubhot, quo ſenſu vocatur נערה *puella*, & quo tempore, & quando vocatur בוגרת *pubes*, conſequitur itaque hæc definitio ex ante dictis, quod puellæ deſponſæ, ſi adhuc puella fuerit in tempore reſciſſionis voti, & pater adhuc vixerit, & non fuerit pupilla vivente patre, votum irritum reddere poſſunt in ſocietate patris & mariti, uti expoſuimus. Cæterum, non computavit hic doctor inter puellas quas computavit quod vota earum firma ſunt, pupillam vero in ſpecie, nimirum, ſi deſponſa fuerit pupilla vivente patre, & hoc indicio eſt quod illa comprehenditur ſub puellis quarum vota non ſunt firma, quæ pater & maritus illius irrita poſſunt reddere, & hæc eſt opinio R. Jehudæ qui dicit, *etiam ſi quis elocaverit filiam ſuam minorennem, & vidua facta ſit, aut expulſa, rurſuſque redierit ad eum, dum adhuc pubes eſt*, &, ſi deindè deſponſa fuerit, pater & maritus irrita reddunt vota illius. R. Meyr eſt in ſententia R. Jehudæ quod ad eum qui deſponderit pupillæ, ſed contrarius eſt in eo ſi quis deſponderit puellæ, quæ deinceps pubes facta eſt vivente patre, eſtque hæc tertia ex novem puellis de quibus R. Meyr dicit quod vota earum firma ſunt, & propterea illa recenſetur inter novem puellas. Et ſic dixerunt, hæc ſunt verba R. Meyri, at R. Jehuda ipſi contrarius eſt, dicens, etiamſi puella ſit, pater tamen ejus & ultimus maritus irritum reddunt primum illius votum. Sapientes huic ſententiæ contradicunt, dicentes, trium puellarum vota ſunt firma, pubis, pupillæ, & pupillæ vivente patre; deciſio eſt juxta Sapientes. Hinc conſequitur, quod, ſi deſponſa fuerit quando adhuc erat puella, & voverit quando adhuc erat puella, & neque pater neque ſponſus audiverit votum niſi poſtquam facta fuerit pubes, aut pupilla facta fuerit vivente patre, aut mortuus fuerit pater, & ſi tum ſponſus audiverit votum quod fecit ſponſa, firmum eſt, & quod factum fuerit præter hoc ipſum, pater & maritus ejus irritum reddunt.

יא קונם שאיני נהנית לאבא ולאביך אם עושה אני על פיך שאיני נהנית לך אם עושה אני על פי אבא ועל פי אביך הרי זה יפר:

11. (Si qua dixerit) *res ſacrata erit, quicquid ego prodeſſe potero patri meo, aut patri tuo*; (Item;) *ſi ego fecero quicquam pro ore tuo*; (aut) *ſi ego commodum ex te percepero*; (aut) *ſi ego quicquam paravero pro ore patris mei aut patris tui*: tum poterit ille (maritus) irritum reddere.

R. OB. DE BARTENORA.

קונם שאיני נהנית לאבא ולאביך וכו׳ *Munus eſto mihi quicquid ego prodeſſe potero patri meo, aut patri tuo &c.* nam, quan-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Veriſſimum mihi eſt quod Miſnæ auctor in hoc loco mentionem fecit hujus voti, quia eſt votum puellæ deſponſæ, dicit

quandoquidem illi prohibitum eſt commodum patris ſui & patris mariti medio ejus quod illa fecit marito ſuo, opprobrium eſt marito, eſtque res quæ intercedit marito cum uxore ſua.

dicit itaque, ſi illa conditionate votum fecerit, quod non faciet voluntatem patris ſui, aut mariti ſui, & quamdiu fecerit voluntatem unius ex illis, non capiet utilitatem ab altero, hoc votum irritum reddere poteſt pater & maritus ejus. Nam putaremus, quod ſi fecerit voluntatem unius ex illis cum retractatione voti, illi prohibitum eſſet quicquam commodi capere ab altero, & quod non valeret in hoc voto retractatio, propterea nos docet quod illi irritum reddunt, juxta jus omnium votorum; & fieri quoque poteſt ut hoc jus ſit pro omni muliere quæ fecerit hoc votum ſub marito ſuo.

יב בראשונה היו אומרים שלש נשים יוצאות ונוטלות כתובה האומרת טמאה אני לך שמים ביני ולבינך נטולה אני מן היהודים חזרו לומר שלא תהא אשה נותנת עיניה באחר ומקלקלת על בעלה אלא האומרת טמאה אני לך תביא ראיה לדבריה שמים ביני לבינך יעשה דרך בקשה נטולה אני מן היהודים יפר חלקו ותהא משמשתו ותהא נטולה מן היהודים:

12. Olim dixerunt: Tres exeunt mulieres, & auferunt dotem. (Scilicet) ſi dixerit aliqua; *immunda ſum à te: Deus inter me & te*: (aut) *prohibita ſum à Judæis.* Sed poſteà dixerunt; (non auferunt dotem,) ne mulier vertat oculos ſuos in alium, perverſeque agat contra maritum. (Itaque) ſi dixerit aliqua; Immunda ſum à te: tunc adferat demonſtrationem pro verbis ſuis. Si dixerit; Deus inter me & inter te, precibus cum eo agat (ut dimittat.) Si dixerit; prohibita ſum à Judæis: tum ſolvere poteſt quod ad partem ſuam, ut ipſi miniſtret, ſed erit tamen prohibita Judæis aliis.

R. OB. DE BARTENORA.

האומרת טמאה אני לך *Quæ dixerit, tibi immunda ſum*, ſermo eſt de uxore ſacerdotis, quæ marito ſuo prohibita eſt ſi vi compreſſa fuerit ab alio, ſed tum non perdidit dotem ſuam matrimonialem; Sapientes eam fecerunt fide dignam in eo quod prohibita eſt marito ſuo. Et cum dimittitur cum divortio, recipit dotem ſuam matrimonialem, quemadmodum dicit conditio dotis matrimonialis, *quando nupſeris alii, auferes id quod tibi ſcriptum eſt.*

השמים ביני ובינך *Deus ſit inter me & te*, exponit Gemara, uxor dicat ראינו יורה כחץ *quod non jaculat ut ſagitta*, ut hæc ejuſmodi eſt res quæ manifeſta eſt tantum Deo, quam tamen mulier probare nequit; ſed hic tractatur de illa cum venerit cum ratione, dicens, *peto baculum pro manu mea, & palam pro ſepulchro*, nam ſi ita non factum fuerit, dicimus illi, apage, tibi non commendatum eſt præceptum fructificationis & multiplicationis.

נטולה אני מן היהודים *Prohibita ſum à Judæis*, quæ in ſe receperit prohibitionem conjugii omnium Judæorum; & quamvis ſeptimo capite tractatus Cetubhot dicatur, quod ſi illa votum fecerit, exibit ſine dote matrimoniali, quia illa ipſa eſt in cauſa; exponit tamen Raſchi in tractatu Jebhammot, dicens, quandoquidem in ſe recepit prohibitionem conjugii omnium Judæorum, hinc certum eſt quod vi coacta eſt, & conjugium nocet. Putat autem Miſna prima, quod hæc non eſt ex illis rebus quæ intercedunt marito cum uxore, quia fieri poteſt ut repudiet ipſam.

שלא תהא אשה נותנת עיניה באחר ומקלקלת על בעלה *Ne uxor vertat oculos ſuos in alium, & perverſe agat cum marito ſuo*, ideo perverſè egerunt generationes & ſuſpicatæ ſunt quod illa mentitur, ut exeat è poteſtate mariti ſui. תביא ראיה לדבריה *adferat demonſtrationem verbis ſuis*, nam non habent illi fidem ſine demonſtratione.

יעשה דרך בקשה *precibus cum eo agat*, petunt ab illa ne magis loquatur de hoc negotio; in Talmude Jeruſolymitano exponitur quod convivium inſtituunt, & lætantur: יפר חלקו *irritam reddet partem ſuam*, quia eſt ex rebus quæ intercedunt illi cum illa, ideoque irritum reddit pro ſeipſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האומרת טמאה אני לך *Quæ dixerit, immunda ſum tibi*, vult dicere; quod cum alio concubuerit quando erat ſub poteſtate mariti ſui. Cæterum jam noſti quod uxor Iſraëlitæ quæ adulterium commiſerit, & cujus adulterium teſtibus confirmatum fuerit, uti expoſuimus in tractatu Sota, aliter fieri non poteſt adultera niſi nolens, aut volens: ſi vero adulteraverit nolens, licita eſt marito ſuo, uti expoſuimus in tractatu Cetubhot. Sin autem volens adulteraverit, tum prohibita eſt marito, & non cedit ei dos matrimonialis. Sed uxor ſacerdotis quando cum alio concubuerit, ſive nolens ſive volens, prohibita eſt marito ſuo, uti expoſitum eſt in tractatu Cetubhot. Sic etiam nobis fundamentum eſt quod uxor ſacerdotis nolens compreſſa, prohibita eſt marito ſuo, & quamvis Lex eam prohibuerit, tenetur tamen maritus ei dare dotem matrimonialem, quia illa diceret, *ego pro meipſa legitima ſum, ager tuus tibi ipſi inundatus eſt*, & recipiet dotem ſuam matrimonialem, & exibit; ſed hic caſus non obtinet in uxore Iſraëlitæ, nam, ſi dixerit, *polluta ſum vi*, licita eſt marito ſuo. Verum ſi dixerit, *volens compreſſa ſum*, non cedit illi dos matrimonialis, nam quæcunque confeſſa fuerit quod volens adulteravit, perdit dotem ſuam matrimonialem, ejuſdemque conditiones omnes, nec cedit illi quicquam è domo patris præterquam id quod jam exiſtit; neque de bonis uſuariis, neque de bonis gregis ferrei, ſed auferet id quod eſt coram ipſa, & abibit. Marito autem datur electio, an eam velit repudiare, an vero nuptam ſecum retinere, quandoquidem non adſunt teſtes, quemadmodum hic expoſitum eſt, & deinceps exponemus in tractatu Sota. Nam non dicimus marito, ſi tu negaſſes illi, propterea coiviſſes cum ea; quod ſi ita factum fuiſſet, obligatus es ſolvere illi dotem matrimonialem. Fundamentum enim eſt nobis in tota Lege confirmatum, quod *dividimus ſermonem*, id eſt, quod in principio fidem habemus rei quocunque modo id fiat, ſed non credimus illi alio ſenſu; quorum nonnulla jam adduximus exempla in tractatu Jebhammot, propterea, quod hic dicitur בראשונה היו אומרים וכו׳ *in principio dicebant &c.* intelligitur tantum de uxore ſacerdotis, quæ dixit, *polluta ſum nolens*, quam Sapientes faciunt fide dignam, & dicunt quod marito non licet coire cum illa, ſed quod prohibita ſit ipſi; ita exponitur in Gemara, & quandoquidem hunc caſum tractabamus, voluimus eum abſolvere. Præterea ſcias velim id quod dicitur in Gemara, quod uxor quæ marito ſuo dixerit quod ſeductione adulteravit, aut ex errore, putando quod maritus ſuus erat is quicum ea coibat, non ſit fide digna; & ratio adfertur, quod fieri potuit ut oculos ſuos conjecerit in alium, unde indicium eſt, quod prohibita eſſet marito, ſi fide digna eſt; hoc jus non niſi de uxore ſacerdotis intelligendum eſt; hinc Gemara conſequentias educit in hoc caſu de uxore ſacerdotis. Sed uxor Iſraëlitæ, etſi credamus illi, tamen licita erit, quia error & ſeductio ſunt pars violentiæ.

השמים ביני לבינך *Deus ſit inter me & inter te*, his verbis uxor notat quod nemini præterquam Deo notum eſt, qui ſolus occulta novit; ut, ſi dixerit illa quod maritus non valet ad coitum, quia non emittit ſemen ut ſagitta, ita ut ab ipſo non poſſit imprægnari. Fundamentum eſt nobis, quod uxor novit an maritus ſemen emittit ut ſagitta, quod maritus nequit

ſcire; quia uxor hoc habet ex ſenſu quando ſemen recipit, quod maritus non ita ſentire poteſt, quia extra ſe ipſum, adeoque extra ſenſum eſt. Niſi nobis ſuſpicio fuerit, quod oculos ſuos in alium conjecerit, quamobrem repudiaſſemus eam, & obligaſſemus eum ut ſolvat illi dotem matrimonialem. Propterea, ſi eam repudiare voluerit & ſine dote matrimoniali dimittere, poſtquam illi nupta fuerit decem annos & non pepererit, uti expoſuimus in tractatu Jebhammot, tres hic occurrunt caſus, quorum primus eſt, quod, ſi illa dixerit, neſcio quænam cauſa ſit, nimirum, ſi impedimentum impraegnationis proveniat ex ipſo, aut ex me, exibit ſine dote matrimoniali, juxta fundamentum quod tenemus de omnibus caſibus dubiis, bona manent in poſſeſſione domini eorum. Secundus eſt, quod, ſi illa fidem dederit & dixerit, quod impedimentum impraegnationis provenit ex marito, & non ex ſeipſa, quia non emittit ſemen ut ſagitta, tum maritus tenetur dotem matrimonialem ſolvere uxori, ſed anathematizant illam ſi neſciat certitudinem caſus & erret, maritus nequit eam adigere ad jusjurandum Sapientum, quia dicere non poteſt quod ſemen emittit ut è ſagitta emittitur, quia veritatem & certitudinem actionis ignorat. Tertius eſt, quando illa confeſſa fuerit quod maritus ſemen emittit inſtar ſagittæ, & tum res clara eſt. Cæterum quod dicit עשו דרך בקשה *precibus cum eo agant*, vult, quod petunt ab ipſa ut maneat apud maritum, & non cogunt eum ut dimittat illam, neque illam cogunt ut maneat apud ipſum. Neque de illa pronunciarunt jus illius quæ marito rebellis facta eſt, ſed rem differunt & pacem inter eos facere ſtudent, & non prius contra eos jus pronunciant quam pax facta fuerit. נטולה מן היהודים *ſeparata ſum à Judæis*, id eſt, ſi recepit in ſe prohibitionem de utilitate capienda ab ullo Judæo. יפר חלקו *irritam reddet partem ejus*, hæc opinio refutata eſt, nam ſunt verba R. Joſes, uti tibi dixi, & ita exponit Gemara. Cæterum Sapientes dicunt, quod totum reddit irritum, quia ſunt vota afflictionis animæ. Jam dixi tibi quod votum ejus non eſt firmum ullo modo in hoc caſu, niſi in ſe receperit prohibitionem utilitatis capiendæ ab uno homine aut à pluribus, at ſi omnium Judæorum prohibitionem utilitatis capiendæ in ſe receperit, irritum reddet; & exponimus quod deciſio eſt juxta Sapientes.

Finis Tractatus de Votis.

מסכת נזיר

פרק א כל כינויי נזירות כנזירות האומר אהא הרי זה נזיר או אהא נוה נזיר נזיק נזיח פזיח הרי זה נזיר הריני כזה הריני מסלסל הריני מכלכל הרי עלי לשלח פרע הרי זה נזיר הרי עלי צפורים רבי מאיר אומר נזיר וחכמים אומרים אינו נזיר :

Tractatus de Nazyræis.

CAput 1. Omnia Epitheta Naſiræatus, idem ſunt ac (nomen) Naſiræatus. (Itaque) ſi quis dixerit; *Ero*: ecce erit hic Naſiræus. Aut; *Ero pulcher*: (erit) Naſiræus. (Aut;) נזיק נזיח פזיח (ſunt Epitheta Rabbinorum:) ecce hic Naſiræus eſt. (Item;) *ecce ego ero ſicut Hic* (qui ſcil. Naſiræus eſt:) (Item;) *ecce ego concinnabo*; *ecce ego alam* (ſcil. comam & barbam;) *ecce ego promiſſurus) ſum comam*: ecce hic eſt Naſiræus. (At ſi dixerit;) *ecce ſuper me avicula* (pro Naſiræatu oblatæ Num. 6.) R. Meyr dicit; Naſiræus eſt: ſed (meliùs) Sapientes dicunt; non eſt Naſiræus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כינוי נזירות כנזירות *Omnia Epitheta Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus*, id quod non eſt nomen ipſius rei, vocatur כנוי *cognomen*, uti dicitur המכנה is qui nomen imponit proximo ſuo.

האומר אהא *Qui dixerit, ero*, non eſt cognomen ſed vocatur בית יד *anſa*, ut anſa qua apprehenditur vas, ſic etiam votum apprehenditur hac voce. Sed deficiunt quædam verba, quæ hoc ſenſu addenda ſunt, *omnia cognomina Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus, & omnes anſæ Nazyræatus, ſunt ut ipſe Nazyræatus; hæ ſunt anſæ Nazyræatus, ſi quis dixerit, ero, ero pulcher; hæc vero ſunt cognomina Nazyræatus, Naſyk, Naſyach, Paſyach; qui dixerit, ero*, & viderit ipſum Nazyræum tranſeuntem, & dixerit, *ero*, etſi non dixerit, ero ut hic, ſi intenderit fieri Nazyræus ut ille, ecce Nazyræus eſt, etſi id non pronunciaverit ore ſuo. *Ero pulcher*, apprehendens pilos ſuos, & dicens, *ero pulcher*, id eſt, ero pulcher hoc pilo quem aluero, ſi hoc cum attentione dixerit, Nazyræus eſt, etſi non declaraverit expreſſis verbis, quia ejuſmodi & ſimilia ſunt *anſæ Nazyræatus*, quæ ſunt inſtar Nazyræatus.

נזיק נזיח פזיח *Naſyk, Naſyach, Paſyach*, ſunt formulæ loquendi è gentibus petitæ, quæ illis Nazyræum notare ſolent, quarum lingua proximè accedit ad linguam Iſraëlis, propterea formulæ ejuſmodi vocantur *cognomina Nazyræatus*.

הריני כזה *Ecce ego ut hic*, deſignans Nazyræum qui ipſi ade-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit אהא הרי זה נזיר או אהא נוה *ero, ecce hic erit Nazyræus, aut, ero pulcher*, id non notat cognomina Nazyræatus, ſed partes Nazyræatus, quæ vocantur ידות *anſæ*, id eſt partes verborum quæ docent ſenſum Nazyræatus; propterea hujus Miſnæ expoſitio erit hoc ſenſu, cognomina Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus, & anſæ Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus, & hæ ſunt ידות *anſæ*; ſi quis dixerit אהא *ero*, & intentio ejus fuerit dicere, אהיה נזיר *ero Nazyræus*, & ea conditione ut Nazyræus tranſierit ante ipſum eo tempore quo hoc dicebat, ſic etiam ut dicat quod hanc rem intendebat; ideo nos docet, quod non eſt neceſſe ut in voto Nazyræatus os reſpondeat cordi, ſed quod intentio demonſtratio perfecta eſt quando ea modo in corde eſt, etſi os non exprimat intentionem cordis, & tenetur Nazyræatu. Similiter, ſi dixerit, אהא נוה *ero pulcher*, & ea conditione ut apprehendat capillos ſuos, quando hoc dicebat per modum innuendi, ac ſi dixiſſet, *ero pulcher in hoc.*

נזיק נזיח פזיח *Naſyk, Naſyach, Paſyach*, ſunt cognomina Nazyræatus, quæ ita proferebantur à nationibus quæ Iſraëli adjungebantur, confundendo ejuſmodi voces cum נזיר; quæ pronunciatio deindè obtinuit inter vulgus, ita ut pro נזיר pronunciarent *Naſyk*, *Naſyach*, aut *Paſyach*.

הריני כזה *Ecce ego ero ut hic*, innuit Nazyræatum; מסלסל *concinnabo*, complanabo & lævigabo pilos barbæ manu mea; מכלכל *alam*, (comam & barbam.) Sic etiam de partibus genitalibus, quando pili coronæ accreverint, dicitur,

aderat; הריני מסלסל מכלכל הרי עלי לשלח פרע *ecce ego concinnabo*, *ecce ego alam* (comam & barbam) *ecce ego promiſſurus ſum comam*, omnia hæc tantum intelligenda ſunt ſi apprehenderit pilos ſuos, & intenderit fieri Nazyræus; vox מכלכל etiam uſurpatur de illo cujus pili creverint in pudendis.

הרי עלי צפרים *Ecce ſuper me aviculæ*, notat duos turtures aut duos pullos columbarum, ſuntque in ſacrificium Nazyræi polluti, quando ipſum tranſierit Nazyræus.

רבי מאיר אומר נזיר *R. Meyr dicit*, *Nazyræus eſt*, nam quandoquidem Nazyræus tranſibat ante ipſum, & aves ſunt ſacrificium Nazyræi polluti, ergo indicant verba quæ dixit, *ecce ſuper me aves*, ipſum Nazyræatum intendere. וחכמים אומרים אינו נזיר *at Sapientes dicunt*, *non eſt Nazyræus*, deciſio eſt ſecundum Sapientes, quod non ſit Nazyræus; ſed tur, משתכלכל העטרה *quando accreverit corona*; propterea, ſi manum ſuam extenderit ad pilos capitis ſui, & apprehenderit eos, ac dixerit, *ecce ego alam*, *aut*, *ecce ego concinnabo*, tum tenetur Nazyræatu.

הרי עלי צפרים *Ecce ſuper me aviculæ*, ſunt duo turtures, aut duo pulli columbarum, quos offerre tenetur Nazyræus in ſacrificium quando pollutus eſt, & ſi occurrit ipſi Nazyræus purus, & ille dixerit, *ecce ſuper me aviculæ*; dicit R. Meyr, quandoquidem hæ aviculæ ſunt de ſacrificio Nazyræi immundi, & ipſi occurrit Nazyræus, tenetur Nazyræatu. Sapientes dicunt, quod non tenetur Nazyræatu, ſed quod tenetur adducere duos turtures, aut duos pullos columbarum tantum, quos offeret in ſacrificium ſpontaneum; deciſio non eſt juxta Sapientes.

aves adducet ad ſolvendum votum ſuum.

SURENHUSIUS. Sequitur מסכת נזיר Tractatus de Nazyræis cum qui agit de Votis, quia Nazyræatus comprehenditur ſub generibus votorum, ſicuti ſcriptum eſt Num. 6, 2. איש או אשה כי יפליא לנדור נדר נזיר Legem de Nazyræatu à Deo inſtitutam nobis prodidit Moſes capite ſexto libri Numerorum, hoc ſenſu; *Quum vir aut mulier nuncupaverit votum, vovendo votum Nazyræi, ſe Nazyræum fore Jehovæ; à vino aut ab alio potu inebriante abſtineto, acetum vini, & acetum ullius potus inebriantis ne bibito; & nullum potum è maceratis uvis bibito, nec ullas uvas recentes, aut ſiccas comedito, omnibus diebus Nazyræatus ſui: de nulla re quæ fit ex vite vinifera, vel ipſis nucleis acinorum & cute comedito. Omnibus diebus voti Nazyræatus ſui novacula ne tranſito ſuper caput ejus; uſque dum compleantur dies illi quibus voverit ſe Jehovæ Nazyræum fore, ſanctus eſto, ſinendo creſcere comam, capillos capitis ſui. Omnibus diebus quibus ſe Jehovæ Nazyræum fore voverit, ad cadaver mortui ne accedito. Propter patrem ſuum aut propter matrem ſuam, propter fratrem ſuum aut propter ſororem ſuam, ne ſe polluito propter illos, quum mortui ſunt: quia coronam Dei ſui gerit in capite ſuo. Omnibus diebus Nazyreatus ſui, ſanctus eſt Jehovæ. Quod ſi quis mortuus fuerit juxta eum repentino caſu, polluetur caput Nazyræatus ipſius, & caput ſuum radet in die purificationis ſuæ, die ſeptimo radet ſe. Cæterum octavo die duos adferet turtures, vel duos columbæ pullos ad ſacerdotem, ad portam tentorii conventus. Quorum unum ſacerdos parabit in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum, & expiabit pro ipſo in eo quod peccavit circa cadaver iſtud; & conſecrabit caput illius eo die. Deinde ſeparabit Domino dies Nazyræatus ſui, atque agnum anniculum adducet in ſacrificium pro reatu, dieſque primi irriti erunt, quia pollutus fuit Nazyræatus illius. Hæc autem eſto Lex Nazyræi poſtquam dies Nazyræatus illius completi fuerint, adferto illud ad portam tentorii conventus. Et ſacrificium ſuum Domino offeret agnum anniculum perfectum unum in holocauſtum, & ovem anniculam alteram perfectam in ſacrificium pro peccato, & arietem unum perfectum in pacifica. Porro caniſtrum panis azymi, collyras e ſimila miſtas oleo, & lagana azyma uncta oleo, muneraque eorum & libamina eorum. Offeret autem ſacerdos ante faciem Domini, & parabit ſacrificium pro peccato cum holocauſto illius. Sed arietem parabit in ſacrificium pacificum Domino cum azymi panis caniſtro; parabit quoque ſacerdos munus ejus & libamen ejus. Tunc radet Nazyræus in porta tentorii conventus caput Nazyræatus ſui, atque capitis Nazyræatus ſui pilos accipiet, eoſque igni imponet; qui ſacrificio pacifico ſubeſt. Poſtea Sacerdos accipiet armum iſtum coctum ex ariete illo, & collyram azymam unam ex illo caniſtro cum lagano azymo uno, eaque manibus Nazyræi imponet, poſtquam raſerit Nazyræatum ſuum. Hæc vero agitabit ſacerdos agitatione ante facies Domini; res ſancta erit pro ſacerdote, una cum pectore agitationis & armo elevationis: poſtmodum Nazyræus ille bibet vinum.* Hæc præcepta Dei Hebræorum doctores in compendium redegerunt, atque inde duo affirmantia & octo negantia præcepta confecerunt, cujuſmodi ſunt (1) Ut Nazyræus comam alat. (2) Ut per totum Nazyræatus ſui tempus ſe non radat. (3) Ne vinum bibat Nazyræus, imo ne quidem vini mixturam, licet acetum ſit. (4) Ne uvas comedat recentes. (5) Ne uvas paſſas comedat. (6) Ne acinorum nucleos comedat. (7) Ne exteriorem uvarum corticem comedat. (8 Ne mortui alicujus tentorium ingrediatur. (9) Ne polluatur per mortuos. (10) Ut finito Nazyræatus ſui tempore, aut cum pollutus ſit, una cum ſacrificiis ipſi adducendis ſeſe radat. Et hæc præcepta auctor in hoc tractatu ulterius perſequetur.

ב הריני נזיר מן החרצנים ומן הזגים ומן התגלחת ומן הטומאה הרי זה נזיר וכל דקדוקי נזירות עליו הריני כשמשון כבן מנוח כבעל דלילה כמי שעקר דלתות עזה כמי שנקרו פלשתים את עיניו הרי זה נזיר שמשון מה בין נזיר עולם לנזיר שמשון נזיר עולם הכביד שערו מיקל בתער ומביא שלש בהמות ואם נטמא מביא קרבן טומאה נזיר שמשון הכביד שערו אינו מיקל ואם נטמא אינו מביא קרבן טומאה:

2. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum Naſir* (ſcil. abſtinens) à חרצנים (*exteriore cute uvarum*,) & à זגים (*vinaceis*,) *& à tonſurâ*, *& ab immunditie*: tum ecce hic eſt Naſiræus, & omnia minuta Naſiræatus ſunt ſuper eo. (Aut ſi dixerit;) *ecce ego ſum ſicut Schimſchon*; *ſicut filius Manoach*; *ſicut Dominus* (maritus) *Delilah*; *ſicut ille*, *qui evulſit portas Gaſæ*; *ſicut ille*, *cui Philiſthæi effodere oculos*: ecce tum hic eſt Naſiræus Schimſchonæus Quid intereſt inter Naſiræum perpetuum, & Naſiræum Schimſchonæum? Naſiræus perpetuus, ſi aggravata eſt coma ejus, leviorem reddit novacula, adfertque tres beſtiolas, & ſi polluitur, adfert Korban immunditiæ. Naſiræus Schimſchonæus, etiamſi coma aggravetur: non tamen leviorem reddit; nec, ſi polluitur, adfert Korban.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר מן החרצנים וכו' *Ecce ego ſum abſtinens à nucleis acinorum &c.* id eſt, ſi aliquam ex illis rebus nominaverit, tum Nazyræus eſt perinde ac ſi dixerit, ſum Nazyræus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si dixerit הריני נזיר מן החרצנים *ecce ego ſum abſtinens à nucleis acinorum*, tenetur ad omnia jura Nazyræatus; ſic etiam, ſi quis dixerit, מן הזגין à vinaceis, nec non ab התגלחת ton-

ræus ſimpliciter; quia autem in fine Miſnæ dicere debebat quod Nazyræus perpetuus & Nazyræus Schimſchonis non tenentur omnes obſervare Nazyræatus circumſtantias, ideo hic dicit in principio, quod non recipit in ſe omnes circumſtantias Nazyræatus.

מה בין נזיר עלם לנזיר שמשון *Quid intereſt inter Nazyræum perpetuum & Nazyræum Schimſchonæum?* deficiunt quædam in hac Miſna, nam ita dicendum fuiſſet, *ſi votum fecerit quod velit eſſe Nazyræus perpetuus, eſt Nazyræus perpetuus; quæ differentia eſt inter Nazyræum perpetuum & Nazyræum Schimſchonæum?* Nazyræus perpetuus ſi pilos ſuos aluerit, novacula diminuantur à duodecim ad duodecim menſes; & hoc intelligitur de Abſalom qui erat Nazyræus perpetuus, de quo ſcriptum eſt 2 Sam. 14, 26. והיה מקץ ימים לימים אשר יגלח כי כבד עליו וגלחו & Levit. 25, 29. ſcriptum eſt ימים תהיה גאלתו *dies* (id eſt annum) *erit redemptio ejus.*

ואם נטמא אינו מביא קרבן טומאה *Et ſi pollutus fuerit, non adferet oblationem immunditiei*, quamvis ab initio licitum ſit ipſi ſe polluere, nam Simſon ſe polluit per mortuos, ſic enim traditione receptum eſt; & quod dicit ואם נטמא *& ſi pollutus fuerit*, indicat בדיעבד, id eſt, *ſi res facta fuerit hoc & illo modo*, non autem לכתחלה *ab initio rei, eaque adhuc integra*; eo quod in principio Miſnæ dixit de Nazyræo perpetuo, אם נטמא *ſi pollutus fuerit*, ideo quoque idem dicit in fine de Nazyræo Simſonæo.

tonſurâ. Cæterum quod dicit הריני כשמשון *ecce ego ero ut Schimſchon*, vult, ſe fore ut Nazyræus Schimſchonis qui non abſtinebat ab immunditie; & hoc eſt ex traditione, & quod dixerunt, גמרא גמירי לה *traditione acceperunt illud.* Quod autem hoc permiſerunt illi, ratio eſt, quia non fecit votum Nazyræi, ſed angelus matri dixit Jud. 13, 6. כי נזיר אלהים יהיה הנער מבטן vox autem נזיר notat פרוש *Phariſæum ac ſeparatum.* Porro hujus Miſnæ ſenſus eſt, ſi quis dixerit, *ero Nazyræus in perpetuum*, tum, ſi aluerit pilos ſuos, diminuet eos novacula, id eſt, licet ipſi tondere ſe novacula à duodecim ad duodecim menſes, quod demonſtrarunt ex Abſalomone qui erat Nazyræus perpetuus, uti notum eſt inter Sapientes ex traditione. Præterea invenimus quoque de illo ſcriptum eſſe 2 Sam. 14, 26. והיה מקץ ימים לימים אשר יגלח כי כבד עליו וגלחו

Ne vero tibi perſuadeas hoc repugnare ei quod dicitur Num. 6, 5. תער לא יעבר על ראשו nam hic locus non tractat de Nazyræo perpetuo, ſed de eo qui pro tempore fecerit votum, uti ibidem dicitur עד מלאת הימים אשר יזיר ליהוה. Quod autem dictum eſt de Simſone Nazyræo ואם נטמא *ſi pollutus fuerit*, non monſtrat quod illi non licitum eſt polluere ſe ab initio & re adhuc integra, ſed monſtrat quod ipſi licitum eſt polluere ſe ab initio, ut Simſon; ſed quia dixit de Nazyræo perpetuo, *& ſi pollutus fuerit*, ideo etiam idem dicit de Nazyræo Simſonæo, *& ſi pollutus fuerit.*

ג סתם נזירות שלשים יום אמר הריני נזיר אחת גדולה הריני נזיר אחת קטנה אפילו מכאן ועד סוף העולם נזיר שלשים יום הריני נזיר ויום אחד הריני נזיר ושעה אחת הריני נזיר אחת ומחצה הרי זה נזיר שתים הריני נזיר שלשים יום ושעה אחת נזיר שלשים ואחד יום שאין נוזרים לשעות:

3. Abſolutè (ſi quis voverit) *Naſiræatum*, eſt XXX. dierum. Si dixerit; *ecce ego ſum Naſiræus, uno* (Naſiræatu) *magno* (aut,) *ecce ego ſum Naſiræus uno parvo*: etiamſi abhinc, & ad finem mundi: (ſemper) eſt Naſiræus XXX. dierum. (Si dixerit;) *ecce ego ſum Naſiræus, & diem unum* (inſuper;) (aut,) *ecce ego ſum Naſiræus, & unam horam*; (aut,) *ecce ego ſum Naſiræus uno* (Naſiræatu,) *& dimidio*: ecce hic eſt Naſiræus duorum (Naſiræatuum, aut bis Naſiræus, id eſt, LX. dierum.) (Aut,) *ecce ego ſum Naſiræus XXX. dierum, atque unius horæ*; Naſiræus XXX. dierum, & unius diei: (Similiter eſt Naſiræus duorum Naſiræatuum:) quia nullum Naſiræatum horarium vovent.

R. OB. DE BARTENORA.

סתם נזירות שלשים יום *Abſolute* (ſi quis voverit) *Nazyræatum, eſt triginta dierum*, nam ſcriptum eſt Num. 6, 5. קדש יהיה *ſanctus erit*, vox יהיה facit triginta, ſi literas computes, hinc dixerunt quod Nazyræatus debet durare triginta dies.

הריני נזיר אחת גדולה *ecce ego ero Nazyræus uno* (Nazyræatu) *magno*, ſive dixerit, ero Nazyræus Nazyræatus magni, ſive dixerit, ero Nazyræus Nazyræatus parvi, ſive dixerit, ſum Nazyræus Nazyræatus abhinc uſque ad finem mundi, erit Nazyræus triginta dierum. Et quod dixit, *abhinc uſque ad finem mundi*, vult, ac ſi dixiſſet, hic Nazyræatus tam eſt diuturnus quam ſpatium illud quod dixerit, ab hoc tempore uſque ad finem mundi.

הריני נזיר ויום אחד וכו׳ *Ecce ego ſum Nazyræus, & diem unum* (inſuper;) nam, quandoquidem dixit, *ſum Nazyræus*, recepit in ſe Nazyræatum unum, & deindè addidit, *& unum diem*, intelligitur alius Nazyræatus, eo quod Nazyræatus ad minimum eſt triginta dierum. Sic etiam, ſi dixerit, *ecce ego Nazyræus ſum, & unam horam*, aut, *ecce ſum Nazyræus uno & dimidio* (Nazyræatu,) intelliguntur duo Nazyræatus, quia unam horam Nazyræus eſſe non poteſt, aut dimidio Nazyræatu, ut non ſit Nazyræus triginta dierum, propterea erit Nazyræus duorum Nazyræatuum, & tondebit ſe in fine triginta dierum, & obſervabit alium Nazyræatum. הריני נזיר שלשים יום ושעה אחת הרי זה נזיר שלשים ואחד יום *ecce ego ero triginta dierum Nazyræus, & unius horæ, ecce ego ero Nazyræus triginta dierum, & unius diei*, quia non eſt Nazyræus horarum, uti ſcriptum Num. 6, 5. ימי נזרו *dies Nazyræatus*, perinde ac ſi dixiſſet, triginta & unum diem, nam non dicimus, quod una illa hora qua illud dixit, eſt Nazyræatus ſpecialis, quia conjungi poteſt cum numero triginta dierum quos primo nominavit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Applicarunt hoc fundamentum, nimirum, quod votum Nazyræi abſolutum continet ſpatium triginta dierum, ex eo quod ſcriptum eſt Num. 6, 5. קדש יהיה *ſanctus erit*, quia literæ in voce יהיה continent numerum triginta, & ſic Nazyræatus non minores quam triginta continet dies; hoc traditione receptum eſt, & ex hac voce applicatum in ſignum & memoriam rei.

מכאן ועד סוף העולם *Abhinc & ad finem mundi*, expoſuerunt ſenſum hujus ſermonis, quod ille dicit, hic Nazyræatus quem promiſi, tam magnus mihi eſt quam ſpatium quod ab hoc tempore erit ad finem mundi, nihilominus tamen non obligatur ultra triginta dies. Cæterum ſi dixerit, *ſum Nazyræus*, obligatur ad triginta dies, & ſi addiderit, *& unum diem*, aut, *& unam horam*, aut, *unum & medium*, nimirum, unum & medium Nazyræatum, tum in his omnibus tenetur eſſe Nazyræus triginta dies, הרי זה נזיר שתים *ecce hic eſt Nazyræus duorum* (Nazyræatuum.) Capite autem tertio exponemus quomodo ſe habet jus illius qui duos promiſit Nazyræatus, nam primum jam expoſuit eo quod dixit *ſum Nazyræus*, & de ſecundo Nazyræatu promiſit unum diem, aut unam horam, & tenetur complere illum omnibus modis. Cæterum ſi dixerit, *ero Nazyræus triginta dies, & unam horam*, erit Nazyræus triginta dierum & unius diei, eo quod hypotheſis nobis eſt, quod votum Nazyræatus non faciunt per horas, eo quod ſcriptum eſt Num. 6, 5. ימי נזרו.

SU-

SURENHUSIUS. Illa Miſhnæ verba, הריני נזיר יום אחד הריני נזיר ושעה אחת הריני נזיר אחת ומחצה הרי זה נזיר שתים *ecce ego ſum Nazyræus, & diem unum*, aut, *ego ſum Nazyræus, & unam horam*, aut, *ecce ego ſum Nazyræus uno & dimidio, ecce hic duorum Nazyræatuum Nazyræus eſt*, hoc ordine à Bartenora è Gemara diſponuntur הריני נזיר יום אחד הריני נזיר ושעה אחת הריני נזיר אחת ומחצה הרי זה נזיר שתים *Ecce ego ero Nazyræus, & diem unum; aut, ecce ero Nazyræus, & unam horam; aut, ecce ero Nazyræus unam horam cum dimidio, tum hic duorum Nazyræatuum Nazyræus eſt.* Quorum verborum ſenſum expoſitum videſis ad voces הריני נזיר יום אחד

ד הריני נזיר כשער ראשי וכעפר הארץ וכחול הים הרי זה נזיר עולם וכגלח אחת לשלשים יום רבי אומר אין זה מגלח אחת לשלשים יום ואיזהו שמגלח אחת לשלשים יום האומר הרי עלי נזירות כשער ראשי וכעפר הארץ וכחול הים :

4. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum Naſiræus, ſicut eſt capillus capitis mei, aut ſicut pulvis terræ, aut ſicut arena maris*: tunc ecce hic eſt Naſiræus perpetuus, & tondetur ſemel intra XXX. dies. Licet Rabbi dicat; non tondetur ſemel intra XXX. dies. Quisnam verò eſt is, qui tondetur ſemel intra XXX. dies? Qui dicit; ecce ſuper me Naſiræatus, ſicut capilli capitis mei, & ſicut pulvis terræ, ſicutque arena maris.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי נזיר עולם *Ecce hic eſt Nazyræus perpetuus*, hoc propriè non eſt intelligendum de Nazyræo perpetuo, quia Nazyræus perpetuus ſingulis duodecim menſibus ſemel debet tonderi, at hic tonderi debet ſemel intra triginta dies, quandoquidem Nazyræatus illius dependent à rebus quæ dividuntur, ideo res ſe habet perinde ac ſi promiſiſſet tot Nazyræatus quot ſunt pili capitis ejus, & arena terræ, id quod ita ſe non habet cum Nazyræo perpetuo, qui non dividit Nazyræatus ſuos, quia unus tantum eſt Nazyræatus.

רבי אומר אין זה מגלח לשלשים יום *Rabbi dicit, non tondetur hic intra triginta dies*. nam, quia dixit, *ecce ſum Nazyræus*, unus tantum eſt Nazyræatus, & non tondetur niſi ſingulis duodecim menſibus ut Nazyræus perpetuus. Qui vero tondetur ſingulis triginta diebus, eſt is qui dixit, *recepio in me Nazyræatus ut pili capitis mei*, nam tum conſtat quod recepit in ſe Nazyræatus diſtinctos, quemadmodum pili capitis numero diſtincti ſunt; deciſio non eſt juxta Rabbi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia dixit הרי זה נזיר עולם *ecce hic eſt Nazyræus perpetuus*, & jus Nazyræi perpetui eſt ut tondeat ſe à duodecim ad duodecim menſes, quemadmodum tibi expoſui, ideo denuo dicit, *& tondetur ſemel intra triginta dies*, quia pili capitis illius, & arena maris ſunt partes ſeparatæ, perindè ac ſi promiſiſſet multa millia Nazyræatuum quorum tempus non adimplebit, nam diſtincti, ſunt propterea neceſſe eſt ut tondeatur ſingulis triginta diebus, & adducat ſacrificia. Rabbi dicit rem non ita eſſe, ſed quod ſit Nazyræus perpetuus, & non tondeatur niſi ſingulis duodecim menſibus, nam, quandoquidem dixit *ſum Nazyræus*, Nazyræatus conjungitur. Et quod dicit כעפר הארץ *ut arena terræ*, eo intendit continuationem, ut eſſet Nazyræus perpetuus ſecundum quantitatem arenæ, quæ infinita eſt. Cæterum quando dixerit, הרי עלי נזירות כשער ראשי *ecce ſuper me Nazyræatus ut pili capitis mei*, tum promiſit Nazyræatus diſtinctos, & dicimus ſenſum horum verborum eſſe, quod, ſicuti pili capitis ſunt partes diſtinctæ, ita quoque hi Nazyræatus diſtincti ſunt; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

ה הריני נזיר מלא הבית או מלא הקופה בודקין אותו אם אמר אחת גדולה נזרתי נזיר שלשים יום ואם אמר סתם נזרתי רואין את הקופה כאלו היא מלאה חרדל ונזיר כל ימיו :

5. (Sin dixerit;) *Ecce ego ſum Naſiræus plenitudine domus, aut plenitudine dolii*: ſcrutantur ex eo, num voluerit dicere, *Naſiræatum unum magnum voveo*; & tum erit Naſiræus XXX. dierum. Sin verò abſolutè voluit dicere, *Naſiræatum voveo*: tum æſtimant dolium, quaſi eſſet plenum ſinapi: & tum erit Naſiræus omnibus diebus ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

אם אמר אחת גדולה נזרתי *Si dixerit, Nazyræatum unum magnum voveo*, Nazyræatum unum recepi qui mihi tam magnus videtur quam plenitudo domus. ואם אמר סתם נזרתי *& ſi dixerit, abſolute Nazyræatum voveo*, & nihil intenderit præterquam id quod Sapientes de verbis illius judicaverint, tum eſt Nazyræus per totam ſuam vitam, & tonderi debet ſingulis duodecim menſibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dictum eſt, quod abſolutus Nazyræatus continet triginta dies, etſi quis longum tempus intenderit, propterea, ſi dixerit, non fuit intentio mea ut eſſem Nazyræus perpetuus, ſed intendi longum tempus, tum triginta dies tantum tenetur eſſe Nazyræus. Verum ſi dixerit, *abſolutè promitto Nazyræatum*, & non intenderit ut eſſet Nazyræus cui terminus eſt, neque intenderit ut eſſet in perpetuum, Nazyræus erit per totam ſuam vitam, & tondetur ſingulis duodecim menſibus.

ו הריני נזיר מכאן עד מקום פלוני אומדים כמה ימים מכאן עד מקום פלוני אם פחות משלשים יום נזיר שלשים יום ואם לאו נזיר כמנין הימים :

6. (Si quis dixerit;) *Ecce ego ſum Naſiræus abhinc uſque ad locum N.* menſurant, quot ſint dies uſque ad locum N. Si pauciores fuerint, quàm triginta dies: Naſiræus erit triginta dierum. Si verò non; Naſiræus erit ſecundum numerum dierum iſtorum.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר מכאן עד מקום פלוני *Ecce ſum Nazyræus abhinc uſque ad locum N*, ſi ipſe eſſet in itinere ad eundum ad illum locum; at ſi non eſſet in via & dixiſſet, abhinc uſque ad finem mundi, tum erit Nazyræus triginta dierum, ſive ſit locus propinquus ſive diſſitus, imo etſi multorum annorum via fuerit, quia tantum unum Nazyræatum magnum intendit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum ea conditione ut ipſe jam ſit in procinctu ad eundum illam viam, cæterum ſi nondum ſit in procinctu, ecce nos dicimus, quod unum tantum intendit Nazyræatum magnum, & triginta dies tantum Nazyræus erit, etſi locus conficiat iter totius anni; & dicimus de illo id quod diximus de eo qui dixit, *abhinc uſque ad finem mundi*.

ז הריני נזיר כמנין ימות החמה מונה נזירות כמנין ימות החמה אמר רבי יהודה מעשה היה כיון שהשלים מת :

7. (Si quis dixerit;) *Ecce ego Naſiræus ſum ſecundum numerum dierum ſolis* : tum numerat Naſiræatum ſecundum numerum dierum ſolis: licet R Jehuda dicat; fertur de aliquo, qui, poſtquam expleverat, mortuus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מונה נזירות כמנין ימות החמה *Numerat Nazyræatus ſecundum numerum dierum ſolis*, trecentos & ſexaginta quinque Nazyræatus enumerat ſecundum numerum dierum anni ſolaris. אמר רבי יהודה מעשה היה וכיון שהשלים מת *dixit R. Jehuda, caſus de aliquo, qui, poſtquam expleverat, mortuus eſt*, R Jehuda audivit Rabbi diffidentem à doctore primo, & dixit, quicunque dixerit, *ecce ego ſum Nazyræus ut numerus dierum anni ſolaris*, erit Nazyræus perpetuus. Cæterum adduxit caſum aliquem ad demonſtrandum quod non ſit Nazyræus perpetuus, quia hic caſus accidit, & quando complevit mortuus eſt. Nam in Nazyræo perpetuo locum non habet explere Nazyræatum, ſed certo computabit Nazyræatus juxta numerum dierum anni ſolaris; & ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabbi contradicit huic Miſnæ abſolutæ, dicens, ſi dixerit, ecce ego ſum Nazyræus juxta numerum dierum anni ſolaris, tum erit Nazyræus perpetuus, donec dixerit, recipio in me Nazyræatus ſecundum numerum dierum anni ſolaris, aut ſecundum dies anni lunaris, & tum enumerabit Nazyræatus prout limitaverit. Sed R Jehuda ipſi contrarius eſt, & adducit caſum aliquem quo demonſtrare conatur, quod, quicunque dixerit, ecce ego ſum Nazyræus juxta numerum dierum anni ſolaris, non ſit Nazyræus perpetuus. Id autem quod dicit, כיון שהשלים מת *poſtquam expleverit, mortuus eſt*, demonſtratio eſt quod Nazyræus erat eo tempore quo Nazyræatus erat finitus, & mortuus ſit; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

פרק ב הריני נזיר מן הגרוגרות ומן הדבילה בית שמאי אומרים נזיר ובית הלל אומרים אינו נזיר אמר רבי יהודה אף כשאמרו בית שמאי לא אמרו אלא באומר הרי הן עלי כקרבן :

Caput 2. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum Naſiræus à caricis, & à maſſa ficuum* : Schola Schammai dicit; Naſiræus eſt. At Schola Hillelis dicit; non eſt Naſiræus. Dixit Rabbi Jehuda; etſi iſtud dixerit Schola Schammai: non dixit tamen niſi de eo, qui dicere voluit; ecce hæc erunt ſuper me, tanquam Korban.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי אומרים נזיר *Schola Schamai dicit, Nazyræus eſt*, nam Schola Schamai putat, quod nemo fruſtra loquitur, & quando dixit, *ſum Nazyræus*, id dixit ea intentione ut eſſet Nazyræus. Quando autem poſtea dixerit, *Nazyræus ero à caricis & à maſſa ficuum*, pœnitet ipſum ejus quod primo dixit, imo licet vix abſoluto ſermone ſuo ipſum pœnituerit, tamen prima verba revocare nequit quia Schola Schamai putat, quod ſanctificatio ex errore facta, ſit ſanctificatio, ita ut in ea non habeat locum ſolutio, neque pœnitentia. Idem obtinet in Nazyræo de quo ſcriptum eſt Num. 6, 5 קדש יהיה & propterea Nazyræus eſt. Schola Hillelis putat, quod, cum promiſit eo modo quo faciunt illi qui vovent, non eſt Nazyræus, eo quod non eſt Nazyræatus à caricis & maſſa ficuum. R. Jehuda dixit, quod, etſi Schola Schamai hoc dixerit, tantum hoc dixerit de eo qui dicere voluit, *ecce hæc erunt ſuper me munus*, nam Schola Schamai non contraria eſt Scholæ Hillelis in caſu Nazyræatus, quod non ſit Nazyræus, ſed contrariæ tantum ſunt in eo ſi quis dixerit, *intendi in corde meo ut caricæ ſuper me eſſent munus*; nam Schola Schamai putat quod votum fecit à caricis, & quod ipſi prohibitæ ſunt; Schola Hillelis putat quod ipſi non ſunt prohibitæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai dicit quod homo non fruſtra profert verba ſua, ideoque, quoties dixerit, *ſum Nazyræus*, tenetur Nazyræatu. Et id quod dixit poſtea, מן הגרוגרות ומן הדבילה *à caricis & à maſſa ficuum*, non liberavit eum à Nazyræatus obligatione, quia hoc modo ipſum pœnitet Nazyræatus. Nam Schola Schamai putat quod votum Nazyræatus ſolvi non poteſt, & quod ejus non pœniteat ipſum. Schola Hillelis putat, quod, cum non promiſit uti alii plerumque promittere ſolent votum, non tenetur Nazyræatu, ſed quod prohibitus eſt à caricis, atque à maſſa ficuum. Et dicit id quod exponit R. Jehuda in opinione Scholæ Schamai, ſi quis dixerit, הרי הן עלי קרבן *ecce hæc ſuper me ſacrificium*; nam, cum nominavit Nazyræatum, & ſacrificium quod ex conditione Nazyræi eſt, ſufficit. Verba R. Jehudæ conveniunt cum ſententia Scholæ Schamai, at ſententia Scholæ Schamai refutata eſt; & dicant quicquid dicant, nos non habebimus rationem eorum.

ב אמר אמרה פרה זו הריני נזירה אם עומדת אני אמר הדלת הזה הריני נזיר אם נפתח אני בית שמאי אומרים נזיר ובית הלל אומרים אינו נזיר אמר רבי יהודה אף כשאמרו בית שמאי לא אמרו אלא באומר הרי פרה זו עלי קרבן אם עומדת היא :

2. Si quis dixerit; *Dixit vacca hæc; ecce ego ero Naſiræa, ſi ſurrexero* : (aut,) *dixit janua hæc; ecce ego ero Naſitæa, ſi aperta fuero*: tum juxta Scholam Schammai erit Naſiræus; ſed non erit Naſiræus ſecundum Scholam Hillelis. Dixit R. Jehuda; etiam ſecundum id, quod dixit Schola Schammai, non dixit niſi de eo, qui voluit dicere; vacca hæc erit ſuper me Korban, ſi ſurrexerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר אמרה פרה זו הריני נזירה *Si quis dixerit, dixit vacca hæc, ecce ego ero Nazyræa*, cujus vacca recubuerit, & ſurgere noluerit, & tum dixerit poſſeſſor, vacca hæc putat quod non ſurget, dicens in corde ſuo, *ecce ego ero Nazyræa ſi ſurrexero*, at ego dico, quod Nazyræus ob illam ero ſi non ſurrexerit. Sic etiam, ſi porta clauſa fuerit ut nequeat aperiri, dixeritque, putat hæc porta quod non aperiam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponit Gemara quod hæc res ita ſe habet, quod vacca ante illum recubuerat, & ſurgere noluerat; ſic etiam quod porta erat occluſa, & aperiri non poterat, & dixerat, hic homo qui ſolebat aperire hanc portam, aut erigere hanc vaccam, אמרה פרה זו הריני נזירה אם עומדת *dixit hæc vacca, ecce ego ero Nazyræa, ſi ſurrexero*: hæc eſt formula loquendi, qua utuntur homines noſtris temporibus in multis rebus

riam illam, dicitque, ecce ego ero Nazyræa ſi me aperierit, at ego dico, quod Nazyræus ero ob illam ſi non aperuero illam. & deinde quoque ſurrexerit hæc vacca ſua ſponte, aut alii effecerint ut ſurrexerit, attamen ille non fecerit ut ſurrexerit; vel etiam, ſi porta ſua ſponte ſe aperuerit, aut alius eam aperuerit, at ille non aperuerit eam; Schola Schamai putat quod Nazyræus eſt, nam ſequitur in hoc ſententiam ejus qui dixit, ſum Nazyræus à caricis & maſſa ficuum, qui Nazyræus eſt etſi non ſit Nazyræatus à caricis neque à maſſa ficuum; idem hic obtinet, etſi non ſit Nazyræatus à beſtiis, neque à portis, tamen Nazyræus eſt. Et quamvis ſurrexerit vacca, & porta aperta fuerit, intentio tamen illius tantum fuit ut ipſe vaccam erigeret, & januam aperiret. Schola Hillelis loquitur eodem ſenſu quo Schola Schamai, nam juxta ſententiam noſtram Nazyræus non eſt, etſi nullo modo ſurrexerit, quia non vovit eo modo quo vovere ſolent ii qui vota faciunt; quia non eſt Nazyræatus à beſtiis, neque à januis. Verum juxta veſtram ſententiam, qua dicitis quod nemo fruſtra ſua verba pronunciat, & quando dixerit, *ecce ego ero Nazyræus*, id dixit ea intentione ut eſſet Nazyræus, conceditis nobis ſaltem quando ſponte ſua ſurrexerit, aut alii fecerint ut ſurrexerit, quod non eſt Nazyræus, quia non dixit hoc niſi quando non ſurrexerit, at jam ſurrexit.

Dixit R. Jehuda, etiam ſecundum id, quod dixit Schola Schamai, &c. Schola Schamai non contradicit Scholæ Hillelis in cauſa Nazyræatus, quia non eſt Nazyræus, ſed in hoc, ſi quis dixerit, intendi in corde meo ut hæc vacca eſſet

rebus ſenſu carentibus, dicentes, quando in illis eſt labor durus ac moleſtus, juro quod hæc res non fiet. Similiter, ſine dubio illis temporibus utebantur his loquendi formulis inter multos homines. Deindè vero dicet hic homo, *ecce ego ero Nazyræus à carne illius, ſi non ſurrexerit vacca.* Itidem, *ecce ego ero Nazyræus à janua hac, ſi non aperta fuerit*, ſi deinceps ſurrexerit vacca ex ſeipſa, aut aperta fuerit janua, Schola Schamai dicit, cum non erexit vaccam manibus ſuis, & non aperuit januam ex ſeipſo, cadit in ipſum id quod dixit, *ecce ego ero Nazyræus à carne illius*, aut, *ab hac janua*, quia in hoc voto id non intendebat niſi quando eam erexiſſet manibus ſuis, propterea in ipſum cadit Nazyræatus, juxta opinionem eorum qui dicunt, quod quicunque dixerit, *ecce ego ero Nazyræus à caricis*, tenetur Nazyræatu. Sic etiam, is qui dixerit, *ecce ego ero Nazyræus à carne illius*, aut, *ab hac janua*; Schola Hillelis reſpondet juxta verba ſua, dicens, juxta ſententiam noſtram, etſi expreſſis dixerit verbis, *ecce ero Nazyræus à carne illius*, non eſt Nazyræus; ſed juxta veſtram ſententiam; quamobrem obligabitis ipſum ad Nazyræatum, nam ille non dixit, ecce ego ero Nazyræus ea conditione ut non erigat ſe vacca, at jam erexerit ſe, fortitan aliter fuit intentio ejus, niſi vacca ſe erexiſſet. & janua aperta fuiſſet quocunque modo id factum fuerit? R. Jehuda dicit, quod Schola Schamai non obligat ipſum ad Nazyræatum, niſi donec etiam dixerit, *& caro ejus erit ſacrificium ni ſe erexerit*; item, *pretium januæ erit ſacrificium.*

ſacrificium eo tempore quo dixi, *ecce ego ero Nazyræus ab illa niſi ſurrexerit.* Schola Schamai dicit, quod, cum ipſe qui vovit non effecit ut ſurrexerit, ſacrificium eſt; Schola Hillelis dicit, quod, cum erexit ſe, non eſt ſacrificium.

ג מזגו לו את הכוס ואמר הריני נזיר ממנו הרי זה נזיר מעשה באשה אחת שהיתה שכורה ומזגו לה את הכוס ואמרה הריני נזירה ממנו אמרו חכמים לא נתכוונה אלא לומר הרי הוא עלי קרבן :

3. Si cui miſcetur poculum, & ille dicit; *Naſiræus* (ſeu ſeparatus) *ſum ab eo*: ecce ille eſt Naſiræus. Hiſtoria habetur de muliere, quæ fuit ebria, cui cum miſceretur poculum, dixit; *Ecce ego ſum Naſiræa ab eo.* Dixerunt Sapientes; nihil aliud intendit dicere, quam hoc: ecce illud erit ſuper me Korban.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה באשה אחת וכו׳ *Hiſtoria de muliere quadam &c.* deſunt quædam verba in hac Miſna, quæ hoc ſenſu ſupplenda ſunt, ſi ebrius fuiſſet, & dixiſſet, ecce ego ero Nazyræus ab illo, non eſt Nazyræus, quia intentio ejus tantum fuit ut ſe prohiberet à tali poculo, & ut non adduceret aliud poculum, propterea dixit, *ecce Nazyræus ero ab illo*; hiſtoria etiam de muliere ebria &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hunc caſum non adducit ad ea quæ præcedunt, eo quod eis contrarius eſt. Nam ritus qui præcedit, intelligitur de homine ſano, non autem de eo qui ingemiſcit & angitur, quia hujuſmodi tantum intendit quod non bibet id quod illi dant, ut diſpellatur anxietas & perturbatio ejus. Cæterum hæc comparatio eſt de homine ebrio, qui ſi dixerit, *ecce ego Nazyræus ero ab illo poculo*, non recepit in ſe Nazyræatum, quia intentio ejus eſt ſe non onerare multa vini copia, id quod demonſtrare conatur ex hac hiſtoria. Porro Miſnæ ordo hic eſt, *ſi ebrius es non es Nazyræus, hiſtoria de muliere quadam &c.* id autem quod dicimus de ebrio qui non adeo ſollicitus eſt in crapula ſua, ne perveniat ad ebrietatem Lothi, cujus actiones & verba omnia ſunt firma, attamen condemnatus, ob id quod fecerit, ea condemnatione qua convenit eum condemnari, ut homines ſana mente præditi. Sed illius, qui venerit ad ebrietatem Lothi, omnes actiones & verba irrita ſunt, neque ulla eſt res juris quæ eum condemnari poteſt ob opera ipſius.

ד הריני נזיר על מנת שאהא שותה יין ומיטמא למתים הרי זה נזיר ואסור בכולן יודע אני שיש נזירות אבל איני יודע שהנזיר אסור ביין הרי זה אסור ורבי שמעון מתיר יודע אני שהנזיר אסור ביין אבל סבור הייתי שהחכמים מתירים לי מפני שאין אני יכול לחיות אלא ביין או מפני שאני קובר את המתים הרי זה מותר ורבי שמעון אוסר :

4. (Si quis dixerit;) *ecce ego ero Naſiræus, ſed hac conditione, ut bibam vinum, mortuiſque ſuper polluar*: tum ecce hic erit Naſiræus, & prohibita ipſi erunt omnia. (Quod ſi tamen excuſaverit ſe, dicens;) novi quidem, quod Naſiræatus eſſet, ſed neſcivi Naſiræis interdictum eſſe vinum: tum ecce erit prohibitus (à vino;) licet R. Schimeon permittat. (At ſi dixerit;) novi quidem, quod Naſiræo vinum interdictum eſſet, ſed putavi, Sapientes poſſe ſolvere (permittere diſpenſando) mihi, quia non poſſum vivere ſine vino, aut quia ſepelio mortuos: tum huic permittitur (vinum:) licet R. Schimeon interdicat.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה נזיר ואסור בכולן *Ecce hic Nazyræus eſt & vetita* ipſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Caſui primo nemo contradicit, nam fundamentum nobis eſt,

ipſi ſunt omnia, in hoc omnes conveniunt, quia conditionem inivit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, quicunque autem conditionem inierit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, conditio ejus inepta eſt.

אבל איני יודע שהנזיר אסור ביין הרי זה אסור *Sed neſcivi Nazyræis interdictum eſſe vinum, ecce hic prohibitus eſt*, nam ſi quis voverit ſe futurum Nazyræum à vino aut tonſura, aut immunditie, quæ prohibita ſunt Nazyræo, tum Nazyræus eſt ab omnibus.

רבי שמעון מתיר *R. Schimeon permittit*, quia putat quod non eſt Nazyræus niſi donec voverit ſe Nazyræum fore ab omnibus rebus.

מפני שאני קובר את המתים הרי זה מותר *Quia ſepelio mortuos, ecce licitus eſt*, quia eſt è votis invito factis, quod unum eſt è votis quatuor quæ permiſerunt Sapientes.

ורבי שמעון אוסר *Sed R. Schimeon interdicit*, nam opinio illius eſt quod ſuper quatuor vota quæ permiſerunt Sapientes, opus habent ſolutione; deciſio juris non eſt ſecundum R. Schimeon in his duabus Miſnæ cauſis.

eſt, quod, ſi quis conditionem inierit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, conditio ejus inepta eſt. Verum in ſecundo caſu ratio controverſiæ R Schimeonis & Sapientum talis eſt; Sapientes dicunt, quicunque dixerit, *ſum Nazyræus à vino*, tantum, aut, *à tonſura*, tantum, recepit in ſe Nazyræatum. Hic autem dicit, quod recepit in ſe Nazyræatum, etſi in animum ſuum induxiſſet quod una ex iſtis rebus tribus ſit licita. R. Schimeon vero, qui dicit eum non obligatum eſſe ad Nazyræatum, niſi donec promiſerit quod ab illis omnibus erit Nazyræus, dicit quod non tenetur Nazyræatu, quia ipſi in animum inducebat quod una ex illis tribus rebus licita erat. Ratio vero controverſiæ caſus tertii eſt, quia eſt ex genere votorum invito factorum, cujuſmodi votum unum eſt ex quatuor votis quæ permiſerunt Sapientes, & propterea non opus habet ſolutione, uti expoſuimus in tractatu Nedarim capite tertio. R. Schimeon dicit, quod nihilominus neceſſe eſt ut ſuper quatuor his votis conſulat Sapientem qui diſſolvat, propterea hic dicit, quod in eum cadit Nazyræatus, etiamſi invito, donec conſuluerit Sapientem qui ſolvat; deciſio non eſt juxta R. Schimeon in duobus caſibus.

ה הריני נזיר ועלי לגלח נזיר ושמע חבירו ואמר ואני ועלי לגלח נזיר אם היו פקחים מגלחים זה את זה ואם לאו מגלחים נזירים אחרים:

5. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum Naſiræus, & incumbit mihi, ut radam Naſiræum*, & audiverit proximus ejus, dixeritque; *ſum & ego* (Naſiræus,) *& incumbit mihi, ut radam Naſiræum*: tum ſi prudentes ſunt, radit alter alterum: ſin minus; radunt Naſiræos alios.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר ועלי לגלח נזיר *Ecce ego Nazyræus & tondere ſuſcipio Nazyræum*, vult, quod recepit in ſe Nazyræatum, & præterea ſuſcepit in ſe adducere ſacrificia pro Nazyræo alio, deindè autem venit ſocius ejus, & dixit idem; ſi fuerint Sapientes, alter alterum liberat à ſacrificiis; quamvis, cum primus vovebat, ſe tonſurum Nazyræum; nondum erat ſecundus Nazyræus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועלי לגלח נזיר *Et incumbit mihi tondere Nazyræum*, ſenſus eſt, quod adducet ſacrificia quæ adducere debet Nazyræus quando tondetur poſt Nazyræatum completum.

מגלחים זה את זה *Tondet alter alterum*, ſenſus eſt, quod quilibet adducet ſacrificia illa quæ debet ſocius, quo modo nihil perdent, & quilibet complebit votum ſuum. Scito autem, quod ſi proximus audiverit & dixerit, *& ego*, at non dixerit, incumbit mihi tondere Nazyræum, Nazyræatu tantum tenetur.

ו הרי עלי לגלח חצי נזיר ושמע חבירו ואמר ואני עלי לגלח חצי נזיר זה מגלח נזיר שלם וזה מגלח נזיר שלם דברי רבי מאיר וחכמים אומרים זה מגלח חצי נזיר וזה מגלח חצי נזיר:

6. (Si quis dixerit;) *ecce incumbit mihi, ut radam Naſiræum dimidiâ ex parte*, & audiverit proximus ejus, atque dixerit; *Et mihi incumbit, ut radam Naſiræum dimidia ex parte*: tum & hic poteſt radere Naſiræum totum, & ille poteſt radere Naſiræum totum: ita R. Meyr. Sed Sapientes dicunt; hic radit Naſiræum dimidiâ ex parte, & iſte radit Naſiræum dimidium (ſeu ex parte dimidia.)

R. OB. DE BARTENORA.

וזה מגלח נזיר שלם *& hic tondet Nazyræum integrum*, R. Meyr putat quod prima verba accipi debent, quando dixit, *incumbit mihi tondere*, jam dixit quod ſe obligabat ad tonſuram integram; & quando deinceps dixit, חצי נזיר *Nazyræum ex dimidia parte*, primum votum reſcindere nequit, etſi ſit in medio ſermone. Sapientes vero dicunt, quod votum ſit quod ſecum habet expoſitionem ſuam, perindè ac ſi quis dixiſſet, *incumbit mihi dimidia pars ſacrificiorum Nazyræi*, quando dimidia tantum parte ſacrificiorum Nazyræi tenetur; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes conveniunt, quod, ſi dixerit, incumbit mihi dimidia pars Nazyræatus quod ad ſacrificia, dimidiam partem tantum ſacrificiorum debet Nazyræus, & ſacrificia offeret illa pro quocunque Nazyræo voluerit; & hic Nazyræus adimplebit alteram dimidiam partem. Conveniunt quoque, ſi dixerit, *incumbunt mihi ſacrificia Nazyræi dimidia ex parte*, quod tenetur ad omnia ſacrificia, quia non eſt Nazyræatus dimidius. Sed diſſentiunt ſi dixerit, ואני עלי לגלח חצי נזיר *& mihi incumbit tondere Nazyræum dimidia ex parte*, R. Meyr dicit, quotieſcunque dixerit הרי עלי *incumbit mihi*, tenetur ſacrificiis omnibus Nazyræi. Id autem quod deinceps dixit, חצי נזיר *dimidia ex parte Nazyræum*, eſt pœnitentia voti, ſed non confirmari poteſt ipſi illud cujus ipſum pœnitet. Sapientes dicunt eſſe votum quod ſecum fert expoſitionem, & quod pœnitentia ejus confirmatur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ז הריני נזיר לכשיהיה לי בן ונולד לו בן הרי זה נזיר נולד לו בת טומטום ואנדרוגינוס אינו נזיר אם אמר כשאראה כשיהיה לי ולד

7. (Si quis dixerit;) *ecce ero Naſiræus, ſi mihi natus fuerit filius*; & natus fuerit ipſi filius: ecce eſt Naſiræus. Sin obturatus (cujus membrum incluſum in ventre,) aut Androgynus, natus ipſi fuerit: non erit Naſiræus. Si verò dixerit; *quamprimum*

ולד אפילו נולד לו בת טומטום ואנדרתינוס הרי זה נזיר :

primum videro, ut fuerit mihi proles: etiamſi natus fuerit ipſi obturatus, vel Androgynus: tamen erit Naſiræus.

R. OB. DE BARTENORA.

ותולד לו בן *Et natus fuerit illi filius*, quia ex communi uſu loquendi inter homines, בן tantum dicitur liber in genere maſculino, non vero fœmina, neque is cujus membrum genitale obtuſum eſt, neque androgynus. ולד *proles*, eo nomine etiam fœmina, obtuſus membro genitali, aut androgynus vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne quis putaret id quod dicit בן *filius*, ab ipſo dici ut ipſi eſſet *ſemen*, eo quod ſcriptum eſt Gen. 30. 3 ואבנה גם אנכי ubi in genere de ſemine tantum ſermo eſt. Similiter, ne quis putaret, id quod dicit כשיהיה לי ולד *quando mihi fuerit proles*, intelligendum eſſe de prole hominis perfecti, non de obtuſo membro genitali, neque de androgyno, ideo nos docet Miſna rem non ita eſſe, ſed quod uſum loquendi debemus ſequi.

ח הפילה אשתו אינו נזיר רבי שמעון אומר יאמר אם היה בן קיימא הרי אני נזיר חובה ואם לאו הרי אני נזיר נדבה חזרה וילדה הרי זה נזיר רבי שמעון אומר יאמר אם הראשון בן קיימא הראשון חובה וזו נדבה ואם לאו הראשון נדבה וזו חובה :

8. Si abortiverit uxor ejus: non erit Naſiræus. Licet R. Schimeon dicat; (illud eum non liberat, ſed ita) dicat; ſi fuerit filius vivax, ego ero Naſiræus debiti: Sin minus, ecce ero Naſiræus voluntarius. Si iterum (poſt abortum) pepererit: tum erit Naſiræus. Licet R. Schimeon dicat; ita loquatur: Si prior fuerit filius vivax, prior (faciet me Naſiræum) debiti, & alter voluntarium. Si verò non: tum prior voluntarium, & alter debiti.

R. OB. DE BARTENORA.

הפילה אשתו *Si abortiverit uxor ejus*, & non conſtiterit an vivat, an vero non, non eſt Nazyræus. Cæterum Miſna hæc ſecundum R. Jehudam eſt, dicentem, quod nemo ſe conjicit in dubium, & quando dixerit כשיהיה לי ולד *cum mihi fuerit proles*, dixit id de prole certa. *R. Schimeon dicit, ſi fuerit vivax &c.* putat R. Schimeon quod in Nazyræatu dubio aggravandum ſit, & propterea erit Nazyræus ex dubio; & conditionem inibit dicetque, ſi fuerit vivax, ero Nazyræus ex debito, ſin minus, ero Nazyræus voluntarius; & tondetur ac ſacrificia adducet ſua in fine triginta dierum; ſed ſi hanc conditionem non inierit, non poterit adducere ſacrificia ex dubio; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. חזרה וילדה הרי זה נזיר *ſi iterum pepererit, ecce Nazyræus erit*, quia non uſus eſt Nazyræatu propter abortum, nunc autem cum uxor peperit prolem vivacem, ſuſcepit Nazyræatum. Cæterum juxta ſententiam R. Schimeonis denuo conditionem inire debet, quia primus forſan fuiſſet vivax.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Jehudæ eſt, quod in Nazyræatu dubio aggravandum ſit; ſed ita non deciditur.

ט הריני נזיר ונזיר כשיהיה לי בן התחיל מונה את שלו ואחר כך נולד לו בן משלים את שלו ואחר כך מונה את של בנו הריני נזיר כשיהיה לי בן ונזיר התחיל מונה את שלו ואחר כך נולד לו בן מניח את שלו ומונה את של בנו ואחר כך משלים את שלו :

9. (Si quis dixerit;) *ecce ego* (ſum) *Naſiræus, & Naſiræus* (ero,) *ubi mihi natus fuerit filius*: tum ſi inceperit numerare (Naſiræatum) ſuum (non conditionatum,) & poſt natus fuerit filius, complebit eum: poſtea numerabit eum; qui propter filium (votus eſt.) (At ſi dixerit;) ecce ego (ero) Naſiræus, ubi mihi filius natus fuerit, & (ſum) Naſiræus: tum ſi inceperit numerare Naſiræatum ſuum, & (interea) natus fuerit ipſi filius, deſiſtet à ſuo, & numerabit filii ſui (ſ. quem vovit propter filium,) atque tandem ſuum complebit.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר ונזיר כשיהיה לי בן *Ecce ego ſum Nazyræus, & ero Nazyræus ubi natus fuerit mihi filius*, qui in ſe ſuſcepit Nazyræatum abſolutum, & præterea in ſe ſuſcepit Nazyræatum alium quando proles ipſi fuerit. משלים את שלו *complebit ſuum*, prius, & tondebitur ac deinceps adducet ſacrificia, & tandem rationem inibit Nazyræatus filii ſui. הריני נזיר כשיהיה לי בן ונזיר *ecce ego ero Nazyræus quando mihi natus fuerit filius, & Nazyræus*, qui ſuſcepit in ſe prius Nazyræatum filii ſui, & incepit enumerare ſuum, & deindè illi natus eſt filius, antequam adimpleti fuiſſent triginta dies. מניח את שלו ומונה את של בנו *deſiſtet à ſuo, & enumerabit filii ſui*, nam cum ſuſcepit prius Nazyræatum filii ſui, ſimulac ipſi natus fuerit filius, à ſuo deſiſtere debet & enumerare filii Nazyræatum, poſtea vero enumerabit ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; ſcito autem, quod, ſi pollutus fuerit in diebus Nazyræatus ſui qui cecidit in ipſum quando filius naſcebatur, omnia fiunt irrita, quia Nazyræatus ſuus & Nazyræatus filii ſui eodem cenſentur gradu.

י הריני נזיר לכשיהא (ירושי כשיהא) לי בן ונזיר מאה יום נולד בן עד שבעים לא הפסיד כלום לאחר שבעים סותר שבעים שאין תגלחת פחותה משלשים יום :

10. *Ecce ego ero Naſiræus, ubi mihi filius natus fuerit, & Naſiræus* (ſum) 100. *dierum*: tum ſi natus ipſi fuerit filius uſque ad 70. dies, nihil perdidit planè: at poſt 70. dies deſtruit (ſeu perdit) 70. dies; quia non datur tonſura niſi poſt 30. dies.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שבעים לא הפסיד כלום *Uſque ad ſeptuaginta nihil perdidit planè*, quia interrupit Nazyræatum ſuum enumerando Nazyræatum filii ſui, ſeque tondendo, quando denuo abſolverit ſuum, utpote Nazyræatus ſui complementum inde à ſeptuaginta diebus quos jam computavit uſque ad centum quos promiſit, qui ſunt triginta, quomodo fiet ut inter tonſuram Nazyræatus filii ſui & inter tonſuram complementi Nazyræatus, ſint triginta dies, & nihil perdat. Cæterum ſi plures ſint quam ſeptuaginta dies antequam inceperit Nazyræatum filii ſui, & interruperit ſuum Nazyræatum ad incipiendum Nazyræatum filii ſui, quando tonſus fuerit pro Nazyræatu filii, ſi abſolverit Nazyræatum ſuum uſque ad centum dies quos promiſit, hinc fiet ut infra triginta dies ſint inter tonſuram Nazyræatus filii ſui & inter tonſuram Nazyræatus ſui, at fieri nequit ut inter tonſuram unam atque alteram ſint pauciores quam triginta dies, & propterea perdet omnes illos dies quos ultra ſeptuaginta numeravit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando ipſi natus fuerit filius & enumeraverit dies Nazyræatus uſque ad ſeptuaginta, nihil perdit, quia interrumpit uti diximus, & enumerabit Nazyræatum filii ſui, cumque abſolvet & tondebitur. Deinde vero iterum abſolvet ſuum, uti diximus, & quod reliquum eſt de Nazyræatu ſuo, erit triginta dies, propterea enumerabit eos poſt tonſuram Nazyræatus filii ſui, & tondebitur, uti diximus. Poſtea abſolvet ſuum, & erunt inter tonſuram unam atque alteram, triginta dies. Cæterum ſi illi natus fuerit filius poſt ſeptuaginta dies, & interruperit pro Nazyræatu filii ſui, cumque abſolverit, & tonſus fuerit, non poterit denuo abſolvere ſuum Nazyræatum, quia dies reſidui ſun minores quam triginta, & tonſura fieri non debet intra triginta dies, propterea neceſſe eſt ut poſt Nazyræatum filii ſui enumeret triginta dies alios ad abſolvendum Nazyræatum ſuum, qui centum dies ſunt, & tum tondebitur, & perdet totum illud tempus reliquum quod enumeravit poſt ſeptuaginta dies, antequam illi natus fuiſſet filius.

פרק ג מי שאמר הריני נזיר מגלח יום שלשים ואחד ואם גלח ליום שלשים יצא הריני נזיר שלשים יום אם גלח ליום שלשים לא יצא :

Caput 3. Quiſquis dixerit; *ecce ego ſum Naſiræus*, ille tondetur trigeſimo primo die: quod ſi tamen XXX. die tonſus fuerit: tum exit (liber.) *Ecce ego ſum Naſiræus XXX. dies*; Si tondetur XXX. die: non exibit (liber.)

R. OB. DE BARTENORA.

מגלח יום שלשים ואחד *Tondetur trigeſimo primo die*, quia Nazyræatus abſolutus eſt triginta dierum. ואם גלח יום שלשים יצא *ſi tamen tonſus fuerit trigeſimo die*, *ſatisfecit*, quia diei pars eſt ut totus dies: *at ſi die trigeſimo tonſus fuerit*, *non ſatisfecit*, cum enim declaravit triginta dies, vult dicere triginta dies perfectos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus quod Nazyræatus ſimplex continet triginta dies, propterea neceſſe eſt ut abſolvat triginta dies in Nazyræatu, & tondeatur trigeſimo primo die.

ב מי שנזר שתי נזירות מגלח את הראשונה יום שלשים ואחד ואת השניה יום ששים ואחד ואם גלח את הראשונה יום שלשים מגלח את השניה יום ששים ואם גלח יום ששים חסר אחד יצא וזו עדות העיד רבי פפייס על מי שנזר שתי נזירות שאם גלח את הראשונה שלשים יום מגלח את השניה יום ששים ואם גלח ליום ששים חסר אחד יצא שיום שלשים עולה לו מן המנין :

2. Quiſquis voverit duos Naſiræatus, ille tondetur propter priorem die trigeſimo primo, propter ſecundum ſexageſimo primo die. Quod ſi tondetur propter priorem XXX. die: tondebitur ob ſecundum die LX. Imò ſi tondetur die LX. minus uno (id eſt, die LIX.) exit. Et hoc teſtimonium teſtatus eſt R. Papis de eo, qui vovit duos Naſiræatus: quod ſi tondetur propter priorem die trigeſimo, tondeatur propter poſteriorem die ſexageſimo: at ſi tondetur die ſexageſimo minus uno; exeat. Quia dies trigeſimus (prioris tricenarii) annumeretur ipſi (ad numerum poſteriorum 30. dierum) ex numero (priori.)

R. OB. DE BARTENORA.

ואם גלח יום ששים חסר אחד יצא *Si vero tonſus fuerit ſexageſimo minus uno die*, *ſatisfecit*, quia dies trigeſimus primus Nazyræatus enumeratur pro una & pro altera parte, cum autem dies trigeſimus primi Nazyræatus etiam enumeratur à ſecundo Nazyræatu, fiet ut triginta dies Nazyræatus ſecundi perficiant ſexaginta dies minus uno.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Enumeramus diem primæ tonſuræ à diebus triginta primis, nec non à principio triginta ſecundorum, propterea complementum triginta ſecundorum erit dies quinquageſima nona; & quoties inveneris verbum גלח *tondere*, toties intellige quod adferre debet ſacrificia ea quæ notat Lex.

ג מי שאמר הריני נזיר נטמא יום שלשים סותר את הכל רבי אליעזר אומר אינו סותר אלא שבעה הריני נזיר שלשים יום נטמא יום שלשים סותר את הכל :

3. Quicunque dixerit; *ecce ego ſum Naſiræus*: ſi trigeſimo die polluetur, deſtruit omnes. Licet R. Elieſer dicat; non deſtruit, niſi ſeptem. *Ecce ego ſum Naſiræus triginta dierum*: Si polluetur die trigeſimo, deſtruit omnes.

R. OB. DE BARTENORA.

נטמא יום שלשים סותר את הכל *Si trigeſimo die pollutus fuerit*, *deſtruit totum*, quia pollutus eſt in mediis diebus Nazyræatus ſui; nam non dicimus quod dies trigeſimus enumeratur pro una & altera parte, quia pars diei ſe habet ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de Nazyræo polluto Num. 6, 12. והימים הראשונים יפלו propterea, ſi pollutus fuerit in mediis diebus Nazyræatus ſui, omnes dies antecedentes coincidunt. Verum ſi pollutus fuerit eo die quo completi fuerint dies Nazyræ-

ut totus dies, niſi quando tonſus fuerit illo die, & ſacrificia adduxerit.

רבי אליעזר אומר אינו סותר אלא שבעה *R. Elieſer dicit, non deſtruit niſi ſeptem dies*, nam putat dici poſſe quod pars diei ſe habet ut totus dies, perinde ac ſi polluiſſet ſe poſt impletionem Nazyræatus, ſed immundities poſt impletionem contracta ſecundum ſententiam R. Elieſeris, non plures quam ſeptem deſtruit dies.

הריני נזיר שלשים יום נטמא יום שלשים סותר את הכל *Ecce ſum Nazyræus triginta dierum, ſi pollutus fuerit die trigeſimo, deſtruit omnes dies*, tam juxta R. Elieſerem quam juxta Sapientes, nam cum dixit, ſum Nazyræus triginta dierum, omnes conveniunt quod requiruntur triginta dies integri, & non dicimus de hoc quod pars diei ſe habet ut integer dies. R. Elieſer putat, quod, ſi quis pollutus fuerit eo ipſo die impletionis Nazyræatus, deſtruit triginta dies tantum, quod probatur ex Num. 6, 13. זאת תורת הנזיר ביום מלאת ſi pollutus fuerit die impletionis, vult Lex de Nazyræatu ordinario, quod requiruntur triginta dies. Hic autem cum dixit, *ſum Nazyræus triginta dierum*, ſi pollutus fuerit trigeſimo die, qui eſt dies impletionis, deſtruendo triginta dies, totum deſtruit Nazyræatum. Similiter juxta Sapientes R. Elieſeri contradicentes, dicendo, quod ſi quis pollutus fuerit die impletionis, totus deſtruitur Nazyræatus, etſi multos numeraverit dies, hic, quando dixit, *ſum Nazyræus triginta dierum*, ſi pollutus fuerit die impletionis, deſtruendo dies triginta, totus Nazyræatus deſtruitur, quo modo tam juxta R. Elieſerem quam juxta Sapientes totus Nazyræatus deſtruitur; nihilominus tamen in iis omnibus in quibus R. Elieſer & Sapientes contrarii ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

zyræatus, dicunt Sapientes, quod totus coincidit Nazyræatus. R. Elieſer dicit, quod Nazyræatus ordinarius tantum coincidit, nimirum triginta dierum; & ſi poſt completum Nazyræatum pollutus fuerit, dicit R. Elieſer, quod ſeptem dies tantum irritos reddit. Sapientes dicunt, quod triginta irritos reddit. Et jam expoſitum eſt quod Nazyræatus ſimplex tantum eſt triginta dierum, &, ſi tonſus fuerit trigeſimo die, exit die trigeſimo, perindè ac poſt impletionem, ideoque ſeptem dies fiunt irriti. Sapientes vero, qui dicunt quod ſi quis pollutus fuerit poſt impletionem, irriti fiunt triginta dies, putant quod totus Nazyræatus fit irritus, quia in totum triginta tantum ſunt dies. Cæterum ſi dixerit, *ecce Nazyræus ſum triginta dierum*, dies trigeſimus eſt complementum Nazyræatus, ſi tum pollutus fuerit, totus Nazyræatus fit irritus omnibus conſentientibus, ſecundum ſententiam R. Elieſeris, nam putat quod triginta dies fiunt irriti, & hic eſt Nazyræatus triginta dierum. Sic etiam juxta Sapientes totus Nazyræatus fit irritus, etſi plurium quam triginta fuerit dierum; deciſio in his omnibus eſt juxta Sapientes.

ד הריני נזיר מאה יום נטמא יום מאה סותר את הכל רבי אליעזר אומר אינו סותר אלא שלשים נטמא יום מאה ואחד סותר שלשים יום רבי אליעזר אומר אינו סותר אלא שבעה:

4. (Si quis dixerit;) *ecce ego ſum Naſiræus* 100. *dies*: tum ſi polluitur die centeſimo, deſtruit omnes. Licet R. Elieſer dicat; non deſtruit, niſi 30. dies. Si polluitur die centeſimo primo: deſtruit triginta dies. Licet R. Elieſer dicat; non deſtruit niſi ſeptem (dies.)

R. OB. DE BARTENORA. הריני נזיר מאה יום נטמא יום מאה סותר את הכל *Ecce ſum Nazyræus centum dierum, ſi pollutus fuerit die centeſimo, deſtruitur totus Nazyræatus.* Sapientes ſequuntur opinionem ſuam qua ſtatuunt, quod, ſi pollutus fuerit die implementi, ſe res habet ac ſi pollutus fuiſſet in medio tempore, & quod totus Nazyræatus fit irritus. רבי אליעזר אומר לא סותר אלא שלשים *R. Elieſer dicit, non deſtruit niſi triginta dies*, quia putat, quod, ſi pollutus fuerit die implementi Nazyræatus, triginta dies tantum deſtruuntur. נטמא יום מאה ואחד *ſi pollutus fuerit die centeſimo primo*, juxta Sapientes triginta dies deſtruuntur, nam decreverunt diem centeſimum primum, qui eſt dies tonſuræ, propter diem centeſimum; ſed non aggravarunt in ipſum ut æſtimaretur ut dies centeſimus, qui eſt dies implementi, qui totum deſtruit Nazyræatum; ideo decreverunt ut deſtrueret Nazyræatum ordinarium, qui eſt triginta dierum tantum. רבי אליעזר אומר אינו סותר אלא שבעה *R. Elieſer dicit, non deſtruit niſi ſeptem*, juxta ſententiam ſuam, qua putat, quod etſi trigeſimo die pollutus ſit, non decreverunt quando dixerit, *ſum Nazyræus*.

ה מי שנזר והוא בבית הקברות אפילו היה שם שלשים יום אין עולין לו מן המנין ואינו מביא קרבן טומאה יצא ונכנס עולין לו מן המנין ומביא קרבן טומאה רבי אליעזר אומר לא מן היום שנאמר והימים הראשונים יפלו עד שיהו לו ימים ראשונים:

5. Quicunque voverit Naſiræatum, fueritque in cœmiterio, ſi vel maximè triginta dies ibi manſerit; non tamen annumerantur ipſi (ſeu Naſiræatui ipſius,) nec adducit Korban immunditiæ ſuæ. Si exiverit, & rurſus (poſt lotionem) ingreſſus fuerit: tum annumerantur ipſi, & adfert Korban immunditiæ. R. Elieſer (rectè) dicit; non eodem tamen die (quo vovit: nam ſi die, quo vovit, ingreſſus fuerit, ille dies annumerabitur.) Quoniam dicitur; *& dies priores cadent*: (ſcil.) quouſque ipſi erunt priores dies.

R. OB. DE BARTENORA.

ואינו מביא קרבן טומאה *Et non adducit oblationem immunditiei ſuæ*, quia oblationem pro immunditie inſtituit Lex pro Nazyræo qui purus eſt, & deindè pollutus fuerit; nihilominus tamen ſi declaraverint illi, vapulabit.

יצא ונכנס עולין לו מן המנין *Si exiverit & denuo ingreſſus fuerit, annumerantur illi*, hæc Miſna hoc ſenſu explicatur in Gemara, ſi exiverit è cœmeterio, & ſuper ipſum ſparſæ fuerint aquæ die tertio & ſeptimo, & immerſus fuerit ac purificatus ab immunditie ſua, & dies Nazyræatus ſui enumerare inceperit, etiamſi poſtea denuo intraverit cœmeterium, annumerantur Nazyræatui illius dies illi, quos computavit poſtquam purificatus fuerit, cum interrupit purificationem inter primos dies quibus promiſit Nazyræatum, quando erat in cœmeterio, & inter ultimos illos dies. Et quam-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואינו מביא קרבן טומאה *Nec adducit oblationem immunditiei*, ſic etiam tenetur tonſurâ, & vapulat ſi fuerit in cœmeterio poſtquam rem declaraverint illi.

עולין לו ואין עולין לו *Annumerantur illi & non annumerantur illi*, juxta hunc ſenſum quo exponunt id ipſum, nimirum, ſi quis promiſerit Nazyræatum quando erat in cœmeterio tot vel tot dies, & deinde commoratus fuerit in cœmeterio aliquos dies, & exiverit, & aquæ ſparſionis in illum ſparſæ fuerint tertio & ſeptimo die, & immerſerit ſe, at poſtea denuo intraverit in cœmeterium, dies illi quibus fuit in cœmeterio, ingrediuntur numerum dierum Nazyræatus. Si vero iterum ingreſſus fuerit cœmeterium poſtquam exiverit, ante implementum purificationis, totus Nazyræatus fit irritus, & dies illi non annumerantur illi quibus fuit in cœme-

quamvis intraverit cœmeterium, immunditie cœmeterii tamen non deſtruit numerum dierum qui numerati fuerint in puritate, quia Nazyræatum non deſtruunt niſi duodecim immunditie, quæ dictæ ſunt de ipſo.

ויביא קרבן טומאה *Et adducet oblationem pro immunditie ſua*, ſenſus eſt, ſi pollutus fuerit poſtea immunditie aliqua propter quam Nazyræus tondetur, adducet ſacrificium pro immunditie, & primos dies deſtruet.

רבי אליעזר אומר לא בו ביום *R. Elieſer dicit, non eodem die*, id eſt, ſi eodem die quo ſe immerſerit & purificaverit, pollutus fuerit immunditie aliqua propter quam Nazyræus ſe tondere tenetur, non deſtruet illum diem, eo quod ſcriptum eſt Num. 6, 12. והימים הראשונים יפלו non deſtruit immunditiem donec duos dies Nazyræatus enumeraverit. Idem intelligendum eſt de quocunque Nazyræo qui pollutus fuerit die primo enumerationis Nazyræatus ſui, quod immunditie non deſtruit illum diem, ſed adimplebit computum dierum Nazyræatus ſui; deciſio eſt juxta R. Elieſerem.

ו מי שנזר נזירות הרבה והשלים את נזירותו ואחר כך בא לארץ בית שמאי אומרים נזיר שלשים יום ובית הלל אומרים נזיר בתחלה מעשה בהילני המלכה שהלך בנה למלחמה ואמרה אם יבא בני מן המלחמה בשלום אהא נזירה שבע שנים ובא בנה מן המלחמה והיתה נזירה שבע שנים ובסוף שבע שנים עלתה לארץ והורוה בית הלל שתהא נזירה עוד שבע שנים אחרות ובסוף שבע שנים נטמאת ונמצאת נזירה עשרים ואחת שנה אמר רבי יהודה לא היתה נזירה אלא ארבע עשרה שנה :

R. OB. DE BARTENORA.

והשלים את נזירותו ואחר כך בא לארץ *Et abſolverit Nazyræatum ſuum, & poſtea venerit in terram*, Iſraëlis, quia Nazyræatus tantum obtinet in terra Iſraëlis, propter immunditiem terræ gentilium; ei igitur qui voverit Nazyræatum extra terram Iſraëlis impoſuerunt ut aſcendat in terram Iſraëlis, & illic obſervet Nazyræatum ſuum.

נזיר בתחלה *Erit Nazyræus ab initio*, neceſſe eſt ut in terra Iſraëlis obſervet numerum dierum Nazyræatuum quem promiſit, ſed dies Nazyræatus quos obſervavit extra terram Iſraëlis ejuſmodi habentur ac ſi nullo modo obſervati fuiſſent.

אמר ר׳ יהודה לא היתה אלא ארבע עשרה *Dixit R. Jehuda, non fuiſſet Nazyræa, niſi quatuordecim annos*, R. Jehuda eſt in ſententia R. Elieſeris, qui ſuperius in hoc capite dixit, quod, ſi quis pollutus fuerit die impletionis Nazyræatus, triginta tantum dies deſtruuntur. Propterea dicit quod Regina Helena, quæ polluta fuit in fine quatuordecim annorum, quod erat in die impletionis, non deſtruxit totum Nazyræatum, ita ut non neceſſe eſſet enumerare alios inſuper ſeptem annos, ſed triginta dies tantum. Et quandoquidem non annos perfectus erat, non numeravit eum in computo, perinde ac ſi dixiſſet, non fuit Nazyræa niſi quatuordecim annos & triginta dies.

ז מי שהיו שתי כתי עדים מעידות אותו אלו מעידים שנזר שתים ואלו מעידים שנזר חמש בית שמאי אומרים נחלקה העדות ואין כאן נזירות ובית הלל אומרים יש בכלל חמש שתים שיהא נזיר שתים :

R. OB.

cœmeterio, neque primi neque ultimi, ſed totus deſtruitur, quia non intravit poſt purificationem, ſed immunditie conjuncta eſt, & res ſe habet perindè ac ſi non exiviſſet, uti diximus, quod dies quibus illic fuit, non annumerantur ipſi. Senſus vero Miſnæ ejuſque expoſitio eſt, ſi quis promiſerit ſe Nazyræum futurum dum eſt in cœmeterio, etſi triginta dies illic commoratus fuerit, non annumerantur ipſi, & ſi pollutus fuerit immunditie ob quam Nazyræus tonderi debet, non adducet ſacrificium pro immunditie ſua. Si exiverit & ſparſerit, & immerſus fuerit, & denuo intraverit, annumerantur illi; at ſi ante ſparſionem & immerſionem denuo intraverit, non annumerantur illi. R. Elieſer dicit, ſi eo die quo incepit computare Nazyræatum, denuo intraverit, non deſtruit illum diem, eo quod ſcriptum eſt Num. 6, 12. והימים הראשונים יפלו Cæterum deciſio eſt juxta R. Elieſerem. Eodem modo comparatum eſt cum Nazyræo puro qui pollutus fuerit eo die quo incepit numerare Nazyræatum, quod non deſtruit illum diem, ſed adimplebit inſuper numerum; & ſi pollutus fuerit ſecundo die poſt, deſtruit primos.

6. Si quis voverit Naſiræatum longum, & abſolverit Naſiræatum ſuum, poſteaque venerit in terram (Iſraël:) de eo dicit Schola Schammai; quod ſit Naſiræus triginta dierum: ſed (melius) Schola Hillelis; eſt Naſiræus ab initio (id eſt, per totum tempus, quod vovit.) Habemus exemplum in Helena Regina, cujus filius cum iret in bellum, dixit ipſa; Si redierit filius meus è bello cum pace, ero Naſiræa ſeptem annos. Venit autem filius ejus è bello, & ipſa fuit Naſiræa ſeptem annos. Sed in fine VII. annorum venit in terram (Judah:) ubi Schola Hillelis informavit eam, ut eſſet Naſiræa adhuc VII. annos alios. Polluta verò eſt in fine VII. annorum. Deprehenditur Naſiræatus ejus XXI. annorum. Licet R. Jehudah dicat (male;) non debuiſſe eſſe Naſiræam, niſi XIV. annos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nazyræus nequit commorari extra terram Iſraëlis propter immunditiem. Id autem quod dicunt in Toſaphta, quod Nazyræatus obſervatur in terra Iſraëlis & extra terram Iſraëlis, vult, quod is qui obſtrinxerit ſe Nazyræatui extra terram Iſraëlis, propter pœnam eo tenetur, propterea aſcendet in terram Iſraëlis, & illic obligatus erit ad Nazyræatum. Et de eo qui Nazyræatum promiſit extra terram Iſraëlis, dicit Schola Schamai quod illi erit pœna cujus ipſum condemnarunt, ſcil. Nazyræatus ordinarius terræ Iſraëlis triginta dierum. Schola Hillelis dicit quod illum obligatum declaramus ut fiat Nazyræus terræ Iſraëlis, juxta tempus Nazyræatus quod in ſe recepit. R. Jehuda putat quod, ſi quis pollutus fuerit die implementi, totus Nazyræatus non deſtruitur, ſed triginta dies tantum, uti dixit R. Elieſer; & ſic exponitur quod juxta opinionem illius dixit hanc cauſam. Et hoc applices velim ad id quod dicitur Num. 6, 12. ואת תורת הנזיר ביום מלאת Dicit Scriptura quod, ſi pollutus fuerit die implementi, ſit Nazyræus abſolutus, id eſt triginta dierum, propterea dicit לא היתה נזירה אלא ארבע עשרה שנה *non fuiſſet Nazyræa niſi quatuordecim annos*, at non numeravit triginta dies, quia non finitus erat annos; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

7. Si de aliquo duæ ſectæ teſtium fuerint teſtantes; quarum una dicat, eſſe Naſiræum bis; altera, quinquies: tum Schola Schammai dicit; diſſentit teſtimonium, & non eſt hic Naſiræatus. Sed Schola Hillelis dicit; in ſumma quinarii comprehenduntur duo: ideoque erit Naſiræus bis (ſeu duorum Naſiræatuum.)

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מעידים שנזר שתים והלו מעידים שנזר חמש *Si hi teſtati fuerint quod duos Nazyræatus promiſit, illi vero quod quinque promiſit*, dicunt, ea hora qua dicis quod duos promiſit, nos teſtamur quod promiſit quinque Nazyræatus, ille vero dicit, quod nullo modo promiſit. ב״ש אומרים נחלקה העדות *Schola Schamai dicit, diſſentit teſtimonium*, quandoquidem hi contradicunt illis, verba eorum ſunt irrita. & nullatenus hic obtinet teſtimonium. Schola Hillelis dicit quod in quinque continentur duo, & propterea eum bis Nazyræum eſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia in hac Miſna clara ſunt, & jam noſti quod Nazyræatus eſt triginta dierum.

פרק ד מי שאמר הריני נזיר ושמע חבירו ואמר ואני ואני כולם נזירים הותר הראשון הותרו כולן הותר האחרון האחרון מותר וכולם אסורין אמר הריני נזיר ושמע חבירו ואמר פי כפיו ושערי כשערו הרי זה נזיר הריני נזיר ושמעה אשתו ואמרה ואני מיפר את שלה ושלו קיים הריני נזירה ושמע בעלה ואמר ואני אינו יכול להפר:

Caput 4. Si quis dixit; *Ecce ego ſum Naſiræus; & audivit ſocius ejus*, dixitque; *Ego* (quoque, & alius;) *& ego*: tunc omnes ſunt Naſiræi. Si primus abſolvitur, abſoluti ſunt omnes. Sin abſolvitur ultimus, ipſe quidem abſolutus eſt, ſed reliqui omnes obligati: (quia ultimi Naſiræatus dependebat à prioribus, tanquam à conditione.) Si dixit quis; *ecce ego ſum Naſiræus*, ac audivit ſocius, dixitque; *os meum, ut os ejus, & coma mea, ut coma ejus*: ecce hic eſt Naſiræus. (Si quis maritus dixit;) *ecce ego ſum Naſiræus*, & audivit uxor ejus, atque dixit; *& ego*: tum poteſt ipſius (uxoris Naſiræatum) ſolvere, ſuus autem conſtat. (Si uxor alicujus dixit;) *ecce ego ſum Naſiræa*, & audivit maritus ejus, & dixit; *& ego*: tum non poteſt ſolvere, (quia ſuo voto prius confirmavit.)

R. OB. DE BARTENORA.

ואמר ואני ואני כולם נזירים *Et dixerit, & ego, & ego, omnes ſunt Nazyræi*, hoc intelligendum eſt quando eorum unuſquiſque dixerit, ואני *& ego*, in medio ſermone alterius dum diſcipulus poterit ſalutare magiſtrum ſuum, dicendo, *pax tibi magiſter mi*, פי כפיו וכו׳ *os meum ut os tuum &c.* meum os ſit ut illius os quod ad vinum, & meum capillitium ſit ut illius capillitium ne tondeatur.

ושמע בעלה ואמר ואני אינו יכול להפר *Et audivit maritus ejus, & dixit, & ego, non poteſt ſolvere*, quia jam confirmavit votum ejus, quando dixit, *& ego*. Si vero uxor quæ votum Nazyræatus fecit, audiverit alium, & dixerit, *& ego*, & deinde maritus irritum fecerit ejus votum, non tamen irritum factum eſt pro illo qui dixit, *& ego*, quia maritus non eradicat votum ejus ex principio ſuo, uti facit Sapiens.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicimus ſi quis dixerit ואני *& ego*, vult, quod in eum cadit Nazyræatus, quando illud acciderit in medio ſermone illius, eſtque ſpatium temporis in quo commodè dici poteſt שלום עליך רבי *pax tibi magiſter mi*. Sic etiam ſi tertius, quartus, & quicunque plures fuerint, dixerit, ואני *& ego*, ſi inter ואני quod dixerit, & inter eum qui præceſſerit, & dixerit ואני *& ego*, interceſſerit minus ſpatium quam ad eloquendum neceſſe eſt, tum cadit in ipſum id quod cecidit in eum qui præceſſit.

פי כפיו *Os meum ſit ut os tuum*, ſub conditione ut dicat, meum os ſit ut illius quod ad vinum, & capillitium meum ſit ut capillitium illius, ne tondeatur. Neceſſe eſt ut ſcias, quod, ſi mulier quæ audiverit votum Nazyræatus, eamque alius audiverit, & dixerit, *& ego*; & deindè venerit maritus qui uxoris ſuæ votum irritum fecerit, tum hic qui dixit *& ego*, tenetur Nazyræatu, etſi irritum factum fuerit votum uxoris, quia maritus, dum irritum reddit, non eradicat fundamentum illius, præterquam id quod ab uxore dependet. & hoc eſt id quod dixerunt in hoc caſu, בינו גוז ולא מעקר עקר *abſcindit maritus, ſed non eradicat*, quod eſt idem quod diximus. Quando autem ipſe maritus dixerit, *& ego*, non reddit poſtea irritum, quia votum uxoris jam confirmavit, quemadmodum exponimus in tractatu Nedarim capite decimo.

ב הריני נזיר ואת ואמרה אמן מיפר את שלה ושלו קיים הריני נזירה ואתה ואמר אמן אינו יכול להפר:

2. (Si maritus dixit;) *ecce ego ſum Naſiræus, & tu* (uxor mea:) tum, ſi ipſa dixerit; *Amen*, poteſt tantummodo ipſius (Naſiræatum) ſolvere, ſed ſuus conſtat. (At ſi dixit uxor;) *ecce ego ſum Naſiræa, & tu* (maritus meus:) tum, ſi dixerit ipſe; *Amen*, non poteſt ſolvere.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר ואת ואמרה אמן כפר את שלה ושלו קיים *Ecce ego ſum Nazyræus, & tu? & illa reſponderit, Amen, irritum reddit votum illius, ſed ſuum ratum*, hoc intelligendum eſt interrogativè, hoc ſenſu, & tu quid dicis, eriſne Nazyræa ut ego, an non? tum irritum reddere poteſt; at ſi dixerit ſimpliciter, ſum Nazyræus, & tu, & illa reſponderit, Amen, non poteſt irritum reddere; quia jam confirmavit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si maritus dixerit uxori ſuæ, *ſum Nazyræus, & tu*, abſolutè, & illa dixerit אמן *verum fiat*, non poterit irritum reddere maritus. Cæterum ſi dixerit uxori interrogativè *& tu?* ac ſi dixiſſet illi, & tu quid dicis, an obligaſti te ad id ad quod ego me obligavi. an non? & illa reſponderit אמן, tum dicere poteſt, ego me obligo, & hoc eſt quod dicit, quod irritum reddere poteſt.

ג האשה שנדרה בנזיר והיתה שותה ביין ומיטמאה למתים הרי זו סופגת את הארבעים הפר

3. Si mulier, quæ Naſiræatum vovit, biberit vinum, aut polluta fuerit mortuis: tum ecce vapulat 40. plagis. Sin ſolverit ipſi maritus ejus, &

לה בעלה והיא לא ידעה שהפר לה בעלה והיתה
שותה ביין ומיטמאה למתים אינה סופגת את
הארבעים רבי יהודה אומר אם אינה סופגת את
הארבעים תספוג מכת מרדות :

ipſa neſciverit, quod ipſi ſolverit maritus ipſius, & biberit vinum, aut polluta fuerit mortuis: tum non vapulat 40. plagis. (Inſuper rectè) R. Jehuda ait; ſi non vapulat 40. plagis, vapulat tamen plagis caſtigationis.

R. OB. DE BARTENORA.

והיתה שותה ביין ומטמאה למתים *Et biberit vinum, aut polluta fuerit mortuis*, & poſtea maritus irritum reddiderit votum illius. הרי זו סופגת את הארבעים *ecce hæc vapulabit quadraginta plagis*, propterea quod peccavit antequam irritum factum fuiſſet votum.

תספוג מכת מרדות *Vapulabit plagis rebellionis*, ex inſtitutione Sapientum, quotieſcunque autem mentio fit plagarum rebellionis, ſtatuuntur illæ prout judici viſum fuerit, & habita ratione temporis, & occaſionis. Sed hoc intelligendum eſt de peccato quod jam commiſſum eſt, at propter præcepta affirmativa, ut, fac tabernaculum, & non fecerit; accipe ramum Lalabh, & non acceperit, vapulat ipſe donec fecerit, aut donec mortuus fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Miſna quod mulier, ſi Nazyræatum voverit, eumque tranſgreſſa fuerit, ac vinum biberit, aut polluta fuerit mortuis, & deinceps maritus audiverit votum illius, & irritum reddiderit, vapulabit quadraginta plagis, eo quod peccavit ante reſciſſionem voti.

מכת מרדות *Plagis rebellionis*, in hoc loco & alibi, id eſt, plagæ ſunt ex inſtitutione Sapientum, & caſus earum dependent à domo judicii, quæ facit ut ipſi viſum fuerit; deciſio eſt juxta R. Jehuda in eo quod dixit.

ד האשה שנדרה בנזיר והפרישה את בהמתה
ואחר כך הפר לה בעלה אם שלו היתה בהמתה
תצא ותרעה בעדר ואם שלה היתה בהמתה
החטאת תמות ועולה תקרב עולה והשלמים תקרב
שלמים ונאכלין ליום אחד ואינן טעונין לחם היו
לה מעות סתומים יפלו לנדבה מעות מפורשים
דמי חטאת ילכו לים המלח לא נהנים ולא
מועלים בהן דמי עולה יביאו עולה ומועלין בהן
דמי שלמים יביאו שלמים ונאכלים ליום אחד ואינן
טעונין לחם :

4. Si mulier aliqua vovit Naſiræatum, & ſeparavit pecudem ſuam, atque poſtea ſolvit ipſi maritus ejus: ſi pecus ipſius (uxoris,) ſua (mariti) fuit: exibit, paſcetque in grege. Sin ipſius (uxoris) fuit pecus: tum ſi fuerit ſacrificium pro peccato, morietur; ſi holocauſtum, offeretur in holocauſtum; ſi pacifica, offeretur in pacifica, & comedetur die uno, non autem neceſſe habebit pane. Si fuere ipſi pecuniæ (votæ) abſolutè: cedent in voluntaria (ſacrificia.) Sin pecuniæ ſeparatæ (ſeu expreſſis ad certa ſacrificia deſtinatæ verbis,) (aut) pretium ſacrificii pro peccato: tum abibunt (ſeu ejicientur in mare ſalſum, nec commodum ex iſtis habebunt, nec prævaricabuntur in iis. Pretium holocauſti adferetur in holocauſtum, atque prævaricabuntur in iis. Pretium pacificorum adferetur pacificis, comedeturque die uno, nec requiret panem.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם שלה היתה בהמתה *Sin ipſius fuerit pecus*, ſi alius illi id dono dederit, ſub ea conditione ne maritus illius poteſtatem habeat in illud, quia bona uſuaria, & bona gregis ferrei omnia ſubjecta ſunt marito.

חטאת הכורת *Si fuerit expiatio pro peccato, morietur*, expectabunt donec moriatur. ונאכלין ליום אי *& comedetur die uno*, uti ſacrificium pacificum Nazyræi, quod die & nocte una tantum comedi poteſt.

ואין טעונין לחם *Et non opus habebit pane*, nam omnia ſacrificia pacifica opus habent pane, uxoris autem ſacrificium pacificum quia à marito irritum factum eſt, non opus habet pane.

היו לו מעות סתומים *Sin fuerint ipſi pecuniæ ſeparatæ*, quas ſimpliciter ſeparavit pro ſacrificiis Nazyræatus, at non expoſuit quid ex illis eſſet in ſacrificium expiationis pro peccato, & in holocauſticum, & in ſacrificium pacificum.

יפלו לנרבה *Cedent in voluntaria*, conjiciuntur in ciſtas quæ erant in Sanctuario, in quas conjiciebant omnes nummos ſacrificiorum ſpontaneorum, & illis emebantur ſacrificia quæ omnia erant holocauſta.

לא נהנין ולא מועלין בהן *Non capiunt utilitatem ex illis, neque prævaricantur in illis*, de induſtria prohibitum eſt utilitatem capere ex illis, at ſi utilitatem ceperit ex illis, non tenetur adferre ſacrificium prævaricationis, quod dicitur de omni eo qui utilitatem ceperit de ſanctis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quicquid mulier habet in poteſtate ſua, id omne habet à marito ſuo, quemadmodum explicatur in tractatu Cetubhot, propterea, id quod hic dicitur ואם שלה *ſin ipſius* (uxoris) *fuerit*, fieri nequit, niſi hoc prolixius exponetur; ut, ſi alius dederit uxori dono hæc ſacrificia, ſub hac conditione, ne marito ſit poteſtas in ea; & hoc fieri poteſt uti explicuimus capite ultimo tractatus Nedarim. Cæterum jam noſti, quod, id quod Lex dicit de carne ſacrificii pacifici quod offerebat Nazyræus, requirebat ut ſimul panis adeſſet, ſed hic non requirebatur, quia Nazyræatus nondum abſolutus erat.

החטאת הכורת *Sacrificium expiationis pro peccato morietur*, expectabunt donec moriatur, quemadmodum exponitur in tractatu Temura.

מעות סתומין *Pecuniæ ſeparatæ*, ſunt ejuſmodi pecuniæ de quibus non dixit quidnam ex illis erit pro ſacrificio pro peccato, & quid pro holocauſto, & quid pro ſacrificio pacifico, cujus contrarium eſt מפורשין de quibus expreſſit pro quo erunt ſacrificio.

לא נהנין ולא מועלין בהן *Non capient utilitatem, neque prævaricantur in illis*, ſenſus eſt, quod de induſtria & re adhuc integra nequit ex illis utilitatem capere, at ſi quis utilitatem indè ceperit, non tenetur ſacrificio prævaricationis, uti is qui utilitatem ceperit ex ſanctis, quemadmodum exponitur in tractatu Meyla. יפלו לנרבה *cedent in voluntaria*, conjicientur nummi in aliquam ex ciſtis nummorum continentibus ſacrificia voluntaria, uti expoſuimus in tractatu Sceka-lim, ut omnibus illis pecuniis emerentur beſtiæ, quæ omnes eſſent pro ſacrificiis holocauſticis voluntariis. Differentia vero, quæ eſt inter holocauſta voluntaria, quæ offert homo, & inter holocauſta quæ comparabantur nummis, quos conjiciebant in ciſtas quæ continebant voluntaria, conſpicitur in illis rebus de quibus capite tertio tractatus Temura.

ה נזרק עליה אחת מן הדמים אינו יכול להפר רבי עקיבא אומר אפילו נשחטה עליה אחת מכל הבהמות אינו יכול להפר במה דברים אמורים בתגלחת הטהרה אבל בתגלחת הטומאה יפר שהוא יכול לומר אי אפשי באשה מנוולת רבי אומר (נכי ר"ם) אף בתגלחת הטהרה יפר שהוא יכול לומר אי אפשי באשה מגולחת :

5. Si pro eâ (muliere) effuſus eſt unus ex iſtis ſanguinibus: tum non poteſt (maritus) ſolvere. (Ubi non benè) Rabbi Akiba addit; etiamſi (tantum) mactatum eſt unum ex omnibus pecudibus pro eâ: tamen non poteſt ſolvere. De quo verba intelligenda? de tonſurâ munditiæ. At in tonſurâ immunditiæ poteſt ſolvere: dicere enim poteſt; *nolo uxorem deturpatam*. Rabbi (malè) dicit; etiam in tonſurâ munditiæ ſolvet: quia poteſt dicere: *nolo uxorem tonſam*.

R. OB. DE BARTENORA.

נזרק עליה אחת מן הדמים אינו יכול להפר *Si ſparſus fuerit unus ex iſtis ſanguinibus*, nequit (maritus) irritum reddere (votum uxoris,) quia uxor poſt ſparſionem ſanguinis vinum bibere poteſt, & pollui mortuo, & ſic non amplius hic obtinebit votum afflictionis animæ.

אפילו נשחטה עליה אחת מכל הבהמות אינו יכול להפר *Etſi mactatum ſit unum ex omnibus pecudibus pro ea, non poteſt irritum reddere*, propter damnum rerum ſanctarum.

אבל בתגלחת טומאה יפר *At in tonſura immunditiei irritum reddere poteſt*, quia denuo computare debet Nazyræatum puritatis, & dicere poteſt, nolo ut mulier afflicta & prohibita bibat vinum.

רבי אומר אף בתגלחת הטהרה יפר *Rabbi dicit, etiam in tonſura munditiei irritum reddet*, quia in tonſura non tenetur ſe ornare, quia tonſura in muliere eſt deformitas. Primus vero doctor putat quod tonſura non ſit deformitas in muliere, quia facere poteſt capillos alienos; deciſio non eſt juxta R. Akibam, nec juxta Rabbi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba conatur reficere perditionem rerum ſanctarum, propterea dicit, quod, quotieſcunque mactaverit aliquam ex beſtiis, non irritum reddet votum illius maritus. Et jam noſti, quod tonſura immunditiei eſt, ſi pollutus fuerit Nazyræus ut adducat duos turtures, aut duos pullos columbarum, & purificet ſe, & deinceps offerat eos, & poſtea denuo incipiat Nazyræatum ſuum, ut dies primi irriti fiant, & propterea irritum reddet.

מנולת Eſt ea quæ ſordibus inquinata eſt ſine ullo ornatu; utitur autem hac voce propter caſum de prohibitione vini, quando dicit אי אפשי באשה מנולת *nolo uxorem deturpatam*, ſcil. quæ non bibit vinum. Rabbi vero dicit, quod maritus etiam irritum reddere poteſt uxori in tonſura puritatis, quando illi licitum eſt vinum, etſi beſtia illius jam mactata, & ſanguis aſperſus fuerit; nam ſi irritum reddiderit, tenetur ſe tondere, & dicere poteſt, *nolo mulierem tonſam*. Cæterum doctor primus dicit, quod non reficiet tonſuram, quia illa capillos alienos conficere poteſt; deciſio non eſt juxta Rabbi, nec juxta R. Akibam.

ו האיש מדיר את בנו בנזיר ואין האשה מדרת את בנה בנזיר כיצד גלח או שגלחוהו קרוביו מיחה או שמיחו קרוביו היתה לו בהמה מופרשת החטאת תמות והעולה תקרב עולה והשלמים יקרבו שלמים ונאכלין ליום אחד ואינן טעונין לחם היו לו מעות סתומין יפלו לנדבה מעות מפורשין דמי חטאת ילכו לים המלח לא נהנין ולא מועלין דמי עולה יביאו עולה ומועלין בהן דמי שלמים יביאו שלמים ונאכלין ליום אחד ואינן טעונין לחם :

6. Vir poteſt voto adſtringere filium ſuum, ut fiat Naſiræus: ſed mulier non poteſt adſtringere filium ſuum, ut fiat Naſiræus. Quomodo? Si (filius) totondit ſe, aut totondêre eum propinqui; ſi ipſe (filius) impedivit, aut impediverunt propinqui: tum ſi pecus ipſi ſeparata eſt in ſacrificium pro peccato, (illa pecus) moriatur; ſi in holocauſtum, offeratur in holocauſtum; ſi in pacifica, offeratur in pacifica, quæ comedi ſolent uno die, nec panem requirunt. Sin fuerint ipſi pecuniæ abſolutè (votæ:) tum cedant in voluntaria ſacrificia. Si pecuniæ ſeparatæ: tum, ſi fuerint pretia in ſacrificium pro peccato, projicientur in mare ſalſum, nec commodum inde percipient, nec in iis prævaricabuntur. Si pretia in holocauſtum: adferent holocauſtum, atque in illis prævaricabuntur. Si pretia pacificorum, tum adferent pacifica, quæ comeduntur die uno, ſed non onerata pane.

R. OB. DE BARTENORA.

האיש מדיר את בנו בנזיר *Vir poteſt adſtringere filium ad Nazyræatum*, dum adhuc minorennis eſt filius, donec illi fuerint duo pili in partibus pudendis, poſtquam venerit ad tredecim annos & unum diem; & obligatur ad omnia jura Nazyræatus, pater vero illius adducet ſacrificia. Cum autem pollutus fuerit, adducet ſacrificium immunditiei; & quod dicitur מדיר *adſtringit ad votum*, vult, ut dicat illi, *eris Nazyræus*, aut, *ecce filius meus N. erit Nazyræus*. Et hoc intelligendum eſt ſi non impediverit ipſum, neque filius, neque propinqui; hic caſus traditione receptus eſt.

כיצד גלח או שגלחוהו *Quomodo? ſi filius totondit ſe, aut totonderunt eum*, ſenſus eſt, quomodo faciet pater cum ſacrificiis, quando tonſus eſt filius, & non accepit Nazyræatum, aut quando tonſus à propinquis ſuis, aut ſi ipſe impedit, aut ipſum impediunt propinqui, nam irritum reddit Nazyræatum? tantummodo ſi ille impediat, aut parentes

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האיש מדיר את בנו בנזיר *Vir poteſt voto adſtringere filium ad Nazyræatum*, ut dicat illi, tu eris Nazyræus, aut ut dicat, meus filius N. erit Nazyræus, ſi tacuerit filius & propinqui ejus, cadit Nazyræatus in hunc filium; & hic caſus traditione receptus eſt, at non eſt illi fundamentum ex Lege. Et hoc eſt quod dixerunt, hæc eſt traditio de Nazyræo. Sed nonnulli Sapientes jam putarunt dari rationem poſſe ad mittendum illum præceptis, ſed non perfecta fuit hæc res. Tempus autem, quo ſequitur opus patris ad obligandum filium ad Nazyræatum, eſt donec illi duo pili fuerint in partibus pudendis; imo vero etiamſi jam advenerit tempus votorum, nimirum tredecim anni & unus dies, ſi illi nondum fuerint duo pili in pudendis, eum ad Nazyræatum adſtringere poteſt, quia minorennis eſt, quemadmodum expoſitur in tractatu Jebhammot. Cæterum quod Miſna dicit כיצד *quomodo?* vult, quomodo faciet cum ſacrifi-

tes impediant ipſum ſtatim, at ſi inceperit numerare Nazyræatum, aut receperit in ſe Nazyræatum, jam nequit impedire ipſe, nec illius propinqui.

crificiis quæ ſeparavit pro Nazyræatu filii ſui, ſi non confirmatus fuerit Nazyræatus, ſi filius ipſe abierit & totonderit caput ſuum, aut totonderint illud propinqui, aut ſi impeditus fuerit à patre qui ipſum ad illud obſtrinxit; aut ſi impediverint ipſum propinqui, dixerintque ipſi, quare adſtringis illum ad hoc debitum, quomodo faciet cum iſtis ſacrificiis? Cætera autem clara ſunt per ea quæ expoſuimus hoc capite. Et hic eſt caſus qui traditione receptus eſt, nimirum, quod Nazyræatus hic non cadit in filium, quando actum aliquem egerit, quo monſtrat quod filius non annuit actui patris. Aut ſi dixerit quod non recipiet Nazyræatum, ſive is ipſe dixerit, ſive propinqui illius. Cæterum tenetur Nazyræatu ſi tacuerit, & quando inter illos non fuerit contradictio; quotieſcunque autem ceciderit in illum Nazyræatus, & illum Nazyræatum obſervare inceperit, poſtea neque ipſe neque parentes irritum reddere poſſunt votum ejus.

ז האיש מגלח על נזירות אביו ואין האשה מגלחת על נזירות אביה כיצד מי שהיה אביו נזיר והפריש מעות סתומים על נזירותו ומת ואמר הריני נזיר על מנת שאגלח על מעות אבא אמר רבי יוסי הרי אלו יפלו לנרבה אין זה מגלח על נזירות אביו איזהו שמגלח על נזירות אביו מי שהיה הוא ואביו נזירים והפריש אביו מעות סתומים לנזירותו ומת זה הוא שמגלח על נזירות אביו:

7. Vir tondetur propter Naſiræatum patris ſui; ſed mulier non tondetur propter Naſiræatum patris ſui. Quomodo? Si cujus Pater fuerit Naſiræus, & ſeparaverit pecuniam abſolutè pro Naſiræatu ſuo, interimque fuerit mortuus: tum ſi dicat (filius;) ecce ego ſum Naſiræus hâc conditione, ut tondear propter pecuniam patris mei, Rabbi Joſe dicit; ecce iſta (pecunia) cedit in voluntarium ſacrificium, neque tondetur filius ſuper Naſiræatu patris ſui. Quiſnam ergò tondetur ſuper Naſiræatu patris ſui? (Filius quiſque,) qui fuit Naſiræus cum Patre ſuo, & cujus Pater ſeparaverit pecuniam abſolutè pro Naſiræatu ſuo, atque (mox) mortuus eſt: hic eſt, qui tondetur ſuper Naſiræatu Patris ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין האשה מגלחת על נזירות אביה *Sed non mulier tondetur propter Nazyræatum patris ſui*, etiamſi fuerit filia hæreditatis, & hic caſus traditione receptus eſt. הרי אלו יפלו לנרבה וכו׳ *ecce illi* (nummi) *cedent in voluntarium* &c. deciſio non eſt juxta R. Joſen. Verum ſive filius cujus pater mortuus fuerit, & dixerit, ſum Nazyræus ſub hac conditione quod me tondebo ſuper nummis patris mei; ſive pater illius & ipſe Nazyræi fuerint, & pater illius mortuus fuerit, tondetur ſuper Nazyræatum patris ſui. Sin multi fuerint filii, & unus eorum anteverterit, & totonderit ſe ſuper Nazyræatu patris, acquiſivit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Joſe dicit quod filius tondetur ſuper Nazyræatu patris, etiam veriſſimum eſt; & ſi multos reliquerit filios, & unus eorum anteverterit, & totonderit ſe ſuper Nazyræatu patris ſui, acquiſivit. Sic etiam, ſi voverit Nazyræatum ſub hac conditione, ut adducat ſacrificia patris ſui quando tonſus fuerit. Cæterum & huic caſui non eſt fundamentum ex Lege, ſed traditio tantum eſt, & hoc eſt quando dixerunt, *hæc eſt traditio de Nazyræo*; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

פרק ה בית שמאי אומרים הקדש טעות הקדש ובית הלל אומרים אינו הקדש כיצד אמר שור שחור שיצא מביתי ראשון הרי הוא הקדש ויצא לבן בית שמאי אומרים הקדש בית הלל אומרים אינו הקדש:

Caput 5. Schola Schammai dicit; ſanctificatum per errorem, eſſe ſanctum. Contra Schola Hillelis negat, eſſe ſanctum. Quomodo? Si quis dixit; bos niger, qui exibit è domo meâ primus, ecce ille erit ſanctum, exivit autem albus: tum Schola Schammai dicit; ſanctum quid eſt; at Schola Hillelis dicit; non eſt ſanctum.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי אומרים הקדש טעות הקדש *Schola Schamai dicit, ſanctificatum per errorem eſſe ſanctum*, quia hoc docemus ex permutatione, quod res ſancta ſit etſi ex errore ſanctificata ſit, quamadmodum dicitur Levit. 27, 33. והיה הוא ותמורתו יהיה קדש & exponimus verbum יהיה *erit* eſſe ſuperfluum, ipſumque monſtrare id quod errore factum eſt, haberique perinde ac ſi de induſtria factum fuiſſet.

ובית הלל אומרים אינו הקדש *Schola Hillelis dicit, non eſt ſanctum*, quia hic principium ſanctitatis non docemus, ſcil. quod ſit id quod non procedit virtute ſanctitatis, è permutatione quæ eſt finis ſanctitatis, quæ procedit virtute alius rei quæ ſancta erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai hoc docet ex commutatione, ut, quemadmodum ſacrificium commutatum, etiamſi ex errore ſanctificatum, tamen ſanctificatur, ſic etiam ſanctificari id quod ſanctificatum fuerit ab initio ſuo; at hoc ulterius exponetur in tractatu Temura. Cæterum Schola Hillelis dicit, quod commutatio venit de ſancto, ſed hic nobis non eſt ſanctum, & ex errore non eſt ſanctificatum.

ב דינר זהב שיעלה בידי ראשון הרי הוא הקדש ועלה של כסף בית שמאי אומרים הקדש ובית הלל אומרים אינו הקדש חבית של יין שתעלה בידי ראשונה הרי היא הקדש ועלתה של שמן בית שמאי אומרים הקדש ובית הלל אומרים אינו הקדש:

2. (Item; Si dixerit quis;) *denarius aureus, qui aſcendet in manum meam* (h. e. veniet in poteſtatem meam) *primus*, ecce ille erit ſanctum; aſcendit autem argenteus: tum Schola Schammai dicit, ſanctum eſt; at Schola Hillelis, non eſt ſanctum. (Item;) *dolium vini, quod veniet in poteſtatem meam primum, ecce illud erit ſanctum*; aſcendit autem (dolium) olei: Schola Schammai dicit, ſanctum eſt; at Schola Hillelis dicit; non eſt ſanctum.

R. OB. DE BARTENORA.

דינר זהב : *Denarius aureus*, in principio nos docet rem quæ eſt ſanctitas ſanctitatum quod ad ſubſtantiam; hic autem nos docet rem quæ ſanctitas ſanctitatum eſt quod ad nummos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod hic caſus intelligatur etiam de ejuſmodi loco ubi vinum carius eſt oleo, ita ut ſi pretium illius quod illi venit in manum, ſit minus pretio illius quod promiſit, non ſit ſanctum ſecundum ſententiam Scholæ Hillelis, quia error eſt. Cæterum exemplum adfert de bove qui ſanctitas corporalis eſt; denarius autem & dolium ſunt ſanctitas nummaria.

ג מי שנדר בנזיר (נ"א שנזר) תשאל לחכם
ואסרו מונה משעה שנדר נשאל לחכם והתירו
היתה לו בהמה מופרשת תצא ותרעה בעדר
אמרו בית הלל לבית שמאי אי אתם מודים
בזה שהוא הקדש טעות שתצא ותרעה בעדר
אמרו להן בית שמאי אי אתם מודים במי שטעה
וקרא לתשיעי עשירי ולעשירי תשיעי ולאחד עשר
עשירי שהוא מקודש אמרו להם בית הלל לא
השבט קדשו ומה אלו טעה והניח את השבט
על שמיני ועל שנים עשר שמא עשה כלום אלא
כתוב שקדש העשירי הוא קידש התשיעי ואת
האחד עשר :

3. Si quis voverit Naſiræatum, & conſuluerit Sapientem, hic verò obligaverit ipſum (ſuper hoc:) tum numeret ab horâ, quâ vovit. Sin conſuluerit Sapientem, & hic abſolverit ipſum: tum ſi fuerit ab ipſo pecus aliqua ſeparata, exeat, paſcatque in grege. Heîc dixit Schola Hillelis Scholæ Schammai; num vos fatemini de hoc ſanctificato per errorem, quod exeat, & paſcat in grege? ei Schola Schammai dixit; num vos fatemini de eo, qui erravit, & vocavit nonum, decimum; & decimum, nonum; undecimumque, decimum, quod hoc ſit ſanctificatum? Dixit ipſi Schola Hillelis; annon verò baculus (baculo namque numerabant gregem) ſanctificavit illud? Quid igitur refert, ſi erravit, & demiſit baculum ſuper octavum, & ſuper duodecimum? num fecit quicquam? At Scriptura, quæ ſanctificavit decimum, ea etiam ſanctificavit nonum, & undecimum.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שנדר בנזיר *Si quis voverit Nazyraatum*, tum ejuſmodi verbis ut non eſſet Nazyræus juxta opinionem illius: תשאל לחכם ואסרו *& conſuluerit Sapientem, & obligaverit ipſum*, dicens illi quod ejuſmodi verbis continetur Nazyræatus, ille autem non caverat ſibi à vino bibendo.

מונה משעה שנדר *Numeret ab hora qua vovit*, & non afficiunt eum pœna eo quod peccavit, & vinum bibit, etiamſi ex dubia prohibitione abſtinere ſe debuiſſet, donec Sapientem conſuluerit.

נשאל לחכם והתירו *Si conſuluerit Sapientem & ſolverit illi*, ſi dixerit illi, quod in ejuſmodi vocibus non continetur Nazyræatus. תצא ותרעה בעדר *exeat & paſcat in grege*, quia ex errore ſeparavit beſtias, & propterea profanæ erunt. Et in hoc concedit Schola Schamai; eo quod, cum non ſit Nazyræus, quando dixit quod eas ſeparabat pro ſacrificiis Nazyræatus ſui, nihil dixit, & quod habetur ut is qui debebat ſacrificium pro peccato, dicens, ſit hæc beſtia pro me ſacrificium pro peccato.

אי אתם מודים בזה שהוא הקדש טעות *Num vos fatemini de hoc quod ſanctificatum ſit errore*, & quamobrem hoc differt ab eo quod dixiſtis in principio capitis, quod ſanctificatum ex errore ſit ſanctificatum? *dixit illi Schola Schamai* &c. non curarunt reſponſionem rationis principalis, ſed reſponderunt ipſis quod de nona & undecima beſtia ex errore ſanctificata dicit Scriptura Levit. 27, 32. וכל מעשר בקר וצאן.

אמרו להם בית הלל לא שבט קדשו *Dixit ipſi Schola Hillelis, an non baculus ſanctificavit illud?* interrogativè, nimirum, quod ſit decretum Legis, quod nona & undecima beſtia, cum proximæ ſunt decimæ, ſanctificantur per baculum, ſi eas vocaverit *decimas*. Sed ex hoc caſu non docemus cæteras ſanctitates, ut id quod ex errore ſanctificatum eſt, ſanctificatum ſit, nam, ſi ratio eſſet quod ſit ſanctificatum ex errore, octava quoque & duodecima pecus ſanctificata fuiſſet. *At Scriptura, quæ ſanctificavit decimam, ea etiam ſanctificavit nonam, & undecimam*, eſtque hoc decretum Scripturæ, ideoque hinc nihil docemus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מונה משעה שנדר *Numerat ab hora qua vovit*, ut obſervet prohibitionem juxta dies quibus uſus eſt permiſſione, id eſt, ſi relinquantur poſt Nazyræatum quem computavit ab hora qua eum vovit, tot dies, quot fuerint inter votum ſuum & inter conſilium de quo conſuluit Sapientem, quibus uſus eſt permiſſione, & non obſervavit Nazyræatum, perindè ac ſi numeraſſet ab hora qua conſuluit. Sed hoc eſt ex inſtitutione Sapientum per modum aggravandi, verum debitum eſt id quod dicit, *numerabit ab hora qua vovit*, etſi non obſervaverit Nazyræatum niſi dum conſuluerat Sapientem, quia ad illud tempus erraverat, & imaginatus fuerat quod in eum non ceciderat votum. Cæterum capite ultimo tractatus Bechorot exponitur quod nona, decima & undecima ſunt tres ſanctificatæ, & ibidem exponitur jus cujuſlibet beſtiæ. Ratio autem eſt quod decimæ non ſanctificantur cum intentione, ſed res dependet à datione nominis, quia extat Levit. 27, 32. העשירי יהיה קדש ליהוה Sed non eſt ut ſanctitas, quæ dependet ab eo qui ſanctificat. Quotieſcunque igitur dixerit, *decima*, ſive intenderit ſanctitatem, ſive non intenderit. Si baculum impoſuerit octavæ beſtiæ, & ſciverit quod octava erat, non eſt ſancta, eo quod baculus ipſi impoſitus eſt. Sic etiam ſi nono aut undecimo impoſuerit baculum, & ſciverit quod nona & undecima erant, non eſt ſancta. Verum dicit, *octava*, eo quod de nona & decima & undecima erraverat in computo ſuo.

ד מי שנדר בנזיר והלך להביא את בהמתו
ומצאה שנגנבה אם עד שלא נגנבה בהמתו נזר
הרי זה נזיר ואם משנגנבה בהמתו נזר אינו
נזיר וזו טעות טעה נחום המדי כשעלו נזירין מן
הגולה ומצאו בית המקדש חרב אמר להם נחום
המדי

4. Si quis voverit Naſiræatum & abiverit, ad adducendum pecudem ſuam, ſed invenerit, furto eſſe ablatam: tum, ſi, antequam furto ablata, Naſiræatum vovit, erit Naſiræus. Sed, ſi, poſtquam furto ablata, Naſiræatum voverit: tum non erit Naſiræus. Et hunc errorem erravit Nahum Medus, quum aſcendère Naſiræi de captivitate, & deprehenderunt ſanctuarium everſum. Dixit enim

המדי אילו הייתם יודעים שבית המקדש חרב
הייתם נוזרים אמרו לו לאו והתירן נחום המדי
וכשבא הדבר אצל חכמים אמרו לו כל שנזר עד
שלא חרב בית המקדש נזיר ומשחרב בית
המקדש אינו נזיר :

enim ipſis Nahum Medus, ſi ſciviſtis, quod ſanctuarium eſſet everſum, fuiſtis facti Naſiræi? Dixerunt ipſi; non. Tum abſolvit eos Nahum Medus. Verum cum res delata eſſet ad Sapientes, dixerunt ei; quiſquis vovit, antequam everteretur domus ſanctuarii, ille eſt Naſiræus: poſtquam autem everſa eſt domus ſanctuarii: tum non eſt Naſiræus.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שנדר בנזיר *Qui voverit Nazyræatum*, & illi fuerint beſtiæ quando vovebat, & voverit ea intentione ut ſacrificia ejus fierent ex illis beſtiis, & deindè poſtquam abiverat, compererit quod ereptæ ſunt, & propterea pœnituerit ipſum voti Nazyræatus, (tum dicitur,) *ſi, antequam furto ablata fuerit, Nazyræatum voverit, non erit Nazyræus*; ſed non abſolvet illum Sapiens cum hac excuſatione, quia eſt res quæ adhuc futura eſt, at ejuſmodi rei cum abſolvere non licet: ואם משנגנבה בהמתו נזר אינו נזיר *at, ſi, poſtquam furto ablata fuerit, Nazyræatum voverit, non erit Nazyræus*, & dixerit, ſi ego ſciviſſem quod ablatæ furto eſſent beſtiæ, non voviſſem, hæc eſt excuſatio, & abſolvitur à Sapiente. ומצאו בית המקדש חרב *& invenerint Sanctuarium everſum*, ſi voverint ante everſum Sanctuarium, eos abſolvit. Dixerunt illi Sapientes quod ſit res quæ futura eſt, & non excuſarunt ipſum cum eo quod futurum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum eſt id quod hoc loco dicit בהמתו *pecudem ſuam*, intelligi de beſtiis quas debet Nazyræus. Similiter de errore Nahumi Medi res clara eſt, nimirum, quando de ipſo dicitur quod *abſolvit eos*, non vult quod votum eorum ſolvit, ſed quod permiſit illis bibere vinum, & immunditiem contrahere, dicens illis quod Nazyræatus non erat ratus, nec firmus. Cæterum ſi ſolviſſet illis votum, non contradicitur, quin permiſſum ſit. Et quod Sapientes dicunt, eum, qui voverit poſt everſum ſanctuarium, non eſſe Nazyræum, monſtrat ſine dubio quod non opus eſt ſolutione, quia in ipſum non cadit Nazyræatus; eſtque hoc juxta ſententiam R. Elieſeris, qui dicit quod excuſatio locum habet in re quæ adhuc futura eſt, nimirum, quod non opus eſt ſolutione, uti expoſuimus capite nono tractatus Nedarim. Dicunt in Gemara, confuderunt Sapientes cum R. Elieſere, uti dicit Miſna פותחין בנולד *excuſant cum re futura &c.* deciſio eſt juxta Sapientes. Hinc exponitur id quod dixit R. Elieſer, *excuſant cum eo quod renaſcitur*, id eſt, non indiget ſolutione, & exponitur ex eo quod exponitur in Nedarim, quod ſolutione indiget juxta ſententiam R. Elieſeris, uti ibidem explicuimus.

ה היו מהלכין בדרך ואחד בא כנגדן אמר אחד
מהן הריני נזיר שזה פלוני ואחד אמר הריני נזיר
שאין זה פלוני הריני נזיר שאחד מכם נזיר שאין
אחד מכם נזיר ששניכם נזירים שכולכם נזירים
בית שמאי אומרים כולם נזירים ובית הלל
אומרים אינו נזיר אלא מי שלא נתקיימו דבריו
ורבי טרפון אומר אין אחד מהם נזיר :

5. Si quidam iter fecerint, occurreritque ipſis aliquis; & dixerit unus ex iſtis; *Ecce ego Naſiræus ero, ſi hic eſt N.* & alius dixerit; *ecce & ego ero Naſiræus, ſi hic non eſt N.* (Item;) *Ecce ego ero Naſiræus, niſi unus ex vobis ſit Naſiræus; Si ullus ex vobis Naſiræus; niſi uterque veſtrum Naſiræus; niſi omnes vos Naſiræi*: Schola Schammai dicit, omnes iſti ſunt Naſiræi; ſed Schola Hillelis dicit (benè;) nullus eſt Naſiræus præter eum, cujus verba non fuêre (re) confirmata. Licet R. Tarphon dicat; (planè) nullus eſt Naſiræus.

R. OB. DE BARTENORA.

הריני נזיר שזה איש פלוני *Ecce ego Nazyræus ero, ſi hic ſit N.* ſi ille qui iverit ante me fuerit N. *ero Nazyræus.* Et ſecundus dixerit, *ſi non fuerit hic N. ero Nazyræus.*

כלם נזירים *Omnes ſunt Nazyræi*, etiam illi qui non confirmaverint verba ſua, nam, uti id quod ſanctificatum eſt ex errore, eſt ſanctificatum, ſic etiam Nazyræatus ex errore, eſt Nazyræatus.

רי תרפון אומר אין אחד מהם נזר *R. Tarphon dicit, nullus eorum Nazyræus eſt*, nam putat, quod non datur Nazyræatus niſi ſeparaverit ſe, id eſt, niſi ipſi eo tempore quo vovebat, clare conſtiterit quod Nazyræus erat, at neutri illorum in tempore quo vovebat, hæc conſtabant verba; deciſio non eſt ſecundum R. Tarphon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בית שמאי אומרים כלם נוזרין *Schola Schamai dicit, omnes iſti ſunt Nazyræi*, ſenſus eſt, in eos qui confirmaverint ſua verba, & in eos qui non confirmaverint verba ſua, cadere Nazyræatum, nam, quemadmodum putat quod ſanctificatum ex errore, ſit ſanctificatum, ſic etiam Nazyræatus ex errore votus, eſt Nazyræatus. R. Tarphon dicit, quod de nullo eorum procedit votum, ideoque illos id dixiſſe vi imaginationis ſuæ; neque hic eſt obligatio voti omnimoda, propterea, ſive is qui confirmaverit id quod dixit, ſive is qui non confirmaverit quod dixit, non tenetur Nazyræatu. Schola Hillelis dicit, quicunque non confirmaverit verba, in cauſa eſt quod ipſum vult liberare à Nazyræatu, & tenetur Nazyræatu; propterea, ſi dixerit, *ero Nazyræus ſi hic fuerit N.* ſi confirmata fuerint verba ejus, & fuerit hic N. tum cadit in eum Nazyræatus. Verum ſi dixerit, *ſum Nazyræus quod non ſit hic N.* & tamen compertum fuerit quod ſit hic N. ita ut non confirmentur verba illius ad liberaudum ſe à Nazyræatu, tum cadit in eum Nazyræatus; eſt enim hæc ſententia verborum מי שלא נתקיימו דבריו *cujus verba non fuêre (re) confirmata*; deciſio non eſt juxta R. Tarphon.

ו הרתיע לאחוריו אינו נזיר רבי שמעון אומר
יאמר אם היה כדברי הריני נזיר חובה ואם
לאו הריני נזיר נדבה :

6. Sin ſubduxerit ſe (ille, qui occurrit) à tergo (ita ut neſciatur, quis ſit:) tum non eſt Naſiræus, (qui dixit; eſt N. vel, non eſt N.) R. Schimeon dicit; dicat (ita;) ſi res habebat juxta verba mea, ecce ero Naſiræus debiti; Sin non, ecce ego ero Naſiræus voluntarius.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

והתיע לאחוריו *Sin ſubduxerit ſe*, is qui ante illos venerat ſi ſubduxerit ſe, & non innotuerit quiſnam erat : אינו נזיר *non eſt Nazyræus*, nullus eorum Nazyræus eſt, *quia nemo ſe conjicit in dubium*, & intentio ejus fuerat tempore eo quo vovebat, quod, ſi res non manifeſta fieret, verba illius fruſtra eſſent.

רבי שמעון אמר יאמר אם היה כדברי הריני נזיר חובה וכו׳ R. *Schimeon dicit, dicat, ſi res ſe habebat juxta verba mea, ecce ero Nazyræus debiti &c.* R. Schimeon hoc dicit juxta ſententiam ſuam, qua ſtatuit quod in Nazyræatu dubio aggravandum eſt; remedium autem eorum, nam ſacrificium ex dubio adduci nequit, eſt, ut quiſque conditionem ineat & dicat, quod, ſi ſe res non habebat juxta verba, erit Nazyræus voluntarius; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAJMON.

והתיע לאחוריו *Sin ſubduxerit ſe*, nimirum homo ille de quo diſputabatur an erat talis N. an vero non; aut, an erat Nazyræus, an vero non; is igitur ſi ſubduxerit ſe poſtquam advenerat, & non conſtiterit quiſnam ex illis dixerit veritatem, tum nullus eorum tenetur Nazyræatu. R. Schimeon, qui putat quod in Nazyræatu dubio aggravandum eſt, uti dictum eſt capite ſecundo, quemlibet eorum obligat ad Nazyræatum propter dubium; & ſic deciſio eſt.

ז ראה את הכוי הריני נזיר שזה חיה הריני נזיר שאין זה חיה הריני נזיר שזה בהמה הריני נזיר שאין זה בהמה הריני נזיר שזה חיה ובהמה הריני נזיר שאין זה לא חיה ולא בהמה הריני נזיר שאחד מכם נזיר הריני נזיר שאין אחד מכם נזיר הריני נזיר שכולכם נזירים הרי כולם נזירים :

7. Si quis viderit כוי Kevi, (eſt animalis cujuſdam ſingularis nomen, de quo dubium eſt, an ſit בהמה jumentum, vel חיה fera,) & dixerit; *Ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc eſt fera*: (alter;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc non eſt fera.* (Item;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc eſt jumentum*: (alius;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc non eſt jumentum.* (Item;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc ſit fera & jumentum*: (alius;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi hoc non ſit vel fera, nec jumentum.* (Item;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi unus ex vobis ſit Naſiræus*: (aut;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi non unus ex vobis ſit Naſiræus*: (aut;) *ecce ego ero Naſiræus, ſi vos omnes ſitis Naſiræi*: ecce, hi omnes ſunt Naſiræi.

R. OB. DE BARTENORA.

ראה את הכוי *Si viderit Coi*, ſi ſex homines viderint *Coi*, & unus eorum dixerit, *ero Nazyræus, ſi hoc ſit animal*; & ſecundus dixerit, *ero Nazyræus, ſi hoc non ſit animal*; & tertius dixerit, *ero Nazyræus, ſi hæc ſit beſtia*; & quartus dixerit, *ero Nazyræus, ſi non ſit beſtia*; & quintus dixerit, *ero Nazyræus, ſi ſit animal & beſtia*; & ſextus dixerit, *ero Nazyræus, ſi non ſit animal neque beſtia*; & alii tres homines aliunde advenerint, & unus eorum dixerit illis ſex, *ero Nazyræus, ſi unus veſtrum fuerit Nazyræus*; & ſecundus dixerit, *ero Nazyræus, ſi non unus veſtrum fuerit Nazyræus*; & tertius dixerit, *ero Nazyræus, ſi vos omnes fueritis Nazyræi*, tum omnes ſunt Nazyræi; & ſex primi ac tres ultimi juxta opinionem Scholæ Schamai ſunt Nazyræi certi, quia Nazyræatus ex errore initus, eſt Nazyræatus, & Nazyræus eſt ſive verba illius confirmata fuerint, ſive non confirmata fuerint. Cæterum ſecundum Scholam Hillelis eſt Nazyræus dubius, quia de כוי dubium eſt, an ſit בהמה *beſtia*, an vero חיה *animal*, vel etiam creatura quædam ſingularis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite ultimo tractatus Biccurim, quod hoc quadrupes vocatur כוי, & quod in quibuſdam ſimile eſt חיה *animali* vel *feræ*, in quibuſdam vero בהמה *pecori*, propterea cadit in ipſum Nazyræatus, quocunque modo dixerit. Et ſi idem homo dixerit hæc verba de Coi, & promiſerit Nazyræatum ſuper aliquo ex iſtis ſex modis, tenetur ſex Nazyræatibus. Et quia ſermo eſt de *Coi* quod eſt ſpecies חיה, & ſpecies בהמה, & quia tractat de eo qui fecit votum, dicendo hoc & illo modo, ideo adducit id quod huic ſimile eſt, nimirum, ſi duo homines coram ipſo venerint, unus Nazyræus & alter qui non erat Nazyræus, & uter dixerit de illis, *ego ſum Nazyræus ni unus veſtrum ſit Nazyræus*, cecidit in ipſum Nazyræatus; ſic etiam, ſi dixerit, ambo ſumus Nazyræi, quia jam veritatem dixit ex parte, quemadmodum dixit de *Coi*. Similiter, ſi illi qui intrabant eſſent multi, & inter illos invenirentur Nazyræi, & alii qui non erant Nazyræi, quamvis illi qui non erant Nazyræi, eſſent centum excepto uno, & unus eſſet Nazyræus, dixeritque, *vos omnes eſtis Nazyræi*, tum cadit in ipſum Nazyræatus, quia ex parte eorum Nazyræus eſt, eodem modo quo in ipſum cecidit Nazyræatus propter *Coi*, quando dixerit, ſi hoc ſit חיה *animal*, quia pars modorum habetur pro modis animalis. Et hoc eſt quod vult quando dicit, *omnes ſunt Nazyræi*, nimirum, Nazyræatus cadit in omnes illos qui dixerunt aliquam ex illis partibus.

פרק ו שלשה מינין אסורין בנזיר הטומאה והתגלחת והיוצא מן הגפן וכל היוצא מן הגפן מצטרפין זה עם זה ואינו חייב עד שיאכל מן הענבים כזית משנה ראשונה עד שישתה רביעית יין רבי עקיבא אומר אפילו שרה פתו ביין ויש בה כדי לצרף כזית חייב :

Caput 6. Tres ſpecies ſunt prohibitæ Naſiræis, (1.) immunditiës, (2.) tonſura, & (3.) egrediens de vite. Et omnia egredientia de vite inter ſe conjunguntur (ſcil. uvæ aridæ & recentes, cutis & vinacei, &c.) Haut tamen reus fit, donec comederit, de uvis inſtar olivæ. Miſchna prior vult dicere; (non fit reus,) antequam bibat quartale vini: de eo verò dicit (non benè) R. Akiba; etiamſi maceraverit bolum ſuum in vino, fueritque tantum in eo conjunctum, quantum eſt oliva, quod ſit reus.

R. OB. DE BARTENORA.

הטומאה *Immunditiës*, uti ſcriptum eſt Num. 6, 6. על

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod רביעית *quartale* eſt menſura

כל נפשות מת לא יבא ſpecies ſecunda eſt תגל חרה *conſura*, uti ſcriptum eſt ibidem verſu 5. תער לא יעבר על ראשו Tertia ſpecies eſt היוצא מן הגפן *id quod egreditur e vite*, uti ſcriptum eſt verſu 4. ענבים לחים ויבשים לא יאכל Tandem etiam ipſi prohibitum *quicquid egreditur e vite*, uti ſunt uvæ virides & aridæ, nec non nuclei acinorum & cutis: מצטרפין זה עם זה *conjunguntur inter ſe*, in quantitate olivæ, ut eorum gratia reus fiat plagarum.

אינו חייב עד שיאכל מן הענבים כזית *Haud tamen reus fit, donec comederit de uvis inſtar olivæ*, eadem eſt quantitas in potu, nam, cum Scriptura dicit Num. 6, 3. וענבים לחים ויבשים לא יאכל hinc elicimus, quod, uti in cibo ſtatuitur quantitas olivæ, ſic etiam in potu ſtatuitur quantitas olivæ. משנה ראשונה אומרת עד שישתה רביעית יין *Miſna prima dicit*, (non fit reus) *antequam bibat quartale vini*, ſed Miſna prima dicit contrarium, quod eſus docetur à potu, & quod quantitas vini in Nazyræo eſt quartale, nam docemus hoc per argumentum à pari ex voce שכר quæ extat Levit. 10, 9. & Num. 6, 3. nimirum, uti quantitas potus eſt quartale, ſic etiam quantitas eſus eſt quartale. אפילו שרה פתו ביין ויש בה כדי לצרף כזית חייב *etiamſi maturaverit bolum ſuum in vino, fueritque tantum in eo conjunctum quantum eſt oliva, reus eſt*, nam putat R. Akiba, quod quantitas prohibitionum Nazyræi tam in eſu quam in potu eſt quantitas olivæ, & quod licitum eſt, conjungitur cum illicito ad efficiendum quantitatem illam; deciſio non eſt juxta R. Akibam.

ſura quatuor digitorum per quadratum in altitudine duorum digitorum cum dimidio & quinta parte digiti. Digiti autem quibus metiebantur, erant pollices.

אפילו שרה פיתו *Etſi maceraverit bolum ſuum*, verbum שרה Ebraicum eſt, & omnis maceratio vini dicitur בשרה.

כדי לצרף כזית חייב *Ob quantitatem olivæ, reus eſt*, ſi in pane vino macerato reperiatur quantitas olivæ, quia tum illicitum conjungitur cum licito; deciſio non eſt juxta R. Akibam.

ב וחייב על היין בפני עצמו ועל הענבים בפני עצמן ועל החרצנים בפני עצמן ועל הזגים בפני עצמן רבי אליעזר בן עזריה אומר אין חייב עד שיאכל שני חרצנים וזג אלו הן החרצנים ואלו הן הזגים החרצנים אלו החיצונים הזגים אלו הפנימים דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר שלא תטעה בזוג של בהמה החיצון זוג והפנימי עינבל ·

2. Sed ſuper vino etiam ſeorſim reus erit, & ſuper uvis ſeorſim: ſuper הרצנים ſeorſim, & ſuper זגים ſeorſim. R. Eleaſar filius Aſariah dicat licet; non erit reus niſi comederit duos חרצנים atque זג. Quid ſunt חרצנים, & quid ſunt זגים? הרצנים ſunt exterius acinorum (ſeu exteriores cutes;) ſed זגים ſunt interius (ſeu interiores vinacei,) ut dixit R. Jehuda: at R. Joſe (melius reſpondens,) dixit; ne erres: res ſe habet, ut in tintinnabulo pecudis. Ubi exterior pars dicitur זוג: & interior ענבל id eſt, malleus ſive clavis interior.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיאכל בי חרצנים וזג *Donec comederit duos Charzannim, & Zagan*, quia ſcriptum eſt Num. 6, 4 מחרצנים ועד זג לא יאכל minimus autem numerus pluralis acinorum facit duos, & illis eſt זג *una cutis*; deciſio non eſt juxta R. Eleazar filium Azariæ, nam is qui comederit de חרצנים aut זגים, non vapulabit niſi comederit ex illis quantitatem olivæ. רבי יוסי אומר שלא תטעה *R. Joſe dicit, ne erres*, R. Joſe ſignum dabat ne errarent, nimirum, quod זוג eſt jumenti campana exterior.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Demonſtratio R. Eleaſaris filii Azariæ petitur ex eo quod dicitur Num. 6, 4. מחרצנים ועד זג לא יאכל minimus autem numerus pluralis notat duo in lingua Ebræa.

ענבל Eſt campana quam jumentum gerit circa cervicem, cujus concava pars dicitur זוג; corpus vero interius quod durum eſt, ferit latera partis concavæ, atque ita ſonum edit, & vocatur ענבל Deciſio non eſt juxta R. Joſen, qui dicit quod חרצנים ſunt id quod גרעינים *grana*, & זג exterior cortex; neque juxta R Eleazarem eſt deciſio. Nam ſi comederit de חרצנים aut זגין olivæ quantitatem, tenetur, quemadmodum in maxima parte ciborum prohibitorum.

ג סתם נזירות שלשים יום גלח או שגלחוהו לסטים סותר שלשים יום נזיר שגלח בין בזוג בין בתער או שסיפסף כל שהוא חייב נזיר חופף ומפספס אבל לא סורק רבי ישמעאל אומר לא יחוף באדמה מפני שמשרת את השער :

3. Naſiræatus abſolutè (votus) eſt 30. dierum. Si intra hos (Naſiræus) totonderit ſeipſum, vel totonderint eum latrones (h. e ſive ſponte fecerit, ſive coactus:) tum deſtruit XXX. dies. Quicunque autem Naſiræus totonderit ſe, ſive forpice, ſive novaculâ, aut evulſerit tantillulum pilorum, ille reus erit. (Item;) Naſiræus fricat (caput,) & ſeparat (crines,) ſed non pectinat. Dixit etenim Rabbi Iſchmaël; non fricabit (Naſiræus caput ſuum) glebâ terræ, ne pilus evellatur.

R. OB. DE BARTENORA.

סתם נזירות שלשים יום *Abſolutus Nazyræatus eſt triginta dierum*, etſi hoc dixerit ſuperius, tamen hic denuo idem dicit, quia in fine Miſnæ vult, *ſi totonderit ſeipſum, vel totonderint ipſum prædones, deſtruit triginta dies.* Et id quod dicit, *deſtruit triginta dies*, vult, quod eos deſtruit donec illi accreverint pili triginta dierum quibus totondit ſe juxta tonſuram præcepti.

או שסיפסף כל שהוא חייב *Aut ſi evulſerit tantillum pilorum, reus eſt*, etiamſi unicum tantum evulſerit pilum, tenetur, quia ſcriptum eſt Num. 6, 5. תער לא יעבר Quod vetat quemcunque modum tonſuræ pilorum.

חופף *Fricans*, caput fricans manu: מפספס *fricans unguibus*, aut inſtrumentis, at ea conditione ne intendat evellere pilos, & ob eam cauſam licitum eſt ipſi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt de Nazyræo Num. 6, 5. גדל פרע שער ראשו Et quandoquidem nobis hypotheſis eſt quod Nazyræatus abſolutus eſt triginta dierum, pili qui creverint triginta dies, vocantur פרע; propterea, ſi totonderit caput ſuum, expectabit triginta dies donec aluerit comam, & tum incipiet computare, & abſolvet Nazyræatum. Sic etiam dixerunt in Gemara, בעינן פרע וליכא *neceſſe eſt ut comam alat, ſed ea non eſt*. Propterea quod dixit Lex Num. 6, 5. גדל פרע שער ראשו hac de cauſa vetitum eſt tondere pilos, quocunque modo id fiat. Et ſi totonderit vel removerit pilos, vapulabit quotieſcunque unicum modo removerit pilum. Cæterum in cauſa deſtructionis, nimirum, quando triginta dies deſtruuntur, obtinet iſta res, ſi maxima pars pilorum capitis tonſa fuerit novacula, aut ſimili inſtrumento, nimirum,

אבל

אבל לא סורק *Sed non-pectit*, cum pectine, quia evellit pilos, quod vetitum eſt, etiamſi unicum modo evulſerit pilum, vapulabit. Nihilominus non deſtruuntur triginta dies, niſi donec maximam partem pilorum totonderit novacula, aut forfice. לא יהוף בארמה *non fricabit gleba terræ*, eſt ſpecies terræ quæ pilos evellit, & propterea quoque cenſetur certò evellere; deciſio eſt juxta R. Iſmaëlem.

mirum, ſi capillos totonderit forfice propè ſuperficiem capitis.

או שספסף *Aut ſi evulſerit*, ope manus: כספסף eſt evellere unguibus, aut inſtrumento, at ea conditione ut intentionem evellendi habeat; nam hæc Miſna eſt juxta R. Schimeon, qui dicit, quod id quod ſine intentione factum eſt, licitum eſt; & conſtat nobis ex multis locis quod deciſio eſt juxta R. Schimeon in re ſine intentione facta. לא יהוף בארמה *non fricabit gleba terræ*, luto, cujuſcunque ſit generis, quo ſolent lavare capillos, uti eſt nitrum, & lutum rubrum, quod in lingua Arabica vocatur אלננבר, & vocatur lutum Armenicum. סרק notat pectere cum pectine, nam inſtrumentum quo pectunt capillum, vocatur מסרק; deciſio eſt juxta R. Iſmaël.

ד נזיר שהיה שותה יין כל היום אינו חייב אלא אחת אמרו לו אל תשתה אל תשתה והוא שותה חייב על כל אחת ואחת היה מגלח כל היום אינו חייב אלא אחת אמרו לו אל תגלח אל תגלח והוא מגלח חייב על כל אחת ואחת היה מטמא למתים כל היום אינו חייב אלא אחת אמרו לו אל תטמא אל תטמא והוא מטמא חייב על כל אחת ואחת :

4 Si Naſiræus toto die biberit vinum: non niſi ſemel reus erit. Sin dixerint ei; ne bibas, ne bibas, & ille tamen biberit: tunc ſuper unoquoque (id eſt, toties, quoties admonitus fuerit,) reus erit. Si tota die tondetur: non erit reus niſi ſemel. Sin dixerint ipſi; ne tondearis, ne tondearis, & ipſe tamen tondeatur: tunc ſuper quâvis (admonitione) erit reus. Si tota die polluatur mortuis: nonniſi ſemel reus erit. Sin dixerint ipſi; ne polluaris, ne polluaris, & ipſe tamen polluatur: tunc totus reus erit.

R. OB. DE BARTENORA.

נזיר שהיה שותה יין כל היום *Nazyræus ſi vinum biberit totum diem*, & ipſum ſemel tantum admonuerint: אל תשתה אל תשתה *ne bibas, ne bibas*, ita ut inter quemlibet hauſtum admonuerint ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod in hoc dicimus caſu אינו חייב אלא אחת *non eſt reus niſi ſemel*, tantum intelligendum eſt de jure hominis, quod non eſt reus plagarum, niſi poſteaquam eum admonuerint, & propterea admonitio neceſſaria eſt ad quamlibet plagam; hoc enim eſt quod Miſna vult quando dicit אמרו לו אל תשתה אל תשתה והוא שותה חייב על כל אחת ואחת *ſi dixerint illi, ne bibas, ne bibas, attamen biberit, tenetur ob quemlibet hauſtum.* Sed jure divino, quotieſcunque biberit quartale vini, eſt peccatum; & quælibet tonſura capitis eſt peccatum; & quælibet immundities qua pollutus fuerit, peccatum eſt. Et hoc modo comparationem inſtituas volo de cæteris Legis prohibitionibus, nam non eſt differentia inter prohibitionem ſimplicis præcepti negativi, & inter prohibitionem pœnæ exciſionis, aut mortis à Domo judicii inflictæ. Cæterum ſciendum eſt, eum, qui coiverit cum muliere prohibita propter inceſtum, teneri quolibet coitu: & ſi nos non poterimus ipſi infligere niſi unam plagam tantum, Deus caſtigabit ipſum propter quodlibet peccatum. Et ſi Domus judicii eum morte affecerit ob unum horum peccatorum, ſi confeſſus fuerit reus peccatum ſuum ſincera confeſſione, omnino condonabitur illi pœnitentiæ gratia, eo quod una illa caſtigatio qua illum affecit Domus judicii, propitiabit peccata multa; & hoc ſuo loco ulterius perſequemur.

הג' מינין אסורין בנזיר הטומאה והתגלחת והיוצא מן הגפן חומר בטומאה ובתגלחת מביוצא מן הגפן שהטומאה והתגלחת סותרין והיוצא מן הגפן אינו סותר חומר ביוצא מן הגפן מבטומאה ובתגלחת שהיוצא מן הגפן לא הותר מכללו וטומאה ותגלחת הותרו מכללן בתגלחת מצוה ובמת מצוה וחומר בטומאה מבתגלחת שהטומאה סותרת את הכל וחייבים עליה קרבן ותגלחת אינה סותרת אלא שלשים יום ואין חייבין עליה קרבן :

5. Tres ſpecies ſunt prohibitæ Naſiræo: immunditiés, tonſura, & egrediens è vite. Sed magis (prohibita) immunditiés & tonſura, quàm egrediens è vite. Nam immunditiés ac tonſura deſtruunt (Naſiræatum:) at quod è vite egreditur, non deſtruit. (Quanquam alio reſpectu) magis prohibitum egrediens è vite, quàm immunditiés & tonſura. Quoniam egrediens de vite non patitur exceptionem: at immunditiés atque tonſura patiuntur exceptionem, nimirum quod ad tonſuram præcepti, & mortuum præcepti. Iterum; aliquomodo gravior eſt immunditiés tonſurâ. Siquidem immunditiés deſtruit omnia, debeturque propter eam Korban. Sed tonſura non deſtruit niſi XXX. dies, nec tenentur propter eam (ad offerendum) ſacrificium.

R. OB. DE BARTENORA.

הטומאה והתגלחת סותרים *immunditiés & tonſura deſtruunt*, uti ſcriptum eſt Num. 6, 12. de immunditie, הימים הראשונים יפלו Tonſura autem deſtruit triginta dies, quia neceſſe eſt ut comam alat, & hoc triginta dies ad minimum.

שהיוצא מן הגפן לא הותר מכללו *Quoniam egrediens è vite non patitur exceptionem*, ut, ad bibendum vinum præcepti; nam quod Num 6, 3. dicitur מיין ושכר יזיר vetat tam vinum præcepti, quam vinum voluntarium.

וטומאה ותגלחת הותרו מכללן *At immunditiés & tonſura patiun-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt in Lege Num. 6, 3. מיין ושכר יזיר ad hoc dicunt in Siphre, quod hoc vinum præcepti ſe habet ut vinum voluntarium; ſed de immunditie non dicit לא יטמא *non polluet ſe*, tantum, ſed additur לאביו ולאמו וגו' *patre & matre* &c. vide verſu ſeptimo. Exponit traditio, ob patrem non polluet ſe, ſed propter mortuum præcepti; *mortuum præcepti* eſt cui nemo eſt qui ſepeliat illum; *tonſura præcepti* eſt, ſi contigerit Nazyræo lepra in diebus Nazyræatus ſui, & ſanatus fuerit ab illa; nam tonſura leproſi eſt præceptum affirmativum, uti dictum eſt Levit 14, 9. את כל

cluntur exceptionem, immundities mortui ex præcepto, quia ſcriptum eſt Num. 6, 7. לאביו ולאמו לא יטמא ergo per patrem non polluetur, ſed per mortuum præcepti polluetur. Tonſura vero licita eſt Nazyræo leproſo, quia præceptum affirmativum de leproſo Levit. 14, 9. וגלח את כל שערו propellit præceptum negativum quod dicitur Num. 6, 5. תער לא יעבר על ראשו כל שערו את ראשו וארת זקנו ואת גבות עיניו Hypotheſis autem nobis eſt è tota Lege, quod, ubicunque inveneris præceptum affirmativum & negativum, ſi utrumque obſervare poteris, benè habet, ſin minus, affirmativum propellat negativum. Et hoc eſt quod dicit, הותר ככללו *pattur exceptionem*, vult dicere, quod illis modus eſt quo licitæ ſunt ipſi res prohibitæ; & hæc omnia clara ſunt.

ו תגלחת הטומאה כיצד היה מזה בשלישי ובשביעי ומגלח בשביעי ומביא קרבנותיו בשמיני ואם גילח בשמיני מביא קרבנותיו בו ביום דברי רבי עקיבא אמר לו רבי טרפון מה בין זה למצורע אמר לו זה טהרתו תלויה בימיו ומצורע טהרתו תלויה בתגלחתו ואינו מביא קרבן אלא אם כן היה מעורב שמש :

6. Tonſura immunditiei quomodo (ſit?) Aſpergit ſe aqua tertiâ, & ſeptima die, tondeturque (eâdem) ſeptimâ: adſerat autem Korbanoth ſua, (quæ ſunt duo turtures, aut duo pulli columbarum, unum in holocauſtum, alterum in ſacrificium pro peccato) die octavo. Sin tonſus fuerit octavo die; tunc eâdem quoque die adſerat Korbanoth ſua. Sic (rectè) ait R. Akiba. Objicit quidem ipſi R. Tarphon; quid intereſt ergò inter hunc (Naſiræum,) & leproſum? Sed reſpondit ipſi Rabbi Akiba; hoc, quod hujus (Naſiræi) munditiес ſit ſuſpenſa à diebus ſuis: at leproſi mundities ſit ſuſpenſa à tonſurâ; nec adſerat Korban, niſi poſtquam ſol occiderit.

R. OB. DE BARTENORA.

ומגלח בשביעי וכו׳ *Et tondetur ſeptima* &c. uti ſcriptum eſt Num. 6, 9. וגלח ראשו ביום טהרתו ביום השביעי יגלחנו vide etiam verſu ſequenti. מה בין זה למצורע *quid intereſt inter hunc* (Nazyræum) *& leproſum*? nam de leproſo ſcriptum eſt Levit. 14, 9. de ſecunda tonſura והיה ביום השביעי יגלח את כל שערו וגו׳ Et deinceps verſu ſubſequenti וביום השמיני יקח שני כבשים וגו׳ Tenemus enim de leproſo, quod, ſi tonſus fuerit die octavo, adducet ſacrificia ſua die nono? reſpondit ei R. Akiba, זו טהרתו תלויה בימיו *hujus* (Nazyræi) *munditiеs ſuſpenſa eſt à diebus ſuis*, nimirum, Nazyræi purificatio dependet à ſparſione tertii & ſeptimi, & ab immerſione. Propterea, quandoquidem ſe purificavit die ſeptimo, etſi nondum tonſus fuerit uſque ad diem octavum, adducet ſacrificia ſua eodem die. Sed purificatio leproſi dependet à tonſura, uti ſcriptum eſt Levit. 14, 9. והיה ביום השביעי יגלח את כל שערו וגו׳ & deinceps ורחץ את בשרו Cæterum, ſi immerſerit ſe ante tonſuram, non juvat ipſum, propterea, ſi tonſus fuerit die octavo, etiam neceſſaria eſt immerſio & occaſus ſolis, at non poterit adſerre ſacrificia ſua niſi uſque ad nonum diem; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מה בין זה למצורע *Quid intereſt inter hunc & leproſum?* quia leproſus ſacrificia ſua tantum adducebat ſequenti die ſecundæ tonſuræ, uti exponemus in tractatu Negaim. Reſpondet autem R. Akiba, quod purificatio leproſi dependet à tonſura, uti ſcriptum eſt de illo Levit. 14, 9. וכבס את בגדיו ורחץ את בשרו במים וטהר Cæterum hujus Nazyræi, qui pollutus eſt mortuo, immunditiеs dependet à diebus, uti ſcriptum eſt Num. 19, 11. וטמא שבעת ימים Quando autem ſe immerſerit die ſeptimo, & ſol occiderit, & totonderit ſe die octavo, adducet ſacrificia ſua, quæ ſunt duo turtures, aut duo pulli columbarum, nec non agnum anni in ſacrificium pro reatu die octavo. Verum ſi die ſeptimo non immerſerit ſe, ſed octavo, non adducet ſacrificia, niſi donec occiderit ſol, nimirum, die nono. Et hoc eſt quod dixit R. Tarphon, אין מביא קרבן אלא אם כן היה מעורב שמש *non adferet oblationem niſi poſt ſolis occaſum*; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ז תגלחת הטהרה כיצד היה מביא שלש בהמות חטאת עולה ושלמים ושוחט את השלמים ומגלח עליהם דברי רבי יהודה רבי אלעזר אומר לא היה מגלח אלא על החטאת שהחטאת קודמת בכל מקום ואם גילח על אחת משלשתן יצא :

7. Tonſura munditiei quomodo? Adducit tres beſtiolas (juxta Num. 6.) (1.) in ſacrificium pro peccato. (2.) in holocauſtum & (3.) in pacifica. Ubi verò mactarit (primò) pacifica: tondetur ſuper iis (ſeu poſt illa:) ita Rabbi Jehuda. Licet Rabbi Eleaſar dixerit; non tondetur niſi poſt ſacrificium pro peccato; quia ſacrificium pro peccato præcedit ubique. Sin tamen tonſus fuerit poſt aliquod ex hiſce tribus, liber exit.

R. OB. DE BARTENORA.

ושוחט השלמים ומגלח עליהם *Ubi vero mactaverit pacifica, tondetur ſuper iis*, quia de Nazyræo ſcriptum eſt Num. 6, 18. וגלח את ראשו פתח אהל מועד quem locum ita exponimus, tondebit caput ſuum ſuper ſacrificio de quo dicitur פתח אהל מועד quod eſt ſacrificium pacificum, de quo ſcriptum eſt Levit. 3, 2. ושחטו פתח אהל מועד *& mactabit illud ad oſtium tentorii condicti.* שחטאת קודמת בכל מקום *quia ſacrificium expiationis pro peccato præcedit ubique*, holocauſticum & pacificum præcedit, & ratio eſt quod ſuper primo ſe tondet; deciſio eſt juxta R. Jehudam, quod tondetur ſuper pacifico.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגלח עליהן *Tondetur ſuper iis*, id eſt, erit tonſura ejus poſt mactationem; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ח רבן שמעון בן גמליאל אומר הביא שלש בהמות ולא פירש הראויה לחטאת תקרב חטאת לעולה תקרב עולה לשלמים תקרב שלמים היה נוטל

8. Rabban Schimeon fil. Gamalielis (rectè) dixit; ſi adduxerit tres beſtiolas, nec ſepararit (eas, ad hoc vel iſtud ſacrif.) tum quod congruum eſt pro ſacrificio pro peccato, offeratur in ſacrificium pro

נוטל שער ראש נזרו ומשלח תחת הדוד ואם גילח במדינה היה (נ״א לא) משלח תחת הדוד במה דברים אמורים בתגלחת הטהרה אבל בתגלחת הטומאה לא היה משלח תחת הדוד רבי מאיר אומר הכל משלחין תחת הדוד חוץ מן הטמא שבמדינה בלבד :

pro peccato; quod pro holocauſto, offeratur in holocauſtum; quod pro pacificis, offeratur in pacifica. (Item;) ſi raſerit (Naſiræus) capillum capitis Naſiræatus ſui: tum ſubjiciat (capillum) ollæ. Sin tonſus fuerit in provincia (aliena:) tum non ſubjiciat ollæ. De quo verba accipienda? de tonſura munditiei: ſed in tonſurâ immunditiei non ſubjiciat (capillum) ollæ. Licet Rabbi Meyr dicat; omnes ſubjiciant ollæ, excepto ſolo immundo in provinciâ.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא פרש *Neque declaraverit*, etſi neceſſarium ſit in omnibus ſacrificiis ut poſſeſſores iis imponant nomina, dicendo, *hæc beſtia erit pro tali ſacrificio*, hic tamen non eſt neceſſarium; nam, cum dixit, hæ beſtiæ erunt pro Nazyræatu meo, res ſe habet perindè ac ſi unicuique impoſuiſſet nomen; quia pro ſacrificio holocauſtico tantum neceſſarius eſt agnus, & pro ſacrificio expiationis pro peccato agna, & pro pacifico aries.

ומשלח תחת הדוד *Tum ſubjiciat ollæ*, in qua coquebatur ſacrificium pacificum. היה מגלח במדינה *ſin tonſus fuerit in provincia*, Jeruſolymis; nam, etſi ſcriptum ſit Num. 6, 18. פתח אהל מועד hoc ſtrictè intelligi non debet; ſed quod non tondet ſe, niſi donec porta atrii aperta fuerit.

לא היה משלח תחת הדוד *Tum non ſubjiciebat ollæ*, quia ſcriptum eſt Num. 6, 18. ולקח את שער ראש נזרו ונתן על האש. Per illum igitur cui nihil deeſt, niſi acceptio, excluditur is cui adhuc deeſt acceptio, & adductio capillorum in ignem ſub olla. במה דברים אמורים *de quo verba accipienda?* nam in Sanctuario accipiebat capillos, & conjiciebat eos ſub ollam, & hoc in tonſura pura; ſed in tonſura impura, etſi tondeatur in Sanctuario, non accipiebat capillos ut eos ſubjiceret ollæ in qua coquebatur ſacrificium pro reatu, & ſacrificium expiationis pro peccato ex avibus deſumptum, quia de Nazyræo mundo tantum ſcriptum eſt quod capillos ſubjiciet ollæ. הכל משלחין *omnes ſubjiciant*, Nazyræus purus qui in Sanctuario aut in provincia tonſus eſt, & impurus qui tonſus eſt in Sanctuario, excepto impuro qui tonſus eſt in provincia, quia capilli illius ſepeliuntur. Deciſio juris eſt, quod nemo ſubjiciet ollæ quicquam niſi Nazyræus qui tonſus eſt ad portam tentorii conventus, & tum factum eſt juxta præceptum ejus; &, ſi ſubjecerit capillos ollæ ſacrificii pro peccato, ſatisfecit etiam, quia non ſcriptum eſt Num. 6, 18. תחת זבח השלמים *ſub ſacrificio pacifico*, niſi præcepti gratia; at ſi aliter factum fuerit, nihil refert.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti id quod Lex dicit de Nazyræi ſacrificiis, nimirum, quod ea ſunt agnus pro holocauſtico, & agnus pro ſacrificio expiationis pro peccato, & agnus pro ſacrificio pacifico. Lex autem, quæ dicit Nazyræum debere tonderi ad portam tentorii condicti, intelligenda eſt de Nazyræo mundo. R. Meyr autem dicit, quod Nazyræus immundus etiam, quando tonſus fuerit ad portam tentorii condicti, conjiciet capillos ſuos in ignem ſub ſacrificio pacifico. Sapientes vero dicunt, quod non conjiciet capillos ſuos in ignem ſub ſacrificio pacifico, niſi Nazyræus purus qui tondetur ad portam tentorii conventus, juxta præceptum illius. Et quod Scriptura dicit Num. 6, 18. תחת זבח השלמים intelligendum eſt de implemento præcepti, ſi conjecerit capillos ſub ſacrificio expiationis pro peccato, ſatisfecit. Deciſio eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis in eo quod dixit.

ט היה מבשל את השלמים או שלקן הכהן נוטל את הזרוע בשלה מן האיל וחלת מצה אחת מן הסל ורקיק מצה אחת ונותן על כפי הנזיר ומניפן ואחר כך הותר הנזיר לשתות יין ולהטמא למתים רבי שמעון אומר כיון שנזרק עליו אחד מן הדמים הותר הנזיר לשתות ביין ולהטמא למתים :

9. Si (Naſiræus) coxerit, aut elixaverit pacifica: tum ſumat ſacerdos armum coctum de ariete, & placentam azymi unam è corbe, laganumque azymi unum, atque imponat manibus Naſiræi, agitetque ea. Sic poſtea licitum eſt Naſiræo bibere vinum, & pollui mortuis. R. Schimeon dicit; poſtquam ſparſus eſt ſuper eum unus de ſanguinibus: tum licitum eſt Naſiræo bibere de vino & pollui mortuis.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר כך הותר הנזיר לשתות יין *Et poſtea licitum eſt Nazyræo bibere vinum*, quia ſcriptum eſt Num. 6, 20. ואחר ישתה הנזיר יין ergo poſt omnes has actiones bibet. *R. Schimeon vero dicit, poſtquam ſparſus eſt ſuper ipſum unus de ſanguinibus, licitum eſt Nazyræo bibere de vino, & pollui mortuis*, nam Num. 6, 19. ſcriptum eſt אחר התגלחו את נזרו quemadmodum ergo verſu 20. intelligitur poſt unam tantum actionem, ſic etiam hic poſt unam tantum actionem; unde probatur, quod, cum pro ipſo ſparſus eſt unus ex ſanguinibus, licitum eſt illi bibere vinum, & polluere ſe mortuis; & ita eſt deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; deciſio non eſt juxta R. Schimeonem.

י גלח על הזבח ונמצא פסול תגלחתו פסולה וזבחיו לא עלו לו גלח על החטאת שלא לשמה ואחר כך הביא קרבנותיו לשמן תגלחתו פסולה וזבחיו לא עלו לו גלח על העולה או על השלמים שלא לשמן ואחר כך

10. Si quis tonſus fuerit poſt ſacrificium, quod illegitimum inventum: tum quoque tonſura ejus eſt illegitima, & ſacrificia ejus ipſi non imputantur (Item;) ſi quis tonſus fuerit ſuper ſacrificio pro peccato, alieno titulo (oblato,) & poſtea attulerit Korbanoth ſua, titulo eorum: tum itidem tonſura ejus illicita eſt, nec ſacrificia ejus ipſi imputantur. (Item;) ſi quis tonſus fuerit ſuper holocauſto, aut ſuper pacificis, alieno titulo, deindè verò

כך הביא קרבנותיו לשמן תגלחתו פסולה וזבחיו לא עלו לו רבי שמעון אומר אותו. זובח לא עלה לו אבל שאר זבחים עלו לו ואם גלח על שלשתן ונמצא אחד מהן כשר תגלחתו כשרה ויביא שאר הזבחים :

verò attulerit Korbanoth ſua, titulo recto: rurſus tonſura ejus illicita, neque ſacrificia ejus ipſi imputantur. Quicquid Rabbi Schimeon dicat; iſtud ſacrificium non imputatur ipſi; reliqua tamen imputantur ipſi. At ſi tonſus fuerit poſt omnia tria, atque tantummodò unum ex illis legitimum fuerit inventum; tum tonſura ejus legitima eſt, & adfert reliqua ſacrificia.

R. OB. DE BARTENORA.

ונמצא פסול *Quod illegitimum inventum*, ut, ſi ſanguis ejus effuſus fuerit, aut exierit extra juſtum locum ſuum, aut pollutus fuerit.

תגלחתו פסולה *Tonſura illius illegitima eſt*, quia, cum ſacrificium quo tonſus eſt, illegitimum factum eſt, perindè eſt ac ſi totondiſſent eum latrones, de qua tonſura ſuperius dictum eſt, quod juxta R. Elieſer deſtruit ſeptem dies, at juxta Sapientes triginta.

וזבחיו לא עלו לו *Neque ſacrificia ejus illi imputantur*, reliquum ſacrificiorum, quod obtulit poſt tonſuram illegitimam, non imputatur illi. Nam cum tempus Nazyræatus deſtruendum ſit donec accreverint pili, res ſe habet ac ſi obtuliſſet ante tempus. על החטאת שלא לשמה *ſuper ſacrificio non in nomine ſuo*, hoc idem eſt quod dixit על הזבח ונמצא פסול *ſuper ſacrificio quod inventum eſt illegitimum*, nam ſacrificium pro peccato alieno titulo oblatum, illegitimum eſt. Quandoquidem vero volebat loqui de ſacrificio holocauſtico & pacifico, quod attinet controverſiam R. Schimeonis & Sapientum, propterea quoque loquitur de ſacrificio expiationis pro peccato. על העלה ועל השלמים שלא לשמן וכו׳ תגלחתו פסולה *ſuper ſacrificio holocauſtico & pacifico ſub alieno titulo &c. tonſura ejus illegitima eſt*, nam, cum non imputantur ipſi pro obligatione ſacrificii pacifici Nazyræi, aut pro holocauſto Nazyræi, ſe res habet perindè ac ſi tonſus fuiſſet ſuper holocauſto voluntario, aut ſuper ſacrificio pacifico voluntario. R. Schimeon vero putat, quod, ſi tonſus fuerit ſuper ſacrificio pacifico voluntario, ſatisfecit; at non deciditur juxta ſententiam ejus. אם גלח על שלשתן *ſi tonſus fuerit ſuper tribus*, poſtquam oblata fuerint tria ſacrificia. ונמצא אחד מהן כשר *& inventum fuerit unum legitimum*, & reliqua omnia illegitima. תגלחתו כשרה *tonſura ejus legitima eſt*, juxta omnium ſententiam, uti Miſna dixit ſuperius, *ſi tonſus fuerit ſuper uno ex tribus, ſatisfecit.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt tibi in præcedentibus, quod, ſi tonſus fuerit ſuper uno ex illis tribus ſacrificiis, ſatisfecit. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Peſachim, & perfectius in principio tractatus Zebhachim, quod ſit una cauſa ex iis quæ ſacrificia faciunt illegitima, ſi inter mactandum cogitaverit de aliis ſacrificiis, non de eo quod mactatur; & hoc eſt quod dicit שלא לשמן *quæ non in nomine eorum*; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

יא מי שנזרק עליו אחד מן הדמים ונטמא רבי אליעזר אומר סותר את הכל וחכמים אומרים יביא שאר קרבנותיו ויטהר אמרו לו מעשה במרים התרמודית שנזרק עליה אחד מן הדמים ובאו ואמרו לה על בתה שהיתה מסוכנת והלכה ומצאה שמתה ואמרו חכמים תביא שאר קרבנותיה ותטהר :

11. Si ſuper uno aliquo ſparſus fuerit unus ex ſanguinibus, & pollutus fuerit; Rabbi Elieſer quidem dicit; deſtruit omnia: At Sapientes (meliùs) dicunt; adferet ſacrificia reliqua, & mundus erit. Recenſuerunt ei hiſtoriam de Maria Tarmuditha, ſuper quâ ſparſus erat unus ex ſanguinibus; & venerant (quidam) narrantes ipſi de filia ſua, quod periclitaretur: ubi ipſa abivit, & invenit ipſam mortuam. Sapientes verò dixerunt; adferet modò reliqua ſua ſacrificia & munda erit.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר סותר את הכל *R. Elieſer dicit, deſtruit omnia*, non vult dicere, quod deſtruit omnes dies Nazyræatus, ſed quod omnia ſacrificia deſtruit. R. Elieſer putat, quod Nazyræo non licet bibere vinum niſi poſt omnes actiones, & poſtquam omnia ſacrificia adduxerit. Sin igitur pollutus fuerit antequam omnia ſacrificia oblata eſſent, ſe habet perindè ac ſi pollutus fuiſſet manè antequam ullum eorum oblatum eſſet; ſacrificium vero illud quod oblatum fuerit, habebitur perindè ac ſi oblatum eſſet in medio impletionis Nazyræatus.

וחכמים אומרים יביא שאר קרבנותיו ויטהר *At Sapientes dicunt, adferes ſacrificia reliqua, & mundus erit*, id eſt, quando purificatus fuerit; & ſacrificium quod in puritate allatum eſt, ne attulerit denuo. Sapientes vero putant, quod poſt actionem unius ſacrificii licet bibere vinum, & tondere ſe; propterea, antequam pollutus eſſet, idoneus erat ad tondendum, neque deſtruetur illius ſacrificium; ſed reliqua ſacrificia, quæ obtulit poſtquam pollutus fuerit, certò deſtruit, quia Lex vult ut omnia ſacrificia Nazyræatus veniant in puritate. *Maria Tarmodita*, ita cognominatur ab urbe *Tarmod*; deciſio non eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite tertio, quod R. Elieſer putat, quod, ſi Nazyræus pollutus fuerit poſt completum Nazyræatum, ſeptem dies deſtruuntur. Quod hic dicit וסותר את הכל *& deſtruit omnia*, non vult dicere, omnes dies Nazyræatus, ſed omnia ſacrificia, ita ut debeat adferre omnia ſacrificia poſt complementum ſeptem dierum deſtructionis. Sapientes vero dicunt, quod afferet reliquum ſacrificiorum. Deciſio non eſt juxta R. Elieſer. Scitu neceſſe eſt tibi id quod dicitur in Toſaphta, quod Nazyræo, cujus dies completi ſunt, non licet tondere ſe, neque vinum bibere, nec polluere ſe mortuo. Si igitur totonderit ſe, aut biberit vinum, aut pollutus fuerit, vapulabit quadraginta plagis; vult dicere, quod tenetur ad jus Nazyræatus donec tonſus fuerit tonſurâ munda, uti expoſitum eſt hoc capite.

פרק ז כהן גדול ונזיר אינן מיטמאין בקרוביהן אבל מטמאין למת מצוה היו מהלכים בדרך ומצאו מת מצוה רבי אליעזר אומר יטמא כהן גדול ואל יטמא נזיר וחכמים אומרים יטמא נזיר ואל

Caput 7. Sacerdos magnus & Naſiræus non polluuntur propinquis ſuis: polluuntur tamen mortuo præcepti. Si fuerunt in itinere & invenerunt mortuum præcepti: dicit Rabbi Elieſer; polluatur ſacerdos magnus, ſed Naſiræus non polluatur. Ex adverſo dixerunt Sapientes; polluatur Naſiræus, ſed

ואל יטמא כהן גדול אמר להם רבי אליעזר יטמא כהן שאינו מביא קרבן על טומאתו ואל יטמא נזיר שהוא מביא קרבן על טומאתו אמרו לו יטמא נזיר שאין קדושתו קדושת עולם ואל יטמא כהן שקדושתו קדושת עולם :

R. OB. DE BARTENORA.

כהן גדול ונזיר אין מטמאין בקרוביהן *Pontifex maximus & Nazyræus non polluuntur propinquis ſuis*, uti ſcriptum eſt de Pontifice maximo Levit. 21, 11. & Num. 6, 5. 6. de Nazyræo.

היו מהלכים בדרך *Si eſſent in itinere*, non ſolum de Pontifice maximo contrarii ſunt Sapientes & R. Elieſer, verum etiam de ſacerdote ordinario, quia in ipſo eadem obtinet ratio.

ב על אלו טומאות הנזיר מגלח על המת ועל כזית מן המת ועל כזית נצל ועל מלא תרווד רקב על השדרה ועל הגלגולת ועל אבר מן המת ועל אבר מן החי שיש עליו בשר כראוי ועל חצי קב עצמות ועל חצי לוג דם על מגען ועל משאן ועל אהלן ועל עצם כשעורה על מגעו ועל משאו על אלו הנזיר מגלח ומזה בשלישי ובשביעי וסותר את הקודמים ואינו מתחיל למנות אלא עד שיטהר ומביא את קרבנותיו :

R. OB. DE BARTENORA.

על המת *Super mortuo*, etſi non integer ſit, ſed in eo reperiatur maxima pars oſſium quæ ad ſtructuram eorum pertinet, quæ ſunt crura & femur unum; aut maxima pars numeri membrorum, quæ ſunt centum & viginti quinque membra, etſi in illis non ſit quantitas quartalis Cabi, polluunt in tentorio, & Nazyræus tondetur pro illis. Cæterum ſi in mortuo non fuerit, neque maxima pars numeri, neque maxima pars ſtructuræ oſſium, non tondetur Nazyræus pro tentorio ſuo, niſi donec in oſſibus reperta fuerit quantitas dimidii Cabi. נצל notat humorem qui exit è mortuo, ut humor qui exit è carne putrefacta.

על מלא תרווד *Super plenitudine cochlearis*, intellige plenitudinem cochlearis pulveris corporis putrefacti; רקב *pulvis* autem non polluit niſi mortuus nudè ſepultus fuerit in capſa marmorea, aut ſimili inſtrumento, ita ut non fuerit illic alia putredo, quam ex corpore mortui, & mortuus integer ſepultus fuerit, ut nullum deficiat membrum; תרווד eſt cochlear magnum quod continet plenitudinem duorum pugillorum. על השדרה *ſuper ſpina dorſi*, etſi non ſit in ea quicquam carnis. Sic etiam ſuper oſſe capitis; etſi non adſit caro.

ועל הגולגלת ועל אבר מן המת ומן החי שיש עליהן בשר כראוי *Et ſuper calvaria, & ſuper membro mortui, & vivi, ſuper quibus caro eſt ut convenit*, ſi membrum homini adhæſiſſet vivo, remedium adhibere potuiſſet illa mediante carne, & hoc eſt quod dicit כראוי *ut convenit*, eſtque minus quam quantitas olivæ.

ועל חצי קב עצמות *Et ſuper dimidio Cabi oſſium*, quamvis

ſed non polluatur ſacerdos magnus. Regeſſit Rabbi Elieſer; polluatur ſacerdos, quia non cogitur adferre ſacrificium pro immunditie ſuâ: at Naſiræus non polluatur, quippe qui cogitur adferre ſacrificium pro immunditie ſuâ. Sed reſponderunt ipſi (Sapientes;) polluatur Naſiræus, quia ſanctitas ejus non eſt ſanctitas perpetua: non autem polluatur ſacerdos, quia ejus ſanctitas eſt ſanctitas perpetua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt de Nazyræo Num. 6, 5. 6. על נפש מת לא יבא לאביו ולאמו ולאחיו לא יטמא להם במותם Et de Pontifice maximo ſcriptum eſt Levit. 21, 11. על כל נפשות מת לא יבוא לאביו ולאמו לא יטמא Cæterum jam expoſuimus, quod Nazyræus polluitur *mortuo præcepti*, quod probatur ex eo quod ſcriptum eſt Num. 6, 6. *Patre & matre ſua non polluetur*. Similiter Pontifex maximus polluitur *mortuo præcepti*, quia de ipſo dicitur Levit. 21, 11 *Patre & matre ſua non polluetur*; deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum.

2. Super his immunditiebus Naſiræus tondetur: ſuper mortuo; ſuper tanto de mortuo, quantum eſt oliva; & ſuper tanto carnis cadaveris avulſæ, quantum eſt oliva; & ſuper plenitudine cochlearis de pulvere corporis putrefacti; ſuper ſpina dorſi, ſuper calvaria; ſuper membro de mortuo; ſuper membro de vivo; ſuper quo eſt caro ſicut conveniens (ſufficiens, ut poſſit vivere & accreſcere, licet non ſit tantum, quantum eſt oliva;) & ſuper dimidio Kabo oſſium, & ſuper dimidio Log ſanguinis; ſuper tactu eorum, & ſuper onere eorum; ſuper tentorio eorum; ſuper oſſe, quod eſt ſicut granum hordei magnum, quod ad tactum ejus, atque onus ejus. Super iſtis Naſiræus tondetur, & aſpergit ſe tertia & ſeptima die, & deſtruit antecedentia, nec incipit numerare, niſi ex quo mundatus eſt, & adfert ſacrificia ſua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit על המת *ſuper mortuo*, non intelligit totum corpus mortui, id quod clarum eſt; intelligit igitur maximam partem oſſium, quod ad numerum vel quod ad ſtructuram eorum, etſi in illis non fuerit quarta pars oſſium, tamen Nazyræus polluitur in tentorio; & propterea tenetur ſe tondere, ſi in mortuo fuerit maxima pars oſſium quod ad fabricam eorum, vel numerum eorum, etiamſi in illis non fuerit quantitas quartæ partis Cabi, polluitur tamen in tentorio, uti exponemus in tractatu Oholot capite ſecundo. Cæterum ſi in oſſibus non fuerit maxima pars numeri, neque ſtructuræ, at in illis fuerit dimidia pars Cabi, tum Nazyræus tondebit ſe pro tentorium ſuo.

נצל Notat humorem è mortuis provenientem, quando caro eorum putreſcit, & corrumpitur: רקב notat pulverem mortui, qui remanet poſtquam humor penitus conſumptus eſt. Hic ergo רקב *pulvis*, qui polluit in tentorio, intelligitur tantum de mortuo ſepulto nudè in capſa marmorea, aut lapidea, aut ſimili; & ſi mortuus illic totus ſit ſepultus ſine ullius membri defectu. Ita quoque dixerunt, מת שחסר אין לו רקב *mortuo cui deficit non eſt pulvis, neque vicinia ſepulturæ, neque locus jam occupatus.*

על מלא תרווד *Super plenitudine cochlearis*, תרווד eſt idem quod כף *cochlear*, & in tractatu Kelim capite decimo exponetur, quod ſit cochlear magnum, & quod illius quantitas comprehendit plenitudinem pugillorum.

שדרה Eſt *ſpina dorſi*, & omnes coſtarum interiores cannæ. גלגלת notat *calvarias* quaſlibet ſeorſim: חצי קב *dimidia pars Cabi*, facit duos Logos; חצי לוג *dimidia pars Logi*,

vis quarta pars Cabi oſſium tentorium polluat, eſt tamen traditio Moſis è Sinai, quod Nazyræus non tondetur niſi ſuper dimidio Cabo. Similiter ſuper medio Logo ſanguinis; & quamvis quarta pars Logi ſanguinis polluat in tentorio, Nazyræus tamen non tondebitur niſi ſuper dimidio Logo.

ועל עצם כשעורה על כגעו ועל משאו *Super oſſe, quod eſt ſicut granum hordei, ſuper tactu illius, & ſuper onere illius*, at non ſuper tentorio ejus, quia os ut granum hordei non polluit in tentorio.

וסותר את הקודמים *Et deſtruit antecedentia*, quemadmodum ſcriptum eſt Num. 6, 12. והימים הראשונים יפלו

עד שיטהר *Donec purificatus fuerit*, quando immerſerit ſe, & ſol occiderit poſt ſparſionem tertii & ſeptimi diei.

ג אבל הסככות והפרעות ובית הפרס וארץ העמים והגולל והדופק ורביעית דם ואהל ורובע עצמות וכלים הנוגעים במת וימי ספרו וימי גמרו על אלו אין הנזיר מגלח ומזה בשלישי ובשביעי ואינו סותר את הקודמים ומתחיל ומונה מיד וקרבן אין לו באמרת (אמרו נ"א) ימי הזב והזבה וימי הסגרו של מצורע הרי אלו עולין לו :

R. OB. DE BARTENORA.

הסככות *Obtegentia*, puta arborem cui ſunt rami ſuper terram extenſi ſeorſim, ſub quibus eſt quantitas olivæ de mortuo, ubi inſciens tranſit Nazyræus, neſciens quod ramus ille tentorium facit ſuper mortuo.

פרעות *Prominentia*, lapides aut ligna prominentia de pariete, ſub quibus eſt immundities: ובית הפרס *& locus fragmenti*, campus in quo ſepulchrum exaratum eſt, cujuſmodi ager extendi debet centum cubitos; & hæc eſt quantitas quam limitarunt, ex qua vomer deferat oſſa.

ארץ העמים *Terra gentilium*, nam Sapientes decreverunt immunditiem ſuper terra gentilium: גולל eſt *tegumentum ciſtæ* in qua poſitus eſt mortuus: דופק eſt ipſa ciſta quam pulſat operculum. רביעית דם *quarta ſanguinis pars*, etiam ſuper onere & tactu ejus non tondetur Nazyræus.

ואהל ורובע עצמות *Et tentorium, & quartale oſſium*, ſi tentorium fecerit ſuper quartali Cabi oſſium mortui, non tondebitur niſi donec fecerit tentorium ſuper dimidio Cabo. Sed ſuper tactu & onere quartalis oſſium tondebitur, etiamſi diſſoluta ſint, & non reliquum ſit os integrum quantitatis grani hordei.

וכלים הנוגעים במת *Et vaſa quæ tetigerunt mortuum*, quæ polluunt ut ipſe mortuus, & qui tetigerit ea, pollutus eſt immunditie ſeptem dierum.

בימי גמרו *In diebus conſummationis*, puta conſummationis leproſi: או בימי ספירו *in diebus numerationis ejus*, poſtquam ſanatus fuerit à lepra ſua, uti ſcriptum eſt Levit. 14, 8. וישב מחוץ לאהלו שבעת ימים

על אלו אין הנזיר מגלח *Super his Nazyræus non tondetur*, ſuper his omnibus quorum Miſna fecit mentionem.

ומזה בשלישי ובשביעי *Et abluitur tertio & ſeptimo die*, hoc non referendum eſt ad dies numerationis illius, nec ad dies conſummationis, quia in illis non obtinet ſparſio diei tertii, nec ſeptimi.

אינו סותר את הקודמים ומתחיל ומונה מיד *Non deſtruit præcedentia, & incipit, ac enumerat ſtatim*, omnia quæ diximus, non intrant dies Nazyræatus, & præcedentia non deſtruunt, ſed poſtquam aſperſerit ſe tertio & ſeptimo die, & purificatus fuerit, ſi pollutus fuerit immunditie mortui, & deindè conſummati fuerint dies conſummationis, & dies computationis, ſi fuerit leproſus, perficiet ſuum Nazyræatum ſuper computatione dierum quos computavit ante immunditiem ſuam, & non adferet ſacrificium immunditiei.

באמת ימי הזב והזבה *Utique dies viri fluentis, & fœminæ fluen-*

Logi, duo quartalia, quantitatem quartalis jam expoſuimus, ut & totum hunc caſum, capite ſecundo tractatus Oholot, quod polluunt in tentoriis, & tactu, ac onere. Ibidem quoque exponetur quod os quantitatis grani hordei polluit tactu, & onere, & non polluit in tentorio; exponemus quoque omnes has res, earumque probationes.

על אלו כטמאות הנזיר מגלח *Super his immunditiebus Nazyræus tondetur*, hoc excludit os quantitatis grani hordeacei quod non polluit in tentorio; & quod deindè in Miſnæ fine dicit iterum, *ſuper iſtis Nazyræus tondetur*, vult excludere *obtegentia* & *prominentia*, quæ exponentur inferius. Sic etiam id quod deindè dicit, עד שיטהר *donec purificatus fuerit*, vult dicere, donec occiderit ſol, poſtquam immerſerit ſe poſt ſparſionem tertii & ſeptimi diei.

3. At obtegentia & prominentia, & locus fragmenti, & terra gentilium, & lapis ſepulchralis, & parietes ſepulchri, & quartale ſanguinis, & tentorium quartæ (Kabi) oſſium, & vaſa tangentia mortuum, & dies numerationis ejus, & dies conſummationis ejus: (hæc ſunt,) ſuper quibus Naſiræus non tondetur, ſed abluitur tertio & ſeptimo die, nec deſtruit præcedentia, ſed numerat ſtatim, & non debetur ab eo Korban. Utique dies fluentis viri, vel fœminæ, & tempus incluſionis ejus ob lepram: Hæc, inquam, imputantur ipſi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הסככות *Obtegentia*, ſunt umbræ, ſive arbores quæ umbram faciunt ſuper terra, ſi immundities fuerit ſub ramis earum, & tranſierit Nazyræus ſub ramis arborum.

פרעות *Prominentia*, uti ſunt lapides & ligna prominentia de pariete, ſi ſub illis fuerit immundities, & ſub illis Nazyræus tranſierit.

בית הפרס *Locus fragmenti*, & ager in quo ſepulchrum exaratum eſt, & oſſa mortui commixta fuerunt cum pulvere, uti exponetur capite ultimo tractatus Oholot.

גולל Eſt *operculum ſepulchri*: דופק notat *latera ſepulchri*, ſed capite primo tractatus Oholot exponetur, eum, qui tetigerit vaſa quæ tetigerint mortuum, pollui immunditie ſeptem dierum. Sic etiam exponetur capite ſecundo tractatus Oholot, quod בית הפרס, & terra gentilium polluunt tactu, & onere; & quartale ſanguinis polluit tactu, onere, & in tentorio; & operculum ſepulchri, ejuſque latera polluunt tactu, & in tentorio, ſed non polluunt onere. Dicit autem Lex de immunditie ſepulchri Num. 19, 16 או בעצם אדם או בקבר יטמא שבעת ימים Cæterum cum his omnibus pollutus fuerit, tenetur aſperſione diei tertii, & ſeptimi, quemadmodum Miſna dicit ומזה בשלישי ובשביעי *& ſpargit tertio, & ſeptimo die*, ſed non tenetur tonſura, neque deſtruit dies antecedentes, niſi in quibuſdam immunditiebus, nimirum, quæ proveniunt ab ipſo mortuo, quia ſcriptum eſt Num. 6, 9. וכי ימות עליו המת *quando mortuus fuerit penes ipſum mortuus*. Neque dicitur, quando pollutus fuerit animâ, & polluet caput Nazyræatus ſui. Et quod Scriptura dicit ואהל *& tentorium*, vult, ſi tetigerit tentorium mortui, aut ſi tentorium fecerit ſuper quartali Cabi oſſium, & hoc eſt quod Miſna vult, quando dicit, רובע עצמות *quartale oſſium*. Deindè mentionem facit dierum numerationis, & dierum conſummationis leproſi, quia ſunt inſtar dierum immunditiei, & non intrant numerum dierum Nazyræatus, neque deſtruunt antecedentia, uti facit immundities. Sed perficiet dies Nazyræatus poſt complementum dierum numerationis, & dierum conſummationis, quemadmodum conſummat dies Nazyræatus poſtquam tranſierint ſeptem dies immunditiei, quibus pollutus fuit mortuo, aut quantitate olivæ de mortuo; & dies illi intrant numerum quem numeravit antea. Lex autem de leproſo dicit, quod, quando ſanata fuerit lepra ejus, tondebitur, uti diximus; & quod expectabit ſeptem dies poſt tonſuram, & purificationem; & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 14, 8. וישב מחוץ לאהלו שבעת ימים deindè verò adferet ſacrificia ſua. Et vocantur hi *ſeptem dies*

fluentis, omnes dies immunditiei ejus, & dies computationis ſeptem dierum purorum : וימי הסגרו של מורע & *dies concluſionis leproſi*, nam de illo ſcriptum eſt Levit. 13, 4. והסגיר את הנגע שבעת ימים qui omnes ingrediuntur numerum dierum Nazyræatus ; & non eſt neceſſe ut dicamus, quod non deſtruunt præcedentia.

dies qui ſunt dies tonſuræ; & dies lepræ, in quibus leproſus conſummatus fuerit, vocantur ימי גמרו *dies conſummationis ejus*, nimirum, implementum immunditiei illius. Præterea quoque dicit Miſna, quod dies numerationis illius, & dies conſummationis ejus non intrant numerum dierum Nazyræatus, quemadmodum non annumerantur illi dies immunditiei, ſi pollutus fuerit aliqua ex illis immunditie ob quas Nazyræus tondendus eſt. Cæterum ſi fuerit leproſus qui occludi debet, de quo Lex dicit Levit. 13, 4. והסגירו שבעת ימים tum dies illi occluſionis ipſi annumerantur, & numerantur de diebus Nazyræatus. Sic etiam ſi fuerit ſeminifluus aut ſeminiflua, omnes dies immunditiei, & dies numerationis quibus obligati ſunt poſtquam ceſſaverit fluxus, omnino intrant dies Nazyræatus. Et hæc eſt traditio Moſis è Sinai, uti dicit Miſna, *utique dies fluentis viri, & fluentis uxoris.*

ד אמר רבי אליעזר משום רבי יהושע כל טומאה מן המת שהנזיר מגלח עליה חייבין עליה על ביאת מקדש וכל טומאה מן המת שאין הנזיר מגלח עליה אין חייבין עליה על ביאת מקדש אמר רבי מאיר לא תהא זו קלה מן השרץ אמר רבי עקיבא דנתי לפני רבי אליעזר מה אם עצם כשעורה שאינו מטמא אדם באהל הנזיר מגלח על מגעו ועל משאו רביעית דם שהוא מטמא אדם באהל אינו דין שיהא הנזיר מגלח על מגעו ועל משאו אמר לו מה זה עקיבא אין דנין כאן מקל וחומר וכשבאתי והרציתי דברים לפני רבי יהושע אמר לי יפה אמרת אלא כן אמרו הלכה:

4. Dixit Rabbi Elieſer nomine Rabbi Jehoſchea: ſuper qualibet immunditie à mortuo, ob quam Naſiræus tondetur, rei fiunt, ſi ingrediuntur ſanctuarium. (Item;) ſuper quâvis immunditie à mortuo, ob quam Naſiræus non tondetur, ſuper ea, inquam, etiam non fiunt rei, etiamſi ingrediantur ſanctuarium: licet (ſed malè) Rabbi Meyr dixerit; non erit levior, quam ea, quæ eſt à reptili. Dixit Rabbi Akiba, judicavi coram Rabbi Elieſer; quid? nonne, ſi os, quod eſt ſicut granum hordei (in magnitudine,) non immundet hominem in tentorio; & tamen Naſiræus tondetur ob ejus tactum ejuſque lationem: nonne, quod ad quartale ſanguinis, immundans hominem in tentorio, magis æquum eſt, ut Naſiræus tondeatur ob tactum ejus & lationem ejus? Reſpondit ipſi; quid hoc (argumenti) mi Akiba? non concludimus hic à minori ad majus. Poſtquam ego veni & expoſui hæc verba coram Rabbi Jehoſchea, dixit mihi, optimè quidem locutus es; ſed ſic tradiderunt deciſionem.

R. OB. DE BARTENORA.

חייבין עליה על ביאת מקדש *Tenentur ea* (immunditie) *ob introitum in Sanctuarium*, ſi polluerit ſe illa immunditie, & intraverit Sanctuarium, aut rem ſanctam comederit antequam purificatus fuerit ab immunditie ſua, tenetur exciſione, ſi de induſtria factum fuerit; aut tenetur leviori ſacrificio, ſi ex errore factum fuerit.

לא תהא זו קלה מן השרץ *Non erit levior quam ea quæ à reptili*, ob quam tenentur immundo introitu in Sanctuarium, uti ſcriptum eſt Levit. 5, 2 או בנבלת שרץ טמא Cæterum quod R. Meyr dicit, nullius eſt momenti, quia tactus & onus oſſis in quantitate grani hordei, utpote immundities levis, non polluit in tentorio, nihilominus Nazyræus tondebitur ſuper ea, uti dictum eſt in hac Miſna. At ſuper quartali ſanguinis, quod graviorem efficit immunditiem, & polluit in tentorio, non tondet ſe Nazyræus.

אין דנין כאן מקל וחומר *Non concludimus hic à minori ad majus*, quia non eſt argumentandum à minori ad majus in re quæ eſt traditio Moſis è Sinai. Nam immunditiei oſſium non eſt mentio facta in Lege, ſed traditione recepta eſt, at in re quæ traditione recepta eſt, argumentari non poſſumus à minori ad majus; & hæc ſunt ipſa R. Jehoſuæ verba, dicentis. כן אמרו הלכה *ſic dixerunt ex traditione.* יפה אמרת אלא כן אמרו הלכה *bene dixiſti, niſi quod ita pronunciarunt deciſionem.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר רבי מאיר לא תהא זו קלה מן השרץ *Dicit R. Meyr, non erit levior, quam ea, quæ eſt à reptili*, id eſt, non erit hæc immundities è mortuo, ob quam Nazyræus ſe tondere tenetur, levior immunditie reptilis. Et quandoquidem fundamentum nobis eſt, quod immunditie ſerpentis tenetur ob introitum in Sanctuarium, uti ſcriptum eſt Levit. 5, 2. בנבלת שרץ טמא quanto magis ob hanc immunditiem. Dictum autem R. Meyri non rectum eſt; & jam expoſitum eſt hoc capite, quod Nazyræus ſe tondebit ob tactum oſſis in quantitate grani hordeacei, & ob onus illius; & quod non tondebit ſe ob quartale ſanguinis, etſi os in quantitate hordei non polluat in tentorio, quemadmodum exponetur capite ſecundo tractatus Oholot. Volebat autem demonſtrare R. Akiba, quod ob quartale ſanguinis tondebit ſe Nazyræus, per argumentum à minori ad majus, de oſſe in quantitate grani hordei, uti vides. Cæterum immundities oſſis in quantitate grani non exprimitur in Lege, uti exponetur in tractatu Oholot, ſed ea eſt traditione recepta. At fundamentum nobis eſt, quod non fit argumentum à minori ad majus in eo quod traditione receptum eſt. Et hic eſt caſus quem ipſi dixit magiſter ejus R. Elieſer; eſt etiam ſententia R. Jehoſuæ, dicentis, יפה אמרת אלא כן

פרק ח שני נזירים שאמר להן אחד ראיתי אחד מכם שנטמא ואיני יודע איזה מכם מגלחין ומביאין קרבן טומאה וקרבן טהרה ואומר אם אני הוא הטמא קרבן טומאה שלי וקרבן טהרה שלך ואם אני הוא הטהור קרבן טהרה

Caput 8. Si ad duos Naſiræos aliquis dixerit; vidi unum ex vobis pollui, ſed neſcio, quis ex vobis ſit: tum tondeantur atque adducant Korban immunditiei, & Korban munditiei, & dicat (quilibet ad alterum;) ſi ego ſum immundus, ſit iſtud Korban immunditiei meum, & Korban munditiei tuum: ſed ſi ego ſum mundus; tunc ſit Korban iſtud munditiei meum, & Korban immunditiei

טהרה שלי וקרבן טומאה שלך וסופרין שלשים יום ומביאין קרבן טהרה ואומר אם אני הוא הטמא קרבן טומאה שלי וקרבן טהרה שלך וזה קרבן טהרתי ואם אני הוא הטהור קרבן טהרה שלי וקרבן טומאה שלך וזה קרבן טהרתך מת אחד מהן אמר רבי יהושע יבקש אחד מן השוק שידור כנגדו בנזיר ואומר אם טמא הייתי הרי אתה נזיר מיד ואם טהור הייתי הרי אתה נזיר אחר שלשים יום וסופרין שלשים יום ומביאין קרבן טומאה וקרבן טהרה ואומר אם אני הוא הטמא קרבן טומאה שלי וקרבן טהרה שלך ואם אני הוא הטהור קרבן טהרה שלי וקרבן טומאה בספק וסופרים שלשים יום ומביאין קרבן טהרה ואומר אם אני הוא (ירושלמי) הטמא קרבן טומאה שלי וקרבן טהרה שלך וזה קרבן טהרתי ואם אני הוא הטהור קרבן טהרה שלי וקרבן טומאה בספק וזה קרבן טהרתך אמר לו בן זומא ומי שומע לו שידור כנגדו בנזיר אלא מביא חטאת העוף ועולת בהמה ואומר אם טמא הייתי החטאת מחובתי והעולה נדבה ואם טהור הייתי העולה מחובתי והחטאת בספק וסופר שלשים יום ומביא קרבן טהרה ואומר אם טמא הייתי העולה הראשונה נדבה וזו חובה ואם טהור הייתי העולה הראשונה חובה וזו נדבה וזה שאר קרבני אמר רבי יהושע נמצא זה מביא קרבנותיו לחצאים אבל הודו לו חכמים לבן זומא :

tiei tuum. Poſtea numerant XXX. dies, ac adferunt Korban munditiei, rurſuſque dicit alter ad alterum; ſi ego ſum ille immundus, fuitque Korban immunditiei meum, & Korban munditiei tuum: tum hoc eſto (jam) ſacrificium munditiei meæ: quod ſi ego fui mundus, adeoque Korban (prius) munditiei meum extitit, & Korban immunditiei tuum; tum hoc eſto Korban munditiei tuæ. Si (interim) unus ex illis mortuus fuerit, dicit Rabbi Jehoſchea; quærat (alter) aliquem de platea (ſive foro,) qui voveat pro illo Naſiræatum, dicatque; ſi ego immundus fui, ecce tu ſtatim eris Naſiræus: ſin ego mundus fui, ecce tu eris Naſiræus poſt XXX. dies. Tum numerant triginta dies, & adducunt Korban immunditiei, & Korban munditiei, & dicit unus alteri; ſi ego ſum ille immundus: tum Korban immunditiei eſto meum, & Korban munditiei tuum. Quod ſi ego ſum mundus ille, Korban munditiei eſto meum, & Korban immunditiei dubium. Poſteà (iterum) numerant triginta dies, & adducunt Korban munditiei, dicitque unus alteri; ſi ego fui ille immundus, adeoque Korban immunditiei fuit meum, & Korban immunditiei tuum, eſto hoc Korban meum munditiei. Quod ſi ego fui mundus ille, adeoque Korban munditiei meum, & Korban immunditiei dubium, eſto hoc Korban munditiei tuum. Reſpondit ipſi Ben-Dſuma; quis vero obſequetur illi, ut voveat pro iſto Naſiræatum? Itaque adferat ſacrificium pro peccato ex ave, & holocauſtum de pecude, atque dicat; ſi immundus fui, eſto hoc ſacrificium pro peccato ex debito & holocauſtum voluntarium: at ſi mundus fui, holocauſtum eſto ex debito meo, & ſacrificium pro peccato dubium. Poſteà numerat triginta dies, & adducit Korban munditiei, dicitque; ſi immundus fui, holocauſtum prius erit voluntarium, & hoc debiti: quod ſi mundus fui, prius erit holocauſtum debiti, & hoc voluntarium, atque hoc reliquum Korban meum. Regeſſit quidem Rabbi Jehoſchea; deprehenditur vero, quod hic adferat Korbanoth ſua ex parte: nihilominus pronuntiarunt Sapientes juxta Ben-Dſuma.

R. OB. DE BARTENORA.

שני נזירים שאמר להן וכו׳ *Si ad duos Nazyræos aliquis dixerit &c.* & illi tacuerint, nam, ſi illi negaverint, tum non eſt fide dignus, quia unus teſtis non eſt fide dignus, quando illi contradicitur. Tractat autem Miſna noſtra de eo tempore quo teſtis non adfuerit illis, ſed dixerit, vidi procul quod immunditics diſperſa eſt inter vos, nam ſi teſtis adfuerit in eodem loco cum illis, eſt immunditics dubia in loco publico, at dubia immunditics in loco publico habetur pura, quia omnis immunditics dubia elicitur è muliere adulterii ſuſpecta, de qua ſcriptum eſt Num. 5, 13. ונסתרה והיא נטמאה in quo caſu nullus homo reperitur præter mulierem & adulterum, ejuſque immunditics. Et, ſi plures fuerint quam tres, etſi domi fuerint, dubia immunditics pura habetur, quia eſt inſtar immunditiei dubiæ in loco publico. Propterea neceſſe eſt ut dicamus teſtem non fuiſſe cum eis in eodem loco, in tempore dubiæ immunditiei contractæ.

סופרין שלשים יום *Numerant triginta dies*, quando ambo promiſerint Nazyræatum eodem tempore, & promiſerint Nazyræatum abſolutum, qui eſt triginta dierum; eadem etiam res eſt ſi ambo promiſerint ſimul. Exponunt au-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt (quæ exponetur in tractatu Taarot, & multis aliis in locis) quod dubia immunditics in loco publico habetur pura, at in loco privato impura. Et hoc diſcimus ex Num. 5, 13. ונסתרה והיא נטמאה vide hinc immunditiem dubiam poſtquam res occultata fuerit in loco privato. Et hoc intelligendum eſt quando in loco particulari fuerit homo unus, aut duo, quemadmodum fiebat in muliere & adultero, ubi duo tantum erant. Cæterum, ſi tres homines aut plures fuerint in loco privato, & dubia immunditics innovata fuerit, tum pura habetur, quia illi tres conficiunt gradum loci publici. Propterea, ſi quis dixerit duobus Nazyræis, vidi unum è vobis qui pollutus eſt, non intelligendum eſt quod cum illis in eodem ſit domicilio, quia dubia illius immunditics eſſet pura, uti diximus; vidit ergo eos quando non una erat cum illis.

סופרין שלשים יום *Numerant triginta dies*, loquitur de Nazyræatu ordinario triginta dierum, eademque eſt ratio, ſi fuerint Nazyræi decem annorum. Et hoc intelligendum eſt quando tempus duorum hominum fuerit æquale, ita ut ſpatium temporis unius ſit idem quod alterius. Sed jam noſti quod ſacrificium immunditiei eſt duo turtures, aut duo

autem Nazyræatum pro tempore definito, ut, poſtquam adduxerint ſacrificium immunditiei, & ſacrificium purificationis, denuo enumerent tempus limitatum Nazyræatus, & ſeparent ſacrificium purificationis.

וקרבן טומאה בספק *Et ſacrificium immunditiei dubiæ*, ſacrificium expiationis pro peccato ab avibus deſumptum, quod adducebatur pro immunditie, dubium erat, & non comedebatur, nam adducebatur ſacrificium ex avibus pro immunditie dubia Nazyræatus; & non adducebatur ſacrificium pro reatu, juxta opinionem Sapientum, dicentium, ſi adduxerit ſacrificium ſuum pro peccato, & non adduxerit ſacrificium pro reatu ſuo, numerabit. נמצא זה מביא קרבנותיו לחצאים *deprehenditur, quod hic adferat oblationes ſuas pro dimidia parte*, ſi fuerit Nazyræus purus, quia holocauſtum primum erat debitum, nunc autem offert ſacrificium expiationis pro peccato, & ſacrificium pacificum. *Nihilominus Sapientes conceſſerunt Ben Zomæ*, & non curarunt an offerret ſacrificia ſua ex parte; deciſio eſt juxta Ben Zomam.

duo pulli columbarum, unus pro holocauſto, alter pro ſacrificio expiationis, nec non agnus anniculus pro ſacrificio pro reatu. Cæterum ſacrificium purificationis eſt agnus pro holocauſto, & agna pro ſacrificio expiationis pro peccato, & agnus pro pacifico; deciſio eſt juxta Ben Zoma.

ב נזיר שהיה טמא בספק ומוחלט בספק אוכל בקדשים אחר ששים יום ושותה יין ומיטמא למתים אחר מאה ועשרים יום שתגלחת הנגע דוחה תגלחת הנזיר בזמן שהוא ודאי אבל בזמן שהוא ספק אינו דוחה :

2. Si aliquis Naſiræus fuerit immundus cum dubio, aut abſolutus cum dubio: tum comedit ſancta poſt 60. dies, & bibit vinum, atque polluitur mortuis poſt 120. dies: quia tonſura plagæ moratur tonſuram Naſiræi, quando in confeſſo eſt: aſt, ubi in dubio eſt, non moratur.

R. OB. DE BARTENORA.

נזיר שהיה טמא בספק ומוחלט בספק *Si aliquis Nazyræus fuerit immundus cum dubio, aut abſolutus cum dubio*, ita ut dubium fuerit an pollutus fuerit mortuo, & dubium fuerit an abſolutus leproſus fuerit.

אכל בקדשים אחר ששים יום *Comedet ſancta poſt ſexaginta dies*, ſed non antea, nam leproſo dubio, donec adduxerit ſacrificium expiationis, prohibitum eſt comedere ſancta; ſed Nazyræo dubio non eſt prohibitum comedere ſancta, quia non vocatur מחוסר כפרה *cui deeſt expiatio*, nam non prohibitum eſt comedere ſancta, niſi ei cujus immundities defluit è corpore: Quomodo hoc intelligendum eſt? hoc ſenſu, Nazyræus triginta dierum cui die primo contigit immundities dubia mortui, & dubia immundities lepræ, ſparget tertio & ſeptimo die, & immerget ſe, ac purificabitur ab immunditie mortui, ac ſi tonſus fuiſſet juxta ritum Nazyræi immundi, aut leproſi qui ſanatus eſt à lepra ſua Sed non poterit tonderi ad triginta dies uſque, inde à primo die quo fecit votum Nazyræatus, quia fieri poteſt ut ſit Nazyræus purus, & prohibitum illi ſit tondere ſe uſque ad triginta dies Nazyræatus ſui, donec adduxerit ſacrificia ſua; at poſt triginta dies tonderi poteſt ſuper tonſurâ leproſi, aut ſuper immunditiei Nazyræi tonſurâ, aut ſuper tonſurâ munditiei. Et adducet duos pullos columbæ, uti ſe habet jus tonſuræ leproſi abſoluti, & ſacrificium pro peccato ex avibus deſumtum, pro immundi Nazyræi dubio; ut & holocauſtum jumenti pro dubio Nazyræi mundi, etſi non adducat reliqua ſacrificia tonſuræ puritatis, nam jam diximus, quod, ſi tonſus fuerit uno ex tribus his modis, ſatisfecit. Et conditionem inibit, quod, ſi non ſit Nazyræus purus, erit holocauſtum ſacrificium ejus. Cæterum jus leproſi abſoluti eſt, ut bis tondeatur, ſemel poſtquam ſanata fuerit lepra ejus, & ſemel poſt dies numerationis ejus, quando numeraverit ſeptem dies à tonſura prima, uti dicitur Levit. 14, 9. ביום השביעי יגלח את כל שערו Qui vero Nazyræus dubius eſt, non poteſt tonderi, propterea expectare debet triginta dies Nazyræatus dubii puritatis, & tondebitur tonſurâ dubia dierum numerationis leproſi, & dubii Nazyræatus puritatis, & adducet holocauſtum jumenti Nazyræatus dubii, ut tondeatur ſuper ſacrificio, & conditionem inibit ſuper eo, & ſequenti die tonſuræ adducet ſacrificium leproſi, ut ipſi licitum ſit comedere ſancta. Adducet quoque ſacrificium expiationis pro peccato de avibus, quia ſacrificium pro peccato ex jumento non adducitur pro dubio. Sed non adducet ſacrificium pro reatu, quia ſacrificium pro reatu non impedit comeſtionem ſanctorum, evenit enim ut poſt ſexaginta dies edat ſancta, quia tum adducit ſacrificium expiationis ſuæ pro dubio leproſi abſoluti. Nam quamvis illi ſit prohibitum vinum bibere, & polluere ſe mortuo, quia forſan potuit eſſe leproſus abſolutus, tamen tonſura leproſi nihil valet, neque pro tonſura Nazyræi puri, neque pro tonſura Nazyræi impuri: Debet autem bis tonderi, ſemel pro

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ad hanc Miſnam intelligendam neceſſe eſt ut teneas ſex fundamenta; primum fundamentum eſt, quod ei cui deeſt expiatio, prohibitum eſt edere ſancta, donec adduxerit expiationem ſuam Et quod leproſus eſt unus è quatuor quibus deeſt expiatio, quemadmodum exponetur in tractatu Ceritot capite ſecundo. Sed Nazyræus non eſt ex numero מחוסרי כפרה *quibus deeſt expiatio*, ut ibidem exponitur.

Secundum fundamentum eſt. quod leproſus bis debet tonderi, & tum adducere ſacrificium expiationis, & hujus quidem in Lege eſt mentio facta; prima tonſura peragitur quando purificatus fuerit à lepra ſua, poſt immerſionem, & ſecunda tonſura die ſeptimo tonſuræ primæ, & ſacrificia ſua adducit die octavo, & tum ipſi integrum erit comedere ſanctitates; hæc omnia in Lege

Tertium fundamentum eſt quod dies numerationis ſuæ, (qui veniunt inter duas tonſuras) & dies conſummationis (qui ſunt dies quibus declaratus eſt *leproſus abſolutus*) non annumerantur illi in numerum dierum Nazyræatus; ſed hoc jam expoſuimus capite præcedenti.

Quartum fundamentum eſt, quod non debet tonderi tonſura una quæ valet pro Nazyræatu, & pro lepra ſua.

Quintum fundamentum eſt id quod jam diximus, nimirum, quod, ſi Nazyræus pollutus ſit in diebus Nazyræatus ſui, etiamſi id factum fuerit ultimo die, totus deſtruitur Nazyræatus.

Sextum fundamentum eſt, id quod dicitur in Miſna, nimirum, quod plagæ tonſura propellit tonſuram Nazyræi ודאי *certi*; at non quando eſt Nazyræus ספק *dubius*. His fundamentis ritè perceptis, ſequetur exindè, quod Nazyræus qui votum Nazyræatus ordinarii fecerit, qui eſt triginta dierum, uti exponetur, ſit is de quo etiam hæc Miſna loquitur; quando autem in ultimo die triginta illorum dierum verſatus fuerit in dubio immunditiei, aut ſi in omnibus illis diebus triginta fuerit in dubio immunditiei; Itidem, ſi in iſtis triginta diebus fuerit in dubio leproſi abſoluti, non poterit comedere ſancta, niſi adimpletum fuerit tantum temporis, quantum facit Nazyræatus iſte quem vovit, nimirum, ſexaginta dies, at vinum & reliqua immundities ipſi non licita eſt, neque ceſſat ab ipſo Nazyræatus, niſi poſt numerum dierum quater numeratum, quos in Nazyræatu promiſit, qui dies in integrum ſunt 120. Ratio autem eſt, quia tonſuræ, ad quas tenetur, ſunt quatuor, ut, tonſura immunditiei, quia verſatur in dubio immundi, & tonſura munditiei, nec non duæ tonſuræ leproſi, quia verſatur in dubio leproſi. Tondebitur autem ſingulis iſtis quatuor vicibus in complemento temporis Nazyræatus, quia duo illa dubia quæ illi acciderunt de immunditie & lepra, ſunt quatuor ſimul compoſitæ; nam dubium eſt an immundus certus ſit & abſolutus certus, an vero ſit immundus certus, & non abſolutus, an vero ſit abſolutus certus, & non immundus, an vero certus purus & non leproſus nec immundus mortuo.

pro Nazyræo mundo, & ſemel pro Nazyræo immundo. Sin autem fuerit *Nazyræus abſolutus*, quicquid computaverit pro diebus Nazyræatus, non annumeratur illi, quia dies Nazyræatus abſoluti & dies numerationis non annumerantur illi in numerum dierum Nazyræatus, & numerare debet præterea triginta dies, & poſt illos triginta dies tondebitur pro dubio Nazyræi mundi, aut immundi, & adducet ſacrificium de avibus expiationis pro dubio Nazyræi immundi, & holocauſtum de jumento pro dubio Nazyræi mundi, ut tondeatur ſuper ſacrificio, & conditionem ineat ſuper eo. Sed adhuc illi vetitum eſt bibere vinum, & polluere ſe mortuo, quia forſan eſt *leproſus abſolutus*, propterea duæ primæ tonſuræ non valent illi ad Nazyræatum, nec ad tonſuram immunditiei, nec munditiei; vel etiam Nazyræus immundus forſan eſt, & tonſura tertia eſt tonſura immunditiei, propterea neceſſe eſt ut præterea numeret triginta dies Nazyræatus puritatis, & adducat ſacrificium Nazyræi puri, & conditionem ineat. Poſtea autem illi licitum eſt bibere, & polluere ſe mortuo. Idem erit, ſi promiſerit Nazyræatum anni, & contigerit illi dubium immunditiei, & dubium lepræ in principio anni, numerabit annum, & tondebitur tonſurâ ſuper dubio immunditiei, & ſuper dubio munditiei, & ſuper dubio lepræ. Et poſtea numerabit annum ſecundum, & tondebitur, & adducet ſacrificium expiationis, & comedere poterit ſancta; & præterea numerabit duos annos antequam vinum bibere potuerit, & polluere ſe mortuo.

Prima autem tonſura qua tonſus eſt poſt implementum triginta dierum, in quibus erat in dubio immundi, & in dubio leproſi abſoluti, ſi non eſſet immundus, nec abſolutus, non obligabatur ad aliam tonſuram. Sin autem immundus eſſet, & leproſus abſolutus, tum hæc tonſura eſt prima duarum tonſurarum ad quas obligatur leproſus, & ſecunda tonſura perfici nequit die ſeptimo illius tonſuræ, quia eſt leproſus abſolutus ex dubio; nam ſuſpicio nobis eſt quod forſan non ſit leproſus, ſed quod certò immundus eſt, & deſtruit triginta dies primos ob immunditiem, jam autem in illis triginta diebus primis eſt Nazyræus, & non licet illi ut tondeatur in diebus Nazyræatus ſui tonſurâ illa ſecunda, qua tenetur quando eſt dubius abſolutus, quandoquidem dubium eſt. Et hoc eſt quod dixerunt in Gemara, non poteſt tonderi poſt ſeptem dies, quia fieri poteſt ut ſit leproſus abſolutus. Scriptura dicit de Nazyræo Num. 6, 5. תער לא יעבור על ראשו Propterea expectabit donec impleverit triginta dies ſecundos, & tum tondebitur tonſura ſecunda, qua adimpletur puritas leproſi, & deindè comedere poteſt ſancta, quia jam bis tonſus eſt, & inter utramque tonſuram fuerunt triginta dies; & ſi eſſet leproſus abſolutus, jam erat purus, quia non eſt è conditionibus purificationis ut ab una tonſura ad alteram non ſint plures quam ſeptem dies, ſed ſcopus eſt ut non ſint pauciores quam ſeptem dies. Jam expoſitum eſt, quod purificatio ejus rite perfici nequit niſi poſt ſexaginta dies, & reliqua ſit cauſa de libertate bibendi vinum, & de immunditie. Dicimus etiam fieri poſſe ut ſit leproſus certus in prioribus triginta diebus, & tum ſit complementum perfectionis illius, & ſecundi dies triginta ſint dies numerationis ejus, qui ſunt illi dies qui veniunt inter tonſuram unam atque alteram, uti expoſuimus. Fundamentum quoque nobis eſt quod dies perfectionis illius & dies numerationis ejus non annumerantur ipſi in dies Nazyræatus, propterea neceſſe eſt ut poſt ſexaginta dies illos numeret etiam triginta dies Nazyræatus, & tondeatur tonſura tertia. Cæterum ſi tantum fuerit leproſus abſolutus, non erant neceſſarii plures dies. Et quoque quod fieri poteſt ut ſit immundus certus, & propterea omnino debeat tonderi tonſura immunditiei, quia una tonſura ipſi nihil efficere poteſt pro Nazyræatu & pro lepra ſua, propterea quarta vice expectabit triginta dies, & tondebitur quarta tonſura. Harum autem quatuor tonſurarum prima fiet pro dubio dierum perfectionis Nazyræatus, quæ eſt prima duarum tonſurarum ad quas obligatur leproſus abſolutus. Secunda tonſura eſt ea quæ fit pro dubio dierum numerationis illius, quæ eſt ſecunda duarum tonſurarum leproſi abſoluti. Tertia tonſura eſt, quæ fit pro dubio immunditiei, quæ neceſſario quoque fieri debet poſt dies Nazyræatus donec deſtruxerit eum, quandoquidem hoc dubium innovatum eſt in diebus Nazyræatus, uti expoſuimus in principio. Quarta autem tonſura eſt tonſura puritatis. Et juxta hanc comparationem idem erit cum eo qui voverit Nazyræatum decem annorum E. G., & poſtea in omnibus illis annis fuerit in dubio leproſi abſoluti, & innovatum fuerit illi dubium immunditiei in fine annorum, comedet ſancta poſt viginti annos, & vinum bibet, & polluetur mortuo poſt quadraginta annos. Et hoc eſt quod dixerunt in Gemara, *Nazyræus unius anni comedet ſancta poſt duos annos, & tondebitur quatuor tonſuris.* Sacrificia vero quæ adducet, non eſt hujus loci hic enarrare.

פרק ט העכו"ם אין להם נזירות נשים ועבדים יש להן נזירות חומר בנשים מבעבדים שהוא כופה את עבדו ואינו כופה את אשתו חומר בעבדים מבנשים שהוא מפר נדרי אשתו ואינו מפר נדרי עבדו הפר לאשתו הפר עולמית הפר לעבדו יצא לחירות (נ"א ומשלים) משלים נזירותו עבר מכנגד פניו רבי מאיר אומר לא ישתה ורבי יוסי אומר ישתה:

Caput 9. In Gentiles non cadit Naſiræatus: at in mulieres & ſervos cadit Naſiræatus. Major tamen in mulieres (cadit rigor,) quàm in ſervos, quia cogere quis poteſt ſervum ſuum: uxorem verò cogere non poteſt. (Alio reſpectu) major in ſervum, quàm in mulierem. Nam poteſt aliquis ſolvere vota uxoris ſuæ: at vota ſervi ſui ſolvere non poteſt. Siquidem, ſi ſolvit (vota) uxoris ſuæ, ſolvit in perpetuum. Sin ſolvit (vota) ſervi ſui, nihilominus hic cogitur, ſi manumiſſus fuerit, implere Naſiræatum ſuum. Si fugit (ſervus) à faciebus ejus (Domini ſui:) Rabbi Meyr dicit; non bibit (vinum.) At Rabbi Joſe inquit; bibet.

R. OB. DE BARTENORA.

הגוים אין להם הנזירות *In gentiles non cadit Nazyræatus*, etſi gentiles adducant ſacrificia votiva & ſpontanea ut Iſraëlita, attamen ſi Nazyræatum gentilis voverit, non cadit in ipſum Lex de Nazyræatu, ideoque licitum eſt illi bibere vinum, & polluere ſe mortuo, quia Num. 6, 2. dicitur de Nazyræo דבר אל בני ישראל filii Iſraëlis ergo vovent Nazyræatum, non autem gentiles Nazyræatum vovere poſſunt.

שהוא כופה את עבדו *quia ille cogit ſervum ſuum*, cogit eum ut bibat vinum, & ſe pollutat mortuo nolens.

ואינו כופה את אשתו *At non cogit uxorem ſuam*, invitò; & in reliquis votis in quibus continetur afflictio animæ, aut ceſſatio operis, non opus eſt ut herus cogat ſervum, nam illa

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio capitis de Nazyræo dicitur Num. 6, 2. דבר אל בני ישראל *loquere ad filios Iſraëlis*, hinc dixerunt, in filios Iſraëlis & non in gentiles cadit Nazyræatus. Et de juramentis & votis dixit Deus benedictus Num. 30, 3. לאסר אסר על נפשו hinc dixerunt, hoc intelligendum eſt de eo qui eſt ſui juris, & excludit ſervum, qui non eſt ſui juris.

שהוא כופה את עבדו *Quia cogit ſervum ſuum*, ſenſus eſt, quod eum cogit ad bibendum vinum, & ut polluatur. Fundamentum nobis eſt, quod in Nazyræatu eum cogere poteſt, non autem in votis; & in juramentis non eſt neceſſe ut eum cogat, quia juramentum tantum cadere poteſt in eum cui eſt ſui poteſtas, hic autem ſervus non habet poteſtatem

illa ſpontè ceſſant, eo quod ſcriptum eſt Num. 30, 3. לאסר אסר על נפשו per eum qui dominium habet in corpus ſuum excluditur ſervus, qui non habet dominium in corpus ſuum. Sic etiam, ſi ſervus jurejurando ad res quaſdam ſe obſtrinxerit, ſive in iſtis contineatur afflictio animæ, ſive non, non eſt neceſſe ut cogat ipſum herus, quia à ſemetipſis ceſſabunt, ac irrita fient illa juramenta, eo quod non habet poteſtatem in corpus ſuum. Cæterum ſi vota fecerit ſervus in quibus non continetur afflictio animæ, neque intermiſſio operis heri, tenetur ſervus ea adimplere, & herus ejus nequit eum cogere ut reſcindat vota.

מפר נדרי אשתו ואינו מפר נדרי עבדו *Reſcindit vota uxoris ſuæ, at non reſcindit vota ſervi ſui*, nam ſi annuerit voto quod fecit uxor, poſtquam ille irritum fecerit votum illud, & voluerit ut confirmetur, non tenetur illud poſtquam id ſemel irritum fecerit. Sin autem coëgerit ſervum ſuum ad transgrediendum votum, & deindè voluerit ut illud confirmetur, non tenetur ſervus illud implere.

הפר לעבדו יצא לחירות משלים נזירותו *Si irritum fecerit votum ſervi, exit in libertatem, & adimplet Nazyræatum ſuum*, hoc propriè non intelligendum eſt quod irritum reddit, ſed, ſi coëgerit ſervum ſuum ut bibat vinum, & polluat ſe mortuo, & deindè ſervus exierit in libertatem, tenetur adimplere Nazyræatum. Et quod R. Moſche fil. Maimon illa verba הפר עבדו יצא לחירות explicat hoc ſenſu, ſi dixerit quis ſervo ſuo, *irritum factum ſit tibi*, deſtruitur ab ipſo poteſtas domini, & ſervus hac de cauſâ manumittitur, & neceſſe eſt ut adimpleat Nazyræatum ſuum, ſed ego non aſſentior huic expoſitioni. עבר מכנגד פניו *ſi fugerit e conſpectu ejus*, ſi fugerit à domino ſuo poſtquam voviſſet Nazyræatum. רבי מאיר אומר לא ישתה *R. Meyr dicit, non bibet*, vinum, ut tædio afficiatur, & revertatur ad dominum ſuum, qui illum cogit ad tranſgreſſionem voti, & ut liceat ipſi bibere vinum. רבי יוסי אומר ישתה *R. Joſe dicit, bibet*, ne præ nimia debilitate moriatur, quia ad dominum ſuum redeat neceſſe eſt, quandoquidem dominus non intermittet eum quærere, ut redeat ad ipſum, quomodo ſe res habet perindè ac ſi fuiſſet in poteſtate domini.

tem in ſeipſum. Sed ad votum obligatur, ſi dixerit, *recipio in me ejuſmodi rem, ſi hoc vel illud fecero*. Aut, ſi in ſe receperit alicujus rei prohibitionem, quæ non continet afflictionem animæ, ita ut ſervo nihil indè accedat damni, & non intermittat facere voluntatem heri ſui. Si ergo quis dixerit ſervo ſuo, מופר לך *irritum factum eſto tibi*, tum jam removit illum à ſe, ut ſervus libertate donetur, propterea perficit Nazyræatum ſuum.

עבר מכנגד פניו *ſi fugit à faciebus ejus*, id eſt, ſi fugerit ab ipſo, aut fugerit à præſentia & conſortio ejus, & Nazyræus fuerit.

רבי מאיר אומר לא ישתה *R. Meyr dicit, non bibet*, ut tœdio afficiatur, & ad herum ſuum redeat, qui eum cogit ad vinum bibendum.

רבי יוסי אומר ישתה *R. Joſe dicit, bibet*, ne moriatur præ infirmitate ſua, nam fieri non poteſt ut dominus non inquirat ipſum, nec ut ipſe redeat in poteſtatem ejus, quomodo ſe res habet perindè ac ſi relictus ſit in poteſtate ejus.

ב נזיר שגלח ונודע לו שהוא טמא אם טומאה ידועה סותר ואם טומאת התהום אינו סותר אם עד שלא גלח בין כך ובין כך סותר כיצד ירד לטבול במערה ונמצא מת צף על פי המערה טמא נמצא משוקע בקרקע המערה ירד להקר טהור ליטהר כטומאת מת טמא שחזקת טמא טמא וחזקת טהור טהור שרגלים לדבר:

2. Si quis Naſiræus tonſus fuerit, fueritque ipſi notum factum, quod ſit immundus: tum quando immunditties ejus fuerit ipſi cognoſcibilis, deſtruit (omnia.) Quod ſi immundities abyſſi ſit (cognitu nimis difficilis,) non deſtruit (omnia.) Sin, antequam tonſus fuerit, ſive ſic ſive ſic (id eſt, ſive eodem die, ſive intra dies impletionis) deſtruit. Quomodo? E. g. ſi quis deſcenderit ad lavandum in ſpelunca, & fuerit inventus mortuus nans in ſpelunca: tum immundus erit. Sin ſubmerſus inventus fuerit in fundo ſpeluncæ; tum, ſi ipſe deſcenderit ad refrigerandum ſe, mundus erit. Sin (deſcenderit,) ut mundaretur ab immunditie mortui, immundus erit: nam præſumtio immundi facit immundum, & præſumtio mundi facit mundum. Ita namque res habet ſuos pedes (id eſt, fundamenta.)

R. OB. DE BARTENORA.

נזיר שגלח *Nazyræus qui tonſus eſt*, qui adduxit ſacrificia ſua & tonſus eſt ſuper illis, & cui deinde innotuit quod pollutus erat in diebus Nazyræatus ſui.

אם טומאה ידועה *Si immundities cognoſcibilis ſit*, ut, ſi non fuerit ſepultura abyſſi: סותר *deſtruit* (omnia) ita ut denuo incipere debeat alium Nazyræatum.

ואם טומאת התהום אינו סותר *Et ſi fuerit immundities abyſſi, non deſtruit*, ſi innotuerit illi quod immundities abyſſi continetur in loco ubi tranſibat, quæ eſt immundities de cujus profunditate nemini conſtat, ne quidem in fine mundi, etſi certo ſit immundus, tamen non deſtruit, quia talis eſt traditio de Nazyræo.

אם עד שלא גלח *Si nondum tonſus fuerit*, tonſurâ pura, etſi adduxerit ſacrificia ſua, quandoquidem illi innotuit ante tonſuram: בין כך ובין כך *ſive hoc, ſive illo modo*, ſive fuerit immundities cognoſcibilis, ſive immundities abyſſi, deſtruit, nam id quod traditione recipimus, immunditiem abyſſi non deſtruere, tantum intelligendum eſt ſi tonſura puritatis jam peracta fuerit.

כיצד *Quomodo?* id eſt, quomodo ſe habet ritus immunditiei abyſſi? reſp. ירד לטבול במערה *deſcendet ad immergendum ſe in ſpelunca*, nam pollutus erat immunditie reptilis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טומאת התהום *Immundities abyſſi*, eſt occulta immundities de qua non conſtat ulli homini, nimirum, cui non eſt ſignum, neque demonſtratio quod in hoc loco quis mortuus eſſet, & quod locus immundus eſſet, donec hic pollutus fuerit, ille autem neſciverit illud. Et hoc eſt quod dixerunt de immunditie abyſſi, de cujuſmodi nemini conſtabit in fine etiam mundi. Præterea dixerunt, non dictum eſt *immundities abyſſi*, niſi de mortuo tantum, non de eo qui interfectus eſt, quia certo jam innotuerat quis eum interfecerat. Sic etiam ſepulchrum de cujus profunditate nemini conſtat vocatur קבר התהום *ſepulchrum abyſſi*. Si ergo Nazyræus pollutus fuerit in ſepulchro abyſſi, & deindè reſciverit quod pollutus erat mortuo, non deſtruit dies Nazyræatus ſui, atqui hoc non accipiendum eſt de ſepulchro, ſed eſt traditio Moſis è Sinai. Et hoc eſt quod dicunt in Gemara, *immundities abyſſi traditione recepta eſt*; & quod dicitur נזיר שגלח *Nazyræus qui tondetur*, id eſt, tonſurâ pura, & deindè innotuerit quod pollutus eſt immunditie abyſſi in diebus Nazyræatus ſui, decreverunt, ut propter dubium eſſet immundus, etſi immundities innataret aquis, quia erat immunditie mortui. Et capite quarto tractatus Taaroth exponitur quod dubia immundities quæ natat aquis,

munda

lis, aut ſimili immunditie, quæ non contracta erat mortuo, & deſcenderat ad lavandum ſe ab immunditie ſua, & inventa fuerat quantitas olivæ mortui innatantis aquis, ita ut dubium eſſet an ſe polluiſſet, an non, tum immundus habetur. Cæterum quod hypotheſis nobis eſt, quod dubia immunditics aquæ innatans habeatur munda, tantum de immunditie ſerpentis intelligendum eſt, ſed in immunditie mortui immundus habetur, etſi innotuerit illi immunditics illa poſt tonſuram, immundus eſt, quia eſt immunditics cognoſcibilis, quandoquidem erat in loco ubi conſpici poterat ab hominibus.

ירד לטבול *Si deſcenderit ad immergendum ſe*, ad majorem illuſtrationem hæc dicuntur, quod, etſi is qui immerſerit ſe ut purificetur ab immunditie, ſibi debet cavere ab omni re quæ polluit, nihilominus immundus eſt.

נמצא משוקע בקרקע המערה *Sin ſubmerſus inventus fuerit in fundo ſpeluncæ*, ubi ſe immerſit, & certo pollutus eſt, ſi hoc ipſi innotuerit poſt tonſuram, purus eſt, & non deſtruit, quia immunditics abyſſi eſt, eo quod erat in loco ubi nemo cognoſcere poterat.

ירד להקר טהור *Et deſcenderit ad refrigerandum ſe, purus eſt*, etſi deſcenderit ad refrigerandum ſe, & non deſcenderit ad immergendum ſe, ut caveret ſibi ab immunditie, nihilominus purus eſt, ſi non pollutus fuerit mortuo. Cæterum, ſi deſcenderit ad abluendum ſe ab immunditie mortui, & immerſerit ſe in ſpelunca, in cujus fundo ſubmerſus fuerit mortuus, & poſtea in ſe receperit Nazyræatum, immundus eſt, & deſtruit; quia is qui in ſuſpicione immunditiei eſt, habetur immundus, & is qui in ſuſpicione munditiæ eſt, habetur mundus.

שרגלים לדבר *Nam pedes ſunt rei*, id eſt, cui ratio & fundamentum eſt ad dicendum, quod non receptum eſt traditione quod immunditics abyſſi in Nazyræo munda eſt, niſi dum Nazyræus fuerit in ſuſpicione puri, & non, ſi fuerit in ſuſpicione immundi.

munda habetur. Sed hoc tantum intelligendum eſt de repuli, & ibidem exponimus rationem rei.

להקר *Ad refrigerandum ſe*, & quod dicimus, quod dubium immunditiei habetur purum, quando hoc notum factum fuerit poſt tonſuram, propterea fit, quia eſt immunditics abyſſi, eo quod in ſolo alte demiſſa eſt, de cujus profunditate nemini conſtare dicimus. Nam hic dicere non poſſumus, *quando innatat aquis*, quia ita diſpoſita eſt ut eam videre poſſint homines, eamque cognoſcant. Et ex hoc loco colligere licet caſum quem ſemper in memoria teneas neceſſe eſt, nimirum, quod mortuum, quando eum invenimus tali in ſtatu poſitum, ut fieri nequeat ut ulli hominum innoteſcere poſſit in hoc loco, habemus pro gradu immunditiei abyſſi, niſi inventus fuerit aliquis cui innotuerit. Sin autem eum invenerint eo in ſtatu ut viſum incurrat, non dicimus, fieri poſſe ut nemo tranſierit, neque viderit ipſum, neque ut nihil ipſi innoteſcat. Sed dicimus, inveniri aliquos quibus innoteſcit de illo, ut non ſit immunditics abyſſi. Redeamus ergo ad rem, ſi quis deſcenderit ad purificandum ſe ab immunditie mortui, & purificatus fuerit, & Nazyræatum finiverit, & deindè ipſi innotuerit quod in ſpelunca illa, in qua purificavit ſe, mortuus quidam demiſſus eſt in profundum ſoli, deſtruit omnia, & retinetur vi immunditiei. Ratio eſt in eo quod dicit Miſna שחזקת מכא טמאה *quia præſumtio immundi facit immundum.* Et quod dicit, שרגלים לדבר *nam rei ſunt pedes*, fundamenta, vult, rem ita futuram perindè ac ſi ei non eſſet finis, quoties ſequimur id quod fieri poteſt. Nam fundamentum eſſe debet, ut, quoties confirmanda eſt res aliqua, quæcunque illa fuerit, eam relinquamus in præſumtione ſua, donec res clare innotuerit, ut liberari poſſit ab omni præſumtione. Quæcunque enim res in qua continetur dubium, aut id quod fieri poteſt, illa non deſtruitur à præſumtione.

ג המוצא מת בתחילה משכב כדרכו נוטלו ואת תבוסתו (נמרי) מצא שנים נוטלן ואת תבוסתן (ירוי) מצא שלשה אם יש בין זה לזה מד׳ אמות ועד שמונה הרי זו שכונת קברות בודק הימנו ולהלן עשרים אמה מצא אחד בסוף עשרים אמה בודק הימנו ולהלן עשרים אמה שרגלים לדבר שאילו מתחילה מצאו נוטלו ואת תבוסתו :

3. Si quis invenerit mortuum ab initio jacentem, ut ſolent (mortui:) tollat eum, atque comprehenſionem ejus (id eſt, ſpatium terræ, in quo jacuit, & portet in cœmeterium.) (Item;) ſi quis duos invenerit; tollat iſtos, cum comprehenſione eorum. Sin autem invenerit tres, ſi fuerint inter unum alterumve à quatuor uſque ad octo ulnas; ecce erit dormitaculum ſepulchrorum. Scrutatur itaque inde & ulterius XX. ulnas; ſi invenerit aliquem in fine XX. ulnarum, ſcrutatur adhuc inde & ulterius XX. Sic enim res fundamentum ſuum habet, ut, ſi quis invenerit aliquem ab initio, tollat eum, & terram ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

המוצא מת וכו׳ *Qui invenerit mortuum &c.* neſciens quod illic erat ſepulchrum; & hoc eſt quod in Gemara dicitur, *ſi quis invenerit, & non ſi inventum fuerit*; præterea ex hac Miſna ſubtiliter diſquiritur, quod ſtrictè intelligendus eſt hic caſus de *mortuo*, qui non interfectus eſt, & de משכב *jacente*, non autem de ſedenti; כדרכו *more ſuo*, non, ſi caput in genua inclinatum fuerit, quia ejuſmodi omnes ſuſpecti ſunt quod gentiles ſunt, quia Iſraëlitæ hoc modo non ſolent mortuos ſepelire.

נוטלו ואת תבוסתו *Tollat eum, & comprehenſionem ejus*, licitum eſt educere eum illinc, & ſepelire in alio loco, & neceſſe eſt ut una cum mortuo etiam comprehendat pulverem ſepulturæ in quantitate illa quam comprehendit mortuus, quæ eſt totus pulvis mollis ſubter mortuo, & effodiat in ſolo nondum exarato trium digitorum ſpatium, ut ſcriptum eſt Gen. 47, 30. ונשאתני ממצרים *& educes me ex Ægypto*, ubi non fuiſſet neceſſe ut dixiſſet Jacob *ex Ægypto*, niſi voluiſſet ut pulvis una cum ipſo educeretur ex Ægypto.

אם יש בין זה לזה מארבע אמות ועד שמונה *Si fuerint inter unum alterumve à quatuor uſque ad octo ulnas*, vult, ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוצא *Si quis invenerit*, non vult dicere quod mortuus jacet detectus ſine ſepultura. Et quod dicit מת *mortuus*, non putat mortuum qui occiſus eſt: משכב *jacens*, id eſt, quod non invenerit eum ſedentem: כדרכו *more ſuo*, non ut caput in genua habeat inclinatum; nam quando in eo fuerit aliqua ex illis cauſis, non facit vicinitatem ſepulchrorum.

תבוסתו Eſt locus conculcationis à radice בוס *conculcare*, ſic Ezech. 16, 6. מתבוססת בדמיך *conculcatus in ſanguine suo.* Et exponunt hunc ſenſum, quod unà cum mortuo comprehendunt totum pulverem humidum qui fuerit ſubter illo, & quod effodiunt è pulvere molli, & è ſolo non arato tres digitos, & deindè locum haberi purum. Et hoc applicarunt ex eo quod dicitur Gen. 47, 30. ונשאתני ממצרים *& efferes me ex Ægypto.* Quorum verborum ſenſus eſt, ut Jacobum una cum pulvere terræ in quo ſepultus erat, deferrent ex Ægypto, quia ſubſtantia humorum & terræ putrefactæ cum pulvere commixta eſt. Cæterum capite ſeptimo jam expoſuimus fundamentum quod tenemus, nimirum, quod mortuus cui aliquid deeſt, non ſubjicitur juri Putrefactionis, neque Conculcationis, neque Vicinitatis ſepulchrorum. Et hoc, quando unus, aut duo, aut plures mor-

ſi à primo ſepulchro uſque ad tertium non fuerit minus quam quatuor ulnæ, nec magis quam octo: הרי זו שכונת קברות *ecce hæc eſt vicinitas ſepulchrorum*, & liquet quod nomine ſepulchrorum illic depoſiti fuerunt mortui, & prohibitum eſt removere eos. Et quamvis unus tantum fuerit mortuus, ſi liqueat quod illic poſitus eſt nomine ſepulchri, vetitum eſt eum removere illinc. Verum ſi unus aut duo tantum mortui fuerint ſepulti, tum dicimus quod illic ad tempus aliquod tantum ſepulti ſunt, ea intentione ut poſtea removeantur illinc. At ſi fuerint tres, indicio eſt quod hic locus dedicatus eſt ſepulchris. Longitudo autem ſpeluncæ eſt plerumque ſex ulnarum, & latitudo quatuor, & diameter ejus eſt major duabus ulnis quam longitudo, quæ ſuit octo, & propterea dicit, à quatuor cubitis uſque ad octo. בודק הימנו ולהלן עשרים אמה *ſcrutatur indè & ulterius viginti ulnas*, quia fovea continet quatuor ulnas in latitudine, & ſex in longitudine, & atrium cui apertæ ſunt ſpeluncæ ab hac & illa parte, continet ſex ulnas per quadratum, uti putant Sapientes capite ſexto tractatus Bava Batra, hinc fiet ut longitudo duarum ſpeluncarum, & atrii quod eſt inter illas, ſit octodecim ulnarum. Et quia aliquando inquirit de una ſpelunca per diametrum, & diameter ſpeluncæ inſuper duas ulnas continet, fiet, ut viginti ſint ulnæ, octo primæ ſpeluncæ per diametrum, & ſex atrii, quod eſt inter duas ſpeluncas, & ſex ſecundæ ſpeluncæ; nam dicimus quod unum diametrum ſcrutatur, non duos: Propterea dicit Miſna, *viginti ulnas.* Et quamvis etiam ſcrutandum eſt ſuperius & inferius viginti ulnas, quæ ſunt quadraginta, quia fieri poſſet, ut hæc ſpelunca eſſet in latere orientali atrii, & inveniatur alia ipſi reſpondens in occidentali atrii latere. Vel etiam fieri poſſet ut hæc ſit ſpelunca lateris atrii occidentalis, & alia detur in orientali latere. מצא אי בסוף עשרים אמה בודק הימנו ולהלן עשרים אמה *ſi inveneris aliquem in fine viginti ulnarum, ſcrutatur adhuc indè & ulterius viginti ulnas*, nam quis dicet nobis quod hæc ſpelunca eſſet de loco ſepulchrorum, nam fieri potuit ut ſit aliud ſepulchrum, & aliud atrium alius hominis; atque ita neceſſe eſt illic peragere omnes illas inquiſitiones, de quibus ſuperius dictum eſt, nam ſicut illic unum eſt ſepulchrum, ſic etiam alia eſſe poſſunt. שרגלים לדבר *Quia pedes ſunt rei*, fundamenta, quod hic ager ſepulchris deſtinatus erat, & quod plures continebantur in eo ſpeluncæ; & quia hic dicit quod *rei ſunt pedes*, ideo omnes has Miſnas profert.

הר כל ספק נגעים בתחילה טהור עד שלא נזקק לטומאה משנזקק לטומאה ספקו טמא בשבעה דרכים בודקין את הזב עד שלא נזקק לזיבה (ס"א לטומאה) במאכל ובמשתה במשא ובקפיצה ובחולי ובמראה ובהירהור משנזקק לזיבה (ס"א לטומאה) אין בודקין אותו אונסו וספיקו ושכבת זרעו טמאין שרגלים לדבר המכה את חבירו ואמדוהו למיתה והקל ממה שהיה לאחר מכאן הכביד ומת חייב רבי נחמיה אומר פטור שרגלים לדבר:

4. Omne dubium plagarum ab initio eſt mundum, priuſquam conjungatur immunditiei. Poſtquam vero conjunctum eſt immunditiei, eſt cum dubio immundum. Septem modis ſcrutantur fluxum patientem, antequam conjunctus fuerit fluxui: In cibo, potu, latione, ſaltu, morbo, aſpectu, & cogitatione. Ubi autem conjunctus fuerit fluxui, non amplius ſcrutantur eum. Coactio enim ejus, dubium ejus, & concubitus ſeminis immundant. Habet namque res ſuum fundamentum. Si quis percuſſit proximum ſuum, ita ut judicent eum moriturum: ſed melius habere ceperit; mox tamen iterum pejus, ita ut moriatur: reus eſt. Rabbi Nechemia quidem eum abſolvit. Quia ſunt pedes rei (fundamentum.)

R. OB. DE BARTENORA.

כל ספק נגעים בתחלה טהור *Omne dubium plagarum ab initio eſt mundum*, ſi duo homines venerint ad ſacerdotem, in uno papula alba quantitatis fabæ, & in altero quantitatis ſicli, & in fine ſeptem dierum in uno & altero fuerit papula alba quantitatis ſicli, & non conſtiterit in quonam ex illis ambobus ſe dilataverit papula alba, ambo habentur mundi, etſi unus ex illis ſit immundus.

משנזקק לטומאה ספקו טמא *Poſtquam vero conjunctus eſt immunditiei, eſt cum dubio immundum*, ſi duo homines venerint ad ſacerdotem, & uni ex iis fuerit papula alba inſtar fabæ, & alteri inſtar ſicli, & in fine ſeptem dierum in uno fuerit inſtar ſicli, & paulo magis, & in altero inſtar ſicli & paulo magis, & deinde converterint ſe denuo in quantitatem ſicli, etſi unus eorum ſit certo mundus, cum jam facta eſt extenſio plagæ, ambo immundi ſunt, quia conjuncti & alligati ſunt immunditiei, donec plagæ redierint ad quantitatem fabæ. שבעה דרכים בודקין הזב *ſeptem modis ſcrutantur fluxum patientem*, ſi nolens viderit fluxum, mundus eſt, quia exponimus id quod dicitur Levit. 15. 2. זב מבשרו *fluens à carne ſua*, ergo non pro re nata fluit. עד שלא נזקק לזיבה *antequam conjunctus fuerit fluxui*, quando fluxum ſecunda vice viderit, quia tum fit ſeminifluus perfectus, ad polluendum lectum & ſedilia; ſed quando prima vice viderit fluxum, polluitur nolens, immunditie veſperæ, juxta ritum illius qui emiſerit ſemen, & conjungitur cum viſione ſecunda, etiamſi nolens viderit ſemen. במאכל *in cibo*, ſi comederit cibos qui fluxum excitant, uti eſt caro pinguis, lac, caſeus, & ova, ac vinum vetus. ובמשתה *& in potu*, ſi multum biberit. ובמשא *& onere*, quando tulerit onus aliquod magni ponderis. ובמראה *& aſpectu*, ſi fœminam quandam viderit, etſi non cogitaverit de illa. ובהרהור *& cogitatione*, etſi non viderit mulierem, ſi illi acciderit aliqua ex illis cauſis, antequam viderit fluxum ſecunda vice, non fit ſeminifluus; & una gutta non inquinat onere. משנזקק לזיבה *poſtquam conjunctus fuerit fluxui*, quando nolens fluxum viderit ſecunda vice. אין בודקין אותו *non ſcrutantur illum*, etiamſi tertia vice viderit nolens, fit tamen ſeminifluus quod ad ſacrificium. וספקו ושכבת זרעו *dubium ejus & concubitus ſeminis ejus*, dubium illius polluit propter concubitum ſeminis illius, ut, ſi viderit primo ſemen concubitus, tum gutta fluxus quæ deinde venerit, non polluit; nam qui emiſſionem ſeminis viderit, non polluitur fluxu ab hora ad horam, & antequam conjunctus fuerit immunditiei, emiſſio ſeminis purificat fluxum, quia coactio eſt; & poſtquam conjunctus fuerit immunditiei,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In fine capitis quinti tractatus Negaym exponitur quomodo ſe habet dubium plagarum, quære illic, quia hic non eſt loci id exponere, quia non facit ad ſcopum tractatus. Sic etiam in tractatu Zavim exponimus hos ſeptem modos. Cæterum quod dicit, וספיקו ושכבת זרעו טמאין *dubium ejus & fluxus ſeminis immunda ſunt*, vult, quod non dicimus, quando unam viſionem viderit poſt fluxum ſeminis, vidit eam propter fluxum ſeminis, uti nos dicimus de viſione. Et hoc eſt quod dixerunt in Gemara, ad dicendum quod non dependent ab eo. Et in tractatu Zavim exponentur omnia hæc fundamenta; deciſio eſt juxta Sapientes.

Nobis eſt illum l[o]cum eſſe locum ſepulturæ —

tici, ſeminis emiſſio non purificat fluxum ſeminis; quia dici nequit quòd propter emiſſionem ſeminis venit fluxus. שרגלים לדבר *quia rei ſunt pedes*, fundamenta, quod viſio illa non contigit ipſi nolenti, quandoquidem jam factus erat ſeminifluus. R. *Nehemia dicit, liber eſt, quia rei ſunt pedes*, eo quod non mortuus eſt propter vulnus, quia melius ſe habuit; deciſio non eſt juxta R. Nehemiam.

ה נזיר היה שמואל כדברי רבי נהוראי שנאמר
ומורה לא יעלה על ראשו נאמר בשמשון ומורה
ונאמר בשמואל ומורה מה מורה האמורה
בשמשון נזיר אף מורה האמורה בשמואל נזיר
אמר רבי יוסי והלא אין מורה (ס"א) אלא של
בשר ודם אמר לו רבי נהוראי והלא כבר נאמר
ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני
שכבר היה עליו מורה (ס"א מורא) של בשר ודם:

5. Naſiræus fuit Samuel: juxta verba Rabbi Nehorai. Quia dicitur; *& novacula non aſcendet ſuper caput ejus.* Dicitur de Schimſchone; *& novacula:* dicitur & de Samuele; *& novacula.* Quid eſt novacula dicta de Schimſchone? Naſiræatus. (Ergò) etiam novacula dicta de Samuele eſt Naſiræatus. Licet Rabbi Joſe dixerit; nonne novacula illa non eſt niſi carnis & ſanguinis (id eſt, gladius hominum?) Reſpondit ipſi (rectè) Rabbi Nehorai; nonne verò jam dictum eſt ante; Et dixit Samuel, *quomodo ibo? Si audierit Schaul, occidet me.* Scilicet fuit jam ſuper *eo novacula* carnis & ſanguinis, id eſt, (potuit occidi: aliàs fruſtra timuiſſet gladium Schaulis.)

R. OB. DE BARTENORA.

נזיר היה שמואל *Nazyræus fuit Samuel*, qui dixerit, *ero ut Samuel*, aut, ut filius Elkanæ, aut ut is qui diſcidit Agag in Gilgal, Nazyræus eſt, juxta ſententiam R. Nehoray; & ſic deciſio eſt. R Joſe dicit quod ſuper eo fuit ditio & timor carnis & ſanguinis, cum non fuit ſuper eo ſcil. Samuele dominium, & terror hominis; (ergo inde non probatur quod Samuel fuit Nazyræus.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Utilitatem nobis notam facit de Samuele, an fuerit Nazyræus, an vero non, propter eum qui dixerit, *ero ut Samuel*; aut ſi dixerit quis ſingulare quidplam de rerum ſuarum ſucceſſu, quo ſe voto obſtringat, uti diximus de Simſone; deciſio eſt juxta R. Nehemiam.

Finis Tractatus de Nazyræis.

מסכת סוטה

Tractatus de Uxore adulterii ſuſpecta.

פרק א המקנא לאשתו רבי אליעזר אומר
מקנא לה על פי שנים ומשקה על פי
עד אחד או על פי עצמו רבי יהושע אומר
מקנא לה על פי שנים ומשקה לה על פי
שנים:

Caput 1. De (1) Marito zelotypo, R. Elieſer cenſet, neceſſe eſſe, ut commercio, (2) cum homine ſuſpecto, Uxori (3) duobus teſtibus præſentibus, interdicat: Ad id vero, ut *deinde* aquas amaras eandem bibere compellat, ſufficere unius, vel ſui ipſius, *contra illam*, teſtimonium. At (4) R. Joſua contendit, tam ad Interdictum, quam ad id, ut aquis amaris potionare eam maritus queat, teſtes duos requiri.

R. OB. DE BARTENORA.

המקנא לאשתו *Qui zelo affectus fuerit contra uxorem ſuam*, etſi id quod dicitur המקנא, videatur indicare, כדיעבד *poſtquam res ita facta fuerit*, & non לכתחלה *ab initio*, *& re adhuc integra*, ſive, *de induſtria*; deciſio juris tamen eſt quod maritus obligatur affici zelo contra uxorem ſuam, ſi illa dederit ad hoc occaſionem; deinceps exponetur quomodo afficietur zelo.

מקנא לה על פי שנים *Zelo afficitur contra ipſam, teſtibus duobus præſentibus*, ſi voluerit maritus ut bibat aquas amaras, neceſſe eſt ut primo adducat duos teſtes, & coram illis dicat uxori, *Non occules te cum viro N.* & ſi coram duobus teſtibus non affectus fuerit zelo contra illam, non prohibita ſit ipſi cum hac occultatione, & non poteſt efficere ut bibat.

על פי עד אחד או על פי עצמו *Teſtimonio unius, aut teſtimonio ſui ipſius*, etſi non ſint teſtes quod occultata eſt, præter unum tantum, aut præter illum ipſum ſi dixit, ego vidi quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Zelotypiam exercet, quando quis removet ejuſmodi occaſiones quæ malam ſuſpicionem adferre poſſent, minans & manum uxoris percutiens coram duobus teſtibus; at ſi uxor deinceps occultaverit ſe cum aliquo de quo ſuſpicio eſt, coram duobus teſtibus, tum illa eſt prohibita marito, donec is fecerit ut illa bibat aquas amaras, quemadmodum exponetur. Sciendum eſt tibi maritum obligatum eſſe zelotypiam exercere adverſus uxorem ſuam, ſi malam de ea conceperit ſuſpicionem, & tum zelotypiam adverſus eam exercebit, ne cum ea peccet. Sic enim dixerunt Sapientes וקנא את אשתו *& zelotypiam exercebit adverſus uxorem ſuam*, eſtque hoc debitum. Et dixerunt, maritus non exercet zelotypiam adverſus uxorem, ſed intrat in ipſum ſpiritus puritatis. Cæterum in prohibitione uxoris pro marito continentur tres modi, quorum primus eſt, quod zelotypiam exercet adverſus eam duobus teſtibus præſentibus, & ſi illa poſtea ſe occultaverit coram duobus, uti exponetur, prohibita

quod occultata fuit poſtquam zelo affectus fuì adverſus illam, tum uxor illi prohibita eſt cum hac occultatione donec biberit, quia occultatio ejus facit eam marito prohibitam propter dubium. R. Jehoſchua autem contendit, duos requiri teſtes etiam ad occultationem; & deciſio eſt juxta R. Jehoſchuam. Nihilominus in Gemara dicitur, quod hoc tempore non dicat maritus uxori ſuæ, etſi inter ſe & illam, non occultabis te cum viro N. quia ratio habenda eſt verborum R. Joſis filii R. Jehudæ, quod maritus zelum exercere debet adverſus conjugem ſuam ope unius teſtis, aut inter maritum & uxorem; & quando occultaverit ſe uxor poſtquam maritus inter ſeipſum & illam zelum ſuum exercuit, tum uxor ipſi prohibita eſt in perpetuum hoc tempore, quo non habemus aquas amaras. Prohibita eſt marito ſuo, donec biberit aquas amaras, & ſanata fuerit, & tum licita erit marito ſuo. Hodie autem cum non teneмus aquas amaras, prohibita eſt marito in perpetuum, & hoc eſt quod dixerunt, hodie non ſunt aquæ pro muliere ad adulterium declinante, ad periculum de illa capiendum, & prohibita eſt marito in perpetuum; & exibit ſine dote matrimoniali ſine dubio. Secundus modus eſt, quod maritus adverſus uxorem zelotypiam debet exercere præſentibus duobus teſtibus, etſi deinde adulteraverit uxor cum teſte uno, teſtantibus duobus de occultatione, tum prohibita eſt marito in perpetuum, & non datur illi bibenda aqua amara, cum unus eſt teſtis immunditiei, ſed exibit ſine dote. Probatio horum eſt, quod fundamentum nobis eſt, quod, ubicunque Lex dicit עד *teſtis*, intelligi debeat teſtimonium duorum teſtium, quemadmodum de teſtibus falſis dicit Deut. 19, 18. עד שקר העד *teſtis falſus teſtatur*, id eſt, teſtimonium falſum; ſed non confirmatur facinus, niſi per duos teſtes, uti exponetur in tractatu Maccot. Et hoc quoque eſt fundamentum, quod, ubicunque Lex dicit *teſtis*, intelligi debent duo teſtes, uti dicitur de uxore ad adulterium declinante Num. 5, 13. ועד אין בה והיא לא נתפשה id eſt, ſi non ſint de illa duo teſtes, uti diximus, ſed unus teſtis, & illa volens adulteraverit, & non coacta fuerit, & divulgatum fuerit, prohibita eſt marito ſuo, at non bibet aquas amaras. Tertius modus eſt, quod non exercebit contra eam zelotypiam, ſed duo teſtes teſtabuntur quod viderunt eam adulterantem, tum prohibita eſt marito ſuo, & exibit ſine dote. Cæterum ſi contra eam teſtati fuerint duo teſtes qui viderunt quod occultabat ſe cum viro aliquo, & non anteceſſerit illam zelotypiæ exercitium, aut ſi unus teſtatus fuerit quod viderit eam adulteraſſe, non prohibita eſt marito. Sapientes dicunt, ſi unus teſtis fuerit qui teſtatus fuerit ſe vidiſſe uxorem adulterantem, tum eſt caſus inceſtus, at caſus inceſtus non obtinet per pauciores quam duos teſtes. Dixerunt etiam, undè probatur quod in caſu immunditiei ſine zelotypia, & occultatione non obtinet unus teſtis? reſp. dicit Scriptura in uno loco דבר *res*, & altero loco דבר *res*; quemadmodum ergo in uno loco requiruntur duo teſtes, ſic etiam in altero duo teſtes; id eſt quod dicitur Deut. 24, 1. כי מצא בה ערות דבר & Deut. 19, 15. על פי שני עדים יקום דבר Demonſtratio autem adulterii juxta noſtram legem, eſt ea quam tibi dicam, nimirum, quod teſtari debent de caſu adulterii, & hoc eſt quod dixerunt, במנאפים עד שיראו מנאפים *de adulteris donec viderint eos adulterantes*; præterea neceſſe eſt ut teſtentur quod viderunt eum introducentem ſtylum in calamum; mandato hæc fundamenta memoriæ; deciſio eſt juxta R. Jehoſchuam.

WAGENSEILIUS. *Liber Talmudicus*] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm Vocem מסכת à נסך derivat, atque eam Libris Talmudicis impoſitam perhibet, quod variæ, & diverſæ res, in his confundantur. Paulo aliunde, origo vocabuli repetitur, in veteri noſtro Codice MS. multarum ab homine Judæo congeſtarum obſervationum; etſi ipſa denominandi ratio, multum à Buxtorfiana haud differt. Legitur ibi: מסכתא מלשון מסכה יינה כפי שיש בכל מסכתא כמה מיני תערובת של הלכות : id eſt, *Vocabulum* מסכת *explicandum eſt ex phraſi* (Prov. IX, 2.) מסכה יינה. *Miſcuit vinum ſuum*: Ac proinde radicem habet מסך. *Quippe in quaque Maſſichta, Conſtitutionum multiplex eſt commixtio.*

Uxore adulterii ſuſpecta.] Verbum סוטה plerique interpretantur, *Mulierem declinantem*, vel, *Mulierem declinantem ad adulterium.* Eodem ſenſu populares noſtri Judæi, in libellis vernaculis exponunt, *Eine Abkehrerin, daß ſie ſich hat abgekehrt, von ihrem ehlichen Mann: Brandſpigel* c. 62. Et vero, negari non poteſt, tale quid notare Hebræam vocem, quippe cum Exodi XXXII, 8. dicitur סרו מהר מן הדרך quod Vetus Interpres tranſtulit: *Receſſerunt cito de via*: Onkelos, & Jonathan, Chaldæi, παρεφέρεζαν: סטו בפריע מן אורחא Prorſus uti LXX. in hoc Exodi loco verterunt, παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, & deinde Num. V, 12. pro איש איש כי תשטה אשתו pariter habent: Ἀνδρὸς ἀνδρὸς ἐὰν παραβῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Sed nos, vocem סוטה *Mulierem adulterii ſuſpectam*, reddentes, rei ipſius potius, quam etymi, habendam cenſuimus rationem. Non enim, quo mulier aliqua Sota audiret, id requirebatur, ut verè a virtutis & caſtimoniæ via declinaſſet; ſed ſufficiebat ad id nominis imponendum, ſola etiam facti ſuſpicio. Proinde in Rabbot f. 233. col. 2. traditur לעולם אין משקין אלא על הספק i. e. *Nunquam, niſi in caſu dubio locum habent aquæ amaræ.* Et cum Num. V, 13. legatur: ושכב איש אתה שכבת זרע id eſt, *Ac concubuerit vir cum ea, concubitu ſeminis.* Illa verba Abarbenel Comment. in Leg. fol. 280. col. 2. probe exponit: לפי מחשבתו וסברתו id eſt, *de Mariti opinione ac conjectura.* Nempe, hanc explicationem, mox confirmat, ipſe facer Textus, commate 14. Quamobrem, Deliciæ noſtræ, S. Chryſoſtomus, Homil. 5. adv. Judæos, non minus rectè quam breviter aſſerit, loqui Scripturam in præſenti zelotypiæ negotio, de caſibus: Ἐὰν μοιχεύσῃ γυνὴ, ἢ ὑποπτεύσῃ τὴν μοιχείαν ὁ ἀνὴρ, ἢ μὴ μοιχευθῇ, οὗτος δὲ ὑποπτεύσῃ.

(1) *De marito zelotypo.*] Quid rei ſit Zelus Mariti, prolixe inter ſe diſquirunt Rabbini, in Gemara. Breviter definivit Maimonides Comm. in hunc locum: הקנוי הוא המניע מהדברים הרוכים להביא החשד, id eſt, *Zelus, eſt prohibitio earum rerum, quæ* ſiniſtram *ſuſpicionem, inferre videntur.* Atque, quia maritus Uxoris caput eſt, & in eam poteſtatem exercet, ideo illi competit jus zeli adverſus mulierem, huic vero adverſus virum, nequaquam: Ut non minus in Hebræorum, quam Romano jure, verum ſit illud Papiniani l. 9. D. de Stat. Hom. *In multis articulis deterior eſt conditio fœminarum, quam maſculorum.* Scilicet, ad Maritum attinet, tueri familiæ honorem, eundemque a majoribus acceptum, illibatum ad poſteros propagare. Ergo cavendum ſedulo, ne conjugis liberorumque fama, apud honeſtos bonoſque detrimentum aliquod patiatur, & procul abigendi ii, de quibus, quod Juſtinianus in Nov. 117. c. 15. ait, ſuſpicio eſt, illos caſtitati uxorum velle illudere. Hinc adeo, דע שאדם חייב לקנות על אשתו id eſt: *Sciendum, etiam teneri Virum, ad exercendum Zelum adverſus uxorem*: ceu loco jamjam allegato, rurſus ſcribit Maimonides: Ut nimirum, quam ad vitæ decora, domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat: l. un. C. de emend. propinq. וכל מי שאינו מפקיד על אשתו ועל בניו ובני ביתו ומזהירן ופוקד דרכיהן תמיד עד שידע שהן שלמין מכל חטא ועון הרי זה חוטא שנ׳ וידעת כי שלום אהלך ופקדת נוך ולא תחטא id eſt, *Quiſquis non inquirit in ingenuitatem Uxoris, & liberorum, ſuæque familiæ, & illos inſtruit, & actiones eorum ſedulo, ac eo uſque perveſtigat, quoad certus evadat, immunes illos eſſe ab omni culpa, & ſcelere, is pro impio habendus: (Job. V. 24.) Et ſcias, quod pax tentorio tuo, reviſaſque habitaculum tuum, & non peccabis.* Qua ſententia, Maimonides, tanquam gemma aliqua, Hilchot Sota, obſignavit.

(2) *Cum homine ſuſpecto*] Juſtinianus Cæſar, cum in modo laudata Novella 117. c. 8. inter juſtas matrimonium ſolventes cauſas, retuliſſet quoque: *Si cum viris extraneis convivatur mulier, aut cum eis lavat*: Quærit Celebris JCtus, Dion. Gothofredus, in Notis: *Extraneorum voce, num etiam intelligemus, ejus Agnatos, & Cognatos proximos?* Séd nihil reſpondet, atque incertiorem multo dimit-

tit Lectorem, quam dudum fuerat. Hebræos, ſi de hoc dubio conſulamus, in eorum quidem foro, res omnis expedita eſt, nec minimæ obnoxia difficultati. Poſſidemus Codicem membranaceum, prorſus inæſtimabilem, qui עץ החיים inſcribitur: Eo, Rabbi quidam Iſaacus, (Alia, vel de ſorte Autoris, vel de ætate, qua ſcripſit, hactenus perveſtigare haud licuit;) univerſi Talmudis Epitomen fecit, vel potius Maimonidis Jad, ab erroribus quibuſdam liberatum, & innumeris obſervationibus, quæ in eodem deficere videbantur, auctum, recenſuit. Si, quod Fati ſiniſteritas, operuit hactenus, & uſui ſubtraxit, publici juris fieret, inſigne Opus, næ habitura eſſet Sanctior Philologia, cur ſibi gratularetur; nihil enim in ſacris profaniſque Judæorum rebus eſt, quod illo non contineatur: & ſufficit dicere, propoſitum fuiſſe Autori, ut ſuperaret Maimonidem, neque ſpe, & egregiis auſibus, illum excidiſſe. Hæc monenda fuere, tum ut gratos nos præſtaremus, erga librum, e quo multa didicimus, tum quia ſubinde ex illo, Notis noſtris, quædam inſeremus. Cæterum in nullis ſatis laudibus deprædicando hoc volumine הלכות סוטה וקנם c. 1. perſpicuis verbis traditur, valere mariti zelotypi interdictum אפילו חמא אביה או גוי : או סריס איש שאינו מתקשה ולא כלום : ולר"ח סריס שבטל כרכו ולא כלום : id eſt, *Etiam adverſus (uxoris) Patrem, aut Infidelem, aut Impotentem; qualis eſt, vel qui non arrigit, ineptuſque deprehenditur ad rem veneream; vel R. Ch. autore, qui fœminæ quidem jungitur, ſed ſiccam venerem exercet.* Confer Maimonidem Hilchot Sota c. 1. §. 1. &, quem elegantiſſimis literis in membrana deſcriptum poſſidemus, Smag. præc. aff. 57. ſub initium. Ratio aſſerti, niſi fallor, principio fundatur in mortalium malitia. Etſi enim cæteroquin, argumento l. 19. C. de Epiſc. & Cler. *in Patre & Fratre, nihil ſævi criminis exiſtimari, fœdus naturale permittit*: tamen nihilo ſecius, quidam effractis omnibus naturalis pudoris repagulis, eo dementiæ progrediantur, ut filias quoque ſororeſque inceſtent. Quamobrem, quia cuivis accidere poteſt, quod cuiquam, etiam hic cauto nonnunquam opus eſt. Amplius, habet hæc zelotypiæ indifferentia, fundamentum in maritorum quoque ingenio: Quia enim diverſi, diverſo nati ſunt, nec, ut ille, Terentianus Senex, poſſunt immutarier; igitur ſuo quiſque indulgere permittitur, & omnibus ex æquo ſubventum eſt, etiam auſteris iis, qui vanum metum concipiunt, ob naturalem, congenitamque, ad male de aliis ſuſpicandum, proclivitatem. Proinde jus hoc non tantum de iis conſtitutum eſt, quæ, ut in l. 3. D. de Legibus, Theophraſtus dicit, ὅπη τὸ πλεῖστον accidant, ſed & de iis, quæ ἐκ παραλόγου. Facit hoc apprime nobilis locus in Gittin fol. 90. col. 1. qui idem habetur quoque in Rabbot fol. 229 col. 4. הי"ה ר' מאיר אומר כשם שיש דעות במאכל כך דעות בנשים : יש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו זורקו ואינו שותהו וזו היא מדת פפוס בן יהודה שהיה נועל בפני אשתו ויוצא ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו זורקו ושותהו וזו היא מדת כל אדם שמדברת עם אחיה וקרוביה ומניחה ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך התמחוי מוצצו ואוכלו וזו היא מדת אדם רע רואה את אשתו יוצאה וראשה פרוע וטווה בשוק ופרומה משני צדדיה ורוחצת עם בני אדם עם בני אדם ס"ד אלא במקום שבני אדם רוחצין : Labore, iſta interpretandi, ſublevavit nos, non Angliæ tantum ſuæ, ſed & Seculi noſtri decus, Johannes Seldenus, in eruditiſſimo Syntagmate de Uxore Hebraica l. 3. c. 15. ubi horum verborum, Hebraicis neglectis, ſententia Latina exhibetur, quare ad illud Lectorem ablegamus. Ne tamen penitus obſcurum, luciſque egens, etiam apud nos relinquatur id dictum, præcipue quia Seldeni liber, non promiſcue omnium manibus teritur, juvat afferre explicationem Judæorum Germanicam, e libro *Brandſpiegel*, quem Judææ noſtræ habent commendatiſſimum. Sic vero ibi c. 16. *Er ſtebt in* מסכת גיטין *ſpricht* ר' מאיר *die* דעות *ſein nit gleich an Leuten. Er felt ein Flieg in das Trincken: Sein etliche Leut, aſo* אפתנק *daß er das Trincken gar ausſchut, mit der Flieg; et is ihm* מיאוס *alles miteinander. Ein Theil thun die Flieg hinweg, und trincken den Trunck aus. Ein Theil ſaugen die Flieg aus, daß nicke* כלייה *wird, und is ihm nit* מיאוס. *Aſo ſein Leut, die haben achtung auf ihre Weiber, daß ſie nit tharen ein Trit gehen aus dem Haus, und laſt ſie nit mit keinem frembden Mann reden* אפי' *mit nahede Freund, und ſchlieſt ſie ein allezeit, as Papus am* (lege Sohn) *Jehuda, wener iſt aus dem Haus gangen, da hat er ſein Weib verſchloſſen. Ein Theil ſein ihre Weiber nit ſehr* חושד *und laſſen ſie mit ihren Freunden reden, aber nit mit jemand frembds. Ein theil leit nicks dran, und laſſen ihre Weiber auslauffen, und die Haar gehnen ihr heraus, und ſpint an der Gaſſen; die Kleider ſein ihr aufgetrennt, von beide Seiten, und man ſieht ihr den Leib, und hat ſich, wo die Mannen baden.* Enim vero, adverſus hactenus tradita, grave, ſed feſtivum ſimul, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν moveri poteſt dubium, ex Joma f. 62. col. 2. & Sanhedrin f. 64. col. 1. nam utrobique eadem, iiſdem verbis leguntur. Locus cum prolixior ſit, ſententiam afferre ſufficiat. Scilicet, narratur ibi, pientiſſimos Judæos aliquos, cum mente reputaſſent, quantum damnum, Malus Genius, humano generi inferat, quodque is deſtructi templi, omniſque cladis, & exilii, quibuscum natio ipſorum conflictaretur, unica cauſa ſit, dolenter admodum tuliſſe, etiam nunc ei poteſtatem conceſſam, ſeſe mediis Judæis ingerendi: cumque haud alio fine à Deo conditum conſtet, quam ut ex ejus victoria, homines probos præmium maneret, tandem quàm, inquiunt, vellemus & malo Genio carere, & iſto, ob illum devictum, præmio! Poſtquam igitur univerſi tridui jejunio ſe maceraverant, malus Genius ex ruderibus intimi penetralis templi, quaſi quædam ignis ſcintilla prodiens, illorum poteſtati fuit traditus, & præſto aderat Propheta, admonens, hunc eſſe malum Genium, ad Idololatriam homines concitantem. Dum vero Judæi Genium capiunt, crinis ei forte evellitur, ibi is tantum clamorem edidit, ut ad quadringentas uſque paraſangas exaudiretur. Poſthæc deliberare cœperunt, quid Genio faciendum eſſet, feſtinatione enim opus videri, ne cæteroquin Numen illius miſereatur, & ſuæ eum reddat libertati. Commodum, is qui aderat Propheta, monuit, conjiciendum eſſe in ollam plumbeam, eamque plumbo, quod voces abſorbet, (cujuſque in incantamentis magna vis eſt,) obturandam. Conſilio mos geſtus eſt, atque hinc evenit, quod ex illo inde tempore, Judæi ab omni idololatriæ crimine immunes fuerunt, ad quod tamen priſci majores illorum, tam cupide ſunt prolapſi. Iſti vero boni Viri, cum vidiſſent rem feliciter ceſſiſſe, & hoc tempus commodum crederent, quidvis à Numine impetrandi, inter ſe conſentiunt, de illo obteſtando, ut eo Genio, qui ad Venerem homines pellicit, pariter potiri liceret. Facti ſunt & hujus voti compotes, Propheta vero ſuaſit, caverent ſedulo, ne Genium occiderent; ſecus enim Orbi univerſo paratam vaſtitatem. Interea temporis, dum per triduum, illum in cuſtodia detinent, ad homini ægroto medicinam faciendam, per univerſam qua patet Judæam, ovum recens, quæſitum eſt, ſed non repertum. In captivitate enim degente Genio libidinis, non homines tantum, ad propagandum genus ſuum inepti erant, ſed nec gallinæ ova, nec vel pediculi lendes, etiam jam intra viſcera conceptas, parere poterant. Hic vero religioſi illi, ſuſpenſis animis eſſe cœperunt, & fateri, non conſtare, quid facto uſus ſit; haud enim interfici Genium poſſe, citra mundi ruinam; atque ſi preces fundere vellent, ut dimidium virium ei adimatur, certum eſſe, incaſſum eas futuras, cum perpetuus Numinis mos ſit, non niſi indiviſas concedere res, & indivulſas. Tandem omnibus circumſpectis, nihil utilius viſum, quam ut utroque oculo effoſſo Genium à ſe dimitterent: atque id malum, quo eum mactarunt, hoc ſaltem confert, quod ſanguinis ſumma propinquitate conjunctos, mutuis amoribus adverſus ſeſe exardeſcere, haudquaquam facit. Hæc in Talmude traditur fabula, lepido ſuſurro aures bibulas magis quam omnes Mileſii ſermones, permulcens. Soleo ſæpe Judæis, qui ſapere ſibi videntur, injicere hunc ſcrupulum, & illis eodem negotium faceſſere. Si enim, inquam ego, miſer iſte, viſuſque expers Genius, Agnatos proximos, ad fœdum amoris exceſſum pellicere non valet, vani videntur Doctores eſſe, dum ſecretius uxoris cum patre, ac germano fratre commercium, marito prohibendi, facultatem concedunt. Et vero, hærere hic ſolent homines, neque tam facile reperiunt, qua ratione tantas lites componant. Equidem fateor, nec meam tan-

tam

tam eſſe ſolertiam, ut mihi relictus, modum, adverſis frontibus pugnantia conciliandi, excogitare potuiſſem; præſtitit tamen id Autor libri Caſidim n. 1138. cujus verba tranſcribam. אין להקשות כיון שעיקר ענין יצר הרע של תאוה בראמרי׳ ביומא ובסנהדרין אהני ולאו איגרי בקריבתא אם כן לסרה לא יתיחד עם קרובתו והיא ראי״ע בנה קטן מבנה גדול איך היה להם יצר אלא תלוי בראיית עינים ואינו שולט תחלה באח ואחות ובנקבות של בהמות כשנהגה המלאך כסיתו עד כאחר שנהגה כי המלאך מתסיאו על פי רגלותו : id eſt, *Non eſt, quod quis objiciat: quia excæcarunt lumina Genii Veneres, prout in Joma, & Sanhedrin traditur, & ea re effecere, ne libido inter proximos Agnatos locum habeat, quare igitur ſoli cuiquam, cum agnata ſola, agere non licet? Aut quomodo fieri potuit, ut, ceu in Avoda Sara notatum eſt, cujuſdam matris filius minor, à majore, per inceſtum fuerit procreatus? Nimirum, res ab intuitu oculorum dependet, non enim Veneris Genius prior in fratrem, ſororem, aut bruta quem concitat, ſed poſtquam quis oculos, horum alicujus aſpectu pavit, impellit porro Genius, & ex familiaritate, ad peccandum deinde inducit.* Alia ad rem pertinentia, vide in Avoda Sara fol. a. in f. & Kidduſchin fol. 81. a. nobis non vacat, diutius iſtis immorari.

(3) *Duobus teſtibus præſentibus.*] In hoc plerique Rabbini conſentiunt, teſtes duos præſentes eſſe debere, ſi quidem maritus zelotypiam valide exercere intendat. Unus R. Joſe, Judæ filius, opinatur in Gemara, etiam legitime fieri interdictum, ביני לביני בלא עדים ut obſcurior Gemaræ phraſis in Smag explicatur: id eſt: *Si ſolus maritus cum uxore ſola, nulloque teſte conſcio, illi familiaritatem ſecretiorem ejus quem ſuſpectum habet, probibeat.* Sed hæc ſententia adſtipulatores non reperit.

(4) *R. Joſua contendit.*] Hæc opinio, præ illa altera R. Elieſeris, omne ſuffragiorum punctum tulit, & הלכה כרבי יהושע. Ipſe conflictus diſputantium Magiſtrorum in Gemara videri poteſt, nos cauſam tantum, quare R. Joſuæ ſententia prævaluerit, breviter ex Rabbot fol. 213. col. 2. indicabimus. u טעמיה דרי יהושע כי מצא בה ערות דבר ערוה זו הסתירה דבר זה הקינוי כי מצא אין מציאה בכל מקום אלא בעדים :, id eſt, *R. Joſua pro fundamento habet verba: Quia invenit, in ea turpitudinem rei.* (*Deuter.* XXIV, 1.) *Explicando*, turpitudinem, *de occultatione*: rei, *de interdicto*: Quia invenit, (*de duobus in utroque negotio teſtibus.*) *Quoties enim in Scriptura dicitur inventum quid eſſe, ſemper intelligitur, id factum eſſe teſtibus præſentibus.* Ubi ex trita Judæorum regula, animo recolendum eſt, plurativum numerum, minimum duo involvere.

ב כיצד מקנא לה אומר לה בפני שנים אל תדברי עם איש פלוני ודברה עמו עדיין היא מותרת לביתה ומותרת לאכול בתרומה נכנסת עמו לבית הסתר ושהתה עמו כדי טומאה אסורה לביתה ואסורה לאכול בתרומה ואם מת חולצת ולא מתייבמת :

2. (1) Qua ratione fit interdictum? In hæc verba Uxori coram duobus teſtibus *Maritus* edicit: (2) Ne cum Viro N. (3) Mihi loquitor. Si poſt iſta, *in loco publico cum amatore ipſa* colloquatur, (4) maritalis tori legitime adhuc ſocia eſt; (5) atque τὰς ἀπαρχάς, ſive Ablationes, porro comedere illi licet. Enim vero, ſi cum amatore, in ſecretius conclave ingreſſa, (6) tantam ibi moram fecerit, (7) quanta ad coinquinandos ſeſe, ſatis eſt, tum & marito ulterius jungi, & Ablationibus veſci, (8) prohibetur. Atque ſi fato ſuo fungatur *maritus*, *cauſa nondum cognita*, ipſa (9) donatur calceo, neutiquam vero Leviro ducenda fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אל תדברי עם איש פלוני וכו׳ *Ne loquitor cum viro N.* In Gemara exponitur hæc Miſna hoc ſenſu, ſi maritus dixerit uxori coram duobus hominibus, *ne loquitor*, & illa locuta fuerit; & dixerit, *ne loquitor*, & illa occultaverit ſe, nihil refert, neque prohibita eſt marito ſuo, neque ad Trumam comedendam. Si dixerit uxori, *non occultabis te cum viro N.* & illa locuta fuerit cum eo in loco non occulto, licita eſt marito ſuo, & ad Trumam comedendam, ſi fuerit uxor ſacerdotis. Cæterum ſi illa cum viro N. intraverit locum occultum, & morata fuerit illic per ſpatium temporis quo immunditiem contrahere potuiſſet, tum prohibita eſt marito, & prohibita ad comedendum oblationem Trumam. Quantitas vero contractæ immunditiei eſt, in quo temporis ſpatio aſſari poteſt ovum gallinæ, & abſorberi.

ואם מת חולצת ולא מתייבמת *Si mortuus fuerit* (*maritus*) *calceo donatur*, & *non ducetur à leviro*. ſi maritus mortuus fuerit antequam illi aquas amaras dederit bibendas, calceum exuet, & non ducetur à leviro, quia Scriptura dicit de uxore in qua maritus quid inhoneſti invenerit, ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר vide Deut. 24, 4. Nos autem exponimus illud לאיש אחר *alii viri*, ad excipiendum levirum. Nihilominus tamen non licita eſt extraneo ſine calceo exuendo; non quemadmodum, ſi maritus ejus fuiſſet in vivis, non erat licita ſine divortio, ſic etiam non eſt licita nec libera à leviro ſine calceo exuendo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc comprehenditur duobus modis zelotypiæ, unus eorum eſt zelotypia vera, quæ eſt ea quæ expoſita eſt Miſna præcedenti. Alter eſt, quod maritus uxorem prohibet à colloquio viri N præſentibus duobus teſtibus; ſi deinceps eam viderit loquentem cum N. coram duobus, non obtinet zelotypia, neque prohibita eſt marito, neque prohibita ad comedendum Trumam, ſi filia Iſraëlita fuerit uxor ſacerdotis. Sic etiam, ſi occultaverit ſe cum viro N. coram duobus, non eſt prohibita marito ſuo, quandoquidem tantum illi interdixit colloquium. Cæterum ſi dixerit illi maritus duobus præſentibus, *non occultabis te cum viro N.* hæc eſt zelotypia perfecta, uti diximus; & , ſi deinceps viderit eam loquentem cum viro N. etiam non eſt prohibita, ſed licita eſt marito, nimirum, ad coëundum cum ea. Et, ſi cum viro N. intraverit locum ſecretum præſentibus duobus teſtibus, & morata fuerit tam diu ut immunditiem contrahere potuerit, quod eſt temporis ſpatium in quo ovum gallinæ poteſt aſſari in igne mediocri, & ſorberi poſt aſſationem, tum prohibita erit marito, & prohibita ad comedendum Trumam, donec biberit aquas amaras. Propterea, ſi mortuus fuerit maritus antequam uxori aquæ amaræ bibendæ appoſitæ fuerint, calceum exuet, & non nubet leviro. Et hoc, quia Lex dicit de homine qui in uxore ſua deprehenderit rem turpem huic ſimilem, Deut. 24, 2. ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ubi dicitur לאיש אחר *alii viro*, ad excludendum levirum. Nihilominus tamen calceus exuendus eſt, quia opus habet divortio mariti, propterea dicimus quod opus habet extractione calcei, & licita erit cæteris quod ad matrimonium.

WAGENSEILIUS. (1) *Qua ratione fit interdictum?*] Omnino Interdicto opus eſt: quippe; אם לא קינא ובאו שני עדים שנסתרה עם זה ושהתה כדי טומאה לא נאסרה ולא שותה : id eſt: *Niſi præceſſerit interdictum, ſi maxime duo teſtes veniant, aſſeverantes, cujuſpiam uxorem cum aliquo diutule ſecreto egiſſe, non tamen jure conjugalis tori ipſa excidit, nec aquis potionatur*: Smag. Cæterum, in ipſo interdicto, circumſpecte marito agendum,

 ordo.

ordoque rerum obſervandus eſt, qui qualis eſſe debeat, docetur in MS. noſtro עץ החיים parum diverſis verbis, ab iis quæ habet Maimonides Hil. Sota c. ult. paulo ante finem. In MS. lego: אין ראוי לאדם לקפוץ ולקנות בפני עדים התחלה אלא בינו לבינה בנחת ובדרך טהרה ולא יקנא לה בתוך שחוק ושיחה קלות ראש ומריבה ולא להטיל עליה אימה ואם עבר וקנא מתוך כך הרי קנוי: id eſt: *Non decet maritum, ut ſtatim coram teſtibus proſiliat, ac zelotypias interdictum edat, verum prius remotis arbitris, amanter, modeſteque mulierem corripito. Sed nec zelotypias interdictum edendum, inter riſum, aut confabulationem, ineptiasque, vel jurgia, nec etiam ad terrorem incutiendum conjugi. Si tamen hæc præcepta tranſgrediatur maritus, & ejuſmodi aliqua ratione zelotypiam exerceat,* id factum, ſuum in jure habet effectum, *eſtque interdictum legitimum.* Atque iſta, lucem aliquam affundunt dicto Servatoris noſtri, quo Matth. XVIII, 15. & ſeq. inquit: *Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο.*

(2) *Ne cum viro*] Præmittitur vulgo à marito: מה לך לשחוק עם פלוני מה לך לדבר עמו id eſt: *Quid tibi cum N. riſio eſt? Ecquid ſermocinatio?* Jelammedenu fol. 69. column. 3. in fine.

(3) *Mihi loquitor*] Huic Miſchnæ pronunciato, quod ſæpe accidit, autoritatem derogat Gemara fol 5.b. Neque enim ſermonis, ſed occultationis prohibitio, zelotypiæ interdictum facit, proinde, ut cum effectu quis zelum exerceat, dicendum eſt teſtatò; אל תסתרי עם פלוני id eſt: *Ne mihi cum N. in locum ſecretum te recipito*: uti ex Gemara, præter alios, tradit quoque Raſchi Num. V, 14. Hinc Maimonides Hil. Sota cap. 1. § 4. אמר לה בפני שנים אל תדברי עם פלוני אין זה קנוי ואף על פי שנסתרה עמו בינרים ושהתה כדי טומאה לא נאסרה עליו ואינה שותה בקינוי זה: id eſt: *Si quis uxori, teſtibus præſentibus, dicat: Ne cum N. mihi loquitor: non id verum zelotypiæ interdictum eſt; unde ſi maxime mulier illa, cum viro ſuſpecto, aliis inſpectantibus, in ſecretius conclave ſe recipiat, & per tantum temporis ſpatium ibi moretur, ut commixtio abſolvi potuerit, non tamen ideo conjugalis tori exſors eſt, nec aquarum amararum probationi ſubjicienda.* Addamus, quod paucis interjectis, ſubjungit idem Hebræus Sapiens; אמר לה אל תסתרי עם איש פלוני והיה קטן פחות מבן תשע שנים ויום אחד או שאמר לה אל תסתרי עם בהמה זו אין זה קינוי: id eſt: *Si quis dicat: Ne cum homine N. in locum ſecretum te recipito, atque is homo puer ſit, minor annis novem, & die uno: Aut, ſi quis dicat: Ne occultato te cum bruto iſto, non hæc interdicti legitimi vim habent.* Cujus quidem aſſerti, eam cauſam allegare licet, quod Num. V, 13. dicitur: *Et concubuerit Vir cum ea:* Hoc in dicto, *Viri* vox, tam Pueros, quam bruta animalia, Rabbinis ſegregat.

(4) *Maritalis tori*] Sic phraſis Hebræa interpretanda eſt; unde Raſchi exponit: מותרת לשמש עם בעלה id eſt: *Fas eſt ei adhuc cum marito facere, quæ conjuges ſolent.* Uti vero hic loci vox בית Maritum denotat, ita eſt, ubi Judæi eam de Matrefamilias accipiunt. Nempe, in initio Jomæ, adducto loco Lev. XVI, 6. & 11. וכפר בעדו ובעד ביתו id eſt: *Et expiationem faciet pro ſe, & Domo ſua*: mox ſubjicitur: ביתו זו אשתו id eſt, *Vocabulo* ביתו *ad Uxorem, ſit reſpectus.*

(5) *Atque τὰς ἀπαρχὰς*] Supplendum omnino אם היתה ישראלית אשת כהן id eſt: *Si ſit Judæa, nupta Sacerdoti*: id enim & ſenſus requirit, & omnes Commentatores, inculcant. Quod ad ipſam rem attinet, ſcire volentibus, quid *Truma* ſive *Oblatio*, aut, quod Cl. Coccejo in Sanh. p. 131. magis placet verbum, *Ablatio*, proprie innuat, conſulendi ſunt Doctiſſimi Viri, Caſaubonus Exerc. 1. adv. Baron. n. 8. & Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 265. quorum ſcrinia non compilamus. Nobis potius oſtendendum venit, eccui fas fuerit Oblationibus veſci, id enim præſens Miſchna ſummopere requirit, & ab iis quos laudavimus Viris, quia ad inſtitutum haud faciebat, fere neglectum eſt. Audiamus igitur Maimonidem Hilch. Truma c. 6. §. 1. תרומה ותרומת מעשר נאכלת לכהנים בין גדולים בין קטנים בין זכרים בין נקבות הם ועבדיהם הכנענים ובהמתן שני וכהן כי יקנה נפש קנין כספו וגו' עבד כהן שברח ואשת כהן שמרדה הרי אלו אוכלין: id eſt: *Ablationem* (magnam,) *& Ablationem Decimarum, comedunt Sacerdotes, tam adulti, quam impuberes, tam mares quam fœminæ; ipſi, inquam, & ſervi ipſorum Cananæi, quin & pecudes ipſorum:* (*Lev. XXII, 11.*) *Cum Sacerdos emerit animam, emtionem pecuniæ ſuæ, &c. Sacerdotis ſervo transfugæ, ejuſdemque viduæ, & ipſis, Ablationibus veſci fas eſt.* Sequitur apud eundem §. 3. ישראלית שנשאת לכהן אפילו קטנה בת ג' שנים ויו' אחד תאכל בתרומה וחזה ושוק ודין תורה שתאכל משנתארסה שהרי היא קנינו אבל אסרו חכמים שתאכל עד שתכנס לחופה שמא תאכיל תרומה לאביה ולאחיה כשהיא ארוסה בבית אביה id eſt: *Judæi laici filia, deſponſata Sacerdoti, etiamſi infans adhuc ſit, nec niſi annos tres, & diem unum nata, Ablationem tamen, Pectus, & Armum comedendi, jus habet. Atque ex lege divina patet, iſtis eam veſci debere, continuo poſtquam fuit deſponſata, eſt namque ipſa Sacerdotis acquiſitio. Enim vero, Sapientes vetarunt hanc comeſtionem, uſque dum in thalamum fuerit deducta, ne cæteroquin parte aliqua Ablationum, etiam patrem, aut fratres frui concedat, cum deſponſata, in paternis ædibus adhuc moratur.* Minime prætereundum quoque, quod addit idem Maimonides, infra §. 10, לא הכהנית בלבד אלא לויה וישראלית שנבעלה לאסור לה הואיל ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומ' לעולם ואע״פ שיש לה זרע מכהן: id eſt: *Non tantum Sacerdotis filia* (quæ Sacerdoti nupſit,) *ſed etiam ſi qua homine Levita, aut communi Judæo prognata,* (Sacerdotale matrimonium contrahens,) *illicito concubitu ſeſe polluit, quia ſcortum facta eſt, æternum Ablatione veſci prohibetur, licet maxime ex Sacerdote prius peperiſſet.* Atque ſic jam perſpicua ſunt, ea quæ mox ſequuntur in Miſchna noſtra, & tenemus cauſam, quare Sacerdotis Conjux, quæ contra mariti edictum, cum homine ſuſpecto ſe occuluit, ab eſu Ablationum arceatur. Quia enim adulterii commiſſi ſuſpicio eſt, eapropter tamdiu carendum ſacro cibo, quoad caſtam piamque matremfamilias ſe eſſe, probatum dederit. Obiter notetur, quod etſi, quantum quidem meminimus, Judæi, voce *Truma*, haud unquam aliter utuntur, quam de parte aliqua annonæ demta, & Sacerdoti conceſſa; tamen id verbi pereleganter, Autorem, quiſquis ille fuit, Evangelii Matthæi Hebraici, quod ante hoc ſeculum, Johannes Tilius Lutetiæ edidit, ad Cenſum, qui Magiſtratui penditur, ſignificandum, tranſtuliſſe, dum, quod cap. XVII. 25. in Græco eſt: *Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον·* Ipſe reddidit: מלכי הארץ ממי יקחו מס ותרומה Si recte mentem aſſequor, accepta eſt ab eo vox תרומה pro ea penſitatione, quam pro modo facultatum, & ut Theophilus in §. fin. Inſtit. de Libertinis dixit, *κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως*, quiſque præſtat. Aliter Syrus, qui pro Κῆνσον tam hoc loco, quam Matth. XXII, 19. habet כסף רישא id eſt: *Argentum Capitis*, ſive pecuniam, magis ob caput, & perſonam, quam res. & patrimonium, exactam. Si conſultiſſimum Gothofredum audimus, non videtur Syrus cognitam habuiſſe vim vocabuli, nam ad Inſcriptionem tituli Codicis, *Sine cenſu & Rel.* annotavit: *Cenſus, eſt tributum, vectigal, publica penſitatio, onus agrorum, non perſonarum.* Equidem, haud refragari velim, hac notione, vocem Cenſus, a pleriſque Veterum adhibitam. Sed tamen, ne gravem dicam ſcribamus, ejus ætatis, & optimæ notæ Interpreti, citra hæſitationem accedo erudito Grotio, qui in Comment. ad Matth. c. XXII. Cenſus nomen, non tantum ad prædiorum, ſed & capitum onera referri poſſe, exiſtimat, ac ſe tuetur tum l. 8 §. 7 D. de Cenſ. ubi Cæſarienſibus narratur remiſſum a Veſpaſiano tributum capitis: tum imprimis Ulpiani illo in l. 3. ejuſd. tit. *Ætatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt; quia quibuſdam ætas tribuit, ne tributo oneretur: veluti in Syriis a quatuordecim annis maſculi, a duodecim fœminæ, uſque ad ſexageſimum quintum annum, tributo capitis obligantur.*

(6) *Tantam ibi moram fecerit*] ושהתה eſt conſtanter in duabus, quibus utimur, Miſchnæ editionibus, Amſtelodami excuſis: harum altera adſcripta habet puncta vocalia, altera, Menaſſe Ben Iſraël curante, prodiit: nec profecto aliter legere, analogia ſinit grammatica. Ergo corrigendum illud ושהה quod in Talmud Amſtelod. irrepſit perperam.

(7) *Quan-*

(7) *Quanto ad coinquinandos*] Quoniam tantum momenti in ea re ſitum eſt, merito quis exigat, ut hoc ſpatium exacte definiatur. Atque ſane Rabbini, pro ſua in talibus diligentia, quidvis potius paterentur, quam id intentatum relinquere; non una tamen omnium fuit ſententia. Gemaræ locus verboſior eſt, paulo contractius opinionum diſſidia exhibent, Jelammedenu fol. 70. col. 1. Jalkut. fol. 206. col. 1. & Rabbot. fol. 229. col. 2. Adducamus verba Operis poſtremi: כמה שיעור סתירה כדי טומאה כמה היא טומאה כדי ביאה כמה היא ביאה כדי העראה כמה העראה ר' (*ſic legendum, non* אלעזר *prout noſtra habet editio*) אליעזר אומר כדי חזרת דקל גרות ר' יהושע אומר כדי מזיגת הכוס בן עזאי אומר כדי לשתותו ר' עקיבא אומר כדי לגלגל ביצה ר' יהודה בן בתירא אומר כדי לגמוע ג' ביצים מגולגלות זו אחר זו ר' אלעזר בן פנחס אומר כדי שיקשור גרדי את הנימה פנחס אומר כדי שיושיט ידו ויטול ככר מן הסל: id eſt: *Quantum temporis ſpatium, accipiendum eſt occultationi? Tantum, quantum eſt Contaminationis. Quantum eſt Contaminationis? tantum, quantum Concubitus. Quantum eſt concubitus? tantum, quantum denudandi artus. Quantum eſt denudandi artus? R. Elieſer cenſet, tantum, ut arbor à vento ſuccutiatur. R. Joſua, ut vini ſcyphus aqua diluatur. Aſaides, ut is ſcyphus hauriatur. R. Akiba ut ovum aſſetur. R. Judas F. B. ut tria ova aſſa, ordine ſorbeantur. R. Eleaſar F. P. ut textor licium innodare queat. Pinehas denique, ut quis manum extendens, e caniſtro panem accipiat.* Enim vero, nulla tamen harum opinionum, communem Magiſtrorum aſſenſum meruit, quia כל אחד ואחד בעצמו שיער *quisque ex ſua tantum natura, rem definivit.* Quin ergo, ut eſt in MS. noſtro עץ החיים, eo temporis intervallo vera occultatio abſolvitur כדי לצלות ביצה ולגומה id eſt: *Quo ovum* (ad mediocrem ignem) *poteſt aſſari, ac dein ſorberi*: quod aſſertum Maimonides in Comment. Miſchnæ, & Smag præc. Aff. 56. confirmant. Interea loci Autor ỏ Smag hactenus quidem erravit, quod hujus opinionis R. Akibam autorem citat, nam in Gemara, Rabbot, & Tanchuma quoque, R. Akiba, ſpatium ſufficiens ad occultationem, cum eo tantum tempore, quo ad ovum aſſandum opus eſt, comparaſſe dicitur; in Jalkut vero, loco indicato, lego: בן עזאי אומר כדי לצלות ביצה ר' עקיבא אומר כדי לגומעה id eſt: *Aſaides dixit* (tantum ſpatium intelligi,) *quantum exigitur ad aſſandum ovum; R. Akiba opinatur, quantum ad illud ſorbendum.* Utra traditio vera fuerit, non tamen niſi dimidium ejus moræ, qua vere opus eſt, Akiba ſua aſſeveratione, comprehendit. Eſt tamen non levis hæc, qua Gemaræ, Tanchumæ, & Rabbot, tam diſerte Autor operis Jalkut loquitur, contradictio.

(8) *Prohibetur*] In textu Hebræo habemus verbum אסורה, id inflexum eſt, ab אסר quod proprie notat *Ligare*, opponiturque huic התיר *Solvere*; prius vocabulum, poſtea, ad res quæ licitæ, poſterius, ad eas, quæ illicitæ pronunciantur, perpetuo Rabbinorum uſu transfertur. Elias in Tisbi p. 26. b. אסור ומותר זה כנגד זה כלל דבר שיש בו עון ועונש לעשותו נקרא אסור וכשאין בו עון נקרא מותר: id eſt: *Vocabula* אסור *&* התר *ſibi invicem opponuntur; quicquid peccatum eſt, pœnamque, ſi perpetretur, infert, dicitur* אסור, *quod autem peccati expers habetur, id vocant* מותר. Sic tritiſſimum inter Judæos loquendi morem expreſſit Servator, cum Matth. XVI, 19. in hanc ſententiam loqueretur Petro: Ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. quod quidem ſuſpicio eſt ſenſiſſe Syrum, certe penitus perſuaſus fuit vetus Interpres Hebræus, Evangelii Matthæi, dum vertit: וכל מה שתאסור בארץ יהיה אסור בשמים וכל מה שתתיר בארץ יהיה מותר בשמים paulo alius utique verborum ſenſus fuerit, quam, quem vulgo edocemur. Sed ego quidem rem arduam, aliis arbitrandam relinquo: quia vitæ meæ & propoſiti conſcius, ſicut divinæ legis me ſtudium habere non denego, ita doctorem dicere non præſumo: quod Junilii, Epiſcopi Africani, in Præfat. Librorum de Partibus Divinæ Legis, dictum, plane meum facio. (Tom. I. Bibliothec. SS. Patrum.) Jam hæc ſcripſeram, & commodum, gratanter incidi, in luculentum & multa eruditione refertum librum, quem Johannes Lightfootus, Theologus Anglus edidit, atque Horas Hebraicas & Talmudicas, inſcripſit. In eo, ubi ad Matthæum commentatur, Vir literatiſſimus, id quod agere volebamus rerum peritos, jam egiſſe deprehenditur, & terna teſtimoniorum decade producta, probat, illum loci apud Matthæum ſenſum eſſe, quem ex occulto conjecturavimus. Supereſt, ut pie docti, rem ad rationis trutinam expendant, ſuisque ſuffragiis judicio, quod Lightfootus tulit, aut demant, aut addant finem. Deprehendimus nunc vero, Cl. Lightfooti ſententiam excuſſiſſe ac confutaſſe, Reverendum Virum, & qui unus, inſtar omnium nobis eſt, *Sebaſtianum Schmidium*, Theologum apud Argentoratenſes primarium, & olim hoſpitem noſtrum, in Diſſertatione, quam de *Clavibus Eccleſiæ* inſcripſit: In cujus erudito judicio, nos quidem acquieſcimus. Nos interea loci, emendare jubemus, *ἁμάρτημα*, quod Vir cæteroquin citra controverſiam, harum literarum peritiſſimus, *Johannes Cocceius*, ſive aliud cogitans, ſive obrepente ſomno, commiſit, quando in Sanhedrin a ſe edito pag. 321. verbis שאלתינהו ואמרי כי אסו e regione oppoſuit: *Conſului, qui averſati*: (*Formula Etras, ad verba: Sanus ſit, proſpere tibi ſit, Talia εὐφήμει, bene ominare, bona verba, ἵλεώς σοι, propitius tibi.*) Scilicet, gratis iſta dicuntur omnia, & nullus εὐφημισμὸς hic locum habet, pro אסו enim legendum אסור, vertendumque: *Conſului eos, & dixere mihi, hoc eſt prohibitum.* Oculos viri docti decepit, quod in En Jacob, ſive Cracovienſi, ſive Pragenſi, quorum alterutro uſus videtur, non tantum אסו truncatum finali litera, repererat, ſed &, quod lineola, defectum ỏ Reſch in aliis exemplaribus probe excuſis indicans, caſu non ſatis fuit expreſſa. Scribitur vero אסור plene planeque in Talmude Amſtelodamenſi, & in Veronenſi libri En Jacob editione utraque, quarum una octava, uti loquuntur, forma, cum Commentario; altera, eo priva, minore duodecima, prodiit. Unde & Chriſtianus Gerſon, in Chelek pag. 47. locum tranſtulit: *Habe ich doch gefragt, und ſie haben mir geſagt, es ſey nicht erlaubt.* Docet hæc inſignis Viri cæſpitatio, non penitus de nihilo eſſe, quod vulgus hominum credit, vel muſcam, ſuæ ſeſſionis in libro Hebraico veſtigia relinquentem, integrum ſenſum poſſe corrumpere, & quadrata rotundis permutare.

(9) *Donatur calceo*] Rationem habes in Gemara fol. 5. b. ſed verbis paulo obſcurioribus; dilucide Maimonides in Comment. אמרת התורה באדם שמצא באשתו ערות דבר רוצה לזה הענין ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ואמר לאחר ולא ליבם ולכן לא התייבי ועל כל פני צריכה חליצה לפי שהיתה צריכה גם לבעלה ולכן אנו מצריכין אותה חליצה ואז תהיה מותרת לשאר בני אדם: id eſt: (*Deuter.* XXIV, 1, 2.) *Ait Lex de Viro, qui invenit in uxore ſua turpitudinem rei, id quod de Sotæ, imprimis verum eſt*: Et egreſſa e domo ejus, & abibit, & erit viro alii. *Cum igitur Viro alii dicatur, non vero, Leviro; ideo Leviratus jure non ducenda fuerit. Nihilo minus calcei donatione opus eſt, quia non exturbari domo potuiſſet a marito, ſine libello repudii: proinde calcei donatio exigitur, atque ſic demum cum aliis ineundi matrimonium, facultatem habet.*

ג ואלו אסורות מלאכול בתרומה האומרת טמאה אני לך ושבאו עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה שבעלה אינו רוצה להשקותה ושבעלה בא עליה בדרך כיצד עושה

3. His (*quæ ſequuntur Sacerdotum Uxoribus*,) Ablationes comedere non licet. Illi, quæ Viro labem adulterii fatetur. Illi, quam teſtes ab alio ſubactam, aſſeverant. Illi, quæ ſe aquas amaras potaturam negat. Illi, cui maritus, ut aquas amaras bibat, non concedit. Illi denique, cum qua maritus concubuit, cum (*Hieroſolymas, ad eam de adulterii*

ſuſpi-

עושה לה מוליכה לבית דין שבאותו מקום ומוסרין לו ב׳ תלמידי חכמים שמא יבא עליה בדרך רבי יהודה אומר בעלה נאמן עליה :

ſuſpicione deferendam.) iter faceret. Quid Uxori ſuper adulterio ſuſpectæ, (*Maritus*) facit? Siſtit eam (1) Magiſtratui, loci, quem incolit; (2) Is vero duos (3) Diſcipulos Sapientum illi (*comites*) aſſignat, ne in itinere cum Uxore commiſceatur. (4) R. Judas tamen opinatur, Viro fidem habitam, (*nec ullo adeo comite opus fuiſſe.*)

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו אסורות לאכול בתרומה *& hæ prohibitæ ſunt ab eſu Trumæ*, in perpetuum, etiamſi ſit filia ſacerdotis; at cæteræ uxores ad adulterium declinantes non prohibitæ ſunt, niſi donec biberint aquas amaras, & puræ compertæ fuerint.

ושבאו עדים שהיא טמאה *Cum autem advenerint teſtes qui eam ab alio pollutam teſtantur*, etiam poſtquam biberit aquas amaras, etſi aquæ non dederint experimentum ſuum quod ad uxorem, tamen marito in perpetuum prohibita eſt, quia aquæ non dabant experimentum in uxore ejuſmodi de qua teſtati erant quod polluta erat, uti ſcriptum eſt Num. 5, 13. ונסתרה והיא נטמאה ועד אין בה Si ergo nemini conſtabat de adulterio uxoris, tum aquæ amaræ arguebant, cæterum ſi alicui conſtabat de immunditie ejus, etſi teſtes eſſent in civitate transmaritima, aquæ amaræ non arguebant factum

ושבעלה בא עליה בדרך *& illi, quacum maritus concubuit cum iter faceret*, nam tum aquæ amaræ non arguunt factum, uti ſcriptura dicit Num. 5, 31. ונקה האיש מעון והאשה ההיא תשא את עונה quando ergo maritus liber fuerit à delicto, quod non concubuerat cum ea poſt occultationem, tum uxor illa portabit iniquitatem ſuam, at ſi maritus non fuerat liber à delicto, aquæ non arguebant factum uxoris. שני תלמידי חכמים *duos diſcipulos Sapientum*, qui norunt commonefacere maritum. *R. Jehuda dicit quod maritus fide dignus eſt*, nam ſi maritus fide dignus eſt quod ad uxorem ſuam in prohibitione gravi de menſtruo, quanto magis fide dignus eſt in prohibitione ſimplicis præcepti negativi. Sapientes dicunt, quod propter prohibitionem levem prædominabitur in marito figmentum malum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ושבאו לה עדים שהיא טמאה *Cum autem advenerint teſtes qui eam ab alio pollutam teſtantur*, id eſt, ſi poſtquam biberit aquas amaras, venerint teſtes, ſed antequam biberit aquas amaras, non eſt neceſſum ut hoc dicatur. Ratio autem, quare amaræ aquæ non interficiebant illam, eſt, quia aquæ amaræ non interficiebant quando erant teſtes adulterii, at ſi teſtes adulterii fuiſſent, etſi eſſent in civitate tranſmaritima, non interficiebant illam, ſed expelletur poſtquam teſtes hoc teſtati fuerint de illa. Et hoc eſt quod Sapientes dixerunt, והיא טמאה *ſi illa polluta fuerit*, immunditie de qua nemini conſtabat, id eſt, ſi nemini certo conſtiterit de adulterio præter illam ipſam, tum ſtatim illam interficient aquæ amaræ. Ratio vero, quod duo Sapientes una cum illo mittebantur, erat, quia habebant cognitionem præmonendi, & prohibebant maritum ab uxore ſua. R. Jehuda dicit, quandoquidem maritus ejus fide dignus eſt quando uxor menſtruo laborat, ubi eſt prohibitio exciſionis, quanto magis fide dignus erit in prohibitione præcepti negativi. Sapientes dicunt, quod propter levitatem prohibitionis prædominabitur in marito figmentum malum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

WAGENSEILIUS. (1) *Magiſtratui loci quem incolit*] Quæ diverſorum Magiſtratuum apud Judæos fuerit ratio, præclare oſtendit Maimonides Hil. Sanhed. cap. 1. quem integrum locum, quia recenſet, ac latinitate donat, Nobiliſſimus Joſephus Voiſinius, in Obſervat. ad Raymundi Martini Pug. fid. part. 2. cap. 4 pag. 267. non eſt, cur actum agamus. Breviter: Tres fuere judiciorum Claſſes, in Judæorum Republica; Suprema, Media; & Infima. Suprema dicebatur *Synedrium Magnum*, conſtans judicibus LXXI. nec erat niſi unicum in univerſa Judæa, ſedem habens Hieroſolymis in Templo, deque rebus graviſſimis, utpote Propheta, Tribu integra, Magno Sacerdote, eligendo Rege, gerendo Bello, & cæteris hujus commatis, tulit ſententiam. Media Claſſis vocabatur *Synedrium Parvum*, collectum ex XXIII. Judicibus, quale tribunal erectum paſſim per Judæam, in omni nimirum loco, cujus incolæ CXX. aut plures, erant numero. Hieroſolymis quoque geminum ejuſmodi fuit judicium, quorum alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis, colligebatur; atque ad hoc Forum, etiam cauſæ capitales ſpectabant. Infima Claſſis, ſolis *tribus* conſtabat judicibus, quali Magiſtratu gaudebant, vici, & oppida minora, quæ pauciores, quam CXX. habitatores, numerabant. Hic de rebus minoris momenti, & cauſis imprimis pecuniariis, nunquam vero de criminibus capitalibus, inſtituebatur cognitio. Tres hi Judiciorum Ordines, vocantur communi nomine בתי דינין ſeu *Domus Judiciorum*; priores duo, aliàs etiam *Synedrii* appellatione veniunt, ſed nunquam poſtremus. Monemus hoc, propter Cl. Schickardum, qui in Miſchpat pag. 59. locum quendam Maimonidis ex Hil. Sanhed. ad præſens negotium attinentem, nec plene adduxit, nec ſatis convenienter tranſtulit. Apud Schickardum legitur: מי שלקה בבית דין על איסור כרת ולקה פעם שנייה על אותו כרת עצמו כגון שאכל חלב אם אכל שלישית אין מלקין אותו אלא מכניסין אותו לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מעיו ויחלה ואחר כן מאכילין אותו שעורים שכריסו נבקעת ; In iſtis, poſt verba שאכל חלב inſerendum, ולקה עליו ואכל חלב פעם שנייה ולקה עליו mox poſt verba, אם אכל, addendum פעם, poſt מכניסין vero ſupplendum, אותו. Vertit Schickardus: *Qui vapulavit in Synedrio propter peccatum, ſub exciſione vetitum, & vapulavit altera vice ob idem v. g. quod ederit adipem, (prohibitum Levit. III, 17. & cap. VII, 23) ſi comederit tertia vice, non amplius verberatur, ſed includitur caveæ ad id factæ, (quales etiam apud Monachos quondam in uſu fuiſſe, oſtendit locus quidam vicini Cœnobii Bebenhuſiani.) quæ humilior eſt humana ſtatura, nec tamen ſedendi facultatem præbet, ibi ſuſtentatur pane afflictionis & aqua preſſuræ (quod præter meritum expertus eſt verax Propheta Michæas 1 Reg. XXII, 27.) uſque dum affligantur inteſtina ejus, & ægreſcat. Deinceps cibant illum hordeo, donec venter ejus diſrumpatur.* At vero, voces בית דין non commode hic loci redduntur, *Synedrium*; quaſi ſcilicet flagellationis pœna, tantum a ſummæ, aut mediæ, non vero infimæ ſortis Magiſtratu potuerit decerni, nam contrarium verius eſt, & expreſſe Maimonides c. 5. §. 4 eorundem Hilchot. מכות בשלשה ואע״פי שאיפשר שימות כשמלקין אותו id eſt: *Flagellationis pœna etiam a tribus, ſeu infimo Magiſtratu, irrogari poteſt, licet maxime fieri queat, ut quis huic ſupplicio immoriatur.* Ergo, vertendum ſimpliciter: *Qui vapulavit coram Judicio.* Porro, pro verbis: *Quæ humilior eſt humana ſtatura:* mallem ſubſtituere: *Quæ eſt locus anguſtus, ſtaturam ejus exæquans:* vox enim כפי qua Maimonides utitur, non tantum ſimilitudinem infert, ſed præterea eruditiſſimus Coccejus in Sanhedrin pag. 74. ita annotat: כיפה explicat R. Jehuda מלא קומתו Clarius: כיפה מאמר שעושין בבית הסהר גבהו כשיעור קומת האדם שוה כשוה ואין לו שם מקום להתפשט ולא לישן id eſt: *Clauſtrum in carcere altitudine æquans hominis menſuram examuſſim, ita arctum, ut porrigendi ſe ad ſomnum capiendum facultas nulla ſit.* Hactenus Coccejus.

(2) *Is vero*] Oportet prius querelam ſuam maritus deferat, dicatque verbis conceptis, quæ ſunt in MS. noſtro עין החיים Maimonide quoque Hilch. Sota cap. 3. §. 1. &

Sinag:

Smag: אשה זו קנאתי לה עם פלוני תכתרה עמו והלו הן עדי והיא אומרת שטהורה היא ואני רוצה להשקותה לברוך הדבר: id eſt: *Huic meæ uxori ſecretius commercium cum N. prohibui; ipſa vero ſe cum illo occultavit; ejus rei hos habeo teſtes. Interim quia ea nihilo ſecius ſe pudicam eſſe contendit, igitur curabo, ut aquas amaras bibat, quo rei veritas pateſiat.* Scilicet, inſtituta in minore judicio quædam Ἀνάκρισις, ſeu prævia inquiſitio, non judicandi, ſed ſuperioris Judicis edocendi cauſa; quo ſenſu vocem ἀνάκρισις accipit Marcianus in l. 6. D. de cuſtod. & exhibit. re. Juſtinianus quoque, Nov. 142. c. 2. præbetque hujus ἀνακρίσεως, elegans, & luculentum nobis exemplum, Feſtus Actor. XXV, 14. ſeqq.

(3) *Duos Diſcipulos Sapientum*] Poſt factam occultationem, nondum edita innocentiæ probatione, nunquam amplius cum uxore ſola, agebat maritus, ſed שכר לה בית והיה מעלה לה מזונות ולא היה מתיחד עמה אלא בפני בניה: id eſt: *Conduxit ei domum* (ſeparatam,) *& attulit ei cibaria, neque niſi liberis præſentibus, cum ea verſatus eſt*: Rabbot fol. 233. col. 3. Quamobrem, quia in itinere liberorum & domeſticorum præſentia, cariturus erat Maritus, alii cuſtodes requirebantur, quos a Magiſtratu oppidano accipiebat. Cur duobus opus fuerit, nec unus ſuffecerit, ridicula aſſignatur cauſa in iiſdem Rabbot. Quippe, unico tantum teſte, conjuges comitante, ſi hunc inter peregrinandum natura ad ejiciendum ventris onus, ſecedere coëgiſſet, fieri poterat, ut interea temporis in gratiam mutuam redirent conjuges, & amori indulgerent. Aut ſane, viro, ob eandem cauſam de ſemita declinante, etiam bonus ille Diſcipulus Sapientum, incipere potuiſſet, ad uxorem proximi ſui alludere. Fatendum tamen, non admodum probari hanc rationem Gemaræ, quæ minus inepte, duos viros eruditos graveſque, additos innuit, ut in ſummo Synedrio, τῆς ἀνακρίσεως in inferiore judicio inſtitutæ, redderent legitimum teſtimonium.

(4) *R. Judas*] Iterum Jalkut a Talmude, Rabbot, aliiſque, diſcrepat, & fol, 206. col. 3. autorem hujus opinionis, non R. Judam, ſed R. Joſe, fuiſſe perhibet. Videant Judæi, quid iis in hac lite, facto uſus ſit; nos paucis e Maimonide indicabimus, cui fundamento hæc aſſertio fuerit ſuperſtructa, & quomodo hoc ipſum, ſit labefactatum. רבי יהודה אומר אחר שבעלה נאמן כשהיא נדה שהוא אסור כרת לא יהיה נאמן על אסור לאו וחכמי אומרים לקלות האסור מתגבר עליו יצר הרע ואין הלכה כרי יהודה: id eſt: *R. Judas ait: Cum marito nulli Cuſtodes apponantur, quando e menſibus laborat mulier, quo tempore tamen, concubitus exciſionis pœnam inducit, quare hic non ei fides haberetur, ubi de ſimplice tantum interdicto agitur? At Sapientes regerunt, ipſam peccati levitatem efficere, ut tanto magis prona ſit libido: quare R. Judæ ſententia neutiquam eſt amplectenda.*

ד היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים ומאיימין עליה כדרך שמאיימין על עדי נפשות ואומרים לה בתי הרבה יין עושה הרבה שחוק עושה הרבה ילדות עושה הרבה שכני הרעים עושים עשי לשמו הגדול שנכתב בקדושה שלא ימחה על המים ואומרים לפניה דברים שאינה כדי לשומען היא וכל משפחת בית אביה:

4. Adducta fuit mulier adulterii ſuſpecta, (1) in magnum judicium Hieroſolymitanum: ibi eam territabant, ſimili prorſus modo, quo (2) in cauſa capitali teſtimonium dicturis, formidinem incutere ſolebant. Et vero, (3) ajebant illi: Filia cariſſima, forſitan (*ut delinqueres*) (4) vinum immodicum in cauſa fuit, aut (5) petulantia vel etiam (6) juventa nimia. Fortaſſe multitudo, (7) improborum vicinorum occaſionem præbuit. Age, in gratiam nominis illius magni, quod (8) ſanctiſſima cærimonia deſcribitur, non committe, ut id aqua (9) delere oporteat. His alia addebant blandimenta, quæ audire (10) nec ipſa, nec univerſa ejus familia paterna, merebantur.

R. OB. DE BARTENORA.

היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים *adducebant eam in magnum judicium Jeruſolymitanum*, quia de muliere adulterii ſuſpecta dicitur Num. 5, 30. ועשה לה הכהן את כל התורה הזאת & de ſene rebellante dicitur Deut. 17, 11. על פי התורה אשר יורוך Quemadmodum ergo in uno loco ad judicium magnum res deferebatur, ſic etiam in altero.

ומאיימין עליה *& territabant eam*, ut confiteretur: הרבה ילדות עושה *nimia juventa efficit*, nimirum, ut tranſgrediatur, & occaſionem dat peccandi.

ודברים שאינה כדי לשומען *& alia quæ illam audire non decebat*, quatenus illa non digna erat ut audiret illas res quas illi dicebant de bonis operibus juſtorum, ut, Jehuda confeſſus eſt, at non erubuit, in caſu Tamaris, Ruben confeſſus eſt, & non erubuit in caſu Bilhæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt de muliere adulterii ſuſpecta Num. 5, 30. ועשה לה הכהן את כל התורה הזאת Et de ſene rebellante dicitur Deut. 17, 11. על פי התורה אשר יורוך propterea, quemadmodum caſus de ſene rebellante peragebatur in judicii domo magna, uti conſtat ex Lege, & exponemus in tractatu Sanhedrin; ſic etiam caſus de muliere adulterii ſuſpectâ, peragebatur in judicio magno.

שמאיימין על עדי נפשות *Nam territabant eam juxta teſtes rerum criminalium*, quomodo territabant in criminalibus, exponetur capite quarto tractatus Sanhedrin.

דברים שאינה כדי לשומען היא *Verba quæ ipſam non decebat audire*, id eſt, nam fieri non potuiſſet quin paternæ domui hæc nota fuiſſent, quando ipſi dicebant caſum Tamaris cum Jehuda, & caſum Rubenis, ſimileſque caſus qui occurrunt in ſcriptura; & hæc omnia ad terrorem illi incutiendum.

WAGENSEILIUS. (1) *In magnum Judicium Hieroſol.*] Maimonides Hilch. Sanhed. c. 5. § 1. אין עושין זקן ממרא ולא עושין עיר הנדחת ולא משקין את הסוטה אלא בבית דין הגדול ואין מוסיפין על העיר ועל העזרות ולא יוצאין למלחמת הרשות ולמדידת החלל אלא על פי בית דין הגדול: [illegible] eſt: *Nemo proclamatur γέρων ἀποστάτης, neque ulla Urbs, univerſalis idololatriæ condemnatur, neque mulieres quæ violati tori ſuſpectæ ſunt,* (aquis amaris) *potionantur, niſi ita jubentibus magni Synedrii Senatoribus. Pari modo tantum ad horum placita, Hieroſolyma & Atria, acceſſione augentur, in πόλεμον αὐθαίρετον proceditur, & intervalla Urbium ob repertum trucidatum menſurantur.* Mirum vero videri cuiquam queat, quare cum Synedrium Minus, capitis judicium exercere poſſet, tamen hæc de fœmina adulterii ſuſpecta cognitio, ei fuerit ademta. Dubio huic mederi conatur, Gemaram ſecutus, idem Maimonides, in notis ad Miſchnam, ſed neſcio num uſque adeo feliciter. Confert inter ſe loca Num. V, 30. & Deut. XVII. 11. quorum altero de uxore adulterii ſuſpecta, altero de Sene apoſtata agitur; cumque utrobique eadem vox התורה occurrat, & vero certum ſit ex Talmud Sanhedrin, vocem תורה id reſpectu Senis apoſtatæ exigere, ut illius cauſa in magno Synedrio dijudicetur, igitur infert, ejuſdem vocis, etiam circa adulterii ſuſpectam, eandem vim eſſe. Verba Autoris adducere ſuperſedeo, quia ut verum fatear, hæc ſententia minime mihi ſatisfacit: & malim ego cauſam cur citra ſummi Synedrii præſcitum, mulier adulterii ſuſpecta, aquas amaras haud biberit, conjicere in ipſam negotii arduitatem.

tatem. Quia enim ſingulare miraculum ut Deus ederet, flagitabatur, merito ſupremi inter Judæos Magiſtratus partium fuit, cavere etiam atque etiam, ne quis temere auderet Κύριον τὸν Θεὸν ἐκπειράζειν, quod facere prohibitum eſt Deut. VI, 16. & repetitur Matth. IV, 7.

(2) *In cauſa capitali.*] Etiam in Cauſis Pecuniariis, non incurioſe ad dicendum teſtimonium, teſtes fuere admiſſi, ſed & ipſis his, timor prius eſt incuſſus. Interim cum de capite hominis Judæi agebatur, ibi vero in ſummum metum conjicere teſtimonium dicturos, manibus, quod ajunt, pedibuſque, Judices nitebantur. Omnem rem diſces ex Cl. Cocceji Sanhed. pag. 25. & 33. Conveniunt cum his, quæ Cæſarei & Pontificii juris Interpretes tradunt ad l. 29. C. de Appellat. & C. ubi periculum, de Elect. in Sexto. Cæterum Autor MS. noſtri Ez Hechajim, Maimonides, & Smag. in eo conſentiunt, marito diſcedere juſſo, Synedrium ſeorſim cum uxore egiſſe, & num formidinem illi incutere poſſet, feciſſe periculum. Nec prætereundum, quod Gemara annotat, & ex ea, fere omnes, qui de Hilchot Sota ſcripſere, repetunt: כדרך שמאיימין עליה שלא תשתה כך מאיימין עליה שתשתה אומרים לה בתי אם ברור לך הדבר שטהורה את עמדי על בוריין ושתי לפי שאין מים המרים דומים אלא לסם יבש שמונח על בשר חי אם יש שם מכה מחלחל ויורד אין שם מכה אינו מועיל כלום : id eſt: *Uti dehortantur adulteris ſuſpectam vi ſumma, ne bibat, ita & hortantur pariter illam ad bibendum, ac inquiunt: Filia mea, ſi omnino certum eſt, innocentem te eſſe, Deo tuo confide, & audacter bibe: Quoniam aquæ amaræ non aliter ſe habent, ac venenum ſiccum carni animalis vivi impoſitum. Si vulnus ibi fuerit, dolorem affert, & penetrat altiſſime, ſin vero vulnus ibi non ſit, nihil metuendum periculi.*

(3) *Ajebant*] Talmud Amſtelod. habet אומר Sed neutrubi ſenſui aliquid decedit: Singularis enim numerus, ad בית דין habet relationem, ideo hæc vox in eodem numero, etiam in omnibus Miſchnæ editionibus, paulo poſt ſequitur.

(4) *Vinum immodicum*] Cum, Libero & Cerere, præſentibus, calere Venerem, indicare volebant familiares R. Janai, proverbio dicere ſoliti ſunt : אין ארי נוהם מתוך קופה של תבן אלא מתוך קופה של בשר : id eſt: *Leo non rugit ſi ei apponatur caniſtrum repletum palea, ſed, ſi plenum carne.* Berachot fol. 32. a. Unde ibidem fol. 63. a. למה נסמכה פרשת נזיר לפרשת סוטה לומר לך שכל הרואה סוטה בקלקולה יזיר עצמו מן היין : id eſt: *Quare in Scripturis connectuntur leges de Nazyræo, cum iis quæ de Muliere adulterii ſuſpecta agunt? Scilicet, docemur, quod quiſque videns fœdum iſtud quando Sota bibit, ſpectaculum, æternum vino abſtinere debeat.* Quippe, ut Raſchi Num. V. adducto hoc loco Gemaræ, vere ſubjungit : שהוא מביא לידי ניאוף id eſt: *Vinum occaſionem adulteriis præbet.* Multa in hanc rem diſſerit Autor כלי יקר f. 100. column. 1. atque quia inter reliqua Obſervationem quandam ſuam in medium producit, qua mirè ſibi placet, ac reperiſſe ſe credit, non quod pueri clamitant in faba, haud ea Lectorem defraudabimus. ואלולא כמתפיגא לומר דבר חדוש אשר לא שערום ראשונים הייתי אומר כי תשטה במ״ת כמו כי תשתה בת״ו כי ט׳ מתחלפת בת״ו באותיות דט״לנת וכן פירש״י סוף פי מקץ בפסוק ומה נצטדק שם ית׳ ו׳ במקום ת״ו וכן לשון תועה בכל המקרא בת״ו ובלשון ח״ל טועה בט״ית כאלו אמר כי תשתה אשתו יין ושכר המרגילה לערוה : id eſt : *Fortaſſe* (circa locum Numeror. V, verſum 12. cum ibidem dicitur איש איש כי תשטה אשתו) *afferre licebit, novam rem, prioribus non animadverſam. Scilicet, inquam ego, verbum* תשטה *quod literam* ט *in medio habet, ita accipi poſſe, quaſi ſit* תשתה *cum* ת, *Elementa enim, unius organi, facile inter ſe permutantur. Atque ſic Jarchi docet Gen. XLIV, 6. in voce* נצטדק *eſſe* ט *poſitum pro* ת : *quin & verbum* תועה *in univerſa Scriptura cum* ת *exaratum deprehenditur; Rabbini vero* טועה *cum* ט *dicunt : Quare ſenſus verborum eſſe poteſt: Cujuſcunque viri uxor biberit vinum aut ſiceram, quæ ad libidinem concitant.* Sed, dignus eſt homo, cum ſua obſervatione odio; nodum in ſcirpo quæſivit.

(5) *Petulantia*] Sapienter R. Akiba, in Pirke Avot. c. 3. שחוק וקלות ראש מרגילין את האדם לערוה id eſt: *Riſus, & mentis levitas, hominem in libidinem præcipitant.* Id quomodo fiat, non ineptè ibi exponunt Commentatores.

(6) *Juventa nimia*] Etiam Ariſtotelis 8. de Moribus c. 3. teſtimonio, ſunt omnino Ἐρωτικοὶ οἱ νέοι· Cum vero ſecundum Juſtinianum Nov. 75. c. 5. in pr. *furorem Amoris, quo nihil vehementius, ſolius Philoſophiæ perfectæ ſit, retinere*: ideo, quando hæc diſciplinæ ſanctitas, in juventam non cadit, facilis lapſus eſt, imprimis in ſequiore ſexu. S. Chryſoſtomus Homil. in laudem Bernices & Proſdoces. Καὶ θάλαμοι καὶ γυναικωνίτιδες, καὶ θύραι, καὶ μοχλοί, καὶ φύλακες, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τιτθαὶ, καὶ μητρὸς προσεδρεία, καὶ πατρὸς πρόνοια, καὶ πολλὴ παρὰ τῶν γονέων ἐπιμέλεια γίνεται, ὥστε διατηρηθῆναι τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος, καὶ μόλις οὕτω διασώζεται. Quæ Interpres tranſtulit: *Thalami, gynacea, januæ, vectes, cuſtodes, procubitores, ancillæ, nutrices, ac matris aſſiduitas, & patris providentia, multaque parentum cura adhibetur, ut virginitatis flos cuſtodiatur, & vix ita conſervatur.* Pol! ſi ex animo hæc dixit Beatus Pater, neque, (Comici illud huc transferre nobis ut liceat) ſervaſſet ipſe fœminas: neque iis ſervandum quicquam, dare fuiſſet auſus.

(7) *Improborum vicinorum*] S. Hieron. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contuber. *Inter illecebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat.* Et mox : *Narrant Gentilium fabulæ, cantibus Sirenarum, Nautas iſſe in ſaxa præcipites, & ad Orphei citharas, arbores, beſtiaſque, ac ſilicum dura, mollita.*

(8) *Sanctiſſima cærimonia &c.*] Locus flagitat, ut doceamus, qua religione, circumſpectaque diligentia, in Nominibus Divinis deſcribendis, Judæi utantur, idque tanto magis, quia Vir Doctus, qui antehac aliquid ea de re tradere voluit, Judæorum mentem minime eſt aſſequutus. Atque nos, noſtro quidem officio, haud certe melius defungi poſſumus, quam vocando in ſubſidium, Codicem noſtrum MS. Ez Hechajim, in quo τῶν Hilchot Sophrim cap. 1. omnia tam accurate traduntur, ut non poſſint melius.

מי שכתב אפילו אזכרה אחת מס״ת תו״ם שלא לשמן של אזכרות פסולין אבל שאר מילות אין צריך לשם המילה עצמה שאפילו כתב בשם מילה אחרת כשר והכותב השם אפילו מלך בישראל שואל בשלומו לא ישיבנו היה כותב שנים ושלשה שמות מפסיק ביניהם ומשיב הטובל הקולמס לכתוב השם יתחיל משלפניו ולא יתחיל לכתוב בשם טעה לכתוב השם תולהו בין השטות אבל מקצת השם בשיטה ומקצתו

id eſt: *Si quis vel unicum ex propriis & peculiaribus Deo nominibus, in Pentateucho, Phylacteriis, aut Liminaribus ſchedis, ſine expreſſim, in illud directa intentione,* (quod tale Nomen exarare inſtituat,) *deſcribit, tum omnis illa Scriptura vitioſa eſt. Quod vero ad reliqua verba attinet, ad horum ſingula, mentem tantopere intentam habere, non eſt neceſſe; etiamſi enim aliam vocem ſcribat, aliam mente cogitet, tamen illa ſcriptura cenſetur legitima. Cum quis, in ſcribendo aliquo proprio Divino Nomine, occupatur, ſi maxime Rex Iſraëlitarum, eum ſalute impertiat, haud licet illi,* (nondum plane finita ſcriptione Divini Nominis, e veſtigio) *ſalutem referre : Quod ſi vero duo, aut tria Divina Nomina,* (ſermone continuo, uti verbi cauſa אלהיני יי vel אל אלהים יי aut יי אלהינו יי quorum prius ſæpe, poſtrema Pſ. L, 1.

&

ומקצתו תלוי פסול ובשאר התיבות אם שכחה כותב מקצת התיבה בשיטה ומקצת למעלן וזה בס"ת אבל בתו"ם אין תולין אפי' אות אחת ואם שכח אפילו אות אחרת גונז כה שכתב וכותב אחרת דהוי ככתבן שלא כסדרן ואם דילג אות אחרת והניח ריוח בסדר השורה לא יכתוב שם אך פסולה היא: ומותר לכתוב השם על מקום הגרר ועל מקום המחק בפולן גרר פי' מדיו יבש מחק פי' מדיו לח אם דילג השם טוב לגרור החול לאחר שייבש ויכתוב השם על אותו גרר והחול שמחק יכתוב בין השטים ולא יכתוב השם בין השטים כותבי ספרים אסורים להפוך יריעה על פניה אך פירש עליה בגד או כופלה סת' ותו"ם שאמר הסופר אחר שיצאו מתחת ידו לא כתבתי אזכרות לשמן אינו נאמן לפוסלן אבל נאמן הוא להפסיד כל שכרו ולמה אינו נאמן לפסלן שמא לא נתכון אלא להפסיד על הלוקח או על זה ששכרו וסבור שלא יפסיד משכירותו רק שכר האזכרות ואם אמר סת' ות' ותפלין אלו עורותיהן אינם מעובדות לשמן נאמן אף לפוסלן שהרי הכל יודעין כשאין העורות מעובדות לשמן שפסולין מותרי קלפי סת' תומ' מותר לכתוב בהם מה שירצה שאין בהזמנתם איסור ומעלין בקדש ולא מורידין אבל בגליונים אסור לכתוב אין כותבים ס"ת ותו"ם אלא כתב אשורית והוקא ביניהם הותר לכתוב ס"ת כתב יווני כל אות שאין מוקפת גויל מ"ד רוחותיה או שאין תינוק שאינו חכם ולא סכל יכול לקרות כגון שדומה י' לו' וכ' לב' ור' לד' ולהפך וכל כיוצא בזה פסולה עור שניקב משנכתב אם ניקב בתוך האות כגון ה' או מ' וכן בשאר אותיות כשר ניקב בירך של אות עד שנפסקה אם נשתייר ממנה מלא אות קטנה כשר והוא אם לא תדמה אות אחרת ואם לא נשתייר מלא אות קטנה פסולה ס"ת ותו"ם שחסר אפילו אות אחת פסולים:

& Deut. VI, 4. occurrunt, (*ſcribenda ſint*, (uno abſoluto,) *inter media nomina ceſſare*, & (ſalutantem Regem,) *reſalutare licebit*, (haud tamen in hoc opere fas eſt, ut Scriba, prior illum compellet.) *Qui calamum ad ſcribendum* (mox) *Nomen Divinum*, (atramento) *imbuere volet*, (non ita ceſſato, ut ab ipſiſſimo Divino Nomine, noviter impleta penna, ſcribendi faciendum ſit initium; poſſent enim, vel humor nimius, quem forte penna imbibit, Divinum Nomen obruere, vel adhærens feſtuca minutiſſima, ejus efficere lituram, eapropter,) *a quibuſdam quæ præcedunt* (literis,) *non verò ab ipſo Divino Nomine, ſcribere rurſus incipito. Qui per errorem Divinum Nomen* (integrum,) *ſcribere neglexit, illud in linearum interſtitio ſuperne appingere poteſt. Sed vero*, (cum tantum quædam ſunt ex ipſo omiſſæ literæ,) *ſi quis parti in linea expreſſa, partem quæ deeſt, deſuper adjicere vellet, id nefas foret. At in reliquis vocabulis, ſi quid omiſſum ſit, partem eorundem in linea, partem in interſtitio ſcripſiſſe; nihil officit. Cæterum hactenus dicta, tantum de Voluminibus Pentateuchorum capienda ſunt, nam in Phylacteriis & Liminaribus Schedis, ne unicam quidem literulam*, (extra lineas appingere fas eſt:) *Quod ſi igitur quis literam unam ſcribere oblitus ſit, integra Scriptura recondenda, ac nova facienda eſt, quia peccatum fuit, contra rerum ordinem, qui in hac ſcriptione accurate obſervari debet: Atque, ſi maxime, neglecta literula, tantum ſpatii in ipſa linea quis relinquat*, (ut litera deficiens commode inſeri poſſit,) *tamen ne ſic quidem literam ſupplere licebit, eſt enim & hoc vitioſum. Licet deſcribere Nomen Divinum, ſuper ea quæ raſa, & quæ deleta fuere, ſine diſcrimine; Radere autem dicimur eas literas, quarum atramentum quo ſcripta fuerant, exaruit; Delere eas, quæ nondum ſunt ſiccæ. Optimum fuerit, ſi quis* (forte in Pentateucho neglecto Divino Nomine,) *verbum àliquod profanum, poſtquam arefactum eſt, eradat, & in ejus locum Nomen Divinum ſubſtituat, ſic enim alterum profanum ſuperne adjici poteſt, quod minus recte ſit in Dei Nomine. Scribæ*, (ab opere nonnihil ceſſare volentes, cuſtodituri adverſus pulverem, aut alias injurias ea quæ ſcripſerunt,) *non debent membranam, in eam faciem cui inſcriptum eſt vertere, ſed aut linteo tegenda, aut complicanda eſt. Si quis Scriba* (conductus, aut Scriba venditor) *poſtquam Volumen Pentateuchi, Phylacteria, aut Liminares Schedas accepta mercede ſcripſit, aut vendidit, tum deinde dicat: Equidem Divina Nomina ſcripſi, ſine ea quam adhibere debebam, intentione: Hujus aſſeriti non ea vis eſt, ut illud quod ſcripſerat, vitiet, ſed tamen ut omni ſua mercede mulctetur.* (Quærat quis:) *Quare non ipſam quoque ſcriptionem ſuam, hac ratione profanam reddit? Nimirum, fortaſſe iſti Scribæ*, (cum hæc diceret,) *nihil aliud propoſitum fuit, quam ut damno afficeret, illum ſive emtorem, ſive conductorem ſcriptionis ſuæ*, (quaſi is in ſcripturam inutilem nummos erogarit; interea loci, etſi perperam, & mera juris ignorantia,) *ſibi perſuadens, non perditurum ſe eo pacto totum quod intulerat pretium, ſed tantum pretium ſcribendorum Divinorum Nominum. Quod ſi vero quis dicat Membrana iſtius Pentateuchi, aut Phylacteriorum*, (qua ad ſcribendum uſus ſum,) *non rite & cum ea qua conveniebat, intentione, eſt præparata, huic fides habetur, etiam intantum, ut ſcriptio pro vitioſa habeatur, nemo enim neſcit,*

membranas ineptas, profanum reddere, omne quod iis inſcribitur, (ac proinde, ſi quis in aliqua ejuſmodi, ſe ſcripſiſſe profiteatur, perditurum ſeſe certo certius, univerſæ ſcripturæ mercedem.) *Si quid ex membranis Pentateuchi, Phylacteriorum, & Liminarium Schedarum, reſiduum fuerit, ei quodcunque animo collibitum eſt, inſcribere licet, neque enim, illa rei ſacra deſtinata præparatio, contrarium flagitat, aut* (hic locum invenit, illud tritum:) *Rebus ſacris dedicata, dignitatis augmentum, non vero imminutionem, admittere. At, margini* (voluminis ſacri) *quicquam inſcribere, nefas eſt. Non licet ad ſcribendum Pentateuchum, Phylacteria, & Liminares Schedas, alio uti charactere, quam Aſſyriaco, ſola enim Priſcorum Sapientum ætate, Pentateuchum Græcis* (In Hexaplis & octaplis Origenis, Textus Hebræus, Græcis characteribus exhibebatur.) *quoque literis exarare permiſſum fuit. Si qua litera ſuos non habeat nudos & vacuos terminos, quaquaverſum, aut, ſi quam, puer, qui nec plane adhuc ſapit, nec plane infans eſt, non queat diſcernere, ob ſimilitudinem quæ inter Jod & Vau, inter Caph & Beth, inter Reſch & Daleth, vel contra, intercedit; aut, ſi quid aliud peccatum ſit ejuſmodi, tum Scriptura vitioſa eſt. Membrana, ſi poſt ſcriptionem perforetur, atque illud foramen in mediam literam,* (habentem ventrem inanem,) *quales He, Mem & ſimiles ſunt, cadat, nihil id refert: Sed, ſi foramen in latus cadat, ita ut minuatur litera, ſi quidem tantum ſuperſit, ut quantitati ſolummodo ademtum quid appareat, etiam id nihil obeſt, modo* (litera formam ſuam adhuc retineat,) *nec alienam induerit. At ſi* (ob foramen,) *minus relinquatur, quam, ut reſiduum, pro parva litera accipi poſſit, id vitioſum eſt. Eſt quoque vitioſum, ſi in quo Pentateucho, Phylacteriis, aut Liminaribus Schedis, unica litera deficiat.*

(9) *Delere oporteat*] Judæos magna ſolicitudine cavere, ne nomen Dei deleatur, aut polluatur, atque hinc extra ſacros libros, ſchedaſque, tetragrammaton imprimis, ne exprimi quidem, tralatitium eſt, & ea de re, multi egerunt. Illud fortaſſe, nemo adhuc indicavit, quod Autor Schalſch. Hakkab. pag. 54 a. pridem tradidit de Judæis Vormatienſibus: יש קבלה אצלם שבכ״ת הכנסת ההיא נכתב שם המפורש בכותל ואינם מרשי׳ להסיר העכבי׳ש שיש שם שבא לרוב זקנותו לא ימחק השם: Id eſt: *Habent antiquam traditionem, in fornice ipſorum Synagogæ, deſcriptum eſſe nomen tetragrammaton, igitur non permittunt ut removeantur telæ aranearum, quæ ibidem ſunt, ne ob nimiam vetuſtatem, nomen divinum deleatur.* Cæterum, quia השם & nomen Dei & ipſum Deum, Judæis promiſcue notat, vulgo autem fertur, ſub telis aranearum, in Vormatienſi Schola, deliteſcere השם, ideo non dubitaverim, quoſdam imperitiores Judæos, ſuperſtitionibus, & ignorantia, effaſcinatam mentem habentes, credere, ipſum Numen (Vereor in talibus Deum dicere, Numinis vox profanior eſt,) iſtas incolere latebras: Ut proinde nulla injuria affecerit homines, ille, qui ipſorum partes deſerens, inque Chriſtianum mutatus, in libro *Schlangenbalg*, nefandam & execrabilem hanc opinionem, iis exprobravit. Equidem fateor, nondum me ipſum librum oculis uſurpaſſe, feciſſe tamen Autorem, quod diximus, patet ex Hebraicis literis, ſed vocibus Germanis expreſſa, immodeſta, nequiſſimaque confutatione, quam Judæus Samuel Zvi, Offenhauſenſis, illi ſcripto oppoſuit, &, *den Jüdiſchen Tiriack* vocavit, ſic enim ipſe, magna cum impudentia, & protervitate: *Jetzund ſchreibt Schlangenbalg in ſeiner Narrheit, und ſagt: er hat ſich von freyen Willen auffgemacht, und war gen Worms gezogen, die Schul zu beſehen: dann wir halten die, für ein klein* מ״ה *und die Juden daſelbſten kehren darum kein Spinnewebeu ab, dann ſie ſagen, Gott* ית' *der ruhe dort in einer Spinnweben, und hab einer einmal abkehren wollen, hat ſich das Gewölb geneiget, und einfallen wollen.* ככפר אשר הכינותי לנוצרים *hab ich den* מוסר *hübſch ausgeſpottet mit ſeiner weiten reu, und* חבל, *und laß ihm wiſſen, daß* השם ית' *in keiner Spinnewebeu oder giftigen Schlangenbalg ruhet:* כי שמים ושמי השמים לא יכלכלוהו בשלם סכו ומעונתו בציון *Warum aber die Wormſer die Schul nit abkehren, werden ſie beſſer wiſſen, als ich: Es iſt hierinnen weder* מעלה *noch* מוריד, *es iſt keiner unter den* י״ג עיקרים *daß einem Juden von nöten iſt zu wiſſen.* Enim vero, monſtri aliquid alere illas aranearum telas, non tamen penitus negare audet homo nequam, nec ſcrupulum, quem alter injecerat, plane eximit. Poſſet quem curioſum, eadem res extimulare, ad iter faciendum Vormatiam, nam fortaſſe non minor harum telarum copia eſt, quam ab Heliogabali ſervis, quondam Romæ collectum fuiſſe, apud Lampridium legimus. Ah! ſi ad Deum converteretur Iſraël, & Chriſtus γαιήοχος (ſic Nonnus eleganter vocat) αἴγλη, ὃν ζόφος οὐκ ἱμάρψε, prædicaretur in Synagoga, dubium nullum eſt, etiam ſua ſponte caſuras, portentoſiſſimas illas Vormatienſes telas, quale quid in Trullo, cum Macarius hæreticus, a Patribus Concilii damnaretur, accidiſſe, Anaſtaſius Bibliothecarius, in Agathone, commemorat. Sed, proh dolor! *Judæi ova aſpidum excludunt, & telas aranei texunt: qui comedit ex ovis eorum, moritur: etiam qui aſpergitur, quaſi irrumpat vipera.* (Eſ. LIX. 5.) Non vero eſt, ut quis exiſtimet, ſolum ἀνεκφώνητον nomen, citra reatum, deleri communiter non poſſe: plura ſunt ejus generis, atque, quæ expungere fas, quæ nefas habetur, eorum aliqua recenſentur in Schevuot fol. 35. a. יש שמות שנמחקין ויש שמות שאין נמחקין כגון אל אלהיך אלהים אלהיכם אהיה אשר אהיה אלף דלת יוד הי שדי צבאות הרי אלו אין נמחקין אבל הגדול הגבור הנורא האדיר והחזק והאמיץ והעזוז חנון ורחום ארך אפים ורב חסד הרי אלו נמחקין: Verſionem addere ſupervacuum foret: quæ priore loco enumerantur Divina Nomina, delere haud licet, licet quæ poſteriore. Nobiliſſimus Codex noſter MS. Ez Hechajim, magis luculente, Hilchot Jirah Vekidduſch Haſſchem cap. 2. בכלל קדוש השם שלא לאבד ולמחוק שם הקב״ה ולוקה משום לא תעשון כן ליי אלהיכם ז׳ שמות אין מוחקין י״י בכתיבתו ונקריאתו אלהים אהיה שדי צבאות אלוה אל׳ וכל הנטפל להם מאחוריהם כגון כ״ף אלהיך שהשם מקדשן ולוקין על השם ומכין מרדות על הטפל א״ל מאלהים י״ה מי״י אין נמחק אבל ש״ד משדי צ״ב מצבאות נמחק וכן הכנויים כמו רחום חנון גדול גיבור נאמן נורא חזק נמחק: Id eſt: *Illud quoque, erga Deum reverentia, complectitur, ne Nomen ejus tollatur, aut deleatur:* (Id enim ſi quis faciat, præcepto Magiſtratos,) *flagellandus eſt, ob violatum præceptum* (Deut. XII, 4.) Non faciatis ſic, Domino Deo veſtro. *Sunt vero VII. Nomina Dei, quæ delere prohibemur;* אדני *tam quod ita ſcribitur, quam quod ita tantum enunciatur.* אלהים. אהיה. אל. אלוה. צבאות. שדי *& quicquid hu eſt in fine annexum, uti verbi cauſa,* כ״ף *in Vocabulo* אלהיך *Nam iſta* (*affixa,*) *Dei nomen conſecrat: ſed tamen ob deletum ipſum Nomen Divinum flagellationi, ob deletum affixum, ſola caſtigationis pœna irrogatur.* אל *ex voce* אלהים *&* יה *ex nomine* יהוה *delere nefas eſt: Sed vero,* שד *ex* שדי *&* צב *ex* צבאות *delere fas eſt: Idem de Dei cognominibus tenendum, qualia ſunt* רחום. חנון. גדול. גיבור. נאמן. נורא. חזק. *nam, & hæc delere, non omnino vetamur.*

(10) *Nec ipſa*] Etſi שאינה in omnes Miſchnæ, quibus utimur, editiones, & Talmud quoque Amſtelod. receptum eſt, non tamen dubium, rectius eſſe, ſi legatur שאין, quomodo in Rabbot etiam, fol. 234. col. 1. ubi eadem verba adducuntur, ſcriptum reperi.

ח אם אמרה טמאה אני שוברת כתובתה ויוצאת ואם אמרה טהורה אני מעלין אותה לשער

5 Fatente ea, polluta ſum: (1) Ipſa proſcindens inſtrumentum ſuum dotale, (2) res ſuas ſibi habebat. Dicente vero, illibata ſum, (3) ducta

לשער המזרח שעל פתח שער נקנור ששם משקין את הסוטות ומטהרין את היולדו' ומטהרין המצורע' וכהן אוחז בבגדיה אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבה וסותר את שערה רבי יהודה אומר אם היה לבה נאה לא היה מגלהו ואם היה שערה נאה לא היה סותרו:

ēta fuit ad (4) fores Templi (5) orientales, ſeu ad portam (6) Nicanoris, (7) quippe, ibi adulteri ſuſpectis, aquas potandas dare, puerperas purificare, & leproſos mundare, conſueverunt. Cæterum, (8) Sacerdos, arreptis ejus veſtibus (9) nihil penſi habens, ſi maxime ſinderentur, aut diſſuerentur, eo uſque (*trahendo vim faciebat*,) quoad (10) ſinum mulieris denudaret; (11) crines quoque ejus explicabat. (12) R. Judas (*tamen hæc limitat*,) dicens, ſi ſinum venuſtum ipſa haberet, non fuiſſe eum a Sacerdote revelatum: nec capillos ſolutos, ſi eſſent decori.

R. OB. DE BARTENORA.

שוברת כתובתה *Proſcindens inſtrumentum ſuum dotale*, ſcribebat apocham inſtrumenti dotalis, *adulteravi, & perdedi dotale inſtrumentum meum*, ne poſtea à marito inſtrumentum dotale poſſet exigere. Ubi autem non ſolebant ſcribere inſtrumentum dotale, ſed nitebantur domus judicii conditionibus, illic ſcribebat apocham. Sed ubi ſcribebant dotale inſtrumentum, ſcindebant dotale inſtrumentum ſuum, & non ſcribebant apocham.

מעלין אותה לשער המזרח *Aſcendere faciebant illam ad portam orientalem*, aſcendere & deſcendere faciebant eam, ut hoc modo conturbaretur, & confiteretur.

שער נקנור *Porta Nicanoris*, vir quidam nomine Nicanor hanc portam Alexandria deduxerat Jeruſolyma, & facta fuerant illi miracula, propterea à nomine illius denominata eſt *porta Nicanoris*, uti dicitur in tractatu Joma. ששם משקין את הסוטות *quia illic bibendam dabant aquam adulterii ſuſpectis*, quia neceſſe erat ut fieret לפני יהוה *coram Domino*. ומטהרין את היולדות *& purificabant puerperas*, ut aſſiſterent ſacrificiis ſuis; eodem modo fiebat cum fluxu laborantibus, tam maſculis quam fœminis, qui ſacrificium adducere debebant. ומטהרין את המצורעים *& purificabant leproſos*, uti dictum eſt Levit. 14, 11. והעמיד הכהן המטהר את האיש המטהר ואתם לפני יהוה פתח אהל מועד Porro dicit Miſna וכהן אוחז בבגדיה *& ſacerdos arripiebat veſtimenta ejus*, collare veſtium. פרימה quid magis eſt quam קריעה, quia notat dilacerationem in multas partes. Alia expoſitio, פרימה notat dilacerationem ad latera, קריעה autem in longitudine. עד שהוא מגלה את לבה *donec denudaverit ſinum ejus*, uti ſcriptum eſt Num. 5, 18 ופרע את ראש האשה *& denudabit caput mulieris*, hic tantum de capitis denudatione agitur, at undè probatur denudatio corporis? reſp. ex eo quod dicitur האשה *mulieris*, ſi ita ſe res habet quare dicitur ראש *caput*? reſp. docet, quod capillitium explicare debet. R. Jehuda dicit, *ſi ſinum venuſtum ipſa haberet &c.* ne ſi mulier pura exiret, ſacerdotes juniores peccarent cum ea, quando videbant ſinum venuſtum, & capillos elegantes; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעלין אותה לשער המזרח *Adducunt eam ad portam orientalem*, id eſt, aſcendere & deſcendere faciebant eam ut confiteretur, & quia illa erat ad portam orientalem, idcirco non poterant eam facere aſcendere, niſi eo quo diximus modo. Sin autem illi eſſet inſtrumentum ſuum dotale, rumpebant illud, at ſi non erat illi, ſcribebant apocham.

נקרעו *Finderentur*, in longitudine: נפרמו *diſſuerentur*, in lateribus, quando apprehendit illa.

סותר את שערה *Crines ejus explicabat*, ſolvebat fila capillitii, eaque explicabat. R. Jehuda dicit, fieri poteſt ut pura exeat, & cum ea jocentur juniores ſacerdotum. Sapientes vero ſolliciti ſunt de turpitudine & ignominia ejus; deciſio eſt juxta Sapientes.

WAGENSEILIUS. (1) *Ipſa proſcindens inſtrumentum*] Expreſſimus tantiſper communem verbi שבר notionem, ſed Raſchi, alia, nec ullis Lexicographis notata, hoc loco illud accepit, dum ſignificatum ש״ד a שוברה שובר quod Rabbinis *Apocham* notat, arceſſit: quaſi non laceraſſe Inſtrumentum dotale, ſed quibuſdam ſubſcriptis, caſſum & irritum id reddidiſſe, ipſa dicatur. Etenim, vult exaraſſe in eo, adulteram ſua manu: זניתי והפסדתי כתובתי Id eſt: *Adulterium commiſi, atque dotis tuæ merito jacturam fero.* Placet hæc opinio, præ altera Maimonidis, qui, in Miſchnam Comment. Inſtrumentum dotale ſi extaret, revera ſciſſum eſſe, nec niſi cum perierat, apocham fuiſſe ſcriptam, contendit. Scilicet, quæ ſemel pudore ſuo prodige uſa fuerat mulier, potuiſſet deinde pergere gnaviter impudens eſſe, & ex interjecto tempore omnia quæ geſta ſunt, præfracte negare, dotemque exigere, de inſtrumento autem dotali quæſita, cauſari, id periiſſe. Sane, licebat contra marito, & teſtium, & Actorum Synedrii fide, ſe tueri: certiſſimum enim eſt, eam quondam, in conſultis illius Senatus conſignandis, diligentiam adhibitam, quam in noſtris judiciis requirunt Canoniſtæ ex c. quoniam 11. Extr. de Probat. & videri poteſt Maimonides Hilch. Sanh. item Miſchna Sanhedrin apud Coccejum c. 4. § 3. Sed, quando datur evitare, judiciorum plenum aleæ opus, ſtultum fuerit ei ſe committere, quod pluribus docent Doctores prudentiæ Civilis juris, ad l. 51. D. de Pecul.

(2) *Res ſuas ſibi habebat*] Sic Codex quoque MS. Ez Hechajim. אמרה הן נטמאתי או איני שותה יוצאת בלא כתובה והולכת לה: Id eſt: *Si diceret, Polluta ſum, aut bibere recuſaret, dimittebatur ſine dote maritali, & ibat, quo ei libitum erat.* Non igitur capitis ſupplicio in hujus farinæ adulteram fuit animadverſum, ſed dote tantum maritali excidit, nec alii pœnæ fuit obnoxia. Eandem ſententiam defendunt Maimonides Hilch Sota c. 3. §. 2. Baal Smag quoque, imo, quos de hac re conſulere licuit, Rabbini ad unum omnes. Cauſam præterea, cur capitis ſupplicium hic ceſſarit, docet Raſchi in Comm. ad Miſchnam noſtram, inquiens: אינה נהרגת שלא התרו בה עדים בשעת מעשה Id eſt: *Non occiditur, quia a flagitio perpetrando, nulli teſtes eam abſterruerunt.* Cum obſcuriora iſta ſint, lux aliunde affundenda eſt, tradit autem nobis lampada Maimonides Hil. Iſſure Bia, c. 1. ea utamur. הבא על אחת מכל העריות האמורות בתורה במזיד חייב כרת שני כי כל אשר יעשה מכל התועבות האלה ונכרתו הנפשות וגו׳ שניהם הבועל והנבעלת ואם היו שוגגין חייבין חטאת קבועה ויש מן העריות שהוא במיתת בית דין יתר על הכרת השוה בכולן: אותן העריות שיש בהן מיתת בית דין אם היו שם עדים והתראה הרי פרשו מכיחים אותן מיתה האמורה בהן ואפי׳ היה העובר תלמיד חכם: אין ממיתין ולא מלקין עד שתהיה שם התראה שלא נתנה התראה בכל מקום אלא להבחין בין שוגג למזיד: Id eſt: *Qui ullo concubitu, in Lege prohibito, conſulte ſe polluit, reus eſt excidii. Q. S. E.* (Lev. XIIX, 29.) Quisquis fecerit aliquam ex omnibus abominationibus iſtis, & exſcindentur animæ illæ &c. *Ambo nimirum, tam mas, quam fœmina. Quod ſi vero per imprudentiam peccent, determinatum piaculare ſacrificium offerendum eſt. Atque ſunt inter ſpecies prohibiti concubitus, quædam, quæ ultra excidium, quod omnes ex æquo involvunt, etiam extremum capitis ſupplicium attrahunt. Cæterum, concubitus iſti, annexam habentes pœnam capitalem, non aliter reos quoscunque, etiam Diſcipulos Sapientum, illi ſubjiciunt, quam ſi teſtes adfuere, qui factum prohibuerunt, quibus obſequium præſtitum non eſt. Nimirum, nec pœnâ capitis, nec faſtigatio locum inveniunt, niſi præceſſerit comminitio, hæc enim*

unice introducta eſt, ut τὰ ἑκούσια καὶ ἀκούσια inter ſe diſtinguat. Et vero, ex hactenus traditis, nove, verum κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, conabimur explicare locum apud Johannem cap. VIII, v. 4. *Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη·* Scilicet, deprehenſa fuerat mulier *ἐν ἔργῳ*, uti Solon, & Plato dixere: vel, ut loquebatur vetus lex Julia, *In ipſa*, adulter eſt deprehenſus. (l. 23. in pr. D ad L. Jul. de adult.) At, quia deprehenſa tantum erat, & nulla præceſſit dehortatio, ideo, id, a Chriſto, niſi fallimur, quærere videntur Phariſæi & Scribæ, quid in hoc caſu, ſacto uſus ſit, & num ſecundum rigorem Legis Moſaicæ, lapidibus obrui debeat, an vero ſufficiat more Majorum, dote ipſam mulctare? aut, ſi omnino (quod quidem Cl. Seldenus in Uxor. Hebr. l. 3. c. 11. voluit,) de necdum nupta, & deſponſata tantum ſermo eſt, quæſitum fuit, num ſufficiat, ut Sponſus eam a ſe ſegreget? Sed, ipſa ſacri Textus verba, paulo uberius explicemus, atque ut tanto clariora omnia evadant, præmittamus etiam illa, in quibus nulla eſt difficultas.

Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτόν· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς. Ἄγουσι δὲ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην·

Jeſus autem, profectus eſt in montem Olearum. Et diluculo rurſus adfuit in templo, & totus populus venit ad eum, & ſedens, docebat eos. Adducunt autem ad eum Scribæ, & Phariſæi, mulierem in adulterio deprehenſam.

Nimirum deprehenſam a teſtibus multis, aut minimum duobus, cæteroquin enim, nulla potuiſſet inſtitui accuſatio. Smag. fol. 65. col. 4. כתוב בפרשת שפטים לא יקום עד אחד באיש לכל עון ולכל חטאת בכל חטא אשר יחטא ותניא בספרי לא יקום עד אחד באיש אין לי אלא בדיני ממונות בדיני נפשות מניין ת"ל לכל עון קרבנות מניין תלמוד לומר ולכל חטאת למכות מניין ת"ל בכל חטא אשר יחטא לכל ולכל בכל לרבות להעלות לכהונה ולהוריד מן הכהונה ולרבות את האשה : Id eſt: Præcipitur Deut. XIX, 15. Neque ſurgito teſtis unicus in virum, pro ulla iniquitate, aut pro ullo peccato, ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *In quæ verba Siphri ita commentatur:* Ne ſurgito teſtis unicus in virum: *Hoc videtur tantum reſpicere cauſas pecuniarias, ſed unde probabitur, idem valere de cauſis capitalibus? Nota dictum:* Pro ulla iniquitate. *Unde probatur, idem valere, in caſibus de offerendis ſacrificiis expiatoriis? Nota dictum:* aut pro ullo peccato. *Unde probatur idem valere, cum de fuſtigatione agitur? Nota dictum:* ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *Ergo hæc capienda, de negotiis in univerſum omnibus. Atque verba,* ex omnibus, *cum caſum quoque includant; quando quæſtionem ſtatus movet, aut patitur Sacerdos: quin & eadem Fœminas includunt,* (ne quis opinetur, de viris ſolis, ſermonem eſſe.)

Καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ, λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη. Ἐν δὲ τῷ Νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι·

Et cum ſtatuiſſent eam in medio, dicunt ei: Magiſter: Hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo facto, cum mœcharetur. In Lege vero Moſes præcepit nobis, ut tales lapidentur.

Quaſi dicerent: Clara ſunt verba Deuter. XXII, 22. ſeqq. כי ימצא איש שוכב עם אשה בעלת בעל ומתו גם שניהם האיש השכב עם האשה והאשה ובערת הרע מישראל : כי יהיה נערה בתולה מארשה לאיש ומצאה איש בעיר ושכב עמה והוצאתם את שניהם אל שער העיר וסקלתם אותם ומתו : Id eſt: *Si quis deprehendatur cubans cum muliere maritata marito, omnino morientur pariter ambo, vir, qui cubaverit cum muliere, & mulier ipſa: Sic ſuſtuleris malum e medio tui. Si puella virgo, deſponſata eſt viro, quam inveniens quis in civitate, concubuerit cum ea: Omnino produactis eis ambobus, ad portam ipſam civitatis, obruetis eos lapidibus, ut moriantur.* Sic ſane ſcriptum eſt: Enim vero, non te latet, bone Magiſter, aliud vulgo Sapientes opinari, ac facere; qui, ad capitis damnandam adulteram, minime ſufficere credunt, ut de nudo delicto conſtet, ſed id requiri inſuper, ut adverſus aliorum pias admonitiones, ſeſe obſtinaverit; quod niſi fiat, ſatis eſſe cenſent, ſi dote privetur, & abigatur. Non exprimunt Phariſæi, poſterius membrum ſuæ interrogationis, quod præſentem fori conſuetudinem, nemo homo ignoraret, atque hic res ipſa, quid ſibi vellent, facile loqueretur. Imo, neceſſe quoque erat, linguam cohibere, ne ſuopte teſtimonio, arguerentur *παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν αὐτῶν·* Deeſſe quædam, & plus quam dicitur, intelligi debere, utique omnis orationis contextus evincit. Nam, ſi nihil mutationis, aut interpolationis, divina Lex paſſa eſſet, quomodo, quæſo, unquam, in mentem venire poterat Phariſæis, quærere, num ad ejus dictamen ſententia adverſus adulteram promulganda ſit?

Σὺ οὖν τί λέγεις;

Tu ergo quid dicis?

Anne ſecundum tenorem Moſaicorum verborum, an potius ſecundum interpretamenta Sapientum judicandum eſt?

Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ.

Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut poſſent eum accuſare,

Vel, tanquam contradictorem Legis Moſaicæ, ſi ab ejus diſertis, ac perſpicuis verbis, recederet: vel, ſi iiſdem ſtricte inhæreret, tanquam immitem, immiſericordem, & humani ſanguinis prodigum, quique id unum agat, ut Sapientum placitis, etiam ſumma æquitate & clementia nixis, atque ex Lege, per connexionem legitimam illatis, adverſetur.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

Jeſus autem incurvatus deorſum, digito ſcribebat in terra.

Non poſſum ſilere, ingens gloſſema, quod in Illuſtris *Pauli, [illegible] Baronis*, veteri Codice MS. Græco, quatuor Evangeliſtarum, cum olim in Hungaria eo uterer, poſt iſta verba, reperi: Subjicitur enim ibidem: *Ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας·* Quæ interpolatio, unde nata eſſe poſſit, afferam ſimul conjecturam. Apud S. Hieronymum lib. adv. Pelag. c. 6. habetur: *Jeſus inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. Eorum videlicet, qui accuſabant, & omnium peccata mortalium: Secundum quod ſcriptum eſt in Propheta: Relinquentes autem te, in terra ſcribentur.* Videtur hæc legiſſe quiſpiam, cumque prius, de accuſantium peccatis, ſe ob ſpeciem, quam habet, commendaret, annotavit id in ora libri, poſterius autem, de omnium hominum criminibus ſimul expreſſis, tanquam per nimiam hyperbolen dictum, neglexit. Quippe, ad iſta quidem deſcribenda, non tantum non templi area, ſed nec, ut Judæorum phraſi dicam: אם יהיו כל הימים דיו ואגמים קולמוסים ושמים יריעות id eſt: *Si omnia maria atramenti, omneſque cannæ paluſtres calamorum ſcriptoriorum, & cœlum ipſum, membranæ vicem præſtarent;* erant ſuffectura. (*Schabbat fol. 11. a.*) Quod in margine notatum fuerat gloſſema, Scribæ alicujus imperitia, uti ſæpe factum eſt, ipſi poſtea textui, infarſit.

Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν,

Cum autem perſeverarent eum interrogare,

Ecquid tandem cum muliere iſta incipiendum eſſet? Cogitantes interim; victus eſt, habet: Nihil eſt quod dicat nobis.

Ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω·

Seſe ſurrigens, dixit ad eos, qui veſtrum immunis eſt a peccato, primus in eam jaciat lapidem.

Non aliunde magis, Divina Sapientia hujus reſponſi, ſe prodit, quam ſi interpretationi hactenus indicatæ, inhæreamus. Sic enim Dominus noſter, eadem opera cavit, &, ne quid decederet Legis Moſaicæ autoritati, &, ne quis ſe, tanquam crudelem & ſanguinarium, poſſet calumniari; omneſque dolos, quibus petebatur, mire eluſiſſe deprehenditur. Hæc verborum fuerit ſententia. Dixiſtis probe: Moſes

ſes præcepit vobis, ut in ſimili reatu deprehenſæ mulieres, lapidentur, proinde hac utique pœna, illa quam adduxiſtis, jure affici debet. Apage enim futiles veſtras πατροπαραδόσεις, quibus ſemper Dei Leges elevatis: non placent. Sed heus, inter Vos, ô eximii, illi primi jaciant in eam lapides, qui a peccatis, & præcipue adulterio, immunes ſunt. Ipſi enim vos, qui ſummam ſanctitatem ſimulatis, nebulones, & adulteri magni eſtis, & ſemper matrumfamilias honori inſidiamini. Vide omnino infra Excerptorum Gemaræ hujus capitis Num. XI. Jam conveniunt quoque optime, reliqua, nec vel hilum ſupereſt difficultatis:

Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν· Οἱ δὲ, ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· Καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα· Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ· Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

Ipſi vero, cum hæc audiviſſent, & a conſcientia redarguerentur, ſingulatim, alius poſt alium exierunt, initio facto a Senioribus, uſque ad ultimos: & derelictus eſt, ſolus Jeſus, & mulier in medio ſtans. Jeſus autem ſeſe ſurrigens, & nemine conſpecto præter Mulierem, dixit ei: Mulier, ubi ſunt illi accuſatores? nemo te condemnavit?

Nemo te condemnavit? id eſt: An nemo unus, eam quam pronunciaveram ſententiam, exequi ſuſtinuit? Non opinor, aliud quæſiviſſe Servatorem. Ipſus utique, jam ſuo ore damnaverat Mulierem, ita ut novo decreto opus haud eſſet. Phariſæi & Scribæ quoque, non Judices, ſed Accuſatores venerant, nec ulla ratione per Legem Moſaicam licebat, utroque munere ſimul defungi. Facile admittit, eam, quam dedimus, explicationem, verbum Κατακρίνειν, quam ne ſimplex Κρίνειν quidem reſpuit, ſæpe Sacris Scriptoribus, pro *Caſtigare*, & *Punire*, uſurpatum, ceu Reverendo Glaſſio in Rhetorica Sacra p. 19. quoque notatum, viderique poſſunt loca, Gen. XV, 14. 2 Paral. XX. 12. Pſal. IX, 20. Act. VII, 7. Hebr. XIII, 4. His addas licet loca, in quibus pro *Pœna*, & *Supplicio*, voces Κρίμα & Κρίσις ponuntur, qualia ſunt: Ex. VI, 6. Prov. XIX, v. ult. Rom. II, 3. 1. Cor. XI, 29. 1. Pet. IV, 17.

Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐδεὶς Κύριε, εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω·

Ipſa vero dixit: Nemo Domine. Dixit autem ei Jeſus. Nec ego te condemno.

Id eſt: Nec ego, merita pœna te mulctabo: Non enim veni in hunc mundum, ut facinoroſos ſuppliciis afficiam, ſed ut ad pœnitentiam eos vocem, & pro illorum peccatis, ego mortem luam. Quin igitur:

Πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε·

Vade, & ne deinceps pecca.

(3) *Deducta fuit*] Non hæc ita capienda, quaſi Sota è veſtigio in eum locum perducta ſit, in quo ipſa ſubſtiterit: Nam, ut Raſchi ad Num. V, 18. notat: מסעין היו אותה ממקום למקום כדי ליגעה ותטרף דעתה ותודה: In noſtro ingenti Pentateucho MS. qui præter ſacrum textum, etiam Onkeloſi Paraphraſin, & R. Salomonis Commentarium, complectitur, pro ותטרף quod in Buxtorfianis Bibliis, aliiſque extat, melius legitur שתטרף ſenſus vero verborum eſt: *Prius de loco in locum illam circumducunt, defatigandi cauſa, ut ejus mens turbetur, atque fateri occipiat.* Codex MS. Ez Hechajim, eadem habet, additurque ibi, illos, qui præſentes erant, cinxiſſe etiam mulierem corona, ut laſſitudini ipſi eſſent, & in eas angoſtias miſellam redigerent, ut quo ſe verteret, penitus neſciret.

(4) *Fores Templi*] Haud inconvenienter: Scilicet, ſpecies quædam judicii, ſed ab ipſomet Deo peragenda erat, igitur ad Portam Templi itum, ſic enim quondam Senatores & Judices, jura civibus redditurі, in foribus Templi, ac civitatum conſidebant; imo juxta portas urbium, & larium paternorum, certis caſibus, propter ſanctionem divinam Deut. XXII. promulgatam, de mulieribus adulteris, ſumtum eſt ſupplicium. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Dajanim cap. 1. מעמידין שני בתי דינין של כ"ג כ"ג דיינים אחד על פתח העזרה ואחד על פתח הר הבית וכן בכל עיר מישראל שיש בה מאה ועשרים או יתר מעמידין סנהדרי קטנה ויושבת בשער העיר: id eſt: *Hieroſolymis conſtituta fuere judicia duo, quorum quodque Judices XXIII. complectebatur, eorumque alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis templi, colligebatur. Pari ratione, in quoque oppido, quod CXX. aut plures Judæi, incolebant, conſtitutum fuit Synedrium parvum, atque ejus Senatores, in Porta Civitatis, jus dicebant.* Porro in eodem MS Hilch. Nidda cap. 2. traditur: הנערה המאורסה אם זנתה בבית אביה אע"פ שלא העידו עליה עדים אלא אחר שבאה לבית חמיה נסקלת על פתח בית אביה ואם אין לה אב או היה לה אב ואין לו בית נסקלת בבית הסקילה ולא נאמ' פתח בית אביה רק למצוה: זנתה בבית חמיה קודם שימסור אותה האב אע"פ שהעידו עליה אחר שחזרה לבית אביה נסקלת על פתח שער העיר ואם היתה עיר שרובה גוים נסקלת על פתח ב"ד: id eſt: *Virgo deſponſata, ſi ſcortetur in domo Patris ſui, licet teſtes indicium ante non faciant, quam in domum Soceri illa eſt deducta, lapidibus obruenda, juxta fores ædium paternarum. Quod ſi orba patre ſit, aut habeat quidem patrem, ille vero ædibus careat, hoc ſupplicio, in loco, ei rei deſtinato, afficitur: nam domus paternæ* (Deut. XXII, 12.) *mentio tantum fit,* τῆς δικαιοκρισίας ἕνεκα· *Si ſcortata ſit in domo Soceri, antequam in hanc, Patris voluntate, plene conceſſit, etiamſi teſtes tantum poſt reverſionem in domum paternam, dilicti admiſſi indicium faciant, ipſa lapidibus obruenda, ſecundum Portam Urbis. Sed, ſi in ea urbe, majorem incolarum partem, οἱ ἔξω conſtituant, pœna hæc infligenda, ad fores Curiæ.* Forſitan mos in Portis Urbium judicandi, a Judæis, ad Hiſpanos traductus eſt. Nam cum in veteri Lege, Alphonſus Sapiens, edixiſſet Carmonenſibus, ne neophyti, hæretici, deſertores veræ religionis, & excommunicati, unquam in illa porta conſidendi jus habeant: *Mando y atorgo por fuero, que qualquiera, que aya eſtado de otra ley, o fuere ſoſpechoſo de heregia, o ſaliere de orden, o fuere publicamente deſcomulgado, que nunca ſea en ningun Portillo.* Id eſt: Mando & edico, ne quiſquam eorum, qui alienæ religioni fuit addictus, aut qui hæreſeos ſuſpectus eſt, vel qui Ordinem (*ſacrum*) deſeruit, aut publice eſt excommunicatus, unquam in ulla Porta ſedeat. Ad ea verba, Don Rodrigo Caro, en las Antiguedades y principado de la Ciudad de Seuilla l. 3. cap. 44. ſequentia, quæ Latina, pro Hiſpanicis, Lectori damus, annotat: *Non ſedere in Porta, eſt, non gerere Magiſtratum, quondam enim Judices judicabant in Portis Civitatum. Atque ſic quando Eccleſia pro Defunctis orat, ut illos Deus a Portis Inferni liberet, id precatur, ut Deus e ſententia mortis æternæ, eos qui obierunt, eripere dignetur.* Cæterum, pro לשער המזרח proque eo, quod mox ſequitur, שער ניקנור ut Miſchnæ habent editiones, in Talmude Amſtelod. eſt כשערי המזרח & שערי ניקנור tam levi differentia, ut vix indicaſſe eam, operæ pretium ſit.

(5) *Orientales*] Portæ hujus, facies anterior, Orientem reſpiciebat, perque eam patebat aditus, in Atrium Iſraëlitarum. In Occidente, e regione opponebatur, Sanctum Sanctorum, ſeu Templi adyta penetralia, ad quæ cum ſemper reſpicerent adorantes, ideo non Occidentali tantum, ſed &, quæ huic obvertitur, Orientali mundi plagæ, nata quædam inter Judæos veneratio, plena ſuperſtitionis, imo vero amentiæ. Exponemus rem, verbis Rambam Hilch. Bet Habbech. cap. 7. §. 9. e quibus conſtabit, etiam bonum Maimonis filium, aliquando in idem lutum cum cæteris Magiſtris prolabi, & in eo ſe volutare, אסור לאדם לעולם שיפנה או שישן בין מזרח למערב ואין צריך לומר שאין קובעין בית הכסא בין מזרח למערב בכל מקום מפני שההיכל במערב: לפיכך לא יפנה למערב ולא למזרח מפני שהוא כנגד המערב אלא בין צפון לדרום נפנים וישנים: id eſt: *Nunquam homini fas eſt, aut ventris onus ſecernere, aut dormire, inter Orientalem, & Occidentalem, Orbis plagas. Neque opus eſt monere, nuſquam gentium faciendam eſſe latrinam, inter hos mundi cardines, Sacrarium enim in Occidente eſt. Quam ob rem, nec Occidentem, nec Orientem verſus, urgenti naturæ ſatisfacere convenit. nam Oriens*

Occidenti reſpondet: quin potius inter Septentrionem & Auſtrum, tam abjiciendæ ciborum retrimenta, quam ſomnus capiendus eſt. Ad Orientalem vero Portam ducenda erat Sota, quia præcipit Moſes Num. V, 16. והעמידה לפני יי id eſt: *ut ſiſtatur coram Domino.* At, ex veteri traditione, quæ habetur in Rabbot fol. 232. col. 2. בכל מקום שנ׳ לפני יי הוא במזרח: id eſt: *Quotieſcunque in Scripturis adhibetur Phraſis, coram Domino, ſemper de Orientali plaga, ſermo is accipi debet.*

(6) *Nicanoris*] Ne diu hæreamus, in exponenda ratione, cur Atrii Virorum, Portæ Orientali, a Nicanore nomen inditum ſit, & in narrando miraculo, quod circa eam contigiſſe Judæi ferunt, facit induſtria Doctiſſimorum Virorum, Johannis Lightfooti, & Conſtantini l'Empereur, quorum alter in Horis Talm. Chorogr. c. 30. alter in Middot. c. 2. ſect. 3. hanc rem præceperunt, illi igitur viſendi. (*Confer Schevet Jehuda p. 368. verſion. Gentii.*) Interim, iis quæ l'Empereur ex Talmud Hieroſolymit. de miraculo Portæ Nicanoris prodidit, omnino addendum fuerit, non in omnium Judæorum animis eam ſententiam inſediſſe, quod Porta Nicanoris ſub navigio paulatim e mari in portum prorepſerit. Nam, in Joma Babylonico fol. 38. a. ubi idem ex mente quorundam refertur, mox additur: וי״א כריש שבים בלעתה והקיאתה ליבשה: id eſt: *Sunt, qui dicant, immanem marinam belluam eam ſubglutiviſſe, ac iterum in continentem evomuiſſe.* In hoc Talmudis loco obiter emendamus vocem quæ videtur corrupta. Dicit enim R. Elieſer, Portam Nicanoris fuiſſe conflatam ex נחשת קלוניתא. Atque recte quidem judicat Raſchi, ſignificari poſteriore vocabulo certam æris ſpeciem, ſed qualis iſta fuerit, non dicit, neque ulla fortaſſe unquam, reperta ejus nominis. Proinde opinor קלוניתא depravate ſcriptum eſſe, pro קרינתיא & innui, *Corinthium æs*, Portæ huic præbuiſſe materiem. Corinthii enim æris quoddam genus Plinio l. 34. H N c. 2. teſte, Auri fulvam naturam imitatur, qualem ſplendorem, æs Portæ Nicanoris habuiſſe, Magiſtri ibidem, & in Middot cap. 2. perhibent. Magnam depravationem paſſa eſſe propria nomina in Talmude, ob Judæorum ſupinam in Hiſtoriarum, & Geographiæ ſtudiis, inſcitiam, norunt omnes, qui in ejus lectione, mediocriter ſunt verſati; atque velint nolint, ultro agnoſcere, id ipſi etiam Rabbini coguntur. Unde, cum in Succa Talmudis Hieroſolym. cap. החליל legitur, Alexandrum Macedonem innumeros occidiſſe Judæos, in Urbe Alexandria: Baal Schalſchel. Hakkab. p. 29. b. id aſſertum tueri non valens, tandem ait: נוכל לומר שבהמשכת הזמן נפלו טעיות במעתיקים ובדפוסים: id eſt: *Licebit dicere, tractu temporis, irrepſiſſe vitia in Codices Manuſcriptos, & in impreſſos.* Enim vero, ut ad Portam Nicanoris, a qua receſſi, revertar, non levem hic diſſenſum, inter viros doctos, quos ſupra laudavimus, notare licet. Conſtantinus l'Empereur enim l. c. & in Ichnographia Templi, Nicanoris portam, ante Atrium Mulierum ſtatuit, ad eamque ex Antemurali, per gradus XII. fuiſſe aſcenſum exiſtimat. Contra Lightfootus per Portam Nicanoris, patuiſſe aditum in Atrium Iſraëlitarum, ac XV. gradibus, Mulierum Atrio, eam fuiſſe editiorem, perhibet. Priori ſententiæ, quantum ſuſpicor, occaſionem dedit, quod Joſephus αὐτόπτης l. 6. de Bello c. 14. verbis diſertis dicit, Portam Atrii Mulierum, ex ære Corinthio fuiſſe conflatam; cum vero idem hoc Rabbini de Nicanoris Porta prædicare videantur, igitur de eadem, utriſque ſermonem eſſe, l'Empereur arbitratus eſt. Interim, ſtat pro Cl. Lightfooto vetus Talmudiſtarum traditio, quam toties in Hilch. Bet Habbech. tuetur Maimonides, ac ſequitur quoque Jacobus Jehuda Leo, in libello de Templo Hieroſol. a Cl. Sauberto Latinitate donato l. 2. cap. 44. Baal Schalſch. Hakkab. p. 15. b. nec non Abraham Medicus, in Schilte Haggibborim fol. 18. col. 3. imo non credimus, inter Rabbinos eſſe, qui diſſentiant, quare & nos huic opinioni, paulo ante ſubſcripſimus. Quod autem ad allatam modo, difficultatem attinet, ea tolli forſitan poteſt, ſi dicamus, fuiſſe omnino Portam Atrii Mulierum, Corinthiacam, cum Joſephus oculatus teſtis, ſic memoriæ prodiderit: habuiſſe item Portam Atrii Iſraëlitarum, a Nicanore nomen; ſed illos decipi Magiſtros, qui hanc Alexandria allatam, planeque æream fingunt, cum potius verum ſit, aurum argentumque, ut apud Joſephum eſt, illi ornatum præbuiſſe; inditum vero nomen eſſe, a Nicanore Duce, ætate Chaſmonæorum, Hieroſolymis occiſo; ceu alios quoſdam Rabbinos ex Taanit c. 2. ſentire, autor eſt Baal Juchaſin, loco, quem Lightfootus adduxit. Quia in eo ſumus, ut Templi Hieroſolymitani Portas contemplemur, priuſquam hinc diſcedimus, age eam quoque, quando ſic fert occaſio, quæramus, quam Lucas Actor. III, 2. 10. Ὡραίαν vocat. Ii, cum quibus hactenus egimus, viri eruditi, Ligtfootus, & l'Empereur, nunc in eo rurſus conveniunt, fuiſſe hanc Portam, in Orientali plaga, Atrii mulierum; cui ſententiæ, ne penitus accedam, ſcrupulus facit, qui injicitur. Principio enim dubito, num juxta Atrii Mulierum Portam, ob loci religionem, fas fuerit homini claudo, & qui ne loco quidem ſe movere poterat, conſidere, ſtipemque colligere. Scilicet, ſi ut eſt in Kelim cap. 1. §. 9. בין האולם ולמזבח אין בעלי מומין ופרועי ראש נכנסים לשם id eſt: *Locus inter Porticum & Altare, tam ſanctus erat, ut* (etiam Sacerdotibus) *corpore vitiatis, aut nudis capite, in eum ne quidem ingredi liceret:* jure quis ambigat, num mendicis ægris, & corporis vitio laborantibus, fuerit conceſſum, ut prope Portam Atrii mulierum, aſſidue eleemoſynam peterent. Et ſane, cæcum quoque natum, apud Johannem, non intra, ſed extra templum mendicaſſe, patebit, ſi Evangeliſtæ cap. VIII. verſ. ult. cum cap. IX. verſ. 1. & 8. conferantur. Porro, nec Porta Atrii Mulierum, ſatis commoda apparet, ad ſtipem colligendam; utique enim magis e re erat, juxta extimam aliquam ſedere, ut tanto plures, & imprimis pii Alienigenæ, undecunque gentium Hieroſolymam ad ſacra facienda confluentes, & ipſis Judæis haud dubie liberaliores, poſſent exorari. Ergo, ſalvis aliorum judiciis, mihi quidem probabile fit, τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην Ὡραίαν, in Gentium Atrio extitiſſe. Et vero, fallor, an ipſe Lucas id aperte indicat, quando de claudo ad illam portam conſidente ſic v. 3. loquutus deprehenditur: ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν· item quando v. 8. de jam ſanato ſcribit: Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει· Καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν· Ex his enim, omnino conſequitur, nondum Petrum & Johannem, per Atrium Gentium, & Antemurale penetraſſe, ſed extra omne Templum fuiſſe conſtitutos. Cæterum, huic opinioni illud unum adverſatur, quod Lucas, Portam, juxta quam locabatur mendicus claudus, Ὡραίαν vocat, quæ appellatio in nullam ex Templi extimis portis, videtur quadrare, bene autem in Orientalem Atrii Mulierum, cujus ſpeciem tantopere Joſephus deprædicat. Audebo, & hic dicere, quid in mentem mihi venerit. Nimirum, cenſeo, vocem Ὡραίαν non tam vertendam eſſe, *Speciosam*, aut *Pulchram*, ceu tranſtulere Interpretes, quam, *Lætam*, *Hilarem*, *Amœnam*: Sic enim & Cantic. I, 15. pro הנך יפה דודי אף נעים *Ecce tu pulcher es dilecte mi & amœnus:* LXX. dixerunt: Ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου καὶ γε ὡραῖος· Ergo, cum hanc explicationem vocabulum admittat, eſt fortaſſe ἡ θύρα Ὡραία, ipſa Porta orientalis Atrii Gentium, dicta alias שער שושן ſeu *Porta Suſan*, hanc enim, *Portam Gaudentem, vel Lætam; vel Gaudii, & Lætitiæ*, (Sic vox Suſan, in Interpretatione, veteri nominum propriorum, quæ in Bibliis occurrunt, & quam bis in membrana deſcriptam poſſidemus, exponitur;) merito quis vocaverit. ששון enim & שושן cognatæ voces ſunt, ac frequentiſſime Judæi propria nomina appellativorum notione, in ſimilibus caſibus uſurpant, ceu alias a me oſtendetur. Sive autem Porta hæc, Suſan dicta fuit, quia in ea ſculpta fuit figura Suſan metropoleos Perſicæ, in ſubjectionis ſignum, quod ex Gloſſa Middot l'Empereur cap. 1. ſect. 3. & quoque Lightfootus contendunt: ſive, quo magis cum Baal Juchaſin pag. 65. b. inclino, verior eſt expoſitio, Interpretum aſſerentium צורת עשו בני הגולה כדי שיזכרו הנס של פורי׳ שנעשה בשושן: id eſt: *Imaginem Suſan a Judæis e captivitate poſtliminio reverſis, expreſſam eſſe, in memoriam miraculi Purim, quod in ea civitate acciderat:* Haud enim cre-

credibile eſt, Judæos, æternum ſubjectionis Perſicæ ſignum, tolerare voluiſſe, etiam, cum illius gentis ſupercilium non amplius formidarent. Nihilo minus, utra, inquam, harum opinionum in re fundamentum habet, nihil cauſæ hactenus decedit. Nam, ſi Suſan ſubjectionis fuit ſignum, receptiſſimo more ſuo Judæi, mali ominis rem in melius converterunt, & quod triſtitiæ nota erat, gaudium ac hilaritatem interpretabantur. Si vero, ob Eſtheris memoriam, imago urbis Suſan effecta eſt, merito Læta dicitur Porta, quæ in mentem vocabat, rem, qua nulla unquam, Judæis majorem gaudii ac hilaritatis occaſionem præbuit, quæque etiamnum ſeris Nepotibus, cor intra præcordia exultare facit, quoties de ea cogitant.

(7) *Quippe ibi &c*] Cur ita pronunciet Miſchna, ratio redditur in Gemara noſtra fol 8. a. & Jalkut fol. 207 col. 1. Quæ, quia contorta videtur, ideo eam non adducimus. Indubie autem hoc loco, cum editionibus Miſchnæ, & Jalkut, legendum סנהדרין ſic, ut כסהרות quod in Talmude Amſtelod. comparet, pro vitioſo haberi debeat.

(8) *Sacerdos*] Ecquis iſte fuit, & qualis? Petrus Cunæus l. 1. de Republica Heb. c. 12 docet Sacerdotem qui pars Senatus erat, hoc officio functum eſſe. Sed, num idonea fultus autoritate, id dixerit, fere animi pendeo. Quid enim, num ſi nemo Sacerdotum in Synedrium lectus fuiſſet, ob hanc cauſam ceſſaturum erat, mulieres adulterii ſuſpectas explorandi, beneficium? Minime vero gentium, & alia omnia credere, ratio poſtulat. Equidem, non ignoro, in Supremum Senatum, Sacerdotes communiter fuiſſe adſcitos, veruntamen, id abſolute neceſſarium non erat, & aliter res ſe habere potuit. Eſt in hanc rem locus illuſtris apud Maimonidem Hilch. Sanh. c. 2. §. 2. quem Doctiſſimus Caſaubonus Exerc. 13. adv. Baron. n. 5. quoque laudat, etſi eum paulo negligentius adduxit, tranſtulitque. Sic habet integer: מצוה להיות בסנהדרין גדולה כהני׳ ולוים שנ׳ ובאת אל הכהני׳ הלוי׳ ואם לא מצאו אפילו היו כולם ישראלים הרי זה מותר: Quæ Interpretor: *Factum bonum eſt, ſi in Synedrium legantur Sacerdotes & Levitæ; Scriptum enim* (Deut. XVII, 9.) *Et adibis Sacerdotes Levitas. Sed, ſi inter hos* (iſto honore digni) *non reperiantur, ſi maxime totus Senatus, Judæis laicis conſtet, pro legitimo habendus eſt.* Quæ cum ita ſint, haudquaquam firmo talo ſubſiſtit Cunæi opinio. Interim, nec Judæi ipſi, ſatis in hac re ſibi conſtant. Nam in Jalkut fol. 206. col. 4. traditur: כהנים מטילין גורלות ביניהם וכל מי שעלה גורלו אפילו כהן גדול יוצא ועוכר id eſt: *Sacerdotes inter ſe Sortem jaciunt, & quem ea tetigerit, etiamſi ipſe fuerit Summus Pontifex, ad explorandi munus ſe accingit.* Contra, in noſtris Annotationibus MS. ſuper R Salomonis Comment. in Legem, aſſeritur, has partes relictas לכהן שבאותו משמר: id eſt: *Sacerdoti* τῆς ἐφημερίας, *quam ordo miniſterii ſacri tangebat.* Hanc ſententiam, priori prætulerim, quando nihil cauſæ video, quare, cum cætera omnia munera ſacra, peragerent ſtatis ſuis temporibus, cujuſque Claſſis Sacerdotes, ad ſolam Sotæ explorationem, quiſque, ex quocunque ordine, extra legitimum miniſtrandi tempus, potuerit admitti. Inter ipſos vero, divinis officiis fungentes, ἐφημερίας Sacerdotes, quis circa Sotam occupare ſe deberet, forte exploratum fuiſſe, libens conceſſero. Etenim, iſta ratione diviſa eſſe munera, ex Joma c. 2. & ex Tamid paſſim, conſtat. Ejusdem rei teſtimonium, habemus quoque in Novo Teſtamento. Lucas enim cap. I, v. 9. de Zacharia ait: Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι: Quæ verba, inter omnes, quotquot nobis conſulere licuit, Interpretes, ſolus, optime intellexiſſe videtur, vetus Vulgatus; vertit enim ſcitiſſime: *Secundum conſuetudinem Sacerdotii, ſorte exiit, ut incenſum poneret.* Λαγχάνειν enim, pro κλήρῳ aut κυάμῳ λαβεῖν, apud Scriptores, non eſt infrequens. Nos igitur, ex duabus differentibus, Judæorum ſententiis, aliam tertiam facimus, & veritati quidem ſimillimam.

(9) *Nihil penſi habens &c.*] Eruditiſſimus Heinſius, in Ariſtarcho c. 28. phraſin hanc, ad verbum vertit: *Si rumpantur veſtes, rumpantur; ſi diſſuantur, diſſuantur.* Nos, ſenſum expreſſimus, præeunte MS. Codice noſtro Ez Hechajim, ubi in Hilch. Malkut c. 2. pro altera illa, Miſchnæ noſtræ locutione, ſubſtituitur, plane uti tranſtulimus: ולא קריעה יהיה אם יקרעו או יפרמו Quomodo vero פרימה & קריעה inter ſe differant, docet Buxtorf. Lexic. Talmud. voce פרם. ex Baal Aruch. Cum ejus expoſitione, conſentit Maimonides, Comment. in Miſch noſtram, inquiens: נקרעו שנקרעו באורך ונפרמו שנקרעו מן הצדדין id eſt: *Verbo* קרע *indicatur ſciſſio veſtium, ſecundum longitudinem, verbo autem* פרם *ea, quæ fit in lateribus,* (ſive ſuturis.)

(10) *Sinum mulieris denudaret*] Id fiebat, ut Mulier eo magis afficeretur ignominia. *Brandſpiegel* c. 16. *Da reiſt der* כהן (der Sota) *die Kleider auf, alles von wegen Schand.* Quippe, etiam nunc, ingens probrum eſt, ſi mulieris Judææ, quantulacunque corporis pars, præter eas, quas honeſte omnes oſtendunt, queat conſpici. Hinc idem inculcat Autor: *Ein jegliche Frau, ſol haben gantze Kleider, wann ſie ſchon nit gut ſeyn, neter gantz, und reinlich, daß ihr nicks blos am Leib heraus geht, und die uberhembder nit offen ſeyn unter der Ackſel: und die Weiber, die ſich zu Fleiß machen ſolche uberhembder, die offen ſeyn unter der Ackſel, die werden kein Freud ſehen an ihren Kindern, und es wär beſſer, ſie hatten keine Kinder.*

(11) *Crines quoque ejus explicabat*] Joh. Seldenus judicium ſuum, eruditionemque, non adhibuit in conſilium, cum lib. 3. Ux. Hebr. c. 5. illam, quam perſequimur rem, enarrans, ſcripſit: *Sacerdos tunc alius, veſtes e corde tenus dilacerabat, nudato uſque ad crines capite, cincinnos, ſi qui erant, abſcondebat.* Nam, ut verbo tantum moneam, omnium Rabbinorum conſenſu, nequaquam alium, ſed unum eundemque Sacerdotem, peregiſſe omnia: tum etiam illud alterum, nulla ratione ſalvari poteſt, quod deceptus vocis Hebrææ, ambiguitate, Sacerdotem, cincinnos mulieris abſcondiſſe docet, quos tamen certum eſt, ab illo fuiſſe ſolutos, perque humeros ſparſos: סתר enim hoc loco non *Abſcondere*, ſed *Diſturbare* notat: quam aſſertionem præter argumentum, quod Miſchnæ noſtræ contextus συνάφεια, liquido ſuppeditat, in promtu quoque eſt, confirmare ipſis Judæorum interpretationibus. Autor libri *Brandſpiegel* c. 62. *Da fürt man die* Sota *zum* כהן *der ſtellt ſie zur Thür des* ב"ה, *und reiſt ihr forn die Kleider auf, und zieht ihr den Schleyer ab, und ſticht ihr die Zopff auf, daß ſie in Haaren ſteht.* Idem c. 16. *Die* תורה *hat geheiſſen die* Sota *ſtellen in Haaren, und der* כהן *ſticht ſie auf.* Sic in Notis quæ adjiciuntur Pentateucho Judæorum Germanico, Paraſcha נשא. *Er thut ihr auf die Flechten von ihre Haar.* Zenna Renna fol. 92 column. 4. *Der* כהן *macht ihr die Zopff auf, und wirfft ihr die Haar hin und her.* Nullum igitur dubium relinquitur, Sotæ crines, à Sacerdote fuiſſe diſplicatos, atque ſi Jalkut, fol. 207. col. 2. ſequimur, oculos avertendo, retroſpexit Sacerdos, cum ita Sotam tractaret. In Rabbot fol. 210. col. 3. ſuperſunt quoque verba, quibus hoc agens, uſus eſt Sacerdos, dixiſſe enim fertur: את פרעת כדרך בנות ישראל שדרכן להיות מכוסות ראשיהן והלכת בדרכי הגוים שהן מהלכות ראשיהן פרועות: id eſt: *Tu peccaſti contra conſuetudinem filiarum Iſraelis: Ipſæ enim, caput tegunt; tu vero, Gentilium fœminas, imitata es, quæ nudis capitibus, ſic obambulant.* Scilicet, quia de adulterio ſuſpectæ, aperto ſtabant capite, כאן לבנות ישראל שגלוי הראש גנאי להם: ut Raſchi ait ad cap. V. Numer. v. 18. id eſt: *Exinde diſcimus, nuda capita, eſſe probro fœminis Judaicis.* Adde Cetubot fol. 72. a. Atque hinc, illa ſolicitudo ortum habet, qua Judæorum mulieres hodienum, crines ſuos abſcondunt, ne a quoquam conſpiciantur; nam illos ſolvere, vix ſolis, & in interius conclave ſeſe abdentibus, permittitur: Suntque inſuper perſuaſæ a Magiſtris, malignos Spiritus, in capillos ſuos ſi paſſi ſint, actutum involare. Non vidi, qui curatius de hac re egerit, Autore libri *Brandſpiegel*, & proderit, pluſcula ex illo, in medium proferre. Sic habet p. 49. b. *Wann ein Frau, allein is, in einem* חדר *wol verſchloſſen, da thar ſie gleichwol nit nacket gehn, oder mit bloſen Kopff, die heilige* שכינה *is uberal: auch mocht es ſich treffen, es wer ein groß Geſchrey, da möcht ſie vor Schrecken heraus lauffen, auch thut ſie von ſich Gottesforcht, oder muß ſich furchten der* שר *wird ſie ruffen, und ſie thut auf.* Sequitur p. 51. a. *Ein Frau die ſich abſchleyert, oder auſzieht, und gedenckt, kommt ein frem-*

der Mann, da will ich ſtucks alles umbüllen, und will die Hand auf den Kopf legen. Unſer חכמים *loſen ſich nit begnügen an dem. Wann ſie geht eingehüllt, da gedenckt man, daſs ſie is nacket geweſen, und mocht Sunden mit den Gedancken, und daß ſie den Kopff mit der Hand zudeckt, rechnen es die* הכמים *as barhauptig: will ſie das Fürtuch auf den Kopf legen, da deckt ſie ſich fernen auf. In* פרק ר׳ אליעזר *ſteht, ein löſer* כראך *heiſt* עזאזל *is drauf geſetzt, wann er ſieht aſo ein Frau, as ich da ſchreib*, Denique pag. 54. a. traditur: *Die* חכמי הקבלה *ſchreiben, daß ein jegliche Frau ſol ſehr gewarnt ſeyn, an Züchtigkeit und* בפרט *mit den Haaren, wie viel boſes Leid, kommt davon, von Himmel und Erd; auff ſich, und auf ihren Mann, und auf ihre Kinder, und bringt Armuth ins Haus. Schreiben von wegen* ר׳ שמעון בן יוחאי *wo einer Frau ein Haar heraus geht, da kommen die böſen* רוחות *und ſitzen drauf, und verderben alles im Haus, und die* גמרא *zählt dreyerley an einer Frauen, is ein Schand; wann ſie hoch ſchreyt, und wann ſie weiſt den Leib, und die Haar gehnen ihr heraus.* Fallor, an huc pertinet, quod vulgo Judæis (fortaſſe etiam multis, e noſtra plebe) creditur, Mulieres Veneficas, non vehi poſſe per aëra, niſi capillis paſſis? Quaſi, cum hi conditi ſunt, dæmon poteſtatem in Sagas exercere, & e ſuis locis dimovere eas, nequeat. Baal Chaſidim Numer. 464. השטריאות צריכין לנפץ שערים קודם שיברחו לכך משביעין אותן שתבאי בנפוץ שער ולא תהא רשאה לצאת אלא ברשותי: id eſt: *Striges, ſi aliquo contendere velint, crines prius ſolvere debent. Quamobrem, in adjurando eas, utuntur verbis:* (Volo, jubeo.) *ut venias crinibus paſſis, &, ne ſine mea venia, recedas.* Hactenus allata, annotanda duximus, propter locum difficilem, 1 Cor. IX, 10. quo Apoſtolus, Fœminis imperat, Εξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τὰς Αγγέλους· Etſi enim minime exiſtimo, eandem S. Paulo, quæ Judæis eſt, mentem fuiſſe, tamen hanc ſpeciem habent verba, & ſaltem aliquid, ad ea magis illuſtranda, conferre poteſt, quod Magiſtri produnt, nam, & Veritati contrariis, ſæpe mens noſtra, in intelligendo juvatur. Ad ipſum autem locum Apoſtoli, quod attinet, video, hunc Viros Doctos, varie exercuiſſe. Ampliſſimus Gothofredus, in ſua, de Imperio Maris, ſeu ad l. 9. D. de L. Rhod. de Jactu, Diſſertatione, non ſolvit nodum, ſed ſecat. Pro voce Εξουσίας enim, Εξουβίαν quæ Exuvias, & velamentum capitis, notat; pro Διὰ τὰς Αγγέλους, ipſe Διὰ ἀγελαίους, vel διὰ τὰς ἀγέλας, legere jubet, atque ἀγελαίους, aut τὰς ἀγέλας, *Juvenum greges*, interpretatur; ut, propter Juvenum illecebras, & cupiditates, oportere fœminas velatas eſſe, ſecundum Gothofredum, Apoſtolus ſcripſerit. Laudo ingenium, non tamen iis, quæ Vir Inſignis exigit, morem geſſerim. Nam, ſi qui ſunt, quibus religio eſt, in ſacroſanctis literis, citra Scripti Codicis, aut Veteris Interpretis, vel S. Patris cujuſdam, occaſionem, ἰῶτα ἕν, ἢ μίαν κεραίαν, ex proprio ingenio tollere, aut immutare, in his ego, quoad vixero, nomen profitebor meum. Quin, nec ἐξουβίαν, pro ἐξουσίαν, legere, ulla evidens nos compellit neceſſitas, & ſine correctione ſenſus conſtat. Amplector enim, illud, neſcio cujus Veterum, in Catena Oecumenii, ſuper Epiſtolas, p. 450. Εξουσίαν ἔχειν τουτέστι κάλυμμα, ἵνα φαίνηται, ὅτι ὑπὸ ἐξουσίαν τυγχάνει· τὸ γὰρ κάλυμμα κάτω βλέπειν καὶ κεκυφέναι ποιεῖ, ὅπερ σύμβολόν ἐστι καὶ δουλικὸν, τοῦ ἄρχοντος ἀνδρός· His admiſſis, res omnis ſalva eſt. Deinde, ad alteram correctionem, progrediendo, ſi maxime ἀγέλας παίδων, Strabo (ad hunc enim provocat Gothofredus) dixiſſe deprehenditur, tamen, ſi recte putemus, haud magnum id ejus cauſæ adjumentum præbet. Quippe, ἀγέλας ſimpliciter, nudeque, de Juvenum gregibus, Veteres, & præcipue Sacros Scriptores, uſurpaſſe, id vero probandum erat, ſi qualitercunque, Emendationem ſuam probabilem reddere, moliebatur. In Opuſculis, quæ ſub Pauli Colomeſii nomine, nuper Ultrajecti prodierunt, p. 78. *Angelorum nomine*, inquit Autor, *ſpirituales Dei miniſtros vulgo intelligunt Theologi; ſenſu frigido. Nos, cum bona ipſorum venia, Angelos hic dici putamus, viros ſanctos & fideles, quomodo Sethi poſteri Gen. VI, 2. in antiquiſſimo Codice Alexandrino verſionis LXX. Interpretum* Ἄγγελοι θεοῦ *vocantur.* Quod Colomeſio in mentem venit, idem jam olim viſum fuerat Clementi Alexandrino, cujus verba Oecumenius p. 451. allegat, & non ex iſto: Αγγέλους φησὶ τοὺς δικαίους καὶ ἐναρέτους· Κατακαλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν αὐτοὺς σκανδαλίσῃ· Sed, huic opinioni, illud forſitan incommodat, quod ſoli fere imbecilli fide, & quorum virtus in mores nondum tranſiit, offenduntur intuitu fœminarum, ac perturbationibus ſuis, fræna laxant. Ergo, his ſuccurrendum, deque illis potius ſermo concipiendus erat. Boni enim, ſanctique viri, non ſolent βλέπειν γυναῖκα, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, quin, vincunt cupiditatum illecebras, nec facile majore re, nedum crinibus mulierum, ad μοιχεύειν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ſolicitantur. Non alienum vehementer eſt ab inſtituto, quod in Cetubot c. 2. legitur: רב אחא מרכיב הכלה אכתפיה ומרקד אמרי ליה רבנן אנן כחו למעבד הכי אמר להו אי רמיא עלייכו ככשורא לחיי ואי לא לא: id eſt: (Cum ſit inter præcipua bona opera, Sponſum & Sponſam, in die Nuptiarum exhilarare, igitur, hoc officio functurus,) *R. Acha, Sponſam humeris imponere ſolebat, ac ita ſaltare. Quærunt ex eo Rabbini: Num idem, & Nobis licet? At illis: Si* (tantum, in via ad Bonam Mentem, profeciſtis, ut Sponſam geſtando,) *tignum vobis ferre videamini, id fas eſt; ſecus vero, illud neutiquam conceditur.* Quid, ſi omnem, ubi vexatus Scripturæ locus, habetur, contextum conferendo, quis dicat, Apoſtolum comparationem inſtituere inter Mulieres, & Angelos, atque hoc velle: Vir, quia poteſtatem exercet in Mulierem, & ob iſtud imperium, quaſi quodam ſingulari jure imago & gloria Dei eſt, (vide c. 19. C. 33. q. 5.) igitur in ſacris quoque cærimoniis, illi capite aperto eſſe permittitur. At Fœmina, cum propter Virum condita ſit, eique ſubjiciatur, in ſacro cœtu velare caput debet, nam & Angeli, cum quodammodo cum Mulieribus conveniant, & ſint λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, & ipſi, κατ᾽ οἰκονομίαν loquendo, idem hoc agunt, hymnoſque Deo cantantes, alis ſuis, faciem obvelant. Eſai. VI, 2. Facit huc, quod per ſimilem κατάβασιν, Petro in 1. Epiſt. c. I. v. 12. Angeli dicuntur in ſacroſancta myſteria παρακύψαι, quaſi limis oculis, ſubter peplum clanculum ſpectarent. Enim vero, nihil quicquam aſſerimus, ſed Sapientiorum judicio penitus nos ſubmittentes, ad Judæos noſtros, quos deſeruimus, revertimur; qui, uti cuique bono operi, ſuam, apud Deum repoſitam mercedem volunt, ita magna manere præmia eas Fœminas dictitant, quæ diligentiſſime, & cum omni circumſpectione, crines occulunt. Habemus exemplum in Joma fol. 47. a. ubi legitur: שבעה בנים היו לה לקמחית וכלן שמשו בכהונה גדולה אמרו לה חכמים מה עשית שזכית לכך אמרה להם מימי לא ראו קורי ביתי קלעי שערי: id eſt: *Kimchit VII. peperit filios, quorum quisque Pontificatu ſummo functus eſt. Quæſivere igitur ex illa Sapientes: Quid feciſti, ut tantæ felicitatis, compos fieres? Reſpondit ipſa; nullo unquam tempore, viderunt trabes domus meæ, cincinnos meos.* Adi librum שני לוחות הברית fol. 71. b. Neſcio an fallar, ſit tamen quodammodo veriſimile, uti Sota capillis paſſis judicium ſubibat, ita eodem corporis habitu, quondam apud Majores noſtros, ſtetiſſe fœminas, quæ reæ fiebant in judicio clanculario, *in dem Vehemgericht, oder Freyſtuel.* Sic enim habet decretum Ludovici Marchionis, Ducis Bavariæ, & Comitis Tirolenſis, A. C. 1349. Oenoponti promulgatum, apud Hundium, *in dem Bayriſchen Stammbuch* fol. 410. *Wir Ludwig rc. verjehen, daß wir mit unſerm Rath, und mit unſerm Dienſtleuten überall zu rath worden ſeynd, daß wir unſerer Herrſchaft zu Tyrol, ſo gethan, neu Recht ſetzen und beſtätigen wollen. Wo ein ſchadlich Mann oder Frau ergriffen werden, iſt er ein ſogtan Mann, daß ihme zu glauben iſt, der ihn berechten will, der ſoll dargehen, und ihm ein zween Finger in den Schopf legen, und der Frau in die Scheitel, und ſoll ein Aid ſchweren, daß er das Wahre wiſſe, daß er ein ſchädelich Mann ſey Land und Leuten, und die Frau ein ſchädlich Frau, Land und Leuten, da ſollen ſechs dargehen, und ſollen ihre Hand legen*

auf

auf deß Erſten Arm, und die ſollen auch Biderleut ſein, und ſollen ſchworen, daß der Aid rein ſey, und nit main: damit ſoll man ein ſchadlich Mann und ein ſchadlich Frau überſagen.

(12) *R. Judas*] Cauſam, quæ R. Judam impulit, ut a communi Sapientum opinione, recederet, affert Maimonides, Comment. in Miſch. ex Gemara fol. 9. a. Metum enim eſſe ajebat, שמא תצא נקיה וישחק בה פרחי כהונה id eſt: *Ne forte, ſi* (Sota formoſa,) *innocens deprehendatur, juvenes Sacerdotes,* (ob viſas ipſius mammas, ac crines,) *eam derideant.* Sed, ſubjungit Maimonides: וחכמי מפקידין בניולה ובגנותה והלכה כחכמים: id eſt: *Sapientes, tantum ad eam fœdandam, & inhoneſtandam attendunt, atque horum opinione ſtandum eſt.*

ו היתה מכוסה בלבנים מכוסה בשחורים היה עליה כלי זהב וקטליאות נזמים וטבעות מעבירים ממנה כדי לנוולה ואחר כך מביא חבל מצרי וקושרו למעלה מדדיה וכל הרוצה לראות בא לראות חוץ מעבדיה ושפחותיה מפני שלבה גס בהן וכל הנשים מותרות לראותה שנאמר ונוסרו כל הנשים ולא תעשינה כזמתכנה:

6. (1) Si quæ (*Sota*) albis induta erat veſtibus, eam (2) nigris operiebat; (3) Si auro, monilibus, inauribus ac annulis ornaretur; auferebat iſta ab eâdem, ut illam deturparet. His ita peractis, accepto (4) laqueo ſaligno, eodem (5) mammas ſupra, illam (6) præcingebat. (7) Omnibus ſpectare volentibus, ſpectatum venire, permiſſum erat, (8) ſolis ſervis atque ancillis, mulieris reæ excluſis, ne in eos, ipſius animus, ſpem aliquam reponeret, (9) Mulieribus etiam quibuſcunque, huic rei intereſſe licebat. Q. S. E. (Ezech. XXIII, 48.) *Ut erudiantur omnes fœminæ, ne faciant ſecundum ſcelus veſtrum.*

R. OB. DE BARTENORA.

מכוסה בשחורים *Inducebatur nigris*, &, ſi veſtimenta nigra eam redderent pulchriorem, inducebant eam veſtimentis turpibus. קטליאות ſunt torques quos ponunt circum collum, qui ita vocantur, eo quod mulieres ſe illis quaſi ſtrangulant, ut appareant carnoſæ.

נזמים וטבעות מעבירים ממנה *In aures & annulos auferebat ab illa*, dicit Gemara, ne putes quod mulieri adulterii ſuſpectæ relinquunt inaures & annulos, poſtquam ruperint veſtimenta illius, & denudaverint pectus ejus, quia major ignominia eſt illi, uti major ignominia eſt homini nudo, ut incedat cum calceis ad pedes; ideo hic docet nos Miſna quod non relinquunt ei.

חבל מצרי *Funis Ægyptius*, cujus uſus erat in hoc negotio, eo quod opera Ægyptiorum fecerat; &, ſi non reperiebatur funis Ægyptiacus, adferebatur alius funis: וקושרו למעלה מדדיה *& colligabat eum ſupra mammas*, ne deciderent veſtimenta ejus, & denudaretur.

וכל הרוצה לראות *Et quicunque voluerit ſpectare*, obligatio virorum tantum erat voluntaria, ſed fœminarum erat neceſſaria, ut omnes adeſſe deberent ad videndum, eo quod ſcriptum eſt, ונוסרו כל הנשים vide Ezech. 23, 48. Et quod deinceps dicit Miſna וכל הנשים מותרות לראותה *& omnes mulieres licitæ ſunt ad ſpectandum*, vult, tenentur eam ſpectare, ita exponit Gemara.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponunt in Toſaphta, quod, ſi veſtimenta nigra eam reddebant pulchriorem, induebant eam veſtimentis quæ eam reddebant deformiorem. Et ne intelligamus quod eam reddebant deformiorem per veſtimenta, & relinquebant illi ornamenta, eo quod hoc etiam opprobrio ipſi erat, ob exiguam convenientiam quam habebant cum veſtimentis ruptis, ideo nos docet Miſna quod illi relinquebant ornamenta muliebria.

קטליאות Sunt torques circa cervicem pendentes. נזמים *Inaures:* לנוולה *in turpitudinem ejus*, & ignominiam. וכל הרוצה לראות *& qui voluerit ſpectare*, quod intelligendum eſt de viris, nam mulieres obligatæ erant illic neceſſario adeſſe. Et hoc eſt quod in Gemara dixerunt, *mulieres tenentur adeſſe ad videndum eam*, eo quod ſcriptum eſt Ezech 23, 48. ונוסרו כל הנשים Et quod præterea dicitur in Miſna, מפני שלבה גס בהן *eo quod illis utitur familiariter*, vult, contenta eſt & ſibi applaudit, quando eos videt. Cum autem non reperiebatur funis Ægyptius, res peragebatur fune qualicunque, quia hoc fiebat ne illi deciderent veſtes poſtquam dilaceratæ eſſent, & nuda remaneret. In Talmude Jeruſolymitano exponunt, quamobrem cum fune Ægyptiaca? reſp. quia illa fecit opus Ægyptiorum.

WAGENSEILIUS. (1) *Si quæ albis induta*] Miſchnæ Editiones habent היתה מכוסה Talmud vero Amſtelod. היתה מתכסה quorum utrumque bene ſe habet. Similes, in veritate lectionum, minutiæ aliæ, in ſequentibus cum ſe offerent, eas, conſilio miſſas faciemus. Id ſemel monuiſſe ſufficiat.

(2) *Nigris operiebat*] Poſt hæc ſupplent Smag fol. 138. col. 4. & Maimonides Comm. in h. l. ex Toſephot. ואם היו השחורים נאים לה מתכסה בבגדים שאין להם נוי: id eſt: *Si quam vero, pullæ veſtes ornarent, aliis, in quibus nulla ei ſpecies, induebatur.*

(3) *Si auro*] In Talmud Amſtelod. nec non Miſchna quæ vocales adſcriptas habet, & Jalkut, eſt היה עליה. Sed præfero היו עליה ceu legit Menaſſe, in ſua Miſchnæ editione.

(4) *Laqueo Saligno*] Quis vocum חבל מצרי ſenſus ſit, non caret difficultate. Maimonides, & Baal Smag, ſequentes Talmud Hieroſolymit. accipiunt de fune Ægyptiaco, atque talem ſi copia ejus haberi poſſet, adhibitum aſſeverant; ſin minus, undecunque allato, uti licuiſſe. Horum ſententiam, ex parte ſuam fecit, Seldenus, dum in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. ſcribit: *Fune, ſi comparari poſſit Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reducerentur) veſtes ei laceras ſupra mammillas circumcingebat.* Quibus verbis, quod ad funem quidem attinet, convenit ei, cum laudatis Scriptoribus; ſed, in aſſignanda ratione, ab iis receſſit, neſcio quo compulſus argumento; nec enim tam abſurda cauſa eſt, quam reliqui aſſignant, adhibitum nimirum funem Ægyptium, כדי להזכירה מעשה מצרים שעשתה id eſt: *Ut in mentem ei Sacerdos revocaret vitia Ægyptiorum, quæ ipſa eſt imitata.* Porro, Cl. Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 1243. optime factum credit, ſi quis petita ſignificatione a radice צור per חבל מצרי intelligat *Funem parvum, ſubtilem.* At, quia hæc Interpretatio, & exemplis ſimilibus, & autoritate Rabbinorum deſtituitur, non a me impetro, ut illi ſubſcribam. Quin igitur, mihi propius ad verum accedere videtur, R. Salomonis Jarchi, in Comm. in h. l. & utriuſque Aruch, expoſitio, quibus חבל מצרי *Funem vimineum ſeu ſalignum* notat, factum ex corticibus illius arboris. Ab hac ſententia non longe abit liber antiquiſſimus ספרי in quo teſte Jalkut, (ipſe enim Liber ad manum non eſt) pro חבל מצרי eſt חבל מגג ſive *funis junceus.* Et vero, ſi oſtendi poſſet, apud Judæas quoque mulieres, obtinuiſſe veterem conſuetudinem, quam ex Alexide Comico, apud Athenæum, inter alias Gentes receptam fuiſſe, docet, Vir egregie doctus, Samuel Petitus lib. 7. Miſcell. c. 9. ut ſcilicet fœminæ, ventrali e virgis ſalignis confecto, ventris tumorem comprimerent, & cohiberent, quo graciles, formoſæque viderentur; nihil æquius erat, quam ut adulterii ſuſpecta, fune ſaligno ligaretur; quo etiam

in iſta re, ſicut in aliis omnibus, τὸ μέτρον ἀντὶ τοῦ μέτρου, locum reperiret. Equidem memini, legiſſe me in Talmude aliquid de ventralibus, ſed jam, explicatè rem dicere non poſſum, deliberabo amplius, & in ſequentibus faciam indicium.

(5) *Mamma ſupra*] In ſolo Jalkut fol. 207. col. 2. ex Siphri, deprehendo R. Elieſerem docuiſſe, שני חגורים היתה חגורה אחד למעלה מדדיה ואחר למטה מדדיה : id eſt : *Bis cincta fuit Sota; ſemel ſupra, & iterum, ſubter mammillas.* Cum vero de hac re, in Gemara noſtra, & aliis Scriptoribus, altum ſit ſilentium, vix eſt, ut credam, pro R. Elieſere veritatem militare.

(6) *Præcingebat*] Cingenda erat mulier rea, כדי שלא ישמטו בגדיה מעליה : id eſt: *Ne veſtes penitus prolaberentur:* ita cauſam indicante Gemara fol. 8. b. nam Sacerdos, eas ruperat, & lacerarat. Cæterum, quia de præcinctura, hactenus agendum erat, mentem ſubiit argutum, ſolers, acutiſſimumque dictum, quod olim quidam Judæus, qui ad me, Viennæ Auſtriacæ viſerat, cum diſcedere vellet, pro memoria mihi ſuggeſſit, morem in ea re, & Inſtituta Majorum, obſervare volens; de quibus in Erubin fol. 64. a. רבא בר עולי ורב מנשיא בר ירמיה מגיפתי הוו קא מפטרי מהדדי אמעברא דנהר יופטי אמרי ניכא מילתא כל חד וחד מינן דלא שמיע ליה לחבריה דאמר מרי בר רב הונא לא יפטר אדם מחבירו אלא מתוך דבר הלכה שמתוך כך זוכרו : id eſt: *Raba, filius Schumni, & Raf Menaſchja, Jeremiæ filius, Giphtenſis, diſceſſuri a ſe invicem erant, juxta trajectum fluminis Japhti, quare, Dicamus, inquiunt, alter alteri, rem, nunquam prius auditam. Nam, ſic præcepit Mari, R. Hunæ filius: Nemo a ſocio diſcedat, niſi intermedium aliquod Sapiens dictum, ſic enim evenit, ut ſemper ſui ſervet memoriam.* Et hercle, effecit is homo, ne unquam ejus poſſim oblivıſci, & adeo, ut ſcitum illud, quod protulit, nunc memoriæ conſecrem. Ajebat vero, ortam aliquando in Germania controverſiam, de Caſeis, neſcio qua ratione confectis, num iis veſci fas eſſet? Cumque non poſſent convenire inter ſe Academiarum Judaicarum, per Europam Doctores, tandem, poſt multas altercationes, neceſſe erat deferre litem, ad ſupremum in urbe Hieroſolymitana Magiſtrum. Ad hunc, cum pro conſuetudine, multa urbanitate refertam Epiſtolam, Europæi dediſſent, & verboſe tum ipſum dubium, tum rationum momenta indicaſſent, ipſe duobus tantum verbis reddidit reſponſum, magnæ chartæ inſcribens ex Exod. XII, 11. מתניכם חגורים id eſt : *Lumbi veſtri ſuccincti ſunto.* Allatis literis, cum, quo valeret dictum, nemo intelligeret, diu multumque conferre cœperunt conſilia eruditiores, etſi fruſtra. Fuit poſtremo, qui arbitrabatur, conſulendam eſſe Onkeloſi Paraphraſin Chaldaicam, ſi forte exinde, ſubſidium aliquod, ad eruendum ſenſum reconditum, & abſtruſum, peti poſſet. Ceſſit id ex voto, nam, pro verbis memoratis Hebraicis, ibi offendebant חרציכון יהון אסירין quæ, non tantum, *Lumbi veſtri ſuccincti ſunto*: ſed & præterea, alio ſenſu : *Caſei veſtri inter res prohibitas habendi*, ſignificant. Sive hæc, ita geſta ſunt, ſive a quoquam, ad ſimilitudinem veri efficta, tam ingenioſum tamen hoc inventum eſt, ut nihil ſupra. Crediderim, ex illa re, occaſionem ſumſiſſe alios, ultra progrediendi acumine ſuo, & carmina quoque integra, quæ eadem opera, toto genere diverſas linguas, ſimul exprimerent, meditandi. Non habeo ſatis exploratum, an quiſquam uſquam gentium, tale quid, præter Judæos auſus ſit, ſcio tamen, Junilium, Epiſcopum Africanum, l. 1. de part. Div. Leg. c. 9. pro re impoſſibili id habuiſſe, cum ſcriberet: *Nulla dictio, Metrum in alia lingua conſervat, ſi vim verborum, ordinemque non mutat.* Quando igitur, digna admiratione res eſt, hujus quoque dabimus exemplum, ut ii qui inter nos, otio, & ingenio, abundant, ac Muſis, & Apolline faventibus, nati ſunt, periclitentur, num quid ſimile, poſſint dare effectum. Enim vero, primus ſolertiæ iſtius, indicium mihi fecit, R. Judas, Doctor Medicus, qui, in laudata modo Auſtriæ metropoli, ante hanc nuperam gentis expulſionem, medendi artem exercebat; iſque Epithalamium, amico cuidam, ſe ſcripſiſſe, teſtabatur, juxta Hebraice ſonans, & Germanice. Sed, non recordari poterat, niſi ſolius primi verſus, quem quidem, meæ ego memoriæ, ſedulo impreſſi.

יעקוב איש יושב אהלים אבן הראש ופינה :

Jaacob is jo ſo wol im eben heraus auf eina.

Reliquorum, uti dixi, non amplius meminit. Ex interjecto poſtea tempore, cum in Italia peregrinarer, incidi in librum גלות יהודה in quo R. *Leo Mutinenſis*, difficiliora quæque Sacrarum Literarum vocabula Hebraica, ſecundum ſeriem Capitum, in Itala lingua expoſuit. Illi ſubjungitur, mantiſſæ loco, ſimile Epicedium ἀμφοτερόγλωσσον, quod idem, & Hebraicum eſt, & Italicum. Ergo, hoc, prout expreſſum eſt, tranſcribam, una cum iis, quæ ipſe Poëta, in laudem, ſui αὐτοσχεδίου ὕμνου, præmiſit. *Ho voluto per curioſità de' Lettori, qui porre un' Ottava, da me nell' età di XVII. anni, e non più, compoſta, in morte d'un mio Precettore, nomato Moſe: doue non traducendo, ma facendo communi, queſte due, tanto diverſe lingue, che nello ſteſſo ſuggetto, ſi proferiſcono, con le medeſime voci, ſi è reſo coſa notabile, e capriccio dilettevole, a ciaſcuno : ed è queſta :*

קינה שמור אוי מה כפס אוצר בו
Chi naſce muor, Oime, che paſs' acerbo.
כל טוב עילום כוסי אור דין אל צלו
Colto vien l'huom, così ordin' il Cielo.
משה מורי משה יקר דבר בו
Moſe mori Moſe gia car de verbo.
שם תושיה אין יום כפור הוא זה לו :
Santo ſia ogn' huom, con puro zelo.
כלה מיטב ימי שן צרי אשר בו
Ch' alla metà, gia mai ſenza riſerbo.
יחריב אום מות רע אין כאן ידפה לו
Arriu' huom, ma vedran in cangiar pelo,
ספינה בים קל צל עובר ימינו
Se ſin habiam, ch' al Cielo vero ameno,
הלום יבא שבי ושי שכנו :
Va l'huomo và ſe viva aſſai, ſe meno.

Id eſt: Placuit, delectando Lectori, apponere Stropham octonam, quam annos XVII. nec amplius natus, compoſui, in obitum cujuſdam mei Præceptoris, qui Moſes vocabatur. In ea, non interpretando, ſed communes invicem reddendo, Latinam & Italam, tam diverſas linguas, quæ de eadem re, cum iiſdem vocibus enunciantur, ſpecimen omnium memoria dignum, carmenque argutiſſimum enatum; id nimirum, quod ſequitur:

Qui naſcitur, moritur, Væ mihi! quam paſſus acerbus!
Colligitur (i. e. θερίζεται) homo, ſic iſta ordinavit Cœlum.
Moſes mortuus eſt, Moſes, olim carus eloquio.
Sanctus ſit omnis homo, cum puro Zelo.
Nam, ad medietatem aliquando, haud quicquam reſervans,
Pertingit homo. Sed, cum pili mutantur, apparet,
Quem finem habeamus. Quippe ad cœlum verum amœnum
Vadit homo, ſive multum, ſive parum vivat.

Patet hinc, non deſtitui Judæos, omni, quod quidam exiſtimant, mentis acumine: Sed, utinam eodem, ad ſerias magis res, & imprimis, ſanæ Philoſophiæ ſtudia diſcenda, uterentur!

(7) *Omnibus ſpectare volentibus*] Non fruſtra hæc monentur, nam de Viris, num Spectatores adeſſe poſſent; in proclivi erat dubitare, his enim cæteroquin nefas eſt, mulieres intentius intueri, nedum, parte aliqua corporis nudis, intervenire. Nedarim fol. 20. a. כל הצופה בנשים סוף בא לידי עבירה כל המסתכל בעקבה של אשה הוין ליה בנים שאינן מהוגנין : id eſt: *Quisquis, mulieres* (fixis oculis) *aſpicit, tandem in peccatum prolabitur: Quisquis, calcaneum feminæ intuetur, ſuſcipit liberos degeneres.* Raſchi notat ad Geneſ. XII, 11. מדרש אגדה עד עכשיו לא הכיר בה מתוך צניעות שבשניהם ועכשיו הכיר בה על ידי מעשה : Quæ verba, quia obſcuriora ſunt, eapropter, pluribus explicanda veniunt. Hoc vult: Offert ſe in Scripturæ loco præſenti, difficultas;

Abra-

Abrahamus enim, cum Ægypto vicinus eſſet, ita Saræ loquitur, quaſi tum demum, poſt tot annos, in Conjugio exactos, deprehendere cœpiſſet, eam forma eſſe eximia. Illi dubio, Medraſch ita occurrit, ut dicat, Abrahamum hactenus latuiſſe, quanta Saræ eſſet pulchritudo, ob ſummam, quæ inter utroſque conjuges erat, verecundiam. At in itinere, cum flumen tranſeundo, Sara veſtes ſublevans, nudos forte pedes conſpiciendos præbuiſſet, ibi vero vidit Abrahamus, quis color, & nitor, eſſet Saræ corporis. Multa huc facientia, Rabbinorum dicta, collegit Cl. Buxtortius in Florileg. Hebraico tit. Mulier, quæ inde petenda: Exemplum vero, quod in hanc rem in Taanit fol. 21. b. extat, afferre, & exponere non pigebit. אבא אומנא הוה אתא ליה שלמא כל יומא במתיבתא דרקיעא ולאביי ממעלי שבתא למעלי שבתא לרבא ממעלי יומא דכפורי למעלי יומא דכפורי הוה קא חלשא דעתיה דאביי על דאבא אומנא אמרו ליה לא מצית למיעבד כעובדיה דאבא אומנא מאי עובדיה דאבא אומנא דכי הוה עביד רפואה הוה עביד ליה דוכתא דגברי לחודיה ודנשי לחודיה והוה ליה לבושא דאית ביה קרנא דהוות בזעי כי כוסילתא דכי הוה אתיא איתתא מלביש לה כי היכי דלא ליסתכל בה: id eſt: *Abba Chirurgus, quoque die, cælitus, Salvere juſſus eſt; at τῷ Abai, non niſi ſingulis paraſceuis Sabbathi, τῷ Rabæ vero, tantum quotannis, pridie Feſti Expiationis, eadem felicitas obtingebat. Cum vero ægre ferret Abai, Abbam chirurgum ſibi præponi; monitus eſt,* (immerito illum Chirurgo invidere,) *eo quod non æquare factis Abbam chirurgum poſſit*, (eamque ob rem mirum non eſſe, ſi alter majus præmium referat. Quærat quis,) *quid fecerit Abba Chirurgus? Scilicet, quoties medicina facienda erat, in loco ſeparato viris, & alio ſeparato, mulieribus, medicabatur. Habebat item, genus veſtimenti, quod & cucurbitas affixas, & rimulas quoque habebat, haud majores, quam ut ſcalpellum admitterent. Ergo ſacrificaturus, mulierem, ejus caput, humeroſque illa veſte operuit, ne ipſam intueretur.*

(8) *Solis ſervis atque ancillis &c.*] Cl. Seldenus in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. aliter hæc effert. *Aderant*, inquit, *qui vellent alii, exceptis ancillis ejuſce, atque domeſticis, ſi qui eſſent ſervis, qui ſummovendi erant, ne eorum præſentia dominæ forte mens, diſturbaretur.* Sed noſtra expoſitio, paulo magis ſcopum ferit, illam vero Seldeni elevant Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Sot. c. 1. Maimonides in iiſdem Hilch. cap. 3. §. 6. itemque Smag fol. 238. column. 4 qui omnes uno ore ajunt ואין מניחין שם לא עבדיה ולא שפחותיה מפני שהיא מגיסה לבה בהן ודעתה מתיישבת בהן: id eſt: *Non relinquunt ibi nec Servos Sotæ, nec illius Ancillas: Quia enim ipſos novit, ideo poſſent mentis ejus eſſe levamento.* Hoc ſenſu in Gemara noſtra, legitur: אין משקין שתי סוטות כאחת כדי שלא יהא לבה גס בחברתה: Ubi omnino vertendum: *Haudquaquam, uno & eodem tempore, duabus Sotis, aquæ amaræ bibendæ exhibentur, ne una in alteram, fiduciam collocet.*

(9) *Mulieribus, &c. intereſſe licebat*] Imo vero neceſſe erat, ut Mulieres huic negotio invenirent, non arbitrarium. Jalkut fol. 207. col. 1. נשים חייבות לראות משום שני ונוסרו id eſt: *Mulieres præſentes adeſſe tenentur* Q. S. E. (Ez. XXIII, 48.) Ut erudiantur. Appoſite S. Chryſoſtomus Hom. de Pœnit. Contin. & Virgin. Οἱ γὰρ ἰατροὶ διὰ τοῦτο χειρουργοῦσι δημοσίᾳ καὶ καίουσι, καὶ ἄρχοντες ὑψηλοὶ ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενοι ξέουσιν, ἵνα ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἡμεῖς ἐν κατανύξει γινώμεθα· id eſt: *Nam idcirco Medici publice Chirurgiam exercent, & urunt: & Magiſtratus ſublimes ſuper alto ſedentes tribunali, reos cædunt, ut in alienis malis nos in compunctionem veniamus.*

ז במידה שאדם מודד בה מודדין לו היא קשטה את עצמה לעבירה המקום נוולה היא גלתה את עצמה לעבירה המקום גלה עליה בירך התחילה בעבירה תחלה ואחר כך הבטן לפיכך תלקה הירך תחילה ואחר כך הבטן ושאר כל הגוף לא פלט:

7. (1) Menſura qua homo metitur, remetiuntur ei (*cælitus.*) De adulterio ſuſpecta, ornaret ſe ad faciendum probrum; Deus igitur illam dedecorat. Illa, nudum corpus peccato proſtituerat; quare & Deus, eam denudat. (2) Femore, peccandi initium fecerat, (*ſuccedente*) deinde ventre; (3) ideo femore primum pœnam luit, poſtea (4) ventre, nec omne reliquum corpus, fuit immune.

R. OB. DE BARTENORA.

המקום נוולה *Deus eam dedecorat*, nam ſacerdos denudabat caput illius, & explicabat capillos, & ſcindebat veſtimenta illius. היא גלתה את עצמה *illa denudavit ſeipſam*, ſedens in compitis viarum denudaverit ſeipſam ad fornicandum. המקום גלה עליה *& Deus eam denudat*, ſacerdos eam ſiſtebat ad portam Nicanoris, & ignominiam ejus oſtentabat omnibus.

בירך התחילה בעבירה תחלה *Femore peccandi initium fecerat*, uti eſt uſus coitus, nam prius femur delectamentum ſuum capere ſolet mediante carne.

ושאר כל גוף לא פלט *Nec omne reliquum corpus fuit immune*, reliqua corporis membra non evadunt ſana ex hac infirmitate, etſi hujus in Scriptura non ſit facta mentio, niſi femoris & ventris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקום נוולה *Deus eam dedecorat*, hoc eſt quod dictum eſt de denudatione capitis, & explicatione capillitii & ſciſſione veſtium illius, nec non de ligatione funis Ægyptiæ.

היא גלתה את עצמה *Illa denudavit ſeipſam*, hoc indicio eſt quod ſedebat ad portas domiciliorum, & occultabat ſe paululum à viris, donec marito ſuo fuiſſet ſuſpecta cum aliquo viro; propterea pœna illius erat, ut publicè proſtitueretur viris & fœminis præſentibus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur המקום גלה עליה *Deus denudat eam.* Sic etiam Gemara exponit, *prius maledicebatur femori, & deinceps ventri*, quando nimirum ſacerdos maledicebat mulieri adulterii ſuſpectæ; & hoc eſt quod ſcriptura dicit Num. 5, 21. בתת יהוה את ירכך נפלת ואת בטנך צבה Et quod porro Miſna dicit ושאר כל הגוף לא פלט *& omne reliquum corpus non fuit immune*, vult, quod reliqua corporis membra non immunia erant à morbo, ſed quod omnia invaſerat malum, ſed prius femur; deinceps ventrem, & poſtea reliqua membra, uti expoſitum eſt.

WAGENSEILIUS. (1) *Menſura*] Cave, cum proprie loquendum eſt, pro Synonimis accipias, voces מדה & משורה quod fecit Kimchi, in radice שור hoc nomine modeſte, uti ſolent mutuo agere Hebræi, reprehenſus, ab Autore doctiſſimo, optimi, & antiquitates Judaicas, ſolide explicantis, libri שלטי הגבורים fol. 74. col. 3. רד"ק ז"ל יחשוב שהמלות האלה מדה ומשורה יהיו שני שמות משותפים ואולי אין הדבר כן כי המדה תקרא בלבד האמה או הקנה או החבל המודדים הדברים הצריכין למדה כפי ארכן וכפי רחבן והמשורה תקרא בפרטות הכלי התכון להכיל בתוכו או היבש כמו הסאה והאיפה או הלח כמו הלוג וההין ודומיהן: id eſt: *Kimchi ſ. m. opinatur, duo hæc nomina*, מדה *&* משורה *eſſe ejuſdem ſignificationis; ſed forſitan ſecus ſe res habet. Nam* מדה *tantum dicitur de Ulna, Pertica, & Funiculo menſorio, quibus res ſecundum longitudinem aut latitudinem menſurantur.* משורה *vero vocatur Vas, recipiens aut Arida, uti ſunt Sea, & Epha: aut Liquida qualia ſunt Lug, & Hin, & alia hujus generis.* Hanc ſententiam, multis confirmare poſſemus, contenti erimus unico loco, e Bava Batra fol. 89. b. במדה זו מדת קרקע שלא ימדוד לאחר כימות החמה ולאחד בימות הגשמים במשקל שלא יטמין משקלותיו במלח במשורה שלא ירתיח: id eſt: (Verba Levit. XIX, 35. Ne faciatis iniquitatem in ullo munere במדה במשקל ובמשורה ita exponunt Magiſtri:) במדה *pertinet ad dimenſionem agrorum,*

rum, ne uni agros æſtivo, alteri biberno tempore, quis menſuret. במשקל *vetat pondo, in ſalem condere,* (ut graveſcat.) במשורה *interdicit venditori, vaſa facere ſpumantia.* De ipſa Talionis pœna, quam Judex Supremus, obſervat, & illis exemplis; quæ in Miſchna noſtra allegantur, uberrime in Gemaræ ſequitur Excerptis.

(2) *Femore peccandi initium*] Viri inſignes, & in tantum laudandi, in quantum virtus, & eruditio æſtimari poſſunt, Daniel Heinſius in Ariſtarcho c. 1. pag. 13. & Samuel Bochartus in Hierozoico part. poſter. l. 5. cap. 15. pag. 758. vocem ירך quæ *Femur* proprie notat, in præſenti hoc Sotæ negotio, a Sacris Literis uſurpatam, interpretantur partem pudendam mulieris; quos ſi quis conſulet, multa non protrita docebitur. Iis, quæ ipſi, eruditiſſime obſervarunt, addimus eximium in hanc rem teſtimonium Chaskuni qui ad verſum 21. capitis noſtri V. Numeror. ſic commentatur : ירכך היא בית הרחם דוגמא תחת ירכי יוצאי ירך יעקב אין אשה מתקנא אלא בירך חברתה : id eſt : *Vocabulum* ירך *ſignificat Genitalia. Sic accipitur in illo* (*Gen. XXIV,* 2.) Sub femore meo. *Item* (*Ex. I, 5.*) Egreſſi e femore Jacobi. *Et, in illo trito Rabbinorum : Nihil æque ægre fert uxor, ac rivale femur ſociæ.* Ne quid tamen diſſimulem, ſciendum, diſſentire hic Joſephum 3. Antiq. c. 10. & ירך in nativo ſenſu accipere, dum de Sotæ judicio, ait: τὴν δὲ γυναῖκα στήσας ὡς τὸ ἱερὸν κατὰ τὰς πύλας, αἳ δ' εἰσὶ τετραμμέναι πρὸς τὸν νεὼν, καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον ἀφελὼν, ἐπιγράφει μὲν τοῦ Θεοῦ τὴν προσηγορίαν διφθέρᾳ, κελεύει δὲ ὀμνύειν μηδὲν ἠδικηκέναι τὸν ἄνδρα· παραβᾶσαν δὲ τὸ σῶφρον, τοῦ δεξιοῦ σκέλους ἐξάρθρου γίνεσθαι, καὶ τὴν γαστέρα πρησθεῖσαν οὕτως ἀποθανεῖν· id eſt: *Deinde aliquis Sacerdotum, ſtatuit Mulierem ad portam, quæ eſt obverſa ad fanum : &* (*Comma hic integrum vertere neglexit Interpres Roverianæ Edit. qua utimur. Proinde ſupplendum,* Velamen capitis ejus detrahens.) *inſcripto primum Dei nomine, in membrana, defert ei jusjurandum, cum imprecatione, ut ſi pudicitiam læſiſſet, luxato crure dextro, & ventre diſrupto, miſere moriatur.* Et mox iterum: ψευσαμένη τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῖς γάμοις, καὶ τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις, μετ' αἰσχύνης καταστρέφει τὸν βίον, τοῦ τε σκέλους ἐκπεσόντος αὐτῇ, καὶ τὴν κοιλίαν ὕδερος καταλαβόντος· id eſt : *Quod ſi & conjugalem fidem, & Deum jurisjurandi teſtem feſellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute invadente.*

(3) *Ideo femore primum pœnam luit*] Sic eſt etiam in Rabbot fol. 231. col. 1. ubi ſimul, bene multis ſacrarum Literarum exemplis, oſtenditur, inde, unde ſceleris factum initium, fieri quoque initium vindictæ, ita tamen ut quæ ſocietatem, vel adjumentum præbuere, illæſa haud permaneant. Omnia recenſere longum foret, & ſupervacuum. Cæterum, vix eſt, ut Miſchnæ, ac τῶν Rabbot aſſeverationi ſubſcribendum eſſe credam, quin potius omnino primum venter afflictus eſt, deinde naturalia, ac mox lues univerſum corpus pervaſit. Etſi enim Num. V, 12. Femur, ventri præponitur, tamen continuo v. 22. inverſa ſerie, Femur, poſt ventrem, nominatur; atque prius, factum credunt Judæi, ut initiò, palmarium peccati inſtrumentum indicaretur; poſterius, ut ordo punitionis. Proinde, annotat Raſchi אע״פי שבקללה ירך תחילה המים אין בודקין אלא כדרך כניסתן בה : id eſt: *Etſi, in adjuratione, primum Femoris facta mentio,* (tamen in femore nequaquam principium mali fuit,) *nam, aquæ prout in corpus aſſumuntur, vim ſuam exercent,* (atque ſic ventrem prius lædunt, quam muliebrem uterum.) In MS. Codice Ez Hechajim, dicitur, Sotam a Sacerdote, ſignate fuiſſe admonitam, ventre primum, non femore, pœnas illam daturam, ne cæteroquin mendacii alicujus, verba feralia argueret : ומודיעה שהבטן תלקה תחלה מהירך שלא תוציא לעז על הכים :

(4) *Nec omne reliquum corpus*] Si traditioni, quæ in Rabbot fol. 231. col. 1. extat, fides habenda fuerit, perreptavit lethiferum virus כל אבר ואבר וכל שערה ושערה id eſt : *quodque membrum, & adeo crines ſingulos.*

ח שמשון הלך אחר עיניו לפיכך נקרו פלשתים את עיניו שנאמר ויאחזוהו פלשתים וינקרו את עיניו אבשלום נתגאה בשערו לפיכך נתלה בשערו ולפי שבא על עשר פלגשי אביו לפיכך נתנו בו עשר לונכיות שנאמר ויסבו עשרה נערים נושאי כלי יואב ולפי שגנב שלשה לבבות לב אביו ולב בית דין ולב ישראל שנאמר ויגנוב אבשלום את לב אנשי ישראל לפיכך נתקעו בו שלשה שבטים שנאמר ויקח שלשה שבטים בכפו ויתקעם בלב אבשלום :

8. Simſon, perſequebatur oculorum delicias; quare Philiſtæi, oculos illi eruerunt. Q. S. E. (Judic. XVI, 21.) *Itaque apprehendentes eum Philiſtæi, effoderunt oculos ejus.* Abſalom, cæſarie efferebatur; cæſarie igitur pependit. Atque, quia decem pellices patris inierat; ideo (1) lanceis decem petitus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 15) *Et circumdantes decem pueri, armigeri Joabi.* Idem, quoniam (2) trium corda furatus erat : Cor parentis, Cor Synedrii, & Corda Iſraëlitarum. Q. S. E. (2. Sam. XV, 6.) *Furabatur Abſalom cor Iſraëlitarum.* Hanc ob rem, tribus ſpiculis confoſſus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 14.) *Et aſſumens ſpicula in manum ſuam, transfixit ea in cor Abſalomis.*

R. OB. DE BARTENORA.

לב אביו *Cor parentis.* dixit Abſolom patri ſuo, ſcribito mihi ut abeant mecum duo homines, quos ego elegero ex toto Iſraële, ſcripſit ergo ipſi (David,) & Abſalom oſtendit ſigillum patris duobus, & iverunt cum illo, & præterea duo alii, donec congregati fuiſſent ducenti homines, omnes primores ſenatus, & hoc modo furatus eſt cor patris, & cor ſenatus, ut & cor totius Iſraëlis, uti ſcriptum eſt 2 Sam. 15, 6. ויגנוב אבשלום את לב אנשי ישראל.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמשון הלך אחר עיניו *Simſon ſequebatur oculorum delicias,* hoc indicio eſt quod Simſon ſibi ſumſit mulieres quæ bonæ erant in oculis ſuis, quemadmodum id ſatis clarè conſtat ex ſcriptura.

WAGENSEILIUS. (1) *Lanceis*] לונכיות Græcæ eſſe originis, ac e λογχη depravatum, nemo non videt. Pro illa voce apud Raymundum in Pug. Fid. part. 3. diſt. 2. c. 9. § 6. ubi præſens περίκοπὴ cum ſequenti, fere integræ adducuntur, extat נמיטרות quod tolerari non poteſt.

(2) *Trium corda furatus erat*] שלשה לבבות Sic malim cum Miſchnæ editionibus legere, quam שלשה גנבות aut שלש גנבות vel בשלש גניבות quorum primum eſt in Talmude Amſtel. alterum in Rabbot fol. 232. col. 3. tertium, apud Raymundum in Pug. fid. loco paulo ante allegato. Cæterum, quid ipſa Phraſi, *Furari Cor*, notetur, explicant Viri Clariſſimi, Lud. de Dieu ad Johan. cap. X. verſ. 24. & Hugo Grotius in Not. ad l. 3 de Jur. Bell. & Pac. cap. 1. §. 11. Nimirum ipſis, *Furari Cor*, eſt, adimere ſciendi vias, non aperte dicere, quod alius ſcire cupiat, ſed ſcientiam ejus celare, & diſſimulare. Hanc expoſitionem, uti in loco Gen. XXXI. verſ. 20, & 26. non inviti admittimus,

mus, ita tamen non exhaurit ea, omnem ſenſum locutionis, & nequicquam, ad id, quando 2 Sam XV, 6. Abſalom cor furatus eſſe dicitur, applicaretur. Nam ibi Furari cor Iſraëlitarum, eſt משך לב העם ſeu *captare Populi affectus*, prout Ralbag monuit. Lucas dixit in re ſimili cap. XIX. verſ. ult. ὁ λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων· Enimvero, ſatis ex Scripturis, cuique perſpectum eſt, quod Abſalom affectus Patris, Populique, in poteſtate habuerit. Sed, de Synedrio, quomodo idem Judæi probent, quia oriri poteſt dubitatio, ideo ex Sota Jeruſchalmit, & Jalkut part. 2. fol. 23. col. 1. tenendum; Inter ducentos illos viros, qui 2. Sam. XV, 11. cum Abſalome, vocati quidem, ſed integro animo abiiſſe leguntur, fuiſſe, ceu ipſi putant, omnes Senatores Synedrii, Vocatoſque iſtos dici, quia ab ipſomet Davide, ad ſequendum Abſalomem, eique adhærendum, ſe credebant vocatos. Namque, rogaverat Abſalom Patrem, ſibi per chirographum poteſtatem faceret, duos, quos liberet, Viros eximios, comites aſſumendi: quod, cum facile impetraſſet, clam alios Senatores, duos ex illo ordine evocans, hos ex præcepto, quod oſtendebat, patris, ſe ſequi juſſit, ii cum morem gererent, idem cum aliis. & rurſus aliis, inceptavit, idque tam diu, uſque donec univerſum Senatum, & cæteros inſigniores quoſque viros, ad ſe conſectandum, fraude hac induxit.

ט וכן לענין הטובה מרים המתינה למשה שעה אחת שנאמר ותתצב אחותו מרחוק לפיכך נתעכבו לה ישראל ז' ימים במדבר שנאמר והעם לא נסע עד האסף מרים יוסף זכה לקבור את אביו ואין באחיו גדול ממנו שנאמר ויעל יוסף לקבור את אביו וגו' ויעל עמו גם רכב וגם פרשים מי לנו גדול מיוסף שלא נתעסק בו אלא משה משה זכה בעצמות יוסף ואין בישראל גדול ממנו שנאמר ויקח משה את עצמות יוסף עמו מי גדול ממשה שלא נתעסק בו אלא המקום שנאמר ויקבור אותו בגיא לא על משה בלבד אמרו אלא על כל הצדיקים שנאמר והלך לפניך צדקך כבוד ה' יאספך:

9. Eadem ratio, in rebus bonis, apparet. Mirjam, per horam unicam, ad Moſis (*fata*,) ſolicite attendit: Q. S. E. (Ex. II, 4.) *Stiterat autem ſeſe illius ſoror, e longinquo.* (1) Eam igitur Iſraëlitæ, per ſeptiduum præſtolati ſunt in deſerto. Q. S. E. (Num. XII, 15.) *Et populus non eſt profectus, donec* (2) *congregaretur Mirjam.* Joſephus, quo tamen inter fratres, nemo major erat, pietatis officium præſtitit, in ſepeliendo patre. Q. S. E. (Gen. L, 7. & 9.) *Aſcendit Joſephus, ad ſepeliendum patrem ſuum &c. Aſcenderuntque cum eo tum currus, tum equites.* Quis vero Joſepho illuſtrior, circa cujus exanime corpus, nemo ſe occupavit, præter Moſen? Moſes, omnium Judæorum longe maximus, oſſibus Joſephi, juſta perſolvit: Q. S. E. (Ex. XIII, 19.) *Accepit Moſes oſſa Joſephi ſecum.* At, quis Moſe felicior, quem defunctum, haud alius, quam ipſe Deus condidit? Q. S. E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et ſepelivit eum in valle* (*Verum enim vero*,) non hoc de Moſe tantum dicitur, ſed & de fidelibus quibuſcunque: Q. S. E. (Eſ. LIIX, 8.) *Et anteibit te Juſtitia tua, gloria Dei* (3) *congregabit te.*

R. OB. DE BARTENORA.

וכן לענין הטובה *Et ſic etiam in rebus bonis*, ſolvunt homini mercedem quidem reſpondentem bono quod fecit, ſed ſolvunt illi magis quam fecit, quia conditio boni major eſt in remuneratione, quam conditio mali & pœnæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן *Et ſic etiam*, ſenſus eſt, de comparatione præmii: ſed non æqualiter, nam majus eſt præmium ejus, quia expectavit unam horam, & Divinitas eam expectavit ſeptem dies, uti ſatis clarè conſtat.

WAGENSEILIUS. (1) *Eam igitur Iſraëlitæ per ſeptiduum &c.*] Et talionis hoc fuit, & æquitas poſtulabat, ut Iſraëlitæ non prius proficiſcerentur, quam caſtris reddita Mirjam erat, ſi verum eſt, ejus meritis conceſſum illis fontem eſſe, qui aſſidue deſertum peragrantes, comitabatur. Libellus noſter MS. פטירת אהרן ſive de Mortis Aharonis, nondum, quod ſciam, editus. שלש מתנות יתנו לישראל בזכות מרים ניתן להם הבאר בזכות אהרן ניתנו להם ענני כבוד ובזכות משה ניתן להם המן מתה מרים נסתלקה הבאר כי שבזכותה ניתנה והיו משה ואהרן בוכים מבפנים וישראל בוכים מבחוץ ועד שש שעות לא ידע משה עד שנכנסו ישראל ואמרו לו עד מתי אתה יושב ובוכה אמר להם ואל אבכה על אחותי שמתה אמרו לו בעוד שאתה בוכה על נפש אחת בכה על כלנו אמר להם למה אמרו לו אין לנו מים לשתות עמד משה ויצא וראה הבאר בלא טיפת מים: id eſt: *Tria beneficia ingentia, conceſſa ſunt Iſraëlitis* (ob pietatem, hominum totidem.) *Pietas τῆς Mirjam, Fontem* (perennem;) *Pietas Aharonis, Nubes gloriæ; & Moſis Pietas, Manna, promeruerunt. Poſtquam Mirjam fato functa eſt, exaruit Fons, ut agnoſcerent Judæi, illius merito conceſſum fuiſſe. Ibi tum Moſes & Aharon intus*, (intra tentorium,) *flere cœperunt, Iſraëlitæ foris plorabant. Jam ſex horæ præterierant, & neſciebat adhuc Moſes* (calamitatem, cum qua Judæi conflictabantur.) *Quamobrem intrantes, quamdiu, inquiunt, ſedes, & fletui indulges? Moſes vero, Annon flerem, excipit, obitum, germanæ ſororis meæ? Contra Iſraëlitæ: Intolerabile eſt, te deflere mortem unius mulieris, noſtram potius omnium* (ſortem miſeram,) *deflere te convenit. Quærit Moſes: Quid mali rei accidiſſet? Regerunt Judæi, nullas ſupereſſe aquas ad bibendum. Tum Moſes, deſerto Aharone, abit*, (veritatem dictorum exploraturus,) *deprehenditque in fonte, ne guttam quidem reſtare unicam.*

(2) *Congregaretur*] Raſchi, ad locum hunc Numerorum: אומר אני כל האסיפות האמורות במצורעים על שם שהוא משולח מחוץ למחנה וכשהוא נרפא נאסף אל המחנא כתובה בו אסיפה לשון הכנסה: id eſt: *Sic exiſtimaverim, ideo de Leproſis* (ſanatis,) *adhiberi* Congregationis *verbum, quod ægri adhuc, extra caſtra ablegantur, incolumitati, autem redditi, intra eadem admittuntur, eſt enim* Congregatio, *nihil aliud, quam* Introductio.

(3) *Congregabit te*] Voce *Congregabit*, in iſtis, Sepulturam innui volunt, quia Fidelium Humatio, paſſim in Scripturis, *Congregatio ad populum ſuum*, dicitur. Veluti, Gen. XXV, 28. c. XXXV, 39. & c. XLIX, 32. Numer. XX, 26. alibi ſæpius. Pertinet huc, locus, circa finem Taanit: דמוסיף מוסיף ודלא מוסיף יאסף תני רב יוסף מאי יאסף אמר רב יוסף תיקבריה אמיה: id eſt: *Qui*, (brumali tempore, partem noctis, diei) *addit*, (ut ſtudiis invigilet,) *is addit* (hoc ipſo, aliquos annos vitæ ſuæ:) *Qui vero non addit, addetur, ſive congregabitur. Quærit R. Joſeph: Quid eſt*, Addetur? *Reſpondet quidem: Sepeliet illum mater ejus.* Hoc ait: turbatum iri ordinem mortalitatis, & filium, ante parentes, diem præmature obiturum. In En Jacob pag. 141. n. 80. male, & omnino contrario ſenſu, hic legitur תקבור אמיה ſed reſcribendum, ceu nos ex Talm. Amſtel. verba repræſentavimus, quam lectionem Raſchi quoque eſt ſecutus.

פרק ב היה מביא את מנחתה בתוך כפיפה
מצרית ונותנה על ידיה כדי ליגעה כל
המנחות תחילתן וסופן בכלי שרת וזו תחילתה
בכפיפה מצרית וסופה בכלי שרת כל המנחות
טעונות שמן ולבונה וזו אינה טעונה לא שמן
ולא לבונה כל המנחות באות מן החטין וזו באה
מן השעורין מנחת העמר אף על פי שבאה מן
השעורין היא היתה באה גרש וזו באה קמח
רבן גמליאל אומר כשם שמעשיה מעשה בהמה
כך קרבנה מאכל בהמה :

Caput 2. Attulit (1) (*Maritus uxoris adulterii ſuſpectæ*, (2) *oblationem*) in (3) corbe ſaligna, quam (*corbem*) (4) in manus illi dedit (5) ut fatigaretur. Omnes reliquæ (6) oblationes tam ab initio, quam ſui fine, (7) in vaſis ſanctis erant: At iſta, principio in corbe ſaligna, poſtremo in vaſe ſancto erat. (8) Ad omnes Oblationes requirebatur Oleum, atque Thus. Iſta vero, (9) nec Oleum, nec Thus admittebat. Omnes Oblationes confectæ erant è tritico, verum (10) iſta conficiebatur ex hordeo. Sane etiam Oblatio Manipuli, ex hordeo parabatur. Attamen in hac, (11) pollen fuit oblatum; ibi vero (12) farina, (*cui nihil ademtum.*) R. Gamaliel ait: Quemadmodum (13) facta ejus belluina fuere, ita & ſacrificium ejus, (14) eſca belluarum erat.

R. OB. DE BARTENORA.

היה מביא את מנחתה *Adferebat donum ejus*, maritus adferebat, ut ſcriptum eſt Num. 5, 15. והביא קרבנה *& attulit donum illius.* בכפיפה מצרית *in corbe ſaligna*, in corbe quæ confecta erat è palmis tenuibus, quæ creſcunt circum dactylos.

כדי ליגעה *Ut fatigaretur*, ut confiteretur, & nomen Domini ſanctum non deleretur ſuper aquis. Cæterum juxta opinionem ejus qui dicit, quod maritus illam prius faciebat bibere, & deinde adferebat donum ejus, etſi nomen ſanctum deletum fuiſſet, tamen fatigabant eam ut confiteretur, & non moreretur tam turpiter, nam etſi pergamenum deletum fuiſſet, ſi illa dixiſſet, immunda ſum, non tamen bibebat.

תחלתן וסופן בכלי שרת *In principio & fine in vaſis miniſterii*, non vult dicere in vaſis miniſterii propriè, nam homo privatus non ſolet adferre donum ſuum in vaſe miniſterii, ſed in vaſis aureis & argenteis, quæ idonea ſunt ad vaſa miniſterii, at hoc donum adferebatur in corbe ſaligna, quæ non idonea erat ad conficiendum indè vas ſacri miniſterii. כל המנחות טעונות שמן ולבונה *omnia dona requirebant oleum & thus*, in Gemara argumentantur hoc ſenſu, uſque ibi eſt donum peccatoris, de quo dicitur Levit. 5, 11. לא יתן עליה שמן ולא ישים עליה לבונה præterea quoque dicit Miſna, כל המנחות באות מן החטין *omnia dona veniebant è tritico*, cum tamen donum manipulorum veniebat ex hordeo? Reſpondetur in Gemara, quod unaquæque res illarum duarum, de quibus Miſna loquitur, ſeorſim non debet intelligi, ſed ſimul. Nimirum, quod omnia dona requirunt oleum & thus, at quod ea quæ non requirunt oleum neque thus, veniunt è tritico, & ſimila; donum vero peccatoris, etſi non requireret oleum neque thus, veniebat è tritico, & è ſimila. Cæterum donum manipuli, etſi veniret ex hordeo, nihilominus requirebat oleum & thus, & de cribrato venire debebat. Hoc autem quod maritus uxoris adulterii ſuſpectæ offerebat, non requirebat oleum, neque thus, & veniebat ex hordeo, & farina per tredecim cribra ſuccreta, uti ſimila tritici. קמח *farina*, omnia commixta uti commolita ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדי ליגעה *Ut fatigaretur*, & confiteretur adulterium, & non biberet aquas amaras. Et quod dicit *principium fieri in vaſis miniſterii*, innuit vaſa aurea & argentea adhiberi, quæ apta erant ad vaſa miniſterii; quia dona adferebantur in vaſis aureis & argenteis, & deindè imponebantur in vaſis miniſterii.

כל המנחות טעונות שמן ולבונה *Omnia dona requirebant oleum, & thus*, non vult dicere, quod hoc donum differebat ab aliis omnibus, in his duabus cauſis. Sed vult dicere, quod differebat ab aliis donis in omnibus cauſis, nam donum peccatoris, etſi non requireret oleum, neque thus, fiebat è farina tritici. Donum vero manipulorum, etſi fieret ex hordeo, fiebat tamen è farina cribrata, & requirebat oleum, & thus. Et ſub hoc dono comprehenduntur omnia dona poſſibilia, conſtabatque è farina hordei non cribrata, ſine oleo & thure.

WAGENSEILIUS. (1) *Maritus*] Cl. Seldenus in Uxore Ebr. l. 3. c. 15. non de Marito, ſed ipſo Sacerdote, id accepiſſe videtur, ſic enim loquitur: *Sacerdos tunc alius, veſtes ei, corde tenus dilacerabat, nudato uſque ad crines capite, cincinnos ſi qui erant, abſcondebat, & fune, ſi comparari poſſet Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reducerentur) veſtes ei laceras ſupra mammillas circumcingebat. Ægyptio dein caniſtro, afferebat decimam partem Ephæ, farinæ hordeaceæ, ex mariti apothecis deſumtam, & mulieri tradebat.* Sed, recedere a Viro Docto, & verba Miſchnæ de Marito, non Sacerdote interpretari, ipſæ nos cogunt ſacræ Literæ, quæ perſpicue habent: Num. V, 15. והביא האיש את אשתו אל הכהן והביא את קרבנה עליה עשירת האפה קמח שערים : id eſt: *Tunc adducet Maritus Uxorem ſuam, ad Sacerdotem, & apportabit Oblationem ejus, pro ea, decimam Ephæ farinæ hordeaceæ.* Nec aliter, ac nos, Rabbini animati ſunt, & adeo quidam, eo uſque progrediuntur, ut Oblationem hanc, non Uxoris, ſed ipſius Mariti fuiſſe, perperam contendant. Chaskuni ad verba והביא את קרבנה ſic annotat: אי אפשר שהוא קרבן זה לכפר עליה שהרי זבח רשעים תועבה הוא אלא האיש מביא קרבן לכפרה על שראה בה פריצות בתחלה ולא הוכיחה וגרם לשם הנכבד והנורא להמחות במים : id eſt: *Fieri nequit, ut hoc Sacrificium ad Uxorem expiandam faciat, quippe*, Impiorum Sacrificium, abominationi eſt: Prov. XXI. 27.) *Sed Maritus affert Sacrificium, ad expiandam noxam, quod, ut primum in Uxore ſua immodeſtiam animadverterat, eam non reprehendit, atque in cauſa eſt, ut Dei venerabile & tremendum nomen, deleatur.* Cæterum, ad iſta rejicienda, ſolam Scripturæ vocem קרבנה allegare ſufficit, quæ certiſſimo argumento eſt, non Mariti, ſed Uxoris hanc fuiſſe Oblationem. Ergo, ad eadem verba והביא את קרבנה longe rectius Abarbenel ſcripſit: רמזה לזכר בעבורה כי הוא אינו חוטא כדבר לשיתחייב קרבן : id eſt: *Innuit Scriptura, Uxoris gratia allatam a viro eſſe oblationem, ipſe enim hac in re nihil peccavit, ut ſacrificio opus eſſet.* Neque ſequitur illud inconveniens ex hac ſententia, quod inde Chaskuni prolicit: Cum neceſſe non ſit Oblationem iſtam, inter Expiatoria Sacrificia, illico referre. Quippe, is verus ejus finis erat, ut Supremum Numen, aut teſtis innocentiæ mulieris, aut vindex illius pravitatis, libens volens adeſſe dignaretur.

(2) *Oblationem*] Nimirum עשירית האפה קמח שערים Id eſt: *Decimam Ephæ farinæ hordeaceæ:* prout juſſerat ipſe Deus Num. V, 15. Eſt vero decima Ephæ, autoritate libri antiquiſſimi Peſikta Sutarta fol. 39. col. 1. שיעור מ"ג ביצים וחומש ביצה Id eſt: *Capacitas ovorum XLIII. & ovi inſuper partis quintæ.*

(3) *Corbe ſaligna*] Ceu in modo allatis, vidimus, Voces כפיפה מצרית eximius Seldenus, exponit de *Caniſtro Ægy-*

Ægyptia. Buxtorfius in Lex. Talm. eas modo, *Corbem Vimineam, factam ex virgultis ſalicis*; modo *Corbem parvam*, interpretatur, id quod ejus libri p. 1243. & 1900 conſulentes, deprehendent. Nos, illi, quæ priori inter Buxtorfii explicationes loco eſt, ſubſcribimus, tum, quia, cum in Bava Batra fol. 22. a. legitur: פיל שבלע כפיפה מצרית וקיאה דרך בית הרעי מהו: *Elephas ſi deglutiat* כפיפה מצרית *ejiciatque eterum per anum, quid juris?* *Annotat R. Salomo in Gloſſa* כפיפה מצרית סל של נצרים של ערבה id eſt: *Verbis* כפיפה מצרית *Corbem ex tenellis ſalicibus contextam*, ſignificari. Tum, quia corbium Salignarum uſum, alibi quoque deprehendo in re ſacra: Bava Kama fol. 92. a. עשירים מביאים בכורים בקלתות של זהב ושל כסף ועניים בסלי (Sic ex En Jacob legendum pro נסרים quod eſt in נצרים Talm. Amſtel.): של ערבה id eſt: *Ditiores, afferebant primitias ſuas, in aureis argenteisque Calathis; pauperes, in corbibus ſalignis*. Confer, quæ ſupra annotamus ad Miſchnæ cap. 1. § 6. n. 4.

(4) *In manus*] Malo enim ידיה legere cum editionibus noſtris ꝑ Miſchnajot, quam ידה cum Jalkut, & Amſtelodamenſi, ac Baſileenſi Talmude.

(5) *Ut fatigaretur*] Et laſſa viribus fateri occiperet. שהרי נתונה על ידה עד גמר כל הסדר: id eſt: *Nam Corbem hanc ſalignam, univerſo illo tempore, quo ſacra iſta res peragebatur tenere coacta fuit*. Toſephot.

(6) *Oblationes*] Quot fuerint Oblationum Species diverſæ, curate docet Maimonides, in iis quæ Commentario ad Miſchnam Menachot præfatur. Modum offerendi Oblationes, habes quoque in noſtra Gemara fol. 14. b.

(7) *In vaſis ſanctis*] Pro כל המנחות תחלתן וסופן בכלי שרת in Jalkut fol. 206. col. 3. ubi eadem hæc habentur, legitur explicatius. כל המנחות תחלתן בכלים הראוין לכלי שרת וסופן בכלי שרת: id eſt: *Omnes Oblationes, principio erant in vaſis ejuſmodi, quibus uti licuiſſet in Sanctuario; deinde, ipſis vaſis ſacris recipiebantur*. Hoc gloſſema in notis ad Miſchnam noſtram, approbat Maimonides, accipitque Vaſa, ſacro miniſterio apta, de aureis argenteisque: nec aliter eſt in Gemara.

(8) *Ad omnes oblationes &c.*] Quæ nunc ſequuntur, cum grano ſalis, & conjuncto, minime vero ſeparato ſenſu, accipienda eſſe, probe docetur in Gemara fol. 15. a. Neque enim hoc volunt Magiſtri, quod quidem videri poterat, ſolam videlicet iſtam Sotæ oblationem, unamque ex omnibus, nec oleum nec thus admiſiſſe, itemque ſolam fuiſſe ex hordeo; verum hoc intendunt, nullam cæterarum omnium oblationum, cum iſta penitus, & ex omni parte poſſe comparari. Etſi enim Oblatio hominis peccatum expiare volentis, in modum oblationis Sotæ, oleo & thure carebat, Levit. V, 11. attamen parabatur ex ſimilagine, non hordeo. Simili ratione, etſi Oblatio Manipuli, fiebat ex hordeo, ut illa Sotæ; nihilominus hic farina cui nihil ademtum, ſed ibi puriſſima, & præterea oleum & thus quoque, adhibebantur. Eſt cæteroquin in hoc negotio notanda Regula, quam ſuppeditat Autor eximii libri Schilte Haggibborim fol. 70. col. 3. יש מהמנחות שטעונות שמן ולבונה שמן ולא לבונה לבונה ולא שמן לא שמן ולא לבונה: id eſt: *Quædam Oblationes requirunt oleum & thus: Quædam ſolum oleum, excluſo thure, quædam ſolum thus, excluſo oleo, quædam neutrum admittunt*. Ad ſpecies ſingulas deſcendere, longum foret, nec facit ad inſtitutum.

(9) *Nec oleum, nec thus admittebat*] Ex his Moſes Kozenſis, Duo Præcepta facit Negantia, quæ numeris LXXXVII. & LXXXVIII. iterumque CCCXXVIII. & CCCXXIX. apud ipſum locantur, ſic autem de illis, fere iiſdem utrobique verbis, loquitur. הזהירה תורה על מנחת קנאות לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליה לבונה ואם נתן לוקה על השמן בפני עצמו ועל הלבונה בפני עצמה: id eſt: *Vetat Præceptum Divinum* (Num. V, 15.) *Oblationi Sotæ Oleum aut Thus addere, quod ſi vero Sacerdos id faciat, ſeorſum propter Oleum, & ſeorſum propter Thus vapulat*. Quod vero ad cauſam interdicti hujus attinet, eam dicunt Tanchuma fol. 69. col. 4. Rabbot fol. 230. col. 1. & ex his Raſchi ad cap. V. Numer. Tanchumæ verba ſunt: לכה לא יצק עליה שמן שהשמן אור וקרוי יצהר זו אהבת את האפלה לפי לא תהא אור במנחתי לכה לא יתן עליה לבונה שהלבונה זכר לאמהות שנ׳ אלך לי אל הר המור אל גבעת הלבונה וזו פירשה מדרכיהן לפי תהא מנחתה מזכרת עון ולא מזכרת זכותי: id eſt: *Quare* (Oblationi Mulieris de adulterio ſuſpectæ,) *non fuit affuſum oleum? Quia Oleum Lucis ſymbolum eſt, & ideo* (a צהר quod *Lucendi*, & *Splendendi*, ſignificationem habet) *dicitur* יצהר (quaſi, *Rem Lucidam*, illud dicas:) *iſta vero, cum tenebras amarit, ideo æquum erat, ut ab ejus Oblatione abeſſet Lux. Quare vero Oblationi ejuſdem non fuit impoſitum thus? Quia Thus* (magnarum) *Matrum noſtrarum*, (Saræ, Rebeccæ, Rachelis) *Mnemoſynon eſt, uti in illo*: (Cant. IV, 6.) Ibo mihi ad montem myrrhæ, ad collem thuris. *At, iſta ſegregavit ſe ab illarum moribus, proindeque ejus Oblatio tantum peccati, neutiquam pietatis memoriam inducit*. Sed, non deſunt inter Judæos, qui aliter de hoc negotio opinantur. Nam quantum ad Olei abſentiam attinet, de ea in Commentario in Pentateuchum, qui Mincha Belula inſcribitur, p. 136. a. legimus: לא יצוק עליה שמן שהשם טוב נמשל לשמן שני טוב שם משמן ועל זאת יצא שם רע: id eſt: *Olei affuſio prohibita, quia bona fama, Oleo comparatur*; ſic enim S. E. (Eccleſ. VII, 1.) Gratior eſt exiſtimatio, oleo: *iſta vero, famam malam contraxit*. Chaskuni, non tantum circa Oleum, ſed & circa Thus, a veteri opinione receſſit, ſcribens: לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליו לבונה השמן והלבונה שבשאר מנחות נקראו אזכרה על שם שהמביאן נזכר במנחתו המנחה זו אם יתן ויצוק לבונה ושמן אזכרה זו תהא מזכרת עון כמו שמפרש והולך כי מנחת קנאות הוא: id eſt: (Sotæ Oblationi) *nec Oleum affundendum, nec imponendum Thus. Scilicet, Oleum & Thus, quæ in reliquis Oblationibus adhibentur*, (Scriptura) אזכרה (Mnemoſynon) *appellitat, nam ea offerens, efficit ſui* (apud Numen) *recordationem. Quod ſi igitur in Sota Oblatione, Oleum & Thus locum reperirent, id quidem peccati ejus eſſet Mnemoſynon: Quo reſpiciens Scriptura, mox addit*: Eſt enim Zeli Oblatio. Ab illis, non longe admodum abeunt, quæ diſſerunt Maimonides in More Nevuch. part. 3. c. 46. pag. 486. Edit. Buxt. & Abarbenel Comm. in Legem fol. 280. col. 2. Præ horum tamen, omnibuſque hactenus allatis rationibus, placet illa S. Chryſoſtomi noſtri Orat. 5. adv. Judæos: Ἐπειδὴ πένθος ἐςὶ καὶ κατάγνωσις, καὶ ὑποψία πονηρὰ, ἐμιμεῖτο τὴν συμφορὰν τῆς οἰκίας, θυσίας τὸ σχῆμα, διὰ τοῦτο φησίν. οὐκ ἐπιχεῖς ἐπ' αὐτῷ ἔλαιον, οὐδὲ ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτὸ λίβανον· Id eſt: *Quoniam id quod gerebatur, luctus erat, & incuſatio: ſuſpicioque prava; forma ſacrificii, domeſticam calamitatem imitabatur, eoque dicit: Non effundes ſuper illam oleum, neque impones illi thus*. Nam, Oleum & Thus, Lætitiæ ſigna fuiſſe, nec niſi in gaudio & feſtivitate locum repeſiſſe, notum eſt ex Divinis literis. Atque ſic ipſa Gemara noſtra, Oleum & Thus omiſſum ait שלא יהא קרבן מהודר id eſt: *Ut Venuſtate Oblatio deſtitueretur*.

(10) *Iſta conficiebatur ex hordeo*] Cl. Seldenus, contendit in paulo ante recitatis: illud hordeum ex Mariti apothecis deſumendum fuiſſe. Nimirum, legerat in Sinag. fol. 138. col. 4. aut alibi מביא עשרון קמח שעורין משל בעל quæ eadem quoque, in MS. noſtro Ez. Hechajim deprehenduntur, poſſuntque iſta, primo aſpectu, gignere ſane ſenſum, quo a Viro Docto ſunt accepta. Sed, omnino ſatius eſt, משל בעל ad *Æs* & *Pecuniam*, quam *Mariti Apothecas Hordeumque*, referre, tum, quod nulla patitur ratio, ab exploratione uxorum eos excludere maritos, quibus Apothecæ haud erant, quale quid tamen, Seldeni opinionem, conſequitur: Tum vero, quia pro recentiorum obſcuriore phraſi, ſic ſatis perſpicue legitur in libro antiquiſſimo Peſikta Sutarta fol. 30. col. 1. אינו מקין לה מכתובתה אלא משלו וכן כל קרבן שעליה id eſt: (Maritus oblaturus Sotæ ſacrificium,) *non parat illud ex bonis mulieris dotalibus, ſed ex ſuis propriis, eademque omnium ſacrificiorum ab illa offerendorum eſt ratio*. Nota tamen hanc regulam non ſimpliciter, ſed de iis tantum ſacrificiis intelligendam eſſe, quæ ad conjugium aliquem reſpectum habent, uti cum de adulterio ſuſpecta, aut immunda, vel recens partu levata eſt mulier. At, cum de ſolvendo ejus voto, aut expiando peccato ab ea commiſſo agitur, aliud obti-

obtinet, atque ſimili in caſu, ex ſuis facultatibus mulieri litandum eſt. וקרבן שאין מכשירה לו כגון שקיפתה נזירות בראשה או שהלכה את השבת הרי זו מביאה משלה ומקיץ מכתובתה : commode monetur in Siphri fol. 3. col. 3. quorum verborum ſenſus, ex dictis erui facile poteſt.

(11) *Pollen fuit oblatum*] Nimirum סלת מנופה בי"ג נפה id eſt: *Farina ſi.t mitius, ter & decies cribellatus*: Mincha Belula p. 136. a. Eſtque offerendi Manipulum ritus, apud Kozenſem Praec. Aff. CXCIX. Joſephus l. 3. Antiq cap. 10. *Τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη, τῶν καρπῶν οὓς ἐθέρισαν, οὐ γὰρ ἥψαντο πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι. Καὶ τὸν θεὸν ἡγούμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας τούτων* (An legendum ταύτης.) *ἔτυχον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι τρόπον τοῦτον· φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα καὶ πτίσαντες, καὶ καθαρὰς πρὸς ἄλεσιν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τῷ βωμῷ ἀσσάρωνα προσάγουσι τῷ θεῷ· καὶ μίαν ἐξ αὐτοῦ δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι.* Id eſt: *Secunda Azymorum die, quæ eſt menſis hujus* (Niſan,) *decima ſexta, frugibus demeſſis, & hattenus intattis, incipiunt frui: æquum rati, Deum hujus ubertatis autorem per gratitudinem honorari, Hordei primitias afferunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atque ita in alicæ modum fracti, aſſaronem, ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam injecto, reliquum Sacerdotum uſui cedit.* Quas, cæteroquin Judæi faciant farinæ differentias, diſcere eſt Menachot fol. 112, a. סאה ביהודה היה עושה חמש סאים סאה קמח סאה סולת סאה סובין סאה מורסן וסאה קיבורי : id eſt: *Sea, ejus frumenti, quod regio Tribus Judæ* (ediderat, ſi commoleretur,) *reddebat Sea quinque: unam farinæ, unam pollinis, unam furfuris, unam merarum ſiliquarum, ſive furfuris deterrimi, & unam farinæ ſecundariæ.* In qua quidem verſione exprimenda omnino R. Salomonis ſecuti ſumus autoritatem, apud quem de poſtremo, quod præcipue difficultatem parit, vocabulo, ſic legitur: קיבורית קמח שאינו יפה שעושין ממנו פת קבר Id eſt: *Vox* קיבורית *notat farinam, quæ non eſt pulchra, & ex qua fit panis ſecundarius.* Atque, quia huic expoſitioni, ipſe ſermonis contextus favet, cum neceſſe utique videatur eſſe, ut inter farinam, & furfurem, aliquod adhuc medium intercedat, ideo vitio nobis verti non debet, quod Cl. Buxtorfium in Lex. Talm. p. 1964. קיבור *de viliore furfuris ſpecie, & ipſa farinæ face*, interpretantem, hactenus deſeruimus.

(12) *Farina cui nihil ademtum*] Puta המנין ומקמח הכל מעורב id eſt: *Cum ſuo furfure, farina mixta*, uti iterum eſt in Mincha Belula, loco eodem. Græci vocarent *Αὐτόπυρον*.

(13) *Facta ejus belluina fuere*] שבהמה אין לה יחוד עם בעלה : id eſt: *Nam, nec Bellua, cum uno ſolo mare cubilia ſua ſociat*: id quod vere ſupplet Abarbenel Comm. in Pentat. fol. 280. col. 2.

(14) *Eſca belluarum*] Hordeo ipſo quondam paſcebantur, & fortaſſe, etiamnum paſcuntur, Equi, & Aſini, in Judæa, non vero, ceu in noſtris Regionibus fieri ſolet, ejus corruptela. Quippe, ita dicente Plinio l. 18. Hiſt. Nat. c. 17. *Primum omnium frumenti vitium Avena eſt: & hordeum in eam degenerat.* De Hordeo, eſca beſtiarum apud Judæos, adſcribam locum unum ex Schalſchel. Hak. p. 14. a. ראיתי מפרש איש שאמר עם ראיות שבני בית שלמה האוכלים על שלחנו היו ששים אלף והשעורים שהיה צריך לסוסיו היה מאתים אלף מומבולי לסדרת נפולי מלבד כן גודל שהיה צריך לכלכל הבהמות מהאנשים הבאים בכל יום לשחר פניו או לשאת מנחה וכיוצא : id eſt: *Vidi Scriptorem quendam, probantem rationibus, Salomonem cibaſſe in Aula ſua, hominum millia ſexaginta: Ad Equos ejus alendos,* (diebus ſingulis) *opus fuiſſe, bis mille menſuris Neapolitanis, quas ipſi vocant* Tomboli: *præterquam quod cogebatur ſuſtentare immenſum numerum illorum jumentorum, quibus vecti fuere, qui quid precaturi, aut munus oblaturi, vel ob ſimilem rem advenerant.*

ב היה מביא פילי של חרס חדשה ונותן לתוכה חצי לוג מים מן הכיור ר' יהודה אומר רביעית כשם שממעט בכתב כך ממעט במים נכנס להיכל ופנה לימינו ומקום היה שם אמה על אמה וטבלא של שיש וטבעת היתה קבועה בה וכשהוא מגביהה נוטל עפר מתחתיה ונותן כדי שיראה על פני המים שנאמר ומן העפר אשר יהיה בקרקע המשכן יקח הכהן ונתן אל המים :

2. (*Sacerdos*) attulit (1) phialam (2) fictilem novam, & (3) ſemiſextarium aquæ (4) e Labro, in eam infudit. Sed (5) ſecundum R. Judam fuit (*aquæ*) tantum, quartarius. Quippe is, uti (6) quod ad ſcripturam, ita &, quod ad aquam attinet, minus (*quam alii*) admittit. (*Sacerdos*) templum ingreſſus (7) dextrorſum deflexit: Ibi (8) foſſula erat, unum cubitum longa, lataque, huic tabula marmorea (*ſuperimpoſita fuit*,) cui infixus annulus. Ea igitur, in altum ſublata, (9) exinde tantum pulveris (10) depromſit, (11) aquiſque indidit, (12) ut conſpici poſſet, in aquarum ſuperficie. Q. S. E. *Et de pulvere, qui erit in ſolo tabernaculi accipiens Sacerdos, indet in illam aquam.*

R. OB. DE BARTENORA.

היה מביא *Adducebat*, ſcil. ſacerdos: פילי eſt vas quod notum eſt in lingua Græca (*Φιάλη*) מים מן הכיור *aquæ à labro*, uti ſcriptum eſt Num. 5, 17. מים קדושים *aquæ ſanctæ*, at non ſunt ſanctæ, niſi quatenus ſanctificantur in vaſe ſancto.

כשם שממעט *Quemadmodum excipit*, nempe R. Jehuda. בכתב *Scripturam*, pergameni, poſtea in Miſna, ſic etiam hic excipit in quantitate aquæ; deciſio non eſt juxta R. Jehuda. מקום היה שם *locus erat illic*, peculiaris eſt a cæteris locis templi diſtinctus. טבעת היתה קבועה בה *cui annulus erat infixus*, ad prehendendum illam tabulam marmoream & ad attollendum eam ſupra reliquas tabulas, quæ omnes erant marmoreæ. כדי שיראה על פני המים *ut conſpici poſſet in aquarum ſuperficie*, neceſſe erat ut inderet quantitatem ut videri & cognoſci poſſet ſuper facie aquarum. ונתן אל המים *& indet aquis illis*, quia ſcriptura non dicit ונתן במים ſed ונתן אל המים ideo indicatur quod non abſorptus fuit aquis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פילי של חרש חדשה *Phialam fictilem novam*, neceſſarium erat ut hoc vas non multum mutatum eſſet per aliquod tempus, neque nigredinem contraxiſſet; & quod dicit חדשה *novam*, vult, nunquam eo factum eſſe opus aliquod, uti ſe habebat vas leproſi, de quo dicit ſcriptura Levit. 14, 5. כלי חרש על מים חיים Dixerunt Sapientes, quemadmodum aquis vivis non fiebat opus, ſic etiam in vaſe fictili non debebat fieri opus; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

WAGENSEILIUS. (1) *Phialam*] פילי id ipſum Græcorum *Φιάλη*, & id Judæi quoque agnoſcunt. In Tanchuma fol. 69. col. 2. ſequens gloſſema, ſemicirculis incluſum deprehenditur: פיאלי כלשון יון כוס או צנצנת אך תרגום כספל אורייי בפיילי גברייא והרגני יוני (Exiſtimo legendum eſſe יוני) : ועשירת קערותי פלותא id eſt: *Verbum* פיאלי

פאלי *Lingua Græca, ſcyphum aut urceum denotat. Hinc Chaldæus* (Jud. V, 25.) *pro* בספל אדירים id eſt : Simpulo magnificorum, habet בפיילי גבריא & (Ex. XXV, 29.) pro ועשית קערותיו id eſt : Et facies ſcutulas ejus : *Jonathan tranſtulit* : ותעביד פילתוי Similis annotatio etiam in Jalkut fol. 206. col. 4. margini eſt addita. Liber Schilte Haggibborim fol. 30. col. 4. אמרו במסכת סוטה פרק היה מביא את מנחתה משנה שנית מביא פיילי של חרש וכו' דע כי רז"ל היו בקיאים מאד בלשון יוני והמצאו בדבריהם דברים הרבה ומלות רבות בזה הלשון שהמדפיסי' לא העתיקו אותן כדין וכשורה כמו המלה הזאת שכתבו פיילי במקום פיאלי כתוב בפי' כיותא באלפא כלאמדה וכביטא (Legendum וביאיטא) והוא כלי ששותין או יהיה זה הכלי מכסף או זהב או זכוכית וכדומה הכל נקרא כן בשם כולל : Id eſt : *In Maſſechet Sota Cap. 2. §. 2. legimus : Attulit* פיילי *fictilem* &c. *Sciendum, Sapientes antiquos, in Lingua Græca, fuiſſe exercitatiſſimos, unde in ſcriptis eorum, & ſententiæ, & verba multa, ex illo ſermone depromta, reperiuntur : quæ tamen Typographi, non ſatis fideliter exhibent. Tale quid in hac voce accidit, dum* פיילי *pro* פיאלי *imprimunt. Eſt enim in Græco,* φῖ, ἰῶτα, ἄλφα, λάμβδα, ἦτα. *Significat vero, vas, e quo potatur, ſive argenteum id ſit, ſive aureum, ſive vitreum, aut ex alia ſimili materia effictum : Omnia, inquam, iſto nomine veniunt cum ſit generale.* Cæterum Joſephus 3. Antiq. c. 10. de Sota agens, plane eodem vocabulo uſus eſt: τῶν δ' ἱερέων τελεσθέντων, τῆς διφθέρας ἀπαλείψας, τοὔνομα εἰς φιάλην ἐκπιέζει.

(2) *Fictilem Novam*] Et ſecundum Maimonidem Comment. in hunc locum omnino talem שלא נעשה בה מלאכה כלל ואפילו בדבר מועט : id eſt : *Quæ ad nullum unquam, etiam perexiguum uſum, fuit adhibita.* Sed, nec ex nimia vetuſtate, nigredinem contraxiſſe debuit, ſecus enim, igne luſtranda erat, autore eodem Maimonide Hilch. Sota c. 3. §. 9. Fatigant ſe quidam Magiſtri, in perveſtiganda cauſa, cur illud vas fictile eſſe oportuerit, ſed vix eſt ut credam, ipſos eandem fuiſſe aſſequutos. Autor libri Keli Jakar fol. 100. col. 2. ſcribit : נתינת המים בכלי חרש הינו לפי שכלי חרש אינו יוצא מידי רפיו לעולם כן הבא על הערוה והולד ממנה ממזר נקרא מעות לא יוכל לתקון : id eſt : *Ideo aquæ, fictili vaſe exceptæ ſunt, quia, ſicut fictile vas* (quod ſemel immunditiem contraxit,) *nunquam ab ea liberari poteſt : Ita, qui illicitam Venerem ſectatus, Spurium generat, Corruptor vocatur, eſtque id malum immedicabile.* Bechai, ſublimius myſterium ſe reperiſſe arbitratus eſt, cujus Comment. in Pent. fol. 156. col. 1. hæc verba ſunt: אם תשכיל היטב בטה שאמר בכלי חרש תמצא שיש בו רמז שלא הזכרת לקום עמו בתחית המתים אך תהיה כחרש הנשבר שאין לו תקנה אם תחת תאכר מן העולם הזה והעולם הבא שהמונה תחת בעלה כעובר שתי רשויות ועל כן אמר בכלי חרש ולא אמר בכלי זכוכית שהזכוכית יש לו תקנה בנפיחה והמתים עתידין לחיות קל וחומר מזכוכית : id eſt : *Si attentius conſideres, quare fictilis vaſis uſus præcipiatur, deprehendes eo innui, adulteram cum ſuo amatore non reſurrecturos olim a mortuis, ſed futuros inſtar vaſis fictilis, cujus ſemel fracti, nulla eſt reparatio. Quæ enim ſcortatur mulier, & hujus, & æternæ vitæ jacturam patitur, eo quod adulterium idololatriæ reatum ſimul involvit. Ergo, vas fictile adhibendum fuit, non vitreum; quippe vitrum* (fractum,) *novo flatu, ad priſtinam formam reducere licet : Atque hinc a vitrorum reparatione, ad reſurrectionem mortuorum, tanquam a minori, ad majorem veriſimilitudinem, vulgo concludimus.*

(3) *Semi-ſextarium*] Cujus Menſuram, ad hos ſimileſque uſus, perpetuo in Templo ſervatam fuiſſe, legitur in Smag Præc. Aff. 56. & in MS. noſtro Ez. Hochajim: בחצי לוג שהיה במקדש היה מודד

(4) *E Labro*] Aquas enim ſanctas accipere oportebat, Num. V, 17. Sed vero : אין מים קדושים אלא שקידש בכלי אלו מי כיור id eſt : *Nullæ Aquæ ſanctæ ſunt, niſi quas vas, Labrum ſcilicet, ſacravit :* Jalkut fol. 207. col. 1. De Labro, multa egregie nos monet, aureus liber Schilte Haggibborim cap. XXVII. & quædam excerpere eſt operæ pretium. דעו בני כי בבית ראשון שבנה שלמה היה הים מוצק עשר באמה משפתו אל שפתו עגל סביב חמש באמה קומתו אלפים בת יכיל כדכתיב מלכי' א' ז' וב"הד ב' ד' כתיב שלשת אלפים יכיל כמו שפירשו רבותינו ז"ל אלפים בלח ושלשת אלפים כיבש הגודש כי כל כלי שעמקו חצי רחבו גודש משפתו ולמעלה הוא שליש ממה שמכיל הכלי עד שפתו : id eſt : *Noſſe vos oportet, ô Filii, in Templo primo, quod condiderat Salomo, fuiſſe Mare fuſum, habens decem cubitos ab oræ una parte ad alteram, rotundum circumquaque, altitudinis cubitorum quinque, capiens vero, Batos bis mille, prout traditur 1 Reg. VII. Cæterum, quod 2 Chron. IV. legimus, ter mille cubitos illud cepiſſe, hoc cum Magiſtris noſtris, f. m. ita conciliandum fuerit,* (ut dicatur,) *continuiſſe bis mille Batos Humidorum, at ter mille, Aridorum aggeſtorum. Nam, quodque Vas, cujus profunditas dimidiatam proportionem habet, ad περιφέρειαν, ſi poſt impletionem porro acervetur, tantum admittit cumulum, ut tertiam partem ejus quantitatis, cujus ipſum vas ad oram uſque capax eſt, exæquet.* Poſtea, cum multa, de Baſibus, & Labris, Maris hujus interjeciſſet, ſubjungit: אבנים במקדש שני לא היה בו לא ים ולא מכונות וכיורות רבים אלא היה בו כיור אחד בין האולם והמזבח ומשוך קמעא מזרח המזבח כלפי הדרום כמו ששנינו בזבחים שהיה שם לקדש ידים ורגלים של כהנים כמשפט הכתוב בפרק שלישי ממס מדות משנה ששית ובראשונה לא היה לכיור אלא שני דדים בלבד עד שבא בן קטין הכהן הגדול זכור לטוב ועשאן שנים עשר כמו שאמרו בפרק' אמר להם הממונה ריומא משנה עשירית וזה כדי שיהיו שנים עשר כהנים הזוכים בפיים של תמיד של שחר מקדשים בבת אחת ידיהם ורגליהם : id eſt : *Verum enim vero, in Templo poſteriore, nec Mare erat, nec Baſes & Labra plurima, ſed unicum tantum Labrum, inter Porticum & Altare, ab hujus angulo, nonnihil ad Auſtrum ſeſe porrigens, ceu in* (Maſſechet) *Sevachim proditum eſt. Hujus uſus erat, ut Sacerdotes manus ſuas pedeſque mundarent, ſecundum normam traditam in cap. III. Maſſ. Middot, Miſchna VI. Atque principio, Labrum hoc, ſola duo habebat Epiſtomia, ſed ſuperveniens Ben Ketin, Pontifex Summus, f. m. duodecim fecit, uti eſt in c. III. Joma, Miſchna X. Hæc vero ideo fieri voluit, ut duodecim illi Sacerdotes, qui in offerendo jugi ſacrificio occupabantur, ſimul omnes, manus & pedes abluere poſſent.*

(5) *Secundum R. Judam &c*] Privata hæc fuit R. Judæ opinio, in quam Sapientes reliqui, ſuis ſuffragiis non deſcenderunt.

(6) *Quod ad Scripturam*] Vide Miſchnam, mox ſequentem.

(7) *Dextrorſum deflexit*] Si maxime voci ופנה non adderetur לימינו tamen haud aliter, quam de dextro latere accipienda fuiſſet, ob Gemaræ noſtræ Regulam : כל פנות שאתה פונה לא יהו אלא דרך ימין id eſt : *Quotieſcunque quis deflexiſſe dicitur, id de regione dextra capiendum.*

(8) *Foſſula erat unum cubitum longa, lataque.*] Nota, Phraſin אמה על אמה qua Talmudiſtæ crebro utuntur, Longitudinem & Latitudinem, & in re ſimili tantum notare, non vero, (quod tamen merito opinari quis poterat,) etiam profunditatem. Id enim perſuadet locus in Erubin fol. 14. a. inf. תני ר' חייא ים שעשה שלמה היה מחזיק כאה וחמשים מקוה טהרה מכדי מקוה כמה הוה כדתניא ורחץ את בשרו במים במי מקוה כל בשרו מים שכל גופו עולה בהן וכמה הן אמה על אמה ברום ג' אמות : id eſt : *Docuit R. Chaja, Mare, quod Salomo fecerat, continuiſſe CL. fontes purificationis. Quæ eſt menſura fontis ejuſmodi? Ea, quæ colligitur ex verbis,* (Lev. XIV, 9.) Et abluet carnem ſuam aquis: *quibus cum indicetur, totum corpus, fontis aquis abluendum eſſe, quare aquas tantas eſſe oportet, ut univerſum corpus capiant. Quæ igitur harum debet eſſe quantitas? Ulnam unam longas, Lataſque tres vero profundas eſſe exigitur.*

(9) *Exinde tantum pulveris &c.*] Quid facto opus ſit, ſi pulveris in Sanctuario nulla ſuppetat copia, prolixior in Gemara eſt diſputatio, quam ut afferri poſſit. Miſſa ea, controverſiæ deciſionem recitamus ex Maimonide Hilchot Sota cap. 4 §. 12. לא היה שם עפר בהיכל מביא עפר מבחוץ ומניחו בהיכל ולוקח ממנו ונותן על פני המים ואינו מביא אפר אבל מביא רקבובית שהיא בעפר : id eſt : *Quod ſi in Sanctuario nullus ſit pulvis, ex aliunde allato, inque eo depoſito, accipere licebit, & aquis indere. Cineres* (loco pulveris) *accipere, nefas, putrorem vero corruptarum rerum, fas eſt.*

(10) *Depromſit*] Manu ſua, ultro objectos pulviſculos Sacerdos prehendebat, nam, ut rurſus ait Maimonides: לא יחפור בקרדום בהיכל ויוציא עפר שני אשר יהיה בקרקע המשכן ואם חפר והוציא עפר כשר: id eſt: *Non debebat in Templo, pulverem rutro effodere, ac eruere Sacerdos*, Q.S.E (Num. V, 17.) Qui erit in ſolo Tabernaculi. *Si vero fodiendo eruiſſet, ſaltem pulveris nullum erat vitium.*

(11) *Aquiſque indidit*] Sed vero, ſi libro antiquiſſimo Siphri fol. 4 col. 3. hic credimus, אם הקדים עפר למים כשר id eſt: *Peccatum nullum erit, ſi Sacerdos prius pulverem vaſi indat, atque ſic demum aquam affundat.*

(12) *Ut conſpici poſſet, in aquarum ſuperficie*] Modice quidem pulvis aquæ injiciendus erat, ut hauriri eadem commodo poſſet: non tamen tanta exiguitate, quæ viſum omnem effugeret; ſecus enim, ne additum quidem pulverem eſſe, ſuſpicari licebat. ת״ר שלשה צריכין שיראו עפר סוטה ואפר פרה ורוק יבמה משום ר׳ ישמעאל אמרו אף דם צפור: id eſt: Tradunt Magiſtri: *Tria ſunt, quæ minorem, quam quæ conſpici queat, quantitatem, haud admittunt: Suntque: Pulvis Mulieris de adulterio ſuſpectæ; Cinis Juvencæ* (Num. XIX, 17.) *& Sputum Fratriæ*, (Deut. XXV, 9.) *Atque ex ſententia R. Iſmaelis, addere his oportet, Sanguinem avis* (quæ jugulatur in expiatione Lepræ, ſuper aquam vivam, Lev. XIV, 5) Sic legitur in Gemara noſtra fol. 16. b. idemque repetitur in Jalkut fol. 207. col. 1. Cæterum, quare in Sotæ Judicio, Aquam & Pulverem adhibere, Legiſlator Supremus juſſerit, Rabbini more ſuo curioſe indagare ſategerunt, e quibus tamen multi, nimium intelligendo, fecere, ut nihil intellexerint. Omnium ineptias, uti afferre ſuperſedemus, ita unum & alterum, non omnino abſurdum, juvat audire: Jelammedenu fol. 69. col. 4. cum non minus ac Talmud Jeruſchalmi apud Moſen Mikkozi in Smag. fol. 138. col. 4. præcepti divini eam principio cauſam attuliſſet, quod ex Aqua, Mulier creata fuerit, & in Pulverem convertatur: ſubjungit deinde: דא״ל לכך נבדקת במים ובעפר לפי שאדם זורע כמה זרעים בעפר ואינו יודע מה הם עד שהמים יורדים עליהם ומוריעין אם הם של בעל השדה או מה שזרעו אחרים: id eſt: *Supereſt alia reſponſio: Quare inſtituta Exploratio Aqua & Pulvere? Scilicet, Paterfamilias multa ſeminat ſemina in pulvere, quæ illum deinde latent, quoad aquis irrigata, oſtendunt, quas fundi Dominus, quaſque alii fecerint ſementes.* Non addit plura, proclive enim eſt, ad inſtitutum applicare ſimilitudinem. Abarbenel Comment. in Legem fol. 280. col. 3. in hunc modum ratiocinatur: המים רומזים לתורת השם שהזהירה על העריות והיא עברה עליה בטומאתה ועפר קרקע המשכן היה רמז לכבוד בית ה׳ ומשכנו שלא יבא שכר אתנן זונה ומחיר כלב ולכן שמה ראוי שתענש על חטאתה גם תרמוז בזה שעפר היא ואל עפר תשוב שכה כי כן צוה בכלי חרס כיכן שהיא תשבר ככלי חרס: id eſt: *Aquæ, ad Legem Divinam*, (iiſdem ſæpe comparatam,) *reſpectum involvunt, hæc enim vetat adulteria, quod præceptum, ſua impuritate Sota violavit. Pulvis ex ſolo Templi, revocat in mentem venerationem Domus Dei, ejuſque Sanctuarii, in quod merces meretricia, ac pretium canis inferri, non debebant, itaque æquum erat, ut ibi Sota plecteretur: Amplius, indicabat idem pulvis, Sotam, pulverem eſſe, & ibi in pulverem reverſuram. Unde & in fictili vaſo, iſta offerenda erant, certo indicio, fractum iri illam, adinſtar vaſis fictilis.*

ג בא לו לכתוב את המגילה מאיזה מקום הוא כותב מאם לא שכב איש וגו׳ ואת כי שטית תחת אישך וגו׳ ואינו כותב והשביע הכהן את האשה וכותב יתן ה׳ אותך לאלה ולשבועה ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבות בטן ולנפיל ירך ואינו כותב ואמרה האשה אמן אמן רבי יוסי אומר לא היה מפסיק רבי יהודה אומר כל עצמו אינו כותב אלא יתן ה׳ אותך לאלה ולשבועה וגו׳ ובאו המים המאררים האלה במעיך וגו׳ ואינו כותב ואמרה האשה אמן אמן:

3. Deſcripturus Libellum, unde ſcriptionis initium fecit? Videlicet (1) ab illis: *Si non concubuit ullus tecum, &c. Sin autem tu declinaſti a marito tuo &c.* Cæterum (2) non ſcribebat verba. *Et adjuravit Sacerdos mulierem:* Sed (*iis, & paucis, quæ ſequuntur, omiſſis*) ſcripſit: *Ponat te Dominus in maledictionem, & formulam jurisjurandi; Ingrediantur itaque hæ aquæ* (3) *maledictionem illaturæ, in viſcera tua, ad tumidum reddendum, ventrem, & ad efficiendum femur caducum.* (4) Non vero ſubjiciebat verba: *Et dicet mulier Amen, Amen:* R. Joſe ait, nihil ab eo fuiſſe omiſſum. (5) R. Juda in ea eſt ſententia, haud ſcripſiſſe eum præterquam: *Ponat te Dominus in maledictionem & formulam juramenti* &c. *Ingrediantur itaque hæ aquæ maledictionem importaturæ in viſcera tua &c.* Neque addita eſſe verba: *Et dicet mulier: Amen, Amen.*

R. OB. DE BARTENORA.

מאם לא שכב איש וגו׳ *A ſi non concubuit tecum ullus*, quæ verba ſunt maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus; *ut ſi non concubuit tecum ullus, libera eris*, undè contra infertur, ſi concubuit tecum ullus, non eris libera.

ואינו כותב והשביע הכהן את האשה וגו׳ *At non ſcribebat, & adjuravit ſacerdos mulierem &c.* quia hoc tantum eſt mandatum pro ſacerdote, quod adjurabit eam.

ואינו כותב ואמרה האשה אמן אמן *Neque ſcribebat, & dicet mulier Amen, Amen*, quia tantum eſt argumentum illius quo mulier in ſe recipit maledictiones; quod vult probare ex eo quod dicitur verſu 23. וכתב את האלות האלה *& ſcribet maledictiones illas*, quod dicitur האלות, venit ad multiplicandum maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus: האלה *illas*, ad excipiendum præceptiones, & ſuſceptiones quas mulier recipit.

רבי יוסי אומר לא היה מפסיק *R. Joſe dicit, non interrumpebat*, nimirum, ab eo quod dicitur, *ſi non concubuit tecum ullus*, uſque ad *Amen, Amen*, & ſcribebat mandata, ſcil. והשביע הכהן את האשה *& adjurabit ſacerdos mulierem*, nec non ſuſceptiones. ואמרה האשה אמן אמן *& dicet mulier, Amen Amen*; nam dicimus quod particula את multiplicat mandata & ſuſceptiones. *R. Jehuda dicit, nihil ſcri-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus doctor dicit, quod ſcribebat אם לא שכב איש אותך ואת כי שטית טמאה תחת אישך וגו׳ *Si non concubuit ullus tecum, ſin autem tu declinaſti à marito tuo* &c. (vide Num. 5, 19, 20, 21.) Nam etſi verſus illi non contineant maledictionem, nihilominus ex illis intelliguntur maledictiones; nam id quod dicit, *ſi non concubuit tecum ullus, libera eris*, indicat contrà, ſi concubuiſti, non eris libera, juxta conſequentiam Legis; & ejuſmodi vocant *maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus.*

והשביע הכהן את האשה *Et adjurabit ſacerdos mulierem*, hoc eſt præceptum; præterea omnes magiſtri diſcrepant in expoſitione loci וכתב את האלות האלה *& ſcribet maledictiones illas*, vide verſu 23. primus doctor dicit, quod dicitur, *maledictiones*, comprehendit maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus; *illas*, excipit præcepta. R. Joſe dicit quod vox את multiplicat præcepta, propterea dicit quod non interrumpet; ſed etiam ſcribet והשביע הכהן *& adjurabit ſacerdos.* R. Jehuda dicit, id quod dicitur האלה *illas*, excipit maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus, & propterea non ſcribitur totus verſus.

ſcribebat præterquam &c. id eſt, cavebat ſibi ne quicquam ſcriberet præter ipſas maledictiones, & non maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus, neque mandata, neque ſuſceptiones; quia exponit, *has maledictiones*, non autem, maledictiones quæ inferuntur de benedictionibus; האלה *iſtas*, excipit mandata & ſuſceptiones quas mulier in ſe ſuſcipit.

WAGENSEILIUS. (1) *Ab illa: Si non &c.*] Cum Miſchnæ Codicibus, מאם legendum, non vero, quod eſt in Baſileenſi, & Amſtelod. Talmudis Editionibus כואם Prius enim cum Texto ſacro convenit, Scripturæ verbo verbis vel addere, vel detrahere literulam, eſſe debet religio.

(2) *Non ſcribebat verba: Et adjuravit Sacerdos mulierem*] Hæc enim tantum indicant, quid Sacerdotem facere conveniat, nec attinent ad Sotam.

(3) *Maledictionem illaturæ*] Sic המים המאררים interpretari nos Judæi jubent, quorum judicio non probatur, ſi, (quod, nonnulli tamen feciſſe deprehenduntur,) *Aquas maledictas*, quis dicat; & adeo R. Salomo Jarchi, agendi ſenſum, non tantum reſpectu ejus quod in corpore ſuo Sota patitur, ſed etiam ad aliorum de ea ſermones, applicat: המאררים המסרים אותה מן העולם. לשון סלון ממאיר ולא יתכן לפרש מים ארורים שהרי קדושי׳ הן ולא ארורים כתב הכתוב אלא מאררים את אחרים ואף אנקלוס לא תרגם ליטייא אלא מלטטי׳ כראות קללה בגופה של זו: id eſt, *Aquæ illæ dicuntur* המאררים *quia Sotam vita privant, poteſtque ſignificatio peti ex* סלון ממאיר; quod Ezechiel c. XXVIII, 24. adhibuit, ut *Spinam acerrime pungentem*, innueret.) *Non vero quadrat, ſi quis* Aquas Maledictas, *exponere velit, quippe ſanctæ ſunt. neque* ארורים (id quod demum *Maledictas* notaret,) *dicit Scriptura, ſed* מאררים *quaſi quæ apud alios maledictiones producant. Atque ſic quoque Onkelos Chaldæus, non* ליטייא ſed מלטטי׳ *tranſtulit*, (quia alii Sotæ imprecantur,) *cum ejus corpus plaga vident affici.* Ex iſtis, verbo tenus exceptum eſt, quod Judæi populares, ad ſuam Verſionem Pentateuchi, in qua מי המרים המאררים reddiderunt, *Waſſer die bitren, die da machen verfluchen*, annotant. Inquiunt: *Die Bitren darum, daß zum letzten wert er ihr bitter wern. Die da machen gebrechen. Meint, machen gebrechen ſie von dieſe Welt. Aber nit daß ich wols es beſcheiden, Waſſer verſluchte, dan fürwar ſie ſein heilig, und nit verflucht: Geſchrifft daß da iſt geſchrieben der* שם המפורש *Neiert ſie machen verfluchen, ſie von andere, wann ſie ſein ſehen, die* קללה *am Leib von dieſer.* Breviter & optime Bechai fol. 156. col. 1. in f. ומה שאמר מאררים על שם האלות הנכתובות במים שהן מקללין אותה: *Aquæ illæ vocantur* מאררי׳ *propter imprecationes in iiſdem deletas, quæ Sotam male mulctant.* Conferendus Abarbenel fol. 280. col. 3. inf. In Baal Hatturim, Tanchuma, & Rabbot, vocis המאררים arcanum aliquod Myſterium declaratur: המאררים עולה שני פעמים רמ״ח לומר שבודקין רמ״ח איברים של איש ושל אשה: id eſt: *Verbi* המאררים *elementa, ad numeros redacta, bis* CCXLVIII. *conficiunt: quo indicatur, aquas exercere vim ſuam tam in* CCXLVIII. *membra* (totidem enim humanum corpus conſtat;) *ſuſpectæ mulieris, quam adulteri.*

(4) *Non vero ſubjiciebat &c.*] Iſta, in Megilla exprimere ſupervacuum fuiſſet, quippe quæ eo ſpectant, ut Mulier viva voce, geminatam obteſtationem, *Amen, Amen*, proferre cogatur.

(5) *R. Juda in ea ſententia eſt*] Inter diſcordes has opiniones, quæ verior ſit, nec Gemara, nec Maimonides, in Miſchnæ Commentario, exprimunt. Standum tamen ſine dubio illa, quæ primo loco fuit propoſita, quippe, ſcribente ita Bechai Comment. in Leg. fol. 156. col. 1. נ״ד תיבות היו כותבין לסוטה שהיו נמחים למים id eſt: *Verba LIV. ſcripta, & aquis deleta fuere, cum de Sota inſtitueretur judicium.* Sed vero, ſi rationem ineamus, ex ſola prima opinione, is numerus emergere deprehenditur. Itaque, hic graviter hallucinatus eſt, quiſquis ille fuit Autor Notarum Rabbinicarum, quæ Pentateucho, Venetiis apud Juſtinianum, ante hoc, & quod excedit, Seculum, excuſo, adjiciuntur, contendit enim, ipſum etiam Sotæ proprium, quo deſignabatur nomen, Megillæ delendæ fuiſſe inſcriptum; quod aſſertum, nec in Sacris literis, nec in univerſa Judaica Antiquitate, teſtimonium reperit. Atenim, deprehendiſſe nobis videmur, quid Commentatorem illum deceperit. Nimirum, legerat apud Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 5. aut in Smag. fol. 138 col. 4. ſcribendam eſſe Megillam, לשמה של אשה כמו גט ibi לשמה ipſe de proprio Mulieris nomine perperam accepit, cum ſenſus ſit, non valere, ſi in anteceſſum, aut in alterius, quam præſentis Sotæ gratiam libellus ſcribatur, ſuum enim cuique proprium & peculiarem exarandum eſſe, pariter uti & inſtrumentum divortii. Atque ſic deinde cap. 4. §. 11. idem ait Maimonides: כתבה שלא לשמה או מחקה שלא לשמה פסולה id eſt: *Si alterius Sotæ in gratiam, ſive ſcripta, ſive deleta fuiſſet Megilla: iſta tam Megilla, quam aqua, porro ad explorandam aliam erant inutiles.* In Miſchna Joma, capite 3. traditur: הילני עשתה נברשת של זהב על פתחו של היכל אף היא עשתה טבלה של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה: id eſt: *Helena Regina, fecit Candelabrum aureum in Porta Templi: Eadem, paravit quoque Tabulam auream, in qua verba concepta, Megillæ Sotæ inſcribenda, fuerunt expreſſa.* Quem locum non ſatis Guil. Henrico Vorſtio, in tranſlatione Zemach, intellectum eſſe, ante nos notavit præſtantiſſimus vir, Robertus Sheringamius, qui Jomæ librum, latine vertit, notiſque illuſtravit. Nec minus, graviter erraſſe deprehenditur, R. Jacobus Leonitius in Tavnit Hechal p. 32 a. cum Helenæ Tabulam Auream, in ipſum Sanctiſſimum penetrale admiſſam, & eodem, quo Urnam cum Manna, & Baculum florentem Aaronis, loco habitam eſſe, ſibi perſuaſit, inquiens: בתוך קודש הקדשים היה נתון צנצנת המן אשר מעשהו היה כזרע גד אמנם לבן ועינו כעין הבדולח מונח לפני ארון העדות גם מטה אהרן לבית לוי עם פרחיו וציציו וגם השקדים שהיה שמה מונח לפני אהרן להיות לאות לבני מרי גם שם היתה טבלת זהב טהור אשר בה כתובה בלשון הקודש האלה אשר היו משביעים את האשה כאשר יעבור עליה רוח קנאה: id eſt: Viro Clariſſimo, qui illum librum Latinum facere dignatus eſt, vertente. *Intra Sanctum Sanctorum ſita fuit urna Mannæ, quod ſimile erat ſemini coriandri, & color ejus, ſicut color Bdellii: eaque conſtituta coram Arca teſtimonii. Etiam Baculus Aaronis, Domus Levi, cum germinibus ſuis, & floribus ſuis, & amygdalis quoque, quæ erant in eo, locatus fuit ante Arcam, ut eſſet in ſignum filiis Rebellionis. Ibidem exſtitit Tabula puri auri, in qua lingua Sancta deſcripta erant illa, quibus adjurabant talem mulierem ſuper cujus marito tranſiiſſet Spiritus Zelotypiæ.* Nam, ut alia, quæ urgeri poſſent, prætermittam, certe non in alium finem parata erat, Helenæ Ta-

עמך	שטית	אם
בתת	תחת	לא
יהוה	אישך	שכב
את	וכי	איש
ירכך	נטמאת	אתך
נפלת	ויתן	ואם
ואת	איש	לא
בטנך	בך	שטית
צבה	את	טמאה
ובאו	שכבתו	תחת
המים	מבלעדי	אישך
המאררים	אישך	הנקי
האלה	יתן	ממי
במעיך	יהוה	המרים
לצבות	אותך	המאררים
בטן	לאלה	האלה
ולנפיל	ולשבעה	ואת
ירך	בתוך	כי

bula aurea, quam dicente ita Jarchi, in Notis ad allegatum paulo ante, Jomæ locum: שלא יהיה צריך להביא (Analogia Grammatices jubet ſupplere vocem ספר) תורה לכתוב

: לכתוב ממנו מגלת סטה במקדש id eſt: *Ne neceſſe eſſet aliunde in Templum inferre Librum Legis, ut ex eo feralia verba in ſchedam deſcriberentur.* Quibus plane conſona ſunt, quæ ſcribit Maimonides in ad Miſchnam Sotæ Commentario. At vero, ſi in Sancto Sanctorum aſſervabatur iſta Tabula, quomodo ulla ratione fas erat Sacerdoti gregario, (qualem Judicii Sotæ miniſtrum fuiſſe, ſupra demonſtratum eſt,) penetrare in ſacro-ſancta Adyta, & Tabulam, ſecundum quam Megillam deſcriberet, depromere? Quippe in quæ nemini uni mortalium præter ſolum Summum Pontificem, & quidem non niſi ſemel in anno, expreſſa Lege Divina, Levit XVI, 2. ad quam provocat quoque Epiſtolæ ad Hebræos Divinus Scriptor, cap. IX, 7. introire permittebatur. (Vide etiam Talmud Celim cap. 1. §. 9. Maimonidem Hilchot Bet Hamikdaſch. c 2.) Proinde, omnino conſequitur, in Conclavi aliquo, cum cæteris Vaſis, aut Veſtibus ſacris, hanc Tabulam fuiſſe cuſtoditam; vel etiam, quod mihi fit veriſimilius, juxta Nicanoris Portam, ſemper manſiſſe appenſam. Si Maimonidi credimus, haud licet Scripturæ aliquam Sectionem, ita in Tabula deſcribere, ut verba in rectis ſecundum latitudinem lineis ſint contigua, nam id librorum, & ſacrarum ſchedarum, unice proprium eſt, in Tabula vero, aut pugillaribus, ſi quod exprimitur Dei dictum, verbum verbo, aut bina vocabula, binis, ſecundum longitudinem ducendo lineas, ſupponenda ſunt. Quamobrem, ex Maimonidis mente, hæc, in Helenæ Tabula Aurea, Scriptionis forma fuit, iſta LIV. ſacrorum verborum ibi diſpoſitio, quam oculis ſubjicimus:

ד אינו כותב לא על הלוח ולא על הנייר ולא על הדפתרא אלא על המגילה שנאמר בספר ואינו כותב לא בקומוס ולא בקנקנתום ולא בכל דבר שרושם אלא בדיו שנאמר ומחה כתב שיכול להמחות :

4 Non ſcripſit eam (1) in tabula, nec in (2) Papyro, nec in (3) diphthera; ſed (4) in Volumine. Q. S. E. *In libro:* (5) Neque ad ſcribendum uſus (6) Gummi, aut (7) chalcantho, aut liquore quoquam (8) veſtigium aliquod relinquente: (9) Sed atramento. Q. S. E. *Et delebit.* (*Ergo innuitur,*) (10) ſcriptura delebilis.

R. OB. DE BARTENORA.

על הלוח *In tabula*, ſupple lignea: נייר *papyro*, ex herbis quas molebant ac contundebant, unde conficiebant corium. דפתרא *Diphthera*, notat corium quod non plane paratum eſt, ſed ſale & farina ſubactum, at non paratum galla.

אלא על המגילה *Niſi in libro*, in pergameno: לא בקומוס *neque gummi*, puta gummi arboris in aqua diſſolutum. ולא בכל דבר שרושם *neque ulla re indelebili*, & quæ imbibitur à pergameno, & expungi nequit, nam gummi & chalcanthum imprimunt ſigna quæ deleri nequeunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nolito argumentari de eo quod hic dicitur per collationem illius quod dicitur capite tertio tractatus Joma אף היא עשתה טבלה שפרשת סוטה כתובה כה *etiam illa fecit, tabulam, in qua ſectio de muliere adulterii ſuſpecta ſcripta erat*, nam ſectio illa quæ inſcripta erat tabulæ aureæ, eo ſpectabat ut ex illa ſcriberetur ſectio de muliere adulterii ſuſpecta in pergameno, uti dicit Miſna; & non erat neceſſe ut adduceretur liber Legis ad deſcribendum ex illo ſectionem, quando contingebat caſus de muliere adulterii ſuſpecta. Cæterum jam expoſuerunt in Gemara, quod ſectio Legis de muliere adulterii ſuſpecta, quæ inſcripta erat tabulæ aureæ, ſcripta

ואת	אם
כי	לא
שטית	שכב
תחת	איש
אישך	אותך

erat in hac forma. Ratio autem eſt, quia non licet nobis deſcribere loca Scripturæ juxta ordinem in una linea, niſi in libro, juxta conditiones ſcripturæ quæ exponuntur in Lege, & in Phylacteriis, & in Scheda poſtibus domiciliorum infixa: ſed ſuper tabulis non licet ſcribere, niſi unam vocem ſuper alteram, aut duas voces ſuper duas voces, ut una columna perficiatur, & altera incipiat, ſecundum hanc quam poſuimus figuram. Quando autem ſacerdos ſcribebat juxta hanc tabulam in pergameno, ſcribebat lineas rectas. Neceſſe eſt ut ſcias id quod dixerunt in Gemara, Scriptura de muliere adulterii ſuſpectâ quæ ſcribebatur nocte, illegitima erat, eo quod ſcriptum eſt Num. 5, 30. את כל התורה הזאת Et Deut. 17, 11. על פי התורה אשר יורוך ועל המשפט judicium autem tantum peragitur die, quemadmodum expoſitum eſt in tractatu Roſch Haſſchana. Et dixerunt, ſi ea ſcribebatur præpoſtere, illegitima erat, eo quod ſcriptum eſt, האלה *iſtas* Num. 5, 23. id eſt, ut ſcribantur eo ordine quo ordinatæ ſunt voces. Dixerunt etiam, ſi illa ſcripta eſſet antequam mulier in ſe recepiſſet jusjurandum, illegitima erat, quia primo dicitur והשביע *& adjurabit*, & deinceps, וכתב *& ſcribet eam.* Præterea dixerunt, ſi ſcripſerit ſectionem in modum epiſtolæ, illegitima eſt, nam בספר *in libro* dicit Scriptura. Si ſcripſerit eam ſuper duabus columnis, illegitima eſt, nam unius libri tantum mentionem fecit, non duorum, aut trium. Et quod hoc loco dicitur eam non ſcribi niſi atramento, ejus rei dat rationem quod ſcriptura ejuſmodi debet eſſe ut deleri poſſit. Et ubicunque dicimus quod neceſſe eſt ut ſcribamus atramento, uti fit cum libro Legis, & reliquis, eſt argumentum de libro Legis ut is etiam ſcribatur ejuſmodi ſcriptura quæ deleri poteſt ope alicujus tincturæ, propterea ego vidi in terra Iſraëliſ quod prohibent ſcripturam Legis, quæ conſcripta eſt aliquo tincturæ genere, quod Arabice vocatur חיבר; at ſcribebant proprie atramento. Et qui hoc ipſos ita docuit, eum valde erraſſe puto, cum dixit librum Legis ope חיבר conſcriptum, illegitimum eſſe, quia deleri nequit; & erravit in deciſione juris, quia hujus rei ultima cauſa quæ venit in Gemara, eſt ejuſmodi, omnibus ſcripturis indunt chalcanthum, excepta ſectione de muliere adulterii ſuſpecta, quæ ſcribebatur in templo, & cum ita ſe res habet, non tenemus quod ſcriptura quæ facta eſt ope חיבר, ſit prohibita, præterquam ſcriptura de muliere adulterii ſuſpecta, quæ ſcribebatur in templo; eo quod ſcriptum eſt ומחה *& delebit*, uti jam diximus. Cæterum neceſſe eſt ut ſcias id quod dixerunt, neceſſe eſſe ut conjiciatur amari quid in aquas, eo quod ſcriptum eſt מי המרים *aquæ amaræ*, id eſt, ejuſmodi quæ jam ſunt amaræ; cujus ſenſus eſt, quod immittet in aquam ejuſmodi rem quæ ſaporem amarum excitat, & tum delebit illâ ſectionem.

WAGENSEILIUS. (1) *In Tabula*] Lignea ſcilicet; nam lignum humores ſorbet, & ita ſervat literarum ductus, ut penitus deleri nequeant. Eadem Vox לוח excludit etiam *Pugillares*, quos Rabbini, verbo a πίναξ corrupto, פנקס aliàs appellitant. Id nomen explicat Jarchi in Notis ad Schabbat cap. 24. לוחות שקושרות זו עם זו כאותם של גלחים id eſt: *Tabellas quæ invicem colligantur, quales ſunt, quibus Monachi uti ſolent.* Sic in En Iſraël fol. 79. col 2 habet locus. Sed in Talmude Amſtel fol 56. a. pro voce poſtrema גלחים legitur סוחרים atque de *Mercatoribus*, non *Monachis* ſermo eſt. Neutra harum Lectionum, valde laborat abſurditate. Accipio enim *Pugillares Monachorum*, de antiquis illorum Diptychis, cujus generis cerata, noſtræ Academiæ Bibliotheca aſſervat.

(2) *Papyro*] Modo laudatus R. Salomo in Commentario ad hunc locum, dicit נייר parari ex herbis contuſis, glutineque deinde, in formam pellis compactis. Verba ejus ſunt: נייר עשבין שכותשין ומדבקין אותו בדבק שקורין גליר ועושים כמו עור Quantum apparet, videtur intellexiſſe Papyrum Ægyptiacam, dubito tamen, num rem recte perceperit. Haud enim legiſſe me memini, e contuſis herbis factum Papyrum eſſe, ex philyris vero, ſeu ramentis, a caule

Papyri

Papyri diſtractis, & alteris quidem recto ſitu ſubſtratis, alteris transverſa poſitione ſuperinjectis, Nili turbidiore aqua, glutinis vicem præſtante, ipſam paratam fuiſſe, præter Scriptores alios, ex Plinii l. 3. Hiſt. Nat. c. XIII. ſatis conſtat. Proinde exiſtimo, audiviſſe aliquid Jarchium de Papyro Ægyptiaca, ſed cum modum omnem, quo conficiebatur, non eſſet edoctus, ex illa arte qua nunc charta fit, de veteri quoque, tulit ipſius judicium.

(3) *Diphthera*] Suam fecere Rabbini, vocem Græcanicam, notatque ipſis עור שאינו מעובד כל צרכו דמליח וקמיח ולא עפיץ שהוו מעבדין הקלפים בעפצים שקורין גלי"ש : id eſt: *Pellem, quæ non plane planeque parata eſt, ſed cum ſale & farina ſubacta ſit, Galla tamen deſtituitur, Membranas vero, Galla macerare oportet.* Hæc rurſus R. Salomonis verba ſunt, quæ quidem fere ex Schabbat fol. 79. a. ipſum tranſcripſiſſe deprehendimus. Diphthera igitur, pellis vera eſt, in membranam non plane efformata, atque in talibus Jones quondam ſcripſiſſe, penuria chartarum, apud Herodotum, in Terpſichore legitur. Revocavit horum conſuetudinem, Poëtarum Italorum facile Princeps, *Petrarcha*, Franciſco Bochio teſte, qui ita apud Jac. Philippum Tomaſinum in Petrarcha Redivivo cap. XXXIII. loquitur: *Conſueverat Poëta noſter, dum moliri aliquid cogitando vellet, multis ſpatiis faciendis ambulare ſolus, & dum orirentur cogitationes, atque aliæ aliis ſuccederent, ne quæ ſubito erupterant, evaneſcerent, pellita quadam in veſte, qua erat indutus, quæque nullo panno exteriore erat cooperta, ſcriptitare ſubito, quæ Tuſcis in Muſis venerant in mentem, multiſque hac atque illac notis & lituris circumſcribere. Hanc ipſam veſtem Joannem Caſam, una cum Jacobo Sadoleto & Ludovico Beccatello, quorum erat in poteſtate, contemplari ſolitum eſſe dicitur, & cum An. MDXXVII. gravis peſtilentia omnia in Italia devaſtaret, cum animi, tum etiam ſalutis cauſa, rus Muggollanum Joannis Caſæ omnes conceſſiſſe, ſecumque hanc veſtem, ut per otium contemplarentur, habuiſſe.* Baal Aruch, ex Tanchumæ Commentario in Paraſch. וארא laudat nobis Phraſin הוציא דפתרא של אלהות ut non minus Judæi Deo vero, quam Gentiles, ſuo Jovi, Diphtheram tribuant. Quid vero proprie, per illam *Divinitatis Diphtheram*, Tanchuma intellectum velit, ediſſerere equidem non poſſum, nec enim verba, eo quem Aruch indicavit loco, reperi. Cæterum, Miſchnæ noſtræ videtur contradicere Joſephus, nam cum l. 3. Antiq. cap. 10. Sotæ judicium enarrat, ita inter alia de Sacerdote loquitur: *Επιγράφει μὲν τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν διφθέρᾳ.* Sed magis in ſermone, quam re, conſiſtit diverſitas.

(4) *Volumine*] Hoc eſt: Scribenda ſunt illa Legis Divinæ comminata, על מגלה מעור טהור כספר תורה id eſt: *In convoluta membranula, facta ex animali puro, plane uti Pentateuchus deſcribitur:* prout habet Nobiliſſimus noſter Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Sota Vekinam cap. I. Conſequens igitur eſt, ut ex eodem Libro Optimo, doceamus, quæ de illa membrana, in qua Lex Divina exarari ſolet, obſervanda veniunt, haud enim alibi res tam clare & perſpicue traditur.

• הרוצה לכתוב ספר תורה או תפלין או מזוזות יזהר כדי מעורות שדין כל אחד חלוק מחבירו וזה חלוקם שהלכה למשה מסיני יכתוב ספר תורה בגויל במקום שער ותפלין בקלף במקום בשר ומזוזה על דוכסוסטוס במקום שער והרי לך פירוש שם העורות ותקונם לוקחים עור הבהמה או החיה ומסיר השער ואחר כן מולחין במלח ומעבדין בקמח ואחר כך בעפצא ודומיהן מדברים שמקבצין העור ומחזקין אותו וזה נקרא גויל ואומר רבינו ברוך דעבוד שלנו שאינו בעפצים כי אם בסידים ומלח עיבוד טוב הוא ואין צריך עפצא ואם חילק העור בעביו לשנים אחר שהעביר השער ונעשה שני עורות אחד דק והוא שממול השער האחד עב והוא שכנגד הבשר ומעבדו במלח וקמח ועפצא כמו שכתבתי או כיוצא בו החלק שכנגד השער נקרא דוכסוסטוס וזה שממול הבשר נקרא קלף כל הכותב על הקלף במקום שער או בגויל ודוכסוסטוס במקום בשר פסול כתב ספר תורה על הקלף כשר על הדוכסוסטוס פסול כתב מזוזה על קלף או גויל כשר שדוכסוסטוס לא נאמר אלא למצוה עורות ספר תורה ותפלין צריכין עבוד לשמן ואומר רבינו ברוך שצריך לומר בפירוש כשנוהגן בעיבוד אני מעבדן לעשות מהן דבר קדוש וכן כשיכתבם יאמר בפירוש בתחלת הכתיבה אני כותב לשם תורת ישראל ולשם קדושה כי שמא לא כוון במחשבה הם לא עיבד לשמן פסולים לדעת הסימן ור"ח ור"ת ולדעת רש"י כשרים עיבדן גוי אע"פ שאמרו לו לעבד לשמן פסולין שלדעת עצמו עושה ולא לדעת השוכרו אבל מנהג להניח הגוי לעבד וישראל עומד על גביו ומסייעו וכן הורו הגאונים וה' בכן שלדעת ישראל עושה וכן הגוי אפילו בלא ישראל יכול לתקן הקלף של ספר תורה תפילין ומזוזות ולשרטטן מעצמו ואין צריך לתקן כתב הסימן שמזוזה אין צריכה עיבוד לשמה אבל לא מרבינו ברוך שצריך דהוא חמורה מזוזה כתפילין לענין שרטוט ק"ו שתצטרך להכי לענין עבוד ספר תורה תפילין ומזוזות שכתבם על עורות בהמה חיה ועוף טמאין או על עורות שאין עבודין פסולין אבל כותבן על עור בהמה חיה ועוף טהורין אע"פ שהן נבילות וטרפות ולא יכתוב על עור דג טהור מפני הזוהמא שאין זוהמתו פוסקת בעיבוד :

Id eſt: *Deſcripturus Legem, Phylacteria, aut Schedas Liminares, curam habeat & Atramenti, & Membranarum,* (ſunt enim Membranæ diverſorum generum,) *vehementer a ſe invicem diſtinctorum. Atque in hoc quidem, conſiſtit illa diſtinctio, quod ſecundum traditionem, quam Moſes in monte Sinai accepit, Pentateuchus deſcribendus in* Gevil, *parte ea, quæ attingit pilos. Quod Phylacteria deſcribenda in* Keleph, *parte ea, quæ attingit Carnem; quodque Liminaris Scheda, adſcribenda in* Duchſoſtos, *ea parte quæ attingit pilos. Nunc porro docebitur explicatio illorum nominum, & Membranas iſtas parandi ratio. Accipiunt pellem Feræ, aut Beſtiæ manſuetæ, piliſque demtis, ſaliunt eam ſale, ſubiguntque farina, galla, rebuſque ſimilibus, quæ pellem contrahunt, ſolidantque: Hæc vero Species eſt, quæ vocatur* Gevil, *docetque Magiſter noſter Baruch, noſtram* (nunc uſitatam parandæ membranæ) *rationem, quæ ſine galla, ſed calce & ſale peragitur, probam eſſe, neque gallam eſſe neceſſariam. Quod ſi, pilis ſcilicet remotis, dividatur pellis, ſecundum craſſitiem, in partes duas, factaque ſit pellis gemina, una tenuior, ex ea parte quæ attingebat pilos; altera ſpiſſior, ex ea parte, qua attingebat carnem, fiatque farina, ſale, ac galla, modo dicta, aut ſimilis præparatio, tum ea pars cui pili quondam adhæſerant, vocatur* Duchſoſtos: (In originem vocis inquirit Buxtorf. Lexic. Talm. p. 537.) *ea vero, quæ carni erat contigua dicitur* Keleph. *Quiſquis in Keleph, ea parte ſcribit, qua pilos reſpiciebat, aut in Gevil & Duchſoſtos, ea parte, quæ carni erat proxima, is facit vitium. Pentateuchus ſcriptus in Keleph admitti poteſt, ſed ſcriptus in Duchſoſtos, nequaquam. Scheda Liminaris, ſcripta in Keleph, aut Gevil habenda pro legitima, nam Duchſoſtos ab iis tantum adhibetur,* (qui ſchedis illis, ex abundanti, bonitatem adjicientes,) *majus mereri volunt præmium. Porro, pelles, quibus Lex, aut Phylacteria inſcribenda, in hunc finem, nominatim paratæ eſſe debent, traditque Magiſter noſter Baruch omnino exigi, ut quis, opifici eas parandas tradens, expreſſis verbis dicat:* Has pelles in eum finem parari volo, ut rem ſanctam ex iis efficiam. *Pariter, in eas ſcripturo, ſub ſcribendi initium, perſpicue enunciandum eſt:* Teſtor me ſcripturum Legem Iſraelis, rem ſanctiſſimam! *fortaſſe enim ſola non ſufficit recta intentio. Quod ſi Membranæ non in eum* (quem diximus, finem,) *nominatim factæ ſint, Maimonides, R. Chananel, & R. Tam, illarum uſum vetant, R. Salomo Jarchi tamen, eas licite adhiberi poſſe, cenſuit. Si quis τῶν ἔξω membranas parare debeat, etiamſi illi dicatur, in quem finem quis eas paratas velit, tamen haud evadunt legitimæ; nam οἱ ἔξω ex ſui animi, non vero illius ſententia, qui opus faciendum redemit, illud perficiunt. Quamobrem more receptum, ut τῷ ἔξω labor committatur, aſſiſtente Judæo, & opem ferente, hoc enim caſu Viri inter nos Summi, illas membranas licitas pronunciarunt, cum hæc ſufficiant ut dicatur ſecundum Judæi intentionem factas membranas eſſe. Atque ſic ὁ ἔξω, etiam ſine Judæo, membranas* (jam paratas,) *adſcribendum in iis Legem, Phylacteria, & Liminares Schedas, ſua ſponte diſponere, & lineas* (ſecundum quas Hebraica deinde exaranda ſunt,) *in iis ducere poteſt, neque exigitur intentio. Maimonides tradidit non neceſſario requiri, ut* (membrana) *Liminaris Scheda, in finem ſacrum nominatim ſit parata; At R. Baruch contra reputando, id neceſſe eſſe aſſeruit. Nam Schedam Liminarem ſcribentis, major imponitur neceſſitas ducendi lineas, quam ſcribentis Phylacteria, proinde conſequitur, ra-*

tione præparandæ membranæ, minimum inter utraque eſſe paritatem. Pentateuchus, Phylacteria aut Scheda Liminaris, ſcripta in pelle, ſive Feræ, ſive Animalis manſueti, aut Avis, immundorum, aut in pelle quæ præparata non fuit, pro illegitimis reputantur. Modo vero pelis, ex fera, manſueto animali, & ave, puris, deſumta ſit, non officit ſua morte beſtiam illam periiſſe, aut aliquo vitio laboraſſe. Pelle, piſcis etiam puri, ad ſcribendum uti non licet, ob immunditiem, (ei adhærentem,) *quæ nulla unquam præparatione, penitus ſeparari poteſt.* Emendavimus in hoc fragmento, nonnulla, quæ præter morem depravate, in Codice noſtro, ſcripta invenimus, qualia ſunt ורונפתיו כרדרין Item ſemel iterumque שמול והוא Sic לפצוה נ׳א שרוכפכטום omiſſa negandi vocula; mox, תריכין abundanter expreſſum erat: Qui tamen omnes errores leviores ſunt, præ eo, quod המורי תפילין כמוזה לענין שרטוט legitur: Secundum hanc enim lectionem, non tantum perit tota vis collectionis, qua adverſus Maimonidem concludit R. Baruch, ſed & certum, contraria omnia, atque quæ nos expreſſimus, vera eſſe, unde in ipſo quoque Codice noſtro, alibi ſignanter: הלכה למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה ומזוזה בלא שרטוט אבל תפילין אין צריכין שרטוט: id eſt: *Inter Traditiones Moſis in Monte Sinai perceptas, tenemus etiam illam, non ſcribendum eſſe Pentateuchum aut Schedam Liminarem, niſi in membrana lineata, Phylacteria vero, illos ductus non exigunt.*

Cæterum, quod Varro apud Plinium l. 13. Hiſt. Nat. c. 11. aſſerit, ex Ptolomæi & Eumenis Regum, circa Bibliothecas æmulatione, ſupprimente Chartas Ptolomæo, in Pergamo Urbe, modum Membranas conficiendi excogitatum eſſe, hoc illi Judæi Scriptores nunquam conceſſerint, longe alia de illarum inventione perſuaſi. Baal Schalſchel. Hakkab. p. 29 a אין ספק שיש בידינו אופן עשיית קלף מהעדות היא לנו בקבלה מסיני. id eſt: *Dubium nullum eſt, artem ex pellibus parandi Membranas, habere nos per longam traditionem inde à Monte Sinai derivatam.* Idem tuetur Maimonides, Hilchot Tphillin Umeſuſa cap. 1. §. 3. Et ſane, ante Ptolomæi, & Eumenis tempora, Membranarum apud Judæos uſum fuiſſe, Joſephus quoque l. 12. Antiq. c. 2. confirmat, de LXX. Senibus quos vertendæ Legis Divinæ, in Græcanicam Linguam cauſa, Eleazar ad Ptolomæum illum miſerat, hæc inter alia ſcribens: Ὡς δὲ παρῆλθον μετὰ καὶ τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν. Ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων· ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν ἐνειλημάτων ἀπέδειξαν αὐτῷ, θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσχνότητος τοὺς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωστον, οὕτω γὰρ ἥρμοστο, καὶ τοῦτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων τῷ θεῷ οὗ τοὺς νόμους εἶναι συμβέβηκεν. Id eſt: *Ut Senes illi venerunt, cum muneribus à Pontifice miſſis, & cum Membranis, quæ legem aureis literis inſcriptam continebant, primum de Libris eos rogavit: Ut vero ex involucris depromtos obtulerunt, multum diuque miratus membranæ ſubtilitatem, & commiſſuras quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent, gratias ſe illis habere dixit qui venerint, & majores etiam ei qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus leges attulerint.* Quin, ſi credimus Angelo Rocchæ a Camerino, in Appendice libri de Bibliotheca Vaticana p. 294. *Hodienum Bononiæ in Cœnobio S. Dominici, duo Eſdræ libri in corio implicato ſive involuto, ſua ipſius manu conſcripti, juxta numerum à Sacro Concilio Tridentino, de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris, præſcriptum, mira aſſervantur cura, ac diligentia, in Reliquiario duabus occluſa clavibus, quarum una penes Senatum Bononienſem, altera vero, penes ejuſdem Cœnobii Patres, cuſtodiuntur.* Verum enim vero, hæc Angeli, a Roccha, nec crediſſe quem circumſpectiorum mortalium, nec credere poſſe, firmiter perſuaſus ſum. Nam ut reliqua omnia multimodis laborantia, tamen ita ſe habere ultro largiar, qua tandem, Bonum! fieri potuit ratione, ut Eſdras Divina volumina deſcribendo, *numerum à Sacro Concilio Tridentino de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris præſcriptum*, expreſſerit? niſi is forte, Duos Machabæorum Libros, quos in Canonicarum Scripturarum numerum, retulit Synodus, & quorum in gratiam unice narraſſe hiſtoriam Angelus a Roccha videtur, fere tribus, antequam ederentur Seculis, memoriter tenuit. Tam iniqui multi ſunt præ ſtudio, ut dum probent id quod cupiunt, neque modum fingendi faciant, neque quid dicant, cogitent!

(5) *Neque ad ſcribendum uſus*] Miſchnæ, a Gemara ſejunctæ, Editiones, poſt שנאמר בספר tantum habent ולא בקומוס Prætuli merito pleniorem Talmudis Baſileenſis, & Amſtelodamenſis lectionem.

(6) *Gummi*] Quomodo vocem קומוס interpretarer, aliquantiſper me fatigavit. Equidem, apud R. Salomonem, in Commentario ad hunc locum, legebam: קומוס שרף האילן ומתיבו במים וכותב הימנו Hoc eſt. Per קומוס *ſignificatur* שרף האילן *id aqua ſi quis diſſolvat, ejuſdem pro atramento uſus eſt.* Sed, jam non conſtabat, quid proprie שרף האילן eſſet, notabamque Viros Doctiſſimos, Joſephum de Voiſin, & Wilhelmum Schickardum, Maimonidis quendam locum interpretantes, parum, in illorum verborum explicatione inter ſe convenire. Atque, quia ob oſtenſum ſupra membranæ parandæ, a nobis modum, illud Maimonidis comma, tanquam quo genuini Atramenti confectionem docet, cæteroquin his Commentariis mox deberetur, hoc præſenti, etſi nonnihil alieniore loco, integrum afferam, ſubjiciamque laudatorum Virorum tranſlationes ſi leguntur vero Maimonidis verba in Hilchot Tphillin c. 1. §. 4. ſuntque ſequentia. כיצד מעשה הדיו מקבצין העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן ומגבלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותתין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעין אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו: Illuſtris Voiſinii in Obſervationibus ad Proœmium Raymundi Pugionis Fidei, p. 86. col. 1. verſio eſt: *Quomodo fit atramentum? Colligunt fuliginem olei, vel picis, vel ceræ, aliarumve rerum ſimilium:* tum piſta cum ellychnio ligneo, *& modico mellis, tamdiu ſubigitur, & conteritur, donec ſenſim commnuatur: deinde exſiccata reponitur. Quum quis ea uti voluerit ad ſcribendum; aqua ex gallis, vel aliis ejusmodi reſolvat, eaque ſcribit.* Schickardus, in Miſchpat tranſtulit: *Colligunt fumum olei, vel picis, vel ſevi, vel talium,* & pinſunt in exuſto ligno, *cum exiguo mellis, & depſunt valde, donec attenuetur: poſtea exſiccant & reponunt. Tempore ſcriptionis, macerant, vel diſſolvunt, in aquis gallarum, aut ſimilium, & ſcribunt eo.* Porro, ut ad vocem קומוס revertar, cum in Jadaim cap. 1. legatur: המים שנפסלו משתיית בהמה בכלים פסולין ובקרקעות כשרים נפל לתוכן דיו קומוס וקנקנתום ונשתנה מראיהן פסולין: iſta, Judæos populares noſtros, in vernaculis Maamedot, ſic convertiſſe deprehendi: *Die Waßer die da ſein* פסול *geworn, von zu trancken den* בהמות, *ſein ſie in* כלים *da ſein ſie* פסול *aber ſein ſie auf der Erden, da ſein ſie* כשר *wer drein gefallen Tint, oder Kupffer-waßer, oder Schuſter-ſchwertz, und ihr Geſtalt iſt worden verandert da ſein ſie* פסול Maimonides vero in Commentario Miſchnæ, cap. 2. Gittin ſcribit: קומוס הוא מין עפר שמשחיר ונקרא בערבי אלזאג Id eſt: קומוס *eſt ſpecies pulveris nigrum colorem inducens vocaturque Arabice* אלזאג Hæc, turbarunt me nonnihil, & de ſignificatione vocis קומוס reddidere dubium. Nihilo minus, animadvertens, præter Clariſſimos Viros, Buxtorfium in Lex. Talm. p. 2056. & Pokockium in Notis ad Portam Moſis p. 357. etiam Cohenem de Lara in Ir David p. 82. ac utrumque Aruch, conſtantiſſime קומוס de Gummi interpretari, horum veſtigiis inſiſtendum eſſe, ratus ſum. Ipſa adeo Gemara, in Gittin fol. 19. a. קומוס per קומא, & R. Salomo in Comment. ad Schabbat fol. 23. a. שרף per גומא explicant: ut dubium nullum ſit, utroque verbo, Gummi ſive Arboris Reſinam ſignificari. Eſtque ea, quæ Pruno Sylveſtri, adhæret, conficiendo Atramento aptiſſima. Nam ſic R. Salomo vocem קטף quam vulgo de Balſami arbuſculis accipiunt, interpretari nos jubet, in illo Gemaræ Schabbat dicto: כל השרפין יפין לדיו ושרף קטף יפה מכלם id eſt: *Quodvis Gummi genus, conducit ad parandum atramentum, ſed Gummi arboris* קטף *ex omnibus eſt optimum:* Annotat

R. Sa-

R. Salomo קטף פרינויל של' יש' Fallor? an facit huc, quod apud Plinium l. 13. Hiſt. Nat. c. 11. legitur: *Gummi optimum eſſe ex Ægyptia Spina convenit vermiculatum, colore glauco purum, ſine cortice, dentibus adhærens, pretium ejus in libras XIII. Deterius ex Amygdalis amaris, & ceraſo, peſſimum ex Prunis.* Colligo hinc, inter reliquas Gummi ſpecies, eam quam Prunus arbor exſtillat, omnium minime tenacem eſſe, atque ſic fieri poſſe, ut atramento conficiendo ſit accommodatior. Ex quo Toſephot Gittin conſului, parum abeſt, quin quicquid autoritatum eſt in contrarium, cum proprio vadimonio deſeram. Vetant enim diſerte שרף de Gummi accipere, ſuppeditantque explicationem aliam, nec abſurdam, nec improbabilem, quando verbis כל השרפים יפים לדיו ושרף קטף יפה מכלן ſubjiciunt: והא שרף לאו היינו גומי ראין דרך לתת גומי אלא בדיו של עפצים אלא אמר ר"ת רשרף הוא לחלוחית קליפת העץ שעושין מכנו דיו : Id eſt : *Per illud* שרף *non notatur Gummi, nec enim Gummi uſus eſt, præterquam in atramento, quod ex Galla confectum. Sed vero, ita docente R. Tam,* שרף *eſt humor corticum illius arboris, ex qua fit atramentum.* Propemodum igitur autor ſum, ut ubi ego *Gummi* interpretatus ſum, Lector *Succum corticis nigræ arboris*, qualis eſt Hebenus, accipiat, idque eam maxime ob cauſam, quia hæc ſignificatio magis ad Miſchnam noſtram quadrare videtur, nec enim ſi quis cum Gummi ſcribat, literæ indelebiles emergunt; at, de talibus ibi ſermo eſt. Ex iis, quæ hactenus diſſeruimus, conſequitur, in allato ſupra Maimonidis loco, וגובלין אותן בשרף האילן hanc flagitare verſionem: *Et ſubigunt iſta, Gummi* (liquido,) *arborum.* Nam גבל quoque, in hoc negotio *Pinſendi* ſenſum haud admittere, ſatis evincit illud in Schabbat loco jamjam citato: כל השמנים יפין לדיו ושמן זית מן המובחר בין לגבל בין לעשן id eſt: *Quævis Olea apta ſunt ad parandum atramentum, ſed oleum olivæ eſt præſtantiſſimum, tam ad macerandam fuliginem, quam ad eam faciendam.* In his, ut verba poſtrema recte intelligantur, quando ipſi R. Salomoni, eadem negotium faceſſiviſſe apparet, non negligendum, quod is eſt commentatus: מצאתי בתשובות הגאונים שמעשנין כלי זכוכית בעשן שמן זית עד שמשחיר וגורר השחורית ונותן בו שמן קימעא ומגבל בו ומייבשו בחמה ומכתה אותו לתון הדיו : id eſt : *Reperi in Summorum Virorum Reſponſis* (ad Quæſita,) *fieri ſolere, ut vaſe vitreo fumus olei olivæ tam diu excipiatur, donec id fuliginem contraxit: dehinc corraſa fuligo, & pauxillo olei imbuta, ſubactaque, ad ſolem exſiccatur, & conficiendo atramento poſtea adhibetur.* Confer Aruch majus fol. 30. col. 3. Atque hæc, ſi quis animo perpendat ſuo, non admodum, niſi fallor, refragabitur, amplius in Maimonidis loco, עד שיעשה רקיקן *de placentis, minutis, ſive maſſulis accipiendum eſſe, in quas fuliginem oleo & gummi ſubactam, redigere oportet*, quæque exſiccatæ, quoties uſus eſt ſolvuntur, & diluuntur. Favet huic expoſitioni, ipſe textus apud Maimonidem, eſtque is modus atramentum parandi, in Oriente receptiſſimus. Ludovicus Moſcardus, Nobilis Veronenſis, in Deſcriptione Muſei ſui l. 1. c. 69. *Coſtumana nelle Indie un inchioſtro nero, compoſto di terra bituminoſa conglutinata, e formata in paſtelletti o Rotelle ronde, con impronti di figure, ò caratteri conform l' vſo delli Chini, ſi che con queſta materia trita in polvere, meſcolata con aquo ſcrivono.* Id eſt : Utuntur in India atramento nigro, compoſito ex terra bituminoſa conglutinata, & efformata in paſtillos, aut rotellas orbiculares, quæ notantur figuris, aut literis, more Sinenſium, ita, ut cum hac materia in pulverem trita, & aquæ permixta, ſcripturam efforment. De reliquo, corrigendum vitium eſt, quo Codices Jalkut, in Pentateuchum fol. 208. col. 1. laborant, pro בקולמוס enim depravate בקלוסו quæ *Calamum Scriptorium*, vox ſignificat, extat excuſum.

(7) *Chalcantho*] Judæi indifferenter & קלקנתוס, & קנקנתוס ſcribunt, ſufficitque unum laudare teſtem Maimonidem, qui priore voce cap. 4. §. 9. poſteriore vero, cap. 3. §. 8. in Hilchot Sota Vekinnam, ad idem, in re eadem ſignificandum uſus eſſe deprehenditur. A Græco χάλκανθος, originem & ſignificationem, peti debere, nemo non intelligit, nec male Maimonides Comment. in Miſchnam cap. 2. Gittin Chalcanthum eſſe ait מין העפר המשחיר id eſt: *Pulveris qui denigrat, ſpeciem.* Clarius tamen R. Salomonis interpretamentum : קנקנתום ויטריאולו אי אודרמני קורין אותו Atque, bene eſt, quod קנקנתום alias *Vitriolum* vocari perhibet: Interim, אודרמני quid ſit, non aſſequor, niſi forte literarum Reſch & Daleth facta trajectio eſt, & Atramentum Sutorium, innuitur. Liber Schilte Haggibborim fol. 39. col. 3. ויטריאולו רומאנו נקרא בלשון לאטינו אטראמינטום סוטוריאום ובלשון יון נקרא קאלקאנטי : *Vitriolum Romanum, Latine vocatur Atramentum Sutorium, Græce* χάλκανθος.

(8) *Veſtigium aliquod relinquente*] Puta, *Indelebile*. Unde Maimonides in Hilch. Sota cap. 4. §. 9. παρασφραγίζει : בכל דבר שרישומו ניכר ועומד id eſt : *Nulla re, ex qua picti ductus, ſemper agnoſci poſſunt, perdurantque.*

(9) *Sed atramento*] Tali nimirum, quale paulo ante, ex Maimonide deſcripſimus, & quod imprimis caret Vitriolo. Atque, ſola quidem Sotæ ſcheda, ex neceſſitate, ſimili atramento exaranda eſt, nam in Lege Divina deſcribenda, Atramento quod Vitriolum admixtum habet, uti nemo prohibetur. Aliter quidem Judæi Palæſtinam incolentes perſuaſi ſunt, repudiantes illos Pentateuchos tanquam illegitimos, qui Atramenti genere, quod אלחיבר Arabes vocant, quodque ex Galla & Vitriolo conficitur, ſunt exarati. Sed, illos graviter errare, in notatis ad Miſchnam noſtram pronunciat Maimonides : ראיתי בארץ ישראל מרחיקין כתיבת ספרי תורה באחד ממיני הדיו נקרא בערבי חיבר אלא בדיו מסם וכי שהורה להם בכך אינו אצלי אלא טועה והרבה מאוד שאוסר שספרי תורה הכתובי' באלחיבר פסולות מפני שאינם נמחקין וה"ה טעה במפסק ההלכה שהוא לא ידע הדרכים שמתקיים בהם פסק ההלכה מן הגמרה שהדבר האחרון הבא בגמרא בזה הענין הוא מה שאמרו בכל מטילין קנקנתום חוץ מפרשת סוטה שבמקדש ואחר שהדבר הוא כן אין אצלינו מה שיאסור כתיבתו באלחיבר אלא פרשת סוטה שבמקדש למה שאמר ומחה : id eſt: *Animadverti in Palæſtina, abhorrere noſtros, ſcriptionem Pentateuchorum, quæ fit Atramento, quod Alchibber Arabes vocant, nec probari niſi Atramentum κατ' ἐξοχὴν ita dictum. At, qui hæc illos docuit, meo judicio, inſigniter lapſus eſt, dum Pentateuchos cum Alchibber ſcriptos, pro illegitimis habuit, quia ſcilicet deleri nequeant. Ecce enim erravit, περὶ τὸ γιγνόμενον τίμημα, neſcivitque, in quo conſiſtat deciſio in Gemara. Nempe, poſtremum in Gemara locum, quod ad hanc controverſiam attinet, occupant iſta:* Cuicunque (*atramento*,) licet addere Chalcanthum, ſolo illo excepto, quo in Sanctuario, Sotæ verba feralia deſcribenda ſunt. *Quæ cum ita ſe habeant, nihil apud nos reperitur, quod ſcriptionem cum Alchibber, refugiat, præter unicam Sotæ ſchedam in Templo, quia hanc Scriptura delere jubet.*

(10) *Scriptura delebilis*] Pro שיכול להמחות Talmud Baſileenſe & Amſtelod. legunt שיכול להמחק literarum levi, ſenſus, nullo diſcrimine. Cæterum, non eſt ut quis opinetur, plane defunctam eſſe Miſchnam noſtram officio ſuo, & nihil reſtare, quod de ſcriptione Schedæ ſacræ, adhuc moneri debeat. Omnino enim quædam ſuperſunt, non prætereunda, eaque ex Gemara, Maimonide, & MS. Codice עץ החיים hincinde excerpta, junctim enarrando, ſupplebimus : מגילת סוטה שכתבה בלילה פסולה כתבה למפרע פסולה : כתבה קודם שתקבל עליה שבועה פסולה : כתבה איגרת פסולה : כתבה על שני דפין פסולה . אם כתבה ישראל או כהן קטן פסולה : כתבה שלא לשמה פסולה : כתבה אות אחת ומחקה וחזר וכתב אות שנייה ומחקה עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה כתובה : id eſt : *Non valet Megilla Sotæ, ſcripta noctu. Non valet, quæ retrorſum ſcripta eſt: Nec valet: quæ ſcripta ante adjurationem. Item non valet, ſcripta in modum Epiſtolæ, aut in utramque ſcripta paginæ faciem. Non valet quam Laicus, aut Sacerdos impuber, ſcripſere. Pariter non valet, quæ in alterius mulieris gratiam fuit ſcripta. Non valet, ſi quis, ut quamque literam ſcripſit, eam continuo delere præſumat, nam prius deletio quam inſtituatur; integra abſolvenda eſt.* Antequam hinc diſcedimus, notamus, inſignem, quæ inter Megillam Sotæ, & Repudii Libellum, intercedit, differentiam. Nam de hoc, eſt in Gittin cap. 2. בכל כותבין בדיו בסם בסיקרא ובקומוס ובקנקנתום ובכל דבר שהוא של קיימא אין כותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא בכל דבר שאינו

מתקיים על הכל כותבין על העלה של זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את הפרה על יד של עבד ונותן לה את העבד: הכל כשרין לכתוב את הגט אפילו חרש שוטה וקטן: id eſt: (Libellus Repudii,) *quacunque re, ſcribi poteſt, ſcilicet Atramento, Auripigmento, Minio, Gummi, Chalcantho, &*, (verbo,) *omni eo, quo literæ perennantes efformantur. Non ergo ſcribere licet, liquore aliquo* (ex his: Ros, Aqua, Vinum, Oleum, Lac, & Mel apum;) *item nec ſucco fructuum, aut ulla re alia, cujus ductus obfuſcantur. Porro, ſuper rem quamcunque* (libellum repudii) *ſcribere licet, etiam ſuper olivæ folium, aut cornu vaccæ, quæ vacca* (mulieri, cum qua quis divortium facere vult,) *per ſervum mittenda, ſervo ei quoque donato. Denique cujusvis miniſterio, ad ſcribendum Repudii libellum, uti fas eſt, ne ſurdo & muto, ſtulto & puero quidem, excepto.*

ח על מה היא אומרת אמן אמן על האלה אמן על השבועה אמן מאיש זה אמן מאיש אחר אמן שלא שטיתי ארוסה ונשואה ושומרת יבם וכנוסה אמן שלא נטמאתי ואם נטמאתי יבואו בי רבי מאיר אומר אמן שלא נטמאתי אמן שלא אטמא:

5. (1) Quare illa (2) ait, (3) *Amen, Amen (iteratis vicibus?)* Amen (4) *alterum pertinet ad* Maledictionem, alterum ad Jusjurandum. Amen quod nec cum iſto viro (*de quo ſuſpicio eſt*,) Amen, quod nec cum ullo alio (*conſuevi*.) Amen (5) me non ſcortatam eſſe, nec deſponſatam nec nuptam, (6) nec levirum exſpectantem, nec ab eodem ductam. (7) Amen me impollutam eſſe, ſi vero polluta ſum, tum ingrediantur in me (*&c.*) R. Meir, (*Amen geminatum*,) hoc modo explicat: Amen, me impollutam eſſe. Amen, me talem haud futuram.

R. OB. DE BARTENORA.

אמן שלא שטיתי ארוסה ונשואה *Amen quod non declinavi deſponſa, nec nupta*, mediante horum juramentorum revolutione revolvebat in illam adulterium deſponſationum, etiamſi in marito non eſſet zelus; at exindè probatur juxta Legem revolutio juramentorum.

ושומרת יבם וכנוסה *Neque expectans levirum, neque ducta*, ſi fuerit fratria illius, & ille duxerit eam, & zelo incitatus fuerit contra eam, & illa ſe occultaverit, devolvit ad eam immunditiem, quod polluta fuit quando illa expectat levirum. Miſna autem hæc eſt juxta ſententiam R. Akibæ, qui dicit, eam quæ expectat levirum, habendam eſſe inceſtuoſam, ſed ita non eſt deciſio; ſed eam quæ expectat levirum, ſi adulteraverit, licitam eſſe leviro; ideo non paciſcetur cum illa quod ad juramentum, ſi adulteravit quando expectabat levirum. אמן שלא נטמאתי *Amen quod non polluta ſum*, exponit id quod ſuperius dixit, *Amen ſuper maledictione, amen ſuper juramento*, vult dicere, amen quod non polluta ſum, eſt amen ſuper juramento quo adjurabat eam ſacerdos, *adjuro te quod non polluta ſ.* ואם נטמאתי יבאו בי *ſi vero polluta ſum, veniant ſuper me*, hæc eſt ſuſceptio maledictionis, quam ipſi dicebat ſacerdos, & ſi polluta fuiſti, veniant ſuper te omnes illæ maledictiones. אמן שלא אטמא *Amen quod non polluam me*, & ſi polluerit ſe poſt temporis intervallum, aquæ ebullient in gutture illius; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ſe habet juxta R. Akibam, qui dicit quod ea quæ conjugium leviri expectat, ſit inceſta, & conſtat de opinione ejus ex aliquibus locis tractatus Jebhammot. Propterea, ſi adulteraverit, prohibita eſt leviro ſuo, hac de cauſa neceſſum erat ut conditionem iniret cum ea, ut non adulteraret quando expectabat levirum. Deciſio non eſt juxta R. Akibam; ſed deciſio eſt, eam quæ expectaverit levirum, & adulteraverit, licitam eſſe leviro. R Meyr dicit, quod illa jurabat ſuper tempore futuro, & propterea quando adulteraverit abhinc & ulterius, morietur, & Deo hoc tantum notum erat.

WAGENSEILIUS. (1) *Quare illa &c.*] Integrum fere hoc Miſchnæ noſtræ Comma, repetitur etiam in Kidduſchin fol. 27. b. atque ex iſta Gemara, relatum eſt in Jalkut fol. 207. col. 4.

(2) *Ait*] Omnino afferenda ſunt, quæ reſponſum hoc Sotæ anteceſſère, ex Ez Hechajim, incomparabili Codice: ואחר משביעה הכהן בלשון שמכרת ומודיעה בלשונה שלא נרכם לה אלא קינוי וסתירה שקנא לה בעלה ונסתרה ואומר בלשון שמכרת אם לא שכב איש אותך ואם לא שטית טומאה תחת אישך הנקי ממי המרים המאררים האלה ואת כי שטית תחת אישך וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי אישך יתן יי אותך לאלה ולשבועה בתוך עמך בתת יי את ירכך נפלת ואת בטנך צבה ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבות בטן ולנפל ירך: והיא אומרת אמן אמן בלשון שמכרת: Id eſt: *Deinde excantat eam Sacerdos, in lingua, cujus ipſa gnara eſt, atque vernaculo ſermone, eidem ſignificat, non aliunde hæc provenire, quam ob zelum & occultationem, quod nimirum adverſus zelotypi mariti edictum, ſeſe* (cum Amatore) *occultarit. Porro in lingua Mulieri familiari, ait:* Si non concubuit vir ullus tecum, & ſi non declinaſti immunditie, deſerto marito tuo, inſons eſto ab iſtis aquis amaris, maledictionem illaturis, ſi autem declinaſti deſerto marito, atque polluta es, & vir alius ſuo te affecit concubitu, præter maritum tuum, det te Deus in maledictionem & jurisjurandi formulam, in medio populi tui, ut reddat Deus femur tuum cadivum & ventrem tumidum, ingrediantur itaque aquæ hæ maledictionem illaturæ, in viſcera tua, ad tumidum reddendum ventrem, & ad efficiendum femur cadivum. *Tum mulier, lingua ſibi nota, reſpondet.* Amen Amen. Dignum obſervatione eſt, illud cantamen Sacerdotis, non Hebræa, ſed quacunque alia, mulieri nota lingua, factum aſſeri, quod idem confirmant Maimonides Hilchot Sota cap. 3. §. 7. & Moſes Mikkozi fol. 138. col. 4. eſtque ejus aſſerti fundamentum, in ipſa Miſchna Sota, infra cap. 7. §. 1. Cauſam vero, cur neceſſe fuerit, Mulierem tantum vernaculo compellare ſermone, docet R. Iſmaël in Siphri, inquiens: אם אינה שומעת כיצד היא אומרת אמן אמן id eſt: *Si non intelligeret* (compellantem ſeſe Sacerdotem) *quomodo ſubjicere poſſet, Amen, Amen?* Ergo, ſic ſentiebant, ſic loquebantur priſci Rabbini, prout ſentiiſſe, prout loquutus eſſe deprehenditur S. Paulus 1 Corinth. XIV, 16. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδε· Cæterum, ad ipſa feralia cantaminis verba, quod attinet, ſunt utique talia, quæ illa penſitantibus horrorem incutere poſſint. Et habent hoc, meo judicio, Judæi peculiare, ut ipſorum jurisjurandi formulæ, tonent, fulminent, percellantque animos hominum, etiamſi aliena lingua efferantur, ut taceam emphaſin, quam ſacra lingua progenerat. Idem olim Chriſtianis quoque aliquibus viſum eſt, unde, (quamvis illaudabili conſilio) etiam e ſuis, quos ſanctiſſima jurisjurandi religione, omnibus modis conſtringere, & perjurii diris acerrime territare volebant, in Judæorum Synagogis, ipſorumque conceptis verbis, jurare coëgerunt. Ita ſæpe eveniſſe, diſcimus ex S. Chryſoſtomi Homil. 1. adv. Judæos, neque audita tantum dicit, ſed etiam oculatus teſtis, medio negotio intervenit: quæ hiſtoria ipſius ſermone percenſenda eſt. Πρὸ τούτων τῶν τριῶν ἡμερῶν (πιστεύσατε, οὐ ψεύδομαι) γυναι-

γυναῖκά τινα εὐσχήμονα, καὶ ἐλευθέραν, κοσμίαν καὶ πιστὴν, εἶδον ἀναγκαζομένην ὑπό τινος μιαροῦ καὶ ἀναισθήτου, δοκοῦντος εἶναι Χριστιανοῦ (οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τὸν τὰ τοιαῦτα τολμῶντα, Χριστιανὸν εἰλικρινῆ) εἰς τὰ τῶν Ἑβραίων εἰσελθεῖν, κἀκεῖ παρασχεῖν ὅρκον, περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων αὐτῷ πραγμάτων. Ὡς δὲ προσελθοῦσα ἡ γυνὴ πρὸς συμμαχίαν ἐκάλει, καὶ τὴν ἄνομον κωλῦσαι ἠξίου, οὐ γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῇ τῶν θείων μεταλαχούσῃ μυστηρίων πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐλθεῖν· Ἐμπρησθεὶς οὖν ὑπὸ ζήλου, καὶ πυρωθεὶς, καὶ διαναστὰς ταύτην μὲν οὐκ εἴασα λοιπὸν ἐπὶ τὴν παρανομίαν ἑλκυσθῆναι ἐκείνην· Ἐξήρπασα δὲ τῆς ἀδίκου ταύτης ἀπαγωγῆς, ἐπὶ δὲ τὸν ἕλκοντα ἠρόμην, εἰ Χριστιανὸς εἴη; κἀκεῖνος ὡμολόγησεν· Ἐπεκείμην δὲ σφοδρῶς, ἀναισθησίαν ἐγκαλῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἄνοιαν, καὶ ὄνου οὐδὲν ἄμεινον διακεῖσθαι ἔλεγον, εἰ τὸν Χριστὸν λέγων προσκυνεῖν, ἐπὶ τὰ σπήλαια τῶν Ἰουδαίων, τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, ἕλκοι τινά· Καὶ μακρὸν κατέτεινα πρὸς αὐτὸν λόγον· Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ θέμις ὅλως ὀμνύναι, οὐδὲ ἀνάγκην ἐπάγειν ὅρκων, διδάσκων ἀπὸ τῶν θείων Εὐαγγελίων· Ἔπειτα, ὅτι οὐχὶ πιστὴν καὶ μεμυημένην, ἀλλ' οὐδὲ ἀμύητον ἔδει πρὸς ταύτην ἕλκειν ἐχρῆν τὴν ἀνάγκην, ὡς δὲ ἐξέβαλον διὰ πολλῶν καὶ μακρῶν λόγων τὴν πεπλανημένην ὑπόνοιαν, τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ἠρόμην τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν ἐκκλησίαν ἀφεὶς, ἐπὶ τὰ τούτων εἷλκε συνέδρια· ὁ δὲ πολλοὺς ἔφη πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι, φοβερωτέρους τοὺς ἐκεῖ γινομένους ὅρκους εἶναι. Ἐπὶ τούτοις ἐστέναξα, καὶ ἐξεπυρώθην ὑπὸ θυμοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐγέλων πάλιν· Τὴν μὲν γὰρ τοῦ διαβόλου κακουργίαν ὁρῶν, ἐστέναζον, οἷα τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθειν ἴσχυσε· τὴν δὲ ῥαθυμίαν τῶν ἀπατωμένων λογιζόμενος, ἐνεπιμπράμην ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ τὴν ἄνοιαν πάλιν τῶν ἀπατηθέντων, ὅση καὶ ἡλίκη τις ἦν, σκοπῶν, ἐγέλων· Subjiciamus verba Interpretis. *Ante hoc triduum, mihi credite, non mentior, Matronam quandam honeſtam, ingenuam, modeſtam & fidelem vidi, quam homo quidam impurus, ſtolidus, opinione Chriſtianus, (talia enim audentem, ſincerum Chriſtianum non dixerim) Hebræorum ædem intrare, ibique jusjurandum de negotiis ſibi controverſis deponere coëgit. Ut vero illa opem implorabat, & vim ſceleratam amoliri cupiebat; ſibi enim, quæ divinorum myſteriorum particeps facta eſſet, illum locum adire, nefas eſſe: Incenſus ego zelo, atque ardens, ſurrexi, nec illam porro ad prævaricationem trahi ſum paſſus, eripuique ab iniqua iſta abductione. Poſtea eum, qui traxerat illam, Chriſtianusne eſſet, rogavi. Cui confitenti, graviter inſtiti, fatuitatem exprobrans, extremamque dementiam, & aſini illum quicquam præſtare negavi, ſi Chriſtum ſe adorare profitens, ad Judæorum, qui ipſum crucifixiſſent, ſpeluncas quenquam traheret. Productoque longius ſermone, primum, prorſus non licere jurare, neque ad jusjurandum quenquam incitare, ex ſacro Evangelio docui. Deinde, non fidelem & initiatum, quin neque eum qui nondum ſit initiatus, in iſtam neceſſitatem trahendum fuiſſe. Poſtquam diu multumque locutus, animum ejus ab errore opinionis liberavi, cauſam ſciſcitatus ſum, cur Eccleſia relicta, ad Judæorum Collegia illam traxerit. At ille, multos ſibi dixiſſe inquiebat, jusjurandum, quod ibi daretur, magis formidandum eſſe. Ob quæ ingemiſcebam, iraque incendebar, deinceps rurſus ridebam. Cernens enim Diaboli aſtutiam, ingemui, quod hominibus id perſuadere poſſet: conſiderata vero eorum, qui deciperentur, ſocordia, excandui: & eorundem quanta eſſet amentia, mecum reputans, riſi.* Facit huc, quod eſt apud Euſebium, de Marci Hæretici aſſeclis: *Hebraica nomina, ad pavorem audientium, ſuper quos initiant, terribiliter obloquuntur.*

(3) *Amen, Amen*] Multa quidem erudite diſſerit, Literatiſſimus Vir, Nicolaus Fullerus lib. 1. Miſcellan. Sacr. cap. 2. ut probet, Amen, haud unquam eſſe jurisjurandi formulam; nobis tamen ſententiam ſuam, non perſuadet. Certe, quod ad peritiſſimorum inter Hebræos autoritatem provocat, quaſi apud illos in confeſſo ſit, אמן *aſſeverationem tantummodo notare*, in eo ab illis præſidium ſperavit, qui ipſius cauſam, palam deſerunt. Ecce enim, ipſum adeo Talmud, verbis apertiſſimis id facit in Schevuot, atque geminatum Sotæ Amen, jusjurandum involvere, in contrarium pronunciat. Circa finem cap. 3. legimus: אמר שמואל כל העונה אמן אחר שבועה כמוציא שבועה בפיו דמי דכתיב ואמרה האשה אמן אמן : id eſt: *Samuelis verba ſunt: Quiſquis ad prolationem jurisjurandi reſpondet Amen, is ſuo ore jusjurandum proferre videtur: prout* S. E. Et reſpondebit Mulier Amen, Amen. Clarior eſt alter locus, in eodem libro Schevuot, haud procul a fine cap. 4. vel, fol. 36. a. אמר ר' יוסי ברבי חנינא אמן בו שבועה בו קבלת דברים בו האמנת דברים בו שבועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו האמנת דברים דכתיב ויאמר ירמיהו אל חנניהו אמן כן יעשה יי' יקם יי' את דברך : id eſt: *Autor eſt R. Joſe filius R. Chaninæ, Amen modo habere vim Jurisjurandi, modo vim annuendi comprobandive, modo adhiberi, pro re confirmanda. Jurisjurandi vim habere, probat locus:* Et reſpondebit Mulier, Amen, Amen. *Annuendi, comprobandive ſignificationem, habet in iſtis* (Deut. XXVII, 26.) Maledictus qui non præſtiterit verba Legis hujus faciendo ea: Et dicet totus Populus Amen. *Pro re confirmanda, adhibitum in loco* (Jerem. XXVIII, 6.) Et dixit Jeremias ad Chananjam: Amen, ſic faciet Dominus: Præſtabit Dominus verba tua. Conferri debent Rabbot fol. 234. col. 3. & quæ ibi notantur in מתנות כהונה Ergo, dubium nullum relinquitur, ex antiquiſſimorum Magiſtrorum opinione, quorum placita Recentiores tanquam Oracula venerantur, voculam Amen, omnino jurisjurandi religionem, nonnunquam inferre. Cæterum, de verbo Amen, perplacet, quod indicavit Baal Chaſidim Num. 18. אמן עולה בגימטריא כשם י'ה יוד הי ושם אלף דלת id eſt: *Vocis* אמן *literæ, ſi more Kabbaliſtico ad numeros redigantur, conſtabit, complecti eas utrumque ſanctiſſimum Tetragrammaton* יהוה & ארני In Kabbalæ myſteriis non parva hæc res, aut ratio eſt, & qui iis capiuntur, opinari poſſent, forſitan etiam ob hanc, inter cæteras, cauſam, tantopere frequentatam fuiſſe Servatori noſtro illam vocem. Sed judicabunt οἱ μεμυημένοι, noſtrum eſt ἐπέχειν·

(4) *Alterum pertinet ad Maledictionem, alterum ad Jusjurandum*] Dixerat enim Sacerdos: *Det te Deus, in Maledictionem & Jurisjurandi formulam*: ideo repetendo Amen, utrumque ratum eſſe jubet fœmina. Atque, in Maledictionem conſtituebatur Mulier rea, nam הכל מקללין בך יבואך כדרך שבא לפלונית id eſt: *Omnes volentes alteri imprecari*, (ajebant:) Idem tibi eveniat, quod mulieri N. evenit: Prout Raſchi ad cap. V. Numer. annotat. In Jusjurandum vero eadem abibat. *Quia deinde vulgo ita dejerabant:* Si fallo: Tum idem mihi eveniat quod mulieri N. evenit, ceu iterum Raſchi commentatur: cujus verba ſunt: שיהו הכל נשבעין בך לאו יארע לו כדך שארע לפלונית Sic quidem præter Biblia Buxtorfiana, multæ etiam aliæ, quæ ad manus ſunt, habent editiones, verum errore manifeſto. Pro בך לאו enim ut כך אם לא reponatur, ſenſus enixe flagitat, nec aliter eſt in veteri, & ingenti, noſtro Pentateucho MS. cui Targumim & Raſchi adjiciuntur. Confirmant eandem correctionem Rabbot, fol. 234. col. 3. ubi legitur: לאלה ולשבועה : שכל הנשים לומות כך תגיע לך כשם שהגיע לפלונית ולשבוע שיהו הכל נשבעות כך תגיע לי כמו שארע לפלונית אם לא אעשה כך וכך : e quibus verbis R. Salomonem ſua mutuatum eſſe, nemo non videt.

(5) *Me non ſcortatam eſſe, nec deſponſatam nec nuptam*] Sic geminatum illud Amen, explicat quoque Chaldæus Jonathan: אמן אין אסתאבית כד מארסא אמן אין אסתאבית כד נסיבתא Atque ſane, non in illud tantum ſcelus, quod viro ſuo nupta, ſed, &, quod eidem deſponſata, mulier patraverat, Aquæ animadvertebant. Eſt enim Deſponſata Uxoris inſtar, & hoc jure pariter, nomineque, cenſetur Deut. XXII, 24. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilchot Kidduſchin cap. 1. מיד שנתקדשה כן נקראת מקודשת או מאורסת ואפילו לא נכנסה לחופה ולא נבעלה הבא עליה חוץ מבעלה חייב מיתת בית דין וצריכה גט כשרוצה לגרשה : *Simul ac Sponſalia cum muliere aliqua celebrata ſunt, vocatur ipſa Deſponſata.*

fata, aut Sponſa, atque etiamſi nec Nuptiarum ſolennitas, nec Concubitus acceſſerint, tamen ſi quis præter Sponſum, eam ineat, is capitale ſupplicium meretur, nec minus ad eam repudiandam, cogitur (Sponſus,) *facere libellum repudii.* Quæ cum ita fuerint, hæc tamen inter deſponſatam, & maritatam notanda eſt diverſitas, quod ſolæ poſteriores, Judicio aquarum exploratoriarum ſubjici poterant, priores vero niſi domum ductæ eſſent, nequaquam. Tantum enim, cum de matrisfamilias caſtimonia agebatur, quid Sponſa egiſſet, principalis cauſæ erat acceſſio. Rationem differentiæ infra afferemus, cum ad Miſchnam 1. cap. 4. commentabimur.

(6) *Nec levirum exſpectantem*] Cave ſis credas, hunc caſum, vere fuiſſe cum cæteris incluſum. Ex ſolius R. Akibæ hypotheſi iſta conſequuntur, qui arbitratus eſt, nefas eſſe ducere Leviratus jure, ſcortantem poſt mariti fata, Fratriam. ואין הלכה כרבי עקיבה אלא פסק הלכה שומרת יבם שזנתה מותרת ליבמה : id eſt: *Sed non eſt deciſio ſecundum R. Akibam, quin, communi Sapientum ſuffragio definitum eſt, Scortantem dum Leviri adultiorem ætatem exſpectat, Fratriam duci tamen poſſe:* Maimonides. Dicam mox ad Miſchnam ſequentem, de hac re amplius.

(7) *Amen me impollutam eſſe: Amen, me talem haud futuram.*] Convenit cum hac interpretatione: אמן דלא אסתאבית אמן אין אני עתידה לסתאבא quod in Targum Jeruſchalmi legitur. Præter varias hactenus de geminatione אמן Amen adductas rationes, alias inſuper excogitavit Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 180. col. 3. nec ipſas plane contemnendas: לפי שהיו הקללות שתים היתה תשובת האשה אמן ואמן אמן לנפילת הירך ואמן לחצבות הבטן או יהיה אמן יהיה כדבריך אם נטמאתי ואמן יהיה כדבריך שאנקה אם לא נטמאתי : id eſt: *Quia maledictio duplex erat, ideo bis quoque, Amen, a Muliere reſponſum eſt: ut ſcilicet altero Amen, Femur cadivum, altero, Alvum tumeſcentem, ſibi imprecaretur. Poteſt quoque hæc fieri expoſitio: Amen, rata ſint verba tua ſi ſum polluta: Amen, rata ſint verba tua, ut liberer ab omni noxa, ſi ſum expers contaminationis.*

ו הכל שוין שאין מתנה עמה לא על קודם שתתארס ולא על מאחר שתתגרש נסתרי לאחר נטמאת ואחר כך החזירה לא היה מתנה עמה זה הכלל כל שתבעל ולא תהא אסורה לו לא היה מתנה עמה :

6. Omnes (1) in hoc conſentiunt, non fuiſſe incluſam conditionem eorum, (2) quæ ante contracta ſponſalia fecerat: (3) neque ſi a viro per divortium ſeparata, interea temporis familiariter cum quopiam egiſſet, & vitium paſſa, rurſus a (*priore*) marito, domum ducta fuiſſet, neque, inquam, etiam hanc conditionem incluſam. (4) Eſto regula: *Quæcunque vitiata eſt* (eo tempore quo ſui juris, ac cuique viro conceſſa erat, & adeo, ex quo vitio) *nullum conſequitur matrimonii ſive contrahendi ſive producendi impedimentum, illius actus nulla habetur ratio.*

R. OB. DE BARTENORA.

ולא משנתגרשה *Neque antequam repudiata fuerit*, ſi uxor adulteraverit poſtquam repudiata fuerit a marito, & reduxerit eam, & poſtea zelotypiam exercuerit contra eam, & illa ſe occultaverit, tum aquæ non dabant effectum ſuum poſt divortium. Repudiatæ autem quæ adulteraverit, licet redire ad maritum ſuum, quia juxta Legem ſponſalibus attribuitur prohibitio, non concubitui, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 2. ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר propterea, ſi deſponſa fuerit alii viro, etſi concubuerit cum eo, prohibita eſt ad redeundum ad maritum ſuum; at ſi concubuerit ſine ſponſalibus, licet illi redire ad maritum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu neceſſarium, nemini, qui repudiaverit uxorem, & illa adulteraverit præterito deindè tempore, prohibitum eſſe eam reducere. Sin autem illa receperit ſponſalia ab alio viro, prohibitum eſt marito eam reducere, etſi non concubuerit cum illa; quia de Lege res non dependet a concubitu, ſed a ſponſalibus, uti dicitur Deut. 24, 2. ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר at non dicit, *ſi cum ea concubuerit vir alius*; & hoc memoriæ mandes velim.

WAGENSEILIUS. (1) *Omnes*] Pro הכל aliæ Editiones habent בכל Sed prior, quam ſecuti ſumus, lectio, eſt utique melior.

(2) *Quæ ante contracta Sponſalia fecerat*] Et merito quidem: Ea enim, quæ ante Sponſalia fiunt, ad Mariti futuri injuriam non pertinent, cum ei fœmina nondum ſit obligata, quare nec eorundem Marito conceſſa eſt perſecutio: Nec aliter Civile jus Romanum. Ulpianus in l. 13. §. 6. D. ad l. Jul. de Adult. coërc. cenſet: *Si quis Uxorem ſuam velit accuſare, dicatque eam adulterium commiſiſſe antequam ſibi nuberet: jure viri accuſationem inſtituere non poterit: quia non, cum ei nupta eſt, adulterium commiſit.* Et mox §. 10. *Non poteſt quis ſtupri accuſare eam, quam poſtea duxit uxorem, ſero enim accuſat mores, quos uxorem ducendo approbavit.* Alexander vero Imperator in l. 7. C. eod. tit. *Propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cæpit, accuſator juſtus non eſt: & ideo jure mariti crimen exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus fuerat.*

(3) *Neque ſi a viro per divortium ſeparata &c.*] Dicat quis: Fierine poteſt, ut liceat reducere eam, cui repudium paſſæ, ab alio ſtuprum illatum fuit, & annon diſerte cavetur Deut. XXIV, 2, 3, 4. *Cum* (repudiata) *e domo* (prioris mariti) *egreſſa abierit, & nupſerit alteri viro: Deinde odio habens eam hic vir poſterior, ſcriptumque ei libellum repudii tradens, in manum ejus, dimiſerit eam e domo ſuo: aut ſi moriatur vir ille poſterior, qui acceperat eam ſibi uxorem. Ne poteſto maritus ejus prior, qui dimiſerat eam, rurſus ducere eam, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt, coram Domino.* Quod ſi igitur repudiatam, alii viro junctam, reducere tantum piaculum eſt, quanto majus nefas erit repetere conjugium cum ea, quæ ſoluto matrimonio, corpus inhoneſte proſtituit? Facile erat reſpondere, loqui Miſchnam de caſu quo quis repetit dimiſſam mulierem, ignarus rerum quas interea temporis patraverat: neque ſane veriſimile videtur, aliam verborum poſſe eſſe ſententiam. Ineptit igitur oppido, ne quid gravius dicam, Maimonides in Gloſſa, dum aliter hæc ſalvare vult, quin imo contra clariſſimum ſupremi Legiſlatoris interdictum, nobis perſuadere conatur, licuiſſe omnino Viro, qui cum Uxore divortium fecerat, hanc rurſus repetere, ſi maxime matrimonio ſoluto ſcortatam illam fuiſſe, cum non lateret. Auſus eſt comminiſci, auſus eſt ſcribere: צריך שתדעהו שכל מי שגירש אשתו ונתנה אחר כן אינו אסור עליו להחזירה ואם קבלה קדושין מאחר נאסרה עליו אף על פי שלא נבעלת לפי שלא תלה הדבר בבעילה ואמנם תלה אותו בקדושין אמר ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ולא אמר ובעלה איש אחר : id eſt: *Noſſe oportet, quod, ſi quis uxorem repudiet, atque ea deinde ſcortetur, non prohibitum eſſe, eandem reducere: Quod ſi vero eadem, nova Sponſalia contraxit, nefas eſt primo marito ipſam repetere, etiamſi maxime concubitus nondum ſit ſecutus. Nec enim* (Scriptura Deut. XXIV, 2. In ſuo interdicto,) *concubitus, ſed tantum Sponſaliorum rationem habuit, inquiens:* Cum e domo egreſſa, abierit, & nupſerit alteri viro. *Non vero inquiens:* Et alius vir cum ea concubuerit. Indigna hæc ſunt Maimonide:

Sed

Sed illud indigniſſimum, quod iiſdem ſubjecit ורע זרה ושומרוה prorſus quaſi Cedro digua eſſet hæc obſervatio, & utique talis, quam omnes & diſcere, & in mente fideliter retinere conveniret. Longe rectius Lipmannus Num. 142. לא יוכל בעלה הראשון אשר שלחה לקחתה כדי שלא יפתה איש את חבירו לגרש את אשתו ולשאול אותה לו עד עת קצוב (Male excuſum eſt ויחזירנו) ויחזירנה לו id eſt: *Non poteſt is qui uxori repudium dixit, eam repetere, ne cæteroquin quis Socium ſermone inducat, ut uxorem ad tempus dimittat, & ſibi illa aliquantiſper frui concedat, eandem poſtea reſtituturus.* Quo ipſo expreſſe profitetur, interdictum de non reducenda repudiata, non tam Sponſalia aliena, quam concubitum reſpicere, idque profecto ipſa ſana dictitat ratio. Sed cum Maimonide facit quoque Smag. Præc. Neg. LXXXII. Interea loci dubium non eſt, ſi quod nefas in primo conjugio patraſſet fœmina, illud cum in repetito, aquis amaris ipſa deinde potionaretur, explorationem ſubiiſſe. Ergo in his, non eadem, quam in ſuperioribus notavimus, inter Hebræorum & Civile Romanum jus, deprehenditur affinitas. Nam in l. 13. D. ad L. Jul. de Adult. iſta probantur Ulpiani: *Si qua repudiata, mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio durante, ſed quaſi alio interpoſito: videndum eſt, an ex delicto quod in priore matrimonio admiſit, accuſari poſſit, & puto non poſſe: abolevit enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam.*

(4) *Eſto Regula: Quæcunque &c.*] Hactenus prolixe, & obſcurius tradita, ſic breviter & dilucide proponuntur in MS. noſtro Ez Hechajim: לא יכול להשביעה רק על ידי גלגול כגון שקנא עם איש אחר משביעה מכנו ומאיש אחר שחשודה כמנו שלא קנא לה וכן מגלגל שלא זנתה משארסה קודם שתנשא ולא אחר שתנשא אבל לא יגלגל שלא זנתה קודם ארוסין ולא אחר שגרשה אם גרשה והחזירה שאם זנתה בעת ההיא לא תאסר עליו וכל שתבעל ולא תהיה אסורה לו אינו כתנה עמה לפיכך אם כנס יבמתו לא יגלגל עליה שלא זנתה כשהיתה שומרת יבם אבל יגלגל שלא זנתה תחת אחיו וכן אם גרשה מגלגל שלא זנתה תחתיו בנשואין ראשונים וכן יכול לגלגל שלא תזנה התחתיו שלא תזנה אחר שיחזירנה אם יגרש ויחזיר: id eſt: *Ita inſtituitur mulieris adjuratio, ut in eam multa poſſint involvi: Nimirum, ſi cujuſquam familiaritate uxorem maritus prohibuit, fit adjuratio, tum reſpectu hujus, tum alterius quoque cum quo eſt ſuſpecta, etſi ipſius commercio abſtinere juſſa non eſt. Pariter involvere licet, ſcortatam non eſſe deſponſatam, antequam domum duceretur, nec matrimonio conſiſtente. At, non involvitur caſus eorum, quæ admiſſa ſunt ante Sponſalia, nec quæ admiſſa tempore divortii, ſi contigerit, & repudiatam eam, & reductam fuiſſe. Nam ſi horum aliquo tempore ſcortata erat, non* (ad maritum ea pertinebat injuria) *ut amplius ille jungi prohiberetur: atque idem judicium eſto, de omnibus caſibus, in quibus hæc militat ratio. Proinde, ſi quis Fratriam duxiſſet, non involvit tempus, quod inter mortem prioris mariti & Leviratum interceſſit, etſi illud involvit, per quod cum fratre in matrimonio, ipſa vixerat. Sic, cum de repudiata & iterum reducta agitur, poteſt involvi caſus primi conjugii. Amplius, involvere licet* (conditionem temporis futuri,) *ut recipiat mulier, nec impoſterum adulterium ſe commiſſuram, ſive ſemper ratum eſſe contingat matrimonium, ſive eveniat, ut repudium ipſa patiatur, & repetatur denuo.* Sed, ne vel ſic tamen, adhuc plene perſpectum habemus, quouſque ſe Sacerdotis adjuratio extendat, & ſuperſunt quædam ſupplenda ex Siphri fol. 4 col. 2. ואת כי שטית אין לי אלא כרוכה שלא גרוכה מנין תלמוד לומר וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו להביא את הסריס מבלעדי אישך להביא את אשת הסריס על הכל מהנה עברה: id eſt: *Quod ſi dicas:* (Verba:) Si declinaſti, *tantum ad ea, quæ in adverſum peccantur, attinent; at, unde colligitur,* (vindicari quoque,) *quæ commiſſa ſunt, in averſum? Scilicet, ideo additum.* Et immunda facta es: (Porro, quod dicitur) Et Vir alius, ſuo te affecit concubitu: *Ea includunt Eunuchum.* (Et quod additur:) Præter Maritum tuum; *id Eunuchi Uxorem proprie concernit. Iſtorum omnium habita eſt ratio.* Hæc eadem habentur quoque in Peſikta Sutarta fol. 39. col. 4. ubi inſuper reperias: ד״א ואת כי שטית תחת אישך וכי יש אשה מזנה תחת בעלה אלא זו המשכבת עם בעלה ודעתה על אחר וכן הוא אומר האשה המנאפת תחת אישה תקח זרים: Id eſt: *Illud quoque adjungas, licet:* (Dicit Sacerdos Sotæ) Si declinaſti ſub viro: (At quærat quis:) *Fierine poteſt, ut mulier ſcortetur ſub marito?* (Utique:) *Scilicet, notantur hic eæ, quæ cum Marito concumbentes, in alios mentem dirigunt. Atque ſic dicitur:* (Ezech. XVI, 32.) Mulier adultera, ſub viro ſuo, ſuſcipit alios.

פרק ג היה נוטל את מנחתה מתוך כפיפה מצרית ונותנה לתוך כלי שרת ונותנה על ידה וכהן מניח את ידו מתחתיה ומניפה:

Caput 3. (1) (*Maritus adulterii ſuſpectæ,*) e corbe ſaligna Oblationem ejus depromens, in vas ſanctum eam repoſuit, & (2) (*mulieri deinde,*) (3) in manum dedit. (4) Cujus manui, ſuam manum. (5) Sacerdos (6) ſupponens, (7) receptam in ſacris agitationem, inſtituit.

R. OB. DE BARTENORA.

היה נוטל *Auferebat*, ſcilicet maritus illius, quia non perficitur miniſterium ſacerdotale in donis, niſi a pugillatione & deinceps, & appropinquatio ad altare erat etiam principium pugillationis, nam extraneus non poterat appropinquare ad altare, ſed quod ſanctificatum erat in vaſe miniſterii, & commixtio in donis quæ opus habebant oleo, legitimum erat extraneo. ונותנה על ידה *& dedit illi in manum*, ad agitandum, & ſacerdos ponebat manum ſuam ſub manu mulieris, eo quod ſcriptum eſt de ſacrificiis pacificis Levit. 7, 30. ידיו תביאנה Et Num. 5. dicitur de dono mulieris adulterii ſuſpectæ ולקח הכהן מיד האשה quemadmodum in ſacrificiis pacificis ſacerdos ponebat manum ſuam ſub manu poſſeſſoris, & agitabat, ſic etiam in donis uxoris adulterii ſuſpectæ ſacerdos ponebat manum ſuam ſub manu uxoris, & agitabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit ſcriptura de ſacrificio pacifico Levit. 7, 30. ידיו תביאנה de muliere adulterii ſuſpecta dicit Num. 5. ולקח הכהן מיד האשה propterea, quemadmodum in ſacrificiis pacificis fiebat agitatio pro poſſeſſore, & pro ſacerdote, ſic etiam in dono mulieris adulterii ſuſpectæ.

WAGENSEILIUS. (1) *Maritus*] Cl. Seldenus l. 3. Ux. Hebr. c. 15. non de Marito, ſed de ipſomet Sacerdote, locum accepiſſe videtur. Et ſane, ne quid diffitear, favent huic opinioni Toſephot. Sed, nos tutius eſſe arbitrati ſumus, R. Salomonem Ducem ſequi, is vero annotat: היה נוטל את מנחתה הבעל דהא אמרי דאין מצות כהונה במנחות אלא מקמיצה ואילך והגשה נמי תחילת קמיצה היא שאין זר קרב למזבח אבל קידוש כלי ויציקה ובלילה ובמשנות שמן כשר בזר: id eſt: *Maritus Oblationem depromſit: Sic enim traditur, in Oblationibus, munus Sacerdotis, non niſi cum capiendus manipulus eſt, incipere, & poſtea, ad finem uſque ſacrorum illorum, ſe porrigere. Sed, pertinet quoque ad ſumtionem manipuli, ipſa oblationis ad altare admotio, eſtque ejus principium, nec enim alii* (præter Sacerdotem,) *ad altare accedere licet. Cæterum immiſſio in vas ſanctum,* (de qua Lev. II, 2.) *Commixtio,* (de qua ibidem v. 4.) *& Affuſio* (quæ v. 15. memoratur) *a Laico quocunque, peragi poterant.*

(2) *Mulieri deinde &c.*] Autor libri Mincha Belula p. 136. 2. & aliis, inferunt: מכאן שאם היתה נדה לא היתה שותה שאם היתה טמאה לא יתכן שתשים המנחה על כפיה: id eſt: *Hinc conſequitur, quod Mulier quæ ex menſibus laborat, Aquas amaras haud bibit; nefas enim foret, fœminæ immundæ, Oblationem in manus dare.*

 (3) In

(3) *In manum*] Plurativo numero ידיה habent cæteroquin Miſchnæ Editiones, quas ſequi non placuit.

(4) *Cujus manui ſuam manum &c.*] Gemara : א״ל ר״א ל״ר יאשיה דרדידה (In Jalkut fol. 208. col. 2. ubi integer hic locus adductus eſt, legitur דרדיקה & nota in margine, monet eſſe loci nomen.) לא תיתיב אכרעך עד דמפרשת לה (לי legere oportet ceu in Jalkut quoque habetur.) להא מילתא מנין למנחת סוטה שטעונה תנופה מנא לן והניף כתיב בה בבעלים מנלן אתיא יד יד משלמים כתיב הכא ולקח הכהן מיד האשה וכתיב התם ידיו תביאנה מה כאן כהן אף להלן כהן ומה להלן בעלים אף כאן בעלים הא כיצד מניח ידו תחת ידי הבעלים ומניף : id eſt: *Dixit R. Eleaſar ad R. Joſiam Darenſem, non patiar te ſeſſum capere, niſi prius mihi ſolveris dubium meum. Unde probatur in Oblatione Sotæ, agitationem eſſe neceſſariam?* (Ibi R. Joſias: Tunc quæris) *unde id probetur? Nimirum inde, quia* (Num. V, 25.) *de hac Oblatione expreſſe dicitur:* Et agitabit. (Excipiebat alter, ſe id agnoſcere, verum ibi de ſolo Sacerdote ſermonem inſtitui, quare dubium ſupereſſe,) *unde probetur* (ipſam Sotam) *oblationem offerentem*, (ſimul agitationem facere debere?) *Regerebat R. Joſias, id collegi, facta argumentatione ab oblationibus euchariſticis*, (ejuſque medium terminum eſſe,) *vocem* Manus, (quæ tam de his, quam de Sotæ Oblatione adhibetur :) *De Sota enim dicitur* (loco allegato :) Et accipiet Sacerdos e manu mulieris. *Atque ſic etiam* (de Euchariſticis Lev. VII, 30.) *legitur* : Manus ejus adducent: *Nunc igitur, ſicut in Oblatione Sotæ, certum eſt, intelligi Sacerdotem, ita ſequitur, eundem etiam in Oblationibus euchariſticis debere intelligi. Et contra, ſicut conſtat in Euchariſticis intelligi offerentem, ita Sota offerens intelligenda quoque eſt, in loco altero.* (Dicat quis:) *Quomodo* (utrique ſimul agitare poſſunt?) *Scilicet, ſupponit Sacerdos manum ſuam, manibus offerentis, atque ſic agitat.*

(5) *Sacerdos*] Quia nuda Mulieris, tangenda a Sacerdote manus erat, ideo, ne ea res ad libidinem irritamentum illi ſit, quidam opinati ſunt, hunc Sacerdotem debere eſſe Senem. At verior ſententia, etiam juveni, hoc officio fungi licuiſſe שאין יצר הרע מצוי לשעה id eſt: *Non enim pravæ cupiditati, dum hæc peraguntur, vis ulla eſt:* Ceu habetur in Toſephot, & Jalkut quoque fol. 208. col. 2. De aliis temporibus valet illud tritum in Schabbat fol. 64 b. כל המסתכל באצבע קטנה של אשה כאילו מסתכל במקום התורפה id eſt: *Quisquis intuetur digitum parvum mulieris, id perinde eſt, ac ſi ejus naturalia aſpiceret.* Quod ſi aſpexiſſe tantum nocet, quantum nocebit tetigiſſe?

(6) *Supponens*] Nota ſedulo, quod eſt in Toſephot: תני ר׳ חייא סוטה גידמי׳ שני כהנים מניפים על ידיה אבל בגמרא דידן אמרי׳ בסוף פ׳ ארוסה דגידמה לא היתה שותה : id eſt: (In Talmude Hieroſolymitano) *docet R. Chaja, quod ſi Sota manibus manca ſit, duos Sacerdotes, ſuas illi manus, ad agitandum commodare: Sed noſtra Gemara Babylonica ſub finem cap. 4. tradit, Sotam manibus mancam, non fuiſſe potionatam.* Non igitur, perpetuus inter utrumque Talmud conſenſus eſt, quæ res ipſorum autoritatem, utique vehementer elevat.

(7) *Receptam in ſacris agitationem &c.*] Ea Agitatio, quomodo peracta ſit, ſufficienter, ſolis quatuor verbis, docet Raſchi ad Num. V, 24. מוליך ומביא מעלה ומוריד id eſt: (Oblationem, is qui eam tenebat Sacerdos,) *dimovebat, & reducebat, elevabat deinde, ac demittebat.* De cujus aſſertionis veritate, ne quis dubitet, ejus fundamentum, & rationem, ex incerti Autoris Explicatione MS. quam in laudatum Commentatorem, poſſidemus, allegare oportet: מנלן לרשי ז״ל מוכח סיפא דלפינן גזירה שוה להכא כתיב הינוף ולעיל כתיב בפרשה ואתה תצוה ואשר הורם ואשר הונף פר׳ הונף דלעיל הוא מוליך ומביא מעלה ומוריד דהורם לשון הגבהה וא״כ כשהגבהה למעלה צריך להוריד למטה והונף לשון תנופה בעלמא והיינו מוליך ומביא האי הונף נמי דכתיב הכא מוליך ומביא מעלה ומוריד : id eſt: *Unde collegit Raſchi*, (Sacerdotem, juxta cum Sota, Oblationem dimoviſſe, & reduxiſſe, elevaſſe, & demiſiſſe?) *Collegit id, facta a Paribus argumentatione. Nam in loco* Num. V, 24. *habetur verbum* והניף & agitabit. *Sed vero, ſupra* Exod. XXIX, 27. *legitur* אשר הונף ואשר הורם Qui agitatur, & qui elevatur. *Quare, ſicut hic loci,* Agitatio, *dimovere & reducere, elevare & demittere, ſignificat, nam per* הורם *ſublatio innuitur, omnis autem in altum ſublatio, demiſſionem rurſus requirit;* הונף *vero ſimplicem commotionem, quæ dimovendo & reducendo fit, notat: Proinde in altero quoque loco, Agitatio, eodem ſenſu accipienda eſt.* Ergo Agitationis, a Sacerdotibus quondam peractæ cærimonia, aliqua forſitan ratione comparari poteſt cum ea, qua nunc in Eccleſia Romana, ad altaria thuribulo ſuffitus fieri ſolet, atque omnino Sacræ Crucis imago, fuit in illa expreſſa. De uſu vero, ac Virtute, ſacræ hujus agitationis diligenter notandum ex Raſchi, ad Levit. XVII, 11. fuiſſe inſtitutam לעצור רוחות רעות ולעצור טללים רעים Id eſt: *Ad abigendum malos Genios, abigendumque Umbras terrificas.* Hæc ſi perſpecta habuiſſent Veteres, proh! quantam iſta res Allegoriarum illis præbuiſſet materiem, qui tam avide etiam minores longe occaſiones, ad meditationibus ſuis indulgendum, undecunque arripuerunt: Pio ſane, ſed neſcio, an ſalutari, conſilio, imprimis ubi cum Judæis, negotium illis intercedebat. Nam his utique, nihil niſi ſolidum opponendum erat, ne cæteroquin Chriſtianos riderent, magiſque redderentur increduli. Incidi nuper in Diſputationem Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis, cum Herbano Judæo habitam, quæ in Tom. IX. Bibliothecæ SS. Patrum relata eſt, ibi legitur: *Τὸ ξύλον ὃ ἔβαλεν Μωσῆς ἐν Μερρᾷ, καὶ ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ, οὐχὶ τὸν σταυρὸν προετύπου τὸν τίμιον;* Id eſt: Exod. XV. *Lignum quod in Maram Moſes conjecit, & quo aqua dulcis & potabilis effecta eſt, nonne Crucem honorandam præfigurabat?* Revocabant hæc mihi in memoriam, quod Lipmannus habet Num. LVI. הנוצרים אומרים מה טיבו של עץ זה להמתיק המים על כן מן האמת רחקו ודרשו ורחקו לפרש שתי וערב היה שהשליך אל׳ (Ex MSS. noſtris emendandum, ſupplendumque המים ומים (על המים וסמנו נמתקו) וטפרים לדבריהם עץ בגימ׳ צלם : id eſt : *Chriſtiani, diſquirunt, unde hæc ligno iſti, virtus provenerit, ut aquas edulcaret? Atque a veritate recedentes, torquent locum, ac de Cruce illum exponunt, quam in aquam Moſes conjeciſſe feratur, quæque aquas reddiderit dulciſſimas. Succurrunt in noſtra fidei deſertores, ad ipſos transfugæ, ſuggerendo verba* עץ *&* צלם *quorum illud* lignum, *hoc*, Crucem, *denotat, eandem Numeris, conficere ſummam.*

ב הניף והגיש קמץ והקטיר והשאר נאכל לכהנים היה משקה ואחר כך מקריב את מנחתה רבי שמעון אומר מקריב את מנחתה ואחר כך היה משקה שנאמר ואחר ישקה את האשה את המים אם השקה ואחר כך הקריב את מנחתה כשרה :

2. Agitatione peracta, (1) pugillum (2) (*ad altare*) (3) proferens, adolevit illum: quod ſupererat, (4) Sacerdotes conſumſerunt. Primum autem (*aquas*) bibendas dedit, atque deinde Oblationem ejus (*obtulit.*) (5) R. Simeon tamen vult, primùm eum adoleviſſe, & tum demum aquas potandas præbuiſſe. Q. S. E. (Num. V, 26.) *Et poſtea curabit, ut mulier illa bibat aquam iſtam.* Quod ſi vero (*ab initio ſtatim*) aquam bibendam dediſſet, atque poſtea ſacrificaſſet, nihilo ſecius, id probe factum eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

והגיש *Et appropinquare fecit*, ad latus occidentale meridionale. והשאר נאכל לכהנים *& quod reliquum erat, comedebatur a ſacerdotibus*, quia omnia dona quæ pugillo capiebantur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris non eſt ſecundum ſententiam R. Schimeonis.

tur, comedebantur quod ad reliquias eorum. היה משקה ואחר כך מקריב את מנחתה *bibendum dabat, & deinde offerebat oblationem ejus*, tres verſus deſcripti erant, primus dicit והשקה *& bibendum dabit*, ſecundus dicit ואחר ישקה *& poſtea dabit bibendum*, & tandem tertius dicit והשקה את המים *& aquas dabit bibenda*; primus ſive 24. verſus cap. 5. Num. ubi dicitur והשקה neceſſarius pro ſeipſo, ſcil. bibendum dabat mulieri poſtquam pergamenum erat deletum, ante adolitionem doni. Et quod dicitur verſu 26. ואחר ישקה *& poſtea bibendum dedit*, etſi videatur perindè ac ſi dicere velit propriè poſt adolitionem doni, neceſſario tamen intelligi debet verſus 24. qui prius dicebatur, de re ipſa tantum; & reliqui verſus, qui deinde dicebantur, explicari debent ad concionem ſuper re habendam, propterea id quod dicitur verſu 29. ואחר ישקה *& deinde dabit bibendum*, etſi conſcriptum ſit poſt adolitionem doni, antevertat tamen neceſſe eſt adolitionem, & referetur ad deletionem ſcripturæ, quæ ſuperius ſcripta eſt. Præterea dicit nobis, quod ſi non benè deletum eſt pergamenum, & ſi in eo conſpiciuntur ſigna literarum, ne det illi bibendum. Cæterum 27. verſus ubi dicitur והשקה את המים *& bibenda dabit aquas*, venit ut doceat nos, quod, ſi deletum fuerit pergamenum, & illa dixerit, *non bibam*, cogunt eam vi ad bibendum. רבי שמעון אומר מקריב את מנחתה ואחר כך היה משקה *R. Schimeon dicit, offerebat donum ejus & deinde bibendum dabat*, quia verſu 26. dicitur ואחר ישקה *& deinde bibendum dabit*, quod juxta ſententiam ejus proprie intelligendum eſt poſt adolitionem doni, uti ſcriptum eſt. Sed 24. verſus ubi dicitur והשקה *& bibendum dabit*, docet nos, quod, ſi fortuito acciderit ut illi bibendum dederit, & deindè obtulerit donum, legitimum eſt. Et verſus 27. והשקה את המים *& bibenda dabit aquas*, docet nos, quod, ſi deletum fuerit pergamenum, & illa dixerit, non bibam, cogunt eam vi ad bibendum; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

WAGENSEILIUS. (1) *Pugillum*] Quomodo Pugillum ſumſerit Sacerdos, fuſe docetur in Menachot fol. 11. a.

(2) *Ad altare*] Intellige Altare extimum. Liber Schilte Haggibborim fol. 22. col. 4. מזבח החיצון המיוחד להמידין ולמוספין ולכל המנחות והקרבנות id eſt: *Extimum Altare dedicatum erat, Sacrificio jugi, Auctariis, & Oblationibus, ac Sacrificiis univerſis.* Sequitur ibi, de hujus Altaris ſitu, forma, & materia, fuſiſſime. Fuit aliud Altare Intimum, ſive Suffitus: θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος vocatur apud Lucam cap. I. v. 10. de eo multa, in eodem libro Schilte Haggib. fol. 30. col. 2. ſeqq. Cui adde Menachot cap. 2. Jacobum Judam Leonem de Templo Hieroſol. l. 3. c. 4.

(3) *Proferens*] Et quidem לקרן מערבית דרומית id eſt: *Ad illum angulum, cujus latera, mundi Occidentalem, & Auſtralem, plagas, reſpiciebant*, uti ex eodem tractatu Menachot, Raſchi, & Autor MS. noſtri Ez Hechajim, monuerunt.

(4) *Sacerdotes conſumſerunt*] Fruebantur enim reſiduis Oblationum quarumcunque, ob Dei conceſſionem Lev. VI, 9. Joſephus l. 3. Antiq. c. 10. hæc ita effert: Ἂν δ' ὑπονοῇ μεμοιχεῦσθαί τις αὐτῷ τὴν γυναῖκα, κομίζει κριθίνης ἀληλεσμένης ἀσσάρωνα· καὶ μίαν αὐτῆς δράκα ἐπιβάλλοντες τῷ θεῷ, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι διδόασιν εἰς τροφήν· *Quod ſi quis adulterii ſuſpicionem de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ aſſaronem, & immiſſo ex ea pugillo ſuper altare, quod reliquum eſt, Sacerdotibus veſcendum datur.*

(5) *R. Simeon tamen &c.*] Locus notabilis τῶν Toſephot, qui extat fol. 14. a. Gemaræ noſtræ, quique diu jam his Commentariis debebatur, tandem aſſerendus eſt: אין סדר המשנה וסדר הפרשה מכוונין שהרי בן סדר הפרשה שקינא לה ונסתרה מעל' האיש ומביא את מנחתה הכהן מביא פיילי של חרס ונותן לתוכו חצי לוג מים מן הכיור ונותן בו עפר תעמיד האשה בשער ניקנור ואוחז בבגדיה וסותר את שערה ונותן את המנחה על ידיה וביד הכהן מים המרים ומשביע ומתנה עמה וכותב את המגילה ומוחק ומשקה ונוטל מנחתה מתוך כפיפה מצרית ונותן לתוך כלי שרת ומניף ומגיש קומץ ומקטיר ולא ידענו למה שינה התנא הסדר ואם סדר התנא דווקא או סדר הפרשה : Id eſt: *Ordo Judicii Sotæ, aliter in Talmude, aliter in Sacris Literis, deſcribitur, Sacræ enim Literæ hanc memorant rerum ſeriem: Maritus facit* (uxori) *interdictum, ipſa ſe* (cum viro ſuſpecto) *occultat; deducit itaque* (maritus) *conjugem* (Hieroſolymas,) *affertque oblationem. Interim Sacerdos, accepto vaſe figlino, ex Labro, aquæ Lug dimidium, in illud infundit, & pulverem ſuperaddit. Mox, ſtatuens fœminam, ad portam Nicanoris, veſtes ejus prehendit, capillos ſolvit, & oblationem illi in manus dat. Ipſe vero, aquas amaras tenens, ſolemnem execrationis formulam profert, ac deinde eandem volumini inſcribit, rurſus delet, ac mulieri aquas hauriendas porrigit. His ita geſtis, Oblatio e caniſtro viminco in vas ſanctum inditur, fitque agitatio, ad altare latio, ſumtio pugilli, & incenſio.* (At vero, ſi cum his Miſchna conferatur, magnum diſcrimen emergit) *neque ſatis conſtat cur ejus Autores, iſtam diſpoſitionem immutaverint, aut num ſecundum Miſchnæ, an vero ſecundum Scripturæ ordinem, negotium ſit peractum.*

ג עד שלא נמחקה המגילה אמרה איני שותה מגילתה נגנזת ומנחתה מתפזרת על בית הדשן ואין מגילתה כשרה להשקות בה סוטה אחרת נמחקה המגילה ואמר' טמאה אני המים נשפכין ומנחתה מתפזרת על בית הדשן נמחקה המגילה ואמרה איני שותי מערערים אותה ומשקין אותה בעל כרחה :

3. Quoad nondum (1) deletum erat volumen, ſi diceret: *Nolo bibere*: (2) Volumen recondebatur, & oblatio (3) per domum cineris (4) diſpergebatur: (5) neque volumen illud aptum erat, ad aliam adulterii ſuſpectam, eodem potionandam. Si deleto volumine, diceret: *Polluta ſum.* (6) Effuſæ ſunt aquæ, & Oblatio diſperſa per domum cineris. Si vero deleto Volumine (7) bibere recuſaret, vim illi faciebant, & invitam ut biberet, coegerunt.

R. OB. DE BARTENORA. מגילתה נגנזת *Volumen ejus abſcondebatur*, ad latus templi. ומנחתה מתפזרת על בית הדשן *& donum ejus diſpergebatur per domum cineris*, & comburebatur in loco cineris, qui erat in atrio, ubi comburebant ſacrificia illegitima ſanctiſſima, nam, quia ſanctificatum erat in vaſe miniſterii, neceſſum erat ut combureretur in atrio. ואין מגילתה כשרה להשקות בה סוטה אחרת *& pergamenum ejus non eſt legitimum ad aliam adulterii ſuſpectam eodem potionandum*, quia neceſſe eſt ut ſcriptura facta ſit in nomine mulieris, uti ſcriptum eſt Num. 5. ועשה לה הכהן quicquid ergo fieri debet, id debet fieri in nomine mulieris. המים נשפכין *aquæ effuſæ ſunt*, nam, quandoquidem dixit, polluta ſum, jam facta eſt exploratio, & aquæ amaræ tantum dantur ad explorandum per illas de dubio. מערערין אותה *cogunt eam*, quia fieri poteſt ut ſit pura, & dicat tantum propter perturbationem.

WAGENSEILIUS. (1) *Deletum erat*] Verbum מחק quo ſolo, in hac re, & Talmudiſtæ, & Rabbini reliqui, utuntur, id omnino ſignificat, Sacerdotem ſua manu, ea quæ in volumine ſcripta erant, illis aquis abluiſſe, quas poſtea Sotæ bibendas dabat. Neque vero Judæos, aliud velle, multis probari poſſet: Sed unum teſtimonium, aurei Codicis noſtri MS. עץ החיים valebit pro multis. מנכיח המבלא ולוקח עפר מקרקע המשכן ונותנו על פני המים נותן לתוכו

לתוכו דבר מר כגון לענה שנאמר מי המרים ומוחק לתוכו המגלה לשמה ומוחק יפה עד שלא ישאר במגילה רישום הניכר כתב אות אחת ומחקה וחזר וכתב אות שנייה ומחקה עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה כתובה מחקה שלא לשמה פסולה כתב שתי מגלות לשתי סוטות ומחקן לתוך כוס אחד או לתוך שתי כוסות וערבן בתוך כוס אחד והשקה לשתיהן פסולה שכל אחת לא שתתה מגלתה מחקן בשתי כוסות וערבן וחזר וחלקן לשתי הכוסות לא ישקה אותן ואם השקה אותן כשירה ואם נשפכו המים כותב מגלה אחרת ומביא מים אחרים נשפכו ונשתייר לא ישקה השאר ואם השקה כשר : id eſt : (Sacerdos) *ſublata tabula marmorea, pulverem ex ſolo Sanctuarii depromens, illum Aquæ inſpergit, additque rei amaræ aliquid, uti, verbi cauſa, Abſinthium ;* nam (Num. V. ſæpe, iſtæ Aquæ,) *amaræ appellantur. Poſtea, intentione ad præſentem Sotam directa, voluminis deletionem in aquas medias inſtituit, quæ quidem probe probeque peragenda eſt, ita ut nullum literarum, in volumine remaneat veſtigium. Si ſcripta litera unica, eam continuo deleat, atque ſic porro ad finem uſque faciat, id vitioſum eſt, prius enim volumen totum deſcribere, & deinde delere oportet. Vitioſum pariter eſt, ſi in delendo, ea quam requiri diximus, abſit intentio. Si quis ſcriptis duobus, ob Sotas duas, voluminibus, eorundem deletionem in poculum unum faciat, aut faciat eam in pocula duo, ſed poſtmodum in unum poculum omnia confundat, atque ſic Sotas duas potionare vellet, id nefas foret: neutra enim ſuum volumen bibiſſe videtur. Si quis* (cum duorum voluminum,) *in pocula duo feciſſet deletionem, aquas poſtea inter ſe commiſcuit, & denique in pocula duo eas rurſus diviſit, iiſdem Sotas potionare non debet: ſi tamen id factum ſit, toleratur. Si aquæ,* (in quas facta deletio,) *forte effundantur, novo volumine, aliis aquis opus eſt. Si pars tantum earundem, fuerit effuſa, non quidem recte factum eſt, ſi reſiduo Sota potionetur ; ſi tamen id acciderit, etiam hoc tolerari poteſt.* Cæterum, ex iſtis patet, haud temere ſequendum eſſe Cl. Hottingerum, qui lib. 2. Theſ. Philolog. c. 2. p. 532. *Schedam Zelotypiæ, in poculum redargutionis, fœminæ de adulterio ſuſpectæ, a Sacerdote conjectam fuiſſe,* aſſeruit incogitans. Et vero, ipſa Scriptura, ob verba, וכתב את האלות האלה הכהן בספר ומחה אל מי המרים : Quæ LXX. bene tranſtulerunt, Καὶ γράψει ὁ ἱερεὺς τὰς ἀρὰς ταύτας εἰς βιβλίον, καὶ ἐξαλείψει εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ· Hottingeri aſſertioni locum non relinquit.

(2) *Volumen recondebatur*] In templo ſine dubio, uti nunc quoque Judæi, libros laceros, & phylacteria vetera, in Synagogis aſſervare ſolent. Volumen quod alterius Sotæ cauſa ſcriptum erat, ad aliam potionandam adhiberi non potuiſſe, ſupra indicavimus.

(3) *Per domum Cineris*] על הדשן In editionibus Miſchnæ; ſed in Talmudis, על בית הדשן habetur. Quæ poſtrema, quia plenior eſt lectio, ideo & melior cenſeri debet; confirmante eam quoque Jalkut fol. 208. col. 1. in f. Cæterum de Domo Cinerum, ſic legitur in תבנית היכל Jacobi Judæ Leonis Num. XC. מקום מבליע בעצמו חלול בארץ נקרא אצלם בית הדשן היה שמה נתון למזרחו של כבש המזבח ורחוק מרגליו עשר אמות אמנם שלשה טפחים רחוק ממנו ואצלו כל הימים לעת השחר הכהנים קודם אשר יתחילו להקריב את קרבן התמיד במועדו ישימו מחתה מלאה גחלי אש מן המאכלות הפנימיות מן המערכה של זבחים למען ידשנו שמה וגם שם היו משליכים את דישון המנורה שבהיכל ודישונו של מזבח הקטורת וגם ישליכו שמה את כל אשר מקרבן העוף ישליכו חוצה : Id eſt, Interprete Cl. Sauberto: *Locus operiens intra ſeſe, cavernam in terra* (vocatus ipſis, Domus Cinis) *conſtitutus fuit ibi ad Orientale latus, gradus altaris, elongatus à pedibus hujus decem cubitis; & præterea tribus palmis. Apud eum quotidie diluculo Sacerdotes, antequam inciperent offerre ſacrificium adſiduitatis ſtato tempore, reponebant acerram plenam prunarum, quæ comprehendebantur in intima parte ſtruis ſacrificiorum, ut in cinerem redigerentur ibi. Eò etiam projiciebant cinerem Candelabri, quod erat in templo, nec non cinerem Altaris ſuffitus: denique omne id, quod de ſacrificio volucris foras ejiciebatur.* Scilicet, in locum hunc, conjecti fuerunt Cineres, a quibus Altare extimum liberabatur, eaque res dubio caret. Nec minus idem de Cineribus Altaris ſuffitus, & de Cinere ellychniorum Candelabri, aſſeritur in Tamid c. 3. §. 1. אמר הממונה באו והפיסו מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי מי מדשן את המנורה : Id eſt: *Dicebat Præfectus* (Sacerdotibus:) *Agite, facite ſortitionem, quis mactare, quis ſanguinem ſpargere, quis a Cineribus Altare intimum, quis Candelabrum, ab iis repurgare debeat.* Atenim, alibi diverſa docentur, & quidem in Joma fol. 21. a. loco tenebroſiſſimo, & quem ideo totum adducimus, ut eum illuſtremus. Confer Pirke Avot c. 5. עשרה נסים נעשו בבית המקדש לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכיפורים ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רווחים ולא הזיק נחש ועקרב בירושלים מעולם ולא אמר אדם לחברו צר לי המקום שאלין בירושלים פתח במקדש וכיים בירושלים איכא תרתי אחרנייתא במקדש דתניא מעולם לא כבו גשמים אש של עצי המערכה ועשן המערכה אפילו כל הרוחות שבעולם באות ומנשבות בו אין מזיזות אותו ממקומו ותו ליכא והתני רב שמעיה בקלנבו (Malo legere מקלכבו quomodo eſt quoque in Codicibus En Jacob fol. 101. col. 1.) עברי כלי חרש נבלעין במקומן ואמר אביי מוראה תוצה ודישון מזבח הפנימי ודישון המנורה נבלעין במקומן פשלי תלתי הוו חשבינהו כחד אפיק תרי ועייל תרי אי הכי בלועין נמי הרי הוו חשבינהו כחד חברו להו איכא נמי אחריתי דא"ר יהושע בן לוי נס גדול היה נעשה בלחם הפנים סלוקו כסדורו שנאמר לשום לחם חום ביום הלקחו ותו ליכא והאמר ר' לוי דבר זה מסורת בידינו מאבותינו מקום ארון אינו מן המדה ואמר רבנאי אמר שמואל כרובים בנס היו עומדין ניסי דבראי קא חשיב ניסי דגואי לא קא חשיב : Id eſt: *Decem Miracula* (Deus) *operabatur in Sanctuario. Nunquam Fœmina* (prægnans,) *abortum paſſa eſt, ob carnis ſanctæ,* (& ſolis Sacerdotibus ad fruendum conceſſæ, quando in popina templi aſſabatur, pervadentem,) *odorem* (ad Aſaram: Nam is odor cæteroquin in gravidis facile carnis appetentiam, & ſi cibus hic denegaretur, abortum, ciere potuiſſet.) *Nunquam caro ſancta fœtorem redolebat* (etiamſi ea, quæ denique igne ex ſacrificiis abſumenda erant, ſæpe ob multitudinem victimarum, non poſſent continuo adoleri, ſed per biduum aut triduum, uſque dum Sacerdotibus vacaret, aſſervarentur.) *Nunquam viſa eſt Muſca in domo Mactationis,* (quod genus animalis, carnes crudas, & inteſtina animalium, agmine facto conſectatur, cum in Mactationis tamen domo, ſuſpenſæ eſſent victimæ plurimæ, aut in marmoreis menſis diſtenſæ jacerent.) *Nunquam Gonorrhæam paſſus eſt Summus Pontifex in die Expiationis.* (Etſi enim alia ratione, uti ob inſectum, aut cadaver, vel cauſam ſimilem, etiam ſacra illa luce immunditiem contrahere poterat, fungente tum officio ejus, Vicario: nihilo minus fœdum iſtud pollutionis genus, ex ipſo dimanans corpore, locum in eo tum non invenit.) *Nunquam repertum vitium eſt, nec in Oblatione manipuli, nec in duobus Panibus* (agitationis,) *nec in Propoſitionis Panibus.* (Scilicet, Lev. XXIII, 10. ſeqq. præceptum extat de offerendo Deo poſtridie feſti Paſchatos, manipulo hordei, tanquam meſſis, mox peragendæ, primitiis. Quamobrem, pridie ejus diei exibant Seniores, & tantum demetebant, quantum ad replendam menſuram unam ſatis erat, idque domi toſtum, & in farinam puriſſimam redactum, poſtridie offerebatur. Jam, ſi aliquando vitium contraxiſſet Manipulus, ob contactum, verbi cauſa, inſecti, aut aliam ſimilem rationem, non potuiſſet deinde fieri Oblatio, quam Deus imperaverat, nihil enim, ultra id, quod requiri videbatur, fuit demeſſum: Rejicere vero oblationem, in aliam, quam Deus præceperat, diem, neutiquam concedebatur. Similis ratio eſt, Panum duorum Agitationis, de quibus, mandatum ſequitur in eodem cap. XXIII, 17. & Panum quoque Propoſitionis. Quippe cùm haud plures numero, quam a Deo definitum erat, unquam pararentur, ſi uni vel per contactum rei immundæ, vel fermentationem haud decentem, factum vitium eſſet, non potuiſſent, illi in feſto Pentecoſtes offerri; non hi, pridie Sabbathi proponi, atque ad novam uſque Ephemeriam, menſa relinquenda erat vacua. Quippe, in his omnibus, tempus, quod & præparationi eorum, & oblationi Deus præſcripſerat, accurate obſervandum fuit, idque ſi ſemel præteriſſet, nulli poſtea locus ſupererat remedio. Porro, congregati ad videndam Dei faciem, feſtis Solemnioribus,

Sabba-

Sabbathis, & Noviluniis, in Templo Judæi, ob immenſam confluentium copiam) *ſtabant arctiſſime*, (ita ut alter, alterius capiti ſupernatare videretur.) *Sed, inclinantes ſeſe, prono corpore* (verſus Templi adyta, peccata confitentes, aut Dei opem in ſuis neceſſitatibus flagitantes, qualis corporis poſitura, in illis anguſtiis, videtur fuiſſe impoſſibilis,) *ampliſſimum tamen naneiſcebantur ſpatium*, (ita, ut quisque a ſocio, cubitis quatuor diſtaret, ne aut preces, aut peccata ſua is exaudire poſſet.) *Nunquam Hieroſolymis, Serpens vel ſcorpius, quenquam læſit*, (urbis enim ſanctitas, tuebatur incolas, ne quid ſiniſtri, iis poſſet accidere.) *Nunquam quiſquam* (ad feſta Solemnia Hieroſolymas euntium,) *apud Socium conqueri auditus eſt, res meæ anguſtiori loco ſunt*, (ob alimentorum, hoſpitiique penuriam.) *quam ut Hieroſolymis pernoctare poſſim.* (Enim vero: Movit dubium, adverſus hactenus recenſita miracula, Doctor alius Gemaricus, inquiens: Non bene hæc conveniunt,) *nam fit Initium de Templi miraculis, & poſtremo ſubjungitur de miraculis ipſius Urbis Hieroſolymitanæ.* (Atqui inſtitutum erat, ſolius Templi*, enarrare miracula. Reſpondet prior Gemaricus Doctor:) *Imo, ſuperſunt adhuc duo, Templi miracula. Sic enim traditur: Nullo unquam tempore, extinxerunt nimbi* (etiam vehementiſſimi, denſiſſimique,) *Ignem ſtruis*, (ſive Altaris Holocauſti, qui perpetuo ibi ardebat, etiamſi id altare ſub dio eſſet.) *Sed nec Fumum, ex illo Altari*, (columnæ quadam forma cœlum verſus) *aſcendentem, ſi omnes orbis totius venti, in eum impetum feciſſent, vel tantillum a ſua rectitudine, dimovere poterant.* (Ad hæc ſubjicit, alter Doctor Gemaricus:) *An nullum ſupereſt* (miraculum aliud?) *Atqui dixit R. Schemaja Kalnabenſis, fragmina ollarum teſtacearum in templo fuiſſe abſorpta.* (Fuit enim quæque olla, ſimul ac Expiatorium ſacrificium in ea coctum erat, ex ipſius Dei Levit VI, 21. præcepto. confracta, ideo quod figlina vaſa, illum quem ſemel imbiberunt humorem odoremque, ætatem retinent. Quia vero teſtas, quæ rem ſanctiſſimam admiſerant, extra Templum, in locum profanum projicere nefas fuiſſet, nec tamen decori quoque Ædis ſacræ conveniebat, ut teſtacei montes ibi acervarentur, ideo ſolum ipſum, has teſtas voraſſe, dicendum eſt) *Dixit quoque Abas, ingluviem, & plumas* (quæ ex holocauſto avium, ſecundum Lev. I, 16. tradita, ſecernere oportebat,) *Item Altaris interni, & Candelabri, cineres, in ſuis* (ubi generabantur) *locis eſſe, abſorptos.* (Quæ, cum ita ſe habeant, quid igitur nunc fiet, de illa miraculorum decade, utique enim plura fuiſſe deprehenduntur? Reſpondet Doctor Gemaricus: Imo vero, adhuc ſua ratio, iſti numero conſtat; Nam) *illa tria*, (Manipulus ſcilicet, Panes Agitationis, & Panes Propoſitionis,) *in quibus nunquam vitium factum dicitur, pro uno miraculo computare oportet. Jam porro, removenda, duo illa* (ad urbem Hieroſolymitanam attinentia prodigia,) *ac ſubſtituenda in locum alia duo*, (quæ deinde expreſſeram; atque ſic denarius numerus, ſalvus rurſus eſt, & integer. Excipit iterum, Doctor Gemaricus, ὁ ἀντιπαρεμβαλλόμενος· Si tuæ reſponſioni locus relinquendus eſt,) *oportet ſimiliter illas duas* ἀναβρώσεις, dum ollarum fragmina, nec non cineres altaris interni & candelabri, terram abſorpſiſſe dixeras,) *non niſi pro unico miraculo computare, atque ſic rurſus unum ex decade deficit.* (Subjicit Doctor ἀποκρινόμενος· Eſto:) *Suppetit tamen* (miraculum) *adhuc aliud*, (ad complendum numerum;) *Autor enim eſt R. Joſua F. L. magnum prodigium circa Panes Propoſitionis accidiſſe, quod omnino tales*, (tamque calentes e menſa ſacra) *fuere remoti, ac eidem imponebantur*: Q. S. E. (1 Sam. XXI, 7.) Ad ponendum panem calidum, in die quo tollitur. (Pergit Doctor objectans:) *Siccine vero exiſtimas nullum amplius ſupereſſe* (Templi) *miraculum? Atqui dixit Levi: Illud perpetua Majorum traditione conſtat, Arcam Fœderis nullum occupaſſe ſpatium. Quin & Rabnai, nomine R. Samuelis, docuit, Cherubinos pariter, magno oſtento, nullum occupaſſe ſpatium.* (Nimirum, conſtat ex 1 Reg. VI, 20. ſacroſanctum Templi Penetrale, longum fuiſſe ulnas XX. & latum totidem: jam vero, conſtat quoque traditione, Fœderis Arcæ, quam Moſes fecit, quodque latus ulnas decem impleviſſe; quare, ſi ſpatium occupaſſet Arca, non niſi ulnæ quinque, a ſingulis ejus lateribus manſiſſent vacuæ, locus nimis anguſtus, nec ſatis aut cum ſtructuræ ſymmetria, aut cum divinis officiis ibi a Pontifice peragendis, conveniens. Inde conſequens eſt, Arcam non occupaſſe ſpatium. Idem hoc, tanto manifeſtius evadit, ſi Cherubinos jungas. Illi enim juxta Arcam alter in Septentrionali, alter in Auſtrali latere, in terra ſtabant, alæ vero cujuſque longæ erant cubitos XX. eo quod parietem oppoſitum attigiſſe dicuntur 1 Sam. VI, 27. Quæ cum ita ſint, univerſum Penetralis ſpatium, arca & illi repleviſſent, ne quidem relicta introeundi facultate, ſi vere ſpatium occupaſſent. Subjicit Gemaricus Defenſor, hanc objectationem nihil cauſæ officere,) *eſſe enim ſermonem de Miraculis, quæ in templo exteriore, nequaquam vero de iis, quæ in ſacratiſſimo Adyto, acciderunt.* De cætero, quia non perfunctoria diligentia, locum hunc explicavimus, illud quoque, obiter monendum, quædam ejus attuliſſe Raymundum Martinum in Pugione Fidei part. 2. c. 8. Num. 19. ac poſt verba ומשתחוין רווחים hic inſerere, totum quod ſequitur: אע"פ שנמשכין אחת עשרה אמה אחרי בית הכפרת: quæ, ipſe, uti alia pleraque, convertit obſcuriſſime: *Adorantes erant ſpatioſi, licet retracti a domo Propitiatorii, per undecim ulnas.* Neſcio, quibus Codicibus uſus ſit; a noſtris hæc abſunt, & abſunt fortaſſe merito, vix enim eſt, ut ſalvari queat quod iiſdem ſignificatur, ſi terminos limitatos Gentium, Mulierum, Iſraelitarum, & Sacerdotum, qui in templo, quibuſque aſſignati erant, conſideremus. Maimonides Hilch. Bet Habbech. cap. 1. §. 7. עשין בתוך העזרה גבלין עד כאן לישראל עד כאן לכהנים: Id eſt: Erant in Templo ſpatia definita, (& inſcriptiones, ibi monebant:) Huc uſque fas eſt venire Iſraelitis. Huc uſque fas eſt venire Sacerdotibus. Quod reliquum eſt, ut ad *Cineruum Domum*, a qua cœpit, revertatur oratio, enumerabimus etiam alia Templi Loca, quæ *Domus* nomine Magiſtris veniunt. Fuere enim ibi בית אבטינס *Domus Abtinas*, בית הנצוץ *Domus Nizoz.* בית המוקד *Domus Foci.* בית המטבחים *Domus Poparum.* בית המהפכה *Domus Subverſionis.* בית אבן *Domus Lapidis.* בית הפרוה *Domus Happarva.* בית טבילה לכהן גדול *Domus ablutionis Pontificis Max.* בית המבשלים *Domus Coquorum.* בית טבילה במקום חול *Domus lotionis in loco profano.* בית הכורש *Domus Explicationis.* בית האוצר *Domus Theſauri.* בתי החילופות *Domus Seceſpitarum.* בית מחוין *Domus Torcularis.* De harum Domorum uſibus, prolixe agunt Jacobus Jehuda Leo, in תבנית היכל paſſim, & Abraham Harophe in Schilte Haggibborim cap. 25. iidem etiam, de Templi ædiculis aliis compluribus, quæ proprie לשכות appellantur, diſquiſitionem inſtituunt. Eos adiiſſe non pœnitebit, quin & ſimul conſtabit, immerito de Judæis pronunciaſſe Robertum Sheringamium in Joma p. 5. quaſi ignorent, ubi locorum in Templo fuerint Conclave Parhedrorum, & Conclave Lapidum. Unum id adhuc monendum, non firmo ſatis talo niti, quod Doctiſſimus Caſaubonus, Exerc. 1. adv. Baron. Num. 22. ſenſiſſe videtur, omnem nimirum illam multitudinem miniſtrantium Sacerdotum, Levitarum, Cantorum, Janitorum, Curſorum, & aliorum Miniſtrorum, atque ſic virorum multa millia, habitaſſe in Templo. Verius eſt, & crebris Magiſtrorum teſtimoniis evincitur, nullos, aut pauciſſimos, fixum in templo habuiſſe domicilium. Cum vero ordo ἐφημερίας, & miniſterii ſacri, quos Sacerdotes & Levitas tangeret, horum aliqui, & præcipue Levitæ Janitores, in templo pernoctabant; multis in Urbe proſpectum erat Schilte Haggibborim fol. 22. col. 3 בירושלים היו גם כן בתים רבים כמו לכל אחד מהסנהדרין. כשלא ירצו לעמור בחברת שאר הסנהדרין וכן לכהן גדול ולכל שאר המשרתים במקדש היו בתים שם: Id eſt: *Etiam Hieroſolymis fuerunt domus multæ, uti ſua cuique Senatori Synedrii, ſi cum cæteris collegis* (in Templo) *morari nollet, itemque ſua Pontifici Magno, habebant quoque ibi ſuas, reliqui omnes, qui ſacris officiis vacabant.* Peracto divino munere, quemque ad proprios Penates reverſum eſſe, etiam Lucas indicat, cap. 1. v 23. de Zacharia ſcribens: Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· Quas, neſcio quibus votivis Virginibus, Deo ad ſerviendum in Templo

plo relictis, contra ſacrarum literarum, & totius Judaicæ antiquitatis fidem, Petrus Caniſius, & Baronius Cardinalis, Cellas condiderunt, eas quidem jure, eodem loco, ſubvertit Caſaubonus. Nam Mulieres ullas in templo habitaſſe, (Vel illam ſuſpicionem, mulieres unquam ſacris miniſteriis vacaſſe, a Templo prorſus amotam volt Lipmannus. Num. CCCXL. Nam, ad locum Nehem. VII, 67. ולהם משררים ומשררות מאתים וארבעים וחמשה : *Et erant eis Cantores & Cantatrices ducenti quadraginta quinque:* annotat: ולא תטעה שתהא האשה משוררת בבית המקדש הלא אפילו בעלמא אמרו קול באשה ערוה : ומכש שלא הכשרה לעבודת השיר לא נפח ולא בכלי : אלא כמו שאשת ישראל נקראת ישראלית כן אשת המשורר נקראת משוררת : ואל תתמה שמנה הנשים שהרי אפילו השפחות והבהמות מנה כמו כן : Schnellius Beatus, vertit: *Ne erres, ac ſi foret mulier, quæ in templo cecinerit. Annon enim communiter ajunt Doctores noſtri f. m. ignominioſum eſt fœminæ ſi ſit vocalis? Verum, uti conjux Iſraëlitæ dicitur Iſraëlitis: ſic uxor Cantoris eine Cantorin. Nec mireris (Scripturam,) numerare mulieres. Nam vel ancillas & jumenta pariter numeravit.* Fateor, non ſatis placet iſta Lipmanni expoſitio, nec fortaſſe nimis abſurdum eſt, ſi quis aſſerat, in Atrio Mulierum, Mulieres quaſdam voce & fidibus Dei laudes quandoque in Templo decantaſſe. Nihil enim in ea re vitii, & præiverat ſuo exemplo Mirjam Ex. XV, 20, 21. Interim tamen, illud haud ulla illatione ex verbis Nehemiæ inferri poteſt, pro Dei ſervitio votivas Virgines, in templo habitaſſe. Quippe, quod iterum dicimus, vix ulli Levitæ, Sacerdotes, Cantores, ſacrique cultus Miniſtri reliqui, in templo habebant domicilium, nedum ut fœminis hoc conceſſum fuiſſe credam. Sequitur in eodem capite, commate poſtremo apud Nehemiam. וישבו הכהנים והלוים והשוערים והמשררים ומן העם והנתינים וכל ישראל בעריהם : Quæ Vulgatus tranſtulit: *Habitaverunt autem Sacerdotes, & Levitæ, & Janitores, & Cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſraël, in civitatibus ſuis.*) Nunquam mihi lectum, præterquam 2 Reg. XXIII, 7. de primo Salomonis: ויתץ את בתי הקדשים אשר בבית יי אשר הנשים ארגות שם בתים לאשרה : id eſt: *Et deſtruxit* (Joſias) *lupanaria quæ erant in domo Domini, ubi mulieres texebant ædiculas, ad lucum.* Quanquam, ſi Veterem Vulgatum ſequimur, ne vel iſtas quidem Cellas, fœminæ incoluerunt, vertit enim: *Deſtruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.* LXX. habent: Καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον Καδησίμ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, οὗ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ χεττιὶμ τῷ ἄλσει.

(4) *Diſpergebatur*] Id eſt, in Domo Cinerum cremabatur, ſic enim ſolebant ibidem res jam ſacrari cœptæ, ſi quod poſtea vitium in iis deprehenderetur, in cineres redigi. Atqui iſtam Sotæ Oblationem, vas ſanctum, cui immiſſa fuit, fecerat religioſam. Unde Raſchi: זרי כמשמעות היינו נשרפי id eſt: *Diſperſio, hic Combuſtionem denotat.*

(5) *Neque volumen illud aptum erat &c.*] Requiritur enim, ut volumen, in gratiam Sotæ, quæ eodem potionanda eſt, unice ſcriptum ſit; id quod ſupra quoque indicavimus. Fundamentum hujus aſſerti collocant Magiſtri in verbis Num V, 30. ועשה לה הכהן *Et faciet ei Sacerdos.* Ubi τὸ לה *Ei*, interpretantur לשמה id eſt, *certæ definitæque mulieri.*

(6) *Effuſæ ſunt aquæ*] Poſtquam crimen ipſa ſic faſſa eſt, nihil porro opus aquis erat, quippe quæ in re tantum dubia, adhibebantur, merito igitur fuerunt effuſæ.

(7) *Bibere recuſaret*] Supple: Et tamen delictum fateri nollet.

ד אינה מפסקת לשתות עד שפניה מוריקות ועיניה בולטות והיא מתמלאה גידין והם אומרים הוציאוה הוציאוה שלא תטמא את העזרה אם יש לה זכות היתה תולה לה יש זכות תולה שנה אחת יש זכות תולה שתי שנים יש זכות תולה שלש שנים מכאן אמר בן עזאי חייב אדם ללמד את בתו תורה שאם תשתה תדע שהזכות תולה לה רבי אליעזר אומר כל המלמד בתו תורה כאילו לימדה תפלות ר' יהושע אומר רוצה אשה בקב ותפלות מתשעה קבין ופרישות הוא היה אומר חסיד שוטה ורשע ערום ואשה פרושה ומכות פרושין הרי אלו מכלי עולם :

4. Nondum finem fecerat bibendi, & continuo vultus livorem contrahebat, oculi protuberabant, totaque (1) venis replebatur. Dicebant igitur: Ejicite eam foras; (2) Ejicite eam foras, ne (3) Atrium (4) polluat. Si meritum alicujus boni operis haberet, ſuſpendebatur (*effectus aquarum.*) (5) Eſt meritum, cohibens (*vim feralem*) per annum unum: Sunt merita quæ per annos duos, vel etiam tres id præſtent. Hinc dixit filius Aſai: (6) Tenetur homo docere filiam ſuam Scripturam Sacram, nam ſi forte bibere (*aquas amaras*) cogatur, ſecurus erit ob ſacrarum literarum ſtudium, vim nocivam in ſuſpenſo futuram. Contra R. Elieſer ait: (7) Quiſquis filiam ſuam Legem edocet, is eam docet amandi artem. R. Joſua ait: Magis expetit mulier (8) cabum unum rei Venereæ; quam novem cabos, vitæ ſolitariæ. Idem ore frequentabat: Homo pius, qui inſipiens; improbus qui aſtutus, Mulier Phariſæa, & vulnera Phariſæorum, ecce iſta ſunt, quæ (9) Orbi interitum afferunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה מפסקת לשתות וכו' *Nondum finem fecerat bibendi &c.* in Gemara monſtratur quod hæc Miſna eſt juxta ſententiam R. Akibæ, qui eſt in ſententia R. Schimeonis, dicentis, prius offeret donum illius, & deinde illi bibendum dabit, nam quamdiu non obtulerat donum ejus, aquæ non dabant experimentum, uti dicitur Num. 5, 15. מנחת זכרון מזכרת עון כי

והיא מתמלאה גידין *Et illa venis repletur*, nam cum caro illius inflabatur, perinde ac ſi plena eſſet venis apparebat. שלא תטמא את העזרה *ne polluat atrium*; non vult dicere, propter immunditiem mortui. Sed ne accidat illi menſtruum, & polluat portam Nicanoris, & atrium mulierum ubi tranſit, quia menſtruoſæ, & feminifluæ prohibitum erat intrare montem templi, ſed mortuum ipſum licet introducere

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אינה מפסקת לשתות וכו' *Nondum finem fecerat bibendi &c.* ſunt verba R. Akibæ, qui etiam putat, quod primo offerebat donum ejus & quod poſtea illi dabat bibendum, uti dixit R. Schimeon; at ita non eſt deciſio.

אם יש לה זכות *Si meritum alicujus boni operis haberet*, vult dicere meritum de ſtudio Legis, etſi illa ad hoc præceptum non obligata ſit, quia præceptum de ſtudio Legis ad viros tantum pertinet, uti dictum eſt Deut. 11, 19. ולמדתם אותם את בניכם ubi dicitur בניכם *filios veſtros*, non בנותיכם *filias veſtras.*

כאילו לימדה תפלות *Eſt perinde ac ſi doceret eam fatuitatem*, verba vana & parabolas. Et quod dicit R Jehoſchua, *mulier magis expetit Cabum unum rei venereæ, quam novem Cabos rei ſolitariæ*, vult, quod mulier potius nubere velit

cere in montem templi, & portam Nicanoris, eo quod non ſanctificatæ erant cum ſanctitate atrii.

אם יש לה זכות וכו' *Si meritum alicujus boni operis haberet &c.* in Gemara explicatur quod meritum Legis facit, ut ſuſpendatur effectus aquarum, quia filios ſuos adduxit ad Scholam, & expectavit maritum ſuum qui extra urbem exierat meditatum Legem.

תפלות *Res venereæ*, quo modo conjungeretur cum viris, & peccaret cum illis, nam mediante Lege addiſcet aſtutiam, & propterea res ſuas aſtutè peraget, uti ſcriptum eſt Prov. 8, 10. אני חכמה שכנתי ערמה

רוצה אשה בקב תפלות *Magis appetit mulier Cabum rei venereæ*, exiguo alimento contenta eſt, ſi modo frequentiorem patiatur coitum: מתשעה קבין פרישות *quam novem Cabos vitæ ſolitariæ*, qua abſtrahitur a coitu, ideo non convenit ut Legem addiſcat.

חסיד שוטה *Pius ſtultus*, de eo in Gemara dicitur, ſi mulierem immerſerit aquis, & dixerit, non decet contemplari mulierem, & idcirco eam non eripiam: רשע ערום *impius aſtutus*, ut, qui rationes ſuas indicat judici antequam venerit adverſarius ſuus, quibus cum ſemel imbutus fuerit judex, & eas rectas judicaverit, difficile eſt eum abſtrahere a ſententia ſua, ita ut aſtutia & malitia hujus improbi ſit contra præceptum ut Exod. 23, 1. לא תשא שמע שוא

אשה פרושה *Mulier Phariſæa facta*, ut, mulier venefica quæ veneficiis ſuis inhibet ventrem mulierum à partu, & quæ, ſi mulieres fuerint in magno dolore, dicit, *ibo & precabor Deum, forſan preces meæ erunt acceptæ, & deſtruentur veneficia, & deinde partus prodibit.* מכות פרושים *vulnera Phariſæorum*, qui ſeipſum vulnerat ad oſtentandum ſe aliis, quod eſt afflictus & verecundus, ut is qui incedit lento gradu, & pedem vix levat a terra, quomodo fit ut pedes ejus vulnerentur a lapidibus, & hujuſmodi in Gemara vocatur פרוש נקפי *Phariſæus vulneratus.* Qui vero eſt abſtemius, & oculos claudit ne mulieres aſpiciat, & hoc modo caput ſuum vulnerat ad parietem, ut exeat indè ſanguis, is vocatur פרוש קיזאי *Phariſæus ſanguinolentus*, ſive is qui a capite ſuo ſanguinem educit propter ſanctitatem, & hypocriſin. אלו מכלי עולם *hæc ſunt quæ orbi interitum adferunt*, quia aliis hominibus oſtendere volunt ſanctitatem ſuam, & intrinſecus aliter videri ac extrinſecus.

velit viro luxurioſo & malo, etſi quolibet die illi tantum det unam menſuram cibi, quam nubere viro pio & ſolitario, etſi illi det novem menſuras quotidie.

חסיד שוטה *Pius ſtultus*, exponit Gemara quod ejuſmodi eſt qui in ſe recipit prohibitionem rerum licitarum, & facit ea quæ non tenetur facere, perindè ac ſi ſtultus eſſet in ſanctitate ſua. In Talmude Jeruſolymitano dicitur ad codicem Schabbat, qui non tenetur facere aliquam rem, & tamen facit, vocatur הדיוט *idiota.*

רשע ערום *Improbus aſtutus*, idem ac אנשי תחבולות *viri ſolertes*; Sapientes autem vocantur פרושים *Phariſæi*; eo quod ſeparati ſunt a malis hominibus, qui ſequuntur mundi concupiſcentiam; hi vero expectant præmium mundi futuri, & ſequuntur conditiones bonas. Dantur etiam aliqui homines qui ſunt hypocritæ, & apparent ac ſi ſeparati eſſent à malis operibus, & malis moribus, ac rebus mundanis, cum tamen intentio eorum mundana eſt. Dixerunt Sapientes noſtri, ſeptem ſunt genera Phariſæorum ſive ſolitariorum; quales ſunt ii qui ſancti fiunt ob res mundanas, ut honore afficiantur ab aliis; & hi propter divitias comparandas vel conſervandas ſancti fiunt; qui non habentur veri ſancti, & a mundo ſeparati; ſed ii qui Deum ſequuntur ex amore, qualis fuit pater noſter Abraham. Reliqua ſex genera continent homines pejores, qui opera ſuperflua inſtituunt & peragunt, & magni habendi ſunt hypocritæ ad fallendum homines. Et Sapientes iſta opera ſuperflua præter Legem ab ipſis inſtituta vocarunt מכות פרושים *vulnera Phariſæorum.* Quod autem Miſna de illis dicit הרי אלו מכלי עולם *ecce hi orbi interitum afferunt*, vult, quod ejuſmodi homines corrumpunt eſſentiam ac conſervationem mundi.

WAGENSEILIUS. (1) *Venis replebatur*] Raſchi: שבלחייה נופחין ונראית כמלאה גידין וגם בשרה נעשית שיטה שיטה של נפיחות והכי תניא בספרי כמין שרביטין מוריקין בה: id eſt: *Buccæ ejus inflabantur, ac venarum plenæ erant, caro tota ſtriata reddita eſt: Atque ſic in Siphri quoque legitur, Sotam, quaſi ramoſam factam eſſe.*

(2) *Ejicite eam foras*] Quam, Miſchnæ Editiones, iterant vocem הוציאוה ea ſemel tantum in Talmude exprimitur.

(3) *Atrium*] Si Jalkut fol. 206. col. 4. ſequimur, de ipſo Virorum Atrio, hæc accipere oportet, traditur enim ibi: עומדת כפנים והכהן מבחוץ שנ' והעמיד את האשה לפני יי האשה לפני יי ואין הכהן לפני יי: Id eſt: (Sota, juxta Nicanoris portam,) *intra* (atrium virorum,) *Sacerdos vero, foris ſtabant:* Q. S. E. (Num. V, 16.) Et ſiſtet eam coram Domino. (Proinde ſignificatur,) *Sotam, coram Domino conſtitutam eſſe debere, Sacerdotem non item.* Sed, contrariæ opinioni, Gemara favet, ad quam convenienter Moſes Kozenſis in Synag fol. 108. col. 3. ſcribit: מביאין אותה כנגד שער המזרחי מבחוץ ומעמידין אותה שם: id eſt: *Deducitur* (Sota) *ad Portam templi Orientalem*, (quæ a Nicanore nomen habet,) *atque ibi, a foris conſtituitur.* Iiſdem pæne verbis in Codice MS. noſtro Ez Hechajim legimus: יביאוה כנגד שער המזרח מבחוץ ויעמידוה שם: Hoc ſenſu in eodem Codice aliis interjectis ſequitur: ומוציאים אותה מעזרת נשים שהיא בה Id eſt: *Exturbat* (Sotam ream) *ex Atrio Mulierum in quo ipſa conſiſtebat.*

(4) *Polluat*] In hunc locum, ſic commentatur Gemara noſtra fol. 20. b. מ"ט דדילמא מתה למימרא דמת אסור בכתנה לויה והתניא טמא מת מותר לכנס למחנה לויה ולא טמא מת בלבד אמרו אלא אפי' מת עצמו שנ' ויקח משה את עצמות יוסף עמו עמו במחיצתו אמר אביי שמא תפרוס נדה למימרא דביעתותא מייתיא אין דכתיב ותתחלחל המלכה מאד ואמר רב שפירסה נדה והא אנן תנן חרדה מסלקת דמים פחדא צמית ביעתותא מרפיא: id eſt: *Quare* (ob metum pollutionis, ejici jubetur?) *Nimirum, fieri poteſt ut ipſa moriatur. Sed vero, num dicendum, nefas eſſe, inferre cadaver, in ſtationem Levitarum*, (ad quam pertinet, Atrium Mulierum) *Atqui traditur* (in Peſachim fol. 66. a.) *Licet, ex cadavere pollutis ingredi ſtationem Levitarum: imo, tali non tantum ingredi, ſed & ipſum cadaver inferre licet:* Q. S. E. (Ex. XIII, 19.) Et accepit Moſes oſſa Joſephi, ſecum. *Secum*, id eſt, in tentorium ſuum: (ipſe autem e Levitarum ordine erat.) *Proinde ait Abai, illam pollutionem Sotæ præcaveri, quæ ſanguinis fluxu fit*, (facile enim evenire poterat, ut ob terrorem, quem aquæ amaræ incutiebant, πηγὴ ἅματος, fluere inciperet: τὰ ἔμμηνα vero patientes, aut profluvio laborantes fœminæ, itemque gonorrhœa affecti viri, caſtris Levitarum exceſſe cogebantur, ceu docetur pluribus in Peſachim cap. 6.) *Siccine ergo dicendum, Terrorem in fœminis profluvium excitare poſſe? Omnino. Scriptum enim* (Eſth. IV, 4.) Et exhorruit Regina valde. (Ad quem locum,) *notat Raf*, (Eſtherem) *profluvium paſſam eſſe.* (Ain tu, terrorem ciere ſanguinem?) *Atqui didicimus* (in Nidda cap. 4) *Pavorem, ſanguinem* (in mulieribus) *ſiſtere.* (Reſpondendum:) *Pavorem*, (qualis eſt qui diutule durare ſolet, uti cum peregrinantes metuunt, ne a latronibus petantur, muliebrem ſanguinis fluxum) *cohibere. At Terrorem*, (qui præter ſpem derepente incutitur,) *eundem reſolvere.*

(5) *Eſt meritum &c.*] De his, diſquiſitio ſequitur in Excerptis Gemaræ. Interea temporis, audiamus Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 10. סוטה שיש לה זכות ת"ת אע"פ שאינ' מצווה על ת"ת הז' תולה לה ואינה מתה לשעתה אלא גימוקת והולכת וחולאים כבדים באין עליה עד שתמות אחר שנה או ב או ג' לפי זכותה: Id eſt: *Si quæ adulterii rea, Legi Divinæ diſcendæ, operam navavit, etſi quidem ad id nullo præcepto adſtringitur, tamen ea res*, (aquarum diram vim) *ſuſpendit, neque actu tum ipſa moritur, ſed contabeſcit indies magis magiſque, & morbis graviſſimis affligitur, quoad poſt annum, biennium, aut triennium, pro meriti videlicet ſui ratione, ipſa denique extinguitur.*

(6) *Tenetur homo &c.*] Niſi conſilium magis, quam præceptum, dare voluit Aſſaides, fefellit eum opinio. Sic enim

enim ſemper Magiſtris perſuaſum fuit, de filiis tantum, in Lege Divina erudiendis, mandatum extare, de filiabus vero, nihil imperari; nec aliud ſenſiſſe Maimonidem, verba jam modo allegata, indicant. Nimirum, non commode, ſed ſtrictiſſime, & prout jacet, accipiunt illud Deut. XI, 19. *Et docebitis*, ea, *Filios Veſtros*, *loquendo de iis*, *cum ſedes domi tuæ*, & *cum incedis per viam*, & *cum jaces*, & *cum ſurgis*. Atque ſane, R. Elieſer, cum a Fœmina, in dubio quodam circa Scripturam, enato, conſuleretur, non id ſolviſſe, verum cum dedecore eandem repuliſſe legitur in Joma fol. 66. b. שאלה אשה חכמה את ר' אליעזר וכי מאחר שמעשה העגל שוין מפני מה אין מיתתן שוה אמר לה אין חכמה לאשה אלא בפלך שני וכל אשה חכמת לב בידיה טוו : id eſt: *Mulier quædam erudita, rogavit R. Elieſerem, cauſam ſibi diceret, quare cum omnium, vituli idololatria peccantium Judæorum, delictum, æquale fuiſſe videatur, tamen diverſos, diverſa mors manſerit* : (& aliqui gladio perierint Ex. XXXII, 27. 28 aliqui cladem θανάτου experti ſint, prout probatur ex ejuſdem capitis verſu ultimo; aliis autem hydrops, tumida & turgida faciens corpora, exitium attulerit: Nam, in Avoda Sara diſcimus, illas aquas quibus pertuſi vituli pulverem, Moſes inſperſit, quaſque teſte Scriptura Ex. XXXII, 20. Judæos bibere coëgit, eundem prorſus, cum Sotæ potione, habuiſſe effectum.) *Reſpondit ipſe*: (Quid hæc ad te attinent? Miſſa iſta facito: quippe) *haud alia prædita ſunt Sapientia mulieres, quam ad nendum. Atque ſic* S. E. (Ex. XXXV, 26.) *Quæque mulier corde Sapiente, manibus ſuis nevit.* Enim vero haud, eadem omnium, triſtis fuit auſteritas, & alios deprehendere licet, qui mulieres non indignas reputarunt, quibus ad quæſtiones propoſitas, reſponderent, Roſch Haſſchana fol. 17. b שאלה בלוריאה הגיורת את ר"ג כתוב בתורתכם אשר לא ישא פנים ולא יקח שחד וכתיב ישא יי' פניו אליך וישם לך שלום נטפל לה ר' יוסי הכהן אמר לה אמשול לך משל להד"ד לאדם שנושה בחבירו מנה וקבע לו זמן בפני המלך ונשבע לו בחיי המלך הגיע זמן ולא נתן לו כלום בא לפייס המלך אמר לו עלבוני מחול לך לך ופייס את חביר' אף הכא נמי כאן בעבירות שבין אדם לחבירו כאן בעבירות שבין אדם למקום עד שבא ר' עקיבא ולימד כאן קודם גזר דין כאן לאחר גזר דין : Id eſt: *Blurja, proſelyta, R. Gamalieli, hanc difficultatem, diſcutiendam dedit: Scriptum eſt, inquiebat, in lege veſtra*, (Deut. X, 17.) Non attollet Dominus faciem ſuam, (*id eſt, non miſerebitur*,) neque accipiet munus. *At* (Num. VI, 26.) *legitur*: Attollet Dominus faciem ſuam ſuper te, (*ſive miſerebitur tui*,) & apponet tibi pacem. *Quomodo hæc conciliabis?*) *Hærente R. Gamaliele, intervenit R. Joſe Sacerdos, atque mulieri: Rem tibi exemplo quodam declarabo: Nimirum hæc ita ſe habent, uti cum homo ſocio, Minam argenti mutuo dat, eique ſolutionis terminum in Regis præſentia figit, jurante altero per vitam Regis*, (ſe die dicta, omne mutuum redditurum.) *Interim, adventante tempore, cum ſolutionem præſtare non poteſt debitor, adit Regem, deprecaturus* (veniam, quod per Genium ipſius pejeraverit.) *Reſpondet Rex: Quod adverſus me deliquiſti, id tibi remiſſum eſto, ſed abi & ſocium tuum quoque placatum redde. Eadem, & apud Deum obtinent. Si de peccatis adverſus proximum commiſſis, agatur*, Deus non miſeretur, ſed illum ipſum cui injuria illata eſt, exorare oportet:) *Cum vero Deo ſoli peccatum eſt*, (ibi vero, prompta & expoſita ipſius deprehenditur miſericordia. Atque hæc reſponſio, tam diu obtinuit,) *quoad venit R. Akiba*, (qui meliorem modum difficultatem iſtam ſolvendi, ſuppeditans,) *docuit diſcrimen faciendum eſſe, inter latam jam a Deo, punitionis ſententiam, & ante ejuſdem promulgationem.* Quin imo, tantum abeſt, ut ab erudiendis fœminis Sapientes abhorruerint, ut ſi rem recte putemus, fortaſſe nemo unus, quotquot unquam vixere virorum, pluribus præceptoribus uſus ſit, quam Beruria, filia R. Chananiæ Tardionidæ, uxor τοῦ R. Meir: nam de ea in Peſachim fol. 62. b. aſſeritur דהוה גמרה תלת מאה שמעתתא ביומא דסיתוא מתלת מאה רבוותא Id eſt: *Didiciſſe eam, etiam brumali die, trecenta ἀναγνώσεις, a Magiſtris totidem.* Non igitur valde mirum, ſi hæc mulier magnos in doctrina profectus fecit, & ea protulit, quæ digna viſa ſunt, ut in Talmude æternitati conſecrarentur. Dabimus exemplum: Peſachim fol. 10. a. [sic]

הנהו בריוני דהוו בשבבותיה דרבי מאיר והוו קא מצערי ליה טובא הוה קא בעי רבי מאיר רחמי עלויהו כי היכי דלימותו אמרה ליה ברוריה דביתהו מאי דעתך דכתיב יתמו חטאים מי כתיב חוטאים חטאים כתיב ועוד שפיל לסיפיה דקרא ורשעים עוד אינם כיון דיתמו חטאים ורשעים עוד אינם אלא בעי רחמי עלייהו דליהדרו בתשובה אמר ליה ההוא מינא לברוריה כתיב רני עקרה לא ילדה משום דלא ילדה רני אמרה ליה שטיא שפיל לסיפיה דקרא כי רבים בני שוממה מבני בעולה אמר יי' אלא מאי לא ילדה רני כנסת ישראל שדומה לאשה עקרה שלא ילדה בנים לגיהנם כוותייכו : id eſt: *Cum in* τῇ *R. Meir vicinia, quidam homines nequam eſſent, qui multum eum laceſſebant, illorum nomine Deum precatus eſt, ut e medio tollerentur. At vero, Berurja conjux, illi dixit: Quid captas? Scriptum eſt*: (Pſ. CIV, 35.) Conſumantur חטאים *Heus, num* חוטאים *dicitur*, (ut de Peccatoribus ſermo eſſe, videri queat?) *Imo vero dicitur* חטאים (ut ipſa Peccata intelligi, manifeſtum ſit.) *Amplius, confer ea, quæ mox in textu ſequuntur*, (& deprehendes, ſic omnino accipienda verba eſſe, prout innui. Nam ſuccedit:) *Et Impii ultra ne ſint.* (Scilicet ſi חטאים Peccatores notaret,) *quomodo iis conſumtis, adhuc ſupereſſe poſſent Impii? Quin igitur potius, Deum precare, ut ad frugem revertantur* (vicini nequiſſimi, ſic enim vere, ſecundum iſtud Scripturæ, ſublatis peccatis, impii deficient.) *Quidam Infidelis, percontatus eſt Berurjam, quid ſibi vellet illud* (Eſ. LIV, 1.) Canta ſterilis, quæ non parit. *Nunquid enim, ajebat, quia ſterilis eſt, ideo cantare debet? Reſpondit ipſa: Stulte: conſule iſtius commatis verba, ultima*, (ibi ſcriptum eſt:) Nam plures ſunt filii deſolatæ, (*ſive meretricum*,) quam conjugatæ, (*ſive earum, quæ juſtas nuptias contrahunt*) dicit Dominus. *Sed tamen*, (ſi omnino noſſe deſideras) *quis ſit ſenſus verborum*, Canta ſterilis, quæ non parit? (Scito,) *Eccleſiam Judaicam, cujus cum muliere ſterili hic inſtituitur comparatio, cantare, quod veſtri ſimiles liberos, Gehennæ non peperit.* Neque vero, Scripturam tantum, interpretari, & dicta ſcitiſſima afferre, valuit Berurja, ſed inſuper Sapientia ſua eo uſque proceſſit, ut cum Magiſtris diſputans, illorum opiniones ſolide confutaret, ſuam autem ita aſſereret, ut communi calculo fuerit approbata, ac abierit in διάταξιν Halichot Olam tract. 3 c. 2. p. 110. מצינו אשה חולקת עם התנאים בדין כמו תנא כמו שמצא הכריתות בתוספתא דריש כלאים פ"א רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרין וברוריה אמרה וכו' וכשנאמרו דברים לפני ר' יהושע אמר יפה אמרה ברוריה וכו' : Quæ vertit l'Empereur: *Invenimus quoque mulierem, a Doctoribus Miſnicis in jure diſſentire, inſtar Miſnici alicujus. Quemadmodum Autor* כריתות *in Additionibus, invenit initio Cod.* כלאים *cap. 11. D. Tarphon immundum pronunciat; Sapientes mundum; at Berurja inquit &c. Cum hæc coram D. Joſua narrarentur, dixit, Bene reſpondit Berurja* &c. Eandem Berurjam prædicant, quoque Autores librorum Juchaſin p. 86. a. Schalſchel Hakkib. p. 32. a. & Zemach David p. 42. b. Interea loci certum eſt, præter hanc Berurjam, vix memoratur Judæorum antiquiorum fœmina (Floruit etiam Seculo XII. poſt natum Servatorem noſtrum, mulier quædam literarum gloria inter Judæos Orientales inſigniter, & in tantum, ut eas publice doceret. De illa ſic eſt in Itinerario R. Petachiæ Ratisbonenſis, qui illa ætate peregrinationem inſtituit, & quem nos libellum per hos dies MS. nacti ſumus, quem tamen conſtat, quoque extare excuſum. ור' שמואל יש לו ספר היחס שלו עד שמואל הרמתי בן אלקנה ואין לו בנים אלא בת אחת והיא בקיאה בקריאה ובתלמוד והיא מלמדת הקריאה לבחורים והיא סגורה בבניין ודרך חלון אחד והתלמידים בחוץ למטה ואינם רואים אותה : Id eſt: *R. Samuel*, (Princeps Judæorum, qui in Perſica urbe Bagdat, viciniſque agunt regionibus,) *librum habet genealogicum, quo ejus ſtirps ad Samuelem Ramathæum, Elkanæ filium*, (Prophetam ſanctiſſimum) *deducitur. Caret is filiis, filiam tamen habet unicam, ea ſacrarum literarum & Talmudis eſt peritiſſima, atque Sanctam Scripturam Adoleſcentibus prælegit. Sed vero occluſa in conclavi, juxta feneſtram, Auditoribus, foris inferne conſiſtentibus, nec ejus intuentibus faciem.*) alia, quæ literis valde claruerit. Superior ætas, rurſus Rebeccam quandam eruditam edidit, compoſita etiam libro מנקת רבקה & quem aliquoties in his Commentariis, laudavimus, cele-

celebrem. Fuit id veriſſimi alicujus prodigii loco, inter Judæos, qui perſuaſi erant, fœminam ejuſmodi, nullas unquam vidiſſe, gentes, nulla tuliſſe ſecula. Quia rariſſimus liber eſt, nec nos ad clepſydram ſcribere cogimur, recenſebo integrum carmen, quod ejus principium ornat, illamque Rebeccam, magnifice deprædicat.

Hort zu, ihr lieben, koſtliche, fromme Frauen:
Ihr mocht das deutſch ספר *wol uberlernen und anſchauen:*
Daß man ſol ſetzen zu Gott allmachtigen ſein Trauen.
Und in all ſeine Werck auf ihn bauen.
Weil ihr habt der kent die אשה החשובה הרבנית הדרשנית
מרת רבקה ז"ל בת הגאון מהר"ר מאיר טיקטינר ז"ל :
Die das ספר *hat getracht:*
Und gemacht:
Und ihr כוונה *auf eitel* שמים יראה *geweſt, Tag und Nacht.*
Und ihr מחשבה לגברי *nit geweſen auf Pracht.*
Oder wer hat das תורה *mehr gehort oder geſchehen,*
Daß in ewigen Jahren is mehr geſchen,
Daß ein אשה *het aus ihren Kopf was* מחבר *geweſen?*
Und het פסוקים *und* מדרשים *zu hauf geleſen?*
Darum hab ich es loſen drucken.
Daß ein iglicht Frau die drinnen wirt leinen wert eins kauffen und zucken.
Und hat das ספר *geheiſen* מנקת רבקה
Ihr zu ein Gedechtnus und לכבוד *alle* נשים
Daß ein אשה *auch kan* מחבר *ſein* דברי מוסר *und gute* פשטים
Aſo wol as menche אנשים
Und hats geſchrieben auf שבעה שערים
Gar kurtz und nit מאריך *geweſen* בדברים
Ir זכות *wert ihr* זוכה *ſein zu der* גאולה *von* משיח
Daß die שכינה *Wert ſich unter* ישראל *wieder dermeiten.*
אמן כן יהי רצון :

Nimirum, firmiter perſuaſi ſunt Judæi, ſecum natam eſſe doctrinam, & ſecum interituram, ſe ſolos ſapere, reliquos mortalium bardos blennoſque eſſe, nec vel hilum intelligere. At meminiſſe tamen debebant fuiſſe quondam ea tempora, in quibus, cum ſummis in anguſtiis eſſent conſtituti, ac Sapientiſſimis etiam Magiſtrorum, aqua hæreret, ut quo ſe verterent, neſcirent, valde profuiſſe, Romanam fœminam acceſſiſſe, & petiiſſe ab ejus prudentia, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium. Res narratur in Taanit fol. 18. a. & Roſch Haſchana fol. 19. a. fere iiſdem utrobique verbis, ſed repræſentamus, locum priorem: פעם אחת גזרה מלכות (Sic maluimus reſcribere ex En Jacob fol. 133. col. 4. Amſtel. Talmud habet נגזרה גזרה) שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו את בניהם ושיחללו שבתות מה עשה יהודה בן שמוע וחבריו הלכו ונטלו עצה ממטרוניתא אחת שכל גדולי רומי מצוין אצלה אמרה להם בואו והפגינו בלילה עמדו והפגינו בלילה ואמרו אי שמים לא אחיכם אנחנו לא בני אב אחד אנחנו לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות קשות ובטלו' ואותו היום עשאוהו יום טוב : Id eſt: *Aliquando, Imperium* (Edomæum, ſive Romanum) *grave edictum adverſus Judæos promulgaverat, ne porro Legi operam darent, ne puerulos circumciderent, & ne diebus Sabbathis a labore ceſſarent. Quid fecit Joſua, filius Schmoa, & ſocii ejus? Abiverunt, & conſultarunt Matronam quandam, cujus ædes omnes Romani Proceres frequentabant. Reſpondit ipſa: Agite, nocturno tempore, ejulatus inſtituite:* (tum enim querelæ acerbiores ſunt, & ad concitandam miſericordiam valentiores Paruere Judæi dictis,) *ac noctu,* (congregatis in Matronæ ædibus, Nobiliſſimis quibuſque Romanorum, juxta eas) *ſtantes, clamabant: Per cœlum* (ſupremum, vos obteſtamur:) *Annon fratres veſtri ſumus, eodem Patre* (Iſaaco,) *eademque Matre* (Rebecca, interventu Jacobi & Eſavi) *geniti? Quare ſecus nos tractatis, ac gentes alias omnes vobis ſubjectas,* (quarum quamque ſuis ſacris gaudere, ſuoque in religione ſenſu, abundare permittitis,) *adverſus nos vero ſolos, tam crudelia edicta promulgatis?* (Tacti miſeratione Proceres,) *revocarunt mandatum: ideo læti Judæi, hunc diem feſtum habendum eſſe, decreverunt.* Poſſemus magnum Catalogum edere Fœminarum, quæ literis ac eruditione ſingulari, famam inter Chriſtianos, gloriamque pararunt, niſi & ab inſtituto noſtro, ea res foret alienior, & hunc laborem, multi, pridem præcepiſſent. Quanquam, non opus eſt, ire per veterem memoriam, ut oſtendamus quantum noſtræ Fœminæ Sapientia valeant, quando hæc præſens ætas, conſummatiſſimi in illo ſexu ingenii, ac Sapientiæ ſingularis, nobis exemplum ſuppeditat, non tantum divinis his donis, ſed & natalibus inſuper ſuis illuſtriſſimam, Magdalenam Scuderiam. Cujus Heroinæ, lucubrationumque ejus, quibus par in ipſarum genere nihil, nihil ſecundum extat, quæque omnium Europæ gentium ſermonibus leguntur, laudes, etſi ne delibare quidem, noſtra præſumit tenuitas, ſatis gnara, Peliſſonios, Menagios, alioſque, quorum mentibus vigorem, & decus, Muſæ propitiæ adſpirant, meditatas orationes, & debita æternitati carmina, quotidie certatim ei dedicare; (La fameuſe Fauvette.) Avibus quoque, ad ultro ancillandum ei canto, ſenſum quendam ineſſe: Attamen, quod confidimus, non iniquo latura eſt animo, Clio hæc Gallica, ſi æternam gratiam, quam crebra admiſſione ad alloquium, & muneribus quibus nos Lutetia abeuntes benigniſſima manu proſequuta eſt, de nobis meruit, publice profitemur, Deumque rogamus, ſervet diu Chriſtianiſſimo Regi, Aulæque ejus, ſuum delicium, Sexui muliebri decus, Seculo ornamentum.

(7) *Quiſquis filiam &c.*] De his videbimus, cum ad Gemaræ Excerpta commentabimur.

(8) *Cabum unum res Venereæ &c.*] Omnes, & Talmudis, & Miſchnarum, quibus utimur Editiones, magno conſenſu habent: בלב ותפלות מתשעה קבין ופרישות Sed, contra iſtorum autoritatem, audacter ſuſtinemus, aliter legendum non eſſe, quam nos cum Codicibus En Jacob legimus. Secus enim ſi foret, quorſum attineret, illa, quæ ſequitur in Excerptis explicatio? Scilicet, idem iiſdem verbis, exponeretur inſulſiſſime.

(9) *Orbi interitum afferunt*] Vel potius: Orbi afferunt caliginem: In cauſa ſunt, ut rerum ordo mutetur; ut fœda & triſtis, ubique ſit facies. Sic enim בבלי עולם per כבלי עולם hic interpretatur Maimonides.

ה רבי שמעון אומר אין זכות תולה במים המרים ואם אתה אומר הזכות תולה במים המאררים מדהי אתה את המים בפני כל הנשים השותות ומוציא אתה שם רע על הטהורות ששתו שאומרים טמאות הן אלא שתלתה להן זכות רבי אומר הזכות תולה במים המאררים ואינה יולדת ואינה משבחת אלא מתנוונת והולכת לסוף היא מתה באותה מיתה :

5. R. Simeon ait: Meritum boni operis, non cohibet vim (1) aquarum amararum. Si enim contrarium aſſeverare velles, (2) inefficaces redderes aquas apud omnes Mulieres quæ bibunt: & ſimul infamares caſtas, quæ biberunt, nam eas (*nemo non*) diceret pollutas eſſe, verum ob bonum aliquod opus, (*effectum aquarum*) fuiſſe ſuſpenſum. Rabbi ſecus opinatur, vultque meritum boni operis omnino effectum feralium aquarum diſtuliſſe, verum (*ea limitatione, ut illa cui pietas adjumento fuit, porro*) non pareret, nec (*ob formæ venuſtatem*) collaudaretur; ſed fœdior redderetur indies, tandemque (3) illa morte periret.

R. OB. DE BARTENORA.

מרדה Idem ac מחסר vel מחשיך *diminuens vel obſcurans*; color defectuoſus in lingua Miſhica vocatur דיהה; ſed כחוש est idem ac נחליה *infirma*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרדה *Obſcurares*, nempe colorem defectuoſum, utpote non perfectè album, cui non eſt ſplendor neque viriditas, vocamus דיהה in lingua Rabbinica; & hæc eſt vox quæ multoties occurrit in tractatu Negaim. Et quod hic dicitur מדהה, vult, ac ſi diceret. An obſcurares lucem ejus, & removeres ſplendorem ab oculis hominum. כחושה *ægrota*, eſt ea quæ tabe indies conſumitur ac debilitatur. Cæterum jam aliquoties dixi, quod, ſi ſit controverſia inter Sapientes in conſideratione alicujus rei quæ non conſiſtit in actione aliqua, non dicatur, deciſio eſt juxta hunc aut illum; deciſio hic non eſt juxta Ben Aſai.

WAGENSEILIUS. (1) *Aquarum amararum*] Num Aquæ hæ, revera, rei alicujus amaræ immixtione, amaræ redditæ ſint, an vero in ore tantum bibentis Sotæ, amaritudinem contraxerint, diſſenſus eſt inter Magiſtros. Primus, ex antiquis affirmavit, Pater Samuelis in Rabbot fol. 231. col. 2. צריך ליתן מר לתוך המים שני מי המרי' id eſt: *Neceſſe eſt* (ut Sacerdos) *aquis rem amaram imponeret, quia Scriptura, eas Amaras vocat.* Hunc ſequitur Maimonides Hilch. Sota c. 3. §. 10. ונותן לתוכן דבר מר כגון לענה וכיוצא בה id eſt: *Sacerdos quoque, rem amaram in aquas conjicit, uti abſinthium, aut quid ſimile.* Eadem R. Moſes Kozenſis in Smag fol. 138. col. 4 & Autor MS. Codicis noſtri Ez Hechajim, ſentiſſe deprehenduntur, poſtremique teſtimonium, jam ſupra, per aliam occaſionem, fuit productum. In Peſikta Sutarta fol. 39. col. 2. ideo aquas amaras vocari traditur שביד הכהן נהפכי' להיות מרים id eſt: *Quia ſimul ac Sacerdos eas manu tenuit, amaritudinem contraxerunt.* Quod idem, deprehendere eſt in Siphri fol. 4. col. 1. Enim vero, contrarium Nachmanidæ placuit, ad cujus mentem Baal Keli Jakar fol. 100. col. 2. רז"ל נחלקו בדבר אם היה בכים אלו דבר מר כי בריתא ח"ל חושם בהם דבר מר ודעת הרמ"בן מדלא נאמר ובאו בה המים המרים המאררים וכתיב בהפך זה ובאו המים המאררים למרים שמ" שלא היה בהם דבר מר אך שבפיה היו למרים וכן מצינו בפי כרה שני ולא יכלו לשתות מים ממרה כי מרים הם ולא נאמר כי מרים היו אלא שלא היו מרים אך בפיהם שבו להיות מרים לכך נאמר כי מרים הם : id eſt : *Diſputant Rabbini noſtri f. m. num aquis Sotæ res amara fuerit immixta, atque id aſſerunt ſane antiquiores. At R. Moſes Nachmanni filius, quia non dicitur in Scriptura*, Aquas amaras, *ſed potius maledictionem importaturas in mulierem ingredi debere, atque ſi prius de maledictione, quam de amaritudine ſermo eſt, ex eo colligit, nihil rei amaræ in iis fuiſſe, quin potius amaritudinem, in ore demum bibentis, natam eſſe. Geminum de aquis in Mara* (Ex. XV, 23.) *legitur*: Et non potuerunt bibere aquas e Mara, nam amaræ erant. Amaræ fuerunt, *non dicitur, quod indicio eſt, nullam habuiſſe eas amaritudinem, niſi quam in bibentium ore contraxerunt, & ideo ſignanter* τὸ erant, *expreſſum eſt*, Bechai fol. 156. col. 1. מי המרים המאררים על שם סופן נקראו מרים וכן וכגרי קרומים הפשים וכן קדי רחים וטחני קמח וכה שאמר המאררים על שם האלות המפורשות במים שהם מקללין אותה : id eſt: (Scriptura Num. V, 24. Sotæ aquas, vocat) *amaras & maledictas. Atque amaræ quidem dicuntur, quia tales tandem factæ ſunt: Quo ſenſu* (Job. XXII, 6.) *legitur*: Veſtimenta nudorum exues. *Item* (Eſ. XLVII, 2.) Accipe molas, & mole farinam. *Maledictæ vero vocantur aquæ, ob maledictiones iiſdem deletas, quæ Sotam reddunt maledictam.* Idem de aquis amaris, quem primo loco nominare oportebat, Abeneſra cenſuit, in ſuis ſuper Pentat. Commentariis; eſtque omnino hæc opinio præ altera, veriſimilior. Niſi quis dicere mallet, ne in ore quidem potantis Sotæ, ullam adhuc fuiſſe aquarum amaritiem, ſed ita eſſe vocatas, ob ſævos, diros, & amarulentos effectus, quos in rea muliere, edebant. Non enim infrequens eſt in ſacris literis, res ab effectis denominationem accipere, id quod Reverendus Glaſſius in Rhet. Sac. tract. 1. c. 2. multis exemplis, dedit comprobatum. In hanc explicationem inclinat R. Jacob Abendana, in Spicilegio ad Michlal Jophi fol. 31. col. 3.

(2) *Inefficaces redderet*] מרדה habet Talmud Amſtelod. Sed in Baſileenſi, & Miſchnæ, quas poſſidemus, editionibus, eſt מרוחה Quorum prius, etſi magis placet, non tamen magno vitio, etiam poſterior lectio laborat, nam de verbo מרודה legitur apud Maimonidem : לפי לשונם והוא הגוון החסר שאינו בתכלית הלובן ואין לו זוהר ולא בהיקות : Id eſt: *Hac voce Magiſtri Defectum albedinis, & rem minime ſplendentem, ac lucentem, innuere ſolent.*

(3) *Illa morte*] Fœda nimirum, & qua adulteræ, quæ nihil boni tota vita fecerant, poſt epotas aquas, continuo perire ſolebant.

ו נטמאה מנחתה עד שלא קדשה בכלי הרי היא ככל המנחות ותפדה ואם משקדשה בכלי הרי היא ככל המנחות ותשרף ואלו שמנחותיהן נשרפות האומרת טמאה אני לך ושבאו לה עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה ושבעלה אינו רוצה להשקותה ושבעלה בא עליה בדרך וכל הנשואות לכהנים מנחותיהן נשרפות :

6. Si immunditiem contraheret oblatio ejus, priuſquam vaſe ſancto reciperetur, eadem hujus (1) quæ cæterarum omnium Oblationum, fuit ratio; ut ſcilicet (2) redimeretur. Sin vero id accidiſſet, poſt receptionem in vas ſacratum, (*rurſus*) in eo conveniebat cum aliis Oblationibus quibuſvis, (3) ut combureretur. Atque hæ ſunt, quarum Oblationes comburebantur: Quæ dicebat immunda ſum; Aut, quam teſtes pollutam eſſe affirmabant. Quæ ſe potaturam pernegabat; aut, cui vir ut biberet, non concedebat; denique, cum qua vir in via concubuit. Omnium quoque Sacerdotibus nuptarum, Oblationes comburebantur.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי היא ככל מנחות *Ecce illa eſt ut cæteræ omnes oblationes*, quæ polluuntur antequam ſanctificatæ fuerint in vaſe. ותפדה *& redimitur*, ut fiat profana, & pecunia ejus ematur alia. ותשרף *& comburetur*, quia ipſa oblatio ſanctificata eſt ſanctitate eſſentiali, ita ut profana nequeat fieri וכל הנשאות לכהנים מנחותיהן נשרפות *& omnium ſacerdotibus nuptarum oblationes comburebantur*, etſi pugillus offerebatur ritè, & non pollutus eſſet, nihilominus reliquiæ comburebantur in loco cineris, & non comedebantur, quia maritus illius eſt ſacerdos, ideoque illius eſt particeps doni, quia de bonis ſuis oblatio veniebat; at Lex dicit Levit. 6, 16. וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל Et non comburebatur totum in altari, eo quod mulier ejus quoque erat particeps, quia offerebatur pro illa, hac de cauſa pugillus offerebatur ſeorſim, & reliquiæ ſeorſim.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Donum mulieris adulterii ſuſpectæ adducebat maritus, & ſi mulier eſſet ſacerdotalis, neceſſe erat ut totum donum combureretur, quia dictum eſt Levit. 6, 16. וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל

WAGEN-

WAGENSEILIUS (1) *Quæ cæterarum omnium Oblationum,*] Puta Oblationum, quæ ante immiſſionem in vas ſanctum, contraxere immunditiem.

(2) *Redimeretur*] Id eſt: Ut hac Oblatione, ad comeſtionem ſegregata, quantum hordei ad novam opus erat, nummis pararetur. Vide Kozenſem Præc. Aff. CLXXVII. Maimonidem, Hilchot Pſule Hammukd. c. 11.

(3) *Ut combureretur*] In domo videlicet Cinerum. Vide iterum Maimonidem, libro cit. c. 19.

(4) *Omnium quoque Sacerdotibus nuptarum &c.*] Sic accipe: Quod peracto ſacrificio reſiduum erat, ex Sotæ, quæ homini laico nupta fuit, oblatione, a Sacerdotibus abſumebatur, uti ſupra §. 2. dictum eſt. At, cum Sota Sacerdotis conjux, hoc judicium ſubibat, reſiduis ex ſacrificio, non fruebantur Sacerdotes, ſed etiam hæc comburenda erant. Scilicet, videtur ipſe maritus Sacerdos, ſuas habere partes, in hoc ſacrificio; quæ autem ejus ſunt generis, illorum reliquias quoque, penitus igne cremare oportet, ex Dei, Lev. VI, 16. præceptione. Moſes Kozenſis Præc. Neg. CCCXXII. בת כהן שנשאת לישראל מנחתה נאכלת בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת לפי שמנחתה כאשה כמנחתו של כהן: id eſt: *Filiæ Sacerdotis, quæ Judæo Laico nupſit, Oblatio comeditur: Sed, Judæi Laici Filiæ Oblatio, comburitur, quippe quæ ex facultatibus viri eſt parata.*

ז בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת וכהנת שנשאת לישראל מנחתה נאכלת מה בין כהן לכהנת מנחת כהנת נאכלת ומנחת כהן אינה נאכלת כהנת מתחללת ואין כהן מתחלל כהנת מיטמאה למתים ואין כהן מיטמא למתים כהן אוכל בקדשי הקדשים ואין כהנת אוכלת בקדשי קדשים:

7. Judæi (*laici*) filiæ, quam Sacerdos duxerat, oblatio comburebatur. (1) At Sacerdotis filiæ, quæ Judæo (*laico*) nupſerat, Oblatio, comedebatur. Quid intereſt inter Sacerdotem, & Filiam Sacerdotis? (2) Filiæ Sacerdotis Oblatio comeditur; Oblatio autem Sacerdotis non comeditur. (3) Filia Sacerdotis, a ſacrorum participatione excludi poteſt, (4) Sacerdos non poteſt. (5) Illi mortuis ſeſe polluere fas eſt, huic non item. (6) Sacerdos, ſacro ſancta comedit; at, ab horum eſu, Filia Sacerdotis arcetur.

R. OB. DE BARTENORA.

כהנת *Sacerdos fœmina*, id eſt, filia ſacerdotis. מנחתה נאכלת *donum ejus comedebatur*, quia Levit. 6, 16. mentio tantum fit ſacerdotis maſculi, non fœminæ. Sic etiam ſi ſacerdotis filia vidua facta eſt, & repudiata, & adduxit ſacrificium voluntarium, comeditur illud.

כהנת מתחללת *Filia ſacerdotis profanatur*, ita ut ab eſu Trumæ & ſacerdotio excludatur, ſi vitiata ſit illegitimis extra familiam ſacerdotalem, tum nunquam cenſenda erit legitima.

ואין כהן מתחלל *Sed Sacerdos non profanatur*, ſi duxerit profanatam, aut repudiatam, aut meretricem, ſed quamdiu illam duxerit, ineptus eſt ad obeundum munus ſacerdotale at quando repudiaverit eam, denuo fit aptus, quemadmodum dicitur Levit. 21, 15. ולא יחלל זרעו Semen ergo illius quidem profanatum eſt, at ipſe non eſt profanatus

כהנת מטמאה למתים *Filia ſacerdotis polluitur mortuo*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 21, 1. בני אהרן *filii Aharonis*, non filiæ Aharonis.

ואין כהנת אוכלת בקדשי הקדשים *Et filia ſacerdotis non comedit ſancta ſanctorum*, eo quod de ſacrificio pro peccato, & de ſacrificio pro reatu, & de dono, ſcriptura dicit Levit. 6, 11. כל זכר בבני אהרן יאכלנו

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex dicit Levit. 6, 16. וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל exponit traditio, dicitur כהן *ſacerdos maſculus*, non כהנת *ſacerdos fœmina*. Et Levit. 21, 15. ולא יחלל זרעו בעמיו Semen ergo illius profanatur, ipſe autem non profanatur; & hoc eſt quod dicimus, *ipſe autem non profanatur*. Cæterum id quod dicimus, *non profanatur*, intelligendum eſt de eo qui profanatur in perpetuum, ſed ineptus eſt quamdiu fovet conjugium cum uxore quam fecit profanam & profanata eſt, ut, ſi duxerit mulierem repudiatam, quacum ſi concubuerit, profanatur, uti exponetur in tractatu Kidduſchin, ſive fuerit ſacerdotis filia, ſive Levita, aut Iſraëlita. Et quod hic dicitur ſacerdotis filiam profanari, non ita intelligendum eſt, perindè ac ſi filia ſacerdotis tantum profanaretur, ſed quod illa quoque ingreditur numerum earum quæ profanantur. Cum autem ejuſmodi mulier profanata fuerit, in perpetuum manet profanata, etſi maritus ejus mortuus fuerit, aut illam repudiaverit. Hic ergo ſacerdos, quamdiu cohabitaverit cum illa, ineptus eſt ad miniſterium. Cum autem repudiaverit eam, & promiſerit quod non ducet uxorem cum peccato, denuo fit aptus, uti expoſitum eſt capite ſeptimo Bechorot. Verba vero libri Siphre hæc ſunt, id quod Levit. 21, 4. dicitur להחלו intelligendum eſt quando is ab uxore ſe abſtinet, tum profanus eſt. Præterea ſcriptum eſt Levit. 21, 1. אמור אל הכהנים בני אהרן *loquere ad ſacerdotes filios Aharonis*, non בנות *filias*, (quod illæ pollui poſſunt mortuo.) קדשי קדשים *ſancta ſanctorum*, uti ſunt ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro reatu, quæ in Lege vocantur *ſanctitates ſanctitatum*, de quibus extat Levit. 6, 11. כל זכר בכהנים יאכלנה

WAGENSEILIUS. (1) *At Sacerdotis filiæ &c.*] Nam Lev. VI 16. dicitur כהן non כהנת de ſolis igitur viris, præceptum capiendum eſt, non de filiabus Sacerdotum, quæ cum viris Laicis contraxere matrimonium. Imo nec de Sacerdotum viduis, & fœminis ab iis repudium paſſis, ob eandem rationem præceptum valet, nam & ſacrificiorum, quæ iſtæ offerunt, reſiduis, frui Sacerdotibus licere, conſequitur.

Filiæ Sacerdotis oblatio] Intellige quæ Sacerdoti non nupſit, ſed Sacerdote patre genita eſt, & vel virgo adhuc manet, vel cum laico homine in conjugio vivit.

(3) *Filia Sacerdotis ſacrorum participatione &c.*] Id eſt: Si illicito concubitu ſeſe polluat, aut extra familiam Sacerdotalem nuptias contrahat Sacerdotis filia, non fas eſt ei veſci porro Ablationibus. Sed, res hæc digna eſt, quæ paulo amplius doceatur ex Moſis Kozenſis Præc. Neg. CCLVI. quo nemo magis perſpicue de illa diſſeruit: חללה לא תאכל קדש שני ובת כהן כי תהיה לאיש זר היא בתרומת הקדשים לא תאכל שני ענינים נכללו בלאו זה שאם תבעל לאסור לה ונעשה זונה וחללה הרי היא אסורה לאכול בתרומה לעולם כדין כל חלל שהחלל כזר לכל דבר ושאם תינשא לישראל הרי היא אסורה לאכול בתרומה כל הקדשים שהיא חזה ושוק לעולם אפי' נרשה או כת אבל התרומה אוכלת אחר שגרשה הישראלי או מת אם לא הניח בבנה בן שני ובת כהן כי תהיה אלמנה וגרושה וזרע אין לה וגו' כלחם אביה תאכל ודרשו רבותינו בפרק יש מותרות כלחם ולא כל לחם חזרת היא לתרומה ואינה חוזרת לחזה ושוק ולא הכהנת בלבד אלא לויה וישראלית שנבעלה לאסור לה ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומה לעולם ואף על פי שיש לה זרע מכהן: Id eſt: *Mulier profana, a comeſtione rerum ſacrarum arcetur.* Q. S. E. (Lev. XXII, 12) Filia Sacerdotis cum nupta fuerit viro peregrino, de oblatione rerum ſanctarum ne comedito. *Atque hoc interdictum duo complectitur negotia.* (Principio, ſi filia Sacerdotis) *a quoquam vitietur, & ſcortum, ac profana fiat, iſta quidem æternum Ablationibus veſci prohibetur, ſic enim de profanatis obtinet, ut*

per

per omnia, irreligioſis æquiparentur. Quod ſi (filia Sacerdotis,) *nubat Judæo laico, tum ad ſanctiorum rerum, Pectoris puta, & Cruris,* (*melius dixiſſem* Armi) *comeſtionem, haud unquam amplius admittitur, etiamſi maxime, repudium paſſa, aut vidua ſit, interim tamen, in his caſibus, Ablationes comedendi jus recipit, modo liberos nullos habeat ſuperſtites: Sic enim* S. E. (Cap. cit. v. 13.) Filia, Sacerdotis cum erit vidua, aut repudiata, ſi ſemen non ſit ei &c. de cibo Patris ſui comedet. *Ubi, monentibus ita Magiſtris in Jebamot c. 9. notanter dictum,* de cibo, *non vero* omnem cibum, *ut nimirum Ablationum comeſtio conceſſa, cruris* (*melius dixiſſem* Armi) *vero, & pectoris prohibita innuantur. Neque filiæ Sacerdotum tantum, ſed & Levitarum, aut communium Judæorum* (quæ Sacerdotibus nupſere) *filiæ, ſi vitium paſſæ ſint, & ſcortatione ſe polluerint, ſtatim a comeſtione Ablationum arcentur, utut liberos ex Sacerdotibus habeant ſuperſtites.*

(4) *Sacerdos non poteſt*] Etiamſi maxime, contra mandatum Divinum quod Lev. XXI, 14. promulgatum eſt, viduam, aut repudiatam, aut profanatam ducat, atque ſic indecenti toro, ſeſe contaminet.

(5) *Illi mortuis ſe polluere &c.*] Nam Lev. XXI, 1. ubi Deus vetat Sacerdotes ſeſe mortuis polluere, de ſolis filiis Aharonis ſermo concipitur, nulla filiarum facta mentione. Rambam in More Nev. part. 3. c. 47. מפני שאי אפשר להטהר מטומאת מת אלא אחר שבעת ימים ובכיאות אפר הפרה גם כן יהיו הכהנים צריכי' תמיד להכנס אל המקדש להקריב הוזהר כל כהן מטומאת מת לבד רק לתכרת גדול אשר יכבד ענייני על הטבעים רוצה לומר להמנע מקרוב אל האבות ואל הבנים ואל האחים ולעמוד עמהם ולנגוע בהם ולרוב הצורך להיות כהן גדול במקדש (In MS. noſtro non male hic inſeritur אל תמיד לאמרו והיה אל מצחו תמיד הוזהר מלטמא למת כל עיקר אפילו לאלו הקרובים הלא תראה אין זאת האזהרה אינה כוללת הנשים בני אהרן ולא בנות אהרן מפני שאין הנשים צריכות בהקרבה : Buxtorfii verſio eſt: *Quia pollutio, a contactu mortui contracta, non poteſt elui, niſi poſt elapſos ſeptem dies, & per cinerem juvencæ; ac Sacerdotes ſemper in Sanctuarium ingredi neceſſe habebant, ut ibi offerrent: Idcirco prohibitum fuit Sacerdotibus, mortuis ſe polluere, niſi magna interveniente neceſſitate; cum difficile ſit per naturam, plane ſe cohibere ab acceſſu parentum, liberorum, vel fratrum in morte ipſorum. Et quia magna erat neceſſitas, ut Sacerdos magnus ſemper in Sanctuario, ſicut dicitur:* Et erit ſuper frontem ejus jugiter. (Ex. XXIIX, 38. Lev. XXI, 10, 11, 12.) *Idcirco injunctum ipſi fuit, ut nullis, ne quidem propinquis & amicis mortuis ſe contaminet. Nunquid enim vides, quod in hac prohibitione* (Sacerdoti communi, & Sacerdoti ſummo facta,) *non comprehenduntur uxores filiorum Aharon, neque etiam filiæ Aharonis, propterea quod Mulieribus non incumbat oblationes facere?* Plura in hanc rem, vide apud eundem Maimonidem Hilchot Evel cap. 4. Moſen Kozenſem Præc. Negat CCXXXIV. & CCXXXV. Præc. Affirm. LVIII.

(6) *Sacerdos ſacroſancta comedit*] Sic dicuntur, reſidua Sacrificiorum Peccati, & Sacrificiorum Reatus, itemque Reſidua Oblationum. Atque de his Ex. XXIX, 33. & Lev. II, 3. 10. præcepta extant, propter quæ, ſolis Sacerdotibus, iiſdem frui conceditur. Fuere alia, Sancta Leviora, קדשים קלים uti Pectus, & Armus ex Euchariſticis Sacrificiis, Ablationes item, & cætera hujus generis, quibus non tantum Sacerdotibus, ſed & eorundem filiabus, uxoribus, & ſervis veſci licebat. Conferre oportet Smag. Præc. Aff. CLXXIV. Neg. CCCXXV. & CCCXXVI.

ח מה בין איש לאשה האיש פורע ופורם ואין האשה פורעת ופורמת האיש מדיר את בנו בנזיר ואין האשה מדרת את בנה בנזיר האיש מגלח על נזירות אביו ואין האשה מגלחת על נזירות אביה האיש מוכר את בתו ואין האשה מוכרת את בתה האיש מקדש את בתו ואין האשה מקדשת את בתה האיש נסקל ערום זאין האשה נסקלת ערומה האיש נתלה ואין האשה נתלית האיש נמכר בגניבתו ואין האשה נמכרת בגניבתה :

8. Quid diſcriminis inter Virum, & Fœminam, (*laicos?*) (1) Vir (*leproſus*) ſe nudat, (*veſtemque*) diſcindit: neutrum facit fœmina. (2) Viro fas eſt filium Nazyræatui devovere: (3) Mulieri idem haud conceditur. (*Filius*) maſculus raſuram admittere poteſt ob Nazyræatum patris: Filia non poteſt. (4) Viro, filiam vendere conceditur; Fœminæ, filiam vendere, non licet. (5) Vir deſpondet filiam, ſed fœminæ, filiam deſpondendi, facultas non competit. (6) Vir nudus lapidibus obruitur: Fœmina nequaquam. (7) Vir ſuſpenditur: Fœmina non item. (8) Vir ob furtum admiſſum venditur: ſed (9) Fœmina ob furtum vendi (10) nequit.

R. OB. DE BARTENORA.

האיש פורע ופורם *Vir nudat, & diſcindit*, quando leproſus eſt, nudat caput, & diſcindit veſtes, uti ſcriptum eſt Levit. 13, 44. איש צרוע *vir leproſus.* Propterea vir tantum denudabit caput, & veſtimenta diſcindet, non mulier.

האיש מדיר את בנו בנזיר *Viro fas eſt Nazyreatui devovere filium*, cum filius adhuc minorennis eſt, & tum cadit in eum Nazyræatus uſque dum adoleverit; & hæc eſt traditio de Nazyræatu, cui non eſt firmamentum ex Lege.

האיש מגלח על נזירות אביו *Maſculus raſuram admittere poteſt ob Nazyræatum patris*, ſi pater illius fecerit votum Nazyræatus, & ſeparaverit eum in finem ſacrificia, & deindè mortuus fuerit; & filius fuerit Nazyræus, aut votum fecerit Nazyræatus poſt obitum patris, tum filius tondebitur die implementi Nazyræatus, & offeret ſacrificia quæ pater ejus offerre debuiſſet. Et hæc quoque eſt traditio cui non eſt firmamentum ex Lege. האיש מקדש את בתו *vir deſpondet filiam ſuam*, accipiens arrham ſponſalitiam filiæ dum adhuc minorennis eſt, ipſa licet inſcia, uti ſcriptum eſt Deut. 22, 16. את בתי נתתי לאיש וגו׳ Porro Miſna dicit, איש נסקל ערום *vir nudus lapidibus obruitur*, uti ſcriptum eſt Levit. 24, 14. ורגמו אתו *& lapidabunt eum*, non אתה *eam.* Nam Deut. 17, 5. dicitur, והוצאת את האיש ההוא או את האשה ההיא ubi pœna de viro tantum intelligenda, non de veſtimento ejus; ſed de fœmina cum veſte. האיש נתלה *vir ſuſpenditur*, uti ſcriptum eſt Deut. 21, 22. ותלית אתו על עץ *& ſuſpendes eum ligno*, non eam. האיש נמכר בגניבתו *vir ob furtum venditur*, at mulier non venditur ob furtum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Lev. 13, 45. והצרוע אשר בו הנגע בגדיו יהיו פרמים וראשו יהיה פרוע *Leproſi, in quo fuerit plaga, veſtimenta ejus erunt ſciſſa, & caput ejus retectum &c.* & præcedenti verſu dicitur איש צרוע *vir leproſus*, hinc ritus de retectione capitis & ſciſſione veſtimenti tantum obtinet in viro leproſo. Et in duabus hiſce cauſis juris tantum de viris agitur, non de mulieribus, in re Nazyræatus, eſtque traditio Moſis è Sinai, quæ non conſtat ex Lege; ſed hoc jam explicuimus capite quarto tractatus Nazyr. Cæterum quod pater elocat filiam ſuam, extat in Lege Deut 22, 17. ואמר אבי הנערה אל הזקנים וגו׳ Et Exod. 21. 7. dicitur, וכי ימכור איש את בתו לאמה Et Levit. 24, 14. dicitur ורגמו אתו *& lapidabunt eum*, quæ ita exponit traditio, dicitur אתו *eum*, & non veſtimentum ejus: ſed eam cum veſtimento ejus. Deut. 21, 22. dicitur, ותלית אתו על עץ Exponit iterum traditio, dicitur אתו *eum*, non אתה *eam*; ſic etiam de fure dicitur Exod. 22, 2. ונמכר בגניבתו

WAGEN-

WAGENSEILIUS. (1) *Vir leproſus ſe nudat &c.*] Nam Lev. XIII, 45. ubi leproſi veſtimenta ſcindere, & caput retegere jubentur, de ſolis Viris ſermonem inſtitui deprehendes. Conſulendus Moſes Kozenſis Præc. Aff. CCXXXV.

(2) *Viro fas eſt filium Nazyræatui &c.*] Hoc eſt: Licet Patri filium adhuc impuberem, deſtinare ad Nazyræatum, ita ut adultior factus, id ratum habere cogatur. Dignum eſt obſervatione, quod ſcribit Maimonides, Comment. in Maſſech Naſir cap. 4. זה שאמרנו האיש מדיר את בנו בנזיר והוא שיאמר לו הרי את נזיר או אמר הרי בני פלוני נזיר וישתוק הבן וקרוביו ותחול הנזירות לזה הבן הוא ענין שבא כפי הקבלה אין לו סמך בתורה ולא רמז והוא מה שאמר הלכה היא בנזיר וכבר סברו קצת חכמים לתת טעם כדי לחנכו במצות ולא נגמר זה הדבר והזמן אשר ימשך בו מעשה האב להתחייב הבן בנזירות הוא עד שיביא שתי שערות ואפילו שכבר הגיע עונת הנדרים ר"ל י"ג שנים ויום אחד והוא שלא הביא שתי שערות יחייהו בנזיר לפי שהוא קטן כמו שנתבאר בפ' עשירי מיבמות : id eſt: *Quod dicitur, Patrem, Nazyræatus poſſe devovere filium, id fit, quando Pater filio ait*: Tu mihi Nazyræus eſto, *aut ſi dicat*: Filius meus, N. Nazyræus erit, *atque vel filius, vel cognati* (præſentes, coram quibus Pater ſic loquutus erat,) *ſileant: tunc enim filius iſte Nazyræatui obſtringitur. Cæterum, omnem hanc rem, ex mera habemus traditione, nec in Lege Divina, ejus aut argumentum, aut indicium eſt: unde & Conſtitutionis nomine vulgo venire ſolet. Fuere ſane pridem, nonnulli Doctorum, qui rationem aliquam reddere conati ſunt, quaſi nimirum* (hoc factum tueri liceat, ex eo,) *quod juventus mature præceptis initianda eſt, ſed ea non ſatis quadrat. Interim tempus, intra quod Patri conceditur, filium Nazyræatu onerare tam diu durare exiſtimandum eſt, quoad* (filius in pube) *producit pilos duos: Etiamſi enim ea ætate ſit, qua ipſe votum concipere poteſt, ſcilicet, ut agat annos XIII. diemque unum, tamen ſi duobus pilis adhuc careat, patri eundem Nazyræatui devovere permittitur, eſt enim minor, ſecundum ea quæ traduntur in Jebamot cap. 10.*

(3) *Mulieri idem haud conceditur*] Hæſitat ceu modo vidimus, propemodum Maimonides in eo, an Patri jus & fas ſit filios Naziræatui devovere, nec niſi ſola incertaque traditione hoc privilegium niti, ultro fatetur. Quamobrem conſequitur, haud ſane æquum eſſe, ut Matri tantum poteſtatis indulgeatur, quippe, cujus æque in Hebræorum, ac Quiritium jure, longe minor quam Patrum, in liberos eſt autoritas. Et vero, videtur quodammodo rationi conveniens, ut Votum quo quis præter cætera, ad rerum quarundam abſtinentiam obſtringitur, ſua, non aliena voluntate, concipi debeat, ne naturali qua quiſque circa talia naſcitur, libertati, vis inferatur & injuria. Interim tamen, ſi Sacras Literas conſulamus, aliud pronunciandum erit, habemuſque in iis exemplum, Matris, filium etiam nondum natum Naziræatui devoventis, ſic enim de Hanna 1 Sam. I, 10. 11. legitur: ותדר נדר ותאמר יי צבאות אם ראה תראה בעני אמתך וזכרתני ולא תשכח את אמתך ונתתה לאמתך זרע אנשים ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו : Quæ vertit Interpres: *Et votum vovit dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilem: Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non aſcendet ſuper caput ejus.* Neque alio ſenſu, quam Naziræatûs voto, locum hunc accipiunt Judæorum interpretes communiter: Ralbag annotat: והנה נדרה חנה נדר ליי שאם יראה בעניה ויתן לה זרע אנשים רוצה לומר הזרע המתהוה מן האנשים והוא שיהיה לה ילד ונתנו ליי כל ימי חייו רוצה לומר שיהיה תמיד לעבודת הש"י עד יום מותו ותער לא יעלה על ראשו לגלח שערו כי יהיה נזיר וקדש ליי אם יהיה ראוי לזה רוצה לומר אם היה זכר : Id eſt: *Vovit Hanna votum Domino, quod, ſi viſurus eſſet calamitatem ſuam, conceſſuruſque ſemen hominum, id eſt ſemen evaſurum in hominem, ſive fœtum, tum ſe daturam illud Domino omnibus diebus vitæ ejus, ut ſcilicet jugiter, ad mortem uſque ſacris miniſteriis vacare, nec novacula caput ipſius, ad radendam comam tranſire debeat; futurum enim Nazyræum, Deoque ſacratum, modo ejus rei capax ſit, hoc eſt, modo proles foret maſcula.* Pariter Raſchi verba ונתתיו ליי & ipſe, per שיהיה נזיר קדש ליי id eſt: *Ut ſit Nazyræus ſacer Deo*, expoſuit; & adeo, vocari forſitan poteſt in partes, ipſe Maimonides, ſcribens in Hilchot Neſirot c. 3. §. 16. שמואל הרמתי נזיר עולם היה לפיכך האומר הריני כשמואל הרמתי כבן חנה כבן אלקנה כמי ששכף את אגג בגלגל וכיוצא באלו הרי זה נזיר עולם : Id eſt: *Samuel Ramathæus Naziræus perpetuus fuit: quare ſi quis dicat: Ecce, ſimilem me præſtabo Samueli Ramathæo*, (aut, *æmulabor*) *Filium Hannæ*; (aut, *exprimam filii*) *Filium Elkanæ*; (aut, *talis ero, qualis fuit*) *is, qui in Gilgale diffidit Agagum, aut ſi alia ſimili utatur verborum conceptione, tum perpetuo Nazyræatui ſe dicaſſe cenſebitur.* His ita poſitis, jam nimium periclitatur Miſchnæ noſtræ aſſertio; magnumque mirum eſt, nec Gemaram, nec ullum quos nobis conſulere licuit Commentatorum, illam de Hanna objectionem, tetigiſſe vel ſolo verbo. Quando igitur Patrono vehementer indiget Miſchna, nos, vicem ejus miſerti, pro tempore, ingenii tantum exercendi cauſa, ei ſubveniemus, ne impudentis mendacii multetur infamiâ. Succurrit eam ſalvandi duplex ratio, Licebit enim principio dicere, non fuiſſe ignarum Doctorem Miſchnicum, ejus voti quod filii naſcituri nomine Hanna conceperat, ſed opinatum eſſe, præter jus, & inſtituta divina, ſic ipſam feciſſe, cum non quid fiat, ſed quid fieri debeat reſpiciendum ſit: Impleviſſe autem deinde filium, quæ mater ſpoponderat, ex abundanti quadam in eam pietate, cum nullo jure ad hæc præſtanda cogeretur. Vel, ſi hæc non placent, cauſabimur, alium longe ſenſum verbis Scripturæ affinxiſſe Doctorem Miſchnicum, quam quo vulgo accipiuntur, & ſuam feciſſe Jonathanis Chaldæi opinionem, qui verba ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו in hunc modum παραφράζει ואמסרניה דיהי משמש קדם יי כל יומי חיוהי ומורת אנש לא תהי עלהי : id eſt: *Et tradam illum, ut ſit miniſtrans coram Domino, omnibus diebus vitæ ejus, & neminem mortalium verebitur.* Quæ interpretandi ratio, etſi eſt contortior, & מורה in מורא hoc eſt *Novaculam* in *Metum*, nobis commutat, ac proinde Samuelem ex Nazyræorum catalogo expungit, tamen non minus approbare eam potuit Miſchnicus noſter, ac eam probavit alius ejus ſectæ homo in Naſir capitis 9. verbis poſtremis. נזיר היה שמואל כדברי רבי נהוראי שנאמר ומורה לא יעלה על ראשו נאמר בשמשון מורה ונאמר בשמואל מורה מה מורה האמורה בשמשון נזיר אף מורה האמורה בשמואל נזיר אמר רבי יוסי והלא אין מורה אלא של בשר ודם אמר לו רבי נהוראי והלא כבר נאמר ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני שכבר היה עליו מורה של בשר ודם : Quæ ſic interpretari convenit: *Samuel fuit Naziræus, ſecundum opinionem R. Nehorai* Q. S. E. Et מורה non aſcendet ſuper caput ejus. *Adhibetur verbum* מורה *cum* (Jud. XIII, 5.) *de Simſone, & adhibetur quoque, cum de Samuele agitur: Quare, uti* מורה *apud Simſonem* (Novaculam innuit, atque ſic) *Naziræum* (illum fuiſſe indicat;) *ita ejuſdem verbi de Samuele adhibiti, eadem vis eſt. Reſpondit R. Joſe vocem* מורה *nihil quam metum, quo quis alios mortales formidat, innuere. Excipit R. Nehorai: Atqui pridem de Samuele* (1 Sam. XVI, 2.) *legitur*, Et ait Samuel: Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. *Ex quibus cum colligatur, metuiſſe illum humanum ſupercilium,* (mea, præ tua ſententia, aſſenſum merebitur)

(4) *Filius maſculus raſuram admittere &c.*] Si pater, ad certum tempus Naziræatus voto ſe obſtrinxit, & ſacrificia quæ olim, voto ſuo ſolutus, offerre volebat, paravit, moriatur vero nondum adhuc impleto tempore, ibi filius, die, quam ſibi pater dixerat, adventante, loco ejus ſacrificia offerre, & raſuram admittere poteſt: ſecundum ordinem qui Num. VI. præſcribitur. Cæterum Raſchi, hæc tantum eo caſu valere arbitratur, cum filius quoque Naziræus eſt: qua in re, loco jam modo indicato, diſſentientem habet Maimonidem, ex cujus mente idem non exigitur, ſed adeo כשהניח בנים רבים וקדם אחד מהם וגלח על נזירות אביו זכה id eſt: *Si quis filios relinquat plurimos ſuperſtites, atque unus* (e poſterioribus natu) *alios antevertens, raſuram Patris nomine admittat, hunc manet adorea.* Sed, non negligendum, diſerte rurſus fateri Maimonidem, ענין הדין גם כן אין לו סמך מן התורה אלא קבלה בלבד : Id eſt: *Etiam iſtius rei, nullum prorſus in Scriptura fundamentum eſſe, ſed illam unice niti traditione.*

(5) *Viro filiam vendere &c.*] Hoc ſane jus Patri conceditur Ex. XXI, 7. verum ſi Magiſtris credimus, cum multa limitatione. Maimonides Hilch. Avadim cap. 4. §. 1. אמה העבריה היא קטנה שמכרה אביה וכשתביא שתי שערות אחר שתים עשרה שנה ותעשה נערה אינו יכול למכרה אע״פ שעדין יש לו רשות בה ויש לו לקדשה לכל מי שירצה : Id eſt: *Serva Judæa, ea dicitur, quam Pater cum parvula eſſet, vendidit. Sed, ſi* (filia) *nata ſit annos duodecim, & produxerit,* (in naturalibus,) *pilos duos, ita ut,* Adultæ *nomine cenſeatur, non licet amplius Patri, eam vendere, etſi adhuc eſt ſub ejus poteſtate, illamque cuicunque voluerit, deſpondere non prohibetur.* Sequitur mox ibidem: אין האב רשאי למכור את בתו אלא אם כן העני ולא נשאר לו כלום לא קרקע ולא מטלטלין ואפילו כסות שעליו ואף על פי כן כופין את האב לפדותה אחר שמכרה משום פגם משפחה בין האב או שמת או שלא היה לו לפדותה הרי זו עובדת עד שתצא : Id eſt: *Haudquaquam conceſſa Patri facultas, vendendi filiam, niſi ſit pauperrimus, & nihil reſidui habeat, non bona immobilia, non mobilia, imo ne veſtem quidem, qua induitur. Atque ſi maxime ex juſtis cauſis, iſta venditio acciderit, nihilo ſecius cogitur Pater,* (ut primum rei aliquid paravit) *ad eam redimendam, quò honori familiæ conſulatur. Quod ſi aufugiat Pater, aut moriatur, aut pretium nullum redimendi filiam ipſi ſuppetat, ſerviendum filiæ ad tempus uſque manumiſſionis.* Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 178. col. 4. כבר באה בקבלה האמתית שהשגיחה התורה מאד על האמה העבריה שאפילו בקטנותה בהיותה תחת אביה לעשות בה כרצונה הנה לא יוכל למוכרה ממכרת עבד ולא למכרה לנכרי ולא לקרובים אשר אי אפשר שיהיה לה בהם צד יעוד ושאין למכרה שתי פעמים והיה זה לפי שלא התירה התורה שימכור אדם את בתו אלא במקום שמכור שהקונה אותה ייעדנה לעצמו ויקחנה לאשה לו או לבנו כי על הרוב לא יקנה אדם נערה קטנה לעבוד עבודה כי היא לא תוכל לעבוד לחולשת שכלה ואבריה אלא שישאנה ליופיה או לטוב מעשיה כדי ליעדה לו או לבנו : Id eſt: *Veriſſima traditione tenemus, Legem Divinam, ſervæ Hebrææ maximam curam habuiſſe. Etſi enim minor adhuc & in patria poteſtate eſt, ita ut de ea, ex animi ſui ſententia ſtatuere* (*pater*) *poſſit, tamen nec in mancipium, nec alicui* τῷ ἔξω, *nec cuiquam cognatorum proximorum cum quo matrimonium contrahere, jure prohiberetur, eam vendendi jus habet, quin nec bis illam vendere licet. Quorum omnium cauſa eſt, quod Lex Divina vendendi filiam, veniam nullam indulſit, niſi ſpe ineundi matrimonii, ita ut emtor aut ſibi, aut filio eam deſpondeat. Scilicet, haud fere unquam aliquis comparat puellam parvulam ad ſerviendam ſervitutem, nec enim ob judicii & membrorum teneritatem, officio fungi poteſt, ſed potius aut forma ejus eximia, aut bonis moribus captus, ut illam ſibi, vel filio, uxorem adſciſcat.* Sed, de his, amplius legere eſt apud Moſen Kozenſem, Præc. Neg. CLXXIX.

(6) *Vir deſpondet filiam &c.*] Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Kidduſchin cap. 3. האב מקדש בתו שלא מדעתה כל זמן שהיא קטנה וכשהיא נערה ורשותה בידו שני את בתי נתתי לאיש הזה וקדושיה לאביה וכן מציאתה ומעשה ידיה וכתובתה אם נתגרשה או נתאלמנה מן הארוסין עד שתבגר ומקבל האב קדושי בתו מיום שתולד עד שתבגר ואפי׳ היא חרשת או שוטה אם היתה בת ג׳ שנים ויום אחד מתקדשת בביאה מדעת אביה פחות מכן אם קידשה אביה בביאה אינה מקודשת בגרה הבת אין אביה רשות בה לעולם נתקדשה קודם שתבגר שלא לדעת אביה אינה מקודשת אפי׳ נתרצה האב אחר שנתקדשה : Id eſt: *Pater habet plenum jus deſpondendi filiam, nullo hujus conſenſu prævio, quam diu Minor eſt,* (neque annos XII. diemque unum implevit,) *itemque cum eſt Adoleſcentula,* (quod ei nomen proprie convenit, Sex proximis deinde menſibus:) Q. S. E. (Deut. XXII, 16) Filiam hanc meam, dederam viro huic. *Atque hoc caſu, lucratur arrham ſponſalitiam: prorſus, uti rerum a filia forte inventarum, & eorum, quæ operis ejus parantur, dotis item, ſi ſponſus aut illam repudiet, aut eum mors contingat, dominus evadit, ad plenam uſque filiæ pubertatem,* (ſive ad illud uſque tempus, quod ſex prædictos menſes, excipit.) *Licet igitur Patri, filiæ nomine Sponſalia facere, ab illo die, quo nata eſt, quoad plenam attigit pubertatem, etiamſi ipſa ſurda ſit, aut ſtulta. Si implevit filia annos tres, & diem unum, volente patre per concubitum deſpondere poteſt, ſed ſi infra hanc ætatem pater eam concubitu deſpondeat, ea ſponſalia nullius momenti ſunt. Simul ac plenam pubertatem attigit filia, ceſſat patris eam deſpondendi facultas,* (neque, niſi ex filiæ conſenſu fiunt nuptiæ, eſtque hactenus pari jure, cum fœminis adultis, quarum patres diem obierunt.) *Enim vero, ſi ipſa ante plenam pubertatem Sponſalia inſcio patre celebraſſet, hæc Sponſalia irrita ſunt, & quidem adeo, ut ne placatus quidem pater, ſic contracta, valida reddere poſſit,* (unde conſequens, ſi Sponſalia iſta, divortium, aut Sponſi mors conſequatur, adhuc tamen fœminam illam, Sacerdoti nubere poſſe.) Hactenus allata, illuſtrando, Miſchnæ noſtræ aſſerto ſufficere poſſunt, quod ſi quis plura requirat, ea abunde ſuppeditabunt Kidduſchin fol. 41. a. ſeqq. Maimonides Hilch. Iſchut cap. 3. Moſes Kozenſis Præc. Affirm. XLIIX. Schulchan Aruch in parte Even Haëſer, Hilch. Kidduſchin Num. XXXVII.

(6) *Sed fœminæ filiam deſpondendi &c.*] Intellige, ut tam valida, & irrevocabilia ſint Sponſalia, ac ea ſunt, quæ a Patre celebrantur. Interea loci, competit tamen aliqua Matri, imo & Fratribus, ſuam ſive filiam, ſive Sororem, deſpondendi facultas, ſed quæ deinde a deſponſata intra certum tempus, reddi poteſt irrita. Liber שאלות ותשובות מהגאונים id eſt: Quæſitorum a Viris Clariſſimis; & ab his Reſponſorum, p. 28. b. Num. 254. עד כמה הקטנה היתומה שהשיאוה אמה ואחיה יכולה למאן : עד שתהא בת אחד עשר שנה ויום אחד אבל אם שלמו לה י״א שנה ויום אחד ולא מאנה שוב אינה יכולה למאן אלא יצאה בגט : id eſt: (Quæſitus fuit Vir celebris:) *Uſque quo adoleſcentulæ, quam orbam patre, Mater & fratres deſponderunt, poteſtas conceditur, illis ſponſalibus renunciandi?* (Reſponſum eſt ab eo, concedi hanc facultatem) *Quoad implevit ipſa annos XI. & diem unum: Hanc vero ætatem ſimul ac exceſſit, renunciare ei porro Sponſalibus non licet,* (quod ſi autem omnino matrimonium conſummare nolit,) *libello Repudii ad id ſolvendum opus eſt.* Sed, hæc errore magno laborant. Non enim quoad annos tantum undecim diemque unum nata eſt puella, facultatem ipſa habet renunciandi Matris, Fratrumque, ſuo nomine contractis ſponſalibus, ſed omnino annum integrum iſti termino annumerare, & ad pubertatem uſque puellæ, hanc licentiam extendere oportet. Fortaſſe ſolo Librariorum vitio cum ב״י ſcriptum eſſet, in י״א & אחד עשר id degeneravit. Nam res cæteroquin dubio caret. Maimonides Hilch. Geruſchin c. 11. §. 1. עד מתי תהיה הבת ממאנת כל זמן שהיא קטנה עד שתהיה נערה id eſt: *Quamdiu licet puellæ renunciare Sponſalibus? Omni eo tempore, quo in pueritia conſtituta, uſque dum exiſtit* נערה. At hoc fieri anno duodecimo, dieque uno impletis, cum pili ſaltem duo, in loco debito ſe exerunt, nemo harum literarum tam rudis eſt, qui neſciat. Nec aliter etiam nunc inter Judæos obtinere, teſtis eſt Scriptor recens R. Leon Modena, in libello Hiſtor. de Rit. Hebr. part. 4. c. 4. inquiens: *Una fanciulla picciola, di meno età di dieci anni, orfana ſenza padre, o haueſſe padre, e foſſe gia vedouata, che foſſe ſtata ſpoſata per conſenſo della madre, o fratelli da qualch' uno, e che a lei non piaceſſe, ſin che habbia ſegno di donna doppo dodici anni ed un giorno, gli vien a tempo di rifiutar quel marito, e dir che non lo vuole, di che piglia due teſtimoni, ed eſſi gli ſcriuono queſta rinontia, e con queſto può partirſi da lui, e maritarſi con chi le piace.* Id eſt: Puella parvula, quæ minor eſt decem annis, orba patre, aut ſi habeat patrem, & jam fuerit viduata, cum alicui matris aut fratrum voluntate deſponſata eſt, idque ei diſplicet, quoad veſticeps facta, quod anno duodecimo & die uno exactis, fieri intelligitur, poteſtatem habet rejiciendi illum maritum, dicendique, non ſe eum velle. Hujus rei duos teſtes vocat, qui iſtam Repulſam literis mandant, atque ſic fas huic, ſegregandi ſe ab eo, & ex animi ſententia matrimonium ineundi. Atque ex his, ſimul pateſcit, quibus ritibus renunciatio peragatur. Scilicet, oportet, ut puella Sponſalibus renunciatura, coram duobus minimum teſtibus, qui tum ſe, tum Sponſum, probe cognitos habent, ex ſui animi ſententia dicat, edicatque:

אין רצוני בקידושין שקדשוני אמי או אחי :

Haud mihi Placent Sponſalia quibus mater, (aut *fratres*,) *me deſponderunt*: Atque ſic ejus rei teſtimonium concipere Teſtes ut jubeat. Nec mora, Teſtes inſtrumentum Renunciationis conficiunt, ſolemni, & antiquiſſima Formula, quam Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Gittin cap. 11. & Maimonides quoque, loco paulò ante indicato, exhibent:

נט מיאון :

בכך בשבת כך וכך יום לחדש פלוי שנת כך וכך למנין פלוי מיאני פלנית בת פלוני בפנינו ואמרת שאמי או אחי הטעוני והשיאוני או קידשוני ואני קטני לפלוני בר פלוני והשתא גיליתי דעתי קדמיכון דלא צבינא ביה ולא קאימנא עימיה ובדקנא פלונית דא ואתבררה לנא דעדין קטנה היא וכתבנא והתמנא ויהיבנא לה לזכות ולראיה ברורה :

פלוני בר פלוני עד :
פלוני בר פלוני עד .

INSTRUMENTUM RENUNCIATIONIS SPONSALIORUM.

Die Hebdomadis N. Dieque Menſis N. N. Anno N. computationis N. renunciavit coram nobis Sponſalibus N. Filia τῦ N. dixitque: Mater mea, (vel *Fratres mei*,) *obligarunt me, elocarunt me, & deſponderunt me, quæ impubes ſum τῦ N. Filio τῦ N. Nunc vero vobis mentem meam declaro, non placere mihi iſtum hominem, nec cum eo me victuram. Cæterum, exploravit nobis N.* (fœmina honeſta, habitudinem corporis ejus,) *conſtituitque nobis, illam inveſtem eſſe. Hæc igitur ſcripſimus, ſignavimus, illique dedimus, in fidem, & validum teſtimonium.*

N. Filius τῦ N. vocatus teſtis.
N. Filius τῦ N. vocatus teſtis.

Quod reliquum eſt, uti hactenus tantum, de poteſtate, quæ Matri, aut Fratribus, in Filias, Sororeſque, Patre earundem mortuo competit, ſermonem fecimus; Ita, An ſuperſtite adhuc Patre, ſed peregre profecto, Matri, vel Fratribus idem jus naſcatur? parum liquet Judæis, & in ea re adhuc diſputant: Even Haëſer Hilch. Kidduſchin p. 15. col. 2. קטנה שהלך אביה למדינת הים שהשיאוה אחיה ואמה הוו קדושין וצריכה מיאון וכי אתי אביה לא בעיא קדושין אחרי׳ וי״א שאינם קידושין ואפילו מיאון אינה צריכה : Id eſt: *Si filiolam parvulam, cujus Pater in longinquam abiit Regionem, Mater, ejuſque fratres deſpondeant, juſta ſunt Sponſalia, ita ut ad ea irrita reddenda requiratur, filia olim ut teſtatò renunciet: atque ſi redeat Pater, novis Sponſalibus haud opus eſt. Sunt tamen aliqui, qui hæc Sponſalia pro nullis reputant ita, ut ne quidem ipſa deſponſata, iiſdem renunciare cogatur.* Sed huic quidem controverſiæ decidendæ, judicem cœlitus ſibi obventurum, Judæi fortaſſe præſtolantur.

(7) *Vir nudus lapidibus obruitur &c.*] Celebris Vir, Hugo Grotius, ad Johannis cap. VIII. commentans, explicaturus Lapidationis apud Hebræos ritum, non ſatis diſcrimen hoc obſervavit, ait enim nude, & indifferenter: *Statuebatur vir aut mulier, nuda parte aliqua, & manibus vinctis, in catasta alta, quantum bis fere mediocris hominis ſtatura.* Clarius, & diſtinctius, docebimus totam rem, ex Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mammon. Unephaſch. cap. 6. כך מצוה הנסקל בית הסקילה גבוה שתי קומות היו מפשיטין המחוייב סקילה בגדיו רחוק בית הסקילה ד׳ אמות ומכסים ערותו לפניו ואין האשה נסקלה ערומה אלא בחלוק אחד : Id eſt: *Sic de Sontibus, ſumtum fuit Lapidationis ſupplicium. Locus Lapidationis, altus erat, hominis ſtaturam geminam. Huic vero pœnæ deſtinatum, veſtibus exuebant, cum quatuor cubitos, ab illo loco abeſſet, velatis tamen ejus anterioribus. At Fœmina nequaquam nuda, ſed interulam aliquam induta, lapidibus obruitur.* Cum hæc tam bene ſe habeant, & non poſſint non grata eſſe cordato Lectori, addam ex eodem præſtantiſſimo Codice, quæ porro ad hunc ritum pertinent, ut omnia teneat. ועולה לבית הסקילה הוא ועדיו וידיו אסורות ואחד מן העדים דוחו על מתניו והוא נהפך ונופל על לבו בארץ אם מת בזה יצא ואם לאו מת מדחיפה זו מגביהין העדים האבן שהיתה מונחת שם משא שני אדם והעד השני מרפה ידיו ומשליך האבן על לבו אם מת בזה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שני יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה : Id eſt: *Reus*, (exutus veſtibus,) *aſcendebat locum Lapidationis, ſuis, comitatus teſtibus, manus habens ligatas. Ibi unus teſtium, dato lumbis*, (rei hominis) *impulſu valido, ut ſeſe vertens, prono corpore in terram decidat, efficit. Si moriebatur* (hoc lapſu,) *acquieſcendum erat: quod ſi vero vitæ quid eſſet reliquum, tollebant Teſtes lapidem, qui ibi in eum finem jacebat, & non niſi a duobus hominibus elevari poterat, atque hunc alter teſtium in reum demiſit: Sic extincto homine, ſupplicium peractum erat: animam vero adhuc agente, omnis adſtans multitudo lapidibus ad necem uſque illum petebant: ſic enim S. E.* (Deut. XVII, 7.) Manus teſtium primum eſto contra eum, ut morte afficiant eum; poſtea vero manus totius Populi. Confer Miſchnam Sanhedrin c. 6. §. 4. Maimonidem Hilch. Sanhed. cap. 15. & Moſen Kozenſem fol. 188. col. 3. e quibus Autor Codicis noſtri, ſua eſt mutuatus.

(8) *Vir ſuſpenditur, fœmina non item.*] Pergimus liberales eſſe; ex eodem MS. communicaturi, quæ ad hanc quoque rem illuſtrandam pertinent: מצות עשה להלות המגדף והעובד ע״ז שני כי קללת אלהים תלוי הרי מגדף ועובד ע״ז נאמר את ייי הוא מגדף והאשה אינה נתלית שני באיש חטא אבל כל ארבע מיתות איש ואשה דנין וכן מצוה הנתלין אחר שסקלוהו משקעין קורה בארץ והעץ יוצא ממנה ומקיפין שתי ידיו זו לזו ותולהו סמוך לשקיעת החמה ומתירין אותו מיד ואם לא עשו כן עוברין בלא תלין נבלתו אין תולין על אילן המחובר לקרקע רק על התולש שלא יהיה מחובר קציצה שהעץ שנתלה עליו נקבר עמו שלא יהיה זכרון רע ואמרו זה העץ שנתלה עליו פלוני וכן האבן שנסקל בה וסייף שנהרג בו ההרוג וסודרין שחונקין בהן הכל נקברין במקום הנהרג אבל לא נקבר (Non dubito, corruptam eſſe hanc vocem, legendumque בקבר) עצמ׳ מצוה : id eſt: *Inter Aientia Præcepta, eſt quoque illud, ut blaſphemi & idololatræ ſuſpendantur.* S. E. (Deut. XXI, 23.) Nam blaſphemiam Dei, (qui facit) ſuſpenſus eſto: *Quibus verbis aperte blaſphemus innuitur. Atque de idololatra quoque* (Num. XV, 30.) *dicitur, quod*, Dominum blaſphemet. (Sequitur igitur, par utriuſque eſſe ſupplicium.) *Cæterum fœmina*, (etſi horum criminum rea eſt, tamen) *non ſuſpenditur, quippe* (Deut. XXI, 22. ubi de ſuſpenſione ſermo inſtituitur) S. E. Cum erit in Viro peccatum; (quod, Scripturam fœminas excluſas velle, indicio eſt.) *Interim, quantum ad quatuor illa ſupplicia, quibus perimuntur ſontes, attinet, iiſdem tam viri quam fœminæ indiſcriminatim affici debent. Sic vero peragitur Suſpenſio. Poſtquam* (homo blaſphemus, aut idololatra) *lapidatione enectus eſt, defigitur trabs in terram, e cujus latere lignum quoddam prodit, ex eo per manus inter ſeſe junctas prope occaſum Solis ſuſpenditur cadaver, & mox iterum tollitur, id enim niſi fiat, violaretur interdictum* (Deuter. XXI, 23.) Ne pernoctato cadaver ejus. *Non facienda ſuſpenſio, in arbore, quæ in ſolo radicata eſt, ſed tantum in pridem evulſa, ne reſectio vitium pariat, arbor enim in qua pependit cadaver, cum eodem illo ſepelienda eſt, ne rei male ominatæ extet memoria; dicantque prætereuntes: Hæc eſt illa arbor, in qua N. fuit ſuſpenſus. Atque ſic lapis, quo lapidatio, & gladius, quo capitis præciſio, & Sudaria quibus ſtrangulatio, peractæ ſunt, ſepeliuntur, haud procula cadavere*, (& in quatuor ulnarum ejus circuitu,) *ipſi tamen ſepulchro, in quo cadaver conditum eſt, hæc non inſeruntur.* Iterum juvabit, conferre Smag, & Maimonidem, locis ſupra indicatis, itemque Miſchnam Sanhedrin dicto cap. 6. §. 4. Et vero, in Miſchna hac, R. Elieſer, contra communem Doctorum opinionem, non viros tantum, ſed & fœminas ſuſpenſas fuiſſe aſſerit, eo tamen diſcrimine שהאיש תלין

אותו פניו כלפי העם והאשה פניה כלפי העץ id eſt: *Ut Mas ſuſpenſus fuerit, faciem populo obverſus, Mulier, faciem converſa ad arborem*: Sed huic ſententiæ ab omnibus reclamatum eſt, definitumque non niſi in maribus ſuſpenſionem locum inveniſſe, unde id in Miſchnam noſtram fuit tranſlatum. Deciſionis hujus cauſa quærenda in illo Deut. XXI. 22. ותלית אותו Et ſuſpendes *ipſum*: Ubi vox *ipſum* de fœmina accipi non poteſt. Hactenus dicta, liquidò oſtendunt, quantus magnorum Virorum error ſit, qui antiquitatis Judaicæ ignari, ſuſpenſionem, in crucifixionem commutarant, omnino perſuaſi crucis ſupplicium apud eam gentem moribus inſtitutiſque Majorum fuiſſe receptum; adverſus quos Exerc 16. in Annal. Baron. Num. 77. diſputanti Caſaubono, hæc noſtra ferent ſuppetias, ſi evocentur.

(9) *Vir ob furtum admiſſum venditur*] Codex noſter MS. Ez Hechajim non poteſt ſatis laudari, ecce rurſus in eo Hilch. Gonev Mammon c. 1. ad hæc declaranda, præſidium. קרן וכו"דה משלם כמטלטלין אין לו נכסין ממטב שדהו אין לו כלום ב"ד מוכרין אותו ויתנו דמיו לנגנב שנ' ואם אין לו ונמכר אין אשה נמכרת אין גנב נמכר על כו"ה רק על הקרן הקרן מאה ודמיו נ' נמכר ושאר הקרן עם כו"ה חוב עד שיעשיר דמיו מאה ואחד אין נמכר בגניבתו שיהיו כל דמיו נבלעין בגניבתו גנב ונמכר וגנב עוד לראשון יהיה הכל חוב ולא ימכר לשאר אנשים ואפי' למאה זה אחר זה נמכר מאה פעמים גנב לזה ועוד לזה ועוד לזה ודמיו כנגד קרן שלשתן או פחות נמכר ומחלקין ושאר הכפלות חוב דמיו יתר לא ימכר והכל חוב שותפין שגנבו כאחת משלשין ביניהם וכל אחד נמכר בחלקו מן הקרן וכל שדמיו יתר על הקרן חלקו אין נמכר: Id eſt: (Fur, furti convictus) *reſtituit ſortem*, (ſive rem ablatam,) *& duplam, quadruplam, aut*, (pro circumſtantiis admiſſi facinoris,) *quintuplam etiam æſtimationem, ex bonis ſuis mobilibus. Si his careat, ejus quod inter immobilia bona optimum eſt, fieri debet auctio Si nihil prorſus habeat, Magiſtratus loci eum vendit, & pretium illius dat domino rei ablatæ, ſecundum id quod* S. E. (Ex. XXII, 3.) Si non eſt ei, vendatur. *Fœmina* (ob admiſſum furtum,) *non venditur; quin nec Vir venditur, ob duplam, quadruplam aut quintuplam æſtimationem, ſed tantum propter Sortem. Si Sors æſtimetur*, (exempli gratia, aureis) *centum, atque fur æſtimetur quinquaginta, vendendus eſt, ob reſiduum autem ſortis, cum dupla, quadrupla, aut quintupla æſtimatione, tamdiu in ære manet, quoad diteſcat. At ſi pretium furis, ſint aurei centum & unus, non vendi debet, nam* (ut venditio locum habeat,) *oportet ut totum furis pretium, in furtivæ rei æſtimatione abſorbeatur*, (nihilque ex eo ſuperſit.) *Si is qui poſt furtum admiſſum venditus erat*, (libertati poſtliminio reſtitutus) *iterum, eidem cui olim res ſubduxit, furtum faciat*, (porro haud venditur, ſed donec rem paret,) *manebit debitor. Quod ſi idem, alii quid furetur*, (vendendus eſt,) *atque ſi centies, ex intervallis*, (apud diverſos patresfamilias clepſerit,) *centies venit. Si quis & huic, & iſti, & illi* (eodem tempore) *furetur, atque furis pretium, ſortem rerum ablatarum æquet, aut minus ſit, vendi debet, atque æqua facienda diviſio, ob pœnales vero æſtimationes, permanet obæratus. Si furis pretium majus ſit, pretio rerum ablatarum, haud vendere eum licet, ſed totum debitum illi credendum. Si* (fures tres,) *facta ſocietate, ſimul furentur*, (rei ablatæ pretium) *inter ipſos æqualiter dividendum eſt, atque eorum quiſque ob partem ſortis quam luere cogitur, vendendus; ſed ſi alicujus horum pretium, amplius ſit, ea portione ſortis quæ ſe tetigit, vendi prohibetur.* His conſona ſunt apud Maimonidem Hilch. Geneva c. 3. Schulchan Aruch parte Choſchen Miſchpat p. 119. col. 2.

(10) *Fœmina ob furtum &c.*] Iis quæ in hanc rem jam modo attulimus, addendum Maimonidis dictum, Hilch. Avadim c. 3. §. 6. אין האשה נמכרת בגניבתה וכן אינה מוכרת את עצמה ואינה קונה לא עבד עברי ולא עבד כנעני מפני החשד. id eſt: *Fœmina ob commiſſum furtum non venit, pariter nec ſeipſam venundare poteſt. Eadem, nec Servum Hebræum, aut Cananæum ſibi emit, vitandæ ſcilicet ſiniſtræ ſuſpicionis cauſa.* Cæterum, neque hoc, de fœmina ob furtum non vendenda, Magiſtri temere ſtatuiſſe videri volunt, cauſando Ex. XXII, 3. בגניבתו diſerte legi, atque huic verbo quod affixum eſt, tantum ad mares attinere.

(11) *Nequis*] Dictum eſt hactenus, de differentiis, quæ intercedunt, inter Virum & Fœminam, quare, non alienum a propoſito eſt, ex Miſchnæ Biccurim cap. 4. nunc porro docere, quid boni de Androgyno qui & virili & muliebri ſexu, ex æquo præditus eſt, Hebræorum Jure conſulti cenſeant. Atque tanto majus operæ pretium referemus, quia illud caput, in Talmudis omnibus, Miſchnæ quoque pleriſque, quas nobis tractare licuit, Editionibus, abeſſe deprehenditur, nec a quoquam Commentatorum, quod equidem ſciam, fuit explicatum. Quia igitur nihil, in Rabbinis mihi præſidii, fatendum prius ingenue, occurrere hic quaſdam difficultates, & contradictionem quoque apertiſſimam, in quibus explicandis conciliandiſque, non perfunctorie defatigatus ſum. Fortaſſe idem quiſque experietur, qui remota noſtra verſione, novæ concipiendæ, volet facere periculum. Unde apud rerum benignos æſtimatores, ignoſcendi dabitur locus, ſi me alicubi lapſum ſentient. Ea ſpe fretus, jacio aleam.

אנדרוגינוס יש בו דרכים שוה לאנשים ויש בו דרכים שוה לנשים ויש בו דרכים שוה לאנשים ונשים ויש בו דרכים אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים כיצד שוה לאנשים מטמא בלובן כאנשים וזקק לייבום כאנשים ומתעטף ומסתפר כאנשים ונושא אבל לא נישא כאנשים וחייב בכל מצות האמורות בתורה כאנשים: כיצד שוה לנשים מטמא באודם כנשים ואינו מתייחד עם האנשים כנשים ואינו עובר על בל תקיף ולא על בל תשחית ולא על בל תטמא למתים כנשים ופסול מן העדות כנשים ואינו נבעל בעבירה כנשים ונפסל מן הכהונה כנשים: כיצד שוה לאנשים ולנשים חייבים על מכתו ועל קללתו כאנשים וכנשים והמתודו שוגג גולה ומזיד נהרג כאנשים וכנשים ויושבת עליו דם טמא ודם טהור כאנשים וכנשים וחולק בקדשי קדשים כאנשים וכנשים ונוחל לכל הנחלות כאנשים וכנשים ואם אומר הריני נזיר שוה (Sic eſt in Miſchna Amſtelodamenſi, quæ vocales adſcriptas habet, ſed præfero שזה prout legitur in editione cui Bartenora & Maimonides adduntur.) איש ואשה הרי זה נזיר: כיצד אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים אין חייבים לא על מכתו ולא על קללתו לא כאנשים ולא כנשים ואינו נערך לא כאנשים ולא כנשים ואם אומר הריני נזיר שוה (Iterum malo legere שזה) לא איש ולא אשה אינו נזיר Id eſt: *Androgynus, in quibuſdam caſibus reputatur pro Mare, in quibuſdam pro Fœmina: In quibuſdam caſibus cum utriſque, in quibuſdam cum neutris participat. Qui ſunt illi caſus, in quibus reputatur pro Mare? Scilicet: Ex gonorrhœâ immundus redditur, uti mares. Fratris ſine prole maſcula defuncti viduam, Leviratus jure ducit, aut ſi ipſe orbus filio diem obeat, ejus uxor ſuperſtes, Leviratus jure ducenda eſt, in quo & ipſo mares imitatur. Porro, virili utitur veſte, atque virorum inſtar comam barbamque detondendi jus habet. Amplius, ducit uxorem, neque ipſe ducitur, quod iterum cum maribus ei commune eſt. Denique virorum inſtar, ad implenda omnia Divinæ Legis præcepta obligatur*, (cum fœminæ a multis, præcipue quæ Ajentium numero ſunt, immunitatem habeant.) *Qui ſunt illi caſus in quibus Androgynus reputatur pro Fœmina? Cum ſanguinis fluxum patitur; pollutus habendus eſt, uti fœminæ. Non licet ei ſolo cum maribus morari, prorſus uti nec fœminis idem facere licet. Ad Androgynum non attinent interdicta*, (quibus Deus Levit XIX. 27.) *angulos capitis, angulosque barbæ præſcindere ac radere vetat: quæ & ipſa ad mulieres nihil attinent.* (Si Sacerdote genitus ſit Androgynus,) *filiarum quas Sacerdotes procrearunt, inſtar, mortuis ſeſe promiſcue polluere ei licet. Eſt porro Androgynus ineptus ad dicendum teſtimonium, plane uti fœminæ. Sunt quoque Androgyno dictæ omnes leges, quæ Levitici* XX. *inhoneſtos muliebres concubitus concernunt, ne quid turpe in ſe admittat, uti quoque fœminis in ſcelus conſentire nefas eſt. Adde* (quod Sacerdote genitus Androgynus,) *miniſteriis ſacris in templo non fungitur, a quibus arcentur & fœminæ. Qui ſunt illi caſus, in quibus & cum Maribus & cum fœminis Androgynus participat? Si quis Androgynum percutiat, ſecundum leges* Exodi XXI, 18. ſeqq. *deſcriptas, judicandum erit, & quæ obtinent, ſive virum ſive fœminam quis percutiat. Itemque ex lege* Levit. XIX, 14. *non imprecandum Androgyno, qua ipſa, & viris & fœminis imprecari prohibemur. Qui Androgynum caſu occidit, in civitatem aliquam refugii exulatum ire debet, ſed qui data opera*

Andro-

Androgynum vita privat, morte afficiendus eſt, quod idem tam in fœminarum quam marium, ſive forte, ſive ex deſtinatione factis cædibus, obſervatur. Si quem Androgynum mater peperit, præceptis puerperii, quæ Levit. XII. de diebus immundis atque de diebus purgationis ſanguinis, habentur, mos gerendus eſt, plane uti cum marem aut fœminam, quæ mulier enititur, obſervatio dierum immundorum & purificationis exigitur. (Veriſimile vero eſt, dies immundos XIV. & purificationis XXX. puerperam quæ Androgynum edidit, computare debere, ut legi utrique præſtetur obſequium, & maximus numerus dierum immunditiei, ex lege attinente ad puellarum, & minimus dierum purificationis, ex lege attinente ad puerorum procreationem, capiatur.) *Porro herciſcundæ familiæ Androgyno jus eſt, prorſus uti virilis aut muliebris ſexus liberis cæteris. Tandem ſi quis* (Androgynum intuens,) *dicat:* Nazyræatum voveo, iſtum & virum eſſe, & fœminam. *Tum qui hæc protulit, Nazyræus eſſe cogitur. Qui ſunt illi caſus, in quibus Androgynus nihil, nec cum viris, nec cum fœminis participat? Si* (pater) *ſit Androgynus, tum qui eum percutiunt, aut qui ei maledicunt* (liberi,) *ſupremo ſupplicio affici non debent, quod quidem Androgynus proprium & peculiare habet,* (nam liberis cæteris tale quid adverſus parentes audentibus, ob Leges Divinas, Ex. XXI, 15, 17. literis conſignatas, id capital fuerit.) *Sed nec Androgyni ulla eſt æſtimatio, ac proinde attinent ad eum quæ Levit. XXVII. de virorum & fœminarum æſtimatione proponuntur. Poſtremo, ſi quis dicat:* Nazyræatum voveo, iſtum nec virum eſſe nec fœminam: *Tum, qui hæc protulit, a Nazyræatu liber eſt ac immunis:* (proprie enim nec vir eſt Androgynus, nec mulier, ſed ſimul utrumque.)

Olim, cum inter cætera oſtenta, Androgynus Romæ natus, eſſet, ibi Livii l. 27. Hiſtor. c. 13. teſtimonio, id prodigium majoribus hoſtiis procuratum, & ſupplicatio circa omnia pulvinaria, & obſecratio in unum diem, indicta: & decretum, ut C. Hoſtilius Pr. ludos Appollinis, ſicut iis annis voti factique erant, voveret faceretque. Alio tempore, quod eſt apud eundem Livium l. 31. c. 12. nati Androgyni, extemplo in mare deportari juſſi ſunt: Tanta apud Romanos Androgynorum erat exſecratio. Sed nos, nihil ſiniſtri ominamur, etſi cum Androgyno multum negotii nobis interceſſit, eumque hujus capitis conſtituimus colophonem.

פרק ד ארוסה ושומרת יבם לא שותות ולא נוטלות כתובה שנאמר אשר תשטה אשה תחת אישה פרט לארוסה ושומרת יבם אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל ובת ישראל לממזר ולנתין לא שותות ולא נוטלות כתובה:

Caput 4. (1) Deſponſata, aut Levirum exſpectans, (*ſi contra Sponſi, vel Leviri preceptum, cum eo, cujus familiaritate interdicebantur, quid clandeſtini negotii habuiſſe, deprehenſa ſint;*) nec bibunt (*aquas amaras,*) nec (2) dotem accipiunt. Q. S. E. (Num. V, 29.) *Cum declinaverit mulier, a viro ſuo.* (*Eſto*) Regula: Deſponſata, Levirum exſpectans, (3) Vidua (*nupta*) Summo Pontifici; (4) repudium aut exhibitionem calcei paſſa, (*nupta*) Sacerdoti gregario; (5) Notha mulier, aut (6) Nethinæa, (*nupta*) Judæo; filia denique Judæi, nupta homini notho, vel Nethinæo; (7) neque (*aquas*) bibunt, (8) neque dotem accipiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ארוסה *Deſponſa*, in quam ſponſus zelotypiam exercet, quando deſponſa eſt. ושומרת יבם *& expectans Levirum*, in quam levir exercet zelotypiam. לא שותות *non bibunt*, quia eas ſcriptura excipit.

ולא נוטלות כתובה *Et non accipiunt dotem*, quæ illi ipſi in cauſa prohibitionis fuit, eo quod occultavit ſe poſt zelum, quia a zelo & prohibitione non excluſa eſt, uti ſcriptum eſt Num. 5, 12. דבר אל בני ישראל וגו' ad includendum deſponſam, & eam quæ expectat levirum in zelum. תחת אישה *ſub viro ſuo*, loquitur ergo ſcriptura de uxore cum marito cohabitante, non de ea quæ repudiata, aut expulſa eſt. ונתינה *& Nethinæa*, e Gibeonitis, cujuſmodi interdictum eſt intrare cœtum. לא שותות *non bibunt*, quia ſcriptura tantum loquitur de ea quæ legitima eſt ad matrimonium, uti dicit Num. 5, 29. כי תשטה אשה Ergo de ea quæ legitima eſt marito in uxorem, loquitur Scriptura, & excipit viduam pontifici maximo nuptam. ולא נוטלות כתובה *neque dotem accipiunt*, etſi reliquæ viduæ pontifici maximo nuptæ exigant dotem ſuam, uti exponitur in tractatu Cetubhot, hæc tamen non accipit dotem, quia occultatio illi fuit in cauta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In futurum tibi exponetur, quod, poſtquam homo adoleverit, ſi iniverit coitum illegitimum, quocunque modo id factum fuerit, aquæ amaræ non dant experimenta ſua in uxore illius. Propterea vidua pontifici maximo nupta, ſimileſve mulieres, in quas maritus exercuerit zelum, eo quo expoſuimus modo, exeunt ſine dote matrimoniali, quia illis cedit dos matrimonialis, etſi matrimonium earum ſit illegitimè contractum, uti expoſitum eſt capite undecimo tractatus Ketubhot.

WAGENSEILIUS. (1) *Deſponſata*] Quare Deſponſata, quæ ſe cum alio, contra Sponſi interdictum, ſuſpectam reddidit, ad aquas amaras bibendas, adigi haud poſſit, ratio redditur in Jebamot fol. 58. a. מבלעדי אישך מי שקדמה שכיב' בעל לבועל ולא שקדמה שכיבת בועל לבעל Id eſt: (Sacerdos imprecando Sotæ, ſignanter uſus eſt verbis: Si indiderit in te concubitum ſuum) præter virum tuum. (Exinde colligimus, ad potionandam Sotam, requiri) *ut præceſſerit concubitus mariti, adulteri concubitum, quodque ſi contrarium fiat* (aquis amaris nullus locus ſit.) At, dicat quis: Quorſum igitur interdicto opus, ſi ejus violationem, aquarum amarum potatio non conſequitur? Reſpondet R. Papa in Gemara noſtra: להשקותה כשהיא נשואה Id eſt: (Hoc conferre interdictum) *ut olim poſt contractas nuptias,* (iterum ſuſpectam redditam,) *potionare maritus,*) (& caſum eorum, quæ conjugium præceſſere, involvere poſſit.) Vide ſupra Miſchnam c. 2. §. 5. Sed & jacturam dotis inferebat, interdicti tranſgreſſio, cæteroquin a Sponſo, ſi repudium Sponſæ dare vellet, numerandam. Quæ vero de Deſponſata a nobis dicta ſunt, eadem, ad illam, quæ Levirum præſtolatur, ob juris paritatem, producere oportet.

(2) *Dotem*] Aliter, Dotis vocabulum, accipiendum eſt, cum de Romanorum, aliter, cum de Hebræorum Civili jure, loquimur. Populi Romani Quiritium leges, dotem Sponſæ imperant, afferendam marito, ut onera matrimonii, tanto æquius ſuſtineat: tot. tit. D. de jure Dot. & aliis locis innumeris. At, apud Judæos, Dotem, in Scriptura מהר Magiſtris כתובה dictam, Sponſus ut conſtitueret, neceſſe erat, nihil in vicem rependente Sponſa. Unde Sichem Gen. XXXIV, 12. petit ſibi quamvis imponi dotem, modo, ut amata Dina potiatur: & David pauperior, centum præputia Philiſtæorum, Sauli ſic poſtulanti, pro dote filiæ obtuliſſe legitur 1 Sam. XVIII. Si quas vero facultates Sponſa ſecum, in mariti domum afferret, eas tenebat ut peculium, hiſque Magiſtri, nomen נכסי מלוג impoſuerunt.

Majorum inſtitutis, etiamnum inſiſtunt Judæi, atque quia ex Deut. XXII, 29. colligunt, dotem antiquam virginum, fuiſſe Siclos quinquaginta, ſive denarios ducentos, ne in eo quidem, vel hilum ab antiquorum conſuetudine recedunt, ſed cuivis virgini, tantundem quiſque Sponſus, in dotali inſtrumento, pro Dotis, ut ita loquar, Sorte, pollicetur, ita tamen, ut auctarii loco, pro divitiarum modo, quidvis ei ſuperaddere liceat. Ex qua re, illud præter cætera, commodum, promanare Judæi vulgo dictitant, ut omnium virginum ſuarum, æqua ſit conditio, nec ulla magis ſe, quam alias, dotatam fuiſſe, jactare queat. Sed, de his, porro quædam exactius docenda, ex optimi Codicis noſtri MS. Ez Hechajim Hilchot Cſubba, e quibus, hinc inde, quædam, quæ ad propoſitum maxime faciunt, excerpſimus. אסור לשהות עם אשתו שעה אחת בלא כתבה שלא תהא קלה בעיניו להוציאה וכל הפוחת ממאתים דינר ומנה לאלמנה ממטבע שיש שבעה חלקים נחשת וחלק אחד כסף שיש בסלע חצי זוז כסף שכל המאתים עולין לעשרים וחמשה דינרי כסף שמשקל כל דינר כ"ו שעורים והמנה עולה לשנים (Male hic omittitur vox עשר quam ſuppleo ex Maimonidis Hilch. Iſchut c. 10. §. 8.) דינרי כסף ומחצה בעילתו בעילת זנות וזה נקרא עיקר כתבה ואם ירצה יוסיף אפי' עד אלף ודין התוספת והעיקר שוין לרוב דברים וכל מקום שני כתבה סתם הוא עיקר: Id eſt: *Nefas eſt, morari cum uxore, vel horam unicam, nondum conſtituta dote, ne contemta ſit, & repudio cauſa præbeatur: atque qui* (virgini,) *minus ducentis denariis, viduæ, minus Minâ* (ſive denariis centum) *conſtituit, is ſtuprum committere videtur.* (Cæterum, Denarii iſti, non accipi debent, de moneta plane argentea, ſed de communi, cujuſque temporis locique,) *& quidem tali, quæ habeat ſeptem partes æris, & unam argenti valentem dimidium Zuſæ.* (ſive Taleri partem decimam ſextam,) *ut ita ducenti iſti denarii, efficiant omnino XXV. denarios argenteos, quorum cujuſque pondus XXVI. grana hordeacea. Mina vero, efficit denarios XII. cum dimidio, hujus generis. Summa, quam expreſſimus, vocatur Sors Dotis, cui, ſi quis velit, etiam mille ſupperaddere poteſt; eſtque hujus auctarii, & ipſius ſortis, plurimum æqualis ratio, ſed quoties Dotem ſimpliciter dicimus, Sors intelligi debet.* Porro: הנושא בתולה שנתארמלה ונתגרשה ונחלצה מן האירוסין כתבתה מאתים מן הנשואין כתבתה מנה שנשארה בבעולה נשא בתולה משוחררת גיורת שבויה שנשתחררה ונפדית ונתגיירה פחות מבת שלש שנים ויום אחד כתבתן מאתים בנות ג' שנים ומעלה אע"פ שהן בתולות יען שחזקת שפחה ונכרית ושבויה לבעל כתבתו מנה אפילו ידוע שהן בתולות: Id eſt: *Ducens virginem, cujus Sponſus diem obiit, aut, quæ repudium paſſa eſt, aut, quæ jure Leviratus calceum accepit, ſi quidem caſuum illorum quis, poſt nuda accidit ſponſalia, ducenti Denarii in dotem conſtituendi ſunt: ſed, ſi poſt deductionem in thalamum,* (etiam nullo inſequente concubitu, caſus ſucceſſerit, tum, ex prædictis aliquam ducenti,) *ſolam Minam conſtituere licet: nam conſecratæ, pro vere conjugatis habentur. Qui ducit virginem libertam, proſelytam, aut olim ab hoſtibus captam, ſi quidem illa ſive liberta, ſive ex captivitate redemta, ſive ad judaicam religionem converſa, minor ſit annis tribus, & die uno, Denarios ducentos in dotem accipit: verum, ſi hanc ætatem impleſſe, aut etiam exceſſiſſe deprehenditur, etiamſi virginitatis ſit incorruptæ, tamen quia ancilla, filia τῶν ἔξω, & captiva, vitiata eſſe præſumitur, non niſi Minam accipit, ſi maxime virginem illam eſſe, omnibus ſit notiſſimum.* Amplius: אין הכתבה נגבית עד לאחר מיתת הבעל או אם גרשה ותקנת חכמים שנגבית מזבורית שבנכסיו ולא תגבה משבח ששבחו נכסים לאחר מיתת הבעל ולא משבח שהשביח הלוקח אע"פ שבעל חוב גובה השבח ואם בכתבתה סתם נוטלת בפחותה שבמטבעות שאם נשאה במקום אחד וגירשה במקום אחר ומעות מקום נשואין טובים יותר נותן מעות מקום גירושין מקום גירושין טובים נותן במקום נשואין אבל אם פירש בכתבתה ממטבע ידוע בין בעיקר בין בתוספת הרי הוא כדין המלוה חבירו ממטבע ידוע שנותן לו כמה שהלוהו: Id eſt: *Dos non exigitur, niſi poſt mortem mariti, aut poſt divortium; atque conſtituere Sapientes, ut* (mulier de dote agens,) *ſatisfactionem tantum petere poſſit ex fundis, & iis quidem deterrimis, nec petere poſſit id, quod ex facultatibus mariti, poſt mortem ejus, fundo adjectum, ut melior redderetur, aut, quod emtor bonitatis adjecit, etſi debitores alii, etiam augmenta,* (vulgo meliorationes dicuntur,) *vindicant. Quod ſi in inſtrumento dotali, ſimpliciter fiat mentio pecuniæ, deteriore contenta eſſe cogitur: Itaque ſi alio loco Nuptiæ factæ ſint, alio fiat repudium, atque moneta loci nuptiarum, ſit probior, ſolvitur dos, nummis valentibus in loco divortii. Contra ſi probior ſit moneta loci, in quo repudium patitur fœmina, ex moneta loci nuptiarum fit ſolutio. At, ſi in inſtrumento, quantum ſive ad ſortem, ſive ad auctarium dotis attinet, certa nummorum ſit expreſſa ſpecies, tum idem hic quod in mutuo obtinet, tantum enim illum, qui mutuum accepit, reddere, quantum alter dedit, inter omnes manifeſti juris eſt.* Oportet quid addamus, de mulieris peculio. כל נכסים קרקע ומטלטלים ועבדים שמכנסת אשה לבעלה אע"פ שנכתבים בכתבה אין נקראין כתבה אלא נדוניא ואם קבלם הבעל באחריות ואם פחתו לו והותירו הותירו לו נקראין נכסי צאן ברזל ואם לא קבלם באחריות או שלא הכניסתם לו או נפלו לה בירושה משנתארסה אם פחתו והותירו פחתו והותירו לה הכל נקראין נכסי מלוג וכל נכסים אלו בין נכסי צאן ברזל בין נכסי מלוג הבעל אוכל פירותיה בחייה ומוציאם מיד הלקוחות אפילו מנכסים שנפלו לה קודם אירוסין כשמכרתם אחר שנשאה אבל לא גוף נכסי מלוג ואם מתה בחיי בעלה יורש הכל ומוציא גוף הקרקע מן הלקוחות בלא דמים ואם הדמים שלקחה בעינו קיימים יחזיר ללקוחות ולא יכול לומר שמא כציאה הם וכל זה בנכסים הידועים לבעל אבל נפלו לה נכסים במדינה אחרת ולא ידע שהם לבעל ומכרה אותן מכרה קיים וכן ארוסה שמכרה קודם נשואין מכרה קיים שאין לבעל בנכסי ארוסתו כלום: Id eſt: *Omnes facultates, quas uxor ad maritum ſecum affert, ſive eæ res immobiles, ſive mobiles, aut ſervi ſint, etiamſi earum in dotali inſtrumento fiat mentio, tamen non* כתבה *ſive Dos ſed* נדוניא *id eſt* παράφερνα *vocantur. Quod ſi maritus, illorum bonorum evictionem receperit, tum omne illorum ſive damnum, ſive lucrum, ejus eſt commodo & incommodo,* (atque hic caſus, voce noſtra forenſi,) *dicitur eſſe, Bonorum Ovium Ferrearum. Si vero evictionem non recipiat maritus, aut, ſi bona illata non ſint, aut, ſi hæres fiat mulier poſt contracta ſponſalia, tum damnum & lucrum, uxoris periculo ſunt, aut emolumento, atque hæc, Bona Depilationis vocantur. Utrorumque autem horum bonorum, ſive Ovium Ferrearum, ſive Depilationis ea ſint, uſumfructum habet maritus, quoad ſuperſtes eſt, & vindicat illa ex manu emtorum, etiamſi, uxori ante Sponſalia obtigere, modo poſt celebratas nuptias, facta venditio: ipſa vero Bonorum Depilationis ſubſtantia, dominio ejus non ſubjicitur. Interim moriente muliere, marito ſuperſtite, ipſe omnium hæres fit, & fundos ab emtoribus vindicat, nullo reddito pretio, eo ſolo caſu excepto, quo nummi perſoluti adhuc ſuperſunt, nec valebit excuſatio, fieri poſſe* (ut iſti nummi non ex venditione mulieris ſuperſint,) *ſed ab ea reperti fuerint. Hæc vero omnia, capienda tantum de bonis marito cognitis, at ſi in regione alia, uxor quid bonorum nanciſcatur, tum emtore neſciente illas res ad maritum pertinere, ſi a muliere fiat venditio, ea rata habetur, quod idem ſentiendum, de rebus a deſponſata venditis, viro enim in eas, quas Sponſa habuit facultates, nullum jus eſt.* Addo, coronidis loco, quod eſt in eodem Codice Hilch. Kidduſchin cap. ult. הכתבה אין עושה נשואין שאם כתב לה ולא נכנסה לחפה עדיין ארוסה היא מת או גירשה גובה עיקר כתובתה ולא תוספת כלל כיון שלא נכנסה אירס ולא כתב לה ומת או גירשה והיא ארוסה אפילו עיקר אין לה: Id eſt: *Inſtrumentum dotale, non facit matrimonium, quamobrem, licet illud ſit confectum, ſi tamen* (ea, quam quis conjugem ſibi expetit,) *in thalamum non ſit deducta, pro Sponſa tantum habetur, ac proinde ſi moriatur* (Sponſus,) *aut eam repudiet, ſortem Dotis ipſa exigit, minime vero auctarium, quia matrimonium haud eſt perfectum. Si quam deſpondeat quis ſibi, non ſcripto inſtrumento dotali, ac moriatur deinde, aut illam repudiet, ante nuptiarum celebrationem, tum ne ſortem quidem Dotes flagitare, ſponſæ permittitur.*

(3) *Vidua nupta ſummo Pontifici*] Magnum Pontificem apud Hebræos, id proprium & peculiare habuiſſe, ut præter fœminas, quas Sacerdotibus quibuſcunque ducere nefas erat, &, de quibus continuo agemus, ipſe ſolus, Viduam in matrimonio habere non poſſet, ex Lev. XXI, 14 concordiſſime, quantum mihi compertum, non tantum Judæi,

ſed

ſed & Chriſtiani colligunt Interpretes. Nec profecto in verbis difficultas eſt, cumque ſenſum in omnium legentium animis ultro progenerant. Atque ad Judæos quidem quod attinet, ſexcentis amplius e Talmude oſtendere poſſem teſtimoniis, nunquam de eo fuiſſe dubitatum, ſed pro tam certa, tamque vera, hanc opinionem habitam, ut de nulla re magis, priſci Sapientes perſuaſi fuerint. Sufficiat Lectorem relegare ad Miſchnæ noſtræ infra c. 8. §. 5. Miſchnæ Sanhedrin c. 2. §. 1. itemque Miſchnæ Maccoth. c. 3. §. 1. porro, ad Gemaram Jebamot fol. 92. a. & præcipue Kidduſchin fol. 77. ſeqq. quæ loca ſi conſulet, vera nos dixiſſe, haud vocabit in controverſiam. Jam, nec inter Recentiores quiſquam eſt, qui diſſentiat, & pro omnibus ſatis clare, ſatis verboſe, loquitur Maimonides in More Nev. p. 507. edit. Buxtorf. Hilch. Iſchut c. 1 §. 7. Hilch. Iſſure Bia c 17. §. 1. ſeqq. Illi addimus Moſen Kozenſem Præc. Neg. CXXIV. hujuſque verba, quia ſua brevitate placent, & ut eis quoque, quibus ad manus libri non ſunt, conſulamus, afferre non pigrabimur: שלא יקח כהן גדול אלמנה שני בפרשה אמר אלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח ושנינו בפרק הבא על יבמתו כהן גדול לא ישא את האלמנה בין מן האירוסין בין מן הנשואין וכהן גדול הוא בין נמשח בשמן המשחה בין מרובה בגדי' ואף משוח מלחמה כדתניא בהוריות פרק אחרון והכהן הגדול מאחיו זה כהן גדול שנמשח אשר יוצק על ראשו בשמן המשחה זה משוח מלחמה ומלא את ידו ללביש את הבגדים זה מרובה בגדים על כלם הוא אומר אחר כן את ראשו לו יפרע ותני אלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח : Id eſt: (E Præceptorum Negantium numero, eſt illud,) *quo Summus Pontifex prohibetur ducere Viduam: Scriptum enim Lev. XXI*, 14. Viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, iſtiuſmodi ne ducito. *Atque docetur in Jebamot, Viduam hic loci accipiendam, tam eam, cujus maritus, quam, cujus Sponſus*, (fato conceſſit.) *Summum quoque Sacerdotem intelligere oportet eum, tum qui oleo ſacro*, (cujus templo primo adhuc ſtante, copia erat,) *unctus, tum, qui ſolis veſtibus pontificalibus*, (quod poſt deſolationem primi templi, cum jam oleum ſacrum non amplius ſuppeteret, fieri neceſſe erat,) *inauguratur; tum quoque eum, qui bello eſt initiatus. Nam ſic, in cap. ult. Horajot docent*: (Verba Levit. XXI, 10.) Sacerdos autem ille, qui maximus eſt fratrum ſuorum: *reſpiciunt Pontificem, qui oleo ſacro unctus: quæ ſuccedunt*: Cujus capiti infuſum eſt oleum illud unctionis: *pertinent ad Sacerdotem unctum bello: poſtremo*: qui conſecravit manus ſuas, ut induat veſtes illas: *hæc innuunt eum, qui ſolis veſtibus ſacris inauguratur. De his omnibus ſequitur deinde*, quod caput non debeant retegere; *pauciſque interjectis*: Quod viduam, aut repudiatam; aut profanatam meretricem, ducere non debeant. His addas licet, Præceptum mox ſequens CXXV. ubi de pœna Pontificis, ducentis, aut comprimentis viduam, inſtituitur diſquiſitio, itemque Præceptorum Ajentium LVII. quod ego attuliſſem, niſi pudor vetaret. Cæterum, de cauſa, cur Pontifici Vidua prohibita fuerit, ſic ratiocinatur Abarbenel Comm. in Leg. fol. 259. col. 4. והאזהרה הזי שחדש כאן בכהן גדול היא שלא יהי שלא ישא אשה זונה וחללה וגרושה אבל גם אלמנה לא יקח אלה בתולה מעמיו והיה זה לפי שהבתולה איננה יודעת איש ולכן נסתפק ברוב ובמעט מהמשגל והעונות ותהיינה כפי רצונו כדי שלא יוכל לעשות כאשה אלמנה שאולי בעלה הראשון הרגילה באופן אחר ובא בקבלה אלמנה וגרושה אפילו [illegible] האירוסין : Horum interpretatio, nullo negotio colligi poteſt, ex illis vernaculæ noſtræ, quæ in Zenna Renna fol. 86. col. 2. habentur: *Der* כהן גדול *muſs ſich viel mehr halten* קדוש *as der* כהן הדיוט *er darf zu kein* מת מטמא *ſein*, אפילו *zu Vatter und Mutter, und darf nit nehmen ein* אלמנה *oder* גרושה *neiert ein* בתולה *Der* פשט *is darum: er ſol nit nehmen ein* אלמנה *oder* גרושה *derwarten, er ſol gewehnen die* בתולה *mit beyſchlaffen, bey ihr, wie es billig is zu einen* כהן גדול *er muſs ſich* בקדושה *halten mit ſein Weib, und wie er die* בתולה *gewehnt, da leſt ſie es bleiben dabey, und leſt ſich begnugen: aber were er ein* אלמנה *oder* גרושה *nehmen, die ſeyn lang gewohnt bey ihren erſten Mann, mit viel beyligen alzeit, und jzundert werdt ſie den* כהן גדול *anreden, zu behefften zu ihr allzeit, dardurch wert kommen der* כהן גדול *zur* עבירה Sic pariter Lipmannus in Nizach. Num. XCIV. כהן גדול שמצווה ביותר נאסר אף באלמנה שיש לה הרהורים על בעלה הראשון ואין טבעה שלם : Id eſt: *Summus Pontifex, a quo maxima exigitur ſanctitas, prohibetur etiam Viduam ducere; nam hæc cogitatione ſubinde priorem maritum revolvit, nec omni ex parte pura eſſe creditur.* Judæorum, de Vidua ſoli Pontifici non ducenda, ſententiæ, accedunt Chriſtiani Doctores communiter, e quibus tantum nominamus Seldenum in Ux. Hebr. l. 1. c. 7. & de Succeſſion. l 2. c. 2. Calixtum de Conj. Cleric. p. 58. Enim vero, veteri huic, & perpetuo Interpretum conſenſu confirmatæ opinioni, unus, niſi fallor, contradixit Hugo Grotius, in iis quæ ad l. 2. de Jure Belli & Pacis cap. 5. §. 6. annotavit, inquiens: *Viduam non ducendam, de Principe Sacerdotis intellexit Philo, & plerique hodie Interpretes, ob ea quæ præcedunt commate 10. & deinceps. Sed, quemvis Sacerdotem intelligi debere, oſtendit Ezech. XLIV. 22. & in explicatione Legis, ut & contra Appionem prima, Joſephus. Connectenda ergo Lex cum initio capitis, ut illa de Pontifice maximo, obiter ſint interpoſita.* Sed, ſi quod ſentimus, dicere licet, hæc ſententia non tantum nova eſt, verum & improbabilis. Atque principio, non injuria miretur quis, quomodo fieri potuerit, ut in ipſa illa ſectione, contextus ſui operis, ad quam hæc annotavit vir Magnus, Judæorum traditioni, qua Regi ſuo non niſi octodecim ſive uxores, ſive concubinas, ſibi ſumendi poteſtatem conceſſam fuiſſe perhibent, fere acceſſerit, de Pontifice autem Summo, mox alia omnia, quam ipſi ſtatuunt, tradere ſuſtineat. Atqui ea, quæ de Regis connubiorum jure feruntur, non ſolum ſacrarum literarum autoritate haud ſubnixa ſunt, ſed &, ſi recte memini, vix alibi in Talmude, quam in Sanhedrin fol. 21. a. leguntur, & leguntur ita, ut magna adhuc, de veritate traditionis, ſit inter Magiſtros altercatio. At vero, neutrum, de traditione, qua ſoli Pontifici, Viduam in matrimonio habere, prohibitum fuiſſe ajunt, prædicare licet: Quippe, quæ & Scripturæ fundamento ſuperſtructa eſt, & millies in Talmude repetita, neminem invenit contradictorem. Enim, fortaſſe, poſterius non æque perſpectum habuit Vir Magnus, ac prius; quippe, hoc ex Schickardi Miſchpat didicerat, e quo libro, pleraque, quæ in iſtis Commentariis, de Judæorum doctrinis affert, hauſiſſe deprehenditur. Cæterum, iſta leviora ſunt, & magis eſt, ut de rationibus quas Vir laudatus, pro ſententia ſua confirmanda attulit, diſpiciamus. Hic vero, quantum ad ea, quæ ad locum Levitici XXI, 14. attinent, reſpondit, ingenue fateor, non me mentem illius aſſequi, nec me comma 14. cum initio capitis, poſſe connectere. Tradit in eo Capite, ſupremus Legiſlator, quaſdam leges, de Sacerdotibus promiſcue, quaſdam de ſolo Pontifice; illæ præcedunt, hæ ſequuntur, ibi multitudinis numerum, hic ſingularem adhibet; agitur diſtinctiſſime de Sacerdotum & Pontificis matrimonio, atque cum de illis ſermo eſt, altum de vidua ſilentium, ad Pontificem vero cum deventum, iſte ſolus virginem thori ſociam habere jubetur, vidua ei interdicitur, non igitur aliud ex iſto loco colligo, quam quod omnis collegit antiquitas, & recentiorum quoque interpretum cohors. Sane, parit aliquam *ἀντινομίαν* locus Ezech. XLIV, 22. non tamen magnam, & inſolubilem: ſic habent verba: ויין לא ישתו כל כהן בבאם אל החצר הפנימית ואלמנה וגרושה לא יקחו להם לנשים כי אם בתולת מזרע בית ישראל והאלמנה אשר תהיה אלמנה מכהן יקחו : Vetus Interpres tranſtulit: *Et vinum non bibet omnis Sacerdos, quando ingreſſurus eſt atrium interius. Et viduam, & repudiatam, non accipient uxores, ſed virgines de ſemine domus Iſraël: ſed & viduam, quæ fuerit vidua a Sacerdote, accipient.* Tantum vero abeſt, ut admiſſa etiam vulgari hac interpretatione, Grotius ex iſto loco ſimpliciter inferre poſſit, omnibus Sacerdotibus nefas fuiſſe viduam ducere, ut potius verba poſtrema plane doceant contrarium, & ſaltem id comprobent, licuiſſe illis, cum Sacerdotum viduis, connubia contrahere, ut vel ſic etiam, inter gregarium Sacerdotem, & Pontificem, cui omne, cum vidua, connubii commercium interdictum eſt, ſatis magnum diſcrimen ſuperſit. Sed, ad univerſam difficultatem tollendam, placet illa Kimchii, & Abarbenelis reſponſio, qua meminiſſe nos jubent, non de templo quale conditum erat,

ejuſque

ejuſque inſtitutis, Ezechieli ſermonem eſſe, ſed novo aliquo. cujus figuram Deus oſtenderat, & cujus præ altero, majorem ſanctitatem futuram, eſt pollicitus. Chriſtiani diceremus, myſtice totum illud explicandum eſſe, ceu etiam explicavit Hieronymus. Ipſe Kimchius audiendus eſt: אם אמר זה על כל כהן יהיה זה לתוספת קדושה לעתיד Id eſt: *Si comma 22. de Sacerdote quocunque accipiendum, pertinet id, ad futuri templi majorem ſanctitatem.* Quin & Abarbenel: לעתיד לבוא שיתוסף קדושה כל כך שלא יקחו להם לנשים אלמנה וגרושה אלא בתולות מזרע בית ישראל האמנם האלמנה שתהיה אלמנת מכהן יוכלו הכהנים לקחתה לאשה ולהיותן אלמנו׳ כהן תהיינה בקדושתן שמורות וטהורות: Id eſt: *Futuri*, (quod, tempore Meſſiæ, reſtat ædificandum, templi,) *tantopere augebitur ſanctitas, ut Sacerdotes non ducturi ſint Viduas, aut repudium paſſas, ſed* (propemodum ſolas) *virgines, ex gente Iſraelitica. Nihilo minus, licebit iis ducere, viduas Sacerdotum defunctorum, hæ enim, quia Sacerdotibus nuptæ fuerunt, ſanctimoniæ, & puritatis ſunt obſervantiſſimæ.* Extat & alia, apud Kimchium ſalvandi locum ratio, ſed meo judicio, paulo contortior: ואם נאמר כי על כהן גדול דבר יהיה פירוש מכהן יקחו מקצת כהנים יקחו כמו שפירשו רבותינו ז״ל וכמו שתרגם יונתן שאר כהניא יסבון: id eſt: *Quod ſi quis contendat*, (in principio commatis,) *de Summo Pontifice, Prophetæ ſermonem eſſe, ſenſus verborum poſtremorum*, a Sacerdote accipient, *erit*, (quaſi dicatur:) Quidam Sacerdotum, (ſive, aliqui ex ordine Sacerdotali,) *accipient viduam*, (vere talem, & quæ repudium aut exhibitionem calcei non ſit paſſa.) *Atque ſic exponunt Magiſtri noſtri; hæc verba: ſ. m.* (Talmudiſtas intelligit, & niſi fallor locum in Kidduſchin fol. 78. b.) *Quin, & hunc ſenſum, omnino expreſſit Jonathan, in paraphraſi Chaldaica, dum*, cæteri Sacerdotes ducent, *reddidit*. At, urget nos inſuper Grotius, Joſephi autoritate, & ad hunc, tanquam cauſæ ſuæ Patronum provocat. Equidem fateor, non levis ponderis Joſephi in hoc negotio eſſe teſtimonium, & Sacerdoti, quando de re concernente officium ac munus ſuum, loquitur, fidem temere derogare, utique nemo ſuſtinebit. Quod vero, ſalva Viri eximii exiſtimatione dictum velim, nihil in Joſepho ei præſidii eſt, & fruſtra eum defenſorem paravit. Nam, in primo contra Apionem libro, id nos docet Joſephus, Sacerdotale genus, apud populares ſuos, ſemper fuiſſe ἄμικτον καὶ καθαρὸν *Sine permixtione & purum.* Quare inquit: δεῖ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμάς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς ἐπιγραφόμενον μάρτυρας· καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ᾽ αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ᾽ ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπου τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι· Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα, τῶν γαμουμένων, καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες· Πόλεμος δ᾽ εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπηίου Μάγνου, καὶ Κυντιλίου Οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων, καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται· καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας· Ου γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγονυίας αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι· τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ᾽ ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς· Τοῖς δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι ἂν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας· *Oportet enim, qui Sacerdotium habiturus eſt, ex ejuſdem gentis naſci muliere: & neque ad pecunias, neque ad honores inſpicere, & genus per antiquam lineam, & multis teſtibus approbare. Quod ſcilicet agimus, non ſolum in ipſa Judæa, ſed ubicunque noſtri generis conſtitutio reperitur, etiam ibi integritas iſta ſervatur, circa nuptias Sacerdotum: hoc eſt, in Ægypto, & Babylonia, & quocunque terrarum orbe, quilibet de Sacerdotum genere ſunt diſperſi. Mittunt enim in Hieroſolymam, conſcribentes a patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, & quicunque hujus rei teſtimonia præbuere. Si autem bella proveniant, ſicut jam crebro factum eſt, dum Antiochus Epiphanes ad noſtram veniſſet regionem, & Pompejus Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue noſtris geſta temporibus, tunc hi qui de Sacerdotibus ſuperſunt, ex antiquis literis iterum novas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur, Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum conſortia formidantes. Indicium vero integritatis hoc maximum eſt, quia Pontifices apud nos, a duobus millibus annis denominati filii a patre conſcripti ſunt. His autem, qui prædicti ſunt, ſi quid prævaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia ſanctificatione fungantur.* Optime, ſe habent hæc omnia, & iis quæ Talmudiſtæ, de ſumma circumſpectione, quam Sacerdotes in matrimoniis ineundis adhibuerunt, vehementer conſonant. Interim, nunquam mihi quis ex iis exſculpet, cum ſuæ gentis Viduis, conjugium illis contrahere non licuiſſe, ſed potius contraria omnia. Nihil enim ultra attendiſſe Sacerdotes Joſephus docet, quam ne captivam aut alienigenam ducerent, ſed ſuæ gentis genuinam mulierem; per quæ viduam non excludi, eſt in confeſſo. Nec dubitandum, ſi tanta fuiſſet matrimoniorum Sacerdotalium ſinceritas, ut non niſi virgines conjuges habere poſſent, non id eo loco omiſſurum fuiſſe Joſephum, cui unice erat propoſitum, eam evehere, & exinde autoritatem Hiſtoriæ judaicæ, a Sacerdotibus conſcriptæ, conciliare. Quanquam, num Joſephus, Sacerdotes, viduas ducendi facultatem habuiſſe conceſſerit, nulla eget ratiocinatione, nam III. Antiquit. c. 10. Solis quaſi radiis ſcripta leguntur, quæ ſubjicimus. Νόμους αὐτοῖς τοιούτους ἔθετο· μοιχείαν μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπεῖπε, νομίσας εὔδαιμον τὸ περὶ τοὺς γάμους ὑγιαίνειν τοὺς ἄνδρας, καὶ ταῖς τε πόλεσι καὶ τοῖς οἴκοις συμφέρειν τὸ τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους· Καὶ τὸ μίσγεσθαι δὲ μητράσιν, ὡς κακὸν μέγιστον ὁ νόμος ἀπεῖπεν· ὁμοίως δὲ καὶ πατρὸς συνεῖναι γαμετῇ, καὶ τήθαις, καὶ ἀδελφαῖς, καὶ παίδων γυναιξὶν, ὡς ἔκφαυλον ἔχον τὴν ἀδικίαν, μεμίσηκεν· ἐκώλυσε δὲ γυναικὶ μεμιασμένῃ τοῖς κατὰ φύσιν πλησιάζειν· μηδὲ κτήνεσιν εἰς συνουσίαν φοιτᾷν· μηδὲ τὴν πρὸς τὰ ἄρρενα μῖξιν τιμᾷν, διὰ τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς ὥραν ἡδονὴν θηρωμένους παράνομον, κατὰ δὲ τῶν εἰς ταῦτ᾽ ἐξυβρισάντων, θάνατον ὥρισε τὴν τιμωρίαν· τῶν δ᾽ ἱερέων καὶ διπλασίονα τὴν ἁγνείαν ἐποίησε· τούτων γὰρ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἴργει, καὶ προσέτι γαμεῖν τὰς ἑταιρευκυίας ἐκώλυσε, μήτε δούλην μήτ᾽ αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς κεκώλυκε, καὶ τὰς ἐκ καπηλείας, καὶ τοῦ πανδοκεύειν πεπορισμένας τὸν βίον, μήτε τὰς τῶν προτέρων ἀνδρῶν, ἐφ᾽ αἷς δηποτοῦν αἰτίαις ἀπηλλαγμένας· τὸν δ᾽ ἀρχιερέα μέντοι, οὐδὲ τεθνηκότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν· μόνην δὲ αὐτῷ δέδωκε γαμεῖν παρθένον καὶ ταύτην φυλάττειν· Id eſt: *Leges tulit* (*Moſes*) *tales. Adulterium in univerſum probibuit, ratus conjugum ſummam felicitatem, ſi fides ac pudicitia ſervetur, & Reipublicæ quoque intereſſe, ut liberi legitimi proveniant. Item inceſtum cum matre, aut noverca, cum amita, aut matertera, cum ſorore nuruve, omneſque tales coitus ut nefarios damnavit. Vetuit & cum muliere menſtruum fluxum patiente congredi, & cum brutis: damnavit etiam eos, qui ex formoſis maribus turpem voluptatem captarent: & qui contra feciſſet, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem, duplo caſtiores eſſe voluit. Hos enim non ſolum prædictis legibus, ſicut reliquos teneri juſſit, ſed etiam non quamvis fœminam in conjugalem thorum admittere, non quæ corpore quæſtum feciſſet, non ſervam, aut captivam, neque cauponariam, aut ſtabulariam, neque a priore marito quacunque de cauſa repudiatam. Pontifici vero ne viduam*

quidem permiſit, quod tamen cæteris Sacerdotibus liberum reliquit: ſed ſolum virginem ducere conceſſit, eamque ſervare. Quin igitur, citra hæſitationem credimus, credentque nepotes, ſolum apud Hebræos Summum Pontificem, non niſi virginem, Sacerdotes reliquos, ſi ita volupe eſſet, præter virgines, etiam viduas, legitime ducere potuiſſe. Atque iſtam quidem, de Sacerdotum conjugio diſſertationem, huc tranſcripſimus, ex Notis noſtris, quas pridem hortatu Summi Viri, & eruditorum Germaniæ noſtræ, facile principis, Joh. Henrici Bœcleri, ad Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis Libros, quatenus Judæorum inſtituta in iiſdem attinguntur, meditari cœpimus. Illum laborem, etſi deinde diutina mea peregrinatio, & nunc poſt reditum in patriam, aliæ curæ, perficere me impediverunt, ac fortaſſe impedient quoque impoſterum: Tamen, non piget me olei, quod ante hos annos tredecim, una cum incomparabili, & jam tum, quantum humana patitur conditio, nunc autem, poſt fata nimium matura, vere Divino, Auguſto, Harteckio Comite, Argentorati degens, ad bene merendum, de eximio, & eruditiſſimo libro, inſumſi. Saltem enim hoc ampliſſimum operæ retuli præmium, ut ſpecimen quod exhibueram, ille quem laudavi, ſed omni noſtra laude longiſſime major, Bœclerus illuſtris, non plane ſpernendum, imo vero dignum judicaverit, quod palam, in ſuis ad eoſdem Grotianos commentarios, Annotationibus, commendaret. Quamobrem, quia ſic occaſio fert, & quia neceſſe eſt, pietaſque mea, erga optimum Fautorem id flagitat, hic equidem, tum pro illa commendatione, qua me apud omnes gratioſum facere ſerio annixus eſt, tum pro aliis quæ privatim in me contulit, atque etiamnum aſſidue confert beneficiis, & quæ ego nec complecti oratione, nec percenſere numerando poſſum, hanc publicam, hanc quantam maximam animus capere poteſt, eidem ago, habeoque gratiam.

Sic teſtatus fueram, ex animi mei ſententia: Et ecce, proh! eheu! triſtis nuncius, de morte Illuſtris Bœcleri, haud multo poſt ſupervenit. Quem, Reip. literariæ, &, ſi hoc addere conceditur, mihi pariter, lacrymabilem obitum, uti pro immenſo, erga optimum virum amore, luxi, lugeboque, quoad meæ vitæ, Cœleſti Providentiæ, parcere viſum erit: Ita, nefas duxiſſem, quicquam ex iis, quæ ante ſcripſeram, demere nunc, aut immutare. Debet enim valere apud nos, bene de nobis meritorum memoria, etiam mortuorum. Atque utinam, tantum carmine, aut eloquio pollerem, ferrem ſane ad aſtra magnum Daphnim, nam,

Amavit nos quoque Daphnis.

Enim vero, mea, profani hominis, &, qui nec caballino fonte unquam prolui labra, nec in exercitatione, dicendi, vel mediocriter verſatus ſum, conſecratione, nihil opus eſt. Quicquid ex Bœclero omnes Boni amarunt, quicquid ſunt mirati, id manet, manſurumque eſt, in animis hominum, in rerum fama, in temporum æternitate.

(4) *Repudium*] Conjugium, cum repudiata Sacerdotem inire, prohibet ipſe Deus Levit. XX, 7. Rationem rei, non male dicit Abarbenel Comment. in legem fol. 259. col. 3. לפי שבלי ספק אותו האיש שגרשה פרוש הוא לאלהיו ולא גרשה מפני פתיותו ורוע לבו אלא כי מצא בה ערות דבר: Id eſt: *Quia citra dubium, Vir, qui fœminam repudiavit, Dei timens fuiſſe, nec temere, aut malitioſe, ſed quia turpe aliquid in ipſa deprehendit, eam ſegregaſſe a ſe præſumitur.* Atque, ne qua mulier Sacerdoti, porro nubere poſſet, ſufficiebat repudium, quoquo modo factum. Nam, ut eſt in Jebamot fol. 52. a. & fol. 49. a. fere iiſdem verbis, אפילו לא נתגרשה אלא מאישה פסולה לכהונה והיינו ריח הגט שפוסל בכהונה: Id eſt: *Etiamſi ſolus maritus a fœmina divortium faciat*, (in inſtrumento Repudii, tantum ſeparationis a ſeſe mentionem injiciens, non vero, prout, vulgo fieri ſolet, poteſtatem cuicunque mortalium nubendi ei faciens,) *tamen* (ſi mori iſtum virum contingat, atque ſic libertati reſtituta mulier, ad nova vota tranſire omnino poſſit.) *Sacerdoti eam ducere non licet: Sic enim, tantum odor quaſi iſte libelli repudii, fœminam ad ineundum cum Sacerdote conjugium, reddit inhabilem.* Notanda interim exceptio quam ex Gemara repetit Chaskuni ad cap. XXI. Levit. גרושה מאישה ולא כאיש שאינו אישה זו דרש ר׳ אלעזר בן פתיא הרי שהלך בעלה למדינת הים ואמרו לה מת בעליך ונתקדשה לאחר ואח״כ בא (Sic reſcripſi pro כרה quod manifeſte eſt erroneum.) בעלה הראשון מניין שהיא מותרת לחזור לראשון שאף על פי שהאחרון נתן לה גט לא פסלה מן הכהונה: Id eſt: (Vetat Scriptura commate 7) *Repudiatam a viro ſuo* (inire cum Sacerdote matrimonium, excluditur igitur,) *Repudiata, a viro non ſuo. Hinc docuit R. Eleaſer F. M. ſi cujus mulieris maritus trans mare proficiſcatur, atque afferatur mulieri nuncius, fato functum eſſe maritum, ipſamque alius ſibi deſpondeat, tum revertente priore marito, mulier huic ſe denuo aſſociare poteſt, nam &, a poſteriore repudium ſi accepiſſet, tamen per illud non futura erat inepta ad Sacerdotale conjugium.*

(5) *Aut exhibitionem calcei paſſa*] Cum tali, matrimonium inire, ipſa Scriptura quidem, Sacerdotem haud prohibuit, ſed hæc Sapientum, Legis Divinæ eſt adjectio. Maimonides Hilch. Iſſure Bia c. 17. §. 7. אסורה לכהן מדברי סופרים מפני שהיא כגרושה ומכין אותו מכת מרדות מדבריהם כהן שנשא ספק חלוצה אין מוציאין אותה מתחתיו והיא כשרה וולדה כשר מפני שלא גזרו על ספק חלוצה אלא על חלוצה ודאית וכן מי שהיתה ספק גרושה או ספק אלמנה או ספק זונה וספק חללה מכין אותו מכת מרדות ויוציא בגט: Id eſt: *Exhibitionem calcei paſſam, ducere prohibetur Sacerdos, ex conſtitutione Scribarum, eſt enim hæc repudiatæ ſimilis,* (atque interdictum iſtud violans) *ita præcipientibus iiſdem, plagis rebellionis afficiendus eſt. Si vero dubium ſit calceum mulieri cuidam eſſe exhibitum, eaque Sacerdoti nupta fuerit, non illam deſerere cogitur, ſed eſt legitima ei conjux, quin & proles quæ naſcitur, eſt legitima: non enim de dubia exhibitione calcei, ſed de manifeſta lex lata eſt. Cæterum, in Repudiata, Vidua, Meretrice, & Profanata, caſus dubius non attenditur, ſed cum tali contra præceptum Divinum matrimonium ineuntes, plagis rebellionis caſtigantur, & facere debent divortium.* Conſtitutio hæc Scribarum, affertur, & de ea diſquiritur, in Jebamot. c. 2.

(6) *Notha*] Quis pro Notho, aut Notha, ex mente Magiſtrorum habendus ſit, fuſe explicat Moſes Kozenſis Præc. Neg. CXVII. & CXXI. itemque Maimonides, Hilch. Iſſure Bia c. 15. neutrius tamen verbis Lectores eam rem docebo, ſed potius iis, quæ habentur in pretioſiſſimo Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilch. Nidda c. 11.

ישראל שנשא ממזרת או ישראלית שנשאת לממזר כיון שבעלו אחר הקדושין לוקין משום לא יבא ממזר בקהל יי׳ אסרו הכתוב זכר ונקבה ולעולם שני גם דור עשירי כלומ׳ לעולם בעלו בלא קדושין או קדשו בלא בעילה אין לוקין משום ממזרות ואין בכל חייבי לאוין שלוקין בבעילה בלא

Iſraëlita, ducens mulierem notham, aut Iſraëlitis, nupta homini notho, ſi poſt Sponſalia, ſimul thorum ingreſſi deprehendantur, flagris cædendi ſunt, ob violatum interdictum (Deut. XXIII, 2.) Nothus homo ne venito in congregationem Domini. *Atque, tam marem, quam fœminam Scriptura æternum* (a congregatione Domini, ſive connubiorum, cum genuinis Judæis jure,) *arcet, quia additur*: Etiam decima generatio illorum &c. *quod idem eſt ac ſi dicatur*; Nunquam. *Quod ſi citra Sponſalia concumbant,* aut

בלא קדושין רק כ"ג באלמנה ועתה אפרש איזהו ממזר הבא על אחת מהעריות אפי' חייבי כרת באונס או ברצון בשוגג או במזיד הולד ממזר אבל הבא על הנדה הולד פגום ואינו ממזר גוי ועבד הבא על בת ישראל פנויה או אשת איש שוגג או מזיד והמחזיר גרושתו משנשאת וכן כל חייבי לאוין הואיל ואינה ערוה הולד כשר גוי ועבד הבא על הממזרת הולד ממזר ממזר הבא על הגויה הולד גוי נתגייר כשר כשאר גרים ואם בא על השפחה הולד עבד שחררו הולד כשר כשאר משוחררין ומותרין בבת ישראל זה הכלל ולד עבד או שפחה גוי גויה הרי הוא באמו ואין משגיחין על האב תקנו חכמים שמותר ממזר לישא שפחה לטהר בניו שהרי ישחררם ויהיו בני חורין חציו עבד וחציו בן חורין הבא על אשת איש הבן אין לו תקנה שממזרות ועבדות מעורבין בן גוי הבא על שפחה שטבלה הולד עבד ועבד שטבל שבא על הגויה הולד גוי אבל גוי הבא על שפחה גויה או עבד גוי שבא על גויה בת חורין הלך אחר הזכר ממזר מותר לישא גיורת וממזרת מותר לגר ובני שניהם ממזרים שהולד הולך אחר הפגום שנ' בקהל יי' וקהל גוים אינו קרוי קהל יי' גיורת שנשאת לגר והוליד בן אע"פ שהורתו ולידתו בקדושה מותר בממזר' וכן בן בנו עד שישתקעו שם גיותו ממנו ולא יודע שהוא גר ואז אסור בממזרת וכן הדין בעבד משוחרר והולד הבא מגר וישראלית או מגיורת וישראל אסור בממזרת שהוא כישראל לכל דבר : ספק ממזר אע"פ שמן התורה מותר לבא בקהל שנ' לא יבא ממזר דווק' ממזר ודאי ולא ספק מ"מ חכמי' עשו מעלה ביוחסין ואסרו כל הספקות לבא בקהל ועתה אפרש מהו ספק ממזר הבא כספק ערוה כגון שבא על אשה ספק מקודשת או ספק מגורשת וכן שתוקי שמכיר אמו ולא מכיר אביו ודאי בן פנויה שלא נבדקה אמו עד שמתה או שהיתה חרשת או אלמת או שוטה או שאמרה לפלוני הממזר נבעלתי או לפלוני הנתין אפי' אותו פ"נ מודה

aut ſi fiant Sponſalia, citra concubitum, pœna flagrorum, connubio ſpurio irrogata, locum non habet, nec enim illa pœna, unquam de illegitimis commixtionibus ſumitur, niſi praceſſerint Sponſalia, excepto ſolo caſu, quo Pontifex cum vidua conſuevit. Nunc vero explicabo, quis homo nothus cenſeatur. Si quis ullam fœminam, quarum concubitus lege prohibetur, incluſo etiam eo, qui exterminii reatum adjunctum habet concubitu, ſive per violentiam, ſive per conſenſum, ſive per errorem, ſive conſulto id fiat, compreſſerit, tum proles qua naſcitur, notha eſt: Sed, cum menſtruata ſi quis concumbat, inhoneſta proles eſt, notha vero non item. Cum quis τῶν ἔξω, aut Servus, cum Iſraëlitide concumbit, ſive innupta, ſive nupta ea ſit, ſive item per errorem, aut conſulto id fiat, nec non, cum quis repudiatam, poſt contractas cum alio nuptias, reducit, ſimiliter, cum quod aliorum praceptorum ad rem maritalem attinentium, violatum eſt, quia conſanguinitatis reſpectus ceſſat, proles eſt legitima. Si quis τῶν ἔξω, aut ſi quis Servus, cum muliere notha concumbat, proles notha eſt. Nothus ex ταῖς ἔξω, fœminam comprimens, proles τῶν ἔξω numero eſt, quod ſi vero Judaorum ſacris adhereat, aque legitima, ac proſelyti reliqui reputatur. At, ſi idem mulierem ſervam comprimat, proles ſervilis conditionis eſt, ea tamen manumiſſa, legitima evadit, caterorum libertorum ad inſtar, ac tam proſelytus, quam libertus iſti, licite cum Iſraëlitide connubia contrahunt. Eſto regula: Proles Servitutis, aut a ſacris peregrinitatis reſpectu, matrem ſequitur, neque patris ulla habetur ratio. *Conceſſere Sapientes, homini notho facultatem, ducendi Servam, ut proles poſſit reddi legitima, nam ſi manumittatur, conſequitur ingenuitatem. Si quis ex parte ſervus, ex parte ingenuus, cum aliena conjuge concumbat, vitium prolis nulla ratione corrigi poteſt, nam nothum eſſe, & ſervum eſſe, hic commiſcentur. Si quis τῶν ἔξω cum ſerva, qua aquarum luſtratione judaorum ſacris initiata eſt, concumbat, proles ſervilis eſt conditionis. Si ſervus luſtratione aqua, judaorum ſacris initiatus, cum τῶν ἔξω muliere concumbat, proles ejuſdem cum matre cenſetur eſſe peregrinitatis. At, ſi quis τῶν ἔξω cum ſerva pagana concumbat, aut ſi τῶν ἔξω ſervus, cum pagana muliere libera concumbat, proles patrem ſequitur. Homini notho licet ducere Proſelytam, & Proſelyta, licet nubere homini notho, ſed proles qua naſcitur notha eſt, nam ea ſemper, conditionem ejus, qui inter parentes loco deteriore eſt, induit:* (Interim, illud conjugium, non eſſe illicitum, probatur,) *quia ſcriptum* (loco ſupra allegato:) In congregationem Domini. *Atqui, congregatio τῶν ἔξω, non vocatur congregatio Domini. Proſelyta, cum nupſit proſelyto, filiumque peperit, etiamſi hujus conceptio & nativitas in judaica religionis ſanctimonia accidiſſe deprehendantur, tamen adhuc ei fœminam notham matrimonio ſibi jungere licet, quod idem de nepote quoque ejus verum eſt, uſque dum peregrinitatis nomen evaneſcat, nec de proſelytiſmo amplius conſtet, tum enim conjugium cum muliere notha, porro nefas habetur. Eadem ratio eſt ſervi manumiſſi, & prolis qua nata ex Proſelyto, & Iſraëlitide; aut ex Proſelyta, & homine judao, nam & hi cum nothis nuptias facere non poſſunt, cum per omnia judais ingenuis ſimiles ſint. Qui dubie nothus eſt, etſi ex lege Divina non prohibetur cum judaa ingenua matrimonium contrahere, ſcriptum enim eſt:*

מודה שהוא ממנו והוי הילד ספק ממזר כשם
שונתה עם זרת שחורה כך זנתה עם אחר וכן
האסופי והוא בן הנמצא בשוק ואין אנו יודעין מי
הוא הוי ספק כמזר נאסף מן השוק ואביו ואמו
באו ואמרו בננו הוא אין נאמנין הואיל ויצא עליו
שם אסופי ובשני רעבון נאמנין שמפני הרעב
השליכוהו ולפיכך שהקו עד שנאסף נכצא מהול
או הוחתל או הומלח או כחול בעיניו או קמיע
בצוארו או נכצא תחת האילן מסובך או נמצא
בבית הכנסת הסמוך או בצדי רשות הרבים
בחזקת כשר הוא אבל נמצא מושלך באמצע
הדרך או רחוק מן העיר אפילו תחת אילן או
בבית הכנסת או נכצא תלוי באילן מקום שחיה
מגעת לו הוי אסופי אע"פ שממזר ודאי מותר
בממזרת ממזר ספק או שתוקי או אסופי אסור
לישא בת ישרי וממזרת ואפי ספק ממזרת שמא
אחד אינו ממזר והאחד ממזר וכן שתוקי ואסופי
וספק ממזרים אם נשאו זה לזה יוציאו בגט והולד
ספק באבותיו ואין לספקות תקנה רק לישא מן
הגרים והולד הולך אחר הפגום כגון שתוקי או
אסופי שנשא גיורת או משוחררת או גר או
משוחרר שנשא שתוקית או אסופית הולד שתוקי
או אסופי :

eſt: Nothus homo venito : *quod de Homine certo, non vero dubie notho capere oportet ; nihilo minus Sapientes, ſinceritatis familiarum ſtudioſiſſimi, vetarunt etiam dubie nothos, cum ingenuis conjugia inire. Jam vero exponam, quis dubie nothus dicatur. Quiſquis init fœminam, de qua dubitatio eſt, eſſe ejus commercium prohibitum, ut cum quis concumbit cum ea, quam maritatam vel non maritatam, repudiatam, vel non repudiatam eſſe, incertum eſt*, (proles dubie notha naſcitur.) *Sic, vulgo quæſitus qui matrem quidem ſuam novit, ſed patrem vere non habet cognitum*, (dubie nothus eſt.) *Tales item ſunt, nati ex innupta, in cujus conditionem nunquam fuit inquiſitum : Similiter, nati ex matribus ſurdis, mutis, phreneticis*, (dubie nothi ſunt:) *Quin & ii, quorum mater dixerit.* Iſte N, qui nothus homo eſt, vel iſte N. Nethinæus me compreſſit, *iis etiam ipſis qui patres perhibentur, prolem agnoſcentibus, tamen adhuc dubie nothi ſunt, uti enim cum iſto, mater ſeſe commiſcuit, ita & cum aliis ſcortatam eſſe, ſuſpicio eſt. Sic, partus expoſitus, id eſt repertus in platea, cujuſque pater & mater ignorantur, pro dubie notho habetur. Si partus ejuſmodi tollatur, atque veniant qui parentes ſeſe venditantes, hanc prolem ſuam eſſe dicant ; non eis fides habetur, poſtquam de ejus expoſitione fama innotuit. Sed, ſi annonæ caritas fuerit, habenda fides eſt, nam ex penuria, infantem expoſuiſſe videntur, & ſiluiſſe quoad tolleretur. Si infans expoſitus, reperiatur circumciſus, aut faſciis involutus, aut ſale conſperſus, aut oculos fucatus, aut amuleto collum ornatus, aut ſi ſub arbore reperiatur opertus, aut in Synagoga vicina, aut in platearum lateribus, ſuſpicio eſt eſſe legitimum. At, ſi reperiatur infans in media via, aut procul ab urbe, etiamſi jacuerit ſub arbore, aut in Synagoga, item ſi reperiatur ſuſpenſus ex arbore, ita ut feræ ad illum pertingere poſſint, pro illegitimo habendus. De reliquo, vere notho, cum muliere notha, matrimonium contrahere fas eſt, at dubie notho, & vulgo quæſito, nec ingenuam Judæam, nec vere aut dubie notham ducere licet, metus enim, ne alteruter horum contrahentium ſit nothus, alter non ſit*, (atque ſic Legè divina ptohibitum ineatur conjugium.) *Pariter, expoſiti, vulgo quæſiti, & dubie nothi, ſi inter ſe matrimonium contrahant, per divortium ſeparantur, atque proles, plane uti parentes, dubia eſt. Hujus vero ſortis proli, aliter conſuli non poteſt, quam ut cum τοῖς ἔξω affinitatem contrahat, atque tum proles, conditionem ejus, qui inter parentes deteriore loco eſt, ſequitur. Nimirum, ſi vulgo quæſitus, aut expoſitus, ducat proſelytam, aut libertam; aut, ſi Proſelytus, vel libertus, ducant vulgò quæſitam, aut expoſitam, ibi proles, ſive vulgo quæſitorum, ſive expoſitorum naturam induit.*

Atque hæc, de maribus, fœminiſque nothis, dicta ſunto. Habentur plura in Codice noſtro, de eodem argumento, quæ prætergredimur; quando nunc ſatis ſuperque tenemus, quid ſibi velit Miſchna, cum conjugium Judæi ingenui, cum muliere notha, aut Iſraëlitidis ingenuæ, cum noſtro homine, nefarium aſſerit, ac quoque exploratiſſimum habemus, quales ſint, qui his nominibus cenſeantur.

(6) *Nethinæa*] Gibeonitæ, pars Hivæorum, (Joſ. IX.) a Joſua in fœderis ac ſacrorum ſocietatem admiſſi, & miniſteriis quibuſdam ſacris, ſed humilioribus addicti, נתינים *Nethinæi*, ſive *Deditii* dicti ſunt, ob illum, iſti ſervitio mancipatum. De his, a conjugiis verorum Iſraëlitarum arcendis, bina Magiſtri facta eſſe ajunt decreta. Alterum ab ipſomet Joſua, quod quidem temporarium tantum fuerit; alterum, deinde a Davide, ſed quod ſemper obſervari debebat, (2 Sam. XXI.) ob illam Gibeonitarum crudelitatem, qua haud alia ratione quam ſuſpendio ſeptem filiorum Saulis, placari poterant. Vide Jebamot fol. 78. b. & maxime quæ ſupra pag. 143. ſeq. ex MS. Ez Hechajim adduximus. Etſi vero Nothi, & Nethinæi, ita hic conjunguntur, ut ratione connubiorum, cum ingenuis Judæis non contrahendorum, æqua utrorumque fuerit ratio, tamen cæteroquin differebant nonnihil dignitate inter ſeſe, & Nethinæis, Nothi, ſecus quam quis fortaſſe opinaretur, antiſtabant. Juvat noſſe, omnem graduum honoris, quam Judæi faciunt, diſtinctionem, ex Horajoth Jeruſchalmi fol. 48. col. 2. חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול כהן גדול קודם לנביא נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לבית אב בית אב קודם לאמרכל ואמרכל קודם לגזבר גזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן שוין אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ חכם קודם למלך חכם שמת אין לנו כיוצא בו מלך שמת כל ישראל ראוין למלכות : Id eſt, vertente Cl. Ligthfooto Hor. Hebr. in Evang. Matth. cap. 23. pag. 248. *Sapiens præferendus Regi : Rex, Summo Pontifici : Summus Pontifex, Prophetæ : Propheta, Uncto in bellum : Unctus in bellum, Præfecto Ephemeriæ : Præfectus Ephemeriæ, Capiti familiæ : Caput familiæ, Conſiliario : Conſiliarius, Theſaurario : Theſaurarius, Sacerdoti privato : Sacerdos privatus, Levitæ : Levita, Iſraëlitæ : Iſraëlita, Notho : Nothus, Nethinæo :*

Nethinæus, Proſelyto: Proſelytus, Servo manumiſſo. At, quando hoc? Nempe, cum cætera ſunt paria: at vero, ſi Nothus ſit Diſcipulus ſapiens, & Sacerdos ſummus ſit indoctus, Nothus ei præferendus. Sapiens eſt præferendus Regi: nam, ſi moritur Sapiens, non eſt ei par; at, ſi moriatur Rex, quivis Iſraëlita eſt idoneus Regno.

(7) *Neque aquas bibunt*] Quippe, fruſtra eas aquas potarent, cum tales fœminæ ſint illegitimæ, divinum autem explorationis beneficium, ſolum ad mulieres attinet, quæ rite & ſecundum legem Moſaicam connubium contraxerunt: Nimirum, Num. V, 12. כי תשטה אשתו legitur: Eſt vero illud אשתו Uxor ejus, ἐμφατικώτερον eas, quæ uxores eſſe non debebant, ſegregans.

(8) *Neque dotem accipiunt*] Etiam fœminis, cum quibus contra Divinam Legem matrimonium initur, dos conſtituenda eſt. Sed, hujus deinde jacturam, merito ferunt, & inanes, accepto libello repudii, ædibus exturbantur, quando contra ſerium mariti interdictum, cum alio clandeſtinum negotium habere non ceſſant.

ב ואלו לא שותות ולא נוטלות כתובה האומרת טמא' אני לך ושבאו לה עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה ושבעלה אינו רוצה להשקותה ושבעלה בא עליה בדרך נוטלת כתובתה ולא שותה מתו בעליהן עד שלא שתו בית שמאי אומרים נוטלות כתובה ולא שותות ובית הלל אומרים לא שותות ולא נוטלות כתובה:

2. Quin, & iſtæ, neque bibunt, neque dotem accipiunt: (1) Quæ ſe pollutam fatetur; Quam teſtes ab alio ſubactam, aſſeverant; & quæ ſe aquas amaras (2) potaturam negat. Cæterum, illa, (3) quam maritus aquas amaras bibere vetat: aut cum qua maritus concubuit in itinere; (4) dotem accipiunt, ſed non bibunt. Si mariti e vivis prius exceſſiſſent, quam bibiſſent mulieres, eo caſu, ſecta Schamai pronunciat, quod uxores dotem accipiant, non vero bibant: Contra, Hillelis ſecta, (5) nec bibere eas, nec dotem accipere contendit.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר בעלה איני משקה ושבעלה בא עליה בדרך *Si dixerit illius maritus, ego non dabo bibendum, & cum qua maritus concubuit in itinere*, quia maritus illi in cauſa eſt ut non bibat, ideo accipiet dotem ſuam. מתו בעליהן *ſi mortui fuerint mariti earum*, videlicet omnium mulierum earum quibus conveniebat aquas amaras bibere, & mortui fuerint mariti antequam illis dediſſent bibendas. בית שמאי אומרים נוטלות כתובה *Schola Schamai dicit, accipiunt dotem ſuam*, eo quod libellus contractuum qui exigendus eſt, cenſetur jam exactus. ולא שותות *neque bibunt*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 19, 21. ושכב האיש את אשתו Cæterum Schola Hillelis dicit, quod non bibunt, neque accipiunt dotem ſuam, id eſt, quia non bibunt, ideo non accipiunt dotem ſuam, quia libellus contractuum qui exigendus eſt, non habendus eſt perindè ac ſi exactus eſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai putat, quod libellus dotalis qui adhuc exigendus erat, cenſeatur perindè ac ſi jam exactus eſſet, & nummi jam perveniſſent ad illam, propterea uxor accipiat dotem ſuam juxta opinionem ipſius.

WAGENSEILUS (1) *Quæ ſe pollutam fatetur*] האומרת טמאה אני לך ſignificantior phraſis eſt, quam ſi לך omittatur, ceu fit in aliis Codicibus.

(2) *Potaturam negat*] Non bibunt omnes hæ mulieres, quia habentur pro manifeſte ſontibus; at, aquarum uſus, locum tantum habet, in caſibus dubiis, & cum aliunde de veritate non conſtat. Cæterum, fidei conjugalis violationem, dotis conſequitur privatio.

(3) *Quam maritus aquas &c.*] Legendo ושבעלה אינו רוצה להשקותה Miſchnæ editiones ſequimur: Talmud Amſtelod. & Baſileenſe, habent אומר בעלה איני משקה nullo ſenſus, ſed nudo verborum diſcrimine.

(4) *Dotem accipiunt, ſed non bibunt*] Sibi imputet maritus, quod fœminam ſatisfacere volentem, in itinere miſſam non fecit, aut, quod deſtinata eam exequi prohibuit, ideo talem repudiaturus, dotem ſolvito.

(5) *Nec bibere eas &c.*] Magna hic lectionis occurrit varietas. Eam, quam nos exhibemus, habent Miſchnæ Editiones Amſtelodamenſes, quin & Lublinenſis cum Bartenora, quam, poſt partem hujus libri jam excuſam, demum nacti ſumus: nec aliter eſt in Jeruſchalmi. Sed Baſileenſes, & Amſtel. Gemaræ Babylonicæ Codices, legunt, וב"ה אומרים שותות או לא נוטלות כתובתן: prorſus, quaſi cum mariti ante plenam cauſæ cognitionem diem obierunt, ſuperſtitibus mulieribus ſuſpectis, aut bibendum fuerit, aut dote carendum. Cæterum, uti plerunque poſteriorum librorum autoritatem non magni facimus, ita nec quid cauſæ eſt, cur eam hic moremur, imo vero, dicam impingimus illis grandem. tanquam qui manifeſte falſum contineant. Scilicet, infra ex §. V. hujus capitis conſtat, non niſi ſolum maritum, mulierem ad bibendum adigere potuiſſe: Ergo, ſublato eo è vivis, ceſſavit utique omnis exploratio, neque potuit hac de re, quam ipſa Scriptura confirmare videtur, inter Academiam Schamai, & Hillelis, eſſe diſputatio. Solum de Dotis ſolutione litigatum eſt, atque ad hanc attinet cardo controverſiæ. Fundamentum utriuſque opinionis paucis verbis eleganter enunciat Gemara: בית שמאי סברי שטר העומד לגבות כגבוי דמי ובית הלל סברי שטר העומד ליגבו לאו כגבוי דמי: Id eſt: *Secta Schamai opinabatur, inſtrumenti dotalis, eandem, quæ alterius cujuscunque inſtrumenti, quo quis debitum fatetur*, (& quod actionem ſemper parit,) *vim eſſe: At, Hillelis Secta, exiſtimabat diverſam militare rationem.* Enim vero, nota regula eſt: ב"ש וב"ה הלכה כב"ה Id eſt: *Quotieſcunque inter ſe diſceptant Schamai & Hillelis Sectæ, poſteriorum amplectenda ſententia.* Excipiuntur ſoli caſus ſex, de quibus videri poteſt Halichot Olam tract 5. cap. 1. ſed noſter præſens, locum inter illos haud reperit, proinde ſecundum Hillelem in foro judicandum.

ג מעוברת חבירו ומינקת חבירו לא שותה ולא נוטלת כתובה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים יכול הוא להפרישה ולהחזירה לאחר זמן אילונית וזקנה ושאינה ראויה לילד לא שותות ולא נוטלות כתובה רבי אליעזר אומר יכול הוא לישא אשה
אחרת

3. Prægnans (*nupta*) alii, aut lactans, (*nupta*) alii, nec bibit nec dotem accipit; (1) Ita quidem opinante R. Meir: Sed, Sapientibus (*contrarium*) placet, quia nimirum eam repudiare, & ex intervallo rurſus ducere poteſt. (2) Infœcunda, (3) vetula, & (4) quæ ad pariendum inepta, (5) nec dotem accipiunt, nec bibunt. (6) R. Elieſer (*diverſum ſtatuit*:) Nam, inquit, aliam inſuper uxo-
rem

אחרת ולפרות ולרבות הימנה ושאר כל הנשים או שותות או לא נוטלות כתובה :

rem (*quis*) ducere poteſt, ex qua ſobolem ſuſcipiat; reliquæ igitur fœminæ, (*jam memoratæ*,) aut bibant, aut dotis, jacturam patiantur.

R. OB. DE BARTENORA.

מעוברת חבירו *Prægnans a proximo ſuo*, qui mortuus fuerit, aut repudiaverit eam, ac prægnantem reliquerit, aut lactantem filium ſuum, hanc Sapientes prohibuerunt a matrimonio donec infanti duo fuerint anni. Si igitur contigerit ut aliquis ejuſmodi uxorem duxerit ante tempus, & zelotypiam in illam exercuerit, & tamen occultaverit ſe cum alio, non bibet, eo quod non convenit ut conjugium cum ea confirmet. Putat enim R. Meyr, quod, ſi quis duxerit aliûs prægnantem uxorem, vel etiam lactantem, repudiabit eam, & in futurum nunquam eam ducet ſecunda vice; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

יכול הוא להפרישה *Poteſt eam repudiare*, per viginti quatuor menſes, & poſtea rurſus eam ducere, ideoque idonea eſt in uxorem ſuam. אילנית *infœcunda*, quæ non peperit, & ideo dicta maſcula. ושאינה ראויה לילד *& ea quæ ad pariendum inepta eſt*, quæ bibit aliquod genus potus, & pharmaci; & eam cui non ſunt filii, non licet in conjugio confirmare.

רבי אליעזר אומר יכול הוא לישא אשה אחרת *R. Elieſer dicit, poteſt aliam ducere uxorem*, & licitum eſt illi conjugium confirmare cum illa, & legitima eſt in uxorem; cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr putat, quod, ſi quis duxerit impregnatam a proximo quodam, aut mulierem quæ lactat infantem proximi, repudiabit eam, & nunquam ducet eam in futurum; & propterea peccator habendus eſt, ut Iſraëlita qui duxerit Nethinæam, aut ſimilem; & propterea maritus non adiget ejuſmodi uxorem ad bibendum. Sapientes vero dicunt, quod repudiabit eam ad complementum temporis lactationis, quod eſt viginti quatuor menſium, excepto die quo infans natus eſt, & quo uxor deſponſa eſt, uti expoſuimus in tractatu Gittin, & ducet eam rurſus. R. Elieſer dicit, id quod in Lege ſcriptum eſt Num. 5, 28. ונקתה ונזרעה זרע vult, eſſe beneficium conceptionis, ut pariat cum facilitate, ſi ſoleret parere cum dolore; aut, ut pariat maſculos, ſi ſoleret parere fœminas, propterea, ſecundum ſententiam ejus, ſterilis & vetula aquas bibunt. Cæterum ſi dixeris quod maritus illicito matrimonio junctus eſt illi, eo quod intermittit obſervationem præcepti de multiplicatione ſeminis, & quod ea de cauſa uxorem non adiget ad aquas amaras bibendas; reſp. hoc non eſt verum, quia aliam ducere poteſt uxorem. Sapientes dicunt illud ונקתה ונזרעה זרע intelligendum eſſe de ea quæ ad pariendum apta eſt; deciſio non eſt juxta R. Elieſer; ſed juxta Sapientes.

WAGENSEILIUS. (1) *Ita quidem opinante R. Meir*] Sequenti argumento inductus eſt R. Meir in hanc ſententiam: Conſtituerunt, ajebat ipſe, Sapientes, ut mulier prægnans aut lactans, ad viduitatem redacta, vel repudium paſſa, non prius ad ſecunda vota tranſeat quam infans bimus ſit, tunc enim demum ablactandum, & novum incundum eſſe conjugium. Ergo, inferebat, qui cum prægnante, aut lactante, matrimonium contrahit, tam illicitas facit nuptias, quam ii de quibus §. 1. ſermo fuit, & expropter idem, de illis, quod de his valere debet, ut nimirum uxores ipſorum, cum de adulterio ſuſpectæ redditæ ſunt, nec bibant aquas amaras, nec dotem accipiant.


(2) *Sapientibus contrarium placet &c.*] Id eſt: Sapientes contra reputando, non valere collectionem τȣ̃ R. Meir, pronunciant, ſic formando ratiocinium: Quod ſi quis prægnantem, aut lactantem, vitio ductam, tantiſper dimittat, quoad XXIV. menſes, infanti lactando definiti, elabantur, jam deinde, nulla lege prohibente, mulierem iſtam repetere, & in conjugio habere poteſt. At vero, quia idem de mulieribus §. 1. nominatis, aſſerere non licet, ſed illa matrimonia, citra omnem temporis, aliamque conditionem, æternùm prohibita cenſentur: quamobrem ſequitur, omnino magnam, inter utraſque mulieres, eſſe diſparitatem, nec firmum eſſe argumentum, quod ad has §. 3. ab illis §. 1. recenſitis, nectitur. Et ſane, tantum effectum hac probatione, ut τῷ R. Meir audiendum, Sapientibus, auſcultandum eſſe, Magiſtri præcipiant: Id eſt: אין הלכה כרבי מאיר uti ipſis ſolitum eſt loqui.

(3) *Infœcunda*] Quæ proprie Judæis ſit אילונית docetur in Nidda fol. 47. b. In Hilchot Iſchut Maimonidis c. 2. §. 1. ſeqq. & in Codice quoque noſtro MS. Ez. Hechajim Hilch. Kidduſchin. c. 3. cujus verba repræſentamus. מיום לידת הבת עד שתהיה בת י"ב שנה גמורין נקראת קטנה ותינוקת וכל שערות שתביא תוך כך הרי שומא הם מבת י"ב שנה ויום ומעלה והביאה שתי שערות למטה בגוף במקום הידוע להביא שנקרא סימן התחתון נקראת נערה עד ו' חדשים ומתחלת יום תשלום הו' חדשים ומעלה נקראת בוגרת ואין בין נערות לבגרות רק ו' חדשים בלבד בת י"ב שנה ולא הביאה שתי שערות אע"פ שנראית בה סימני איילונית כגון שאין לה דדין ומתקשה בשעת תשמיש ואין לה שיפולי מעים כנשים וקולה עבה ואינה נכרת מן האשה לאיש עדיין קטנה היא עד עשרים שנה הביאה שתי שערות ואפילו בשנת תשע עשרה הרי היא נערה ואחר תהיה בוגרת בת עשרים שנה פחות ל' יום ולא הביאה שתי שערות אם נראה בה סימני איילונית הרי איילונית לא נראה בה כל סימני איילונית קטנה היא עד שתביא שערות או שתהיה בת חמש ושלשים שנה ויום אחד בא זמן זה ולא הביא היא איילונית אפילו לא נראו בה סימני איילונית א"כ איילונית אין לה ימי נערות אך מקטנותה יצא לבגרות : Sunt hæc, nonnihil ab honeſtate remota, ideo verſionem non ſubjicerem, niſi viderem, jam aliquatenus præiviſſe Buxtorfium, graviſſimum virum, & Theologum, in Lex. Talm. p. 72. quo exemplo, licere mihi, quod ille fecit facere, exiſtimo: Sic igitur interpretor: *A die nativitatis puellæ, uſque dum complevit annos* XII. *vocatur* Minorennis, *vel* Parvula, *omneſque pili quos interea temporis producit*, *vitio* (creviſſe cenſentur.) *Cum annorum XII. uniuſque diei, aut major facta eſt, produxitque pilos duos, ſubtus in corpore, loco noto; quod* (ad aliorum, quæ ſupra in uberibus obſervantur, diſcrimen,) *inferius ſignum vocari ſolet, nomen* Virgunculæ *nanciſcitur, ad ſextum uſque menſem. Poſtridie impleti ſexti menſis, & porro deinde, vocatur* Adulta, *ſive* Nubilis, *ut ita inter ætatem qua Virguncula, & qua Adulta habetur, ſolorum menſium ſex ſit intervallum. Si impleverit illa annos XII. nec produxerit pilos duos, etiamſi appareant in ea notæ infœcundarum, quæ ſunt, carere mammis, ſentire dolorem in re venerea, non habere declivitatem in pube, more aliarum fœminarum; vox item ſonora, ita ut an viri, an vero fœminæ illa ſit, dignoſci nequeat, habetur adhuc pro Minorenni ad annum uſque ætatis XX. Quod ſi igitur vel anno XIX. pilos duos producat, jam vocatur Virguncula, & deinde Adulta. Quæ annos XX. minus diebus XXX. nata eſt, nec produxit pilos duos, ſi habeat ſigna infœcundarum, infœcunda pronunciatur, ſed, ſi omnia illa ſigna non compareant, Minorennis adhuc eſſe judicatur uſque dum pilos producit, aut facta eſt annorum XXXV. & diei unius. Eam ætatem cum attigit, nec pilis inſtructa eſt, infœcunda declaratur, utut quædam ſigna, quæ infœcundas comitari ſolent, deficiant. Quæ cum ita ſint, non cadit in infœcundas ea ætatis denominatio, quæ inter pueritiam & nubilem maturitatem media eſt, ſed ſtatim, poſtquam puellæ vocari deſinunt, vocantur deinde adultæ.* Atque ſic, præclaram dedimus deſcriptionem mulieris אילונית nunc vero, ejus quoque dandum exemplum. Legitur in Jebamot fol. 64. b. אמר רב נחמן אמר רבה בר אבוה שרה אמנו אילונית היתה שנ' ותהי שרי עקרה אין לה ולד אפילו בית ולד אין לה : Id eſt: *R. Nachman, autore Rabba F. A. dixit: Sara mater noſter fuit* אילונית *ſcriptum enim* (Gen. XI, 30.) Et fuit Sarai ſterilis, nec erat ei proles. (in quibus verbis, niſi ſuperfluitatem admittas, fatendum, innui poſtremis,) *caruiſſe adeo Saram, muliebri utero.*

(4) Ve-

(4) *Vetula*] Exiſtimo, intelligi eam, quæ ſexagenaria major eſt; nam ſic legitur in Pirke cap. 5. בן ששים לזקנה Id eſt: *Agens annos ſexaginta, ſenex habetur.* Commentatores addunt: דכתיב תבא בכלח עלי קבר בכלח בגימטריא ששים נועל כן נהגין לעשות סעודה כשיצא מכלל ששים שלא נכרתו ימיו : Id eſt: *Dicitur* (Job. V, 26.) Pervenies cum ſenio ad ſepulchrum. *Hic vocem* בכלח *ſi ad numeros redigas, emergunt LX. Atque ideo more inter nos receptum eſt, ut ſexageſimum annum egreſſi, epulum faciant, quod morte præmatura non fuere abrepti.* Non alienum a propoſito eſt, quod S. Paulus 1 Tim. V, 9. miniſteriis ſacris vacaturam viduam, non minorem eſſe jubet annis LX. ut ita ætas grandior, venerationem illi apud alios conciliet, & rerum quoque profanarum in ipſa pariat contemtum: χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα· De cætero, ſi ineptias Judæorum ſequimur, prima fœminarum Sara, Vetulæ nomen, habitumque, tuliſſe videtur: Docetur enim in Sanhedrin fol. 170. b. עד אברהם לא היה זקנה כל דחזי אברהם אמר האי יצחק כל דחזי ליצחק אמר האי אברהם בעא אברהם רחמי דליהוי ליה זקנה שני ואברהם זקן בא בימים : Id eſt: *Ad Abrahami ætatem uſque, nondum erat ſenectus: quisquis intuebatur Abrahamum, credebat ſe videre Iſaacum, nec minus, quisquis videbat Iſaacum, credebat ſe intueri Abrahamum: Quamobrem, Deum precabatur Abrahamus ſenium ſibi obtingeret: ideoque ſcriptum eſt*: (Gen. XXIV, 1.) Abraham autem erat ſenex vergens ætate. Quod de Abrahamo, hic dicitur, idem, niſi omnia me fallunt, ad Saram quoque producendum, de ambobus enim eodem ſermone cap. XVIII, 1. enunciatur: ואברהם ושרה זקנים באים בימים : Id eſt: *Abraham autem & Sara ſenes erant, vergentes ætate.* Et vero, quia animum inducere potuerunt Judæi, ut crederent, primos mortalium Abrahamum, & Saram conſenuiſſe, hinc eveniſſe arbitror, ut ejus rei memoriam, etiam nummis ab Abrahamo fuiſſe inſculptam, tradiderint. Bava Kama fol. 97. b. תנו רבנן איזהו מטבע של ירושלם דוד ושלמה מצד אחר וירושלם מצד אחר ואיזהו מטבע על אברהם זקן וזקנה מצד אחר ובחור ובתולה מצד אחר : Id eſt: *Traditio extat: Quæſitum eſt, quæ fuerit Moneta Hieroſolymitana?* (Reſponſum:) David & Salomo, *ſcriptum erat, in parte una, in altera vero* Hieroſolymæ. *Porro quæſitum, quæ fuerit Moneta Abrahami?* (Reſponſum:) *Unam partem* (exhibuiſſe verba:) Senecio & Anus. *Alteram*: Adoleſcens & adoleſcentula. Equidem, poſſideo nummos duos, plane tales, quales in Talmude antiqui fuiſſe memorantur: Et quorum priorem, a Judæo quodam Viennenſi redemi, poſteriore, me nuper donavit, Vir Nobilis, & integerrimus, *Andreas Viatn*, pro inſignibus ſuis in me amicitiæ officiis. Ecce, figuram utriuſque, ſubjicimus:





Meminit nummi poſtremi, etiam, pius quondam in Joachimica valle Præſul, Matheſius, in Sarepta p. 148. a. cujus verba adducere convenit. *Ich habe zwo alte jüdiſche Müntz bekommen, bey den löblichen Herrn von Haſſenſtein, die hat der weit berühmte Herr, Herr Boslaf von Haſſenſtein, der aufm Schlos Haſſenſtein, als ein hochgelehrter Herr, ſehr eine ſchöne Liberey hat angerichtet, und zum heyligen Land geweſen, mit ſich aus dem gelobten Land bracht, wie ſie in ein Pergament eingewickelt, darauf mit wolgedachten Herrns Handgeſchrieben:* Hæc moneta minor argentea eſt ipſius Abrahami. *Dieſelbige kleine Müntz, wigt ein halb Loth Silber, eben wie ein Landſeckel, und iſt rund, ungefehrlich einer halben Batzen breit. Am Korn iſt ſie fein, darauf ſind jüdiſche Buchſtaben gepreget, auf einer Seiten ſteht mitten auf der Müntz:* Der alt und die al te. *Damit man aber wiſſe, wen man hiemit meine, ſteht über, und unter den Wort* zekan, *ein jüdiſch A, mit dem Titel. Und über den wort* zekonah, *ein jüdiſch S. daraus man leichtlich abnehmen kan, daß* Abraham *der Alte, und* Sara *die Alte, genennet ſey. Auf der andern Seiten ſteht auch ein Hebreiſche Schrifft, mitten übern Groſchen* bachvr vbethvla: *übern und untern Wort* Bachur, *ſteht ein Jod; über und untern Wort* Bethula, *ein Hebreiſch* R. *dann weil die alten Eltern* Abraham *und* Sara *auf der andern Seiten ſtehn, und* Bachur *heiſt ein Juncker, und außerwehlter junger Geſell, und* Bethula *heiſt bien Juden ein Jungfrau, die keinen Manner kannt, wie* Gen. XXIV. *Jungfrau* Rebecca *genannt iſt, ſo hat* Abraham *ſeines Sohns* Iſaac *und Schnur* Rebecca *nahmen, auf ſeinen Seckel wollen prægen laſſen.* At vero, ſi quis, iſtis non contentus, amplius noſtram, de Nummis, quos exhibuimus, ſententiam perquirat, illud principio prodere non verebimur, ita nobis veriſimile videri, non extare ullam amplius, (Video idem prorſus placere, Viro, judicio & eruditione inter noſtrates, maximo, *Hermanno Conringio*, dum lego Epiſtolam, quam ad Joh. Henricum Hottingerum ſcripſit, quæque inter cæteras p. 413. comparet. Ejus inſignis autoritas, opinionem noſtram vehementer commendabit.) veræ antiquitatis, Hebræorum Monetam, uſquam gentium, ſed omnem omnino pridem periiſſe funditus. Provocamus ad judicium univerſorum, qui veterem & genuinam pecuniam, a nova, atque ad ſimilitudinem ejus efficta, valent diſtinguere, & multis evidentiſſimiſque ſignis probatum dabunt, omnes qui vulgo circumferuntur, ſive Siclos, ſive alterius notæ, nummos Judaicos, opus recens & κακοῦ κόμματος eſſe. Sufficit, unum hic, cum omnibus aliis, in eo eruditionis genere, palmam facile præripiat, laudare, præſtantiſſimum; clariſſimumque virorum, Carolum Patinum, cum quo, ante hos paucos dies, cum ad Academiam noſtram luſtrandam excurriſſet, ſuavem exoptatamque familiaritatem contraximus. Is enim, qui tractavit, & ad trutinam appendit, quicquid nummorum veterum, Imperator, Reges, Principes Europæ propemodum univerſi, in theſauris habent, & ab iis ob ingenium & doctrinam, quæ mirati ſunt, honore, ac congiariis maximis cumulatus receſſit, longe majore uſus felicitate, quam Marius olim Gratidianus, qui Plinio l. 33. Hiſt. Nat. c. 9. & Cicerone l. 3. Offic. teſtibus, cum primus artem reperiſſet Denarios probandi, multitudini tum charus fuit, ut omnibus vicis ſtatuas, & ad eas thus & cereos illi dicarent: Hic inquam, vir eximius, & Antiquitatum promus condus, iſtud magna aſſeveratione nobis confirmavit, non reperiſſe ſe in omnibus illis gazis, Nummum Hebræum, qui fidem male ambulantem potuiſſet obtegere. Solum ajebat, famam eſſe, in Scorialienſi Baſilica, ſuperfuiſſe aliquem vere antiquum, a Carolo V. Imperatore, olim in cimeliis habitum, at non conſtare ſibi, num incendium, quo anno præterito ſtupenda fabrica conflagravit, evaſerit. Enim vero, fortaſſe, ſi & hunc, vir ſolertiſſimus, oculis uſurpaſſet, continuo deprehenſurus erat, ejuſdem, ac cæteros, illum valoris eſſe. Nam, & Regibus frequenter accidere poteſt, ut, quod ait ille, pluribus veris denariis, unus adulterinus ipſis ematur. Ne quid tamen diſſimulem, mihi ſane contigit, luſtrare toto orbe celebrem Baſilicam Scorialenſem, & quicquid rari aut pretioſi ibidem aſſervabatur. Quia tamen, ille nummus oſtenſus non eſt, propemodum dubitare occipio, an aliquis, cujuſdam momenti, adfuerit, imprimis cum cogito, quod in Bibliotheca Manuſcriptorum, ibidem mihi accidit. Percurrebam curioſo oculo, librorum plu-

pluteos, nomina Codicum, quæ retro affixa erant, ſedulo rimatus. Cum vero, inter cæteros, notaſſem unum præcipuæ magnitudinis, cui Trogus Pompejus inſcriptum, hic ego exului totus gaudio, & ô me fortunatum, inquam, cui Scriptor, quem quicquid eſt eruditorum, dudum intercidiſſe credidit, conſpiciendus objicitur! quam ego læto nuncio exhilarabo viros doctos! quot & quanta mihi dabunt Evangelia! At, vix aperueram librum, & ſtatim illi, ob mendacem titulum, mihi quoque pæne, ob nimiam credulitatem, iraſci cœpi, nam pro Trogo, nihil niſi qui ejus epitomen fecit, *Juſtinum* reperi, atque ſic turpiſſime me deluſum fuiſſe, ſum expertus. Nunc, ut ad noſtros nummos, propius accedam, hos quidem ſuppoſititios eſſe, liquido juraverim: ita nihil in iis reperitur, quod antiquitatem redoleat, ſed omnia produnt facturam eſſe noviſſimam. Ne autem quis dicat, ex eo quod noſtri adulterini ſunt, haudquaquam inferri, non extare alios antiquos & genuinos, quorum hi exemplar referant; illud inſuper addo, non credere me poſſe, ut aut Abrahamus, aut David, tam ineptos nummos procuderint. Quod enim ad Abrahami illum attinet, quæſo, quam futilitatis pleniſſima eſt inſcriptio, quæ Autoris, familiæque ejus nomina, ſolis initialibus literis, & quidem ridicule, geminis vicibus, ætatis autem cujuſque ingraveſcentiam, vel juventam, exprimit verbis pleniſſimis, &, anne dari poteſt ſignaturæ ſimilis, apud ullas gentes exemplum? Rabbinorum enim commentum, de Abrahamo & Sara, primis in orbe ſenibus, nemo Sapiens magni fecerit. Jam, nummi parvitas illa, Abrahami ævo neutiquam convenit, quo citra dubium, admodum recepta adhuc erat rerum commutatio, ſi quis vero pecuniæ uſus fuit, e grandiore maſſa formabatur, ſic, ut ob magnitudinem appenderetur potius, quam numeraretur, habemuſque de ipſomet Abrahamo teſtimonium clarum Gen. XXIII, 16. Dehinc, quomodo in nummis, Rebeccæ tanquam virginis intactæ illibatæque, (hoc enim eſt בתולה) Abrahamus facere poterat mentionem, quam niſi nurum, & filio ſuo, idque adeo poſt Saræ obitum, nuptam, nunquam noverat? Adde, quod ſi maxime Abrahamum monetam cudiſſe concedamus, nunquam tamen ad hoc ævum perduraſſet, quippe, cum ne potentiſſimarum gentium, & nationum quidem, aut illius, aut longe poſteriorum ſeculorum nummi, ab his utique, ſupra quam dici poteſt majore, quam ab Abrahamo fieri poterat, copia cuſi, tam ſeram ætatem tulerint, nec forſitan Daricis & Alexandrinis nummis, ulli extent antiquiores. Atque hoc idem argumentum, valet quoque, ad alterum nummum, qui Davidis & Salomonis nominibus notatur, & de quo, verbo dicendum eſt, rejiciendum ſimiliter, cum & iſti Reges, multis ante Darium, & Alexandrum vixerint ſeculis. Amplius, & horum inſcriptio, non ſatis ſe mihi probat. Scilicet, quæ ratio erat, David cuſurus nummos, in iis filii, quem in adminiſtrationis ſocietatem nunquam adſciverat, nomen exprimeret, & Regem illum ſalutaret? Sane conſtat ex 1 Reg. I. Salomonem, vivo adhuc patre inauguratum eſſe, ſed id factum, non ut ſceptra ſimul cum Davide, capeſſeret, ſed, uti eſt in Jeruſchalmi Horajot fol. 47. col. 3. נמשח שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו *Unctus eſt Salomo quia controverſiam de ſucceſſione ei movebat Adonia.* Scimus, etiam Davidem, vivo Saule unctum fuiſſe, nemo tamen unquam dicet, Saulis ipſum fuiſſe collegam. Nam, alioqui, אין מלכות נגעה בחברתה אפילו כמלא נימא : Id eſt: *Non attingit unum regnum alterum, vel quantum pili latitudo eſſe poteſt*: Uti in Taanit fol. 5. b. inter medios de Davide ſermones, dicitur. Eadem hæc, indicio eſſe debent, neque Salomonem, neque quem poſteriorum Regum, aut dominatu utentium, ſimilem monetam procudere potuiſſe, quin & ſemper, omnium ætatum, gentiumque Principes, ſolemne habuerunt ſua maxime in nummis conſecrare nomina, non aliena. Obiter adjicio, in nummi Davidici averſæ partis inſcriptione, nihil poſſe deſiderari, nudam verborum conceptionem ſi ſpectemus; eamque ex Eſ. LII, 1. eſſe deſumtam. De reliquo, conjectura nunc afferenda eſt, de horum nummorum origine. Nimirum, ſic conjicio: Apud ſecula priora, pietatis, aut curioſitatis impulſu, Chriſtianorum multi, Palæſtinam petebant, loca quæ præſentia Servatoris ſacravit, ſuis contemplaturi oculis, veneraturi affectu. Uti autem peregrinantium omnium, ita & ipſorum hoc fuit ſtudium, ut quædam, pro itineris memoria, domum ſecum referrent, & imprimis λείψανα Sanctorum, nummique ſacri deſiderabantur. Prorſus uti hoc ævo quoque, qui ad ædem Lauretanam, Romam, Aſſiſios, aut Compoſtellam ſe conferunt, conchis, crucibus, cingulis, & ſacratis nummis onuſti, redire ſolent. Occaſionem hinc ſumſere Judæi, qui in iis partibus degunt, ſecundum locum quem adduximus Talmudis, fingendi nummos ejuſmodi, & ex illorum venditione, faciendi quæſtum. Allati in Germaniam, facile repererunt amatores, qui ad aliorum ſimilitudinem, novos flare ferire juſſerunt, & hinc illa, quam habemus copia. (Tom. 1. Scriptor. Germ. Alemanni p. 18.) Ergo nobis Abrahami nummi, eodem loco ſunt, quo Hepidanni in Annalibus, ſequens narratio: *Anno MCLXXX. Comes Rudolfus de Fulndorf Hieroſolymam petiit, & ſe perpetualiter S. Sepulchri ſervitio dicavit. Quem Abbas S. Galli rogavit, ut ſibi reliquias tranſmitteret. Is autem petitioni volens ſatisfacere, ad quoddam cænobium perrexit, quod ad S. Abraham nominatur, illicque X. marcas auri obtulit. Deinde pro caritate Reliquias petiit. Illi honorifice eum tractare volentes, duxerunt eum ad altare publicum, quod in honorem Patriarcharum erat conſecratum, & altare aperientes, devote ſibi reliquias Abrahæ, & Iſaac, & Jacob oſtenderunt, & quia horum reliquias ſupra modum petiit, licet renitendo, tamen ei particulas ex iis dederunt. Comes vero capſulam pretioſi operis comparavit, ac Reliquias in illa, ſub proprio ſigillo condidit, & ſic ſigillata Abbati S. Galli amiciſſimo Domino ſuo tranſmiſit. Ubicunque autem hæ reliquiæ fuerint, ut illic teſtati ſunt, illic pax & augmentum, & lenitas aëris ſemper erit.* Obſervationi, extremam lineam imponenti, illud ſuccurrit, non nimis abſurdum futurum, ſi eam, quam Abrahami & Davidis nummorum fingendorum attulimus cauſam, ad hos pariter accommodemus, qui Servatoris noſtri imagini, Hebraicam addunt inſcriptionem. Nempe, alicui Chriſtiano, linguam Hebraicam edocto, aut, qui ſuperſtitionem ſuam deſeruerat, Judæo, veriſimile viſum eſt, nihil ſacris viatoribus accidere poſſe gratius, quam ſi monetam, Chriſti vultum exhibentem, e regione, quam vivus incoluerat, iis liceret referre. Quamobrem, hac quoque parte, ſatisfactum eſt, formatique ſunt nummi ſimiles, & quidem Hebraice inſcripti, ut ea res, majorem venerationem, & antiquitatis ſpeciem apud imperitiores conciliaret, ac nummi tanto carius poſſent vendi. Etiam horum duos adumbrare conceditur:





Priorem, non alibi vidimus, quam Viennæ, apud Ampliſſimum, & Patris loco, ſic enim de nobis meritus eſt, ſumme nobis dilectum Virum, Ferdinandum Perſium a Lohnſdorf, Sereniſſ. Electoris Palatini, in Aula Cæſarea Legatum Reſidentem, facilisque eſt interpretatio: Jeſus Nazarenus Meſſias,

ſias, Deus & homo ſimul. Alter, præterquam, quod & a nobis poſſidetur, in multorum eſt manibus, & paſſim incidas in infantes, qui eum e collo ſuſpenſum geſtant. Atque hujus quidem typum, ſculptor Chriſtianus, rudis Hebræarum literarum, abſente Autore incidit, hinc illi, & in ſeparatione vocum, & in literarum ductibus errores, qui in lectione nonnihil difficultatis pariunt. Interim lego, & interpretor, in parte prorſa אדני ישו Dominus Jeſus. In averſa: משיח מלך בא בשלום ואדם מאדם עשוי חי Meſſias Rex venit in pace & homo ex homine factus eſt vivus, ſeu verus. Scio Waſerum l. 2. de Num. antiq. Hebr. c. 3. & Crineſium noſtrum in Babel c. 2. mem. 1. aliter legere, quaſi ſibi ſcriptum eſſet, אור מאדם Sed, noſtræ lectioni, palam favet ſenſus perſpicuitas, cui אור nimium officit, ſi admittatur: *Chriſtum, eſſe Deum verum, ex Deo vero, Hominem verum, ex Homine vero*, omnes dicimus, nec eſt qui illum ſermonem non intelligat: At, valde impropriе, obſcureque loquitur, qui ait: & Lux de Homine facta eſt vita. Tum vero, nullum ו eſt in noſtro nummo, multo minus ר ſed aperte, ſolum & unicum ד Proinde, veriſimile admodum eſt, excidiſſe ם eam ob cauſam, quia ſequenti verbo, idem elementum eſt initiale, idque non tam ſculptoris quam ipſius Autoris, potuit accidere errore: Nec enim eſt alius, quem magis frequenter ſcribentes committunt, quam ut litera, ante ſibi ſimilem, ab iis negligatur.

(4) *Quæ ad pariendum inepta*] Eam intelligunt, quæ pharmaco ſumto, ſterilitatem ſibi concivit, cujus rei exemplum attuli ſupra pag. 264.

(5) *Nec dotem accipiunt, nec bibunt*] Ratio ſic opinantium eſt, quia, etiam illud, quod cum his mulieribus initur conjugium, Legi Divinæ adverſatur, ac proinde haudquaquam explorationis beneficio gaudere debent, qui has thori ſocias habere voluerunt. Dotis jactura, ex temerario oritur cum alieno homine, & clandeſtino commercio. Eſſe vero matrimonium, quod cum Infœcunda, Anu, aut ad pariendum inepta, contrahitur, Legi Divinæ contrarium, inde probant, quod ex tali uxore nulla ne ſperari quidem poſſit ſoboles, cum tamen viris omnibus, & ſic præcipue Judæis, ad quos Dei præcepta maxime attinent, imperatum ſit, ut genus ſuum propagare ſtudeant. Damus iterum locum nobilem ex MS. noſtro Hilch. Pirja Urivia cap. 1. מצות עשה מן התורה על האיש לפרות ולרבות שנ' פרו ורבו אבל לא על האשה שנ' וכבשה ואין האשה דרכה לכבש ונתחייב האיש במצוה זו מבן י"ח שנה עבר עשרים שנה ולא נשא אשה בטל העשה אבל המתאחר שמתיירא מפני בטול תורה שצריך לחזר אחר מזונות מותר דעוסק במצוה פטור מן המצוה : Id eſt: *E Præceptorum Ajentium numero eſt, quo maribus prolis procreatio præcipitur, ſcriptum enim* (Gen. I, 28.) Augeſcite & implete. *Id tamen præceptum, fœminas non obſtringit:* (Additur enim mox loco allegato:) Et ſubigite eam: (Virorum vero eſt ſubigere,) *fœminarum neutiquam. Cæterum, obligari quis incipit ad morem gerendum huic præcepto, ſimul ac XIIX. ætatis annum exegit, quod ſi igitur cui annus XX. nondum ducta uxore prætergreſſus ſit, violatum præceptum eſt. At, ſi quis* (pauperior) *conjugium ideo differat, quia metuit, ne ea res ſacra ſua ſtudia impediat, cum id inde de alenda familia ſolicitus eſſe cogatur, id facere licet*: Nam (juxta tritum illud:) Dum quis occupatus eſt in implendo præcepto aliquo, non laborandum ei de præcepto alio.

(6) R. *Elieſer diverſum ſtatuit*] Uti, quot capita, tot ſententiæ, & ſuus cuique mos eſt, ita receſſit R. Elieſer, a communi Sapientum opinione, & circa Infœcundas, Anus decrepitas, ad pariendumque ineptas, explorationem aquarum non omnino inutilem eſſe, ſibi perſuaſit. Nempe, non negabat quidem, peccare eos, qui cum talibus nuptias contrahant, ſed credebat hoc peccatum emendari poſſe ſuperinducta juvencula, numeroſæ prolis quem parentem factura. Igitur viſum ei, idem de his mulieribus judicandum eſſe, quod de Prægnantibus, & Lactantibus, alioquin Sapientes judicaverant. Atque profecto, eſt quædam cauſæ ſimilitudo, ſed, nihilo minus אין הלכה כר"א Id eſt: *R. Elieſeri opinioni non inhærendum.* Cauſa, cur rejecta fuerit, latet niſi fallor, in illis, Num. V, 28. ונקתה ונזרעה זרע *Et innocens erit, & conſequetur ſemen*: quibus videtur innui, fœminas ad pariendum omnino ineptas, explorationi aquarum ſubjiciendas non eſſe, quippe carituras beneficio, quod frugi mulieres conſequitur.

ד אשת כהן שותה ומותרת לבעלה אשת סריס שותה על ידי כל העריות מקנין חוץ מן הקטן ומי שאינו איש :

4. (1) Sacerdotis Uxor quæ bibit, marito iterum legitime jungitur. (2) Eunuchi (3) Uxor, ad bibendum (*cogi poteſt.*) (4) Adverſus Cognatos quoſcunque, locum habet (*ſuſpicio, exindeque orta Zelotypia, modo*) (5) Impubere, & non homine exceptis.

R. OB. DE BARTENORA.

אשת כהן שותה ומותרת לבעלה *Uxor ſacerdotis bibit, & licita eſt marito*, ſi pura inventa fuerit, nam putare potuiſſemus, quod, cum uxor ſacerdotis marito illicita eſt, quando vi compreſſa eſt, hæc forſan vi compreſſa ſit, & quod propterea aquæ de illa experimentum dare recuſant; propterea Miſna nos contrarium docet.

אשת סריס שותה *Uxor eunuchi bibit*, ne dixeris locum ſcripturæ מבלעדי אישך *marito tuo, excepto*, vide Num. 5, 20. excipere eum qui ineptus eſt ad coitum, ideo nos docet contrarium.

על ידי כל העריות מקנין *Adverſus cognatos quoſcunque locum habet ſuſpicio; exindeque orta zelotypia*, ſi in eam zelotypiam exercuerit pater, aut frater ejus, aut quicunque ex conſanguineis, & illa occultaverit ſe, eſt rectus zelus, & prohibita eſt, ac bibere tenetur aquas amaras. Nam non dicimus Num. 5. tantum bis dici נטמאה *ſi polluta fuerit*, ſemel, quia immunda eſt marito, & ſemel, quia immunda eſt adultero, & quod hoc intelligi debet quando illi prohibita fuerit mulier propter hoc adulterium; non vero quando ſemper illi prohibita erat.

חוץ מן הקטן *Excepto pubere*, infra decem annos & unum diem, ejus coitus non habetur coitus; ita Maimon. Sed mihi videtur הקטן dici de eo qui eſt infra annum decimum tertium & unum diem, cui non ſunt ſigna viri, eo quod Num. 5, 13. dicitur ושכב איש אותה *ſi concubuerit cum ea vir*, ergo non impuber. ומי שאינו איש *& eo qui non eſt vir*, ad excipiendum pecus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Intelligere potuiſſemus, quod uxor Iſraëlitæ quæ vi compreſſa eſt, illicita ſit marito ſuo, & bibat aquas, & dein licita ſit marito ſuo, at de ſacerdotis uxore, quæ illi illicita eſt, quandoquidem vi compreſſa eſt, dixiſſemus quod non eſt licita ipſi poſtquam biberit aquas amaras; eo quod forſan vi compreſſa fuiſſet, & propterea ſe fuga eripuiſſe, illicitamque eſſe marito ſuo. Hac de cauſa nos docet Miſna, quod bibat, & marito ſuo licita ſit. Eodem modo etiam comparatum eſt cum eunucho qui non valet ad coitum.

על ידי כל העריות מקנין *Adverſus omnes inceſtuis zelotypiam exercent*, quia intelligere potuiſſet aliquis, quod, ſi adverſus eam zelotypiam exercuiſſet frater, aut pater, aut ſimilis conſanguineus, non ſit zelotypia, eo quod ſcriptura bis dicit de illa, ונטמאה *& ſi polluta fuerit*, idcirco exponit Traditio, quod immunda eſt pro marito, & immunda pro adultero, hinc diceremus, vir ille cui prohibita erat propter hoc adulterium, erit in cauſa ut illa bibat aquas amaras; ſed iſte vir cui ſemper prohibita erat ante zelum, non erit in cauſa ut illa bibat; propterea nos docet Miſna quod illam ad bibendum adigere poteſt.

חוץ מן הקטן *Excepto impubere*, qui eſt infra novem annos & unum diem, quemadmodum exponetur in tractatu Jebhammot, quod coitus ejus non eſt coitus. ומי שאינו איש *& eo qui non eſt homo*, id eſt, pecus, eo quod ſcriptum eſt Num 5, 13. ושכב איש אותה quod excipit impuberem, & pecus.

WAGEN-

WAGENSEILIUS. (1) *Sacerdotis Uxor quæ bibit &c.*] Credat quis, plane ſtultam eſſe hanc admonitionem, tanquam factam de re, poſita extra omnem dubitationis aleam: Idque ipſe Gemaræ מקשן ſenſiſſe videtur, dum illis verbis פשיטא ſubjecit. Verum, non plane gratis hæc dici, ibidem deinde oſtenditur, etſi verborum tanta caligine, ut ſolis veſpertilionibus aliquid in ea cernere datum ſit. Clarius paulo Maimonides in Gloſſa: שלא יעלה על הדעת אשת ישראל כשנבעלה באונס שהיא מותרת לבעלה היא שותה ותהיה מותרת לבעלה אבל אשת כהן שנבעלת באונס שהיא אסורה עליו היה לנו לומר שלא תהיה מותרת לו אחר ששתתה שמא באונס נבעלה ולכך הוצרך לומר שהיא אסורה עליו ולכן למדנו שהיא שותה ומותרת לבעלה: Id eſt: (Iſta ideo inculcantur,) *ne quis hunc in modum ratiocinetur: Quia Uxor Iſraëlitæ* (laici,) *etiam per vim ab alio vitiata, legitime marito ſuo adhuc jungitur, quamobrem ſi ipſa bibat*, (aquas amaras, & innocens deprehenſa ſit,) *jure boni maritalis thori porro eſt ſocia:* (ſive enim ideo aquæ ei non nocuerunt, quia prorſus intacta manſit, ſive quia innocenter vim paſſa fuit, nihil id refert, tam enim hanc, quam illam, laico retinere fas eſt.) *At, Sacerdotis uxor, quam* (ſecundum Dei mandatum Levit. XXI, 7.) *poſt violentam compreſſionem marito tenere non licet, hæc fortaſſe, facta exploratione, jure connubii excidit; Licebit enim ſuſpicari, per vim compreſſam fuiſſe, & ideo quidem ſalvam evaſiſſe, ſed tamen thori non poſſe eſſe ſociam. Eam igitur ob cauſam dicitur*, (verbis claris, Sacerdotis uxorem) *& bibere, & poſtea legitime adhuc marito jungi.* Bene Codex noſter MS Ez Hechajim, & notanter: סוטה ששתתה מי המרים ולא מתה מיד מותרת לבעלה ואפילו היה כהן ואע"פ שאר החלאים התחילו לבא עליה והלו שאר אברים מותרת אבל התחילו בטנה לצבות וירכה לנפול אסורה ואזדה: Id eſt: *Sota, quæ aquas amaras potavit, nec e veſtigio periit, licite adhuc marito jungitur, etiamſi is Sacerdos ſit, atque etiamſi eam infeſtare morbi quidam, nonnullaque membra tabeſcere occipiant. Quod ſi vero turgeſcat venter, & femur fiat cadivum, palam eſt, maritum eam a ſe ſegregare debere.*

(2) *Eunuchi*] Docuimus paulo ante, ex eodem incomparabili MS. noſtro, quæ איילונית dicatur, nec male ea res ceſſit, conſequens igitur eſt, ut ejuſdem beneficio, Eunuchum quoque definiamus, negligendo quæ ex Jebamot fol. 80. b. aut Maimonide Hilch. Iſchut. cap. 2. §. 13. producere licebat. מיום לידת הבן עד שיהיה בן י"ג שנה נקרא קטן ותינוק ואפילו הביא כבר שתי שערות אין זה סימן כי אם שומא בן י"ג ויום אחד ומעלה אם הביא במקום הידוע לשער נקרא גדול ואיש בא זמן זה ולא הביא שתי שערות בזקן ונרא' אחד מסימני סריס כגו' שאין לו זקן ושערו לקוי ובשרו מחליק ואין מימי רגליו מעלין רתיחות וקולו לקוי ואין ניכר בין אשה לאיש וכשמטיל מים אין עושין כיפה ושכבת זרעו דוהה ואין מימי רגליו מחמיצין ורוחץ בימו' הגשמים ואין מעלה בשרו הבל וסריס זה נקרא סריס חמה בכל מקום אבל נחתכו או נמעכו או נתקו גידיו או ביציו כשהגוים עושים נקרא סריס אדם אע"פ שנראו בו אחד מסימני סריס חמה הוי קטן עד שיהא בן עשרים שנה פחות לו יום בא זמן זה ולא הביא שתי שערות בזקן אם נראה בו אחד מסימני סריס הוי סריס ודין זה כגדול לכל דבר לא נראה בו מסימני סריס אינו סריס עד שיהיה כל בו סימני סריס או עד שיהיה בן חמש ושלשים שנה ויום אחד: Id eſt: *Ab eo die, quo puellus natus eſt, ad completum uſque annum ætatis XIII. vocatur* Minor, *&* Puer, *atque ſi maxime producat ante pilos duos, non id* (pubertatis) *ſignum, ſed vitium eſt. Natus annos XIII. diemque unum, aut amplius, ſi produxit in loco noto pilos,* Adultus, *&* Vir *appellatur. Quod ſi vero ad hanc ætatem pertigerit, ſine quam ut pilos duos in mento habere deprehendatur, appareatque inſuper aliquod ex ſignis Eunuchorum, quæ ſunt, defectus barbæ, coma mollis, caro lævis* (nec hirſuta, prout ſolet eſſe virorum,) *urina ſpumam nullam faciens, vox tenera, ita ut neſcias utrum viri ea ſit, an fœminæ; urinam procul ejaculandi impotentia; ſemen ſubobſcurum; urina non fœtens, cum diutule aſſervata eſt in vaſe; corpus, quod in bruma, inter lavandum, nullos exhalat vapores, ejuſmodi Eunuchus, vocatur communiter Eunuchus Solis. At, ſi cui abſciſſum, compreſſum, aut avulſum membrum vel teſtes ſint, ceu τοῖς ἔξω facere ſolenne eſt, is vocatur,* Eunuchus hominis. *Quod ſi igitur, inquam, in quo,* (egreſſo annum ætatis XIII.) *ſeſe offerat ſignum Eunuchi Solis, is pro Minore habetur, uſque donec natus fuerit annos XX. minus diebus XXX. Quo tempore exacto, ſi ne tum quidem pilos duos in mento produxit, adſitque aliqua ex notis Eunuchorum, pro Eunucho habetur, eique idem, quod adulti jus eſt. At, deficiente nota Eunuchorum, non prius Eunuchus cenſetur, niſi aut adſint omnia illa ſigna, aut annum ætatis XXXV. diemque unum impleverit.* Judæorum hoc, inter Eunuchos diſcrimen, ipſe Servator tangit Matth. XIX, 12. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· Καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· Ad quem locum, recte intelligendum, mirifice conferunt, quæ præmiſimus.

(3) *Uxor*] Hem! Quid hoc rei eſt? Siccine Eunuchi Uxores ducunt? Enim vero, num id fas ſit, inter clari nominis Theologos, & Jureconſultos Germaniæ noſtræ, diſputatum nuper eſt acerrime, & pars pro affirmante, pars pro negante ſententia pugnavit. Nolo Arbiter intervenire ipſorum liti, citra Quiritium ſuffragia, tolerabunt tamen, credo, benigne, ii, qui cum Eunuchis conjugia, tanquam nefaria rumoribus differunt, monentem me, aliter Judæorum Magiſtris viſum eſſe. Quod, etſi vel ex ſola hac Miſchna, ſatis conſtat ſuperque, addimus tamen etiam hæc Codicis noſtri MS. Ez Hechajim גיורת ומשוחררת ואשת גר ואשת עבד משוחרר וממזרת ואשת ממזר ואשת סריס חמה או סריס אדם הן כשאר כל הנשים ושותות: Id eſt: *Proſelyta, & ancilla manumiſſa, proſelyti item uxor, uxorque ſervi manumiſſi, notha inſuper, ac nothi uxor, nec non, uxor tam Eunuchi Solis, quam Eunuchi Hominis, ejuſdem cum cæteris omnibus mulieribus ſunt conditionis, &, ad bibendum aquas exploratorias admittuntur.* Nec minus afferendus locus non contemnendus, ex Moſis Kozenſis Præc. Affirm. XLVIII. השוטה שקדש פקחת ופקח שקדש שוטה אין כאן קידושין כלל לא מדברי תורה ולא מדברי סופרי' כדאיי' ביבמו' פרק חרש סריס שקידש בין סריס חמה בין סריס אדם בין איילונית שנתקדשה הרי אלו קידושין גמורין טומטום ואנדרוגינוס שקידשו אשה או שקדשם איש הרי אלו קידושי ספק וצריכין גט מספק: Id eſt: *Mente captus, ſi deſpondeat ſibi mulierem ſanam, aut homo ſanus, ſi deſpondeat ſibi mente captam, non hæc ulla ratione ſponſalia ſunt, ſive Legem Divinam, ſive Magiſtrorum placita attendamus, ceu oſtenditur in Jebamot c. 14. At, ſi Eunuchus, ſive Solis, ſive Hominis, itemque, ſi Infœcunda, Sponſalia faciant, ea legitima cenſeri debent. Quod ſi, genitale membrum in ventre occluſum habens, & Androgynus, fœminam ſibi deſpondeant, aut, ſi tales, vir aliquis ſibi jungat, de horum connubiorum ingenuitate dubitari poteſt, ob eamque dubitationem, per libellum repudii faciendum divortium.* Cæterum, merito de uxore Eunuchi, explicate docet Miſchna noſtra, ad bibendum aquas amaras eam admitti, ne quis opinetur, quia virorum verorum munus, Eunuchi explere non poſſunt, ideo nec eorundem privilegia, ipſis competere. Scilicet מבלעדי אישך להביא אשת הסריס *Verba* (Num. V, 20.) Præter maritum tuum, *complectuntur etiam Eunuchi uxorem*; ita monente Jalkut fol. 207. & apud pleraſque gentes, maxime vero Hebræos, receptum, ut conſenſus & affectio conjugalis, faciat conſervetque matrimonium, non concubitus.

(4) *Adverſus Cognatos &c.*] Recolenda ſunt animo, quæ ſermone præoccupavimus ſupra pag. 5. ſeqq

(5) *Impubere & non homine exceptis*] Maimonides, in Gloſſa, ex Jebamot, *Impuberem*, eum, qui minor eſt annis IX. & die uno, *Non hominem* vero, de Beſtia exponit. Quod ad poſterius attinet, habet conſentientem Bartenoram, ſed in priori, auſus eſt ei contradicere, contendendo, hunc accipi debere, qui minor eſt annis XIII. & die uno. Utri aſſentiendum, ſit neſcio, ſcio tamen cauſam, cur nec de impubere, nec de beſtia interdictum facere liceat. Scilicet, quia Num. V, 13. non niſi eo caſu ſacra conceditur exploratio, quo Vir cum muliere aliena concubuit, igitur etiam adverſus hunc ſolum valet mariti prohibitio, haudquaquam vero adverſus pueros, pecudeſque. Non prætereundum hoc loco, quod, uti non valebat interdictum de puero factum, ita nec conceſſum fuiſſe ei, qui admodum puellam duxerat, commercium cum extraneo, uxori parvulæ prohibere, aut aquis amaris, potio-

nare præcepti immemorem. Jalkut fol. 207. col. 3. תחת אישך לרבות בת תשע שנים ויום אחד שקינו לה וישקו אותה : Id eſt: (Verbis:) Sub viro tuo, (quæ habentur Num. V, 20.) *includitur etiam puella nata annos IX. & diem unum, huic enim interdictum fieri poteſt, eademque poſt ejus violationem, ad bibendum compellitur.* Conſequens igitur eſt, quod ſi cujuſquam conjux, hanc ætatem nondum attigiſſet, tantiſper ceſſaſſe utrumque.

ה ואלו שבית דין מקנין להן מי שנתחרש בעלה או נשתטה או שהיה חבוש בבית האסורין לא להשקותה אמרו אלא לפוסלה מכתובתה רבי יוסי אומר אף להשקותה לכשיצא בעלה מבית האסורין ישקנה :

5. In ſequentibus caſibus, Magiſtratus, (1) *(ex officio,)* zelotypiam exercet. Si cujus maritus (2) obſurdeſcat, aut amentia corripiatur, (3) aut in carcere vinctus detineatur. Sed, (*illa interminatio,*) (4) non porrigit vim, ad potionem, (5) verum ad dotis amiſſionem. (6) R. Joſe tamen, etiam ad uxorem potionandam, (*interdictum valere*) dictitat, ut ſcilicet maritus, carcere liberatus, conjugi, bibendi neceſſitatem imponat.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו שבית' דין מקנין להן *Hæc ſunt in quibus Domus Judicii zelotypiam exercet*, ſi videat quod mulier petulanter agit. לא להשקותה אמרו *non ut eam ad bibendum adigant, hæc dixerunt*, quia neceſſe eſt ut maritus adducat uxorem ſuam, id quod hic non obtinet. Neque ſi deinceps venerit maritus illius, tamen non poterit uxorem adigere ad bibendum cum hoc zelo, eo quod ſcriptum eſt Num 5, 14. וקנא והביא hinc neceſſe eſt ut maritus zelotypiam exerceat, eam ad bibendum adigendo. R. Joſe putat non eſſe neceſſarium ut ipſe maritus zelotypiam exerceat, eam ad bibendum cogendo; deciſio non eſt juxta R. Joſe. Cœcus vero maritus non poteſt uxorem ſuam ad bibendum adigere, quia ſcriptum eſt verſ. 13. ונעלם מעיני אישה Et ex eo quod ſcriptum eſt verſu 29 אשה תחת אישה concludimus, quod quicquid maritum impedit ut uxorem ad bibendum adigere non poſſit, id etiam impedit uxorem ut non bibat, ſi ejuſmodi quid in uxore reperiatur, propterea non bibet ſi fuerit cœca: Et ſi claudicabat, etiam non bibebat, quia ſcriptum eſt verſu 18. והעמיד הכהן את האשה Sic etiam, ſi illi una erat manus, quia ſcriptum eſt verſu 18. ונתן על כפיה aut ſi erat muta, eo quod ſcriptum eſt verſu 23. ואמרה האשה Itidem, ſi maritus claudicabat, aut non habebat manus, aut mutus, non adigebat uxorem ad bibendum, eo quod ſcriptum eſt verſu 29. איש תחת אשה uti diximus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe dicit, quod quiſquis in eam zelotypiam exercet, etiam neceſſitatem bibendi ipſi imponere poteſt, eo quod ſcriptum eſt Num. 5, 14. וקנא את אשתו והיא לא נטמאה & deindè verſu 15. Deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Joſe. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt, quod ſi maritus ſit cœcus, eam non poſſit ad bibendum adigere, quia ſcriptum eſt verſu 13. ונעלם מעיני אישה at cœco non ſunt oculi. Sic etiam, ſi mulier fuerit claudicans, aut duas habuerit manus, aut muta, non bibit, quia ſcriptum eſt verſu 18. והעמיד הכהן את האשה & verſu 23. ואמרה האשה Itidem dicitur verſu 29. אשה תחת אישה hinc ſequitur quod id quod in viro impedit ne uxorem ad aquas amaras bibendas adigere poſſit, etiam in muliere impedit ut non bibat; & quicquid in illa impedit quo minus bibat, illud etiam in illo impedit ut eam ad bibendas aquas amaras adigere non poſſit. Propterea, ſi illa fuerit cœca, aut ille claudus, aut non habuerit duas manus, aut mutus, tum illa non bibit; ſed in omnibus hiſce cauſis exit ſine dote.

WAGENSEILIUS. (1) *Ex officio Zelotypiam exercet*] Sed extra ordinem: Tota enim Zelotypiæ lex, proprie tantum ſpectat ad conjuges. Interim, cum viro non licet fungi officio, Magiſtratus vices ſupplet, intereſt enim Reipub. ut Matronarum honor ſervetur ac pudicitia.

(2) *Obſurdeſcat*] Ita ut non poſſit perſentiſcere, qui de uxore rumores ſint.

(3) *Aut in carcere vinctus detineatur*] Adde his אשה שעמום והלך בעלה למדינת הים ex Gemara noſtra fol. 27. a. & Jalkut fol. 205. col. 4. Verbis poſtremis, mulierem innui, cujus maritus peregre abiit, omnes intelligunt, & hujus, facit quoque in re præſenti mentionem Maimonides, Hilch. Sota c. 1. §. 10. Idem tamen, neſcio quam ob cauſam eam recenſere neglexit, quæ voce prima ſignificatur. Eſt autem veriſimile, innui uxorem hominis extreme melancholici, & ad mentis exitium triſtitie ſeſe macerantis, ita, ut ne quidem ſui ipſius, nedum rerum aliarum rationem habeat. In margine τῦ Jalkut, שעמום ex Targum per כהוסם explicari deprehendes.

(4) *Non porrigit vim ad potionem*] Maritus enim, exploraturus fidem mulieris, Num. V, 15. ipſe uxorem ad Sacerdotem adducere jubetur, proinde nemo præter eum, poteſt admitti.

(5) *Verum ad dotis amiſſionem*] Nota modum, quem in ſuo interdicto Magiſtratus obſervavit, ex Maimonide, loco jam nunc allegato: שמעו בית דין שהעם מרננין אחריה קוראין אותה ואומרין לה אל תסתרי עם איש פלוני באו עדים אחר כך שנסתרה עמו ושהתה כדי טומאה בית דין אוסרין אותה על בעלה לעולם וקורעין כתובתה וכשיבוא בעלה או יבריא או יצא מבית האסורין נותן לה גט ואינו יכול להשקותה מפני שלא קנא לה הוא : Id eſt: *Si Magiſtratus audiat, populum de uxore* (viri cujuſdam e prædictis,) *male ſuſurrare, vocat eam, edicitque illi*: Ne occultato tecum Virum. *Quod ſi deinde teſtes veniant*, (teſtimonium dicentes,) *ipſam ſeſe cum illo occultaſſe, per tantum temporis ſpatium, ut contaminari potuerit, vetat Magiſtratus, ne unquam impoſterum, cum marito rem habeat, dilaceratque inſtrumentum ejus dotale. Maritus vero redux, ſanitati redditus, aut carcere liberatus, dat huic olim conjugi, libellum repudii, ſed, potionare aquis amaris eam non poteſt, quia ipſe interdictum non fecit.* Credo, nunquam penitus abjeciſſe Magiſtratum hanc curam Matronarum, fuit tamen tempus quo miſſis cæteris rebus, iſti præcipue intenti erant. Codex noſter MS. Ez Hechajim. בחמשה עשר באדר נפנין ב"ד לצרכי הרבים ובודקין על הראויה לשתות להשקותה ועל הראויה לקנא לה ולהוציאה בלא כתובה לעשות כן : Id eſt: *Die XV. menſis Adar, Magiſtratus ſolutus eſt, rebus ad publicam utilitatem attinentibus vacare, & perquirere tum eas: quæ aquis amaris potionandæ erant, tum, quibus interdictum, dotis privationem illaturum fieri debebat, ut in effectum ea res duceretur.* Nititur hæc aſſertio iis, quæ leguntur in principio Miſchnæ Schekalim: ב"א באדר משמיעין על השקלים ועל הכלאים וט"ו בו קורין את המגלה בכרכים ועושים כל צרכי הרבים : Id eſt: *Primo die Menſis Adar, fit proclamatio de Siclis, & de Heterogeneis agrorum. Porro, die XV. ejuſdem, prælegitur liber Eſther in Civitatibus*, (quæ inde a temporibus Joſuæ, cinctæ ſunt muro:) *ac quæ ad publicam utilitatem attinent, perficiuntur.* Cum his conferre oportet cap. 1. in Moëd Katon Jeruſchalmi, ubi habetur, אלו הם צרכי הרבים דנים דיני ממונות וכו' ומשקין את הסוטה : Id eſt: *Ad opera quæ ad publicam utilitatem attinent, inter cætera pertinent, Judicia Pecuniaria, & adulterii ſuſpectarum exploratio.*

(6) *R. Joſe tamen &c.*] Suo ſenſu abundare, a Magiſtris juſſus eſt R. Joſe, & non ſecundum ipſum facienda deciſio: אין הלכה כרבי יוסי ita Maimonide, & Bartenora monentibus.

tibus. Iidem, coronidis loco, Commentariis in hoc caput, præter eas quarum Miſchna noſtra mentionem fecit, annectunt mulieres quaſdam alias, quibus bibere aquas amaras non fuit conceſſum. Nos, omnino omnes junctim recenſebimus ex MS. noſtro Ez Hechajim: nec enim eſt liber, in quo brevius & elegantius hæc tradantur: ט"ו נשים לא שותות אע"פ שהיא והוא רוצין ולא נוטלו' כתובה ואסורות על בעליהן כשיבאו עדי כתידה אחר עדי קינוי ארוסה ושומרת יבם שנ' תחת אישך ואלו אינן תחת אישם וקטנה אשת הגדול שנ' אשה גדולה אשת קטון ואשת אנדרוגינוס שנ' אשה ואשת סומא שנ' ונעלם מעיני אישה וחגרת שנ' והעמיד הכהן האשה ואלמת שנ' ואמרה האשה וקטועת כף של יד או שהיתה עקומה או יבשה שאינה יכולה ליקח נדה ואפי' כפה אחת שנ' ונתן על כפיה ושאינה שומעת שנ' ואמר לאשה ואשת חיגר ואלם וחרש וגדמת יד שנ' אשר תשטה אשה תחת אישה עד שתהיה היא שלימה כמותו והוא שלם כמותה שכל הדבר המעכבה מלשתות מעכבו מלהשקות וכל המעכבו מלהשקות מעכבה מלשתות : Id eſt: *Quindecim omnino Sotæ ſunt, quibus aquas amaras bibere non conceditur, etiamſi & ipſæ, & mariti illarum, id ut fiat, expetant: Sed, privantur dote, & e veſtigio, rem ultra cum maritis habere prohibentur, ex quo poſt teſtatò factum interdictum, quidam adſunt, de occultatione ſequuta perhibentes teſtimonium. Sunt vero: Deſponſata, & Levirum exſpectans: Scriptum enim* Num. V, 19. 20. Sub viro tuo: *Hæ autem, non ſunt in poteſtate virorum.* (Porro:) *Puella nupta Viro, nam toties Num. V. in negotio explorandæ mulieris, adhibetur nomen* אשה *veram uxorem denotans, qualis non eſt minorennis. Adulta, nupta Puero, itemque quæ nupſit Androgyno; quippe ſimiliter in eodem negotio ſemper adhibetur nomen* אישה *Viri ejus, quæ appellatio non convenit memoratis. Amplius: Uxor cæci, ſcriptum enim* (v. 13.) Et abſconditum ſit ab oculis mariti ejus; (At cæcus, oculis carere intelligitur.) *Item, mulier claudicans, jubetur enim* (v. 16) *Sacerdos Sotam ſiſtere: Mulier muta, debet enim Sota reſpondere: Mulier cui manus amputata, contorta, aut areſacta eſt, ita ut apprehendere non poſſit, etiamſi maxime habeat manum unam, ſcriptum enim* (v. 18.) Et imponet manibus illius. *Idem judica, de uxore Claudi, Muti, Surdi, & cui præciſa manus eſt, loquitur enim Scriptura, de muliere, quæ* Sub viro ſuo, *ſive loco viri ſui, ſcortatur, quod indicio eſt, niſi Sota ſana & integra ſit, prout eſt maritus, & niſi ipſe integer ac ſanus ſit, uti eſt ipſa, tum, omne vitium, quod mulierem impedit ne bibat, id etiam impedire maritum, ne conjugem bibere compellat. Et contra, omne vitium, quod maritum impedit, ne mulierem bibere compellat, id etiam, ne bibat, impedire mulierem.* Conveniunt cum his, ad amuſſim, quæ diſſerit Maimonides Hilch. Sota c. 2. §. 2. & 3. in Jalkut tamen fol. 208. col. 2. noto aliquem diſſenſum, ad uxorem mancam manibus, quod attinet, dicitur enim: סוטה גדמת שני כהנים מניפין על ידיה תנופה Id eſt: *Si Sota manibus mutila ſit, duo Sacerdotes manus ſuas, brachiis ejus ſupponunt, atque ita fit agitatio oblationis.* Quæ ſi vera ſunt, nihil utique obſtabat, quo minus Sotæ mancæ, ad bibendum admitterentur. Sed, fuit omnino hæc R. Chajæ (iſtum enim ex Jeruſchalmi autorem laudat Jalkut) privata opinio, quæ adſtipulatores nullos reperit, quales multas hactenus notavimus: & nunc, mantiſſæ quoque loco, notanda illa eſt, qua, nequicquam reluctantibus Sapientibus univerſis, ſolus R. Akabia, tueri auſus eſt, & Proſelytas, & Libertas, ab aquarum potatione excludendas eſſe. Illuſtri, etſi obſcuriſſimus eſt, Talmudis loco, in Edajot fol. 11. 2. ubi res narratur, finiendum Caput duximus: עקביא בן מהללאל העיד ארבעה דברים אמרו לו עקביא חזור בך בד' דברים שהיית אומר ונעשך אב בית דין לישראל אמר להן מוטב לי להקרא שוטה כל ימי ולא לעשות שעה אחת רשע לפני המקום שלא יהיו אומרים בשביל שררה חזר בו הוא היה מטמא שער פקודה ודם הירוק וחכמים מטהרים והוא היה מתיר שער בכור בעל מום שנשר והניחו בחלון ואח"כ שחטו וחכמים אוסרין הוא היה אומר אין משקין לא את הגיורת ולא את השפחה המשוחררת וחכמי' אומרים משקין אמרו לו מעשה בכרכמית שפחה משוחררת שהיתה בירושלם והשקוה שמעיה ואבטליון אמר להן דוגמא השקוה ונדוהו ומת בנדויו וסקלו בית דין את ארונו : Id eſt: *Akabia, Mahalleelis filius, quatuor opiniones* (erroneas, pertinaciſſime) *tuebatur.* (Sapientes) *igitur illum hortati ſunt,* (dicendo:) *Akabia, revoca,* (quæſumus,) *quatuor illas ſententias, quas* (perperam) *docuiſti, atque nos te faciemus Præſidem ſummi inter nos Senatus. Reſpondit ipſe: Satius eſt, ſtultum me vocari tota vita, quam ut horam unicam coram Numine infinito, impius deprehendar, dicantque mortales, dignitatis adipiſcendæ cauſa, mutaſſe me ſententiam.* (Cæterum, quod ad illas opiniones attinet, ſciendum,) *ipſum pronunciaſſe immundum, pilum album,* (qui creverat in puſtula, remanſeratque, puſtula non recedente ſolum, ſed & denuo renaſcente. Idem, immundum eſſe aſſeruit, menſtruatæ) *ſanguinem virentem; ſed hæc, Sapientes pro mundis habebant. Porro,* (cum Deus Deuter. XV, 19. prohibeat, tondere primogenitum gregis; e quo loco elicitur, primogenita pecudum omnino Deo ſacra eſſe, & nihil quicquam ex iis ad proprios uſus transferendum,) *tamen indulgebat ipſe uſum lanæ, a primogenita pecude, vitium deinde contrahente, & ob id mactatæ, ſponte pridem excuſſam, & in feneſtra,* (aut alibi,) *repoſitam. At Sapientes,* (etſi in eo non diſputant, pecudem primogenitam, ex quo vitium ipſa paſſa eſt, jam nunc licite tonderi, imo & mactari ac comedi poſſe, tamen) *nequaquam concedunt* (uſum ejus lanæ, quæ illibatæ adhuc pecudi, exciderat.) *Amplius, negabat ipſe, Sotam Proſelytam, aut Libertam, aquis amaris potionandam, contra Sapientes, potionandas eſſe contendebant, objiciebantque Akabiæ, exemplum Carcamitæ, quæ cum liberta eſſet, ac Hieroſolymis degeret,* (inciddiſſetque in ſiniſtram ſuſpicionem,) *a Schemaia & Abtalione, aquis exploratoriis fuerat potionata. Reſpondit ipſe* דוגמא השקוה (quibus verbis, vel id dicere volebat, Carcamitam non vere ab ipſis potionatam eſſe, ſimulaſſe tamen Schemajam & Abtalionem, quaſi id facerent, alia interim omnia, quam ſacra & concepta verba, ſchedæ inſcribentes: Vel hoc volebat, ipſosmet Schemajam & Abtalionem proſelytos fuiſſe, quare, magnum mirum non eſſe, ſi erga ſuæ conditionis mulierem, etiam præter æquum ſeſe benigniores exhibuerunt. Enim vero, iſte Akabia, ſive quod viros primarios, tantum facinus audere potuiſſe, ut in ſacra re tam turpiter hominibus fucum facere vellent, ſuſpicatus eſt; ſive quod peregrinitatem iis exprobravit, a Sapientibus (*diris devotus eſt, cumque mortuus eſſet, nondum ſolutus anathemate, Magiſtratus ejus ſarcophagum lapidibus obruere præcepit.* Confer Berachot fol. 19. a.

פרק ה כשם שהמים בודקין אותה כך המים בודקין אותו שנאמר ובאו ובאו כשם שאסורה לבעל כך אסורה לבועל שנאמ' נטמאה ונטמאה דברי רבי עקיבא אמר רבי יהושע כך היה דורש זכריה בן הקצב רבי אומר שני פעמים האמורים בפרשה אם נטמאה נטמאה אחד לבעל ואחד לבועל :

Caput 5. Quemadmodum aquæ vim ſuam (1) in adulteram exercebant, ita eædem illam (2) exercebant pariter, in adulterum, quia iterato dicitur: (Num V, 22. 24.) (3) Et *ingrediantur.* (4) Atque ſicut ipſa porro cum marito, ita & cum adultero, vivere prohibebatur. Quippe (v. 28.) dicitur: *Immunda facta eſt.* Iterumque (v. 29.) (5) *Et immunda facta eſt.* Ita quidem R. Akiba ſenſit. R. Joſua memorat, ſic pro concione dixiſſe Zachariam, Lanii (6) filium, nomine Ribbi: (7) Quod duabus vicibus, in hoc capite dicitur: *Si immunda facta eſt.* Ideo ſemel ad virum, ſemel ad adulterum id attinet.

R. OB. DE BARTENORA.

כך המים בודקין אותו *Sic etiam vim ſuam exercebant aquæ in illum*, nempe in adulterum. ובאו ובאו *& ingrediantur, & ingrediantur*, utraque vox cum (ו) ſcribitur, ut adulter & adultera includantur. נטמאה ונטמאה *immunda & immunda*, etiam ad utramque perſonam includendam (ו) redundat.

רבי אומר שני פעמים *Rabbi dicit, bis*, &c. quia literas (וו) non exponit redundantes, uti quidem R. Akiba exponit; ſed duplicationem integrorum locorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כך המים בודקין אותו *Sic etiam aquæ vim ſuam exercebant in illum*, ſenſus eſt, quod mortuus fuerit is qui adulteraverat cum ea, eodem modo quo mortua erat adultera quando bibebat. Cæterum non eſt controverſia inter Rabbi & R. Akibam in hac cauſa, ſed controverſia eſt de demonſtratione illius. Sed ratio controverſiæ ejuſque demonſtrationis inter illos, exponetur quidem juxta normam Gemaræ, de quo non dicemus hoc loco, ne prolixiores ſimus quam oportet.

WAGENSEILIUS. (1) *In adulteram*] Miſchnæ Amſtelodamenſes editiones, non habent אותה quod vitium, eſt inexcuſabile.

(2) *Exercebant pariter in adulterum*] Merito notandum, quod Gemara aſſeverat, haud aliter Aquas exploratorias virtutem ſuam in Sotam exercuiſſe, quam ſi maritus quoque frugi eſſet, nec unquam furtivis amoribus operam dediſſet. בזמן שהאיש מנוקה מעון המים בודקין את אשתו אין האיש מנוקה מעון אין המים בודקין את אשתו: Id eſt: *Quando maritus ſceleris purus eſt, tum aquæ ſacræ uxorem ejus pertentant: At, cum ipſe nequam exiſtit, nulla aquis, ad pertentandum uxorem, vis ineſt.* Nolim dubitare, ita ſe rem habuiſſe, idque ideo, ut mutua fides & caſtitas, in conjugio tanto magis ſervaretur. Quidni enim æternus Judex, ita ſe geſſerat, qualem ſuum ſe gerere jubet Ulpianus l. 13. § 5. D. ad l. Jul. de adult. *Judex adulterii, ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit. Periniquum enim videtur eſſe; ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat.* Vide, multa huc facientia, apud Autorem libri Olelot Ephraim fol. 89. col. 3. num. 379. & commendata quoque habe, quæ nunc ex MS. noſtro Ez Hechajim, tecum communicamus, totum hoc comma illuſtrantia magnifice. באותה שעה שתמות יכות הנואף שהשקה על ידו בכל מקום שהוא וכל מאורעותיה יארעו לו לצבות בטן ולנפל ירך וכל הדברים האלה כשלא חטא הבעל מעולם אבל אם בעל בעילה של איסור משהגדיל אין המים בודקין אשתו ואפילו (אסור Forſitan inferendum) בעל ארוסתו בבית חמיו שהיא מדברי סופרים שני נקה האיש מעון והאשה ההיא תשא את עונה בזמן שהאיש מנוקה מעון המים בודקין אשתו אינו מנוקה אינו בודקין ואם עבר והשקה אותה מוסיף על חטאתו פשע שגורם לשם המפורש שימחה במים לבטלה ומוציא לעז על מי כוסה שאשתו אומר לאחרות שזנתה ולא בודקות מים והיא לא תדע שמעשי הבעל גרמו לפיכך משרבו מנאפין בגלוי בבית שני בטלו הסנהדרין את מי המרים וסמכו על שכתו' לא אפקד על בנותיכם כי תזנינה ועל כלותיכם כי תנאפנה: Id eſt: *Eadem hora, qua* (Sota) *perit, perit quoque adulter, cujus nomine potionabatur, ubicunque gentium degeret. Nec minus, mala eadem, quæ ipſa, pariter & ipſe paſſus eſt, ut ſcilicet venter intumeſceret, & femur fieret caducum. Sed vero, hæc omnia tantum locum habebant eo caſu, quo maritus nunquam peccaverat; quod ſi vero illicito concubitu poſtquam adolevit ſe polluiſſet, non explorabant aquæ conjugem, etiam, ſi vel tantum, cum ſibi deſponſata, in ſoceri domo concubuiſſet, id quod ſolo Sapientum interdicto, nefas habetur: Scriptum enim* (Num. V, 31.) Et inſons erit vir ab iniquitate, & mulier illa feret iniquitatem ſuam. (Quibus indicatur,) *tum quidem aquas pollere virtute explorandi, cum maritus integer vitæ eſt, deſtitui vero eâdem, cum impurus ipſe deprehenditur. Quod ſi nihilo ſecius* (maritus ſcortator) *potionare uxorem inſtituit, peccatum ſcelere cumulat, quippe in cauſa eſt, ut Dei ineffabile nomen deleatur fruſtra, & aquas ſacras exponit calumniis. Uxor enim ejus, narrat aliis, ſe adulterium commiſiſſe, & tamen ab aquis nihil paſſam eſſe, neſcit vero mariti peccata, hanc ei præſtaſſe immunitatem. Quamobrem, cum Templo ſecundo adhuc ſtante, adulterorum palam delinquentium, magnus eſſet numerus, ſuſtulit Synedrium penitus hanc per aquas ſacras explorationem, innitens illi Prophetico:* (Hoſ. IV, 14.) Non animadvertam in filias veſtras, quod ſcortantur, & ſponſas veſtras quod adulterantur.

(3) *Et ingrediantur*] Nimirum, urget R. Akiba, niſi vir includatur, tum ſupervacuam cæteroquin futuram, copulativæ conjunctionis repetitionem.

(4) *Sicut ipſa porro &c.*] Præterquam quod Sotam nocentem deprehenſam, & marito, & adultero porro jungi non potuiſſe, Babylonicum Talmud nos edocet, addit inſuper Jeruſchalmi: כשם שהיא אסורה לאחיו של בעל כך היא אסורה לאחיו של בועל: Id eſt: *Uti* (quoque Sota nocens,) *cum mariti fratribus conjugium deinde inire prohibebatur, ita & cum adulteri fratribus, matrimonium contrahere haud ei licuit.*

(5) *Et immunda facta eſt*] Iterum opinionis ſuæ momentum R. Akiba in vocula *Et* collocat.

(6) *Zachariam Lanii filium*] Uti apud gentes reliquas, viri doctiſſimi, ſubinde obſcuris & egenis parentibus orti ſunt, ita nec inter Judæos deficiunt exempla. Ut cæteros ſileamus, iſte Zacharias, cum patre lanio prognatus eſſet, tantos in literis fecit profectus, ut inter Miſchnicos Doctores non poſtremo loco numerandus veniat. Proinde, merito monet Jehuda Betiræ filius, in Sanhedrin fol. 96. a. הזהרו בבני עמי הארץ שמהן תצא תורה Id eſt: *Cavete vobis, ne filios plebejorum hominum injuriâ afficiatis, ab iis enim lex divina dimanat.* Nihil verius hoc pronunciato, dici poterat, & adeo, ipſe Jeſus Servator noſter, Legis Divinæ autor & promulgator, τῶ τέκτονος υἱὸς vulgo ferebatur, atque fabrum lignarium nutricium & educatorem ſibi elegit. Dixi *Fabrum lignarium*, cum Matthæi Interpretibus fere omnibus, apud quem c. XIII. 55. phraſis Græca legitur. Neque aliter antiquos Chriſtianos animatos fuiſſe, ex illius Pædagogi Antiocheni dicto apparet, qui contumelioſe a Libanio Sophiſta interrogatus: Nunc fabri filius quid ageret? Eum Juliano feretrum fabricare, reſpondit. Sozomenus l. 6. Hiſt. Eccl. Proinde intolerandus error eſt, Autoris, quiſquis ille fuit, qui Matthæi Evangeliſtæ Hiſtoriam, in Hebræum ſermonem convertit, & ſuperiori ſeculo a Johanne Tilio Epiſcopo Briocenſi Lutetiæ eſt editus dum pro τέκτονος υἱὸς בן נפחא ſupponit, *lignarium fabrum*, in *ferrarium* immutat. Quamobrem, quod alias ſuſpicatus ſum, eſſe illam verſionem non niſi ſecundum tranſlationem veteris Latini Interpretis adornatam, id nunc quidem extra omne dubitationis conſtituitur periculum. (Fateor, hoc aſſertum calidum eſſe nimis, & paulo magis dum cogito, offerunt ſeſe quædam in Tiliano Matthæi Evangelio, quæ mihi ſcrupulum injiciunt, num ſatis rem acu tetigerim, dum illud, ex una veteri Vulgata Matthæi tranſlatione, expreſſum eſſe, citra hæſitationem, ſic pronuncio. Ecce enim, ut unum exemplum, quod mentem in diverſa diſtrahit, allegem, cum apud Evangeliſtam cap. VI. commate 11. in Græca veritate eſt: Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, δὸς ἡμῖν σήμερον· Ibi Vulgatus vertit incommode: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*: Sed Hebræus iſte Interpres, ſcitiſſime tranſtulit: את לחמנו תמידי תן לנו היום *Panem noſtrum jugem da nobis hodie*, quam interpretationem, omnium optime ſenſum difficilis vocis ἐπιουσίου exprimere, aliàs oſtendam. Quamobrem, amplius de tota re deliberandum eſt, etſi ab iſta interim ſententia me dimoveri non patior, hactenus erraſſe hunc, quiſquis tandem ipſe fuerit, Interpretem, quod Chriſti Domini noſtri nutricium, Ferrarium Fabrum exhibet. Fateor, eſt quoque Græca vox τέκτων ambigua, & inconſideratius dixi, eam potuiſſe Interpreti Hebræo præſidio eſſe, ne deciperetur. Nam, Heſychio τέκτων dicitur πᾶς τεχνίτης *quivis artifex* Ut proinde *Faber Ferrarius* non excluda-

tur. Attamen, præter ea quæ de contraria acceptione, jam adduximus, accedit inſuper S. Juſtini Martyris, Patris antiquiſſimi autoritas, qui in Dialogo cum Judæo Tryphone, inter cætera ei dixit: Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδὲς ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα καὶ ζυγά· Διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων καὶ ἐνεργῆ βίον) τὸ πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς προέφην, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπέπτη αὐτῷ· *Et cum ad Jobannem veniſſet Jeſus, & Joſephi fabri lignarii filius baberetur; informis videlicet quemadmodum Scripturæ annunciaverant, apparens, faberque adeo & ipſe putaretur eſſe; (fabrilia namque cum in bominibus eſſet, faciebat opera, aratra & juga conficiens; per hæc & juſtitiæ docens ſigna, & vitam non otioſam) ſimul Spiritus S. propter homines (prout antea dixi) in ſpecie columbæ in eum devolavit.* Nec aliud perſuaſus fuit Interpres Arabs, cum τέκτονος υἱὸς per ابن النجار reddidit, quod idem eſt, ac ſi diceres Hebraice, non בן נפחא ſed בן חרש עצים Id eſt: *Filius fabri lignorum*, quam poſteriorem phraſin quoque, in loco illo Matthæi XIII, 55. afferendo, adhibuit Autor virulentiſſimi adverſus Chriſtianos libri חזוק אמונה qui non niſi MS. extat, & a nobis poſſidetur.) Nam; ſi modo leviter ejus machinator, Græcum textum conſulere potuiſſet, nunquam ſe daturus erat tam turpiter, & facile ex ambiguitate, quam ſola, a Vulgato adhibita *Fabri* vox pariebat, ſeſe eruiſſet. Longe rectius Syrus ܒܪܗ ܕܢܓܪܐ adhibuit, etſi & ea locutio eſt generalior; hac tamen ipſa, Hebræo quoque interpreti uti licebat, quippe & in Avoda Sara fol. 52. b. legimus. לית נגר ולא בר נגר דיפרקינה אמר רב ששת אנא לא נגר ולא בר נגר אנא ופריקנה ליה: Atenim, non tantum τέκτονος υἱὸς Redemtor humani generis, ſed & ipſe τέκτων apud Marcum VI, 3. fuiſſe dicitur. Unde veriſimile eſt, manum porrexiſſe Chriſtum Joſepho, in fabrili opera, priuſquam docendi munus erat aggreſſus. Quæ res, etſi quoſdam, iniquiores fortaſſe judices, videtur offendiſſe, tamen certum eſt, nec infrequens, nec indecorum fuiſſe priſcis Sapientibus inter Hebræos, ut præter literarum ſtudia, artes quoque manuarias tractarent, & ſcitum eſt illud Gamalielis, patre Principe prognati, in Pirke Avot c. 2. יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון: Id eſt: *Pulchrum eſt ſtudium Legis, una cum opificio aliquo, hæc enim duo juncta, peccati oblivionem inducunt: At ſtudium Legis, abſque opere manuario, tandem & ceſſare ſolet, & eſſe cauſa peccatorum.* Hinc Maimonides Hilch. Talmud Tora c. 3. §. 11. מעלה גדולה היא למי שהוא מתפרנס ממעשה ידיו ומדת חסידים הראשונים היא ובזה זוכה לכל כבוד וטובה שבעולם הזה ולעולם הבא שנ' יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך אשריך בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא שכולו טוב: Id eſt: *Ingens felicitas eſt ejus, qui ſuis ſibi manibus victum parat, idque facere ſolebant pientiſſimi majores noſtri, atque ea res, & honoris omnis, & ubertatis bonorum, tam hujus, quam futuræ vitæ, cauſa eſt. Scriptum enim* (Pſ. CXXVIII, 2.) Labore manuum tuarum frueris: Beatus eris, & bene erit tibi. *Ubi*; Beatus eris, *hoc ſeculum*, Bene erit tibi, *illud futurum, quod mera bonitas eſt, reſpiciunt.* Sic ſane S. Paulus, qui Præceptore uſus Gamaliele, erat πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ceu ipſe de ſe teſtatur Act. XXII, 3. ſimul σκηνοποιὸς τὴν τέχνην fuiſſe legitur ibidem c. XVIII, 3. Ex Talmude in Nidda fol. 24. b. conſtat, Abbam Schaul, & R. Jochananem fuiſſe veſpillones; In Megilla cap. 1. prout excerpit Autor libri En Iſraël fol. 151. col. 2. (variant enim Talmudis Codices,) & infra, in Gemaræ noſtræ Cap. VII. Exc. 4. R. Iſaacus נפחא ſeu ferrarius faber, memoratur. In Peſachim cap. 10. Raf Chaninam, & Raf Oſchojam, Sutores fuiſſe legimus. Atque hic, obiter vindicanda eſt injuria, qua Chriſtianus Gerſon, iſtos Rabbinos innocenter affecit. Sic enim homo ſum, cui præ veritate nihil antiquius, nec placent mendacia, etiam quæ adverſus Judæos proferuntur, quocunque fine tandem id fiat. Sacro-ſancta Chriſtianorum religio, nec eget falſis teſtimoniis, nec iiſdem admodum juvatur. Hoſtes ejus, cum contra ipſos ex illorum hypotheſibus diſputando, in quibuſdam fallere & falli nos deprehendunt, ex inſanis redduntur inſaniores, & ex argumentis, de ipſa cauſa judicant, magno ipſorum converſionis præjudicio. Uti quiſque eſt bonus, ita cum aliis, bona fide agit, nec recte dicta, in deteriorem rapit ſententiam. Minime vero omnium, tale quid facere Chriſtianus Gerſon debebat, ne temerando veritatem, & Judæis, quibus olim addictus fuerat, & ad quos ſeceſſit, Chriſtianis, pœnas daret. Quare, alium ſibi paret defenſorem, ego ab omni culpa ipſum liberare non poſſum, quoties multa, quæ inſeruit libelli de Talmude, parte 2. cap. 17. quod *von der Rabinen ärgerlichen Leben, böſen Thaten, und endlicher verzweiflung*, inſcribitur, mentem ſubeunt. Inter cætera, quæ diſplicent, ſunt hæc quoque, ſcribentis: *Von R. Chanina und R. Oſchaja zeuget der Thalmud, daß ſie nit allein viel Zaubereyen mit den Schemhamphoras getrieben haben, ſondern, dieweil ſie Schuſter ihres Handwercks waren, wohneten ſie im Hurhauſe, und machten den Huren ihr Schue und Stieffel, und zogen ſie ihnen auch an.* Non eſt mihi nunc diſceptatio, de Schemhamphoras, & arte magica, ſed de Sutoribus crepidiſque; quorum nomine quæ nobis narrat Gerſon, non aliter accipi poſſunt, quam quaſi in Peſachim fol. 113. ad quod teſtimonium ipſe provocat, ambo Rabbini, nobis depingantur laſciviſſimi. Quod ſi vero, ipſum Gemaræ locum conſulamus, longe aliter ſe res habet, & tantum abeſt, ut quis in iſtorum Rabbinorum moribus quid reprehendere poſſit, ut potius ante alios continentia, & vitæ caſtitate hos fuiſſe appareat. Rem videamus: א"ר יוחנן ג' הקב"ה מכריז עליהם בכל יום על רווק הדר בכרך ואינו חוטא ועל עני המחזיר אבדה לבעליו ועל עשיר המעשר פירותיו בצנעא רב ספרא רווק הדר בכרך הוי תני תנא להא קפידה ורבא ורב ספרא זהבו פניו ורב ספרא א"ל רבא לא כגון מר אלא כגון רב חנינא ורב אושעיא דהוו אושכפי בארעא דישראל ויתבו בשוקא דזונות ועבדי להו מסאני לזונות ועיילי ומכייסי להו בכרעייהו ולא מדלו עינהו לאסתכולי בהו וכי משתבעי הכי משתבעי בחייהו דרבנן קדישי דבארעא דישראל: Id eſt: *Dixit R. Jochanan, tria eſſe hominum genera, quæ ipſe Deus quotidie ſua voce collaudat: ſuntque: Cælebs, degens in urbe aliqua, & non peccans; Pauper, rem inventam reſtituens domino; & Dives, decimas proventuum clam*, (ſine oſtentatione,) *exſolvens. R. Saphra, cælibem* (& illibatam) *vitam, in urbe quadam agebat, quare, cum hoc effatum quidam Doctor, Rabâ, & ipſo præſentibus, recitaſſet, in pudorem ſolutus eſt iſte R. Saphra*, (ad ſe hæc attinere exiſtimans.) *At vero, ait illi Raba, non de tui ſimilibus hæc capienda, ſed de talibus, quales fuere Raf Chanina, & Raf Oſchaja. Scilicet, hi ſutoriam artem exercebant in Judæa, habitabant in platea ſcortorum, faciebant meretricibus calceos, eoſque allatos, pedibus illarum aptarunt, neque tamen unquam oculos ſuſtulere, ut ipſas intuerentur. Adhæc, quoties jurandum iis erat, hac utebantur formula:* Per vitam ſanctiſſimorum terræ Iſraëlis Rabbinorum. Sed hæc, ὡς ἐν παρόδῳ diximus, nec afferimus nunc, poſt digreſſionem, Rabbinorum opificum exempla alia, etſi magnam illorum copiam, e libro Juchaſin & Zemach David, depromere licebat. Locus tamen præclarus, Murtadi Arabis, prout verba ejus, noſter, quem ſæpe laudavi Vattierius, interpretatus eſt, citra religionem omitti non poſſet, quando quicquid virorum ſua opinione magnorum, unquam orbis tulit, laboraſſe manibus, & in opificio aliquo occupatos fuiſſe, Murtadi oſtendere breviter ſatagit. *L'on raconte d'un des Juriſconſultes d'Egypte, Dieu luy faſſe miſericorde, qu'il diſoit. J'ay ouy vn homme qui racontoit dans la tente du Commandeur des Fidelles Gamrou fils de Gaſe, Dieu luy faſſe paix, ou vis a vis d'elle, comme vne choſe qu'il tenoit du Mecdade fils de Magdaquerbe le Zebidien, que le Prophete, a qui Dieu faſſe paix & miſericorde, parloit ainſi. Perſonne ne peut rien manger de meilleur en ce monde, que ce qu'il mange du travail de*

ſes

ſes mains. Car le Prophete de Dieu David, vivoit du travail de ſes mains. L'on raconte du Bara, Dieu luy faſſe paix, qu'il parloit ainſi ſur ce ſujet. Les Propheres, & les devots, ont touſjours taſché, de gagner de quoy vivre par des voyes permiſes. Adam, a qui Dieu faſſe paix, a eſté Laboureur. Seth a eſté tiſſerand. Edriſe a eſté couſturier; Noé, Charpentier; Cadar, Muletier; David, cuiraſſier; Abraham, ſemeur, les autres diſent, faiſeur de creſpe; Saliche, marchand; Moyſe, & Saguibe, & Mahommet, a qui Dieu faſſe paix, & miſericorde, ont eſté Bergers; Locman, couſturier; Jeſus, fils de Marie, Pelerin; Abubecre, & Omar, & Othman, & Gali, & Gabdotrachamam fils de Guphe, & Talche, ont eſté marchands de creſpes; Maimoune fils de Meharam, & Mahommet fils de Sirin ont auſſi eſté creſpiers: le Zebire fils du Gauame, & Gamrou fils de Gaſe, & Gamer fils de Carire, ont eſté Marchands de ſoye; Job le Pelletier, vendoit des peaux de marroquin; Sagad fils d'Abuuacaſe faiſoit marchandiſe de paſtel; Othman fils de Mahommet le Lachamien eſtoit couſturier; Malique fils de Dinare eſtoit Eſcrivam. Id eſt: Narrant de quodam Jurisconſulto Ægyptio, cui Deus miſericordiam præſtet, illum dixiſſe: Audivi quendam referentem in tentorio Ducis fidelium Gamru filii Gaſes, cui Deus pacem præſtet, aut ex ejus tentorii regione, tanquam rem acceptam a Mecdade filio Magdaquerbes Zebidienſis, Prophetam, cui Deus miſericordiam & pacem præſtet, ſic loquutum fuiſſe. Nemo quicquam melius in hoc orbe manducare poteſt, quam id quod manducat de labore manuum ſuarum. Nam Propheta Divinus David, victitabat labore manuum ſuarum. Ajunt Baram, cui Deus pacem præſtet, de hac materia ſic verba feciſſe. Prophetæ, piique homines, ſemper id operam dederunt, ut victum lucrarentur mediis licitis. Adamus, cui Deus pacem præſtet, fuit agricola; Seth, fuit textor; Edriſſe, fuit Sartor; Noë, faber lignarius; Cadar, Mulio; David, ὁπλοποιός; Abraham, Seminator; alii dicunt fuiſſe textorem byſſi: Saliche, mercator; Moyſes, & Saguibe, atque Mahomet, cui Deus pacem præſtet ac miſericordiam, fuerunt paſtores; Locman fuit Sartor; Jeſus Mariæ filius, Viator; Abubecre & Omar, itemque Othman, nec non Gali, quin & Gabdotrachman filius Guphes, atque Talche vendiderunt byſſum; Maimune filius Meharami, & Mahomet Sirinis filius, itidem byſſo quæſtum fecerunt; Zebire filius Gauames, & Gamru filius Gaſes, itemque Gamer filius Carires, ſerico mercaturam fecerunt; Jobus, pellio, vendebat coria caprina; Sagad filius Abuuacaſes vendebat glaſtum: Othman filius Mahometis, Lachamienſis, fuit Sartor; Malike filius Dinares, fuit Scriba. Exempla placent: Sed, num vera ſint omnia, non ea cura nunc angit animum meum.

(7) *Quod duabus vicibus in hoc capite dicitur: Si immunda &c.*] Sciendum τὸν Rabbi, ſive R. Jehudam, in re ipſa haudquaquam a R. Akiba diſſentire, ſed tantum circa modum probandi. Hic enim, ex affixo copulativo, opinionem ſuam roborabat, cum Ribbi repetitionem urgeat vocum integrarum.

ב בו ביום דרש רבי עקיבא וכל כלי חרש אשר יפול מהם אל תוכו כל אשר בתוכו יטמא אינו אומר טמא אלא יטמא לטמא אחרים לימד על ככר שני שמטמא את השלישי אמר ר׳ יהושע מי יגלה עפר מעיניך רבן יוחנן בן זכאי שהיית אומר עתיד דור אחר לטהר ככר שלישי שאין לו מקרא מן התורה שהוא טמא והלא עקיבא תלמידך מביא לו מקרא מן התורה שהוא טמא שנאמר כל אשר בתוכו יטמא:

2. (1) Illa die, hunc in modum diſſerebat R. Akiba. Lev. XI, 32. *In quodcunque vas teſtaceum, aliquid illorum ceciderit, omne quod intra ipſum fuerit, immundum reddet.* Non dicitur hic, Immundum eſt, ſed, *Immundum reddet: (ut innuatur ejusdem contactu,)* alia immunda reddi. (2) Docet nimirum, rem pollutam ſecundi gradus, polluere rem gradus tertii. Tum, exclamabat R. Joſua, (3) O, ſi quis pulverem demeret, tuis R. Jochanan fili Saccai oculis; qui dixeras, (4) futurum quondam tempus, (5) quo munda pronunciabitur res gradus tertii, quia nullus ſuppetat locus e Scriptura, quo immunda eſſe (*arguatur.*) Atqui R. Akiba, diſcipulus tuus, (6) teſtimonium Scripturæ adducit, immundam eſſe: Q. S. E. *Omne quod intra ipſum fuerit, immundum reddet.*

R. OB. DE BARTENORA.

בו ביום *Illo ipſo die*, quocunque in loco Miſnæ dicatur בו ביום, intelligitur dies ille quo R. Eleaſar filius Aſariæ conſtitutus eſt princeps, quando multiplicati ſunt diſcipuli, eo quod omnibus dabant libertatem intrandi Academiam. Et quia declaratio verborum נטמאה ונטמאת, de quibus præcedenti Miſna, data eſt eo die, propterea hic tractat de omnibus illis cauſis quæ expoſitæ ſunt eo die. כלי חרש *vas teſtaceum*, vas teſtaceum eſt primus immunditiei gradus, quod pollutum eſt reptili, quod eſt pater immunditiei, & cibus qui eſt in vaſe, eſt ſecundus, quia vas polluit ipſum.

אינו אומר טמא *Non dicit, immundum eſt*, non dicit, *quicquid in eo eſt, immundum eſt*, ſed, יטמא *polluet*, ut etiam exponi poſſit, ut alia quoque polluat. למד על ככר שני *docet de pane ſecundo*, dicit ככר *panem*, eo quod plerumque eſt in fornace. שמטמא את השלישי *quod polluit tertium*, etiam in profanis, quia ſcriptura loquitur abſolute.

לטהר ככר שלישי *Ad efficiendum mundum panem tertium*, etiam in Truma, quia non eſt locus in Lege qui eum pronunciet immundum. *Atqui R. Akiba diſcipulus tuus* &c. adduxit illi teſtimonium Scripturæ, etiam in profanis immundum eſſe; deciſio non eſt juxta R. Akiba: quia ſecundus non facit tertium in profanis, ſed in Truma.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Reptile eſt unum ex patribus immunditierum, & ſi inciderit in concavitatem vaſis teſtacei, etſi ipſum vas non tetigerit, pollutum eſt tale vas, uti exponetur capite ſecundo tractatus Kelim. Hoc autem vas eſt primus in immunditie, & cibus qui in eo fuerit, in eo eſt ſecundus (gradus) immunditiei, eo quod pollutus eſt in vaſe quod eſt primus immunditiei gradus. Et dicitur, quod quicquid fuerit in hoc vaſe, quod eſt primus gradus immunditiei, uti expoſuimus, polluit aliam rem, nimirum alium cibum. Et hoc eſt quod dicit, לכר על ככר שני שמטמא את השלישי *docet de pane ſecundo quod polluit tertium.* Cæterum juxta opinionem R. Akibæ, ſecundus gradus efficit tertium in profanis; at ita non deciditur: nam ſecundus non facit tertium in profanis, ſed in Truma. Cæterum omnia hæc fundamenta, eorumque demonſtrationes exponentur ſuis locis in Seder Taarot. Quocunque in loco Miſnæ dicatur בו ביום *illo die*, intelligitur ille dies quo conſtituerunt R. Eleaſarem filium Aſariæ principem conſeſſus.

WAGENSEILUS (1) *Illa die &c.*] Nunc, a Sota ſit tantiſper diſceſſus, & ad alieniſſima ab illo negotio dilabitur Miſchna, ita ut omnes Mercurii & Lares, non poſſint eam reducere in viam. Cauſam, extra oleas vagandi,

gandi, præbet R. Akibæ dictum, quod quia placuit, etiam alia ejus ſcita aſſeruntur: Nimirum, de Miſchna quoque valet Regula, quam, de Gemara notare jubet Autor libri Halichot Olam, tract. 2. c. 2. p. 80. דרך הגמרא לסדר יחד מאמרים מחכם ואף על גב דלא שייכי אהדדי כי הא דפרק אין מעמידין שבא מכה דברים זה אחר זה במחלוקת ר' יוחנן ור' אלעזר ור"ש בר נחמני וכן דרך נהוג בכוליה גמרא: Cl. l'Empereur vertit: *Gemaræ hoc in more poſitum, ut unius Sapientis dicta, ſimul jungat; quamvis inter ſe non conveniant. Quemadmodum illud Capitis*, Non conſtituunt; *ubi multa, alia poſt alia producit, circa controverſiam D. Joannis, D. Eleazaris, & D. Simeonis f. Nahmanis. Atque hæc trita via eſt per totam Gemaram.* Cæterum, notandum, diem, cujus hoc loco mentio injicitur, eſſe eam, qua R. Eleaſer Aſariæ filius, remoto Gamaliele, Princeps, electus fuit. Non eſt ulla alia, in Talmude celebrior, & quoties κατ' ἐξοχὴν בו ביום dicitur, hanc intelligere oportet. Hiſtoria narratur prolixe in Berachot fol. 27. ſeq. quam, tum quia obſcura habet plurima, tum, quia cæteroquin, hoc caput Miſchnæ verſando, infelix & ſterile arvum colimus, explicabo integram. תנו רבנן מעשה בתלמיד אחד שבא לפני ר' יהושע אמר ליה תפלת ערבית רשות או חובה אמר ליה רשות בא לפני רבן גמליאל אמר ליה תפלת ערבית רשות או חובה אמר ליה חובה אמר ליה והלא רבי יהושע אמר לי רשות אמר ליה המתן עד שיכנסו בעלי תריסין לבית המדרש כשנכנסו בעלי תריסין עמד השואל ושאל תפלת ערבית רשות או חובה אמר לו רבן גמליאל חובה אמר להם רבן גמליאל לחכמים כלום יש אדם שחולק בדבר זה אמר ליה ר' יהושע לאו אמר ליה והלא משמך אמרו לי רשות אמר ליה ר' יהושע עמוד על רגליך ויעידו בך עמד ר' יהושע על רגליו ואמר אלמלא אני חי והוא מת יכול החי להכחיש את המת ועכשיו שאני חי והוא חי האיך יכול החי להכחיש את החי היה רבן גמליאל יושב ודורש ורבי יהושע עומד על רגליו עד שרננו כל העם ואמרו לחוצפית התורגמן עמוד ועמד אמרי עד כמה נצעריה וניזיל בראש השנה אשתקד צעריה בבכורות במעשה דרבי צדוק צעריה הכא נמי צעריה תא ונעבריה מאן נוקים ליה נוקמיה לרבי יהושע בעל (In En Iſraël fol. 25. col 2. legitur. הורה ליה בעל הכי) מעשה הוא נוקמיה לרבי עקיבא דילמא עניש ליה דלית ליה זכות אבות אלא נוקמיה לרבי אלעזר בן עזריה דהוא חכם והוא עשיר והוא עשירי לעזרא הוא חכם דאי מקשי ליה מפרק ליה והוא עשיר דאי אית ליה לפלוחי לבי קיסר אף הוא אזיל ופלח והוא עשירי לעזרא דאית ליה זכות אבות ולא מצי עניש ליה אתו ואמרו ליה ניחא ליה למר דליהוי ריש מתיבתא אמר להו איזיל ואימליך באינשי ביתי אזל ואמליך בדביתהו אמרה ליה דילמא מעברין לך אמר לה יומא חדא בכסא דמוקרא ולמחר ליתבר א"ל לית לך חיורתא ההוא יומא בר תמני סרי שנה הוה אתרחיש ליה ניסא ואהדרו ליה תמני סרי דרי חיורתא היינו דקאמר ראב"ע הרי אני כבן ע' שנה ולא בן שבעים שנה תנא אותו היום סלקוהו לשומר הפתח וניתנה להם רשות להלמידים ליכנס שהיה ר"ג מכריז ואומר כל תלמיד שאין תוכו כברו לא יכנס לבית המדרש (Hæc omnia ingenti vitio abſunt a Talmude Amſt. quæ ex En Iſraël reſtituimus.) משום דאמרינן כל השונה לתלמיד שאינו הגון כאלו זורק אבן למרקוליס ורבי אלעזר בן עזריה הני מילי היכא דקים לן שאינו הגון ורבי אלעזר בן עזריה דרש לעולם יעסוק אדם בתורה ובמצות אפילו שלא לשמה שמתוך שלא לשמה בא לשמה) ההוא יומא אתוספו כמה ספסלי א"ר יוחנן פליגי בה אבא יוסף בן דוסתאי ורבנן חד אמר אתוספו ד' מאה ספסלי וחד אמר ז' מאה ספסלי הוה קא חלשא דעתיה דר"ג אמר דילמא חס ושלום מנעתי תורה מישראל אחזו ליה בחלמיה חצבי חוורי דמליין קטמא ולא היא ההיא ליתובי דעתיה הוא דאחזו ליה תנא עדיות בו ביום נשנית וכל היכא דאמרי' בו ביום ההוא יומא הוה ולא היתה הלכה שהיתה תלויה בבית המדרש שלא פירשוה: Id eſt: *Narrant Rabbini, conveniſſe aliquando Diſcipulum quendam, R. Joſuam, & quæſiviſſe ex eo, num Veſpertinæ preces, ex neceſſitate, an ſola libertate peragantur? Reſpondit ipſe, ex libertate peragi. Idem rogator, cum acceſſiſſet R. Gamalielem, & eandem quæſtionem huic propoſuiſſet, reſponſum tulit, peragi eas ex neceſſitate. Cum vero alter excepiſſet, quod R. Joſua eas preces meræ libertatis eſſe pronunciarit, juſſit, eum præſtolari, quoad cataphracti milites*, (ſive Sapientum eximii, & exercitatiſſimi in diſputando,) *in Academia eſſent adfuturi. Iis ingreſſis, ſurrexit ille Rogator, quæſivitque:* Anne Veſpertinæ preces ex neceſſitate, an vero ex libertate peragantur? *Reſpondit R. Gamaliel, ex neceſſitate eas peragi, & ſimul percontatus eſt, num quis hominum adeſſet, qui id vocaret in dubium? Regeſſit R. Joſua, adeſſe neminem. Atqui, inquit R. Gamaliel, de te mihi relatum eſt, quod eas preces libertatis eſſe aſſerueris; heus tu igitur R. Joſua, erige te in pedes, ut teſtes adverſus te producantur. Proinde ſurgens R. Joſua, dixit: Si ego ſuperſtes eſſem, ille vero* (meus percontator) *diem obiiſſet, ego vivus, defunctum poſſem arguere mendacii. Nunc vero, quando uterque ſalvus eſt, vivus vivum, falſi inſimulare nequit*, (& invito mihi fatendum, affirmaſſe me veſpertinas preces, a nuda hominis dependere voluntate. Interea loci,) *ſedebat R. Gamaliel & diſſerebat, ſtante adhuc R. Joſua erecto; igitur murmurare cœtus, & Chuzpito præconi*, (cujus ore loquebatur Gamaliel) *imperare*, (ſileret, ac) *ſurgeret. Cum ſurrexiſſet, inquiunt: Uſque quo* (Gamaliel inſontem Joſuam) *indeſinenter affliget? In ipſo anni præteriti exordio eum vexavit. Vexavit eum circa negotium R. Zadoki, uti ex Bechorot conſtat; & ecce nunc iterum illum exagitat; Agedum, Principatu illum exuamus.* (Sed vero, porro inquiunt,) *ecquem, in locum ſurrogabimus? Surrogemus R. Joſuam: At is eſt antagoniſta ejus* (atque ſic æterna erunt diſſidia.) *Surrogemus R. Akibam: At, fortaſſe hunc viſu effaſcinabit* (ad necem uſque,) *majorum enim meritis deſtituitur. Quin ergo ſurrogamus R. Eleaſarem Aſariæ filium, ipſe enim Sapiens eſt, & dives, abundatque ſuppetiis. Sapiens eſt, valebitque ſolvere, omnes, ſi quas Gamaliel proponat difficultates. Dives eſt; unde, imperante Caſare pecuniam, non minorem quam Gamaliel, faciet largitionem. Denique abundat ſuppetiis, eo quod avorum meritis probe eſt inſtructus, ut nihil a Gamalielis faſcino ei metuendum ſit periculi. Sic abeuntes*, (cum quæſitum, inveniſſent,) *ſciſcitantur: Nunquid, Domine, placet, ſummum inter nos Principatum gerere? Reſpondit ipſe: Vadam prius deliberatum cum domeſticis meis: Abiens, rem proponit uxori, quæ, fortaſſe, inquit, loco iterum te movebunt. Cui maritus:* (At proverbio dici ſolet:) Vel die unico gaudendum eſſe vitro pretioſo, etiamſi poſtridie frangatur. *Pergit ipſa: Nondum barbam canam habes*, (imo prorſus es imberbis, quamobrem nulla jus dicentis, nulla pro concione loquentis, erit autoritas.) *Erat tum natus* (R. Eleaſar) *non niſi annos octodecim, obtigitque ei miraculum, ut derepente genæ ejus octo & decem ordinibus pilorum canorum*, (promiſſorumque) *veſtirentur: unde dicere ſæpe ſolebat iſte R. Eleaſar A. F. Equidem ſenem annorum LXX. præ me fero, neutiquam tamen annos LXX. natus ſum.* (Poſtquam ſatis cum uxore egerat R. Eleaſar, diſceſſit, & honore eſt inauguratus:) *Ibi vero, abacto janitore, Diſcipulis quibuſvis intrandi Academiam poteſtas fuit conceſſa.* (At, Principatu fungente R. Gamaliele, idem non licebat,) *eo quod propalam ediceret:* Cujuſcunque Diſcipuli Sapientum interiora exterioribus non reſpondent, hanc Academiam non ingreditor: *Innitens illi vulgato.* Eum qui indignum diſcipulum erudit, idem agere, ac ſi in Mercurii acervum projiciat lapidem. (Quod etſi non negabat) *R. Eleaſar, tamen arbitrabatur, id eo caſu tantum valere, quo indignum quem eſſe, indubitato conſtat, cæteroquin vera in ore ei erat:* Æternum debet homo præceptis boniſque operibus ſtudere, etiamſi non ipſorummet amore id faciat, dum enim alterius finis gratia iis ſe mancipat, tandem eo deveniet, ut ipſorummet cauſa obſequium præſtet. *Enim vero*, (data omnibus Academiam intrandi venia,) *tum quidem ſubſelliorum numerum augere neceſſe erat: Atque autore R. Jochanane, eſt inter Abbam Joſephum Duſtai filium, & cæteros Magiſtros, de* (ſumma additorum ſubſelliorum) *diſſenſus, illo quadringentis, his vero, ſeptingentis ſubſelliis, Academiam auctam eſſe, contendentibus.* (Eam frequentiam cum animadvertiſſet) *R. Gamaliel, diſcruciari cœpit animo, & ſecum queri: Forſitan, quod tamen abominor, arcui quoſdam Judæos a Legis ſtudio.* (Cæterum, per quietem,) *in inſomnio viſui ejus objectæ hydriæ albæ, repletæ cineribus*, (ut edoceretur, vanum eſſe metum ſuum, illamque Diſcipulorum novorum turbam, ſanctimoniam, & ſacras literas diſcendi ardorem ſimulare, ſed intus, & in cute, ſolida probitate ac diligentia deſtitui:) *Verum, hæc tantum ſic illi oſtenſa ſunt, ad tranquillandam mentem ejus:*

(revera

(revera enim Diſcipuli iſti, bonæ frugis erant, certumque eſt R. Gamalielem, multos, a Legis Divinæ ſtudio, male excluſiſſe.) *Fertur, die illa* (qua R. Eleaſar Princeps electus fuit,) *in Academia, librum Talmudicum Edajot eſſe prælectum, & quæcunque in univerſo iſto Opere nude occurrunt verba*, illa die, *de hac luce capienda ſunt*: (Quippe, quæ & hoc ſingulare habebat,) *ut nulla in Academia propoſita fuerit difficultas, quæ in dubio, & inſoluta permanſerit.*

(2) *Docet nimirum &c.*] Sic capienda R. Akibæ mens eſt: Si, verbi cauſa, quod reptile immundum, delapſum ſit in ollam aliquam, olla impura redditur, & ipſum reptile Pater immunditiei, olla primus ejus gradus, vel potius primus immunditiei fœtus eſſe dicitur. Jam, ſi ollæ quis quid indat, id omne vitium contrahit, eſtque hic immunditiei gradus ſive fœtus alter. Porro, & ipſum illud, quod in olla fuerat, ſuo contactu rem aliam immundam facere poteſt, ut ita ex ſecundo fœtu aut gradu, naſcatur tertius. Hanc ſuam opinionem, etſi ex Scriptura adſtruere laboravit R. Akiba, tamen illa in praxin recepta non fuit, in ſola enim Truma trifaria graduum aut fœtuum immunditiei conceditur generatio, in rebus vero profanis, non niſi duo gradus ſunt, & pater, ut ita loquar, immundus, impurum filium, filius ſui ſimilem nepotem producit, nec ultra generatio extenditur.

(3) *O ſi quis pulverem demeret &c.*] Credo, hac phraſi, modeſte mortui alicujus ignorantiam, aut errorem notari: Quo ſenſu in Vajikra Rabba ſect. 25. legimus? דרש ר' יהוד' בן פזי כי יגלה עפר מעינך אדם הראשון שלא יכולת לעמוד על ציווי שעה אחת והרי בניך ממתינין לערלה ג' שנים : Id eſt: *Ingenioſe dixit R. Jehuda F. P. O ſi quis pulverem demeret tuis Adame protoplaſte oculis: tu enim præceptum* (Dei, de non comedendo fructu vetitæ arboris,) *ne per horam quidem ſervare potuiſti. At, ecce poſteri tui, univerſis tribus annis, præputium arborum præſtolati ſunt*, (& eſu fructuum abſtinebant, ſecundum Dei mandatum Lev. XIX, 23.) His affinis eſt, alter loquendi modus, quo, *vi cujuſdam pulverem imprecantur*: cujus geminum exemplum extat in Bava Batra fol. 16. a. לו שקול ישקול כעסי וגו' אמר רבא עפרא בפומיה דאיוב חברותא כלפי שמיא לא יש בינינו מוכיח ישת ידו על שנינו אמר רבא עפרא בפומיה דאיוב כלום יש עבד שמוכיח את רבו : Id eſt: (Dictum illud Jobi c. VI, 2.) Utinam accurate penderetur indignatio mea &c. (ſecum volvens) *Raba, exclamavit: Pulvis, ſit in ore Jobi! Quid enim? anne Deo ſocium facere intendit?* Porro, idem, ſecum perpendens, illud alterum, cap. IX, 33.) Non eſt inter nos arbiter, interpoſiturus manum ſuam inter utrumque noſtrum; *iterum exclamavit: Pulvis ſit in ore Jobi? Nunquid enim fas eſt ſervo, corripere Dominum?*

(4) *Futurum quondam tempus*] Cl. Pococke in Porta Moſis p. 324. dictum hoc vertit paulo obſcurius: *Futurum eſt ſeculum quod mundam carnem pronunciabit placentam tertiam, cui non ex lege fundamentum.*

(5) *Quo munda pronunciabitur res gradus tertii.*] Supple: *Etiam in Truma.*

(6) *Teſtimonium Scripturæ adducit immundam eſſe.*] Iterum ſupple: *Vel adeo in profanis.*

ג בו ביום דרש רבי עקיבא ומדותם מחוץ לעיר את פאת קדמה אלפים באמה ונומר ומקרא אחר אומר מקיר העיר וחוצה אלף אמה סביב אי אפשר לומר אלף אמה שכבר נאמר אלפים אמה ואי אפשר לומר אלפים אמה שכבר נאמר אלף אמה הא כיצד אלף אמה מגרש ואלפים אמה תחום שבת רבי אליעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר אלף אמה מגרש ואלפים אמה שדות וכרמים :

3. Eadem die, porro diſſerebat R. Akiba: (Num. XXXV, 5.) *Et metiemini extra civitatem, ad plagam orientalem, bis mille cubitos &c.* Alio loco vero dicitur: (V. 4.) *Sunto a muro civitatis cujuſque extrinſecus, mille cubiti circumquaque.* (1) Non igitur de mille cubitis, accipi poteſt: nam; etiam bis mille cubiti deſignantur. Quin, nec accipi poteſt, de bis mille cubitis; nam, memorantur etiam mille cubiti. Quomodo iſta (*concilianda? Scilicet*,) mille cubiti ad (2) ſuburbium (*ſpectant*,) bis mille vero cubiti, (3) ad terminum Sabbaticum. (4) R. Elieſer F. R. I. G. mille cubitos de ſuburbio, bis mille cubitos, de agris & vineis accipit.

R. OB. DE BARTENORA.

מגרש *Suburbium*, eſt planities ſeu ſpatium vacuum ſegete, & arboribus, ad ornamentum urbis. Cæterum bis mille cubiti quorum hic fit mentio, non recenſentur ut illi Levitis concedantur, ſed egreſſionibus Sabbathici termini.

שדות וכרמים *Agri & vineæ*, bis mille cubiti dantur Levitis, ſed ex iis mille cubitos reliquerunt circum urbem pro ſuburbio, & quod reliquum eſt, pro agris & vineis eſt; deciſio eſt juxta Elieſerem filium R. Joſis Galilæi, qui dicit, terminus Sabbathicus bis mille cubitorum eſt ex inſtitutione Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba putat, quod interdictum de terminis eſt ex Lege, & dicit quod in ea termini ſunt expoſiti. R. Elieſer putat, quod termini ſunt ex inſtitutione Sapientum, nempe, non Lege definiti, niſi menſura termini Sabbatici, quæ eſt ex inſtitutione Sapientum. Deciſio eſt juxta R. Elieſer filium R. Joſis Galilæi, dicentem, quod termini ſunt ex inſtitutione Sapientum.

WAGENSEILIUS. (1) *Non igitur de mille cubitis &c.*] Hac ratione ſolent Talmudiſtæ, ad ſpeciem pugnantia Scripturæ dicta, ſibi invicem opponere: Joma fol. 86. a. & iterum in Schevuot fol. 39. a. א"א לומר ונקה שכבר נאמר לא ינקה וא"א לומר לא ינקה שכבר נאמר ונקה הא כיצד : Id eſt: *Non licet dicere*, (Deum) *abſolvere* (ſontes, nam Ex. XXXIV, 7.) *legetur, cum non abſolvere. Sed, nec dicere licet, eum non abſolvere. Nam eodem loco aſſeritur; eum illos abſolvere. Quomodo hæc cohærent?* Taaniot fol. 29. a. אי איפשר לומר בז' שכבר נאמר בי' ואי אפשר לומר בי' שכבר נאמר בז' הא כיצד : Id eſt: *Non licet dicere* (Templum Dei, Menſis quinti) *die ſeptimo* (eſſe combuſtum:) *Nam* (Jer. LII, 12.) *legitur, id accidiſſe die decimo. Sed, nec licet dicere, decimum diem templo fatalem fuiſſe, nam* (2 Reg. X, 8.) *illud de die ſeptimo prædicatur. Quomodo hæc conciliabo?* Aliud exemplum, habebimus infra, in Excerptis Gemaræ c. XII. Num. XXIII.

(2) *Suburbium*] Suburbium ſecundum R. Salomonem capere hic oportet רחבה פנויה מזריעה ומבתים ומאילנות לנוי העיר Id eſt: *Plateam* (ſeu ſpatium,) *vacuum ſegete, ædificiis, ac arboribus, ad urbis ornatum faciens.*

(3) *Ad terminum Sabbaticum*] De Termino Sabbatico non habeo quod addam, iis, quæ viri Docti, Samuel Petitus, Obſervat. l. 3. c. 1. & maxime Seldenus l. 3. de Jure Nat. & Gent. juxta diſc. Ebr. c. 9. erudite diſſerunt, ad eos Lectorem dimitto.

(4) *R. Elieſer F. R. I. G.*] Hujus ſententia priori prævaluit, eo quod ſecundum opinionem receptiſſimam, iter

Sabba-

Sabbaticum minus, ſeu bis mille cubitorum terminus, in verbo Divino fundamentum non habet, ſed ex ſcitis tantum Scribarum, & Magiſtrorum diſpoſitione diu poſt Legem latam manavit. Amplexus eſt, eundem difficultatem tollendi modum, Menaſſe Ben Iſraël in Conciliatore Pentateuchi. Præmiſſa enim, ſub calcem eorum, quæ ad Numerorum librum diſſeruit, apparenti illa Scripturæ de mille, & bis mille cubitis repugnantia, ſubjicit poſtea: *En la Guemara de Sota ſe mueue eſta contradicion, y R. Elihezer la concilia deſte modo, Dos mil codos ſe le dauan a los ciudades de los Levitas, de eſpacio, midiendo de la ciudad para fueras; de los quales los mil, ſeruian de arrabales de la ciudad para hermoſura della, en los quales no podian plantar caſas ni vinas, ni podian ſembrar, mas les ſeruian ſolamente de traer alli ſus ganados: y por eſtos dixo luego el texto, que ſeran para ſus quatropeas y para ſus ganados, y para ſu biuienda: y anſi dizen los antigos, que non podian ni aun enterrar alli ſus muertos: empero en los otros mil podian plantar, caſas, vinas quintas y hazerſus edificios: ordenando el Sennor por euitarles trabajo, tuvieſſen luego junto a la ciudad, ſus ganados.* Id eſt: In Gemara Sota, movetur iſta contradictio, eamque R. Elieſer hoc modo conciliat: Bis mille cubitorum ſpatium tribuebatur civitatibus Levitarum, foris extra civitatem faciendo menſionem. Ex his, mille, ſuburbium præſtabant civitati, ornatus cauſa, atque in iis nec domos condere, nec vineas plantare, nec ſementem facere licebat, ſed tantum gregibus alendis inſerviebant. Atque ideo mox textus dicit: Ut ſint pro jumentis eorum, & pro omnibus animalibus eorum, & pro facultatibus eorum. Et vero dicunt Antiqui, nequidem licuiſſe illis ibi ſepelire mortuos ſuos. At in cæteris mille, fas erat condere domos, plantare vineas, villas, & ædificia facere: ordinavitque Deus, ut vitandæ moleſtiæ cauſa, prope civitatem greges ſuos haberent. Adduxiſſem verba Latinæ editionis, ſi aliquid ibi reperiſſem, quod iſtis reſponderet. Non autem ſatis ſcio, quare ex ea, integra hæc Annotatio exciderit.

ד בו ביום דרש רבי עקיבא אז ישיר משה ובני ישראל את השירה הזאת לה׳ ויאמרו לאמר שאין תלמוד לומר לאמר ומה תלמוד לומר לאמר מלמד שהיו ישראל עונין אחריו של משה על כל דבר ודבר כקוראין את ההלל אשירה לה׳ כי גאה גאה לכך נאמר לאמר רבי נחמיא אומר כקורין את שמע ולא כקורין את ההלל :

4. (1) Eodem quoque die, ſapienter monuit, R. Akiba: (Ex. XV, 1.) *Tunc cecinit Moſes & filii Iſraëlis, canticum iſtud Domino, & loquuti ſunt, dicendo.* (2) Non opus erat, ut Scriptura adderet verbum, *Dicendo*: quid ergo eadem innuit, per illud, *Dicendo*? Nempe docetur, Judæos Moſi præcinenti, ad unumquodque verbum, canendo reſpondiſſe, eum in modum, quo, *Hallel* recitant. *Cantabo Domino eò quod admodum excelluit.* Hac de cauſa adjungitur, *Dicendo.* R. Nehemias opinatur, potius cum recitatione lectionis *Audi*, quam cum Hallel, comparationem faciendam.

R. OB. DE BARTENORA.

שאין תלמוד לומר לאמר *Nam non opus eſt ut ſcriptura dicat, dicendo*, quia hæc non eſt phraſeologia Legis qua Deus uti ſolet in aliis locis, nam Deus loquebatur cum Moſe per verbum לאמר *dicendo*, ſed hic eo modo dici nequit. כקוראין את ההלל *uti recitant hymnum*, principia capitum tantum reſpondebant poſt ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Nechemia dicit, quod dicitur ויאמרו *& dixerunt*, monſtrat quod omnes dixerunt canticum ſimul, niſi quod Moſes primus incipiebat, uti legatus eccleſiæ facit in lectione Audi &c. R. Akiba dicit, quod capitum principia tantum dicebant poſt Moſen, uti fit in lectione Hymni.

WAGENSEILUS. (1) *Eodem quoque die &c.*] Hoc Miſchnæ comma explicatur in primo Gemaræ Excerpto.

(2) *Non opus erat, ut Scriptura adderet verbum, Dicendo:*] Ubi de Moſe ſermo eſt, tum maxime adhibetur verbum לאמר *Dicendo*, cum Numen aliquid ei præcepit, quod rurſus ad Iſraëlitas referre debebat. Extra quem caſum, cum hoc *Dicendo* legatur, aliud ibi latens eruendum eſt.

(3) *Hallel*] De duplici Hallel, ejuſque recitatione, multa, uti ſolet, erudite congeſſit Buxtorfius in Lex. Talm. pag. 613. ſeqq. Sed mirum, omiſiſſe eum variantes Judæorum de ejus autore ſententias, hanc ergo laciniam, ejus veſti aſſuimus, ex Peſachim fol. 117. a. תנו רבנן הלל זה מי אמרו רבי אליעזר אומר משה וישראל אמרוהו בשעת שעמדו על הים הם אמרו לא לנו יי׳ לא לנו וגו׳ משיבה רוח הקדש ואמרה למעני אעשה כי איך יחל ר׳ יהושע אומר יהושע וישראל אמרוהו בשעה שעמדו עליהם מלכי כנען הם אמרו לא לנו ומשיבה רוח וכו׳ ר׳ אליעזר המודעי אומר דבורה וברק אמרוהו בשעה שעמד עליהם סיסרא ויבין הם אמרו לא לנו יי׳ לא לנו משיבה רוח הקדש ואמר להם למעני למעני אעשה כי איך יחל ר׳ אליעזר בן עזריה אומר חזקיה וסייעתו אמרוהו בשעה שעמד עליהם סנחריב הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ ר׳ עקיבא אומר חנניא מישאל ועזריה אמרוהו בשעה שעמד עליהם נבוכד נצר הרשע הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ רבי יוסי הגלילי אומר מרדכי ואסתר אמר בשעה שעמד עליהם המן הרשע הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ (Sequimur lectionem En Iſraël fol. 96. col. 3. omiſſis quibuſdam alienis quæ Talmud Amſtel. inſerit. Pſal. CXV, 1. Eſ. XLVIII, 11.) וחכמים אומרים נביאים שביניהן תיקנו להם לישראל שיהו אומרים אותו על כל פרק ופרק ועל כל צרה וצרה שלא תבא עליהם לישראל ולכשנגאלין אומרים אותו על גאולתן עד היכן הוא אומר ב״ש אומרים עד אם הבנים שמחה וב״ה אומרים עד חלמיש למעינו מים : Id eſt: *Quæſitum fuit inter Magiſtros, quis compoſuerit Hallel? R. Elieſer dixit, Moſen & Iſraëlitas ejus autores eſſe: nam cum in mari conſtituti eſſent, dixerunt*: Non nobis Domine, non nobis &c. *Responditque Spiritus Sanctus, enunciando*: Propter me faciam, nam quomodo prophanaretur? *R. Jehoſchua cenſuit, Joſuæ, & Iſraëlitis reliquis, id acceptum ferendum, cum enim Reges Cananitarum iis ſuperſtarent, dixerunt*: Non nobis &c. *Reſpondit Spiritus Sanctus &c. R. Elieſer Hammodai opinabatur: A Debora & Barako concinnatum Hallel eſſe. Scilicet, cum Siſra & Jabin iis extrema minarentur, inquiunt*: Non nobis &c. *Reſponditque Spiritus Sanctus &c. R. Elieſer Aſariæ filius, Hiskiam ejuſque Socios τοῦ Hallel facit Autores, ut cum Sancherib gravis ipſis eſſet, dixerint*: Non nobis &c. *Reſponderitque Spiritus Sanctus &c. R. Akiba, Chananjam, Miſaëlem & Aſariam feciſſe Hallel credit, dixiſſeque, cum Nebucadnezar nequam, iis eſſet iratus*: Non nobis &c. *Reſpondente Spiritu Sancto &c. R. Joſe Galilæus, Mardochæum & Eſtherem inventores τοῦ Hallel prædicavit, ita ut cum Haman ſceleratus iis gravis eſſet, ipſi dixerint*: Non nobis &c. *Subjeceritque Spiritus Sanctus &c. At, Sapientes contendunt, Prophetas, qui inter Judæos floruere, Hallel ipſis eum in finem compoſuiſſe, ut quocunque damno vel adverſitate (quam tamen abominamur,) premerentur, illud recitarent, nec minus idem recitarent, liberationem conſequuti. Quibus abſolvitur*, (Hallel parvum?) *Secta Schammai Pſalmo CXIII. abſolvi arbitratur, ſed Hillelis Secta, vult Pſalmum. CXIV. addendum eſſe.*

ה בו ביום דרש רבי יהושע בן הורקנוס לא עבד איוב את הקב"ה אלא מאהבה שנאמר הן יקטלני לו איחל ועדין הדבר שקול לו אני מצפה או איני מצפה ת"ל עד אגוע לא אסיר תומתי ממני מלמד שמאהבה עשה עשה אמר ר' יהושע מי יגלה עפר מעיניך רבן יוחנן בן זכאי שהיית דורש כל ימיך שלא עבד איוב את המקום אלא מיראה שנאמר איש תם וישר ירא אלהים וסר מרע והלא יהושע הלמיד תלמידך לימד שמאהבה עשה :

5. Eadem luce, R. Joſua Hircani F. in medium attulit: Job (1) ex ſolo amore, Deo ſervivit: Q. S. E. (Job. XIII. 15.) *Si necaret me*, (2) *ſperarem in eum.* Pendet tamen adhuc res (*in dubio*,) num (*ſenſus ſit.*) Ego ſperabo; an vero, ego non ſperabo. Quare (*difficultatem tollendam*,) Scriptura (c. XXVI, 15.) exprimit: *Quoad exſpiravero, non amovebo integritatem a me*: Quo docetur, ex amore id eum feciſſe. Tum exorſus R. Joſua. O ſi quis pulverem demeret tuis R. Jochanan F. S, oculis, tota enim vita docuiſti, quod Job infinito Numini, (3) non niſi ex timore ſerviverit Q. S. E. (c. I, 1.) *Vir integer & rectus*, (4) *timenſque Dei, & recedens a malo.* Et, nunquid non Joſua (5) diſcipuli tui diſcipulus, evincit, quod id ex amore fecerit?

R. OB. DE BARTENORA.

דבר שקול *Res pendens*, in æquilibrio, ut in neutram partem inclinare poſſit, nam vox לו ſcribitur cum vav, & notat *non*, ac ſi ſcripta eſſet cum aleph; & ſcribitur cum aleph, & notat *eum*, ac ſi ſcripta eſſet cum vav, & hoc modo locus ſcripturæ intelligi poteſt apud Jobum 13, 15. Si me necaret, non ſperarem magis in ipſum; aut, ſi me necaret, tamen in ipſum ſperarem. מיראה *præ timore*, præ timore pœnæ, ne ea veniret ad ipſum. ירא אלהים *timens Dei*, non amans Dei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etſi vox לו ſcribatur cum aleph, denotat tamen aliquando affirmationem; & quamvis ſcribatur cum vav, tamen aliquando notat negationem, ideoque hoc & illo ſenſu intelligi poteſt. Rationem vero aliquoties commemoravi, quia loquitur cum literis quieſcentibus, ideoque id quod dicit לו איחל non tollit dubium, ſive ſcribatur לו *ipſum* cum vav, ſive לא *non* cum aleph Dixit autem ob R. Akibam תלמידך *diſcipulus tuus*, ut & notaret excellentiam illius.

WAGENSEILIUS. (1) *Ex ſolo amore Deo ſervivit*] Recte cenſent Judæi, cultum Deo gratum, ex mero erga illum amore proficiſci debere, nec male ejus cultus indolem ac naturam, explicat Baal Chaſidim Num. IV. העובד מאהבה עוסק בתורה ובמצות הולך בנתיבות החכמה הראויה ועוסק בתורה ואוהב הי אהבה גדולה לא מפני דבר שבעולם ולא מפני יראת הרעה ולא כדי לירש את הטובה אלא עובד באמת מפני שהקב"ה אמת וסוף הטובה לבא בכללה וצריך לאהוב את הבורא אהבה עזה ורבה עד אשר יחלה לאהבתו כאדם החולה לאהבת אשה והוא שוגה תמיד באהבתה בשבתו ובקומו ובצאתו ובבואו גם בעת מאכלו ומשתאו לא ינום ולא ישן מפני אהבה ה' יותר ויותר כזה (Exiſtimo reſcribendum eſſe אהבתה) תהיה אהבי הבורא קשורה בלב אוהביו והמיד ישגו בה כמו שצונו בכל לבבך ובכל נפשך וזהו שאמר שלמה בחכמתו דרך משל : כי חולה אהבה אני Id eſt: *Quiſquis* (Deo) *ex amore ſervit, is Legi Divinæ, boniſque operibus ſtudet, incedit in via veræ Sapientiæ, & in Lege indies majores facit profectus. Porro*, Deum *amat, amore flagrantiſſimo, non ullius quæ in orbe eſt rei gratia, nec ob metum mali, aut ut felicitatem conſequatur, ſed vere* Deo *ſervit, quia is Veritas, & bonorum ſummum eſt, ut in communionem quaſi ejus admittatur. Oportet vero amare Creatorem, amore vehementi & intenſiſſimo, uſque dum præ amore quis langueat. Uti enim homo ob amorem fœminæ cujuſdam, ægritudinem contrahit, & ex affectus impotentia inſanire occipit, ita ut ſedens, ſtans, exiens, revertens, edens item, ac potans*, (eam meditetur,) *& nec quietem aut ſomnum illi capere amor concedat. Hoc tamen longe magis, longeque ferventius, amor Creatoris, eum diligentibus infixus eſſe debet, adeo ut eidem inerrent, nam ſic ipſe* (Deut VI, 5.) *juſſit ſeſe amare toto corde, & toto animo; quin & Salomo, pro ſua Sapientia, idem per tranſlationem ſignificavit, iſtis* (Cant. II, 5.) Ægra ſum amore. Plura in hanc rem prolixe diſſerit Autor libri Imre Schaper pag. 71. b. quem, ſi ad manus eſt, conſulere ſuadeo.

(2) *Sperarem in eum*] De his verbis diſquiritur, in eo, quod inter Gemaræ Excerpta eſt ſecundum.

(3) *Non niſi ex timore ſerviverit*] Ex timore Deo ſervire dicuntur, qui, ſic ſcribente Raſchba, ad En Iſrael fol. 154. col. 1. id faciunt מאהבת השכר בלבד ומיראת העונש בלבד ולא יתכוונו לאהבת השם ויראתו והו להו כגוים שאם יבואו עליהם יסורין מתחרטין : Id eſt: *Tantum præmii cupidine, & metu pœnæ, neque ex animo Deum amant ac verentur, ſed ad* τῶν ἔξω *mores ſe componunt, qui non niſi adverſitate ingruente*, (male admiſſorum) *pœnitentia corripiuntur.*

(4) *Timenſque Deum*] Horum verborum proprietati inhærebat R. Jochanan, ſic, ut urgeret, prædicari de Jobo, fuiſſe eum timentem Numinis, ſed non amantem.

(5) *Diſcipuli tui diſcipulus*] Id eſt, Diſcipulus R. Akibæ. Mutatur vero hic ſermonis genus, nam §. 2. in re ſimili R. Akiba ob ſummam qua apud omnes fruebatur exiſtimationem, non dicitur Diſcipuli R Jochananis F. S. fuiſſe Diſcipulus, etſi revera, non ipſomet R. Jochanane, ſed tantum R. Elieſere Hircani filio, ejus Diſcipulo, Præceptore uſus erat. At Joſuæ, filii Hircani, quia longe minor erat autoritas, ideo is quidem quod res ipſa erat, Diſcipuli Diſcipulus fuiſſe prædicatur.

פרק ו מי שקנא לאשתו ונסתרה אפילו שמע מעוף הפורח יוציא ויתן כתובה דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר עד שישאו ויתנו בה מוזרות בלבנה :

Caput 6. Si quis Uxorem commercio alterius prohibuit, iſque eam (*cum amatore*,) ſecreto egiſſe, (1) vel ab ave prætervolante audiverit, ædibus illam exturbare poteſt, ita tamen, ut dotem illi largiatur: (2) ſic quidem ſtatuit R. Elieſer. (3) R. Joſua vero cenſet (*id non licere*,) priuſquam ea de re (4) fabulentur, nentes ad lunam.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו שמע מעוף הפורח *Etſi audiverit ab ave prætervolante*, quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Elieſer dicit, etſi marito ex avis cantu vel volatu innotuerit

quod ſe occultaverit uxor. יוציא ויתן כתובה *expellet eam, & dotem largietur*, R. Elieſer ſequitur ſententiam ſuam quam dixit capite primo, nempe, quod occultatio non opus habet teſtimonio, & quod ſervus & ſerva etiam ſunt fide digni, eodem modo quo avis prætervolans, quia occultatio æquipollet immunditiei, in qua omnes habentur fide digni, ideo prohibita eſt marito, & repudiare eam poteſt, & ſolvere dotem matrimonialem, ſi eam ad bibendum adigere noluerit.

עד שיטאו ויתנו בה כוזרות בלבנה *Priuſquam ea de re fabulentur, nentes ad lunam*, mulieres quæ nent ad lumen lunæ. R. Jehoſchua ſequitur ſententiam ſuam, qua dicit maritum eam ad bibendum adigere teſtimonio duorum, at ſi mulieres ad lunam nentes fabulentur de diſſolutione illius, res eo turpior eſt, ideo repudiabit eam, quia aquæ in eam non exercebunt vim ſuam, uti dicitur in Beraita, וטהורה היא *& pura illa*, at non, ſi fabulentur de illa nentes ad lunam; deciſio eſt juxta R. Jehoſchuam.

tuerit quod uxor polluta fuit, non licet ipſi eam ad bibendum adigere, nec manere cum illa, ſed repudiabit eam; & dotem ipſi ſolvet. R. Joſua dicit, donec innotuerit marito quod cum ea converſantur mulieres quæ nent ad lunam, ubi operi finem imponere ſolent, & colloqui de aliorum hominum negotiis, nec non de ſuis, dicendo, quod N. in quam maritus zelo affectus eſt, occultaverit ſe cum alio viro, & adulteraverit cum illo, tum licet ipſi repudiare illam, & ſolvere illi dotem; deciſio eſt juxta R. Jehoſchuam.

WAGENSEILIUS. (1) *Vel ab ave prætervolante*] Tranſlata eſt locutio, ad ſignificandum, quemvis etiam levem rumorem, undecunque perceptum. Nec vero adeo ineptum eſt, Avibus ſermonem tribuere, non enim abhorret a ſimili loquendi modo ipſa Scriptura, tum alibi, tum imprimis Job. XII, 7. שאל נא בהמות ותרך ועוף השמים ויגד לך : Id eſt: *Interroga quæſo jumenta, & docebunt te, aut volucrem cœli & indicabit tibi.* Mahometes in Alcorano, Surata de formica, vere aves loquentes facit, ejuſque ſermonis dicit peritum fuiſſe Salomonem: Sic eſt apud interpretem: *Salomon a eſté heritier de David, & a dit au peuple, nous ſçavons le langage des oyſeaux, nous ſçavons tout ce qu'on peut ſçavoir, c'eſt une tres-grande grace. L'armée de Salomon s'eſt un jour aſſemblée auprés de luy, composée d'hommes, de Demons, & d'oyſeaux, il l'a conduit à la valée des fourmis, une fourmy leur Reine a crié. O fourmis entrez dans vos maiſons afin que Salomon & ſes troupes ne vous foulent aux pieds, ſans le cognoiſtre. Salomon entendant ces paroles demeura quelque temps ſans parler, & a la fin il ſe prit a rire, & dit, Seigneur ſois en mon ayde, afin que je te remercie de tes bien-faicts, & des graces que tu as données à mon pere; ſi je fais bien, tu l'auras agreable, mets-moy par ta miſericorde au nombre de ceux qui exaltent ta gloire? Il demanda la Uppe, & dit, pourquoy ne voids-je pas la Uppe. Eſt elle au nombre des abſents? Je la chaſtieray, & la feray mourir ſi elle n'a une excuſe legitime. Peu de temps apres elle s'humilia devant Salomon, qui luy demanda d'où elle venoit, elle reſpondit, je viens de voir ce que tu ne voids pas, je viens du Royaume de Saba, d'ou je t'apporte des nouvelles aſſeurées j'ay trouvé une femme leur Reyne qui a tout ce qui eſt neceſſaire a un Roy, elle a un grand & magnifique troſne, je l'ay trouvée elle & ſes ſubjets qui adoroient le Soleil, le Diable leur faiſoit trouver leur action agreable, il les a devoyez du droict chemin, & ſeront devoyez à ce qu'ils adorent un ſeul Dieu qui envoye la pluye du Ciel, & qui fait produire à la terre ſes plantes & ſes fruicts, qui ſçait tout ce qui eſt dans le cœur des hommes, & tout ce qu'ils diſent; Dieu! Il n'y a qu'un ſeul Dieu Seigneur d'Univers. Salomon dit, je verray bien-toſt ſi tu dis la verité ou ſi tu es au nombre des menteurs, va luy porter cette lettre, & obſerve, ce qu'elle & ſes gens reſpondront.* Id eſt: Salomo fuit hæres Davidis, dixitque populo: Nos intelligimus linguam avium, nos intelligimus omnia, quæ intelligi poſſunt, quod ingens Dei munus eſt. Exercitus Salomonis convenerat aliquando coram illo, ex hominibus, dæmonibus & avibus compoſitus, quem, cum ipſe ad vallem Formicarum deduxiſſet, quædam formica, cæterarum Regina, vociferari cœpit: O Formicæ ſubite veſtras ædes, ne Salomo ejuſque turmæ, ignari, vos pedibus obterant. His verbis perceptis, Salomo aliquandiu mutus hæſit, ſed tandem ſubridens, ajebat: Domine, adjuva me, ut gratiam retribuam benefactis tuis, & muneribus, quæ parenti meo tribuiſti. Si bona facio, id gratum erit adverſum te: Præſta mihi per miſericordiam tuam, ut in illorum numero ſim, qui tuam gloriam extollunt. Cæterum, de Upupa quæſtionem inſtituit, aitque: Quare non video Upupam? Eſtne in numero abſentium? Ego illam caſtigabo, & morte mulctabo, ſi non habeat legitimam excuſationem. Haud multo poſt ipſa coram Salomone ſe proſtrabat, qui eam percontabatur, unde veniſſet? Subjicit ipſa: id equidem hactenus vidi, quod tu non vides. Venio ex regno Saba, unde tibi certas affero relationes. Reperi fœminam, ipſorum Reginam, cui omnia ſuppetunt, quibus Regi opus eſt. Habet thronum ſublimem & ſplendidum, deprehendique ipſam & ſubjectos ejus adorantes Solem. Diabolus ipſorum inſtitutum illis reddebat acceptum, ipſe eos ſeduxit a recta via, ſeductique manebunt donec adorabunt unum ſolum Deum, qui pluviam cœlo demittit, quique facit ut terra ſuas plantas & herbas producat, qui novit omnia, quæ ſunt in corde hominum, & omnia quæ loquuntur. O Bone Deus! Non eſt niſi unus Deus, Dominus Univerſi. Ad quæ Salomo: Brevi cognoſcam, num tu veritatem dicas, aut num ſis inter mendaces. Vade, & perfer illi hanc epiſtolam, at, te animum adverte ad ea, quæ ipſa, ejuſque populus reſpondebunt.

(2) *Sic quidem ſtatuit R. Elieſer*] Non poterat diverſum opinari R. Elieſer. Quia enim ſupra, ſub Miſchnæ noſtræ initium, contendebat, ad potionandam Sotam aquis amaris, ſufficere unius teſtis, vel etiam ipſius mariti, de ejus abſconſione, cum amatore teſtimonium; ideo conſequens eſt, ut tueri cogatur, ad exturbandam ædibus Sotam cum ſua dote, quamcunque, de violato interdicto, famam ſufficere.

(3) *R. Joſua vero cenſet &c.*] R. Joſua, uti ſupra in Capite primo ad potionandam Sotam neceſſario duos teſtes exigebat, de illius latibulis perhibentes teſtimonium, ita nunc cum de poteſtate ejiciendi mulierem agitur, deficiente teſte, requirit famam contra eam, non levem, & incertam, ſed publicam, conſtantemque, quæ in ore ſit omni populo. Rurſus הלכה כרבי יהושע id eſt, R. Joſua communem Magiſtrorum aſſenſum meruit, R. Elieſer cum ſua opinione valere juſſus eſt.

(4) *Fabulentur nentes ad lunam*] Nentes ad Lunæ lumen, eæ ſunt, quæ in Cetubot fol. 72. a. Simpliciter vocantur טוות בשוק id eſt: *Nentes in plateis.* Nempe, ſic ſolent Mulieres, maxime cum veſperaſcit, ante ædium januas convenire, & colum ac lanam tractantes, ſi quid novarum rerum habent conferre, præcipue vero in mores aliorum inquirere, pro ſua qua omnes pollent, loquacitate. Atque hanc, una cum cæteris familiaribus ipſarum vitiis, ne Numen quidem ſegregare ab iis, cum maxime vellet, potuit. Ex illa occaſione emendandus eſt, gravis error, qui Codicibus Rabbot, Cracovienſis, qua utimur, editionis, & fortaſſe etiam aliis, quas conſulere non licuit, incubat. Legitur fol. 20 col. 4. ר' לוי אמר ויבן כתיב התבונן מאין לבראתה אמר לא אברא אותה מן הראש שלא תהא מיקרת ראשה לא מן העין שלא תהא סקרנית ולא מן האוזן שלא תהא צייתנית ולא מן הפה שלא תהא דברנית ולא מן הלב שלא תהא קנתנית ולא מן היד שלא תהא ממשמשנית ולא מן הרגל שלא תהא פרסנית אלא ממקום שהוא צנוע באדם אפילו בשעה שאדם עומד ערום אותו המקום מכוסה ועל כל אבר ואבר שהיה בורא בה היה אומר לה אשה צנועה אשה צנועה אעפ"כ יתפרעו כל עצתי לא בראתי אותה מן הראש והרי היא מיקרת ראשה שנ' ותלכנה נטויות גרון ולא מן העין והרי היא סקרנית שנ' ומשקרות עינים ולא מן האוזן והרי היא צייתנית שנ' ושרה שומעת פתח האהל ולא מן הלב והרי היא קנתנית שנ' ותקנא רחל באחותה ולא מן היד והרי היא ממשמשנית שנ' ותגנוב רחל את התרפים ולא מן הרגל והרי היא פרסנית שנ' ותצא דינה : Id eſt: *Scite di-*

xit R. Levi: (Scriptura narrando nobis creationem mulieris, (*adhibet verbum* ויבן) cujus ſignificationem a בין quod *Intelligere*, *Meditari*, notat, petere licet, ut ſenſus ſit, Deum ſecum) *deliberaſſe, unde mulierem crearet. Nimirum, ajebat ipſe ſecum: Non creabo eam ex* Capite, *ne caput efferat; nec ex* Oculis, *ne ſit circumſpectatrix; nec ex* Auribus, *ne ſit auſcultatrix; nec ex* Ore, *ne ſit garrula; nec ex* Corde, *ne ſit zelotypa; nec ex* Manu, *ne ſit furax. Nec ex* Pede, *ne ſit circumvaga; ſed vero creabo illam ex loco hominis modeſtiſſimo, qui que etiam tum, cum cætera nuda eſt, obtegi ſolet. Nec minus, ad quodque quod efformabat membrum, edicebat*: Modeſta eſto fœmina: Modeſta eſto fœmina. *Quæ cum ita fecerim, nihilo ſecius omnia conſilia mea fuere irrita. Non creavi fœminam ex capite, & tamen caput nimium effert.* Q. S. E. (Eſ. III, 17.) Ambulant extento gutture. *Non ex Oculis, & tamen eſt circumſpectatrix*: Q. S. (loco eodem:) Et nutant oculis. *Non ex Auribus, & tamen eſt auſcultatrix*: Q. S. (Gen. XVIII, 10.) Et Sara auſcultabat ad oſtium tentorii ſui. *Non ex Corde, & tamen eſt Zelotypa*: Q. S. (Gen. XXX, 1.) Zelotypa erat Rachel adverſus ſororem ſuam. *Non ex Manu, & tamen eſt furax*: Q. S (Gen. XXXI.) Furata eſt Rachel imagines. *Non ex Pede, & tamen eſt circumvaga*: Q. S. (Gen. XXXIV, 1. Et egreſſa eſt Dina. Omnium membrorum quæ Numen prius removiſſe dicitur, mentio hic poſtea repetitur, & docetur quantopere eventus, ejus conſilia ſit fruſtratus, unicum Os ſi excipias: Quare, opinari quis poſſet, de eo ſic ſatis bene rem habere, & quantum ad illud attinet, non habuiſſe Numen quod de mulieribus admodum quereretur. Sed utique ſic circa quod aliud membrum, cogitatis contraria, Numini acciderunt, circa Os imprimis id evenit, nam, etiam Eunomiæ apud Comicum teſtimonio; *Fœminæ multum loquaces merito omnes habentur, nec mutam profecto repertam ullam eſſe dicunt mulierem, ullo in ſeculo.* Nihil igitur in univerſum certius, quam hiulcum locum eſſe, ſuppleríque debent ex Jalkut fol. 8. col. 2. ubi extat integer, ſequentia: ולא מן הפה והרי היא דברנית שנ ותדבר מרים : Id eſt: *Non creavi fœminam ex Ore, & tamen eſt garrula*: Q. S. (Num. XII, 1.) Et obloquuta eſt Mirjam.

ב אמר עד אחד אני ראיתיה שנטמאת לא היתה שותה ולא עוד אלא אפילו עבד אפילו שפחה הרי אלו נאמנין אף לפסלה מכתובתה חמותה ובת חמותה וצרתה ויבמה ובת בעלה הרי אלו נאמנות ולא לפסלה מכתובתה אלא שלא תשתה :

2. Uno teſte dicente: Ego illam vidi ſeſe polluentem: (1) (*tum Sota amplius*,) non bibebat. Neque hoc ſolum, ſed quod etiam (2) ſervo, ac ancillæ in tantum fides, habita, ut ad illorum teſtimonium dote privaretur. Cæterum, Socrus, & hujus filia, æmula itidem, fratria, & privigna, teſtimonium quidem dicere poterant, (3) non tamen ad dotis amiſſionem, ſed ut bibere prohiberetur.

R. OB. DE BARTENORA.

אני ראיתיה שנטמאת *Ego illam vidi ſeſe polluentem*, in illa occultatione dicto duorum teſtium, juxta ſententiam R. Jehoſchuæ; aut dicto avis prætervolantis, juxta ſententiam R. Elieſeris. לא היתה שותה *non bibebat*, quia unus teſtis fide dignus eſt de illa, etiam couſque ut perdat dotem ſuam, quia rei ſunt pedes (rationes.)

אף לפסלה מכתובתה *Etiam ut privetur dote*, ut non bibat, neque dotem ſuam auferat. יבמתה *fratria ejus*, uxor fratris mariti. ובת בעלה *& filia mariti ejus*, ex alia uxore. הרי אלו נאמנות *ecce hæ ſunt fide dignæ*, ad teſtandum, etſi illegitimæ ſint ad reliqua teſtimonia, quæ ipſi cedunt in malum, quia Lex fidem dat omni teſtimonio quod de illa datum fuerit, nihilominus tamen non perdit dotem ſuam, quia hæ mulieres ſunt illius inimicæ, præterquam quod non bibit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit eos ad teſtimonium ineptos eſſe ad pronunciandum eam ad dotem eſſe illegitimam, & mulieres eſſe inimicas illius, ne adigatur ad bibendum, intelligendum eſt, quando teſtatæ fuerint quod viderunt adulterum poſt zelum & occultationem cum teſtibus, uti expoſuimus in principio hujus tractatus.

WAGENSEILIUS. (1) *Tum amplius non bibebat*] Nam Scriptura, Num. V, 13. concedit tantum uſum Aquarum explorationis, cum nullo teſte Sotam polluiſſe ſe, poteſt oſtendi, nec eadem ἐν αὐτοφώρῳ fuit deprehenſa. Etſi igitur, in cæteris caſibus, unus teſtis pro nullo reputabatur, tamen hic alia res erat, & ut ait Maimonides Hilch. Edut c. 2. §. 2. האמינה תורה עד אחד בסוטה שלא תשתה כי בעגלה ערופה שלא תערף : Id eſt: *Tantum tribuit Lex Divina teſti unico in negotio Sotæ, ut non queat ipſa amplius potionari; & in negotio vitulæ decollandæ quoque, ut non fas ſit caput illi præſcindere.*

(2) *Servo ac ancillæ in tantum fides habita &c.*] Communiter Servi, & Ancillæ, Propinqui item, ac mulieres omnes, a dicendo teſtimonio cæteroquin repelluntur. Nimirum, uti eſt in Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilch. Edut Veſimma, cap. 1. Decem omnino ſunt hominum genera quibus teſtimonium dicere non licet, veluti נשים עבדים קטנים שוטים חרשים סומים רשעים בזוים קרובים והנוגע בעדות . Id eſt: *Fœminæ, Servi, Impuberes, Amentes, Surdi, Cæci, Impii, Infames, Propinqui, & qui ad dicendum teſtimonium paſſi ſunt ſe induci.* Inſtituitur deinde ibidem, de ſingulis ſeorſim diſquiſitio, ſed ob prolixitatem nimiam, nihil, niſi quod ad Mulieres & Servos attinet, quodque hujus loci eſt, afferimus: נשים פסולין מן התורה שנ' על פי שנים עדים לשון זכר ולא לשון נקבה וכן הטומטום ואנדרוגינוס פסולין מפני שהן ספק אשה וכן כל ספק פסול כספק כשר פסול שאין העד בא רק לחייב ענש או להוציא ממון ועל פי יאין מוציאין ממון מספק ואין עונשין מספק : עבדים פסולים להעיד מן התורה שני ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו מכלל שאחיו כמוהו מה אחיו בן ברית אף העד בן ברית קל וחמר לגוים אם עבדים שהם במקצת מצות פסולין הגוים לכ"ש : מי שחציו עבד וחציו בן חורין פסול וכל שנשתחרר והרי מחוסר גט שחרור פסול עד שיגיע גט לידו : Id eſt: *Mulieres ipſa Scriptura probibet dicere teſtimonium*: Q. S. E. (Deut. XVII, 6.) Ex ſermone duorum teſtium: *quo in loco, de maſculis, non de fœminis agi, ſermonis genus indicat. Is, qui occluſo genitali membro eſt, itemque Androgynus, quia de illis annon fœminæ ſint, dubitatur, teſtimonium dicere nequeunt: Eadem ratio eſt omnium, qui dubie veri, & dubie vitioſi teſtes ſunt: Quiſque enim teſtis, teſtimonio ſuo, aut quem criminis condemnare, aut facultatibus mulctare ſatagit; at, nec facultates ab aliquo adjudicantur, nec pœna cuiquam infligitur, ex mera ſuſpicione. Servos, & ipſos, teſtimonium dicere, Scriptura prohibet*: Q. S. E. (Deut. XIX, 19.) Et facietis ei, quemadmodum molitus fuerat facere fratri ſuo. *E quibus conſequitur, illum, quem Scriptura vocat Fratrem*, (ſeu eum contra quem teſtimonium dicitur,) *ipſumque teſtem, æqualis debere eſſe conditionis. Uti igitur accuſatus eſt tribulis Judæorum, ita & teſtis, tribulis Judæorum ut ſit, exigitur. Atque hinc, quid de τοῖς ἔξω ſtatuendum, facilis a majori ad minorem veriſimilitudinem, eſt collectio. Quod ſi enim Servi, qui tamen in quorundam Præceptorum communionem cum Judæis admittuntur, teſtimonium dicere nequeunt; quanto minus id τοῖς ἔξω* (cum quibus nihil commune habemus,) *licere, reputari debet? Qui ex parte ſervus eſt, teſtis fieri nequit, quod, idem ſentiendum*

tiendum de eo, qui manumiſſus fuit, nec habet inſtrumentum manumiſſionis ſuæ, quoad illo potiatur. Cæterum, unde fiat, quod adverſus Sotam etiam ii dicere teſtimonium poſſint, quibus alio qui ad teſtandum nullum jus eſt, cauſam indicat Maimonides Hilch. Sota cap. 1. §. 15. הואיל וקדם הקנוי והסתירה בעדים כשרים והתורה האמינה עד אחד בטומאה הרי כלן כשרין לעדות טומאה : Id eſt: *Quia* (principio Maritus,) *Zelotypiæ interdictum edidit teſtibus legitimis præſentibus, Lex autem Divina, de facta deinde pollutione etiam uni ſoli teſtimonium dicere permittit; igitur de pollutione teſtari quiſque poteſt.*

(3) *Non tamen ad dotis amiſſionem*] Secus enim in rem ſuam teſtarentur, quod nullæ leges facere ſinunt.

ג שהיה בדין ומה אם עדות ראשונה שאין אוסרתה איסור עולם אינה מתקיימת בפחות מבי עדות אחרונה שאוסרתה איסור עולם אינו דין שלא תתקיים בפחות משנים תלמוד לומר ועד אין בה כל עדות שיש בה קל וחומר לעדות הראשונה מעתה ומה אם עדות אחרונה שאוסרתה איסור עולם הרי היא מתקיימת בעד אחד עדות ראשונה שאין אוסרתה איסור עולם אינו דין שתתקיים בעד אחד תלמוד לומר כי מצא בה ערות דבר ולהלן הוא אומר על פי שני עדים יקום דבר מה דבר האמור להלן על פי שנים עדים אף כאן על פי שנים עדים :

3. (*Si vero argumentareris,*) æquum eſſe, (1) ut quoniam prius teſtimonium, quod tamen æternam ſeparationem mulieris a viro minime infert, neutiquam conſiſtit, ſi pauciores adſint, duobus (*teſtibus:*) Ideo æquum eſſe, ut nec teſtimonium poſterius, quod æternam ſeparationem poſt ſe relinquit, valeat, ſi pauciores adſint duobus (*teſtibus.*) Nota dictum, (Num. V, 13.) *Et nemo teſtis fuerit contra eam.* (*Id eſt,*) qualecunque tandem ſit teſtimonium, quod adducitur, (*admittitor.*) Quod ſi vero e loco Comparatorum, de primo teſtimonio concludere velles: Si in teſtimonio poſteriori, quod æternam ſeparationem inducit, unicus teſtis ſufficit; annon etiam æquum fuerit, ut pariter ad prius illud, quod neutiquam æternam ſeparationem infert, unius teſtis effatum, ſufficiat? Notabis dictum (Deut. XXIV, 1.) *Quia invenit in ea turpem rem aliquam.* Alibi vero, (ſcilicet c. XIX, 15) Scriptum: *Ex ſermone duorum teſtium, ſtabit res.* Quare ſicut vox *Rei*, hic loci, ita eadem & ibi ſermonem duorum (*teſtium requirit*)

R. OB. DE BARTENORA.

שהיה בדין *Quia æquum erat*, ut unus teſtis non eſſet fide dignus de illa, niſi eſſet decretum Legis. עדות הראשונה *teſtimonium primum*, de occultatione, eo quod ſeparatio æterna non prohibet eam, niſi donec biberit, non confirmatur teſtimonium infra duos, uti probatur ex ſententia æquali; Miſna hæc eſt R. Jehoſchuæ.

עדות אחרונה *Teſtimonium ultimum*, de immunditie, quodcunque teſtimonium quod de illa datum fuerit, fide dignum eſt, eo quod ſcriptum eſt Num. 5, 13. ועד אין בה quicunque vero teſtis cujus in Lege ſimpliciter ſit mentio, habetur pro duobus, quia ſcriptura dicit Deut. 19, 15. לא יקום עד אחד hinc infertur quod עד *teſtis* intelligitur de duobus teſtibus, uſque dum ſcriptura in ſpecie dicat אחד *unus*. Cæterum locus Num. 5, 13. vult unum, non duos neceſſarios. Et quod porro Num. 5, 13. extat והיא לא נתפשה vult eam prohibitam reddere, ergo unus teſtis fide dignus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עדות הראשונה *Teſtimonium primum*, eſt teſtimonium de occultatione poſt zelum, uti dictum eſt. Jam expoſuimus in principio, quod hoc non confirmatur niſi dicto duorum teſtium, & quod illa prohibita eſt marito ſuo donec biberit aquas amaras; ſed hæc non eſt prohibitio perpetua.

עדות אחרונה *Teſtimonium ultimum*, eſt teſtimonium de immunditie. Cæterum jam expoſuimus in principio hujus tractatus, quod hoc confirmatur dicto unius teſtis, & quod in perpetuum marito prohibita eſt. Et rationem dedimus, ex eo quod dicitur Num. 5, 13. ועד אין בה id eſt, ſi non fuerit teſtimonium perfectum, quia unus tantum eſt teſtis qui eſt pars teſtimonii; & quod dicitur ibidem והיא לא נתפשה vult, quod non coacta fuerit ad adulterium, & propterea in perpetuum prohibita eſt marito, nam, quoniam illa non ſtuprata eſt, idcirco obligat prohibitio. Quod autem vox עד *teſtis* notat teſtimonium, & quod non vult dicere, teſtem unum, probatur ex Deut. 19, 15. לא יקום עד אחד at ſi vox עד *teſtis* voluiſſet notare unum teſtem, non opus fuiſſet ut Scriptura in ſpecie diceret עד אחד *teſtis unus*. Id autem quod dicimus unum teſtem eſſe fide dignum ad efficiendum ut mulier Sota perdat dotem ſuam, & non bibat, intelligendum eſt quando zelotypia & occultatio præceſſit, uti in principio hujus tractatus expoſuimus. Et jam diximus id quod ſcriptura dicit ערות דבר notare etiam דבר זמה *rem inhoneſtam*.

WAGENSEILIUS. (1). *Ut quoniam prius teſtimonium &c.*] Senſus eſt: Non valet argumentum, ſi ita inferre velis: Quia nefas eſt marito, potionare uxorem ſuam aquis explorationis, niſi legitimi teſtes duo poſt factum interdictum, eam ſe cum amatore occultaſſe, teſtimonium perhibeant, cum tamen ex ea re, haud diutius, quam uſque dum inſtituta ſit exploratio, conjuges a ſe invicem ſeparentur: Ergo totidem teſtes legitimi, de pollutione quoque, ſi quæ accidiſſe dicitur, teſtimonium deponere debent, hæc enim ſi probetur, jam non amplius ad bibendas aquas explorationis mulier admittitur, ſed æternum eam a ſe ſegregare, marito convenit.

ד עד אומר נטמאת ועד אומר לא נטמאת אשה אומרת נטמאת ואשה אומרת לא נטמאת היתה שותה אחד אומר נטמאת ושנים אומרים לא נטמאת היתה שותה שנים אומרים נטמאת ואחד אומר לא נטמאת לא היתה שותה :

4. (1) Si unus teſtis, eam violatam aſſerat, alter factum neget, aut, ſi fœmina una, factum perhibeat, altera contradicat; bibendi facultatem habebat. Sin unus teſtis vitiatam aſſeveraret, duo autem vitiatam negarent, itidem bibere non prohibebatur. Duobus vitiatam eſſe confirmantibus, & uno contradicente, bibere eidem non licebat.

R. OB. DE BARTENORA.

עד אומר נטמאת ועד עומר לא נטמאת היתה שותה *Si unus teſtis dicat eam immundam, & alter eam non immundam dicat, bibebat*, unus teſtans contra alterum, quo modo res eſt in dubio, & tamen bibebat. Hoc autem intelligendum eſt quando duo teſtes ſimul venerint, at ſi unus poſt alium venerit, & primus dixerit quod polluta eſt, æque ac duo teſtes fide dignus eſt; & ſecundus qui dixit quod non polluta eſt, eſt unus, at non valent verba unius ubi ſunt duo.

ושנים אומרים לא נטמאת *Et duo dixerint, non polluta eſt*, nimirum, non polluta eſt coram te, nam quando comperiſti quod ſeſe occultaverunt, nos etiam illic tecum eramus, & nobis præſentibus non polluta eſt, quo modo removetur teſtis, & verba ejus irrita fiunt dicto duorum, & de illa dubium eſt an polluta fuerit antequam duo illi teſtes eos compererint occultatos, propterea bibet. Cæterum nos docet doctor in duobus hiſce Miſnæ caſibus, quod in iis qui ad teſtimonium inepti ſunt, ſequi debemus majorem partem, tam ad indulgendum quam ad aggravandum, nempe, tam ad illam ad bibendum adigendam quam non ad bibendum adigendam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד אומר נטמאת ועד אומר לא נטמאת היתה שותה *Si unus teſtis dicat eam immundam, & alter eam non immundam dicat, bibebat*, ſub ea conditione ut ambo teſtentur ſimul. Cæterum, ſi dixerit unus teſtis, *polluta eſt*, & deinceps alius teſtis advenerit, & dixerit, *non polluta eſt*, teſtimonii ultimi non habetur ratio, neque illa bibebat. Nam jam diximus quod Lex dat fidem uni teſti de muliere Sota, & hypotheſis nobis eſt, quod ubicunque Lex fidem dat uni teſti, ſe res habet ac ſi duo eſſent, at verba unius non valent ubi ſunt duo. Et quod dicitur, *ſi unus dixerit quod erat polluta, & duo dixerint quod non polluta erat*, quia res dependet ab ultimo teſtimonio, intelligendum eſt de iis qui ad teſtimonium inepti ſunt, ut, ſi eſſent ſervi, aut mulieres, aut reliqui illegitimi, quo in caſu majoris partis habetur ratio. Cæterum ſi unus fuerit teſtis legitimus, & duo legitimi, unus teſtis habendi ſunt. Docet autem nos duos hoſce caſus, quod in iis qui ad teſtimonium inepti ſunt, ſequi debemus dictum plurimorum teſtium, tam ad indulgendum quam ad aggravandum.

WAGENSEILIUS. (1) *Si unus teſtis &c.*] Non hæc intelligi recte poſſunt, niſi obſerventur ea, quæ annotat Maimonides in Commentario: מה שאמר עד אחד אומר נטמאה ועד אחד אומר לא נטמאת היתה שותה בתנאי שיעידו שניהם כאחד אבל אם אמר עד אחד נטמאת ואחר כך בא אחר אחריו ואמר לא נטמאת אין משגיחין לעדות האחרון ואינה שותה לפי שהתורה האמינה עד אחד כסוטה והעיקר אצלינו כל מקום שהאמינה תורה עד אחד הרי הוא במקום שנים ואין דברי של אחד (Sic eſt in Amſtelod. & Baſil. editionibus, ſeu אחר legendum utique.) במקום שנים ומה שאמר עד אחד אומר נטמאת ושנים אומרים לא נטמאת שהדבר תלוי באחרון אמנם זה בפסולי עדות כגון שהיו עבדים או נשים או אחד מן הפסולין שאנו חוששין לרוב המנין אבל אם היה עד כשר ושנים פסולים הרי הוא כמו עד אחד ועד אחד: Id eſt: Quod dicitur: *Si unus teſtis eam violatam aſſerat, alter factum neget, bibiſſe Sotam, id capiendum cum hac conditione, ſi ambo, ſimul, & eodem tempore teſtimonium deponant. Nam, ſi unus teſtis violatam mulierem perhibeat, & alius deinde ſuperveniens contrarium teſtetur, iſte poſterior non attenditur, nec admittitur mulier ad bibendum. Quippe, Lex Divina, in negotio Sotæ, uni teſti locum relinquit, nos vero tenemus firmiter, quod quotieſcunque per Legem Divinam uni teſti fidem habere jubemur, illum unum eſſe inſtar duorum, idem tamen, de altero,* (factum negante,) *neutiquam obtinet. Quod vero porro dicitur; Si unus teſtis vitiatam mulierem aſſeveret, duo contra vitiatam negent, poſterioribus ſtandum eſſe, id accipere oportet de caſu quo* (priores,) *vitio aliquo laborant, uti, ſi Servi ſint, aut mulieres, aut ſaltem ex iis ſit illegitimus, tum enim majorem numerum teſtium attendimus. Sed, ſi unus teſtis ſit bonus, & duo, cætera ad teſtandum inepti, jam unus & unus eſſe videntur.* Hoc fundamento ſic ſubſtrato, non dubitabimus de veritate eorum, quæ ſic explicatius traduntur apud eundem Maimonidem in Hilchot Sota cap. 1. §. 17. ſeqq. & in MS. quoque noſtro Ez Hechajim eorundem Hilchot cap. 2. fere ſimilibus utrobique verbis: בא עד אחד כשר ואמר נטמאת אינה שותה בא אחר והכחישו ואמר לא נטמאת אין שומעין לו שעד אחד בטומאת סוטה כשנים ואין דבריו של אחרון כלום ושל ראשון שהוא כשנים באו שנים כאחת זה אומר נטמאת וזה אומר לא נטמאת או שאמר אחד נטמאת ובאו שנים ואמרו לו נטמאת שותה בא עד אחד כשר ונשים רבות או פסולים כאחד העד אומר נטמאת והנשים והפסולין לא נטמאת שותה שעד אחד ופסולין רבים כמחצה על מחצה היו כלם פסולין הולכין אחר הרוב כגון שתי נשים אומרות נטמאת וג' אומרות לא נטמאת שותה ג' אומרות לא נטמאת וד' אומרות נטמאת אינה שותה היו כמחצה על מחצה הרי [illegible] שותה: Id eſt? *Si teſtis unus legitimus veniat, atque vitiatam Sotam eſſe, non admittitur ipſa ad bibendum aquas exploratorias. Si ſuperveniat teſtis alius, atque hunc mendacii coarguat, illibatamque Sotam eſſe contendat, non is attenditur, teſtis enim unus, cum de Sotæ pollutione agitur, duorum vicem ſuſtinet, nec verba poſterioris, aſſertionem prioris labefactant, cum iſte,* (ceu dictum,) *duorum loco ſit. Si duo ſimul adveniant, atque unus pollutam, alter illibatam mulierem contendat, aut ſi unus pollutam teſtetur, ac duo superveniant, qui id factum negent, explorationi mulier ſubjicitur. Si teſtis unus legitimus, & multæ fœminæ, aut quidam, alio vitio, propter quod cæteroquin teſtari non poſſent, laborantes, ſimul concurrant, & teſtis legitimus mulierem pollutam, mulieres, aut illegitimi illi, impollutam aſſeverent, explorationi locus erat, unus enim teſtis* (legitimus,) *& multi illegitimi, faciunt duas æquales dimidias. Si omnes teſtes ſint illegitimi, majorem numerum ſequi oportuit, uti, ſi duæ mulieres aliquam pollutam, tres eandem impollutam teſtarentur, licebat huic Sotæ bibere. At, ſi tres impollutam, quatuor pollutam dictitarent, bibere nefas erat. Si par utrinque eſſet numerus, inſtituebatur exploratio.*

Atque ſic propemodum, totam hactenus Sotæ vidimus Scenam. Peracta nunc eſt Fabula, ad alia animum deinde intentum habere jubent Magiſtri. Interim, quia Gemaræ hujus Capitis brevitas, Autori Operis En Jacob, quod excerperet, ſuppeditavit nihil, ne ſola hæc Miſchna, nuda & deſerta relinquatur, atque deterrimæ inter omnes conditionis ſe eſſe, conqueri queat; Agedum, priuſquam hinc diſcedimus, excerpamus nos ex aliis libris, mantiſſæ in vicem, quæ adhuc inſuper ad Sotam attinent, quæque in hoc tractatu a Talmudiſtis fuere neglecta.

Ducunt ſuo merito agmen quæ Præclariſſimus Codex noſter MS. Ez Hechajim admonet:

Cap. 1. האומר לאשתו אל תסתרי עם פלוני ופלוני ונסתרה עם שניהם כאחד כדי טומאה אפי' הם שני אחיה או אחיה ואביה אסורה על בעלה עד שתשתה מי המרים ויבדק הדבר מת קודם שישקנה אין לה כתובה: Id eſt: Si quis dicat conjugi ſuæ: *Ne occultato te cum N. & cum N.* atque ipſa eodem tempore cum ambobus tamdiu latitaſſe deprehendatur, ut fieri potuiſſet pollutio, tum, etiamſi duo iſti, fratres ejus ſint, aut frater paterque illius, tamen porro marito jungi prohibetur, antequam biberit aquas amaras, & facta ſit exploratio. Atque ſi maritus fato fungatur; exploratione nondum peracta, mulier dote excidit.

Cap. 2. מי שראה שזנתה אשתו או אמרו לו אחד מקרוביו שנאמנים אפילו בלא קנוי חייב להוציא' ואסור לבוא עליה ויתן כתובתה הודתה שזנתה תצא בלא כתובה: Id eſt: Si quis vidit uxorem ſcortantem, aut ejus rei nuncium a cognatis fide dignis accepit, etiamſi interdictum nullum præceſſit, tamen eam dimittere tenetur, nec cum illa porro rem habere poteſt. Cæterum, dotem mulieri ſolvere oportet, niſi quidem ipſa ſcelus ſuum fateatur, tum enim dote privare eam licebit.

Am-

Amplius: אשה שזנתה תחת בעלה בשוגג או באונס מותרת לבעלה שנ׳ והיא לא נתפשה הא נתפשה מותרת בין שאנסה גוי בין שאנסה ישראל וכל שתחלת ביאתה באונס אע״פ שסופה ברצון ואע״פ שאמרה הניחו לו שאם לא אנס הייתי שוכרתו מותרת שיצרה כלבשה אחר שהיה תחלתה באונס: נשים שנגנבו לגוים הן כשבויות שהן אנוסות ומותרות לבעליהן ואם הלכו ללסטים מעצמן הרי אלו ברצון ואסורות לבעליהן ואשת כהן שנאנסה או שזנתה אסורה לבעלה שנעשית זונה מכל מקום והוא אסור כזונה אבל יכפוהו ליתן לה עיקר ותוספת: Id eſt: Mulier viro juncta, quæ ſive per errorem, ſive per vim, vitium paſſa fuit, legitime adhuc marito jungitur, Q. S. E. (Num. V. 13.) *Si non fuerit comprehenſa.* Conſequens ergo eſſe, ſi (vi) comprehenſa ſit, matrimonii jure eam non excidere: Nec intereſt, an Judæorum, an vero τῶν ἔξω aliquis, vim ei fecerit. Atque, modo compreſſionis initium vi contigerit, (*nil obſtat*,) ſi deinde aſſenſus accedat, &, ſi maxime dicat, miſſum facite iſtum hominem, niſi enim vim mihi intuliſſet, huic rei conduxiſſem eum: talis tamen, adhuc legitima cenſetur conjux, quippe poſt vim illatam, invaluit laſcivia. Mulierum a Latronibus interceptarum, idem quod captarum bello jus eſt, nam pro vi compreſſis habentur, & cum maritis deinde legitime habitant. Sed, ſi ultro ad Latrones ſe conferant, ſua voluntate (*ad ſtuprum coactæ videntur*,) eaſque ſegregare a ſe mariti debent. Sacerdotis Conjux, ſive per errorem, ſive per vim vitium paſſa ſit, jure maritalis tori excidit, facta enim utique ſcortum eſt, at talem in conjugio habere is prohibetur. Cæterum, cogendus tamen eſt, ut ei ſortem dotis, cum ipſo largiatur auctario.

Poſt alia: כל אשה שהיה לה קינוי וסתירה ולא שתתה מי המרים בין שלא רצה בעלה להשקותה בין שלא רצתה היא בין שבא לה עד טומאה או הודת או היתה מאלו הנשים שאינן ראויות לשתות או שקנאו לה בית דין הואיל ונאסרה על בעלה מכל מקום הרי היא אסורה על זה שנתיחדה עמו לעולם ואם עבר ונשאה מוציאין אותה מתחתיו בגט ואפי׳ היו לה בנים ממנו שכשם שאסורה לבעל כך אסורה לבועל אבל אם לא קדם קינוי ובאו עדים שנסתרה עם זה ומצאו דבר מכוער שנכנסו אחריה ומצאוה חוגרת חגורה או מצאו רוק למעלה מן הכילה וכיוצא בזה אם הוציאה בעלה בזה לא תנשא לנטען ואם עבר ונשאה והיו לה בנים ממנו לא תצא לא היו לה בנים ממנו תצא וזה כשלא פסק הקול שזנתה עם פלוני יום ומחצה ויותר ולא היו להם אויבים שמעבירין את הקול אבל אם לא היתה שם רנה לדבר זה בעיר או שפסק הקול שלא מחמת יראה אם נשאת לנטען לא תצא אף על פי שאין לה בנים מי שהוציאה בעלה בעדי דבר מכוער ונשאת לאחר וגרשה אסורה להנשא לנטען נשאת לא תצא אע״פ שאין לה בנים כל אשה שהעידו שני עדים שזנתה עם זה כשהיתה תחת בעלה הראשון תצא ממנו ואע״פ שיש לה ממנו כמה בנים וכל מקום שאמרנו תצא תצא בלא כתובה: Id eſt: Quæcunque Fœmina interdicto mariti, & ſua deinde cum amatore occultatione præviis, Aquas amaras non potavit; Sive quod noluit eam maritus potionare, ſive quod ipſa bibere recuſavit, ſive quod teſtis quidam de ejus ſcortatione teſtimonium edidit, ſive quod ipſa ſcelus ſuum faſſa eſt, ſive quod ex earum fœminarum numero deprehenditur, quibus aquas exploratorias bibere non conceditur, ſive quod Magiſtratus tantum ei interdictum fecit; hæc inquam, quia marito amplius jungi prohibetur, ergo tanto magis ea eum quoque ab ejus conjunctione cum quo ſecretius commercium habuerat, abſtinere debet. Quod ſi tamen ſpreto hoc præcepto matrimonium cum eo contraxit, cogendus maritus eſt, ut libello repudii dato, eam dimittat, etiamſi multos cum ea procreaverit liberos. Uti enim haud prioris mariti, ita nec amatoris uxor ut ſit conceditur. At, cum nullum præceſſit interdictum, adſunt vero teſtes aſſeverantes occultaſſe ſe mulierem cum aliquo, ac poſtea turpe quid in ea deprehenſum fuiſſe, uti, quod inſequentes, eam ſeſe cingulo cingentem repererunt, aut, quod quid ſalivæ ſimile, veſti adhærebat, aut quod res ejuſmodi alia fuit animadverſa, ſi ob hanc cauſam maritus conjugem domo expellat, pariter nec illi nubere debet, cum quo venit in ſuſpicionem. Quod ſi hoc præceptum tranſgrediantur, & nuptias faciant, tum eo caſu quo liberos procrearunt, non eam maritus dimittere cogitur, bene autem, ſi liberos non ſuſceperint. Sed hoc tamen, ea quoque cum limitatione capiendum, ſi non ceſſet fama de ſcortatione ab iis admiſſa, per diem unum & medium, vel amplius; nec ſint illis inimici, qui eam famam divulgarunt. Quod ſi ea res, in publicum rumorem non abiit, aut ſi citra metum incuſſum continuo fama defecit, tum ſi mulier illa cum amatore nuptias contrahat, non is eam repudiare compellitur, utut maxime liberos nullos procrearunt. Si cum qua muliere maritus ob turpis rei indicium a teſtibus ſignificatum, divortium fecit, atque hæc alii nupſit, ab eodemque repudiata eſt, ne ſic quidem cum veteri amatore conjugium ipſa inire debet: ſi tamen id ſit contractum, non imperandum marito divortium, etiam tum, cum liberi nulli extant. De quacunque muliere teſtes affirmant, ipſam cum eo homine, cujus nunc eſt conjux, priore conjugio durante ſcortatam eſſe, cum hac divortium facere novus maritus cogitur. Atque notandum, quoties dicimus cogi quem ad faciendum divortium, ita id accipiendum eſſe, ut dos ſolvi non intelligatur.

Rurſus: שתה מי המרים ונקתה מהן וחזר וקנא לה מן האיש שהשקה על ידו ונסתרה עליו אין משקה על ידו פעם שניה אלא תאסר עליו לעולם ותצא בלא כתובה אבל אם קנא לה עם אחר ונסתרה עם אחר בעדים משקה אותה פעם שניה ואפילו כמה פעמים והוא שישקה כל פעם בגלל איש אחר השקה אותה וגרשה ונשאת לאחר וקנא לה עם האיש שהשקה אותה הבעל הראשון בגללו ונסתרה עמו בעדים הבעל השני משקה אותה על ידו שהוא בעל שני ואפילו מאה ונשאת לזה אחר זה משקין אותה על ידי איש אחד ואין אומרין ודאי שהוחזקה לזה וטמאה עד שיהיה שם עד: Id eſt: Si quæ Mulier aquas exploratorias bibit, & innocens, deprehenſa fuit, poſtea vero commercio ejuſdem hominis, cum quo ſemel in ſuſpicionem venerat, iterum maritus eam prohibeat, ipſaque cum iſto ſe occultet, non potionatur ob eundem vice ſecunda, ſed jure conjugali, juxta cum dote excidit. Sed, ſi (*poſt primam explorationem*,) de alio maritus faciat interdictum, atque mulier cum eo latitaſſe teſtibus convincatur, nova inſtitui poteſt exploratio, licetque idem repetere ſæpiſſime, modo ſemper novi amatoris nomine ſuſcipiatur. Si quis poſt factam explorationem mulierem repudiavit, eaque alii nupta ſit, iſte vero poſterior maritus, ob eundem interdictum faciat, cujus commercium mulieri prior maritus vetuit, tum ſi præſentibus teſtibus cum veteri amatore ſe occultet, poſterior maritus conjugem potionandi jus habet, ob novum matrimonium contractum: atque adeo mariti centum, ob eundem hominem explorationem inſtituere poſſunt, ſi ordine, mulier iis fuerit nupta. Nec licebit dicere, Certum eſt mulierem iſti adhærere, pollutamque eſſe, niſi teſtibus id queat evinci.

Cap. 3. בכל זמן משקין הסוטות וכל היום כשר להשקות ואין משקין בלילה ואין משקין שתי סוטות כאחת: Id eſt: Temporibus (*profeſtis*,) quibuſcunque, Sotas potionare licet, atque omnibus quoque diei horis id negotium ſuſcipi poteſt: Noctu tamen exploratio inſtitui non debet, nec debent ſimul & ſemel Sotæ duæ potionari.

Maimonides Hilch. Sota cap. 1. §. 7. בעל שמחל על קינויו שהסתיר קינויו מחול וכאלו לא קינא לה מעולם אבל אם מחל אחר שנסתרה אינו יכול למחול גירשה הרי זה כמי שמחל ואם החזירה צריך לקנאות קינוי אחר: Id eſt: Si quis maritus revocet interdictum ante occultationem factam, id facere licet, nec unquam interdictum edidiſſe intelligitur. Sed, poſt occultationem factam, remiſſionem indulgere non poteſt. Divortium, remiſſioni comparatur quare ſi quis repudiatam repetat, novo interdicto opus eſt.

Peſikta Sutarta fol. 39. *col.* 4. *Jalkut fol.* 205 *col.* 3. *& ex his alii plures.* אמרו מעשה בשתי אחיות שהיו דומות זו לזו בא להשקותה בעלה ובאת אצל אחותה ולבשה את בגדיה כאחותה השקו את המרות ולא לקת ובחזירתה נשקתה וכיון שהריחה מים המרים כיד מתה הטמאה לקיים מה שנ׳ ולא ימלט רשע את בעליו: Id eſt: Narrant hiſtoriam, de duabus Sororibus, ſibi invicem ſimillimis, quarum cum alteram maritus (*ob adulterii ſuſpicionem*) potionare vellet, ipſa (*ream ſe ſentiens*,) cum ſorore veſtes commutat, atque ſic innocens potionata fuit, abiitque illæſa: Hanc vero reverſam, cum altera ſoror (*gratiam ſ. monſtrare cupiens*,) eſſet oſculata, percepiſſetque odorem aquarum amararum, continuo animam exhalavit, ut conſtaret veritas illi (Eccleſ. VIII, 8.) *Non liberabit iniquitas dominum ſuum.*

Peſikta

Peſikta Sutarta fol. 40. col. 1. ונקה האיש מעון שלא יאמר אוי לי שהרגתי את בת ישראל אוי לי שהייתי משכב עם הטמאה לכך נאמר ונקה לפי שאין הקב"ה בא עם בריותיו בטרוניא ולא נתן להם חוקים כדי ליגען וכדי לטרדן מן העולם אלא משפטים ישרים ותורת אמת ואין הקב"ה מביא את האדם בדין אלא על דבר שנצטוה ובידו כח לעשות כדי שידו מגעת : Id eſt. (*Ait Scriptura*, Num. V, 31.) Inſontem futurum virum Zelotypum ab iniquitate, (*etiam cum aquæ exploratoriæ mulieri fuerunt exitio.*) Scilicet, non eſt cur dicat; Væ mihi, quod interemi filiam Iſraëlis! Væ mihi, quod cum uxore adultera concubui! atque eam ob rem Scriptura innocentem ipſum pronunciat. Non enim Deus æternus cum creaturis ſuis tyrannidem exercet, nec præcepta eum in finem illis dedit, ut eas fatigaret, aut vitam iis adimeret. Nempe Præcepta ejus recta ſunt, Lex tota divina eſt, neque vocat Deus hominem in judicium, niſi ob violationem ejus quod diſerte erat præceptum, & quod ſaltem quomodocunque implere licebat.

R. Leon de Modena nell' Hiſtoria de Riti Hebraici vita ed oſſeruanze de gl' Hebrei di queſti tempi parte 4. cap. 6. Nell' antico tempo, quando vn marito era geloſo della moglie, la conduceua al Sacerdote, che dandole a beuer di cert' acqua, ſe era innocente campava, ſe colpeuole, crepaua, come nel libro de Numeri c. 5. Ma adeſſo ſe vn marito habbia proteſtato alla moglie, *Non far ch'io ti vegga con il tale*, e la troui con eſſo lui, o corra voce publica, che ella faccia male, o vi ſiano certi inditii baſteuoli, e tanto piu ſe la trouaſſe realmente in mal fare, ancor che egli non voleſſe, li Rabini lo sforzano a repudiarla, o ſepararſi per ſempre da lei, e poi repudiata può ella maritarſi con chi vuole, fuori che con quel tale, per il ſoſpetto di cui, o per certezza, ſia ſtata repudiata. Id eſt: Temporibus antiquis, quando Maritus Zelotypia corripiebatur adverſus mulierem, deducebat eam ad Sacerdotem, qui certam aliquam aquam ei bibendam porrigens, ſi innocens erat, receſſit ſalva, ſi nocens, media crepuit, uti Numer. V. memoriæ proditum eſt. Hac vero ætate, ſi quis mulieri edixit: *Cave ſis, te cum iſto impoſterum videam*: atque eam cum ipſo deprehendat, aut fama publica loquatur ipſam peccare, aut ſuppetant certa & ſufficientia indicia, tantoque magis, ſi ab ipſo reperiatur αὐτοφωρί, cogunt Rabbini maritum ut mulierum repudiet, aut perpetuo a ſe ſegreget, atque ipſa ſic repudiata, cum quocunque matrimonium ineundi jus habet, ſolo eo excepto, qui, quod cum ea rem habuiſſe, aut ſuſpicio fuit, aut conſtitit, divortio præbuerat occaſionem.

Finiendum eſt, facundiſſimi Philonis, eleganti de Judicio Sotæ diſſertatione, quam libro qui de Specialibus Legibus inſcribitur, inſeruit. Ea Talmudiſtarum placitis, in pleriſque, tam pulchre conſonat, ut egregiam contineat multorum hactenus dictorum ἀνακεφαλαίωσιν.

Πάλιν πόρνην κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον οὐ παραδέχεται ἡ πολιτεία, κοσμιότητος καὶ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀλλοτρίαν, ἣ ἀναπίμπλησι τὰς ψυχὰς ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν ἀκολασίας, τὸ μὲν τῆς διανοίας ἀθάνατον κάλλος αἰσχύνει· τὴν δὲ σώματος ὀλιγοχρόνιον εὐμορφίαν προτιμᾷ· παραρρίπτουσα μὲν αὐτὴν τοῖς ἐπιτυχοῦσι, τὴν δ' ὥραν ὥσπερ τι ὤνιον ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσα, ἐπὶ μὲν θήρᾳ τῶν νέων, ἕκαστα καὶ λέγει καὶ πράττει· Τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων, ἄριστον ἆθλον αὐτὴν προθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσιν· ὡς λύμη οὖν καὶ ζημία καὶ κοινὸν μίασμα καταλευέσθω, τὰς τῆς φύσεως διαφθείρουσα χάριτας, ἃς ἥρμοττε καλοκαγαθίᾳ προσεπικοσμῆσαι· μοιχείας δὲ τὰς μὲν αὐτοφώρους, ἐναργέσιν ἐλέγχοις πιστευομένας ἐνθένδε ὑπαιτίους ἀπέφηνεν ὁ νόμος· Τὰς δὲ καθ' ὑπόνοιαν οὐκ ἐδικαίωσεν ἐξετάζεσθαι πρὸς ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως (Fortaſſe legendum θεοῦ) ἤγαγε δικαστήριον, ἐπειδήπερ ἄνθρωποι μὲν τῶν ἐμφανῶν ἐπιγνώμονες, θεὸς δὲ καὶ τῶν ἀδήλων, τῷ μόνῳ δυνατὸν ψυχὴν ἐναργῶς θεάσασθαι· Φησὶν οὖν τῷ ὑπονοήσαντι ἀνδρὶ, γραψάμενος πρόσελθε, εἰς τὴν ἱεράπολιν ἴθι σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ καταστὰς ἐπὶ τῶν δικαστῶν ἀπογύμνωσον τὸ παραστάν σοι τῆς ὑπονοίας πάθος, μὴ ὡς ἄν τις συκοφάντης ἢ κακοτεχνῶν ὑπὲρ τοῦ πάντως περιγενέσθαι, ἀλλ' ὡς ἄν τις τῆς ἀληθείας ἀκριβὴς ἐξεταστὴς ἄνευ σοφιστείας· ἡ δὲ γυνὴ δύο κινδύνους ὑπομένουσα, τὸν μὲν ὑπὲρ ψυχῆς, τὸν δ' αἰσχύνην βίου παντὸς ἀργαλεώτερον θανάτου, κρινάτω παρ' αὐτῇ τὸ πρᾶγμα, κἂν μὲν καθαρεύῃ, θαρροῦσ' ἀπολογείσθω· εἰ δ' ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλέγχοιτο, καταδυέσθω, προκάλυμμα τῶν ἁμαρτημάτων, αἰδῶ, ποιησαμένη· τὸ γὰρ μέχρι τέλους ἀναισχυντεῖν, ὑπερβολὴ κακίας· Ἐὰν δ' ἀμφήριστ' ᾖ τὰ λεχθέντα, καὶ μηδ' ἕτερον καθέλκῃ μέρος, ἴτωσαν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ στὰς ἀντικρὺ τοῦ βωμοῦ, παρόντος τοῦ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἱερωμένου, δηλούτω τὴν ὑπόνοιαν ἅμα, καὶ κομίζων ἄλευρον κρίθινον, εἶδός τι θυσίας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς εἰς ἔνδειξιν τοῦ μὴ κατ' ἐπήρειαν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης ὑγιοῦς κατ' ἐνδοιασμὸν εὔλογον αἰτιᾶσθαι, ὅ, θ' ἱερεὺς λαβὼν προτεινέτω τῇ γυναικὶ, καὶ τοὐπίκρανον ἀφελὼν, ἵν' ἐπικρίνηται γεγυμνωμένη τῇ κεφαλῇ τὸ τῆς αἰδοῦς περιῃρημένη σύμβολον, ᾧ ταῖς εἰς ἅπαν ἀθῴαις ἔθος χρῆσθαι· Μήτε δ' ἔλαιον, μήτε λιβανωτὸν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων θυσιῶν προσέστω, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ χαρτοῖς, ἀλλ' ἄχαρ ὀδυνηροῖς μέλλειν τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι· κρίθινον δ' ἐστὶ τὸ ἄλευρον. ἴσως ἐπειδὴ ὑπαμφίβολός ἐστιν ἡ ἀπὸ κριθῆς τροφὴ, καὶ ἀλόγοις ζώοις καὶ ἀτυχέσιν ἀνθρώποις ἐφαρμόζεσθαι, σύμβολον τοῦ τὴν μεμοιχευμένην οὐδὲν θηρίων διαφέρειν, ὧν ἀδιακρίτους εἶναι καὶ ἀνεπιστάτους τὰς ὀχείας συμβέβηκε· Τὴν δὲ καθαρεύουσαν τῶν ἐγκλημάτων, οἰκεῖον ἀνθρώποις βίον ἐζηλωκέναι· Λαβὼν δὲ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ἐγχείτω καθαρὸν ὕδωρ ἐκ πηγῆς ἀρυσάμενος, καὶ φερέτω βῶλον γῆς ἐκ τοῦ κατὰ τὸ ἱερὸν ἐδάφους, ὅπερ οἶμαι καὶ αὐτὸ συντείνειν πρὸς τὴν ἔρευναν τῆς ἀληθείας διὰ συμβόλων· Τὸ γὰρ κεραμεοῦν ἀγγεῖον, πρὸς τὸ μοιχεύεσθαι, διὰ τὸ θνητὸν, θάνατος ἡ κατὰ μοιχῶν δίκη· ἡ δὲ γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς τὸ καθαρεύειν τῆς αἰτίας· Ἐπειδὴ δὲ ἀμφοτέρων αἱ γενέσεις καὶ αὐξήσεις καὶ τελειώσεις ἁπάντων· Ὅθεν ἑκάτερον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐνεκόσμησε, τὸ μὲν ὕδωρ εἰπὼν δεῖν καθαρόν τε λαμβάνειν καὶ ζῶν, ἐπεὶ ἡ ἀνυπαίτιος γυνὴ καθαρεύειν τὸν βίον, καὶ ζῆν ὀφείλει· τὴν δὲ γῆν οὐκ ἀπὸ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐδάφους, ὅπερ ἀναγκαῖον, ἀρετῶσαν ὡς καὶ γυναῖκα τὴν σώφρονα· Τούτων δὲ προευτρεπισθέντων, ἡ μὲν ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ τὸ κρίθινον ἄλευρον κομίζουσα, καθάπερ ἐλέχθη, παρέστω· Ὁ δ' ἱερεὺς ἀντικρὺ τὸ κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἐν ᾧ ὕδωρ ἐστὶ καὶ γῆ στὰς ἐπιλεγέτω τάδε· Εἰ μὲν τοὺς ἐπὶ γάμοις θεσμοὺς οὐ παραβέβηκας, οὐδ' ἀνὴρ ἕτερος ὡμίλησέ σοι καθυφιεμένη τὰ πρὸς τὸν νόμον συνεληλυθότα δίκαια, ἀνυπαίτιος καὶ ἀθῴα ἴσθι· εἰ δ' ὀλιγωρήσασα μὲν ἀνδρὸς κενὰς ζηλώσασα ἐπιθυμίας, ἢ ἐρασθεῖσα, μὴ ἀγνόει πάσαις ἀραῖς ἔνοχος γεγενημένη, ὧν τὰ δείγματ' ἀναφανεῖσ' ἐπὶ τοῦ σώματος ἴσθι, καὶ ἔκπινε ποτὸν ἐλέγχου, ὃ τὰ κεκρυμμένα σοῦ καὶ τεθηλυμμένα σοι ἀπαμφιέσει καὶ ἀπογυμνώσει· Ταῦτα γράψας ἐν χαρτιδίῳ καὶ ἀπαλείψας τῷ κατὰ ἀγγεῖον ὕδατι προτεινέτω τῇ γυναικί· ἡ δὲ πιοῦσ' ἀπαλλαττέσθω, προσδοκῶσα σωφροσύνης ἆθλον, ἢ ἀκολασίας τὴν ἀνωτάτω τιμωρίαν· εἰ μὲν γὰρ σεσυκοφάντηται, σπορὰν καὶ γέννησιν ἐλπιζέτω, τῶν ἐπὶ στειρώσει καὶ ἀγονίᾳ φόβων καὶ φροντίδων ἀλογοῦσα· εἰ δ' ἐστὶν ἔνοχος ἐφεδρευέτωσαν εἰς τὸν γαστρὸς ὄγκον οἰδούσης καὶ πιμπλαμένης καὶ τῶν περὶ μήτραν δεινὴν κάκωσιν, ἣν καθαρὰν οὐκ ἠξίωσεν ἀνδρὶ διατηρεῖν τῷ κατὰ πάτρια γήμαντι·

Pro-

Præterea, Scortum, lex ejicit e Republica, ut honeſtate, pudore, ſobrietate, & cæteris virtutibus vacuum, & replens viros fœminaſque impudicitia, deturpanſque immortalem mentis pulchritudinem, ſolam vero corporis venuſtatem brevi perituram excolens, proſtituens ſe prætereuntibus, & florem ætatis venditans, ad illectandos juvenes omnia tum faciens. Eadem committit amatores ſuos, inhoneſtum præmium ſeipſam proponens ei qui plura dederit. Ergo ut peſtis, labeſque publica, ſaxis obruetur, quod naturæ donis abutatur, quæ virtutibus exornaſſe debuerat. Adulteris deprehenſis convictiſque, lex præſentem pœnam infligit: ſuſpectas autem committit naturæ judicio, non hominum: quandoquidem manifeſta cognoſcunt homines, Deus occulta etiam, qui ſolus animos introſpicit. Sic igitur Zelotypo viro præcipit: Die dicta uxori, ſanctam civitatem pete cum ea: & ubi coram judicibus comparueritis, ſuſpicionem tuam detege, non ut calumniator, aut inſidiator, captans modis omnibus victoriam, ſed ut incorruptus inquiſitor veritatis. At mulier in gemino conſtituta periculo, mortis, & morte gravioris ignominiæ, rem ipſa ſecum expendat, & ſi eſt innocens, purget ſe cum fiducia. Quod ſi arguatur ſuapte conſcientia, ſatius fuerit ſe abdere, & peccatum pudore tegere, quam pervicaciter ambire victoriam. Quod ſi lis nequeat dirimi, neutrius conjugum argumentis prævalentibus, ambo in templum eant: tum maritus ante altare ſtans coram Sacerdote illius temporis, ſuſpicionem ſuam prodat, offeratque pro uxore pultem (*Male* Farinam, *& ſic in cæteris.*) hordeaceam, ut appareat, cum non malo, ſed ſano animo certis de cauſis pudicitiam ejus revocare in dubium. Sacerdos vero protenſa manu mulieri tegmen detrahat, ut judicetur aperto capite, ſine pudoris inſigniis, ſicut mos eſt in omnibus controverſiis capitalibus. Sed neque oleum, neque thus, ut in aliis ſacrificiis aſpergitur, quia triſtes, non læti rem divinam faciunt. Puls autem adhibetur hordeacea, fortaſſis ideo, quia hoc genus frugum uſus eſt duplex, (Fortaſſe leg *duplicis.*) & promiſcue præbetur brutis animalibus, & pauperibus hominibus: quo ſigno ſubinnuitur, adulteram nihil differre a beſtiis, quæ ſine diſcrimine, & ſine diſciplina ruunt in venerem. Pudicam vero, & puram a crimine, imitari vitam propriam hominibus. Pergit lex, jubens ut Sacerdos, urnam fictilem aqua e vivo fonte hauſta, impleat, & terræ pulverem e templi ſolo collectum, indat in eam. Quod ipſum, eò ſpectare opinor, ut figurate ſignificetur veritatis inquiſitio. Nam urna fictilis adulteræ convenit, cui mors optanda eſt, ſollemnis pœna violatæ conjugalis fidei. Terra autem & aqua ſic aſſumuntur, velut teſtes periclitantis innocentiæ, videlicet quod ambæ ſint cauſa generationis, incrementi, perfectioniſque rerum omnium. Nec temere utraque ornatur ſuis epithetis, dum aqua pura vivaque dicitur, quia mulier inſons pura eſt, mereturque vivere. Terra vero ſacra, ut ex templi pavimento deſumta, quod ſua ſanctitate placet, ut mulier ſua caſtimonia. His ita paratis illa capite aperto accedat, ut dixi, pultem offerens. Sacerdos ex adverſo ſtans cum fictili aquam terramque continente, hæc verba pronunciet: Ni violaſti jura conjugalia, nive cum alio viro congreſſa es proculcatis legibus, inſons eſto & a crimine libera. Quod ſi cum injuria mariti te implicaſti novis amoribus, ſcito te devotam diris omnibus, quibus manifeſte pœnam lues corpore. Bibe jam redargutionis poculum, quod incerta occultaque nudabit ac reteget. Eadem verba inſcripta chartulæ deleat aqua in fictili, moxque mulieri bibendam porrigat. Illa poſt potum abeat, expectatura pudicitiæ præmium, aut extremam pœnam intemperantiæ. Nam, ſi eſt paſſa calumniam, conceptum partumque ſperat, nihil de ſterilitate ſolicita. Quod ſi culpa non caret, non evadet ventris inflationem tumoremque, & cruciabile vulvæ vitium quam puram marito ſervare noluit, cum quo in matrimonium rite convenerat. Neſcio, quomodo animo exciderit, monere, fuiſſe inter Judæos opinionem vetuſtiſſimam, quod vituli a Moſe comminuti pulvis, quemque ipſe aquis inſperſum, Iſraëlitas bibere juſſit, eandem vim ac efficaciam in potantium corporibus exercuerit, quæ Sotæ aquis inerat. Addatur itaque coronidi noſtræ, quam Sexto Capiti Miſchnæ ſubjunximus, iſte velut apex. Sic vero memoriæ conſignatum habetur in Avoda Sara fol. 44. a. ויזר על פני המים וישק את בני ישראל לא נתכוון אלא לבודקן כסוטות: Id eſt: (Ex. XXXII, 20. dicitur:) Sparſit (Moſes vituli comminuti pulverem) in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël. *Nimirum, non id aliam ob cauſam factum, quam ut eos, quaſi Sotas, explorationi ſubjiceret.* Abeneſræ, ad eundem Scripturæ locum, commentatio eſt: הם מי נחל יורד מן ההר וצוה שישתו כל ישראל מאלה המים והנה היה ככה ומן העפר אשר יהיה בקרקע המשכן יקח הכהן ונתן אל המים והנה המים חרשו אות בעובדי העגל בפניהם או שצבתה בטנם כי לולי זה איך הכירו בני לוי עובדי העגל כי היו: Id eſt: *Aquæ*, (quibus Moſes pulverem vituli comminuti inſperſiſſe dicitur) *capiendæ ſunt de torrente, e monte promanante, præcepitque Moſes, ut omnes Iſraëlitæ eas potarent. Eſt vero hujus rei par ratio, cum illo* (ubi Deus Num. V, 17. mandat:) Et de pulvere qui erit in ſolo tabernaculi accipiens Sacerdos, indet in aquam illam. *Cæterum, aquæ iſtæ*, (a Judæis potæ,) *ſignum aliquod, in idololatrarum vultu produxiſſe, aut ventrem ipſorum turgidum reddidiſſe videntur, niſi enim hæc ita ſe haberent, quomodo Levitæ idololatras agnoſcere potuiſſent*, (atque eos occidere?) Non exprimit Abeneſra, quale illud vultus ſignum eſſe potuerit, ſed, alios Rabbinos proceſſiſſe longius, atque explicate id definire voluiſſe, fidem faciunt verſus Petri Rhemenſis, Scriptoris antiqui, quos Cl. Seldenus in egregio de Dîs Syris Libro, Syntag. 1. c 4. ex Bibliotheca Cottoniana, nobiſcum communicavit, & quos ab eo mutuamur.

Deſcendit Moſes, tabulis inſixa duabus,
Scripta Dei digito, juſſa beata ferens.
Aure choros populi ludentis percipit; Iram
Concipit; Os Vituli conſpicit; Inde fremit.
Excuſſit Tabulas; Excuſſas fregit; abegit
Fractas; in vitulum ſævit, eumque rapit.
Comminuit; commiſcet aquis, potum dat Hebræis
Exeat ut fœdus, per loca fœda, Deus.
Denotat hic Auri cor Hebræi potus avari,
Qui ſitiens, aurum, primitus ecce bibit.
Conſonat hic; Craſſi titulo quod corde ſitiſti
Vivens, hoc aurum mortuus ore bibis.
Hebræi tradunt Moyſen feciſſe quod audis,
Ut ſciret ſolos hac ratione reos.
Nam rutilans auro monſtrabat Barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.
Aurum quod fudit Aaron deſcendit eorum
In Barbas tantum, qui coluere Bovem.
Nequitiæ plumbum, Barbæ monſtratur in auro,
Et culpæ pondus, aurea barba notat.

Non ſum nunc ſolicitus, num quid veriſimile inſit, in illa de rubris Barbis fabula; interim, id opinor, non ob aliam, quam quæ Abeneſræ placuit cauſam, commentum inventum eſſe, ut nimirum iſto indicio, veri & ex deſtinatione idololatræ, de plane inſontibus, aut qui imprudentes tantum ſeduci ſe paſſi fuerant, diſtinguerentur, nec aliorſum utique pertinet illud:

Ut ſciret ſolos hac ratione reos.

Paulo alium ſenſum iſtis ineſſe Seldenus arbitratus eſt, qui ſic mentem Hebræorum, Poëtæque accepit, quaſi ex potione contuſi pulveris, non tantum Barbas rubras in ipſis illis qui ſcelus patraverant, ſed & in poſteris eorundem enatas fuiſſe contendat, quod, tum ob rationem allatam, tum quia rufi rufis non ſemper generantur, mihi ſecus videtur. Cæterum, eſt inter Scripturæ δυσνόητα, quomodo comburendo, tundendoque, Aureus vitulus in pulverem redigi potuerit, nam, id artificium vulgo incognitum habetur, ſolique Chymici ejus ſcientiam jactitant. Si tamen Abeneſræ fides, non magna opus eſt arte, ad eam rem parandam, quippe יש דבר שישים באש עם הזהב ומיד ישרף ויהיה שחור ולעולם לא ישוב זהב וזה דבר מנוסה ואמת הוא: *Eſt res quadam, quæ juxta cum auro, igni impoſita, facit ut illud comburatur, & in* (pulverem) *nigrum converſum, nunquam ad priſtinam auri naturam reduci poſſit. Atque hoc verum eſt, expertumque.* Male ſit Abeneſræ, ſi ſcivit qualis ea res eſſet, & tamen nos illius nomine fraudavit!

פרק ז אלו נאמרין בכל לשון פרשת סוטה ווידוי מעשר קריאת שמע ותפלה וברכת המזון ושבועת העדות ושבועת הפקדון :

Caput 7. Quæ ſequuntur, quacunque Lingua proferri poſſunt: (1) Sectio de muliere adulterii ſuſpecta. (2) Confeſſio decimarum. (3) Lectio Audi. Preces (*conſuetæ.*) Benedictio cibi. (4) Jusjurandum teſtium, & Jusjurandum ob depoſitum.

R. OB. DE BARTENORA.

פרשה סוטה *Sectio de Sota*, uti dicitur Num. 5, 19. ואמר אל האשה ergo bene habet in quacunque lingua dixerit. וידוי מעשר *confeſſio decimarum*, quæ extat Deut. 26, 13. & hæc dici poteſt in quacunque lingua.

קריאת שמע *Lectio audi*, uti dicitur in Lege Deut. 6, 4. שמע ישראל etiam in quacunque lingua intellexeris. ותפלה *& oratio*, quam orat eccleſia, eam dicunt in quacunque lingua, ſed privatus orationem tantum in lingua Sancta dicit.

וברכת המזון *Et benedictio cibi*, uti dicitur Deut. 8, 10. וברכת את יהוה אלהיך etiam in quacunque lingua benedixeris. Sic etiam *jusjurandum teſtimonii*, *& jusjurandum depoſiti*, in quacunque lingua juraverint, ſi non confeſſi fuerint, tenentur ad jusjurandum teſtimonii, quod probatur ex eo quod dicitur Levit. 5, 1. ושמעה קול אלה in quacunque etiam lingua. Cæterum jusjurandum depoſiti docetur a jurejurando teſtimonii, quia de ambobus dicitur תחטא.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit ſcriptura de muliere Sota Num. 5, 19. ואמר אל אשה ad hoc exponit traditio, *quacunque in lingua dixeris*. In confeſſione ad decimas dicitur Deut. 26, 13. ואמרת לפני יהוה אלהיך ad hoc iterum traditio, *in quacunque lingua dixeris*. Cæterum confeſſionem ad decimas jam expoſuimus capite ultimo tractatus Maaſer Scheni. De lectione *Audi* dicitur Deut. 6, 4. שמע ישראל traditio, *in quacunque lingua audiveris*. De תפלה *oratione* notum eſt, quod eam orant in quacunque lingua; at hoc intelligendum eſt ut id fiat in eccleſia; ſed quilibet privatus eam in lingua Sancta orare tenetur. De benedictione cibi dicitur Deut. 8, 10. וברכת את יהוה אלהיך traditio, *in quacunque lingua benedixeris*. Et de jurejurando teſtimonii dicitur Levit. 5, 1. ושמעה קול אלה traditio, *in quacunque lingua audiveris*; & de jurejurando teſtimonii diſcimus teſtimonium depoſiti, quia de unoquoque dicitur in Scriptura תחטא.

WAGENSEILIUS. (1) *Sectio de muliere adulterii ſuſpecta*] Jam ſupra quædam in hanc rem diſſeruimus, quæ oportet recolere. Nec negligendum illud noſtræ Gemaræ, quodque extat etiam in Peſikta Sutarta, fol. 39. col. 2. ת"ר משקין אותה בכל לשון שהיא שומעת על מה היא שותה ובמה היא שותה על מה היא נטמאת ובמה היא נטמאת על מה היא שותה על עסקי קינוי וסתירה ובמה היא שותה בקיתון של חרס על מה נטמאה על עסקי שחוק וילדות ובמה היא נטמאת בשוגג או במזיד באונס או ברצון וכל כך למה שלא להוציא לעז על מים הבדוקים : Id eſt: *Tradunt Magiſtri explicandum fuiſſe Sotæ, in familiari qua utebatur lingua, Quare bibat, & In Quo bibat. Item, Quare polluta fuerit, & Quo id modo acciderit. Quare bibat: Ob interdictum nimirum mariti, & factam deinde occultationem. In quo bibat: In vaſe ſcilicet fictili. Quare polluta fuerit: Puta, ob nimiam Petulantiam, vel Juventam. Quo id modo acciderit. Nempe, aut per Ignorantiam, aut propoſito deliberato, aut per vim, aut voluntarie. Sed quid opus erat tantis ambagibus? Ne ipſa cæteroquin aquas exploratorias calumniaretur.*

(2) *Confeſſio Decimarum*] Illa ſcilicet verba, quæ Deus Deut. XXVI, 13. 14. 15 recitanda dictavit, poſt exſolutas Decimas. Atque licebat pro concepta Hebræa formula, in barbara lingua ſubſtituere ſententiam, quia formulæ in ſacro textu præmittitur: *Tunc dices coram Domino Deo tuo*, ubi illud *dices*, cuique ſuæ linguæ uſum indulgere videtur.

(3) *Lectio Audi. Preces conſuetæ. Benedictio cibi*] Proderit notaſſe, quæ ſcribit Baal Chaſidim, Num DCCLXXXV. טוב לו לאדם שיתפלל ויקרא את שמע וברכות בלשון שמבין בו משיתפלל בלשון הקדש ואינו מבין בו וכתיב על אשר לא ידע ספר לאמר קרא נא זה ואמר לא ידעתי ספר ויאמר יי יען כי נגש העם הזה בפיו ובשפתיו כבדוני ולבו רחק ממני ותהי יראתם מצות אנשים מלומדה שמתפלל וקורא ואינו מבין מה מוציא מפיו לכן כתבו התלמוד בבבל ובארץ ישראל בלשון ארמי כדי שידעו את המצות אפילו עמי הארץ ולכן היו מתרגמין : Id eſt: *Satius eſt homini, ut preces faciat, & Sectionem* Audi, *Benedictionesque, recitet lingua familiari, quam ut hæc peragat lingua Sancta, ſi ejus rudis ſit. Hinc ſcriptum eſt,* (Eſa. XXIX, 12.) Sin autem dentur literæ, ei, qui neſcit literas, dicendo: Lege quæſo hoc, dicit neſcio literas. Et dixit Dominus, propterea quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis honorant me, cor autem ſuum procul amovet a me, eſtque reverentia eorum erga me, quam præcepto hominum edocti ſunt. *Quæ omnia in eum optime quadrant, qui orat, & Scripturam legit, nec ſcit quid ore ſuo proferat. Atque hinc Talmud tam in Regione Judaica, quam in Babylonia, lingua Chaldæa conſcriptum fuit, ut etiam vulgus hominum præcepta poſſet addiſcere; in eundemque finem edita ſunt* (Sacrarum literarum) *Chaldaicæ Paraphraſes.* Nec ſpernendum illud Maimonidis, Hilch. Berachot c. 1. §. 5. & 6. נוסח כל הברכות עזרא ובית דינו תקנום ואין ראוי לשנותם ולא להוסיף על אחת מהם ולא לגרוע ממנה וכל המשנה ממטבע שטבעו חכמים בברכות אינו אלא טועה וכל ברכה שאין בה הזכרת השם ומלכות אינה ברכה אלא אם כן היתה סמוכה לחברתה וכל הברכות כולן נאמרין בכל לשון והוא שיאמר כעין שתקנו חכמים : Id eſt: *Formulas omnium Benedictionum, Eſra, ejuſque Collegæ compoſuerunt, quare haud æquum eſt, cuiquam illarum, vel addere quid, vel demere, atque, quisquis immutat monetam, quam in Benedictionibus cuderunt Sapientes, errat graviter. Non vero ulla Benedictio cenſetur legitima, niſi in qua & Dei, ejuſque Regni expreſſa fit mentio, aut, niſi Benedictio, in qua hæc deficiunt ſaltem alii, ubi iſta habentur, ſit annexa. Cæterum, omnes Benedictiones, quacunque lingua concipi poſſunt, dummodo ſententia eorum quæ priſci Sapientes ordinarunt, retineatur.*

(4) *Jusjurandum teſtium, & jusjurandum ob depoſitum*] Quia Levit. V, 1. quo in loco Jusjurandum Teſtium innuitur, legimus: *Et audierit vocem blaſphemiæ, cujus ipſe teſtis ſit*; exinde eliciunt Magiſtri, eadem lingua jurare poſſe teſtem, qua aliquid ad ejus notitiam pervenit, hoc eſt, omni promiſcue. Porro, quia ibidem verbum תחטא adhibetur, atque eadem vox infra verſ. 20. ubi de Jurejurando ob Depoſitum ſermo eſt, repetitur, hinc, more ſuo, utriuſque jurisjurandi ſimilem rationem eſſe autumant.

ב ואלו נאמרין בלשון הקדש מקרא ביכורים וחליצה ברכות וקללות ברכת כהנים וברכות כהן גדול ופרשת המלך. ופרשת עגלה ערופה ומשוח מלחמה בשעה שמדבר אל העם :

2. Cæterum, (1) Lingua Sancta tantum, efferebantur, Verba concepta de Primitiis, & quæ proferenda, cum exuitur quis calceo. Benedictiones & execrationes. Benedictio Sacerdotalis. Benedictiones Pontificis. Sectio Regia. Sectio vitulæ decollandæ, & (*denique, quæ loquebatur*) Sacerdos ad bellum unctus, eo tempore, cum ad populum verba faciebat.

R. OB. DE BARTENORA. מקרא בכורים *Lectio de primitiis*, quam dicebat is qui adferebat primitias, a Deut. 26, 5. uſque ad finem Paraſchæ. וחליצה *& calcei exutio*, ſtatria dicebat, מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה *non vult levir meus erigere fratri ſuo nomen in Iſraële, non vult me ducere jure leviratus*. & levir dicebat לא חפצתי לקחתה *non placet eam ducere*: poſtquam calceus exutus erat, dicebat illa ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו *ſic fiet viro illi qui non ædificabit domum fratris ſui*. ברכות וקללות *benedictiones & maledictiones*, quas dixit Iſraël in monte Gerizim, & in monte Ebal. ברכת כהנים *benedictio ſacerdotalis*, qua Iſraël benedicebat elevatione manuum. ברכת כהן גדול *benedictio pontificis maximi*, die expiationis poſt miniſterium illius diei, quod peragebatur in ſancto ſanctorum, legebat ſectionem in Lege, & octo dicebat benedictiones, quæ deinceps in Miſna exponentur. ופרשת המלך *& ſectio regis*, quam legebat in die congregationis, uti in fine capitis exponetur. ופרשת עגלה ערופה *& ſectio vitulæ decollandæ*, quæ extat Deut. 21, 7. משוח מלחמה *ſacerdos ad bellum*, de quo Deut. 20, 2.

WAGENSEILIUS. (1) *Lingua Sancta tantum efferebantur &c.*] Quia hæc in ſequentibus ſatis explicantur, quod commenter non habeo, præter unum illud, Autorem libri Halichot Olam tract. 3. cap. 2. pag. 93. edit. l'Empereur Miſchnam hanc notare ob defectum, eo quod שבועת הדין ושבועת ביטוי Id eſt: *Juramentum in Judicio præſtitum, & Juramentum vulgare*, ſint omiſſa, quæ cæteris ibi enumeratis addi debeant.

ג מקרא ביכורים כיצד וענית ואמרת לפני ה׳ אלהיך ולהלן הוא אומ׳ וענו הלוים ואמרו מה עניה האמורה להלן בלשון הקודש אף כאן בלשון הקודש:

3. Verba concepta de (1) Primitiis, quomodo (*probabitur Ebraice proferenda?*) Scil. Q. S. E. (Deut. XXVI, 5.) *Et loqueris ac dices, coram Domino Deo tuo.* Atque alibi (c. XXVII, 14.) dicitur: *Et loquentes Levitæ dicent.* Sicuti vero hic locutio, quæ fit Hebraicis verbis notatur, ideo ſequitur, ſimilem etiam priore loco intelligi.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד Quomodo? perinde ac ſi dixiſſet, undè probatur? ולהלן הוא אומר *& ibi ille dicit*, de benedictionibus & maledictionibus montis Gerizim & Ebal.

Sicuti hic locutio eſt in lingua ſancta &c. eo quod Deut. 27, 14. dicitur ואמרו אל כל איש ישראל קול רם & de datione Legis dicitur Exod. 19, 19. משה ידבר והאלהים יעננו בקול uti ergo in hoc loco in lingua ſancta, ſic etiam in illo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואמרו אל כל איש ישראל קול רם Dicitur Deut. 27, 14. Exod. 19, 19. dicitur משה ידבר והאלהים יעננו בקול quemadmodum ergo ibi in lingua Sancta, ſic etiam hic in lingua Sancta.

WAGENSEILIUS. (1) *Primitiis*] Præcepto Divino, cujus memoria extat Ex. XXIII, 19. & Deut. XXVI, 1. ſeqq. obligabantur Judæi, Fructuum primitias deferre Hieroſolymas, eaſdemque largiri Sacerdotibus. Atque, quia Scriptura, non niſi Septem ſpecies fructuum, in Judæa creſcentium nominatim expreſſit, & hi fructus in ea regione tam inſigniter creſcebant, ut quos reliquæ terræ in hoc genere proferebant, ne comparandi quidem ad iſtos eſſent, ideo Magiſtri in Biccurim fol. 83. a. de ſolis quoque iis, Primitias oblatas perhibent. Sunt vero: החטין והשעורין והענבים והתאנים והרימונים והזיתים והתמרים: Id eſt: *Triticum, Hordeum, Uvæ, Ficus, Malogranatum, Oleæ, & Palmæ.* Jucundum eſt diſcere ex cap. 3. ejus quem laudavimus libri, modum colligendi Primitias, eaſque Deo dedicandi. כיצד מפרישין הבכורים יורד אדם בתוך שדהו ורואה תאינה שבכרה אשכול שבכר רימון שבכר קושרו בגמי ואומר הרי אלו בכורים: Id eſt: *Quomodo ſeparantur, Primitiæ* (Deo ſacrandæ, a reliquis fructibus?) *Scilicet, cum homo deſcendens in fundum ſuum, deprehendit Ficum aut Botrum, aut Malogranatum* (ab arbore vel vite,) *primum edi, circumligat* (petiolum) *junco, atque:* Hæ ſunto primitiæ. כיצד מעלין את הבכורים כל העיירות שבמעמד מתכנסות לעיר של מעמד ולנין ברחובה של עיר ולא היו נכנסין לבתים ולמשכים היה הממונה אומר קומו ונעלה ציון אל בית יי׳ אלהינו הקרובים מביאי׳ התאנים והענבים והרחוקים מביאין גרוגרו׳ וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרה של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שמגיעים קרוב לירושלם הגיעו קרוב לירושלם שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם הפחות הסגנים והגזברים יוצאים לקראתם לפי כבוד הנכנסין היו יוצאין וכל בעלי אומניו׳ שבירושלם עומדים לפניהם ושואלים בשלומם אחינו אנשי מקום פלוני באתם לשלום החליל מכה לפניהם עד שמגיעין להר הבית הגיעו להר הבית אפילו אגריפס המלך נוטל הסל על כתפו ונכנס עד שמגיע לעזרה הגיע לעזרה ודברו הלוים בשיר ארוממך ה׳ כי דליתני ולא שמחת אויבי לי התוזלות שעל גבי הסלים היו עולות ומה שבידם ניתנים לכהנים עודהו הסל על כתפו קורא מהגדתי היום לייי אלהיך עד שגומר כל הפרשה ר׳ יהודה אומר עד ארמי אובד אבי הגיע לארמי אובד אבי מוריד הסל מעל כתפו ואוחזו בשפתיו וכהן מניח ידו תחתיו ומניפו וקורא מארמי אובד אבי עד שהוא גומר כל הפרשה ומניחו בצד המזבח והשתחוה ויצא: Id eſt: *Quomodo afferebant Primitias? Omnes* (incolæ,) *civitatum Provinciæ alicujus, conferebant ſe in metropolin ſuam, & in plateis* (ſub dio) *cum pernoctaſſent, quod ædes* (vitandæ immunditiei cauſa,) *non ingrederentur, cum illuxiſſet, inclamabat huic rei præfectus:* Surgite, aſcendamus Zionem, ad domum Domini Dei noſtri. *Propinquiores, afferebant Ficus, & Uvas recentes, ſed longius remoti, Caricas, Uvaſque paſſas. Cæterum, anteibat illos Bos, cujus cornua auro obducta erant, caput corona oleagina ornabatur, pulſabanturque fides, donec perveniebant Hieroſolymas. Cum eam urbem prope eſſent, præmiſſis nunciis,* (adventum ſignificantibus, calathos) *primitiarum* (pulchre) *redimire cœperunt. Sic viri Principes, Præſules, & muneribus publicis fungentes, ibant obviam, pro conditione nimirum adventantium: omneſque opifices, urbem intrantibus aſſurgebant, & comiter eos compellando,* Fratres noſtri, Civeſque Urbis N. *inquiebant*, ſit adventus veſter feliciſſimus. *Interim, pulſabantur ſemper fides ante turbam hanc, quoad deferrentur ad Montem Templi. Quem cum attigiſſent,* (quiſque,) *& adeo ipſe etiam Rex Agrippas, ſuum primitiarum calathum, ſuis imponebat humeris, & Templum ſubintrando, Atrium Iſraëlitarum petebat. Huc delati, Hymnum canere incipiebant Levitæ, ingeminando:* (Pſ. XXX, 1.) Extollam te Domine, quoniam evexiſti me, neque lætitia affeciſti inimicos meos de me. *Columbæ quæ circum calathos* (ornatus cauſa appenſæ) *erant, holocauſtis, ipſi calathi, cum primitiis, cedebant Sacerdotibus. Enim vero, cum calathos adhuc humeris impoſitos haberent, incipiebant proferre comma 3. capitis XXVI. Deuter. cum reliquis quæ ibidem ſequuntur. Sed R. Judas vult, cum perventum erat ad comma 5. ibi exoneratis humeris, quemque calathos oris tenuiſſe, & Sacerdotem ſupponendo manum, inſtituiſſe receptam in ſacris agitationem, atque cum prolatum fuiſſe comma 5. & cætera ejus capitis omnia. Quo peracto, relictis juxta Altare calathis, & facta* (verſus ſacro-ſancta Adyta,) *profunda inclinatione, e Templo itum eſt.* De Tempore offerendi Primitias ſic eſt in Cap. 1. אין מביאין בכורים קודם עצרת אנשי הר צבועים הביאו בכוריהם קודם לעצרת ולא קבלו מהם מפני הכתוב שבתורה וחג הקציר בכורי מעשיך: Id eſt: *Non afferendæ ſunt Primitiæ ante feſtum Pentecoſtes. Aliquando Incolæ montis Zeboim attulerant Primitias ante illud feſtum, & non fuerunt acceptatæ, ob illud Scripturæ dictum* (Ex. XXIII, 16.) Et feſtum meſſis, primitia-

initiarum laborum tuorum. Toſephot addunt : אין מביאין ביכורים אחר חנוכה שהביכורים אחר חנוכה חשובים משנה הבאה ויניח אותם עד עצרת : Id eſt : *Non afferendæ ſunt Primitiæ poſt feſtum Encaniorum*, (quod in XXV. diem Novembris incidit:) *Nam, Primitiæ poſt Encænia, ad annum novum ſpectant, quare ad feſtum Pentecoſtes uſque aſſervare eas oportet.* Atque, ne quid deſit, ad plene cognoſcendum pulcherrimum hunc Antiquitatis ritum, ſupereſt ut ex iiſdem Toſephot doceamus, rationem qua Primitiarum fructus in calathis fuere diſpoſiti : אם הביאם שבעת המינים בכלי אחד יצא ולא יביאם בתערובות אלא שעורים מלמטה וחיטים כלגיהם על גביהן וזיתים על גביהן ותמרים על גביהן ורימונים על גביהן ותאנים למעלה מן הכל ויהודה ודבר אחר מפסיק בין כל מין ומין כגון הוצין ועלין וכיוצא בהן ומקיף לתאנים אשכלות מבחוץ כל ר : הביאם בכלי מתכות נוטל הכהן הביכורים וחוזר הכלי לבעליו ואם בסלים של ערבה וכיוצא בהן הרי הביכורים והכלים לכהנים : Id eſt : *Si quis ſeptem illa genera fructuum, in eodem calatho afferre vellet, id fas erat, dummodo nullam faceret commixtionem. Nam in imam partem reponendum erat Hordeum, deinde Triticum, proxime Olivæ, tum Dactyli, mox Malogranata, & tandem Ficus reliquis fructibus ſuperjiciebantur. Atque ſpecies a ſe invicem ſeparari debebant palmæ ſcilicet, aut aliarum arborum foliis, vel re quapiam ſimili, poſtremo autem ficus, uvis extrinſecus cingebantur. Si quis calathum ex opere fuſili attuliſſet, illum vacuefactum Sacerdos domino reſtituebat, ſed, ſi e ſalicibus aut materia alia ejuſmodi contextus eſſet, juxta cum primitiis cedebat Sacerdoti.*

ד חליצה כיצד וענתה ואמרה ולהלן הוא אומר וענו הלוים ואמרו מה עניה דאמורה להלן בלשון הקודש אף כאן בלשון הקודש ר' יהודה אומר וענתה ואמרה ככה עד שתאמר בלשון הזה :

4. Unde de verbis ſolemnibus proferendis (1) cum quis calceo exuitur, (*probaveris*) Hebraice tantum enuncianda eſſe? Q S. E. (Deut. XXV, 9.) *Et loquens dicet.* Cum vero alibi (c. XXVII, 14.) Etiam dicatur : *Et loquentes Levitæ dicent.* Quare, ſicut poſteriore loco prolatio verborum in lingua Hebraica, ita ſimilis etiam in primo intelligitur. R. Judas ait, (*idem exinde etiam colligi*;) Q. S. E. (*in priore loco Deuteron.*) *Et loquens dicet ſic.* (*Ideo præcipitur*,) ut illa ipſa lingua, ſermo fiat.

R. OB. DE BARTENORA.

וענתה ואמרה *Et reſpondet, dicitque*, non eſt neceſſe hoc per argumentum à pari diſcere, quia ex ſeipſo diſcitur, *& reſpondet, dicitque*, quod in hac lingua (ſancta) dicere debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda caſum de extractione calcei exponit ex eo quod in textu dicit ככה *ſic*, nam in quocunque Legis loco dicatur ככה *ſic*, eſt in hac lingua, ſine additione vel diminutione.

WAGENSEILIUS. (1) *Cum quis calceo exuitur*] Quæ ad hunc ritum attinent, prolixe docentur in Talmude, tractatu Jebamot, apud Maimonidem Hilchot Jibum Vechaliza, Moſen Kozenſem Præc. Aff. LI. & Juriſconſultos Hebræorum paſſim. Nolumus in præſentia, iſtos vocare in conſilium, quando rei ignaris ſufficere tantiſper poſſunt, tum quæ tradidit Cl. Buxtorfius in Synog. Jud. c. 30. tum quæ ex R. Leonis Mutinenſis libello Italico de Ritibus & Inſtitutis Judæorum noſtri temporis, nunc adducimus. Atque hoc facere operæ pretium eſt, quia non tantum Judæorum recentiorum circa Levitarum ritus, ſed & fraudem ac dolos, eorundem fideliter nobis aperiunt. *Se muore un fratello ſenza laſciar figliuoli di queſta moglie che hà, o d'altra, e laſcia fratelli, è ſotto poſta la moglie del morto al cognat., che ſi riſolva ò di pigliarla per moglie o liberarla dal Deuter. c. XXV.* Quando habitaverint fratres ſimul, unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus &c. *E ſe il morto laſcia piu mogli, come il cognatone prende o libera una, tutte le altre, le ſono prohibite, e ſe laſcia piu fratelli, ſi comincia dal maggiore, e uno che la libera baſta. Il pigliarla è chiamat.* Ibum, *che vuol dir maritarſi con la Cognata, onde ſe ſi riſolve di pigliarla, baſtarebbe ſenza altro ſpoſare; ma il Rabini hanno ordinato, che ſi ſpoſi. Li beni del fratello morto ſon tutti ſuoi, ed hà la dote della moglie, ed ella gli diviene come ogn' altra moglie. Soleva già eſſer più lodato il pigliare, che il liberare; ma a queſti tempi eſſendo creſciuta la malitia de gl' huomini, che diſſegnano per fini humani ò di bellezza, ò di dote ſopra le cognate, pochiſſimi ſono, che ſi permetta che la pigliano, maſſime da Tedeſchi, ed Italiani, ma ſi fà che la liberano. Il liberarlo, è chiamato* Calizà, *che vuol dir ſcalzar la ſcarpa, coſi ordenato nel predetto luogo del Deuter. che non volendo il Cognato, preſente i principali, lei gli ſcalzaſſe la ſcarpa, e gli ſputaſſe dinanze.* Accedet mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, ſpuetque in faciem illius, & dicet &c. *E ſi fa in queſto modo. Tre Rabini, e due altri per testimonii vanno la ſera inanzi a diputar il luogo dove ciò far ſi deve, e la mattina all' uſcir di Scuola concorre la gente, ove vanno a ſederſi i Rabini e teſtimonii, e compariſcono il Cognato, e la Cognata, quali dicendo eſſer venuti per liberarſi, il magior Rabino informato di molte particolarità, eſorta il cognato a pigliarla per moglie, e vedendolo riſſoluto alnò, doppo altre eſamine ancora : Calzatoſi certa ſcarpa, che ſogliono haver i Rabini che ſ'aſſetta a tutti, la donna ſ'avvicina al Cognato, ed adettata dal Rabino dice le parole del detto cap. verſ. 7. in Hebraico.* Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſraël, nec me in conjugium ſumere, *E lo dichiara all' huomo, ed egli riſponde co'l* verſo 8. Nolo eam uxorem accipere, *ed all' hora ella s'abaſſa, e ſlegata, e ſcalzatale la ſcarpa, la getta in terra, e le ſputa dinanzi, dicendo adettata dal Rabino in Hebraico, come di ſopra.* Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen illius in Iſraël Domus diſcalceati : *tre volte, ed altre tante gl' aſſiſtenti gridano tre volte ſcalzato di ſcarpa. Il Rabino le dice che ſubito può rimaritarſi, e ſe vuol fede di queſta liberatione, i Rabini gli la fanno. Tutte queſte, e molte altre minutie di cerimonie, che in queſto caſo ſi fanno ſono cavate dal ſopradetto luogo del Deuter. cap. 25. ponendovi ben mente. E perche venendo il caſo di queſto Ibum, non può la donna haver la ſua dote, ne rimaritarſi ſenza queſta liberatione, ſono de' cognati, che per cavar danari dalle cognate le ſtruſſiano, e portano in lungo. Però molti maritando una figliuola à chi habbia fratelli, fanno che ſin d'allora gli fratelli ſi obligano, che occorrendo la libereranno di bando, ed altriche ſi obliga il marito, che ammalandoſi che i Medici dicano, che ſia mal di pericolo, ſi obliga dar repudio alla moglie, perche non reſti legata al cognato.* Id eſt : Si quis frater moriatur, non relictis liberis, ex conjuge quam habet, aut ex alia. (*quæ ante eum fato conceſſit*,) & ſuperſtites ſint fratres ejus, tum vidua obligatur cognato, atque ipſe decernit, utrum conjugem eam ducere malit, an vero liberare, ſecundum illud *Deut. XXV. Quando habitaverint fratres ſimul, unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus &c.* Quod ſi defunctus plures relinquat conjuges, tum, ſi cognatus unam ducat aut liberet, omnes cæteræ ipſi fiunt prohibitæ, &, ſi plures ſuperſtites ſint fratres, a natu maximo fit principium, ſufficitque, ſi unus liberationem faciat. Matrimonium cum fratria, vocatur *Ibum*, quod eſt ducere cognatam, unde ſi eam Levir conjugem adſciſcere vult, haud opus eſſet aliis Sponſalibus; ſed ex Rabbinorum decreto, Sponſalia intervenire oportet. Omnes defuncti fratris facultates, cedunt Leviro, atque dotem

tem quoque accipit mulieris, ipſa vero legitimæ uxoris illi loco eſt. Olim, magis in laude ponebatur, ducere fratriam, quam liberare, ſed his temporibus, aucta hominum improbitate, dum propter fines profanos, formæ, aut dotis, de fratriis obventuris, in anteceſſum ſpes & conſilia formantur, pauciſſimis conceditur, ut eas ducant, imprimis apud Germanos & Italos, verum id operam dant, ut fiat liberatio. Iſta liberatio *Chaliza* vocatur, quod eſt exuere calceum, nam ſic conſtitutum in prædicto Deuteronomii loco, ut cognato fratriam ducere recuſante, ipſa coram viris primariis, calceum ei detraheret, & coram eo exſpueret. *Accedet mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, ſpuetque in faciem illius, & dicet &c.* Idque hoc modo peragitur. Rabbini tres, & alii duo, teſtium loco futuri, pridie diſpiciunt de loco, ubi facienda cærimonia; poſtridie, mane, poſt publicas in Synagoga preces finitas, ibi concurrit populus, ubi Rabbini cum teſtibus conſident. Comparent deinde Cognatus & Cognata, qui, poſtquam dixerunt, ſe veniſſe liberationis cauſa, Rabbinorum præcipuus, poſt varias interrogationes, hortatur Cognatum, ut Fratriam uxorem ducat. Animadvertens vero, non eum id velle, peractiſque aliis quæſtionibus, induit Levir calceum, quem in eum finem habent, quique omnibus aptus eſt, mulier vero accedens cognatum, edocta a Rabbino, profert citati capitis comma 7 verbis Hebraicis: *Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſraël, nec me in conjugium ſumere*, atque id viro explicat; qui reſponſi loco ſubjicit comma 8. *Nolo eam uxorem accipere.* Tum ipſa ſe inclinans, & ſolvens ac exuens calceum, illum in terram projicit, ac coram eo exſpuens, iterum a Rabbino edocta, ſermone Hebraico dicit: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen illius in Iſraël Domus diſcalceati.* Idque ter, totidemque vicibus circumſtantes acclamant. *Exutus eſt calceo.* Quibus peractis, Rabbinus mulieri ſignificat, poſſe eam continuo novum contrahere matrimonium, atque ſi hujus rei geſtæ teſtimonium ipſa petat, conficiunt Rabbini inſtrumentum. Omnes iſtas, multaſque alias rituum minutias, quæ in hoc caſu adhibentur, ex ſupra citato Deuteron. cap. XXV. petitas eſſe conſtabit, ſi quis animum advertat. Et vero, quia in hoc Leviratus caſu, mulier dotem ſuam ſervare, & ſine liberatione novas nuptias facere nequit, cognatos offendere eſt, qui ut argentum ex fratriis extorqueant, eas cruciant, & moras trahunt. Quamobrem multi, nuptum elocando filiam, viro, cui fratres ſunt, id curant, ut jam ſtatim fratres recipiant, ſeſe ſi Leviratus caſus accidat, eam liberaturos. Alii polliceri cogunt ſponſum, ſe, ſi quando in morbum medicorum judicio lethalem, inciderit, divortium facturum cum conjuge, ne Leviro ipſa fiat obligata. Cæterum, quia dubium nullum eſt, quemque curioſum deſiderio tactum iri, noſcendi, qualis ſit ille quo Judæi in hoc negotio utuntur calceus, ideo, omiſſa longa Magiſtrorum, qua docere rem licebat commentatione, rudis & ſimplicis calcei quem Furtenſes Judæi adhibent, typum, oculis tantum ſpectandum ſubjicimus.

261



ח ברכות וקללות כיצד כיון שעברו ישראל את הירדן ובאו אל הר גריזים ואל הר עבל שבשמרון שבצד שכם שבאצל אלוני מורה שנאמר הלא המה בעבר הירדן וגו׳ ולהלן הוא אומר ויעבר אברם בארץ עד מקום שכם עד אלון מורה מה אלון מורה האמור להלן שכם אף אלון מורה האמור כאן שכם ששה שבטים עלו לראש הר גריזים וששה שבטים עלו לראש הר עיבל והכהנים והלוים והארון עומדים למטה באמצע הכהנים מקיפין את הארון והלוים את הכהנים וכל ישראל מכאן ומכאן שנאמר וכל ישראל וזקניו ושוטריו ושופטיו עומדים מזה ומזה לארון וגו׳ הפכו פניהם כלפי הר גריזים ופתחו בברכה ברוך האיש אשר לא יעשה פסל ומסכה ואלו ואלו עונין אמן הפכו פניהם כלפי הר עיבל ופתחו בקללה ארור האיש אשר יעשה פסל ומסכה ואלו ואלו עונין אמן עד שגומרים ברכות וקללות ואחר כך הביאו את האבנים ובנו את המזבח וסדוהו בסיד וכתבו עליו את כל דברי התורה בשבעים לשון שנאמר באר היטב ונטלו את האבנים ובאו ולנו במקומן :

5. Benedictiones & execrationes quomodo (*peractæ?*) Simul ac Iſraëlitæ Jordanem trajecerunt, perveneruntque (1) ad montem Garizim & ad montem Ebal, qui eſt prope Samariam, quæ Sichemo ad latus ſita, (*Sichemum autem illud*) erat in planitie More: (Scriptum enim (Deut. X, 30.) *Nonne ſunt trans Jordanem*, &c. Item alibi (Gen. XII, 6.) dicitur: *Et tranſivit Abraham per regionem illam, ad locum uſque Sichemi, ad planitiem uſque More.* Igitur, ſicut planities More, quæ hoc loco memoratur, Sichemum notat, ita etiam planities More, cujus ibi fit mentio, Sichemum notabit.) (*Tum inquam,*) ſex tribus aſcenderunt in cacumen Montis Garizim, & ſex aſcenderunt in cacumen montis Ebal, Sacerdotes vero, & Levitæ, Arcaque infra in medio ſtabant. Sacerdotes cingebant Arcam, Levitæ (*circumſtabant*) Sacerdotes; totus vero Populus Iſraëliticus, (2) hinc & hinc erat: (Q. S. E. (Joſ. VIII, 33.) *Totus Iſraël & Seniores ejus, moderatoreſque & Judices ejus, adſtabant Arcæ utrinque.*) Tum, vultus montem Garizim verſus dirigentes, benedicere exorſi ſunt: *Benedictus vir qui non faciet ſculptile, aut fuſile.* Et (3) utrique reſpondebant, *Amen.* (*Deinde,*) facies obvertentes monti Ebal, execrationes cœperunt. (Deut. XXVII, 15.) *Maledictus vir qui faciet ſculptile aut fuſile*: Et utrique reſpondebant, *Amen*; donec benedictiones, & execrationes abſolverunt. Poſtea, allatis lapidibus, altare exſtruxerunt, illudque calce dealbantes, (4) inſcripſere eidem omnia verba Legis, (5) ſeptuaginta linguis Q. S. E. (Deut. XXVII, 8.) *Declarando bene.* Atque ſic lapides ſumſerunt, & in loco ſuo pernoctarunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שבשומרון *Qui in Samaria*, prope Samariam: מכאן ומכאן *ab una & altera parte*, ſuper montes. בשבעים לשון *in ſeptuaginta linguis*, in ſcriptura ſeptuaginta nationum, ut quicunque addiſcere vellet Legem, addiſcere eam poſſet, ne haberent nationes quo ſe excuſarent, dicendo, *non habuimus unde diſceremus.* ונטלו את האבנים *& ſumſerunt lapides*, deſtruxerunt altare poſtquam obtuliſſent holocauſta, & ſacrificia pacifica. ולנו במקומן *& pernoctarunt in loco ſuo*, in diverſorio Gilgalis & ibidem erexerunt lapides.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בשבעין לשון *In ſeptuaginta linguis*, id eſt, in ſcriptura uniuſcujuſque nationis.

WAGENSEILIUS. (1) *Ad montem Garizim & ad montem Ebal qui eſt prope Samariam, quæ Sichemo ad latus ſita.*] Magnam lucem his fœnerantur, ea, quæ narrat Benjamin in Itinerar. p. 38. ſeq. nec debent omitti. מהלך יום לשבשת היא שומרון ועדין ניכר שם ארמון אחאב מלך ישראל והיא היתה עיר בצורה בהר מאד ובה מעייני ואדין נחלי מים וגנות ופרדסים וכרמים וזיתים ואין שם יהודי׳ ומשם שני פרסאות לנבילש היא שכם בהר אפרים ואין שם יהודים והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל ובה כמו מאה כותיים שומרי תורת משה לבדה וקורין להם שמריטנש ויש להם כהני׳ מזרע אהרן הכהן ע״ה וקורין להם אהרוניי ואין מתחתני׳ עמם אלא כהנים עם כהנים שלא יתערבו עמם אבל הם כהני תורתם ועושים זבח ומעלים עלה בכנסת שלהם בהר גריזים כמו שכתוב בתורה ונתתה את הברכה על הר גריזים והם אומרים כי הוא בית המקדש ומעלים עולה ביום פסח ובימי׳ טובים על המזבח שבנו בהר גריזים מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן והם אומרים כי הם משבט אפרים וביניהם קבר יוסף הצדיק בן יעקב אבינו ע״ה שני ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם וכו׳ ובהר גריזים מעיינות ופרדסים והר עיבל יבש באבנים וסלעים וביניהם בעמק עיר שכם : Id, Conſtantino l'Empereur Interprete, eſt: *Luza die uno Sebaſten me contuli, dictam ab antiquis Samariam: Hodieque Achabi Iſraëlitarum Regis aulæ, dignoſcuntur ibi veſtigia. Urbs in monte quondam munitiſſima fontibus eſt irrigua; regioque aquarum rivis, hortis, pomariis, vinetis & olivetis dives eſt: a nullis tamen Judæis inhabitata. Hinc duabus paraſangis diſtat Neapolis, olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita: nec ulli hic Judæi. In valle, jacet inter montem Gerizzim & montem Ebal: Ubi centum circiter Cuthæi legis tantum Moſaicæ obſervatores; quos Samaritanos appellant. Hi Sacerdotes habent ex Aaronis Sacerdotis in pace quieſcentis proſapia, eoſque Aaronæos appellant: Qui cum illis matrimonio non junguntur; ſed inter ſe qui ex Sacerdotali ſunt genere, ne cum illis confundantur. Sunt tamen legis illorum Sacerdotes, parantque victimas ac offerunt holocauſta in illorum congregatione, idque in monte Gerizzim. Quemadmodum in Lege ſcriptum eſt* Deut. XI, 29. Edes benedictionem hanc in monte Gerizimorum: *Ideoque hanc eſſe domum ſanctuarii affirmant. Offerunt autem holocauſta cum Paſchate, tum aliis feſtis in altari, quod in monte Gerizzim ex illis ſtructum fuit lapidibus, quos Iſraëlitæ Jordanem transgreſſi erexerant. Ex Ephraimi tribu ſe oriundos profitentur: Et in diœceſi ſua habent ſepulchrum Joſephi juſti, filii Jacobi patris noſtri, qui in pace quieſcit; ſecundum illud* Joſ. XXIV, 32. Tum oſſa Joſephi quæ deportaverant filii Iſraëlis ex Ægypto, ſepeliverunt Sichemi. &c. *Cæterum in monte Gerizzim diverſi ſunt fontes ac pomaria: At, mons Ebal, aridus eſt inſtar lapidum ac petrarum. Inter utrumque in valle Sichem deſpicitur.* Quibus maximam partem confirmandis, faciunt relata a Nobiliſſimo Chriſtophoro Furero, egregio illo Patriæ noſtræ, ſuæque gentis ornamento Itinerar. p. 91. ſeq. *Kal. Martii intra montes utrum-*

utrinque ædibus hinc inde occupatos progreſſi ſumus, olim montes Ephraim dictos, ubi ad ſiniſtram pagus eſt, quem hodieque pagum Ephraim vocant, quæ regio olim filiis Joſephi a Joſua in ſortem conceſſa, nomen inde accepit. Hinc per pagum Lebna dictum, pauloque poſt monte quodam ſuperato, per vallem longam admodum multiſque fructibus peramœnam, iter habuimus, quem locum prædium Jacobi & Joſephi vocant, ubi Eſau fratri Jacobo ex Meſopotamia redeunti obviam venit. In eadem valle ad pedes montis fons ille eſt Jacobi, e quo Servator noſter hauſtum aquæ a muliere Samaritana petiit. Fons fuit, ut hodieque videre eſt, amplus admodum & profundus, montes inter, Garizimum & Hebalem ſitus, quorum ille mons Benedictionis, hic vero Maledictionis dictus fuit. &c. Prope eos, ad ſiniſtram, Sichema urbs antiquiſſima ſita fuit, a principe regionis iſtius ſic dicta, quam filii Jacobi ob ſtuprum ſorori illatum gladio percuſſerunt. Eam poſtea Jeroboamus iterum reſtauravit, cum decem tribus Iſraëlis ab ipſo deſciviſſent. Hodie pagus eſt Naploſa dictus, quem in valle forma oblonga ſitum, dictiſque montibus utrinque contiguum rivus alluit. In medio plateam habet unicam, longam admodum, in qua Sangiacus habitat, quem Turcarum Imperator toti Samariæ partique Galilææ præfecit, ad exemplum illorum, qui Hieroſolymis & Gazæ præſunt. Hic locus ille monſtratur, ubi Joſephus fratres ſuos paſtores quærens, ab illis in Ægyptum Midianitis venditus fuit: Item alter ille, ubi poſtea in Ægypto moriens corpus ſuum ſepeliri mandavit, cujus monumentum ad dextram rupe exciſum hodieque viſitur. In his quoque locis Joſua diem ſuum obiit. Poſtrid. Kal. Martii per vallem ad dextram pagos aliquot, quos Chriſtiani occupant, prætereuntes, tandem in Samariam, quæ Judæam inter & Galilæam ſita eſt, delati ſumus. In hac regione, quæ fertilitate Judææ parum cedit, primum rudera vidimus ædificiorum olim ſplendidiſſimorum quæ Baſilica dicta & viridaria fuere, ædibus elegantiſſimis exornata, quo Reges Samariæ animi cauſa ſe conferebant. E regione horum, mons eſt peramœnus, planitie admodum frugifera circumſeptus, ſuper quem olim Samaria urbs condita. Addas his licet, quæ Cl. Lightfootus Horar. Hebr. & Talmud in Johannem ad Cap. IV, v. 5. annotat. Ineptias vero R. Elieſeris, in hujus capitis Gemara Jeruſchalmi, nemo ſatis mirari poteſt; contendit enim Garizim & Ebal montes, in quibus Benedictiones & Exſecrationes peractæ, non pridem extitiſſe, ſed potius שתי גבשושי' עשו וקראו זה הר גריזים וזה הר עיבל Id eſt: *Duos colles aggeraſſe Judæos ſuis manibus, atque unum vocaſſe Garizim, alterum Ebal.*

(2) *Hinc & hinc erat*] Id eſt, Utrinque in montibus Garizim & Ebal.

(3) *Utrique reſpondebant Amen*] At, non univerſos Judæos ſimul, ſed alternos ſemper cœtus, Amen, tam Benedictionibus quam Exſecrationibus ſubjeciſſe, tradit Joſephus 4. Antiq. c. ult. digno loco qui hic legatur. Ἐξελόντας δὲ τὴν Χαναναίων γῆν, καὶ πᾶσαν διαφθείραντας τὴν ἐν αὐτῇ πληθὺν, καθὼς πρέπει, τὸν βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, οὐ πόρρω τῆς Σικίμων πόλεως μεταξὺ δυεῖν ὀρῶν, Γαριζαίου μὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ' ἐκ λαιῶν Γιβάλου προσαγορευομένου· Μερισθεῖσαν δὲ τὴν στρατιὰν καθ' ἓξ φυλὰς ἐπὶ τοῖν δυοῖν ὀρῶν ἀναστῆναι, καὶ σὺν αὐταῖς Λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερέας· Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐπὶ τὸ Γαριζαῖον γενομένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν τῶν νόμων φυλακὴν σπουδάζουσιν, ἅ τε Μωυσῆς εἶπε μὴ παρακρουσαμένοις, ἐπιφημεῖν δὲ τὰς ἑτέρας, καὶ τούτων πάλιν εὐχομένων, τὰς προηγμένας ἐπαινεῖν· Ἔπειτα κατὰ ταῦτα τοῖς παραβησομένοις κατάρας τίθεσθαι, ὑποφωνούσας ἀλλήλαις ἐπὶ κυρώσει τῶν λεγομένων· Interpres vertit: *Capta autem Chananæa, & plebe ejus, ut par eſt, deleta, aram erigere juſſit ad Solem orientem obverſam, non procul a Sicimis urbe inter duos montes, dextrum Garizeum, ſiniſtrum Gibalem, diviſaſque copias in ſenas tribus ſuper duobus montibus conſiſtere, & una cum illis Levitas ac Sacerdotes. Et primum illos in Garizeo, precari omnia fauſta leges Dei & religionem ſervantibus, & Moyſis conſtitutiones non violantibus, alteros vero acclamationibus hoc approbare: Et rurſum his precantibus, illos acclamare. Deinde pari modo tranſgreſſoribus execrationes inferre, ſuccinentes ſibi invicem, ab alteris dicta comprobantes.*

(4) *Inſcripſere eidem omnia verba Legis*] Hactenus conſentit Joſephus cum Magiſtris, quod ipſe Autor eſt, Altare vicem quaſi Tabulæ, cui literæ committerentur, præſtaſſe, etſi in eo rurſus ab iis abit, quod non Legem integram, ſed recitatas tantum Benedictiones & Exſecrationes inſcriptas fuiſſe perhibet. Ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς κατάρας αὐτῶν, ὡς μηδέποτε ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν, ᾗ καὶ στάντα φησὶ τὸν λαὸν θῦσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον· οὐ γὰρ εἶναι νόμιμον· *Tam fauſtas ominationes, quam devotiones, in literas retulit, ut in perpetuum cuivis eas diſcere liceat: Quæ tandem huic aræ inſcriptæ ſunt ex utroque latere; qua populus juſſus eſt ſtare, & holocautomata offerre, & poſt eam diem nunquam alias victimas imponere: Neque enim fas eſſe.* Sunt, qui non Altari, ſed alii lapidibus verba Legis inſcripta fuiſſe opinantur, quorum ſententiam tuetur B. Gerhardus in Comment. Deuter. p. 1599. & mox deinde affirmat quoque, probabile videri, non decem tantum præcepta, aut ſolas Benedictiones ac Exſecrationes, ſed integrum Deuteronomium æternæ memoriæ eſſe conſecratum.

(5) *Septuaginta linguis*] Bartenora annotat: בכתב של שבעים אומות וכל הרוצה ללמוד יבא וילמוד שלא יהא פתחון פה לאומות לומר לא היה לנו מהיכן ללמוד: Id eſt: *Diverſis LXX. Nationum literis*, (Legem Divinam intellige fuiſſe deſcriptam,) *ut quiſque diſcere volens, veniret ac diſceret, nec uterentur pagani excuſatione, non habuiſſe ſeſe unde diſcerent.* Atque, ſic ipſa quoque præcepta, cum promulgarentur LXX. linguis inſonuiſſe, legitur, in Schabbat fol. 88. b. אמר ר' יוחנן מאי דכתיב יי' יתן אומר המבשרות צבא רב כל דבור ודבור שיצא מפי הגבורה נחלק לע' לשונות תנא רבי רבי ישמעאל וכפטיש יפוצץ סלע מה פטיש זה נחלק לכמה ניצוצות אף כל דבור ודבור שיצא מפי הקב"ה נחלק לשבעים לשונות: Id eſt: *Dixit, R. Jochanan:* Quis ſenſus verborum, (Pſal. LXIIX, 12.) Dominus dat ſermonem, annunciantium eſt exercitus magnus. *Scilicet, quodque verbum quod ex ore Dei* (Legiſlatoris,) *prodibat, diviſum eſt in LXX. linguas. Idem, ab Academia R. Iſmaëlis traditum habetur:* (Comparat Deus Jerem XXIII, 39. verbum ſuum,) Malleo, qui efficit, ut diſſiliat petra. *Nimirum, uti cum malleus,* (petræ magna vi impactus,) *innumeras ſtricturas diſſilire facit, ita quodque verbum ex ore Divino prodiens, in LXX. linguas eſt diviſum.* Cæterum, ſeptuagenarius numerus Linguarum, ideo exprimitur, quia Judæi tot, nec plures, inter Orbis incolas, credunt obtinere: Schalſch. Hak. p. 93. a. עבר אומרים שממנו לקחו היהודים את השם עברים ועליו וזרעו נשאר לשון הקדש ובראשונה היתה נקראת זה הלשון לשון אנושית: פלג שבימיו נפלגה הארץ אומרים שבלידת פלג שהיה מעשה המגדל נתפרדו הלשונות ולזה הכינו עבר אביו השם לו זה השם ויש ספרש נוצרי קדמון אוריגנו האומר שירדו מלאכי' מן השמים להודיע לכל אחד מראש האומות ההם לשון אחד אבל לשון הקדש אינו חלק שום מלאך אלא חלק האלוה וכזה תמצא בתרגום ירושלמי פי' ויפץ יי' אתם: Id eſt: *Ab Eber* (Semi pronepote,) *dicitur Judæos accepiſſe nomen, ut Hebræi vocentur, ac penes eum, poſteroſque illius, manſit Lingua Sancta, quæ prius* Lingua Humana *vocabatur. Peleg a diviſione orbis appellationem tulit: Fertur enim circa nativitatem ejus, illud de Turri* (Babylonica,) *linguarumque diviſione accidiſſe, atque in hujus rei ſignum a patre Eber, nomen Peleg, filio fuiſſe impoſitum. Eſt inter Chriſtianos, ſcriptor antiquus, Origenes, is prodidit deſcendiſſe Angelos cælitus, ut ſuæ quemque Nationis Principem, linguam propriam docerent, at, Linguam Sanctam, nullius Angelorum, ſed ſolius Dei munus fuiſſe: quibus ſimilia leguntur in Targum Jeruſchalmi Gen. XI, 8.* Poterat provocare etiam ad Pirke R. Elieſeris, nam ſic cap. XXIV. eſt in eorundem Verſione Vorſtiana: *Deſcendit Sanctus Ben. & ſeptuaginta Angeli cingentes ſolium gloriæ ejus, atque confudit linguam 70. populorum; qualibet autem gens ex 70.*

habuit

habuit ſuam linguam & ſcripturam, atque angelum præfecit cuilibet genti: Iſrael vero ceſſit in hæreditatem & ſortem ejus, atque de hoc dictum eſt, Deut. XXXII, 9. Propriis verbis dixit R. Elieſer: וירד הקדוש ברוך הוא ושבעים המלאכים הסובבים כסא כבודו ובלבל את לשונם לשבעים גוים ולשבעים לשון כל אחד ואחד גוי וכתבו ולשונו ומנה מלאך על כל אומה ואומה וישראל נפל בחלקו וחבלו ועל זה נאמר כי חלק יי עמו: Quia pars Domini populus ejus.

ו ברכת כהנים כיצד במדינה אומרים אותה שלשה ברכות ובמקדש ברכה אחת במקדש אומר את השם ככתבו ובמדינה בכינויו במדינה כהנים נושאים את ידיהן כנגד כתפיהן ובמקדש על גבי ראשיהן חוץ מכהן גדול שאינו מגביה את ידיו למעלה מן הציץ רבי יהודה אומר אף כהן גדול מגביה ידיו למעלה מן הציץ שנאמר וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם:

6. Qua ratione (*peracta eſt*) Benedictio Sacerdotalis? Extra Sanctuarium, (1) tres benedictiones ex ea conficiebantur, ſed in Sanctuario una tantum. In Sanctuario τετραγράμματον efferebatur ſecundum literas: ſed (2) in Provinciis, (*ſubſtituebatur*,) cognomen. In Provinciis (3) elevabant Sacerdotes manus ſuas, humeris tenus. (4) In Sanctuario vero, ſuper capita, excepto Summo Pontifice, qui (5) manus ſupra bracteam non efferebat. (6) R. Juda tamen contendit, etiam Pontificem manus ultra bracteam efferre. Q. S. E. (Levit. IX, 22.) *Tum attollens Aaron manus ſuas verſus Populum, benedixit eis.*

R. OB. DE BARTENORA.

במדינה אומר אותה שלשה ברכות *In provincia tres benedictiones ex ea conficiebantur*, nam diſtinguebant ſacerdotes inter unum atque alterum verſum, & cœtus reſpondebat Amen.

ובמקדש ברכה אחת *Et in Sanctuario unam benedictionem*, quia in ſanctuario non reſpondebant Amen, neque erat ulla mora inter benedictiones. ככתבו *juxta ſcripturam ejus*, hoc modo יהוה; בכנויו *juxta cognomen ſuum*, hoc modo אדני, quia nomen pronunciari nequit ut ſcribitur, niſi in Sanctuario tantum, uti dicitur Exod. 20, 24 בכל המקום אשר אזכיר את שמי cujus ſenſus eſt, quocunque in loco venero ad te, & benedixero tibi, quod eſt in ſanctuario, illic nomen meum commemorare faciam.

כנגד כתפיהן *Humeris tenus*, quia neceſſe eſt ut ſacerdotes elevent manus, uti ſcriptum eſt Levit. 9, 22. וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם & Deut. 18, 5. dicitur הוא ובניו כל הימים Quemadmodum ergo Aharon in benedictionibus elevavit manus, ſic etiam filii & reliqui ſacerdotes manus elevare debent omni tempore.

ובמקדש *Et in Sanctuario*, nam benedicebant populo in nomine יהוה, & divinitas conſiſtebat ſupra conjuncturas digitorum, & ideo manus elevabant ſupra capita eorum. שאינו מגביה ידיו למעלה מן הציץ *qui manus ſuas non efferebat ſupra bracteam*, eo quod in bractea illa conſcriptum erat nomen יהוה; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod ſcriptura dicit de benedictionibus ſacerdotalibus Num. 6, 23. כה תברכו item אלה יקמו לברך את העם quemadmodum illæ benedictiones fieri debent in lingua Sancta, ſic etiam hæc in lingua Sancta. ככתבו *ſecundum ſcripturam ejus*, nomen ineffabile יהוה, & hoc eſt nomen illud magnum quod exponendum eſt; id quod ſcias oportet, ne incidas in vanam ſententiam eorum qui dicunt hoc nomen inſcribi pittacio, (quod pectori aut collo appendebatur valetudinis, vel fortunæ cauſa,) cujus attributum eſt quod nos hodiè legimus. Et neceſſe eſt ut ſcias, quod nullo modo licitum eſt pronunciare nomen ineffabile יהוה, præterquam in templo tantum, cujus illuſtratio extat Exod. 20, 24. בכל המקום אשר אזכיר את שמי Dixerunt Sapientes, inverte ſcripturam, & ita expone, omni in loco quo veniam ad te, & benedicam tibi, commemorare faciam nomen tuum. Ratio autem, quare in templo inde faciebant unam benedictionem, & non reſpondebant Amen ad quamlibet benedictionem, uti ubique facere ſolemus, eſt, quia nobis hypotheſis eſt, quod in templo non reſpondebant Amen, ſed quod reſpondebant hoc ſenſu, ברוך יהוה אלהי ישראל מן העולם ועד העולם quia Nehem. 9, 5. dicitur, קומו וברכו את ה' אלהיכם מן העולם ועד עולם Deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

WAGENSEILIUS. (1) *Tres Benedictiones ex ea conficiebantur &c.*] Cum Sacerdotes, foris templum, Benedictione quæ Num. VI. verſ. 24 25. & 26. habetur, cœtum in Synagogis impertirentur, ad quodque comma pauſam ipſi faciebant, ſemper interim acclamante populo *Amen*. At in Sanctuario, nec acclamationes fiebant, nec pauſæ, ſed ſilente cœtu, ſimul & ſemel integram Benedictionem extulere Sacerdotes

(2) *In Provinciis ſubſtituebatur cognomen*] Omnibus modis prohibitum eſſe credunt Judæi, alibi quam in templo Hieroſolymitano ſacro ſanctum nomen Jod He Vav He ſecundum literas enunciare, etſi cauſa quam allegant, haud omnino ſontica eſſe videtur. Sic enim inſtituunt collectionem: Exod. XX, 24. promittit Deus: *In omni loco in quo fit prolatio nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi:* Ergo, conſequitur, inquiunt, extra eum locum, in quo præſens eſſe Deus, & Judæis benedicere ſolet, quodque proprie non niſi de ſolo templo prædicari poteſt, haud eſſe faciendam nominis Divini prolationem. Ipſi hoc genus argumenti appellare ſolent, סרס המקרא ודרשהו eſtque de eo in Halich. Ol. pag. 193.

(3) *Elevabant Sacerdotes manus ſuas humeris tenus.*] Sacerdotes benedicturi, manus elevare debebant, & imitari Aaronem, quem ſuo exemplo præiviſſe legimus Levit. IX, 22. Servatur mos vetus etiamnum. Aſcendunt enim in feſtis ſolemnioribus, quotquot ex familia Aaronis genus ducunt, gradus illos, per quos in Synagoga ad Legis Conditorium accedit, & caput palliolo ſacro probe obvelantes, brachium utrumque ita elevant incurvantque, ut manus deinde protenſæ, humeris reſpondeant, atque ſic cœtui benedicunt. Cæterum, elevatas, protenſaſque manus eſſe non ſufficit, ſed & divaricare digitos, & manum manui per pollicum, & indicum extremitates, jungere oportet, ea forma quam mox ſubjiciemus. Quod ſi vero quis eandem exprimere nequeat, uti ſolent quorundam hominum manus, aut ambæ, aut certe alterutra, a faciendo iſtos inter binos & binos digitos interſtitio, abhorrere, tum filamentibus, ex palliolí ora propendentibus, quæ vulgo Zizis vocantur, rebelles digiti ſunt vinciendi colligandique, ut hæc omnino manuum evadat diſpoſitio.

264



Utuntur hac manuum figura Sacerdotes pro inſignibus, eamque in Annulis Signatoriis, & utenſilibus, imo & libris quos edunt, cippiſque ſepulchrorum vulgo paſſim ſolent exprimere. Interim fatentur Judæi, ignorare ſeſe rationem, quare

quare digiti divaricentur, niſi quod Autor MS. Codicis noſtri Ez Hechajim in Hilchot Neſiut Cappajim, quoſdam audiviſſe ſe ait, cauſam ab etymologia petere, & quia Benedictio Sacerdotalis alias דוכן communiter dicitur, eos, id verbum exponere דו כאן כלומר שני אצבעות לכאן Id eſt: *Per voces*, דו כאן Duo hic, *quaſi dicat quis*, *Duo digiti ſejuncti ſunto.* Sed, hanc rationem, nemo Sapiens probaverit. Enim vero, non eſt aliud genus Cærimoniæ, inter Judæos hac benedictione hodie ſanctius, & non tantum omnes Chriſtianos, cum ea peragitur, tanquam profanos procul eſſe jubent, ſed ipſi adeo caput obnubunt, ne φρικτὰ μυστήρια intueantur, certiſſime perſuaſi, continuo cæcitatem ſibi imminere, ſi audeant παρακύψαι, eo quod Divina Majeſtas manibus Sacerdotum incubet. Eſt operæ pretium adſcribere, quæ de hac ineptiſſima perſuaſione, omnique Benedictione Sacerdotum, literis conſignavit Antonius Margarita, quoniam ea, quæ nos annotavimus, magis declarant, confirmantque. *Die Juden heben (am langen) Tag, wol drey mal die zehen Gebot aus und ein, und ſingen daraus, und kommen auch die* כהנים Cohenim, *daß iſt die Prieſter, barfus, und gehen zu* דוכנ Jeducho, *das iſt bekennen und loben, den kommen die* Leviten, *und waſchen den Prieſtern die Hande, und dies thun ſie auch auf Oſtern, Pfinxſten und der Lauberhütten. Und wenn nun die Prieſter gewaſchen ſind, gehen ſie für die Archa und ziehen der Tales her: für die Augen, wenden das Angeſicht gegen den Volck, breiten ihre Hände auch gegen den Volck aus, ſehen mit den Augen unter ſich, und dürffen nicht auf ihre Händ ſehen, auch das Volck nicht, ſagen alſo den Segen* Num. 6. *über das Volck. Das gedenck ich wol, das ich zur ſelben Zeit der Meinung war, daß wann ich den Prieſter auf die Hand geſehen hätte, häte ich gemeint, die Augen weren mir bald ausgefallen, denn alſo ſagen die alten Juden den Jungen für. Warum ſie aber den Prieſtern alsdenn nit dörffen auf die Händ ſehen, iſt das die Urſach, das ſie ſprechen, die Engel und der Geiſt Gottes ruhen alsdann auf ihren Handen, darum ſoll mans nicht anſehen. Es iſt auch zu wiſſed, daß ſie ſolches nehmen* Cantic. 2. *da der Text ſpricht: Nun dieſer ſtunde hinder unſern Wänden, ſehe von den Fenſtern, und gucket durch die Gucklöcher, aus dem ſchlieſſen die Juden, daß wenn ihre Prieſter das Volck ſegnen, thun ſie die zwo Hand aneinander ausgebreit, und thun die Finger voneinander, daß ſie durchſichtig ſeind, und ziehen den obgemelten Vers hieher und ſprechen, Gott ſtehe hinter ihren Wänden, und gucke durch die Fenſter und Löcher, welche die Prieſter machen mit ihren Händen und Fingern, ſo ſie das Volck ſegnen, und von dieſer Urſach wegen, darf ihnen niemands auf die Hände ſehen.* Confer Appendicem, quæ ſubjuncta eſt iteratæ editioni Synagogæ Judaicæ Buxtorfii, ubi multa præclare de Benedictione Sacerdotum diſſeruntur; ſed, illud omnino ſecus ſe habet, cum traditur, *ita divaricare digitos Sacerdotes, ut quinque inter eos ſpatia ſeu intervalla faciant; nempe quatuor inter ſingulos digitos, & quintum inter duos pollices.* Nam, Sacerdotes cum benedicunt, non ita divaricare digitos, ut inter horum ſingulos intervallum fiat, ſed certo certius eam formam manibus effingere, quam nos in Commentario delineavimus, non tantum Judæi omnes, ſed vel ipſi cœmeteriorum lapides, utenſilia, & annuli ſignatorii dicant teſtimonium. Neque vero capio ego, quomodo inter divaricatos utriuſque manus omnes digitos pollicesque, quinque tantum intervalla numerarit Buxtorfius, cum plura utique emergant. Equidem, non ſum neſcius, ſic tradere Judæos, obſervari in Sacerdotum benedicentium manibus, Intervalla quinque, ipſi חמשה אוירים *Quinque Aëres* vocant: At, ea ſic numerare oportet, ut illa nuda ſpatia quæ ſunt inter utriuſque manus digitum medium & annularem, itemque ea, quæ inter pollices & indices digitos interſunt, faciant intervalla quatuor, quintum vero conſtituat illa vacuitas, quæ eſt foris, inter medios ſeſe mutuo per ſupremos ungues attingentes pollices. Etiam hæc res omni caret dubio: Schulchan Aruch Hilchot Neſiut Kappajim Num. CXXVIII. §. 12. מגביהין ידיהם כנגד כתפותיהם ומגביהים יד ימנית קצת למעלה משמאלית ופושטים ידיהם וחולקים אצבעותיהם וסבונים לעשות חמשה אוירים בין שני אצבעות לשני אצבעות אויר אחד וכין אצבע לגודל ובין גודל לגודל ופורשים כפיהם כנגד הארץ ואחורי ידיהם כנגד השמים: Id eſt: (Sacerdotes benedicturi,) *elevant manus humeris tenus, ita tamen, ut dextra parumper præ ſiniſtra emineat. Poſtea manus extendunt, digitos divaricant, efficiuntque quinque aëres, quorum unus eſt inter geminum par digitorum, alius inter indicem & pollicem, rurſus alius, inter duos pollices. Cæterum, volæ, verſus terram, averſæ manuum partes, cœlum verſus ſunt protenſæ.* Fuit mihi aliquando libido, interveniendi Viennæ apud Auſtriacos tantis ſecretis, ejuſque rei veniam, ægre, & meo periculo obtinui. Receſſi vero ſanus ſalvuſque, &, Deo meo gratia, oculis adhuc proſpicio ſatis. Cæterum, admodum probabile eſt, non fuiſſe olim, ſuperſtite adhuc Templo, Sacerdotibus aliam manus expandendi rationem uſitatam, quam eam quæ nunc obſervatur. Fuere enim Judæi rituum ſuorum ſemper retinentiſſimi, atque adeo, qui contrarium nobis perſuadere ſatagunt, genuinis antiquitatis deſtituuntur teſtimoniis. Atenim, talia proferre Galatinum l. 2. c. 9. de Arc. Cathol. Verit. par erat, ſi credere debebamus ſcribenti: *Benedictionem Sacerdotalem cum tribus digitis ambarum palmarum erectis & duobus depreſſis, factam eſſe, ad deſignandam divinarum perſonarum Trinitatem, per nomen quatuor literarum, quod proferebant Sacerdotes ſignificatam.* Et Athanaſium Kircherum, qui in Prodromo Copt. cap. 8. prodidit. Sacerdotes ſummos, Solennem olim populo daturos benedictionem, tribus digitis dextræ manus extenſis, veluti *tribus* יי Jod, *hoc* ה ה ה (tetragrammaton ſcilicet,) *teſte perplexorum Doctore Rambam non ſine cauſa myſtice expreſſiſſe; fuiſſe enim typum quendam benedictionis per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, in lege gratiæ, dandæ fidelibus.* Sane, provocat Kircherus ad Maimonidem, verum gratis, & citra cauſæ ſuæ patrocinium, nam in More Nevuchim loco, quem in margine indicavit, nihil reperio, quin potius in Hilchot Tephilla cap. 14. ubi de Benedictione Sacerdotali prolixe tractationem inſtituit Maimonides, plane nobiſcum ſentire deprehenditur.

(4) *In Sanctuario vero ſuper capita*] Nam, ob prolatum ibi Dei genuinum nomen, manus Sacerdotum tanto magis Numine onerabantur, igitur longius e conſpectu erant ſubducendæ, quippe, ne ipſis quidem Sacerdotibus, cum benedicunt, intueri ſuas manus conceditur.

(5) *Manus ſupra bracteam non efferebat*] Cauſa rei, quia Bracteæ huic, ſanctiſſimum Dei nomen, prout Ex. XXIIX. 36. præceptum fuit, erat inſcriptum. Sed de modo, notamus diſſenſum in Schabbat. fol. 63. b. תניא ציץ כמין טס של זהב ורוחב ב׳ אצבעות ומוקף מאזן לאזן וכתוב עליו בב׳ שיטין יו״ד ה״א מלמעלה וקדש למ״ד למטה אמר ר׳ אליעזר ב״ר יוסי אני ראיתיו ברומי וכתיב קדש ליי בשיטה אחת: Id eſt: *Extat Traditio: Bractea* (Pontificis Summi,) *lamina quædam erat aurea, lata duos digitos, & pertingens ab una aure ad alteram, habebatque inſcriptas lineas duas, quarum ſuperior continebat* Jod He (Vav He) *inferior* קדש *& literam* Lamed. *At R. Elieſer F. I. teſtatus eſt, ſe vidiſſe Romæ* (contemplando Imperatoris theſauros, inter cætera templi Hieroſolymitani a Veſpaſiano allata ſpolia) *illam* [illegible], *eique una continua linea* קדש ליהוה *fuiſſe inſculptum.* Paulo breviorem, niſi fallor, ac hoc loco deſcribitur, nobis bracteam iſtam depingit Joſephus l. 3. Antiq. c. 9. Ἐκ τούτου μὲν στέφανος ἐκκεχάλκωται ὅσος ἀπὸ τοῦ ἰνίου πρὸς ἑκάτερον τῶν κροτάφων (τοῦ ἀρχιερέως·) Τὸ δὲ μέτωπον, ἡ μὲν ἐφιελὶς οὐκ ἔπεισι, λεγέσθω γὰρ οὕτως ὁ κάλυξ· Τελαμὼν δ᾽ ἐστὶ χρύσεος, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐστί· Vertit Interpres: *Ejuſmodi Corona ab occipitio* (Pontificis) *circum tempora utraque procedebat: Nam frontem iſti calyculi non ambiebant: Sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod ſacris characteribus Dei nomen inciſum habebat.* Atque, ſecundum hæc explicanda ſunt, quæ alibi lib. 6. de Bell. Jud. cap. 15. de Bractea ſcribit, ne quis deceptus, eam ipſis Talmudiſtis longiorem, imo coronam integram faciat. Τὴν δὲ κεφαλὴν (τοῦ ἀρχιερέως) βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα, κατέστεπτο δ᾽ ὑακίνθῳ· Περὶ ἣν χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέ-

Φατος, ἐκτύπωμα φέρον τὰ ἱερὰ γράμματα· ταῦτα δέ ἐςι φωνήεντα τέσσαρα· Id eſt, *Caput* (Pontificis,) *byſſina tiara tegebat, byacinthis coronata. Et circa eam alia corona erat aurea, ſcriptas ferens ſacras literas, quæ ſunt quatuor elementa vocalia.*

(6) *R. Juda tamen contendit &c.*] Sed incaſſum, nam hæc opinio non fuit admiſſa.

ז ברכות כהן גדול כיצד חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול עומד ומקבל וקורא עומד וקורא אחרי מות ואך בעשור וגולל את התורה ומניחו בחיקו ואומר יותר ממה שקריתי לפניכם כתוב כאן ובעשור שבחומש הפיקודים קורא על פה ומברך עליה שמנה ברכות על התורה ועל העבודה ועל ההודייה ועל מחילת העון ועל המקדש ועל ישראל ועל הכהנים ועל שאר התפלה :

7. (1) Benedictiones Summi Pontificis, quomodo (*peractæ fuerunt?*) (2) ÆditVus accepto libro Legis, tradidit eum (3) Primario cœtus: Iſte, dedit eum (4) Antiſtiti; Antiſtes, Summo Pontifici. Cæterum, Summus Pontifex, ſtans eum accipiebat, ex eoque (5) ſtans prælegit (6) Caput XVI. Levit. ejuſdemque Libri (7) commata aliquot, e Cap. XXIII. Tum (8) convoluta lege, eâque in ſinum ſuum repoſita; (9) Plura, inquit, quam vobis prælegi, hîc habentur. Mox ex Numer. cap. XXIX. comma 7. Cum ſequentibus aliquot (10) memoriter recitavit, addens poſtea Benedictiones octo, (11) attinentes ad Legem, (12) Cultum divinum, (13) Laudem, (14) Remiſſionem peccatorum, Sanctuarium, Judæos, & (15) Sacerdotes. Denique, cæteras preces (*ſubjunxit, iiſdemque finivit.*)

R. OB. DE BARTENORA.

ברכות כהן גדול *Benedictiones ſummi pontificis*, die expiationis, poſtquam obiiſſet miniſterium ſuum illo die, legebat in Lege, & dicebat octo benedictiones.

חזן הכנסת *Æditvus*, miniſter Eccleſiæ, cui negotia eccleſiæ commiſſa ſunt ad introducendum & educendum, ad perficiendum arcam, & palatium in quo conduntur libri Legis.

ראש הכנסת *Caput eccleſiæ*, cujus dicto fiunt res eccleſiaſticæ, ut, quis dicet lectionem *Audi*, quis leget Haftaram ex prophetis, quis dicet orationem ante arcam. סגן eſt is qui conſtitutus erat in locum pontificis maximi, ut, ſi pontifex maximus infirmitate aliqua laborabat, vel alia de cauſa impediebatur ut munus ſuum obire non poſſet, ipſi poſſet ſubſtitui. והסגן נותן לכהן גדול *& vicarius dabat ſummo pontifici*, hæc omnia ad honorem ſummi pontificis, uti dicitur Proverb. 14, 28. ברב עם הדרת מלך

עומד ומקבל *Stabat, & recipiebat*, hinc infertur quod antea ſederat, & quod legebat in atrio mulierum, eo quod nobis hypotheſis eſt, quod in atrio Iſraëlitarum nemini ſedere permiſſum erat, præterquam regibus ex ſtirpe Davidis.

וקורא אחרי מות *Et legebat* (Levit. 16.) *poſtquam mortuus eſſet* &c. qui locus tractat de ordine miniſterii diei expiationis. Legebat etiam commata aliquot ex Levit. 23, 47. & deinceps, nam ibi librum convolvere poterat, & quærere illum interea quam interpres interpretabatur Chaldaicè ultimum verſum primæ ſectionis; ſed hic non tanta dilatio erat ut interpres ſubſiſteret.

וגולל את התורה *Et convolvebat Legem*, etſi tertiam ſectionem ex Numeris non legiſſet, legebat eam memoriter, & ibi non volvebat librum Legis, eo quod ſectio procul diſtabat, & dilatio erat poſtquam abſolverat interpres, quod cœtui ignominiæ eſſet. Neque in duobus libris ſimul legere poterat, quia nemo in cœtu legere debet in duobus libris ſimul, ne quis putet primum defectu laborare. יותר ממה שקריתי לפניכם כתוב כאן *plura quam prælegi vobis, hic habentur*, ne putetis deficere in hoc libro Legis id quod memoriter legendum eſſet, ideo ego nolo inquirere locum, & cum legere è libro. על התורה *ſuper Lege*, ſuper benedictione Legis, quæ dicitur poſt Legis lectionem. ועל העבודה *& ſuper miniſterio*, hoc ſenſu, רצה יהוה אלהינו *Et ſuper confeſſione*, hoc ſenſu מודים אנחנו לך *Et ſuper condonatione iniquitatis*, אשר בחר בנו מכל העמים & concludebat his verbis, כלך מוחל וסולח לעונינו *Et ſuper ſanctuario*, ut Divinitas præſens eſſet in templo, & concludebat hoc ſenſu, ברוך אתה יהוה שוכן בציון *Et ſuper ſacerdotes*, ut Deus accipere vellet ſacrificia eorum, & concludebat hoc ſenſu, מקדש כהנים *Et ſuper reliqua oratione*, ut Iſraël liberaretur ab inimicis, & concludebat his verbis, עמך צריכין ישועה ברוך אתה יהוה שומע תפלה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וקורא על פה *Et legebat memoriter*, nam fundamentum nobis eſt quod librum Legis non volvebant ex uno loco in alium in congregatione; neque in Legis libris duobus legere poterant, quia nemo in congregatione ſolet legere in duobus libris Legis ſimul, ne putet primum defectuoſum eſſe.

עומד ומקבל וקורא *Surgebat, & recipiebat, ac legebat*, hinc conſtat quod prius ſedebat, ſed hoc fieri non poterat niſi in atrio mulierum, nam in atrio Iſraëlitarum, non licebat ſedere, niſi regibus è ſtirpe Davidis, uti expoſuimus capite ſeptimo tractatus Joma. Ideo lectio hæc peragebatur in atrio mulierum; & datio libri Legis ab uno ad alium fiebat honoris cauſa, uti ſcriptum eſt Proverb. 14, 28. ברוב עם הדרת מלך

Prima vero benedictio erat hujus argumenti, אשר בחר בנו מכל העמים וכו׳ Deindè legebat in libro Legis, & abſolvebat lectionem, dicebatque ſecundam benedictionem, quæ eſt, אשר נתן לנו תורתו תורת אמת וכו׳ Tertia benedictio erat, רצה יהוה אלהינו וכו׳ Quarta erat מודים אנחנו לך Quinta erat סלח לנו אבינו Sexta erat in qua orabat Deum ut cum Divinitate ſua continuare vellet in ſanctuario, & concludebat his verbis השוכן בציון In ſeptima orabat Deum ut ſacerdotum ſacrificia accipere vellet, ut benediceret iis, & multiplicaret; & tandem concludebat his verbis, מקדש הכהנים. Octava erat in qua orabat pro Iſraëlitis ut eos conſervare vellet Deus, & dilataret dominium eorum, & ſupra hoſtes extolleret, & concludebat עמך ישראל צריכין להושיע ברוך אתה יהוה שומע תפלה Et notum eſt quod hæc omnia fiebant die jejunii expiationis, poſtquam abſolutum erat miniſterium diei, uti expoſuimus cap. 7. tractatus Joma.

WAGENSEILIUS. (1) *Summi Pontificis*] Supple poſt iſta: Quibus ipſe in feſto ſolemni Expiationis, finitis ſacris, cœtum Iſraëlitarum proſequebatur.

(2) *Æditvus*] Vocis חזן varias ſignificationes enarrat l'Empereur in Notis ad Benjamini Itinerar. pag. 148. ſeq. ſed, ubi quædam reperiuntur, de quibus quis merito ambigere queat. Nec enim חזן quatenus ea voce שליח צבור denotatur, proprie *Cœtus ipſius Legatus*, ſive, *Eccleſiæ nomine ſuum munus adminiſtrans*, exponi poteſt, ceu vir doctus feciſſe deprehenditur: verum, ea notione, *Miniſtrum Synagogæ, Cuſtodem ejus, aut Æditvum*, omnino ſignificat; cujus rei, teſtis locuples Elias in Tisbi: מצאתי שליח הצבור ותנה

שליח צבור רשאי לומר שמש הקהל נקרא חזן : Id eſt: *Reperi* שליח צבור *ſive Synagogæ Miniſtrum, appellari* חזן Quo ſenſu ſcripſerunt Raſchi, & Bartenora, Comment. in Miſchnam noſtram : חזן הכנסת שמש הכנסת שטורח עסקי הכנסת עליו להכניס ולהוציא להפשיט את התיבה ולהכין את היכל : Id eſt: חזן הכנסת *dicitur Miniſter Synagogæ, res illius curans*, (librum Legis,) *ex Arca depromens, & in eandem iterum condens; Arcam quoque mundare, & omnia in Synagoga ordine diſponere, ad illius munus pertinet.* Faciunt iſta, ad explicandum locum Lucæ IV, 20. ac ſatis nunc intelligimus quis ſit ille ὑπηρέτης, cui Servator complicatum Legis librum, tradidiſſe dicitur.

(3) *Primario cœtus*] ראש הכנסת ſive Primarius cœtus, is vocabatur, cujus erat præcipere facienda in Synagogis, & munera tam in ordiendis precibus, quam circa Scripturarum prælectionem diſtribuere. R. Salomo id enunciat: ראש הכנסת על פיו נתהכין דברי הכנסת מי יפטיר בנביא מי יפרוס על שמע מי יורד לפני התיבה : Eadem in ſuas notas transſcripſit Bartenora.

(4) *Antiſtiti*] סגן Vicarius proprie dicitur Pontificis, hujuſque munere in die expiationis fungebatur, ſi quid alter vitii paſſus eſſet. Vide de eo plura apud Eliam in Tisbi voce סגן Scaligerum in Prolegomenis Euſebianis, & Cunæum l. 2. de Rep. Heb. c. 6.

(5) *Stans prælegit*] Talmudis Codices habent קורא omiſſo עומד atque hinc, cum Maimonides arbitraretur, Pontificem ſedentem prælegiſſe, eo delapſus eſt, ut in Atrio tantum Mulierum hæc accidiſſe admittere cogeretur, quippe, quod in Virorum Atrio conſidendi, ſolis Regibus Judæ poteſtas eſſet. Nos, Talmudis Codices, cum Maimonide valere juſſis, recentiſſimas Miſchnæ Editiones Amſtelodamenſes quæ עומד diſerte legunt, ſumus ſequuti, ob cauſſas varias. Principio enim non temere, ſed optimorum MSS. fide ſic editum, & a Maimonide receſſum eſſe, fit veriſimile. Deinde, hac ratione vitari poteſt, illud grave, niſi fallor, inconveniens, de prælectione Pontificis in Mulierum Atrio inſtituta, cui ægre ipſe ſe expoſuiſſe videtur Maimonides. Denique, quia mox in Miſchna noſtra, cum Regem in Atrio virorum ſedentem prælegiſſe, indicandum erat, verbis plenis planiſque etiam in Talmudis Codicibus hoc enunciatur. Proinde, ſi Summus Pontifex eodem modo prælegiſſet, verbis quoque iiſdem debebat fieri narratio. Quamobrem quia ejus contrarium deprehenditur, ideo Pontificem, prout librum acceperat, hoc eſt ſtantem erectum prælegiſſe, docere nos voluit Miſchna, etiamſi maxime in nullis ejus exemplaribus עומד קורא manifeſte legeretur.

(6) *Caput XVI. Levit.*] Nam illo Capite, omnes Feſti Expiationis deſcribuntur cærimoniæ, quo hæc peracta eſſe, paulo ante innuimus.

(7) *Commata aliquot e Cap. XXIII.*] Nimirum, incipiens a commate 27. & porro pergens legendo, deſinebat in commate 32.

(8) *Convoluta Lege*] Talis librorum apud priſcos forma erat, qualem adhuc Pentateuchi quibus in Synagogis Judæi publice utuntur, ex antiquo ſervant. Scribitur in membranæ partem adverſam, averſa quæ eſt parte, vacuâ relictâ & purâ. Poſtea conglutinantur invicem membranæ, & porriguntur in longum. Aſſuuntur in fine bacilli, quorum extrema utrinque tegunt capitula rotunda & prominentia in umbilicorum formam, ut horum adjumento, tota membranarum ſeries, commode convolvi poſſit, umbilicis e media ſpira prominentibus. Hæc omnia, de veterum libris quoque vera ſunt, atque ab iſta volutatione evenit, ut alio nomine, *Volumina* dicerentur, ceu pridem a Viris doctis eſt indicatum. Impetravit ex Oriente, non parva ſua felicitate, cum aliis cimeliis, Volumen ejuſmodi Ægyptiacum antiquiſſimum, Vir magnæ eruditionis, favoris erga eruditos maximi, Nicolaus Peireskius Senator Aquiſextienſis, nam ſic libro 5. de illius vita, teſtatur optimus doctiſſimuſque Gaſſendus. *Inter cæteros* (libros) *ut minimum mole, ita pretio maximum habuit quoddam volumen* (*quod ita dici a volvendo revera potuit*) *repertum intra capſulam ad Mumiæ cujuſdam pedes. Id univerſe conſcriptum erat hieroglyphicis literis, conſtans ex germana papyro, ac facile ſua vetuſtate ſuperans bis millia annorum.* Syrus apud Lucam IV, 17. non ſatis ſignificanter expreſſit phraſin Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον per ܘܦܬܚ ܝܫܘܥ ܣܦܪܐ Id eſt: *Et aperuit, Jeſus librum*, nec enim nude librum aperuit Servator, ſed vero evolvit. Pro, Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον quod deinde commate 20. ſequitur ܘܟܪܟ ܣܦܪܐ dixit melius; nam, hoc eſt, *Et convolvit librum.*

(9) *Plura inquit, quam vobis prælegi hic habentur*] Supple: Attinentia ad diem expiationis. Quia deinde quædam ſacrarum literarum commata memoriter recitaturus erat Pontifex, ne quis exiſtimaret, deſiderari illa in eo Codice, & librum mancum eſſe, ideo hac excuſatione utebatur.

(10) *Memoriter recitavit*] Idque ideo, ne magna & indecora pauſa fuerit in cœtu, quoad Pontifex Caput XXIX. Numerorum, in Volumine legis evolveret, quippe quod a capite XXIII. Levitici eſt ſejunctiſſimum. At, a Capite ejus libri XVI. facilius ad caput hoc XXIII. pervenire licebat, cum illa capita in vicinis ſint Paraſchis, nec niſi una interjiciatur. Priuſquam enim Interpres, quem, prælectum quodque comma Chaldaice enunciaſſe volunt, verborum poſtremorum Capitis XVI. interpretationem abſolviſſet, jam capitis XXIII. comma 27. erat repertum. Non vero licebat Pontifici, Volumina duo, in quibus loca prælegenda jam notata eſſent, ad manus habere; nam, ignominia magna infertur ſacro libro, ſi non omnia quæ legere oportet, ex eo prælegantur, & alius in ſubſidium.

(11) *Attinentes ad Legem*] Nimirum, recitabat Benedictionem quæ a verbis אשר נתן לנו תורתו תורת אמת וכו׳ incipit.

(12) *Cultum Divinum*] Intelligitur precatio cujus רצה יי׳ אלהינו וכו׳ eſt initium.

(13) *Laudem*] Puta preces מודים אנחנו לך & reliqua.

(14) *Remiſſionem peccatorum*] Oratio hæc סלח לנו אבינו habet principium.

(15) *Sanctuarium, Judæos, & Sacerdotes*] Has preces non credo amplius ſupereſſe. Rogabat autem iis Pontifex, dignaretur Deus perpetuo Templo ſuo præſens eſſe, ſacrificia in eo offerenda, libens volens accipere, atque Judæorum gentem adverſus hoſtes & calamitates quaſcunque benigne tueri. Cæterum, quæ hic loci, de ritibus, peractæ a Summo Pontifice Benedictionis traduntur, eadem repetita deprehendes in Joma cap. 7. §. 1. ubi præſtantiſſimus Vir, Robertus Sheringamius, vertit: *Miniſter publicus depromſit librum Legis, tradiditque capiti conventus, & caput conventus tradidit Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradidit Sacerdoti Magno. Sacerdos Magnus, ſtabat, & accipiebat, & legebat* אחרי מות *&* אך בעשור *& volvebat librum Legis, & ſuo pectore collocabat, & dicebat: Plus quam id quod legi coram vobis eſt hic. Et* בעשור *in Pentateucho Numerorum legebat ore, & benedicebat, benedicebat benedictiones octo, Super Lege, & ſuper miniſterio, & ſuper Iſraël, & ſuper Sacerdotibus. & ſuper oratione reliqua.*

ח פרשת המלך כיצד מוצאי יום טוב הראשון של חג השמינית במוצאי שביעית עושין לו בימה של עץ בעזרה והוא יושב עליה שנאי מקץ שבע שנים במועד וגומר חזן הכנסת נוטל

8. Sectio a Rege prælegenda, quibus ritibus recitata eſt? Tranſacta feſtivitatis tabernaculorum (1) prima die, completo jam ſeptimo anno (*heptaëteridos,*) & octavo ineunte, (2) parabant Regi (3) ſuggeſtum ligneum, (4) in Atrio, huic inſidebat. Q. S. E. (Deut. XXXI, 10.) *A fine ſeptem annorum, ſtato tempore &c.* Tum Æditus ſumto libro Legis, tra-

נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת
וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן לכהן גדול
וכהן גדול נותנו למלך והמלך עומד ומקבל
וקורא יושב אגריפס המלך עמד וקבל וקרא
עומד ושבחוהו חכמים וכשהגיע ללא תוכל
לתת עליך איש נכרי זלגו עיניו דמעות אמרו
לו אל תתירא אגריפס אחינו אתה אחינו
אתה וקורא מתחילת אלה הדברים עד שמע
ושמע והיה אם שמוע עשר תעשר כי תכלה
לעשר ופרשת המלך וברכות וקללות עד
שגומר כל הפרשה ברכות שכהן גדול מברך
אותן המלך מברך אותן אלא שנותן של
רגלים תחת מחילת העון :

tradidit eum Primario cœtus, hic porrigebat eum Antiſtiti, Antiſtes Summo Sacerdoti, (5) Summus Sacerdos denique exhibebat ipſum Regi. Rex autem (6) ſtans eum accipiebat, verum prælegens, conſedit. (7) Agrippa Rex, ſtans eum accepit, (8) ſtanſque ex eo prælegit, (9) idque Sapientes collaudarunt. Cumque deveniſſet ad iſta: (Cap. XVII, 15.) *Non poteris tibi præficere virum extraneum:* (10) extillabant oculi ejus lachrymas. Quare eum (*Sapientes*) affabantur: Ne timeto Agrippa, (11) frater noſter es; (12) utique frater noſter es. Prælegit vero (Rex) ab initio Deuteronomii, uſque ad illa: (Cap. VI, 4) *Audi* (*Iſraël &c.*) quæ & ipſa prælegit. Tum ſubjecit, (ex Cap. XI, 13.) *Eritque ſi ſerio auſcultaveritis* &c. Dehinc: (ex c. XIV, 22.) *Fideliter decimato* &c. Poſtea: (ex c. XXVI, 12.) *Cum abſolveritis dare omnes decimas*, &c. Deinde, Sectionem de Rege. (quæ habetur c. XVII, 14. ſeqq.) Denique, Benedictiones, & execrationes, (ex XXVII. & XXVIII. capitibus:) Uſque dum totam illam ſectionem finiret. Benedictionibus iiſdem, quibus Pontifex, etiam Rex benedicebat, niſi quod memoriam feſtorum ſtatorum, in locum remiſſionis peccatorum, ſubſtituit.

R. OB. DE BARTENORA.

השמינית *Octavo*, anno octavo heptaëteridos tranſacti, ſive anni ſeptimi exeuntis. במוצאי יום טוב הראשון של חג *tranſacta feſtivitate tabernaculorum prima die*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 16, 16. בחג הסכות id quod etiam de ultimo die feſti tabernaculorum intelligi potuiſſet, propterea ſcriptum eſt Deut. 31, 11. כבוא כל ישראל לראות ergo indè ab initio dierum feſti intermediorum אגריפס המלך *Agrippa Rex*, qui erat è ſtirpe Herodis, cujus tempore templum ſecundum dirutum eſt.

זלגו עיניו דמעות *Extillabant oculi ejus lachrymas*, quia hic locus ipſum declarabat regem illegitimum. אחינו אתה *frater noſter es*, nam mater illius erat Iſraëlitis; legebat autem ab initio Deuteronomii uſque ad *audi Iſraël* &c. quæ verba occurrunt capite ſexto, & cum lectione *audi* jungebat ſectionem cap. 11, 13. והיה אם שמוע quia in lectione *audi* continetur ſuſceptio regni cœlorum, & in ſectione והיה אם שמוע continetur ſuſceptio jugi præceptorum. Deinde tranſiliebat, & legebat Deut. 14, 22. עשר תעשר hinc tranſiliebat, & legebat Deut. 26 12. כי תכלה לעשר quia erat tempus collectionis, & donorum pauperum, & ſeparationis Trumæ, nec non decimarum, & quamvis ſectio regis veniat inter ſectionem Deut. 14, 22. & Deut. 26, 12. tamen eas legebat ſimul, ne fieret interruptio in decimis. Deinceps autem legebat benedictiones & maledictiones, quæ ſunt ſuſceptiones decretorum, & pœnæ Legis. Poſtea denuo legebat ſectionem regis, שום תשים עליך מלך Deut. 17, 15.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השמינית *Octavo*, ſupple anno octavo heptaëteridos, qui eſt initium alterius heptaëteridos. Lectio autem fiebat die ſecundo feſti tabernaculorum illius anni, & hoc eſt quod dixerunt Sapientes, cum ſcriptura dicit, בחג הסכות intelligi poſſet ac ſi etiam ultimo die feſti legi poſſet. Et Deut. 31, 11. dicitur כבוא כל ישראל לראות ideo tempus eſt ab initio feſti, nimirum, in diebus intermediis feſti. Et liber Legis dabatur è manu in manum, honoris & auctoritatis ergo.

קורא ויושב *Legebat & ſedebat*, hinc colligas quod in atrio mulierum legebat, in quo ſedere licebat, niſi fuerit Rex è familia Davidis, qui ſedebat in atrio Iſraëlitarum, uti expoſitum eſt in tractatu Joma. Cæterum Rex Agrippa erat alienigena, non e matre Iſraëlitide, ideo nullo modo eum in regem eligere licebat, eo quod ſcriptum eſt Deut. 17, 15. שום תשים עליך מלך מקרב אחיך Quæ exponit traditio, omnia onera quæ impoſueris tibi, non niſi ex propinquis tuis tibi impones. Et quod dixerunt ipſi, *noſter frater es*, propter regni pacem dixerunt. Et Sapientes dixerunt, eo tempore ſunt condemnati hoſtes Iſraëlis penitus, eo quod adulati ſunt Agrippæ. Et quamvis nobis ſit fundamentum, quod rex non poteſt ab auctoritate ſua deſiſtere, neque de ipſis quicquam cedere alii, eo quod ſcriptum eſt שום תשים עליך מלך nihilominus tamen laudaverunt reges geſtum ſtandi, eo quod eſt res præcepti. Id autem quod legebat in Lege, incipit ab initio Deuteronomii uſque ad lectionem *audi* &c. quæ occurrit capite ſexto, & conjungebat eam cum ſectione והיה אם שמוע uſque ad finem ſectionis, & conjungebat eam cum ſectione עשר תעשר & legebat eam ordine uſque finem benedictionum & maledictionum uſque ad אשר כרת אתם בחורב

WAGENSEILIUS. Nobiliſſimus Vir, & præclare meritus de Sacra Philologia, Joſephus Voiſinius, in Notis ad part. 2. c. 7. Pugionis Fidei, p. 287. hanc propemodum integram Pericopen, ante nos, latinitate donaſſe deprehenditur; cujus verſionem, huic noſtræ ſubjicimus, ut altera alteri lucem fœneretur. *Quomodo legitur Paraſcha* De Rege (ex Deuteronomio?) *Exeunte die feſto primo feſti* Tabernaculorum anni octavi ſub exitum anni ſeptimi *Quietæ terræ. Conſtituunt Regi ſuggeſtum ligneum in Atrio. Ipſe in eo ſedet, juxta illud* Deuter. XXXI, v. 10. A fine ſeptem annorum in tempore ſtatuto anni Remiſſionis in feſto Tabernaculorum &c. *Diaconus Synagogæ defert librum Legis, & dat eum Principi Synagogæ: Princeps Synagogæ dat eum Vicario. Vicarius dat eum Summo Pontifici: Summus Pontifex dat eum Regi. Rex vero ſtat, & ſuſcipit eum, & legit ſedens. Agrippa Rex ſtetit, & ſuſcepit eum, & legit ſtans. Laudaverunt eum Sapientes. Quum autem pervenit ad illum locum Deut.* XVII, 15. Non poteris ponere ſuper te virum extraneum, *ſtillaverunt oculi ejus lacrymas. Dixerunt illi: Ne timeas Agrippa, frater noſter es, frater noſter es.*

(1) *Prima die*] Nequaquam in finem feſti differenda erat cærimonia, quia in ſacro textu inſtituti jubetur כבוא כל ישראל לראות את פני יי Id eſt: *Cum ventitat Iſraël, videre faciem Domini:* Non, cum mox ad lares eſt reverſurus.

(2) *Parabant Regi &c.*] Miror opus fuiſſe, ut Regi lecturo pararetur ſuggeſtus ligneus, nec conſediſſe eum in throno ſolito, utique ad hanc muneris functionem peragendam

dant aptiſſimo, ſi modo ſatis firmis nituntur tibicinibus, quæ de Solio illo nobis narrat R. Jacobus Leonitius in תבנית היכל Num. LI. Res non caret dubio, cum Joſephus ad cujus de Bello Judaico librum 6. c. 6. provocat Leonitius, nullas ferat ſuppetias, interim tamen audiendus eſt. כסא המלוכה אשר למלך היה בתוך המקום הזה נתון אצל השער העליון על עמוד שיש ובו ישבו המלכיי לבית דוד כאשר יבואו אל המקדש לראות את פני יי' אלהיהם : בבנין בית שני היה הכסא הזה כמין מגדל גבוה עומד על שני עמודים אשר כל אחד מהם היה מעשרים אמות וקו י"ב אמות יסוב אותו וממעל לו היה מעשה רוקם זהב תכלת וארגמן : יואש כאשר הוקם למלך ע"י יהוידע כהן גדול ישב על הכסא הזה וגם המלך חזקיהו כאשר קרא לפניהם את ספרי הגדופים אשר שלח אליו סנחריב מלך אשור וגם יאשיהו המלך ישב שמה לעת אשר כרת את הברית בין יי' ובין המלך לעבוד את יי' אלהיהם וללכת בחקיו כל הימים : Cl. Sauberti verſio eſt: *Regius thronus, Regi proprius, extitit in iſto loco*, (Puta in Atrio Iſraëlitarum:) *conſtitutus prope Portam altiſſimam in columna marmorea. In eo reſidebant Reges ex familia Davidis oriundi, poſtquam veniſſent ad templum, ad videndum faciem Domini Dei ſui. In ædificio templi ſecundi thronus ille fuit adinſtar turris exaltatus, conſtitutus ſuper duabus columnis, quarum qualibet viginti cubitorum fuit, eorumque circumferentia, ſi filo menſorio circumdaretur, cubitorum duodecim. Superne etiam utraque opere phrygionico variegata fuit auro puro, ac purpura. Joas, poſtquam conſtitutus eſſet Rex a Jehoiada Pontifice Maximo, ſedit in throno iſto: Nec non Hiskia Rex, cum legeret coram Domino blaſphemas literas, quas ad ſe miſerat Senacherib Rex Aſſur. Porro Joſia quoque Rex ſedit ibidem eo tempore, quo pepigit fœdus inter Dominum & Populum, ut hic ſerviret Domino Deo ſuo, & ambularet in ſtatutis ejus per omnem ætatem.*

(3) *Suggeſtum*] Græcam vocem Βῆμα, ſuam fecere Rabbini, imo & Syri. Nam cum Matthæus cap. XXVII, 19. dixit: Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος· Apud Syrum legimus:

ܟܕ ܝܬܒ ܕܝܢ ܗܘ ܕܝܢܐ ܥܠ ܒܝܡ

Atque hoc Tribunalis ſignificatu verbum בימה alibi, etiam in Talmude occurrere, obſervo. Illi ex Scripturis allato loco; adde etiam hunc: ܕܝܢܐ ܕܚܝܠܐ ܝܬܒ ܥܠ ܒܐܡܗ ܘܢܦܩܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܕܢܕܘܢ ܐܢܘܢ ܘܗܘ ܦܣܩ ܕܝܢܐ ܥܠ ܥܘܠܐ ܘܥܠ ܥܒܪ̈ܝ ܢܡܘܣܐ ∴ *Judex tremendus inſidet tribunali ſuo. Atque prodeunt in conſpectum ejus, omnes Gentes, ut judicet eas, ipſe vero ſententiam pronunciabit adverſus impios & prævaricatores.* Sic eſt in ingenti Codice MS. Syriaco, Liturgiam pleniſſimam continente, quem ab Excelſo Avo, qui ſolemni & auguſtiſſima Cæſaris ad Portam Ottomannicam Legatione olim functus erat, ex Oriente allatum, nobis donavit, mulicbris ſexus flos, omnibus animi & corporis decoribus excellentiſſima, ac ſine pari Heroina, Eliſabetha, S. R. I. Comitiſſa de Sinzendorf, cujus nomen ob æterna in nos merita, quibus fortunæ noſtræ plurimum debent, ſine religione nunquam poſſumus cogitare, nedum proloqui. Excerpta Roſch Haſſchana Jeruſchalmi in En Iſraël fol. 188. col. 4. ר"ה הקב"ה אומר למלאכי השרת העמידו בימה ויעמדו קטיגורין סנגורין : Id eſt: *Sub initium Anni cujuſque imperat Deus Angelis miniſtris, ut Tribunal conſtituant, & ut tam Accuſatores* (mortalium,) *quam Advocati adſint.* De Suggeſtu, ſive Cathedra, uſurpatur quoque verbum בימה in En Jacob, fol. 8. col. 3. ללוי בן סיסי עשו לו בימה גדולה והושיבוהו עליה אתון ושאלון ליה הגידמת במה הי' חולצת : *Pararunt τῷ Levi F. S. ingentem Cathedram atque illum in ea collocantes, venerunt, quæſiveruntque:* (Mulier) *brachiis manca, ecquomodo exuit ipſa Leviro calceum?* Adde. Sed vero, vox בימה apud noſtros Judæos, in deſuetudinem abiit, quippe cathedram, ſive ſuggeſtum, ex quo nunc in Synagogis Legis Moſaicæ publica fit prælectio, non בימה ipſi amplius vocant, ſed, אלמימר in vicem ſubſtituerant. Suſpicor, prius vocabulum ideo diſplicere cœpiſſe, quia cum במה quod rem iis neſandam, *Excelſum* ſcilicet, *Sacellum, Aramque idolorum*, notat, maximam habet affinitatem, ita ut imperitior quis, eas voces facile potuiſſet confundere, imprimis, quia & ſenſus utriuſque convenit, ac locum editum ambæ ſignificant. Cæterum, quod ad vocem אלמימר attinet, ejus originem Buxtorfius in Synag. Jud. pag. 288. *novæ edit.* ignotam eſſe aſſerit. Memini, aliquando ex Rabbino me petiiſſe vocabuli אלמימר explicationem, atque id reſponſi tuliſſe, ſignificari eodem proprie, *locum in quo ſermo, concio aut prælectio habetur*, quod אלמימר ex אל & מימר ſit compoſitum. Diſplicet hæc opinio multimodis. Etenim, haud in more poſitum habent Judæi, ut ex duabus ſimplicibus vocibus, faciant compoſitam: Tum non animadvertit is homo אלמימר literam א non ע habere initialem, contra quam fieri debebat, ſi ejus expoſitioni locus erat relinquendus. Interim, mallem nihilo ſecius, ipſum ſequi, quam cum Antonio Margareta, etymon a Gallis petere, eſtque ridiculum, cum ait: *Nun merck was Almemor ſey, Almemor iſt mitten in der Kirchen ein viereckicht Gebäu, wie ein Altar ſeyn möchte, daran etliche Stuffen gemacht, auf welchen man hin auf ſteiget, dieſen Bau haben ſie aus Ezech. am 46. Iſt aber das Wortlein Almemor ein Franzöſiſch Wort, welches von dem Latein kommt* Memoria, *welches auf Teutſch ein Gedachtnus heiſt.* Et, poſt alia interjecta: *Die Juden haben ſehr viel frembder Vocabel, die nicht Hebreiſch noch Teutſch ſind, ſondern Franzöſiſch, denn alle Juden in Teutſcher* nation, *und voraus die am Rhein wohnen, ſeind alle aus Franckreich vertrieben worden, und haben ſolcher Wort noch viel bey ihn behalten, wie den hernach folgen wird, auch ein Wort Mappa genannt, und Etron, und viel andere. Und darum ſage ich gewieslich, das dies Wort Almemor, auch ein Franzoſiſch Wort iſt, und das iſt zu probieren aus ihrem* Talmud, *aus dem letzten Capitel, das da redt von der Lauberhütten, da ſchreiben ſie von dieſem Almemor, und der Text nennt den Almemor Bima ſcheletz* בימה שלעץ *ein höltzerne Altare, darauf ſchreibt ihr* commentator Rabbi *Salomon, welcher nicht Deutſch ſondern Frantzöſiſch kündt hat, es ſey ein Almemor, das iſt auf Deutſch, darauf man* memoria *halt.* Nolo in iſtis confutandis tempus terere, quis enim non videt, quam infirma ſit collectio, qua Margarita concludit: R. Salomo Gallus בימה per אלמימר exponit, eſt ergo אלמימר vox Gallica. His accedit, quod verbo אלמימר R. Salomo, ne quidem unquam uſus eſſe deprehenditur. Non obſervavi niſi tria Talmudis loca, in quibus vox בימה fuit adhibita, ea ſunt Succa fol. 51. b. Avoda Sara fol. 17. a. & iſte præſens Sotæ. Hic vero ſemper R. Salomo, talem Cathedram nos accipere jubet, qualis ea eſt quam nunc *Almemor* Judæi appellant, ſed ipſe aliter vocat, &, quod mirere, nulla apud eum conſtans eſt lectio. Nam in Succa אלמימברא habent Codices, in Avoda Sara אלמנררא & in Sota אלמברא Quid hic vero cœpto opus erit? Tam certo perſuaſus ſum, me, id quod verum eſt hariolatum eſſe, ut hac vice intrepide audeam pronunciare: Errant Judæi qui nove, & longe aliter, quam R. Salomonis ævo factum eſt, אלמימר vel אלמימרא enunciant: quin & hujus Scriptoris, omnia corrupta ſunt loca. אלמנבר aut אלמנברא enunciari debet, & debet reſcribi. Tenemus enim puram putam vocem Arabicam, المنبر quæ *Suggeſtum, Pulpitum*, deſignat.

(4) *In Atrio*] Virorum ſcilicet, ſi ex familia Davidica genus Rex duceret, at, in Atrio Mulierum, ſi aliunde; quippe, ſolis prioribus, in Atrio Virorum conſidendi fas erat. Sic Maimonides.

(5) *Summus Sacerdos denique exhibebat illum Regi*] Illa ſacri Voluminis per variorum manus traditio, eo ſpectabat, ut tanto majore honore Summus Sacerdos, & Rex afficerentur. Humile enim, & ab illorum dignitate remotum fuiſſet, Legem ab Æдituo accipere. Cæterum, ſimilem illi, quæ hic obſervata, graduum diſtinctionem, alio tempore inter ſe Virgines Judaicas fere attendiſſe deprehendimus ſub finem Taanit. תנו רבנן בת מלך שואלת מבת כהן גדול

בת כהן גדול שואלת מבת סגן בת סגן שואלת מבת משוח מלחמה בת משוח מלחמה שואלת מבת כהן הדיוט וכל ישראל שואלין זה מזה כדי שלא לבייש לו שאין לו : Id eſt: *Traditione Magiſtrorum conſtat*, (quondam XV. menſis Ab, atque Expiationis, feſtis diebus,) *filias Regum* (veſtes) *commodato ſibi petiiſſe a filiabus Summi Pontificis; Has, a filiabus Antiſtitis; filias Antiſtitis, a filiabus Sacerdotis uncti ad bellum; filias Sacerdotis uncti ad bellum, a filiabus Sacerdotum gregariorum; cæteras vero virgines Judæorum idem inter ſeſe factitaſſe* (atque ſic proceſſiſſe indutas) *ne pudore confunderentur, quæ* (veſtibus pulchris) *carebant.*

(6) *Stans eum accipiebat*] Merito iſtam reverentiam Legi ſanctiſſimæ Rex præſtitit, cum etiam eadem hac adverſus homines uteretur. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilchot Melach. Umilcham. c 1. אפילו נביא יהיה כפוף לו שני הרי נתן הנביא ויבא לפני המלך וישתחו למלך ואפילו כהן גדול מצוה להיות כפוף לו ומצוה למלך לעמוד בפני חכמי ישראל ולכבדם כמו שמצינו באסא ויהושפט : Id eſt: *Etiam Propheta, tenetur Regi prono corpore honorem exhibere.* Q. S. E. (1 Reg. I, 23.) Ecce Nathan Propheta: Ingreſſus in conſpectum Regis, incurvavit ſe, honorem exhibens Regi. *Quin, ipſi adeo Summo Pontifici injunctum, coram Rege ſeſe incurvare.* (Vice verſa, etiam) *Regem par eſt, coram Sapientibus Iſraelis conſurgere, & eoſdem honore afficere: quod Aſam & Joſaphatum* (Reges,) *feciſſe proditur.*

(7) *Agrippa Rex*] Raſchi in Gloſſa: אגריפס המלך מלך ישראל היה מזרעו של הורדוס והוא שחרב בית המקדש בימיו : Id eſt: *Rex Agrippa, Judæis imperavit, & ad Herodem genus referebat, ejusque ætate Templum Sanctum ſolo æquatum eſt.* Ergo, ſi Talmudiſtas veteres ſequimur, fuit omnino Agrippas vere Rex Judæorum, ejusque munera in ipſo Templo obivit, nec audiendus eſt Summus Vir, Iſaacus Caſaubonus in Exercitationibus adverſus Baronium p. 16. ſcribens: *Archelao Viennam relegato, Judæa in formulam provinciæ eſt redacta. &c. Ab eo tempore nullus unquam poſtea Judææ neque Rex fuit, neque Ethnarcha, & Judæi ſic proprie dicti, ὑπὸ ἴδιον βασιλέα ἐπαύσαντο εἶναι proprio ſibi Regi* deſierunt eſſe ſubjecti. *Nam, quod Euſebius, & eum ſecutus Baronius, Agrippam juniorem, Regem ultimum Judæorum appellant; quaſi ille Jeroſolymorum Rex fuerit: mera eſt virorum eruditiſſimorum hallucinatio. Fuerunt quidem & ſenior Agrippa, & junior, Reges Judæorum; ſed non Jeroſolymorum, neque τῶν κυρίως λεγομένων hoc eſt, proprie dictorum Judæorum.* Cæterum, quod Raſchi vult, hujus Agrippæ diebus deſolatas eſſe Hieroſolymas, id cum grano ſalis accipere oportet, ut etiam illud tempus, quod ejus mortem excepit, includatur, nam quia intervallum id modicum eſt, tolerabilis evadit locutio. Sic vero res geſta eſt autore Ganſio in Zemach part. 1. p. 34. b. אחר הדברים האלה שלח הקיסר נירון עליהם את שר צבאו אספסינוס ובנו טיטוס כאשר שבו מנצחון אנגלטירה וקסן כמבואר בחלק שני לנקום נקמת הרומיים והעלו עמם עם אשר לא יספר ויד המלך אגריפס היתה עם הרומיים אז נמשח יוסף בן גוריון הכהן למשוח מלחמה וין ברומיים מכה רבה וגדולה אשר לא נהיתה כמוה עד לאחר ימים רבים הכי (Lege הכו) הרומיים את כל עמו לפי חרב ואת יוסף הכהן שלח אספסינוס אסור בזקים לרומי גם את אגריפס המלך ובנו מונבז הוליך אספסינוס עמו כאשר עלה מירושלם לרומי להתקסר שם באמרו אולי ינטו אחרי אחיהם היהודים וימרדו בי לי (לימים Lege) כמו אחרים אחרי ההקסר אספסינוס ויקצוף על אגריפס מלך היהודים כי הלשינו עליו לאמיר (לאמור Legendum) שחשב לבגוד בו וכי שלח לירושלים מכתב על ככה וימת אותו ואת מונבז בנו לפי חרב והיה זה ג׳ שנים ומחצה קודם חרבן הבית והיא שנה תתכ״ה : Vorſtius tranſtulit: *Poſt hæc miſit Cæſar Nero adverſus Judæos Ducem exercitus ſui Veſpaſianum ejusque filium, cum reverſi erant a victoria Angliæ & Saxoniæ, ad vindictam Romanorum expediendam, & adduxerunt ſecum gentem innumeram, & exercitus Regis Agrippæ erat cum Romanis. Tunc unctus fuit Joſephus F. Gorionis ſacerdotis in præfectum belli, atque Romanos magna & multa clade affecit, qualis nondum de Romanis fuerat facta, donec poſt multos dies Romani percuterent gladio totum ejus populum; & Joſephum miſit Romam Veſpaſianus vinctum compedibus, Agrippam quoque Regem & Monebazum filium ejus ſecum deduxit Veſpaſianus cum Hieraſolyma diſcederet Romam, ut ibi Imperator crearetur, dicens, forte deficerent ad fratres ſuos Judæos. Poſt aliquot autem dies ipſi rebellarunt, poſtquam Imperator factus erat Veſpaſianus, & ſuccenſuit Agrippæ Regi Judæorum, quia de ipſo calumniati erant, quod cogitaverat illum decipere, & miſiſſe illum ejuſmodi epiſtolam Hieroſolymam; ac peremit ipſum ejusque filium Monebazum gladio. Atque hoc factum eſt anno 3½ ante excidium, qui erat annus 825.*

(8) *Stansque ex eo prælegit*] Præ modeſtia ſcilicet, quæ ipſius virtus etiam alibi prædicatur in Talmude. Cetuboth fol. 17. a. תנו רבנן מעבירין את המת מלפני הכלה וזה וזה מלפני מלך ישראל אמרו עליו על אגריפס המלך שעבר מלפני כלה ושבחוהו : Id eſt: *Secundum traditionem Magiſtrorum, ſi funus comitantibus accurrat Sponſa,* (quæ e domo paterna ad nuptialem feſtivitatem frequenti hominum caterva ſtipata deducitur, tum qui exequias eunt, huic de via & platea,) *cedere debent. Sed, tam funus, quam Sponſa, ſi Rex obviam fiat, eidem locum dant. De Rege Agrippa tamen proditum eſt, ipſum, cum Sponſam obviam habuiſſet, loco ceſſiſſe, promeruiſſeque ea re laudem eximiam.* Adde. Notemus ſedulo, ipſum Servatorem noſtrum, hactenus morem majorum ſervaſſe, illumque honorem Legi ſacræ detuliſſe, ut eam ſtans acciperet, ſtans ex ea prælegeret, nec prius ſeſſum caperet, quam prælectionem ipſe finiverat, ſuam Explicationem orſurus. Scelus profecto inexcuſabile eſſet, niſi vel hic ſaltem, etſi tardiuſcule, locum integrum e Lucæ cap. IV. commate 16. ſeqq. qui ex Miſchna noſtra tantam lucem accipit, cum ea componere juberemus. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲθ, οὗ ἦν τεθραμμένος· Καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, εἰς τὴν συναγωγήν· Καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι· Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει· Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν· Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· Καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ· ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς· Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· Vetus Interpres tranſtulit: *Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam,* & ſurrexit legere. *Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. Et, ut* revolvit librum, *invenit locum ubi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum* plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. *Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura, in auribus veſtris.*

(9) *Idque Sapientes collaudabant*] Eſt cæteroquin tritum in Talmude, & a noſtra quoque Gemara uſurpatum dictum: מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול Id eſt: *Si maxime velit Rex aliquid de honore remittere, non id tamen licet.* Verum, quia in re ſacra id ab Agrippa factum eſt, hanc pietatem, laus Sapientum merito manſit.

(10) *Exſtillabant oculi lacrymas*] Agnoſcebat enim verba illa ſibi adverſari, & per ea, ſe a dignitate Regia excludi, ob peregrinitatis majorum ſuorum vitium.

(11) *Frater noſter es*] Quid veri ſit in iſta acclamatione, erudite probeque diſquirit, Vir perennis memoriæ, Johannes Seldenus l. 5. de jur. nat. & gent juxta diſc. Ebr. cap. 22. cujus diligentiam grata mente agnoſcere nos convenit.

(12) *Utique frater noſter es*] Quædam Miſchnæ Editiones non tantum bis, ſed etiam tertium ſic acclamatum fuiſſe exprimunt.

פרק ח משוח מלחמה בשעה שמדבר אל העם בלשון הקודש היה מדבר שנאמר והיה בקרבכם אל המלחמה ונגש הכהן זה כהן משוח מלחמה ודבר אל העם בלשון הקודש ואומר אליהם שמע ישראל וגומר על אויביכם ולא על אחיכם לא יהודה על שמעון ולא שמעון על בנימין שאם תפלו בידם ירחמו עליכם כמה שנאמר ויקומו האנשים אשר נקבו בשמות ויחזיקו בשביה וכל מעורמיה׳ הלבישום מן השלל וילבישום וינעילום ויאכילום וישקום ויסכום וינהלום בחמורים לכל כושל ויביאום יריחו עיר התמרים׳ אצל אחיהם וישובו שומרון על אויביכם אתם הולכים שאם תפלו בידם אין מרחמים עליכם אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו וגומר אל ירך לבבכם מפני צהלת סוסים וצחצוח חרבות אל תיראו מפני הגפי תריסין ושפעת הקלגסין אל תפחזו מקול קרנות אל תערצו מפני קול צווחות כי ה׳ אלהיכם ההולך עמכם הן באין בנצחונו של בשר ודם ואתם באים בנצחונו של מקום פלשתים באו בנצחונו של גלית מה היה סופו לסוף נפל בחרב והם נפלו עמו בני עמון באו בנצחונו של שובך מה היה סופו לסוף נפל בחרב והם נפלו עמו אבל אתם אי אתם כן כי ה׳ אלהיכם ההולך עמכם להלחם לכם וגו׳ זה מחנה הארון :

Caput 8. (1) Sacerdos ad Bellum unctus, quando populum alloquebatur, (2) Hebraice verba fecit: Q. S. E. (Deut. XX, 2.) *Et erit* (3) *cum procedetis in prælium, ut accedens Sacerdos.* (Is eſt Sacerdos, ad bellum unctus) (4) *alloquatur populum*, (Hebraice videlicet,) (5) *& dicat eis: Audi Iſraël &c.* Contra inimicos veſtros, (*inquam, expeditionem ſuſcipitis*,) non vero contra fratres veſtros. Non (*pugnabit tribus*) Judæ, contra tribum Simeonis, aut Simeonis, adverſus tribum Benjaminis, ut ſi in illorum manus incideritis, miſericordia erga vos utantur: prout S. E. (2 Chron. XXVIII, 15.) *Et ſurgentes homines quidam, qui expreſſi fuerant nominatim, prehenderunt multitudinem illam captivam, & omnes nudos eorum induerunt ex præda; cumque induiſſent, & calceaſſent, cibumque & potum dediſſent, atque unxiſſent eos, deduxerunt aſinis quemque labantem Jerichuntem, in civitatem palmarum, ad fratres eorum* (6) *deinde reverſi ſunt Samariam &c.* Contra hoſtes (*inquam*) veſtros proditis, quorum ſi in manus incideritis (7) veſtri non miſerebuntur. (Additur porro Deut. XX, 3.) (8) *Ne molleſcat cor veſtrum, ne timete, neque trepidate &c.* (*Id eſt*.) *Ne molleſcat cor veſtrum* (9) ob hinnitum equorum, & fulgorem enſium: *Ne timete*, ob colliſiones ſcutorum (10) & agmen cataphractorum: *Neque trepidate*, ob ſonum tubarum: *Neque expaveſcite*, ob claſſica. *Nam Dominus Deus veſter ambulat vobiſcum.* Ipſi adventant robore miſello humano, vos vero acceditis freti robore Dei infiniti. Venerant (*olim*) Philiſtæi cum robore Goliathi; quid tandem evenit? Ad poſtremum gladio cæſus eſt, & illi pariter cum eodem. Ammonitæ prodibant (*confidentes*) (11) fortitudini Schobachi; At quis fuit finis iſtius expeditionis? (12) Tam illius, quam horum ſtrages. Quantum vero ad vos attinet, minime ita vobis res ſeſe habet: *Nam Dominus Deus veſter, ambulat vobiſcum, prælsando pro vobis &c.* Reſpiciunt hæc comitatum Arcæ.

R. OB. DE BARTENORA.

בלשון הקודש *In lingua ſancta* Deut. 20. dicitur ודבר אל העם & Exod. 19, 19. dicitur משה ידבר והאלהים יעננו בקול quemadmodum illic facta eſt locutio in lingua ſancta, ſic etiam hic in lingua ſancta. לכל כושל *omnem labantem*, omnes qui pedites ire non poterant. בגערת תריסין *ſtrepitus ſcutorum*, quatenus colliſione ſcutorum oritur ſtrepitus, ad terrorem incutiendum. קלגסין ſunt baculi quibus ſunt capita recurvata, quibus percutiunt petras, ut in hoſtes inſiliant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit ſcriptura de ſacerdote ad bellum uncto Deut. 20. ודבר אל העם & Exod. 19, 19. dicitur משה ידבר והאלהים יעננו בקול quemadmodum illic facta eſt locutio in lingua ſancta, ſic etiam hic in lingua ſancta. צחצוח חרבות *fulgor enſium*, & lancium, ſimiliumque inſtrumentorum bellicorum ſplendor. אל תיראו מפני הגפות תריסין *ne timete propter colliſiones ſcutorum*, quando unum per alterum colliditur. הקלגסין ſunt baculi quibus in fine eſt acumen recurvatum, quibus feriunt lapides, & medio eorum diſſiliunt tali, tam virorum quam equorum, eorumque vires & robur enervant.

WAGENSEILUS. Quia in Miſchna, capitis præcedentis, commate 2. traditum fuit, verba concepta, quæ cum vitula decollanda erat, recitabantur, itemque ea, quibus Sacerdos ad Bellum unctus, adverſus hoſtem militaturos, compellabat, haud alio, quam Hebræo ſermone efferri poſſe; ex hac occaſione, nunc de utroque ſequitur, & quidem, per ὕστερον πρότερον præcedit de *Bellandi* apud Judæos ratione. Atque, eſt omnino operæ pretium, etiam hanc habere cognitam, quando nihil melius, nihil Sapientius, ea, quæ in ſua gente obtinuit, & de qua ipſi Deo leges ferre viſum eſt, excogitari potuiſſe, Magiſtri non vane prædicant. Liber Schilte Haggibborim fol. 35. col. 4. אבל קצת מחכמי האומות התיאו כל ימי חייהם לדעת מה לעשות בעת שלום ובעת מלחמה והתורה מבלי עמל ויגיעה האירה עינינו ולמדה לנו כהרף עין את הדרך אשר נלך בו בדרכי העולם ואת המעשה אשר נעשה להנצל בצל החכמה מרשעת גוי העכו״ם : Id eſt: *Quidam ex Sapientibus Gentilium, in id totam vitam inſumſerunt, ut aſſequerentur, quid Pacis, quidque Belli temporibus agere conveniat*, (nec admodum profeciſſe deprehenduntur) *At Lex* (noſtra Divina,) *ſine labore & moleſtia, oculos nobis illuminat, atque in puncto temporis nos edocet, qua in hoc orbe via procedendum, quidque facto opus ſit, ut Sapientiæ umbra tuti eſſe queamus, adverſus Gentium profanarum iniquitatem.* Convenit hæc conſideratio apprime tempori quo iſta ſcribimus, & quo Europa omnis, quanta quanta eſt, toga abjecta, ſagum induit, nihilque niſi mutuas cædas, & ſanguinem meditatur. Quamobrem, actum de nobis eſt, per-

periimus funditus, niſi Deus ex machina brevi nos reſpiciat,

Et Bellum lacbrymoſum, ac miſeram famem,
Peſtemque a Populo, & Principe Cæſare, in
Perſas, atque Pelaſgos,
Noſtra motus agit prece.

(1) *Sacerdos ad bellum unctus*] De hoc Sacerdote, ſic eſt in Codice noſtro MS. Ez Hechajim, Hilchot Melach, Umilchamotav c. 2. & in Smag quoque fol. 192. col. 4. מצוה שיהא כהן אחד ממונה לדבר אל העם בשעת מלחמה ומושחין אותו בשמן המשחה ונקרא משוח מלחמה : Id eſt: *Imperatum nobis eſt, conſtituere Sacerdotem aliquem qui in bellum ituros alloquatur, atque hic oleo ſacro-ſancto inungitur, vocaturque Unctus Bello.* Erat hujus uſus, tam in bello arbitrario, quam in iis expeditionibus quæ juſſu Divino peragi debebant, ceu Maimonides in iiſdem Hilchot. c. 7. ſ. 1. memoriæ prodidit: ejuſque in ſacro ordine tanta fuit dignitas & exiſtimatio, ut uno ſolo minor eſſet Summo Pontifice: Unde Autor præclarus libri Schilte Haggibborim fol. 35. col. 4. בבית הראשון היו מושחין גם כן הכהן המדבר אל העם שנקרא בעבור זה משוח מלחמה היה או המשוח מלחמה קודם לסגן מפני מעלת המשיחה כי לא ימשחו לעולם הסגן מצד מה שהוא סגן : Id eſt: *Templo primo ſuperſtite, unctus quoque fuit Sacerdos, qui exercitum alloquebatur, quique ideo Unctus Bello dictus eſt. Iſte vero Unctus Bello, anteibat Vicarium Summi Pontificis, ob Unctionis reverentiam, nam Vicarii nulla ad id munus ſacro oleo inauguratio.* Et ſane, quædam quoque Summi Sacerdotis proprietas ad Bellum uncto, cum eodem communes erant, quippe ita tradente Moſe Kozenſe in Smag fol. 42. col. 3. הי דברים נוהגין במשוח מלחמה ואלו הן לא פורע ולא פורם ואין מטמא אל הקרובים ומצוה על הבתולה ואסור באלמנה : Id eſt: *Res quinque* (quæ Levit. XXI. de ſolo cæteroquin prædicantur ſummo Pontifice,) *Uncto ad Bellum quoque conveniunt. Idem enim nec caput denudat, nec veſtimenta diſcindit, nec ob cognatorum obitum ſeſe polluit, cogitur præterea virginem ducere, & a vidua abſtinere.* De reliquo, quæ de Oleo Unctionis, ipſoque Sacerdotes & Reges inungendi ritu notanda veniunt, ea habentur in hujus Capitis Jeruſchalmi, & in Babylonico Menachot fol. 77. b. ac Ceritut fol. 5. b. quæ afferremus, niſi ex recentioribus Rabbinis, ſatis jam rem omnem nos docuiſſet eruditiſſimus Voiſinius in Notis ad Raym. Pug. fol. 147. ſeq.

(2) *Hebraice verba fecit*] Facile credo, Unctum Bello, haud alio quam Hebræo ſermone ad milites verba feciſſe, quod ejus Sacerdotis, non niſi vetuſtiſſimis Reip. Hebræorum temporibus, cum ſanctiſſimi olei copia eſſet, ac quoad templum Salomonis perſtabat incolume, uſus fuiſſe proditur. Atqui illo ævo, nullo, quam Hebræo idiomate, Judæi familiariter utebantur. Eſt hæc, niſi fallor ratio, præ alia Gemaræ noſtræ, quæque Peſikta Sutarta fol. 78. col. 1. etiam repetitur. משוח מלחמה בשעה שהוא מדבר אל העם אינו מדבר אלא בלשון הקדש שני והיה כקרבכם אל המלחמה ונגש הכהן ודבר אל העם וכתיב משה ידבר והאלהים יעננו בקול מה דבור נאמר להלן בלשון הקדש אף כאן בלשון הקדש : Id eſt: *Unctus Bello, cum milites alloquitur, verbis tantum Hebraicis uti debet. Nam* (Deut. XX, 2.) *dicitur:* Et erit cum procedetis in prælium, ut accedens Sacerdos loquatur ad populum. *At, alibi* (Ex. XIX, 19.) *legimus:* Moſes loquebatur, Deus vero ipſi reſpondebat voce. *Cum vero in hoc poſtremo dicto, locutio haud alia, quam quæ Hebræo ſermone facta, intelligi poſſit: Conſequens eſt, nec priorem locum de alia accipi oportere.* His Talmud Jeruſchalmi addas licet.

(4) *Alloquatur Populum*] Credo, cum primum inter mortales bella orirentur, jam ſtatim alios Ducum, alios gregariorum militum munere functos eſſe, atque horum pectoribus, illos, compoſita pro re nata oratione, robur vireſque addere ſategiſſe: Sic enim agere, naturæ rationiſque inſtinctus dictabant. Proinde, non aſſentior Autori libri Schilte Haggibborim, qui cæteras gentes, & imprimis Romanos, a Judæis id didiciſſe exiſtimat, milites, quos in prælium educebant, verbis gravibus, viros ſe præſtarent, & fortiter rem gererent, ſedulo ut hortarentur. Incogitantior itaque fuit præ ſtudio, fol. 36. col. 1. ſcribens. הרומיים לא עשו בלבד בתיית המחנות כפי לכור התורה אלא בקרבם אל המלחמה הלכו מכל וכל בעקבות התורה והעמידו להם אנשים חכמים ונבונים שידברו באזני העם דברים טובים ונכוחים לחזק את לב הירא ורך הלבב פן יהפוך עורף ולא פנים לאויב וימס לב אנשי המלחמה כלבנו כנראה בספריהם בסאלוסטיאו ובטיטו ליביאו וסיעתם : Id eſt: *Romani non tantum caſtrorum metationem ſecundum Legis Divinæ inſtituta adornarunt, ſed etiam prælium jam jam inituri, per omnia veſtigiis Legis noſtræ inſtitiſſe deprehenduntur. Ordinarunt enim viros Sapientes & prudentes, qui milites verbis bonis & ſcitis alloquerentur, ut metuentibus & pavidis animum adderent, ne terga potius quam vultus hoſtibus obverterent, atque ſociorum corda juxta ſecum perterrefacerent, prout ex Scriptoribus ipſorum, Salluſtio, Tito Livio, aliiſque ejus generis apparet.*

(5) *Et dicat eis*] Quod ad primam hanc verborum periodum attinet, de ea ſic tradunt Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 375. col. 1. & Raſchi, antiquorum ſequuti autoritatem : שהכהן משוח מלחמה היה מדבר וכהן אחר בכקומו משמיע לעם את הדברים ההמה : Id eſt: *Sacerdotem unctum Bello iſta pro concione enunciaſſe, aliumque Sacerdotem* (excepiſſe ſermonem, & magno clamore) *per caſtra divulgaſſe.*

(6) *Deinde reverſi ſunt Samariam.*] Oſtendunt hæc æquitatem, qua Judæi erga ſe invicem, in bellis civilibus uſi ſunt, quamque non omni exuta humanitate, ferarum more, crudeliter mutuis cædibus ſævierint. Et vero, non tantum adverſus tribules, ſed etiam a gente ſua prorſus alienos, magnam exercuere moderationem, adeo, ut minore fere malo tum bella geſta ſint quam nunc, proh dolor! per amicas regiones, militum fiunt tranſitus. Dicamus aliquid ea de re, ut noſtros, cum Judæorum moribus componendo, videamus, quantopere a conteſtata illorum virtute, degeneraverimus, quos tamen, ſi Chriſtiani vere audire & eſſe volumus, accuratior etiam, ſanctiorque decebat diſciplina. Maimonides Hilch. Melach. c. 6. §. 1. אין עושין מלחמה עם אדם בעולם עד שקוראין לו שלום אחד מלחמת הרשות ואחד מלחמת מצוה שני כי תקרב על עיר להלחם עליה וקראת אליה לשלום אם השלימו וקבלו שבע מצות שנצטוו בני נח עליה אין הורגין מהן נשמה והרי הן למס שני יהיו לך למס ועבדוך : Id eſt: *Haud unquam cuiquam bellum infertur, niſi pace ei prius oblata, ſive Lege Divina imperata, ſive αὐθαίρετος illa expeditio fuerit. Scriptum enim* (Deut. XX, 10.) Cum accedes ad aliquam civitatem ad belligerandum contra eam, primum invitabis eam ad pacem. *Quod ſi* (ii qui petuntur,) *pacem admittant, atque ſeptem præcepta Noachidis imperata amplectantur, nemo unus ex illis trucidandus eſt, ſed fiunt tributarii. Nam, ſic* (allegato capite, commate 2. ſubjungitur:) Et tributum tibi pendent, & ſervient tibi. Addit porro, idem Judæorum Sapiens, aliis interjectis: ואסור לשקר בבריתם ולכזב להם אחר שהשלימו וקבלו שבע מצות ואם לא השלימו או שהשלימו ולא קבלו שבע מצות עושין עמהם מלחמה והורגין כל הזכרים הגדולים ובוזזין כל ממונם וטפם ואין הורגין אשה ולא קטן שנ' והנשים והטף זה טף של זכרים : Id eſt: *Nefas eſt,* (cum ullis mortalium) *pactum fœdus rumpere, aut fidem datam fallere, poſtquam de pace & ſeptem Noachi præceptis colendis, conventum fuit. Quod ſi vero* (quæ natio,) *pacem admittere recuſet, aut pacem quidem, non vero ſeptem Noachidarum præcepta colere velit, cum ea bellum gerendum eſt, omneſque mares eorum adultos occidere, opeſque cum puerulis diripere oportet: Mulieribus enim, & inſontibus maſculis quoque, incolumitas concedenda. Quippe, ſic* (laudato capite XX. Deuter. commate 14. imperat Deus:) Tantum fœminas, parvuloſque, (& jumenta & quicquid erit in ea civitate, omnia ſpolia ejus diripies tibi.) *In quibus verbis, vox* parvulos, *infantes mares innuit.* Allegat deinde Maimonides, Joſuæ exemplum, quod malo referre verbis Gemaræ Schevíit Jeruſchalmi, prout in Excerptis En Iſraël fol. 53. col. 3. legitur: שלשה פרוסטגמאות (Baal Smag fol. 192. col. 2. citans hunc locum, pro iſta voce legit כתבים At in Rabbot fol. 296. col. 3. cum eadem res narratur, nimis corrupte eſt פורש) שלח יהושע לארץ ישראל עד שלא יכנסו לארץ מי שהוא רוצה לפנות יפנה להשלים ישלים לעשות מלחמה יעשה גרגשי פנה והאמין להקדוש ברוך הוא והלך לו לאפריקא גבעונים השלימו שלשים ואחד מלכים עשו מלחמה ונפלו : Id eſt: *Tres*

(Lega-

(Legatos,) *cum παραγγέλμασιν, miſit Joſua ante ſuum in Palæſtinam ingreſſum, ad ejus regionis incolas*, (jubens eis nunciari:) Qui aufugere volet, fugito; qui pacem nobiscum inire poſtulat; inito: Qui pugnare cupit; pugnato. *Gergeſæi, fugam elegerunt, inque verum Numen credentes, petiere Africam. Gibeonitæ pacem fecerunt: Unus & triginta Reguli, qui bellare præoptarunt, occubuerunt.* Jam, in obſidendis urbibus, quanta indulgentia uſi ſunt Judæi ſi fides iis, quæ ex Siphri, Maimonides, & Baal Smag locis indicatis, memoriæ prodiderunt. כשצרין על עיר להתפשה אין מקיפין אותה מארבע רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניחין מקום לבורח ולכל מי שירצה להמלט על נפשו : Id eſt: *Cum expugnaturi civitatem, eam obſidione premunt, non circumquaque ab omnibus lateribus claudenda, ſed tantum a tribus: Reliquendus enim liber locus eſt, aufugere, ſuæque vitæ conſulere volentibus.* Cæterum, non erga homines tantum humanos ſe præbebant Judæi, ſed & circa res eorundem, ipſumque ſolum. (Confer Kozenſem in Smag fol. 68. col. 2.) Rurſus Maimonides: אין קוצצין אילני מאכל שחוץ למדינה ואין מונעין מהם אמת המים כדי שייבשו שנ' לא תשחית את עצה וכל הקוצץ לוקה ולא במצור בלבד אלא בכל מקום כל הקוצץ אילן מאכל דרך השחתה לוקה אבל קוצצין אותו אם היה מזיק אילנות אחרות או מפני שמזיק בשדה אחרים או מפני שדמיו יקרים לא אסרה תורה אלא דרך השחתה : כל אילן סרק מותר לקוץ אותו ואפילו אינו צריך לו וכן אילן מאכל שהזקין ואינו עושה אלא דבר מועט שאינו ראוי לטרוח בו מותר לקוץ אותו וכמה יהא הזית עושה ולא יקצנו רובע הקב זיתים ודקל שהוא עושה קב תמרים לא יקצנו : ולא האילנות בלבד אלא המשבר כלים וקורע בגדים והורס בנין וסותם מעין ומאבד מאכלות דרך השחתה עובר בלא תשחית : Id eſt: *Non amputare licet* (militibus) *arbores frugiferas, etiam eas quæ ſunt extra Palæſtinam, aut aquæ rivulum iis ſubtrahere, ut exareſcant. Sic enim edicit* (Deus Deut. XX, 19.) Ne perdito arbores ejus. *Quare, qui ſecus faxit, flagellationis pœna afficiendus eſt. Neque hæc lex tantum in obſidionibus locum habet, ſed quisquis ullo tempore, arborem frugiferam detruncat, nihil niſi eam perdere quærens, eidem pœnæ ſubjacet. Licet tamen truncare arborem frugiferam, ſi aliis arboribus ipſa nocumento ſit, aut, ſi vicinorum agros incommodet, aut, ſi ligna ejus caro pretio vendi poſſint; tantum enim nudam ejus perditionem facere, Lex Divina vetuit. Arbores ſteriles quaſcunque amputare fas eſt, etiamſi iis haud opus ſit, idemque jus de frugifera arbore quæ conſenuit, fructuſque edit exiguos, ita ut operæ pretium ex ea nemo referas.* (Quærat quis:) *Quantum fructuum Olea edere debeat, ut eam amputare nefas ſit?* (Reſpondeo:) *Tantum, quantum capit Cabi quartarius. Pariter, Palmam, quæ Dactylorum cabum progenerat, nec ipſam amputare licet. Non autem de ſolis arboribus hæc capienda ſunt, ſed quisquis vaſa frangit, aut veſtes dilacerat, quique ædes diruit, fontes obturat, cibaria corrumpit, ex mera impotentia illaturus perniciem, is violati interdicti*, De non perdendo, *reus eſt.* De reliquo, pleraque hactenus tradita, ſuo teſtimonio confirmat quoque Joſephus quando l. 4. Antiq. c. 8. Moſen inter alia ſic loquentem introducit: Στρατοπεδευσάμενοι, πρὸ πάντων μηδὲν τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε· Πολιορκοῦντας δὲ καὶ ξύλων ἀπορουμένους, εἰς ποίησιν μηχανημάτων, μὴ χερσοῦν τὴν γῆν, ἥμερα δένδρα κόπτοντας· Ἀλλὰ φείδεσθαι λογιζομένους ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ταῦτα τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ φωνῆς ἂν εὐπορήσαντα δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς οὐδὲν αἴτια γεγονότα τοῦ πολέμου πάσχοι κακῶς παρὰ δίκην, εἰ δύναμις αὐτοῖς ἦν καὶ μετῳκήσαντα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν· Κρατήσαντες δὲ τῇ μάχῃ τοὺς ἀντιταξαμένους κτείνατε, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐς τὸ τελεῖν ὑμῖν φόρους σώζετε· *Caſtris poſitis, cavete, ne quid aſpere ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem, ſi deſit materies ad machinarum fabricam, ne deglabretis terram, frugiferas arbores excidendo: ſed parcite, non ignorantes in uſum hominum iſta creata, & ſi vox eis daretur, expoſtulatura vobiſcum, quod cum ipſa belli cauſa non fuerint, injuſte affligantur, mutatura domicilium ſi liceat, & alio migratura. Victores in prælio facti, eos qui in adverſa acie ſteterunt cædite, cæteros tributarios futuros ſervate.*

(7) *Veſtri non miſerebuntur*] Quaſi diceret: Ne neſciatis: Gentium aliarum mores ac inſtituta, longiſſime ab illa æquitate qua vos erga victos utimini, abeunt, & apud vos ratio, & clementia, illas contra rabies dominantur, atque impune quidvis etiam in deditios ac ſupplices, audendi licentia. Vera dixit Sacerdos, neque ad barbararum nationum exempla nunc provoco, Romanos, qui tamen, ſi Diis ſuis placet, *bella juſte non minus, quam fortiter gerere didicerant*, allegabo. (Liv. l. 5. c. 27.) De Caucæis, narrat Appianus in Hiſpanicis, veniſſe Senes eorum ad Lucullum in caſtra, ſupplicantium ritu rogantes, quid faciendum eſſet, ut Romanorum gratiam impetrarent? Is obſides imperavit, argentique talenta centum, utque eorum equites ſua ſigna ſequerentur, exegit. Quæ cum omnia obtinuiſſet, ſe in urbe præſidia velle collocare ajebat. Illi cum ne hoc quidem recuſarent, Caucæis duo millia delectorum militum impoſuit, quibus mandatum fuerat in muros aſcenderent, quos cum illi cepiſſent, Lucullus reliquum exercitum immiſit, tubaque ſignum datum, ut ſine ætatum diſcrimine omnes interficerentur. Atque ita per ſummam immanitatem omnes trucidati fuerunt, jurisjurandi fidem, Deoſque, per quorum Numen Romani juraverant, invocantes, ipſisque Romanis eorum perfidiam exprobrantes, per quam viginti millia civium peribant. Apud eundem Appianum mox iterum legimus: *Lucullus qui cum Vacceis abſque Senatus decreto bellum geſſerat, cum eo tempore in Turditaniam veniſſet, Luſitanos vicinis locis arma intuliſſe ſenſit. Idcirco quibuſdam ex iis, quos optimos habuit, Ducibus miſſis, ad mille & quingentos Luſitanos fretum trajicientes cecidit: alios vero qui in quendam collem confugerant, foſſis & caſtellis cinxit: & ſic infinitam multitudinem cepit. Deinde Luſitaniam ingreſſus, partem unam ipſe prædabatur, alteram diripiebat Galba. Nonnullos quoque, qui Legatos miſerent, ut pacta cum Atilio facta, & ab eis rupta confirmarent, in amicitiam recipiebat, ac cum eis rem componebat. Quin etiam fingebat ſe vicem illorum dolere, atque pro certo habere, eos egeſtate conſtrictos, in continua præda fuiſſe, ac ruptis pactis bella geſſiſſe affirmabat. Scio equidem, ajebat, veſtri ſoli ſterilitate egeſtateque vos ad id compulſos eſſe. Verum ego vobis fertile ſolum aſſignabo, ac tripartito vos in pinguibus & fertilibus locis ponam. Illi igitur hac ſpe lactati, ex ſuis domiciliis exierunt: quibus in tres diſtributis partes ſingulis planiciem quandam indicabat, ubi illos conſiſtere jubebat, donec ipſe ad eos veniens, locum condendæ urbis oſtenderet. Ad primos igitur cum veniſſet, arma quaſi amici ponerent imperavit: quod ubi factum eſſet, eos foſſa & munitionibus ſepſit, mox militibus aliquot immiſſis, omnes Deorum Numen & fidem implorantes, ne uno quidem reſervato trucidari fecit. Idem ſecundis, & tertiis celeriter factum, antequam priorum cladem intelligerent.* Adde his, quæ lib. 3. de Jure Belli & Pac. c. 4. § 11. & 12. Grotius exempla collegit. Sed, non adeo mirum ſi tales erga exteros ſe præbebant Romani, quippe qui & adverſus ſeſe, quavis fera immaniores fuiſſe deprehenduntur. Florus l. 4. c. 2. cum Pompeji cladem, quam a Cæſare paſſus memoraſſet, addit poſtremo: *Quanta fuerit hoſtium cædes, ira, rabieſque victoribus, ſic æſtimari poteſt. Hoc a prælio profugi, cum ſe Mundam recepiſſent, & Cæſar obſideri ſtatim victos imperaſſet, ex congeſtis cadaveribus agger effectus eſt, quæ pilis jaculiſque confixa inter ſe tenebantur. Fœdum etiam inter barbaros!* Verum enim vero, poteram labore iſta extranea afferendi ſuperſedere. Sæpe ſæpius propriis exemplis, plus ſatis comprobarunt miſeri Judæi veritatem dictorum Sacerdotis ſui, præcipue, quando olim Republica ipſorum a Romanis deleta, quæ cladem evaſerant reliquiæ, ad ergaſtula damnatæ ſunt, & nec finis fuit malorum, nec modus. De his agendum erat, vel potius inquirere licebat, quomodo a Chriſtianis habiti ſint illi homines, & an mitiora fata, inter nos, quam paganos fuerint experti? Iſte demum Locus Communis, proprie ad præſens faciebat negotium, atque hunc ego bona fide tractare debebam. Atenim, quam multa hic ſe offerunt, quorum

— *Animus meminiſſe horret, luctuque refugit.*

Quare, comprimo me in præſentia, dixi tamen quædam in Specimine Hiſtoriæ Judaicæ Seculi XV. quod in Beatiſſimi

rem geſſiſſet, jam hoc ſuorum lacertorum firmitatis ſignum, omnes oſtendere moliebantur,) *atque non minus quam illorum* (mancorum,) *ſic & horum reperti ſunt ducenties mille.* Sed vero, quis fuit finis tantæ expeditionis? Agnoſcamus verba ipſorummet Magiſtrorum in Gittin fol. 57. b. (Et Talmudis & Excerptorum En Jacob Codices ſic vitioſiſſime legunt pro אדריאנוס quod verum nomen eſt in Rabbot Schalſch. Hak. Zemach. Juchaſin, aliis.) אספסיינוס קיסר הרג בכרך ביתר ת' ריבוא ואמרי לה ארבעת אלפים ריבוא : Id eſt: *Hadrianus Cæſar, trucidavit in urbe Bitter* (Judæorum) *quadringentas, ſeu, ut aliis placet, quater mille myriadas.* Iterum, fol. 58. a. אמר ר' יוחנן ארבעים סאה קצוצי תפילין נמצאו בראשי הרוגי ביתר ר' ינאי ברבי ישמעאל אמר ג' קופות של ארבעים סאה במתניתא תנא מ' קופות של ג' סאין ולא פליגי הא דרישא הא דדרעא אמר ר' אסי ארבעה קבין מוח נמצאו על אבן אחת עולא אמר ט' קבין : Id eſt: *Autor eſt R. Jochanan XL. Sata vaginularum, congeſta eſſe ex Phylacteriis, cæſorum Bitterenſium. R. Janai R. I. F. prodidit, fuiſſe cupas tres, quarum quæque XL. Sata capiebat, Miſchna vero hæc ita efferre, ut dicat fuiſſe cupas XL. & quamque continuiſſe Sata tria. Nec eſt inter hos, & illum diſſenſus; Poſteriores enim de Phylacteriis capitis loquuntur, at prior de brachiorum Phylacteriis,* (quæ, illis capitis, longe ſunt minora) *R. Aſſe, quatuor, R. Ula novem cabos cerebri repertos fuiſſe tradunt ſuper uno lapide.* Atque, quod obiter notamus, hoc in loco allegando, p. 1028. Lexici Talmudici, lapſus eſt Buxtorfius, pro quatuor enim, aut ad ſummum, novem Cerebri Cabis, ipſe nobis XL. dedit, contra omnium Talmudis & En Jacob Codicum fidem. Denique eſt in eodem Talmudis loco : ארבע מאות בתי כנסיות היו בכרך ביתר ובכל אחד ואחד היו בה ת' מלמדי תינוקות ובכל אחד ואחד היו לפניו ת' תינוקות של בית רבן וכשהיה אויב נכנס לשם היו דוקרין אותו בדוקריהן וכשגבר אויב ולכדום כרכום בספריהם והציתום באש : Id eſt: *Quadringenta Gymnaſia fuere in urbe Bitter, quorum quodque inſtructum erat Pædagogis quadringentis, nec pauciores quam quadringentos, quiſque eorum habebat diſcipulos. Iſta pubes, principio hoſtes impetum facientes, graphiis ſuis confodiebat. cum vero hi prævalerent, urbemque cepiſſent, involverunt puerulos illos libris ſuis,* (ſive voluminibus, quæ ipſi ad manus habebant,) *eoſque igne ſic cremarunt.* Adde his Schalſch. Hakkab. p. 29. b. Juchaſin f. p. 32. a.

(12) *Comitatum Arcæ*] Fœderis Arcam, militantibus, in caſtris adfuiſſe, ex 1 Sam. IV. eſt notiſſimum.

ב ודברו השוטרים אל העם לאמר מי האיש
אשר בנה בית חדש ולא חנכו ילך וישוב לביתו
וגו' אחד הבונה בית התבן בית הבקר בית
העצים בית האוצרות אחד הבונה ואחד הלוקח
ואחד היורש ואי שניתן לו מתנה ומי האיש אשר
נטע כרם ולא חללו וגומר אחד הנוטע הכרם
ואחד הנוטע חמשה אילני מאכל ואפילו מחמשת
מינין אחד הנוטע ואחד המבריך ואחד המרכיב
ואחד הלוקח ואחד היורש ואחד שניתן לו מתנה
ומי האיש אשר ארש אשה וגו' אחד המארס
את הבתולה ואחד המארס את האלמנה אפילו
שומרת יבם ואפי' שמע שמת אחיו במלחמה
חוזר ובא לו כל אלו שומעין דברי כהן מערכי
המלחמה וחוזרין ומספיקין מים מזון ומתקנין את
הדרכים :

2. (Legimus Deut. XX, v. 5.) (1) *Deinde alloquentur* (2) *Diribitores populum, dicendo: Quis eſt ille vir qui ædificavit domum novam, &* (3) *non dedicavit eam? Abiens revertitor domum ſuam.* (*Hæc capienda*) (4) de eo quoque, qui (5) Καρπιδοχεῖον, Stabulum, Lignile, aut Horreum condidit. (6) Parque condentis, ementis, hereditario jure adeuntis, vel (7) ex donato impetrantis, ratio eſt. Item: (v. 6.) *Quis eſt ille Vir, qui plantavit vineam,* (8) *nec dum ea ſacris jam ſoluta uſus eſt?* Hæc valent tam de eo, qui vineam plantavit, quam (9) qui quinque arbores frugiferas ſevit, ſi maxime ſint quinque diverſarum ſpecierum. Adde, quod ſerentis, aut palmites propagantis, (10) vel ſurculos immittentis, horumque emtoris, heredis, & ex donato poſſeſſoris, eadem eſt ratio. (Succedit v. 7.) (11) *Quis eſt ille Vir, qui deſponſavit Uxorem? &c.* Si quis deſponſaverat Virginem, aut Viduam, aut ſi quem Levirum fratria præſtolabatur, aut, (12) ſi quis audiverat, in bello periiſſe fratrem ſuum, illi recedendi, abeundique poteſtas concedebatur. (13) Omnes iſti (*de quibus hactenus egimus*,) (14) aures præbuere verbis Sacerdotis, qui aciei adornandæ præerat, & (15) abeuntes, aquam atque alimenta ſubminiſtrabant, viaſque complanabant.

R. OB. DE BARTENORA. אחד הבונה *Tam qui ædificat &c.* quia ipſi nova eſt. ואחד הנוטע חמשה אילני מאכל *& tam is qui plantat arbores quinque frugiferas*, quia ſi hoc modo plantatæ ſunt, habentur vinea, duæ arbores è regione duarum, una autem inferius in caudam deſinens, & conjunguntur ejuſmodi arbores etiamſi quinque diverſarum ſpecierum fuerint.

WAGENSEILIUS. (1) *Deinde alloquentur*] Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 375. col. 1. לחיות החכרזה הזאת לצורך מלחמה היה מדבר כהן משוח מלחמה והשוטר משמיע : Id eſt: *Quia hæc* (ſecunda) *allocutio, attinet ad ipſam Belli expeditionem, ideo Sacerdotem unctum Bello iſta enunciaſſe, Diribitorum divulgaſſe, tenendum eſt.* Eadem & R. Salomonis ad hunc locum & Maimonidis Hilch. Melach. c. 7. §. 3. ſententia fuit. Sed plane aliter in Peſikta Sutarta fol. 78. col. 1. ad verba ודברו השוטרים habet annotatio : כיון שמתחיל השוטר לדבר הכהן משמיע להם הדברים הללו : Id eſt: *Nunc cum fari Diribitor incipit, Sacerdos ſermonem illum divulgat.* Credo, prioribus magis aſſentiendum eſſe, quippe quibus etiam favet noſtra Gemara.

(2) *Diribitores*] De voce שוטרים pro qua Philo Judæus, in lib. de Agricult. τὰς τῆς ϛρατιᾶς γραμματέας poſuit, extat elegans & erudita diſſertatio Nicolai Fulleri l. 3. Miſcell. c. 19. Quæ dici poterant reliqua, opinor, extare omnia, in Cl. Seldeni, de Synedrio Commentariis, a quorum lectione non ita recens ſum, & quos nunc ad manum non habeo. Nolo igitur in his prolixus eſſe, contentus afferre illud Moſis Kozenſis Præc. Aff. XCVII. שופטים הם הדיינים הפוסקין את הדין והשוטרים הם הרודים את העם אחר מצותי שופטים במקל ורצועה עד שיקבלו עליהם את הדין : Id eſt: *Voce* שופטים *deſignantur Judices, qui jus dicunt:* שוטרים *vero eos appellant, qui fuſtibus, & flagris, in ſubjectos tam diu animadvertunt, uſque dum edictis Magiſtratus obtemperant.* Itemque alterum, quod eſt in Jebamot fol. 86. b. אמר רב חסדא בתחלה לא היו מעמידין שוטרים אלא מן הלוים עכשיו אין מעמידין שוטרים אלא מישראל : Id eſt: *Autor eſt R. Chaſda, principio non niſi ex Levitis lectos eſſe Apparitores, Diribitoreſque.*

At vero, nunc, eoſdem tantum legi, ex Iſraelitis alis: Ubi apud Mathæum c. X, 17. habetur. Παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ· Tilianus Interpres Hebræus tranſtulit : ימסרו אתכם לערות ובמקהלות ויסרו אתכם בשוטים ואל שוטרי ואל מלכים : ילכו אתכם למעני Atque hic שוטרים ipſos *Magiſtratus jus dicentes*, non vero eorundem Miniſtros Exactores ſignificat : Cæterum, Syrus Græcam vocem ܣܘܢܗܕܪܝܢ retinuit.

(3) *Et non dedicavit eam*] Sic Vetus Interpres tranſtulit verba ולא חנכו neque id tantum ad mentem τῶν LXX. apud quod, τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ οἰκοδομήσας οἰκίαν καινὴν, καὶ οὐκ ἐνεκαίνισεν αὐτήν: legimus, ſed etiam, ex ſententia Rabbinorum. Abeneſra: חנכו כמו חנכת המזבח וכן חנוך לנער Id eſt: *Vox* חנכו *eo ſenſu hic accipienda, uti cum Altari, aut Pueris additur, quibus caſibus*, Dedicationem, *aut* Initiationem *ſignificat.* Michlal Jophi fol. 39. col. 4. (Ex Beer Moſche apparet excidiſſe hic verba. כמו שנקרא התחלת הלמוד הנער hæc igitur ſupplenda, vertendumque: *Quam vocem de pueris quoque uſurpant, cum primum literis imbui incipiunt.*) התחלת האכילה בבית חדש יקרא חנוך ומנהג הוא שעושים סעודה ושמחה באכילה הראשונה שיאכלו בבית חדש : ולפיכך אמר ולא חנכו Id eſt: *Principium comeſtionis, quod fit in domo novâ, vocatur* חנוך *ſive* Dedicatio. *Atque moris eſt, primam hanc comeſtionem in novis ædibus, facere convivium, & hilares in eo ſeſe præbere : Iſtam igitur ob cauſam, iis, qui hac re defuncti non erant,* (Scriptura è bello recedendi facultatem indulſit.) Recentior Interpres, nonnihil a Rabbinorum iſta explicatione receſſit, tranſtulit enim: *Quis eſt ille vir, qui ædificavit domum novam, & nondum cœpit uti ea?* Sed interim convenit ei cum Joſepho, qui l. 4. Antiq. c. 8. Moſen a bello excepiſſe ait, τοὺς νεωστὶ δειμαμένους οἰκίας, οἷς οὔπω χρόνος ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαύσιος· *Qui ædificata nova domo, nondum integrum annum illa ſunt uſi.*

(4) *De eo quoque qui &c.*] Hinc oportet, nimis perfunctorie Miſchnam noſtram inſpexerit Cl. Seldenus, nec enim alioqui l. 3. Uxoris Ebr. c. 3. ſcripturus erat, ſic prodidiſſe in ea Magiſtros, quod immunitatem a bello, præſtiterint haud ullæ novæ domus, niſi *quæ habitationi idoneæ, eoque nomine poſſeſſæ*; nec enim horreum, ſtabulum, lignile, ac granarium, habitationi idonea ſunt, certe eo nomine a nobis non poſſidentur. Maimonides Hilch. Melach. cap. 7. §. 5. notanter inter הבונה בית לישיבתו Id eſt : *Condentem domum ad habitationem ſuam*, & הבונה בית הבקר בית העצים בית האוצרות Id eſt: *Inter condentem Stabulum, lignile, & granarium, facit diſcrimen.* Subjungit tamen poſtremis illis, ex Gemara : הואיל וראוי לדירה quæ verba ſic accipio, ut cauſam reddant, quare ejuſmodi ædificia recedendi a bello facultatem concedant, quod nimirum pro habitaculis, cum ita neceſſitas exigit, talibus uti liceat.

5. Καρφοδοχεῖον] בית התבן עד ſive *Domus, ubi ſtramen aſſervatur*, Maimonides in loco jam adducto, nullam uti videmus, habuit rationem, ſed illius Commentator, non Autoris, verum Scribæ incuriâ, mentionem excidiſſe exiſtimat.

(6) *Horreum*] Verbis בית האוצרות tum in ſacris, tum alibi frequenter *Gazophylacium* notatur, ſed hoc loco, ſecundum R. Salomonem, domus eſt, ad condendum ibi יין שמן תבואה *Vinum, oleum, frumentum*, ædificata. Eam domum, merito *Horreum* appellavimus, nam illud non tantum frumenti, ſed & vini, aliarumque rerum apotheca eſt, unde & Scævola JCtus in l. 7. D. de fund. inſtr. *Legaverat*, inquit, *horreum vinarium, cum vino & vaſis, & inſtrumento, & inſtitoribus, quos ſecum habere conſueverat.*

(7) *Pareque condentis, ementis &c.*] Nam, iſti omnes Domum, quæ ullo horum modorum obtigit, *Novam* vocare ſolent, proinde Dedicatione opus eſt.

(8) *Ex donato poſſidentis eadem eſt ratio*] Excipiendus ab horum numero, cum Gemara & Maimonide omnino is מי שגזל בית Id eſt: *Qui domum per vim invaſit.* Similem enim Scripturæ mentem fuiſſe Magiſtri credunt, ac Ulpiano erat, cum in l. 134. de Reg. Jur. vere pronunciat: *Quod ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem nemo facere poſſit.*

(9) *Nec dum ea ſacris jam ſoluta uſus eſt.*] Pro מי האיש אשר נטע כרם ולא חללו LXX. habent. Καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ οὐκ εὐφράνθη ἐξ αὐτοῦ: Nempe חללו in *Lætandi* ſenſu acceperunt, quomodo accepit quoque Abeneſra, ſecundum quem, niſi fallor, Scripturæ verba vertenda eſſent: *Quis eſt ille vir, qui plantavit vineam, & nondum ſaltavit in illa?* Annotat enim: מנהג היה לחול בכרמים : Id eſt: *Erat quondam more receptum, ut in Vineis choreas ducerent.* Sed, magis, credo, quadrat ad Scripturæ ſenſum, Veteris Vulgati verſio, qui tranſtulit: *Quis eſt homo, qui plantavit vineam, & nec dum fecit eam eſſe communem, de qua veſci omnibus liceat.* At illa optime, quam ex Junio & Tremellio in textu expreſſimus. Nimirum, quantum apparet, reſpicit Scriptura, ad legem Levitici XIX, 29. ſeqq. promulgatam, qua omnes arbores recens plantatæ, tribus prioribus annis præputiatæ habebantur, ita ut ex iis quicquam comedere nefas eſſet, quarti anni fructus Deo ſacrandi erant, atque quinto demum anno, promiſcuus fructuum uſus concedebatur. Ergo לא אשר לא פדאו uti probe exponit Raſchi, eſt, חללו הכרם בשנה הרביעית שהפירות טעונין לאכלן בירושלם או לחללן בדמים ולאכל הדמים בירושלם : *Qui Vineam ſuam, nondum quarto anno redemit*, (ac religione ſolvit:) *Fructus enim* (illius anni,) *comedendi erant Hieroſolymis, aut, ſaltem eorum pretium æquivalens, ibidem conſumere oportebat.* Convenit Judæorum verſio Germanica: *Und wer der Mann, daß er hat gepflanzt ein Weinberg, und nit er hat geheiligt ihn.*

(9) *Qui quinque arbores frugiferas*] Enim vero, numerus ſolus non ſufficiebat, ſed ut arbores quinque frugiferæ, immunitatem cui a bello præſtarent, illud amplius exigebatur, non quomodocunque aut ſerie continua conſitæ eſſent. Nempe, commodum ſic monente Gemara noſtra: הני מילי שתים כנגד שתים ואחת יוצאה זנב : Id eſt: *Hoc privilegium tantum locum habet, cum binæ arbores, binas reſpiciunt, & una quaſi caudam facit.* Nemo, opinor, tam hebes eſt, qui non continuo ſibi animo fingat, quam Gemara figuram intelligat, quia tamen R. Salomoni operæ pretium viſum eſt, ſchema arborum notis ſuis inſerere, ideo nec nobis vitio verti debet, ſi ejus exemplum imitamur, & quinque arborum quæ verum arboretum faciunt, diſpoſitionem, pariter repræſentamus.



(10) *Vel ſurculos immittentis*] Non negligendum, quod Jeruſchalmi docet, peccari quoties fit inoculatio של אילן מאכל על גבי אילן מאכל מן שאינו מינו : Id eſt: *Germinis frugiferi, in arborem itidem frugiferam, diverſæ ſpeciei:* aut cum immittitur אילן מאכל על גבי אילן סרק *Germen frugiferæ arboris, arbori ſterili.* Quamobrem, Miſchnæ noſtra verba, de iis qui talia moliuntur, legemque Divinam, Lev. XIX, 19. de non ſerendis כלאים ſive quæ Heterogeneorum naturam habent, promulgatam, contemnunt, neutiquam accipere oportet. Tantum ſermo ad illos attinet, qui ejuſdem ſpeciei arbores maritant: כגון שהרכיב תאינה שחורה על גבי תאינה לבנה *Uti cum quis ſurculum ficus nigræ, cum ficu alba ſociat.*

(11) *Quis eſt ille Vir qui deſponſavit Uxorem*] Pertinet huc, quod etiam civiles leges, matrimonia contrahentibus, tantiſper abs togata, ſive forenſi militia immunitatem indulgent. In lege 2. D. de in jus voc. Ulpiani edicitur verbis: *In jus vocari non debet, qui uxorem ducat, aut eam quæ nubat.*

(12) *Si quis audiverit in bello &c.*] Hoc privilegium tam late Gemara extendit, ut dicat: ואפילו חמשה אחין ומת אחד מהם במלחמה כלן חוזרין : Id eſt: *Si caſus ferat, quinque fratres intereſſe expeditioni, atque unus in prælio occumbat*, (non relicta prole maſcula, ſed tantum conjuge vidua) *cæteri omnes domum revertuntur.* Scilicet, quemque horum, jus ad Leviratum vocare poteſt, & quidem natu etiam minimum, ſi reliqui pedes excalceandos præbeant.

(13) *Om-*

(13) *Omnes iſti de quibus hactenus egimus*] Quæ vero, tandem cauſa eſt, quod iſtis enumeratis, diſcedendi è bello poteſtas, præcipue, & ante alios, fuit conceſſa? R. Salomo Jarchi, quæſivit eam in עגמת נפש Sive *Mentis perturbatione.* Cum enim veriſimile ſit, diſcruciari quem animo, ſi ædes novas dedicare, deguſtare vineæ fructus, ſponſam domum ducere prohibeatur, ideo exiſtimat ipſe, Divinam benignitatem, mortalibus, quicquid ejus eſt ægritudinis, voluiſſe adimere. Aliter Joſephus loco ſæpe allegato, Moſis verba explicat, eumque ad iſtorum hominum vecordiam curam intendiſſe arbitratur: τοὺς νεωστὶ δειμαμένους οἰκίας οἷς ἔπω χρόνος ἀπολαύσαντας αὐτῶν ἐνιαύσιος, καὶ φυτεύσαντας, ἔπω δὲ καρπῶν μετεσχηκότας, ἐᾶν κατὰ χώραν· Καὶ τοὺς μνηστευσαμένους δὲ, καὶ νεωστὶ γεγαμηκότας, μὴ πόθῳ τούτων φειδόμενοι τοῦ ζῆν καὶ τηροῦντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ἐθελοκακήσωσι περὶ τὰς γυναῖκας· *Immunes ſint a militia, qui ædificata nova domo, nondum integrum annum illa ſunt uſi: tum qui plantata vinea nondum ex ea fructus perceperunt: & præter hos, qui deſponſata uxore nondum eam domum duxerunt: ne harum rerum deſiderio ſibi parcentes, in gratiam uxorum parum fortiter rem gerant.* Neutra harum opinionum, valde a vero abludit, illa tamen R. Salomonis ſe commendat maxime. Proinde, me quidem inducere nunquam potuit Abarbenel, quicquid etiam fol. 375. col. 1. Comment. in Pentat. contra diſputet, ut eam contemnerem, ſuamque amplecterer quam ipſe verboſe ibidem proponit. Interim hoc tamen illi præſtabo, ut ſententiam ejus afferam in medium, fortaſſe enim gratiam, quam apud me ſua contemplatione haud inivit, alii eidem referent. יש לעיין למה זכר בנה בית נטע כרם נשא אשה ולא דבר אחר ולמה אמר ואיש אחר יחנכנו ואיש אחר יחללנו ואיש אחר יקחנה כי אחר שהאדם ימות מה לו אם איש אחר יחנך את ביתו או יקח את אשתו או יחלל את כרמו ועם (Mallem legere ואם) היות שכתב רש"י ואיש אחר יחנכנו ודבר עגמת נפש הוא זה הנה השכל בלתי סובל שיקשה על האדם שאיש אחר יחנך את ביתו שעדיין לא דר בו ולא שלמה מלאכתו יותר משיקשה עליו שהבית אשר דר בו ונתעדן בתוכו איש אחר יירשנו וכן בענין האשה יותר יקנא האדם על אשתו שכבר לקחה יותר משיקנא על ארוסתו שלא נתייחד עמה : אבל ענין זה כלו נאמר על האיש שהתחיל בדבר שיש מצוה בתכליתו ובהשלמתו והיה מאויו וחפצו להגיע הדבר ההוא על תכליתו מפני קיום המצוה ועבודת האלהים אשר בו : ולכן זכר מי האיש אשר בנה בית שיהיה בו ענין המצוה שזכר כי תבנה בית חדש ועשית מעקה לגגך : וזכר נטע כרם ולא חללו מפני המצוה שהיה בזה בשנה הרביעית לפדות אותו או לחללו ברמים ולהעלותם לירושלם ולאכלם שם : וזכר אשר ארש אשה ולא לקחה שהיה מצוה לקחת אשה ולעסוק בפריה ורביה : הנה א"כ לא היה הענין מפני עגמת נפש ומדאגת הדבר בעצמו מפני התאוה הגופנית כי אם לפי שלא באה המצוה לידו כתאותו ולא הספיקו הימים לקיימה ולזה יקנא באיש אחר יחנכנו ואיש אחר יחללנו ואיש אחר יקחנה שתתקיים המצוה ע"י זולתו ולא על ידו : והדאגה הזאת א"א שתהיה לאדם אחרי דירתו בבית ואחרי היות הכרם בידו שנים רבות ואחרי לקיחת האשה והתעסקותו בפריה ורביה כמצות התורה : Id eſt: *Operæ pretium eſt indagare, cur expreſſa fiat mentio ædificationis domus, plantationis vineæ, & contracti matrimonii, neque alterius cujuſdam rei: Quare itidem dicatur: Et vir alius domum dedicet; & vir alius vinea ſacris ſoluta utatur; & vir alius ſponſam ducat? Nam, ubi quis fatis ſuis conceſſit, quid ſua id refert, ſi vir alius aut domo ejus uti cœpiat, aut ſponſam ejus ſibi copulet, aut vinea illius ſacris jam ſoluta fruatur? Atque, etſi annotat Jarchi,* (ad verba:) Et vir alius dedicet eam: *rem acerbam id fore:* (Tamen huic explicationi nihil videtur tribuendum:) *Neque enim ſana ratio concedit* (credere,) *angi quem, quod alius ſuam domum dedicet, quam nondum incoluit, & cujus opus needum complevit, magis quam ut angatur, quod domus quam inhabitavit, & in qua toties genio indulſit, ad alium ſit perventura hæredem. Eadem ratio eſt de fœmina: Majores enim dolores ſentit vir, ob* (deſerendam) *uxorem pridem ductam, quam ob ſponſam ſuam, quæ tori nondum facta ſocia. Nimirum, omnia hæc attinent ad eum, qui rem quandam exorſus eſt, cujus ſcopus atque perfectio, bonum aliquod opus in lege præceptum involvit, atque eapropter animo ſuo deſiderat rem illam ad finem perducere, quo bonum illud opus effectum reddat, eodemque Deo debitum cultum præſtet. Hac igitur de cauſa mentio fit viri, qui domum condidit, nam, hic præceptum quoddam includitur,* (Deut. XXII, 8.) *memoratum:* Cum ædificas domum novam, tum facies loricam ad tectum tuum. *Illam ipſam ob rationem meminit porro plantationis vineæ, qua quis nondum ſacris ſoluta uſus eſt, annexum enim præceptum, ut anno quarto* (vinea novella) *redimatur, & pecunia Hieroſolymas deportandâ, ibidemque conſumendâ ſacris ſuis ſolvatur. Meminit denique ex eodem fonte Sponſæ, quæ nondum domum ducta, quia mandatum divinum extat, de matrimonio contrahendo & liberis procreandis. Quæ cum ita ſint, non erat illud negotium, ob mœrorem animi, reique ipſius dolorem, quod voluptate aliqua corporali carendum eſſet, ſed quia contra votum, bonum opus edere prohibebatur, nec tempus ſuppetebat, præceptis defungi: atque hanc ob cauſam invidet alteri, ut ædes ſuas initiet, vineam ſuam ſacris ſolvat, ſponſamque ſuam ſibi conjugio jungat, cum præceptum divinum per alium, & non per ſeſe complendum animadvertat. Fieri autem nequit, ut iſte mœror apud quem locum habeat, poſtquam ædes ſuas incoluit, vineam multos jam annos poſſedit, uxoreque ducta prolem ex ea ſuſcepit, atque præſtitit, quod in lege divina facere juſſus eſt.* Enimvero, iſta, mihi cum ingenio quo quiſque natus eſt, quodque rebus aut nondum aut recens acquiſitis, quam iis quæ in poteſtate diu fuerunt, magis fere capitur, vehementer pugnare videntur. Vere Seneca 3. de Benef. c. 3. *Novis ſemper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, ſed quid petamus inſpicimus: non id quod eſt, ſed quod appetitur intenti. Quidquid enim domi eſt, vile eſt.* Præterea conſtat è Sacris literis, ſaltem novis nuptis, univerſo anno eſſe a militia vacuis licuiſſe. At Sponſâ in thalamum deductâ, anno integro haud opus fuit ut mandatum divinum, impleretur: proindeque, ſi vera ſunt quæ Abarbenel diſputat, illud erat conſequens, ut novelli Sponſi quorum conjuges mox fœcundæ redditæ ſunt, etiamſi a contractis nuptiis nondum finitus annus eſſet, militatum ire cogerentur, contra expreſſum Supremi Numinis indultum.

(14) *Aures præbuere &c.*] Sed, ſi fides iis, quæ in libro antiquiſſimo Siphri fol. 47. col. 1. traduntur, כולן היו צריכים להביא עדותו (Lege עדותן) חוץ מן הירא ורך הלבב ושעדיו עמו : Id eſt: *Quiſquis prius cogebatur probatum dare teſtimoniis,* (privilegium immunitatis ſibi competere,) *tantum timidis, pavidiſque & iis qui commilitones teſtes habebant, exceptis.*

(15) *Abeuntes aquam atque alimenta &c.*] Non igitur Druſio ſatis cum Rabbinis convenit, qui *ſolos timidiores & meticuloſiores, exercitui* aquam & cibum in caſtra portaſſe arbitratus eſt: Laudante locum Quiſtorpio, in Annotat. Bibl. part. 1. p. 208.

ג ואלו שאינן חוזרין הבונה בית שער אכסדרי ומרפסת הנוטע ארבע אילני מאכל וחמשה אילני סרק המחזיר את גרושתו אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין לא היה חוזר רבי

3. Sequentibus recedere non licebat. Qui condiderat tantum (1) Prothyrum, (2) Pergulam (3) aut Porticum. Qui plantaverat (*non niſi*) quatuor arbores frugiferas, aut (4) quinque ſteriles. (5) Si quis repetiverat repudiatam. (6) Si quis Pontifex deſpondiſſet ſibi Viduam; Sacerdos vero communis, paſſam repudium, aut donatam calceo. (7) Si Judæus matrimonium iniviſſet cum notha, aut Nethinæa: Item ſi cui Nethinæo, vel Spurio,

רבי יהודה אומר אף הבונה בית על מכונו לא היה חוזר רבי אליעזר אומר אף הבונה בית לבנים בשרון לא היה חוזר :

nuptura erat ingenua Iſraëlitis, abeundi venia non dabatur. (8) R. Judas ait, etiam ſuperſtruenti domum veteri fundamento, diſcedere non licuiſſe. Idem prorſus, R. Elieſer de eo pronunciat, qui (9) domum lateritiam in Sarone (10) condidit.

R. OB. DE BARTENORA.

אילני סרק *Arbores infrugiferæ*, quales ſunt orizæ & pini, quæ non ferunt fructus. המחזיר את גרושתו *qui reduxit repudiatam ſuam*, & deſpondit eam, non reducet eam, eo quod non eſt nova pro ipſo, nam אשה חדשה dicit ſcriptura. אלמנה *vidua*, cui deſpondit pontifex maximus, ob eam non redibat, uti ſcriptum eſt in Lege אשר לקח אשה ולא לקחה dicere potuiſſet ולא לקח & non acceperit, quare dicit ולא לקחה *nec acceperit eam?* reſp. ad ſignificandum quod idonea debet ipſi eſſe in uxorem. R. *Jehuda ait, etiam ſuperſtruenti domum veteri fundamento*, ſi quis deſtruxiſſet eam & denuo ſtruxiſſet menſuram æquantem primam domum, non redit e bello, eo quod non eſt nova pro illo, & minus eſt, ac ſi emiſſet, aut obtigiſſet hæreditate ei. שרון eſt nomen loci qui ita vocatur, & ſolum ejus non valet ad lateres, neque ſatis ſtabile ſolum eſt, nam bis illud ſingulis ſeptis annis renovare ſolebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex, *qui ædificaverit domum*, id eſt, qui ædificaverit domum quæ apta eſt ad habitaculum. Et porro dicit אשר לקח אשה quam ſcil. uxorem duxerat jure. Domus lateritia in Sarone, quia ſingulis ſeptem annis eam bis renovabant; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta R. Elieſerem.

WAGENSEILIUS. (1) *Prothyrum*] Maimonidis Commentator ad Hilchot Schecenim cap. 2. §. 4. ex Raſchi: בית שער בירה קטן שלפני פתח טרקלין Id eſt: בית שער *appellatur domuncula parva, quæ eſt ante fores Triclinii*, (ſeu potjus Palatii.) Ad rem hanc ſignificandam, malui ex l. 245. de V. S. & l. 12. §. Papinianus D. de fundo inſtr. & inſtrum. vocem Prothyrum adhibere, quam *Veſtibulum* dicere, etſi plerique, cum, quod nos, exprimere volunt, id verbi uſurpant. Movit Cæcilii Galli apud Agellium l. 16. c. 5. autoritas, qui prodidit, *Veſtibulum eſſe non in ipſis ædibus, neque partem ædium, ſed locum ante januam domus vacuum; per quem a via aditus acceſſuſque ad ædes eſt.* Cæterum, apud omnes Orientales eam ædium ſtructuram eſſe, ut aperta prima domus janua, quæ plateam ſpectat, mox in aliam quis incidat, quæ velo, quod *tegumentum* Arabes vocant, obducitur, ne intranti introſpicere in conclave detur, ubi paterfamilias degit, pridem ad cap. XIV. Actorum, Ludov. de Dieu annotavit. Extat in Bava Batra fol. 7. de בית שער א״ר uſibus, prolixa diſputatio, cujus nihil adſcribo præter fabellam: ההוא חסידא דהוה רגיל נקא משתעי אליהו בהדיה בנה בית שער ולא אשתעי בהדיה : Id eſt: *Ad quendam Virum bonum, viſere frequenter ſolebat Elias* (Propheta.) *Condiderat* (bonus iſte vir) *Prothyrum, nec amplius cum eo convenit* (Elias.) Nimirum, Prothyrum illud in cauſa erat, ut minus pauperes ſtipem flagitantes, poſſet percipere, hinc de ſua felicitate miſer decidit.

(2) *Pergulam*] Vocem אכסדרא eſſe Græcum ἐξέδρα nemo non videt. Significationes apud Rabbinos variæ ſunt, quas videre licet apud Buxtorf. Lex. Talm. p. 87. David Cohen de Lara in Ir David explicavit: מקום וחדר ששם ישבו כסאות : *Una Lonja con ſus aſſientos.* Id eſt: *Locum, ſeu conclave, in quo ſedilia diſpoſita ſunt.* Sed iſte, & ſimiles ſenſus, præſenti negotio non quadrant, & ille hujus loci, quando pro Pergula, Rabbini id verbum uſurpant. Sic in Bava Batra fol. 25 b. עולם לאכסדרא הוא דומה ורוח צפונית אינו מסובבת וכשחמה מגעת לקרן מערבית צפונית נכנסת ועולה למעלה מן הרקיע : Id eſt: *Mundus hic Pergulæ comparari poteſt, cujus aquilonare latus, non tegitur.* (Nam mundi quoque partes tres, æthere circumſeptæ ſunt, Septentrionalis regio nuda eſt, & æthere deſtituitur.) *Igitur Sol* (Orientalem, Auſtralem, & Occidentalem Orbis partes peragrans, nobis præſens eſt, & in magna hac Pergula conſpicuus. At vero) *poſtquam eò pervenit, ubi regio Occidentalis deſinit, incipitque Aquilonaris vacua, ibi in latus vergens, ſupra æthera ſeſe recipit*, (atque tantiſper dum Sol abeſt, & donec per orientalem plagam rurſus cœli convexa ſubintrat, mortales in nocte degunt, & mera caligine.) Moſes Kozenſis Præc. Neg. XLIV. ex Siphri & Tamid. הנוטע אילן אצל המזבח או בכל העזרה בין אילן סרק בין אילן מאכל אע״פ שהוא עושה אותו לנוי הרי זה לוקה ואסור לעשות אכסדראות של עץ במקדש כדרך שעושים בחצרות ואף על פי שהוא בבנין ואינו עץ נטוע זו הרחקה יתירה שכל עץ מפני שורת הדין שנוטעים אילנות בצד מזבח שלה כדי שיקבצו שם העם : Id eſt: *Quiſquis arborem plantaverit juxta altare, aut in ullo atriorum Templi, ſive ſterilis ſive frugifera ea ſit, atque etiamſi tantum decoris cauſa id faciat, is vapulare debet.* (Violavit enim interdictum Deut. XVI, 21. Non plantabis tibi lucum, & omne lignum ſive arborem juxta altare Domini Dei tui.) *Nefas quoque eſt facere Pergulas ligneas in Templo, quales in amplis atriis parari ſolent, etiamſi per modum fabricæ, non plantationis fiant, nam hoc ex abundanti quadam cautione e verbis*, omne lignum, *adſtruitur*, (ut tanto minus ſemper virentes Pergulæ excitentur.) *Nempe is Paganorum mos erat, ut juxta aras Numinum ſuorum arbores plantarent, quo ſub eas plebs ſeſe reciperet.* Obiter monemus, Lutherum de Pergula accepiſſe voces עלית המקרה quæ Judicum III, 20. 24. leguntur, atque, cum in ſacro textu, de Eglone Moabitarum Rege eſt, והוא יושב בעלית המקרה אשר לו לבדו Ipſum tranſtuliſſe: *Er aber ſaß in der Sommerlaube.* Circa quam tranſlationem Cl. Sauberto, venerabili Antiſtite noſtro nuper didici, hiulcas eſſe hic typographorum vitio editiones recentiores, atque excidiſſe, *die für ihn allein war*, quæ verba habeantur in primis & antiquis. Sed fortaſſe, magis *cœnaculum æſtivum, ſive exedram in qua ob undique patulas feneſtras auræ refrigeratio captabatur*, quam viridem Pergulam, ſignificat עלית המקרה Quippe hanc poſteriorem ſi innuiſſet ſacer contextus, non opus erat ſervis diuturniorem moram ibi faciente domino, denique petere clavem, atque reſerata janua, quid rerum gereret ſcutari. Potius enim foliis quæ pergulam veſtiebant nonnihil remotis, ſic per rimulam introſpexiſſent clanculum. Quare non improbo, quod ille qui Germanicam Lutheri Bibliorum Verſionem, in Suecicam Linguam ſcite tranſtulit, totum hunc locum paulo aliter convertit, atque Autor ſuus etiam in iis exemplaribus quæ integra ſunt, feciſſe deprehenditur, quodque repoſuit: *Och han ſatt vthi en Sommorſaal allena.* Nimirum, magis genuinum arbitratus eſt, illud Vulgati: *Sedebat autem in æſtivo cœnaculo ſolus.* Et τῶν LXX. *Καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῷ θερινῷ τῷ αὐτοῦ μονώτατος.*

(3) *Porticum*] Non præſtant Prothyrum, Pergula, & Porticus ſuis conditoribus immunitatem a bello, quia iſtis fabricis nullo modo ad habitationem uti licet, ne pro tempore quidem, & cum rerum neceſſitas anguſte habitare imperat.

(4) *Aut quinque ſteriles*] Quia enim ſteriles arbores, fructus nullos edunt, ceſſat in iis Legis Divinæ diſpoſitio, quæ fructuum Hieroſolymis comedendorum, fundamentum habet. Monere hoc loco id inſuper oportet ex Gemara noſtra: כרם של שני שותפין אין חוזרין עליו מערכי המלחמה : Id eſt. *Si cujus vinea duobus obtigerit communitas, hæc a belli expeditionibus ſocios communionis non liberat.*

(6) *Si quis repetiverat repudiatam*] Nam novæ tantum uxori

uxori id conceditur, ne ſponſus dubiam belli aleam experiri cogatur, Deut. XXIV, 5. Atqui, ut ait Gemara גרושה אין חדשה לו *Repudiata quæ repetitur, nova uxor dici nequit.*

(7) *Si quæ Pontifex &c.*] De Pontificis, & Sacerdotum conjugiis, dixi ſatis ſupra p. 230. ſeqq.

(8) *Si Judæus matrimonium iniviſſet &c.*] Id Judæis omnibus imperatum erat ut ducerent παρθένους ἐλευθέρας γονέων ἀγαθῶν, *Virgines ingenuas, honeſtis parentibus prognatas*, uti eſt apud Joſephum l. 4. Antiquit. c. 8. Adde quæ pridem diſſeruimus p. 563 ſeqq.

(9) *R. Juda ait &c.*] Nec R. Judæ, nec eam quæ mox ſequitur, R. Elieſeris ſententiam, reliquorum Magiſtrorum aſſenſum meruiſſe, monuit Maimonides. Credo nihilo ſecius, ſi ita accipiatur R. Judæ opinio, prout eam accepit R. Salomo, quaſi nimirum diruentem domum ſuam & eadem penitus menſura ac forma, ex ruderibus denuo reædificantem, ipſe in mente habuerit, ſecundum illum futuram deciſionem. Sed, quis unquam tam ſtultus fuit, ut hoc faceret? Aut, ſi id a quoquam factum eſt, pol! is, ut Baccharum bacchantium, quam Martis caſtra ſectaretur, erat aptior.

(10) *Domum lateritiam in Sarone*] R. Salomo in Gloſſa: מקום הוא ששמו שרון ואין הקרקע יפה ללבינים ולא הוי רבר קיימא שפעמים צריך לחדשם בשבע שנים: Id eſt: *Saron loci nomen eſt, cujus terra formandis lateribus minus apta erat, non enim durabant ex iis ædificata, ſed quovis ſeptennio bis renovatione opus habebant.* Veriſſima eſſe, quæ de illius ſoli ad formandos lateres ineptitudine hic dicuntur, facile poteſt oſtendi: E Canticorum enim II, 2. colligitur, regionem quæ circa Saronem erat, Roſis ſuave rubentibus & odoratiſſimis fuiſſe refertam: ſic enim חבצלת per ורדא Targum explicat. At, ceu Plinius l. 21. Hiſt. Nat. c. 4. nos docet: *Roſa, locis omnibus ſiccis quam humidis odoratior eſt. Seri nec pinguibus vult, nec argilloſis locis, nec riguis, contenta raris, proprieque ruderatum agrum amat.* Niſi Talmud Jeruſchalmi in Gemara noſtra nos fallit: אף כהן גדול היה מתפלל על אנשי השרון ביום הכפורים שלא יעשו בתיהן קבריהן: *Etiam Summus Pontifex, quovis expiationis feſto, nominatim pro Saronitis preces fudit, ne ædes ipſorum, iiſdem in ſepulchra converterentur.*

(11) *Condidit*] Ex laudato Jeruſchalmi, iſtis infelicibus, & nullo privilegio utentibus ædificatoribus addere inſuper oportet: הבונה בית בחוצה לארץ *Omnes eos, qui domus extra terram ſanctam exſtruunt.* Et additur ratio: בית שמצוה לחנכו יצא זה אינו מצוה לחנכו *Tantum ea domus immunitatem a bello præſtat, quæ dedicari meretur: at quæ extra Palæſtinam conduntur domus, ut dedicentur indignæ ſunt.* Amplius, ejuſdem Jeruſchalmi autoritate addendus etiam הבונה בית שאין בו ד׳ אמות על ד׳ אמות *Condens domum, quæ non eſt longa lataque cubitos quatuor.* Allegaturque mox conſtitutio: בית שאין בו ארבע אמות על ד׳ אמות פטור מן המעקה ומן המזוזה ומן העירו׳ ואינו מטבל ואין נותנין לו ארבע אמות לפני פתחו ואין עושין אותו חיבור (Malo legere עיבור ex Succa Babylonicæ Gemaræ fol. 3. b. ubi hæc eadem habentur.) לעיר והנודר מן הבית מותר ליסב בו ואינו צריך ביטול ואינו מיטמא בנגעים ואין הבעלים חוזרין לו במלחמה: Id eſt: *Domus quæ non eſt quatuor cubitos longa lataque, carere poteſt lorica*, (præceptâ Deut. XXII, 8.) *Et ſcheda liminari, ac nota commixtionis vicinitatum. In eam illati proventus non decimantur. Item*, (ſi eveniat, ut cum aliis domibus ejuſdem atrii illa inter cohæredes dividenda ſit) *ejus portæ non conceduntur ulnæ quatuor*, (quod ſpatium omnium cæterarum ædium portis vulgo tribui ſolet, ut liber per hoc veſtibulum ad januam ſit aditus.) *Porro non licet adhibere domunculam hanc ad faciendam prægnationem vicinitatis, duarum urbium:* (Vide Erubin c. 2. & 5.) (Alioqui enim civitatibus duabus, haud magis a ſe invicem diſtantibus quam ulnas CXLI. & ulnæ tertiam; tum ſi excitetur in ipſo medio hujus intervalli domus aliqua juſtæ magnitudinis, eadem parit inter utramque urbem vicinitatem, ut pro una reputentur.) *Amplius, ſi quis votum faciat, nolle ſe ullam inpoſterum domum incolere, in hac parva commorandi facultatem habet. Eſt de ejuſmodi domo etiam illud peculiare, quod venditori ſuo jus redemturæ non tribuit*, (ſecundum leges Levit. XXV, 25. ſeqq. deſcriptas:) *Quod non pronunciatur leproſa*, (nam & hoc tantum juſtarum ædium proprium eſt:) *Item, quod domino liberationem a bello non præſtat.* Miſeras vero ædes, quæ tot ſubjacent incommodis, & jam propemodum dubitare occipio, an quis Judæorum, domum ejuſmodi, ullo unquam ſeculo ſibi paraverit. De B. Hilarione Eremita tamen, in vitis Patrum p. 77. Edit. Witteberg. reperi, etiam iſta menſura humiliorem anguſtioremque illum condidiſſe. Sic enim, inter reliqua, de eo narratur: *A ſexto decimo uſque ad viceſimum ſuæ ætatis annum, æſtus, & pluvias, brevi tuguriolo quod junco & caryce* (Leg. Carice.) *texerat. Extructa deinceps brevi cellula, quæ uſque hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, hoc eſt ſtatura ſua humiliore. Porro longitudine paulo ampliore quam ejus corpuſculum patiebatur, ut ſepulchrum potius quam domum crederes, capillum ſemel in anno die Paſcæ totondit. Super nudam humum ſtratumque junceum, uſque ad mortem cubitavit.*

ד ואלו שאין זזין ממקומן בנה בית וחנכו נטע כרם וחללו הנושא את ארוסתו הכונס את יבמתו שנאמר נקי יהיה לביתו שנה אחת לביתו זה ביתו יהיה זה כרמו ושמח את אשתו זו אשתו אשר לקח להביא את יבמתו אינן מספיקין להם מים ומזון ואינן מתקנין את הדרכים:

4. (1) Sequentes ne loco quidem ſeſe movebant. (2) Qui domum ædificaverat, & dedicaverat. Qui vineam plantaverat, & ſacris ſolutis (3) ea uti cœperat. Qui Sponſam domum duxerat, aut fratriam ſibi junxerat. Q. S. E. (Deut. XXIV, 5.) *Immunis eſto domi ſua annum unum.* (4) Vox לביתו Domum reſpicit: יהיה Vineam ושמח את אשתו Uxorem recens ductam. אשר לקח Fratriam ſupperaddit. (5) Iidem quoque nec cibum potumque miniſtrabant nec vias ſternebant.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו שאין זזין ממקומן *Et hi ſunt qui non movent ſeſe e loco ſuo*, nam alii ſupra memorati ibant uſque ad terminum, & ibi ſacerdotis verba percipiebant, & revertebantur a diſciplina militari ad terram Iſraëlis, at non revertebantur ad domicilia ſua, ut prævenire poſſent in aqua & pane, cæteriſque ad commeatum ſpectantibus præbendis, incommodum eorum qui ibant militatum; & hi ſeſe non movebant loco, ita ut non irent ad terminos terræ, & revertebantur in patriam dicto ſacerdotis. בנה בית וחנכו *qui domum ædificaverat, & dedicaverat*, & non habitaverat in ea annum. Sic etiam ſi quis plantaverat vineam, & profanaverat eam, & annus quartus nondum integer tranſactus erat. נקי יהיה לביתו *immunis eſto propter domum ſuam*, nam לביתו eſt idem ac בשביל ביתו *propter domum ſuam*; יהיה enim auxeſin denotat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואלו שאין זזין ממקומן *Et hi ſunt qui ſeſe non movebant loco*, id eſt, qui non obligati erant domo exire ad diſciplinam militarem, & deinceps redire, ut alii de quibus diximus, ſed qui in integrum nullo modo tenebantur quicquam facere quod ad bellum attinebat.

WAGENSEILIUS. (1) *Sequentes ne loco quidem ſe movebant*] Raſchi in Gloſſa: והנך דלעיל הולכין עד רכפו

לספר ושם שומעין דברי כהן וחוזרין מן המערכה לארץ ישראל אינם חוזרים לבתיהם אלא עוסקין בספוק מים ומזון להולכי המלחמה ואלו אין זזין ממקומן אפילו ללכת עד הכפר ורשות על פי כהן : Id eſt : *Illi enim quorum mentio* (in Pericope 2.) *Praceſſit , ad fines uſque regionis ſigna ſequebantur, ibidemque perceptis verbis Sacerdotis , deſerentes caſtra patriam repetebant. Non tamen ad ædes ſuas reverſi ſunt , ſed aquam & alimenta militantibus ſufficiebant. At iſti , de quibus in hac pericope ſequitur , ne loco quidem ſe movebant , ut vel ad terminos regionis procederent , & datâ a Sacerdote venia ſic demum reverterentur*

(2) *Qui domum ædificaverat & dedicaverat*] Supple: Nec annum integrum eandem incoluerat.

(3) *Ea uti cœperat*] Supple: Anno quarto ſcilicet, quo fructus Deo ſacrandi erant, nondum plane completo.

(4) *Vox* לביתו *&c.*] Noſtræ Gemaræ ratio contorta eſt, magis placet illa Hieroſolymitanæ : כלהון למודין מן האורס מה אשה צריכה שנים עשר חדש אף כלהון צריכין י"ב חדש : Id eſt : *A Sponſo ad reliquos facta eſt collectio. Proinde, quia* Deut. XXIV, 5. *iſti a bello annua conceditur immunitas: Ideo ædificantibus & plantantibus quos Scriptura in allocutione Sacerdotis Sponſo copulavit , tantundem conceſſum videtur.*

(5) *Iidem quoque nec cibum &c.*] In enumeratorum hactenus cenſum , corpore manci adhuc amplius referendi ſunt, qui nec ipſi militiæ nomen dare cogebantur , niſi fallit argumentatio qua Baal Hatturim utitur. יד ביד רגל ברגל וסמיך ליה כי תצא למלחמה לומר כחוסרי אבר אין יוצאין למלחמה : Id eſt: *Præcedit apud Moſen , Manu pro manu , pede pro pede pœnas pendendas: Et ſequitur continuo*: Cum prodibis in bellum. *Quo ipſo docetur , eos qui mutili & decurtati ſunt militiam non ſequi.*

ה ויספו השוטרים לדבר אל העם וגו׳ רבי עקיבא אומר הירא ורך הלבב כמשמעו שאינו יכול לעמוד בקשרי המלחמה ולראות חרב שלופה רבי יוסי הגלילי אומר הירא ורך הלבב זהו המתירא מן העבירות שבידו לפיכך תלתה לו התורה את כל אלו שיחזור בגללן רבי יוסי אומר אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין הרי הוא הירא ורך הלבב :

5. (Legitur Deut. XX, 8.) (1) *Et pergent Diribitores illi alloqui Populum &c.* R. Akiba contendit verba הירא ורך הלבב ſimpliciter accipienda, de eo nempe, (2) qui nequit conſiſtere in conferto agmine, aut intueri gladium ſtrictum. (3) R. Joſe vero Galilæus vult , iis verbis eum notari , qui ſibi ob commiſſum peccatum metuit ; hacque de cauſa Legem cæteros hic coniunxiſſe , ut cum iis ſimul ſecedere poſſet. (4) R. Joſe ait: Summus Sacerdos viduam , Sacerdos gregarius repudiatam , aut calceo donatam ; Judæus ſpuriam aut Nethinæam ; Spurius vel Nethinæus , ingenuam ducentes ; iſti ſunt timidi illi & vecordes , (*qui hoc loco memorantur.*)

R. OB. DE BARTENORA.

ויספו השוטרים וגו׳ *Et pergent diribitores &c.* ad alloquendum populum præter ſacerdotem. שאינו יכול לעמוד בקשרי המלחמה *qui nequit conſiſtere in conferto agmine* , quando colligarunt haſtas ſuas ne irrumperet hoſtis. לפיכך *idcirco*, quia timidus eſt is qui ſibi timet ob commiſſum peccatum, propterea ipſi imponit Lex , uti & ei qui ædificaverat domum , vel plantaverat vineam , aut deſponderat fœminæ, ut redire poſſent ad eas res , & non puderet eos, quando dicebatur de illis quod propter peccatum redibant. *R. Joſe ait, ſummus ſacerdos viduam &c.* ſecundum R. Joſe Galilæum redibant, etiamſi peccaverant in ejuſmodi rebus quæ erant ex inſtitutione Sapientum; & ſecundum R. Joſe neceſſe erat ut peccaſſet in rebus quæ vi Legis inſtitutæ ſunt, ut, ſi ſummus ſacerdos duxiſſet viduam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe Galilæus dicit verba הירא ורך הלבב *Timidus & tener corde*, notare eum qui ſibi timet ob peccatum commiſſum, ſive ex inſtitutione Sapientum, ſive Legis. R. Joſe vero ait, quod timet ſibi tantum ob peccatum Legis , propterea dicit , ſummus ſacerdos viduam; deciſio eſt juxta R. Akibam.

WAGENSEILIUS. (1) *Et pergent Diribitores &c.*] Conſtans Magiſtrorum opinio eſt , quæ ſequuntur in Scriptura verba concepta , non extuliſſe amplius Sacerdotem, ſed uti in hunc locum ait Raſchi : וזה שוטר מדבר ושוטר משמיע *Iſta, quidam Diribitorum pronunciabat , exceptum ſermonem alius Diribitor divulgavit.* Nimirum, humile & indignum Sacerdote erat , ut ipſe de timidis & ad omnem crepitum auramve meticuloſis , animi angeretur: tales enim fœminas , non viros natos eſſe , aut ſaltem peccatorum conſcientia torqueri, neceſſe erat.

(2) *Qui nequit conſiſtere in conferto agmine*] Timidis etiam , conceſſa abeundi licentia, quia , etſi Sacerdos metum omnem abeſſe juſſit , & de victoria ſpem certam fecerat , tamen quidam imbelles ſibi ſuiſque poterant timere capitibus , & dicere : ידענו גם אנו שלנו התשועה ועם כל זה אין לנו לסמוך על הנס כי לא לעולם האדם זוכה שישלח יי׳ מלאכים ויושיעהו וילחם לו : Id eſt: *Etiam nos ſcimus, noſtras partes manere victoriam : nihilo ſecius haud æquum eſt , ut nos ſpeciatim, nobis peculiare miraculum imaginemur* (per quod evadamus illæſi.) *Nec enim ſemper cuique homini ita ſe res habet ut mereatur mitti ſibi Angelum cælitus , qui ſe tueatur , & pro ſe pugnet.* Quæ, leviter ea immutando, ex Schilte Haggibbor. fol. 36. col. 1. ſumus mutuati. Credo, natura ſua valde pavidos fuiſſe Hieroſolymorum incolas , quando inter cætera illorum placita, hoc quoque recitat R. Jochanan in Peſachim fol. 113. a. כשאתה יוצא למלחמה אל תצא בראשונה אלא באחרונה צא כדי שתכנס בראשונה : Id eſt : *Cum caſtra ſequenda ſunt, non primus , ſed poſtremus exeas , ut,* (ceu R. Salomo ſupplet , cum in fugam conjicitur exercitus) *primus evadere poſſis.* Scitum mehercle conſilium, quodque hoc commodum matribus Hieroſolymitanis ſine dubio præſtitit , ne admodum flere cogerentur ! Et vero , e Jud. VII, 3. conſtat , fuiſſe tempus, quo, cum Gideon Imperator meticuloſis caſtra deſerendi licentiam concederet, abeuntibus bis & vicies mille armatis , vix apud ſigna remanſerunt decem millia:

——— *Nam timor unus erat.*

(3) *R. Joſe vero Galilæus &c.*] Eadem fere ſenſit quoque R. Jochanan Saccai filius , cujus hoc dictum extat in Siphri fol. 47. col. 1. בוא וראה כמה חס המקום על כבוד הבריות מפני הירא ורך הלבב כשהוא חוזר יאמרו שמא בנה בית שמא ארס אשה : *Veni, vide , quantopere Deus honori miſellorum hominum conſulat. Ob timidum enim & imbellem corde* (aliis quoque , non minus ac ipſi e bello diſcedendi poteſtatem fecit,) *ut nimirum eo abeunte* (non illico de ipſius ignavia palam conſtaret,) *ſed , ut commilitones ſuſpicarentur , ipſum fortaſſe condidiſſe domum , aut contraxiſſe ſponſalia.*

(4) *R. Joſe ait &c.*] Maimonides, e Gemara docet, hoc inter R. Joſe Galilæi, & alterius R. Joſe ſententias intereſſe quod ille prior de metuentibus ob quæcunque peccata, etiam quæ tantum contra Magiſtrorum dictamina commiſſa erant,

ſermo-

ſermonem formavit. At. R. Joſe poſterior, ſolos eos in mente habuit, quos crimina adverſus legem Divinam patrata vecordes reddunt, atque hinc illa exempla de Summo Sacerdote viduam, Sacerdote gregario repudiatam, aut calceo donatam ducentibus &c. nam hæc cum ipſis Divinis præceptis pugnant conjugia: Interim tamen, nec hujus, nec illius opinio valde probanda, ſed ſimplici R. Akibæ interpretationi eſt inhærendum.

ו והיה ככלות השוטרים לדבר אל העם ופקדו שרי צבאות בראש העם ובעקבו של עם מעמידין זקיפין לפניהם ואחרים מאחוריהם וכשילין של ברזל בידיהן וכל המבקש לחזור הרשות בידן לקפח את שוקיו שתחלת ניסה נפילה שני׳ נס ישראל לפני פלשתים וגם מגפה גדולה היתה בעם ולהלן הוא אומר וינוסו אנשי ישראל מפני פלשתים ויפלו חללים וגו׳ :

6. (Porro legitur v. 8.) *Et erit deſinentibus Diribitoribus alloqui Populum, ut præficiant Principes ordinum militarium, a fronte Populi: Similiter & a tergo ejuſdem.* Nimirum (1) diſpoſuerunt viros robuſtiſſimos a fronte, alioſque a tergo, ii ferratas bipennes in manibus habebant, & cuique profugere volenti, crura amputare, iis permiſſum erat: (2) principium enim fugæ, clades eſt. Q. S. (1 Sam. IV, 17.) *Fugit Iſraël coram Philiſtæis, atque etiam magna plaga fuit in populo.* Sic & alibi (cap. ſcilicet XXXI, 1.) dicitur: *Fugerunt Iſraëlitæ a conſpectu Philiſtæorum, cecideruntque confoſſi* &c.

R. OB. DE BARTENORA.

ובעקבו של עם מעמידין זקיפין *Et in fine diſpoſuerunt robuſtiſſimos*, qui curam habebant ne poſteriores ſe ſubtraherent, & aufugerent: זקיפין enim robuſti, heroës, & præfecti, qui ita vocabantur a זקף *erigere* eo quod profligatos erigebant, & opem ferebant. Cæterum, *ii qui a poſteriori parte diſpoſiti erant, in manibus habebant ferratas bipennes*, ut fugam aliorum militum ſiſterent; כשלין ſunt *ſecures ferreæ.* שתחלת ניסה נפילה *quia principium fugæ clades eſt*, eſt hypallage in verbis, perinde ac ſi dixiſſet, מפני שתחלת נפילה ניסה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתחלת ניסה נפילה *Quia principium fugæ clades eſt*, id eſt, principium cladis eſt cauſa fugæ, & deindè ſequitur integra clades; & hoc eſt quod dicunt in Gemara, ac ſi dixiſſet, מפני שתחלת נפילה ניסה *eo quod initium cladis eſt fuga*, eſt itaque hypallage verborum in phraſi Miſnica.

WAGENSEILIUS. (1) *Diſpoſuerunt viros robuſtiſſimos a fronte*] Qui voce & exemplo alios ad fortiter pugnandum hortarentur, & aliquibus cadentibus, novos ſufficerent, ne turbarentur ordines.

(2) *Principium enim fugæ, clades.*] Eſt in hoc ſermone quam Grammatici vocant, Hypallage, ſive verborum ordinis ac ſtructuræ ea inverſio, ut contrario plane modo res referatur, ac ſe habet. Unde Bartenora: לשון כפורס הוא שבתחלת נפילה ניסה *Agnoſcimus verborum converſionem, cladis enim principium, eſt fuga.* Virgilius XII. Æn. ſimili figura, de Victoria, quæ cladi opponitur, dixit:

Si noſtrum annueris nobis Victoria Martem.

ז במה דברים אמורים במלחמת הרשות אבל במלחמת מצוה הכל יוצאין אפי׳ חתן מחדרו וכלה מחופתה אמר רבי יהודה ב״ד אמורים במלחמת מצוה אבל במלחמת חובה הכל יוצאין אפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה :

7. De quo Caſu hæc (*quæ de abeundi venia dicta ſunt*,) accipienda? (1) De bello arbitrario. At vero (2) in Bello præcepto, omnes in aciem prodibant, etiam Sponſus e cubiculo, & Sponſa ex uraniſco ſuo. (3) R. Judas diverſum ſtatuit, & priora etiam de bello præcepto interpretatur, nec niſi in bello defenſivo, omnes in univerſum ex æquo comparere debuiſſe, opinatur.

R. OB. DE BARTENORA.

במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba?* nimirum quod nonnulli revertebantur e caſtris, & quod alii non movebant ſeſe loco? reſp. de bello arbitrario, ſed ad bellum, quod obligat vi præcepti, omnes ſe conferre debent. De bello ad occupandum terram Iſraëlis, & contra Amalekitas, omnes conveniunt quod omnes vi præcepti ad id tenentur. Cæterum de bello Davidis ad imperii terminos latius extendendos, & ad tributum ab aliis populis capiendum, uti fuit bellum cum Aram Naharaim & Aram Zobha, omnes conveniunt quod ſit bellum arbitrarium. Et R. Jehuda cum primo doctore non eſt contrarius, niſi in eo bello quod Iſraëlitæ geſſerunt contra hoſtes ne prævalerent ipſis, & opprimerent. Doctor primus vocat hoc bellum arbitrarium, & putat quod nemo excuſari poteſt a præcepto quod faciet, ut id relinquat, & abeat ad aliud bellum. R. Jehuda putat, quod hoc etiam ſit bellum præcepti, eo quod ſit ad ſalvandum Iſraëlem; qui vero uni operam dat præcepto, liber eſt ab alio; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes in hoc conveniunt quod bellum ſeptem populorum, & bellum cum Amalekitis gerendum eſt ex debito vi præcepti, & non eſt controverſia inter doctores quod bellum contra reliquos populos ſit arbitrarium. Sed controverſia eorum eſt de bello hoſtium ipſorum quos occiderunt & debilitarunt, ne occiderent Iſraëlitas, & venirent militatum contra ipſos in terra ſua; primus doctor hoc bellum vocat voluntarium; R. Jehuda vocat hanc cædem bellum præcepti. Cæterum juxta ſententiam R. Jehudæ, is qui huic cædi operam dabat, aut ei quod ad eam neceſſarium eſt, liber erat ab alio præcepto, juxta fundamentum illud vulgatiſſimum, quod is qui uni dat operam præcepto, libèr eſt ab alio. Sed juxta opinionem doctoris primi, non dat operam præcepto; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

WAGENSEILIUS. (1) *De Bello arbitrario*] Bellum arbitrarium Maimonides Hilch. Melach. c. 5. §. 1. definit: המלחמה שמלך נלחם כדי להרחיב גבול ישראל ולהרבות בגדולתו ושמעו : Id eſt: *Quod Rex ſuſcipit, ut fines Judæorum extendat, ſibique honorem ac famam paret.*

(2) *In Bello præcepto*] Tale, ſecundum eum Maimonidem eſt מלחמת שבעה עממים ומלחמת עמלק ועזרת ישראל מיד צר שבא עליהם : *Bellum quod gerendum adverſus ſeptem gentes* (Deut. VII, 19. a Deo internecioni devotas) *quibus* (cap. XXV, 19.) *adduntur quoque Amalekitæ. Itemque*

quo pertinet hoc bellum quod contra aggreſſores Iſraëlitarum geritur.

(3) *R. Judas diverſum ſtatuit.*] Statuit ſane diverſum, ſed אין הלכה כרבי יהודה Oleum & operam perdidit, nec aliis perſuadere poterat, ut ſecum ſentirent.

Finiendum verbis Maimonidis in Hilch. Mel. c. 7. §. 17. qui ut mea quidem fert opinio, miſere nimis videre cupiebat illam diem, qua ſuæ gentis homines cum τοῖς ἔξω in aciem progrederentur, bene rem gererent, atque tandem poſſent.

——— *Inter agmina vulgi*
Inter & exangues immiſſa morte catervas,
Victores movere manus :

Tam magnifice verba facit ad Fortitudinem. מאחר שיכנס בקשרי במלחמה ישען על מקוה ישראל ומושיעו בעת צרה וידע שעל יחוד השם הוא עושה מלחמה וישים נפשו בכפו ולא יירא ולא יפחד ולא יחשוב לא באשתו ולא בבניו אלא ימחה זכרונם מלבו ויפנה מכל דבר למלחמה : וכל המתחיל לחשוב ולהרהר במלחמה ומבהיל עצמו עובר בלא תעשה שני אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו ואל תערצו מפניהם : ולא עוד אלא שכל דמי ישראל תלויין בצוארו ואם לא נצח ולא עשה מלחמה בכל לבו ובכל נפשו הרי זה כמי ששפך דמי הכל שני ולא ימס את לבב אחיו כלבבו והרי מפורש בקבלה ארור עושה מלאכת יי' רמיה וארור מונע חרבו מדם : וכל הנלחם בכל לבו בלא פחד ותהיה כונתו לקדש את השם בלבד מובטח לו שלא ימצא נזק ולא תגיעהו רעה ויבנה לו בית נכון בישראל ויזכה לו ולבניו עד עולם ויזכה לחיי העולם הבא שני כי עשה יעשה יי' לאדני בית נאמן כי מלחמות יי' אדני נלחם ורעה לא תמצא בך מימיך והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים את יי' אלהיך : Id eſt : *Ex quo quis in acie eſt conſtitutus, inniti debet illi, qui Spes eſt Iſraëlis, ejuſque auxiliator in adverſitatibus, ac meminiſſe, pro Unitate æterni hujus Numinis ſe depugnare. Ergo, animam manui committat, & nec metum nec formidinem concipiat, neque de uxore aut liberis cogitet, ſed horum memoriam e corde deleat, rebuſque omnibus miſſis, uni bello intentus eſto. Quiſquis enim cogitationibus, & rerum futurarum præſenſionibus, in bello indulgere accipit, & ſeipſum terret, is interdictum Divinum violat quo Deus* (Deut. XX, 3.) *edixit* : Ne molleſcat cor veſtrum, ne timete, neque trepidate, neque expaveſcite coram iis. *Neque intra hoc ſolum nefas ſiſtitur, ſed vero ſanguis Judæorum omnium ex ejus quaſi capite dependet, quare niſi virum ſe præbet, omnique mentis & corporis contentione præliatur, univerſi ſanguinis profuſi reatus in eum redundat. Quo ſenſu* (ibidem v. 9. etiam de uno ſolo timido,) *dicitur* : Neque liquefaciat cor fratrum ejus ſicut cor ſuum. (Jerem, XLVIII, 10.) *Atque hinc in Divinis Prophetarum vaticiniis graviter* : Maledictus qui opus Domini negligenter facit, & maledictus qui gladium ſuum cohibet a ſanguine. *Quiſquis vero quantum omnibus viribus maxime poteſt, intrepide dimicat, atque in id unice mentem dirigit, ut Deum honoret, is certus eſſe debet, nihil periculi ſibi obventurum, nihil mali ſe manſurum, ſed condere eum ſibi domum firmam in ſua gente, ſive felicitatem perpetuam, & derivandam in omnes poſteros quamdiu hic orbis ſupererit. Quin &* (fato ſuo functus) *æternæ vitæ conſors fit,* (quorum omnium teſtis ipſa Scriptura, quippe in qua 1 Sam. XXV, 28. 29. diſerte & perſpicue) *legitur* : Bella Dei, Dominus meus gerit, & malum non obveniet tibi in diebus tuis. Atque erit anima Domini mei ligata in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum.

פרק ט עגלה ערופה בלשון הקדש שנאמר כי ימצא חלל באדמה ויצאו זקניך ושפטיך שלשה מבית דין הגדול שבירושלם היו יוצאין ר' יהודה אומר חמשה שנאמר זקניך שנים ושופטיך שנים ואין בית דין שקול מוסיפין עליהן עוד אחד :

Caput 9. Verba concepta cum vitula decollaretur (1) lingua ſancta (*efferre neceſſe erat.*) (2) Q. S. E. Deut. XXI, 1. *Si quis inveniatur confoſſus in terra : (&c.) Et exibunt Seniores tui, & Judices tui.* Tres (3) e Senatu magno Hieroſolymitano egrediebantur; vel, ut (4) R. Judas perhibet, Quinque. Q. S. E. *Seniores tui* : Quibus duo minimum innuuntur. (*Pari modo & illud* :) *Judices tui* : Saltem duos arguit. Cum vero (5) judicium in æquilibritate non relinquatur, unus adhuc ſupperadditur.

R. OB. DE BARTENORA.

עגלה ערופה בלשון הקדש *Vitula decollata in lingua ſancta,* id quod ſeniores dicebant, ידינו לא שפכו את הדם הזה *manus noſtræ non effuderunt hunc ſanguinem*, & ſacerdotes dicebant, כפר לעמך ישראל *condona populo tuo Iſraël* &c. hoc in lingua ſancta dici neceſſe erat.

שנאמר כי ימצא חלל באדמה וגו' *Uti ſcriptum eſt, quando confoſſus inventus fuerit in terra &c.* ſed Deut. 21, 7. וענו ואמרו & Deut. 27. 14. וענו הלוים ואמרו quemadmodum ergo illic in lingua ſancta, ſic etiam hic in lingua ſancta. היו יוצאים *egrediebantur*, ut menſurarent indè a confoſſo ad latus civitatum circumjacentium, ut conſtaret utra eſſet propior.

ואין בית דין שקול *Cum domus judicii non relinquitur in æquilibrio*, ſenatus non debet tali in caſu eſſe conſtitutus ut ſententiæ æquipolleant, ſed ut plurimi vergant in unam partem ad confirmandum id quod ſcriptum eſt Exod. 23, 2. אחרי רבים להטות

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura de vitula decollata Deut. 21, 7. וענו ואמרו & Deut. 27, 14. dicitur וענו הלוים ואמרו אל כל איש ישראל quemadmodum illic in lingua ſancta allocutio facta eſt, uti expoſuimus, ſic etiam hic in lingua ſancta.

שנאמר כי ימצא חלל באדמה וגו' *Uti ſcriptum eſt ; quando confoſſus inventus fuerit in terra*, vult hujus rei demonſtrationem adferre ex eo quod dicitur Deut. 21, 7. וענו ſed incepit cum initio ordinis ut fieri ſolet, & exponit quomodo fiebat, deciſio eſt juxta R. Jehudam. Cæterum quod dicit ואין בית דין שקול *cum domus judicii non relinquitur in æquilibritate*, vult, ut ſit certus numerus judicum quo fieri poſſit ut deciſio pronunciari poſſit ſecundum ſententiam plurimorum, uti exponitur in principio Sanhedrin.

WAGENSEILIUS. (1) *Lingua ſancta efferre neceſſe eſt.*] Rationem aſſerti habemus in Gemara : שנאמר וענו ואמרו ולהלן הוא אומר וענו הלוים ואמרו וגו' מה עניה האמורה להלן בלשון הקדש אף כאן בלשון הקדש : Id eſt : (Scriptura, vitulæ decollendæ ritus, & ſermonem conceptum, quo Seniores civitatis proximæ uti debent, præſcribens,) *adhibet verba* : וענו ואמרו *Hæc eadem ipſa verba, uſurpavit quoque Deut. XXVII, 14.* (in negotio de recitandis Benedictionibus, & Exſecrationibus.) *Quare uti loco poſteriore de Lingua Sancta accipienda ſunt : Ita idem ſenſus militat quoque in priore.*

(2) *Quia ſcriptum eſt*] Bene obſervat Maimonides, illud שנאמר non eſſe ſenſu ſuo conſueto αἰτιολογικὸν, nec eorum quæ dicta erant cauſam exprimere. Tantum enim hoc loco de Vitula tractationis facit initium, & ſervit ſermonis exordio.

(3) *E Senatu magno Hieroſolymitano*] Eſt quoque hujus aſſerti ratio, in Gemara noſtra, in qua R. Simeon ſic ratiocinatur : אי כתב רחמנא זקני הוה אמינא אפילו זקני השוק כתב רחמנא זקניך אי כתב רחמנא זקניך הוה אמינא אפילו מנהדרי קטנה כתב רחמנא ושופטיך למיוחדין שבשופטיך : Id eſt : *Si* (cum cæſus aliquis repertus eſt,) *exire tantum juſſiſſet Deus*

Deus τὸς זקניםו ſive Seniores, *facile induci potuiſſem, ut crederem, ſufficere, ſi ſenes quicunque etiam e trivio prodeant. Notanter igitur dictum* זקניך Seniores tui (quæ vox ad Magiſtratum proprie attinet.) *Quod ſi vero intra hæc ſubſtitiſſet Supremum Numen, licebat opinari, etiam Minoris Synedrii Senatores fungi hoc officio poſſe. Ergo ad hunc errorem tollendum, adjicitur amplius* ושופטיך Et judices tui, *ut conſtet* (Magiſtratum ſummum,) *Judicumque excellentiſſimos innui.* (Sanhedr. fol. 87.) Cæterum, quia huic cærimoniæ, Aſſeſſores magni Synedrii intervenire oportebat, aliunde vero conſtat, neminem γέροντα ἀποςάτην declarari potuiſſe, niſi a ſummis iſtis Judicibus, ideo ex hac occaſione in Gemara noſtra obiter tangitur quæſtio: *An quis Senatoribus ad dimenſionem intervallorum urbium procedentibus in aliqua re contradicens, ſuamque opinionem præfracte defendens,* γέρων ἀποςάτης *ſeu Senex Rebellis evadat?* Attulit hunc locum, Samuel Petitus l. 3. Obſervat. c. 1. de Bethphage diſſerens, & quia illum corruptum cenſuit, emendavitque, æquum eſt, ut de hujus correctione diſpiciamus, ipſa ejus verba prius præmittentes: Meminit, inquit, Bethphage Gemara Talmudica non ſemel Codice סוטה cap. IX. אמר רב יוסף תא שמע מצא זקן ממרא אבית פגי והימרה עליהן: *Dixit Rab Joſephus: Veni & audi. Invenerunt ſenem rebellem Bethphage, qui adverſus eos rebellavit* &c. Quid facerent ad hunc Bethphage locum, docet paulo poſt eadem Gemara, ſed verba paululum ſunt corrupta, ita enim editur: תניא כוותיה דרב יוסף מצאן אבית פגי והימרה עליהן כגון שיצאו למדידת עגלה: Sed puto reſcribendum e præcedenti Gemara 'ו מצאו eſt enim ו quod mutavit in Nun finale, וזקן *Traditio ſimilis eſt huic Rab Joſephi. Invenit ſenem in Bethphage qui adverſus eos rebellavit: Exiverant autem exempli gratia, ad metiendum e loco cadaveris ſingularum per circuitum ſpatia civitatum, Vitulæ decollandæ cauſa.* Hactenus Petitus. Acutam eſſe hanc viri Doctiſſimi conjecturam, nemo negaverit, ſed an neceſſitas eam exigat, equidem ambigo. Etenim, durum eſt aſſerere, 'ו in Codicibus pro וזקן ſcriptum fuiſſe, cum vocem unicam eamque rarius occurrentem, una ſola litera deſignari, in nullis Membranis conſpiciamus. Tantumque abeſt ut pro וזקן Judæi 'ו ſcribant, ut tollendæ in legendo ambiguitatis cauſa vix וזקן reſcripturos, arbitrer. Dei nominum, vocumque ואמר, רבי, quæque iſtius generis ſunt, alia ratio eſt, & hæc una literula indicare nihil prohibet: ſed ſimilem expreſſionem, & quidem in præſenti Gemaræ loco, וזקן non patiebatur. Tum vero ſine iſta correctione tota lectio ſalva eſt, imo ut מצאן non מצאו legamus, ſi quid judicare poſſum, contextus ratio inſuper flagitat, cujus ſenſus cum nudo *invenit* non tam bene conſtabit, quam ſi, τὸ *eos*, fuerit additum. Neque me admodum movet prioris loci lectio, ſunt enim teſtimonia plane diverſa; aut, ſi quid omnino corrigendum, mallem ex poſteriore, מצאן etiam in priore reſcribere. Dictis fides accedet, ſi poſtremum locum integrum perpendamus, qui habet: תניא כותיה דרב יוסף מצאן אבית פגי והימרה עליהן כגון שיצאו למדידת עגלה או להוסיף על העיר ועל העזרות יכול תהא המראתו המראה ת"ל וקמת ועלית מלמד שהמקום גורם: Ea interpretor: (De תניא כותיה vide Halichot Ol. p. 221.) *Conſtitutio exotica ſuccurrit opinioni R. Joſephi* (ſupra allatæ, eamque tantopere confirmat, ut illius veritas porro vocari non poſſit in controverſiam; Sunt vero illius Conſtitutionis verba:) *Si quis incidat in iſtos* (Synedrii magni Senatores) *in Betphage* (ſive ſuburbanis,) *illiſque pertinaciter contradicat, cum prodeunt verbi ca. ſa ad menſuranda intervalla urbium, vitulæ decollandæ cauſa, aut cum Urbem* (Hieroſolymitanam, Templique) *Atria amplificare inſtituunt, anne iſta contradictio facit rebellionem veram,* (ita ut homo ejuſmodi γέρων ἀποςάτης haberi debeat? Heus vero, ſolvam dubium: Auſculta mihi, quid Deut. XVII, 8.) *Scriptura dicat:* Et ſurgens aſcendes. *Unde datur intelligere, ad locum hæc alligari.* (ita ut nemo γέρων ἀποςάτης evadat, niſi qui Synedrii Senatoribus, in prætorio eorundem congregatis obloquitur, atque τὸ γιγνόμενον τίμημα falſitatis arguere ſuſtinet.)

(4) *R. Judas perhibet*] Atque hæc opinio reliquorum Sapientum animos quoque inſedit, והלכה כרבי יהודה *& pro vera tenenda eſt.*

(5) *Judicium in æquilibritate*] Omnis enim Magiſtratus ita inſtitui debet שאפשר להיות בו אחרי רבים להטות *Ut orto inter hos, qui illo funguntur, diſſenſu, ſecundum plures poſſit fieri deciſio.* Vide Miſchnam Sanhedrin c. 1. §. 6.

ב נמצא טמון בגל או תלוי באילן או צף על פני המים לא היו עורפין שנאמר באדמה ולא טמון בגל נופל ולא תלוי באילן בשדה ולא צף על פני המים נמצא סמוך לספר או לעיר שרובה נוים או לעיר שאין בה בית דין לא היו עורפין אין מודדין אלא לעיר שיש בה בית דין נמצא מכוון בין שתי עיירות שתיהן מביאות שתי עגלות דברי רבי אליעזר ואין ירושלם מביאה עגלה ערופה:

2. Si (*caſus*) quiſpiam, reperiatur ſub acervo occultatus, aut de arbore ſuſpenſus, (1) aut aquis innatans, (*vitulam*) (2) non decollabant. Q. S. E. *In terra.* Ergo non ſub acervo occultatus. *Jacens.* Ergo non ſuſpenſus de arbore. *In agro.* Ergo non aquis innatans. Si (*quis cæſus*) inveniatur (3) prope limites (*terræ Iſraëliticæ*,) aut Civitatem, (4) in qua maxima pars incolarum gentiles ſunt (5) aut in qua judicium nullum eſt: (6) non detruncarunt vitulam. Non (7) menſurabant (*itidem*,) (8) niſi ad Civitatem in qua judicium erat. Si cæſus quis reperiatur (9) in medio duarum Civitatum, ambæ afferebant duas vitulas; (10) ita opinante R. Elieſere. (11) Urbs Hieroſolymitana vitulam haud decollabat.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצא סמוך לספר *Si inventus fuerit prope limites*, circa limites gentilium, non metiuntur, nam id quod ſcriptum eſt כי ימצא חלל excipit eum qui ſeipſum obtuliſſet morti, nam cum circa limites gentilium inventus eſt, ſe res habet, perinde ac ſi ſeipſum obtuliſſet morti.

או לעיר שאין בה בית דין *Aut pro civitate cui non eſt Domus Judicii*, ac ſi dixiſſet, ſi cœſus inventus fuerit circa civitatem in qua non eſt Domus Judicii, tum non metiebantur pro illa, ſed pro civitate in qua erat Domus Judicii, quæ proxima erat. Et ſi hæc non denuo dixiſſet Miſna, intelligi a nonnullis potuiſſet quod nullatenus metiuntur, ideo Scriptura docet Deut. 21, 3. ולקחו זקני העיר ההיא quod intelligendum eſt omni modo; nam vox העיר ההיא redundat in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura Deut. 21, 1. כי ימצא חלל ſi ergo confoſſus inventus fuerit circa civitates gentilium circumjacentes, quæ hoc ſenſu à nobis vocantur ספר *terminus*, tum ſe res habet perinde ac ſi ſeipſum morti obtuliſſet. Præterea ibidem dicitur ולקחו זקני העיר ההיא propterea non metiebantur pro civitate in qua non erat Domus Judicii. Et quod denuo dicit Miſna, אין מודדין אלא לעיר שיש בה בית דין *non metiuntur niſi pro civitate in qua eſt Domus Judicii*, fit, ne quis putet, quod, ſi confoſſus inventus fuerit circa civitatem in qua non erat Domus Judicii, irritum reddatur jus de vitula decollata; ſed relinquebant illam civitatem, & metiebantur pro civitate in qua erat Domus Judicii. Et Scriptura dicit Deut. 21, 1. באדמה אשר יהוה אלהיך נותן לך לרשתה Jeruſoly-

in textu, quia dicere potuiſſet, והיה העיר הקרובה אל החלל ויצאו וקניה Senſus vocis מכוון *æqualiter*, eſt, ut neutri civitati propior ſit, ne hilo quidem.

שתיהן מביאות שתי עגלות · *Duæ adducebant duas vitulas*, at ita non deciditur, nam duæ ſimul in ſocietate adducebant unam vitulam, ita dicitur in Gemara Bechorot. אין ירושלים מביאה עגלה ערופה *ſed Jeruſolyma non adducebat vitulam decollandam*, eo quod ſcriptum eſt באדמה אשר יהוה אלהיך נותן לך לרשתה quod excludit Jeruſolyma, quæ non diviſa fuerunt tribubus.

ruſolyma vero non diviſa fuerunt tribubus, propterea non adducebant vitulam decollandam. Verum R. Elieſer dicit, quod accurate menſurari poteſt, & id quod Scriptura dicit עיר הקרובה *civitas proxima*, etſi duæ civitates ſint proximæ, non impedit. Primus vero doctor putat, neceſſe eſſe ut confoſſus propior ſit uni civitati quam alteri, uti demonſtrat menſura, nam fieri non poteſt ut accurate menſuretur, ita ut æque diſtet a duabus civitatibus. Jam expoſuimus in Gemara Bechorot, quod, ſi confoſſus inventus fuerit in æquali diſtantia a duabus civitatibus, ſimul adducebant decollatam vitulam; & ita deciditur.

WAGENSEILIUS. (1) *Aut aquis innatans*] Ex Maimonide, & Autore Codicis noſtri MS. Ez Hechajim, ſequutis autoritatem Siphri, iſtis addere illum quoque convenit, qui non plane vita dejectus, adhuc mobiliter palpitat: id, ſi facere voles, ſic in Miſchna noſtra concipiendus ſermo fuerit: נמצא מפרפר או טמון בגל או תלוי באילן או צף על פני המים לא היו עורפין שנ' חלל ולא מפרפר באדמה ולא טמון בגל וכו׳ : Id eſt: *Si quis reperiatur adhuc palpitans, aut ſub acervo occultatus, aut de arbore ſuſpenſus, vitulam non decollabant*· Q.S.E. Cæſus: *Ergo non palpitans*. In terra: *Ergo non ſub acervo occultatus* &c.

(2) *Non decollabant*] Cauſam, quare ob ſuſpenſum, aut ſub acervo occultatum cadaver, decollatio vitulæ locum non invenerit, hanc Chaskuni allegat: דאין דרך רוצח לשהות ולטמון ולהתלות מפני שירא לנפשו : *Quia non ſolet tantum temporis ſibi indulgere ſicarius, ut cadaver abſcondat, aut ſuſpendat, eo quod ſuæ vitæ metuit.*

(3) *Prope limites terræ Iſraeliticæ &c.*] Quare ob cæſum in confinio terræ Judaicæ nulla fiat decollatio vitulæ, Talmud Jeruſchalmi rationem reddit, אני אומר סרקים הרגו *Quod ſuſpecta ſit, a Saracenis illum occiſum eſſe.* Nempe, quia vitula tantum Judæorum, non τῶν ἔξω ſcelera expiabat, ideo hoc in caſu, nulla vitulæ decollandæ erat neceſſitas. Maimonides ejuſdem rei hanc rationem attulit: נאמר בתורה כי ימצא ובמחוה קרוב לעיירות הנכרים השכוני לנו והם נקראי כפר הרי הוא כאילו הכציא עצמו למיתה : Id eſt: *Scriptura vitulam decollare jubet*, Si quis inveniatur cæſus. *At, qui prope urbes τῶν ἔξω, quæ in noſtræ regionis (id enim* כפר *proprie ſignificat) vicinitate ſunt, agit, in ſeipſum mortem offerre videtur.* Neutra harum opinionum placet, quia tam longe arceſſuntur, ut vim probandi interim amittant. Credo ſaltem Judæis, probaturum me ſententiam, ſi dicam, ideo ob eum qui in limitaneis Palæſtinæ cæſus offenditur, non decollari vitulam, quia Scriptura ſignanter: כי ימצא חלל באדמה אשר יי׳ אלהיך נתן לך *Si quis reperiatur cæſus* in terra *quam Dominus Deus tuus, dat tibi.* Illud vero *in terra*, limites qui Regionem Judaicam terminant, ejuſque extremas partes definiunt, non concernit. ’Ευδηλον·

(4) *In qua maxima pars incolarum gentiles ſunt*] Iſti enim cædem videntur patraſſe, quando ad latrocinia nati ſunt, digni quos ea propter Numinis vindicta maneat. Nota obiter: Leges de Civitatibus in quibus maxima pars incolarum gentiles ſunt, quæ a Sapientibus latæ paſſim feruntur, etiam de illis accipi debent, in quibus non niſi duo Judæi habitant, nequaquam vero de ea, quam unus ſolus incolit. Sic enim eſt in Lev Tob. fol. 75. col. 1. *Wann ein Jud wohnt in einer Statt, unter eitel* גוים *darvon haben die* חכמים ז״ל *niſcht wollen ſchreiben, und haben niſcht wollen reden darvon, darum weil ſie haben geaſſert ein Jud zu wohnen unter eitel* גוים *den ſie möchten ihn hargen, und wer niemands der ſich ſeiner annehm. Das is ein ſelzam Sach, daß ein Jud ſol wohnen in einer Statt unter eitel* גוים Noſtra tamen ætate, qui quæſtui dediti ſunt Judæi, ſi ſoli in urbe aliqua inter Chriſtianos degere poſſint, felices ſe reputant. Atque profecto, Ratisbonam, Egramque, Germaniæ noſtræ celebres Urbes, Judæi tantum ſinguli incolunt; nec, ſi recte memini, Heidelbergæ quoque major eſt numerus. Vide pecunia quid facit, & ſacra fames auri!

(5) *Aut in qua judicium nullum eſt*] Et quidem בית דין של כ״ג *Judicium conſtans XXIII. Senatoribus, ſive Synedrium minus*, ceu Autor Codicis noſtri Ez Hechajim, Maimonides Hilch. Rozeach. c. 9. §. 4. & Baal Smag quoque fol. 155. col. 2. monuerunt; ne quis credat ſufficere בית דין של שלשה ſive *Triumvirale judicium*. Quia ex Dei inſtituto Senatores Civitatis proximæ prodire debebant, & de ſua innocentia palam teſtari, proinde opus utique erat, ut illa Civitas Magiſtratu inſtructa eſſet, nec ille infimæ claſſis admittebatur, ob negotii arduitatem.

(6) *Non detruncarunt vitulam.*] Quandoquidem Miſchnæ, quæ puncta vocalia adſcripta habet, editio, indicium facit, in aliis Codicibus pro לא היו עורפין legi לא היו מודדין neque nos id negligendum duximus, etſi parvum in ea re ſitum eſt momentum.

(7) *Menſurabant*] Semper inſtituenda dimenſio, quippe, uti eſt in Codice noſtro MS. Ez Hechajim מצוה למדוד אפילו לעיר קרובה בודאי אפילו שידוע שקרובה : *Oportet menſurare etiam civitatem, quam palam & citra controverſiam proximam eſſe conſtat.* Scilicet, præceptum de facienda dimenſione, generale eſt, nullam loci circumſtantiam includens, huic igitur morem gerere convenit.

(8) *Niſi ad civitatem in qua judicium erat*] Illud Miſchnæ, cujus modo mentionem injeci, exemplar, hoc loco, non לעיר ſed כעיר habet, quæ lectio non tantum reliquis editionibus pleriſque, ſed & Gemaræ adverſatur. Ea nos docet, fieri hanc ejuſdem aſſerti illico repetitionem, ne cæteroquin incautior aliquis opinaretur, cum homo cæſus juxta civitatem quæ Synedrio minore non gaudet reperitur, dimenſionem plane nullam inſtitui, uti nulla inſtituitur, cum trucidati, cadaver in confinio regionis Judaicæ, aut in vicinia urbis cujus incolarum major pars gentiles ſunt, jacere deprehenditur. Nimirum, אם נמצא סמוך לעיר שאין בה בית דין מניחין אותה ומודדין לעיר שיש בה בית דין : Id eſt: *Si menſurantibus prima ſeſe offerret Civitas, quæ minore Synedrio caruit, ea miſſa, porro ad aliam, quæ hoc Magiſtratu inſtructa erat, metiri pergebant.* At vero, neſcio cui bono, iſta tam ſolicite inculcentur: Nec enim exiſtimo ullam in Judæa urbem minore Synedrio privam fuiſſe, ſi vera ſunt quæ ſupra p. 15. ex Maimonide docuimus, illud Magiſtratus genus, loca omnia, quorum incolæ tantum CXX. erant numero, agnoviſſe.

(9) *In medio &c.*] Et quod tale eſt, ſecundum proportionem, uti vulgo loquimur, Arithmeticam, ita ut cadaver inter urbes duas, exactiſſimum centrum faciat, atque Bartenoræ verbis: שאין קרובה לו מזו אפילו מלא החוט *Ne una civitas alterâ cadaveri ſit proximior, quanta vel fili poteſt eſſe latitudo.* Profecto, bonos Geometras, oportuit eſſe Synedrii Magni Senatores, & quam dolendum, nulla eorum de hac arte extare præcepta! Quanquam, quid mirum, ſi illi qui omnium gentium linguas tenebant memoriter, qui cum avibus fabulabantur, qui Magiæ peritia certabant cum veneficis, in Mathematicis quoque diſciplinis, ante mortales erant alios?

(10) *Ita opinante R. Elieſere*] Sed opinante male: Nam in praxi, obtinet id, quod ex Gemara, iſto perſpicuo ſermone dicit Maimonides: נמצא הנהרג מכוון בין שתי עיירות אנשי זו ואנשי זו כשהן יביאו עגלה אחרת בשותפות ויתנו ויאמרו אם זו היא הקרובה הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם במתנה ואם אלו הם הקרובים הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם מתנה : Id eſt: *Si cadaver jaceat in centro duarum urbium, nec altera alteram incolarum multitudine ſuperet, vitula unica ſocialis adducitur, atque his verbis fit pactio:* Si hæc urbs vere eſt proxima, hujus eſto junix, alteriuſque urbis cives, ſuam portionem dono dant. Sed ſi iſta vere eſt proxima, illius eſto junix, atque hujus urbis cives, ſuam portionem dono dant.

(11) *Urbs Hieroſolymitana vitulam haud decollabat*] Rationem

tionem ſuppeditat Gemara : דאמר קרא לרשתה וקא סבר ירושלים לא נתחלקה לשבטים : Id eſt : *Jubet Scriptura decollare vitulam, cum quis cæſus reperitur, in terra quam Deus hæreditario jure poſſidendam concedit. At, vera eſt opinio, Hieroſolymas inter tribus non fuiſſe diviſas, ſed manſiſſe communem.* Præter iſtam, habebant & alias prærogativas Hieroſolymæ, ante reliquas civitates omnes, de quibus eſt in Bava Kama fol. 82. b. & exinde in Schalſch. Hak. p. 16. a. & apud Maimonidem in Hilch. Bet Habbechira c. 7. §. 14. Hunc poſtremum, quia latine loquentem jam Cl. Lightfootus Centur. Chorogr. c. 21. pag. 43. introduxit, poteramus ſane, more noſtro, ab iis repetendis abſtinere, qui hanc legem nobis diximus, ut poſt alios ſcribentes, nova quoque, nec de quibus conſtaret aliis notata fuiſſe, proferremus in medium. Sed vero, quia neceſſe eſt, paulo aliter in ſuo libro legerit Vir laudatus, quam noſtra habet Maimonidis editio, quædam quoque verba alio ſenſu nobis accipienda videntur, ac ille ea accepit, non pigebit ipſa verba Hebraica repræſentare, & noſtram quoque ſubjicere explicationem. אלו דברים שנאמרו בירושלים אין מלינין בה את המת ואין מעבירין בתוכה עצמות אדם ואין משכירין בתוכה בתים ואין נותנין בתוכה מקום לגר תושב ואין מקיימין בה קברות חוץ מקברי בית דוד וקבר חולדה שהיו בה מימות נביאים הראשונים ואין נוטעין בה גנות ופרדסים ואינה נזרעת ואינה נחרשת שמא תסרח ואין מקיימין בה אילנות חוץ מגינת ורדים שהיתה שם מימות נביאים הראשונים ואין מקיימין בה אשפה מפני השרצים ואין מוציאין היציעין והגזוזטראות לר"ה מפני אהל הטומאה ואין עושין בה כבשונות מפני העשן ואין מגדלין בה תרנגולת מפני הקדשים וכן לא יגדלו הכהנים תרנגולים בכל א"י מפני הטהרות ואין הבית נחלט בה ואינו מטמא בנגעים ואינו נעשה עיר הנדחת ואינה מביאה עגלה ערופה לפי שלא נתחלקה לשבטים : Id eſt : *Sequentia, prædicantur de Urbe Hieroſolymitana. Nullum ibi pernoctat cadaver,* (ſed actutum ſepelitur,) *nec ullius demortui oſſa in eam inferuntur.* (Solebant enim Judæi, Neceſſariorum, qui peregre, extra natalem locum mortui ſepultique fuerant, oſſa tandem colligere, & Majorum tumulis indere: Qua de re in Moëd Katon fol. 8. a. At vero nefas erat, civibus Hieroſolymitanis, hæc juſta facere volentibus, oſſa cognatorum, undecunque petita, in urbem ſecum apportare, & quoad alibi denuo conderentur, in ſuis aſſervare ædibus.) *Non ibi locantur ædes; non habitare in ea permittitur Proſelyto domicilii. Nulla ibi fiunt monumenta ſepulchralia, niſi quod conditoria domus Davidicæ, & ſepulchrum Huldæ Propheti dis ibi fuerunt, inde a diebus primorum Prophetarum. Non parantur in illa horti aut paradiſi, eademque nec ſeminatur, nec aratur, ad prohibendum fœtorem:* (Lolium enim eradicatum, aut, quâ in ejuſmodi caſu opus foret, ſtercoratio, non poſſent non graveolentiæ alicujus cauſa eſſe. Similem ob cauſam) *nec arbores ibi plantantur, excepto Roſeto, quod iſthic erat inde a temporibus primorum Prophetarum. Nullum ibi ſterquilinium, ut impediatur generatio inſectorum. Nullæ ibi in ædium parte inferiore publicam verſus viam prominentiæ, nec in tectis ſuggrundia,* (atque illud quidem, ne forte reliquam Palæſtinam incolentes Judæi, dum ob feſta ſolemnia urbem petunt, noctu per plateas obambulando, in prominentias quarum ignari ſunt, impingant. Hoc vero,) *ad præcavenda receptacula immunditiei:* (Oſſiculum enim cadaveris, olivam magnitudine æquans, ſi ſubter ſuggrundia forte fortuna devolveretur, coinquinaret omnes qui ſub ea ſe recipiunt, cum ſuggrundia oſſiculum obumbrando, immunditiei quaſi quoddam faciant tentorium. Porro) *nec calcariæ fornaci Hieroſolymis locus erat, ne* (ædificia ibidem,) *ex fumo* (nigrorem contraherent.) *Non alebantur in ea urbe gallinæ, ne quod rebus ſacris* (Deo offerendis, aut poſtea ex ſacrificiorum reſiduis abſumendis, vitium inferretur; ad res enim mundas fœdandas, nullum aliud inter domeſtica animalia gallinis pronius, quippe quæ terram aſſidue fodicando ſæpe oſſicula cadaverum, eruere, & aliorſum deferre ſolent. Proindeque) *Sacerdotes per univerſam Judæam gallos & gallinas a ſe ſegregabant, ut Ablationibus ſua ſemper ſervaretur puritas. Nulla domus in Hieroſolymis vendebatur, ut mancipio daretur,* (nec unquam redimi poſſet ex manu emtoris, ſecus ac de aliarum urbium muro cinctarum ædibus, poſt annum venditionis completum, obtinebat, & qua de re ſanctiſſimi Numinis Levit. XXV, 29. 30. extat diſpoſitio. Nam, quæ Hieroſolymis vendebantur ædes, eas aſſidue redimendi jus erat. Quin & illud proprium habebant domus Hieroſolymitanæ,) *ut lepra infici non poſſent.* (Eſt quoque inter prærogativas ſacræ urbis,) *quod in eam ſententia univerſalis apoſtaſiæ ferri nequibat, quodque vitulam* (ob cæſi hominis cadaver repertum) *non offerebat,* (cujus poſtremi privilegii) *cauſa eſt, quod nulli Tribuum fuit aſſignata.* Cæterum, ad iſtud privilegium Urbis Hieroſolymitanæ, quo a vitulæ decollatione immunis erat, pertinet omnino Hiſtoria, quæ narratur in Joma fol. 23. a. & quam, paucis quibuſdam alienis omiſſis, prout in En Iſraël fol. 102. col. 3. habetur, referemus. תנו רבנן מעשה בשני כהנים שהיו שניהן שוין ורצין ועולין בכבש קדם אחד מהן לתוך ארבע אמות של חברו נטל סכין ותקע לו בלבו עמד רבי צדוק על מעלות האולם בהר הבית ואמר אחינו בית ישראל שמעו הרי הוא אומר כי ימצא חלל באדמה ויצאו זקניך ושופטיך אנו על מי להביא עגלה ערופה על העיר או על העזרות געו כל העם בבכיה בא אביו של תינוק ומצאו לשהוא מפרפר אמר הרי הוא כפרתכם ועדיין בני מפרפר ולא נטמאת סכין ללמדך שקשה עליהם טהרת כלים יותר משפיכות דמים וכן הוא אומר וגם דם נקי שפך מנשה הרבה מאד : ומי עמד ר' צדוק על מעלות האולם בהר הבית וירושלם בת אתויי עגלה ערופה היא והתניא עשרה דברים נאמר בירושלם וזו אחת מהן אינה מביאה עגלה ערופה ועוד לא נודע מי הכהו כתיב והא נודע מי הכהו אלא כדי להרבות בבכיה : Id eſt : *Traditione Magiſtrorum fertur, Sacerdotes quondam duos æquo curſu contendiſſe ad acclivitatem* (Altaris,) *cumque alter alterum quatuor ulnas antevertiſſet, ibi ſocius arrepto cultro, in cor iſtius eum defixit.* (His ita geſtis, *R. Zadok in gradibus Porticus Templi conſtitutus,* (magna & lamentabili voce) *clamare cœpit.* O Iſraëlitæ fratres, attendite: Sic (*Deus*) nobis præcepit : Si inveniatur cæſus in terra (*&c.*) Tunc egreſſi Seniores tui, & Judices tui (*&c.*) Nobis vero, anne Urbis, an vero Templi nomine, vitula decollanda eſt? *Quæ verba omnium fletus, & clamor exceperunt. Interea loci, advenit pater occiſi juvenis, eumque adhuc palpitantem invenit, quare,* (Bono animo eſtote, inquit,) *hæc victima vos expiabit,* (nondum enim filius meus e vulnere obiit,) *ſed adhuc palpitat, proindeque* (vaſa ſacra omnia, & ipſe adeo) *culter* (quo filius meus confoſſus eſt,) *etiamnum pura ſunt,* (cum non niſi ex vero cadavere eadem immunditiem contrahant.) *Atque hinc intelligere eſt, acerbiorem illis viſam fuiſſe, purificationem vaſorum templi, quam ipſam ſanguinis effuſionem: Unde &* (de Manaſſe 2 Reg. XXI, 16. prius legitur,) *cum cædes multas patraſſe,* (& poſtea demum profanationis templi, quam nefando auſu fecerat, mentio injicitur. Quod & ipſum indicio eſt, hoc ſceſus, illo, fuiſſe gravius. Verum enim vero, nunc diſquirit porro Gemara : Itane) *R. Zadok in gradibus Porticus Templi conſtitutus,* (clamare cœpit, &c.) *Quid enim? Anne Civitas Hieroſolymitana vitulam decollandam offert? Atqui didicimus, decem privilegia habuiſſe illam urbem, e quorum numero illud quoque eſt, quod a vitulæ decollandæ oblatione erat immunis. Amplius, vitula ſecundum Dei præceptum, non decollabatur, niſi cum de homicida non conſtaret: at in hoc caſu, minime id latebat:* (quomodo igitur quadrant illa, quæ R. Zadok enunciavit?) *Nimirum* (hæc ideo ab eo prolata ſunt, ut voce miſerrima, audientium) *tanto uberiores lachrymas proliceret.*

ג נמצא ראשו במקום אחד וגופו במקום אחר מוליכין הראש אצל הגוף דברי רבי אליעזר רבי עקיבא אומר הגוף אצל הראש :

3. (1) Si caput (*avulſum*) in uno loco, truncuſque in alio reperiatur; admotum caput trunco, ex ſententia R. Elieſeris. Sed R. Akiba, truncum Capiti admotum contendit.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצא ראשו במקום אחד *Si caput eius inventum fuerit in uno loco*, hic non tractat doctor de menſuratione, nam cum ſtatim dicit Miſna ſequenti, מאין היו מודדין *undenam menſurare incipiebant*, infertur quod hic non tractat de menſuratione, ſed de mortuo præcepti qui acquiſivit locum ſuum, cujus caput ſi inventum fuerit in uno loco, & corpus in alio, caput deferunt ad corpus, & ſepeliunt eum in loco ubi invenitur corpus, quia dicimus quod corpus cadit in loco ſuo, & caput movetur, hæc ſunt verba R. Elieſeris. R. Akiba dicit, quod deferunt corpus ad locum ubi eſt caput, quia caput in loco ſuo cecidit, & corpus devolvitur e loco ubi cecidit; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia eorum hic non eſt quod ad menſurationem, de qua deinceps controverſia eſt, ſed de mortuo præcepti, de quo nobis fundamentum eſt quod acquirit locum ſuum, & ſepelitur in ſpatio quatuor ulnarum. Et dixerunt, quinam eſt locus? an eſt locus in quo inventum fuerit caput ejus, an vero locus in quo inventum fuerit caput illius. Jus autem illius qui cæſus inventus eſt, ſe habet ut mortui præcepti, eo quod ſepeliebatur in loco ubi inventus fuerat; deciſio eſt juxta R. Akibam.

WAGENSEILIUS. (1) *Si caput avulſum &c.*] Probe docetur in Gemara, hanc pericopen ad dimenſionem ab invento cadavere ad urbem proximam faciendam, nihil attinere, ſed במת מצוה קנה מקומו קיפלגי de reperto cadavere, cui ex veteri inſtituto, ſubjectum ſolum, in ſepulturam cedit, inter R. Elieſerem, & R. Akibam diſputationem eſſe. Etenim, quia forte inventum cadaver quatuor ulnas, e ſolo cui incumbit, ſibi occupat, & intra illud ſpatium ſepeliri debet, jam oritur quæſtio, utrum humationem in loco ubi caput, an vero ubi truncus inventus fuit, inſtituere conveniat? Non exprimit Gemara, utrius opinio vicerit, ſed Maimonides pro Akiba pronunciatum eſſe aſſerit, fortaſſe ob regulam veterem, quæ eſt quod in Halichot Olam tract. 5. cap. 1. הלכה כרבי עקיבא מחבירו ולא מחבריו Id eſt: *Cum uno diſputans R. Akiba vincere ſolet, ſed cum pluribus, cauſa ſolet cadere.* Atque ſic in ea quoque quæ ſequitur pericope, ejus opinio, miſſis reliquis eſt amplectenda.

ד מאין היו מודדין רבי אליעזר אומר מטיבורו רבי עקיבא אומר מחוטמו רבי אליעזר בן יעקב אומר ממקום שנעשה חלל מצוארו :

4. Unde menſurari cœptum eſt? R. Elieſer vult, (1) ab Umbilico. (2) R. Akiba a Naribus. R. Elieſer. F. I. ab eo loco ubi quis jugulatur; nimirum a Jugulo.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר מטיבורו *R. Elieſer dicit, ab umbilico*, quia putat quod cauſa principalis conſiſtit in umbilico. רבי עקיבא אומר מחוטמו *R. Akiba dicit a naribus*, quia putat quod fundamentum vitæ eſt in naribus, uti ſcriptum eſt Gen. 7, 22. כל אשר רוח נשמת חיים באפיו ממקום שנעשה חלל מצוארו *Ab eo loco quo jugulatus eſt, nimirum a jugulo*, eo quod non vocatur חלל *cæſus*, niſi a jugulo, uti ſcriptum eſt. Jecheſ. 21, 34. על צוארי חללי Deciſio eſt juxta ſententiam R. Akibæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Elieſer dicit, quod fundamentum vitæ eſt in umbilico, eo quod eſt in medio corporis, & comprehendit vaſa quæ cibos digerunt R. Akiba dicit, quod locus reſpirationis eſt magis neceſſarius ad vitam; & ſic dicitur in Scriptura Gen. 7, 22. כל אשר רוח נשמת חיים באפיו Deciſio eſt juxta R. Akibam.

WAGENSEILIUS. (1) *Ab umbilico*] Ut verum fatear, ſi me judice certaſſent iſti Rabbini, ego quidem pro R. Elieſere pronunciaſſem, ita ejus ſe mihi commendat opinio. Eſt enim ſic dicente Judæorum Medicorum Principe Maimonide, Umbilicus, אמצעות הגוף הכולל כלי המזון שבהם נמשך המאכל *Corporis humani centrum, complectens inteſtina per quæ cibus commeat.* Huic conſonat ipſe Galenus l. 2. de Decret. Hippocrat. & Plat. c. 4. Εἰ ἀκριβῶς τις ἐξετάζοιτο τὰ κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐςὶ μέσα. *Si quis accurate inveſtigaverit, ea quæ ad umbilicum ſpectant media ſunt.* Et l. 15. de uſu part. c. 4. ὁ ὀμφαλὸς τὴν μέσην χώραν τοῦ παντὸς ζώου κατείληφεν: *Umbilicus medium totius animalis obtinet.* Et vero, iſtius aſſerti, demonſtratorem quoque habemus Vitruvium, quando lib. 3. Architect. c. 1. *Si homo*, inquit, *collocatus fuerit ſupinus, manibus ac pedibus panſis, collocato centro in umbilico ejus, circumagendo rotundationem, utrarumque manuum & pedum digiti linea tangentur.* Vide Schema quod in Vitruvii Codicibus ſolet exprimi. Iſtis accedit, vix aliud, inter externa, membrum haberi, cujus tanta, ac Umbilici, ad vitam vis eſt, ſecundum ea quæ narrat Cæſar Scaliger Exercit. CCXLVI, 2. adv. Cardan. dum ait: *Spero in hac hiſtoria, incitaturum me ſtudioſos, ad cauſæ inquiſitionem. Apud Ægyptios hodie, graſſatores, & rebelles, pro ſupplicio, vivos exui corio. Eos ita demum diu magno cum cruciatu vivere, ſi carnifex umbilicum ferro non attingat. Eo tacto, illico exſpirare.*

(2) *R. Akiba a Naribus: R. Elieſer F. I. &c.*] Cum priore illo R. Elieſere in dimenſione trucidati (Martial. l. 4. Epigr.)

Jam pervenimus uſque ad umbilicos,
Hi procedere adhuc, & ire quærunt.

De ratione qua quiſque ducebatur, vide mox in Excerpto primo Gemaræ.

ה נפטרו זקני ירושלם והלכו להן זקני אותה העיר מביאין עגלת בקר אשר לא עבד בה אשר לא משכה בעול ואין המום פוסל בה ומורידין אותה לנחל איתן ואיתן כמשמעו קשה אף על פי שאינו איתן כשר ועורפין אותה בקופיץ מאחוריה ומקומה אסור מלזרוע ומלעבוד ומותר לסרוק שם פשתן ולנקר שם אבנים :

5. (*Quam primum*) Senatores Hieroſolymitani recedentes abiverant, adduxere (1) Senatores illius Urbis, (*quæ caſo proximior eſſe deprehenſa fuit*,) (2) vitulam de armento, (3) qua nullus unquam labor peractus, quæque nondum traxerat jugum, (4) labis tamen omnis expertem eſſe, neceſſe non fuit. Illam deduxere ad (5) torrentem rapidum, vox (6) איתן enim, id quod durum (*aut rapidum*) ſignificat. Quod ſi vero rapidus non eſſet, (7) nihilo minus ad hæc aptus erat. Tum (8) detruncabant vitulam a tergo, (9) ſeceſpita, & poſtea (10) nefas erat, eo in loco ſerere, aut illum percolere. Linum tamen ibidem pectere, lapideſque colligere, licebat.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

נפטרו זקני ירושלם *Dimiſſi ſunt ſeniores Jeruſolymitani*, qui tantum menſuratum abierant, uti ſcriptum eſt Deut. 21. ויצאו זקניך ושופטיך ומדדו Pergit Miſna, dicens, אף על פי שאינו איתן כשר *etiamſi non ſit fortis* (rapidus) *torrens, nihilominus legitimus erat*, nam vox איתן hic juxta Scripturæ locum non tam de impetu quo celerrime rapitur torrens, quam quidem de bonitate & præſtantia accipienda eſt מאחריה *poſt illud*, ſupple collum vel cervicem. ומקומה אסור *& locus ejus prohibitus eſt*, in perpetuum. ומותר לסרוק שם פשתן *&* *licitum eſt illic carminare linum*, quod opus non peragitur in ſoli corpore, eo quod ſcriptum eſt, אשר לא יעבד ולא יזרע ſic etiam omne opus quod fit in corpore ſoli.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איתן Eſt idem ac גדול *magnus*, uti ſcriptum eſt Jerem. 5, 15. גוי איתן הוא Præterea doctor Miſnicus dicit, quod, ſi vitulam deduxiſſent ad torrentem rapidum eſſi non ita magnum, rite factum eſt. קופיץ eſt culter magnus ad ſecandum panem, & Arabicè vocatur כאפור Scriptura vero dicit, *in quo nihil colitur, neque ſeminatur*, exponit traditio, quemadmodum ſatio eſt cauſa ſpecialis ad corpus ſoli, ſic etiam quicquid fuerit in corpore ſoli eſt prohibitum; ſed licet tamen illic carminare linum, & legere lapides.

Quemadmodum ergo ſatio eſt ſpeciale quid in corpore ſoli,

WAGENSEILIUS. (1) *Senatores illius urbis &c.*] Vocem *Seniores*, non hic de ſolo Magiſtratu, accipere oportet, ſed, prout præter alios monuit Autor MS. noſtri Ez Hechajim, notat eadem בית דין של אותה העיר עם כל זקני העיר אפילו הן מאה: *Tam Magiſtratum urbis proximæ, quam Senes quoſcunque, etiamſi centum fuerint numero.* Fundamentum aſſerti eſt in Siphri fol. 48. col. 1. אמרנו למעלה ג' וחמשה יכול אף כאן ת"ל וכל זקני העיר ההיא ואפילו הם מאה: Id eſt: (Priore loco, in negotio de vitula decollanda, a Scriptura adhibitam vocem, Seniores, *de ſolis tribus, aut ad ſummum quinque* (Senatoribus Magni Synedrii) *interpretati ſumus: Ergo, anne fieri poteſt, ut hic cum verbum iteratur, eadem militet expoſitio?* (Neutiquam:) *Notanter enim Scriptura* (commate 6. hujus capitis XXI. Deuteron.) *omnes Civitatis proximæ ſeniores exigit, manifeſto indicio, ſi maxime centum ſint, omnibus prodeundum eſſe.*

(2) *Vitulam de armento*] In hac vitula, principio ætatis accurata habenda erat ratio, quippe, Maimonide, & Autore noſtri Codicis Ez Hechajim, ita tradentibus, oportebat eſſe natam שתי שנים או פחות *Annos duos aut minus.* At vero: אם היתה בת שתי שנים ויום אחד פסולה *Si nata eſſet biennium diemque unum, eam adhibere nefas erat.* Nituntur hæc autoritate eorum, quæ docentur in principio Maſſichtæ Para, nam cæteroquin Scriptura, etiam עגלה שלישיה vel עגלה משלשת Id eſt: *Vitulam jam triennem* Gen. XV, 9. Eſ. XV. 5. & Jerem. XLVIII, 34. memorat.

(3) *Qua nullus unquam labor peractus quæ nondum traxerat jugum*] Eleganter hæc explicat Maimonides Hilchot Rozeach c. 10. §. 3. 4. כל העבירות (Citra hæſitationem emendandum, legendumque העבודות ſic enim habet Codex noſter MS. Ez Hech. & Baal Smag quoque fol. 156. col. 1) פוסלות את העגלה כמו שפוסלין בפרה ארומה שני אשר לא עובד בה ולמה נאמר עול אחר שנאסר אשר לא עובד בה שהוא כולל העול עם שאר עבודות שהעול פוסל בין בשעת מלאכה בין שלא בשעת מלאכה כיון שמשכה בעול טפח נפסלת אף על פי שלא חרש בה ולא עשה בה מלאכה ושאר עבודות אין פוסלין אלא עד שעת מלאכה: כל מלאכה שהיא לצרכה כגון פירש טליתו עליה מפני הזבובים אינו פוסלה וכל שהיא שלא לצרכה כגון שפירש טליתו עליה לנשאה פסולה וכן כל כיוצא בזה: Id eſt: *Cujuſque generis labores*, (ſi ulla ratione cum vitula peracti fuerunt,) *in tantum eam vitiant, ut porro ad detruncationem apta eſſe nequeat; eſtque hactenus vitulæ, juniciſque ruſæ* (de qua Num. XIX.) *par ratio. Sic enim expreſſe Scriptura* (Deut. XXI, 3.) *vitulam accipere jubet, qua nullus labor ſuit peractus.* (At, quærat quis:) *Eccur, ibidem additur, quod nec jugum traxiſſe illa debet, cum ea res generali laboris voce, æque ac cæteri omnes prohibeatur? Nimirum, Jugum quod ſubit vitula, id vitiat eandem, tam ſi laborem cum illo faciat, quam ſi citra eundem id paſſum ſit, modo enim palmi ſpatio vitula jugum trahat, etiamſi maxime nec araverit, nec alio labore juncta ſit, tamen decollationi haud amplius inſervire poteſt. Cæterum, labores reliqui non vitiant vitulam, niſi cum opus aliquod iiſdem peragitur. Excipe tamen opus quod ipſius vitulæ cauſa factum, uti cum pallium ei inſternitur, ne muſcæ illam vexent, ex hac enim re, nullum vitulæ vitium oritur. Quod vero extra hunc reſpectum eſt, uti cum quis pallium ſuum vitulæ geſtandum injicit, id vitium infert. De ſimilibus caſibus idem eſto judicium.* Cum his conferre omnino oportet, quæ idem Maimonides in rem eandem diſſerit Hilchot Para Aduma c. 1. §. 7.

(4) *Labis tamen omnis &c.*] Id eſt: Modo ad laboris nullius miniſterium adhibita eſſet vitula, nec jugum unquam admiſiſſet, jam id ſufficiebat, nec neceſſe erat, ut tam labis vitiique omnis expers eſſet, ac eæ fuerunt vitulæ, quæ Deo in Templo præbebant victimas. Sunt autem principio vitia quinquaginta, quæ, ſua alioqui natura ad ſacrificium aptam pecudem, ſi horum aliquo laboret, offerri non ſinunt: Enumerat illa ordine prolixeque Maimonides Hilchot Biat Hamik. cap. 7. atque in iis breviter Latine recenſendis laudabilem operam nobis præiit Cl. Seldenus l. 2. de Succeſſionibus c. 5. qui tamen de Sacerdotibus proprie loquitur. Sed hactenus inter hominem & pecudem nihil intereſt; nam horum vitiorum hæc natura ac conditio, ut ſi quod illorum in Sacerdote deprehendatur, eundem ſuo officio fungi impediat, pariter uti pecudem victimam fieri non patitur. Sunt deinde alia vitia, pecudibus ſolis propria, de quibus agit Maimonides Hilch. Iſſure Misb. c. 2. & quæ ſingula perſequi nimis foret prolixum. Enim vero, quod hoc loco aſſeritur, non neceſſe eſſe ut vitula decollanda labis expers ſit, id non crude nimis accipiendum, verum cum limitatione ſæpe hactenus laudati Maimonidis: אין המומין פוסלין אף על פי כן אם היתה טריפה פסולה Scilicet, ſi ingenti aliquo vitio laboraret vitula, uti, ſi membro mutila, ſi corpore ægra eſſet, tum decollari eam non potuiſſe, dubio caret.

(5) *Torrentem rapidum*] Vocabulum נחל quod in hoc negotio Scriptura adhibuit, & *Torrentem*, & *Vallem* quoque ſignificat, unde illa quæ apud Interpretes deprehenditur, diverſitas enata eſt. De *Valle*, præter recentiores, etiam LXX. Joſephus l. 4. antiq. c. 8. & Vetus Vulgatus vocem explicant. Favet illis non obſcure contextus ſacrarum Literarum, quatenus נחל איתן אשר לא יעבד בו ולא יזרע dicitur, nec enim torrentes ſulcare vomere, aut ſemina iis committere homines ſolent. Proinde apud LXX. φάραγγα τραχεῖαν, ἥ τις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται: apud Joſephum φάραγγα, καὶ ἀνεπιτήδειον ἀρότρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον apud Vulgatum vero legas, *Vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit.* At vero Talmudiſtæ, & reliqua fere Rabbinorum cohors, e qua Maimonidem, Abarbenelem, & דעת Chaskuni præcipue nominaſſe ſufficit, נחל de *Torrente* accipiunt: Maimonides inquit: מורידין העגלה אל נחל שוטף בחוזקה וזהו איתן האמור בתורה Id eſt: *Deducitur vitula ad torrentem, cum impetu ſeſe effundentem, hunc enim ſenſum vox* איתן *in Scriptura generat.* Iiſdem plane verbis utitur etiam Abarbenel; Chaskuni annotavit: אל נחל איתן אל נהר איתן כמו הזכרת נהרות איתן וראיה לדבר ורחצו ידיהם: אשר לא יעבד שלא היו בו גבים להשקות קרקע הסמוך לו ולא יזרע אין זורעין קרקע הסמוך לו: Id eſt: *Verba* נחל איתן *notant fluvium rapidum, atque ſic ſane* (Pſ. LXXIV, 15. quoque,) נהרות איתן *legimus.* (De torrente vero, non Valle aliqua, נחל explicari debere,) *id argumento eſt, quod de manibus lavandis ſequitur. Ergo* אשר לא יעבד *ſic interpretare, quod nulli ibi canales ad irrigandam terram proximam; verba vero* ולא יזרע *quod adjacens ſolum incultum eſt.* Non occupabimur nunc in eo, ut definiamus, utra harum melior ſit explicatio, contenti verſionem noſtram ſecundum Talmudiſta-

mudiſtarum quibus operam locavimus, mentem adornaſſe. Interim nihil valde obſtat, quo minus utraque ſententia in exponendis vocibus נחל איתן conjungatur, ſic enim plerunque, a montibus, per ſubjectas valles, torrentes ſolent præcipitare, atque hanc cauſam eſſe, cur vocabulum נחל & vallem, & torrentem, ſimul ſignificet, ex vero, R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi fol. 40. col. 1. prodidit.

(6) איתן *enim id quod durum*] Fuit tamen nonnemo, cui viſum eſt איתן ſenſu contrario, *de ſolo fertili, optimoque* explicare, ſic enim Bechai fol. 210. col. 2. רש שפירש נחל איתן מקום דשן ושמן Suam fecit hanc ſententiam R. Jacobus Abendana, in iis quæ ad libri Michlal Jophi marginem adjecit, ſed nulla ad id inductus neceſſitate, quod enim ait, ideo pingue ſolum electum eſſe, שיהיו נזהרים במחוזות גבולם שלא ימצא שם חלל כדי שלא יאבד מהם מקום מבחר אחוזתם : Id eſt: *Ut tanto majore cura cujuſque urbis incolæ caverent, ne in ſuis finibus cæſus quis reperiatur, perdituri cæteroquin partem hæreditatis eximiam:* Id nimis torqueri res ipſa loquitur. Nec enim, credo, tam ſtulti fuerunt Judæi, ut uberes glebas miſſas facerent, ac infelicibus & ſpem colonorum fraudantibus arvis exercendis, delectarentur. Atqui ſolum in quo vitula detruncanda erat, omnis culturæ expers fuiſſe oportuit. Equidem, haud pluris fecerim iſtam interpretationem, quam alteram Judæorum popularium, qui, niſi quid me fallit, איתן proprium non commune nomen eſſe ſunt arbitrati, nam verterunt: *Und ſie ſollen nidern älteſten der Statt derſelbig, das Kalb zu den Bach* איתן *das nit iſt worden geerbet an ihn, und nit es iſt worden geſeet.*

(7) *Nihilo minus ad hæc aptus erat*] Nam rapiditas torrentis, proprie non pertinet ad rei ſubſtantiam, ſed tantum למצוה *ad exactiorem præcepti obſervationem.*

(8) *Detruncabant*] יכרתו עורף עגלה *Caput vitulæ plane amputandum erat*, prout Abeneſra illud Scripturæ וערפו שם expoſuit. Vitula vero dum decollabatur, intra torrentem erat conſtituta.

(9) *Secespita*] Maimonides : קופיץ הוא סכין הגדול והרחב שמחתכין בו הבשר הנקרא בערבי כאטור : Id eſt: *Verbum* קופיץ *notat cultrum magnum, latumque, quo caro in partes ſecatur, Arabes* כאטור *eum vocant.*

(10) *Nefas erat ea in loco ſerere &c.*] Ad hæc recte intelligenda, conferunt ſequentia, Codicis noſtri MS. Ez Hechajim: נחל שנערפה אסור בזריעה ובעבודה שנ' לא יעבד ולא יזרע ואם חרש או חפר או עשה שום עבודה בגוף הקרקע לוקה ומותר לסרוק שם פשתן ולנקר שם אבנים דכתי' לא יזרע דומיא דזריע בגוף הקרקע אסור ולא אלו : *Vallem, in cujus torrente, decollata fuerat vitula, ſeminari, ararique nefas eſt :* Q. S. In qua nihil colitur, neque ſeminatur. *Quod ſi igitur quis ibi aret, aut fodiat, aut aliud opus, circa ipſam tellurem ſeſe occupando, faciat, is vapulare debet. Licet tamen ibi carminare linum, & legere lapides, quippe tantum ſatio, & huic ſimilia opera, quando circa ipſum ſolum occupatio eſt, prohibentur; quæ vero diverſi ſunt generis, nec ad ſolum proprie attinent, de iis aliter ſentiendum.* Adde Moſen Kozenſen Præc. Neg. CLXVI.

ו זקני אותה העיר רוחצין ידיהן במים במקום עריפתה של עגלה ואומרים ידינו לא שפכו את הדם הזה ועינינו לא ראו וכי על דעתינו עלתה שזקני בית דין שופכי דמים הן אלא שלא בא לידינו ופטרנוהו בלא מזון ולא ראינוהו והנחנוהו בלא לויה והכהנים אומרים כפר לעמך ישראל אשר פדית ה' ואל תתן דם נקי בקרב עמך ישראל לא היו צריכין לומר ונכפר להם הדם אלא רוח הקדש מבשרתן איכתי שתעשו כזה הדם מתכפר לכם :

6. Cæterum Seniores urbis illius, (1) lavabant aqua manus ſuas, in loco ubi vitula decollata fuerat, (2) proteſtantes: *Manus noſtra non (3) profuderunt ſanguinem hunc, & oculi noſtri non viderunt.* Nunquid autem cuiquam noſtrûm in mentem venire poterat, Senatores homicidas eſſe? Quin igitur (*ſenſus*: (4) *Teſtamur*,) non veniſſe cum ▪ nos, ut (5) illum dimiſerimus ſine commeatu: nec viſum abs nobis, ut illum incomitatum abire permiſerimus. Tum (6) Sacerdotes ajebant: *Propitius eſto Populo tuo Iſraël, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem, in medio populi tui Iſraël.* Neque opus erat addere: *Et auferetur ab eis reatus ſanguinis.* Quippe (7) Spiritus S. pronunciabat: *Quotieſcunque hæc obſervabitis, auferetur a vobis reatus ſanguinis.*

R. OB. DE BARTENORA. Hæc cognomina quæ memorat, uti ſunt, פטרנוהו, ראינוהו, והנחנוהו, ſpectant ad cæſum, eo ſenſu, nos non ſumus illius rei, neque peccavimus in cauſa ejus, ita ut in cauſa mortis illius eſſemus, & hoc eſt quod Miſna exprimit ידינו לא שפכו את הדם הזה ועינינו לא ראו *manus noſtra non effuderunt hunc ſanguinem, & oculi noſtri non viderunt.*

WAGENSEILIUS. (1) *Lavabant aqua manus ſuas*] Aquis torrentis, in quo vitula decollata fuerat, omnes Seniores urbis proximæ manus abluebant, סימן כשם שידינו נקיות כך אנו נקיים מחלל זה : *Id indicare volentes: Quemadmodum manus noſtræ mundæ ſunt, ita & nos immunes ſumus ab iſtius cæde*: Chaskuni. Diſputant Viri Docti, an lotio manuum a Pilato, cum capitis ſententiam adverſus Servatorem noſtrum pronunciaturus eſſet, uſurpata, ſit ex iſto ritu? Pro negante opinione inter alios, pugnat Caſaubonus Exerc. XVI. adv. Baron. Num. 75. ſed non tam validis argumentis, ut jure nobis vitio quis vertere queat, ſi malumus ἐπέχειν· Equidem, nihil abſurdi in ea re video, ſi quis arbitretur, Pilatum judicem, innocentiam ſuam circa occidendum Jeſum oſtendere volentem, externum & nihil ad ſacrum cultum proprie attinentem Hebræorum Judicum in re ſimili ritum, imitatum eſſe, ut propriis carimoniis, horrorem aliquem populo incuteret, atque a propoſito ipſos deterreret. Neque admodum moveor ratione, quam omnes adverſæ ſententiæ Patroni urgent, haud veriſimile videri, Pilato Romano homini, quicquam cum Judæorum inſtitutis fuiſſe commercii. Nam ſi ſacras literas conſulamus, innuunt, non averſatum eſſe Pilatum Judæorum inſtituta penitus, ſed potius iiſdem quatenus licebat, ſe accommodaſſe, quippe qui veteris moris ipſorum de liberando circa feſtum Paſchatis captivo, fuit retinentiſſimus: Unde apud Johannem c. XIIX, 39. ſic populo loquitur: Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Si omnium rituum Judaicorum capitalis hoſtis fuiſſet Pilatus, nunquam id Judæis conceſſiſſet, ut in gratiam diei apud illos ſacri, hominem ſontem criminis & ſupplicii abſolveret.

(2) *Proteſtantes*] Verba concepta quæ ſequuntur, non alio quam Hebræo ſermone efferre fas erat.

(3) *Profuderunt*] In Sacro textu non שפכו ſed שפכה exprimitur, שפכו tamen legendum eſſe, Maſora fecit indicium. Quia vero ſcriptio שפכה plane irregularis eſt, & contra Grammatices analogiam, ideo myſterium aliquod in litera ה latere Rabbini opinantur, inque eo effodiendo ſeſe occupant. Baal Hatturim : לא שפכה כתיב בה"א שלא נגעו בו בחמשה אצבעותינו ועוד כי הנפש יש לה חמשה שמות ולכן נתן דוד ליואב ה' קללות כשהרג לאבנר : Id eſt: *Verbum* שפכה

שפכה (anomaliam patitur) *in adjuncta litera He*, (quæ vulgo quinarii numeri index eſt. Atque conjectura fert, illud elementum ideo expreſſum eſſe, ut Seniores dicere videantur: Teſtamur) *nos non tetigiſſe iſtum, quinque digitis noſtris.* (Amplius, fieri quoque poteſt, ut illud ה reſpectum involvat ad animam, quæ cum a corpore ſeparata eſt, cadaver poſt ſe relinquit,) *Sunt enim Animæ quinque nomina, quibus vulgo notatur*, (nimirum נפש חיה נשמה רוח יחידה) *Atque ob eandem cauſam David* (2 Sam. III, 29.) *quinque diras Joabo imprecatus eſt, cum Abnerem occidiſſet.* Chaskuni commentatur: שפכה כת"ב בה"א ללמד שבעל הבית לאורח שלו ה' דברים אכילה שתיה לויה לינה מתנת דבר גדול או דבר קטן : Id eſt: *Litera* ה *in voce* שפכה *monet patremfamilias quinque hoſpiti ſuo præſtare debere. Videlicet, Cibum, Potum, Comitatum, Pernoctandi facultatem, & munus aliquod, ſive magnum id ſit, ſive exiguum.* Adde his librum פענח רזא fol. 8ɔ. col. 4. ſeq. ubi prior illa & Baal Hatturim ratio fere rejicitur, eo quod cædes non una manu, ſed ambabus, ſummaque contentione ſicariorum peragi ſoleat. Deficit deinde Codex noſter, quare quid hujus libri Autori circa eam rem viſum fuerit, non habeo exploratum, indulget autem cæteroquin expoſitionibus myſticis quam maxime.

(4) *Teſtamur non veniſſe eum ad nos &c.*] Miror Illuſtrem Virum Hugonem Grotium, in iis quæ ad Matth. c. XXVII. commentatus eſt, hanc eandem rationem ad illam lotionem manuum applicaſſe, quam nunc a curatione funeris domum reverſi Judæi, obſervant. *Judæis*, inquit, *mos vetus etiam nunc manet, a funere venientibus manus lavandi, quo teſtantur ſe cauſam morti non præbuiſſe, & omnia miniſtraſſe neceſſaria.* Cui opinioni, ſubſcribere me non poſſe, citra ſummi viri contumeliam, profiteri mihi liceat. Scilicet, haud unquam ullo ſeculo moris fuit Judæis, ut ob mortem θανατον, (quali fato nunc plerique omnes inter eos pereunt,) ſeſe lavarent, & de innocentia ſua proteſtarentur, quin potius ideo manus, poſtquam mortuis juſta perſolverunt, abluere ſolent, quia illos humeris bajulando condendoque, contraxere immunditiem. Eſt enim ſepultura, etiam apud ipſos, ſupremum pietatis officium, quare omnes, quotquot funus comitantur, vel ſuccollando per vices, vel cadaver lavando, vel glebam injiciendo, ad illum bonum factum aliquid ſaltem conferre ſolent, ea res cum immunditiem pariat, ab hac, lotione ſeſe liberant, ut quodammodo ſatisfiat præceptioni divinæ, quam Num. XIX, 11. ſeqq. legere eſt, etſi ea proprie Palæſtinam tantum concernit. Liber Ritualis Judæorum popularium veram nos cauſam dixiſſe, aperte cap. ultimo indicat. *Darnach thut man das* מת *zu* קבורה *und reiſt Gras aus, und werſt hinter ſich ein* רמז להחיית המתים *daß ſie werden ſprozen as Kraut von der Erden. Etliche ſagen, es iſt ein* סימן *zu* מטהר *zu ſein die* טומאה *von* מת *mit Waſſer von* אפר פרה *und* איזוב *darum waſcht man die Händ und reiſt Gras aus, das iſt* אפר *und* איזוב *beyeinander. Man wirſt es hinter ſich, den er wils nit laſſen für ihm ligen, derweil daſſelb* טמא *iſt, dieweil ers angerührt hat, nachdem er von* מת *gangen iſt, und wäſcht die Händ.*

(5) *Illum dimiſerimus ſine commeatu*] Supplendum ex ſententia R. Salomonis, qui Gemaræ ſequitur veſtigia: והצרך ללסטם את הבריות ותלי כן נהרג : *Ut ita* (ob famem urgentem) *coactus fuerit prædari, atque ſic ſubire capitis periculum.*

(6) *Sacerdotes aiebant*] Etiam hæc, ullis, niſi ipſis iſtis, quæ ſuccedunt, verbis Hebraicis exprimere, haud concedebatur.

(7) *Spiritus S. pronunciabat &c.*] Hoc volunt: Verba, ונכפר להם הדם non fuere recitata a Sacerdotibus, ſed a Scriptura tantum adjiciuntur, ne dubitent Judæi, ſacra hac cærimonia peracta, cædis latentis factam eſſe expiationem. In Gemara Jeruſchalmi ad hæc illuſtranda, aliquot afferuntur dicta Scripturæ ſimilia, quæ cum fere cohærere & ab uno eodemque loquente prolata videantur, tamen diſtinguere, diverſiſque autoribus, tribuere oportet: ג' מקריות נאמרו בענין אחד מה שאמר זה לא אמר זה ומה שאמר זה לא אמר זה כיוצא בדבר אתה אומר ותאמר הכר נא למי החותמת והפתילים והמטה האלה עד כאן אמרה תמר ויכר יהודה ויאמר צדקה ממני כי על כן לא נתתיה לשלה בני עד כאן אמר יהודה רוח הקדש אמר ולא יסף עוד לדעתה ג' מקריות נאמרו בענין אחד מה שאמר זה לא אמר זה (ומה שאמר זה לא אמר זה Fortaſſe ſupplendum) כיוצא בדבר אתה אומר ויספרו לו ויאמרו באנו אל הארץ אשר שלחתנו וגם זבת חלב ודבש היא וזה פריה עד כאן אמר יהושע אפס כי עז העם היושב בארץ והערים בצורות גדולות מאד וגם ילידי ענק ראינו שם עד כאן אמרו המרגלים ויהס כלב את העם אל משה ויאמר עלה נעלה וירשנו אותה כי יכול נוכל לה עד כאן אמר כלב : שלש מקריות נאמרו בענין אחד מה שאמר זה לא אמר זה ומה שאמר זה לא אמר זה כיוצא בדבר אתה אומר בעד החלון נשקפה ותיבב אם סיסרא וגו' עד כאן אמרה אמו של סיסרא חכמות שרותיה תעננה הלא ימצאו יחלקו שלל אמרו כלותיה רוח הקדש אומרת כן יאבדו כל אויביך ה' : Id eſt: *Tria dicta de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumque Autorum. Habemus exemplum* (Gen. XXXVIII, 25. ſeq. ubi legitur:) Dicebatque, recognoſce quæſo cujus ſint iſta, ſigillum, ſudariumque, & ſcipio iſte. *Hactenus Thamar:* Quæ agnoſcens Judas dixit, juſtior eſt me, quandoquidem uxorem eam non dedi Schelæ filio meo. *Hactenus Judas. Spiritus S. ſubjecit:* Neque amplius deinde cognovit illam. *Tria dicta de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumque Autorum. Habemus exemplum* (Num. XIII, 27. ſeq. ubi legitur:) Narrantes itaque ei dixerunt: pervenimus ad terram illam quo miſeras nos: & certe affluens eſt lacte & melle, atque hic eſt fructus ejus. *Hactenus Joſua.* Verum robuſtus eſt populus qui habitat in ea terra, & civitates munitæ & magnæ ſunt valde, etiam ſtirpem Enak vidimus ibi. *Hactenus Exploratores* (nequam.) Et compeſcuit Caleb populum irruentem in Moſen dixitque: Aſcendemus utique, ut hæreditario jure poſſideamus eam, nam omnino prævalebimus adverſus eam. *Hactenus Caleb. Tria dicta, de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumque Autorum. Habemus exemplum* (Jud. V, 28. ſeqq. ubi legitur:) Per feneſtram proſpectabat & minuriebat mater Siſeræ (per feneſtellam: cur tardat currus ejus redire ? Cur differunt inceſſus curruum ejus?) *Hactenus mater Siſeræ.* Sapientes principum fœminarum ejus reſpondebant, annon aſſequuti ſunt? Partiuntur prædam. *Hæc* (& alia quæ ibi ſequuntur,) *Nurus ejus. Spiritus S ſubjecit:* Sic pereant omnes inimici tui Domine &c. Huc referri debet, quod eſt in Joma Babylonico fol. 38 b. דואג בן יוסף הניח בן קטן לאמו ואמו בכל יום מודדתו בטפחיו ונותנת משקלו זהב לבית המקדש כיון שגבר אויב טבחתו ואכלתו ועליה קונן ירמיה אם תאכלנה נשים פרים עוללי טפוחים משיבה רוח הקדש ואומרת לו אם יהרג במקדש ה' כהן ונביא : Id eſt: *Doeg Joſephi filius*, (moriens paulo ante excidium Hieroſolymitanum,) *ſuperſtitem reliquit matri filium parvulum; quem ipſa ſingulis diebus palmo ſuo metiebatur, ut æquivalens auri pondus in templo poſſet offerre. At cum hoſtis obſidione urbem premeret*, (in id deſperationis matrum infeliciſſima redacta eſt,) *ut filium mactare, & comedere cogeretur. Atque hanc, lamentans reſpexit Jeremias* (Thren. II, 20. ſciſcitando:) Comedentne mulieres fructum ſuum; parvulos quos metiri palmis ſolebant? *Reſpondit ei Spiritus S. idque eventurum dixit*, Si interficiatur in templo Domini Sacerdos & Propheta.

ז נמצא ההורג עד שלא נערפה העגלה תצא ותרעה בעדר משנערפה העגלה תקבר במקומה שעל ספק באתה מתחילתה כפרה ספיקה והלכה

7. Deprehenſo Homicida, vitulæ capite nondum præciſo, (*non tamen vivere vitula*) (1) ſed & inter armenta porro exire, & paſcere, (*permiſſum fuit.*) Si vero eâ jam truncatâ innoteſceret, ſepulta eſt eodem in loco: Nam principio in cauſa dubia oblata, eandem igitur expiavit, (2) & offi-

לח נערפה העגלה ואחר כך נמצא ההורג הרי זה יהרג :

cio ſuncta eſt. Deprehenſo Homicida, expiatione vitulæ jam peracta, tamen (3) capitali ſupplicio eſt affectus.

R. OB. DE BARTENORA.

תצא ותרעה בעדר *Exibat & paſcebat inter armenta*, ut beſtia profana. כפרה כפיקה *expiabat dubium ejus*, vitulus expiavit. *Deprehenſo deinde homicida, ecce capite plectebatur*, uti ſcriptum eſt in fine capitis ubi de vitula decollanda. ואתה תבער חרם תנקי מקרבך

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt in fine capitis ubi de vitula decollata. ואתה תבער חרם תנקי מקרבך propterea homicida interficietur poſt vitulam decollatam.

WAGENSEILIUS. (1) *Sed & inter armenta porro exire & paſcere permiſſum fuit*] Sibi vero deinde relinquebatur iſta vitula, & tanquam ſacrum animal, nec ad faciendum opus, eam adhibere, nec illius mactatæ carnibus veſci, aut morticinam excoriare, licebat. Codex noſter MS. Ez Hechajim. עגלה ערופה אסורה בהנאה ונקברת במקום עריפה משתרד לנחל איתן אסורה אפילו לא נערפה ואם מתה או נשחטת אחר ירידתה אסורה בהנאה ותקבר : Id eſt : *Ex Vitula, qua* (homicidii expiandi cauſa) *decollata fuit, ullam utilitatem capere nefas eſt, ſed in eodem loco, ubi caput illi amputatum fuit, ſepelire ipſam oportet. Atque quamprimum in torrentem rapidum ipſa deſcendit, jam porro ad humanos uſus redditur inutilis, etiamſi caput ei non fuerit præſciſſum. Quamobrem, ſi poſt illam deſcenſionem moriatur, aut mactetur, nihil ex ea capiendum commodi, ſed terræ eam mandare convenit.* Nota tamen exceptionem, quæ mox ſubjungitur: נמצא עדים זוממין מותרת בהנאה שאמר אחד אני ראיתי ההורג והכחישוהו בי ותורידו העגלה על פיהן ואחר החמו הב' כותרת כתנאה : Id eſt: *Si teſtes mendaces fuiſſe deprehendantur, tum ex vitula decollata commodum percipere fas eſt. Scilicet, ſi unus teſtis dicat, ſe vidiſſe homicidam*, (ut ita vitula, cujus nullus, niſi cum omnino lateret homicida, uſus erat, decollari non debeat,) *duo vero eum falſitatis arguant, atque ſic* (plurium ſequendo ſententiam) *decolletur vitula; jam, ſi conſtet deinde, iſtos duos mentitos eſſe*, (& alteri immerito contradixiſſe,) *vitulæ carne & pelle frui conceditur*, (nec neceſſario debet ſepeliri.)

(2) *Et officio functa eſt*] Supple omnino: Quamobrem, cum ita ſe res habet, nullatenus e vitula utilitatem capere conceditur. Nimirum cum decollaretur vitula, plane nihil de Sicario conſtabat, proindeque probe factum fuit, quod caput ei eſt amputatum, idque leges & inſtituta flagitabant. Illa nunc quæ ex improviſo ſupervenit homicidæ agnitio, quia caſus meri eſt, quod recte cœptum erat, irritum facere nequit.

(3) *Capitali ſupplicio eſt affectus*] Pœna nimirum Gladii. Teſtis præter alios Maimonides Hilch. Rozeach. cap. I. §. I. כל הורג נפש אדם מישראל עובר בלא תעשה שני לא תרצח ואם רצח בזדון בפני עדים מיתתו בסייף שני נקם ינקם מפי השמועה למדו שזו מיתת סייף בין שהרג את חבירו בברזל בין ששרפו באש מיתתו בסייף : Id eſt : *Quiſquis Judæum hominem occidit, Dei interdictum violat, quo ipſe* (Ex. XX. 13. & Deut. V, 23.) *prohibuit*, Ne occidas. *Atque ſi quis conſulto, inſpectantibus teſtibus quem interemit, is gladii ſupplicio plectendus eſt.* Q. S. (Ex. XXI, 20.) Omnino (cædes) vindicator. *Cæterum antiquiſſima traditione tenemur, gladii pœnam intelligi, quare hoc ſupplicio animadvertendum, ſive quis ferro ſocium occiderit, ſive igne cremaverit.* Pro his, Autor Codicis noſtri MS. Ez Hechajim, qui fere Maimonidis epitomatorem agit, magis argute, magis erudite habet: כל ההורג בין בברזל בין בחניקה נפש מישראל אפילו אמו שכלו חדשיו אפילו נקיבה עובר בלא תרצח במזיד בפני עדים מיתתו בסייף : *Quiſquis ferro aut laqueo peremerit Judæum hominem, etiamſi immaturo partu a matre is editus, aut fœmina fuerit, Dei de non occidendo præceptum violat, atque ſi conſilio, & coram teſtibus cædes patrata ſit, gladii pœna in eum animadvertendum eſt.* De reliquo, quod Maimonides non niſi traditione conſtare exiſtimat, quo ſupplicii genere in homicidas ſit animadvertendum, id ei haud videtur concedere Chaskuni, pœnæ ipſorum argumentum aliquod, in ipſis Sacris literis quæritans. דין מיתת רוצח בסייף מקל וחומר דעבד השתא קטל עבדא דינו בסייף דהוא חמור כדכתיב נקום ינקם ואין נקמה אלא חרב כדכתיב חרב נוקמת נקם ברית קטל בן חורין לא כ״ש : Id eſt : *Homicidam gladii pœna afficiendum eſſe, facta a ſervo, tanquam minori, ad majorem veriſimilitudinem collectione, concluditur. Nempe, qui hominem ſervum occidit, gladio puniri debet tanquam graviore* (præ ſtrangulatione ſupplicio,) Q. S. E. (Ex. XXI, 20.) Omnino vindicator. *Atqui Vindicta, gladio exercetur, ſcriptum enim* (Levit. XXVI, 25.) Gladium vindicantem vindictam fœderis. *Quanto igitur magis, pœna eadem illum manere debet, qui hominem liberum interimit?* Commendare hic ex occaſione oportet, quæ Cl. Seldenus l. 4. de Jur. Nat. & Gent. c. 1. ſeqq. de Homicidio ex diſciplina Hebræorum doctiſſime eſt commentatus.

ח עד אחד אומר ראיתי את ההורג ועד אחד אומר לא ראית אשה אומרת ראיתי ואשה אומרת לא ראית היו עורפין עד אחד אומר ראיתי ושנים אומרים לא ראית היו עורפין שנים אומרים ראינו ואחד אומר להן לא ראיתם לא היו עורפין :

8. Si teſtis unus ſe Homicidam vidiſſe affirmet, alius vero iſtum vidiſſe neget: aut ſi fœmina ſe vidiſſe aſſerat, alia eidem contradicat, vitula detruncabatur. Si teſtis unus ſe vidiſſe dicat, duo cum id vidiſſe pernegent, vitula detruncabatur. Duobus autem ſe vidiſſe aſſeverantibus, uno iis contradicente, detruncabatur neutiquam.

R. OB. DE BARTENORA.

עד אחד אומר ראיתי את ההורג ועד אחד אומר לא ראית *Si unus teſtis dixerit, vidi homicidam, alter vero dixerit, non vidiſti*, ſi ambo ſimul venerint, tum decollant; at ſi unus prius venerit, & dixerit, *ego vidi homicidam*, & illi fidem habuerint, perinde eſt ac ſi fuiſſent duo, quia Lex eum fecit fide dignum, uti ſcriptum eſt, לא נודע מי הכהו unde infertur, quod, ſi factum conſtiterit, etiamſi unius teſtis dicto, non decollabant, etſi deinde alius advenerit teſtis, & contradixerit primo, ſecundus non eſt fide dignus, eo quod verba unius non valent ubi ſunt duo.

Si unus teſtis dixerit, vidi, & duo dixerint, non vidiſti, decollabant, hoc intelligendum eſt, quando unus & duo ad teſtimonium inepti ſunt, nam hæc nobis hypotheſis eſt, quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando Scriptura dicit לא נודע מי הכהו ſenſus eſt, etſi unus tantum fuerit teſtis, non decollabant. Et jam dixi tibi, in hoc tractatu, quod ubicunque Lex fidem dat uni teſti, ſe res habet, ac ſi duo eſſent, & quod non valent verba unius ubi duo ſunt. Et quod in hoc caſu dicitur היו עורפין *decollabant*, intelligendum eſt quando unus teſtis contradixerit alteri eodem tempore. Cæterum ſi unus dixerit, *ego vidi homicidam*, & deinde advenerit alius, & contradixerit illi, dicendo, *non vidiſti illum*, tum decollabant; nam fundamentum nobis eſt, quod unius verba non valent ubi duo ſunt. Et quod dicit, *ſi unus teſtis dixerit, vidi, & duo dixerint, non vidimus*, intelligitur de iis qui ad teſtimonium inepti ſunt, uti diximus in fine capitis ſexti hujus

quod in illis quæ ad teſtimonium inepti ſunt, ſequi debemus teſtimonium plurimorum.

hujus tractatus, quod in iis qui ad teſtimonium inepti ſunt, ſequimur teſtimonium plurimorum.

WAGENSEILIUS. (1) *Si teſtis unus &c.*] Hæc ideo monentur, quia, quod ſæpe hactenus innuimus, non fiebat vitulæ decollatio, niſi cum plane ignorabatur, quis cædem patraſſet. Quod ſi igitur aliqui, ſe homicidam facinus committentem vidiſſe dicant, alii hos contra mendacii arguant, nec interveniſſe ipſos negotio aſſeverent, magna oritur dubitatio, utris ſit aſſentiendum, & an vitulæ decollatio inſtitui, aut omitti debeat. Ut vero hanc Miſchnæ Pericopen vere intelligamus, ea efficient, quæ ex optimo noſtro, totieſque deprædicato MS. Codice, producimus: אפילו ראה ההורג עד אחר ואפילו עבד ואשה ופסול בעתידה (Legendum utique לערות בעבירה Maimonidis autoritate.) לא היו עורפין לפיכך משרבו הרוצחים בגלוי בטלה עגלה ערופה עד אחד אומר ראיתי ההורג ועד אחד הכחישו ואו' לא ראיתה עורפין אם באו שניהם (Iterum emendo, legoque ראית זה) כאחת אבל באו זה אחר זה אין עורפין שהרי משהעיד הראשון נאמן כשנים לענין זה שנים הכחישוהו ואמרו לא ראית כפתי עדיות הכחישות ועורפין אשה אומרת ראיתי ואשה אחרת מכחשת בין באו שהיהן כאחת בין באו זו אחר זו עורפין כי אומרים ראינו ואחד אומר לא ראיתם (Excidiſſe hic verba אין עורפין Miſchna noſtra palam arguit) אחר אומר ראיתי וכ' לא ראית אומרין עד אומר ראיתי ושתי נשים או פסולים או' לא ראית אין עורפין כ' נשים או פסולים אומ' ראינו ועד מכחישן עורפין שאפילו ק' פסולים ועד מכחישן הוי כאחד ואחד ג' נשים ופסולין או' ראינו וד' נשים ופסולין מכחישין עורפין דבפסולין הלך אחר הרוב סגיין: Id eſt: *Modo teſtis unicus homicidam viderit, etiamſi is mulier ſit, aut ſervus, aut qui lege, ob crimen inteſtabilis eſſe jubetur, non decollabatur vitula. Quamobrem, cum manifeſtorum homicidarum numerus augeretur, vitulæ decollatio in deſuetudinem abiit. Si teſtis unus* (genuinus) *ſe hominem vidiſſe aſſeveret, alius eum mendacii arguat, idque contendat falſum eſſe, decollatur vitula,* (nam negantis in hoc caſu æqualiter dubio, potior, quam affirmantis autoritas. Sed id tantum valet,) *cum ambo ſimul, & eodem tempore, teſtimonia pugnantia edunt: Quod ſi verò unus poſt alium advenerit,* (ac contraria proferant,) *non decollatur vitula, poſtquam enim primus teſtimonium edidit,* (ſine quam ut quisquam ei reclamaret,) *jam ei dicto tanta in hoc negotio fides tribui debet, quaſi a duobus eſſet prolatum. Quod ſi* (cum unus homicidam ſe vidiſſe aſſeruit.) *duo ſuperveniant, falſa illum dixiſſe perhibentes, de hoc caſu perinde judicandum, tanquam cum duo teſtes ſeſe mutuo mendacii coarguunt, ac decollari debet vitula. Si fœmina una dicat, vidiſſe ſe homicidam, alia vero iſtam mendacii inſimulet, decollanda eſt vitula, ſive eodem tempore, ſive ex intervallo fiat contradictio. Si duo teſtes homicidam ſe vidiſſe dicant, atque hos unus impugnet, non decollatur vitula. At ſi verſa vice uno homicidam ſe vidiſſe dicente, hunc duo fallere fallique perhibeant, decollatur utique. Porro, ſi genuinus teſtis cædi interveniſſe ſe affirmet, atque mulieres duæ, aut duo inteſtabiles ipſum mentiri aſſerant, non decollatur vitula. At ſi duabus mulieribus, aut binis inteſtabilibus qui vidiſſe ſe homicidam ajunt, unus teſtis genuinus ſeſe opponat, decollatur vitula, quippe etiam cum centum inteſtabiles cum uno genuino teſte colliduntur, id juxta, ac ſi unus uni contradicat, æſtimari debet. Denique, ſi tres mulieres, aut inteſtabiles totidem, ſe homicidam vidiſſe renuncient, atque hos quatuor ejuſdem ſortis homines, falſa tradere confirment, decollare oportet vitulam, quoties enim cum meris, cæteroquin inteſtabilibus res eſt, ſecundum majorem illorum teſtium numerum, pronunciare convenit.*

ט משרבו הרוצחנים בטלה עגלה ערופה משבא אלעזר בן דינאי ותחינה בן פרישה היה נקרא חזרו לקרותו בן הרצחן משרבו הנאפים פסקו המים המרי' ורבן יוחנן בן זכאי הפסיקן שנאמר לא אפקוד על בנותיכם כי הזנינה ועל כלותיכם כי תנאפנה כי הם וגומ' משמת יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם בטלו האשכולות שנאמר אין אשכול לאכול בכורה איוהה נפשי:

9. Ab eo tempore quo (1) multiplicati Sicarii, ceſſare cœpit detruncatio vitulæ. Cum veniſſet Eleaſar F. D. erat quidam cui nomen Techina, filius Priſcha; verum id mutatum fuit, vocatuſque eſt, Filius Homicidæ. Poſtquam (2) aucti ſunt Adulteri, deſierunt Aquæ amaræ, earumque uſum ſuſtulit (3) R. Jochanan Saccai F. ſecundum illud quod S. E. (Hoſ. IV, 14.) *Non animadvertam in filias veſtras, quod ſcortantur, & ſponſas veſtras, quod adulterantur, quia iſti &c.* (4) Joſe F. Joëſeri Zeridenſi, & Joſe Jochananis F. Hieroſolymitano, mortuis, ſublati ſunt (5) viri botruoſi prout S. E. (Mich. VII, 1.) *Nullus eſt botrus ad comedendum, præcocem fructum deſiderat anima mea.*

R. OB. DE BARTENORA.

בטלה עגלה ערופה *Ceſſavit detruncatio vitulæ*, quia cognoſcebant eos qui ſoliti erant occidere. בטלו האשכולות *ceſſarunt botri*, vox אשכולות per metaphoram denotat hominem qui omnibus ſcientiis inſtructus eſt, eaſque cum omnibus virtutibus quam perfectiſſime callet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Num. 5, 31. ונקה האיש מעון והאשה ההיא תשא את עונה nam cum vir liber erat a delicto, aquæ experimentum faciebant in uxore ejus. בטלו האשכולות *ceſſarunt botri*, eſt periphraſis hominum qui omnis generis virtutes & ſcientias poſſident modo perfectiſſimo; & hoc eſt quod in Gemara dicunt, אשכולות איש הכל בו

WAGENSEILIUS. (1) *Multiplicati ſicarii, ceſſare cœpit &c.*] Cauſam reddit Raſchi: שהרי מכירין הן כהן מי הרגיל כהן להרוג Id eſt: *Quia publicitus noti erant, qui cædes patrandi contraxere conſuetudinem.*

Atque hic ſimul terminantur Miſchnæ noſtræ, de vitula decollanda obſervationes: Sed vero, nobis nondum ceſſare licet ab hoc ſacro argumento, ſed prius congerere oportet, quæcunque de iſta homicidii expiatione, porro notanda ſuperſunt. Ea undique conquiſita, prout ſeſe offerent, citra ornatum literis conſignabimus. Sic enim eſt, ut ſcribit Cl. Salmaſius in fun. ling. Hellen. p. 6. *Rudes & indigeſtæ auri moles & maſſæ, in acervum fortuito conjectu accumulatæ, magis æſtimantur ab intelligentibus, quam plumbi lamellæ, multo artificio belle compoſitæ; vel diſpoſitæ.*

Jeruſchalmi, Sota fol. 23. col. 3. כל כיאות שנאמר בתורה לאחר ארבע עשרה שנה נאמרו שבע שכבשו ושבע שחלקו: *Id eſt*: Quæcunque præcepta Deus poſtquam in Palæſtinam ventum eſt, obſervare juſſit, horum obſervationis initium haud incipiebat, priuſquam decimus quartus annus ab ingreſſu in eam regionem eſſet completus, ſeptem enim anni in expugnanda regione, totidem in illa partienda fuere inſumti. *Hæc ideo adduximus, quia in iſtorum Præceptorum cenſum, etiam præſens, de expiatione latentis homicidii, referendum eſt. id enim promulgaturus Deus, præfatur.* כי ימצא חלל בארמה אשר יי' אלהיך נתן לך לרשתה: Si quis inveniatur cæſus in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi, ut hæreditario jure poſſideas eam.

Codex noſter MS. Ex. Hechajim. אין דן עגלה ערופה נוהג

לח

לד (Lege אלא) כארץ ישראל ובעבר הירדן : *Id eſt :* Cærimonia de vitula decollanda, tantum attinet ad regiones Judæorum, cis & trans Jordanem.

Iterum : אין עושין (Legendum עורפין) כי אם ביום וכל היום כשר *Id eſt :* Non facienda vitulæ decollatio, niſi interdiu, ſed ante, vel poſt meridiem fiat, nihil intereſt.

Porro : נמצאו מתים רבים זה בצד זה מודדין לכל חוטמו של אחד מהן אם היתה העיר אחת קרובה לכלם מביאה בשביל כלם (Nullus dubito hic inſerendum eſſe עגלה אחת) נמצאו זה על גב זה מודדין מהעליון כמורת שהן מונחין : *Id eſt* : Si multi cæſi prope ſe invicem cubantes reperiantur, a cujuſque naſo facienda eſt dimenſio. Atque ſi eadem urbs omnibus vicina ſit, una omnium nomine offertur vitula. Si unus cæſus alii impoſitus reperiatur, a ſupremo, prout cubant, dimenſionem inſtituere oportet.

Denique : לא הביאו עיר הקרובה העגלה כופין אותה ואפילו לאחר כמה שנים שחייבי' עגלה ערופה שעבר עליה יום הכפורים חייבים להביא אחר יום הכפורים : *Id eſt* : Si urbs cæſo proxima, vitulam offerre negligat, ad id vi compellenda eſt, etiamſi multi anni effluxerint, a quo obligatio hæc fuit contracta. Si cærimoniam decollandæ vitulæ cœptam ſolemnis dies Expiationis interrumpat, ea poſt finitam hanc ſacram lucem, peragenda eſt.

Maimonides : אין עורפין שתי עגלות כאחד שאין עושין מצות חבילות חבילות : *Id eſt* : Non decollari debent (*ob duos repertos cæſos*,) duæ vitulæ eodem tempore, nec enim θυλάκῳ ſerimus bona opera.

Amplius : אין העיר הקרובה מביאה (עגלה ערופה) אלא בזמן שמנין הרוב שבה כמו מנין העיר הרחוקה ממנה אבל אם הוו אלו שברחוק מרובין על אנשי הקרובה ממנה הולכין אחר הרוב והמרובין מביאין העגלה : *Id eſt :* Civitas cæſo proxima, non offert vitulam, niſi cum maxima pars incolarum ejus, æquat numerum incolarum civitatis remotioris. At, ſi remotior civitas plures habeat incolas præ vicina, multitudinis potius habenda eſt ratio, atque his poſtremis convenit offerre vitulam.

De fine, & cauſis ſacræ hujus cærimoniæ; ſic non ineleganter differit idem Maimonides in More Nevoch. part. 3. c. 40. מצות עגלה ערופה תועלתה מבוארת כי המביא אותה היא העיר הקרובה אל החלל ועל הרוב ההורג הוא ממנה וזקני העיר ההיא מעידים עליהם השם שהם לא התרשלו בתקון הדרכים ובשמירתם ולתייר כל שואל דרך כמו שבא הפירוש כדברי ח"ל ולא נהרג זה מפני ששכחנו התקונים הכוללים ואנחנו לא נדע מי הרגו ואי אפשר על הרוב עם החקירה ויציאת הזקנים והמודדים ולקיחת העגלה שלא ידברו בני אדם ואולי בפרסום העניין יודע ההורג ויאמר כי שידעו או שמע ענינו או הורהו על זה אסמכתאות פלוני הוא ההורג כי אחר שיעמד אדם ויאמר ואפילו אשה פלוני הרגו לא תערף העגלה וכבר נודע שמי שידע ההורג וישתוק ממנו והם העידו השם על עצמם שלא ידעוהו יהיה בזה עון גדול ואשם גדול אם כן אפילו אשה אם תדעהו תאמר ואחר שיודע הגיע התועלת שאם לא יהרגוהו בית דין המלך יהרגהו שיש לו להרוג באסמכתאות ובדמי' אם לא יהרגהו המלך גואל הדם יהרגהו ויערים עד שיתנכל עליו להרגו הנה כבר התבאר שתועלת עגלה ערופה היא לפרסם ההורג וחוזק זה העניין בהיות המקום אשר תערף בו העגלה לא יעבד בו ולא יזרע לעולם שבעל הארץ יעשה כל התחבולה ויחקר עד שיודע ההורג כדי שלא תערף העגלה ולא תאסר ארצו עליו לעולם : *Buxtorfii vero eſt* : Præceptum de Vitula decervicanda quod attinet, utilitas ejus pariter quoque eſt manifeſta. Nam vitulam adducens eſt Civitas proxima ipſi cadaveri occiſo, & plerunque accidit, ut qui cædem perpetravit, ex illo ſit loco: Seniores autem urbis Deum teſtem appellant, quod in viarum ſecuritate & cuſtodia nihil neglexerint, quod omnes tranſeuntes diligenter examinarint & explorarint, ſicuti exponitur in verbis Rabbinorum noſtrorum p. m. dicentes: Non eſt interfectus iſte, quod aliquid obliti ſimus ex publicis & communibus noſtris ordinationibus, neque conſtat nobis, quis interfecerit eum. Propter iſtam autem in factum inquiſitionem, propter Seniorum egreſſionem, & adſtantes, propter Vitulæ denique acceptionem & decervicationem, plurimi neceſſario inter homines feruntur ſermones, ac ita publica iſta actione vel cædis author invenitur, vel ab alio, qui vel rei conſcius eſt, vel famâ de eo audivit, proditur, vel ex ſignis & τεκμηρίοις cognoſcitur, quod N. ſit interfector. Nam ſi homo quiſpiam, etiam Mulier, ſurgat ac dicat, N. interfecit eum, non decervicatur vitula. Notum autem eſt, ſi quis autorem cædis ſciret ac taceret, Deumque contra ſe teſtem ac vindicem appellaret, ſe neſcire; ſummam id fore levitatem, ſummumque peccatum: ideoque valde probabile eſt, quemlibet, etiam Mulierem, ſiquidem ſciverit, rem detecturum. Quod ſi vero reſcitur, quiſnam cædem perpetravit, magna inde reſilit utilitas. Nam ſi Domus Judicii non morte afficiat eum, occiditur a Rege, qui poteſtatem habet ex indiciis & præſumtionibus aliquem occidendi: quod ſi autem Rex non occidat eum, occidet eum Vindex ſanguinis, qui inſidias ipſi tamdiu ſtruet, donec occaſionem nactus fuerit ipſum occidendi. Proinde liquet hinc, Vitulam decervicatam inſerviiſſe ad detegendum & cognoſcendum eum, qui cædem aliquam perpetravit· quod inde etiam amplius confirmatur, quia locus ille, in quo Vitula decervicabatur, in æternum nec coli potuit, nec conſeri. Hoc enim fecit, ut Dominus terræ illius omnem operam impenderit, nihilque neglexerit in inquirendo & reſciſcendo Homicida, ne Vitula decervicetur, & Terra ejus ita perpetuo prophana reddatur.

Valde, & ſuo quidem merito, iſta Maimonidis, cum Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 276. col. 3. comprobaſſet, nondum tamen omnibus ſatisfactum eſſe ait difficultatibus, ſed multas reſtare ſpeciatim diſcutiendas. Ergo ipſe deinde operoſe in id incumbit, ut defectum ſuppleat, quodque ſupereſſe poteſt dubiorum, reſolvat. Nimis prolixum foret, integram afferre commentationem, & ſufficit pauca quædam leviter delibaſſe. Sic vero ipſe ratiocinatur: Æquum erat ut vitula homicidium latens expiaret, quia Judæi Hoſ. X, 11. iſti comparantur. Offerre eam debuit civitas proxima, nam ex hac cæſus videtur exiviſſe; aut illam voluiſſe petere. Non debuit vitula feciſſe opus, quia ſanguinis innocenter effuſi expiatio parabatur, atque ob eandem rationem non niſi biennem accipere licebat. Retro a tergo fuit decollata, quia ſic latrones & ſicarii ex inſidiis adoriri viatores ſolent; & incautos opprimere. Vide, ſi placet, minoris momenti reliqua.

Bechai Comment. in Pentat. fol. 210. *col.* 3. בתחלה היו זקני העיר רוחצין ידיהן על העגלה ואומרים ידינו לא שפכה והיו הכהנים אומרים כפר לעמך ישראל וכפר לשון גלוי הוא שיגלה להם הרוצח אם היו ישראל שבאותו הדור זכאין היתה העגלה הולכת עד בית הרוצח והורגים אותו שם וזהו ונכפר להם הדם כלומר מתגלה להם הרוצח ואם לא היו זכאין והעגלה לא היתה הולכת מכין אותה בקופיץ ממול ערפה ועורפין אותה שם והכהנים אומרים כפר לשון כפרה ואז הקב"ה מכפר וזהו ונכפר להם הדם : *Poſt, quibuſdam aliis interjectis* : יש בענין עגלה ערופה התעוררות גדולה להודיע מחות החלל כראותנו כי צורת הכתוב לכפרת הרציחה שלשה ענינים האחד עריפת העגלה והשני שיהיה המקום נחל איתן אשר לא יעבד בו ולא יזרע והשלישי ודוי דברים והוא שיאמרו הכהנים בני לוי ידינו לא שפכה את הדם הזה כפר לעמך ישראל ומן הידוע לכל משכיל כי הרוצח לא שלט כי אם על פי פרוד החבור שהפריד מן החלל הזה שלשת נפשות הנפש הבהמית והנפש הצומחת והנפש השכלית ודבר ידוע כי הנפש המסתלקת ממנו תחלה היא הנפש הבהמית ולכן צוה עגלה בקר שהיא הנפש הבהמית כנגד מה שהפריד ממנו תחלה הנפש הבהמית ומה שצוה שיהיה המקום אשר לא יעבד בו ולא יזרע הנה זה כנגד מה שהפריד ממנו הנפש הצומחת ומה שצוה ודוי דברים לומר ידינו לא שפכה כפר לעמך ישראל כנגד מה שהפריד ממנו הנפש השכלית שהיא המדברת וענין הפרשה מבאר ליזהר' מהורת החלל ועם המעשה הזה ונכפר להם הדם : ושמעתי כי בנבלת גוף העגלה נעשה תולעת כדרך הטבע שהולך והורג הרוצח באשר הוא שם והנה זה מאצילות שר התחל והיא כנפלאות כתרי הטבע : Horum omnium ſententia, facile ex iis quæ nunc ex libro Zenna Renna, afferemus, quæque fol. 120. col. 3. habentur, erui poteſt, nam ejus Commentarii Autor, & Bechai vitula gnaviter arare voluit. *Die* כהנים *haben geſagt* כפר לעמך *du ſolſt vergeben auf* ישראל *Und wen* ישראל *ſein from geweſen, in demſelbigen* דור *da is daſſelbig Kalb gegangen, in das Haus von dem* רוצח *da hat man gewuſt daſs das is der* רוצח *und man hat ihn derſchlagen. Haben ſie nit* זוכה *geweſen, da is das Kalb nit gegangen; da hat man das Kalb getödt in dem Thal. Und auch aus den* גוף *von dem Kalb is gegangen ein Wurm und is geloffen zu dem* רוצח *und der Wurm hat den* רוצח *umgebracht, darum ſol der Menſch gewarnt ſein kein bös zu thun:*

Man

Man kan ſich für הקיצרה *nit behalten in der gantzen Welt. Und darum auch daſs der* רוצח *hat den Menſchen derſchlagen der an ſich hat drey* נשמה *und* כוחות *das eine is, er hat in ſich ein* כח *daſs er eſt, und Luſt hat, als die* בהמה *Das ander is, er hat ſich ein* כח *as die Bäum die da wachſen, aſo wachſt der Menſch auch. Das dritt is, der Menſch hat an ſich ein* נשמה *as die* מלאכים *die da ſein eitel* שכל *und derkegen hat dreyerley geshan auf den* רוצח *Man hat zum erſten ein Kalb genommen von den* בהמות *kegen die* כח *und* נשמה *was in den Menſchen is geweſen von den* בהמות *und man hat das Kalb getöt auf aſo ein Orth daſs niſcht is worn geſeet, noch niſcht worn gewachſen drauf, kegen dem daſs der* רוצח *hat den Menſchen getöt, der nimmermehr kan wachſen, und die* כהנים *haben müſſen ſagen viel red auf das Kalb* כפר לעמך ישראל ידינו לא שפכה *Das is geweſen kegen der* נשמה *die in den Menſchen is geweſen von den* מלאכים *mit derſelbigen* נשמה *kan der Menſch reden, und hat* שכל *darum haben die* זקנים *und* כהנים *auch müſſen reden* תפלה *zu Gott, daſs do ſolt werden gefunden der* רוצח

Subit hic poſtremo animum miratio, tantum Rabbinum, qualis Bechai vulgo fuiſſe creditur, de Verme fabellæ, qui e vitulæ cadavere prodiiſſe, & ſicarium ad necem roſiſſe dicitur, haud alium allegare potuiſſe autorem, quam incertam & undecunque acceptam traditionem. Atqui nos ex libro מעיר פענח docere Magiſtrum potuiſſemus, eſſe ejus rei indicium, in ipſis ſacris literis. Nimirum, bis in hujus expiationis præceptione, utuntur illæ verbis א"ת העג"לה cum quibus, quia voces תו"לעה ב"א aut התו"לע ב"א *Venit Vermis*, prorſus eundem numerum conficiunt, quis jam porro omen in iis verbis eſſe, & omnia ita, prout narrantur, accidiſſe, vocaret in dubium?

De vitula decollanda, tantum eſt: Nunc igitur,

Paſcite, ut ante, boves, pueri, ſubmittite tauros!

(2) *Aucti ſunt adulteri, deſierunt aquæ amaræ*] Scilicet, ſublatus eſt uſus harum aquarum, quia credebatur, nullam iis ad explorandas uxores vim ineſſe, niſi mariti quoque pie caſteque vitam agerent: cæteroquin enim fruſtra deletum fuiſſet Dei nomen, magno ſcelere. Satis ſuperque hac de re ſupra egimus.

(3) *Uſum ſuſtulit R. Jochanan Saccai F.*] Non ſolus, ſuaque autoritate id fecit, ſed conſentiente Synedrio, unde Codex noſter MS. Ez Hechajim, hoc potius, quam illum, ejus abrogationis autorem prædicat: משרבו מנאפין בגלוי בבית שני בטלו הסנהדרין את מי המרים: Id eſt: *Cum Templo ſecundo vigente, adulteri magno eſſent numero, ibi Synedrium, ſacram per aquas amaras explorationem abrogavit.* Cæterum, quod ad Jochananem Saccai filium attinet, ſciendum, eum fuiſſe Sacerdotem, floruiſſe circa ipſa tempora Servatoris noſtri, vitamque produxiſſe ad excidium uſque Hieroſolymitanum, & amplius. Uſus eſt imprimis Hillele & Schammai præceptoribus, quorum auſpiciis tantum profecit, ut in Bereſchit Rabba Paraſch. 14. jactaſſe dicatur: אם כל השמים היו יריעות וכל בני אדם לבלרין וכל היערים קולמוסים אינם יכולים לכתוב כל מה שלמדתי מרבותי ולא חסרתי מהם אלא ככלב המלקק בים: Id eſt: *Si omnes cœli membranæ, mortales omnes Scribarum, & quicquid eſt arborum, calamorum vicem præſtarent, non tamen in ſcripturam redigi poſſent omnia, quæ a Præceptoribus meis didici, atque ab eorum inſtitutis ne tantum quidem receſſi, quantum Canis lambit ex mari.* Mirum vero eſt, ad tam prodigioſam eruditionem eum perveniſſe, qui tarde imo ſero animum ad literas appulit: Nam in En Iſraël fol. 26. col. 1. ex Roſch Haſchana legimus כל שנותיו של ריב"ז ק"כ שנה היו מ' שנה עסק בפרקמטיא מ' שנה למד מ' שנה לימד: *Vixiſſe R. Jochananem Saccai filium, annis CXX. atque ex his annos XL. ad negotiationem, totidem ad diſcendum, alios totidem ad docendum inſumſiſſe.* Egregiam vero longævitatem, quam iſte Jochanan attigit. Sed, quæ fortaſſe haud magnæ voluptati illi erat, quia funeſtiſſima oſtenta Templi Urbiſque Hieroſolymorum excidium antecedentia, imo ipſam πανωλεθρίαν intueri fuit coactus, quæ res ſine dubio mentem ejus ad exitium afflixit. Joma fol. 39. b. תנו רבנן מ' שנה קודם חרבן הבית לא היה גורל עולה בימין ולא היה לשון של זהורית מלבין ולא היה נר מערבי דולק והיו דלתות ההיכל נפתחות מאליהן עד שגער בהן רבן יוחנן בן זכאי אמר היכל היכל מפני מה אתה מבעית את עצמך יודע אני בך שסופך ליחרב וכבר נתנבא עליך זכריה בן עדו פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך: Id eſt: *Sic tradunt Magiſtri: Univerſos quadraginta annos ante Templi deſolationem, non tetigit amplius ſors hircum a dextra conſtitutum,* (qua de ſortitione legere eſt Levit. XVI.) *nec lingua coccinea* (quæ inter cornua ad frontem hirci emittendi, in ſignum dimiſſorum peccatorum albeſcere ſolebat,) *porro canduit, neque lucerna veſpertina arſit, atque Templi fores ſua ſponte patuerunt, quoad eos increpavit R. Jochanan filius Saccai, inquiens:* Heus templum, heus tibi dico Templum: Quare temetipſum territas? Satis nunc ſcio, te manere excidium, ſic enim pridem vaticinatus eſt Zacharias filius Iddo: (c. XI, 1.) *Aperi Libane januas tuas, ut conſumat ignis cedros tuos.* Neque vero ipſi tantum R. Jochanani id conceſſum fuit, ut vitam diutiſſime produceret, ſed inſuper ut ſeneſcerent alii quoque, dedit effectum. Jebamot fol. 105. a. תנו רבנן משפחה אחת היתה בירושלים שהיו מתים כבן י"ח שנה באו והודיעו את רבן יוחנן בן זכאי אמר להם שמא ממשפחת עלי אתם שכתוב וכל מרבית ביתך ימותו אנשים לכו ועסקו בתורה וחיו הלכו ועסקו בתורה וחיו והיו קורים אותם משפחת יוחנן על שמו: Id eſt: *Sic tradunt Magiſtri: Fuit quædam familia Hieroſolymis e qua ortum trahentes, haud ultra annos XIIX. vitam producebant. Quamobrem cum acceſſiſſent R. Jochananem Saccai filium de hac querentes infelicitate, dixit ipſe: Equidem ſuſpicor, vos ab Eli Pontifice genus ducere,* (nam de eo 1 Sam. II, 33.) *ſcriptum:* Tota ſoboles domus tuæ, morientur in adoleſcentia. *Interim, agite, mancipate vos ſtudiis ſacrarum literarum, atque fidem meam interpono, vita diuturna vos gaviſuros eſſe. Morem geſſerunt R. Jochanani & omni diligentia ad ſacras literas incubuerunt, inde evenit, ut ſenium contraherent, eaque familia deinde a R. Jochanane cognomen accepit.* Quæ porro de R. Jochanane notanda veniunt, ea ſuppeditat Autor libri Schalſch Hak. pag. 27. a. טיטוס עשה ריב"ז נשיא מלך ג' שנים אחר החרבן כנראה בנזקין ובאבות דר' נתן והיה ק"כ שנים וממנו מתחילין ששה דורות של תנאים שקבלו תורה שבעל פה מדור הלל ושמאי שהיו סוף ח' דורות של הוראה שבבית שני: Id eſt: *Titus,* (Cæſar,) *conſtituit R. Jochananem Saccai filium, Æchmalotarcham, iſque tribus annis poſt excidium poteſtate functus eſt, ceu ex Neſekin, & Nathanis Avot, conſtat. Vixit R. Jochanan annos CXX. atque ab eo, ætatum ſex, Doctorum, quos Tannaim vocant, quique Hillelis & Schammai ſectas profeſſi ſunt, computandi ſit initium. Duo enim iſti Doctores agmen claudunt Sapientum, qui ſecundo Templo ſuperſtite floruerunt, & quorum octo Claſſes numerantur.* Confer Juchaſin pag. 22. a. & p. 61. b. Zemach Vorſtii pag. 89. 97. & 279. & ſupra in his Annotatis pag. 495. Sed vero, hactenus traditis, multum repugnat S. Hieronymus, quando ad Eſaiæ caput VIII. annotat: *Duas domus, Nazarei,* (*qui ita Chriſtum recipiunt, ut obſervationes legis veteris non amittant,*) *duas familias interpretantur, Sammai & Hellel: ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi: quorum ſuſcepit Scholam Akibas, quem Magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant: & poſt eum Meir: cui ſucceſſit Johannan filius Zachai: & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon: & rurſum Joſeph Galilæus: & uſque ad captivitatem Hieruſalem Joſue.* Atenim, data hercle ſunt verba Sancto Patri, & fuit utique Jochanan noſter, præ Akiba & R. Meir antiquior, id quod pluribus oſtendendi, mox occaſio dabitur.

(4) *Joſe F. Joëſeri Zeridenſi, & Joſe Jochananis filio Hieroſolymitano*] Haud temere factum eſt, quod iſtorum nomina, conſuetum honoris elogium minime habent additum, quodque Rabbini non ſalutantur. Nam, ita nos docente Maimonide in Præfat. quam Seder Seraim præmiſit, qui Hillelem (e quorum numero iſti ſunt,) præceſſere Claſſici Sapientes, eorum nemo Rabban, aut Rabbi cognominatur, ſed ſuis tantum efferuntur nominibus, id quod ſummæ illorum dignitati datum eſt, nec enim cognomina illis digna reperiri poterant, prorſus uti Prophetæ quoque, nullis elogiis vulgo honorantur. Edit ibi ſimul Maimonides integrum catalogum eorum, quibus id honoris gratia conceſſum, ut nudis nominibus appellentur, quem ex eo repetimus:

שמעון הצדיק	*Simeon Juſtus.*
אנטיגנוס איש סוכו	*Antigonus Sochæus.*
יוסי בן יועזר	*Joſe filius Joëſeri.*
יוסי בן יוחנן	*Joſe filius Jochananis.*
יוחנן כהן גדול	*Jochanan Sacerdos Magnus.*
יהושע בן פרחיה	*Joſua Perachiæ filius.*
נתאי הארבלי	*Nethai Arbelita.*
חוני המעגל	*Choni Aammaagal.*
אליהועיני בן הקף	*Elihoini filius Hakkaf.*
חנמאל המצרי	*Chanamel Ægyptius.*
יהודה בן טבאי	*Jehuda filius Thabai.*
שמעון בן שטח	*Simeon filius Schetachi.*
עקביה בן מהללאל	*Akabja filius Mechaleelis.*
שמעיה	*Schemajah.*
אבטליון	*Abtalion.*
חנן	*Chanan.*
אדמון	*Admon.*
הלל	*Hillel.*
שמאי	*Schammai.*
נחום הלבלר	*Nachum Scriba.*
חנניה בן חזקיה	*Chananja filius Hiskia.*
בן גרון	*Garonis filius.*
בבא בן בוטא :	*Baba filius Butæ.*

Obſervandum præterea ex eodem Maimonide, nec in illo parvam rem, aut parvam rationem ſitam eſſe, quod utriuſque Joſe, quorum Miſchna noſtra mentionem injicit, Patria ſive natale ſolum exprimitur. Quippe יש מהם מי שיחס אותם למלאכה כדי לפרסם שמו כגון שאמר נחום הלבלר ור"ש השזורי ומהם שיחס לארצו כגון שאמר איש הדיד ואיש אונו ואיש ברתותא ועניין שאמר איש צרידה ואיש ירושלים זולתם מן המקומות מפני שהוא יורע המקום ההוא וכבודו כלומר כי זה האיש אשר הוא מאנשי המקום ההוא באמרה ראוי לקרותו איש : Id eſt, Cl. Pocockio in Porta Moſis pag. 128. interprete : *E numero Authorum, quos* (Miſchna) *majoris explicationis gratia deſcripſit* (aliis) *modis, alii ſunt quos ab Artibus ſuis deſcripſit, quo notiores ipſos faceret, ut cum dicit*, Nahum Hallablar (*id eſt Librarius*,) & R. Simeon Hashazuri, *alii, quos a Patria, ut cum dicit, vir* Hadid, *vir* Ono, *vir* Bartuta (*oriundus.*) *At, cum dicit vir* Zeredæ, *vir* Jeruſalemi, *aliorumve locorum, hoc innuit, fuiſſe ipſum doctiſſimum atque celeberrimum e loci illius* (incolis,) *ac ſi diceret Perſonam iſtam e loci iſtius incolis, merito appellari* Virum. Nunc porro de duobus illis, in Miſchna noſtra laudatis, notandum, vixiſſe ipſos imperante apud Ægyptios Ptolemæo Philadelpho. Sic enim Baal Schalſch. Hakkab. cum pag. 23. 2. illorum mentionem præmiſiſſet, deinde ſubjicit: בימיו היה אלעזר הזקן כ"ג שכתב לו תלומיאי מלך מצרים שישלח אליו זקנים להעתיק התורה מעברית ללשון יונית והנוצרים השימו כל המעשה הזה בספר בפני עצמו ותלו אותו בבנין הביכיירה שלהם וקראום אריסטיאו : Id eſt : *Horum ætate, ſummo Pontificatu functus eſt Eleaſer Senior, a quo Ptolemæus Rex Ægypti per literas petiit, mitteret ſibi viros ætate* (doctrinaque) *venerabiles, ad transferendum Legem Divinam, ex Hebræa, in linguam Græcanicam. Atque Chriſtiani totam hanc hiſtoriam, peculiari libro complexi ſunt, quem in reliquorum Biblicorum librorum numero habentes, Ariſtæas vocant.* Sed his poſtremis, quid poteſt eſſe falſius, aut ineptius? Tantum enim abeſt, ut eum, qui nunc Ariſtææ nomine circumfertur, librum, Chriſtiani pro ſacro & ſancto habeant, ut multi ne quidem inter genuina, & Autorem non mentientia ſcripta, locum illi relinquant, atque ſuppoſititium arbitrentur. Verum illis, non immoramur, & ſermonem ad nobile par Rabbinorum noſtrorum revocando, iis Antigonum Sochæum Præceptorem obtigiſſe, in Pirke Avot. c. 1. legimus : משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה וכו' שמעון הצדיק היה משירי כנסת הגדולה ואנטיגנוס איש סוכו קבל משמעון הצדיק וכו' יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלים קבלו מהם : Id eſt : *Moſes τὰς παραδόσεις accepit in monte Sinai, & tradidit eas Joſuæ: Joſuas autem tradidit Senioribus : Seniores vero tradiderunt Prophetis : Prophetæ tradiderunt Viris Synagogæ magnæ : Ex iſtis Synagogæ magnæ viris fuit Simeon juſtus, ab hoc vero Simeone juſto, accepit Antigonus Sochæus &c. Joſe filius Joëſeri, Zeridenſis ; & Joſe filius Jochananis Hieroſolymitanus, acceperunt ab illis.* Hoc vero in dicto, verbum poſtremum, depravatum arbitratus eſt Cl. Petitus, unde, cum & ipſe illud l. 3. Obſervat. cap. 2. attuliſſet, ſic porro diſſerit : *Vides, neminem eſſe a quo* (Joſe Joëzeri filius & alter Joſe Johannis filius) *accipere potuerint, præter Antigonum Sochæum, qui immediate præcedit, & a quo non eſt dubium accepiſſe. Verum is unus eſt, a quo acceperunt, ac proinde τὸ* מהם *in* plurali *numero non eſt hujus loci* קבלו מהם acceperunt ab illis. *Non ignoro Antigoni æqualem & coævum fuiſſe* Eliezerum *Charſomi filium, cujus meminit Maimonides Præfatione ad* סדר זרעים cap. IV. והחבורה השנייה אנטיגנוס איש סוכו ור' אלעזר בן חרסום Secunda æqualium ſucceſſio, Antigonus Sochæus & Rabbi Eliezer Charſomi Filius. *Quibus in verbis caſtiganda eſt ἀπρεπεξία, præſtantiſſimi Scriptoris, qui* Eliezerum *Charſomi filium*, Rabbi *titulo ornat, contra quam obſervatum fuiſſe, hac ipſa Præfatione teſtatur: nam ad mortem Hillelis uſque* לא נקראו לא בשם רבן ולא בשם רבי רק נקראו בשמם וזה לגודל מעלתם שאי אפשר למצא כנוי ראוי להם כמו שאין כנוי לנביאים : Non dicebantur Rabban, aut Rabbini, ſed ſuo tantum quiſque nomine : idque propter magnitudinem excellentiæ ipſorum, quod fieri nequiret, ut reperirent cognomina illis digna, quemadmodum nullis titulis Prophetæ honeſtabantur, *ut ex hac Maimonidis Præfatione ſcribit Auctor* צמח דוד *Sed iſta miſſa faciamus παρέργως, ut de re ipſa dicamus. Quanquam igitur* Antigoni *Sochæi æqualis eſſet* Eliezeris *Charſomi Filius, non tamen una cum eo Scholæ præerat, in tradendis ταῖς πατροπαραδόσεσι occupatus, ſed ſummo fungebatur Sacerdotio &c.* Interjectis aliis, tandem conjecturam de emendando verbo מהם proponit Vir eruditus, inquiens: *Corruptus eſt locus in hac voce* מהם *ei corrumpendo fuit ſcriptura illa, quam currentem vocant, in qua facilis lapſus fuit e litera* א *in literam* ה *ut & literæ* ס *in literam* ם *finalem : Nam exiſtimamus ſcriptum olim fuiſſe compendioſe* מאס id eſt מאנטיגנוס סוכו ab Antigono Sochæo, *pro quo peſſime* מהם ab illis, *legerunt.* Hactenus Petitus. Cæterum, occurrunt quædam, circa iſta monenda, ea citra ordinem ediſſeremus. Principio, cur Eleaſar (ſic namque vocari debet, quia אלעזר Hebræi ſcribunt, non אליעזר) Charſomi filius, Antigono Sochæo in tradendis ταῖς παραδόσεσι non conjungatur, vehementer dubito, num propriam cauſam vir Doctus indicaverit. Quippe, nihil quicquam impediebat Pontificatus officium, quo minus ſimul Doctoris munere iſte fungi potuiſſet, atque ſic habemus clarum exemplum in Simeone Juſto, de quo ex laudato τῶν Pirke teſtimonio, pateſcit Archididaſcalum fuiſſe, & tamen שכהן גדול היה בימי אלכסנדרוס מוקדן *eundem Sacerdotem quoque Magnum, temporibus Alexandri Magni fuiſſe,* noſtra τῶν Pirke editio, ſtatim adjicit in margine, & ea de re inter omnes conſtat. Jam porro, Maimonides fortaſſe immerito *ἀπρεπεξίας* accuſatur a Viro Literatiſſimo, neque poterat Maimonides in una & eadem præfatione ſui tam eſſe immemor. Scilicet, Eleaſar Charſomi filius, neutiquam locum invenit inter eos, qui ſine honoris elogio, nudis tantum nominibus memorantur, ſed eſt extra illam Claſſem. Soli enim Hillele priores Archididaſcali, & quorum ſeriem recenſuimus, id proprium & peculiare habent, ut *ἀνὰ προσθήκης* allegentur, de cæteris, qui his coævi erant

erant Eruditis, idem non præcipitur. Unde non Maimonides tantum, ſed & Autor libri Halich. Ol. p. 19. Baal. Juchas. p. 15. b. itemque Baal Zemach David ipſi deinde Petito laudatus, magno conſenſu Eleaſarem iſtum, Rabbinum ſalutant. Atque, ne quis mihi dicat, iſtos omnes cum Maimonide imprudente Duce ſic erraſſe, ecce Eleaſaris Charſomi filii, non aliter quam cum Rabbini epitheto, etiam ipſum Talmud meminit in Joma fol. 36. b. לעשיר אומרים לו מפני מה לא עסקת בתורה אם אמר עשיר הייתי וטרוד הייתי בנכסי אומרים לו כלום עשיר היית יותר מר"א בן חרסום אמרו עליו על רבי אלעזר בן חרסום שהניח לו אביו אלף עיירות ביבשה וכנגדן אלף ספינות בים ובכל יום נוטל נאד של קמח על כתפו והולך מעיר לעיר וממדינה למדינה ללמוד תורה פעם אחת מצאוהו עבדיו ועשו בו אנגריא אמר להן בבקשה מכם הניחוני ואלך ללמוד תורה אמרו לו חי ר' אלעזר בן חרסום שאין מניחין אותך (Sequentia e Talmudis editionibus male exciderunt, quæ ex En Iſr. f. 103. col. 2. reſtituimus.) נתן להם הרבה כדי שיניחו אותו והלך : Id eſt: *Olim* (in judicio extremo, quæret Deus ex quoque ignavo, Legiſque ſuæ ignaro:) *Quare non didiciſti Legem meam? Quod ſi quis igitur reſpondeat: Dives eram, & in* (collocandis) *opibus occupabar: Ibi audiet: Nunquid tu ditior fuiſti R. Eleaſare Charſomi filio? Nam de iſto conſtat, reliquiſſe ei patrem mille urbes in continenti, totidemque naves in mari. Nihilo minus, quoquo die, mantica farina* (ſeu viatico) *repleta, humeros onerans, urbes cum urbibus, provincias cum provinciis commutavit, quo in ſacris literis diſcendis operæ pretium faceret. Accidit aliquando, ut ſui in eum inciderent ſervi, & ad ἀγγαρείαν præſtandam ipſum cogere vellent: Tum vero, Obſecro vos, inquiebat, miſſum me facite, ut abeam, & ſtudia mea perſequar. Contra ipſi: Ita vivit R. Eleaſar Charſomi filius, non te dimittimus. Ergo magna pecunia ſoluta, facultatem abeundi redemit.* Jam, quod ipſam verborum in Pirke, Petiti correctionem concernit, næ illa longiuſcule arceſſitur. Siquidem, niſi me fallunt omnia, haud unquam אנטיגנוס סוכו Judæi aut dixere, aut dicunt, ſed ſemper iſtis vocibus verbum איש interſeritur, quippe ſine quo ſenſus neutiquam ſibi conſtat. Non igitur pro מהם cum Petito מא"ס reſcribere audemus, ſed de alia ratione diſpiciendum, quomodo locum, quem interim difficultate non minima laborare negari nequit, ſalvare nobis liceat. Eam vero ne operoſe nimis quæramus, ultro ſuccurrit Baal Juchaſin, qui p. 16. a. geminum affert remedium, inquiens: יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסף (Nomina יוסי & יוסף cum de his Rabbinis ſermo eſt, uſurpantur promiſcue.) בן יוחנן איש ירושלם קבלו מאנטיגנוס ומשמעון הצדיק שכן אמר במשנה קבלו מהם לשון רבים וכן פירש רבי מאיר הלוי בר רבי טודרוס מטוליטולה בפירוי אבות או ירצה לומר מאנטיגנוס ובית דינו כמו רבי אלעזר בן חרסום וכן אמר הרמב"ם ז"ל בתחילת המדע : Id eſt: *Joſe filius Joëſeri Zeridenſis, & Joſephus filius Jochananis Hieroſolymitanus,* (τὰς παραδόσεις) *acceperunt ab Antigono, & Simeone Juſto, nam ſic in Miſchna,* (ſive Pirke) קבלו מהם Acceperunt ab illis, *plurativo numero dicitur. Atque hæc expoſitio eſt R. Meir Levitæ, F. R. T. Toletani, in Commentario ſuper Capitula Patrum. Aut, ſi mavis, dicamus,* (accepiſſe illos τὰς παραδόσεις) *ab Antigono ejuſque ſectatoribus, nam idem & de R. Eleaſare Charſomi filio conſtat: quæ illuſtris Maimonides in principio tractatus Madda, eſt interpretatio.* Quod, ſi cui, neutra harum conciliationum ſatisfaciat, eum non impediemus, quo minus vocem מהם corruptam pronunciet. Qui vero ſic animatus eſt, tantum valde affinem, ממנו pro ea reſcribat, atque ſic tollitur e medio, omnis qui erat in hac re ſcrupulus, & ad ſolum Antigonum Sochæum, de quo mentio præceſſerat, ſermo refertur. Atque hoc quidem tanto majore confidentia facere fas eſt, quia ממנו pro מהם in Cracovienſi τῶν Pirke editione, pridem diſerte legitur. Ante vero, quam ſæpe memoratos Rabbinos noſtros, plane deſerimus, non negligenda nobis eſt Autoris libri Juchaſin quam verbis paulo ante allatis, ſubjecit, de iis obſervatio: מכאן התחילו הזוגות והבאים אחריהם עד הלל ושמאי שהם כלם חמשה זוגות וזהו מה שאמר שקבלו מהם וכל זוג וזוג האחד נשיא והשני אב בית דין חוץ משמעון בן שטח ויהודה בן טבאי שיש בזה מחלוקת רבי מאיר אומר שיהודה בן טבאי נשיא ושמעון בן שטח אב בית דין וחכמים אומרים להפך ונראה כחכמים : Id eſt: *Ab iſtis incipit recenſio veterum Sapientum, ſecundum paria,* (nam qui hos præceſſere, ſinguli tantum memorantur:) *Atque is ordo ad Hillelem & Schammæum uſque ſervatur, ſuntque in univerſum paria quinque: & ortus inde ſermo eſt, ut dicatur, quem à pari Sapientum τὰς παραδόσεις accepiſſe. Notandum vero, cujuſque paris, primum fuiſſe Principem, alterum, fuiſſe Patrem Domus Judicii, niſi quod de Simeone filio Schetach, & Juda filio Tabai diſſenſus eſt. R. Meir enim, Judam filium Tabai, Principem facit, Simeonem vero filium Schetach, Patrem Domus Judicii: At contrarium Sapientibus placet, quorum opinio videtur verior.*

(5) *Viri botruoſi*] Ipſa Gemara, quando alibi, puta in Temura fol. 115. b. eadem, quæ hic loci de Joſe filio Joëſeri Zeridenſi, & Joſe filio Jochananis Hieroſolymitano, prædicat, ſimul exponit, qui per Viros Botruoſos accipi debeant. Sic ibi habent verba: משמת יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסף בן יוחנן איש ירושלים בטלו האשכלות איש שהכל בו ואמר רב יהודה אמר שמואל כל אשכלות שעמדו להם לישראל מימות משה עד שמת יוסף בן יועזר היו למדים תורה כמשה רבינו מכאן ואילך לא היו למדין תורה כמשה רבינו : Id eſt: *R. Joſe F. Joëſeri Zeridenſi, & Joſe Jochananis F. Hieroſolymitano, mortuis, ſublati ſunt Viri Botruoſi, ſive quibus τὰ πάντα inerant. Autore Samuële, dixit R. Jehuda, omnes Viros Botruoſos, qui inde a Moſis ætate, ad obitum uſque Joſephi filii Joëſeri Judæis obtigerunt, in Lege Divina haud minores ipſo Moſe Legiſlatore feciſſe profectus, ſed poſtea magnam doctrinæ imminutionem accidiſſe.*

י יוחנן כהן גדול העביר הודיית המעשר אף הוא בטל את המעוררין ואת הנוקפין עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי :

10. (1) Jochanan Summus Pontifex, (2) abrogavit Confeſſionem Decimarum; quin & (3) Officia excitantium a ſomno, & (4) ſcarificantium victimas abrogavit. Uſque ad ejus ætatem (5) pulſabat malleus Hieroſolymis: Et tum temporis, (6) non amplius quærebatur, num quid decimatum eſſet?

R. OB. DE BARTENORA.

הודיית המעשר *Confeſſionem decimarum*, quæ extat Deut. 26, 13. Nam Ezra hanc multam inflixit Levitis, ne illis darent decimas, poſt captivitatem, quia filii Levitarum non aſcenderant cum ipſo è captivitate, & præcepit ut decimas ſolverent ſacerdoti. Jochanan pontifex maximus irritam reddidit confeſſionem decimarum, quia dici non poterat tunc temporis, *etiam dedi Levitæ.* בטל את המעוררים *abrogavit eos qui a ſomno excitant*, nam Levitæ quotidie dicebant pro ſuggeſtu Pſal. 44. 24. עורה למה תישן יהוה Quæ verba ne quis ita caperet perinde ac ſi creator dormiret, abrogavit ea Ezra ne inpoſterum dicerentur. הנוקפין *percuſſores*, qui percutiebant & ſcarificabant vitulum oblationis inter cornua, ut ſanguis corruens obfuſcaret oculos ejus, & hoc modo eo facilius ligari poſſet, & decollari; & hoc etiam Jochanan abrogavit, quia macula affectus videbatur, & annulos in ſolo templi ordinavit, ut beſtiæ eo facilius decollarentur, quando colla illis imponebantur. עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם *uſque ad ejus ætatem pulſabat malleus Jeruſolymis*, in diebus feſti intermediis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eadem hæc Miſna venit in tractatu Maaſer Scheni, & eam expoſuimus illic de verbo ad verbum, ubi videſis, ne omnia denuo exſcribere cogamur.

diis, opifices qui operabantur in ære & ferro, malleo percutiebant, ne opus inceptum perderetur; & hoc quoque abrogavit, eo quod id nimis publice fiebat, atque adeo feſto erat ignominiæ. ובימיו אין אדם צריך לשאל על הדמאי *& in diebus ejus non amplius quærebatur num quid decimatum eſſet*, nam dixit æqualibus ſuis, ſcitote, quod ſicuti neglectus Trumæ magnæ involvit pœnam mortis, ſic etiam neglectus Trumæ de decimis, & rei illibatæ, involvit pœnam mortis, ideo ordinavit ut Trumam de decimis ſepararent de Demai, & decimas ſecundas tantum, & non decimas primas, neque decimas pauperis, quia Levitæ, aut pauperi dicere poterant, proba quod ſit Tebhel, & dabo tibi illud. Et ab hac inſtitutione & deinceps, is qui emebat fructus in platea, non rogabat an ritè perfectæ eſſent quod ad dona, necne, ſed ſtatim educebat ex illis Trumam de decimis, & decimas ſecundas, & quod reliquum erat, comedebat, nam ſi quis a plebejo emebat fructus, habebantur pro Demai.

WAGENSEILIUS. (1) *Jochanan Summus Pontifex*] Is intelligitur, qui Matathiæ pater fuit, & cujus 1 Maccab. II, 1. mentio habetur. Vide Schalſch. Hak p. 23. a. Juchaſin p. 16. b. & p. 61. a. Adde, ſi lubet, Seldenum de Succeſſ. l. 1. c. 10.

(2) *Abrogavit confeſſionem Decimarum*] In hæc verba ſic commentatur Bartenora: הודיית מעשר ודוי מעשר בערתי הקדש מן הבית וגם נתתיו ללוי שעזרא קנס את הלוים שלא יתנו להם מעשר כשעלה מן הגולה ובני לוי לא עלו עמו תוה שיתנו המעשר לכהנים ויוחנן כהן גדול בטל הודוי שלא היה יכול לומר וגם נתתיו ללוי : Id eſt: *Per Confeſſionem Decimarum*, (intelliguntur verba concepta, quæ Deut. XXVI, 13. ſeqq. ſunt expreſſa:) Suſtuli quod ſanctum eſt è mea domo, etiamque illud dedi Levitæ. &c *Sciendum vero, Eſram mulctaſſe Levitas Decimis* (primis, quæ illis cæteroquin ex Lege Divina debebantur.) *Cum enim finita captivitate Babylonica Judæam peteret, & a Levitis*, (prout Eſr. VIII, 15. legimus) *deſereretur* (vetuit ipſe, porro Decimas primas dare Levitis,) *eaſdemque Sacerdotibus aſſignavit. Quamobrem Jochanan Pontifex abrogavit recitationem ſolemnis formulæ, quia ſalva veritate jam dicere non licebat:* Etiamque illud dedi Levitæ. Nimirum, exiſtimavit Jochanan, ſatius eſſe, prorſus omittere formulam a Deo præſcriptam, quam quid ejuſdem contra conſcientiam enunciare, cum ex diſpoſitione Eſræ, illa tempeſtate neutiquam Levitis, ſed Sacerdotibus, Decimæ tribuerentur. Atque integram quidem formulam abrogandam, non ſola illa verba, quæ ad Levitas attinent, reſecanda cenſuit, quia, dicente ita rationem Reſch Lakiſch in Gemara: כל בית שאין מתודה על מעשר ראשון שוב אין מתודה על שאר מעשרות : Id eſt: *Quiſquis de Decimis primis non poteſt edere confeſſionem, is porro nec eam edit, quæ eſt de Decimis reliquis.*

(3) *Officia excitantium a ſomno*] Quippe, uti eſt in Gemara, ſolebant Levitæ, ſingulis diebus, inter reliquas preces & hymnos ex Pſ. XLIV, 24. etiam modulari: Evigila, quare dormires Domine? Ea verba, cum quos imperitiores offendere poſſe ſuſpicaretur Jochanan Pontifex, illamque opinionem in ipſorum animis generare, quaſi Numen æternum ſomno & quieti indulgeat, ideo ad tollendam hanc abſurditatem, & ad perſuadendum id, quod Scriptura Pſ. CXXI, 4. diſerte teſtatur: Ecce non dormitat, neque dormit cuſtos Iſraëlis: Ipſe abſtinere Levitas juſſit a prædicta formula. Neque vero Sapientiores, & quibus de genuino illorum verborum ſenſu conſtabat, id vitio vertere poterant, nam huic exhortationi etiam κατὰ τὴν κατάβασιν intellecta, tantum locus eſſe videtur, cum calamitatibus premuntur Judæi, a quibus tamen, illa ætate erant immunes.

(4) *Scarificantium victimas*] Ut hæc probe intelligamus, Gemara adhibenda eſt in ſubſidium, quæ annotat: מאי נוקפין אמר רב יהודה אמר שמואל שהיו מסרטין לעגל בין קרניו כדי שיפול דם בעיניו אתא איהו בטיל כשום דמיחזי כי מומא בכהניתא תנא שהיו חובטין אותו במקלות כדרך שעושין אותו לפני ע"ז אמר להם עד מתי אתם מאכילין נבילות למזבח נבילות הא שחיט להו אלא טריפות שמא ניקב קרום של מוח עמד והתקין להם טבעות בקרקע : Id eſt: *Quinam ſunt iſti Scarificantes? Autore R. Samuele, docet R. Judas, eam quondam* (in Templo Hieroſolymitano obtinuiſſe conſuetudinem, ut Sacerdotes immolaturi) *vitulum, pellem quæ inter cornua ejus eſt inciderent, quo ſanguis inde promanans, oculos* (fuſcando, victimam mactationi redderet morigeram.) *At Jochanan Pontificatui admotus, ſuſtulit hunc morem, quia illa ratione vitium victimis ineſſe videbatur. In Miſchna traditur, receptum* (quoque) *fuiſſe, ut victimæ mactandæ, fuſtibus in fronte*, (quoad miteſcerent,) *cæderentur, quod idem vana ſuperſtitionis ſacrificuli facere ſolebant.* (Hunc igitur ritum ſacro Templo indignum ratus Jochanan Pontifex,) *quouſque inquiebat, morticinis paſcetis altare?* (Dicat quis:) *Itane morticinis? Atqui, mactabantur utique victimæ. Nimirum*, Vitioſis, *dicere volebat, quod facile fieri poſſet*, (ut illa percuſſione) *pellicula cerebri perforaretur. Quamobrem annulos in ſolo templi fieri juſſit*, (ad quos funibus protractæ, alligatæque victimæ, commode ſic mactarentur.) Non negligenda obiter, annulorum iſtorum forma, quam Jeruſchalmi depingit, dum, quod רחבות מלמטן וצרות מלמעלן *inferne ampli, ſuperne anguſti fuerint*, aſſeverat.

(5) *Pulſabat malleus Hieroſolymis*] Dies, qui primo & ſeptimo feſti Paſchatis, itemque primo & octavo feſti Tabernaculorum interjiciuntur, eos Judæi חול המועד vocant, atque hi etſi feriati quodammodo ſunt, & vacationem a labore quæſtuario communiter exigunt, tamen ſi neceſſitas imperet, & metus ſit, periturum cæteroquin cœptum opus, ni perficiatur, illud die aliquo ejuſmodi abſolvere, & detrimentum quod imminet, avertere licebat. Atque hoc privilegio, uti omnes omnino gaudent opifices, ita & fabri ferrarii ante Jochananis tempora, eodem Hieroſolymis utebantur, ac in diebus minus ſacris, ea, quæ vitium, niſi perfecta redderentur, contractura erant, incudi ſubjiciebant. Etiam hæc res intolerabilis viſa eſt Jochanani Pontifici, quatenus fabros ferrarios concernit, ob mallei ſonum, qui è longinquo exauditur, & ſuſpicari facit peregrè adventantes, nullam prorſus in die minus feſto Hieroſolymis a labore eſſe ceſſationem. Ergo cæteris opificibus qui clam opus peragunt, more majorum vivere permittens, ſolis ferrariis fabris mallei uſum interdixit.

(6) *Non amplius quærebatur, num quid decimatum eſſet*] Non enim fides haberi poterat homini plebejo venditori, etiamſi rerum quas venum exponebat, Decimas jam ſolutas eſſe, magna aſſeveratione teſtaretur: Tanta erat illis temporibus morum corruptio. Gemara noſtra: יוחנן כהן גדול גזר על הדמאי לפי ששלח בכל גבול ישראל וראה שאין מפרישין אלא תרומה גדולה בלבד ומעשר ראשון ומעשר שני מקצתן מעשרין ומקצתן אין מעשרין אמר להם בניי בואו ואומר לכם כשם שתרומה גדולה יש בה עון מיתה כך תרומת מעשר וטבל יש בהן עון מיתה עמד והתקין להם הלוקח פירות מעם הארץ מפריש מהם מעשר ראשון ומעשר שני מעשר ראשון מפריש ממנה תרומת מעשר ונותנה לכהן ומעשר שני עולה ואוכלו בירושלים מעשר ראשון ומעשר עני המוציא מחבירו עליו הראיה : Id eſt: *Jochanan Pontifex, Decimationi dubiæ nullum amplius locum reliquit. Cum enim per univerſam Judæam miſiſſet* (exploratum, quomodo Decimæ a proventibus agrorum ſegregarentur,) *deprehendit, omnes quidem ſegregare Ablationem magnam, ſed decimas primas, & Decimas ſecundas, aliquos ſeparare, ab aliquibus vero id negligi. Quamobrem, O mei, inquiebat*, (erratis graviter, quod ad ſolam Ablationem magnam ſeparandam, vos ex Lege Divina neceſſario teneri, exiſtimatis:) *Nam attendite, id vobis aſſevero, æque ac intermiſſio Ablationis magnæ, reatum capitalem involvit, ita pariter, ſi Decimarum Decimæ, ſimul cum Decimis primis & ſecundis non ſeparentur, idem reatus contrahitur. Ergo hanc Legem fecit: Quiſquis fruges e plebejo homine emtitat*, (nihil moveri debet, etiamſi ſacramentum venditor juret, præter Ablationem magnam, de qua hactenus fides habetur, omnes etiam Decimas inde eſſe ſegregatas.) *Quin potius, inde ſeparare tenetur & primas, & ſecundas Decimas. Primarum Decimarum rurſus facienda eſt decimatio, quæ Sacerdotibus cedit; Decimas ſecundas Hieroſolymis comedere oportet: Cæterum ipſas primas Decimas*, (ſive illarum, poſt decimationem reſiduum,) *itemque pauperum Decimas, qui ſibi concedi poſtulat, hunc aſſe-*

afferenda probatio eſt. Ad ſenſus integritatem, ſupplendum porro: Nam ſi Levitæ eas exigant, dicendum Eſram illos privilegio ſuo privaſſe: Si Sacerdotes, licebit opponere, nullo jure Divino ipſos ſubnixos eſſe, nec carere dubitatione, an Eſra, id quod Numinis lege expreſſa Levitis debebatur, Sacerdotibus concedere potuerit. Quoad igitur alterutri evidenti ratione ſibi Decimas primas deberi oſtendant, tantiſper ad eas perſolvendas, neminem obligo, ſed his ut ipſi patresfamilias, atque emtores fruantur fas eſto: quippe hanc indulgentiam præſens morum corruptela exigit. De dolo malo, quem, ad Decimas declinandas, hujus ævi Judæi committebant, extat locus in Berachot fol. 35. b. בא וראה מה בין דורות ראשונים לדורות אחרונים דורות הראשונים היו מכניסין פירותיהן דרך טרקסימון כדי לחייבם במעשר דורות האחרונים מכניסין פירותיהן דרך גגות דרך חצרות דרך קרפיפות

יא משבטלה סנהדרין בטל השיר מבית המשתאות שנאמר בשיר לא ישתו יין וגומר:

R. OB. DE BARTENORA.

Per סנהדרין Senatores intelligi debent, qui ita vocantur eo quod odio habent faciem in judicio, (quia nemini connivendum eſt.) בטל השיר *ceſſavit canticum*, eo quod ſcriptum eſt Tren. 5, 14. Ab eo igitur tempore quo ceſſarunt ſeniores, ſive Synedrium, etiam ceſſarunt cantica adoleſcentium.

WAGENSEILIUS. (1) *Ceſſavit Synedrium*] Quæ Synedrii denique fata fuerint, docetur in Schabbat fol. 15. a. & Roſch Haſſchana fol. 31. a. unde quædam excerpimus. Priore loco extat: כשחלה רבי ישמעאל ברבי יוסי שלחו לו רבי אמור לנו ב' או ג' דברים שאמרת לנו משום אביך שלח להם כך אמר אבא ק"פ שנה עד שלא חרב הבית פשטה מלכות הרשעה על ישראל פ' שנה עד שלא (Eu Iſraël habet מלכות אדום) חרב הבית גזרו טומאה על ארץ העמים ועל כלי זכוכית מ' שנה עד שלא חרב הבית גלתה לה סנהדרין וישבה לה בחנויות: Id eſt: *Cum R. Iſmael, filius R. Joſe, æger decumberet, miſere* (Socienni, qui illum ipſorum nomine precaretur:) *Bone Magiſter, repete denuo, duo aut tria ex iis, quæ a patre percepta, nobis olim ediſſeruiſti. Ibi renunciari juſſit: Hæc meus Parens teſtatur: CLXXX. annis, ante deſolationem templi* (ſecundi,) *cœpit Regnum Nequam Judæis imperitare. LXXX. annis, ante illam devaſtationem, decreto Sapientum, Regiones Gentilium, & vitra* (quæ cadaverum atque menſtruatarum contactum paſſa erant,) *impura declarata: Quadrageſimo ante πανολεθρίαν anno, Synedrium exulare coactum, inque tabernas* (montis ſancti) *conceſſit.* Poſteriore loco ita legimus אמר רב יהודה בר אידי א"ר יוחנן עשר מסעות נסעה שכינה וכלהו מקראי וכנגדן גלתה סנהדרין בגמרא י' מסעות נסעה שכינה מקראי מכפורת לכרוב ומכרוב למפתן ומפתן לחצר ומחצר למזבח וממזבח לגג ומגג לחומה ומחומה לעיר ומעיר להר ומהר למדבר וממדבר עלתה וישבה במקומה אמר ר' יוחנן ו' חדשים נתעכבה שכינה לישראל במדבר שמא יחזרו בתשובה ולא חזרו אמרה תיפח נפשן וכו' וכנגדן גלתה סנהדרין גמרא מלשכת הגזית לחנות ומחנות לירושלים ומירושלים ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא לשפרעם ומשפרעם לבית שערים ומבית שערים לציפורי ומציפורי לטבריה: Id eſt: *Tradente R. Juda, filio Iddi, autor fuerat R. Jochanan:* (Stante adhuc primo templo,) *decem quaſi ſtationes* (uſque & uſque paulatim recedendo,) *feciſſe divinam majeſtatem*, (priuſquam templo, urbe, populoque judaico relictis, cœlum repeteret:) *Idque in ipſis Scripturæ verbis contineri. Harum autem ſtationum reſpectu*, (cum ſuis jam fatis urgeretur & ſuccumberet ſecundum templum, toties) *Synedrium exulare*

יב משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים משחרב בית המקדש בטל השמיר ונופת צופים ופסקו אנשי אמנה שני הושיעה ה' כי גמר חסיד וגו' רבן שמעון בן גמליאל אומר משום

כדי לפטרן מן המעשר: Id eſt: *Veni, vide, quantum diſcriminis interſit, inter mores Antiquorum, & mores Poſteriorum. Antiqui agrorum ſuorum proventus, inferebant in ædes per illarum oſtium, ut eos ad Decimas de iis præſtandas, obligarent. At poſteriores, inferebant illos per tecta, per Atria, per Peribula*, (Aut, fortaſſe Podium ſignificat vox קרפיפות) *ut a Decimarum ſolutione eoſdem immunes redderent.* Quæ, ut recte accipiantur, ſciendum, ita perſuaſos eſſe Judæos, non aliter proventus agrorum obligationem Decimarum contrahere, quam ſi per verum oſtium in ædes fuerint illati. Nempe huc trahunt, quod concepta formula Decimarum præſtationis, Deut. XXVI, 13. ſic habet: בערתי הקדש מן הבית וגם נתתיו ללוי *Suſtuli quod ſanctum eſt* e mea domo, *etiamque illud dedi Levitæ.*

11. Ex quo (1) ceſſavit Synedrium, (2) ceſſarunt cantica in popinis. Juxta id quod S. E. (Eſa. XXIV, 9.) *Cum Cantico non bibent vinum &c.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Tren. 5, 14. זקנים משער שבתו בחורים מנגינתם Quando autem ceſſavit ſynedrium, quod conſtabat ex ſenioribus illis quos Deus conſtitui juſſit in omnibus civitatibus, ceſſavit etiam canticum. Sed ea quæ ad Synedrium ſpectant, ulterius explanabo in tractatu Sanhedrin.

coactum eſſe, quod traditione compertum habeatur. Quantum ad prius attinet, meavit ſcilicet divina Majeſtas ab ἱλαστηρίῳ ſuper Cherubinos: inde ad limen: hinc in atrium: porro ſuper altare: deinde in tectum: ulterius, in murum: tum, in urbem: poſtmodum, in montem: denique in deſertum. Quod deſerens, ſuum in locum contendit, ibidemque permanſit. Si tamen fides R. Jochanani, (totos) *ſex menſes in deſerto Judæos eſt præſtolata, ſi forte per pœnitentiam,* (ad bonam frugem) *redituri eſſent, ſed minime id fecere: dixerat igitur: Male pereant* (Judæi &c.) *Diximus, harum Stationum reſpectu, totidem vicibus Synedrium Magnum in exilium actum eſſe, atque hoc traditione conſtare. Nimirum è conclavi quod ex cæſo lapide erat conditum, migravit in Tabernas, ex iis in ipſam Urbem, inde Jabnem, porro Oſcham, ex qua urbe denuo Jabnem, atque e Jabne priſtinam Oſcham repetere compulſum: hinc Schiphramum fugatum, porro Beth-Schearimum, ulterius Zipporam, tandemque Tiberiadem.* Confer Maimonidem Hilch. Sanhed. c. 14. §. 12. 13.

(2) *Ceſſarunt cantica in popinis*] Quomodo hæc accipienda ſint, commodum nos monet Moſes Kozenſis in Smag. fol. 249. col. 3. בפרק קמא דגיטין אמור בין זמרא דפומא בין זמרא דבנא אחר החורבן ופירש רבי שלמה לשורר בבית המשתאות משום כשיר אל ישתו יין אבל לשמח חתן וכלה שהוא שיר של מצוה מותר: ואף בבית המשתאות פירש רב אלפס בשם גאון דווקא שירות של אהבת אדם ושבח אדם אבל שירות ותושבחות חסדי המקום מותרין: Id eſt: *In Capite primo tractatus Gittin, traditur, poſt excidium urbis noſtræ, nefas nobis eſſe autore, aut fidibus canere. Atque hoc interdictum R. Salomo, tantum de popinis valere ait, ut conſtet veritas illi* (Eſ. XXIV, 9.) Cum cantico non bibent vinum. *Interim Sponſum & Sponſam,* (modulata carmina canendo) *exhilarare licet, nam is cantus pius eſt. Quin, & illa in popinis probibita cantica R. Alphas autoritatem ſummi viri ſecutus, tantum ad cantica amatoria, aut in laudem hominum facta, reſtringit, nam ſi quæ ad celebrationem & memoriam Numinis, ejuſque beneficiorum recenſionem pertinent, ea etiamnum in popinis decantare nulla prohibet religio.*

12. Simul ac (1) Prophetæ priores, fato functi ſunt, Oraculum pectorale deſiit. Templo deſolato, periit Schamir, & (2) acervum mel, defeceruntque viri fideles, prout S. E. (Pſ. XII, 2) *Juva Domine, nam deſiit pius &c.* R. Simeon F.

רבי יהושע כיום שחרב בית המקדש אין יום שאין בו קללה ולא ירד הטל לברכה תיטל טעם הפירות ר׳ יוסי אומ׳ אף ניטל שומן הפירות :

G. autor, teſtatum R. Joſuam, quod (3) ex eo die quo templum devaſtatum eſt, nulla dies affulſerit ſine plaga, (4) neque ros ſalutis deſcenderit, & (5) ſapor fructibus ſit ademtus. R. Joſe adjicit Etiam pinguedinem fructibus ademtam.

R. OB. DE BARTENORA.

נביאים הראשונים *Prophetæ priores*, omnes prophetæ vocantur *priores*, excepto Hagay, Zacharia, Malachy, & ſocii ejus, qui ſunt poſteriores, qui extiterunt ſub Templo ſecundo. השמיר eſt ſpecies vermis, quantitatis grani hordei, quem ponebant in conſpectu lapidis atramento ſignati, & findebatur ex ſeipſo. Excavabant etiam ope illius lapides in pectorali pontificis, uti ſcriptum eſt Exod. 28, 20. במלאותם id eſt, ut perfecti eſſent, & nihil deficeret illis, ideo vermiculum שמיר ponebant in conſpectu tincturæ exterius. נופת צופים erat genus mellis quod veniebat e loco qui vocabatur Zophim, eratque præſtantiſſimum. אנשי אמנה *viri fideles*, qui credebant in Deum benedictum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נביאים הראשונים *Prophetæ priores*, ſunt prophetæ primi templi uſque ad prophetas ſecundi templi, qui ſunt Hagay, Zacharia, Malachy, & ſocii eorum, qui vocantur *Prophetæ, poſteriores*. השמיר notat vermiculum findentem lapides, & ope illius fiſſi fuerunt lapides in pectorali, qui eo tempore inveniebatur. נופת צופים notat genus mellis quod veniebat e terra, & vocabatur צופים illud mel quod excellebat colore, ſapore, & odore.

WAGENSEILIUS. (1) *Prophetæ priores*] Prophetarum priorum Claſſis, cum Jeremia & Ezechiele, qui circa ipſa excidii Hieroſolymitani tempora vixerunt, deficit. Nam Aggæus, Zacharias, & Malachias qui hos ſecuti ſunt, Prophetæ poſteriores audiunt. Vide mox Gemaræ Excerpta.

(2) *Acætum mel*] De verborum נופת צופים interpretatione mirè variantes ſunt in Gemara noſtra ſententiæ, cujus integrum locum adducemus : מאי נופת צופים אמר רב סולת שצפה על גבי נפה ודומה לעיסה שנלושה בדבש ושמן ולוי אמר שתי כברות הדבק כתנור ותופחות ובאות עד שמגיעות זו לזו ורבי יהושע בן לוי אמר זה דבש הבא מן הציפיא מאי משמע כדמתרגם רב ששת כמאן דבריאתא ושמיין ברומי עלמא ומתיין דובשא מעיסבי טורייא תנן התם כל הנצוק טהור חוץ מדבש זיפים והצפיחית מאי זיפים א״ר יוחנן דבש שמזייפין בו וריש לקיש אמר על שם מקומו כדכתיב זיף וטלם ובעלות : Id eſt: *Quid ſignificant voces* נופת צופים *Raf ait, illis notari pollinem, qui* (ob nimiam pinguedinem,) *ſupernatat cribro*, (ſive potius ejus lateribus adhæret,) *& refert imaginem maſſæ, oleo & melle ſubactæ. Levi ait, notari placentas duas, quæ* (more apud veteres panem excoquendi recepto, hinc & hinc) *furno applicatæ, magis magiſque ſeſe efferunt, quoad ſeſe invicem attingunt. R. Joſua filius Levi ait, eſſe Mel proveniens ex* ציפיא *Sed, quid videtur ſenſiſſe? Nimirum id dicere voluit, quod R. Scheſchet ſic Chaldaice* [illegible] Uti nutriuntur Apes, & volitant per aërem, afferuntque mel ex herbis montium. *Legitur in Miſchna: Omnis* (liquor) *qui* (e vaſe mundo, in vas immundum) *effunditur*, (ejus reſiduum, in vaſe mundo remanens,) *purum eſt, ſolo melle* זיפים והצפיחים *excepto*; (cæteri enim liquores, ſimul ac quis fundere ceſſat, fatiſcunt, eſtque ſemper inter liquorem qui effunditur, eumque qui recipitur diſcriminatio. At illud mel, ob ſuam pinguedinem, non admittit hanc ſeparationem, ſed è vaſe mundo in immundum illud effundendo, cum ceſſare voles, nunquam efficies, ut ſtatim effuſionis quaſi filum abrumpatur, quin potius pars ejus mellis, quæ jam vas immundum ſubierat, retrocedit in vas purum, & proinde hoc quoque vitiat.) *Cæterum, quare* זיפים *vocatur iſtud mel? R. Jochanan* (a זייף quod eſt Adulterare,) *ſic vocari cenſet, quaſi dicas, Mel quod* (affuſione vini & aquæ) *adulterari ſolet*, (ſine tamen ut fraus ſeſe prodat, ob eximiam mellis præſtantiam.) *Reſch Lakiſch vero a loco ſic vocari exiſtimat*; (eſt enim זיף urbis nomen, fitque ejus mentio Joſuæ XV, 24. ubi legitur:) Siph, & Telem, & Balot. Recentiores Rabbini, iis è Veteribus accedunt, qui נופת צפים *de Melle* ſunt interpretati: Maimonides. מין דבש שהיה בא מארץ ישראל נקראת צופים היה מאד נפלא במראה ובטעמו ובריחו : Id eſt : *Species quædam Mellis, quam Judæa producebat, vocatur* צופים *fuitque miro aſpectu, guſtu, & odore.* Bartenora: נופת צופים דבש הבא ממקום ששמו ציפיא ומשובח מאד : Id eſt : *Vocibus* נופת צופים *notatur Mel, proveniens ex loco cui nomen Ziphi, eſtque laudatiſſimum.* Nobis placuit נופת צופים interpretari *Mel acætum*, & præivere Junius ac Tremellius in tranſlatione Pſalmi XIX, 11.

(3) *Ex eo die quo templum devaſtatum eſt*] Quinam Dies Urbi, Templo, & Politiæ Judaicæ excidium attulerit, his verbis docetur diſtincte in Erachin fol. 11. b. & in Taanit fol. 29. a.

ר׳ יוסי אומר מגלגלין זכות ליום זכאי וחובה ליום חייב אמרו כשחרב בית ראשון אותו היום ט׳ באב היה ומוצאי שבת היה ומוצאי שביעית היה ומשמרתו של יהויריב היתה והיה לוים עומדים על דוכנם ואומרים שירה ומה שירה היו אומרים וישב עליהם את אונם וברעתם יצמיתם ולא הספיקו לומר יצמיתם ה׳ אלהינו עד שבאו גוים וכבשום וכן בשנייה :

Id eſt: *R. Joſe ait : Eventus proſperi*, (qui mortalibus accidere debent,) *derivantur in diem ipſis fauſtum, cladeſque, in diem illis fatalem.* (Ejus rei templum Hieroſolymitanum, exemplum luculentum præbet.) *Primi enim* (a Salomone conditi) *deſtructio, incidit in nonum diem menſis Ab, finem Sabbati, finemque heptaëterides, & Ephemeriam Jehojaribi. Stabant tum Levitæ, officio fungentes, cantanteſque. Quid vero cecinere?* (Scilicet ex Pſ. XCIV. v. ult.) Et convertit contra eos iniquitatem ipſorum, & malitia ipſorum exſcindit ipſos. *Atque, priuſquam ſubjiciendo abſolvere poterant :* Exſcindet ipſos Dominus Deus noſter : *Impetum facientes hoſtes, templum occuparunt. Omnes hæ circumſtantiæ ita pariter acciderunt, cum ſecundum templum vaſtaretur.*

Atque illud de parilitate diei, quo utriuſque templi excidium accidit, ſedulo mirandum inculcat quoque Joſephus l. 7. de Bello c. 9. *Παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περίοδος, ἡμέρα δεκάτη Λώου μηνὸς καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη·* *Evolutis temporibus aderat fatalis, qui erat decimus menſis Auguſti, quo etiam prius a Rege Babyloniorum fuerat concrematum.* Et iterum c. 10. *θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τῆς περιόδου τὴν ἀκρίβειαν· Καὶ μῆνα γοῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἡμέραν ἐπετήρησε τὴν αὐτὴν ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη·* *Miretur quis in eo circumacti temporis rationem & fidem. Nam & menſem, ut dictum eſt, cumque diem ſervavit, quo primum a Babyloniis templum erat incenſum.* Neque eſt inter Gemaram, & Joſephum diſſenſus, quod illa diem nonum, hic vero decimum, nobis nominat. Nam, Joſephus, ceu verborum apud eundem integer

ger ibi contextus clare indicat, de templi pleno incendio loquitur, hujuſque tempus deſignavit. Gemara, quando ſacræ ædis ab hoſte facta ſit expugnatio, & quando ignis eidem ſubjici cœperit, declarat. Nimirum, uti eſt in Taanit fol. 29. a. & exinde apud Kimchium ad 2 Reg. XXV. בתשיעי סמוך לחשכה הציתו בו את האור והיה דולק והולך עד סוף עשירי: Id eſt: *Die nono, paulo ante crepuſculum flamma templo fuit admota, quæ concepta, ad finem uſque decimi diei, vires ſuas exeruit.* Atque notanter, & appoſite, in Gemara, loco allegato porro additur: אמר רבי יוחנן אלמלא הייתי באותו הדור לא קבעתיו אלא בעשירי מפני שרובו של היכל בו נשרף ורבנן אתחלתא דפורענותא עדיפא: Id eſt: *Dixit R. Jochanan: Ego quidem, ſi vixiſſem illa ætate, decimo die,* (excidii templi quotannis) *recolere juſſiſſem memoriam, quia hoc demum major templi pars conflagravit. Sed, Rabbini, potius ad principium cladis attenderunt.* His ita præmiſſis, jam porro, ex occaſione profiteri licebit, me ſic exiſtimare, hancque ſpem lactare animum meum, ſuppeditaſſe mihi locum quem ſub initium attuli Talmudicum,

OBSERVATIONEM PALMARIAM

dignamque, quam Eruditioribus penſitandam proponam. Nempe, ſit veriſimile, eſſe in verbis prædictis magnum momentum, ad meditandum aliquid ſolidi de articulo temporis, quo Dominus Deuſque noſter, in hoc orbe a Virgine ſanctiſſima naſci voluit, & quod hactenus *ἀναμφισβητήτως* nondum eſt definitum. Sed, res ab ovo repetenda eſt. Vulgo cognitum habetur, dierum feſtorum plerorumque, quos inde ab aliquot Seculis celebrat Eccleſia, ordinationem, ſive eorundem ſtatis menſibus diebuſque anno Juliano recurſum, pendere a tempore, quo creditum eſt, fuiſſe conceptum Johannem Baptiſtam. Quia enim priſcis Patribus perſuaſiſſimum erat, Zachariam, Patrem Baptiſtæ, Pontificatu functum eſſe, & cum Angelo loqueretur, id munus peregiſſe, quod ſolis facere licet Pontificibus, quodque non fiebat niſi ſemel in anno, ſacra ſcilicet Expiationis luce, cui decimus dies noſtri Septembris reſpondet. Hunc igitur diem Veteres Epocham ſtatuerunt, ſecundum quam reliquas ſupputationes componerent. Nam, hanc ob rationem, non modo Viſitationis, quam vocamus, Mariæ, memoriam recolimus poſtridie Kalend. Sext. & Nativitatis ipſius Baptiſtæ VIII. Kalend. ejuſdem menſis: Sed etiam, ex eodem fundamento, divinæ Servatoris conceptioni VIII. Kal. Aprilis, Nativitati, VIII. Kalend. Januar. ejuſdem Circumciſioni, ipſas Kalendas Januar. Purificationi Mariæ, IV. Non. Febr. ſacramus, & medium interjicimus adventum Magorum. Enim vero, iſta omnia arenoſo fundamento ſuperſtructa eſſe, nec poſſe conſiſtere, pridem viri Docti agnoverunt; eo quod Lucas verbis apertiſſimis nos edocet, non Pontificem fuiſſe Zachariam, ſed Sacerdotem octavæ Claſſis; functum eſſe eundem miniſterio in ſuæ Claſſis ordine, & poſt impletionem muneris abiiſſe in domum ſuam; denique, non apparuiſſe Angelum ingreſſo in ſacroſancta adyta, ſed ſtanti ad dextram altaris thymiamatis, quod erat in templo exteriori. Tot tantiſque rationibus, cum vetus de die Nativitatis Domini noſtri elevetur opinio, merito ſublimis Vir ingenii, & Princeps eruditorum, *Joſephus Scaliger*, de alia via ineunda fuit ſolicitus, per quam ad tempus concepti Servatoris perveniret. Conſtat e 1 Chronic. c. XXIV. Davidem Regem, Sacerdotes poſteros Aaronis, ſecundum familias ſuas diſtinxiſſe in Claſſes XXIV. idque ſorte, quæ primum locum Jehojaribo, octavum Abiæ, e cujus Claſſe Zacharias fuiſſe ſcribitur, tribuit. Succedebant hæ Claſſes ſibi invicem, juſto ordine, ita ut alia aliam non præverteret, aut ei præriperet liturgiæ officium: Cumque ultima finiiſſet miniſterium, iterum prima ſubſequebatur, orbe perpetuo. Hujus functionis tempus quod unaquæque claſſis obibat, *ἐφημερίαν*, S. Lucas, Joſephus *ἐφημερίδα* appellat, incipiebatque Liturgia, feria ſeptima, ſive die Sabbati oriente, ab inſtauratione panum propoſitionis, & definebat ſequenti Sabbato, ante horum panum remotionem. Singularum itaque Familiarum ſive Claſſium munus diebus VII. abſolvebatur, at integer Orbis omnium XXIV. ephemeriarum conficiebat dies CLXVIII. Priore templo ſuperſtite, ob Regum nequiſſimorum idolomaniam, cui multi ſe totos mancipabant, ordo iſte aliquoties fuit turbatus. Nam hierarchiam, a Davide inſtitutam, Ezechias reſtituit, antequam Paſcha celebraret, 2 Chron. XXIX, 25. Idem & Joſiam feciſſe 2 Chron. XXXV, 4. traditur. At vero, poſt conditum templum ſecundum, hæ vices non niſi ſemel interruptæ ſunt, idque cum Antiochus Epiphanes templum profanaret, ſacrificia cum omni divino cultu abrogans. Hæc autem vaſtitas, cum univerſum triennium duraſſet, a Juda Maccabæo ejuſque Sociis, in priſtinum ſtatum reſtituta ſunt omnia, ſacerque cultus poſtliminio exerceri cœpit, qua de re 1 Maccab. IV. & Joſephus l. 12. Antiq. c. 11. legendi ſunt. Celebrata fuere hæc Maccabæi Encænia, ceu e Joſepho colligitur, Anno Mundi 3785. die 24. Novemb. feria ſecunda; atque ab hoc tempore, ad templi uſque ſupremum excidium, Ephemeriæ & functiones ſacerdotales, nullam amplius vim aut intercapedinem, ne quidem bello maxime flagrante, paſſæ ſunt, ſed inviolata ſemper fuit orbis hieratici revolutio. Ergo Scaliger, poſtquam demonſtraſſet, Chriſtum natum eſſe Anno Mundi 3947. ab Encæniis Maccabæi ſupputationem inſtituit, & Ephemerias omnes ad annum uſque mundi 3946. dinumerat. Ea calculatione colligit, Zachariam, qui fuit ex octava familia, Liturgiam ſuam inchoaſſe die XXI. Julii, feria ſeptima, & abſolviſſe die ejus menſis XXVIII. poſt quem in domum cum reverſus eſſet, uterum ferre cœpit Eliſabeth. Unde conſequens, Johannem Baptiſtam conceptum fuiſſe A. M. 3946. circa finem Julii, aut certe initium Auguſti; a quo termino ſi numerentur menſes fere ſex, pervenitur ad tempus concepti Servatoris, nempe ad initium Januarii menſis Anno 3947. atque ſic ſancta nativitas incidit in menſem Septembrem. Hæc Scaligeri eſt obſervatio, quam in Append. ad Emend. Temp. & in Canon. Iſagog. p. 297. pluribus propoſuit, ſane (quicquid etiam Petavius aliique obloquantur) docta multum & ingenioſa, uti ſunt cætera tanti viri omnia. Quæ laus, etſi ſemper, quoad divinis ingeniis ſuus honos ſupereſt, hoc *ἀγαθὸν εὕρημα* manebit, tamen reperere Viri Docti, quod in eo deſiderarent, quodque impediret, ne vel ſic quidem Scaligero concedere ſe poſſe profiterentur, de tempore nativitatis Domini noſtri, omnino, *& ex meris demonſtrationibus, quibus contradici non poſſit*, ceu ipſe jactitat, jam conſtare. Nimirum, ſcrupulum iis injicit, quod Scaliger pro certis reputat, quæ tamen extra dubitationis non ſunt poſita periculum. Vult enim ipſe, cum a Maccabæo celebratis encæniis reſtituerentur cærimoniæ & ſacrificia, familiam Jehojaribi, quæ prima in ordine fuit, primam quoque iniviſſe munus ſuum die XXII. Novemb. biduo ante Encænia: Hoc vero, quia nec Autor libri Maccabæorum, nec Joſephus ſcriptum reliquerunt, ideo dicunt eruditi, probabile quidem eſſe, ita ſe rem habuiſſe, poſſe tamen fieri ut ſecus acciderit, & ut aut eadem illa familia, in cujus Ephemeria interruptus cultus eſt, aut quæ hanc excipiebat, initium liturgiæ poſtea faceret; aut, ut id faceret ea, quam tetigiſſet ordo, ſi non fuiſſet turbatus, ſupputatis ſcilicet vicibus, quæ triennii ſpatio exactæ erant, ut partes miniſtrandi devenirent ad Ephemeriam illam, cujus fuiſſent, niſi Antiochi ſcelus divinorum officiorum periodum, quieſcere coëgiſſet. Addimus nos, illud quoque merito poſſe quem offendere, quod Scaliger eam præcipue Ephemeriam qua familia Abiæ die XXI. Julii miniſtrare cœperat, ad inveniendum tempus Dominicæ Nativitatis adhibuit. Nam, ſi ſemel tantum annuatim cyclus hieraticus ſingulas familias tetigiſſet, ſalva eſſent omnia, nec haberemus quod a Scaligeri opinione nos dimoveret. At in eodem anno 3946. (in quo quod Johannes Baptiſta conceptus fuerit, Scaligerum vere demonſtraſſe hactenus ſuppono) liturgiæ officium, etiam die 3. Februarii, Abiæ familiam adiiſſe, conſtabit, ſi a die XXI. Julii, dies CLXVIII. quos ſacer ephemeriarum orbis complectitur, retroverſus quis numeret. Ergo, cauſam afferret Scaliger æquum erat, quare potius, cum ſecunda, quam cum prima vice, Abiæ familia miniſterio fungeretur, *εὐαγγελισμὸν* Zachariæ factum eſſe arbitraretur. At vero, hoc tantum non fecit ipſe, ſed ad priorem familiæ Abiæ illo anno functionem, ne attendiſſe quidem videtur, quod tolerari ne-

nequit. Scilicet, breviter & accurate ita eam proponente Calviſio in Iſag. Chronolog. p. 237, ſic ſe habet tota Scaligeri collectio. *Chriſtum natum demonſtravimus anno Mundi 3947. Ergo Johannes Baptiſta conceptus Anno 3946. Ab anno Mundi jam 3785. quo templum repurgatum eſt, uſque ad hunc annum 3946. incipientem, effluxerunt anni Juliani, 160. & dies 39. tot enim dies a viceſimo ſecundo Novembris,* (qui dies eſt repurgati templi) *uſque ad Calendas Januarii ſequentis anni ſuperſunt. Anni 160. Juliani redacti in dies, efficiunt in una ſumma dies 58479. qui ſi dividantur per 168. dies, tot enim conſumebantur dies, priuſquam ephemeriæ in orbem redirent, prodeunt orbes hujuſmodi hieratici 348. & dies inſuper quindecim, qui oſtendunt anno Mundi 3945, die 17. Decembris feria ſeptima, primam familiam Joarib, ſuam vicem iterum inchoaſſe, addatur adhuc unus orbis ſive dies 168. ut propius ad conceptionem Johannis accedamus, hi pertingunt uſque ad diem 153. a Calendis Januarii, Anni 3946. ſive ad 2. diem Junii, feria ſeptima, ubi iterum familia prima Joarib ſuam vicem obivit. Porro Zacharias fuit ex familia Abiæ, ex familia octava in ordine; ſeptem igitur familiæ præceſſerunt, & vicem ſuam impleruni diebus 49. qui additi ad ſecundum diem Junii pertingunt ad diem 202. a Calendis Januarii, & oſtendunt Zachariam inchoaſſe liturgiam ſuam die 21. Julii, feria ſeptima, & complevisse dies officii die 28. Julii.* Facile apparet, in iſta collectione id incurioſe fieri, quod ad inveniendum tempus in quo Abiæ familia Anno 3946. munus ſuum peregit, a die 17. Decembris, Anni 4945. integer ordo hieraticus numeretur, atque huic expleto addantur deinde dies 49. ſicque ſtatim tranſitus fiat ad diem XXI. Julii Anni 3946. Etenim, non animadvertit Scaliger, ſi diei decimo ſeptimo Decembris, Anni 3945. jungantur dies 49. debiti miniſterio primarum ſeptem familiarum, jam liturgiam Abiæ in annum 3946. diemque 3. Februarii incidere. Atque in hoc termino ſubſiſtendum erat, niſi ratio longius ire compulliſſet. Quia igitur his difficultatibus premitur Scaligeri ſententia, nobis viſum eſt ad eas quantum licet effugiendas, paulo aliter inſtituere computationem. Nempe, nixi autoritate Talmudis, a familia Jehojaribi & die 9. menſis Ab, Ephemerias Sacerdotum, per annos LXXI. (quod inter templi excidium, & Johannis Baptiſtæ conceptionem intercedere ſupponimus) retrorſum numeramus, uſque dum ad Abiæ Ephemerias delabimur. Atque hoc temporis intervallo, quia nulla ſacri ordinis fuit turbatio, nullus utique error in calculo metuendus, & proinde de tempore concepti Johannis, quæque ab hac Epocha dependet, conceptione ac nativitate Servatoris noſtri, vere magis pronunciare licebit.

Sic vero nos, rationem omnem inimus. Principio, tanquam certum mihi ſumo, non falli Scaligerum, Calviſium, cæteroſque communiter Chronologos, quando diem IX. menſis Ab, qui Hieroſolymitano templo ultimum excidium attulerat, in illo anno quo hæc clades accidit, cum die X. Auguſti, Julianæ ſupputationis, coincidiſſe aſſeverant. Novi equidem, eſſe qui diem Auguſti IV. alios qui I. Septemb. malint ſubſtituere, nec minus perſpectum habeo, cum diem IX. Ab, his temporibus Judæi luctuoſe celebrant, tum nobis etiam a prædictis omnibus diverſam illuceſcere. Sed, poſterius dubium nihil me movet, longe enim aliter Judæi quondam annos computabant, ac nunc id faciunt; ad prius vero quod attinet, fatebor candidè, non me tantum profeciſſe in ſiderali ſcientia, & in emboliſmis illis dierum, menſiumque apud veteres Judæos numerandis, ut periculum facere queam, num Auguſti IV. vel I. Septemb. aut alius quicunque dies, magis cum IX. die menſis Ab conveniat, quam ille quem Scaliger, quique eum ſequuntur, aſſignarunt. Quando igitur rem intricatam expedire non poſſum, ut להלוך אחר הרוב plurium ſententiam ſequi cogor, quæ, ſi maxime erronea ſit, tamen vel ſic ſumma cauſæ noſtræ nullum detrimentum patietur, & facile erit iis, qui melius rem tenent, calculi noſtri errores emendare, nam ipſum medium quod dabimus ad verum perveniendi, ſemper ſalvum relinquitur. Porro, illud quoque meæ calculationi ſubſterno fundamentum, inter excidium Templi Hieroſolymitani, & nativitatem Domini noſtri interceſſiſſe annos LXX. qua in re plerique Veteres & Recentiores, quod ſciam, conſentiunt. Ut igitur pedem figere poſſim, hanc ſententiam pro vera amplector, ita tamen, ut ſi maxime quis docere queat aut citius aut tardius, quam ſeptuageſimo poſt Chriſti θεανθρωπίνην nativitatem anno, Hieroſolymas deletas fuiſſe, rurſus modus ſuperſit, noſtram hypotheſin ad illam opinionem accommodandi. Iſtud vero denique tanquam certum & extra omne dubitationis periculum poſitum mihi concedi poſtulo, in non eundem annum incidiſſe Chriſti nativitatem & Johannis Baptiſtæ conceptionem: quia enim Matrem Domini Sanctiſſimam, non niſi currente ſexto menſe poſtquam uterum ferre cœperat Eliſabeth, ſacer Dei Spiritus fœcundavit, utramque eodem anno peperiſſe fieri nequit. Jactis his fundamentis, nunc tandem reliqua ſuperſtruimus, atque ſic facimus collectionem. Ex conceſſis, dubitari nequit, inter Conceptionem Johannis Baptiſtæ, & Templi excidium LXXI. annorum fuiſſe intervallum: Verum id παχυλῶς ſic loquendo tantum verum eſt, neque enim ipſa temporum momenta ideo ſibi reſpondent, &, ſi maxime alia anni tempeſtate Hieroſolymæ deletæ fuerint, alia conceptus Baptiſta ſit, tamen adhuc rectè dicimus, inter utrumque factum annos effluxiſſe LXXI. At, illud certum immotumque eſt, a die X. Auguſti ejus anni, in quo deſolatum templum fuit, ad diem uſque X. Auguſti anni quo conceptus Baptiſta eſt, ita computari annos LXXI. ut jam ipſa quoque temporum momenta, & articuli exactiſſime conveniant. Hanc igitur conſtituo quaſi Epocham, & accipiendo iſtos LXXI. annos, omnium & ſingulorum dierum ſummam ineo, deprehendoque efficere ipſos dies 25932. Nam LXXI. anni communes, habent dies 25915. inter hos vero quia XVII. ſunt Biſſextiles, quorum cum Scaligero nominatim habenda quoque ratio eſt, additis intercalariis 17. diebus, emergunt dies 25932. Nunc, numerum iſtum 25932. dividendo per 168. quot nempe dierum ſpatio, integer ordo hieraticus in orbem redibat, invenio cyclos hieraticos 154. integros, & inſuper dies 60. Hoc eſt, id manifeſtum evadit, quod a X. die Auguſti qui templo fatalis fuit, & quo, ceu ex Talmude docuimus, Jehojaribi claſſis officio functa eſt, ad diem uſque X. Auguſti in anno quo Johannem concepit Eliſabeth, cyclos hieraticos numerando, 154. vicibus integer orbis fuerit abſolutus, quodque ex novo & nondum completo cyclo adjiciendi inſuper ſint dies 60. Ex his 60. diebus, conſtat illum qui centeſimum & quinquageſimum quartum cyclum impletum proxime excepit, ad liturgiam iterum vocaſſe Jehojaribi familiam, at eum, qui ſexageſimus ſive poſtremus numero deprehenditur, & in quo omnis calculatio deſinit, cum X. die Auguſti coincidere. Ergo ab iſto decimo Auguſti die, ſi retroverſus iterum numeremus dies 60. non latere nos poterit quo menſe, & quoto ejus die, Jehojaribi familia munus ſacrum denuo exorſa fuerit. Id vero dum facimus, ad diem 9 Octobr. delabimur, quippe a die excidii Hieroſolymitani noſtra ortum traxit calculatio. Iſto die invento, facile eſt, de die quo Abiæ familiæ quæ ordine octava fuit, miniſtrare cœpit, pronunciare, fuit enim 27. Novembris, qui ſeſe offert, additis 49. diebus, quibus ſeptem priores familiæ ſuo officio functæ ſunt. Verum, nondum etiam hic acquieſcere licet: ſerum enim eſt id anni tempus, & oportet in eodem hoc anno, jam ſemel munus ſuum obierit Abiæ familia. Atque ita ſe omnino res habet, idque facere aggreſſa eſt die 12. Junii, quippe ad hunc denique delabimur ſi a die 27. Novembris, dies 168. retro computamus. Sic igitur Abiæ familia, in hoc anno quo conceptus Baptiſta eſt, bis, ceu demonſtravimus, ad liturgiæ ſacræ officium ſeſe accinxit, nimirum,

tam die 12. Junii, quam die 27. Novembris.

Utrique huic initiali termino, addendo dies ſeptem, finem habemus ambarum ephemeriarum, atque die 19. Junii, dieque 4. Decembris, Zacharias Sacerdos ad penates ſuos eſt reverſus. Proinde, poſt alterutrum horum dierum, mox conceptus fuit Baptiſta, etſi fortaſſe definire non licet, ecquem illorum conceptio proprie exceperit, nam, me quidem, & rationes, & conjecturæ deficiunt. Quæ res, quamdiu in dubio relinquitur, non niſi ambigue quoque de ipſa

Ser-

Servatoris noſtri conceptione pronunciare poſſumus, illique aſſignare vel finem Novembris, vel Maji medium. Etenim, currente menſe poſt Baptiſtæ conceptionem ſexto, Beatiſſimæ mulierum a Gabriele nuncius allatus eſt, & continuo ipſa gravida in utero fieri cœpit. Geſtando uterum per menſes novem, conſequitur, divinum ſuum partum, edidiſſe ipſam,

vel circa finem Auguſti, vel Februarii medium,

anni ejus, qui illi quo Baptiſtæ facta conceptio, ſuccedebat. Hæ noſtræ ſunt meditationes, quas, uti nec admodum venditamus, nec cuiquam obtrudimus, ita nemo cordatus, pios conatus reprehendet. Interim verum manet, per Ephemerias calculationem, in Joſepho, in univerſa Judæorum antiquitate, & in ſacris literis utriuſque Fœderis, fundamentum habere firmiſſimum: Huic igitur ſi quid ſolidi ſuperſtrui poſſit, id longe fortius erit, quam, quod ſola incerta nititur traditione, vel adeo falſa hypotheſi. Quamobrem, digna hæc res eſt, in quam alii porro nervos intendant ſuos, videantque, num quid exactius, nos quam fecimus, poſſint eruere.

Enim vero, noſtræ obſervationi, ipſique, quæ ejus anſam nobis præbuit, Talmudis aſſerto, vehementer incommodare videtur Joſephi oculati teſtis locus l. 7. de Bello Jud. c. 4. *Τίτος ἐπέπυστο ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν·* Interpres vertit: *Titus audierat eo die, qui erat menſis Julii ſeptimus decimus, divinam obſervantiam, quæ endelechiſmos vocatur, virorum penuria defuiſſe, eaque re populum nimis dolere.* Hac freti autoritate, communi conſenſu tradunt eruditi, jam XVII. die menſis Tammus, eo quod Sacerdotum nulla amplius eſſet copia, omne divini cultus exercitium, & ephemeriarum miniſteria defeciſſe, neque ipſe Scaliger, ab ea opinione fuit alienus. Quæ ſi ita ſe habent, nimis fruſtra nos fuimus, quod 9. diem menſis Ab, ſive 10. Auguſti, epocham computationis totius fecimus, quaſi eo demum ephemeriæ ceſſaverint, omniſque labor noſter eſt de nihilo. At ego, & Scaligeri, & aliorum autoritate ſalvis, nihil minus credere poſſum, quam illam quæ jactatur Sacerdotum inopiam. *Ἀνδρῶν* enim apud Joſephum legitur, non *ἱερέων*, quæ vocabula apud illum in re ſimili, & cum nihil præceſſit, quod diſcrimen faciat, nuſpiam videas confundi. Deinde, quanta Sacerdotum ad extremum uſque templi excidium ſuperfuerit multitudo, vel ipſe Joſephus teſtimonium dicit. Ecce longo, poſt illa, quæ attulimus, intervallo, & poſtquam templum jam incenſum fuiſſe narraſſet, cap. 11. legimus: *Τῶν δὲ ἱερέων τινὲς, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τούς τε ὀβελοὺς, καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν μολίβου πεποιημένας ἀνασπῶντες, ὡς τοὺς ῥωμαίους ἠφίεσαν· Αὖθις δ' ὡς οὐκ ἤνυόν τι, καὶ τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἀνερρήγνυτο, ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωροῦντες ὄντα ὀκτάπηχυν τὸ εὖρος, ἔμενον·* *Sacerdotum autem nonnulli primum verubus, itemque ſedibus ſuis, quæ ex plumbo facta erant, avulſis, in Romanos pro miſſilibus utebantur: deinde cum nihil proficerent, igniſque in eos evomeretur, in parietem ſecedentes octo cubitis latum ibi manebant.* De horum deinde fato, ſequitur cap. 13. *Τῶν δὲ ἀνὰ τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ ἱερέων διακαρτερούντων, παῖς διψήσας ἱκέτευε τοὺς φύλακας τῶν ῥωμαίων δοῦναι δεξιὰν αὐτῷ, καὶ τὸ δίψος ἐξωμολογεῖτο. Τῶν δὲ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς ἀνάγκης οἶκτον λαβόντων καὶ δόντων δεξιὰς, καταβὰς αὐτός τε πίνει, καὶ ὃ φέρων ἧκεν ἀγγεῖον πλήσας ὕδατος, ᾤχετο φεύγων πρὸς τοὺς σφετέρους· Τῶν δὲ φυλάκων καταλαβεῖν μὲν οὐδεὶς ἴσχυσε, πρὸς δὲ τὴν ἀπιστίαν ἐβλασφήμουν· Κἀκεῖνος οὐδὲν ἔφη παραβεβηκέναι τῶν συνθηκῶν· Λαβεῖν γὰρ δεξιὰν οὐ τοῦ μένειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῦ καταβῆναι μόνον καὶ λαβεῖν ὕδωρ, ἅπερ ἀμφότερα πεποιηκὼς, πιστὸς ἔδοξεν εἶναι· Τὸ μὲν δὴ πανούργημα διὰ τὴν ἡλικίαν μάλιστα τοῦ παιδὸς, ἀπεθαύμαζον οἱ πλανηθέντες· Πέμπτῃ δ' ἡμέρᾳ λιμώττοντες οἱ ἱερεῖς καταβαίνουσι, καὶ πρὸς Τίτον ἀναχθέντες ὑπὸ τῶν φυλάκων, ἱκέτευον τυχεῖν σωτηρίας· Ὁ δὲ τὸν μὲν τῆς συγγνώμης καιρὸν αὐτοῖς παρῳχηκέναι φήσας, οἴχεσθαι δὲ δι' ὃν εὐλόγως ἂν αὐτοὺς ἔσωζε, πρέπειν δὲ τοῖς ἱερεῦσι τῷ ναῷ συναπολέσθαι, κελεύει κολάσαι τοὺς ἄνδρας·* *Ex his autem Sacerdotibus qui in templi pariete perduraverant, puer ſitiens a Romanis cuſtodibus pacem petebat, ſitimque fatebatur. Sed ubi illi tam ætatis, quam neceſſitatis miſerti, dedere ei dextram, & ipſe bibit, & quam ſecum attulerat, lagena repleta, ſurſum refugiens, abiit ad ſuos: nec eum quiſquam cuſtodum aſſequi valuit, ſed ejus perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil ſe, præter placita feciſſe dicebat. Dexteram enim ſibi datam, non ut apud ipſos remaneret, ſed ut tantum deſcenderet, atque ut aquam acciperet: quæ cum fecerit, in fide manſiſſe. Aſtutiam quidem, propter ætatem maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die, Sacerdotes oppreſſi fame deſcendunt, & a cuſtodibus ad Titum perducti, ut ſalutem ſibi concederet, orabant. Ille autem veniæ quidem tempus illis præteriiſſe fatus, periiſſe vero id cujus eos gratia merito conſervaſſet, decere autem Sacerdotes interire cum templo, duci homines ad ſupplicium jubet.* Ex iſtis videmus, ſatis Sacerdotum etiam incendio templi ſuperfuiſſe, & quot credimus in ejus expugnatione fuiſſe cæſos? in illa nimirum clade, quam cap. 10. Joſephus deſcribit. Quamobrem fieri nulla ratione poteſt, ut jam die decimo ſeptimo menſis Tammus, ob ſolam Sacerdotum penuriam, ſacer cultus ceſſare cœperit. Quid igitur dicendum? Non ſatis attenderunt viri docti ad verborum Joſephi ſententiam, & locus præterea certo certius in mendo cubat. Pro *ἀνδρῶν* enim indubie *ἀμνῶν* legendum eſt, & *Ἐνδελεχισμὸς* non ad omnem liturgiam, ſeu divinum officium, verum unice ad קרבן תמיד ſeu ſolum *Juge ſacrificium*, quo Agni duo ſingulis diebus offerendi erant, attinet. Nihil nos pronunciaſſe nec temere, nec perperam, evincent iſta LXX. Interpretum in Num. c. XXVIII, 3. ſeqq. & noſtram emendationem interpretationemque palam confirmabunt. *Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ταῦτα τὰ καρπώματα ἃ προσάξετε κυρίῳ· Ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἀμώμους δύο τὴν ἡμέραν εἰς ὁλοκαύτωσιν ἐνδελεχῶς, τὸν ἀμνὸν τὸν ἕνα ποιήσετε πρωΐ, καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν δεύτερον ποιήσετε πρὸς ἑσπέραν· Καὶ ποιήσεις τὸ δέκατον τοῦ οἰφὶ σεμίδαλιν εἰς θυσίαν ἀναπεποιημένην ἐν ἐλαίῳ ἐν τετάρτῳ τοῦ εἶν· Ὁλοκαύτωμα ἐνδελεχισμοῦ, ἡ γενομένη ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ·* Proinde, id nobis narrat Joſephus, tantam Hieroſolymis fuiſſe famem, ut etiam ipſas aras invaderet, atque die decimo ſeptimo menſis Tammus juge ſacrificium amplius offerri non poſſet, quia nulla agnorum copia ſuppetebat. Interim hæc non impediebant, quo minus reliqua divini cultus officia, adhuc quæque Ephemeria perageret, imprimis vero, ut preces funderentur, quo Deus iratus, ex calamitoſiſſimo ſtatu gentem eripere dignaretur. Atque, ne ulla ſuperſit de veritate correctionis noſtræ dubitatio, Talmud omnino efficit. Id enim etſi die IX. menſis Ab, Ephemeriam Jehojaribi adhuc miniſtraſſe perhibet, tamen pariter, plane uti Joſephus, die XVII. menſis Tammus, Endelechiſmum ceſſaſſe teſtatur. Ergo certum eſt, ceſſante Endelechiſmo, non ſtatim ceſſavit omnis Ephemeriarum liturgia, ſed ad Templi fatale uſque momentum fuit continuata. Prorſus, uti nunc quoque Judæi, ſacrificiis omnique Levitico cultu ſublatis, nihilo ſecius ſtatis temporibus, reliqua Divini cultus munera, quatenus licet, & poſſunt, peragere ſolent omnia. Sed ipſe locus Talmudis ex Taanit fol. 27. a. adducendus eſt, ut omnem ſcrupulum eximamus: חמשה דברים אירעו את אבותינו בשבעה עשר בתמוז וחמשה בתשעה באב בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות ובטל התמיד והובקעה העיר ושרף אפסטומוס את התורה והעמיד צלם בהיכל בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר: Id eſt: *Quinque infortunia accidere Majoribus noſtris, die XVII. menſis Tammus, & totidem ipſos manſerunt die IX. menſis Ab. Die XVII. menſis Tammus,*

(a Moſe) *fractæ ſunt tabulæ* , eodemque die, cum a Veſpaſiano obſiderentur Hieroſolymæ,) *ceſſavit Endelechiſmus, nec minus eodem die fiſſa urbs eſt , atque Epiſtomos quoque luce hac combuſſit Legem Divinam , & Idolum in Templo ſtatuit. Cæterum IX. die menſis Ab , decretum latum adverſus Majores noſtros* (in deſerto agentes,) *quod Palæſtinam intraturi non eſſent ; eodem die bis captæ Hieroſolymæ ſunt , capta quoque hac luce fuit Urbs Bitter , eique ſuperinductum aratrum.*

Quod reliquum eſt , uti nemo ſanus & ſobrius, de tempore, quo, ſaltem ſecundum Judæorum computum , Endelechiſmus defecit , Templumque Hieroſolymitanum ſolo æquatum fuit , ob Joſephi τὸ ἀνώπ[illegible] , & Talmudiſtarum exactiſſimum conſenſum , ullatenus poteſt , ambigere ; ita pari modo, nec illud in controverſiam quis vocabit , circa Templi excidium, Jehojaribi familiam ſacris miniſteriis functam eſſe. Etſi enim ejus rei Joſephus mentionem facere neglexit, tamen hujus nudum ſilentium antiquiſſimæ traditioni nullum affert præjudicium, neque unquam efficiet, ut quæ continuis verbis de eodem negotio, nec inepte aut abſurde in Talmude narrantur , partim vera, partim falſa eſſe, oriatur ſuſpicio. Cui enim bono illud de Jehojaribi familia finxiſſent Judæi, ſi ſecus ſe res habebat? Quin potius, haud aliter ac ſupremi illi & fatales Endelechiſmi , Templique dies, in animo exulum Judæorum clavis velut trabalibus affixi hæſerunt, poſteritatique cum mœrore fuere traditi , ſic infelicis quoque Sacerdotalis familiæ , quæ ultima munus peregit , memoria perennavit. Imo , ut hoc poſtremum unice omnique ſolicitudine fieret , ſumma flagitabat ratio, quo Templo (uti futurum ſperabant) mox reſtituto, conſtaret, cujus familiæ partes eſſent, interruptum divinum cultum iterum exordiri, & officium ſacrum repetere.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα·

(4) *Neque Ros ſaluti deſcenderit.*] Eſt enim Ros duplex, alius ſalutis & benedictionis , alius communis, & infructuoſus. Priorem Deus, iis, quibus male cupit, ſubtrahere ſolet, ita tamen, ut nihilo minus poſterior ſecundum conſuetum naturæ ordinem obtingat. Eſt in eam rem elegans locus in Taanit fol. 3. a. תנא בטל וברוחות לא חייבו חכמים להזכיר ואם בא להזכיר מזכיר מאי טעמא אמר רבי חנינא טל ורוחות אינן נעצרין טל מ"ל דלא מעצר דכתיב ויאמר אליהו התשבי וגומר חי ה' אם יהיה השנים האלה טל ומטר וגו' וכתיב לך הראה אל אחאב ואתנה מטר על פני האדמה ואלו טל לא קאמר ליה מ"ט דלא מעצר וכי מאחר דלא מעצר אליהו אשתבעי למה ליה ה"ק ליה אפילו טל דברכה נמי לא אתי וליהדריי לטל דברכה משום דלא מינכרא מילתא : Id eſt: *Sic habet traditio: Nullo Sapientum præcepto coguntur homines, Roris , & Ventorum* (in ſuis precibus, quas ad Deum fundunt,) *mentionem injicere*, (ut illa benigne concedere dignetur :) *Quod ſi tamen quis id faciat , nihil in eo vitii. Quæſiſtine rei ratio? Eam reddit R. Chanina; Quia Ros & Venti* (a Deo) *non cohibentur. De Rore id probat locus* (1 Reg. XVII, 1.) Et dixit Elias Thesbites &c. Ut vivit Dominus Deus, non eſt futurus annis iſtis ros, aut pluvia &c. *Cui jungere oportet* (capitis XVIII. comma 1.) Abi oſtende te Achabo , & dabo pluviam in ſuperficie terræ. *Quare enim in verbis his poſtremis , nulla , ſicut in prioribus, Roris injicitur mentio? Nimirum, id indicio eſt, Rorem non cohiberi. Atqui, ſi Ros non cohibetur , quamobrem igitur Elias, ejus ceſſationem jurejurando confirmavit?* (Reſpondeo , ſic capienda eſſe verba Eliæ,) *quaſi dixiſſet, nullum etiam Rorem benedictionis , arva humectaturum.* (At, ſi hæc vera expoſitio , conſequens eſt,) *Roris tamen benedictionis* (in loco I Reg. XIIX, 1.) *injiciendam fuiſſe mentionem*, (eo quod hujus facta reſtitutio. Reſpondeo, ideo nullam ejus fieri memoriam,) *quia res ſub aſpectum non cadit.* Amplius ſupple : Quia enim interea temporis nunquam ceſſaverat Roris communis præſentia, credidiſſent Judæi, totum illud frivolum eſſe, ſi quid de reddendo rore, Elias fuiſſet pollicitus. Ad Rorem benedictionis attinet, quod ſequitur mox in eadem Gemara fol. 4. a. אמר רב ברכיה כנסת ישראל שאלה שלא כהוגן והשיבה הקב"ה כהוגן דכתיב ונדעה נרדפה לדעת את יי כשחר נכון מוצאו ויבא כגשם לנו וכמלקוש יורה ארץ : אמר לה הקדוש ברוך הוא בתי את שואלת דבר שפעמים מתבקש פעמים אינו מתבקש אבל אני אהיה לך דבר מתבקש לעולם שנ' אהיה כטל לישראל : Id eſt: *R. Berachiæ ſcitum dictum eſt: Congregatio Iſraëlis, preces ſuas imprudentius aliquando conceperat , ſed Deus eas correxit*, (votis meliora concedens. Precata fuerat ipſa, Hoſ. VI. 3.) Cum ſcientia proſequamur ad cognoſcendum Dominum: Tanquam Aurora præparatus ſit exortus ejus, & veniat nobis ut pluvia, tanquam ſerotina & tempeſtiva terræ. *Reſpondit vero Deus: Filia cariſſima: Tu petiiſti tibi rem, quam aliquando mortales* (tanquam proficuam) *ſibi exoptare , &* (quam tanquam nocivam) *aliquando averſari ſolent. At ego me tibi præſtabo rem quæ ſemper deſideratur*, (& cujus nullum unquam terrigenas capit tædium. Nempe in hunc finem pollicetur, Hoſ. XIV, 6.) Ero quaſi Ros Iſraëli. Cæterum , eſt hujus Roris tanta vis , ut non tantum herbas, plantas, ſtirpes, & reliqua quæ ex terra progerminant , fœcundet ac foveat , ſed & idem ad mortuis vitam reddendam confert, hujuſque interventu olim futura eſt reſurrectio. En Iſraël fol. 49. col. 1. ex Berachot Jeruſchalmi : אין המתים חיים אלא בטל Id eſt: *Mortui haud alio, quam roris beneficio reviviſcent.* Conſonat Talmud Babylonicum in Schabhat fol. 88. b. א"ר יהושע בן לוי כל דבור ודבור שיצא מפני הקב"ה יצתה נשמתן של ישראל שנ' נפשי יצאה בדברו ומאחר שמדבור ראשון יצאה נשמתן דבור שני היאך קבלו הוריד טל שעתיד להחיות בו מתים והחיה אותם שנ' גשם נדבות תניף אלהים נחלתך ונלאה אתה כוננת : Id eſt : *Autor eſt R. Jeſua F. L. ad unumquodque verborum, quod ore Dei* (in Legiſlatione) *prolatum, Iſraëlitas ad terram concidiſſe exanimes.* Q. S. E. (Cant. V, 6.) Anima mea exivit, cum loqueretur. *Quod ſi vero ad primum ſtatim verbum, Judæis interclusus fuit ſpiritus , quomodo poterant admittere ſecundum*, (& reliqua?) *Deſcendit ros, per quem olim reviſturi ſunt mortui, eoſque vitæ reddidit.* Q. S. E. (Pſ. LXVIII, 10.) Pluviam liberaliſſimam ſtillabas, Deus ; poſſeſſionem tuam , eamque defeſſam , tu inſtaurabas.

Nondum deſolato templo , id Numini præcipue curæ fuit, ut Regionem Judaicam ante alias Orbis regiones omnes, Rore benigno pluviiſque frugiferis ac fructuoſis irrigaret. Iterum in Taanit fol. 10. a. legimus : תנו רבנן ארץ ישראל נבראת תחלה וכל העולם כלו נברא לבסוף שנ' עד לא עשה ארץ וחוצות : תנו רבנן ארץ ישראל שותה בתחלה וכל העולם כלו שותה בסוף ארץ ישראל שותה מי גשמים וכל העולם כלו שותה מתמצית משל לאדם שמגבן את הגבינה נוטל את האוכל ומניח את הפסולת ארץ ישראל משקה הקב"ה בעצמו וכל העולם כולו משקה על ידי שליח שנ' הנותן מטר על פני ארץ ושולח מים על פני חוצות : Id eſt : *Sic tradunt Magiſtri: A Terra Judaica Deus fecit creationis ſuæ principium, poſtea conditus eſt reliquus orbis univerſus. Scriptum enim* (Prov. VII, 26.) Adhuc non fecerat terram, (*Iſraëlis*,) & quæ ſunt extra eam. *Amplius tradunt Magiſtri: Regio Judaica prima humorem imbibit, deinde imbibit cum reliquus orbis univerſus: Atque Regio Judaica humectatur pluviis, ſed orbis reliquus earundem retrimento. Videlicet ſic ſe res habet, uti cum homo caſeum parans, lactis coagulum accipit, inſipidam quæ ſupereſt aquam miſſam faciens* : (Idem hic applica , & adde,) *quod ipſe Deus per ſeſe Regionem Judaicam irrigat, reliquas mundi partes irrigandi officium, Angelo commiſit: Quo ſenſu* S. E. (Jobi V, 10.) Qui dat ipſe pluviam ſuperficiei terræ (*Iſraëlitica*,) & immittit (*per alium*) aquas regionibus quæ ſunt extra eandem. Atenim vero omnis hæc Regionis Judaicæ felicitas ſimul cum Templi excidio ceſſavit, & non tantum ille ſalutifer Ros, Miſchnæ noſtræ teſtimonio , ei plane eſt ademtus , ſed & ne imbribus quidem fœcundis porro conſpergitur , eodemque cum reliquis regionibus loco habetur. Bava Batra fol. 25. b. אמר רפרם בר פפא אמר רב חסדא מיום שחרב בית המקדש לא הוגשמה רוח דרומית דכתיב ויגזור על ימין ורעב ויאכל על שמאל ולא שבעו וכתיב צפון וימין אתה בראתם : ואמר רפרם בר פפא אמר רב חסדא מיום שחרב בית המקדש לא ירדו גשמים מאוצר טוב שנאמר יפתח יי לך את אוצרו הטוב בזמן שישראל עושין רצונו של מקום ושרויין בארצם גשמים יורדין מאוצר טוב ובזמן שאין שרויין בארצם אין יורדין מאוצר טוב : Id eſt: *Nomine R. Chaſdæ, dixit Rafram Papa filius: Inde, ex quo deſolatum fuit Templum, nullas amplius attulit pluvias ven-*

tus

tus Auſtralis : *Hunc in ſenſum ſcriptum* (Eſ. IX, 19.) Et decernet ad dextram, & eſuriet. Et comedet ad ſiniſtram, tamen non ſaturabuntur. (Hæc verba ſatis clare indicant, eas quæ ab Oriente, & Occidente adveniunt, pluvias, parum eſſe proficuas.) *At* (Pſ. LXXXIX, 13.) *dicitur* : Aquilo & Auſter, quos tu creaſti. *Amplius, idem ejuſdem nomine dixit: Ab illo inde die, quo devaſtatum Templum eſt, nunquam porro deſcenderunt pluviæ* ἐκ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀποθήκης *Sed, cum ſedibus patriis pulſi exulant, exinde neutiquam proveniunt.* De reliquo, miror, veteres, ceu ex dictis patet, Sapientes, ſic exiſtimaſſe, haud admodum opus eſſe, ut Roris in ſupplicationibus inſiceret mentio. Noſtri certe Judæi longe aliter animati ſunt, & in prima die feſti Paſchatos, multas prolixaſque hoc nomine concipiunt preces, iiſque in Machſorim vocabulum טל in paginarum ſummitatibus ſuperſcribitur. Quin & illud inſuper miror, quod Erpenius p. 225. Grammat. Ebr. autor eſt, *Judæos pro* לט *id eſt Triginta novem, ſcribere* טל *id eſt Novem & triginta, mali ominis vitandi cauſa, cum* לט *Maledictionem ſonet,* טל *vero Rorem.* Nam, mihi quidem ejus rei templum, in nullo unquam Judæorum libro obſervare licuit, nedum ut recepta inter eos id ferat conſuetudo. Finimus Diſſertationem, Lipmanni in Nizachon pag. 159. loco, ut non Judæorum tantum, ſed & quorundam (ſi modo verum is homo retulit) Chriſtianorum, de Rore myſteria teneamus. הביאו הנוצרים ראיה על אמונתם כי אומרים שמי השמד שלהם אינם מסריחים והנה אם אמת הדבר זה מחמת מלח שמערבין בו כי לכל שמד לוקחים מלח וגם מתחדשין אותו תמיד במים אחרים לפי שממעטין כהזאתן גם ידעתי שיש מהם שמבשלים המים תחלה במלח ויש שלוקחים מי טל שאינם מסריחים לעולם ואין לגלות זאת להם שלא ילמדו הדבר אותם כי שאינן יודעין ויחזיקו בו טעותם : Olim & nunc cariſſimus Schnellius noſter vertit : *Adferunt etiam probationis loco, pro fide ſua Chriſtiani, quod aquæ perditionis* (forte luſtrales apud Pontificios intelligit) *non redduntur fœtidæ. Ecce autem, ſi verum id eſt, eſt propter Salem, quem illis admiſcent. Nam ad omne quo expiant, capiunt ſalem. Quin etiam renovant eas ſubinde aquis aliis, quia aſperſione diminuuntur. Novi quoque eſſe inter eos, qui aquas primo cum Sale coquunt, ſunt item, qui ſumunt aquas roris, quæ nunquam fiunt putidæ. Sed hoc non debet aperiri illis, ne doceant eos qui ignorant, confirmentque hoc ipſo in errore ſuo.* Cum bona venia Manium pii Præceptoris, monemus, poſſe cui veriſimile fieri, magis Eccleſiæ Romanæ Aquas Baptiſmatis in mente fuiſſe Lipmanno, quam ut de Luſtrali Aqua ipſe cogitaverit. Etenim, שמד Judæis communiter *Baptiſmus* audit, משומד *Judæus apoſtata baptizatus*, Schmadden, hybrida voce dicunt pro *Baptizare*. Inde ſacerrima illa aſſeverationis formula, quam ipſe meis auribus nebulones proferentes audivi : Ich wil mich Schmadden laſſen, wen das nit wahr iſt. Tum vero, ſi Luſtralis aqua vitium haud capiat, non id mirum eſt, quippe quæ ſecundum inſtituta Concil. Ravennat. 2. cap. 9. & Concil. Mediolan. 1. parte 2. tit. de Offic. Sacriſtæ, *omni Dominica benedicenda*, quamobrem hujus integritatem, nemo tanquam oſtentum aliquod, Lipmanno potuit prædicare. At Aqua fontis Baptiſmatis, quia, ceu eſt apud Leonem IV. homil. de cura Paſtorali, & in de Conſecr. diſt. 4. c. 126. non conſecratur niſi in Sabbato Sancto, ideo quod hæ toto anno ſinceræ & incorruptæ permanent, id quidem a Catholico quodam Romano, Lipmannus juſſus eſt mirari, & ſuſpicere. Quæ cum ita ſint, contendat etiam fortaſſe quis porro, pro, *Ad omne quo expiant, capiunt Salem*; reſcribendum eſſe : *In omni Baptiſmo adhibent Salem* : Nam id verum eſt, & ſic facere jubet de Conſecr. Diſt. 4. c. 64. *Tunc datur in baptizando ſal benedictum, in os, ut per ſal typicum ſapientia ſale conditus, fœtore careat iniquitatis; & nec a vermibus peccatorum ultra putreſiat, ſed magis illæſus ſervetur, ad majorem gratiam percipiendam.*

(5) *Sapor fructibus ademtus &c. Pinguedinem fructibus ademtam*] Sic ſolent Judæi fructus quos ipſorum regio quondam edebat, a dulciſſimo ſapore, & pinguedine inſigni, ſummopere commendare. Cetubot fol. 112. a. אמר רב חסדא מאי דכתיב ואתן לך ארץ חמדה נחלת צבי למה נמשלה ארץ ישראל לצבי לומר לך מה צבי זה אין עורו מחזיק בשרו אף ארץ ישראל אינה מחזקת פירותיה ד"א מה צבי זה קל מכל החיות אף ארץ ישראל קלה מכל הארצות לבשל את פירותיה אי מה צבי זה קל ואין בשרו שמן אף ארץ ישראל קלה לבשל ואין פירותיה שמנים ת"ל זבת חלב ודבש שמנים מחלב ומתוקים מדבש : Id eſt : *Hunc in modum diſſeruit R. Chaſda : Quis ſenſus verborum* (Jer. III, 19.) Dabo tibi terram deſiderabilem, hæreditatem capreæ. Quare aſſimilatur Regio Judaica capreæ? *Nimirum, id docetur : Sicut Caprea* (præ aliis omnibus animalibus id proprium & peculiare habet, ut excoriata) *pelle ſua tegi rurſus non poſſit*, (ſed pellis corpore longe minor deprehenditur:) *Ita nec Regio Judaica capit fructus ſuos*, (præ nimia multitudine.) *Supereſt & alia expoſitio : Sicut Caprea omnia animalia velocitate ſuperat, ita & Regio Judaica, præ omnibus aliis, fructus ſuos citiſſime maturat. Quod ſi quis porro colligere vellet : Sicut Caprea velociſſima eſt, carnem vero habet macilentam, ita & Regionis Judaicæ fructus quidem ſunt præcocis maturitatis, ſed tamen carent quoque pinguedine : Ad id præcavendum, alibi* (ſæpe) *dicitur* : (Eſſe terram) fluentem lacte & melle. (Quorum verborum ſenſus; fructus quos Judæa edit) *lacte pinguiores, dulciores eſſe oleo.*

ת רבי שמעון בן אלעזר אומר הטהרה נטלה את הטעם ואת הריח המעשרות נטלו את שומן הדגן והחכמים אומרים הזנות והכשפים כלו את הכל :

13. (1) R. Simeon Filius Eleaſaris, vult, (2) Munditiei (*intermiſſionem*,) ſuſtuliſſe (3) ſaporem odoremque (*fructuum* :) (4) Decimarum vero (*abrogationem*,) pinguedinem frugum (*impedire*.) Cæterum, Sapientes, illarum rerum defectum, ex ſtupris, & (5) veneficiis proveniſſe autumant.

R. OB. DE BARTENORA.

הטהרה נטלה את הטעם *Mundities aufert guſtum*, munditics quæ deficiebat in Iſraële effecit ut ſaporem & odorem ſuum amiſerint fructus, nam quando Iſraël mundus erat, Deus benedictus purificabat fructus ab odore & ſapore ingrato. המעשרות נטלו את שומן הדגן *decimæ auferebant pinguedinem frugum*, nam decimæ vocantur חלב *pinguedo*, uti ſcriptum eſt Num. 18, 12. כל חלב יצהר

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שומן *Pinguedo*, notum eſt, & hic notat fructus terræ Iſraëlis, uti nos hodie eos invenimus propter peccata noſtra. הטהרה נטלה את הטעם *mundities aufert ſaporem* &c. ſenſus eſt, quod propter defectum puritatis & decimarum, deficiunt deliciæ fructuum.

WAGENSEILIUS. (1) *R. Simeon filius Eleaſaris*] Iſte R. Simeon, autore R. Abrahamo Zacuto in Juchaſin pag. 48. b. diſcipulus fuit τοῦ R. Meir, & ſocius Jehudæ Sancti, qui Miſchnam compilavit. Narrat deinde alia quædam de iſto Simeone, petita ex Taanit fol. 20. a. ſed in noſtris tam Talmudis, quam En-Iſraëlis Codicibus, ibi, רבי אלעזר non שמעון בן אלעזר ſed vero verbis plane inverſis ב"ר שמעון aut בן שמעון legitur. Utros erroris accuſare debeam, neſcio.

(2) *Munditiei intermiſſionem ſuſtuliſſe* &c.] Rationem reddit Bartenora : שבזמן שהיו ישראל טהורים ועוסקים בטהרה אף הקב"ה היה מטהר את הפירות מטעם רע וריח רע : Id eſt : *Quo enim tempore Iſraëlitæ impolluti erant, atque munditiei ſedulo ſtudebant, tum quoque Deus fructus a ſapore acerbo, & odore tetro liberabat.*

(3) *Saporem odoremque*] Nihilominus quantus adhuc ſapor odorque, fructibus, etiam extra Terram ſanctam productis, inſit, facile oſtendit hiſtoria, quæ narratur in Cetu-

bot fol. 61. b. התוא רומאה אמר לה להדיא אתתא מינסבת לי אמרה ליה לא אזל איתי רמני פלי ואכל קמה כל מיא רצערי ליה בלעתיה ולא יהב לה עד רוג לה לסוף אמר לה אי מסינא לך מינסבת אמרה ליה אין אזל ואייתי רמני פלי ואכל קמה אמר לה כל מיא דצערי לך תוף שדאי תוף שדאי עד דנפק מינה כי חוצא דירקא ואיתסיאת: Id eſt: *Quidam homo Romanus, dicebat fœminæ alicui: Patere quæſo, ut uxorem te ego ducam. Quod cum ipſa admittere recuſaret, abiit, & attulit mala granata, eaque diſſecta, comedit muliere inſpectante.* (Hæc res mulieris ſalivam admodum eliciebat,) *quam ipſa omnem cum reſorbuiſſet, nec ab homine quicquam impetrare poſſet, denique intumuit* (hydropica.) *Tandem ait illi* (procus:) *Num, ſi medicinam tibi ego facio, mihi nuptura es? Reſpondit ipſa, utique. Abit igitur homo, & rurſus malagranata afferens, ea coram muliere dividit, comeditque, mulierem vero ſalivam omnem quam provocaturus eſſet, jubet exſpuere.* (Paruit ipſa monitis,) *neque prius ſpuendi finem fecit, quam herbæ viridis quoddam genus,* (morbi ſui radicem) *ipſa evomuit.*

(4) *Decimarum vero abrogationem, pinguedinem &c.*] Quia enim cum de Decimis primis, Scriptura Num. XVIII. commate 12. agit, *Olei pinguis* mentio injicitur: Ideo harum Decimarum abrogatio, pinguedinem fructuum facit ceſſare.

(5) *Veneficiis*] Iis quæ ſupra p. 529. ſeqq. fuſe, de Judæorum quorundam veneficiis & ſuperſtitionibus attulimus, addas licet, quod eſt apud Antonium Margaritam. (*Der Hauſvatter zu* Schabbas *zu nacht wen er* Haſdala *gemacht,*) *ſchüttet ein wenig Wein aus dem Belch auf die Erde, und darnach trinckter, und gibt ihn allen zu trincken, und nehmen alle von dieſem Wein, und ſtreichen ihre Augen und Puls damit. Seind auch viel unter ihnen, die mit dieſem Wein, und* (Haſdalas) *Kertzen, viel groſſe Zauberey brauchen, geben nemlich mit dieſem brennenden Licht und Wein, um alle Ecken der Bett und Kinder Wiegen, und gieſſen den Wein in alle Ecken.* Eodem pertinet, quod Erneſtus Ferdinandus Heſſen in Flagello Judæorum part. 2. c. 2. prodidit: *Es ligt die Frau, (Kindbettrin beyden Juden) es ſey ein Knäblein oder Mägdlein, ſechs Wochen in dem Bette, und all die weil muß ein alte Zauberin alle Nacht ein bloſſer ruſterigs Schwerd in die Hand nehmen, fengt an einen Spruch zu ſagen wie folgt:*

Ich mache einen Kreys,
Den Gott wol weis,
Aus und ein zu tragen,
Gott behüte Mutter und Kind für Schaden,
Gott behüt die Mutter und das Kind,
Sampt den gantzen Hausgeſind,
Als mancher Ziegel auf dem Tach,
Als mancher Engel bey uns wach,
Das werde wahr, in Gottes Nahmen, Amen.

Nec minus adjungi meretur locus, quem ex Additionibus ad librum יראים Eleazari Metenſis, literatiſſimus Vir, Jacobus Gafferellus ad R. Leonem Mutinenſem ſcribens, allegat: מלבישים אותם תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבנים ואם מעט פה נפער קושרין לחייהם בקשר ונפיו כדמיון אות שי הוא בחוטי חוטין שלוקחין לוחשין בלחשיהם : (Lege בלחשיהם) Addit verſionem: *Induunt* (*ipſa cadavera*) *involucris filo lineo conſutis candido, quod ſi os vel tantillum hiat, alligant eorum maxillas fibula, cujus extremæ partes characteris* ש *ſimilitudinem exprimunt, ipſaque ex filis contexta nigris, qua poſtea utuntur incantatores, ſuas ad necromanticas artes.*

יד בפולמוס של אספסינוס גזרו על עטרי חתנים ועל האירוס בפולמוס של טיטוס גזרו על עטרו כלות ושלא ילמד אדם את בנו יונית בפולמוס האחרון גזרו שלא תצא הכלה באפריון בתוך העיר ורבותינו התירו שתצא הכלה באפריון בתוך העיר :

14. (1) Orto (2) Bello Veſpaſiani, (3) decreto publico abrogatæ ſunt (4) Coronæ Sponſorum, (5) & tympana. Orto bello Titi, cautum de (6) Coronis Sponſarum, & (7) ne quis filium in Græcanicis erudiret. (8) Propter poſtremum Belli impetum, prohibebatur Sponſa in publicum prodire ſub uraniſco. Sed Magiſtris noſtris viſum eſt, (6) facultatem ejus rei indulgere.

R. OB. DE BARTENORA.

בפולמוס אספסינוס *Orto bello Veſpaſiani*, quando cum exercitu ſuo expugnavit Jeruſolyma. גזרו על עטרות חתנים *decreverunt de coronis ſponſorum*, coronas conficiebant pro ſponſis ex lapide ſalis, qui pellucidus eſt inſtar cryſtalli, ſive lapidis ברולת *Bdellion*, & depingebant eas colore ſulphureo, uti ſunt picturæ quæ vocantur ניל. Alii vero exponunt coronas myrti & roſarum, ſed utraque ſpecies prohibita eſt, & coronæ ex cannis confectæ tantum permiſſæ erant.

ועל האירוס *Et ſuper tympanis*, eſt inſtrumentum rotundum inſtar cribri, cujus latera rotunda ſunt, & in ore habens corium extenuatum, in quo feriunt fuſtibus tenuibus, & ſic ſonum excitant, & Hiſpanicè vocatur Tamburo. עטרות כלות *coronæ ſponſarum*, aureæ inſtar civitatis.

ושלא ילמד אדם את בנו יונית *Et ne quis filium ſuum in Græcanicis erudiret*, in ſcientia Græcorum, quæ conſtabat & metaphoris & ænigmatibus, & non intelligebatur niſi ab iis qui eruditi erant in illis. Ratio, quare hanc ſcientiam prohibuerunt, adfertur in Gemara, nimirum, quia aliquando contigerat ut reges e familia Chaſmonæorum ſive Maccabæorum conſurrexerint ad præliandum inter ſe, & ii qui erant Jeruſolymis, quotidie emittebant caniſtrum denariorum ad eos qui erant extra Jeruſolyma, & remittebant duos agnos pro ſacrificio jugi. Aderat autem tunc temporis ſenior quidam qui oppugnatores alloquebatur Græcè, dicens, *quamdiu illi* (ſcil. Judæi oppidani) *ſacrificia obtulerint, non tradentur in manus veſtras*; & eo tempore emittebant corbem Denariorum, ſed Græci dederunt porcum pro agno; ab eo igitur tempore dixerunt, *maledictus ſit homo qui filium ſuum erudit in ſcientia Græcorum.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פולמוס Notat tempus hujus viri (Veſpaſiani,) & tempus dominii ejus (Græcè πόλεμ☉ς.) אירוס *tympanum*, eſt figuræ rotundæ, & excavatum, unum ex lateribus ejus ligatur corio denſo, in quo feriunt, & hoc olim erat ſignum lætitiæ ac deliciarum, & in plagis orientalibus dicitur אלטף. *Coronæ ſponſarum*, erant figuræ civitatis aureæ, ſed jam expoſuimus eas in tractatu Schabbat. באפריון *cum uraniſco*, inſtar tentorii; permiſerunt ut ſponſa exiret cum ejuſmodi tentorio, eo quod erat ſignum caſtitatis & modeſtiæ. Quando dicit, פולמוס האחרון *bellum ultimum*, id eſt, ſub dominio illius ultimo.

ורבותינו התירו *Et magiſtri noſtri permiſerunt*, nimirum, R. Jehuda cognomine ſanctus qui Miſnæ auctor eſt. יונית *Græce*, intellige ſcientiam Græcorum juxta linguam Sapientum, cujuſmodi metaphoræ ſunt ſimileſque tropi, qui a ſimplici loquendi uſu deflectunt, & ſenſum habent occultum. In Gemara dicitur, quod Rabbi loquitur de ſapientia. Cæterum nonnullas locutiones habemus pro ænigmatibus, uti in Gemara exponitur, nam Græci olim habebant ejuſmodi modos loquendi, omnia quæ dicere vellent ænigmatice exprimentes. Ratio autem, quare hoc prohibuerunt, eſt quia ſub ſecundo templo rex aliquis è familia Chaſmonæorum obſedit Jeruſolyma, & incolæ Jeruſolymitanæ quotidie caniſtrum denariorum mittebant in caſtra, ut viciſſim darent pro illis duos agnos pro ſacrificio continuo; aderat autem tunc temporis aliquis qui intelligebat modos loquendi quos invenerant Græci, & loquebatur illos; ſed hæc omnia penitus perierunt.

פולמוס האחרון *Bellum ultimum*, quando templum deſtructum eſt, etiam ope Titi Veſpaſiani. אפריון eſt inſtar tentorii ex panno aurato confecti. *Magiſtri noſtri permiſerunt ut ſponſa exiret cum tentorio*, honeſtatis & verecundiæ ergo; & ita deciditur.

WAGENSEILIUS (1) *Orto &c.*] Repetit iſtius decreti Talmud mentionem in Gittin fol. 7. a.

(2) *Bello Veſpaſiani &c. Orto bello Titi*] De horum bellorum apparatu, vide, quæ ex Echa Rabbati adducit Raymundus in Pug. pag. 258.

(3) *Decreto publico abrogata ſunt &c.*] Habent id in more poſitum Rabbini, ut non tantum ad calamitatem aliquam depellendam, ſed & tranquillitatis conſervandæ cauſa, adverſus luxum, & feſtivitates, decreta faciant. R. Gedaljah Aben-Jechajah in Schalſch. Hak. p. 55. a. השר דון שלמה בן דון יוסף ן' יחייא היה בימים האלה כשנת כמו ד' אלפים תת"ק במלכות פורטוגאל והוא דור ד' למשפחתינו ויהי איש חכם גבור מלחמה ופלוסוף גדול וישימהו מלך פורטוגאל לראש על כל חילו מהפרשים ורוכבי הסוסים ויהי בכל דרכיו משכיל ויאהבוהו כל השרים הגם כי בקצתם היה קנאה עליו ותעשו ישראל כימיו מאוד ויצו שלא ישאו היהודים עליהם בגדי משי ומכסיסי מלכות ושלא ירכבו על סוסים בעיר כדי שלא יתרבה עליהם קנאה : Id eſt: *Vir Illuſtriſſimus, Don Salomo, filius Don Joſephi Aben-Jechaja, eadem hac tempeſtate floruit, circa annum nimirum mundi* 4950. *in Regno Luſitaniæ, atque hæc familiæ noſtræ ætas quarta eſt. Iſte vero* (Don Salomo) *fuit ſapiens, bellicoſus, & Philoſophus excellens, eumque Rex Luſitaniæ, univerſo ſuo exercitus, equeſtri Ducem præfecit. Geſſit omnia præclariſſime, & in magna apud univerſos Proceres erat exiſtimatione, quidam tamen ei invidebant. Hujus auſpiciis magnas opes contraxerunt Judæi, quare legem tulit, ne ſericati, aut principali ornatu induti, incederent, & ne per urbes equis veherentur, quo minus in magnam invidiam hominum, odiumque incurrerent.*

(4) *Coronæ Sponſorum*] Variis quondam Sponſi utebantur coronis, quæ omnes videntur fuiſſe interdictæ. Nam ſic Gemara annotat : אמר רב לא שנו אלא של מלח וגפרית אבל של הדס ושל ורד מותר ושמואל אמר אף של הדס ושל ורד אסור של קנים ושל חלפה מותר ולוי אמר אף של קנים ושל חלפה אסור : *Raf opinatur, tantum Coronas Salis & Sulphuris fuiſſe interdictas, ſed Myrteis & Roſaceis licuiſſe uti. At Samuel contendit, interdictum pertinuiſſe etiam ad Coronas Myrteas & Roſaceas, conceſſaſque unice fuiſſe illas, quæ ex Cannis, aut Junco plectebantur. Cæterum Levi etiam has ipſas vetitas eſſe autumat.* Si tamen Bartenoræ fides eſt, ultra fas interdictum Levi extendit, & coronis e canna paluſtri, atque ſic etiam junco, contextis, caput redimire, adhuc Sponſis conceditur. Ne vero quem illæ Coronæ Solis & Sulphuris ſua forma ſuſpenſum teneant, ſciendum ex R. Salomone: ענין עטרה עושין מאבן של מלח שהיא צלול כאבן הבדולח וצובעין אותן כמין ציורין בגפרית כשם שעושין בכלי זהב וכסף : Id eſt: *Confectam olim fuiſſe* (Sponſis) *coronam, e ſale foſſili, quod Cryſtalli inſtar pellucidum eſſe ſolet, in eaque colore ſulphureo varias figuras fuiſſe depictas, plane uti moris eſt vaſa aurea argenteis, argentea, aureis emblematibus variegare.* Cauſam, cur Sal & Sulphur, Sponſorum coronis materiem præbuerint, cum diu indagare non potuiſſem, tandem commodum ſubvenit Codex noſter MS. quem Judæus pro Adverſariis habuit, in eo legitur : הטעם לענין עטרות חתנים מגפרית ומלח יש להזכיר חטא סדום ועמורה ששינו ארח דרכם בניאוף אשת איש ובמשכב זכור ונענשו שנעשה ארצם גפרית ומלח וכדי לעורר לבב החתן שידבק באשתו ולא בשאינו מינו עושים לו כתר ממלח וגפרית : Id eſt: *Ratio, quare Sponſorum Coronæ e Sulphure & Sale confectæ fuerint, in eo conſiſtit, ut in memoriam iis revocaretur peccatum Sodomæorum & Gomorthæorum, qui adulteriis & maſculæ Veneri ſe totos præpoſtere mancipabant, & ideo eam pœnam tulere, ut terra ipſorum in Sal & Sulphur converteretur. Ergo, corona illa Salis & Sulphuris monebat Sponſum, ſuæ adhæreret uxori, & a peccatis Sodomæorum ſibi caveret.*

(5) *Et Tympana*] In ipſa Gemara אירוס per טנבורא exponitur. Quod, ne cui fraudi ſit, quaſi Talmud vocem recentem Gallicam, Italicam, aut Hiſpanicam agnoſcat, ſciendum, nullam harum, ſed Arabicam linguam verbum טנבורא ſuppeditaſſe. Literatiſſimus Voſſius, de Vitiis Serm. p. 292. Taburcinum, *tympanum, ex Gallico* Taborin, *vel* Tambour, *ſive Italico* Tamborino, *pro quo Hiſpani* Tamburo. *Videntur Galli & Itali accepiſſe ab Hiſpanis, illi ab Arabibus, quibuſcum conveniunt in hoc Perſæ.* Atque, ſic omnino ſe res habet, æque טנבורא Arabicum eſt, ac nomen טבלא per quod & ipſum verbi אירוס in Gemara fit explicatio. Prius verbum, Arabes ſuis literis طنبور & طنابير poſterius vero, طبل itemque طبول ſolent ſcribere. Formam hujus Inſtrumenti, ſic nobis depingit R. Solomo: אירוס הוא עשוי דמגותיו עגולות כעין נפה וקושרין ברפניתיו חוטין של ברזל ושוטחין על פיו עור כשהוא לח ומותח והוא כתייבש שם באליו וכשמכין עליו בככל רק הוא מוציא קול צלצול ויש אומנין שיודעין להכות עליו מכה אחר מכה כסדרה עד שנשמע כמין שיר Id eſt : אירוס *inſtrumentum rotundum eſt, cribri adinſtar, cujus lateribus alligantur fila ferrea, & ſuper os illius, pellis humefacta probe diſtenditur, quæ ibi exareſcit. Id, tenui bacillo pulſatum inſtrumentum, ſonum edit tinnulum, atque ſunt quidam ea peritia, ut ex arte ita modulari pulſus poſſint, quo ſonus harmonicus exaudiatur.* Quantum ex iſta circumſcriptione R. Salomonis aſſequor, videtur plane in mente habuiſſe illud inſtrumentum, quod Hiſpani promiſcue tam in ſacris quam profanis feſtivitatibus, tripudiantes etiam, tium pulſare ſolent. Omnia enim reliqua ad amuſſim conveniunt, unum bacillum ſi excipias, quo ea gens, quod equidem ſciam, non utitur, ſed jam ſola manu verſatili, jam ad caput, cubitos aut genua tympanum allidendo, ſonos edere ſolet. Fuit ſimilis inſtrumenti uſus, jam olim in ſacris magnæ Deum Matris, ipſaque hæc Diva cum Corybante ſuo, id crepitaculum, ſed annellis aut nolis æreis quæ nunc communiter ad latera alligantur, & quarum R. Salomo quoque mentionem facit, privum, manu tenent, (Libro dell imagini de Dei p. 111.) apud Pignorium, in tabula, cujus exemplar ſpectandum propono.

Poſſunt alia multa de iſto inſtrumento videri apud Autorem libri Schilte Haggib. fol. 5. col. 1. qui nobis perſuadere nititur, eſſe hoc, idem illud, quod Scriptura האילת השחר vocavit. De qua opinione, etſi in præſentia, controverſari non lubet ; illud tamen verbo monendum, peſſime hunc Autorem & adverſus leges Grammatices, ipſaſque ſacras literas, voci אילת quæ in ſuo regimine conſtituta, nuda comparere debebat, He ἐμφάσεως notam, ſociaſſe. Præterea, idem in Sotæ noſtræ loco, ארוסם pro אירוס legit male, & invitis Talmudis, En Jacob, Miſchnæque Codicibus omnibus. De cætero, illud ex Schabbat fol. 10. a. colligere licet, interdictum hoc, de non pulſandis in nuptiarum feſtivitatibus tympanis, brevi ceſſaſſe, ſic enim opus fuit, ut haud multo poſt, mortuo Raf revocaretur, etſi ne tum quidem uſque quaque fuit obſervatum, quare in tranſgreſſorem, tandem cœlitus fuit animadvertendum. דכי נח נפשיה דרב גזר רב יצחק בר ביזנא דלא לימטיה אסא ותידמי לבי הילולאי וטבלא ואזל איהו אמטי אסא ונידמי לבי הילולא וטבלא טרקיה חויא ומית : Id eſt : *Cum diem ſuum obiiſſet Raf, vetuit R. Iſaacus Biſnæ filius, myrti, aliarumque arborum frondes geſtando, & tympana pulſando, procedere ad domum nuptialem.. At quidam Judæus* (inſuper habito hoc præcepto) *in nuptiali pompa myrtum, aliaſque termites, & tympana adhibuit, quare eum ſerpens momordit, ita ut moreretur.*

(6) *Coronis Sponſarum.*] Longe aliis Coronis Sponſæ in ſolemni quondam Nuptiarum feſtivitate ornabantur, quam quibus Sponſos uſos fuiſſe, jam modo diximus. Quippe, Gemaræ noſtræ teſtimonio, Sponſæ Corona, erat עיר של זהב *Civitas aurea.* Hoc eſt, tali ex auro fuit forma, qualem, ne de vultibus multorum Imperatorum qui in Nummis ea ornantur, in præſentia quid dicam, geſtaſſe

Ipſa Deûm fertur genetrix, Berecynthia.

 306



Et proinde eo diademate caput cincta, in Pignorii, quam modo repræſentavimus, tabula, merito depingitur. De voce עטרה obiter, quandoquidem occaſio nos huc deducit, notandum, eam uſurpari etiam de Regum Coronis, item, de genere illo Monetæ, quod nos vulgo *Coronatos* vocamus, Itali vero *Scudi* appellitant; & denique de Lege etiam Divina. Primæ ſignificationis exemplum eſt in Schalſch. Hak. pag. 11. ubi legitur: משה לקח העטרה מעל ראשה וישימה על ראשו: Id eſt: *Moſes ablatam Pharaonis capiti coronam, ſuo impoſuit.* Quin, & alterius, pag. 116. a. בשנת ה' אלפים ש"טו בהיות פאולו קרפא רנפולי פפה ברומה גזר א' גזלה וכו' שבזמן ו' חדשים היהודים ימכרו כל בית ונחלות שהיה להם ונעשה חשבון שהיה שוה נחלות היהודים אשר היו במלכותו או יותר מחק אלף עטרות ונמכרו פחות מהחמשית: Id eſt: *Anno Mundi* 5315. *cum Paulus* (IV.) *Caraſſa, gente Neapolitanus, Pontificatui Romano eſſet præfectus, Bullam quandam evulgat, qua præter reliqua imperavit, ut Judæi intra ſemeſtre, omnes ſuas ædes, & fundos venderent. Computatione facta, deprehenſum, Judæorum qui Statum Eccleſiaſticum incolebant, poſſeſſiones, ſuperare ſummam quingenties mille Coronatorum, quæ tamen, minus quinta æſtimationis hujus parte, fuere diſtractæ.* Lex quoque κατ' ἐξοχὴν עטרה dicitur, tum alibi, tum in Joma fol. 69. b. אנשי כנסת הגדולה החזרו את העטרה ליושנה: Id eſt: *Viri Congregationis magnæ, reſtituerunt Coronam, in antiquum ſtatum.* Hoc ſignificatu alias frequentius adhibetur vox כתר Unde ea vox, aureis literis, Voluminum ſacrorum armario, in Synagogis plerunque ſolet inſcribi: Cui rei iſta inſuper accedit cauſa, quod literæ כתר eam ſummam in calculatione conficiunt, quot Leges a Deo promulgatæ, ſunt numero. In Pirke Avot. c. 4. dicitur: ר' שמעון אומר שלשה כתרים הם כתר תורה כתר כהונה וכתר שם טוב עולה על גביהן: Id eſt: *R. Simeone iſta perhibente, tres ſunt Coronæ Una Legis, altera Sacerdotis, tertia Regni. Corona tamen bonæ famæ has omnes ſupereminet.* Ex his, explicandum hieroglyphicum, trium, & nonnunquam quatuor Coronarum, quæ in frontiſpiciis librorum Rabbinicorum, maxime vero eorum, qui Venetiis excuſi ſunt, creberrime comparent, & quarum diſpoſitionem hic adumbrare, operæ pretium omnino nobis viſum eſt.

pag. 306.



Cedit reliquis, magnitudine, Bonæ Famæ Corona, ſed tamen effert ſeſe, eaſque poſt ſe relinquit. Nam Eruditum, Sacerdotem, Regem eſſe, autoritatem tantum conciliant, nec ultra æſtimanda veniunt. At, ſi quis Vir Bonus dici mereatur, hæc demum propria, hæc ſolida, hæc perpetua hominis laus eſt. In hanc fere ſententiam egregie diſertiſſimus Lipſius in aureo de Conſtantia libello l. 2. c. 4. *Pulchra hæc laudatio, O virum Doctum! ſed illa melior, O virum Sapientem! & iſta optima, O virum Bonum! Hæc ſectemur! & per tot labores, non Scire tantum velimus, ſed Sapere & Facere.* Patet interim ex ſupra dictis, ſine dubio, aliorſum intentam mentem habuiſſe Hottingerum, cum p. 151. Grammat. Chaldæo-Syr. ſcriberet: *Quatuor fere Coronarum fieri mentionem apud Chaldæos, Rabbinos tantum trium meminiſſe.*

(7) *Ne quis filium in Græcanicis erudiret*] Equidem, non tam ſapiens ſum, ut poſſim conciliare Miſchnam hanc, cum ſua Gemara. Nam, quod Miſchna Veſpaſiani demum tempore decretum eſſe memorat, id Gemara ſic exponit, quaſi jam Chaſmonæorum ætate de ea re cautum fuerit; idemque iiſdem fere verbis, in Bava Kama fol. 82. b. iterat. Locus integer afferendus eſt: ת"ר כשצרו מלכי בית חשמנאי זה על זה היה הורקנוס מבחוץ ואריסטובולוס מבפנים בכל יום ויום היו משלשלין דינר (דינרין Lege) בקופה ומעלין להם תמידין היה שם זקן אחד שהיה מכיר בחכמת יונית לעז להם בחכמת יונית אמר להן כל זמן שעוסקין בעבודה אין נמסרין בידכם למחר שלשלו להם דינרים בקופה והעלו להם חזיר כיון שהגיע לחצי חומה נעץ צפורניו נזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה אותה שעה אמרו ארור אדם שיגדל חזירים וארור אדם שלמד בנו חכמת יונית : Id eſt: *Sic tradunt Magiſtri: Cum Principes familiæ Chaſmonæorum, de dominatu mutuo contenderent, erat Hyrcanus foris, Ariſtobulus* (vero frater,) *degebat intra* (urbem Hieroſolymitanam. Cæterum, cum nulla agnorum eſſet ibi copia,) *ſolebant quotidie* (per mœnia,) *in corbe quadam demittere*, (ex arca ſacra depromptos) *nummos, atque agnos referre, quibus ad celebrandum endelechiſmum opus fuit. Forte erat ibi Senex quidam* (Judæus,) *ſapientiam Græcanicam edoctus, is* (Græcis, Pompejaniſque Hyrcano oppugnanda urbe opem ferentibus,) *inſuſurrat Græco ſermone, in hanc ſententiam: Quamdiu iſtos, ſua ſacra peragere conceditis, non facient deditionem. Ergo, cum die poſtero,* (Hieroſolymitani pro more) *nummos in corbe demitterent: in locum repoſitus porcus eſt, qui cum ad medium mœniorum fuiſſet evectus, ungulas iiſdem infixit, ex qua re tota Judaica regio, per univerſa quaqua patet quadringenta milliaria, contremuit. Tum natum ſcitum eſt:* Execrabilis eſto, quiſquis nutrit porcos: Exſecrabilis item eſto, quiſquis filium ſuum ſapientiam Græcanicam edocet. Sed, fortaſſe pleraque hujus narrationis fabuloſa ſunt, etſi de ſimultatibus Hyrcani & Ariſtobuli, iſtaque, quam Gemara reſpicit, Hieroſolymarum obſidione, eſt apud Joſephum l. 14. antiq. c. 8. De agnis enim, per mœnia attractis, & porcino terræ motu, iſte prorſus ſilet, quin potius, ea apud ipſum leguntur, unde omnem hanc hiſtoriam, aperte falſitatis convincas. Teſtatur namque diſerte, ne quidem illa die, qua captum templum eſt, endelechiſmum fuiſſe intermiſſum, nedum ut id prius accidere potuerit. *Μάθοι δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν ὑπερβολὴν ἣν ἔχομεν περὶ τὸν θεὸν εὐσεβείας, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, μηδὲν ὑπὸ τῆς πολιορκίας διὰ φόβον ἐμποδιζομένων πρὸς τὰς ἱερουργίας, ἀλλὰ δὶς τῆς ἡμέρας πρωΐ τε καὶ περὶ ἐνάτην ὥραν, ἱερουργούντων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καὶ μηδ' εἴ τι περὶ τὰς προσβολὰς δύσκολον εἴη, τὰς θυσίας παραλειπόντων· Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα τῇ τῆς νηστείας ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου, καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος, οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες, ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ· Οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἧττον ἱερουργοῦντες διετέλουν, οὔτε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς, οὔτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἤδη φονευομένων ἀναγκασθέντες ἀποδρᾶναι· Πᾶν δ' ὅτι δέοι παθεῖν τοῦτο παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς, κρεῖττον εἶναι νομίζοντες, ἢ παραλιπεῖν τι τῶν νομίμων· Facile autem eſt, vel hinc diſcere, quanta pietate Deum colamus, & quam obſervantes legum ſimus, quandoquidem oppugnationis terror nihil obſuit, quo minus ſolemnia peragerentur ſacrificia, bis per ſingulos dies, mane & circa nonam horam ſuper altari immolantibus noſtris Sacerdotibus, ac ne in extremo quidem diſcrimine ſacra intermittentibus. Etenim capto templo, tertio demum menſe, die jejunii,* CLXXIX. *Olympiade,* C. *Antonio,* M. *Tullio Cicerone Coſſ. hoſtis quidem irrumpens, jugulabat omnes obvios: illi vero, nihilominus ſacris operabantur, neque metu mortis, neque jam cæſorum multitudine abſterriti, paſſuri quicquid victori liberet potius, quam deſerturi altaria, aut aliquid omiſſuri præſcriptum patriis legibus.* Quicquid vero ſit de principio interdicti, quo Græcorum linguam ac Philoſophiam diſcere vetabatur, illud tamen conſtat, non ei ſemper morem geſtum eſſe. Sane, in Menachot fol. 99. b. habemus exemplum Rabbini, quem libido cœpit animum ad ea ſtudia transferendi: שאל בן דמה בן אחותו של ר' ישמעאל את ר' ישמעאל כגון אני שלמדתי את כל התורה כולה מהו שאלמד חכמת יונית קרא עליו המקרא הזה לא ימוש ספר התורה הזה מפיך והגית בו יומם ולילה צא ובדוק אי זו היא שעה שאינה לא מן היום ולא מן הלילה ולמוד בה חכמת יונית : Id eſt: *Dumæ filius, qui ex R. Iſmaëlis ſorore genitus erat, quæſivit ex hoc Avunculo: Num mihi, qui Legem ſacram univerſam addidici, fas eſt ſtudere artibus & literis Græcanicis? Ibi inculcavit ei Avunculus dictum* (Joſ. I, 8.) Ne diſcedito liber iſte legis ex ore tuo, ſed meditaberis de eo interdiu ac noctu: (Subjungens deinde: Heus, o noſter!) *Adesdum, & tecum ipſe reputa, quæ ſit illa hora, quæ nec ad diem, nec ad noctem pertinet, atque hac Sapientiæ Græcanicæ operam navare tibi licebit.* Simile reſponſum, cum de eadem re a quibuſdam rogaretur, reddidiſſe R. Joſuam legitur in Pea Jeruſchalmi, & exinde in Excerptis, apud Autorem Breviarii En Iſraël fol. 50. col. 4. Neſcio, num iſti a propoſito abſterreri ſe paſſi ſint, ſcio tamen alios, quibus literis Græcis invigilare nulla fuit religio. Schalſch. Hak. fol. 34. a. שמואל היה ראש ישיבה בנהרדעא והיה חכם בתורה ובחכמת יונית : Id eſt: *Samuel Rector Academiæ Nahardeenſis, in Lege Divina & Sapientia Græcanica fuit eruditiſſimus.* Item p. 39. b. ר' שלמה בן גבירול הנזכר במקומות רבים היה בדור הזה בסרגוסה ונפטר בבלינצה והיה חכם גדול ומדקדק ומשורר נפלא וחכם בלשון יון : Id eſt: *R. Salomo, Gabirolis filius, cujus crebra fit mentio, circa hæc tempora Cæſaraugiſtæ floruit, mortuus vero tandem eſt Valentiæ. Erat vir ſapientiſſimus, Criticus, & Cantor incomparabilis, nec minus Græcæ linguæ fuit admodum peritus.* Et vero, levis utique eſt ratio, quam Judæi fingunt priſcos Magiſtros induxiſſe, ut Græcarum literarum ſtudia ſuæ gentis hominibus prohiberent, & nata ex ſolo caſu. Superſunt ſane longe graviores, quæ contrarium ſuadere poterant, ſive ipſius linguæ decus & elegantiam reſpexiſſent, ſive Sapientiæ, quæ illa traditur, originem. Prius, ne ipſum quidem Talmud Jeruſchalmi inficiari poteſt, ubi c. 1. Megillæ legitur: עקילס הגר תרגם התורה לפני רבי אליעזר ורבי יהושע וקלסו אותו ואמרו יפיפית מבני אדם ש"ל יופי של יפת שרכו על לשון יוני : Id eſt: *Aquilas proſelytus, ſacras literas præſcitu R. Elieſeris, & R. Joſuæ in Græcam linguam tranſtulit, quod ipſi factum collaudarunt, accommodantes huc, dictum* (Pſ. XLV, 3.) יפיפית מבני אדם *Quippe* יופי *ad Japhetum* (Græcorum progenitorem,) *linguamque Græcam præbet alluſionem.* Quo facit, quod in ejuſdem Jeruſchalmi Sota & Schabbat traditur: מותר לאדם ללמד את בתו יונית מפני שתכשיט הוא לה : *Fas eſt homini, filiam ſuam docere linguam Græcam, nam id gratiam ei conciliat.* Jam, quod ad ipſam Sapientiam Græcorum attinet, non eam contemnere debebant Judæi, quippe cujus ipſi ſe autores prædicant: nihil igitur æquius erat, quam ut ſuam rem vindicarent. Joſephus 1. contra Apion. autor eſt, Pythagoram plane noviſſe diſciplinam Judæorum, ejuſdemque multa cupide eſſe amplexum. Rem eandem, apud Clementem 1. Strom. Ariſtobulus Judæus de Platone prodidit, addens alibi, Philoſophiam Peripateticam ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωυσέα νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἠρτῆσθαι προφητῶν· *Ex Lege Moſaica, atque aliis pendere Prophetis:* quæ teſtimonia, jam Cl. Seldeno l. 1. de Jur. Nat. & Gent. ſunt obſervata.

ſervata. His addere oportet, multa, quæ ex Rabbinis congeſſit Buxtorfius ad Coſri, p. 28. ſeqq. Ergo, antiquis, longe prudentiores ſe præſtiterunt Judæi Hiſpani, dum Philoſophiam Græcam diſcendi facultatem, ſaltem iis, qui adultæ ætatis ſunt, adimere, haud fuere auſi. Sic enim Autor libri Schalſch. Hak. p. 60. a. profitetur: ראיתי בספר מנחת קנאות כי בגזרות שעשו קהלות ברצלונה שנה ה׳ אלפים ס״ר שלא ללמד בחכמה יונית עד שיגיע הלומד אל כ״ה שנים: Id eſt: *Legi in libro Minchat Kinot, inter cætera conſulta, quæ Barcinonenſes Judæi fecerunt, etiam illud fuiſſe, ne cui liceret Sapientiæ Græcanicæ diſcendæ ſeſe mancipare, prius quam XXV. ætatis annum attigiſſet.* Stupeo ad Maimonidis verba, quæ habet Hilch. Tphillin c. 1. §. 19. אין כותבין תפלין ומזוזה אלא בכתב אשורית והתירו בספרים לכתוב אף ביוני בלבד וכבר נשתקע יוני מן העולם ונשתבש ואבד לפיכך אין כותבין היום שלשתן אלא אשורית: Id eſt: *Ad Phylacteria & Schedas liminares* (deſcribendas,) *haud alios quam Aſſyriacos characteres adhibere licet, in Libris vero Sacris deſcribendis, literis etiam Græcis uti conceditur, ſed his ſolis,* (nec ullis aliis, ullarum gentium.) *At vero, pridem in deſuetudinem abiit lingua Græca, confuſa eſt, ac periit. Quamobrem hac ætate tam libri ſacri, quam Phylacteria unice Characteribus Aſſyriacis exprimuntur.* Certe, ſi de lingua Græca dici poteſt, nullam amplius eſſe ſuperſtitem, longe majori ratione idem quis de Hebraica lingua affirmet, quod tamen nec Maimonides, nec quiſquam Judæorum facile conceſſerit. Dicam Plura de interdicto diſcendi Linguam Græcam in Notis ad Maſſechet Purim, atque conferri interea loci poſſunt quæ diſſerit Lipmannus in Nizach. p. 91.

(8) *Propter poſtremum &c.*] Paulo ante laudatus Seldenus l. 2. Uxor. Hebr. cap. 15. locum hunc tranſtulit: *Temporibus bellicis, quæ ſunt inſecuta, decretum eſt, ne prodiret (in deductionem) Sponſa velamine obvoluta, intra Urbem. Sed Rabbini noſtri poſtmodum permiſere, ut etiam intra urbem velamine obvoluta prodiret.* Nobis, quid de vocis אפריון ſignificatione quam ea hoc loco exigit, videatur, jam ſupra p. 260. profeſſi ſumus, & facit nobiſcum Bartenora, dum אפריון diſerte כמין אהל ſeu *tentorii ſpeciem* habuiſſe aſſerit. Uraniſcus, quia pompæ faſtuſque ſignum eſt, ideo ratio ſuadebat, ut Magiſtri, in illa Judaicæ politiæ panoletria, eodem Sponſas abſtinere juberent. Ne Sponſa flammeo obtecta, in publicum prodiret, nihil video quid ſuadere potuerit.

(9) *Facultatem ejus rei indulſere.*] Fortaſſe, quia inhumanum & impium videbatur, Sponſis, in nuptiarum ſolemnibus omnino omnem ornatum adimere, maxime cum ad eas exhilarandas, omnes ſint obſtricti, Deoque gratum præſtetur obſequium, ſi huic officio ſatisfiat. In hanc rem pridem p. 45. aliqua diximus, quibus accedit Jeſebelis Reginæ exemplum, de qua R. Elieſer in Pirke cap. 16. היה ביתה סמוך לשוק וכל חתן שהיה עובר היתה יוצאת מביתה ומצלצלת בכפיה ומקלסת בפיה ומהלכת עשר צעדי׳: Voſſius vertit: *Ejus domus vicina erat foro: Quicunque autem Sponſus tranſibat, tum egrediebatur ædibus ſuis, & pulſabat manibus ſuis cymbalum, atque laudes cantabat ore ſuo, progrediens decem paſſus.* Item, quod eſt in Menachot c. 11. אגריפס המלך עבר לפני הכלה ושבחוהו חז״ל אמר אני נוטל כתר בכל יום וזו הטול כתרה שעה אחת: Id eſt: *Rex Agrippas, Sponſæ* (obviam factus,) *eidem loco ceſſit, quod factum Sapientes f. m. collaudarunt,* (& ſimul dictum, quo) *Ego, inquiebat, quotidie Coronam capite geſto, hæc autem, illa utitur per horam.*

יה משכת רבי מאיר בטלו מושלי משלים משכת בן עזאי בטלו השקדני׳ משמת בן זומא בטלו הדרשני׳ משמת רבי יהושע פסקה טובה מן העולם משמת רבן שמעון בן גמליאל בא גובי׳ ורבו צרות משמת רבי אלעזר בן עזריה פסק העושר מן החכמים משמת רבי עקיבא בטל כבוד התורה משמת רבי חנינא בן דוסא בטלו א״ש׳ מעשה משמת רבי יוסי קטנותא פסקו חסידים ולמה נקרא שמו קטנותא שהיה קטנותן של חסידים משמת רבן יוחנן בן זכאי בטל זיו החכמה משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה ומתה טהרה ופרישות משמת רבי ישמעאל בן פאבי בטל זיו הכהונה משמת רבי בטלה ענוה ויראת חטא רבי פנחס בן יאיר אומר כשחרב ב״ה בושו חברים ובני חורין וחפו ראשם ונדלדלו אנשי מעשה וגברו בעלי זרוע ובעלי לשון ואין דורש ואין מבקש ואין שואל על מי לנו להשען על אבינו שבשמים רבי אליעזר הגדול אומר מיום שחרב בית המקדש שרו חכימיא למהוי כספריא וספריא כחזנא וחזנא כעמא דארעא ועמא דארעא אזלא נדלדלה ואין שואל ואין מבקש על מי יש להשען על אבינו שבשמים בעקבות משיחא חוצפא יסגא ויוקר יאמיר הגפן תתן פריה והיין ביוקר והמלכות תהפך למינות ואין תוכחה בית וועד יהיה לזנות ומגליל.

15. Mortuo (1) R. Meir defecere (2) qui homines erudiebant (*doctis*) (3) Parabolis. Mortuo τῷ Aſai filio, ceſſarunt (4) lucubrantes: Mortuo vero (5) Sumæ filio, (6) acuti Interpretes. (7) Mortuo (8) R. Joſua, periit publica felicitas. Mortuo (9) R. Simeone Filio Gamalielis, (10) venerunt Locuſtæ, & auctæ ſunt calamitates. Mortuo (11) R. Eleaſare Filio Aſariæ, ceſſarunt eruditi eſſe divites. (12) R. Akiba mortuo, (13) decus legis evanuit. (14) R. Chanina Duſæ filio mortuo, ceſſarunt (15) viri Thaumaturgi. (16) R. Joſe Parvo mortuo, defecere Religioſi: (17) quare vero Parvus cognominatur? Quia (18) minutal erat Religioſorum. Mortuo R. Jochanane Saccai F. diſparuit ſplendor Sapientiæ. Mortuo (19) R. Gamaliele Sene, (20) evanuit honos legis, ſimulque mundities & ſanctimonia, intermortuæ. (21) R. Iſmaële Filio Pabi defuncto, occubuit ſplendor Sacerdotii. (22) Mortuo Rabbi (*Juda Sancto*,) (23) ceſſavit Modeſtia, & timor peccati. R. Pinchas F. I. ait: Diruto Templo, pudore ſuffuſi ſunt Sapientes pariter & Nobiles; (24) obnubuntque capita: Liberales ad pauperiem ſunt redacti, contra invaluere violenti, & calumniatores, (25) nec ſupereſt explicans, (26) nec quærens, nec interrogans. Cui ergo innitendum eſt nobis? (27) Patri noſtro cœleſti. R. Elieſer cognomento Magnus ait: Ex quo Templum devaſtatum eſt, (28) cœpere Sapientes ſimiles eſſe Scribis; Scribæ, æditius; Æditui, vulgo hominum; Vulgus vero hominum, in pejus indies ruit, nec quis rogans, aut quærens, ſupereſt. Cui ergo innitendum? Patri noſtro cœleſti. (29) Paulo ante adventum Meſſiæ, (30) impudentia (31) augebitur. Et magna erit annonæ caritas: Vitis proferet fructum, ſed (32) vinum nihilominus care vendetur.

Sum-

והגליל יחרב והגבלן ישום ואנשי הגבולי יסובבו מעיר לעיר ולא יחוננו וחכמות סופריי תסרח ויראי חטא יכאסו והאמת תהא נעדרת נערים פני זקנים ילבינו זקנים יעמדו כפני קטנים בן מנוול אב בת קמה באמה כלה בחמותה אויבי איש אנשי ביתו פני הדור כפני הכלב הבן אינו מתביש מאביו ועל מה יש לנו להשען על אבינו שבשמים רבי פינחס בן יאיר אוי זריזות מביאה לידי נקיות ונקיות מביאה לידי טהרה וטהרה מביאה לידי פרישות פרישות מביאה לידי קדושה וקדושה מיבאה לידי ענוה וענוה מביאה לידי יראת חטא ויראת חטא מביאה לידי חסידות וחסידות מביאי לידי רוח הקדש ורוח הקדש מביאה לידי תחיית המתים ותחיית המתים בא על ידי אליהו זכור לטוב אמן :

Summum in orbe imperium, obruetur opinionibus pravis, & nulla locum habebit correptio. (,3) Synagogæ convertentur in lupanaria, (33) limites Judææ deſolabuntur, & regio quanta quanta eſt devaſtabitur. Viri inſignes oppidatim circuibunt, nec ulla humanitatis officia experientur. Fœtebit Sapientia Magiſtrorum, a delictis ſibi caventes ſpernentur. & Veritatis magnus erit defectus. (35) Juvenes confundent ora Senum, Senes coram junioribus ſurgent. (36) Filius irritabit patrem, (37) nata inſurget adverſus matrem, nuruſque contra ſocrum; denique ſuos quiſque domeſticos inimicos habebit. Scilicet, (38) Seculo iſti canina facies erit, nec verebitur filius parentem. Cui ergo confidendum? Patri cœleſti (39) *R. Pinchas F. I. ait: Providentia, cauſa Alacritatis; Alacritas, cauſa Innocentiæ; Innocentia, parit Puritatem; Puritas, Abſtinentiam; Abſtinentia progenerat Sanctitatem; è Sanctitate, provenit Modeſtia; atque ex Modeſtia, Timor Sceleris; Timor Sceleris, deducit ad Pietatem; Pietas, cauſa eſt* (gratiæ) *Spiritus S. Spiritus S.* (fideles) *participes facit Reſurrectionis mortuorum; Reſurrectio mortuorum, obtinget interventu Eliæ, cujus memoria ſacra eſto, & ſancta. Deus æternus benignè concedat, ut adventu illius, cito, & ſalvi ſanique fruamur. Amen!*

R. OB. DE BARTENORA.

במלו מושלי משלים *Ceſſarunt parabolas docentes*, uti ſunt fabularum ſimilitudines; & ita dicitur in Gemara Sanhedrin, quando per allegorias docebat R. Meyr, tertiam partem exponebat allegoricè in jure, tertiam partem in *Agada*, id eſt, enarrationibus myſticis; & tertiam temporis partem in parabolis.

השקדנים *Lucubrantes*, aſſidui in portis Academiæ die noctuque, uti dicitur in Gemara Jebhammot, quod dixit Ben Aſai, *anima mea Legem amat.* הדרשנים *expoſitores*, ſcil. practici, qui periti erant in Lege multis modis & rationibus curioſe explicanda, uti dixit R. Eleaſar filius Aſariæ, *eram ſeptuagenarius, & tamen non dignatus fui, ut mihi quis exponeret exitum ex Ægypto* &c. vide Berachot cap. 1. Miſna ultima.

משמת רבי עקיבא במל כבוד התורה *Quando mortuus eſt R. Akiba, ceſſavit honor Legis*, nam nimirum etiam Legis apiculum exponebat, quod in magnum Legis honorem erat, utpote indicium quod nihil fruſtra ſcriptum eſt. אנשי מעשה *viri operis*, id eſt, qui peragebant miracula & opera miratu digna, uti narratur de R. Chanina filii Duſæ in Gemara Taanit, quod dixit, dabit virtutem aceto ut ardeat Sic etiam de capris ut adducerent lupos in cornibus, & ſimilia occulta plura quæ ibidem memorantur. קמנותן של חסידים *minutal religioſorum*, quando homines pii deficiebant, & ille erat eorum poſtremus. *Quando mortuus eſt Rabban Gamaliel ſenior, ceſſavit honor Legis*, nam ante mortem ejus adhuc erat virtus in mundo, ita ut ſtando addiſcerent Legem, ſed poſt mortem illius virtus illa ac vis ceſſavit, & cœperunt ſedendo addiſcere Legem, & hic eſt ſenſus verborum *ceſſavit honor Legis.* Cæterum *cum mortuus eſt Rabbi, ceſſavit humilitas, & timor peccati*, diſcipuli ejus hæc verba addiderunt traditionibus Miſnicis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השקדנים *Lucubrantes*, accurati in lectione & doctrina. Hiſtoria de Ben Aſai conſtat ex Bereſchyt Rabba, quod nunquam uxorem duxit, rogatus quamobrem? reſpondit, אני בתורה חשקה נפשי *quod me attinet, anima mea Legem amat.* Cæterum tempore Rabban Gamalielis ſeniores diſcebant homines Legem ad amuſſim, ſed poſt illius tempus debilitata corpora eorum, & denuo ſedendo diſcere cœperunt: Et hoc eſt quod dicit, במל כבוד התורה *ceſſavit honor Legis.* Sed de R. Akiba dixerunt, *poſtquam mortuus eſt R. Akiba, ceſſarant brachia Legis, & obſtructi ſunt fontes ſcientiæ.*

קמנותן של חסידים *Minutal religioſorum*, ſenſus eſt, quod tunc temporis erat tantum radix religioſorum, quia radix & principium rei exigua ſunt. Illi vero doctores qui venerunt poſt R. Jehudam cognomine ſanctum, plura addiderunt, dicendo; *Poſtquam mortuus eſt Rabbi, ceſſavit humilitas, & timor peccati.*

WAGENSEILIUS. (1) *I. R. Meir.*] Eſt hic inter præcipuos Sapientes, qui poſt Templi ſecundi excidium floruerunt. Fertur, fuiſſe ipſum nepotem Neronis, Ducis exercitus Romanorum, qui ante Veſpaſianum Hieroſolymas oppugnare cœperit, quique paganiſmo relicto, Judæorum ſacra ſit amplexus, quod ſibi metueret, ne ipſe, urbe ſacra, cujus fatum imminere prævidebat, exciſa, ſimiliter pœnas Deo dare cogeretur. Sic eſt in Gittin cap. 5. quod exinde repetunt Baal Juchaſin pag. 63. b. & David Gans in Zemach part. 1. p. 42. a. neque id vocant in controverſiam. Eſt enim Vorſtii grave παρόραμα, quando in verſione τῷ Zemach p. 105. hoc poſterioribus tribuit, quaſi in ſuos libros admiſerint: *R. Meirum fuiſſe filium thalami, ſeu legitimum Rabbenu a. Kodeſch*: nam iſta profecto nunquam iis venerunt in mentem, ſed dicunt: שרבי מאיר היה בחופ׳ בנו של רבינו הקדוש : Id eſt: Τὸν *R. Meir* (tam diu vitam produxiſſe,) *ut interfuerit nuptiis, quas filius* R. (Jehudæ) *Sancti, celebravit.* Uſus eſt R. Meir, præceptore R. Akibâ, dictuſque principio fuit מאישא *Meiſcha*: poſtea vero ob inſignem eruditionem illud nomen מאיר ei inditum שהיה מאיר עיני חכמים בהלכה *Quia oculos Sapientum in rebus dubiis illuſtravit*, prout legitur in Erubin fol. 13. b. Cæterum, videtur ejus doctrina magis ad faſtum & oſtentationem fuiſſe compoſita, quam ut eâdem aliis prodeſſet, quippe illo ipſo loco, memoriæ proditum eſt: אמר ר׳ אחא ברבי חנינא גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שאין בדורו של ר׳ מאיר כמותו ומפני מה לא קבעו הלכה כמותו מפני שלא עמדו חבריו על סוף דעתה שהיה אומר על טמא טהור ומראה לו פנים ועל טהור טמא ומראה לו פנים : Id eſt: *Dixit R. Acha, filius R. Chaninæ: Perſpectum & exploratum eſt, coram eo,*

quo jubente hoc univerſum extitit, τὸν R. Meir ſua ætate parem non habuiſſe. Quare igitur deciſiones ſecundum eum factæ non ſunt? Nimirum, ſocii, ſummum acumen ejus non aſſequebantur, res enim immundas, ipſe mundas pronunciabat, additis rationibus veriſimilibus; contra, ex mundis rebus, ipſe immundas faciebat, ſimiliter argumenta probabilia allegans. Oportet igitur, Sophiſta, & nugator merus fuerit R. Meir, magnuſque veri contortor, ita ut quadrata, rotundis permutare poſſet, prout ei libebat. Longe melior Diſcipulo fuit mens, & corvus malus, bonum ovum edidit. Nam, ſequitur in Gemara, aliis interjectis: תלמיד אחד היה לרבי מאיר וסומכוס שמו שהיה אומר על כל דבר ודבר של טומאה ארבעים ושמונה טעמי טומאה ועל כל דבר ודבר של טהרה מ״ח טעמי טהרה: Id eſt: *R. Meir habuit Diſcipulum, cui nomen Somchos. Is, rem quamque immundam, talem eſſe, quadraginta octo evincebat probationibus, nec minus rei cujuſque mundæ puritatem, totidem argumentis adſtruebat.* At vero, male ceſſit τῷ R. Meir, ſua ſophiſtice & oſtentatio, iis enim tam exoſum ſe reddidit, ut propemodum illius nominis memoria fuerit abolita. Schalſch. Hak. p 32. a. ביומיו היה ר׳ מאיר ורבי נתן ובקשו לבייש רשב״ג הנוכר להיותם יותר חכמים ממנו ונתגלה הדבר לר׳ ש״ב ג וגזר שהא יאמרו התלמידים הלכה בשמם זולתי יקראו לרבי מאיר בלשון חכמים אומרים או אחר ולרבי נתן בלשון יש אומרי׳ כנראה בסוף הוריות: Id eſt: *Æquales temporum* (R. Simeonis Gamalielis filii,) *fuerunt R. Meir, & R. Nathan, atque hi, quod ipſo eruditiores eſſent, confundere eum inſtituerant. Id, cum innotuiſſet laudato R. Simeoni G. F. decretum ipſe fecit, ne Diſcipuli porro in afferendis horum Conſtitutionibus, Autorum nomina allegarent, ſed, ut τὸν R. Meir per* חכמים אומרים Sapientes dicunt, *vel per vocem* אחר Alius, *circumſcriberent:* R. Nathan *vero, per* יש אומרים Sunt qui dicant, *indicaretur, prout ex fine Maſſichtæ Horajoth conſtat.* Uti vero, ſic dicente Plinio l. 7. ep. 26. *Optimi ſolemus eſſe, dum infirmi ſumus:* ita R. Meir, cum æger aliquando decumberet, ingenium videtur mutaſſe, & nuncium miſiſſe, illi quæ eum deceperat philautiæ. Colligas id ex Schabbat fol. 134. a. תניא אין טורפין יין ושמן לחולה בשבת א״ש בן אלעזר משום ר״מ אף טורפין יין ושמן א״ש ב״א פעם אחת חש רבי מאיר במעיו ובקשו לטרוף לו יין ושמן ולא הניח אותם אמרנו לו דבריך יבטלו בחייך א״ל אע״פ שאני אומר כן וחברי אומרי׳ כך מימי לא מלאני לבי לעבור על דברי חבירי: Id eſt: *Vetus habet traditio: Non licet in hominis ægrotı,* (haud lethaliter decumbentis,) *gratiam, vinum & oleum, die Sabbato inter ſe commiſcere,* (idque pharmacum ægro propinare.) *At R. Simeon F. R. E. autoritate τῦ R. Meir, hanc commixtionem fieri poſſe, tuebatur. Interim narrabat idem: Accidit aliquando ut R. Meir* (die Sabbato, gravi) *inteſtinorum dolore corriperetur, quare* (familiares & domeſtici) *oleum vino permiſcendo, medicinam ei facere volebant, quod ipſe fieri prohibuit: Ergo ad illum,* (quid hoc rei eſt?) *inquimus: Siccine ſcita tua, te vivo, irrita reddentur? Reſpondit ipſe: Etiamſi ego & Socii diverſas alamus opiniones,* (atque ſecundum meam ſententiam, iſta ſint conceſſa,) *tamen nunquam ea libido pectus ſolicitat, ut Sociorum decreta violare præſumam.* De Beruria, iſtius R. Meir uxore, ſupra ſatis dictum eſt, præter hanc, aliam eum duxiſſe, ex Maſſichtæ Chullin principio, Baal Juchaſin annotat.

(2) *Qui homines erudiebant &c.*] Vox מושלים duas præcipue habet ſignificationes. Una, eos notat, quibus datum eſt, ut apologis & comparatione ſimilium, imperitioribus, res obſcuras commode illuſtrare queant. Altera, Rectores, Duces, atque Imperantes innuit. Quin & tertiam nobis obtrudere conatur Chriſtianus Gerſon, in verſione Germanica capitis Chelek p. 8. ubi habet: *Die* Moslim *fragten den* R. Joſua Ben Chanania, *wo haſt du her, daß der Heylige der gebenedeyet iſt; die Toden wierd lebendig machen, und weis was kunftig geſchehen wird?* In margine additur: Moslim *ſind meines erachtens Eſſeer.* Sed, miror Gerſonem non advertiſſe, Eſſæis locum hic nullum eſſe poſſe, eo quod de iis agatur, qui Reſurrectionem mortuorum, & Dei futurorum ſcientiam vocant in dubium. Quare, ne ferendus quidem fuiſſet, ſi Sadducæos nominaſſet, nedum ut hoc illi concedamus, de Eſſæis ſermonem haberi. Enimvero, nulla nova vocis *Moſlim*, hic opus eſt interpretatione, ſed ſecunda adhibenda erat: Nam, Romani innuuntur, qui Judæis imperitabant, unde quoque quos illic, quo Gerſon uſus eſt Codex, occulte מושלים vocat, diſerte רומיי appellantur in Talmude Amſtelod p. 90. b. apud Cocc. in Sanhed. p. 370. & in editionibus En Jacob, quotquot ad manus nobis ſunt, omnibus.

(3) *Parabolis*] Quid משל ſit, non male nobis explicat Ralbag, in ſui, ad Proverbia Salomonis Commentarii, principio. הנה המשל הוא דבר נאמר על צד הדמיון פעם לתת ציור בדבר הנרצה לדבר בו ופעם להעיר על ענין הדבר אשר יכוין בו מצד שהוא מרוחק ימשיל אותו בדבר שיש לו בו קצת דמיון שבו יתבאר בו: Id eſt: *Ecce* משל *eſt res quædam, quæ per ſimilitudinem effertur, nonnunquam, ut exhibeatur forma ejus rei, de qua ſermonem inſtituere volumus, nonnunquam ut fiat excitatio, ad intelligendum id, in quod mentem habemus directam. Quia enim utraque hæc, ab intellectu ſæpe ſunt remotiora, ideo aſſimilantur res, cum qua aliquam habent affinitatem, ut quandam lucem inde fœnerentur.* Priſcum eſſe morem, homines per parabolas inſtruendi, ipſe Livius l. 2. c. 32. autor eſt, atque, quam nihil ad res tenebroſas illuminandas aptius, nihil ad commovendos animos iis potentius ſit, vel illud Menenii Agrippæ, quod ibidem ſubjicitur, exemplum, commonſtrat. Unus enim apologus, ita mentes plebis Romanæ flexit, ut ab ira in Patres continuo deſiſteret. Extant multa paſſim in Alcorano, quibus eo docendi genere ipſum Deum admodum delectari, Muhammedes perſuadere laborat. E verſione Gallica, unum & alterum locum, adducemus in medium. p. 271. *Dieu eſt tout puiſſant, & ſçait tout; il vous parle par parabole, tirée de vous meſmes* p. 309. *Dieu vous enſeigne une parabole.* p 327. *Dieu donne des enfans: fils & filles a qui bon luy ſemble, il ſçait tout, & eſt tout-puiſſant, il ne parle a l'homme que par inſpiration, & par parabole ſans eſtre veu.* Item p. 340. *Les in fidelles ont ſuivi la vanité, & les fidelles ont embraſſé la verité envoiée de leur Seigneur, ainſi Dieu parle au peuple par parabole.* Fit quoque p. 330. mentio Parabolarum, quibus Chriſtus Salvator noſter, frequenter uti conſuevit. *Le peuple n'a pas voulu eſcouter le Fils de Marie, lors qu'il a parlé paraboles, ils ont dit, nos Dieux nous ſont plus utiles, que ſes menſonges, & que ſes queſtions.* Quod ſupereſt, cum Hebræa phraſi כושלי משלים quam Miſchna noſtra adhibuit, optime convenit Chaldaica מתליא מתלין vel, uti legunt, alii Codices, מתלין מתליא Gemaræ in Peſachim fol. 114. a. uſurpata. Adde his, quæ habet Cl. Lightfootus ad Matth. c. XIII v. 3.

(4) Τῦ *Aſai filio*] Cauſam, cur iſte, & qui eum mox excipit Doctor, nullo proprio, ſed ſolo parentis nomine memorentur, nos edocet Baal Juchaſin p. 56. b. inquiens: שלא נסמכו והיו בחורים קרים אותם על שם אביהם כמו בן בתירה שלא נסמך ואחר שנסמך הוא רבי יהושע בן בתירה כדאיתא בפירקא קמא דתעניות: Id eſt: *Quia ſolemni ritu non fuere creati Doctores, & juvenes erant, genitorum ſuorum nominibus tantum deſignantur. Atque ſic, Joſua Filius Betiræ, non ita, niſi poſt inaugurationem audiebat, nam ante eam, nude, Betiræ filius dicebatur: qua de re eſt in Taanit c. 1.* Noſtri illi, integre vocandi erant: רבי שמעון בן עזאי רבי שמעון בן זומא: Simeonis enim nomen utrique fuit impoſitum. Scilicet, omnia propemodum iſtis duobus, videntur fuiſſe communia. Nomen, Ætas, Studia, fatum præproperum, imo & gratia qua apud Numen fruebantur. Hi enim ambo, quod mortalium pauciſſimis contigit, in terris degentes, ut Paradiſi felicis amœnitates paululum luſtrarent, digni ſunt habiti. Chagiga fol. 14. b. תנו רבנן ד׳ נכנסו לפרדס אלו הן בן עזאי בן זומא ואחר ורבי עקיבא: Id eſt: *Tradunt Magiſtri, quatuor fuiſſe, quibus Paradiſum intrare licuit: Suntque Filius τῦ Aſai, Filius Sumæ,* (Apoſtata famoſiſſimus Eliſa) *Acher, & R. Akiba.* Cæterum, quod ad τῦ Aſai filium, ſpeciatim attinet, de eo ex Juchaſin p. 44. b. ſciendum, ipſum deſpondiſſe ſibi R. Akibæ ſororem, quam tamen, morte, ceu credo, præventus, in thalamum haud deduxit. Ambiebat hanc affinitatem, tum ob amicitiam quæ ei cum R Akiba interceſſit, tum quia hunc ſolum inter omnes ſuæ ætatis viros doctos, alicujus mo-

momenti eſſe arbitrabatur, cæteri deridiculo ei erant. Nimirum, in fine cap. 2. Bechorot, hanc vocem, animi ferox, jactaſſe legitur: כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה: Id eſt: *Sapientes gentis noſtræ univerſi, præ me, ne allii quidem corticis æſtimandi ſunt, uno hoc ſermocione calvo*, (& R. Akibam innuebat,) *excepto.* In Schalſch. Hak. p. 28. b. deprehendas, compoſuiſſe בן Aſai filium, Commentarium in Exodum, cæteroſque, qui hunc excipiunt, Legis Divinæ libros, ad illius uſque finem, quem ipſe מכילתא vocaverit, & qui etiamnum extet. Si vera fabula eſt, oportet liber ſit rariſſimus, quippe cujus nuſpiam alibi, memoriam obſervavi. Nam liber Mechilta, quo communiter utimur, R. Iſmaëli, Diſcipulo R. Akibæ tribuitur, & eſt tantum Commentarius in Exodum, incipiens a Paraſcha בא & cum Paraſcha ויקהל deſinens; nihil tamen crediderim deeſſe, quia proprie ſolum pertinet ad legales Exodi conſtitutiones.

(4) *Lucubrantes*] Ii nimirum, qui rebus miſſis omnibus, interdiu noctuque, nunquam interrupto ſtudio, literis ſe totos mancipabant. השקדנים שוקדי' על דלתות בית המדרש לילה ויום Bartenora.

(5) *Sumæ filio*] Id, Sumæ filius, præ ſuo ſocio, niſi fallor, peculiare habuit, quod aliquando exercitus Spirituum, ſuis oculis eſt intuitus. Baal Juchaſin p. 44. b. ex Berachot c. 9. בן זומא ראה אכלוסא שהם ששים רבוא בהר הבית ואמר ברוך שברא כל אלה לשמשני: Id eſt: *Sumæ filius vidit in monte, cui templum quondam erat ſuperſtructum*, (Geniorum) *τὸν ὄχλον, quæ vox de haud paucioribus, quam ſexaginta myriadibus prædicatur.* (Nihil vero territus:) Benedictus eſto, inquiebat, qui omnes iſtos creavit, ut mihi inſerviant.

(6) *Acuti Interpretes*] Qui, cum Sumæ filio, Interpretes interciderunt, his Eſra originem dediſſe videtur. Schalſch. Hak. p. 101. b. אומרים הקרוניקי שעזרא היה הראשון שהתחיל לדרוש על הפירגולה ר"ל מקום גבוה: Id eſt: *Si Chronicis libris fides, primus Eſra, e pergula* (ſeu potius pulpito,) *ſive eminenti ſuggeſtu, docuit.*

(7) *Mortuo*] Tantum Miſchnæ ſeparatim editæ Codices, ea agnoſcunt, quæ a verbis משמת ר' יהושע uſque ad העושר מן החכמים nunc porro ſequuntur.

(8) *R. Joſua*] Intelligendus R. Joſua Chananjæ filius, ſecundum regulam in Juchaſin p. 33. b כל ר' יהושע סתם במשנה הוא ר' יהושע בן חנניה: Id eſt: *Quotieſcunque in Miſchna ἀπὸ κοινοῦ R. Joſua nominatur, R. Joſua Chananiæ filius innuitur.* Genus trahebat Joſua iſte, ex poſteris Levi, & non Muſices tantum, ceu ex Erachin conſtat, ſed & Magicæ artis, videtur fuiſſe peritiſſimus: nam teſte Gemara in Berachot c. 1. אמר שם ופרח באויר השמים *Prolato divino nomine ipſe per aëra circumvolavit.* Erat triſtis cultu, corpore macilentus, cadaveroſus facie, teterque aſpectu, qualis nempe ſolet eſſe forma, habituſque eorum, qui dæmone utuntur familiariter. Exprobravit ei deformitatem & vitia corporis, ipſa, ſed neſcio cujus, Cæſaris filia, quam tamen contumeliam non leviter ultus eſt, eamque egregie rurſus excepit, hac enim confidentia illi uti licebat, ob Cæſaris indulgentiam, quam ſemper pleniſſimam experiebatur. Hiſtoria extat in Taanit fol. 7. a. & exinde narranda: אמרה לה ברתיה דקיסר לרבי יהושע בן חנניה אי חכמה מפוארה בכלי מכוער אמר לה (Depravatam Talmudis lectionem ex En Iſraël fol. 128. col. 4. emendavimus.) מלכא אבוך במאי רמי חמרא אמרא ליה במאני דפחרא אמר לה כ"ע במאני דפחרא ואבוך במאני דפחרא אמרה ליה אלא במאי נירמי אמר להכנן אתון דחשיביתו רמו במאני כספא ודהבא אזלה אמרה ליה לאבוה רמי להמריה במאני דדהבא וכספא ותקיף אמר לה לברתיה מאן אמר לך הכי אמרה ליה ר' יהושע בן חנניה ומאי אמרת לירה הכי והכי אמר ליה קריוה לר' יהושע בן חנניה א"ל אמאי אמרת לה הכי אמר ליה כי הכי דאמרה לי אזהי הכי אמרי לירה והא איכא דשפירי וגמירי אי הוו סנו טפי הוו גמירי: Id eſt: *Vah, inquiebat aliquando Cæſaris filia, R. Joſua, F. R. Ch. quam elegans ſapientia, in fœdo vaſe conditur. Tum is,* (Domina,) *ait, tuus pater Imperator, in quibus vaſis ſervare ipſe vinum ſolet? Reſpondet ipſa: In figlinis.* (Dolia Veterum fictilia e terra fuiſſe teſtis Plinius l. 35. c. 12.) *Atqui, excipiebat R. Joſua, omnes promiſcue vinum in vaſis figlinis conditum habent, & tuuſne parens idem facit? Quærit igitur Cæſaris filia, quomodo ſuam fortunam vinum condere conveniat? Reſpondet Joſua: Vos, qui in ſumma dignitate collocati eſtis, vinum in argenteis aureiſque vaſis ſervare decebat. Ibi filia patrem adiens, ut vinum in vaſa aurea & argentea conderet, ei perſuadet.* (Quod cum ipſe feciſſet, omne vinum) *exacuit.* (Eam rem indigne ferens Imperator,) *percontatur filiam, quis hoc conſilium, ſuggeſſiſſet? Regerit illa, id feciſſe R. Joſuam F. Ch. Quærit ulterius pater, qua occaſione id factum ſit? Tum ea, rem omnem prout geſta erat, narrare. Ergo, vocato R. Joſua F. Ch. rogat eum Imperator, quare filiam ſic ſermone deluſiſſet?* (At R. Joſua, ſe id merito feciſſe contendebat,) *eo quod verbis contumelioſis prior a filia fuiſſet petitus.* (Non poterat refragari Imperator, ſuo jure uſum eſſe R. Joſuam, quare, omnem hanc culpam tibi condono, inquit, ſed illud interim nimis ſcire velim, quid ad id ſis reſponſurus,) *quod multos formoſos reperire eſt, qui egregios in Sapientia fecerunt profectus.* (Nihil cunctatus R. Joſua, ſubjicit:) *Si iiſdem illis deforme & horridum obtigiſſet corpus, fuiſſent facturi profectus longe majores.*

(9) *R. Simeone filio Gamalielis*] Iſte R. Simeon, Gamaliëlis filius, vixit templo ſecundo adhuc ſuperſtite, fuitque ſuæ gentis Princeps, & Doctorum anteſignanus. Genuit R. Jehudam Sanctum, Miſchnæ compilatorem, & a Romanis tempore excidii eſt interfectus. Vide Zemach Vorſtii p. 90. & Schalſch. Hak. p. 31. b. Erat incredibili manuum corporiſque agilitate, nec comparanda ſunt noſtrorum Ludionum oblectamenta, & geſticulationes, ad ea, quæ ipſe facere ſolebat. Quippe, prout in Succa fol. 53. a legimus: אמרו עליו על רבי שמעון בן גמליאל כשהיה שמח שמחת בית השואבה היה נוטל חי אבוקות של אור בידו אחד זורקן כלפי מעלה וזורק אחת ומכבל אחרת ואין אחת מהן נוגעת בחברתה וכשהוא משתחוה נועץ ב' גודליו בארץ ושוחה ונושק את הרצפה וזוקף סה שאין כל בריה יכולה לעשות כן וזו היא קידה לוי אחוי קידה קמיה דרבי ואיטלע: Id eſt: *Fertur de R. Simeone, Gamalielis filio, ipſum in ſolemni feſtivitate, quæ olim in Templo celebrabatur, &* Domus Hauſtûs *vocata eſt, octo faces ardentes una manu tenuiſſe. Has, ſimul in altum cum projeciſſet, e decidentibus unam ſemper manu una excipiebat, & aliam manu altera ſurſum jaculabatur, neque ulla unquam ex iſtis facibus ſociam attigit. Idem, corpus reverenter in ſacris cærimoniis inclinaturus, duos* (manuum) *pollices ſolo infigebat, atque ſic ſeſe demittens, ſolum oſculabatur, & deinde rurſus ſeſe erigebat, quod factum, nemo mortalium poteſt imitari, eaque corporis incurvitas proprie* קידה *appellatur. Voluit aliquando Levi preſente Rabbi* (Jehuda) *hoc genus cærimoniæ exprimere, ſed luxatus membris receſſit.*

(10) *Venerunt Locuſtæ*] Cur Locuſta Hebraice גוב dicatur, erudite nos docet eximius Bochartus to. 1. Hieroz. p. 69. & t. 2. p. 445. Sic vero ſolet Deus, cum iratus eſt, Locuſtis homines affligere, & hanc calamitatem ſæpe cæteris ſuperaddere. Excerpta En Iſraël ex Taanit Jeruſchalmi fol. 190. col. 2. רבי אליעזר גזר תלת עשרי תעניות ולא נחת מטרא ולבסוף אתאי גובאי: *R. Eleaſer,* (cum magna aliquando eſſet ſiccitas,) *tredecim jejunia inſtituit, neque tamen cœlum pluebat, ſed ad poſtremum inſuper Locuſtæ ſupervenerunt.* Notemus ſedulo, Deum R. Simeone filio Gamalielis mortuo, hoc eſt, ſimul ac Reſpublica Judaica cum Templo & urbe exciſa fuerat, etiam ipſum ſolum locuſtis obruiſſe, quæ herbas & arborum folia depaſcerent, ut ne hilum cultus & decoris illi regioni ſupereſſet.

(11) *R. Eleaſare filio Aſariæ*] Eleaſar Aſariæ filius, & ipſe principatu inter ſuos functus eſt, idque tam ſolus, quam cum R. Gamaliele collega. Juvabit conſulere Zemach David p. 98. edit. Vorſt. & Juchaſin p. 38. b. itemque p. 51. a. imprimis vero quæ ſupra p. 604. attulimus. Quam dives & opulentus fuerit, facile ex eo datur intelligere, quod in Schabbat fol. 54. b. & Beza, fol. 23. a. proditum: תריסר אלפי עגלי הוה מעשר רבי אלעזר בן עזריה מעדריה כל שתא ושתא; Id eſt: *Decima gregis, R. Eleaſaris Aſariæ filii, quovis anno, ſummam duodecim mille vitulorum, conficiebant.*

(12) *R. Akiba*] De Akiba, ſi quis, pro hominis merito dicere vellet: לא יכיל ספר להגיד דבריו *Non ſufficeret volu-*

men

men integrum, ad res omnes percenſendas: Ita judice Zacuto, in Juchaſin p. 66. a. quibus paria etiam p. 36. a. ſcripſerat. Quare nos, eum laborem Judæis relinquentes, pauca quædam e multis, & quæ notare operæ pretium erit, delibabimus. Scilicet natus eſt Akiba circa primum annum Chriſti, matre Judæa, patre alienigena, & qui ad Jabini Regis Tyrorum, Ducem Siſeram, de quo (Zemach. p. 99. edit. Vorſt.) Jud. IV. hiſtoria extat, genus referebat. Mature ſacra Judæorum amplexus, duram initio vitæ habuit conditionem, nam ad quadrageſimum uſque ætatis annum, ruri degens, paſcendis pecudibus vacabat. Tranſtulit tandem animum ad ſtudia, occaſioneque lapidis cujuſdam, bonum omen captaſſe legitur in Avot R. Nathanis, his omnino verbis: כשהתחיל ר' עקיבה ללמוד היה בן ארבעי' שנה ראה אבן אחד חקוקה על הבאר אמר מי חקקה אמרו לו חבל של דלי שעוסר תדיר עליה בכל יום ואז דן קל וחומר בעצמו ואמר רך פסק הקשה דברי תורה שקשין כברזל על אחת כמה וכמה שיחוקק על לבו שהוא בשר : Id eſt: *Cum R. Akiba diſcere inciperet; jam quadrageſimum annum ætatis attigerat. Forte fortuna incidit in lapidem quendam, os putei munientem, qui excavatus erat, quare, quis eum excavaſſet? interrogat. Tulit reſponſum, funem cui ſitula appenſa, continua attrectatione id effeciſſe. Ergo* (lætus, eo exemplo,) *ad faciendum de ſeſe comparativam collectionem, uſus eſt. Quid enim, inquiebat, ſi mollis res duriorem atterere valet, annon verba Legis Divinæ quæ ferro duriora ſunt, tanto magis inſculpentur huic cordi carneo?* Sic igitur lapis, ne de ſucceſſu propoſiti deſperaret, Akibam ſolatus eſt, ſed cauſa, quæ ad diſcendas literas eum permovit, erat herilis filia, ſe illi nupturam pollicens, ſi graviter ſtudiis incumberet. De hac pactione, cæteriſque, quæ eam conſequuta ſunt, non injucunda hiſtoria narratur in Cetubot fol. 62. b. quam ideo repetimus. רבי עקיבא רעיא דבן כלבא שבוע הוה חזיתיה ברתיה דהוה צניע ומעלי אמרה ליה אי מקדשנא לך אזלת לבי רב אמר לה אין איקדש' ליה בצינעא ושדרתיה שמע אבוה אפקה מביתיה אדרה הנאה מנכסיה אזל איתיב י"ב שני בבי רב כי אתא אייתי בהדי תריסר אלפי תלמידי שמעיה לההוא סבא דקאמר לה עד כמה קא מדברת אלמנות חיים אמרה ליה אי לדידי ציית יתיב תרי סרי שני אחריני אמר ברשות קא עבידנא הדר אזיל ויתיב תרי סרי שני אחריני בבי רב כי אתא אייתי בהדיה עשרין וארבעה אלפי תלמידי שמעה דביתהו הות קא נפקא לאפיה אמרו לה שיבבתא שאילי מאני לבוש ואיכסאי אמרה להו יודע צדיק נפש בהמתו כי מטיא לגביה נפלה על אפה קא מנשקה ליה לכרעיה הוו קא מדחפי לה שמעיי אמר להו שבקוה שלי ושלכם שלה הוא שמע אבוה דאתא גברא רבה למתא אמר איזיל לגביה אפשר דמפר נדראי אתא לגביה אמר ליה אדעתא דגברא רבה מי נדרת א"ל אפילו פרק אחד ואפילו הלכה אחת א"ל אנא הוא נפל על אפיה ונשקיה על כרעיה ויהב ליה פלגא ממוניה : Id eſt: *R. Akiba fuit paſtor Calbæ Schuæ,* (civis Hieroſolymitani opulentiſſimi, & cui id nomen inditum, quia omnes pauperes, canum famelicorum inſtar ejus ædes petentes, inde ſaturi receſſerunt.) *Hunc Akibam, cum herilis filia modeſtum & probum eſſe animadvertiſſet, quærit ex eo, nunquid ſi illi nubat, ipſe in Academiam* (ad ingenii cultum capiendum,) *proficiſci vellet? Annuente Akiba, herilis filia celebratis cum eo clanculum nuptiis, peregre ipſum ablegat. Interim pater, iſtis perceptis, filiam ædibus exturbavit, votumque ſancte fecit, ne hilum ex ſuis opibus eidem ſe conceſſurum. Cæterum, Akiba deſtinatum locum petens, univerſos annos duodecim Academiam frequentavit, & tandem redux, Diſcipulorum duodecim millia ſecum adduxit.* (Cum vero ad ædes, in quibus Conjux morabatur, appropinquaſſet,) *audit Senem quendam, huic dicentem: Quouſque* (incepta) *viduam vitam ages,* (& Mariti tui adventum fruſtra præſtoluberis?) *Audit pariter, ipſam ſubjicientem: Si mihi morem gereret* (Maritus,) *alios inſuper duodecim annos, in Academia moraretur.* (Quibus perceptis, bene eſt,) *inquit Akiba, ipſa veniam indulgente, ſic facere licet, ac retro legens veſtigia, denuo duodecim annos in Academia exegit. Poſtea reverſus, viginti quatuor millibus Diſcipulorum ſtipabatur. Certior de adventu reddita conjux, ipſi obviam procedit,* (laceros pannos induta,) *quare vicinæ eam hortantur, veſtes aliquas mutuo peteret, eaſque induendo, tegeret nuditatem. Verum ipſa,* (miſſam me facite,) *inquit, Novit juſtus, etiam animum ſuæ pecudis. Cumque ad maritum perveniſſet, in terram vultu prono procidens, pedes ejus deoſculari cœpit.* (At Diſcipuli, ægre ferentes, ſordidam & ſordidatam mulierem, tam familiarem ſe Magiſtro reddere,) *ipſam abigere moliebantur. Quod cum animadverteret R. Akiba, Sinite eam, inquit, omnis enim mea & veſtra eruditio, huic acceptæ ferenda ſunt. Interea temporis audit Socer, virum aliquem magnum adventaſſe, eapropter, Accedam illum, inquit, forſitan modum ipſe reperiet, reſacrandi voti mei religionem,* (nec enim amplius ferre poſſum, ultimam filiæ meæ miſeriam, & paupertatem, pœnitetque me jurisjurandi quod conceperam.) *Cum vero Akibam adiiſſet,* (& rem ordine narraſſet, *quærit iſte: Num tu conditionem* (ſi maxime gener tuus) *vir inſignis evaderet, ſacramento tuo incluſiſti,* (ita ut eo quoque caſu, filia omnibus tuis bonis priva eſſe debeat?) *Reſpondet* (Socer: Id vero abſit a me longiſſime:) *Modo* (Divinæ Legis) *ſectionem unam, aut unam Magiſtrorum conſtitutionem* (ipſum animo imbibiturum credidiſſem, nunquam filiam bonorum feciſſem exſortem.) *Ibi Akiba: Ego vero, inquit, is ipſe ſum: nec mora, Socer in genua procidens, pedes ejus oſculatus eſt, omnemque ſuam ſubſtantiam, cum eo diviſit.* In iſta hiſtoria, nihil æque admiratione dignum, aut potius incredibile ſe offert, quam Diſcipulorum ille, qui Akibam comitatus eſſe dicitur, integer exercitus. Longe tamen mirabilius eſt, magiſque omnem fidem ſuperat, quod de illorum fato ſcriptum in Jebamot fol. 62. b. Eum locum quem ſupra p. 739. jam adduximus, oportet hic recolere. Sed, nondum etiam ceſſant Judæi, abuti credulitate noſtra, & hoc inſuper perſuadere nobis poſtulat Autor libelli de Cippis, ab Hottingero editi, tot Diſcipulorum millia, prope Tiberiadem, ad radices montis cujuſdam, in quo Akiba cum Uxore conditus eſt, eodem quaſi monumento, fuiſſe ſepulta. Tam ſimplex enim apud illum narratio inſtituitur, ut hoc illum intendere, veriſimile evadat. Verba ſunt: שם על שפת הים חמי טבריה קיימין ורוחצין בהם ובהר למעלה קבור ר' עקיבא ואשתו במערה ולמטה בהר ארבע ועשרים אלף תלמידיו שמתו כלם בין פסח לעצרת לפי שלא חלקו כבוד זה לזה : Vertit Hottingerus: *Ad littus maris ſunt Thermæ Tiberiadis, in quibus ſe lavant, perpetuæ. Supra in monte ſepultus eſt R. Aquiba, & uxor ejus in ſpelunca; Infra vero in monte 24000. diſcipuli ejus, qui omnes inter Paſcha, & Pentecoſtem, quia alii aliis honorem non detulerant, obierunt.* R. Akiba, poſt mortem prioris conjugis uxorem Turni Rufi ad ſacra Judæorum, & matrimonium ſecum ineundum pellexit, quod qua ratione peractum fuerit, quia pridem ex Nedarim c. 6 in Lexicon Talmudicum p. 916. retulit Cl. Buxtorfius, inde, quibus commodum eſt, diſcere id licebit. Uſus fuerat Akiba, præceptore imprimis R. Gamaliele, & compoſuiſſe dicitur librum מכלתין itemque alium, quem ספר יצירה vocavit. Poſterior eſt Cabbaliſticus, longe tamen diverſus ab eo, quem Joh. Stephanus Rittangelius cum verſione & Notis edidit. Qualis prior ſit, nequeo dicere, atque apud ſolum Baal Schalſch. Hak. p. 28. a. horum librorum reperi memoriam. Huic ſi porro credimus, ad mentem R. Akibæ, inſuper libri: תורת כהנים : ספרא · ספרי & תוספתא a Diſcipulis ejus compoſiti ſunt. Prodiit Akibæ temporibus *Bar-Cochba* impoſtor, Meſſiam mentitus, qui tam bene fabulam egit, ut ipſi Akibæ imponeret, eoque uteretur pro armigero, teſte Maimonide, quem Zacutus laudat in Juchaſin p. 35. b. At, notum eſt, quam male ea res autori, & facinoris ſociis ceſſerit, atque imprimis Akiba graviſſimo ſupplicio enectus periit. Nam, ut eſt in Berachot fol. 61. b.: היו סורקין את בשרו כמסרקות של ברזל Id eſt: *Caro ejus pectinibus ferreis fuit dilacerata.* Vixit annos CXX. eoque die quo interemtus eſt, lucem R. Jehudas Sanctus aſpexit. Sic enim conſtat veritas dicto in Midraſch Kohelet: עד שלא ישקיע הקב"ה שמשו של צדיק הוה מזריח שמשו של צדיק חברו : *Antequam permittat Deus occidere Solem juſti unius, facit oriri Solem juſti alterius.*

(13) *Decus Legis*] Et cauſam hujus pronunciati, & ejus ſimul ſenſum, paucis declarat Bartenora: שהיה נותן לב לדרוש על כל קוץ וקוץ וזהו כבוד התורה גדול שאין בה דבר לבטלה : Id eſt: *Akiba in eo animum occupavit, ut cujuſque apicis literarum ſacræ Scripturæ, rationem reddet. Atque*

que hoc Scripturæ ingens decus erat, (conſtitit enim,) *ne bilum in ea fruſtra eſſe.*

(14) *R. Chanina Duſæ filio*] Iſte, ſodalis fuit R. Jochananis Saccai filii, & vitam ad templi excidium uſque produxit. Vide Juchaſin p. 56. b. Tot ac tanta, in Talmude miracula patraſſe narratur, ut apud ſolos Judæos, qui facile a ſe impetrant, ut quaſvis ſuorum nugas pro oraculis venerentur, fabulæ illæ fidem invenire poſſint. Quaſdam recenſebimus, ut Lectori ſimus oblectamento. Joma fol. 53.b. רבי חנינה בן דוסא הוה קא אזיל באורחא שרא מטרא עליה אמר לפניו רבון העולם כל העולם כולו בנחת וחנינה בצער פסק מטרא כי אתא לביתיה אמר רבון העולמים כל העולם בצער וחנינה בנחת אתא מטרא : Id eſt: *Cum R. Chanina Duſæ filio, aliquando iter facienti, perfudiſſet eum pluvia, Rector univerſi, ajebat, itane univerſus orbis quiete gaudebit, ſolus vero R. Chanina cruciabitur?* (Nec mora,) *illico pluvia ceſſavit. Idem vero in domum delatus: ajebat: Rector univerſi, itane totus orbis cruciabitur* (ob ſiccitatem,) *& Chanina quiete gaudebit?* (Vix ſic effatus erat, & ſtatim iterum) *cœpit pluere.* Repetuntur eadem in Taanit fol. 24. b. & ſequuntur deinde alia magis incredibilia: הוה רגילה דביתהו (Legendum רביתהו) לפיתחא תנורא כל מעלי דשבתא ושדייא אקטרא משום כסופא הוה לה ההיא שיבבתא בישתא אמרה מכדי ידענא דליית להו ולא מידי מאי כולי האי אזלא וטרפא אבבא איכספי עיילא לאינדרונא איתעביד לה ניסא דחזיא לתנורא מלא לחמא ואגנא מלא לישא אמרה לה פלניתא פלניתא אייתי מסא דקא חריך לחמיך אמרה לה אף אנא להכי עיילי תנא אף היא להביא מרדה נכנסה מפני שלומדת בניסין אמרה ליה דביתהו עד אימת ניזיל ונצטער כולי האי אמר לה מאי נעביד בעי רחמי דניתבו לך מידי בעא רחמי יצתה כמין פיסת יד ויהבו ליה חד כרעא דפתורא דדהבא חזאי בחלמא עתידי צדיקי דאכלי אפתורא דדהבא דאית ליה תלת כרעי ואית (Lege ואיהו) אכלה אפתורא דתרי כרעי אמרה ליה (Malo legere אמר לה) ניחא לך דמיכל אכלי כ"ע אפתורא דמשלם ואנן אפתורא דמחסר אמרה ליה ומאי נעביד בעי רחמי דנשקלינהו מינך בעי רחמי ושקלוהו תנא גדול היה נס אחרון יותר מן הראשון דגמירי דמיהב יהבי מישקל לא שקלי (Supple יומא) חד בי שמשי חזייה לברתיה דהוות עציבא אמר לה בתי אמאי עציבת אמרה ליה כלי של חומץ נתחלף לי בכלי של שמן והדלקתי ממנו אור לשבת אמר לה בתי מאי אכפת לך מי שאמר לשמן וידלוק הוא יאמר לחומץ וידלוק תנא היה דולק והולך כל היום כולו עד שהביאו ממנו אור להבדלה ר' חנינה בן דוסא הוו ליה הנך עיזי אמרו ליה קא מפסדן אמר אי קא מפסדן ניכלינהו דובי ואי לא כל חדא וחדא תיתי לאורתא דובא בקרניהו לאורתא אייתי כל חדא וחדא דובא בקרניה הוה ליה ההיא שיבבת' דקא בניא ביתא ולא מטו כשורי אתיא לקמיה אמרה ליה בניתי ביתי ולא קמטו כשוראי אמר לה מה שמך אמרה ליה איכו אמר איכו נמטו כשוריך תנא הגיעו עד שיצאו אמה לכאן ואמה לכאן ויש אומרין סניפים עשאום תניא פליכו אומר אני ראיתי אותו הבירה והיו קורותיו יוצאות אמה לכאן ואמה לכאן ואמרו לי בית זה שקירה רבי חנינה בן דוסא בתפלתו : Id eſt: *Uxor* (R. Chaninæ Duſæ filii,) *ſolita erat ſemper pridie Sabbati, in furno ſuo ignem excitare, & ſuffitum in eum conjicere*, (ut fumus ingens foris conſpiceretur,) *idque faciebat ex pudore.* (Etſi enim ſumma premebatur egeſtate, tamen hanc profiteri erubuit, volebatque eam de ſe gignere apud alios opinionem, quaſi diebus Sabbati, cum marito cœnet lautiſſime.) *Erat huic vicina nequam, quæ aliquando ſecum ipſa inquiebat: Quoniam penitus ſcio, nihil quicquam iſtos habere* (quod comedant,) *quid igitur ſemper ſibi vult tantus* (fumus, quaſi regales epulæ appararentur? & certum eſt, rem totam explorare.) *Eum in finem confert ſeſe* (ad ædes R. Chaninæ,) *& januam pulſat.* (Cæterum materfamilias, cum aperiens, vicinam præ foribus ſtantem animadvertiſſet,) *rubore ſuffuſa, in cubiculum properat*, (ibi latitare volens.) *Interea loci fit miraculum, deprehenditque vicina, furnum plenum pane, mactramque maſſa repletam: Quamobrem, heus, heus materfamilias, clamat, affer mox palam, niſi mavis panem tuum aduri. Reſpondet ipſa*, (jam adſum,) *nam ad petendam palam, conclave fueram ingreſſa. Ita fert traditio, vere ipſam iviſſe ad afferendam palam*, (ſciebat enim hac opus fore, prævidebatque id eventurum, quod poſtea evenit,) *eo quod miraculis aſſueverat. Hæc ipſa R. Chaninæ conjux*, (ex paupertatis nimiæ impatientia,) *dicere cœpit marito: Quouſque in tanta miſeria ſic obambulabimus? Subjicit marītus: Tu vero, quid eſſe facto opus cenſes?* (Regerit ipſa: Deum) *rogares, ut aliquid boni largiatur. Paruit conſilio, nec mora, prodit e cœlo, forma quadam manus, eique pedem aureum, menſæ cujuſdam, porrigit. At, per quietem, videt* (R. Chanina,) *juſtos omnes futuræ beatitudinis hæredes, epulari in menſis tres pedes habentibus, ſe autem accumbere menſæ binis tantum pedibus inſtructæ; quare ad uxorem converſus, Anne tibi ſic collibitum, inquit, ut quicquid beatorum eſt, menſis utatur integris, nos vero ſoli, menſæ imperfectæ accumbamus? Ibi uxor: Quid* (miſeri) *faciemus?* (Neque hoc ſatis placet, ac potius) *Deo ſupplica, ut iſte pes rurſus auferatur. Morem gerente R. Chanina, ablatus iterum pes eſt, atque ſic vetus fuit opinio, poſterius miraculum, majus priore fuiſſe, nam vulgo fertur, concedi quidem cœlitus bona, ſed nulla ſurſum repeti.* (Idem R. Chanina) *vidit aliquando Sabbato inſtante, filiam ſuam ſubtriſtem, quare ad illam, Mea filia, inquit, quare triſtaris? Reſpondet ipſa: Lagenam aceti, imprudens, pro lagena olei accipiendo, acetum lucernæ Sabbatinæ affudi*, (quem errorem, cum ob Sabbatum inchoatum, emendare non liceat, nunc in tenebris verſari cogemur.) *Tum vero R. Chanina: Mea filia, nihil id refert:* Is qui oleo vim urendi conceſſit, idem velit, jubeatque, ut ſimilem vim acetum habeat. *Atque conſtat, arſiſſe eam lucernam die integro optime, quoad Lumen Diſcriminationis inde accenderetur. Porro, cum R. Chanina D. F. Capras* (in ſylvis) *aleret, a quibuſdam ad eum delata querela eſt, ipſas damnum* (agrorum ſatis) *inferre. Reſpondet Chanina: Si meæ capræ quid damni faciunt, vorento illas Urſi: Sed, ſi a culpa immunes ſunt, quæque ſub veſperam urſum cornibus ſuis ad me deferto. Occiderat Sol, & capræ omnes, urſos cornibus geſtantes adventant. Forte quædam mulier vicina R. Chaninæ, domum condiderat*, (cum vero tigna immittere vellet,) *deprehendit illa juſto eſſe breviora. Ergo R. Chaninam accedens, queritur, ſe domum extruxiſſe, at nunc tigna nimis eſſe brevia. Ibi quærere R. Chanina, ecquod mulieri nomen eſſet? Reſpondit ipſa, ſe vocari Echo. Tum R. Chanina:* Heus Echo! Tigna tua longiora ſunto. *Ajunt, tam producta fuiſſe tigna, ut extra utrumque ædium latus, ulnam unam prodirent. Quidam tamen ad Chaninæ imperium tigna coaluiſſe*, (atque hac ratione protenſa fuiſſe) *perhibent. Fertur vox τȣ̃ Plimo: Ego vidi domum illam, ejuſque trabes utrinque ulnam unam, ultra parietes prodibant: dictumque mihi fuit: Iſta domus eſt, quam R. Chanina Duſæ filius, ſuis precibus contignavit.* Adde his, quæ ſupra de eodem hoc R. Chanina in Annot. ad Exc. Gem. c. 3. §. 2. recenſuimus. Quia vero paupertatis, & modici victus R. Chaninæ facta mentio eſt, illud adhuc ex Taanit loco allegato & Chullin fol. 86 a. docere convenit, quam anguſta res, in ejus domo fuerit. Sic legitur utrobique בכל יום ויום בת קול יוצאת ואומרת כל העולם כולו אינו ניזון אלא בשביל חנינא בני וחנינא בני די"ו בקב חרובין מערב שבת לערב שבת : Id eſt: *Singulis diebus* (quondam) *in cœlo edita vox eſt, perſonans:* Orbis Univerſus, haud ob cauſam aliam, quam ob Chaninam filium meum nutritur: Ipſe vero Chanina filius meus cariſſimus, quavis hebdomade ſolo cabo ceratiorum victitat. Atque, quia haud alio cibo R. Chanina, ejuſque uxor, quam ceratiis uſi ſunt, hinc ſine dubio evenit, quod in illorum monumento ceratiorum arbor eſt. Nam Autoris libelli de Cippis Hebræorum, quem Cl. Hottingerus edidit, verba ſequentia, ערבה שם קבורת ר' חנינא בן דוסא ואשתו ע"ה ועליהם ציונים ואילן חרובין : Sic accipio, quaſi ipſe Latine dicere voluiſſet: *In Arba ſepulchrum viſitur Chaninæ Duſæ filii, ejuſque Uxoris f. m. cui cippi impoſiti, & juxta illos arbor ceratiorum conſita eſt.* Nec enim probo verſionem Viri Docti, quæ longiſſime ab hac ſententia abit, dum habet: *Araba, ibi ſepulchrum eſt R. Chaninæ fil. Doſæ & uxoris ejus p. m. quibus ſupra, impoſiti fornices, qui tamen destructi ſunt.* Et profecto, in ipſa figura iſtorum monumentorum, quam Hottingerus delineavit, palam additur ceratiorum arbor, quæ noſtram tranſlationem, ab errore immunem præſtat.

(15) *Viri Thaumaturgi*] Verba אנשי מעשה ut *Viri Thaumaturgi*, interpretarer, non tantum permoverunt me, magna illa miracula, quæ Chanina Duſæ filius ediſſe dicitur ut veriſimile evaderet, id velle Miſchnam, illam inprimis

vim, res tam ſtupendas faciendi, hoc homine mortuo, ſimul ceſſaſſe. Sed & animum addidit Bartenora, dum אנשי מעשה de viris שעושים מעשים מופלאים *Qui faciunt opera mirabilia*, & ipſe pariter accepit. Non me latet interim, alibi in Talmude, hæc verba, alio ſenſu adhiberi, ita ut viros qui virtutem factis exprimunt, & in vero labore ſeſe occupant, innuat. Sic enim hac ſignificatione cum אנשי מעשי fere ſemper etiam החסידים Id eſt: *Pii*, & *Fideles*, conjunguntur. Succa fol. 51. a. in f. החסידים ואנשי מעשה היו מרקדים לפניהם באבוקות של אור שבידיהם: Id eſt: *Viri pii, & virtuti dediti ibi ſaltabant, aureas faces tenentes manibus.* Et iterum, fol. 53. a. יש מהן אומרים אשרי ילדותנו שלא בישה את זקנותנו אלו חסידים ואנשי מעשה ויש מהם אומרים אשרי זקנותנו שכפרה על ילדותנו אלו בעלי תשובה: Id eſt: *Quidam ex illis cantabant*; Beatos nos, quorum adoleſcentia, ſenectuti nullum ruborem incutit: *Atque hi erant viri pii, & qui tota vita rebus honeſtis ſtuduerant. Quidam vero illorum cecinere:* Beatos nos, quorum ſenectus juventam expiat. *Atque hi fuere, qui per pœnitentiam ad frugem bonam ſe receperant.*

(16) *R. Joſe Parvo &c.*] Hunc, Baal Juchaſin, p. 62. a. non יוסי ſed יוסף vocat. Verum, jam ſupra notavimus, nomina יוסי & יוסף promiſcue uſurpari, igitur hactenus nihil peccatum. Cæterum, fuit hic Joſe, gente Babylonius, eique cum R. Jehuda Sancto, vitæ & ſtudiorum interceſſit communitas, ita prodente Zacuto, in libri Juchaſin, loco allegato.

(16) *Quare vero Parvus cognominatur?*] Merito id quæritur, ut hac ratione cognominis reddatur cauſa. Nam, niſi hæc expoſita fuiſſet, omnes credituri erant, ob ſtaturæ corporis exiguitatem eveniſſe, ut Joſe iſte, Parvus vocaretur. Scilicet, ex illa re, alii hoc cognomen tulerunt, & quidem eadem pariter ætate. Schalſch. Hak. p. 33. b. בימיו היה ר' זירא והיו קוראים אותו קטינא חריך שקי וזה לפי שהיה קטן מאוד והיה נוהג לשים עצמו בכבשן אש: Id eſt: *Ejuſdem* (cum R. Jehuda Sancto) *ætatis fuit R. Sera, qui vulgo* Parvus cruribus adustis, *vocabatur. Quæ appellatio inde nata, quod ſtatura erat admodum parvus, quodque frequenter in clibano ardente ſeſſitare ſolebat.* Non poſſum exacte definire, menſuram corporis hujus R. Seræ, ſed extat in illo ipſo libro, p. 35. a. memoria Pattæ alicujus, qui & homo fuit, & adultus, & Sapiens, & Rabbinus, atque tamen, (Obſecro,

Spectatum admiſſi, riſum teneatis amici,

ſi valetis,) iſte talis, tantuſque, קטן היה כשיעור טפח *Haud major erat uno ſolo palmo.* Vah! mirificiſſime pumilio, tu quidem ſolus merebaris, ut, (Claudianus de Prob. & Olyb. Conſ.

——— Te cuncta loquatur
Tellus, te variis ſcribant in floribus Horæ,
Longaque perpetui ducant in ſecula faſti.

(18) *Minutal erat Religioſorum*] Cave ſis credas, R Joſen fuiſſe minimum inter priſcos Religioſos, etſi hunc ſenſum, verba, in legentium animis progenerant, neque alio a R. Salomone fuere accepta. Potior enim eſſe debet R. Maimonidis autoritas, qui Joſen, ideo קטנותן של חסידים dictum perhibet: שהיה שרשם לפי ששרש הדבר ותחלתו קטן: *Quia erat Radix eorundem, ſic enim radix alicujus rei, ejuſque principium, tenuia quidem ſunt,* (vim tamen habent maximam.) Confirmat hanc expoſitionem Talmud Jeruſchalmi, ubi Joſe תמציתן של צדיקים ושל חסידים *Compreſſio piorum & religioſorum hominum*; ſeu ut Vulgus loquitur, *Quinta eorum eſſentia*, dicitur. Scilicet, voluit Natura, antequam religioſos creare deſineret, adhuc experiri prius, quantum in pio homine producendo valeret. Idem Jeruſchalmi, paulo poſt in verbis poſtremis Maſſichtæ noſtræ, mire quoque celebrat quendam *Samuelem Parvum*, tanquam qui ipſius cœleſtis oraculi pronunciato, dignus judicatus fuerit, quem Spiritus S. non minus ac veterum Prophetarum aliquem, inhabitaret. Hujus loci verſio, quam Cl. Lightfootus in Notis ad Matthæi c. XII, 39. adduxit, & verba ipſa Hebraica, quæ interſeruit, aperte commonſtrant, variare hic Codices, longe enim aliter ipſe legit, ac in noſtro habetur Cracovienſi, cujus verba repræſentamus: ר' יעקב בר אידי בשם רבי יהושע בן לוי מעשה שנכנסו זקנים לעלייה בית גדיא ביריחו ויצאת בת קול ואמרה להן יש ביניכם שנים ראוין לרוח הקדש והלל הזקן אחד מהן ונתנו עיניהן בשמואל הקטן ושוב נכנסו זקנים לעלייה ביבנה ויצאת בת קול ואמרת להן יש ביניכם שנים ראויים לרוח הקודש ושמואל הקטן אחד מהן ונתנו עיניהן בר' אליעזר בן הורקנוס והיו שמחין שהסכימה דעתן לדעת המקום: Id eſt: *R. Jacobus F. I. nomine Joſuæ F. L. retulit, Seniores, contuliſſe ſe aliquando in ſuperius tabulatum, domus, quæ in urbe Jericho ab Hædis nomen habet, ibi edita vox eſt, clamitans:* Sunt inter vos duo, digni quos Spiritus S. repleat atque horum unus eſt Hillel. *Quamobrem oculos ſuos, in Samuelem Parvum converterunt. Alia vice, cum Seniores in ὑπερῷον quod eſt in Urbe Jabne, ſe recepiſſent, edita cœleſtis vox eſt, perſonans:* Sunt inter vos duo, digni quos Spiritus S. repleat, atque horum unus eſt Samuel Parvus. *Ibi omnium vultus in R. Eleaſarem Hircani filium converſi erant, ac gaudere cœperunt* (Sapientes,) *eandem ipſis, quæ Numini,* (circa R. Samuelem Parvum) *mentem fuiſſe.* Atque iſte quidem R. Samuel Parvus, mortuus eſt paulo ante Templi ſecundi deſolationem, &, ſi Autori Schalſch. Hak. pag. 26. b. credimus, tum ad differentiam Samuelis Prophetæ, tum ob ſummam modeſtiam, qua abjectiſſime de ſe ſentiebat, *Parvi* cognomen ei fuit inditum

(19) *R. Gamaliele Sene*] R. Gamaliel Senex, Hillelis ex R. Simeone filio, nepos fuit, & pietatis ac doctrinæ laudibus, inſigniter apud ſuos claruit. Hoc Præceptore uſus eſt S. Paulus, ceu ipſe profitetur, Act. XXII, 3. ſibique id ducit honori. Facile conceſſerim Zacuto in Juchaſin p. 53. a. non eum falli, dum conjicit, ideo Gamalielem iſtum Senem dictum eſſe, quod longævitate cæteros illius ſeculi Sapientes ſuperavit: nam ejus mors octodecim tantum annos urbis deſolationem præceſſit, ſi David Gans in Zemach p. 36. b. rationem recte inivit. Idem de morituro ex Schabbat c. a. refert: הוא צוה קודם מותו להוציאו לקבורה בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והיה הוצאת המת קשה לקרוביו יותר ממיתתו: Quæ Vorſtius tranſtulit: *Juſſit ante obitum ſuum, ut efferrent ipſum ad ſepulchrum cum veſtibus lineis, quia antea mortuos extulerant cum veſtimentis ſericis; atque hæc eductio mortui, gravior fuit propinquis ejus, quam ejus obitus.* In iſtis, ſi pro, *Atque hæc eductio mortui*, ſubſtituas, *Atque hæc funerum impenſa*, tum ſenſus evadet clarior. Reliquit Gamaliel Senex filium Simeonem, & nepotem ſibi cognominem Gamalielem, ita tradente Zacuto, loco allegato. Longe ab illis diverſa didiceram, cum apud Piſanos in Italia morarer, nam Baſilicam ejus Urbis luſtrando, incidi in altare quoddam, cujus inſcriptio monebat, aſſervari ibidem, Gamalielis, Nicodemi, & Abibæ corpora, atque Gamaliele Nicodemum, Nicodemo Abibam eſſe genitum. Sic enim legebam:

Gamalielis Nicodemi & Abibæ Patris filii ac nepotis ut Eccleſia docet civium terrenæ ac cœleſtis Jeruſalem fœlici tempore Piſanorum traducta cadavera marmore ſub hoc novato reconduntur.

Miretur fortaſſe quis nonnihil, iſtam Gamalielis familiam, quin &, quod de illorum æterna ſalute, tam ſerio pronunciatur: Illud vero maxime inſolens alicui videri poteſt, quod ad latus altaris, tabella cum ferrea catena appenſa, & in qua Senis alicujus grandævi, item hominis virilem agentis ætatem, & juvenis cujuſdam, imagines depictæ ſunt iſtis vota quoque nuncupare conſulit. Nam, habet inſcriptum:

EPITAPHIUM NOTABILE.

Hoc in Sarcophago, requieſcunt corpora ſacra,
Sanctorum, (quorum nomina dicta) trium.
Sanctus Gamaliel, Abybas, & Nicodemus,
Inſimul ipſe Pater, Filius, atque Nepos.
Gamaliel, Divi Pauli Didaſcalus olim,
Doctor, & excellens Iſraëlita fuit.
Conſilii magni fideique per omnia cultor,
Narrat ut hiſtoriæ Scriptor Apoſtolicæ.

Nobi-

Nobilis Abybas, patris hujus filius almi,
Extitit angelica virginitate nitens.
Moſaicam Legem callens quoque ſic adoleſcens,
Credidit in Chriſtum cum genitore pio.
Magna in Evangelio præconia ſunt Nicodemi,
Dum ſepelit Chriſti corpus honorifice.
Hic eſt ille quidem, qui ſe debere renaſci,
Audiit a Chriſto, denique martyr obit.
Hoc Epigramma legens, horum ſuffragia quære,
Teque recommendans, poſce ſalutis opem.
Quatenus ad Chriſtum dignentur fundere vota,
Ut Paradiſiacis donet adeſſe choris.

(20) *Evanuit honos Legis &c.*] Baal Aruch. teſte Zacuto in Juchaſin, ita locum hunc interpretatus eſt, quaſi innuatur, ceſſaſſe poſt Gamalielis obitum בני אדם שמכבדין בעלי תורה Id eſt: *Illos homines, qui viros eruditos merito honore proſequuntur.* Non eo loco reperi verba in Aruch, ubi illa legi Zacutus indicat. Interim certum eſt, haud magni hanc explicationem faciendam eſſe, & merito a Zacuto rejici. Senſum enim genuinum verborum, ipſa Gemara nobis exponit in Megilla fol. 21. a. תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למדין תורה אלא מעומד משמרת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למדין התורה מיושב והיינו דתנן משמרת רבן גמליאל בטל כבוד תורה: Id eſt: *Sic tradunt Magiſtri: A diebus Moſis, ad ætatem uſque R. Gamalielis,* (Diſcipuli) *non niſi ſtantes,* (a ſedentibus Præceptoribus) *diſcebant Legem. At R. Gamaliele mortuo, morbi* (ſolito magis) *infeſtare cœperunt orbem, itaque ſedentes, Legi diſcendæ operam navabant. Unde in Miſchna dicitur: Mortuo Gamaliele Sene, evanuit honos Legis.* Multa in hanc rem diſſerit Doctiſſimus Petitus, l. 3. Obſervat. c. 2. atque accedo fere ejus opinioni, qua, ex verbis Pauli, Act. XXII, 3. Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου· ſecus quam Viri Summi exiſtimant, id minime colligi poſſe arbitratur, quaſi jam ætate Pauli, Diſcipuli, projecti in ſolo, operam dederint præceptoribus ad eorum pedes, cum non niſi a morte Gamalielis, Magiſtri ejus, Diſcipuli ſtantes diſcere deſierint. Nimirum, ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, videtur omnino ad victum attinere, ut non tantum a Gamaliele literis & eruditione imbutus fuerit S. Paulus, quod verbis ſequentibus indicatur, ſed etiam in domo ejus, pro filio altus ſit & educatus. Favet huic expoſitioni, niſi quid me decipit, palam Syrus, ita ut inter nativitatem, educationem, & informationem Pauli, per copulationis & disjunctionis ſigna, etiam diſcrimen ſedulo faciat. Proinde nihil aliud viris Doctis impoſuit, ut integrum comma de Pauli ſtudiis acciperent, quam quia ellipſis earum particularum in Græco eſſe, haud adverterunt, quas Syrus non præter rationem ſupplevit. Sic habet illius tranſlatio:

ܐܢܐ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܝܗܘܕܝܐ ܘܡܬܝܠܕ ܐܢܐ
ܒܛܪܣܘܣ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܘܐܬܪܒܝܬ
ܕܝܢ ܒܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ
ܪܓܠܘܗܝ ܕܓܡܠܝܐܝܠ ܘܐܬܪܕܝܬ
ܫܦܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܕܐܒܗܬܢ ::

Id eſt: *Ego vir ſum Judæus, & natus ſum in Tarſo Ciliciæ, nutritus vero in hac civitate juxta pedes Gamalielis: & eruditus fui perfecte in Lege Patrum noſtrorum.* Illud interim, apud me in dubio relinquitur, num verba ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ id proprie velint, *quod Paulus puer, ad lecti triclinaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra, id eſt, ad pedes,* conſederit, ceu idem Petitus explicat. Potius crederem, eſſe hanc modeſtam Pauli extenuationem, dum non arroganter Gamalielis ſe convictorem & familiarem fuiſſe, ac ſacra & profana omnia communia cum eo habuiſſe, jactitat, ſed potius ad pedes quaſi magni Doctoris abjectum, ſic ſeſe cibum captaſſe, humiliter & demiſſe profitetur: Idque tanto magis, quia, cum iſta Paulus loqueretur, Gamaliel nuper demum diem ſuum obiverat, atque ſic ejus memoria, adhuc in ſumma apud omnes erat veneratione. Habent hoc Judæi in more poſitum, ut reverenter de aliis loquendo, ſe ad illorum pedes inſinuent. Locus elegans de Abigaile, eſt 1 Sam. XXV, 41. ותקם ותשתחו אפים ארצה ותאמר הנה אמתך לשפחה לרחוץ רגלי עבדי אדני: *Tum ſurgens illa, incurvavit ſe facie demiſſa ad terram, & dixit, ecce ancilla tua in famulam, ad lavandum pedes ſervorum Domini mei.* Eodem tendit, dictum celebre Joſe Joëſeri filii, in Pirke יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם: Quod, ne quis eos juvaret, qui Paulo adhuc juvene, Diſcipulos, cum Præceptoribus auſcultarent, jam in ſolo ſediſſe autumant, neſcio an non admodum torqueat loco memorato, laudatus ſæpe Petitus. *Referunt*, inquit, *Viri Summi iſta verba* והוי מתאבק בעפר רגליהם luctator in pulvere pedum eorum, *ad hunc morem, quo diſcipuli in ſolo projecti, ad pedes Doctorum ſuorum iis dabant operam; itaque vertunt*, & pulveriza te pulvere pedum eorum. *Sed vox* התאבק luctatorum *eſt, & luctari ſignificat: eſt autem luctatorum* τὸ κονίζεσθαι, καὶ τὸ κονίζειν ἀντίπαλον· Id autem fieri volebat Joſe Joëzeri filius, *pulvere pedum Sapientum: metaphora igitur petita eſt a luctatoribus, quæ ſignificabat, etiam in remiſſionibus & ludis (quemadmodum in compotationibus & conviviis, quod indicant ſequentia* והוי שותה בצמא את דבריהם *& bibito cum ſiti verba eorum,) non eſſe remittendum quicquam de ſapientia & doctrina, quam ſibi compararunt ex aſſiduo Sapientum uſu: vult enim uti Sapientibus adeo familiariter, ut frequentes domum ejus conveniant* יהי ביתך בית ועד לחכמים *Eſto domus tua, domus, in quam conveniant Sapientes.* Enim vero, eſt illa, a luctatoribus petita tranſlatio, ejuſque ad inſtitutum applicatio, duriuſcula, & longe commodius utique commune interpretamentum fuerit, vel Judæis arbitris, qui in ſua verſione τῶν Pirke reddiderunt: *Und ſey dich welgern in den Staub von ihre Fuſs.* Neque tamen vel ſic cauſæ noſtræ quicquam decedit, aut admittere utrique cogemur, jamdum Joſe Filii Joëſeri ævo, hoc eſt diu ante Gamalielem, Diſcipulos humi ſedentes, a Præceptorum ore pependiſſe. Haud enim alius dicti ſenſus, quam quem expreſſerunt Commentatores: והוי מתאבק בעפר רגליהם ר"ל הוי שפל ומשמש אותן תמיד: Id eſt: *Verbis*, Et voluta te in pulvere pedum eorum, *id imperatur: Eſto humilis, & miniſtra Sapientibus aſſidue.* De reliquo, probe obſervat Petitus, ex ipſo Evangelio conſtare, ita more apud priſcos Judæos fuiſſe receptum, ut docentes ſederent, eamque in rem affert dictum Matth. XXIII, 2. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· Addi huic teſtimonio ſummopere meretur, quod eſt apud eundem Matthæum V, 1. de noſtro Servatore: Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς· Nec minus, quod Lucas II, 46. de eo adhuc puero, a parentibus amiſſo, quæſitoque tradidit: Καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς· Atque vero, non id tantum ex Divinis literis Novi Teſtamenti perſpicue oſtendere nobis licet, Præceptores ſediſſe; ſed & eædem, verbis clariſſimis inſuper monſtrant, diſcipulos, & cæteros, qui ab ore docentium pendebant, in pedibus ſtetiſſe erectos; proindeque veteri Judæorum hac de re traditione, nihil poteſt eſſe verius. Sic eſt apud Matthæum XIII, 1. 2. 3. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν· Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν

τὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥςε ἀυτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθ· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλ☉ ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱςήκ. Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς· Eaſdem has circumſtantias, de Chriſto ſedente, & Auditoribus adſtantibus, dignas quoque S. Marcus credidit, quarum in illa ipſa hiſtoria deſcribenda, rationem haberet, ſi Syri Interpretis autoritatem ſequimur. Legitur cap. IV, commate 1. apud Evangeliſtam. Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· Καὶ συνήχθη πρὸς ἀυτὸν ὄχλ☉ πολὺς, ὥςε ἀυτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθ ἐν τῇ θαλάσσῃ· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλ☉ πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν. Hujus quidem dicti, verba poſtrema, Vetus Vulgatus, & Arabs, tam generalibus verbis tranſtulerunt, ut ſeſſio Auditorum non excludatur: Nam prior habet: *Et omnis turba circa mare ſuper terram erat.* Poſterior extulit:

وعانت الخموع علها عند البحر علي الارض

Id eſt: *Et erant turbæ omnes ſecus mare ſuper terram.* Sed, Syro, magis diſtincte & dilucide viſum eſt reddere:

ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ ܩܐܡ ܗܘܐ
ܥܠ ܐܪܥܐ ܥܠ ܣܦܪ ܝܡܐ ܀

Id eſt: *Et omnis turba ſtans erat ſuper terram ad littus maris.* Exhibet imaginem Chriſti docentis, & Diſcipulorum circumſtantium, pulcherrime, Onyx antiquiſſimus, quem in cimeliis habet Eminentiſſimus Bambergenſis Epiſcopus. Cujus inæſtimabilis gemmæ aſpectus, quia nemini non ſummæ poteſt eſſe voluptati, & dubium relinquitur, utrum magis venerabilem Grajam antiquitatem, an vero ſculpturæ inſigne artificium, aut ipſius lapidis magnitudinem mirari conveniat, ideo ectypum cereum, quem impetravimus, æri incidere, & hoc emblemate, librum noſtrum ornare inſtituimus.

316



Ne vero quid diſſimulem, illud quoque tenendum, non ſemper Chriſti Diſcipulos, cæteroſque Auditores, pedibus inſiſtendo, dicentem attendiſſe, ſed aliquando ſeſſitaſſe etiam. Teſtem iterum damus S. Marcum, qui cap. III, 32. ſeqq. nunc quidem aperte, & ſine verborum ambiguitate: Καὶ ἐκάθητο ὄχλ☉ περὶ ἀυτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε· Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· τίς ἐςιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ περιβλεψάμεν☉ κύκλῳ τοὺς περὶ ἀυτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου· Docuit igitur Servator ſedens, aſſidente quoque turba ἐν κύκλῳ· Quam phraſin, non ita accipiendam exiſtimaverim, quaſi in medio ejus loci, ubi ſermones ſacro ore fundebat, cœleſtis Doctor ſederit, & ut undique & quaquaverſum, ab auſcultatoribus fuerit cinctus. Sed, niſi fallor, hemicyclum formabant Auditores כחצי גורן עגולה *Inſtar areæ orbicularis dimidiatæ*, (quæ, de Synedrii conſeſſu, in Miſchna Sanhedrin c. 4. §. 3. eſt locutio) neque ulli retro, a diſſerentis tergo, adſtabant. Talis docentium diſcentiumque ſeſſionis forma, poſt Gamalielis tempora, deinde in mores tranſiit, atque de ea Maimonides, Hilchot Talmud Tora c. 4. §. 2. כיצד מלמדים : הרב יושב בראש והתלמידים מוקפים לפניו

כעטרה כדי שיהיו כלם רואים הרב ושומעים דבריו : *Quomodo in Scholis fiunt ἀκροάσεις? Præceptor ſedet in capite, diſcipuli circumſident inſtar coronæ, ut omnes Præceptorem intueri, illiuſque ſermonem percipere poſſint.* Animi pendeo, an illud quod ex Marco modo attulimus, præjudicet Judæorum aſſertioni, qua ante Gamalielis obitum, Diſcipulos, ſedentes ſuis Præceptoribus operam locaſſe, omnino negant, & citra exceptionem. Vix enim arbitror, de Phariſæorum & Scribarum Diſcipulis, exemplum poſſe afferri in contrarium, utpote qui ſummopere Præceptores ſuperbiſſimos ſuſpicere cogebantur, pervulgatumque ea ætate erat dictum, quod ſupereſt in Pirke Avot c. 4. יהי מורא רבך כמורא שמים (Matth. XI, 29.) *Præceptorem tuum non minus, quam cæleſte Numen reveretor.* Servator noſter, qui vere erat πρᾷ☉, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, benigne nonnunquam indulſiſſe videtur, ut auditores, poſtquam diutule ſteterant, feſſa membra ſeſſione refocillarent, atque porro tanto attentius præberent aures. Licebat Auditoribus hac in re morem gerere Magiſtro, neque ullum in ea re vitium. At, illud neutiquam mihi probabile videtur, aliquando factum eſſe, aut etiam ſalva honeſtate vel fieri potuiſſe, ut cum Chriſtus ſtans docebat, Diſcipulorum aliquis conſederit. Interea loci, nihilo minus hanc rerum faciem, nobis depingunt tituli librorum quorundam, qui Romæ ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, prodierunt, ac ſufficit nominatim appellare, ad Syntagma Linguarum Orientalium, in Georgiæ Regionibus receptarum, quod D. Franciſcum Mariam Maggium, Clericum Regularem, habet autorem, quodque Anno MDCXLIII. fuit excuſum. Placuit, & illius picturæ imaginem exhibere, ut cum Bambergenſi Onyche compoſita, quantum inter ſeclorum priorum, & hujus noſtri Signa, interſit, liquido appareat.

316



Certum, credo, eſt, illa ſedentis diſcipuli perſona, haud alium quam S. Petrum innui, verum is, ſi quis alius inter Apoſtolos, ſub iſto incivilitatis ſchemate, prorſus immeritiſſimò figuratur. Novimus enim ex Joh. XIII, 8. quanta ante alios, erga Præceptorem fuerit reverentia, & cum cæteri, quia ſic placuerat Domino, ſine tergiverſatione, ut pedes eorum lavaret, admiſiſſent, ipſe ſolus reſtitit, & non niſi comminatione æternæ damnationis, eo perduci potuit, ut ſuos pedes lavandos præberet. (Philipp. II, 7.) Tam humilem & demiſſum, quia erga μορφὴν δούλου adhuc habentem Servatorem, ſeſe Petrus geſſerat, cecui unquam evadet probabile, aliter eum egiſſe cum exaltato per reſurrectionem ad gloriam, ſuamque divinitatem palam oſtentante? Talis vero erat, cum illa, (Marc. XVI, 15.) Euntes in Mundum Univerſum, Prædicate Evangelium omni Creaturæ, pronunciaret. Quin potius conſtat, ad extremum uſque vitæ halitum, S. Petrum antiquam obtinuiſſe modeſtiam, unde, ut vetus habet Traditio, ad crucis ſupplicium damnatus, inverſis membris eidem alligari voluit, metuens, ne ſi eadem ſpecie, qua Dominus crucifixus fuerat, & ipſe martyrium ſubiret, gloriam aliquam affectaſſe

videri

videri queat. Eam in rem eleganter Prudentius lib. Periſtephan. Hymn. 6.

Prima Petrum rapuit ſententia, legibus Neronis,
Pendere juſſum præminente ligno.
Ille tamen veritus, celſæ decus æmulando mortis,
Ambire tanti gloriam Magiſtri;
Exigit, ut pedibus merſum caput imprimant ſupinis,
Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter, ſola verſus in cacumen:
Hoc mente major, quo minor figura.

(21) *Iſmaële Filio Pabi &c.*] (Zemach David p. 23. a.) Iſmaël Pabi filius, decem annis ſummo Pontificatu functus eſt, uti traditur in Juchaſin p. 63. b. Exiſtimo id Judæos velle, eo mortuo, ſummam hanc in ſacris dignitatem paulatim eviluiſſe, & indies magis magiſque detrimentum paſſam eſſe. Vide quæ de hoc Iſmaële diſſerit Cl. Seldenus l. 9. de Succeſſ. c. 11.

(22) *Mortuo Rabbi*] R. Judas, R. Simeonis Gamalielis filii, filius, Autor Miſchnæ, נקרא רבינו הקדש ונקרא גם כן רבי סתם *Alias*, Rabbi noſter Sanctus, *itemque ſimpliciter* Rabbi *vocari ſolet.* Prioris elogii, variæ redduntur cauſæ, quas Baal Juchaſin, p. 45. a. & Baal Schalſch. Hak. p. 32. b. percenſent. Fuere enim, qui ideo Sanctum dictum aſſeruerunt, לפי שלא שלח ידו מאבנטו ולמטה אם לא במטלת עבה: Id eſt: *Quia haud unquam aliter manum ſuam, quam craſſo linteolo tectam, ſubter cingulum demiſit.* A quibus, haud multum diſcrepat illa ratio, in Jeruſchalmi. שלא הביט לעולם במילתו *Quia nunquam eam corporis partem, quæ circumciſionem paſſa erat, oculis ſuis eſt intuitus.* Sed alibi, in eodem Jeruſchalmi, hæc quoque cauſa appellationis affertur: שהיה בעת לידתו שכר על ברית מילה וקדשו אביו לשמים במילה: Id eſt: *Quia ſub nativitatem ejus, grave edictum promulgatum eſt, ne Judæi pueros circumciderent, atque parens tamen ejus nihil veritus, natum infantem ſacro fœdere initiavit.* Cæterum, *Rabbi*, κατ᾽ ἐξοχὴν, Judas iſte, ſine dubio dictus eſt, ob inſignem eruditionem, ושלא נמצא כמותו שהרבין תורה בישראל: *Quodque nemo fuit alius, cui plus Literæ inter Judæos debeant.* Scilicet, ipſe Seculo poſt Chriſtum natum ſecundo, veteres traditiones toto orbe conquiſitas, in unum corpus Talmudicum redegit בסדר נאות יפה ולשון צח כאשר הוא לפנינו *Ordine eleganti, & ſermone terſo, qui liber omnium teritur manibus.* Tantum opus perfecit, tum Antonini Pii Imperatoris indulgentia, tum propriis divitiis adjutus. Siquidem, facile largimur Judæis, utroque hoc R. Judam ſingulariter eminuiſſe, etſi multa fabuloſa, quæ admiſcent, merito aſpernamur. Quis enim ſanus credat, tantam iſti homini rem fuiſſe, & ſuperfuiſſe, ut illius Equiſo, qui imperium in beſtias habebat, opibus ſuis Saporem Perſarum Regem longe vicerit? Aut, eo uſque proceſſiſſe Cæſarem Antoninum, ut admiſerit circumciſionem? Utrumque tamen Judæis eſt proditum. Ex Jeruſchalmi Chagiga, in En Iſraël fol. 192. col. 3. legimus: אנטונינוס אמר לרבי מוכלני את מלויתן לעלמא דאתי אמר ליה אין אמר ליה מן אימר פסחא לא אוכלתני ומלויתן לעלמא דאתי מוכלתני אמר ליה ומה נעביד לך באימר פסחא כתיב וכל ערל לא יאכל בו כיון דשמע כן אזל וגזר גרמיה אתא לגביה דרבי אמר ליה חמית גזירת אמר ליה בדידי לא אסתכלית מן יומוי ובדידך מסתכלית: Id eſt: *His verbis Antoninus* (Cæſar,) *Rabbi* (Jehudam) *alloquutus eſſe fertur: Effice quæſo, ut poſſim frui epulis, quæ in vita futura* (juſtos manent) *ex Leviathane. Reſpondit R. Judas: Omnino:* (ſic eventurum recipio.) *Tum vero Antoninus: Atenim, ex agno paſchali nihil deguſtandum mihi præbes, &, Leviathane, in ſeculo venturo me paſces? Subjicit R. Judas: Et vero, quid vis ut faciam? De agno paſchali* (verbis diſertis, Ex. XII, 48. cautum eſt:) Nullus præputiatus veſcitor illo. *His auditis, abit Antoninus, & præputium ſibi amputat, reverſuſque ad R. Judam, ait: Oculis uſurpa, me eſſe circumciſum. Sed is reſpondit:* (Apage ſodes:) *Nunquam enim tota vita, in ea genitalia conſpexi, & tua intuerer?* De Morbis quoque, &, immani dentium dolore, ac ſæviſſimis obſtructionibus, quibuſcum R. Judas univerſos XIII. annos conflictatus eſſe dicitur, multa inepta traduntur, tam in Jeruſchalmi Berachot, & exinde in En Iſraël fol. 52. col. 2. quam in Bava Mezia fol. 85. a. quæ tamen ex loco poſteriore, recenſebimus. De occaſione morbi ſic perhibent: דההוא עגלא דהוו קא ממטו ליה לשחיטה אזל תליא לרישיה בכנפיה דרבי וקא בכי אמר ליה זיל לכך נוצרת אמרי הואיל ולא קא מרחם ליתו עליה ייסורין: Id eſt: *Quidam vitulus, cum ad mactandum deduceretur,* (R. Judam qui ibi ante fores forte ſedebat,) *acceſſit, caputque ſuum in ejus gremium reponens, flevit amariſſime.* (Sed R. Judas, nihil illius vicem miſertus,) *Abi, inquit, in hunc enim finem,* (ut macteris) *es creatus. Ergo* (in cœlo) *edita vox eſt:* Quia tam immiſericors eſt, occupent eum ægrimoniæ. Veriſimile fit, variis morborum generibus R. Judam fuiſſe cruciatum, ſed præ cæteris, ſecundum Jeruſchalmi, dentium dolores, vel potius, ſecundum Babylonicam Gemaram, immanes obſtructiones, & ventris tormina, illum acerbiſſime afflixerunt. Quippe, ſic iis, quæ modo attulimus, in Bava Mezia præmittitur: אהורייריה דבי רבי הוה עתיר משבור מלכא כד הוה רמי כיסתא לחיותא הוה אזיל קלא תלתא מילי והוה מכוין ורמי בההיא שעתא דעייל רבי לבית הכסא ואפילו הכי מעבר ליה קליה לקלייהו ושמעו ליה נחותי ימא: Id eſt: *Equiſo R. Judæ, ditior erat ipſomet Sapore Rege* (Perſarum,) *is, cum equis pabulum præberet, hinnitus eorum per tria milliaria eſt exauditus. Cæterum, operam dabat, ut R. Juda τὸν ἀφεδρῶνα petente, beſtiis ſuis pabulum objiceret; atque tamen* (R. Judæ dolentis) *vox, ſonum hinnitus equorum ſuperabat, ad ipſos in mari navigantes, pervadens.* Dum vero R. Judas tam miſere excruciatur, omnes populares ex ea re commodum ingens perceperunt. Jeruſchalmi: אמר רבי בון כל אותן שלש עשרה שנה דחשש רבי בשיניה לא מתה חיה בארץ ישראל ולא הפילה עוברה בארץ ישראל: Id eſt: *R. Ban teſte, univerſis illis tredecim annis, quibus R. Judas dentium dolore vexabatur, per totam regionem judaicam nulla puerpera in puerperio extincta eſt, nec ulla fœmina gravida, paſſa fuit abortum.* In Bava Mezia, adhuc amplius legitur: כולהו שני יסורי דרבי לא איצטריך עלמא למיטרא: Id eſt: *Per omne illud tempus, quod ægrotavit R. Judas, nunquam Orbis pluviæ inopia affligebatur.* Tandem, poſtquam tam diutina ægritudine maceratus fuerat R. Judas, iterum convaluit. Nimirum, & mentem prius mutavit, nec tam inclementi duroque, erga miſeras beſtias amplius erat animo. Nam, prout rurſus eſt in Bava Mezia: יומא חד הוה קא כנשא אמתיה דרבי ביתא הוה שדיא בני כרכושתא וקא כנשא להו אמר לה שבקינהו כתיב ורחמיו על כל מעשיו אמרי הואיל ומרחם רחמין נרחם עליה: Id eſt: *Cum die quadam, ancilla R. Judæ, ædes verreret, incidit in pullitiem muſtelarum, eamque* (inter quiſquilias) *everrebat.* (Quod, cum animadvertiſſet R. Judas,) *ait ancillæ: Tu vero parce* (iſtis parvulis,) *nam ſic*, (de Deo quoque Pſ. CILV, 9.) *ſcriptum eſt*: Miſericordia ejus, ſuper omnia opera ejus. (Nec mora, in cœlo) *edita vox eſt*: Quia miſeratione tangitur, proſpera illi obtingant. Prolixe hunc R. Judam laudibus extollit Maimonides, in præfat. Seder Sereim, quem vide apud Cl. Pocockium in Porta Moſis p. 35. cui adde Zemach David p. 106. ſeqq. edit. Vorſt. Nos, iſtis miſſis, quædam adhuc ex Jeruſchalmi, de obitu R. Judæ adducemus: צפוראי אמרי מ״ד לון דדמך רבי אנן קטלין ליה אריק לון בר קפרא רישיה מכסי ומאנוי מבזעין אמר לון מצוקים ואראלים היו תופשים בלוחות הברית ונגברה ידן של אראלים וחטפו את הלוחות אמרי ליה דמך רבי אמר לון אתון אמריתון וקרעון ואזיל קלא דקרעון לגו פפתא מהלך תלתא מילין רבי נחמן בשם רבי מנא מעשה נסים נעשה באותו היום ערב שבת היה ונתכנסו כל העיירות להספידו ואשרוניה תמני עשר כנישן ואחתוניה לבית שערים ותלה לון יומא עד שהיה מגיע כל אחד ואחד לביתו וממלא לו חבית של מים ומדליק לו את הנר כיון ששקע חמה קרא הגבר שרון מציקין ואמרין דלמא חללינן שבתא יצתה בת קול ואמרה כל מי שלא נתעצל בהספדו של רבי יהא מבושר שהוא בבני העולם הבא בר מן קצרא כיון דשמע כן סליק לאגרא וטלק גרמיה ונפקת ברת קלא ואמרת אפילו קצרא: Id eſt: (Cum lethaliter decumbenti R. Jehudæ, fatalis immineret hora, nimium mœſti) *Zipporenſes, ſermone divulgarunt: Quisquis triſtem nuncium nobis afferet, R. Judam obdormiviſſe, eum vita privabimus.* (Ergo, cum R. Judas animam exhalaſſet,) *confert ſe ad eos Kaphriades, caput tectus, & lacerus veſtimenta, atque his eos affatur verbis:* (Orbis) *Cardines, ſupernaque Poteſtates, ſimul apprehenderunt Tabulas fœde-*

fœderis, (& utrique eas ſibi præripere volebant.) *Prævaluit vero vis ſupernarum Poteſtatum, & Tabulas abſtulerunt. Ibi quærere Zipporenſes, nunquid R. Judas obdormiviſſet? Reſpondit Kaphraides: Vos, illud dixiſtis*, (non ego. Ea voce percepta,) *ſciderunt* (Zipporenſes veſtes ſuas,) *pervaſitque illius ſciſſionis ſonus, ad urbem uſque Paphtam, quod trium milliarium iter eſt.* R. Nachman, *nomine* R. Muna (teſtatur) *magnum mirum tum accidiſſe. Erat illa dies Sabbati paraſceve, congregatique ſunt omnium vicinarum urbium incolæ, ad plangendum R. Judam, ita ut decem & octo Synagogæ replerentur, contuleruntque ſe* Beth-Schearimum. *Cæterum producta dies eſt, quoad quiſque ad propria reverteretur, dolium aquæ*, (in uſum Sabbati) *repleret, lucernamque accenderet. Cum vero occubuiſſet Sol, galli gallinacei jam cantabant, quare Judæi mœſti eſſe cœperunt, dixeruntque: Fortaſſe Sabbatum profanavimus*, (ecce enim gallicinium, & jam modo a labore ceſſavimus.) *At, edita vox eſt cœlitus, inſonans*: Quiſquis non ſegnem ſeſe præbuit, in plangendo R. Judam, is certo ſciat, ſe hæredem futurum æternæ vitæ: Quare, (*nominatim*) excipiendus iſte fullo, (qui operi ſuo manſit intentus. Ibi fullo,) *hoc oraculo percepto, conſcenſo tecto, ſeipſum præcipitem dedit. Tum rurſus edita vox eſt*: Etiam, vel fullonem (manet æterna beatitudo.)

(23) *Ceſſavit Modeſtia, & timor peccati.*] Imo & Sanctitas omnis, cum eo exſpiravit, quippe, adhuc amplius : אותו היום שמת רבי בטלה קדושה legitur in Cetubot fol. 103. b.

(24) *Obnubuntque capita*] Vox חפה cum de Capite effertur, ſæpe vultus abſconſionem confuſionemque, ac omnino talem habitum denotat, qualis eorum eſſe ſolet, quos malefactorum conſcientia diſcruciat. Noſter libellus Maſſechet Purim, c. ult. חזר לביתו אבל וחפוי ראש אבל שלא אכל בעיד׳ פורים וחפוי ראש שכן צוה עליו רבי יום טוב אל : תוסיף ראות פני *Reverſus eſt in domum ſuam, lugens, & obnuptus capite. Lugens, quia in Purim Genio non indulſerat. Obnuptus capite, quia ſic ei edixerat R. Jom Tob: Non viſurus es amplius faciem meam.* Phraſi huic חפוי ראש opponitur altera תלוי ראש qua quis *ſuſpenſus capite*, eſſe dicitur; eaque, felices, beatos, ac ſua ſorte nimium lætos, denotat. Sic enim ii, quorum res ſecundæ ſunt, extollere caput, criſtaſque ſolent erigere. (Vid. Walæum in Exc. ad Joh. III, 14.) Non advertit ad id animum, clari nominis Vir, Lud. Cappellus, eaque res, ut non leviter deciperetur, ipſi cauſa fuit. Legerat in Bemidbar Rabba, in Seder אלה כפשי Paraſcha 23. dictum, quod eſt Pſ. LXXVII, 21. נחית כצאן עמך ביד משה ואהרן *Deduxiſti inſtar gregis ovium, populum tuum, per manum Moſis & Aharonis*, varie exponi בנוטריקון hoc eſt, ita, ut ſingulæ verbi נחית literæ, vocem integram deſignent: atque inter cætera, cum ſequentia quoque, ibidem inveniſſet: ר׳ יהושע אמר נ׳פלאות עשית להם ח׳ירות נתת להם י׳מינך הושיע אותם ת׳לוי ראש : נתת להם ביד משה ואהרן Iſtorum verborum, eam quam ſubjicimus, commentus eſt explicationem: R. Joſua dixit, litera נ Nun vocis נחית notat vocem נפלאות *mirabilia*, & ſignificat, *Deum mirabilia in populi ſui gratiam feciſſe.* Litera ח Heth, notat vocem חירות *libertatem*, & ſignificat, *Deum eos aſſeruiſſe in Libertatem.* Litera י Jod, notat vocem ימינך *dextera tua*, & ſignificat, *Deum dextera ſua eos ſervaſſe.* Denique litera ת Tau, notat vocem תלוי *ſuſpenſum*, & ſignificat, *Deum dediſſe illis ſuſpenſum pro capite*, atque hæc omnia fuiſſe *per manus Moſis & Aharon.* Porro, poſtrema verba dicti hujus, injecere Viro docto ſuſpicionem, cognitum olim fuiſſe veteribus Judæis, quod Chriſtus ait apud Johannem III, 14. 15. Καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ᾽ ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· Eapropter; *Jam vero*, inquit, *quis poſſit eſſe ſenſus, & mens horum verborum*, Deum dediſſe Iſraelitis in deſerto Suſpenſum pro Capite, per manus Moſis & Aharon, *niſi hoc voluerit Rabbi ille, Meſſiam populi Dei Caput, ſignificatum & adumbratum olim fuiſſe per Serpentem aneum, a Moſe & Aharone fabricatum, in altum ſublatum, & de ligno veluti ſuſpenſum; adeoque & illum eſſe Jeſum Nazarenum Servatorem noſtrum, quem Judæi ſolent per ſummam contumeliam vocare antonomaſticôs* התלוי Suſpenſum illum. *Ita, ut videatur R. ille Joſua, fuiſſe ex eorum numero Judæorum & Rabbinorum, qui Apoſtolorum tempore in Chriſtum crediderant, ſed Legis erant Zelotæ, quique propterea magnæ erant nihilominus inter Judæos autoritatis, ita ut dicta eorum & ſententiæ, (quibus doctrinam de Chriſto Jeſu obumbrabant) a poſterioribus Rabbinis, iſtorum Diſcipulis, minus intellecta, excepta tamen fuerint & collecta, atque ſcriptis mandata.* Hactenus Cappellus. Equidem, de ipſa ingenuitate & veritate, typi hujus, & antitypi, uti Theologi noſtri loquuntur, idem mihi, Deo & Servatori meo gratia, qui Cappello & omnibus fidelibus animus eſt, & teneo monita, quæ ſanctiſſimus Præceptor, nobis inſtillavit. Sed, paria juxta nobiſcum R. Joſuam perſuaſum fuiſſe, affirmare non ſuſtineo, certe dictum illud Rabbinicum, nemini Judæorum, ne male ea res vertat, auſim objicere. Poteſt enim omnino alius eſſe ſenſus, alia mens illorum, quæ R. Joſua dixit, quam quo ſenſu, menteque, a viro Docto ſunt accepta, imo certum eſt, verbis תלוי ראש נתת להם id voluiſſe eum dicere: Non ſufficiebat tibi, Deus optime, miniſterio Moſis & Aharonis, tot ac tanta miracula in Judæorum gratiam edidiſſe in Ægypto, ipſoſque aſſeruiſſe e ſervitute in libertatem. Etiam hoc inſuper addidiſti eorundem Ducum auſpicio, devictis circumcirca hoſtibus, deinde vere exporrigere frontem Judæi, capita in ſublime efferre, & circumſpectare oculis triumphantes poſſent, nihil porro formidantes mali. Quamdiu enim periculum ſupererat, non tollere capita audebant, ſed ſic adductis humeris, inclinatiſque cervicibus in deſerto obambulabant, uti nempe metuentes ſolent. Hanc expoſitionem, facile probabilem reddit, tota verborum συνάφεια: irrefragabilem vero eam præſtat, alius locus in illo ipſo Bemidbar Rabba, unde alter fuit depromtus, nec enim melior libros, quam per ſeipſos explicandi, datur ratio. Sic habetur in Paraſcha 1. וידבר ה׳ אל משה במדבר סיני אמר (In textu ſacro eſt לאמר) לא לישראל הק״בה אמר ראש שאו לו חיבבתי בריה יתירה מכם לכך נתתי לכם תלוי ראש ודמיתי אתכם לי שכשם שיש לי תלוי ראש על כל באי העולם שני לך י״י הגדולה כך לכם עשיתי להיות לכם תלוי ראש לכן נאמר שאו את ראש לקיים מה שנאמר וירם קרן לעמו וכן הוא אומר : ונתנך י״י אלהיך עליון על כל גויי הארץ Id eſt: (Legimus Num. I, 1. 2.) Et dixit Dominus ad Moſen in deſerto Sinai, illi dicendo: Tollite capita. *Nimirum, hoc videtur Deus dixiſſe Judæis: Haud aliam creaturam magis amo, quam vos, eamque ob cauſam vobis conceſſi ſuſpenſionem* (ſive elationem) *capitis, voſque mihi æquavi, ut quemadmodum ego ſuper omnes caput effero, prout S. E.* (1 Chron. XXIX, 11.) Tua eſt Domine magnitudo (&c. ut qui te extollis ſupra omnia in caput.) *Ita & efficerem, ut vobis eſſet capitis elatio: Ideoque præcepi*: Tollite capita: *quo conſtet veritas dicto*: (Pſal. CXLIIX, 14.) Et effert cornu populi ſui *Itemque alter*: (Deut. XXIIX, 1.) Et ponet te Dominus Deus tuus, ſublimem ſupra omnes gentes. De reliquo, pro תלוי רפש dicunt quoque Rabbini, Chaldaica phraſi, דלוי ריש uti in Moëd Katon fol. 25. a. כי הוינן התם לא : הוה לן לדלויי רישין כינירה Id eſt: *Si ibi fuiſſemus, non eramus auſi præ eo tollere capita.*

(25) *Nec ſupereſt explicans*] Quid igitur tandem Judæis facto opus eſt, & unde conſilium ſibi petent, ſublatis ſic e medio Sapientibus omnibus? Suggerunt aliquod ſolatium verba R. Jochananis, in Bava Batra fol. 12. b. ipſi viderint, num ſatis placeat: מיום שחרב בית המקדש ניטלה נבואה : מן הנביאים ונתנה לשוטים ולתינוקות Id eſt: *Ex quo exciſum fuit templum, vaticinandi gratia, ablata Prophetis, conceſſaque eſt ſtultis & infantibus.*

(26) *Nec quærens*] Nec id adeo mirum eſt. Illæ enim calamitates, quibus omnis Judæorum natio, poſt templi urbiſque exciſionem, indies magis magiſque immerſa fuit, non permiſere, ut gnaviter literarum ſtudiis poſſent eſſe intenti. At, qui diſcere volet, quod in animo fideliter ſedeat, vacuum a curis eundem afferat oportet, ne in diverſa diſtrahatur. Autor libri Schalſch. Hak. p. 35. a. לפי דעתי נקראו כבוראי לפי שנתגלגלו לישראל צרות משונות ולא היו יכולין ללסר

ללמד על־פי כנוחות והיו מפלפלים על הגנות הפשיטה כפי הסברות : Id eſt: *Uti mea fert opinio*, Doctores Seboræi, (qui Gemaricos excipiebant,) *ita dicti ſunt, quia* (illorum ævo, *cum in Judæos calamitates variæ devolverentur, non licebat in quiete ſapientiæ ſtudiis vacare, quare de ſenſu Miſchnæ*, (non ſolide, & per demonſtrationes, ſed) *ex meris conjecturis diſſerebant.* Et vero, tam delicata eſt Judæorum eruditio, ut etiam vel aër leviter commotus, aut pediculi morſus, vel alia tantilla interturbatio, ineptam reddere mentem poſſint, ad ei operandum. Erubin fol. 65. a. מר עוקבא ביומא דשותא לא נפיק לדינא אמר רב נחמן בר יצחק צריכא שמעתא צילותא כיומא דאסתנא אמר אביי אי אמרה לי אם קריב כותחא לא תנאי אמר רבינא אי קרצתן כינא לא תנאי מר בריה דרבינא עבדא ליה אמיה שבעה לבושי לשבעה יומי : Id eſt: *Mar Ukba, flante auſtrali vento*, (qui cœlum in nubes craſleſcere facit, ac proinde ingenii quoque aciem hebetat,) *nunquam proceſſit ad judicandum. Atque ſic R. Nachman filius Iſaaci, dixit, ſtudia, illam ſerenitatem exigere, qualis eſſe ſolet, cum ventus Aquilonaris ſpirat. Abai teſtatus eſt: Si mater mea unquam mihi dixiſſet, cedo mulctrale*, (aut horum quid ſimile exequi juſſiſſet,) *non tantos feciſſem in literis profectus. Rafina profeſſus eſt: Si momor diſſet me pediculus, non tam eruditus futurus eram. Eam ob rem, iſtius Rafinæ filio, mater, ſeptem veſtes paravit, ut ſingulis hebdomadæ diebus, alteram poſſet induere*, (& liber eſſe a pediculis.)

(27) *Patri noſtri cœleſti*] De Phraſi אבינו שבשמים vide erudite diſſerentem Lightfootum, in Hor. Talm. Matthæi VI, 10. Atenim, vereor, ut cœleſtis Pater, Judæos admodum reſpiciat, & hanc quam in ſe collocant fiduciam, gratam habeat, atque acceptam. Neque vitio hanc ſuſpicionem ſiniſtram mihi vertent Judæi, modo recolant, quæ queruntur in Berachot fol. 20. a. אנן קא מצערין נפשין ומצוח קא צווחינא ולית דמשגח בן : Id eſt: *Nos quidem, maceramus nos* (multis & diuturnis jejuniis,) *& indeſinenter* (ad cœlum) *clamamus, verum, nemo eſt, qui ad nos attendat animum.* Nimirum, quod vere, ibidem fol. 32. b. dixit R. Eleaſer: מיום שחרב בית המקדש נפסקה חומת ברזל בין ישראל לאביהם שבשמים שני ואתה בן אדם קח לך מחבת ברזל ונתתה אותה קיר ברזל בינך ובין העיר Id eſt: *A die, quo exciſum Templum eſt, Judæi ferreo muro a Patre eorum cœleſti ſejunguntur. Huc ſpectat illud* (Ezech. IV. 1. 3.) Tu igitur fili hominis, &c. accipe tibi ſartaginem ferream, quam pones pro muro ferreo, inter te, & civitatem iſtam.

(28) *Cœpere Sapientes ſimiles eſſe Scribis &c.*] Id volunt, homines indies minus minuſque ſapere, nec comparandos eſſe poſteriores Doctores, cum priſcis illis, qui Sapientiæ topantta erant. En Iſraël fol 179. col. 2. ex Schekalim Jeruſchalmi. רבי חגי בשם רבי שמואל בר נחמן הראשונים חרשו זרעו ועדרו וקצרו ועמרו ודשו וזרו וברדו וטחנו והרקידו ולשו וקטפו ואפו ואנו אין לנו פה לאכול רב אבא בר מנוח בשם רבי זעירה אם היו קדמאין מלאכים אנן בני אינש ואם היו בני אינש אנן חמרין : Id eſt: ר׳ *R. Haggai, autore R. Samuele Nachmanide, dictum fuit: Priſci majores, ararunt, ſeminarunt, eruncarunt, ſucciderunt, manipulos colligarunt, triturarunt, ventilarunt, expurgarunt, moluerunt, cribrarunt, depſuerunt, maſſæ partes abſciſſas efformarunt in panes, & denique eos in furno excoxerunt. At nobis, ne quidem os ad manducandum conceditur. R. Abba F. M. nomine R. Seeræ dicere ſolebat: Si priſci fuere Angeli, nos ſumus homines, ſed, ſi ipſi homines erant, nos ſumus aſini.* Eſt in parte poſteriore hujus dicti, ſive in illa R. Seeræ ſententia, non inelegans oppoſitio Angelorum, & Hominum, Hominum item, & pecudum ratione carentium, reſpectu Sapientiæ. Quanto enim Angeli, intellectu ſuperant Homines, tanto beſtiæ ſuperantur ab Homine. Non igitur placet illa lectio, quam Cl. Buxtorfius in Floril. Rabb. pag. 27. admiſit, quæque מלכים habet, pro מלאכים *Reges*, & *plebejos homines*, inter ſe committens. Quippe, cum hoc agere volunt Rabbini, ſemper, quantum memini, מלכים & הדיוטים nominant, nec unquam inter מלכים & אנשים fit oppoſitio. Comprehenduntur enim utique מלכים etiam ſub genere ד׳ אנשים nec magis ſibi adverſantur, quam Animal, & Homo, quæ tanquam Genus, (ut cum Dialecticis loquamur,) & Species, juxta conſiſtunt. Quin, nec ſemper Reges, plebejis ſapientiores deprehenduntur, & haud raro Heroum filii, uti noxa, ita & ſtupor merus ſunt, Bonæ contra Mentis ſoror, Paupertas eſt. Præterea, editio Talmudis Amſtelodamenſis, in ipſo illo loco Gemaræ Schabbat, quem Buxtorfius citat, מלאכים quoque legit, & errorem, quo fortaſſe alii Codices laborant, emendavit. Cæterum, ut ex diverticulo, redeam in viam, etſi ſic fere ſemper Judæi poſteriores, prioribus concedunt, & palmam iis præbent, obſervo tamen, Rabbam, & R. Papam tam immodeſtos fuiſſe, ut ſe ſuoſque Diſcipulos, priſcis Sapientibus longe ſuperiores reputaverint. Nam, de alterius in Taanit fol. 24. a. de alterius vero in Berachot fol 20. a. iiſdem quaſi verbis, proditur jactantia, ideo unum locum adduxiſſe ſufficit. רבה גזר תעניתא בעא רחמי ולא אתא מיטרא אמרי ליה והא רב יהודה בעא רחמי אתא מיטרא אמר להו מה אעביד אי משום תנויי אנן עדיפנן מינייהו דבשני דרב יהודה כולהו תנויי בנזיקין הוה ואנן קא מתנינן בשיתא סדרי וכי הוה מטי רב יהודה בעוקצין האשה שכובשת ירק בקדרה ואמרי לה זיתים שכבשן בטרפיהן טהורין אמר הויות דרב ושמואל קא חזינא הכא ואנן מתנינן בעוקצין תליסר סהיבתא : Id eſt: *Cum Rabba*, (ob ſiccitatem, quæ orbi gravis erat,) *imperaſſet jejunium, nec tamen pluiſſet, dixere illi* (mortales mœſti:) *Atqui*, (in caſu ſimili, ſolo) *R. Juda precante*, (continuo) *venit pluvia*, (at nunc, nec tuæ, nec noſtræ preces, quicquam valent.) *Reſpondit ipſe: Et quid vultis, faciam? Si eruditio quid confert, nos antiquos longe antecellimus. Ætate enim R. Judæ, omnes in uno tractatu Talmudis de Damnis, occupabantur, nos vero univerſos ſex ordines ejuſdem abſolvimus. R. Judas, cum in Maſſichta Okazim, perveniſſet ad locum:* Mulier macerans braſſicam in olla: *aut, ut alii volunt, cum perveniſſet ad locum:* Olivæ quæ cum ſuis foliis macerantur, mundæ ſunt: *exclamabat:* (Hui! ut hæc res intricata eſt!) *Offert ſeſe difficultas, quales illæ erant*, (quæ ſummos Viros,) *Raf, & Samuelem torquebant. At nos Maſſichtam Okazin, in tredecim diſcimus Scholis*, (quarum quæque, multum ab alia diverſos ſenſus, & rationes explicat.)

(29) *Paulo ante adventum Meſſiæ*] Literatiſſimus Buxtorfius, in Lex. Talm. p. 1648. verborum præſentium בעקבות משיחא חוצפא יסגא : hanc affert expoſitionem: *In calcaneis*, id eſt, *fine dierum Meſſiæ, impudentia multiplicabitur.* Non eum ſequimur, nec de tempore quo Meſſias pridem orbi dominatus eſt, (hoc enim, niſi fallor, Buxtorfio in animo fuit) ſed de eo, quod illius adventum proxime præcedit, & quo pedes quaſi ad iter ingrediendum jam promovet, locum accipimus. Nempe, hoc ſolum ſeſe intelligere, alibi explicatius Rabbini enunciant, imprimis in Sanhedrin pag. 344. 345. & 353. edit. Coccej. cui jungendus R. Elieſer in Pirke pag. 71. Non igitur male R. Salomo in Gloſſa: בעקבות המשיח בסוף הגלות לפני ביאת משיח Id eſt: *Voces illæ* עקבות המשיח (quibus Meſſiæ calcanea proprie ſignificantur,) *innuunt tempora poſtrema illius captivitatis, quæ Meſſiæ adventum præcedit.* Cæterum, eodem, quo Buxtorfius ſenſu, verba Miſchnæ noſtræ accepit quoque Chriſtianus Gerſon, in Talmude pag. 299. ubi bene multa ex Miſchna noſtra allegat, quæ junctim hic afferimus. (*Es zeuget der* Talmud in Sota) *daſſ die Leut in Zeiten* Meſſiæ *gar unverſchämt ſein werden, und viel zechen ſollen, offentliche Huren-häuſer haben, und der Wein werde theur ſein, und werde ſich niemand an eine Straffe kehren, und die gelehrten Juden, werden von einem Orth zum andern verjagt werden, und niemand wird ſich ihrer erbarmen, und daſſ der Schriftgelehrten Klugheit ſtincken, und die Gotsfurchtigkeit verachtet werden ſol, die Warheit untergedruckt, und die gelehrten Leut abnehmen. Daſſ ſich viel neue Gebot erregen ſollen, daſſ in einer Statt regnen, und in der andern nicht regnen ſol, und ſol auch Theurung und Hungersnoth, Peſtilenz und Sterben, wie auch ander Jammer und Elend im ſchwang gehen, der Sohn ſol ſeinen Vatter, und die Tochter ihre Mutter verachten, und des Menſchen Feinde ſollen ſeine Tiſchgenoſſen ſein.*

(30) *Impudentia*] Vitium quod חוצפא hoc loco appellatur, aliàs עזות פנים vocare Rabbini ſolent, unde עזי פנים & חצופים quoque, pro iiſdem habentur. Quæ, uti certa & nota ſunt, ita non exploratum mihi, an unquam nuda

vox

vox עזות *Impudentiam*, aut עז *Impudentem hominem*, ſignificent. Sane, non fuit alienus ab ea opinione, modo laudatus Buxtorfius, quippe dictum in Beza fol. 25. b. שלשה עזין הן ישראל באומות כלב בחיות תרנגול בעופות ויש אומרים אף עז בבהמות : ipſe in Florileg. p. 126. & in Lex. Talm. p. 1592. vertit: *Tres impudentes ſunt: Iſraëlita* (Judæus) *inter homines: Canis inter animalia: Gallus inter aves. Quidam dicunt, etiam Capra inter pecudes.* Enim vero, non tantum R. Salomonis Gloſſa Buxtorfio vehementer contradicit, utpote cui עזים ſunt קשים לנצח hoc eſt, *res quæ difficulter ſuperantur*, ſive *res robuſtiſſimæ*: ſed & majus præ illa Buxtorfii, in contextu Gemaræ, hæc expoſitio fundamentum habet: Ecce ſic ibi legitur: תנא משמיה דרבי מאיר מפני מה נתנה תורה לישראל מפני שהן עזין שנאמר אש דת למו ותנא דבי רבי ישמעאל אש דת למו ראויין הללו ליתן להם דת של אש איכא דאמרי דתיהם של אלו אש שאלמלא לא נתנה תורה לישראל אין כל בריה יכולה לעמוד לפניהם והיינו דרבי שמעון בן לקיש ג' עזין הם ישראל באומות כלב בחיות תרנגול בעופות יש אומר אף עז בבהמה דקה וי"א אף צלף באילנות : *Fertur, quæſitum fuiſſe ex R. Meir, quare,* (præ aliis omnibus totius orbis Nationibus,) *Judæis tradita Lex ſit?* (cumque reſpondiſſe, factum id,) *quia ſunt robuſtiſſimi,* (atque proinde exegiſſe neceſſitatem, ut illorum robur, per Legem, paululum infringeretur.) Unde S. E. (Deut. XXXIII, 2.) A dextera ejus, ignis edictalis fuit ipſis. *Verba enim*, Ignis edictalis fuit ipſis, *R. Iſmaël ſuis Auditoribus ſic exponere ſolebat*, Iſti merebantur, ut Legem igneam acciperent. *Alii efferunt*: Horum, jura ignea ſunt: *Niſi enim Lex data fuiſſet Judæis, nulla creatura coram iis potuiſſet conſiſtere. Atque huc pertinet illud R. Simeonis F. L. effatum: Tria ſunt robuſtiſſima: Judæi, inter mortales; Canis, inter beſtias terreſtres; Gallus gallinaceus, inter aves: Addunt quidam, etiam Capram ex minutis animantibus, itemque nonnulli addunt Capparim, ex fruticibus.* Hac ratione, facile cuique apparet, de Impudentia ſermonem ibi nullum eſſe, ſed omnia ad robur & fortitudinem attinere, imprimis, cum quis id de Cappari cogitat. Nec enim profecto fieri poteſt, ut de Arboribus impudentia prædicetur. Interim tamen Buxtorfius, tam ſerio perſuaſus fuit, de impudentibus locum accipiendum eſſe, ut in Lex. Talm. pag. 1920. aſſerere ſuſtinuerit, quod *Cappari apud Talmudicos adſcribatur impudentia*: Gloſſamque R. Salomonis allegans, eam habere ait: *Non novi* מה עזות *quæ impudentia ſit huic arbori*: At, ſi quæ in Gloſſa præcedunt, conferantur, conſtabit, invitæ admodum, & reluctanti, ſenſum impudentiæ tribui. Atque hinc Autor Exceptorum En Iſraël quoque, qui rationem quæ R. Salomonem circa Capparim fugerat, reperiſſe ſe arbitratus eſt, non in impudentia aliqua eam quæſivit, verum מפני שיש בו ג' מיני פירות קפריסין תלין ואביונות : *Quia* (tanta illi frutici vis ineſt,) *ut tria fructuum genera ſimul edat: Putamina, folia, baccas.* Poterat tamen ſuperſedere iſte homo, ſua explicatione, & cum R. Salomone inſcitiam potius fateri, meras enim nugas agit. Veram & unicam cauſam, quæ quoſdam Talmudicos permovit, ut Capparim in rerum robuſtarum numerum referrent, continet ſine dubio illud Plinianum l. 13. Hiſt. Nat. cap. 23. *Eſt Capparis firmioris ligni frutex.* Satis, ut opinor, comprobatum dedimus, quis dicti Talmudici in Beza genuinus ſenſus ſit. Interim, poſſet quis pro tuenda Buxtorfii expoſitione, cauſari, ſic in Rabbot fol. 157. col. 3. legi: אמר רב יקים ג' חצופים הם חציף בחיה כלב בעוף תרנגול ובאומות ישראל : Atque hic jam neceſſe eſſe, ut vertamus, prout vertit Magnus Bochartus Tom. 1. Hieroz. pag. 689. *R. Jakimi Apophthegma eſt: Tres ſunt valde impudentes, in quadrupedibus canis, in avibus gallus, & in Gentibus Iſraël.* Equidem fateor, nec ipſe verba hæc aliter interpretando tractarem, ac Vir Literatiſſimus circa ea verſatus eſt, niſi quod epiphonema, ab illo additum; *Sic confitentem reum habemus, & αὐτοκατάκριτον*; num pariter ſubjicere debeam, paululum addubitarem. Video enim poſt illud apophthegma ſtatim ſubjici in Rabbot: א"ר יצחק בר רדיפא בשם רבי אמי אתה סבור שהוא לגנאי ואינו אלא לשבחן או יהודי או צלוב : Id eſt: *Nomine R. Ammi dixit R. Iſaacus Rediphæ filius: Tu credis, iſtud dictum ad Judæorum ignominiam attinere, ſed vero pertinet ad ipſorum laudem. Aut Judæus, aut Patibulum:* Atque iſta, emolliunt nonnihil ſeveritatem ſuperioris effati, nec jam ipſos Judæos adverſus ſeſe iminitem ſententiam dixiſſe, unde amplius aſſerere poſſumus. Scilicet, ſi omnino apophthegma de Impudentia capiendum, ſaltem talem intelligere oportet, quæ cum virtute conſiſtit, & quam Græci ἄδειαν vel παῤῥησίαν non ἀναισχυντίαν vocarent. Ergo, negotium fere ad fortitudinem redit, quo etiam commentator τῶν Rabbot id pertrahere laborat. Quæ reſponſio, ſi cui pro noſtra, dicti illius ex Beza tranſlatione defendenda, minus ſatisfacit, in promptu eſt ut dicam, Gemaræ & τῶν Rabbot toto genere diverſas ſententias eſſe, nec obſtare, quo minus pro varietate proprietatum, quibus res nominatæ præditæ ſunt, variæ quoque fiant comparationes. Nam, ſic binis iſtis ſententiis, tertiam ſuperaddere licet, quæ extat in Peſachim fol. 113. b. ג' שונאים זה את זה הכלבים והתרנגולים והחברין וי"א אף הזונות וי"א אף ת"ח שבבבל : Id eſt: *Tria ſunt, quæ mutua odia exercent: Canes, Galli gallinacei, & Collegæ. His addunt aliqui Meretrices, itemque aliqui, Sapientiæ Studioſos in Babylonia.*

(31) *Augebitur*] יסגא habent Miſchnæ ſeparatæ Codices, cui ex Talmudis editionibus יסגי præferendum eſſe cenſeo.

(32) *Vinum nihilominus care vendetur*] Multi enim paſſim reperientur,

Quorum ſumma boni eſt, uncta vixiſſe patella:

quare cados ſiccabunt cum fæce.

(33) *Synagogæ convertentur in Lupanaria &c.*] Hæc, & reliqua, quæ de calamitatibus Judæos ſub adventum Meſſiæ manſuris, Miſchna queritur, videbis repeti in Sanhedrin pag. 344. & 345. edit. Coccej.

(34) *Limites Judææ deſolabuntur, &c.*] Cl. Coccejus in Sanhedrin, pag. 344. locum hunc tranſtulit: *Galilæa deſolabitur, Gabalene vaſtabitur, homines limitum oppidatim circuibunt, neque obtinget illis miſeratio.* Raymundus Martini, quibuſdam demtis, aliter in ſuo Codice legiſſe videtur, ac nos legimus, nam, part. 3. Pug. Fid. diſt. 3. cap. 16. §. 7. ſic verba concipiuntur: הגליל יחרב ואנשי הגליל יסובבו מעיר לעיר ולא יחוננו : Quæ vertit ipſe: *Galilæa deſolabitur, & viri Galilææ circuibunt de civitate in civitatem, & nemo illorum miſerebitur.* Sequatur hos, cui noſtra tranſlatio diſplicet, nec enim valde pro ea pugnamus, præcipue quando Gloſſa non auxiliatur, ſed incertos nos dimittit. Ut tamen aliquam explicationis meæ cauſam allegem, profiteor, eam inde natam eſſe, quod in Aruch fol. 30. col. 4. ex Succa ſcriptum noveram: כל ארץ ישראל קרוי גבולין לבר מירושלם : *Tota regio judaica præter Hieroſolymas* גבולין *vocatur* Atque ſecundum hæc, cum vocem הגבלן interpretationem admittere opinarer, גליל quoque ſignificativum nomen feci, non proprium. אנשי הגבול *Viros inſignes*, reddidi, quaſi qui ad metam eruditionis ac doctrinæ pervenerunt, nec habent quo ultra progrediantur.

(35) *Juvenes confundunt ora Senum*] Eſt quoque inter cætera, illud magnum infelicitatis alicujus ſeculi argumentum, ſi nulla in eo ſit,

——— *Capitis reverentia cani.*

Nam אשרי הדור שהגדולים נשמעין לקטנים *O felix ſeculum, in quo adoleſcentes, majoribus natu obediunt*; Legimus in En Iſraël ex Roſch Haſſchana Jeruſchalmi fol. 125. col. 2. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Kibbud Chach. cap. 2. זקן מופלג אע"פ שאינו חכם עומדין מפניו ואפילו תלמיד חכם אבל לא מלא קומתו אלא כדי להדרו ואפילו זקן גר להדרו בדברים ונותן יד לסומכו שני מפני שיבה תקום כל שיבה במשמע : Id eſt: *Seni grandævo, etiamſi non ſit eruditus, aſſurgendum eſt, idque facere convenit etiam Diſcipulum Sapientum, non tamen ut plane erectus conſiſtat, ſed ut paululum ſeſe attollens, corpus inclinet. Debet quoque hoc honore affici ſenex aliquis τῶν ἔξω, eique titubanti porrigenda manus eſt. Scriptum enim* (Levit. XIX, 32.) Coram canitie aſſurgito. *Quæ verba Senes omnes ſimpliciter*, (nullo gentis habito diſcrimine,) *complectuntur.*

(36) *Filius irritabit patrem &c.*] Plane hic Chriſti, de ſeſe & ſuo adventu apud Matthæum cap. X, 35. ſermo.

ἦλθον

ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς· Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ· Qui locus in Tiliano, & Munſteri (nam & hujus nunc, etſi ſero, copia facta eſt) Evangeliis Hebraicis, utrobique his iiſdem verbis, ſic redditur. כי באתי להבדיל את איש מאביו ואת הבת מאימה ואת כלה מן חמותה ואויבי איש אנשי ביתו : Crederet quis, verba iſtius tranſlationis, ex Miſchna noſtra eſſe depromta.

(37) *Nata inſuper adverſus matrem*] Suavem riſum mihi movit, Autor libri Brandſpiegel, cum ibi cap. 16. in hoc dicto, vocem באמה de *Ancilla* ipſum accepiſſe conſpicerem, turpi, in Judæo eruditionem profeſſo, errore. Nam, de Ancilla ſi ſermo eſſet אמתה non אימה dicendum fuiſſe, nemo tam leviter Hebræa literatura tinctus eſt, qui neſciat. Neque profecto aliter ſalvare potuit interpretationem inſulſiſſimam is homo, quam ut omnem locum mire turbaret, & poſteriora cum prioribus commutaret, auſu temerario. Videat mihi quis ineptias: *Das* דור *daß* משיח *ſol kommen, da werden die Jung: verſchämen den Alten ihr angeſicht, und die alten Leute müſſen aufſtehn fur junge Leut*: Ein Haustochter muſs aufſtehn für der Dienſtmeid, *und ein Schnur wird anſchreyen die Schwieger: Ein Sohn wird ſich nit ſchämen für den Vatter und Mutter: und die Leut werden* עזות *ſeyn as die Hund.*

(38) *Seculo iſti canina facies erit*] In Moëd. Katon fol. 9. a. ſimile quid enunciaturi, per *εὐφημίαν* פני שונאי דור *Vultus inimicorum ſeculi*, malunt dicere.

(39) *Pinchas ait &c.*] Quæ nunc ſequuntur, in ſolis, a Gemara ſejunctis Miſchnæ exemplaribus, offendas. Talmudis Codices non legunt hunc Soritem, niſi quod Amſtelodamenſis editio, extra orationis contextum, ſub finem Maſſichtæ eum adjecit, fecitque lectionum varietatis indicium. Mihi veriſimile fit, non eſſe hanc ſententiam propriam hujus loci, ſed ex Avoda Sara fol. 20. b. ubi ſimiliter habetur, eam ob cauſam in Miſchnæ ſeparatæ Codices transſcriptam, ne inter media male ominata infauſta verba, liber deſineret. In Talmude, quia Gemara ſequitur, eapropter, ut eadem ibi admitterentur, neceſſe non erat, cum ſic jam adverſus faſcinum ſit proſpectum. Dant vero id ſolicite operam Judæi, ut bonis verbis libri finiantur, atque in eo ſe Prophetas imitari ajunt, de quibus En Iſraël fol. 48. col. 3. ex Berachot Jeruſchalmi: כן מצינו בנביאים שהיו חותמים דבריהם בדברי שבח ותנחומים : Id eſt: *Reperimus, omnes Prophetas, libros ſuos verbis blandis & conſolatoriis obſignaſſe.* Sic, quia Maſſechet Cetubot, & ipſa parum lætum cæteroquin finem habuiſſet, ideo additur, etſi minime cum orationis contextu cohærens, exodium אמר רב חייא בר אשי אמר רב עתידין כל אילני סרק שבארץ ישראל שיטענו פירות שני כי עץ נשא פריו תאנה וגפן נתנו חילם : Id eſt: *Autore Raf, dixit R. Chaja Aſſæ filius*: (cum Meſſias aderit,) *omnes Judææ ſteriles arbores fructibus oneratæ conſpicientur.* Q.S.E. (Joëlis II, 22.) Lignum feret fructum ſuum, ficus & vitis edent vim ſuam. Dicam plura in hanc rem, in Commentario, ad lepidiſſimum feſtiviſſimumque libellum Maſſechet Purim, ſub cujus calcem legitur: אשריך מסכת פורים שנכנסת בסכלות ויצאת בזהב אשרי הסכלים הנמצאים ביום פורים. חיבה יתירה נודעת להם שהתחיל בהם. מסכת פורים אשרי מי שאין לו דעת בפורים כי הסכלות לסכלים בפורים נאה להם ונאה לעולם שכן אמר שלמה בחכמתו ולבי נוהג בחכמה ולאחוז בסכלות ולבי נוהג בחכמה בשאר ימות השנה ולאחוז בסכלות בפורים : Id eſt: O *felicem te librum, qui de* Stultitia *principium, atque de* Auro, *exitum verborum inveniſti! Beatos illos, qui ſtulti deprehenduntur in Feſto Sortium, nam iis hoc honoris conceſſum, ut exordium darent huic tractatui. Felices enim vero, qui in Feſto Sortium ratione deſtituuntur; nam Stultitia in Feſto Sortium decora eſt amentibus, & cæteris omnibus accepta. Hinc Salomo, pro Sapientia ſua de ſe fatetur,* (Eccleſ. II, 3.) Animum meum docens in Sapientia, & apprehendens ſtoliditatem. *Prius:* Animum meum docens in Sapientia, *reliquum anni tempus reſpicit. Poſterius vero:* Et apprehendens ſtoliditatem, *accipiendum eſt de Feſto Sortium.* Quod ſupereſt, non negligendum, extare quoque finalem Miſchnæ noſtræ Soritem, in Schir Haſſchirim Rabba fol. 3. col. 3. nec ſpernendam penitus eſſe ejus tranſlationem, in linguam vernaculam, quæ eſt in libro Hammuſſar p. 76. a. *Die Gemara geht, er ſagt* R. Pinchas Ben Jaïr, *einer der da lernt* תורה *der werd gewarnt, daß er* מצוה *thut, und der da gewarnt is auf die* מצוה *der werd alle Tag thun die* מצוה; *und der da eilt zu die* מצוה *der bekommt reintlichen Sinn, und reintlicher Sinn bringt zu der Heiligkeit, und die Heiligkeit bringt zu Demüthigkeit, und Demuthigkeit bringt zu Gottesfurcht, Gottesfurcht bringt zu* חסידות *und* חסידות *brengt einen zu* רוח הקודש *der* רוח הקודש *brengt ein zu* תחיית המתים.

(39) *Reſurrectio mortuorum obtingit interventu Eliæ*] Intellige non generalem illam omnium hominum, in magno & decretorio judicii die, ſed aliam, qua, qui id merentur, ſub Meſſiæ adventum in hunc orbem ſunt reverſuri, ut Regum Reges regaliores vivant. Quando tu, o felix regio Judæa: (Claud. lib. 1. de Rapt. Proſ.)

— Nullos patiere ligones,
Et nullo rigidi verſabere vomeris ictu.
Sponte tuus florebit ager, ceſſante juvenco
Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.

Sed enim vero, quia Judæi tantopere a fine triſti alicujus libri abhorrent, æquumne, ut ego in illorum ſomniis & nugis anilibus deſinam? Non id faciam, & magis eſt ut Servatoris mei verba ex Matthæi XVII, 11. 12. Notarum agmen claudant:

Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε.

Finis tractatus de Uxore adulterii ſuſpectæ.

מסכת גיטין

Tractatus de Divortiis.

פרק א המביא גט ממדינת הים צריך שיאמר בפני נכתב ובפני נחתם רבן גמליאל אומר אף המביא מן הרקם ומן החגר רבי אליעזר אומר אפילו מכפר לודים ללוד וחכמים אומרים אינו צריך שיאמר בפני נכתב ובפני נחתם אלא המביא ממדינת הים והמוליך והמביא ממדינה למדינת במדינת הים צריך שיאמר בפני נכתב ובפני נחתם רבן שמעון בן גמליאל אומר אפילו מהגמוניא להגמוניא :

Caput 1. Si quis adduxerit divortium e loco tranſmaritimo, neceſſe eſt ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt.* Rabban Gamaliel dicit, etiam ſi quis adduxerit a Rakam & Hagar. R. Clieſer dicit, etiamſi a pago Ludim ferat ad Lud. Sapientes dicunt, non eſt neceſſe ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt*; at ſi quis adduxerit e loco tranſmaritimo, & deduxerit e provincia in provinciam in locum tranſmaritimum, neceſſe eſt ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt.* Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiamſi ab *ἡγεμονία* ad *ἡγεμονίαν.*

R. OB. DE BARTENORA.

מדינות הים *Loca tranſmaritima*, ſic vocantur omnes regiones extra terram Iſraëlis. Neceſſarium vero eſt ut de libello repudii teſtetur, dicendo, בפני נכתב ובפני נחתם *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, nonnulli dicunt rationem eſſe, eo quod ii qui extra terram Iſraëlis habitant, non ſunt filii Legis ſive Iſraëlitæ docti, ideoque neſciunt quod neceſſarium eſt ut libellus repudii conſcribatur in nomine illius uxoris, idcirco dicet legatus, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, & ideo rogamus eum an revera in nomine mulieris illius conſcriptus ſit, ut reſpondeat, *ita.* Alii dicunt rationem eſſe, quia tum non erant ordinaria peregrinantium præſidia ab illo ad hunc locum, & ſi maritus venerit, ac contradixerit illi, dicendo, *non ſcripſi ipſum, ut eſſent teſtes qui cognoſcerent ſigillum teſtium libelli repudii.* Sapientes autem fecerunt ut legatus fide dignus haberetur, perinde ac ſi duo eſſent teſtes, quomodo fiet ut denuo non valeat contradictio mariti.

מן הרקם ומן החגר *A Rakam & a Chagar*, ſic ad Gen. 16, 14. בין קדש ובין ברד Targum interpretatur בין רקם ובין חגרא *inter Rakam & Chagra.* מכפר לודים *a pago Ludim*, qui eſt locus extra terram Iſraëlis ללוד *ad Lud*, qui confinis eſt terræ Iſraëlis, ejuſque pars. מהגמוניא להגמוניא *a præfectura ad præfecturam*, in una civitate, quarum una æmulatur alteram.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הגמוניא *ἡγεμονία* eſt idem quod פקידות *epiſcopatus*; præterea dicit, quod, etiamſi divortium in eodem territorio adduxerit ab una præfectura ad aliam, neceſſe eſt ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, coram me obſignatum eſt.* Deciſio juris eſt, quod, ſi quis divortium adduxerit extra terram Iſraëlis, imo etiam ex terra Iſraëlis, aut ſi adduxerit e loco extra terram Iſraëlis, imo etiam ad terram Iſraëlis, ſi conſtiterit nobis de obſignatione teſtium illius, & in ſenatu confirmatum fuerit, uti expoſitum eſt capite ſecundo tractatus Cetubhot, divortium eſt legitimum, & traditur a Senatu. Nam non requiritur ut alia nobis conſtent de eo qui adduxit divortium, præterquam quod erat legatus. Cæterum ſi non conſtiterit de obſignatione teſtium, omnino neceſſarium eſt ut is qui divortium adduxit, dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt*; dabitur ergo mulieri duobus teſtibus præſentibus, & tum expelletur, dummodo ambo divortium legerint, & deinde mulieri dederint.

SURENHUSIUS. Divortium in Sacris vocatur ספר כריתות *Libellus Reſciſſionis*, quia eſt quaſi conjugii ſciſſio. De illius inſtitutione ita Moſes ab initio capitis viceſimi quarti Deuteronomii כי יקח איש אשה ובעלה והיה אם לא תמצא חן בעיניו כי מצא ערות דבר וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה ושלחה מביתו : ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר : ושנאה האיש האחרון וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה ושלחה מביתו או כי ימות האיש האחרון אשר לקחה לו לאשה : לא יוכל בעלה הראשון אשר שלחה לשוב לקחתה להיות לו לאשה אחרי אשר הוטמאה כי תועבה היא לפני יהוה ולא תחטיא את הארץ אשר יהוה אלהיך נתן לך נחלה : Id eſt, *ſi quis duxerit uxorem, & cum illa rem habuerit, at illa poſtea non invenerit gratiam in oculis ipſius, quia aliquid fœdi in illa invenit, & conſcripſerit ei libellum reſciſſionis dederitque in manum, atque illam domo expulerit. Tum illa exibit e domicilio ipſius, & fiet alterius viri. Cumque ipſam odio proſecutus fuerit vir ultimus, conſcripſerit ei libellum reſciſſionis, & in manum illius dederit, domoque expulerit ſua; vel ſi mortuus fuerit vir iſte ultimus, qui eam ſumpſerat in uxorem. Tum vir illius prior qui eam dimiſit, non poterit eam denuo in uxorem ducere, poſtquam illa polluta fuerit; nam illa Domino abominatio eſt, ne peccatum induxeris in terram quam tibi dat Dominus Deus tuus in poſſeſſionem.*

Cæterum in lingua Miſnica divortium vocatur גט, quid autem ſit גט, docet nos Maimonides in principio Hilchot Geruſchin, אין האשה מתגרשת אלא בכתב שיגיע לה וכתב זה הוא הנקרא גט *Uxor non expellitur niſi ope alicujus ſcripti quod ad manus illius pertigerit, atque hoc ſcriptum vocatur* גט.

Porro juxta ipſum decem ſunt res dictæ עקר הגרושין *fundamentum expulſionis*, omnes e Lege petitæ, ſuntque hæ ſequentes. (1) Ne quiſquam expellat uxorem ſuam niſi volens. (2) Ut illam expellat ope ſcripti, non ope alius rei. (3) Ut ſcripti iſtius argumentum ſit quod illam expellit, & removet e poſſeſſione ſua. (4) Ut ſenſus ejuſdem ſit iſtiusmodi, ut omnia inter ipſum & ipſam reſcindat. (5) Ut conſcriptum ſit in nomine uxoris. (6) Ne poſt ſcriptionem illius quid reſtet amplius, præterquam ut uxori tradatur. (7) Ut uxori tradatur divortium. (8) Ut traditio iſta fiat teſtibus præſentibus. (9) Ut maritus divortium tradat uxori ſuæ juxta ritum Legalem. (10) Ut traditio fiat per ipſum maritum, vel per miniſtrum ipſius.

Reliquæ vero divortii conditiones, ſunt temporis teſtium conſignatio, & ſimilia, quæ omnia ſunt ex inſtitutis Sapientum. Quod autem hæ decem conditiones omnes e Lege petitæ ſint, probatur, nam ex eo quod dicitur, *& fiet ſi non invenerit gratiam in oculis illius, ſcribet ei libellum reſciſſionis, & dabit in manum illius atque e domicilio ſuo expellet*, colligitur quod maritus volens dimittat uxorem ſuam, ſi vero nolens eam dimiſerit, non cenſetur expulſa; ſed uxor nolens & volens dimitti poteſt. Quod ope ſcripti dimittenda ſit, colligitur ex eo quod dicitur, וכתב *& ſcribet.* Et ex eo quod dicitur לה *ei*, probatur quod divortium in nomine uxoris conſcribi debeat. Hic ספר כריתות *libellus reſciſſionis* reſcindit inter maritum & uxorem, ne marito ulla in uxorem reliqua ſit poteſtas; cæteroquin nondum expulſa. Ex eo quod dicitur ונתן בידה *& dabit in manum illius*, probatur quod uxor non prius expulſa ſit quam maritus divortium dederit in manum illius, vel in manum ſervi illius, qui eſt in manu, id eſt in poteſtate illius. Et ex eo quod dicitur ושלחה *& dimittet eam*, elicitur quod libelli

repu-

repudii ſenſus eſſe debeat, quod maritus ſit is qui uxorem dimittat, non quod ſeipſum dimittat ab ea. Cæterum quod Lex dicit, ושלחה מביתו *& dimittet eam e domo*, id non probat quod divortium non perfectum ſit niſi donec e domo mariti exierit, verum quando divortium pervenerit ad manus uxoris, licet illa adhuc ſit in domo mariti; nam illud ושלחה *& dimiſerit eam*, intelligendum eſt quod uxorem quidem a ſe dimiſit, ſed non domo eduxit, perinde ac ſi divortium revocaſſet; idcirco libellus repudii ſecundus requiritur. Et id quod dicitur, nulla actio amplius reſtare debet poſt libelli repudii conſcriptionem, probatur ex eo quod ſcriptum eſt וכתב ונתן *& ſcripſerit ac dederit*; is igitur verus repudii libellus cui nihil deeſt præter ſcriptionem & dationem, excepto ejuſmodi qui nodo caret poſt ſcriptionem; idcirco, ſi conſcripſerit divortii argumentum in vaccæ cornu, ſimul & vaccam uxori donet; nam ſi cornu exciderit poſt ſcriptionem, idque ei dederit, non eſt divortium rectum. Quod autem repudii libellus ſpeciatim Lege dimiſſionis uxori tradendus ſit, probatur ex eo quod dicitur ספר כריתות *libellus reſciſſionis*, tradatur ergo ex Lege libelli reſciſſionis. Verum ſi ea tradiderit Lege, quod ſit libellus debiti, aut Mezuzæ, vel illi dormienti tradiderit in manum, tum non eſt rectus repudii libellus. Sin autem teſtibus dixerit, videte libellum divortii quem ego do uxori meæ, & poſtea illi dixerit, collige hunc repudii libellum, iſte eſt legitimus; quia teſtibus indicaverat ſe illum tradidiſſe Lege dimiſſionis; & quod dixerat ei, libellus debiti, id rectum erat, eo quod ipſum pudebat uxoris ſuæ.

Quod denique coram teſtibus libellus repudii uxori tradendus ſit, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 17, 6. על פי שנים עדים או שלשה יקום דבר ſed non requiritur ut uxor hoc ipſo die habeatur inceſta, & mortis condemnetur per Synedrium ſi quis concubuerit cum illa, cum poſtero die irrita fiat ſine teſtibus; idcirco, ſi maritus libellum repudii in loco ſolo tradiderit uxori ſuæ, imo licet uno teſte præſenti, nullatenus repudii libellus haberi poſſit. Sed hoc ita intelligendum eſt, ſi repudii libellus a Scriba conſcriptus ſit; verum ſi ipſe maritus eum conſcripſerit, & unus teſtis duntaxat in illo ſignaverit, & ita uxori tradiderit, tum libellus repudii illegitimus habeatur.

Porro inſtituerunt Sapientes ut teſtes ſignarent ſuper libello repudii, ne maritus eum tradat coram duobus, atque hi moriantur, & libellus repudii nullius momenti fiat pro uxore. Propterea denuo conſtituerunt ut teſtes intra illum conſignarent. Et quamvis teſtium nomina in eo conſignata ſint, tamen maritus eum tradat uxori coram duobus teſtibus, ſive ſint ii quorum nomina conſignata ſint in eo, ſive alii duo, quia fundamentum expulſionis eſt ut ea fiat per teſtes libelli traditi

Formula libellorum repudii in terra Iſraëlis uſitatorum hæc ſit juxta Maimonidem in Hilchot Geruſchin capite quarto, additis a nobis nominibus propriis: בכך בשבת בכך
וכן לירח פלונית בשנת כן כך ליצירה או לשטרות למניינא
דרגילנא למימני בה הכא במקום פלוני איך אנא אברהם בר דוד
דמסקום פלוני וכל שום אחרן וחניכה ראית לי ולאבהתי ולאתרי
ולאתריהן דאבהתי צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ופטרית
ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי אנת רבקא בת ראובן דמכהא פלונית
וכל שום אחרן וחניכא ראית ליכי ולאבהתיכי ולאתריכי ולאתריהן
דאבהתיכי די הוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית ותרוכית
יתיכי ליכי דיתהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל
גבר דית צביין ואינש לא ימחה בידיכי מן שמי מן יומא דנן
ולעולם והריאת מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין
וגט פטורין ואגרת שבוקין כדת משה וישראל :

יוחנן בן צדוק
אליעזר בן יעקב

Hæc ita Latine reddimus: *Hoc die ſeptimanæ, qui dies eſt hic ille menſis hujus, anno hoc illo vel a mundo conſtituto, vel ab epocha contractuum ſecundum iſtam computandi rationem, quam hic loci obſervare ſolemus. Ego Abraham filius Davidis ex loco N. ut ſi quod aliud nomen aut cognomen mihi, parentibuſque meis, & ſedi meæ, atque parentum meorum ſedibus, inclinatione voluntatis, nulla adhibita vi aſſero, mitto, repudio te Rebbeccam filiam Rubenis, quæ es ex loco N. & ſi quid aliud nomen & cognomen tibi, parentibuſque tuis, ſedi tuæ, aut parentum tuorum ſedibus, quæ fuiſti antehac uxor mea, nunc aſſero, mitto, repudio, ut in tua poteſtate, & tui juris ſis deinceps, & nubas cuicunque viſum fuerit viro, nec quiſquam te meis verbis impediat ab hoc uſque die in poſterum: En tu licita ſis cunctis viris. Hic tibi ſit a me libellus repudii, libertatis aſſertio, divortii literæ ſecundum Legem Moſis, & Iſraëlitarum.*

Jochanan filius Zadoci, teſtis.
blieſer filius Jacobi, teſtis.

Poſtquam populus Iſraëliticus Babylonem captivus reductus fuiſſet, atque illic Chaldæorum linguam addidiciſſet, in commodum plebis Sapientes permiſerunt libellum repudii Chaldæis literis conſignari; & abhinc conſuetudo obtinuit ut illa ubique terrarum ab Iſraëlitis in lingua Chaldæa conſcribatur, licet etiam fas ſit eandem in omni conſcribere lingua. De peculiari vocum & literarum deficientium ac reſiduarum in hocce libello conſignatione, ut & aliis bene multis ſumma cura obſervandis, videſis tabulam quam huic tractatui ſubjunximus, in qua de omnibus minutiis accurate diſſeruimus.

ב רבי יהודה אומר מרקם למזרח ורקם כמזרח
מאשקלון לדרום ואשקלון כדרום מעכו לצפון ועכו
כצפון רבי מאיר אומר עכו כארץ ישראל לגיטין :

2. R. Jehuda dicit, inde a Rakam ad orientem, at Rakam eſt inſtar orientis. Inde ab Askelon ad meridiem, at Askelon eſt inſtar meridiei. Inde ab Acho ad ſeptentrionem, at Acho eſt inſtar ſeptentrionis. R. Meyr dicit, Acho eſt inſtar terræ Iſraëlis quod ad divortium attinet.

R. OB. DE BARTENORA.

מרקם למזרח *A Rakam ad orientem*, a Rakam uſque ad finem mundi ad orientem, vocatur *extra terram Iſraëlis*, & Rakam ipſum habetur ut plaga mundi orientalis, & non ut ipſa terra Iſraëlis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Terminus hic qui determinat loca, cum in finem poſitus eſt, ut nos certiores reddat de locis, in quibus neceſſe eſt ut dicat de libello repudii, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*; ideo indicantur loca quæ ſunt in fine terræ Iſraëlis, attamen non pertinent ad terram Iſraëlis; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ג המביא גט בארץ ישראל אינו צריך שיאמר
בפני נכתב ובפני נחתם אם יש עליו עוררים
יתקיים בחותמיו המביא גט ממדינת הים ואינו
יכול לומר בפני נכתב ובפני נחתם אם יש עליו
עדים יתקיים בחותמיו :

3. Si quis adduxerit divortium in terra Iſraëlis, non eſt neceſſe ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt*. Si qui illi contradixerint, confirmatur tamen res ex teſtibus ſignatis ſuis. Si quis divortium adduxerit ex loco tranſmaritimo, & dicere non potuerit, *coram me ſcriptum eſt, coram me obſignatum eſt*. Si illius teſtes fuerint, confirmatur teſtibus ſuis ſubſcriptis.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יש עליו עוררים *Si qui illi contradixerint*, ſi maritus dixerit divortium eſſe fictitium. יתקיים בחותמיו *confirmatur ſigillis ſuis*, ſi teſtes teſtati fuerint de ſigillo manuum eorum, aut alii teſtes cognoverint ſigilla, legitimum eſt divortium. Hoc autem tempore, ſi quis adduxerit divortium, ſive in terra Iſraëlis, ſive extra terram Iſraëlis, neceſſe eſt ut illud det uxori coram duobus teſtibus, & dicat, *coram me ſcriptum eſt, coram me obſignatum eſt*. Cæterum ſi ſigillum teſtium cognitum fuerit in loco ubi datum eſt divortium, & confirmetur divortium cum ſigillis ſuis, non eſt neceſſe ut dicat, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt*. ואינו יכול לומר *& dicere non poterit*, ut, ſi illi datum fuerit divortium dum auditu pollebat, & antequam dixiſſet, *coram me ſcriptum eſt, & coram me obſignatum eſt*, ſurdus factus fuiſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עוררין *Contradicenter*, vult dicere, ſi maritus obmurmuraverit, dicens, ego non repudiavi eam, & divortium hoc fictitium eſt, nam ego non ſcripſi illud; aut illud conatur irritum facere per aliquos abrogationis modos; nihilominus hoc modo ſe extricare non poterit maritus. Nam fundamentum nobis eſt, quod *contradictio non valet quæ fit a minoribus quam duobus*, propterea, ſi fuerint duo qui contradixerint divortio, & illud pronunciarint illegitimum, non procedit confirmatio, eo quod ab utraque parte duo ſunt, & fœmina manet in poſſeſſione qua frui ſolet uxor maritata. אינו יכול לומר *dicere nequit*, quia contigit illi novum quid quo impeditur talia dicere.

ד אחד גיטי נשים ואחד שחרורי עבדים שוין למוליך ולמביא זו אחד מן הדרכים ששוו גיטי נשים לשחרורי עבדים :

4. Tam libelli repudii mulierum, quam libelli donatæ libertatis ſervorum, æquales ſunt pro eo qui defert, & pro eo qui adfert. Et hic eſt unus e modis in quo libelli repudii mulierum ſunt æquales libellis manumiſſorum ſervorum.

R. OB. DE BARTENORA.

שוין למוליך ולמביא *Æquales ſunt ei qui defert, & ei qui adfert*, in eo quod dicitur, *coram me ſcriptum eſt; & coram me obſignatum eſt divortium.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Miſna, quod omnis qui adduxerit libellum manumiſſi ſervi in terra Iſraëlis, non tenetur dicere, *coram me ſcriptus eſt, coram me obſignatus eſt.* Cæterum ſi adduxerit eum in loco extra terram Iſraëlis, aut e loco extra terram Iſraëlis ad terram Iſraëlis, neceſſe eſt ut dicat, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, & non eſt neceſſaria confirmatio, nam ſervus cum hoc libello libertatis donatur libertate, quemadmodum mulieres cum libello repudii. Eodem quoque modo ſe res habet cum eo qui idoneus eſt ad adducendum libellum repudii, ut etiam idoneus ſit ut adducat libellum libertatis, nimirum, ut ſervus æque libertate donetur, ac mulier a marito ſeparetur. Sic etiam neceſſe eſt ut ſervo in manum detur libellus donatæ libertatis, aut legitimè acquirat eam, uti exponetur.

ה כל גט שיש עליו עד כותי פסול חוץ מגיטי נשים ושחרורי עבדים מעשה שהביאו לפני רבן גמליאל לכפר עותנאי גט אשה והיו עדיו עדי כותים והכשיר כל השטרות העולים בערכאות של עכו״ם אף על פי שחותמיהם עכו״ם כשרים חוץ מגיטי נשים ושחרורי עבדים רבי שמעון אומר אף אלו כשרין לא הוזכרו אלא בזמן שנעשו בהדיוט :

5. Quicunque repudii libellus continet teſtem Cuthæum, illegitimus eſt, exceptis repudii libellis mulierum, & libellis donatæ libertatis ſervorum. Factum eſt ut coram Rabban Gamaliele ad pagum Otnay adduxerint libellum repudii mulieris, & teſtes illius fuerint Cuthæi, & nihilominus legitimos pronunciaverit omnes libellos in tribunalibus gentilium rite perfectos, etſi teſtes eorum ſignati eſſent gentiles; exceptis mulierum repudii libellis, & libellis donatæ libertatis ſervorum. R. Schimeon dicit, etiam hi ſunt legitimi, at hoc non dictum ſit niſi quando per idiotam confecti fuerint.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מגיטי נשים *Exceptis libellis repudii mulierum*, ſi libelli teſtis unus fuerit Cuthæus, legitimus eſt, at ſi duo fuerint Cuthæi, illegitimus eſt juxta doctorem primum etiam libellus repudii mulierum. Rabban Gamaliel autem ſic hoc caſu fecit, ut libellum repudii mulierum pronuntiaverit legitimum, duobus licet teſtibus Cuthæis. Quando vero de Cuthæis decretum eſt quod habendi ſunt ut idololatræ in omnibus rebus, tam libellus repudii mulierum, quam cæteri libelli illegitimi ſunt, etſi unus tantummodo teſtis ſit Cuthæus.

בערכאות של גוים *In tribunalibus gentilium*, quando teſtati fuerint teſtes coram tribunali judicis; ſed hoc intelligendum eſt quando nobis conſtat quod ille judex & illi teſtes non recipiunt munus, & in libellis accepti & expenſi, nec non in libellis mutui tantum, quando teſtes viderunt quod pecunia ſoluta eſt. Cæterum libelli confeſſionum, & libelli repudii, nec non acta ſenatus, & ſimiles libelli, omnes ſunt illegitimi, quando in tribunalibus gentilium confecti fuerint; ſed R. Simeon legitimos dicit.

לא הוזכרו אלא בזמן שנעשו בהדיוט *Non dictum eſt niſi quando*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Doctor primus tantum ejuſmodi libellum pronunciat legitimum, quando illius teſtis unus eſt Cuthæus, alter vero Iſraëlita. Rabban Gamaliel dicit, etiamſi ambo teſtes ſint Cuthæi, tamen legitimi ſunt in libellis repudii mulierum; ſed is fecit hoc caſu quodam, uti monet Miſna. Et hæc omnia intelligenda ſunt prout tum erat conditio temporum. Cæterum jam tibi dixi quod præterito deinde tempore decreverunt Sapientes de Cuthæis, quod in omnibus rebus habendi ſunt idololatræ, uti expoſitum eſt in Berachot.

בערכאות של גוים *In tribunalibus gentilium*, puta conſiſtoria judiciorum illorum, ſi igitur libellus confirmatus fuerit in tribunali eorum cum teſtimoniis id ipſum teſtantibus coram judice, tum legitimus habetur. Verum ſub ea conditione ut conſtet Iſraëli quod hi teſtes & hic judex non recipiunt munera; ſic etiam ut contineatur in libello quod teſtes viderunt nummos eſſe ſolutos. Et hoc licitum eſt in libellis accepti & expenſi, ac mutui, ſed libelli repudii mulierum, ſimileſque libelli qui continent acta ſenatus, in affirmationibus & negationibus, non valent teſtimonia gentilium quocunque modo id fiat. R. Schimeon,

le-

ברביעי בשבת באחד עשר יום לירח כסלו שנת חמשת אלפים וארבע מאות וחמשים וארבע
לבריאת עולם למנין שאנו מונין כאן במתא אמשטרדם דמתקריא אמשטילרדם דיתבא על כיף ימא
המכונה ט״יא ועל נהר אמשטיל אנא אברהם בן בנימין המכונה זאלף הכהן העומד היום במתא
אמשטרדם דמתקריא אמשטילרדם דיתבא על כיף ימא המכונה ט״יא ועל נהר אמשטיל וכל שום וחניכה
דאית לי ולאבהתי ולמקומי ולמקום אבהתי צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ושבקית ופטרית ותרוכית
יתיכי ליכי אנת אנתתי רבקה בת יונה הלוי העומדת היום במתא אמשטרדם דמתקריא אמשטילרדם
דיתבא על כיף ימא המכונה ט״יא ועל נהר אמשטיל וכל שום וחניכה דאית ליכי ולאבהתיכי ולמקומיכי
ולמקום אבהתיכי דהוית אנתתי מן קדמת דנא וכדן פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי
דיתיהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר
דיתצביין ואנש לא ימחא בידיכי מן יומא דנן ולעלם והרי את מותרת לכל אדם
ודין די יהוי ליכי מנאי ספר תירוכין ואגרת שבוקין וגט פטורין
כדת משה וישראל

שאלתיאל בן פלטיאל עד
קלונימוס בן גבריאל עד

AD
TABULAM
De Libello Repudii Animadverſiones.

CUm tanta in repudii libellis conſignandis apud Hebræos cura adhibenda ſit, totieſque illius materiæ in Sacris & profanis mentio fiat, rem utilem & jucundam præſtitiſſe putamus, ſi hoc loco Chriſtiano lectori cui ejuſmodi libellos more antiquo exaratos conſpicere, raro admodum contingere ſolet, exemplar aliquod nitidiſſime a Judæo æri inciſum ob oculos poneremus, ejuſdemque rationes omnes rite exponeremus. Hæc itaque hujus libelli verſio ſit: QUARTO HEBDOMADIS UNDECIMO DIE MENSIS CISLEV, ANNO QUINQUIES MILLESIMO, QUADRINGENTESIMO, ET QUINQUAGESIMO QUARTO A CREATIONE MUNDI, SECUNDUM EPOCHAM QUAM NOS HIC SEQUIMUR IN URBE AMSTERDAMO, QUÆ VOCATUR AMSTELREDAMUM, AD SINUM MARIS SITA QUI VOCATUR TAYA, ET AD FLUVIUM AMSTEL; EGO ABRAHAM BENJAMINIS FILIUS QUI COGNOMINATUR WOLPHIUS SACERDOS, ET HODIE COMMORATUR IN URBE AMSTERDAMO QUÆ VOCATUR AMSTELREDAMUM AD SINUM MARIS TAYA DICTUM, ET AD FLUVIUM AMSTEL, VEL SI QUOD ALIUD NOMEN VEL COGNOMEN MIHI, PARENTIBUSQUE, SEDI MEÆ, ATQUE PARENTUM MEORUM SEDIBUS, INCLINATIONE VOLUNTATIS, NULLA VI ADHIBITA ASSERO, DERELINQUO, MITTO, REPUDIO TE UXOREM MEAM REBECCAM, FILIAM JONÆ LEVITÆ, HODIE IN URBE AMSTERDAMO, DICTO AMSTELREDAMO AD SINUM MARIS TAYA DICTUM, ET AD FLUVIUM AMSTEL, ET SI QUOD ALIUD NOMEN AUT COGNOMEN TIBI, PARENTIBUSQUE TUIS, SEDI TUÆ, AUT SEDIBUS PARENTUM TUORUM, QUÆ FUISTI ANTEHAC UXOR MEA, NUNC DIMITTO, DERELINQUO, REPUDIO, UT IN TUA POTESTATE, TUIQUE JURIS SIS DEINCEPS, & NUBAS CUICUNQUE VOLUERIS VIRO, NEC QUISQUAM TE MEIS VERBIS IMPEDIAT AB HOC USQUE DIE IN POSTERUM; ECCE TU CUNCTIS VIRIS PERMISSA SIS. HIC TIBI SIT A ME LIBELLUS REPUDII, LIBERTATIS ASSERTIO, DIVORTII LITERÆ SECUNDUM LEGEM MOYSIS ET ISRAELITARUM.

SEALTIEL FILIUS PALTIEL TESTIS
CALONIMUS FILIUS GABRIEL TESTIS.

Jam tempus erit hujuſce libelli argumentum ad ſingulas voces enucleandi, ut ipſa phraſeologiæ vis recte percipiatur. Scribit itaque ab initio ברביעי *quarto* ſcilicet die, nam ita omnes hebdomadis dies enumerant juxta numerum, & non juxta cognomina illorum; & hæc vox duplici *Jod* ſcribenda eſt. בשבת *in ſeptimana*, ſed non ſcribendum eſt לשבת, id eſt, *a Sabbato*, ſicuti ſtatim dicit לירח *a menſe*, ſive, *a novilunio*, quia tum a ſabbato fieret initium temporis & ad ſequentem ſeptimanam pertinere videretur. באחד עשר יום *undecimo die*, ad verbum, *in uno decimo die*, numerus enim ſingularis debet præcedere pluralem; præterea באחד *in uno* ſcribitur pro בראשון *in primo*, quia in hoc imitantur veterem computandi morem quem Moſes præſcripſit in principio libri Geneſios, ubi יום אחד *dies unus* dicit pro יום ראשון *dies primus*, quia tum temporis a primo die ad reliquos nulla erat relatio. לירח *a menſe*, ſive *a luna*, quia Deut. 33, 14. dicitur גרש ירחים *expulſio noviluniorum*. Cum in aliis libellis מחדש ſcribere ſoleant. כסלו *menſis*, vox כסלו ſignanda eſt defective, abſque Jod, tam poſt literam Caph quam poſt Lamed, quia hac ſignatura occurrit apud prophetam Sachariam & Nehemiam. שנת חמשת אלפים וארבע מאות וחמשים וארבע לבריאת עולם *anno quinquies milleſimo, quadringenteſimo, & quinquageſimo quarto a creatione mundi*, nam ſi ſcriba tranſiliverit iſta verba, *a creatione mundi*, vel numerum millenarium, vel centenarium omiſerit, & numerum minorem tantum ſcripſerit, tamen eſt legitimus. Inſuper vox לבריאת ſine Vau poſt Aleph ſcribenda eſt; attamen ſi ſcripſerit לבריאות, libellus non fit ineptus. עולם *mundi*, ſed non ſcribendum עלמא quod Chaldæis idem notat, ne auditor vocem iſtam confundat cum עלמה *puella*; libellus tamen non factus eſt illegitimus, ſi ita ſcripſerit. למנין *ſecundum epocham*, ita ſcribendum eſt cum uno Jod, ne confundatur cum מניין *unde*. שאנו *quam nos*, ſi vero omiſerit literam Schin, tamen libellus legitimus habeatur. מנין *numeramus*, ita ſcribendum eſt abſque Vau; fuerunt autem qui addiderunt vocem בו, ſed hi improbati ſunt. כאן *hic*, ita ſcribunt ut eo oſtendant quod illis permiſſum eſt conſignare tempus a creatione mundi, cum Judæi nonnullas incolunt regiones in quibus alium computum ſequi debent. במתא *in loco*, ita in genere ſcribunt, ut hac voce includatur tam urbs muro cincta, quam non muro cincta: quamvis etiam aliquando במדינה *in provincia* ſcribere ſoleant. אמשטרדם *Amſterdam*, ita locum prius deſignare ſolent nomine ſuo magis noto & vulgari ſecundum communiorem loquendi conſuetudinem, & poſtea ſubjungere aliud nomen minus notum, ad omnem amphiboliam tollendam, cujus in hocce libello in primis ratio habenda eſt, idcirco ſtatim ſubjungit ודמתקריא אמשטילרדם *quæ vocatur Amſtilredam*; præterquam quod Judæi in una vel altera ſyllaba levem pronunciationis differentiam admittere ſolent, quia ipſis religio eſt in omni lingua exotica balbutire, ut ſe ab aliis gentibus diſtinguant. In aliquibus locis ſcribunt מתקרי quod idem ſonat. דיתבא על כיף ימא דמכונה טייא ועל נהר אמשטיל *quæ ſedet ad ſinum maris qui vocatur Taya (Ty) & ad fluvium Amſtil*, hujus utriuſque loci meminit quia uterque ad urbis circumferentiam pertinet, ſi enim linea ducatur rotunda, fluvius T'Y intra eam continetur; Hebræi namque id ad urbem pertinere putant quod in circulo circum eam ducto, comprehenditur, quemadmodum oſtendimus in tabulis noſtris ad tractatum Eruvin, ubi de ſuburbiis agitur. אנא אברהם בן בנימין המכונה וואלף הכהן *ego Abraham filius Benjaminis qui cognominatur Wolphius ſacerdos*, ita ſcribendum אנא *ego* duntaxat, & non איך אנא *quomodo ego*, quemadmodum in libellis contractuum ſcribunt. Præterea nomen, cognomen, & tribus ſimul ſubjungitur, primum nomen Benjaminis avitum vel a majoribus acceptum eſt, & quodammodo in familia iſta ſanctum eſt, alterum vero ſive cognomen *Wolphii* eſt profanum, ut hoc cognomine ab alio Benjamine ſecernatur; tertium nomen adjungitur e genere ſacerdotali, licet enim Judæis non conſtet e quanam quiſque ſit

tri-

tribu, nihilominus tamen de Levitica & ſacerdotali conſtat, quia olim hoc in more poſitum fuit, ut ſacerdotis filius vocaretur ſacerdos, & Levitæ filius, Levita, quibus ad ſacra accedendi poteſtas eſt. העומד היום *qui conſiſtit hodie*, in aliquibus exemplaribus additur כאן *hic*, ſed hoc a plurimis ut ſuperfluum rejicitur. וכל שום וחניכה ראית לי ולאבהתי ולמקומי ולמקום אבהתי *& omne nomen ac cognomen quod patri meo, loco meo, & loco patris mei ſit*, hæc iterum adduntur ad omnem nominum confuſionem tollendam. Notandum eſt quod nonnulli hæc verba ponere ſolent ante העומד היום de quibus multis agit auctor infra allegatus, quæ hic perſequi non eſt loci. צביתי בלא אניסנא *volens ex beneplacito animæ meæ*, ברעות נפשי *ſine vi*, ſi vero ſcripſerit בדלא אנוס *non coactus*, legitimus tamen eſt libellus: requiritur etiam ut hæc verba in eadem linea occurrant, ſi vero imprudens aliter ſcripſerit, non ideo inutilis eſt libellus. ושבקית ופטרית ותרוכית *dejero, dimitto, repudio*, hæc tria verba iſto ordine conſcribenda ſunt prima vice; ſecunda vero hoc, פטרית ושבקית ותרוכית tertia hoc ordine תרוכית ושבקית ופטרית quæmadmodum ex hoc ſchemate liquet, ſin autem hunc ordinem non ſtricte obſervaverit, libellus tamen rectus eſt. יתיכי *te*, cum tribus Jodin. ליכי *pro te*, cum duobus Jodin plerumque ſcribitur, quamvis varia exemplaria habeant cum uno Jod. אנת אנתתי *te uxorem meam*, aliquot auctores pro אנתתי legunt פלונית, communior tamen multo eſt ſcriptio אנתתי utpote & ſignificantior. רבקה בת יונה הלוי *Rebeccam filiam Jonæ, Levitæ*, de triplici hocce nomine jam egimus ſuperius, ubi de nomine viri. העומדת היום *qui conſiſtis hodie*, ita ſcribunt quando uxor ipſa adeſt; at ſi cum uxore alieno in loco commoranti divortium faciat vir, hæc omittuntur. דהוית *quæ fuiſti*, in aliquibus exemplaribus ſcribitur די הוית duabus vocibus, ſenſus eodem redit, & phraſeologia utraque viget. מן קדמת דנא *antehac*, ſi vero ſcriba hæc verba omiſerit, nihilominus tamen repudii libellus habeatur legitimus. כען *nunc*, litera Vau hic majuſcula depingitur ne putetur eſſe Jod, & conficere vocem כעי; inſuper neque nimium deorſim extendenda eſt, ne ſimulis ſit Nun finali: imo licet Vau omiſſa ſit, libellus ideo non ſit illegitimus. די תיהויין *ut ſit*, hæc & altera vox די תיצביין *cui volueris* ſcribendæ ſunt cum quatuor Jodin, & non duobus, ne duabus cum mulieribus divortium facere videatur maritus, & non cum una quæ præſens eſt; inſuper breve aliquod intervallum ponendum eſt inter particulam & verbum, quamvis revera una ſit vox, בנפשיכי *in animo tuo*, hæc vox plerumque duobus *Jodin* ſignatur, ſed interdum quoque cum uno. למהך *ab hoc*, ita ſcribendum eſt, & non ליהך inſerta litera *Jod* poſt *Lamed*, ne quis ſcribat לי מהך duabus vocibus: præterea litera He majuſcula ſignanda eſt, ne quis legat למהך. Attamen non ineptus eſt libellus ſi quis literam *He* in ordinaria magnitudine ſcripſerit. להתנסבא *ut nubas*, ita ſcribendum eſt cum *He* poſt *Lamed*, ſed non cum Aleph hoc modo, לאתנסבא cujus ſenſus eſt, *ne nubas*: ſi vero literam *He*, imo integram vocem omiſerit, nihilominus tamen rectus repudii libellus eſt. ימחא *impediat*, ita ſcribendum cum *Aleph* in fine, & non cum *He*, hoc modo, ימחה, licet ſenſus eodem redeat, quia hoc verbum etiam *Delendi* ſignificationem habet; ut igitur omnis tollatur amphibolia, ſcribendum eſt cum *Aleph*. והרי את מותרת *& ecce tu libera es*, prima vox והרי cum *vau* ſcribenda eſt, ſic etiam tertia מותרת, quia tum ſenſus foret quaſi uxor ſe ipſa redderet liberam alii viro. לכל אדם *omni viro*, duo hæcce vocabula in eadem linea ponenda ſunt; ſin vero quis aliter fecerit, valet tamen libellus, nam veteribus non ita in more poſitum fuit. ודן *& iſte*, hæc particula abſque Jod ſcribenda eſt inter *Dalet* & *Nun*, ne quis putet eam eſſe דין *jus*; cum cæteroquin ita in aliis locis ſcribi ſoleat. די יהוי *qui ſit*, duæ enim voces cum tribus *Jodin* hic requiruntur, ut ſenſus ſit de futuris, & non de præteritis, ſicuti ſuperius. מנאי *a me*, ita ſcribendum abſque *Jod* inter *Mem* & *Nun*; ſi vero quis adjecerit Jod, libellus tamen legitimus habetur. תרוכין שבוקין פטורין quælibet vox cum *Vau* majuſcula conſcribenda, cum fuerint nonnulli qui *Jod* ſcripſerint pro *Vau*; quod hoc modo corrigendum erat. כדת משה וישראל *ſecundum Legem Moſis & Iſraëlitarum*, hæcce tria verba more antiquo ſeorſim in linea ultima ponenda ſunt, ſin autem quis ſecus fecerit, libellus tamen legitimus habeatur. Jam vero nihil amplius monendum eſt quam de literis ſurſum deorſum extenſis, quæ ita ſignantur ne quicquam inſeratur, vel immutetur. Lineæ in integrum debent eſſe duodecim, propterea literæ aliquot dilatantur. Teſtes tam arcte ſua nomina adjungant, ut inferius nomen non longius diſtet quam una linea ab alia. Inferius aliquod trium digitorum ſpatium relinquendum eſt vacuum. Ea quæ hic per compendium annotavimus, prolixiora inveniuntur in Libro Nachalat Schibgna, unde hæc adduximus.

do per idiotam confecti fuerint, ſenſus eſt, quod in Schola non dictum eſt eos eſſe illegitimos, quando confecti erant in nomine idiotæ, qui non erat judex; deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Schimeonis.

legitima pronunciat ejuſmodi acta in tribunalibus gentilium; cum illis quas dixi conditionibus; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ו האומר תן גט זה לאשתי ושטר שחרור זה לעבדי אם רצה לחזור בשניהן יחזור דברי רבי מאיר וחכמים אומרים כגיטי נשים אבל לא בשחרורי עבדים לפי שזכין לאדם שלא בפניו ואין חבין לו אלא בפניו שאם ירצה שלא לזון את עבדו רשאי ושלא לזון את אשתו אינו רשאי אמר להם והרי הוא פוסל את עבדו מן התרומה כשם שהוא פוסל את אשתו אמרו לו מפני שהוא קנינו (ס״א) האומר תנו גט זה לאשתי ושטר שחרור זה לעבדי ומת לא יתנו לאחר מיתה תנו מנה לאיש פלוני ומת יתנו לאחר מיתה :

6. Si quis dixerit, *da hunc repudii libellum uxori meæ, & hunc libellum donatæ libertatis ſervo meo*, in ambobus revocare poteſt ſi velit, ita R. Meyr. Sapientes vero dicunt, in libellis repudii mulierum hoc quidem procedit, at non in libellis donatæ libertatis ſervorum, nam homini abſenti beneficium præſtatur, & non inferunt illi damnum niſi præſenti, ita ut, ſi non velit ut alatur ſervus ejus, liceat; &, ſi non velit ut alatur uxor ejus, non liceat. Reſpondit illis, at jam ineptum reddidit ſervum ſuum ad Trumam, quemadmodum ineptam reddidit uxorem illius? reſponderunt ei, eo quod eſt acquiſitio illius. Si quis dixerit, *date hunc libellum repudii uxori meæ, hunc libellum donatæ libertatis ſervo meo*, & ipſe interim mortuus fuerit, non dant libellos poſt mortem ejus. (Si dixerit) *date centum zuzas viro N*, & interim mortuus fuerit, dant eas poſt mortem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

אם רצה לחזור בשניהן יחזור *Si voluerit in ambobus revocare, revocet*, antequam libellus pervenerit ad manus uxoris, vel ad manus ſervi. Sed legatus in commodum ſuum non poterit acquirere libellum manumiſſionis, eo quod hoc ipſis damnum eſt, quia in cauſa eſt ut uxor alimoniam ſuam perdat.

וחכמים אומרים כגיטי נשים *At Sapientes dicunt, in libellis repudii mulierum*, ſcil. revocare poteſt, ſed non in libellis donatæ libertatis ſervorum; deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum.

שאם ירצה שלא לזון את עבדו רשאי *Si non voluerit ut alatur ſervus ejus, licet*, propterea, quando eum libertate donaverit herus, non eſt in cauſa ut pereat alimonia illius. Cæterum, ſi noluerit, ut alatur uxor ejus, non licet; idcirco, ſi repudiaverit eam, eſt in cauſa ut perdat alimoniam ejus.

מפני שהוא קנינו *Eo quod ille eſt poſſeſſio ejus*, id eſt, quod ſervus comedit de oblatione Truma, utpote ſervus ſacerdotis, ideo tantum fit, quia eſt acquiſitio ſacerdotis, & comedit de Truma ſacerdotis, quemadmodum de ea comedit quadrupes, non modo excellentiori. Propterea, etiam quando libertate donatus eſt, fit ineptus ad comedendum de Truma, & non eſt hoc damnum pro ſervo.

לא יתנו לאחר המיתה *non dant (libellos) poſt mortem ejus*, nam non prius eſt verus repudii libellus quam pervenerit ad manus uxoris, at quando ad manus illius pervenerat, mortuus erat maritus illius, at libellus repudii poſt mortem non valet. Sic etiam libellus libertatis donatæ, quando ad manus ſervi pervenerit poſt mortem heri, non valet, & tum juriſdictio heri reſcinditur a ſervo. יתנו לאחר מיתה *dant eas poſt mortem ejus*, etſi non verbotenus dixerit, *hæ centum zuzæ*, nam verba ægrotantis habentur perinde ac ſi ſcripta eſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Sapientes, ſed non perfecit ſervus libertatem ſuam, niſi donec libellus donatæ libertatis fuerit in poteſtate ejus. Nam fundamentum eſt nobis quod herus ſervo ſuo dicere poteſt, *operare pro me & ego alam te*. Quod Miſna dicit פוסל את עבדו מן התרומה *ineptum reddidit ſervum ſuum ad Trumam comedendam*, intelligendum eſt quando herus illius erat ſacerdos; ſic etiam ſi Iſraelita eſſet, facit eum ineptum ad ducendum ſervam Cananitidem, quia illi non eſt licita ejuſmodi ſerva, ſi libertate donatus fuerit. Præterea nobis quoque fundamentum eſt, quod libellus repudii non valet poſt mortem.

Sapientes reſpondent R. Meyro, dicendo, מפני שהוא בקנינו *eo quod ille eſt acquiſitio ejus*, ſenſus eſt, quod non eſt tantus honor ſervo, ſi comedat de oblatione Truma, aut ſi Cananitidem ducat uxorem, ut diceres illi quod hoc in damnum illius eſt quando libertate donatus fuerit, quia ſervus eſt inſtar quadrupedis quod comedit Trumam ſacerdotis; eo quod eſt acquiſitio pecuniæ illius.

תנו מנה לא״ש פלוני ומת יתנו לאחר מיתה *Date centum zuzas viro N. & interim mortuus fuerit, dat eas poſt mortem ejus*, etiamſi non verbotenus dixerit, *date has centum zuzas*. Et hoc intelligendum eſt quando laborat morbo, & teſtamentum facit, eo quod nobis hypotheſis eſt, *verba ægrotantis haberi ut ſcripta, & tradita alin.*

פרק ב המביא גט ממדינת הים ואמר בפני נכתב אבל לא בפני נחתם בפני נחתם אבל לא בפני נכתב בפני נכתב כולו ובפני נחתם חציו בפני נכתב חציו ובפני נחתם כולו פסול אחד אומר בפני נכתב ואחד אומר בפני נחתם פסול שנים אומרים בפנינו נכתב ואחד אומר בפני נחתם פסול ורבי יהודה מכשיר אחד אומר בפני נכתב ושנים אומרים בפנינו נחתם כשר :

Caput 2. Si quis adduxerit libellum repudii de provincia tranſmaritima, & dixerit, *coram me ſcriptus eſt, at coram me non obſignatus eſt*; aut, *coram me obſignatus eſt, ſed coram me non ſcriptus eſt*; aut, *coram me totus conſcriptus eſt, & dimidia ex parte coram me obſignatus*; aut, *coram me conſcriptus eſt dimidia ex parte, & totus coram me obſignatus eſt*; illegitimus eſt. Si unus dixerit, *coram me conſcriptus eſt*, & alter dixerit, *coram me obſignatus eſt*, illegitimus eſt. Si duo dixerint, *coram nobis conſcriptus eſt*, & unus dixerit, *coram me obſignatus eſt*, illegitimus eſt. R. Jehuda dicit, legitimus eſt. Si unus dixerit, *coram me conſcriptus eſt*. & duo dixerint, *coram nobis obſignatus eſt*, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ונחתם חציו *Dimidia ex parte obſignatus*, unus teſtium obſignavit coram me. בפני נחתם חציו וכו' *coram me obſignatus eſt dimidia ex parte* &c. hoc intelligitur de ultima parte; at ſi dixerit, *coram me conſcripta eſt prima pars*, quæ continet nomen viri, mulieris, & temporis, legitimus eſt. Neque neceſſe eſt ut ipſam primæ partis ſcripturam videat, ſed ſufficit ſi modo ſonum pennæ audiverit in pergameno.

כשאמר אחד בפני נכתב ואחד אמר בפני נחתם פסול *Quando dixerit unus, coram me conſcriptus eſt, & alter dixerit, coram me obſignatus eſt, illegitimus eſt*, quando libellus adducitur ab uno ex illis teſtibus, nam Sapientes ordinarunt, neceſſe eſſe ut legatus qui eum adducat, dicat hæc duo. Cæterum ſi libellus provenerit a duobus, legitimus eſt, quia duo qui adduxerint libellum non tenentur dicere, *coram nobis ſcriptus eſt, & coram nobis obſignatus eſt.*

שנים אומרים בפנינו נכתב ואחד אומר בפני נחתם פסול *Si duo dixerint, coram nobis conſcriptus eſt, & unus dixerit, coram me obſignatus eſt, illegitimus eſt*, quando libellus provenerit e poteſtate unius; at ſi provenerit e poteſtate duorum, legitimus eſt. *R. Jehuda legitimum pronunciat*, quamvis provenerit e poteſtate unius; deciſio non eſt juxta ſententiam R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod in hac Miſna dicitur, *ſi dixerit, coram me conſcriptus eſt dimidia ex parte, illegitimus eſt*, non ſtricte de dimidia parte intelligendum eſt, ſed de parte quadam. Et ſub hac conditione, ut hæc pars non ſit principium libelli, nam ſi principium libelli coram ipſo conſcriptum fuerit, etſi non adfuiſſet dum finis conſcribebatur, ſed finis illo abſente conſcriptus fuerit, & teſtatus fuerit, quod adfuit dum principium conſcribebatur, legitimus eſt. Quia nobis fundamentum eſt, quod, etſi unica tantum regula conſcripta ſit in nomine mulieris, ſufficit. Neque neceſſe eſt ut ſcripturam pennæ videat in pergameno, ſed ſi tantummodo actionem pennæ audiverit in pergameno, & quanto magis ſi viderit.

כשאמר אחד בפני נכתב ואחד אמר בפני נחתם פסול *Quando unus dixerit, coram me conſcriptus eſt, & alter dixerit, coram me obſignatus eſt*; hoc intelligendum eſt ſi libellus per unum ex illis allatus fuerit, at ſi per duos allatus fuerit, legitimus eſt; nam hypotheſis nobis eſt, quod non eſt neceſſe ut ii qui divortium adferunt, dicant, *coram nobis obſignatus eſt*, nam cum duo ſunt, etſi non dediſſent libellum, at dixiſſent, coram nobis repudiata eſt, fide digni ſunt.

שנים אומרים בפנינו נכתב ואחד אומר בפני נחתם פסול *Si duo dixerint, conſcriptus eſt coram nobis, & unus dixerit, coram me obſignatus eſt, illegitimus eſt*, hoc intelligendum quando libellus repudii allatus eſt per unum ex illis, at ſi per duos qui teſtati fuerint coram illis conſcriptum eſſe, legitimus eſt. *R. Jehuda dicit, legitimus*, etſi provenerit e manu unius qui teſtatus fuerit quod coram illo obſignatus fuerit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ב נכתב ביום ונחתם ביום בלילה ונחתם בלילה בלילה ונחתם ביום כשר ביום ונחתם בלילה פסול רבי שמעון מכשיר שהיה רבי שמעון אומר כל הגיטין שנכתבו ביום ונחתמו בלילה פסולין חוץ מגיטי נשים :

2. Si die conſcriptus fuerit, & die obſignatus fuerit; ſi nocte (conſcriptus fuerit,) & obſignatus fuerit nocte; ſi nocte (conſcriptus fuerit,) & die obſignatus fuerit, legitimus eſt. Si die (conſcriptus fuerit,) & nocte obſignatus fuerit, illegitimus eſt. R. Schimeon legitimum pronunciat, nam dicebat R. Schimeon, omnes libelli qui conſcripti fuerint die, & obſignati nocte, illegitimi ſunt, exceptis mulierum repudii libellis.

R. OB. DE BARTENORA.

נכתב בלילה ונחתם ביום כשר *Si conſcriptus fuerit nocte, & obſignatus die, legitimus eſt*, eo quod dies ſequitur noctem, & hic nulla eſt anticipatio. נכתב ביום ונחתם בלילה פסול *ſi conſcriptus fuerit die, & obſignatus nocte, illegitimus eſt*, quia fit anticipatio. Sapientes vero ordinarunt ut tempus libello exprimeretur, quia fieri poſſet ut quis ducat ſororis filiam in uxorem, & adulteret dum maritata eſt, ille vero pietate ductus non vult ut laqueo pereat; & propterea illi dat libellum repudii ſine expreſſione temporis. Et quando contra eam in ſenatu teſtati fuerint, educet ſuum repudii libellum, & dicet, *ego tunc temporis eram repudiata, & libera.*

רבי שמעון מכשיר *R. Schimeon legitimum pronunciat*, nam R. Schimeon putat Sapientes decreviſſe temporis deſignationem in libellis repudii propter fructus, nimirum, ſi in libello repudii non contineretur deſignatio temporis, maritus vendere poſſet fructus bonorum uſuariorum uxoris poſt divortium; &, quando illa in jus vocaverat eum, diceret, *vendidi ante divortium*; idcirco R. Schimeon legitimum pronunciat libellum, quando die conſcriptus fuerit, & nocte obſignatus, etſi fiat anticipatio, nam putat quod ab eo tempore quo in animum induxit maritus eam repudiare, etſi non repudiaverit, marito non amplius cedunt fructus. Deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod dies ſequitur noctem, propterea, ſi libellus die conſcriptus fuerit, & nocte teſtimonium perhibitum fuerit, teſtimonium falſum eſt, eo quod mutat ſuum tempus. R. Schimeon dicit, legitimus eſt, quia non eſt magni momenti illa temporis ſignatio in libellis repudii mulierum. Quandoquidem nobis fundamentum eſt quod ratio, ob quam decreverint ut deſignaretur tempus in libellis repudii mulierum, eſt, ne is qui duxerit filiam ſororis, poſſit fraude uti ad liberandum illam ab adultera, quia adulterare poſſet cum ſit maritata viro, & illi divortium ſcribi ſine deſignatione temporis, & illud tradi ipſi; illaque teſtibus dicere poteſt qui de adulterio teſtati ſunt, *ego jam dudum repudiata ſum, & hoc eſt divortium quod habeo.* Propterea cum hæc ſit ratio quare tempus in divortio conſignatur, non timendum ne die vel nocte quicquam novi ſuboriatur; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ג בכל כותבין בדיו בסם בסקרא ובקומוס ובקנקנתום ובכל דבר שהוא של קיימא אין כותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא בכל דבר שאינו מתקיים על הכל כותבין על העלה של זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את הפרה על יד של עבד

3. Cum his omnibus ſcribunt, cum atramento, auripigmento, minio, gummi, & chalcantho, & cum omni re ſtabili. Non ſcribunt, neque cum potu, neque cum aquis fructuum, neque cum omni re non ſtabili. Super his omnibus conſcribunt, ſuper foliis olivarum, ſuper cornu vaccæ, & tum maritus dat illi vaccam ope ſervi etiam.

R. Jo-

עבד תוהן לה את העבר רבי יוסי הגלילי אומר אין כותבין לא על דבר שיש בו רוח חיים ולא על האוכלים :

& ſervum. R. Joſe Galilæus dicit, non ſcribunt, neque ſuper re quæ habet ſpiritum vitæ, nec ſuper edulibus.

R. OB. DE BARTENORA.

בדיו *Atramento*, אלמידר Arabice : סיקרא eſt tinctura rubra: קומוס eſt gummi arboris : קנקנתום Italicè vocatur vitriolo. על העלה של זית *ſuper folio olivæ*, ſcil. ſuper folio olivæ evulſæ.

ונותן לה את הפרה *Et dat illi vaccam*, quia non poteſt exſcindere cornua poſt ſcriptionem, eo quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה Cujuſmodi ergo ſcriptura nihil requirit præterquam ut ſcribatur & tradatur, excludit ejuſmodi quæ debet ſcribi, exſcindi, & tradi, (adeoque illegitima eſt ſi in cornu ſcribatur, quod deinceps exſcindendum eſt.)

R. *Joſe Galilæus dicit, non ſcribunt neque ſuper re quæ habet ſpiritum vitæ, neque ſuper edulibus*, ratio illius eſt, quia Scriptura libellum divortii vocat ספר; quemadmodum ergo ספר eſt res ſingularis cui non eſt ſpiritus vitæ, neque edulia, ſic etiam quicquid non habet ſpiritum vitæ, & non eſt edulia, ergo in cornu vaccæ non licet ſcribere. Sapientes dicunt, ſi Scriptura dixiſſet בספר *in libro*, tum res ſe haberet juxta R. Joſen; at cum dixit ספר, in genere, intelligit id quod aptum eſt ad ſcriptionem. Deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בדיו *Atramento*, אלמידר Arabicè dicitur: סיקרא eſt tinctura rubra, & אלמגרא Arabicè dicitur: קומוס eſt ſpecies pulveris quæ nigrum colorem efficit, & Arabicè אלזאג dicitur: קנקנתום etiam eſt ſpecies pulveris quæ nigrum efficit colorem.

ונותן לה את הפרה *Et dat illi vaccam*, ſenſus eſt, quia non licet vaccæ cornua exſcindere, poſt ſcripturam libelli, eo quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה Propterea nihil deerat præterquam ut ſcriberetur, & daretur; excipe talem qui ſcribi, exſcindi, (cum in cornu vaccæ ſcriptus ſit) & tradi debet. R. Joſe exponit, *non ſuper re cui ſpiritus vitæ, neque ſuper edulibus*, nam ספר *liber* extat in Textu. Sapientes dicunt, in Scriptura dicitur ספר *charta* ſine He demonſtrativo, & non dicitur על הספר, neque בספר; propterea legitimum pronunciant quicquid ad ſcripturam aptum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

ד אין כותבין במחובר לקרקע כתבו במחובר תלשו והתמו ונתנו לה כשר רבי יהודה פוסל עד שתהא כתיבתו וחתימתו בתלוש רבי יהודה בן בתירא אומר אין כותבין לא על הנייר המחוק ולא על הדיפתרא מפני שהוא יכול להזדייף וחכמים מכשירין :

4. Non ſcribunt in eo quod terræ adhæret; ſi id quod ſcriptum fuerit in eo quod terræ adhæret, evulſerit, obſignaverit, & dederit uxori, legitimum eſt. R. Jehuda illegitimum pronunciat, donec ſcriptio ejus ac obſignatio facta fuerit in eo quod evulſum eſt. R. Jehuda filius Betheræ dicit, non ſcribunt, neque ſuper papyro delebili, neque ſuper Dipthera, eo quod corrumpi poteſt. Sapientes eam legitimam pronunciant.

R. OB. DE BARTENORA.

אין כותבין במחובר לקרקע *Non ſcribunt in eo quod terræ adhæret*, quia adhuc evelli debet, ſed hæc actio vetita eſt in divortio. כתבו במחובר לקרקע *ſi ſcripſerit eum in illo quod terræ adhæret*, id eſt, ſi totum libelli argumentum in eo quod terræ adhæret conſcripſerit, excepto loco pro nomine mariti uxoris, & temporis. וחתמו ונתנו לה *& obſignaverit eum, & dederit illi* ſcil. uxori, id eſt, quando ſcripſerit in ſpatio תורף dicto, quo ſcribi ſolet nomen viri, mulieris, & temporis, tum libellus eſt legitimus poſtquam evulſus fuerit; nam etſi in ſpatio תורף ſcriptum ſit cum evulſus erat, & in ſpatio טופס *typi*, quando terræ adhærebat, nihilominus legitimus eſt.

לא על הנייר המחוק *Non in papyro delebili*, quem denuo delere & abradere poteſt uſque dum obſignaverint teſtes, & ſcribere in eo quicquid illi lubuerit, ita ut nemo rem reſciſcat, quia teſtes jam ſignati erant in papyro qui deletus erat quando ſignabant. Cæterum abraſa illa Dipthera non dignoſci poteſt, quia eſt corium ſalitum & præparatum farina, & non galla. *Sapientes legitimum pronunciant*, quod ad divortia tantum, nam putant quod teſtes traditionis libellum repudii ritè conficiunt; quia teſtes quibus præſentibus traditur mulieri libellus repudii, in hoc ritu primas tenent partes, non teſtes obſignationis. Sed in reliquis libellis qui nituntur ſuis teſtibus, aſſentiuntur Sapientes, quod neque in charta delebili, neque in Dipthera ſcribi poſſunt. Deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כתבו במחובר לקרקע *Si conſcripſerit eum in eo quod terræ adhæret*, ea conditione ut locum pro nomine mariti, pro nomine uxoris, & pro tempore relinquat vacuum; & nomina illa poſtquam evulſus eſt, in nomine uxoris, & obſignet, & det uxori. Hoc eſt quod vult, quando dicit וחתמו ונתנו לה *& obſignaverit eum, & dederit illi*. Deciſio non eſt juxta R. Jehudam filium Betheræ in divortiis, ſed in reliquis libellis neceſſe eſt ut ſit ſcriptura quam nemo falſariam peragere poteſt.

דיפתרא *Diptera*, ſic vocatur papyrus vel pergamenum in quo literæ expungi poſſunt, ut nomina teſtium relinquantur, & deinde in eo ſcribatur quicquid lubuerit.

ה הכל כשרין לכתוב את הגט אפילו חרש שוטה וקטן האשה כותבת את גיטה והאיש כותב את שוברו שאין קיום הגט אלא בחותמיו הכל כשרין להביא את הגט חוץ מחרש שוטה וקטן וסומא ועכ"ום :

5. Omnes apti ſunt ad ſcribendum libellum repudii, etiam ſurdus, ſtultus, & minorennis. Mulier ſcribere poteſt ſuum repudii libellum, & vir apocham ſuam, eo quod confirmatio divortii tantum conſiſtit in ſubſcriptione. Omnes apti ſunt ad libellum repudii adferendum, excepto ſurdo, ſtulto, & minorenni, cœco, & gentili.

R. OB. DE BARTENORA.

ואפילו חרש שוטה וקטן *Etiam ſurdus, ſtultus, & minorennis*, hoc intelligendum eſt ſi majorennis adſit qui dicit, *ſcribito in nomine N.* Verum gentilis & ſervus, etſi adſit majo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non dubium eſt quin jam ſatis conſtet ex iis quæ diximus, quod vocabulum גט ſumitur de quolibet libello, & omnes libelli vocantur גיטין; & paraphraſtes Chaldaicus ספר כריתות inter-

majorennis, non ſcribet libellum repudii de induſtria, eo quod ingenio pollent, & hoc faciunt proprio inſtinctu. Et quamvis majorennis aliquis ipſi dixerit, *ſcribito in nomine N.* tamen non ſcribet niſi juxta ſcopum ſuum. Sin autem gentilis & ſervus ſcripſerint typum libelli repudii, & Iſraëlita qui rem intelligit, ſcripſerit תורף i. e. nomen viri, mulieris, & temporis, nam hæc omnia ſcribi debent in nomine eorum, & tum legitimus eſt libellus repudii. Sic etiam, quando Miſna noſtra loquitur de ſurdo, ſtulto, & minorenni, quod ſunt legitimi ad conſcribendum libellum repudii, intelligitur tantum טופס *typus* libelli, ſed תורף conſcribi nequit niſi per Iſraëlitam adultum qui ſcientia callet. *Excepto ſurdo, ſtulto, & minorenni*, eo quod non pollent ſcientia, & *cœco* etiam excepto, ad libellum repudii adducendum de loco extra terram Iſraëlis, quia dicere nequit, *coram me conſcriptus eſt, coram me obſignatus eſt*. ſed ad libellum repudii adducendum de loco in terra Iſraëlis, ubi non eſt neceſſe ut dicat, *coram me conſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, imo etiam in loco extra terram Iſraëlis, ſi libellus repudii confirmatus fuerit ſubſcriptionibus ſuis, legitimus eſt cœcus in legatum pro muliere ad recipiendum libellum repudii. *Et gentili* excepto, eo quod non ſubjicitur Legi de divortiis & ſponſalibus, & cum legatus nihil valet in re quæ non pertinet ad ſe, neque in ea poteſt eſſe legatus pro aliis.

interpretatur גיס פטורין. Cæterum ut plurimum גיס dicitur libellus repudii mulierum; non eſt ergo ut in hac re quid relinquatur dubii, nam argumentum verborum te docebit, quomodo ſe res habet quando ſermo eſt de divortio mulieris, vel de aliis.

Quod autem hoc loco dicitur de divortio mulieris, quod legitimum eſt etiamſi ſcribatur per eum qui non multo pollet ingenio, accipiendum eſt ſub ea conditione ſi ſit magnas qui alios honore antecedit, & tum ſcribet tantum *typum* libelli, & is qui ingenio pollet, ſcribet תורף libelli, quod continet nomina viri, mulieris, & temporis; nec non verba illa, *& ecce tu licita es omni homini.* Neque gentilis de induſtria libelli *typum* ſcribet, etſi honore antecellat, quia ille ſcribit juxta ſuum ſcopum, ita ut fieri poſſit ut ſcribat תורף; & una e conditionibus libelli repudii eſt, ut ille ſcribatur in nomine mulieris, uti in hoc tractatu exponetur.

Sic etiam comparatum cum ſervo, ut non ſit legitimus ad libellum repudii adducendum, eo quod non ſubjectus eſt Legi de divortiis & ſponſalibus; neque licitum eſt ſervo ut libellum repudii ſcribat de induſtria, & ſi factum fuerit ut gentilis, aut ſervus ſcripſerit *typum* libelli, poſtquam legitimus Iſraëlita ſcripſerit תורף libelli, tum libellus repudii legitimus eſt, quandoquidem quod ad תורף tantum nominis illius in cujus nomine libellus conſcribitur rationem habemus. Quod dicitur cœcum non poſſe libellum repudii adducere, intelligendum eſt quando legatus miſſus fuerit ad libellum repudii adducendum de loco extra terram Iſraëlis, quia dicere nequit, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*; & quandoquidem de hoc caſu verba facimus, eum abſolvemus. Scito igitur quod legati libelli repudii tribus dicuntur modis, quorum unus eſt qui adducit libellum repudii, & dicit, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt, & hic eſt legatus ad deferendum.* Alter eſt cui maritus dedit libellum repudii deſcriptum, & dixit, *defer hunc repudii libellum ad uxorem meam*, aut ſi miſerit eum uxor ut adferat pro illa libellum repudii, & maritus illi dederit libellum repudii deſcriptum, quem ad uxorem adducit, quocunque id fiat modo, res eadem eſt, & hic libellus repudii confirmabitur ſigillis ſuis, & tradetur uxori, eoque mediante expelletur poſtquam ratus factus fuerit, uti expoſuimus, & hic *legatus ad deferendum vocatur.* Tertius eſt is quem conſtituit uxor ad recipiendum repudii libellum, concedendo ipſi tantam poteſtatem ad illum recipiendum, quanta illa ipſa in hoc negotio pollet; propterea, ſimulac libellus repudii pervenerit ad manus illius legati, uxor repudiata eſt, & hic vocatur *legatus receptionis.* Cæterum cœcus tantum illegitimus eſt in caſu legationis primo.

ו קבל הקטן והגדיל החרש ונתפקח סומא
ונתפתח שוטה ונשתפה עכו״ם ונתגייר
פסול אבל פקח ונתחרש וחזר ונתפקח פתוח
ונסתמא וחזר ונתפתח שפוי ונשתטה וחזר
ונשתפה כשר זה הכלל כל שתחלתו וסופו
בדעת כשר :

6. Si receperit eum minorennis, & dein adoleverit; aut ſurdus, dein auditu polleat; aut cœcus, qui dein viſum receperit; aut ſtultus, qui dein rationi reſtitutus eſt; aut gentilis, qui dein proſelytus factus, eſt illegitimus. Sed auditu pollens, & ſurdus factus, & deinceps denuo auditu pollens; aut is qui viſu pollet, & cœcus factus, & deinceps viſui reſtitutus; aut is qui ratione prædıtus erat, & ratione captus fuerit, & deinceps rationi reſtitutus, legitimus eſt. Hæc regula generalis, cujuſcunque libelli repudii initium & finis, traditio & delatio confecta fuerint per eum qui mente præditus eſt, legitimus habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

קבל הקטן *Si receperit minorennis*, nempe divortium è manu mariti: והגדיל *& adoleverit*, antequam divortium illud uxori tradiderit. פתוח ונסתמא וחזר ונתפתח *viſu pollens, qui cœcus factus, & deinceps viſui redditus*, imo etiamſi non recuperaverit viſum, quandoquidem videbat quando libellum repudii recipiebat, idoneus eſt ad legatum, eo quod dicere poteſt, *coram me conſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.* Cæterum quia auctor in fine Miſnæ dicere volebat וחזר ונשתפה *& deinceps rationi reſtitutus*, nempe ut ratione præditus eſſet quando illi tradebat libellum repudii, propterea etiam in principio dixit וחזר ונתפתח *& deinceps viſui reſtitutus.* Quicunque vero ad teſtandum inepti ſunt, propter peccatum aliquod ab illis commiſſum, inepti ſunt etiam ad libellum repudii adducendum, eo quod non ſunt fide digni ad dicendum, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*; at ſi repudii libellus confirmatus fuerit ſubſcriptionibus ſuis, apti ſunt ad libellum repudii adducendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non dubium eſt quin, cum receperit repudii libellum, viderit, & poſtea lumine captus fuerit, imo etiamſi non recuperaverit viſum, dicere potuiſſet, *coram me conſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.* Dicit autem Miſna וחזר ונתפתח *& deinceps viſui reſtitutus fuerit*, eo quod dicit וחזר ונשתפה *& deinceps rationi reſtitutus fuerit*, quod ex neceſſitate eſt; propterea dicit, כל שתחלתו וסופו בדעת *cujuſcunque* (libelli repudii) *initium & finis peracta ſunt per eum qui mente præditus eſt*; at non dicit בכשרות *legitime.* Quicunque vero illegitimus factus eſt ad teſtandum propter aliquod peccatum contra Legem commiſſum, illegitimus eſt ad libellum divortii adducendum qui non ſuis ſigillis confirmatus eſt, neque dicto illius fidem habent, ſi dixerit, *coram me ſcriptus eſt, coram me ſignatus eſt*; verum ſi confirmatus fuerit ſigillis ſuis, legitimus repudii libellus eſt.

ז אף הנשים שאינן נאמנות לומר מת בעלה
נאמנות

7. Etiam mulieres quæ non ſunt fide dignæ ad
dicen-

נאמנות להביא את גיטה חמותה ובת חמותה וצרתה ויבמתה ובת בעלה מה בין גט למיתה שהכתב מוכיח האשה עצמה מביאה את גיטה ובלבד שהיא צריכה לומר בפני נכתב ובפני נחתם :

dicendum, *mortuus eſt maritus ejus*, fide digni ſunt ad libellum ſuum repudii adducendum, uti ſunt ſervus, filia ſocrus, & æmulæ illius, & fratria, ac filia mariti ejus. Quænam eſt differentia inter libellum repudii & mortem? quod ſcriptura demonſtrat; uxor vero ipſa adferet libellum ſuum repudii, at ea conditione ut dicat, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.*

R. OB. DE BARTENORA.

חמותה ובת חמותה *Socrus & filia ſocrus ejus*, hæ non fide dignæ ſunt, dicendo, *mortuus eſt maritus ejus*, eo quod iſtæ mulieres eam odio proſequuntur, & malo afficere conantur.

ובלבד שהיא צריכה לומר בפני נכתב ובפני נחתם *At ea conditione ut illa dicat, coram me conſcriptus & coram me obſignatus eſt*, hoc intelligendum quando maritus conditionem inivit eo tempore quo libellum tradebat uxori, & dixit, *non expellern, niſi in tali Senatu, & dices, coram me conſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.* Senatus autem tum accipit illum e manu uxoris, poſtquam dixerit, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, & eligit legatum, ut denuo illum daret uxori. Sed mulier, e cujus poteſtate exierit libellus repudii, quocunque in loco id factum fuerit, habetur repudiata, etſi libellus repudii jam confirmatus fuerit ſubſcriptionibus ſuis, ut non neceſſum ſit ut dicat, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite decimo quinto tractatus Jebhammot, quamobrem hæ mulieres non ſunt fide dignæ, ſi dixerint, *mortuus eſt maritus ejus*, at fide dignæ ſunt quod ad divortium. Et hoc intelligendum eſt tantum de libello repudii in loco extra terram Iſraëlis confecto; nam etſi maritus acceſſerit, dixeritque contrarium, non habetur ratio illius, eo quod cauſa nocendi ipſi jam ceſſat. Cæterum quod dicit uxorem dicere debere, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt*, non eſt neceſſe præterquam ſi maritus uxori tradiderit libellum repudii, & dixerit, *ea conditione ut repudiata ſit in Senatu, & dicas coram illo, coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus.* Et hic Senatus eliget legatum, qui mulieri det libellum repudii. Et illa quidem fide digna eſt in eo quod dicitur in hac conditione, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.* Cæterum ſi hæc non fuerit conditio, tum repudiata habetur quæcunque mulier e cujus poteſtate exierit libellus repudii, quocunque in loco, etſi ſigilla teſtium libelli repudii incognita fuerint, & non eſt neceſſe ut dicat, *coram me ſcriptus eſt, & coram me obſignatus eſt.*

פרק ג כל גט שנכתב שלא לשום אשה פסול כיצד היה עובר בשוק ושמע קול סופרים מקרין איש פלוני מגרש את פלונית ממקום פלוני ואמר זה שמי וזה שם אשתי פסול לגרש בו יתר מכן כתב לגרש (ס"א) בו את אשתו ונמלך מצאו בן עירו ואמר לו שמי כשמך ושם אשתי כשם אשתך פסול לגרש בו יתר מכן היו לו שתי נשים ושמותיהן שוות כתב לגרש בו את הגדולה לא יגרש בו את הקטנה יתר מכן אמר ללבלר כתוב לאיזו שארצה אגרש פסול לגרש בו :

Caput 3. Quicunque repudii libellus non ſcriptus ſit in nomine mulieris, illegitimus eſt. Quomodo, ſi quis tranſiiſſet per plateam, & audiviſſet vocem ſcribarum legentium, *maritus N. repudiavit uxorem N. e loco N.* Et dixiſſet, hoc eſt nomen meum, & nomen uxoris meæ, ineptus eſt ad uxorem eo repudiandam. Præterea, ſi ſcripſerit ad repudiandum uxorem ſuam, & dein pœnitentiam egerit, eumque ejuſdem civitatis incola offenderit, & ipſi dixerit, meum nomen eſt ut tuum, & nomen uxoris ut nomen tuæ uxoris, ineptus eſt ad uxorem eo repudiandam. Præterea ſi duæ illi fuerint uxores ejuſdem nominis, & ſcripſerit ad repudiandum eo majorem, non poterit repudiare hac minorem. Porro ſi ſcribæ dixerit, ſcribito, *quamcunque voluero, repudiabo*, ineptus eſt ad repudiandum illo (repudii libello.)

R. OB. DE BARTENORA.

קול סופרים מקרין *Vocem ſcribarum legentium*, ſcribas majores puta, qui docebant alios minores, dicendo, hoc & illo modo ſcribetis, in nomine hujus vel illius viri tantum.

יתר מכאן *majus eſt hoc*, non tantum hic qui non conſcriptus eſt in nomine divortii, ſed inſtitutionis gratia; ſed & hic qui conſcriptus eſt in nomine divortii perfecti, ſi ſententiam ſuam mutaverit, libellus repudii illegitimus eſt.

היו לו שתי נשים שמותיהן שוות *Si illi duæ fuerint uxores, ejuſdem nominis*, non tantum hic repudii libellus qui non conſcriptus eſt in nomine divortii hujus hominis, illegitimus eſt, ſed etiam ille, qui conſcriptus fuerit in nomine illius mariti cui duæ ſunt uxores, illegitimus eſt, quia non conſcriptus eſt in nomine repudii hujus uxoris; & quod Miſna dicit *de majori & minori*, non ſtrictè intelligendum eſt, ſed diſtinctionis ergo.

אמר ללבלר כתוב לאיזו שארצה אגרש *ſi dixerit ſcribæ, ſcribito, quamcunque repudiabo*, hæc innuunt quod non licet dicere, rem etiam præpoſterè exponi poſſe, quod eo tempore quo ſcribebatur, intentio ejus fuit in eandem uxorem, ideoque utriuſque divortium eſſe ſcil. mariti & uxoris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קול סופרים מקרין *Vocem ſcribarum legentium*, non legebant in repudii libello legitimo, ſed docebant diſcipulos argumentum libelli repudii, ut illud in memoria haberent. Et hoc eſt quod dixerunt in Gemara, de ſcribis qui inſtitui deberent. Cæterum quod in Miſna dicitur, יתר מכאן *hoc majus eſt*, hoc ſatis clarum eſt, nam repudii libellus primus nullatenus pro repudio ſcriptus eſt, ſed doctrinæ gratia uti diximus. Secundus vero ſcriptus eſt pro repudio quidem, at non ideo ut repudiaret uxorem ab hoc marito. Tertius autem conſcriptus eſt ad repudiandum illam a marito, ſed non ad repudiandum hanc uxorem. Lex vero dicit וכתב לה לשמה ut ſcribatur in nomine ejus. Quartus repudii libellus non ſcriptus ſine ulla intentione harum conditionum, propterea omnes ſunt illegitimi, neque unus ex omnibus illis datur qui illegitimum reddere aliquem poteſt ad ſacerdotium, excepto ultimo, propterea ſcriptum in Miſna, ſcribito, *quamcunque voluero, repudiabo*, propterea ſi hic vir dediſſet libellum repudii uni ex illis uxoribus, inepta ad ſacerdotium facta eſt, etſi divortium ſit illegitimum.

ב הכותב טופסי גיטין צריך שיניח מקום האיש ומקום האשה ומקום הזמן שטרי מלוה צריך שיניח מקום המלוה מקום הלוה מקום המעות מקום הזמן שטרי מקח צריך שיניח מקום הלוקח ומקום המוכר ומקום המעות ומקום השדה ומקום הזמן מפני התקנה ר׳ יהודה פוסל בכולן ר׳ אלעזר מכשיר בכולן חוץ מגיטי נשים שנאמר וכתב לה לשמה (ס״א) :

2. Si quis conſcripſit typos repudii libellorum, neceſſe eſt ut ſpatium relinquat pro nomine mariti, uxoris, & pro tempore. Libellos mutui (ſi ſcripſerit,) neceſſe eſt ut relinquat ſpatium, pro nomine mutuo dantis, & mutuo accipientis, ſummæ pecuniæ, atque temporis. Si libellos venditi, neceſſe eſt ut relinquat ſpatium pro emptore, pro venditore, pro ſumma pecuniæ, pro agro, & pro tempore; Conſtitutionis gratia. R. Jehuda illegitimos pronunciat iſtiuſmodi libellos omnes. R. Eleaſar omnes legitimos pronunciat, exceptis repudii mulierum libellis, eo quod ſcriptum eſt, *& ſcribet illi.*

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב טופסי גיטין *Si quis conſcripſerit typum libelli repudii*, puta ſcribam qui vult ut penes ſe præparati ſint illi libelli, & omnibus qui ipſum adeunt, inſervire poſſit, & in aliis ſcribendis non diſtrahatur.

צריך שיניח מקום האיש מקום האשה ומקום הזמן *Neceſſe eſt ut relinquat ſpatium pro nomine mariti, uxoris, & temporis*, in Gemara etiam addendum eſſe ſpatium aſſeritur pro illis verbis, *ecce tu licita eris omni homini.* מפני התקנה *propter conſtitutionem*, permiſerunt ſcribæ typos libellorum repudii, ſimiliumque conſcribere ſine expreſſione nominis, in ſcribæ, gratiam ut parati ſint; at ea conditione ut relinquat ſpatium pro תורף, ad ſcribendum in eo nomen; & hoc ipſum decrevimus de תורף reliquorum libellorum, propter תורף libellorum repudii. *R. Jehuda ejuſmodi omnes libellos illegitimos pronunciat*, nam de *typo* propter תורף, & de reliquis libellis propter libellum repudii. *R. Eleaſar omnes illos illegitimos pronunciat*, nam non decernit de reliquis libellis propter libellos repudii. *Exceptis repudii libellis*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב לה *& ſcribet illi*, id eſt, ſcribet in nomine illius. Decernimus ergo de *typo* propter תורף; deciſio eſt juxta R. Eleaſar.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda curavit de typo libelli ſcribendo propter תורף, nempe, ſuſpicatur, etiam ſi ſcribat intentionem libelli, uti primus dixit doctor, neceſſe eſſe ut ſpatium relinquatur pro nominibus dominorum. Et ſi hoc fuerit, nimirum, ſi ſcripſerit תורף libelli, at neſciverit cui ſcripſerit, donec illi innotuerit exemplar nominum eorum quibus deſtinatus eſt, hujuſmodi libellus ſe habet ut mera teſta, i. e. nullius valoris eſt.

מפני התקנה *Propter conſtitutionem*, dixerunt, quod propter correctionem ſcribarum allevarunt in hoc negotio, & permiſerunt illis conſcribere typum libellorum גיטין & שטרים, ne ceſſaret negotium. Præterea quoque neceſſe eſt ut relinquat ſpatium pro his verbis, הרי את מותרת לכל אדם *ecce tu omni homini libera es*; deciſio eſt juxta R. Eleaſar.

ג המביא גט ואבד הימנו מצאו לאלתר כשר ואם לאו פסול מצאו בחפיסה או בגלוסקמה אם מכירו כשר המביא גט והניחו זקן או חולה נותנו לה בחזקת שהוא קיים בת ישראל הנשואה לכהן והלך בעלה למדינת הים אוכלת בתרומה בחזקת שהוא קיים השולח חטאתו ממדינת הים מקריבין אותה בחזקת שהוא קיים :

3. Si quis adduxerit libellum repudii & perdiderit illum, at ſtatim invenerit, legitimus eſt; ſin minus, illegitimus eſt. Si invenerit eum in marſupio, aut in ciſta, & cognoverit eum, legitimus eſt. Si quis adduxerit libellum repudii, & reliquerit ipſum (maritum) ſenem, aut infirmum, dabit eum uxori in poſſeſſione quod eſt in vivis. Filia Iſraëlitæ ſi ſacerdoti nupta fuerit, & maritus ejus profectus fuerit ad locum tranſmaritimum, comedere poteſt de Truma in poſſeſſione quod maritus eſt in vivis. Si quis miſerit ſacrificium ſuum pro peccato ex loco tranſmaritimo, offerunt illud in poſſeſſione quod erat in vivis (maritus.)

R. OB. DE BARTENORA.

ואם לאו פסול *Sin minus, illegitimus eſt*; hoc intelligendum eſt ſi libellum repudii amiſerit in loco ubi militum præſidia inveniuntur, ita ut dici poſſit eum hic excidiſſe aliis qui tranſierunt viatoribus; at ſi perdiderit eum in loco ubi non inveniuntur præſidia etiamſi eum diu poſt illic invenerit, legitimus eſt. Sic etiam, ſi invenerit libellum repudii in loco ubi ſunt illa præſidia, & teſtium aliquod ſignum in eo inventum fuerit, ut, ſi dixerint, in latere iſtius literæ datur foramen; aut ſi dixerint, nunquam his nominibus ſignati ſumus in alio præterquam in hoc libello repudii, legitimus eſt, etſi diu poſt illic fuerit.

גלוסקמא & חפיסה Sunt ſacculi in quos reponere ſolent libellos, & ſignati erant quo pacto dignoſci poterant quod ad talem virum pertinebant. אם מכירו כשר *ſi eum dignoſcere poſſit, legitimus eſt*, hæc eſt res ſpecialis, & ſe res habet ac ſi hoc ſenſu dixiſſet Miſna, ſi invenerit libellum repudii in ſacculo, etſi non dignoſcat eum, aut ſi dignoverit libellum repudii, etſi eum invenerit quocunque in loco, legitimus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גלוסקמא & חפיסה Sunt ſacculi in quibus recondunt libellos; לאלתר eſt id quod מיד *ſtatim.* Hæc autem ita monentur ne in eo quis peccet; at ſi in libello repudii inventum fuerit aliquod teſtium ſignum, ut, ſi dixerint, foramen invenitur in latere illius literæ, & ſimilia; aut, ſi dixerint, quod nunquam iſtis nominibus teſtati fuerunt in ullo repudii libello præterquam in hoc, tum libellum repudii dant uxori, & legitimus eſt, etſi eo in loco jamdiu latuerit. Hæc autem omnia intelliguntur eo ſenſu, quando perdiderit libellum repudii eo in loco ubi plerumque inveniri ſolent præſidia, nam tum dicimus fieri poſſe ut hic repudii libellus ſit alius repudii libellus qui alii exciderit homini. Cæterum ſi eum invenerit in loco ubi non plerumque inveniuntur, legitimus eſt, etiamſi poſt tempus inventus fuerit. Hoc autem ſacrificium pro peccato cujus in Miſna facta eſt mentio, eſt ſacrificium pro peccato ex avibus deſumptum, aut ſacrificium pro peccato quod offerebatur pro muliere de qua non requiritur ut poſſeſſor capiti illius imponat manus, uti explicuimus. Propterea fieri poteſt ut hoc ſacrificium offeratur

נתנו לה בחזקת שהוא קיים *Dant eam uxori in poſſeſſione quod maritus adhuc eſt in vivis*, nam non ſuſpicamur fieri poſſe ut mortuus ſit maritus, quomodo irrita fieret legatio ejus, nam dicimus quod res manere debet in poſſeſſione & jure ſuo. Cæterum ſi conſtiterit quod maritus mortuus eſt antequam repudii libellus pervenerit in poteſtatem uxoris, illegitimus eſt, quia poſt mortem non amplius valet repudii libellus. סקריבין אותה *offerebant illud*, nam non ſuſpicamur fieri forſan poſſe ut mortuus fuerit poſſeſſor ſacrificii: ſacrificium vero expiationis pro peccato cujus poſſeſſor mortuus eſt, dimittitur donec mortuum fuerit.

ratur poſſeſſore abſente. Fundamentum nobis eſt, quod ſacrificium pro peccato, cujus poſſeſſor mortuus eſt, moriatur etiam, quemadmodum expoſitum eſt capite quarto Temura. Sic etiam nobis fundamentum eſt, quod divortium non valet poſt mortem, at ſi mors mariti nota facta fuerit antequam libellus repudii pervenerit ad manus uxoris, illegitimus eſt repudii libellus, & illa relinquitur leviro in matrimonium.

ד שלשה דברים אמר רבי אלעזר בן פרטא לפני חכמים וקיימו את דבריו על עיר שהקיפה כרקום ועל הספינה המיטרפת בים ועל היוצא לידון שהן בחזקת קיימין אבל עיר שכבשה כרקום וספינה שאבדה בים והיוצא ליהרג נותנים עליהם חומרי חיים וחומרי מתים בת ישראל לכהן ובת כהן לישראל לא תאכל בתרומה :

4. Tria dixit R. Eleaſar filius Partæ coram Sapientibus, & confirmarunt verba ejus quod ad civitatem quæ cincta eſt obſidione, & navem in mari jactatam, & eum qui ablegatus fuerit ut judicetur, ut fruantur privilegio viventium. Cæterum civitati quæ ſubacta eſt ab obſidentibus & navi quæ in mari periit, & ei qui ablegatus fuerit ut occidatur, imponunt graviorem conditionem viventium & mortuorum. Filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta, & filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta, non comedunt de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

כרקום Ita Targum vertit vocem מצור *obſidionalis præmunitio*. ספינה המטרפת בים *navis agitata in mari*, quæ nondum profundum petit. לידון *ad judicium*, ad judicium criminale. *Filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta*, non comedet ob gravem conditionem mortuorum. *Filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta*, hæc ob conditionem gravem viventium non comedet poſt mortem mariti, quia dum adhuc in vivis eſſet, non comedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספינה המטרפת בים *Navis jactata in mari*, quæ uſque adeo procellis conquaſſatur, ut propemodum frangatur, & a gubernatore non poſſit gubernari præ nimia tempeſtate, cui tamen ſunt inſtrumenta ſua neceſſaria. Cæterum *navis quæ in mari periit* eſt ea cujus inſtrumenta fracta ſunt ad perdita, ita ut navis tradatur aquis, ſine malo, remis, & gubernaculo; & hæc omnia ſunt certa veritatis veſtigia.

ה המביא גט בארץ ישראל וחלה הרי זה משלחו ביד אחר ואם אמר לו טול לי היכנה חפץ פלוני לא ישלחנו ביד אחר שאין רצונו שיהא פקדונו ביד אחר :

5. Si quis adduxerit repudii libellum in terra Iſraëlis, & ægrotus factus fuerit, ecce hic mittet ipſum per alium. Sin autem maritus dixerit legato, capito mihi ab uxore talem rem, tum non mittet eum per alium, quia non eſt voluntas illius ut depoſitum illius ſit in manu alius.

R. OB. DE BARTENORA.

המביא גט בארץ ישראל *Si quis adduxerit divortium in terra Iſraëlis*, nam tum non eſt neceſſe ut dicat, *coram me conſcriptum, & coram me obſignatum eſt*. משלחו ביד אחר *mittit ipſum per manum alius*, idem facit legatus ex ſeipſo ſine Senatu; at hoc tantum intelligendum eſt ſi ægrotaverit. ואם אמר לו *& ſi dixerit illi*, ſi maritus dixerit legato. טול לי היכנה חפץ פלוני *capito mihi talem rem ab uxore*, quando dederis uxori meæ divortium, non mittet illud per manum alius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo, eum cui libellus repudii adducendus in terra Iſraëlis, non teneri ut dicat, *coram me conſcriptus eſt, & coram me ſignatus eſt*, propterea repudii libellum per manum alius mittere poteſt; at ea tantum conditione ſi ægrotaverit.

ו המביא גט ממדינת הים וחלה עושה בית דין ומשלחו ואומר לפניהם בפני נכתב ובפני נחתם ואין שליח אחרון צריך שיאמר בפני נכתב ובפני נחתם אלא אומר שליח בית דין אני :

6. Si quis adduxerit libellum repudii ex loco tranſmaritimo, & ægrotus factus, facit Senatus alium legatum & mittit illum, ut dicat coram eo, *coram me ſcriptus, & coram me ſignatus eſt*. Sed non eſt neceſſe ut ultimus legatus dicat, *coram me ſcriptus, & coram me ſignatus eſt*; ſed dicat, *ſum legatus Senatus*.

R. OB. DE BARTENORA.

עושה בית דין *Efficit Senatus*, legatum alium, & mittit illum; שליח בית דין אני *legatus Senatus ego ſum*, nam certum eſt Senatum rem peregiſſe prout decet. Secundus vero legatus conſtituere poteſt tertium, & ſic uſque ad centum; & hi omnes fiunt juxta decretum Senatus, uti dixit Miſna, neceſſe eſt ut ultimus legatus dicat, *coram me ſcriptus eſt, coram me ſignatus eſt, ſed ut dicat, ego ſum legatus Senatus*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eodem modo faciet legatus qui obit vices legati alius, etiam ad mille uſque; ea tamen conditione ut unus alium mittat ex decreto Senatus. Cæterum in terra Iſraëlis non requiritur ut fiat ex decreto Senatus, uti diximus.

ז המלוה מעות את הכהן ואת הלוי ואת העני להיות מפריש עליהן מחלקן מפריש עליהן בחזקת

7. Qui nummos dederit ſacerdoti, Levitæ, aut pauperi, ad ſeparandum ſuper illis de portionibus eorum, ſeparabit de illis eo privilegio quod adhuc ſunt

בחזקת שהן קיימין ואינו חושש שמא מת הכהן או הלוי או העשיר העני כתו צריך ליטול רשות מן היורשין אם הלוה בפני בית דין אינו צריך ליטול רשות מן היורשין :

ſunt in vivis; & non ſuſpicabitur ſacerdotem, aut Levitam mortuum, aut pauperem factum eſſe divitem. Si mortui fuerint, neceſſe eſt veniam petere ab hæredibus. Sin autem mutuo dederit coram Senatu, non eſt neceſſe ut veniam petat ab hæredibus.

R. OB. DE BARTENORA.

להיות כפריש עליהן מחלקן *Ut ſeparet ſuper illis a portione eorum*, quando ſeparaverit Trumam, poterit eam vendere, & nummi ad ipſum pertinebunt pro debito ſacerdotis. Et decimæ primæ, nec non decimæ ſecundæ ab ipſo comedi poterunt, pro debito quod ipſi debet Levita, aut pauper, niſi quod Trumam de decimis ſeparare tenetur pro ſacerdote. Sin autem Iſraëlita ſolebat Trumas & decimas dare huic ſacerdoti, aut Levitæ, aut pauperi, quibus mutuo dederat, non erat neceſſe ut illi acquirerent hæc dona per alium, ſed ea ſibi accipere poterat ſimul ac ſeparaſſet Iſraëlita. Cæterum ſi Iſraëlitæ conſuetudo fuiſſet Trumas & decimas ſuas dare aliis, non poterat eas retinere pro debito, niſi donec eas acquiſiverit ope alterius, & tum deinceps eas retinere poterit pro debito ſuo.

צריך ליטול רשות מן היורשים *Neceſſum eſt ut veniam petat ab hæredibus*, quibus hæreditate obtigit ager qui ſubjectus eſt creditori, ideo neceſſe eſt petere ab illis veniam, & rogare, an debitum hoc ſolvere velint de Trumis & decimis hiſce, eo quod fieri poteſt ut illi recipere velint dona ſua, & debitum patris ſolvere de aliis bonis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus hujus Trumæ ſe habet quemadmodum tibi dicam, nimirum, ut ſeparetur quantitas ea quæ debetur de Truma, aut de decimis primis, aut de decimis pauperis, & ope alterius acquiratur ab illo Iſraëlita (qui mutuo dedit.) Sin autem conſuetudo fuiſſet hujus ſacerdotis, aut Levitæ, aut pauperis ab hoc Iſraëlita mutuo accipere, & illius, ut nemini præterquam hiſce mutuo daret, tum omnia dona hujus Iſraelitæ ſe habent perinde ac ſi perveniſſent in poteſtatem hujus Sacerdotis, Levitæ, aut pauperis; nam non eſt neceſſe ut ea acquirat ope alterius, & poſtea enumerabit, & de donis ſubtrahet ſummam quam mutuo dedit illis Propterea, ſi mortuus fuerit debitor, neceſſe eſt ut veniam petat ab hæredibus qui agros hæreditate acquirunt, & pertinet ad eos obligatio debiti, quia fieri poteſt ut illi hoc nolint, ſed debitum patris ſolvere velint poſtquam omnia computaverint, & deindè accipere dona ſua. Cæterum capite nono tractatus Jevammot jam explicuimus quod decimæ primæ licitæ ſunt vulgari Iſraelitæ, propterea, quando hic Iſraelita acceperit portionem de decimis primis aut de decimis pauperis, comedet eam. Sed Trumæ, quæ eſt portio quæ ad ſacerdotem pertinet, etiam uſus eſt Iſraelitæ, quia eam dare poteſt conſanguineis qui ſunt ſacerdotes, aut vendere ſacerdoti; & hoc facere poteſt, eo quod acquiſivit ea dona a ſacerdote pecunia illa quam mutuo dedit ipſi.

ח המניח פירות להיות מפריש עליהן תרומה ומעשרות מעות להיות מפריש עליהן מעשר שני מפריש עליהן בחזקת שהן קיימין אם אבדו הרי זה חושש מעת לעת דברי רבי אליעזר בן שמוע רבי יהודה אומר בשלשה פרקים בודקין את היין בקדים של מוצאי החג ובהוצאת סמדר ובשעת כניסת המים בבוסר :

8. Si quis reliquerit fructus ad ſeparandum ſuper illis Trumam & decimas; vel nummos, ad ſeparandum ſuper illis decimas ſecundas. ſeparabit ſuper illis eo privilegio quod adhuc exiſtunt. Si perierint, ecce hic ſollicitus erit omni tempore; ſunt verba R. Eleaſaris filii Schamuæ. R. Jehuda dicit, tribus temporibus inquirebant de vino, cum vento orientali, exeunte feſto tabernaculorum, & exeunte uva prima, & aquis intrantibus omphacem.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח פירות להיות מפריש עליהן וכו׳ *Qui reliquerit fructus ad ſeparandum ſuper illis &c.* hiſce innitens comedit alios fructus, qui adhuc illibati ſunt, dicens, *Truma de hiſce fructibus eſto in illis quos in hunc finem ſeparavi.*

ואם אבדו *Et ſi corrupti fuerint*, ſi de illis fructibus inquiſiverit, eoſque deprehenderit corruptos הרי זה חושש *ecce hic ſollicitus erit*, de fructibus illis illibatis, quos ritè perfecit cum illa fiducia quod adhuc exiſtunt. Sin autem eos non comederit, neceſſe eſt ut ſeparet de illis, quia fieri poteſt, ut, quando dixerit, *Truma de hiſce fructibus eſto in illis quos ſeparavi*, jam corrupti fuerint.

מעת לעת *De tempore ad tempus*, a tempore inquiſitionis, quo inquiſivit & eos invenit corruptos, ſollicitus erit annon forſan heri quando de illis inquiſivit, perierint. Et ſi eos conſtituerit in Trumas & decimas per alios fructus intra illas viginti quatuor horas, neceſſe eſt ut ſeparetur de illis, propter dubium, ſed ultra illud tempus Sapientes non aggravarunt ut ſollicitus ſit, ſed perſuadent ſibi quod adhuc exiſtunt. בודקין את היין *Inquirunt de vino*, quando quicquam reliquerit ad ſeparandum ſuper eo, neceſſe eſt ut inquirat de eo, quia fieri poteſt ut acidum factum fuerit; at de aceto non poteſt ſeparari pro vino. בקדים *cum vento orientali*, ſpirante vento orientali in fine tabernaculorum feſti. ובשעת כניסת המים לבוסר *& aquis intrantibus omphacem*, quando omphaces ſunt inſtar fabæ albæ, ſunt בוסרים; & ab eo tempore quo eas intrat humor, & accreſcit interius, ut cum indè exprimere poſſit, tum dicitur כניסת מים. Alia expoſitio, madefaciebant uvas dum adhuc erant omphaces, addendo aquam, atque hoc modo conficiebant acetum; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעת לעת *De tempore in tempus*, id eſt, ab eo tempore quo inquiſivit de illis fructibus, & invenit eos corruptos ante viginti quatuor horas. Propterea, quicquid per illas viginti quatuor horas ſeparavit, eſt *res illibata* מכל dicta, & requiritur ut ſecunda vice ſeparet Trumam & decimas, eo quod ſunt in ſuſpicione quod corruptæ ſunt. Cæterum, quidquid ante hoc tempus ſeparatum fuerit, rectum eſt, eo quod fruuntur iſto privilegio quod adhuc in ſtatu ſuo erant eo tempore. Deciſio juris eſt, quod quicquid ſeparatum fuerit, non rectè ſeparatum eſt, eo quod dubium. R Jehuda dicit, quod tribus iſtis temporibus de vino inquirere ſolebant, quia in iſtis temporibus ex parte corrumpebatur, propterea inquirebant de illis, ne forſan in acetum commutatum fuiſſet, & fieret ut de aceto ſeparet pro vino; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

פרק ד השולח גט לאשתו והגיע בשליח או ששלח

Caput 4. Si quis ad uxorem ſuam miſerit libellum

ששלח אחריו שליח ואמר לו גט שנתתי לך בטל הוא הרי זה בטל קדם אצל אשתו או ששלח אצלה שליח ואמר לה גט ששלחתי ליך בטל הוא הרי זה בטל אם כשהגיע גט לידה שוב אינו יכול לבטלו :

lum repudii, & advenerit ad legatum; aut ſi miſerit poſt illum alium legatum, & dixerit illi, *repudii libellus quem tibi dedi, abrogator*; tum abrogatus eſt. Si maritus anteverterit, & ante divortium ad uxorem ſuam, aut poſt miſſum ab ipſo legatum, dixerit, *repudii libellus quem ad te miſi, abrogator*; tum hic abrogatus eſt. Cæterum, poſtquam repudii libellus pervenerit ad illam, non amplius eum abrogare poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וחגיע כשליח *Et advenerit ad legatum*, nam intentio ejus non erat eum ſequi ad intercipiendum ipſum, ſed ut legatus detineretur in itinere, & ipſe eadem incederet via, eumque videret, & divortium abrogaret, nihilominus abrogatum eſt. Nam non dicimus, quod intentio ejus eſt illum moleſtia afficere, nam ſi intentio ejus fuiſſet ad ipſum abrogandum, eum aſſecutus fuiſſet.

אינו יכול לבטלו *Non poteſt ipſum abrogare*, ut hoc modo nos doceat, quod, etiamſi videatur quod ab initio legatum quærebat ad abrogandum divortium, tamen dicere non poſſumus quod res detecta eſt poſtquam abrogaverit. Quando autem maritus dederit uxori libellum repudii pro tempore, aut ſub conditione quadam, ſi dixerit illi, *hic eſto libellus repudii tui ab hoc momento pro tempore*; aut ſi talem conditionem adimpleverit, poſteaquam repudii libellus ad manus uxoris pervenerit, jam non amplius abrogare poteſt, & uxor pro hoc tempore repudiata erit; aut quando conditionem adimpleverit. Cæterum, ſi non dixerit, *ab hoc tempore*, etiam poſteaquam libellus repudii pervenerit ad uxorem, poterit eum abrogare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic legatus eſt is qui adducit libellum repudii, propterea cum maritus abrogare poteſt donec libellus repudii pervenerit ad uxorem, nam poſtquam ad manus illius pervenerit, non poteſt legatum abrogare, etſi invito illi dederit repudii libellum, quemadmodum exponere ſolemus in caſu coactionis de libello repudii.

קדם אצל אשתו *Anteverterit uxorem ſuam*, ne quis diceret, quod maritus hoc facit ut uxorem moleſtia afficiat, ideo nos docet Miſhnæ auctor quod abrogatus eſt. Cæterum ſi legatus acceperit libellum repudii in procurationem uxoris, ſatis clarum eſt, quod, poſteaquam libellus repudii pervenerit ad manus legati, non poterit eum abrogare, eo quod manus legati eſt ut manus mulieris. Scias etiam, quod, ſi quis libellum repudii dederit uxori ſuæ pro tempore, tantum, aut ſub quadam conditione, & libellus repudii pervenerit ad uxorem, ſi dixerit illi, *quando adimpleta fuerit talis conditio, aut advenerit tale tempus, tu repudiata eris ab hoc tempore*, tum non poterit abrogare eum poſteaquam divortium pervenerit ad manus uxoris. Et ſi non dixerit, *ab hoc tempore*, poteſt eum irritum reddere, etiamſi in poteſtatem uxoris pervenerit, poſteaquam in eo relicta fuerit aliqua adhæſio, ut conditioni ſuæ quædam addere poſſit, quemadmodum deinceps exponetur.

ב בראשונה היה עושה בית דין במקום אחר ובטלו התקין רבן גמליאל הזקן שלא יהו עושין כן מפני תקון העולם בראשונה היה משנה שמו ושמה שם עירו ושם עירה והתקין רבן גמליאל הזקן שיהא כותב איש פלוני וכל שם שיש לו אשה פלונית וכל שם שיש לה מפני תקון העולם :

2. In principio maritus conficiebat Senatum in alio loco, & divortium abrogabat. Conſtituit autem Rabban Gamaliel ſenior, ne hoc facerent inpoſterum, propter ordinem mundi. In principio maritus mutabat nomen ſuum & nomen illius (uxoris,) & nomen civitatis utriuſque; conſtituit autem Rabban ut ſcriberetur, *vir N. & omnia alia illius nomina; uxor N, & omnia alia ejus nomina*, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

בראשונה *In principio*, maritus non abrogabat libellum repudii coram ipſa uxore, neque coram legato, ſed eo in loco ubi erat, abrogabat coram tribus perſonis. מפני תקון העולם *propter ordinem mundi*, ut legatus qui rei inſcius eſt, deferat libellum repudii ad uxorem, & illa nubat cum eo. Cæterum ex decreto Rabban Gamalielis vapulat is qui abrogaverit repudii libellum, aut qui duobus teſtibus clam repugnaverit contra eum.

בראשונה היה משנה שמו *In principio mutabat nomen ſuum*, quando illi erant duo nomina, unum in hoc loco, & alterum in illo loco tranſmaritimo, repudiabat uxorem nomine illo quod ipſi erat in loco quo conſcriptus erat repudii libellus, neque intererat an nomen utrumque ſcriptum eſſet.

מפני תקון העולם *Propter ordinem mundi*, ne ignominia afficerentur propter filios ex ſecundo marito, dicendo, quod eam non repudiavit maritus illius, quia hoc non eſt nomen illius. Cum autem maritus ſub duobus nominibus notus fuerit, duobus in locis, ſub uno in loco ubi conſcriptus eſt repudii libellus, & ſub altero in loco ubi traditur libellus repudii, uxor non repudiata erit niſi donec conſcriptum fuerit nomen traditionis, & nomen loci quo conſcriptus eſt libellus repudii. Cæterum ſi notus fuerit maritus ſub duobus nominibus in uno loco, & ſcripſerit unum ex illis nominibus כריעבר *ex improviſo*, libellus repudii legitimus eſt. Nihilominus tamen לכתחלה *data opera* neceſſarium eſt ut duo ſcribantur nomina. Sin autem mutaverit nomen ſuum & nomen uxoris in libello repudii, ſcribendo nomen aliud, etſi deinceps ſcriptum fuerit, & quodcunque nomen illi fuerit, libellus repudii ineptus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תקון העולם *Ordo mundi*, hoc ſenſu, quando maritus cauſam ad Senatum detulerit, aut abrogaverit poſtquam ſcripſerit, etiam coram duobus. Aut ſi commutaverit nomen ſuum, aut nomen uxoris, & duxerit uxorem, illa inſcia quod libellus repudii abrogatus eſt, liberi fiunt ſpurii, quia illa manet uxor maritata. Propterea vapulat is qui repudii libellum abrogaverit, ex decreto Rabban Gamalielis. Sic etiam dicitur, Rabh impoſuit verbera ei qui abrogabat libellum repudii, & qui cauſam ad ſenatum deferebat ſuper libello repudii. Cæterum id quod dicitur, *quod, ſi mutaverit nomen ſuum & nomen uxoris, & reſcripſerit in eo qualecunque nomen voluerit, legitimus eſt repudii libellus*, tantum dicitur de iſtiuſmodi homine cui duo ſunt nomina, & ſub ambobus iſtis nominibus notus eſt; aut unum ex illis ſcripſerit, ea conditione ut illud ſit notius, & dixerit, quodcunque nomen mihi fuerit, libellus repudii erit legitimus; ſic etiam de uxore. Verum ſi e. g. nomen ejus eſſet Iſac, & ſcripſerit in libello repudii, *Ego Abraham, & quodcunque nomen mihi fuerit*, repudii libellus eſt legitimus; & hoc intelligas velim.

ג אין אלמנה נפרעת מנכסי יתומים אלא בשבועה נמנעו מלהשביעה התקין רבן גמליאל הזקן שתהא נודרת ליתומים כל מה שירצו וגובה כתובתה העדים חותמים על הגט מפני תיקון העולם הלל התקין פרוזבול מפני תיקון העולם :

3. Vidua nequit exigere de bonis pupillorum niſi cum jurejurando. Cum non amplius ad juramentum adigeretur, decrevit Rabban Gamaliel ſenior, ut votum faceret pupillis in quacunque voluiſſent re, & tum peteret dotem ſuam. Teſtes ſignabant in libello repudii, propter ordinem mundi. Hillel decrevit Perosbol, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

אין אלמנה נפרעת *Vidua non exiget*, dotem ſuam : מנכסי יתומים *e bonis pupillorum*, quod adhuc nihil acceperat. נמנעו מלהשביעה *non amplius eam ad jusjurandum adegerunt*, nam quandoquidem inſerviebat orphanis, videbatur illi res licita jurare quod non acceperat quicquam & quamvis accepiſſet quicquam, videbatur quod id juſte pro præmio laboris accipere poſſet, & id non contineri ſub ſolutione dotis, propterea non adigebant eam ad jusjurandum, & perdebat dotem ſuam.

התקין רבן גמליאל הזקן שתהא נודרת ליתומים כל מה שירצו *Decrevit Rabban Gamaliel ſenior ut votum faceret pupillis in quacunque voluiſſent*, ut, ſi dixerit, *Conam ſunto mihi alimenta ſi utilitatem cepero e dote mea*, & tum exigere poterat dotem ſuam. Sin autem alii nupſerit antequam pupilli eam ad votum adegiſſent ſuper dote, eam ad votum adegiſſent poſtquam nupta fuiſſet, fieri poſſet ut maritus hoc votum reddat irritum; quomodo? tum ad jusjurandum ipſam adigunt citra Senatum, ut juret jusjurandum Sapientum, cujus pœna non tam gravis eſt, & illa accipit dotem ſuam poſtquam nupta fuerit. Cæterum, ſi dotem ſuam exegerit antequam nupta fuerit alii, penes pupillos poteſtas eſt illam ad jusjurandum adigendi extra Senatum, ſi velint, aut, ut votum faciat coram Senatu.

העדים חותמין על הגט מפני תקון העולם *Teſtes obſignabant libellum repudii propter ordinem mundi*, ad duo hoc referendum eſt, ad viduam quæ votum faciet coram hæredibus, propter ordinem mundi, ut mulieres nuberent viris ſuis, & non ſollicitæ eſſent ut dotem ſuam perderent. Ad teſtes vero obſignabant libellum repudii, propter ordinem mundi, nam, quandoquidem teſtes traditionis perficiebant repudii libellum, quia teſtes illi quibus præſentibus tradebatur mulieri libellus repudii, ſunt præcipua pars libelli repudii, non erat neceſſarium ut teſtes ſignaſſent in libello repudii, niſi propter ordinem mundi, nam ſuſpicamur fieri poſſe ut unus e teſtibus quibus præſentibus repudii libellus uxori traditus eſt, mortuus ſit, ita ut libellus repudii quæ eſt in poteſtate illius, non plus valeat quam confracta teſta. *Hillel decrevit Perosbol propter ordinem mundi*, eo quod animadvertebat divitem non amplius opem ferentem inopi, tranſgredientem præceptum quod extat Deut. 15, 9. השמר לך פן יהיה עם לבבך בליעל Propterea inſtituit Perosbol, cujus hoc eſt argumentum, *Trado ego vobis judicibus N. N. quod omne debitum quod mihi eſt apud N. exigere potero quocunque tempore voluero.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Inhibuerat Senatus ne imposterum vidua mariti defuncti adigeretur ad jusjurandum, eo quod animadverterat viduas paullum curare jusjurandum, & falſo jurare quando exigebant dotem. Propterea decrevit Rabban Gamaliel ut pupilli ipſis imponerent quodcunque votum, dicendo ipſi, dic, *omnes mundi fructus mihi prohibiti ſunto, ſi quicquam de hac dote recepero*; aut, *fac omnia bona tua* קרבן *in ſacrificium*, & ſimilia; ritus votorum omnes explicabuntur in tractatu Nedarim. Deciſio juris eſt, quod pupilli ad jusjurandum adigere poſſunt viduam citra Senatum, aut ipſi coram Senatu imponere omne genus voti, quemadmodum decrevit Rabban Gamaliel, ita ut penes pupillos ſit eligere quodcunque genus voti velint. Propterea, ſi mulier nupſerit antequam juraverit, perdit dotem ſuam, nam pupilli dicent, *nos te ad jusjurandum adigere nolumus, ſed volumus ut votum facias coram Senatu.* Verum nihil expedit quamdiu viro juncta eſt, quia maritus illud irritum reddere poteſt, quemadmodum expoſitum eſt capite decimo tractatus Nedarim. Et hoc eſt quod dixerunt, *ſi nupſerit, non adigunt ipſam ad jusjurandum.* Idcirco, ſi repudiata fuerit, aut maritus mortuus fuerit, exiget dotem ſuam poſtquam juraverit, aut votum fecerit. Vidi autem reſponſionem Rabbenu Hayæ piæ memoriæ, in qua dicit, quod mulier jurabit & deinceps recipiet dotem ſuam, & hoc veriſſimum eſt, quia hoc modo ad poſſeſſores ſuos omnia redeunt. Sic etiam teſtes obſignabant libellum repudii, etiamſi nihil utilitatis indè accederet, quoniam uxor repudiatur per illos teſtes quibus præſentibus recepit divortium; & hoc eſt quod dicunt in Gemara, *Teſtes traditionis ſunt ii qui libellum repudii perficiunt.* Cæterum ſolliciti ſumus ne moriatur unus e teſtibus quibus præſentibus mulieri traditus eſt libellus repudii, & fiat ut libellus repudii in illius poteſtate non plus valeat quam teſta, quandoquidem ei non ſunt teſtes, propterea ei ſigillum addunt. Perosbol jam expoſuimus capite decimo tractatus Schevyt.

ד עבד שנשבה ופדאוהו אם לשום עבד ישתעבד אם לשום בן חורין לא ישתעבד רבן שמעון בן גמליאל אומר בין כך ובין כך ישתעבד עבד שעשאו רבו אפותיקי לאחרים ושחררו שורת הדין אין העבד חייב כלום אלא מפני תקון העולם כופין את רבו ועושה אותו בן חורין וכותב שטר על דמיו רבן שמעון בן גמליאל אומר אינו כותב אלא משחררו :

4. Servus captivus, & redemptus, ſi in nomine ſervi, erit ſervus. Sin in nomine ingenui, non erit amplius ſervus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſive hoc vel illo modo, erit ſervus. De ſervo quem herus aliis conſtituit in ὑποθήκην, & quem deinceps libertate donavit, regula juris eſt, quod ſervus nihil debet. Sed propter ordinem mundi cogunt herum ejus ut eum libertate donet, & is conſcribat libellum pretii ejus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, non ſcribet niſi hæc verba, libertate donans.

R. OB. DE BARTENORA.

עבד שנשבה ופדאוהו *Servus captivus, quem redemerint*, quem alii Iſraëlitæ redemerint, poſtquam de illo herus primus ſpe deſtitutus fuerit, quod nunquam redibit. אם לשום עבד ישתעבד *ſi in nomine ſervi, ſervus erit*, heri ſecundi ſervus erit: אם לשום בן חורין לא ישתעבד *ſi in nomine ingenui, non erit ſervus*, neque primi, neque ſecundi heri, non ſecundi,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod hic dicitur, intelligendum eſt de ipſa ſpe qua deſtituitur herus prior, propterea, ſi is qui eum redemerit, in nomine ſervi redemerit, erit illius ſervus, eo quod primus illius herus jam ſpe deſtituitur de ipſo. Sin autem in nomine ingenui redemerit, non amplius eſt primi heri, quia jam ſpe deſtitutus eſt de ipſo; ſed de hac materia prolixius capite

cundi, quia in nomine ingenui eum redemit; non primi, quia eum non redemerant.

רשב"ג אומר בין כך ובין כך ישתעבד *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſive hoc ſive illo modo, ſervus erit*, primi heri, ne quilibet ſervus militatum proficiſcatur, ut ſe liberet a poteſtate heri. אפותיקי ὑποθήκη, compoſitum hoc eſt vocabulum ex פה, תהא, & קאי, cujus ſenſus eſt, de hoc exiges debitum tuum, non de alia re; (ſed quis non videt Græcum eſſe) ושחררו *& eum libertate donaverit*, nimirum herus illius primus.

שורת הדין אין העבד חייב כלום *Regula juris eſt, quod ſervus nihil debet*, hero ſuo ſecundo, quia libertas qua eum donavit herus illius primus, eum e ſervitute liberavit. אלא מפני תקון העולם *ſed propter ordinem mundi*, ne cum herus illius ſecundus offendat in platea, & dicat illi, *tu meus ſervus es*, & malum rumorem ſpargat de ipſo & filiis ejus.

כופין את רבו *Cogunt herum ejus*, ſecundum ſcil. ut eum libertate donet, & tum ſervus illi conſcribit libellum debiti de pretio ſuo, nimirum de pretio quod valuerit quando venditur in foro, non juxta debitum, ſi debitum majus fuerit pretio quo eum æſtimant. *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſervus nihil debet*, propterea non requiritur ut conſcribat libellum debiti, ſed herus illius primus qui fuit in cauſa ut obligatio creditoris irrita facta ſit, tenetur ſervo pretium ſolvere, nam is qui proximo ſuo in cauſa eſt ut pereat obligatio ſubjectionis ejus, tenetur eam ſolvere. Deciſio eſt juxta Rabban Schimeon fil. Gamalielis.

capite ultimo tractatus Bava Cama, & capite ſecundo in Bava Mezya. Cæterum Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod heri primi ſervus erit quovis modo, etiamſi eum redemerit in nomine ingenui, ne omnes ſervi ad diſciplinam militarem ſe conferant, ut hoc modo ſe a ſervitute liberent.

אפותיקי ὑποθήκη, eſt vox compoſita ex פה & תקנה *hic acquires*, ſi herus dixerit creditori, *tu nunquam exiges debitum tuum niſi de hoc*; propterea, ſi mortuus fuerit, aut perierit, creditor perdit nummos ſuos. At ſi herus ejus ipſum libertate donaverit, regula juris eſt, quod amittit nummos ſuos, & ſervus nihil debet, quia nobis fundamentum eſt, quod fermentum, ſanctum, & donatio libertatis educunt ex ſubjectione. Sed propter ordinem mundi, ne eum offendat alicubi creditor, dicatque, *tu meus es ſervus*; tum imponunt ſecundo hero qui eſt creditor, ut eum libertate donet quemadmodum eum libertate donavit primus; & ſcribet illi ſervus libellum obligationis de pretio ſui, non de quantitate debiti, ſi debitum fuerit majus pretio ſervi; & hoc eſt quod vult quando dicit, וכותב שטר על דמיו *& ſcribat illi libellum de pretio ſui.* Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod redemptor, qui eſt primus illius herus qui eum libertate donavit, conſcribet libellum de debito pretii ſervi, quia nocet ſubjectioni creditoris; & declaratio verborum ejus hæc eſt, non ſcribet libellum obligationis; niſi redemptor, quia eſt cauſa in qua agitur de amiſſione pecuniæ. Et quandoquidem nobis hypotheſis eſt quod jus dicimus de eo qui amiſſioni occaſionem dedit, propterea in hoc caſu deciditur juxta ſententiam Rabban Schimeonis fil. Gamalielis.

ה מי שחציו עבד וחציו בן חורין עובד את רבו יום אחד ואת עצמו יום אחד דברי בית הלל אמרו להם בית שמאי תקנתם את רבו ואת עצמו לא תקנתם לישא שפחה אי אפשר שכבר חציו בן חורין בת חורין אי אפשר שכבר חציו עבד יבטל (ס"א) והלא לא נברא העולם אלא לפריה ורביה שנאמר לא תהו בראה לשבת יצרה אלא מפני תקון העולם כופין את רבו ועושה אותו בן חורין וכותב שטר על חצי דמיו וחזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי :

5. Qui partim fuerit ſervus, partim vero ingenuus, ſerviet hero ſuo unum diem, & ſibi ipſi unum diem, ſunt verba Scholæ Hillelis. Schola Schamai dicit, remedium attuliſtis hero ejus, illi ipſi vero non attuliſtis remedium. Servam ducere nequit, eo quod partim ingenuus eſt; uxorem ingenuam ducere nequit, quia partim ſervus eſt; ergo nullam ducat? non, nam mundus non creatus eſt niſi propter fructificationem, & multiplicationem, uti ſcriptum eſt Jeſ. 45, 15. לא תהו בראה לשבת יצרה Cæterum propter ordinem mundi impoſuerunt hero illius ut eum libertate donet, & is ſcribat illi libellum de media parte pretii ſui. Schola Hillelis denuo docet juxta verba Scholæ Schamai.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שחציו עבד וחציו בן חורין *Qui partim fuerit ſervus, partim vero ingenuus*, uti eſt ſervus duorum ſociorum, quorum unus ipſum libertate donavit. Vel etiam quando dominus illius ab ipſo receperit mediam valoris ejus partem, & pecuniâ illa eum dimidia ex parte libertate donaverit. תקנתם את רבו *remedium attuliſtis hero ejus*, quia nihil perdit. לישא שפחה אינו יכול *nequit ducere ſervam*, propter partem libertatis ſuæ. בת חורין אינו יכול *ingenuam ducere nequit*, propter partem ſervitutis ſuæ.

כופין את רבו ועושהו בן חורין *Cogunt herum ejus ut eum donet libertate*, idem jus erit ſi fuerit ſervus centum ſociorum, & unus eorum ipſum libertate donaverit, nimirum, quod tum reliquos omnes cogunt ut ipſum quoque libertate donent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si fuiſſet ſervus duorum ſociorum, & unus eorum ipſum libertate donaſſet, eſt partim ſervus, & partim ingenuus. Sic etiam, ſi mille habuiſſet dominos & unus eorum illum libertate donaſſet, reliquos cogunt. Item ſi unum habuerit tantum dominum, & ab ipſo acceperit partem pretii ſui, & hoc pretio quod receperit, libertate donatus fuerit, etiam partim ſervus & partim ingenuus eſt. Cæterum ſi dominus illius ipſum partim libertate donaverit per libellum, nullius hoc momenti eſt. Nam fundamentum nobis eſt, eum, qui ſervum ſuum dimidia ex parte libertate donaverit, non acquirere, & hoc per libellum. In principio tractatus Ciddufchin exponetur quomodo confirmatur libertas per libellum & quomodo per argentum.

ו המוכר עבדו לעכו"ם או לחוצה לארץ יצא בן חורין אין פודין את השבויים יותר על כדי דמיהן מפני תקון העולם ואין מבריחין את השבויין מפני תקון העולם רבן שמעון בן גמליאל אומר מפני תקנת השבויין ואין לוקחין ספרים תפילין ומזוזות מן העכו"ם יותר על כדי דמיהן מפני תקון העולם :

6. Si quis ſervum ſuum gentili vendiderit, etiam in loco extra terram, exit liber. Non redimunt captivos majori quam valent pretio, propter ordinem mundi. Nec adjuvant Judæos captivos, propter ordinem mundi. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, propter remedium captivorum. Neque emunt libros, neque libros precum, neque ſchedas poſtium, a gentilibus, majori quam valent pretio, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא בן חורין *Exit liber*, ſi aufugerit a gentili, aut ſi Senatus ipſi hero impoſuerit ut ipſum redimat a gentili, uti dicit Gemara, quod herum cogunt ad redimendum ipſum, & poſteaquam redemerit illum, non amplius ipſi ſerviat. Eſtque hæc multa ex decreto Sapientum, quia hoc pacto a præcepto ſervum liberavit. Sic etiam ſi vendiderit eum herus in loco extra terram Iſraëlis, fit liber, eo quod extra terram Iſraëlis eum eduxit.

מפני תקון העולם *Propter ordinem mundi*, ne ethnici aſſueſcant, capiendo multos captivos Iſraëlitas, eoſque denuo vendendo majori quam valent pretio. ואין מבריחין את שבוין מפני תקון העולם *neque efficiunt ut aufugiant captivi Judæi*, *propter ordinem mundi*, ne ethnici ira commoveantur contra captivos qui impoſterum inciderent in manus eorum, & eos affligerent. רש"בג אומר מפני תקנת שבוים *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit*, *propter remedium captivorum*, Rabban Schimeon filius Gamalielis non ſollicitus eſt de iis qui impoſterum fieri poſſent captivi, ſed de illis qui in præſenti ſunt captivi, ita ut, ſi non alius præter ipſum Judæum ſub eodem gentili captivus fuerit, ipſum ad aufugiendum inſtigent, eo quod hic non habetur ratio aliorum captivorum, cum non dantur præter ipſum; deciſio eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si redemiſſent captivos majori quam valebant pretio, hoſtes gentiles operam darent ut Iſraëlitas caperent captivos. Et ſi quis Iſraëlita eſſet auctor ut aufugerent a dominis ſuis, tum reliquos catenis ferreis alligabant, eoſque miſerrimè affligebant. Cæterum ſi unus tantum Iſraëlita eſſet captivus, juxta opinionem Rabban Schimeonis filii Gamalielis, nobis licet efficere ut aufugiat, quia non eſt alter captivus quem herus gentilis affligere poſſet. Sed juxta opinionem Sapientum, dicentium, *propter ordinem mundi*, non licet, ne alios captivos affligant; deciſio eſt juxta Sapientes.

ז המוציא את אשתו כשום שם רע לא יחזיר משום נדר לא יחזיר רבי יהודה אומר כל נדר שידעו בו רבים לא יחזיר ושלא ידעו בו רבים יחזיר רבי מאיר אומר כל נדר שצריך חקירת חכם לא יחזיר ושאינו צריך חקירת חכם יחזיר אמר רבי אליעזר לא אסרו זה אלא מפני זה אמר רבי יוסי בר יהודה מעשה בצידן באחד שאמר לאשתו קונם אם איני מגרשך וגרשה והתירו לו חכמים שיחזירנה מפני תקון העולם׃

7. Si quis repudiaverit uxorem ſuam propter malam ſamam, non reducet eam; ſi propter votum, non reducet eam. R. Jehuda dicit, ob omne votum quod multis notum eſt, non reducet eam; ſed ob illud quod multis non fuerit notum, reducet eam. R. Meyr dicit, ob omne votum quod opus habet inquiſitione Sapientis, non reducet eam; ſed ob illud quod non opus habet inquiſitione Sapientis, reducet eam. Dixit R. Elieſer, hoc non vetuerunt niſi propter aliud. Dixit R. Joſe filius Judæ, contigit in Zidan, ut unus dixerit uxori ſuæ, *Conam, ſi te non repudiavero*, & repudiaverit; & Sapientes illi poſteà permiſerint ut reducat, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

כשום שם רע *Propter malam famam*, quod ad adulterium. משום נדר *Propter votum*, quod illa fecerit, & maritus dixerit, *nolo uxorem quæ faciat votum.* לא יחזיר *non reducet*, etſi falſum fuerit compertum id quod de illa dictum fuerit, vel Sapiens illi votum ſolverit quia illa forſan alii nubet, ut falſa reperiatur fama de adulterio, & Sapiens illi votum ſolvat, ut illa non habeatur temeraria in votis, primuſque maritus dicat. Si ego hoc ſciviſſem, etiamſi mihi dediſſent decem millia Zuzarum, non repudiaſſem eam; quomodo factum fuiſſet ut divortium abrogatum fuiſſet, & filii ſpurii. Propterea dicunt illi, *Scito quod ſi quis uxorem repudiaverit ob malam famam*, *& ob votum*, *nunquam eam poterit reducere.* Mediantibus igitur hiſce verbis, repudiabat eam penitus, adeo ut impoſterum eam nunquam lædere poſſet.

רבי יהודה אומר כל נדר שידעו בו רבים לא יחזיר *R. Jehuda dicit*, *ob votum quodcunque multis notum*, *non reducet eam*, rationem, obquam dixerunt Sapientes, quod is qui uxorem repudiaverit propter malam de adulterio famam, aut propter temeritatem vovendi, eſſe, ne filiæ Iſraëlitarum pronæ ſint ad adulterium, & vota; hac de cauſa dicit, quod, ſi plures quam decem perſonæ conſcii fuerint illius quod fecerit votum, indicium eſt magnæ temeritatis; & propterea uxori hanc pœnam injunctam eſſe, ut non reducatur a marito. At ſi non decem illius voti fuerint conſcii, non tanta cenſetur temeritas, ideo hac in parte ipſi non injunxerunt pœnam.

ר׳ מאיר אומר כל נדר שצריך חקירת חכם לא יחזיר *R. Meyr dicit*, *ob omne votum quod opus habet inquiſitione Sapientis*, *non reducet*, nam putat R. Meyr, rationem eſſe propter damnum, & quod hac de cauſa ob votum quod maritus reſcindere nequit. ſed Sapiens quidem ſolvere poteſt, maritus poterit reſcindere libellum repudii, poſtquam uxor illius alii nupſerit, & dicere, *ſi ego ſciviſſem quod Sapiens reſcindere potuiſſet votum*, *non repudiaſſem eam.* Et cum non opus ſit inquiſitione Sapientis, ſed maritus votum reddere

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis uxorem ſuam ſuſpicionis ergo in cauſa peccati repudiaverit, aut ideo quod ſæpius vota facere ſolebat, non licet ipſi reducere eam. Nam dicimus illi, ſimulac eam repudiare volueris ob unam ex illis cauſis, ſcito quod eam repudias ob illam cauſam, & ſcito quod nunquam eam reducere potes in uxorem tuam. & quod nunquam tibi licita erit poſt hoc divortium; ut hoc modo deſiſtat ab intentione ſua, & repudiet eam per divortium perfectum. Quia nos ſuſpicamur fieri poſſe ut marito aliqua remaneat ſpes de uxore repudiata, ut aliquando nubat alii, ita ut non innoteſcat aliis vera cauſa quare eam repudiavit, & primus maritus dicat, ſi ego ſciviſſem rem ita ſe habere, & uxorem hoc non feciſſe, non repudiaſſem illam; quomodo fit ut divortium abrogetur, & liberi ex illa prognati, ſint ſpurii. Propterea dicunt ei, ſcito, quod ſi quis repudiet uxorem ſuam propter votum, aut propter malam famam, nunquam illam poſſit reducere. R. Jehuda dicit, hic caſus intelligi debet, quando votum fecerit cujus multi ſunt conſcii, & ad minimum decem, & cum res publice nota ſit decem & pluribus perſonis, quod illa temeraria eſt in votis, tum eam non reducet. R. Meyr dicit, ſi votum illud quod fecerit, opus habet inquiſitione Sapientis, tum non reducet eam, eo quod ſolliciti ſumus ne eam repudiet, ut alii nubat viro, & primus maritus poſtea roget Sapientem, eique dicat is quod votum illud opus habet ſolutione, dicatque, ſi ego ſciviſſem quod hoc votum ſolvi poſſet, non repudiaſſem eam, ſed ad Senatum eam vocaſſem, ut ſolviſſent ipſi. R. Meyr enim putat quod maritus non adeo cordi habere debet vilipendium uxoris ſuæ in Senatu, ut divortium abrogetur, & quod propterea marito annunciatur, quod uxorem nequit reducere. R. Elieſer dicit quod marito ingratum eſt ut uxor illius contemptui habeatur in Senatu, ratio illius eſt, quia maritus reducere poterat uxorem ſuam ſi requireretur inquiſitio Sapientis, nam nos dicimus fieri poſſe ut maritus dicat, *ſi ſciviſſem quod votum ſolvi*

dere poſſet irritum, non fuerat neceſſarium ut Sapientes prohibuiſſent reducere uxorem ſuam, quia eam damno afficere nequit, & dicere, *ſi ego hoc ſciviſſem* &c. quandoquidem erat votum quod reſcindere poſſet, & tamen non reſcidit.

לא אסרו זה *Non prohibuerunt hoc*, quod opus habet inquiſitione Sapientis, ad reducendum. אלא מפני זה *niſi propter illud*, quia in hoc inquiſitio non eſt neceſſaria, nam de voto quod requirit inquiſitionem Sapientum, non ſolliciti ſumus ne uxor aliquid detrimenti capiat, quandoquidem maritus dicere nequit, ſi ſciviſſem quod Sapiens hoc votum ſolvere poſſet, non repudiaſſem eam; quia perſuaſi ſumus quod nihilominus eam repudiaſſet, quia nemo patitur ut uxor ſua ludibrio habeatur in Senatu coram Sapiente, quem de voto conſulit. Sed propter votum quod non indiget inquiſitione Sapientis, & quod maritus reſcindere poteſt, prohibuerunt de omnibus votis, ne dicat maritus, ſi ſciviſſem quod illud reſcindere poſſem, non repudiaſſem eam.

אמר ר' יוסי בר יהודה מעשה בצידן וכו' *Dixit R. Joſe filius Jehudæ, factum eſt aliquando in Zidan &c.* in Gemara exponunt quod deficiunt quædam in hac Miſna, quæ hoc ſenſu reſtituenda ſunt, *hæc ita intelligenda ſunt, quando illa votum fecerit; at ſi ille votum fecerit quod repudiabit illam, & repudiaverit, reducet eam; & non eſt timendum quicquam de damno. Et R. Joſe filius Jehudæ dixit, contigit in Zidan ut quis uxori ſuæ dixerit, Conam ſi non repudiavero te*, id eſt, omnes totius mundi fructus ſint mihi prohibiti, ſi non repudiavero te, & repudiaverit eam, permiſerunt tamen ipſi Sapientes ut marito liceret eam reducere. מפני תקון העולם *propter ordinem mundi*, id eſt, non dixerunt Sapientes, eum, qui repudiaverit uxorem ſuam propter votum, non reducturum eam, niſi propter ordinem mundi, nam nos ſolliciti ſumus de damno uxoris; & hæc ratio non obtinet niſi quando eam repudiaverit propter votum quod fecerit; at ſi ipſe votum fecerit, non obtinet id quod dicitur *propter ordinem mundi*, & permiſerunt ipſi ut eam reducat; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ſolvi poſſet a Senatu, adduxiſſem eam ad Senatum. Nam putat neminem fore qui patiatur ut uxor ejus contemptui habeatur in judicio, & quod non prohibitum eſt marito reducere uxorem ſuam, quando votum fecerit quod inquiſitione Sapientis indiget; quia maritus dicere poteſt, poſtquam uxor alii nupſerit, & non auditum fuerit de illa quod in votis erat temeraria, *ſi hoc ſciviſſem, non repudiaſſem eam, nam abrogaſſem votum quod fecerat dum adhuc mecum erat*, quia non opus habebat inquiſitione Sapientis. Deciſio eſt juxta doctorem primum, dicentem, quod maritus eam reducere nequit quocunque modo factum fuerit votum, propter ordinem mundi, nimirum, ne præpoſterè divortium abroget, uti diximus. Deinceps vero Miſna alium adducit caſum, perindè ac ſi dixiſſet, hoc intelligendum eſt, quando illa fecerit votum, at ſi ille votum fecerit, poterit eam reducere, nimirum, ſi maritus voverit quod omnino repudiabit uxorem ſuam, & quod nunquam reducet eam, & hoc tantum propter votum, ſi votum ſolvere voluerit, & uxorem reducere, licitum eſt ipſi. Et hunc caſum R. Joſe probat ex eo quod contigit in Sidan. Cæterum quod de ultimo caſu dicitur, *propter ordinem mundi*, vult, quod in prohibitione de uxore reducenda non continetur ratio ab ordine mundi petita, eo quod in eo nullum eſt damnum, ut neceſſum ſit illud reſarcire, propterea eam reducere poteſt. Et hoc eſt quod dicitur in Gemara אין בזה מפני תקון העולם *in hoc non continetur quicquam propter ordinem mundi*; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ח המוציא את אשתו משום אילונית רבי יהודה אומר לא יחזיר וחכמים אומרים יחזיר נשאת לאחר והיו לה בנים הימנו והיא תובעת כתובתה אמר רבי יהודה אומר לה שתיקותך יפה לך מדיבוריך :

8. Si quis repudiaverit uxorem ſuam propter ſterilitatem; R. Jehuda dicit, non poterit reducere eam. Sapientes dicunt, poteſt reducere. Si nupſerit alii, & pepererit liberos ex illo, & illa petierit dotem ſuam, dixit R. Jehuda, ei, præſtat tacere quam loqui.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר לא יחזיר R. *Jehuda dicit, non reducet*, eo quod putat fieri poſſe ut alii nubat, & pariat, & primus maritus dicat, *ſi hoc ſciviſſem, non repudiaſſem te, etiamſi mihi dediſſent centum Zuzar.*

וחכמים אומרים יחזיר *Et Sapientes dicunt, reducet*, quia non ſolliciti ſumus de damno. In Gemara exponitur quod Sapientes ſunt ipſe R. Meyr, qui dicit, neceſſum eſſe ut conditio duplicetur, non autem hoc loco; quia maritus non dixit uxori, *ſcito quod propter ſterilitatem te repudio, &, ſi non fuiſſes ſterilis, non fuiſſet divortium, nam jam obtinet divortium, etſi non fuiſſes ſterilis.*

והיא תובעת כתובתה *Et illa petierit dotem ſuam*, nam ſterili non cedit dos; jam vero, cum compertum fuerit quod non eſt ſterilis, dotem ſuam petit. שתיקותך יפה מדיבורך *præſtat ut taceas quam loquaris*, quia maritus dicere poterit, *ſi ego ſciviſſem quod tibi dotem tuam ſolvere debuiſſem, non repudiaſſem te*, quomodo fieret ut divortium abrogetur, & filii ejus ſint ſpurii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in fine capitis undecimi tractatus Cetubhot, quod uxori ſterili non cedit dos, propterea, ſi maritus eam repudiaverit propter ſterilitatem, exibit ſine dote quam ei promiſit. Cæterum ſi præterito deinde tempore pepererit, & rem præpoſtere manifeſtaverit, quod non fuit ſterilis; & poſtulaverit dotem ſuam a primo marito, tum dicunt ei, *præſtat ut taceas, quam loquaris*; nam maritus dicere poteſt, *ſi ſciviſſem te parituram fore, non repudiaſſem te*, quomodo fieret ut divortium fiat irritum, & liberi ejus ſpurii.

וחכמים אומרים יחזיר *At Sapientes dicunt, reducet*, jam in Gemara expoſuerunt, quod Sapientes ſint ipſe R. Meyr, qui dicit, eſſe neceſſe ut conditio duplicetur, uti exponetur impoſterum. Hac de cauſa, quotieſcunque maritus dixerit, *ego te repudio, quia es ſterilis, &, ſi non fuiſſes ſterilis, non repudiaſſem te*, non ſolliciti ſumus de damno uxoris; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ט המוכר את עצמו ואת בניו לעכו״ם אין פודין אותו אבל פודין את הבנים לאחר מיתת אביהן המוכר את שדהו לעכו״ם וחזר ולקח ממנו ישראל הלוקח מביא ממנו ביכורים מפני (ס״א) תיקון העולם :

9. Si quis ſeipſum vendiderit, filioſque ſuos gentilibus, non redimunt ipſum, ſed liberos redimunt poſt mortem patris. Si quis vendiderit campum ſuum gentili, & iterum eum Iſraëlita emerit ab ipſo, emtor adducet de eo primitias, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פודין אותו *Non redimunt ipſum*, nimirum, quando ter ſeipſum vendiderit. לוקח מביא ממנו בכורים *emtor adducit decem primitias*, neceſſe eſt ut de gentili quolibet anno petat primitias fructuum pecuniâ, eaſque adducat Jeruſolyma. מפני תקון העולם *propter ordinem mundi*, ne aſſueſcat agros vendere gentilibus in terra Iſraëlis, & ſi vendiderit, ut operam det eos redimere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hac conditione ſi ter ſeipſum vendiderit, tum non redimunt ipſum tertia vice, niſi ſuſpicio foret ut occideretur a gentilibus. Cæterum jam aliquoties expoſuimus in Seder Seraim, gentili non eſſe poſſeſſionem in terra Iſraëlis, ad excipiendum ipſum a decimis, propterea, ſi Iſraëlita a gentili emerit campum, adducet primitias ex Lege. Quando autem Sapientes animadverterunt quod pretium camporum augebatur ex eo quod Iſraëlitæ eos emebant denuo gentilibus, decreverunt, ut is qui a gentili emerat non adduceret primitias, ut alii viderent quod ſanctitas illorum agrorum ceſſabat, ne impoſterum eos emerent. Sed præterito deindè tempore animadvertentes quod hoc modo agri manebant in poteſtate gentilium, decreverunt ut is qui a gentili emerat agrum, adduceret primitias, ut ipſi conſtaret quod gentili non erat poſſeſſio in terra Iſraëlis, & propterea ſtudeat campum redimere e poteſtate gentilis, eo quod ſanctitate ſua tenetur quod ad dona quæ de eo danda ſunt.

פרק ה הנוקים שמין להן בעידית ובעל חוב בבינונית וכתובת אשה בזיבורית רבי מאיר אומר אף כתובת אשה בבינונית :

Caput 5. Si qui damnum paſſi fuerint, æſtimant illos juxta optimum, & creditoris juxta mediocrem, & dotem uxoris juxta peſſimum. R. Meyr dicit, etiam dotem uxoris juxta mediocrem.

R. OB. DE BARTENORA.

הנזקים שמין להן בעידית *Si qui damnum paſſi fuerint, æſtimant eos juxta optimum*, etſi hoc ſit ex præſcripto Legis, uti ſcriptum eſt Exod. 22,4. Quod hujus Miſnæ doctorem attinet, is putat quod illa verba Legis מיטב שדהו intelligenda ſunt de eo qui damnum paſſus eſt; & propter ordinem mundi, decreverunt Sapientes, ut is qui damnum intulit ſolvat de optimo bonorum ſuorum, etiamſi meliora ſint bonis illius qui damnum paſſus eſt, ut impoſterum moniti ſint homines ne aliis damnum inferant.

ובעל חוב בבינונית *Et creditoris juxta mediocrem*, (bonitatem) nam juxta Legem non poſtulabit niſi de eo quod eſt infimæ bonitatis, ut ſcriptum eſt Deut. 24, 15. בחוץ תעמוד והאיש אשר אתה נשה בו תוי׳ Verum nemo hominum niſi de eo quod eſt infimæ bonitatis, reſtituere ſolet; decreverunt igitur Sapientes propter ordinem mundi, ut creditor poſtularet ſibi reſtitui de bonis mediocris bonitatis, ne clauderetur porta iis qui mutuo accipere ſolent.

וכתובת אשה בזיבורית *Et dotem uxoris juxta peſſimum*, quoniam nemo eſt qui de mulieribus poſſet cogitare quod propterea conjugium averſarentur impoſterum, cum mulieres magis appetere ſolent conjugium quam viri. *R. Meyr dicit, etiam dotem uxoris juxta mediocrem*; ſed deciſio non eſt juxta ſententiam R. Meyri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עידית Notat *optimam partem agri* : זיבורית *peſſimam partem agri*. Lex autem dicit Exod. 22, 4. מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם Eſtque controverſia inter doctores de ſenſu hujus loci, an ad eum qui damnum paſſus eſt, ſit referendus, an vero ad eum qui damnum intulit? imo etiam juxta eum qui exponit locum de eo qui damnum paſſus, propter ordinem mundi, is qui damnum paſſus eſt, poſtulare poteſt ut ſibi reſtituatur de optima parte campi illius qui damnum intulit, ne inter homines multiplicetur damnum. Jus vero creditoris juxta Legem eſt, ut poſtulet reſtitutionem de parte peſſima, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 11. בחוץ תעמוד והאיש אשר אתה נשה בו יוציא אליך את העבוט החוצה Cæterum nemo e domo ſua educere ſolet cum beneplacito ſuo niſi de infimo genere, & de eo quod minimæ eſt utilitatis; idcirco nos dicimus quod de mediocri dabit, ne iis qui mutuo accipiunt, ſit impedimento. De uxore vero hoc inſtitutum noſtrum eſt ut poſtulet ſibi de infimo reſtitui, juxta fundamentum juris de omnibus creditoribus; quia nemo eſt qui dicere poterit, quod fieri poſſet, ſi uxori dixerint, quod dotem ſuam poſtulare debet de infimo, ut non nubat, quia illa magis appetit conjugium quam ille cui nubit; & propterea nulla eſt ratio ut illi hoc modo clauderetur occaſio nubendi; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ב אין נפרעין מנכסים משועבדים במקום שיש נכסים בני חורין ואפילו הן זיבורית אין נפרעין מנכסי יתומים אלא מן הזיבורית :

2. Non exigunt creditores de bonis obligatis ubi ſunt bona libera, etiamſi ſint infimæ bonitatis. Non exigunt de bonis pupillorum niſi de iis quæ ſunt infimæ bonitatis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נפרעין מנכסים משועבדים *Non exigunt de bonis obligatis*, ſi is qui mutuo acceperit, vendiderit bona ſua mediocris bonitatis quæ creditori obligata ſunt, tum creditor ea accipere non poterit e poteſtate emtoris, ſi debitori ſuperſint bona libera, etiamſi infimæ ſint bonitatis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Comparatio hujus caſus ſe habet hoc ſenſu. Si Ruben damnum intulerit Schimeoni, quamobrem illi debet ſatisfacere, & deindè Ruben vendiderit optimum bonorum ſuorum, & ipſi reliquum fuerit peſſimum, Schimeon exiget quantitatem damni ſui de peſſimo quod reliquum eſt Rubeni. Sed dicere non poterit, *mihi jus eſt in optimum, & tu vendidiſti poſtquam mihi fuiſſet jus in illud, & propterea educam illud e poteſtate emtoris*, quia hoc fieri non ſolet niſi quando nihil reperitur in poteſtate Rubenis, quod de illo exigere poteſt.

ג אין מוציאין לאכילת פירות ולשבח קרקעות ולמזון האשה והבנות מנכסים משועבדים מפני תקון העולם והמוצא מציאה לא ישבע מפני תקון העולם :

3. Non educunt in cibum fructuum, nec in beneficium agrorum, nec in alimoniam uxoris, filiarumque, de bonis obligatis, propter ordinem mundi. Si quis invenerit quicquam, non jurabit, propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוציאין לאכילת פירות ולשבח קרקעות *Non educunt in cibum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si Ruben rapuerit campum Schimeoni, qui plenus erat fru-

cibum fructuum, nec in beneficium agrorum, ſi quis rapuerit campum, cumque vendiderit alii, qui eum conſeverit, & ille campus deindè protulerit fructus. Sed præterito deinde tempore acceſſerit poſſeſſor cui ademtus eſt campus, & eum una cum fructibus ademerit ei qui emerat illum, ſine ſolutione impenſarum quas fecerat emtor, tum emtor denuo a venditore exigere poterit nummos ſuos quos ſolvit pro campo, de bonis obligatis, quia cum vendidit ſub obligatione bonorum ſuorum, cum ſcripto venditionis, eſtque adeo debitum ex ſcripto. Exiget etiam fructus de bonis liberis, non de obligatis. Identidem exiget reſtitutionem pro beneficio campi, ſi emtor illi benefecerit, plantando in eo arbores, vel eum ſtercorando, & ſimilia.

ולמזון האשה והבנות *Nec in alimoniam uxoris filiarumque*, nam conditio doris eſt, ut maritus dicat uxori, *tu eris domi meæ, aleris e bonis meis; filiæ quæ tibi fuerint ex me, erunt domi meæ, & alentur e bonis meis*, quando autem exegerint alimenta ſua, non poſſunt ea exigere niſi de bonis liberis, non de obligatis.

מפני תקון העולם *Propter ordinem mundi*, quia ſunt res quibus non aſſignati ſunt limites, ita ut non conſtet quantæ ſint, & propterea de illis nihil certi ſtatui poteſt.

המוצא מציאה *Si quis invenerit quicquam*, & reddiderit illud primo poſſeſſori ſuo, & poſſeſſor dixerit quod non in totum illud reſtituit. *Non jurabit, propter ordinem mundi*, nam ſi diceres, adigent ipſum ad jusjurandum, nemo invenietur qui operam impendere velit ut reddat id quod invenerit.

fructuum, & Ruben comederit fructus, & campum corruperit, eum excavando. Quando igitur acceſſerit Schimeon, & poſtulaverit a Rubene fructus quos comedit, & damnum quod campo intulit, poſtulabit damnum illud de bonis Rubenis, etiam de obligatis; & fructus de bonis liberis; & hoc eſt quod Miſhnæ autor vult, quando dicit, לאכילת פירות *in cibum fructus*. Sic etiam ſi Ruben mutuo dederit Schimeoni centum denarios, &, poſtquam ſe obligavit Schimeon ob hoc debitum Rubeni, vendiderit Schimeon campum ſuum Levi quinquaginta denariis, & deinde campo benefecerit donec valuerit centum denarios. Et præterito deinde tempore acceſſerit Ruben, & hunc campum acceperit e poteſtate Levi centum denariis, quia ipſi debebat Schimeon ſeptuaginta quinque denarios, tum ſe jus habet, ut exigat quinquaginta denarios a Schimeone, etiamſi id fiat de bonis obligatis, quæ ſunt quinquaginta denarii quibus emit campum, nam, ſi nihil reperiatur in poteſtate Schimeonis, educendi erant denarii e poteſtate emtoris qui emerit a Schimeone poſt emptionem illius, nimirum, poſtquam Levi hunc campum emerit. Similiter jus ſe habet penes nos, quod viginti quinque denarios quoque exigere poteſt, ſed de bonis liberis exigendi ſunt, & ſi nihil apud eum reperiatur pecuniarum, debitum manebit apud Schimeonem, uti reliqua omnia debita; & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, ולשבח קרקעות *& in beneficium camporum*.

ולמזון האשה והבנות *Et in alimoniam uxoris, & filiarum*, hoc clarum eſt, & in tractatu Cetubhot jam a nobis expoſitum. Cæterum hæc omnia ita fieri debent propter ordinem mundi, ut non educatur campus e poteſtate emtoris, niſi in re clara, ubi debitum urget ut ejuſmodi fiant. Pariter, ſi poſſeſſor illius quod inventum eſt, dixerit, quod plus perdidit quam hoc quod inventum eſt, is qui illud invenerit non jurabit quod non plus quam hoc invenit. Nam ſi hoc ſtatueremus, tum is qui aliquid inveniſſet, relinqueret illud, & non colligeret idipſum ad reſtituendum proximo ſuo, ſed ſibi potius idipſum retineret.

ד יתומים שסמכו אצל בעל הבית או שמינה להן אביהן אפוטרופוס חייב לעשר פירותיהם אפוטרופוס שמינהו אבי יתומים ישבע מינוהו בית דין לא ישבע אבא שאול אומר חלוף הדברים המטמא והמדמע והמנסך בשוגג פטור במזיד חייב הכהנים שפגלו במקדש מזידין חייבין:

4. Pupilli ſi alicujus patrisfamilias curæ demandati fuerint, aut quibus pater præpoſuit tutorem, eorum fructus decimare debet. Tutor, quem præpoſuit pater pupillorum, jurabit; at ſi eum præpoſuerit Senatus, non jurabit. Aba Schaul dicit, contrarium eſſe verum. Si quis polluerit aut miſcellam fecerit, aut vinum temperaverit ex ignorantia, liber eſt; at ſi de induſtria, tenetur. Si qui ſacerdotes in Sanctuario abominanda fecerint de induſtria, tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

יתומים שסמכו אצל בעל הבית *Pupilli qui alicujus patrisfamilias curæ demandati fuerint*, ut omnia peragant juxta arbitrium ejus, qui habetur ut tutor eorum, quamvis revera non ſit tutor. אפיטרופוס ἐπίτροπος, ſic in lingua Græca vocant patrem pupillorum.

אפיטרופוס שמינהו אבי יתומים ישבע *Tutor quem conſtituit pater pupillorum, jurabit*, eo quod, ſi ipſi non cederet inde utilitas quædam, non ſuſciperet adminiſtrationem, ideo jurisjurandi gratia non intermittet eam pupillorum adminiſtrationem.

מינוהו בית דין לא ישבע *Si præfecerit eum Senatus, non jurabit*, quia hic tutor voluntatem Senatus peragere debet, & quidem gratis, propterea, ſi ipſum ad jusjurandum adegerint, recuſabit eam quam ſuſcepit provinciam, utpote ipſi oneri.

אבא שאול אומר חלוף הדברים *Abba Schaul dicit, contrarium eſſe verum*, nimirum, quod jurare debet, ſi a Senatu præfectus fuerit, quia inde quoque ipſi cedit utilitas quædam, ut apud alios celebretur nomen ejus, & ille habeatur fidelis, quia Senatus ei fidem habet; & hac de cauſa non deponet curationem ſuam propter jusjurandum. Verum ſi præfecerit ipſum pater pupillorum, non debet jurare, quia patri pupillorum hoc beneficium gratis præſtat, ut eorum curam gerat, propterea curationem abnuet, ſi ipſi imponatur jusjurandum; deciſio eſt juxta Abha Schaul.

המטמא *Qui polluerit*, res mundas proximi ſui. והמדמע

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Abha Schaul dicit quod omnes homines operam dant ut præficiantur a Senatu, & nomen & fides eorum augeatur inter homines, & propterea, ſi ad jusjurandum adigantur, non recuſabunt hanc provinciam ſuſtinere. Sed tutor, quem pater pupillorum conſtituit, ſi pupilli eum ad jusjurandum adigant, dicentes, fieri poſſe ut ſurripiat aliquid, nunquam accipiet curationem, & pupilli eum amittent, propterea eum a jurejurando excuſarunt, propter ordinem mundi.

והמנסך *Qui temperaverit*, hoc fieri poteſt duobus modis, quorum unus eſt, ſi vinum libaminis temperaverit cum vino proximi ſui, tum totum eſt prohibitum, uti exponetur in tractatu Abhoda Zara capite ultimo. Alter eſt, ſi temperaverit illud cum vino idolis conſecrato, & cognoverit quod vinum prohibitum eſt per iſtam commixtionem, at non cognoverit quod reus eſt lapidationis, quando temperaverit illud cum vino idolis conſecrato. Nam ſi cognoviſſet quod lapidationis reus eſſet, non teneretur ad ſolutionem, quia nobis fundamentum eſt, quod homo non moritur & ſolvit ſimul, uti expoſitum eſt capite tertio tractatus Cetubhot.

הכהנים שפגלו במקדש *Sacerdotes qui abominanda fecerunt in ſanctuario*, nam ſacerdos illegitimum reddit ſacrificium cum intentione ſua, quando occupatus eſt in mactatione ſacrificii, aut in ſparſione ſanguinis, aut in ſimili miniſterio, quando cogitat de eſu aut oblatione ejus extra tempus ſuum, quomodo ſacrificium redditur illegitimum, & poſſeſ-

& qui commiſcuerit, qui miſcuerit Trumam cum profano proximi ſui, & ſic illi damnum infert, eo quod ea ſacerdoti exiguo pretio vendere debet. הכנסך *qui temperaverit*, qui vinum idolis conſecratum miſcuerit cum vino proximi, ut illud quod ad uſum ejus reddiderit prohibitum. במזיד חייב *ſi de induſtria fecerit*, *reus eſt*, at de jure liber eſt, quia damnum quod non cognoſcitur, non dicitur damnum; reus tamen eſt propter ordinem mundi, ne ſæpius polluat res mundas proximi, & dicat quis, ego ſum immunis. הכהנים שפגלו *ſacerdotes qui abominanda fecerunt*, mactantes ſacrificia, & eorum ſanguinem aſpergentes cum intentione comedendi ea extra tempus ſuum, cujuſmodi ſacrificia poſſeſſoribus non ſunt accepta. מזידין חייבין *ſi de induſtria fecerint*, *tenentur*, quando illi probe tenebant quod ſacrificium hoc modo illegitimum reddebant, tum poſſeſſoribus tenebantur ſolvere pretium ſacrificii ab ipſis profanati, ut denuo alia comparari poſſent. Et quamvis fuerit ſacrificium voluntarium quod non tenetur ſolvere, nihilominus ipſi hoc moleſtum eſt quod non obtulit ſacrificium ejus, quia Deo donum offerre ſtudebat.

ſores illud perdunt; hi autem caſus exponuntur omnes in tractatu Zebhachim capite ſecundo. Jus vero poſtulabat ut omnia hæc ſacrificia eſſent immunia, ſive ex ignorantia ſive de induſtria.

ה העיד רבי יוחנן בן גודגדה על החרשת שהשיאה אביה שהיא יוצאה בגט ועל קטנה בת ישראל שנשאת לכהן שאוכלת בתרומה ואם מתה בעלה יורשה ועל המריש הגזול שבנאו בבירה שיטול את דמיו מפני תקנת השבים ועל החטאת הגזולה שלא נודעה לרבים שהיא מכפרת מפני תקון המזבח :

5. Teſtatus eſt R. Jochanan filius Gudgedæ de ſurda quam deſpondit pater ejus, quod exeat cum libello repudii. Et de minorenni filia Iſraëlitæ quæ nupſerat ſacerdoti, quod comedat de oblatione prima, & ſi deinceps mortua fuerit, quod illius marito hæreditate obtingunt bona ejus. Et de tigno furto abrepto, quod ædificaverat quis in palatio quodam, ut acciperet poſſeſſor pretium ejus, propter ordinem contritorum. Et de ſacrificio pro peccato, quod furto abreptum fuerat, quia nondum multis innotuerat, quod expiavit, propter ordinem altaris.

R. OB. DE BARTENORA.

על החרשת שהשיאה אביה *De ſurda quam deſponſaverat pater ejus*, etiamſi enim omnino mulier deſponſa ſit, quia pater accepit deſponſationem quando ipſa erat minorennis, nihilominus tamen cum libello repudii exit, quem illa accipere debet ſurda, & quamvis mente capta eſſet; nam cum mulier invita expellitur, non requiritur ut ingenio polleat.

ועל קטנה בת ישראל שנשאת לכהן *Et de minorenni filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta*, quæ pupilla eſt, cujus deſponſationes tantum obtinent ex inſtitutione Sapientum. שאוכלת בתרומה *quod comederat de Truma*, ex conſtitutione Sapientum, nam non ſolliciti ſumus de Truma Sapientum propter Trumam Legis. מריש idem quod קורה *tignum*. בירה notat ædificium magnificum, palatium. מפני תקנת השבים *propter ordinem corde contritorum*, nam ſi coëgerint eam ut deſtruat ædificium ejus, & tignum illud reſtituat, non aget reſipiſcentiam. שלא נודעה לרבים *quia nondum innotuerat*, quod furto abreptum erat. שהיא מכפרת *quod illud expiavit*, ita ut non eſſet neceſſarium aliud adducere ſacrificium. מפני תקן המזבח *propter ordinem altaris*, ne contriſtarentur ſacerdotes, quia comedunt profanum quod in atrio mactatum eſt, & altare ſit vacuum ſacrificiis, quia intermitterent miniſterium ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מריש Eſt idem quod קורה *tignum*; & juxta hoc jus comparationem inſtituas velim de omnibus rebus furto abreptis, quando fur damnum aliquod intulerit, quod reſarciri non poteſt niſi multo cum damno, ut ſolvat tantum pretium rei quam furatus eſt. Et hoc facimus propter remedium contritorum, ne via ad reſipiſcentiam peccatoribus, ſit difficilis. Omnia vero quæ hic memorantur teſtimonia, traditione accepta ſunt.

ו לא היה סיקריקון ביהודה בהרוגי מלחמה מהרוגי מלחמה ואילך יש בה סיקריקון כיצד לקח מסיקריקון וחזר ולקח מבעל הבי׳ מקחו בטל מבעל הבית וחזר ולקח מסיקריקון מקחו קיים לקח מן האיש וחזר ולקח מן האשה מקחו בטל מן האשה וחזר ולקח מן האיש מקחו קיים זו משנה ראשונה בית דין של אחריהם אמרו הלוקח מסיקריקון נותן לבעלים רביע אימתי בזמן שאין בידן ליקח אבל יש בידן ליקח הן קודמין לכל אדם רבי הושיב בית דין ונמנו שאם שהתה בפני סיקריקון שנים עשר חדש כל הקודם ליקח זוכה (ס״א) אבל נותן לבעלים רביע :

6. Non erat tyrannus in Judæa inter eos qui bello occiſi erant; at ab occiſis bello & deinceps fuit in ea tyrannus: quomodo? ſi quis emerit a tyranno, & poſtea denuo a patrefamilias, emtio ejus irrita eſt. Si a patrefamilias, & poſtea denuo a tyranno, emtio ejus rata eſt. Si emerit a viro, & poſtea denuo a muliere, emtio ejus irrita eſt. Si a muliere, & poſtea denuo a viro, emtio ejus rata eſt. Hæc eſt Miſna prima. Senatus vero qui poſt eos extitit, dixit, ſi quis emerit a tyranno, poſſeſſoribus dabit quartam partem. Quando? quando non eſt in poteſtate eorum ad emendum, at ſi in poteſtate eorum fuerit ad emendum, illi præcedunt omnibus. Rabbi Senatum convocavit, & ſententias collegerunt, ut, ſi duodecim menſes fuerit in poteſtate tyranni, quiſquis anteverterit, acquirat. Sed poſſeſſoribus det quartam partem.

R. OB. DE BARTENORA.

לא היה סיקריקון *Non erat tyrannus*, homicida gentilis; vult dicere, quod hoc ſenſu non judicarunt de jure tyrannorum, nimirum, ut is qui campum emiſſet ab Iſraëlita e poteſtate tyranni, ad idem teneretur jus cum poſſeſſore.

בשעת הרוגי מלחמה *Quando bello occiſi erant*, quando in Iſraële

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סיקריקון *Tyrannus*, eſt is qui vi campos rapit e poteſtate poſſeſſoris ſine ſolutione pecuniæ, ne poſſeſſorem interficiat. Et hæc res innovata eſt ab eo tempore quo erant qui in bello occiſi fuerant, quod eſt tempus illis tum ſatis notum.

בעל הבית *Patremfamilias*, per illum intelligas primum campi

Iſraële magna orta eſſet perſecutio, qua multi occiſi erant bello, quo tempore ſi quis emiſſet a tyranno, emtio rata erat, ita ut non eſſet neceſſe ut emtor obligaretur ad idem jus cum Iſraëlita poſſeſſore campi, quia propter periculum Iſraëlitæ eum omnino concedebat tyranno; nam hypotheſis nobis eſt, quod ſi alium velit quis ſuſpendere & vendere, venditionem eſſe ratam. Sed a tempore eorum qui bello occiſi ſunt, & deinceps, quo nondum fuerat decretum de occiſione, pronunciarunt ſententiam de jure tyranni, dicendo, ut is qui emerit agrum a tyranno, judicetur juxta jus poſſeſſoris agri, uti in Miſna expoſitum eſt. מקחו בטל *emtio ejus irrita eſt*, quia dicimus eum feciſſe præ timore. לקח מן האיש *qui emerit a viro*, nempe campum doti uxoris deſtinatum. מקחו בטל *emtio ejus irrita eſt*, eo quod ipſa dicere poterit, ego id feci ut marito meo morem gererem. נותן לבעלים רביע *det quartam partem poſſeſſoribus*, nam Sapientes hanc quantitatem ita æſtimarunt, ut tyrannus, quandoquidem campus gratis ad ipſum pervenit, cum vendat quarta parte minus valore ſuo.

campi poſſeſſorem, de quo tyrannus gentilis eum rapuerit. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Cetubhot capite decimo, quod acquiſitio uxoris ejuſque conſeſſio in eo quod vendiderit maritus ejus, non valet, quia illa dicere poterit quod id fecit ut marito in eo morem gereret, ideo illa campum e poteſtate emtoris denuo educere poteſt, quando dotem ſuam exigit.

נותן לבעלים רביע *Sed poſſeſſoribus det quartam partem*, ſi campum emerit e poteſtate tyranni triginta denariis, poſſeſſori decem dabit, quia nos campum æſtimamus quadraginta denariorum. Id autem quod reliquum eſt, tyrannus parvi vendit, etſi ipſi non conſtet pecuniâ, hæc tamen ſit menſura; & hoc eſt quod in Gemara dicunt, quarta pars agri eſt tertia in pecuniis. Et non dubium, quin hoc ſuccederet dum eſſet illic tyrannus.

ז חרש רומז ונרמז ובן בתירא אומר קופץ ונקפץ במטלטלים הפעוטות מקחן מקח וממכרן ממכר במטלטלין :

7. Mutus annuit, & annuitur ipſi. Ben Betera dicit, movet labia, & moventur ipſi, in mobilibus. Parvulorum emtio eſt emtio, & venditio eorum eſt venditio, in mobilibus.

R. OB. DE BARTENORA.

חרש רומז ונרמז *Mutus annuit, & annuitur illi*, per ſigna quædam ab ipſo deſignata, vel ab aliis, ipſo annuente vel abnuente, res ſit rata. רמיזה eſt ſignum quod manibus vel capite exprimitur. קפיצה eſt ſignum quod labiis exprimitur, ſic Pſal. 107. 42. קפצה פיה cujuſmodi ſignum non tam clarè dignoſcitur quam רמיזה.

במטלטלין *In mobilibus*, ſi mobilia vendiderit; ſed deciſio non eſt juxta Ben Betera. פעוטות *parvuli*, ſeptem, & octo annorum, ſi ingenio polleant, & in negotiis verſati ſint; aut novem, & decem annorum, ſi non polleant ingenio, neque exercitati fuerint. מקחן מקח וממכרן ממכר במטלטלין *emtio eorum eſt emtio, & venditio eorum eſt venditio, in mobilibus*, & dona eorum quoque rata ſunt, tam ſanorum quam infirmorum, tam dona magna quam parva.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרש רומז ונרמז *Mutus annuit, & annuitur ipſi*, quocunque modo id fieri poterit, Ben Betera dicit, quod emtio & venditio ejus in mobilibus nullius eſt momenti, niſi uſque dum receperit ipſam rem quam emit, in poteſtatem ſuam, & dederit quoque ei cui vendidit, & ſignum quo annuit, non ſuffecerit.

פעוטות *Parvuli*, ſunt filii minorennes ſex & ſeptem annorum, ſi illis ſit ingenii acumen; aut octo, novem, & decem annorum juxta ingenii vires, & hæc conſideratio a judicibus dependet; deciſio non eſt juxta Ben Betera.

ח ואלו דברים אמרו מפני דרכי שלום כהן קורא ראשון ואחריו לוי ואחריו ישראל מפני דרכי שלום מערבין בבית ישן מפני דרכי שלום בור שהוא קרוב לאמה מתמלא ראשון מפני דרכי שלום מצודות חיה ועופות ודגים יש בהם משום גזל מפני דרכי שלום רבי יוסי אומר גזל גמור מציאת חרש שוטה וקטן יש בהן משום גזל מפני דרכי שלום רבי יוסי אומר גזל גמור עני המנקף בראש הזית מה שתחתיו גזל מפני דרכי שלום רבי יוסי אומר גזל גמור אין ממחין ביד עניי עכו״ם בלקט שכחה ופיאה מפני דרכי שלום :

8. Et hæc dixerunt pacis gratia, ſacerdos leget prius, & poſt ipſum Levita, poſt hunc Iſraëlita, pacis gratia. Faciunt commixtiones ciborum in domicilio veteri, pacis gratia. Puteus qui proximus eſt ductui aquarum, adimpletur prius, pacis gratia. Retia ferarum, & avium, & piſcium, cadunt ſub furtum, pacis gratia. R. Joſe dicit, eſt furtum perfectum. Quod inventum eſt a muto, ſtulto, & parvulo, cadit ſub furtum, pacis gratia. R. Joſe dicit, eſt furtum perfectum. Si quis pauper decuſſerit in ſummitate oleæ, id quod ſub illa eſt, furtum eſt, pacis gratia. R. Joſe dicit, furtum perfectum eſt. Non cohibent manus pauperum gentilium in ſpicilegio, manipulo oblivione relicto, & angulo, pacis gratia.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן קורא ראשון וכו׳ *Sacerdos legit prius &c.* quando neuter doctrina præſtat, at ſi Iſraëlita doctrina præſtat, tum Sacerdotem & Levitam antecedit; nam ſpurius in Lege peritus antecedit pontificem maximum imperitum. Et hoc eſt Gemaræ jus, jam vero moris eſt ut Sacerdos etiamſi indoctus legat primus in Lege, ante omnes in Iſraële doctiſſimos.

מפני דרכי שלום *Propter vias pacis*, nam ex Lege ſacerdos cuicunque voluerit, concedere poteſt, ut vice ipſius legat; ſed pacis gratia decreverunt Sapientes ut primus legat, & non concedat hanc veniam alii, ne quis dicat, quare hanc veniam conceſſit huic, & non illi? Cæterum nunc temporis, tam die Sabbati quam aliis feſtis diebus, quibus ma-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod hoc publicum eſt negotium & ubique locorum ſolitum, nimirum, quod ſacerdos primus in Synagoga legit in libro Legis, ſive ſit doctus, ſive indoctus; cui tamen rei non eſt probatio e Lege, neque e Gemara, neque intentio eſt illius qui in hac loquitur Miſna. Cæterum maxime miratus ſui, quod hic uſus quoque obtinet in civitatibus Edomiticis, poſtquam ſanati fuerunt, ab infirmitatibus malarum conſuetudinum, & ab opinionibus neotericorum obſervantibus tantum conſuetudines & ritus bonos, juxta id quod dicitur in Gemara; nec conſtat mihi unde hoc proveniat malum. Sed veritas hujus rei traditione accepta ſe habet hoc modo, quo tibi dicam, nimirum, quod ſacerdos in lectione antecedit Levitam, & Iſraëlitam, uti ſcriptum eſt

major hominum multitudo in Synagoga congregata eſt, quam die lunæ & jovis, ſemper ſacerdos legit primus. Neque alii Iſraëlitæ hanc veniam concedere poteſt, ut legat vice illius, ne oboriatur diſcordia. Cum autem non adfuerit ſacerdos, hic ordo non obtinet, neque Levita ſecundus legit, ſed juxta dignitatem ſuam. Eſt autem qui dicit, Levitam nullatenus in Lege debere legere, & hoc uſu confirmatum eſſe.

מערבין בבית ישן *Faciunt commixtiones ciborum in domicilio veteri*, ſenſus eſt, vicini ejuſdem atrii qui ſolent ſuam ciborum mixturam deponere in eodem domicilio, non tenentur commutare locum, ponendo cibum in alio loco.

מפני דרכי שלום *Ob vias pacis*, quia alii homines qui has ciborum commixtiones videre ſolent in illo domicilio, & jam non vident, dicent, quod cibum deferunt ad commixtionem evitandam, & ſic mala orietur ſuſpicio.

בור שהוא סמוך לאמה מתמלא ראשון *Puteus propè ductum aquarum impletur prius*, ejuſmodi puteus adimpletur prius aquis e rivo venientibus, deinceps adimplent eos qui a rivo ſunt remotiores, & inferiores. מצודות חיה *retia ferarum*, quibus non eſt concavum, quo inſtrumenta pro ſe ipſo poſſunt acquirere. יש בהן גזל מפני דרכי שלום *cadunt ſub furtum, propter vias pacis*, & non repetuntur per judices.

רבי יוסי אומר גזל גמור *R. Joſe dicit, eſt furtum abſolutum*, ex decreto Sapientum, & per judices repetitur. Sed concedit R. Joſe quod non eſt furtum ex Lege, ut quis propterea tranſgrediatur præceptum negativum; at deciſio non eſt juxta R. Joſen. המנקף eſt idem ac חותך, ſic dicitur Jeſ. 10, 34. ונקף סבכי היער

Levit. 21, 8. וקדשתו כי את לחם אלהיך הוא מקריב Quæ exponit traditio, in omni re ſancta ſacerdos primas tenebit partes, & præferetur in recitanda benedictione cibi, & in eo quod optimum eſt ſibi eligendo in conviviis. Cæterum hæc ita intelligenda ſunt, quando non datur alius ipſo doctior, nimirum, ſi eodem in loco fuerint ſacerdos, Levita & Iſraëlita in doctrina æquales, unus non major Sapiens quam alter, tum ratio familiæ habenda eſt, & ſacerdos primas tenet partes, ſecundas Levita, & tertias Iſraëlita. Et hoc quod dixi tibi exponetur ulterius capite ultimo tractatus Horayot, ubi ita Miſna, *Hæc ita intelligenda ſunt, quando omnes in doctrina fuerint æquales; at ſi ſpurius fuerit vir doctus, & pontifex maximus indoctus, tum ſpurius doctus antecedit pontificem maximum.* Conſtat autem e Gemara, quod Sapiens quidam Iſraëlita legebat primus die Sabbati in libro Legis, præſentibus Rabh Ame & Rabh Aſe, qui maximi erant Sapientes ſacerdotes in terra Iſraëlis, eo quod major erat Sapiens quam illi ambo. Sic etiam dicit Gemara, *Rabh legebat pro ſacerdote*, id eſt, legebat primus, ut ſacerdos, eo quod major habebatur Sapiens quam ſacerdotes illius loci; & de hac re non eſt controverſia. Præterea nobis quoque fundamentum eſt, quod ſacerdos, qui ad legendum aptus eſt, ſi hunc honorem detulerit ad Iſraëlitam quendam ut vice illius legat primus, hoc facere poſſit. Verum Sapientes hoc ipſi prohibuerunt, pacis gratia, ne oboriretur diſcordia, nam fieri potuiſſet ut alii Iſraëlitæ dixiſſent, quare ſacerdos hunc honorem obtulit huic Iſraëlitæ, & non potius mihi, nam res ab ipſo dependet? Et hic Miſnæ ſcopus eſt quando dicit, כהן קרא ראשון *ſacerdos primus legit*; ita quoque Gemara. Moris autem erat ut cibos commixtionis terminorum gratia ponant in domicilio quodam atrio inſtructo, de quo Miſna dicit quod non opus eſt mutari locum ciborum, eos deferendo in aliud domicilium, eo quod hoc ipſi utile eſt, quia domicilium in quo depoſitus eſt cibus, non tenetur panem præbere, cum jam in eo reperiatur panis. גזל גמור *furtum abſolutum*, id eſt, furtum abſolutum juxta Sapientes. Differentia vero inter id quod dicitur גזל מפני דרכי שלום *furtum pacis gratia*, & id quod eſt גזל גמור *furtum abſolutum*, hæc eſt, furtum abſolutum repetitur a Senatu, & quinta pars addi debet, etiamſi ex decreto Sapientum; ſed furtum propter vias pacis non repetitur ab ipſo; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

ט משאלת אשה לחברתה החשודה על השביעית נפה וכברה וריחים ותנור אבל לא תבור ולא תטחן עמה אשת חבר משאלת לאשת עם הארץ נפה וכברה ובוררת וטוחנת ומרקדת עמה אבל משתטיל המים לא תגע עמה (ס"א אצלה) לפי שאין מחזיקין ידי עוברי עבירה וכולן לא אמרו אלא מפני דרכי שלום ומחזיקין ידי עכו"ם בשביעית אבל לא ידי ישראל ושואלין בשלומן מפני דרכי שלום:

9. Mulier mutuo dat amicæ ſuæ in ſuſpicionem de anno ſeptimo adductæ, cribrum, vannum, molas, furnos. Sed non purificabit, neque molet cum ea. Uxor viri fide digni mutuo dat uxori plebeji, cribrum, vannum, & purificat, molit, & vannat cum ea. Verum poſtquam immiſſa fuerit aqua, non tanget cum ea, quia non licet auxilio eſſe tranſgreſſoribus. Omnia hæc hon dicta ſunt niſi pacis gratia. Cæterum gentilibus auxilio fuerunt in anno ſeptimo, at non Iſraëlitis; & ſalutaverunt eos pacis gratia.

R. OB. DE BARTENORA.

החשודה על השביעית *Quæ ſuſpecta eſt de anno ſeptimo*, quæ cuſtodit fructus anni ſeptimi, indè a remotione & deinceps.

לא תבור ולא תטחן עמה *Non purificabit, neque molet cum ea*, adjuvando eam, eo quod non licet peccatorum manus roborare, in cauſa peccandi. לאשת עם הארץ *uxori plebeji*, quæ ſuſpecta eſt de decimis. *Et molit cum ea* &c. quia plurimi plebeji decimare ſolent.

אבל משתטיל המים *Sed poſtquam immiſſa fuit aqua*, ſupple in maſſam. לא תגע עמה *non tanget cum ea*, nam poſtquam maſſa ſubacta eſt, tenetur ſeparare placentam, & polluitur per inſtrumenta immunda, nam ope aquæ diſpoſita eſt ut recipere poſſit immunditiem, & auxilio viri fide digni uxor adjuvat uxorem plebeji, at prohibitum eſt placentæ immunditiem adferre.

וכולן לא אמרו אלא מפני דרכי שלום *Et hæc omnia non dicta ſunt niſi pacis gratia*, non permiſerunt mutuo dare vaſa, & adjuvare amicam citra ejuſmodi tempus, quia occaſio peccandi adfertur illi, niſi pacis gratia.

ומחזיקין ידי גוים בשביעית *Et roborant manus gentilium anno*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hanc Miſham jam de verbo ad verbum expoſuimus in tractatu Schevyt capite quinto, attamen hic quoque illius explicationis mentionem faciam. Licet itaque hæc inſtrumenta, de quibus Miſna loquitur, mutuo dare mulieri de fructibus anni ſeptimi ſuſpectæ, eo quod non ſunt inſtrumenta cujuſmodi directè dant occaſionem peccandi, nam dicere poſſumus, quod forſan mutuo petiit cribrum, ad præparandum ope illius aliquam rem quæ apta eſt ut vannetur. Et quod petiit molas, ad molendum illis aromata. Et furnum ad dealbandum fila lini. Propterea, ſi dixerit, *des mihi cribrum ad cribrandum in eo farinam*, aut, *furnum ad coquendum in eo panem*, non commodabit illi.

אשת חבר משאלה לאשת עם הארץ *Uxor fide digni mutuo dare poteſt uxori plebeji*, in hoc caſu nihil continetur quod pertinet ad annum ſeptimum, ſed hoc ſemper licitum eſt; nam hypotheſis nobis eſt, quod plurimi plebeji decimare ſolent, propterea uxori viri fide digni licet purificare, molere, & cribrare cum uxore plebeji.

אבל משתטיל המים לא תגע עמה *Sed quando aqua indita fuerit, non tanget cum ea*, eſt caſus qui ad mundum & immundum

no ſeptimo, dicendo illis, robore confirmantor manus veſtræ. *Et ſalutant eos*, omni tempore, etiam die feſto; etſi hoc fiat nomine שלום *pacis*, quod eſt unum e nominibus Dei benedicti.

mundum pertinet, & quod uxor plebeji, ejuſque liberi habentur immundi, uti aliquoties expoſitum eſt a nobis in tractatu Taarot. Præterea nobis quoque fundamentum eſt, quod edulia non recipiunt immunditiem, niſi poſtquam confecti fuerint cum uno e ſeptem liquoribus, quemadmodum exponitur in tractatu Machſirim. Et juxta hæc fundamenta neceſſe eſt, ut ſeparet ſe ab illa poſtquam aqua addita fuerit farinæ, quia tum immunditiem contrahit, & peccat, quia Trumam polluit, etiam juxta fundamentum, quo licet profano præbere cauſam immunditiei in terra Iſraëlis; quia in hac maſſa continetur obligatio Trumæ, quæ eſt ſancta. & hoc ſcias velim. Præterea dicit Miſnæ autor, quod quicquid diximus de libertate mutuo dandi, etiamſi in cauſa dubia, & in exiguo quo illam adjuvare poteſt auxilio, fiat propter vias pacis. מחזיקין ידי נרים בשביעית *adjuvent manus gentilium anno ſeptimo*, verbis tantum gentilibus ſunt auxilio, ita ut illis dicere poſſint, quando terram colunt, Deus ſit vobis auxilio, & ſecundet opus veſtrum, & ſimilia. ושאלין בשלומן *& ſalutant eos nomine pacis*, etiam die feſto.

פרק ו האומר התקבל גט זה לאשתי או הולך גט זה לאשתי אם רצה לחזור יחזור האשה שאמרה התקבל לי גיטי אם רצה לחזור לא יחזור לפיכך אם אמר לו הבעל אי אפשי שתקבל לה אלא הולך ותן לה אם רצה לחזור יחזור רבן שמעון בן גמליאל אומר אף האומרת טול לי גיטי אם רצה להחזיר לא יחזיר :

Caput 6. Si quis dixerit, accipe hunc repudii libellum pro uxore mea, aut, hunc repudii libellum adducito ad uxorem meam, & pœnitentiam agere voluerit, agat pœnitentiam. Uxor, quæ dixerit, accipe libellum meum repudii, & ille pœnitentiam agere voluerit, ne agat pœnitentiam. Propterea, ſi dixerit illi maritus, nolo ut iſtum capias pro illa, ſed ut deferatur a te & detur illi, tum pœnitentiam agat, ſi voluerit. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam ſi illa dicat, accipe pro me libellum repudii, ſi pœnitentiam agere voluerit maritus, ne agat pœnitentiam.

R. OB. DE BARTENORA.

אם רצה לחזור יחזור *Si voluerit pœnitentiam agere, agat pœnitentiam*, quia libellus repudii illi denuo eſt, at nemini damnum inferunt invito. לא יחזור *non agat reſipiſcentiam*, nam, quandoquidem mulier eum conſtituit legatum ſuum, res ſe habet perinde ac ſi ipſa recepiſſet libellum repudii, & repudiata eſt, ſimulac legatus eum recepit.

אף האומרת טול לי גיטי *Etiam ſi illa dixerit, accipe pro me libellum repudii meum*, qua phraſeologia quoque notatur modus קבלה *receptionis*; deciſio juris eſt juxta ſententiam Rabban Schimeonis filii Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus capite ſecundo, quod, ſimulac legatus mariti receperit libellum repudii, ſe res habet perinde ac ſi perveniſſet ad ipſam mulierem, eo quod ipſi cura illius demandata eſt; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, dicentem, quod verba illa טול לי גיטי *accipe pro me libellum meum repudii*, eſt phraſis qua denotatur קבלה *receptio*.

ב האשה שאמרה התקבל לי גיטי צריכה שתי כיתי עדים שנים שאומרים בפנינו אמרה ושנים שאומרים בפנינו קבל וקרע אפילו הן הראשונים והן האחרונים או אחד מן הראשונים ואחד מן האחרונים ואחד מצטרף עמהן נערה המאורסה היא ואביה מקבלין את גיטה אמר רבי יהודה אין שתי ידים זוכות כאחת אלא אביה מקבל את גיטה בלבד וכל שאינה יכולה לשמור את גיטה אינה יכולה להתגרש :

2. Mulier quæ dixerit, accipe pro me libellum repudii, opus habet duabus teſtium catervis; duobus qui dicant, *coram nobis dixit*, & duobus qui dicant, *coram nobis recepit eum*, *& diſcidit*, etiamſi primi ſint ultimi, aut unus e primis, & unus ex ultimis, & unus cum illis conjunctus. Filia ſi deſponſa fuerit, tum illa & pater ejus recipiunt libellum repudii illius. Dixit R. Jehuda, duæ manus non acquirunt ſimul, ſed pater ejus tantum recipit libellum repudii illius. Quæcunque autem non potuerit cuſtodire ſuum repudii libellum, ea nequit repudiari.

R. OB. DE BARTENORA.

צריכה שתי כיתי עדים *Opus habet duabus turmis teſtium*, tenetur adducere coram nobis duas teſtium turmas, duos teſtes qui dicant, *uxor coram nobis dixit, accipe poſſe eum*; & duos qui dicant, *coram nobis legatus cepit eum*; *& diſcidit.* Sed hæc intelligenda ſunt de temporibus perſecutionum, quando ob metum hoſtium decreverunt, ut præcepta Legis pro illo tempore non obſervarentur, propterea diſcindebant libellum repudii, ne conſpiceretur.

אפילו הן הראשונים והן האחרונים *Etiamſi primi ſint ultimi*, ita ut duo illi coram quibus libellum repudii recepit, ſint iidem qui viderunt quod illum recepit; aut unus e primis, aut unus ex ultimis, & alius tertius cum illis ſimul, qui ab utraque parte fuit teſtis. היא ואביה *illa & pater ejus*, potius, *aut illa aut pater ejus*; illa recipere poteſt, quia jam eſt major natu, & pater ejus quoque habet poteſtatem recipiendi divortium. אינה יכולה להתגרש *non poteſt repudiari*, etſi pater recipere poteſt libellum repudii, attamen non expellitur eo quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. ושלחה מביתו cujuſmodi igitur quam miſerit, & non redierit, excludit eam quam miſerit, & redierit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וקרע *Et diſciderit eum*, non eſt è conditionibus illius, ut diſcindatur, ſed ſenſus eſt, ac ſi dixiſſet אם קרעו *ſi diſcidiſſet eum*, & hoc alii teſtati fuerint. Puellæ vero deſponſatæ jus jam explicuimus capite decimo tractatus Nedarim. Quod dicit היא ואביה *illa & pater ejus*, vult, *aut illa*, *aut pater ejus*; quæcunque autem cuſtodire poterit ſuum repudii libellum, etiam recipere poterit ſuum repudii libellum poſt mortem patris; & quæ libellum ſuum repudii cuſtodire poteſt, eſt ea quæ libellum ſuum repudii diſtinguere novit ab aliis ſcriptis; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ג קטנה שאמרה התקבל לי גיטי אינו גט עד שיגיע הגט לידה לפיכך אם רצה הבעל לחזור יחזור שאין קטן עושה שליח אבל אם אמר לו אביה צא והתקבל לבתי גיטה אם רצה להחזיר לא יחזיר האומר תן גט זה לאשתי במקום פלוני ונתנו לה במקום אחר פסול הרי היא במקום פלוני ונתנו לה במקום אחר כשר האשה שאמרה התקבל לי גיטי במקום פלוני וקבלו לה במקום אחר פסול רבי אליעזר מכשיר הבא לי גיטי ממקום פלוני והביאו לה ממקום אחר כשר :

3. Si quæ minorennis dixerit legato, accipe pro me libellum meum repudii, tum non eſt repudii libellus niſi donec pervenerit repudii libellus ad manum illius. Propterea, ſi maritus revocare voluerit, revocet, nam minorennis legatum conſtituere nequit. At ſi pater illi dixerit, *ito & recipe libellum repudii pro filia mea*, & deinceps revocare voluerit, ne revocet. Si quis dixerit, *dato hunc repudii libellum uxori meæ tali in loco*, attamen dederit eum alio, illegitimus eſt. (Si dixerit) *ecce illa eſt in tali loco*, & dederit eum alio loco, legitimus eſt. Si quæ mulier dixerit, *accipe pro me libellum meum repudii in tali loco*, & acceperit eum alio in loco, illegitimus eſt. R. Elieſer legitimum pronunciat. (Si dixerit) *adduc meum repudii libellum e tali loco*, & adduxerit eum ex alio loco, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתנו לה במקום אחר פסול *Si dederit illi eum in alio loco, illegitimus*, quia maritus ſollicitus eſt ne de ſeipſo loquantur & rideant in hoc loco. הרי היא במקום פלוני *ecce illa eſt in tali loco*, hoc dicit tantum ad indicandum legato locum quo eam inveniet.

רבי אליעזר מכשיר *R. Elieſer legitimum pronunciat*, quia putat maritum ſollicitum eſſe de loco, eo quod volens eam repudiavit; ſed illa invita expellitur, propterea illa locum indicat ipſi in quo eſt maritus ejus; deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Elieſeris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta R. Elieſer, quia filia minorennis eum non conſtituit legatum, niſi ad recipiendum pro illa libellum repudii in tali loco, at quando tranſgreſſus fuerit dictum ejus, legatio illius irrita fit. Cæterum jam tibi conſtat ſcopus, nimirum, ſi intentio mariti fuerit conditionem inire, ut uxori detur libellus repudii tali in loco, at ſi non impleta fuerit conditio, irritus fit repudii libellus. Sin autem dixerit, illa eſt in tali loco, volens tantum indicare in quo erat loco, at non accurate circumſcribere locum, ut daretur illi tali in loco, & non in alio, propterea, omni in loco quo dederit illi, legitimus eſt.

ד הבא לי גיטי אוכלת בתרומה עד שיגיע גט לידה התקבל לי גיטי אסורה לאכול בתרומה מיד התקבל לי גיטי במקום פלוני אוכלת בתרומה עד שיגיע גט לאותו מקום רבי אליעזר אוסר מיד :

4. (Si uxor legato dixerit) *adfer mihi libellum meum repudii*, comedere poteſt de Truma donec libellus repudii pervenerit ad manum illius. (Si dixerit) *accipe pro me mihi libellum meum repudii*, prohibitum eſt illi ſtatim comedere de Truma. (Si dixerit) accipe pro me tali in loco repudii libellum, comedere poteſt de Truma donec libellus repudii pervenerit ad hunc locum; R. Elieſer vetat ſtatim.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכלת בתרומה עד שיגיע גט לידה *Comedit de Truma donec libellus repudii pervenerit ad manus illius*, ſi uxor ſacerdotis ſit. עד שיגיע גט לאותו מקום *donec pervenerit libellus repudii ad illum locum*, nam ſic dixerat uxor, *non eris legatus meus niſi eo in loco*. רבי אליעזר אוסר מיד *R. Elieſer vetat ſtatim*, comedere, ſimulac legatus deceſſerit ab illa; R. Elieſer enim ſequitur opinionem ſuam qua ſtatuit, legitimum eſſe repudii libellum quem receperit in alio loco, quia locum nominare, eſt locum deſignare, & illa repudiata eſt ab eo tempore quo libellum repudii receperit, propterea, ſimulac deceſſerit ab ea, prohibitum illi eſt de Truma comedere, eo quod fieri poſſit ut maritum inveniat extra urbem, & recipiat ab illo divortium; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Elieſeris.

ה האומר כתבו גט ותנו לאשתי גרשוה כתבו אגרת ותנו לה הרי אלו יכתבו ויתנו פטרוה פרנסוה עשו לה כנימוס עשו לה כראוי לא אמר כלום בראשונה היו אומרים היוצא בקולר ואמר כתבו גט לאשתי הרי אלו יכתבו ויתנו הזרו לומר אף המפרש והיוצא בשיירא רבי שמעון שזורי אומר אף המסוכן :

5. Si quis dixerit, *ſcribite libellum repudii, & tradite eum uxori meæ, repudiate eam: Scribite epiſtolam, & tradite eam ipſi*, ecce hi ſcribant & tradant: Si, *liberam dimittite eam, alite eam, facite ipſi juxta id quod juſtum, & æquum eſt*, non dixit quicquam. In principio dicebant, ſi quis exierit moriturus, & dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, ecce tum ſcribant & tradant. Denuo dixerunt, ſi quis deceſſerit, & exierit cum caterva præſidiaria. R. Schimeon Schezuri dicit, etiam de vita periclitans, (hoc obtineat.)

R. OB. DE BARTENORA.

כתבו אגרת (Si dixerit) *ſcribite epiſtolam*, nam גט *divortium* quoque dicitur אגרת, quemadmodum de eo ſcriptum eſt in illo, ואגרת שבוקין *libellus dimiſſionis*. פטרוה *liberam dimit-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היוצא בקולר *Qui exierit cum collari*, qui e carcere exierit ut juſſu regis morte afficiatur. המפרש *qui deceſſerit*, ad ſuſcipiendum mari iter. היוצא בשיירה *qui exierit*, militibus præſi-

dimittite eam, &c. quia dicimus quod vult ut eam liberent a debitis illius. פרנסתה *aliteeam*, vult dicere, date illi omnia quæ ad victum & amictum ſunt neceſſaria, propterea non conſtat nobis, an velit dicere id quod neceſſarium eſt ad libellum repudii, ne uxor alligetur leviro; an vero id quod neceſſarium ad amictum. כנימוס *juxta legem*, at non conſtat nobis an loquatur de lege divortii, an vero de lege quod ad victum & amictum. כראוי *ut decet*, eodem modo. היוצא בקולר *qui exierit cum collari*, ut morte afficiatur juſſu regis. ואמר כתבו *& dixerit*, *ſcribite*, etſi non dixerit, *& tradite*. יכתבו ויתנו *ſcribant & dent*, nam metu conturbatus eſt ut ſe explicare non poſſit. היוצא בשיירא *qui exierit cum caterva præſidiaria*, in deſerta loca. מסוכן idem ac חולה *ægrotus*; deciſio eſt juxta R. Schimeon Schezuri.

præſidiarius in deſertum iter ſuſceperit per deſertum, ei ſufficit dixiſſe, *ſcribite*, etſi non dixerit, *& tradite*, quia ipſe caſus ſatis demonſtrat quod ipſius intentio eſt ut libellus repudii uxori tradatur, & repudietur ab illo; deciſio eſt juxta R. Schimeon Schezuri.

ו מי שהיה מושלך לבור ואמר כל השומע את קולו יכתוב גט לאשתו הרי אלו יכתבו ויתנו הבריא שאמר כתבו גט לאשתי רצה לשחק בה מעשה בבריא אחד שאמר כתבו גט לאשתי ועלה לראש הגג ונפל ומת אמר רבן שמעון בן גמליאל אמרו חכמים אם מעצמו נפל הרי זה גט אם הרוח דחאתו אינו גט:

6. Si quis in foveam conjectus dixerit, *quicunque audiverit vocem meam*, *ſcribat uxori meæ libellum repudii*, ecce hi ſcribant & tradant. Si ſanus dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, intendit ridere cum illa. Contigit aliquando ut ſanus quidam dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, & aſcenderit ipſum tecti culmen, & ceciderit, & mortuus fuerit. Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, ſi ex ſeipſo ceciderit, ecce hic obtinet repudii libellus; at ſi ventus impulerit ipſum, non obtinet libellus repudii.

R. OB. DE BARTENORA.

כל השומע את קולו *Quiſquis audiverit vocem ejus*, & ille dixerit nomen ſuum, & nomen civitatis ſuæ. רצה לצחק בה *vult ridere cum illa*, quia non dixit, *& date*. מעשה בבריא *caſus de ſano*, exponit Gemara quod huic Miſnæ quædam addenda ſunt, perinde ac ſi dixiſſet, *ſi finis illius oſtendat primam ejus intentionem, divortium obtinet; caſus de ſano quodam &c.* deciſio eſt juxta R. Schimeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רצה לצחק בה *Volens ridere cum ea*, niſi alia fuerit cauſa quæ intentionem ejus manifeſtaverit, quemadmodum enumeratur in caſu; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ז אמר לשנים תנו גט לאשתי או לשלשה כתבו גט ותנו לאשתי הרי אלו יכתבו ויתנו אמר לשלשה תנו גט לאשתי הרי אלו יאמרו לאחרים ויכתבו מפני שעשאן בית דין דברי ר' מאיר וזו הלכה העלה ר' חנניה איש אונו מבית האסורין מקובל אני באומר לשלשה תנו גט לאשתי שיאמרו לאחרים ויכתבו מפני שעשאן בית דין אמר רבי יוסי נומינו לשליח אף אנו מקובלין שאפילו אמר לבית דין הגדול שבירושלים תנו גט לאשתי שילמדו ויכתבו ויתנו אמר לעשרה כתבו גט לאשתי אחד כותב ושנים חותמין כולכם כתובו אחד כותב וכולם חותמין לפיכך אם מת אחד מהן הרי זה גט בטל:

7. Si dixerit, duobus, *date libellum repudii uxori meæ*: aut tribus, *ſcribite libellum repudii, & date eum uxori meæ*, hi ſcribant, & dent. Si tribus dixerit, *date libellum repudii uxori meæ*, hi dicant aliis, ut illi ſcribant, eo quod eos conſtituit quaſi Senatores, ſunt verba R. Meyri. Et hanc doctrinam R. Chanina Ononenſis attulit e carcere, traditione accepi de eo qui dixerit tribus, date libellum repudii uxori meæ, ut dicerent aliis qui eum ſcribant, quia eos conſtituit ſenatores. Dixit R. Joſe, dicamus legato, etiam nos accepimus; quod, etiamſi magno ſenatui dixerit Jeruſolymitano, date libellum repudii uxori meæ, diſcerent, ſcriberent, & darent. Si decem dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, unus ſcribebat, & duo ſignabant. Si dixerit, *vos omnes ſcribite*, unus ſcribebat, & reliqui omnes ſignabant; propterea, ſi unus eorum mortuus fuerit, libellus repudii ineptus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לשנים תנו גט לאשתי *Si duobus dixerit*, *date libellum repudii uxori meæ*, etſi non dixerit, *ſcribite & date*; הרי אלו יכתבו *ecce hi ſcribant*, illi ipſi, non dicentes aliis ſcribis ut ſcribant, neque teſtibus ut obſignent; quia eos non conſtituit Senatores, ad præcipiendum aliis, ſed eos tantum fecit teſtes, & legatos ſuos. Si tribus dixerit, *ſcribite, & date libellum repudii uxori meæ*, etiamſi apti ſint ad ſenatores, non tamen eos fecit ſenatores, quando clarè dixerit, *ſcribite*; ſed fecit eos teſtes. Si tribus dixerit, *date*, & non dixerit, *ſcribite*, hi dicant aliis teſtibus, ut ſcribant, ſignent, & dent, quia illos fecit ſenatores.

מבית האסורין *E carcere*, in nomine R. Akibæ qui in carcerem conjectus erat. נומינו לשליח *diximus legato*, diximus R. Chaninæ, qui legatus erat factus in illa doctrina, ad dicendum eam pro concione. שילמדו *ut diſcerent*, ſi non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non eſt dubitandum quin Senatores aliquando non verſati ſint in ſcriptura, quia eſt e conditionibus Senatorum ut ſint Sapientes, non, ut ſint ſcribæ. Quod dicit אחד כותב וכולן חותמין *unus ſcribit, & omnes obſignant*, ideo fit quia ita pactus eſt; nam neceſſe eſt ut is qui repudiat, dicat eo ſenſu quo ordinavit, ut, ſi multis dixerit, *ſcribite*, ſingulis ſe explicet ſeorſim. Si multis dixerit, *obſignate*, dicet, ſinguli duo e vobis, qualeſcunque duo e vobis fuerint. Si multis dixerit, *ducite libellum repudii ad uxorem meam*, dicet poſtea, unus veſtrum qualiſcunque fuerit. Et hoc eſt quod in Gemara dixerunt, *ſcribite, quicunque veſtrum; obſignate, duo e vobis; ducite, unus veſtrum.* Quando autem non explicuerit ſe, omnes obſignant, uti dicit Miſna; ſed duo obſignant pro teſtibus, & reliqui propter pactum. Propterea non curamus reliquos, an ſint illegitimi, necne;

non poſſint ſcribere, addiſcant ſcriptionem, ut illi ipſi ſcribant.

an propinqui, an teſtimonium eorum dilatum ſit aliquod tempus, quia illi vi pacti teſtantur, non vi teſtimonii. Hac de cauſa dicimus quod teſtes libelli repudii non obſignant, niſi unus id faciat præſente altero; quia ſuſpicamur eum dixiſſe, *omnes vos*, & illi obſignaverint ex parte, & uxor imaginetur ſibi quod libellus repudii ſit legitimus, eo quod duos habet teſtes, unamque conditionem, quod omnes teſtati fuerunt; deciſio eſt juxta R. Joſen.

פרק ז מי שאחזו קורדייקוס ואמר כתבו גט לאשתי לא אמר כלום אמר כתבו גט לאשתי ואחזו קורדייקוס וחזר ואמר אל תכתבו אין דבריו האחרונים כלום נשתתק ואמרו לו נכתוב גט לאשתך והרכין בראשו בודקין אותו שלשה פעמים אם אמר על לאו לאו ועל הן הן הרי אלו יכתבו ויתנו :

Caput 7. Quem ceperit cardiaca afflictio, & dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, non dixit quicquam. Si dixerit, *ſcribite libellum repudii uxori meæ*, & eum ceperit afflictio cardiaca, dixeritque, *non ſcribetis*, ultima illius verba nullius ſunt momenti. Si quem reliquerit loquela, & dixerint illi, *an ſcribemus libellum repudii uxori tuæ?* & ipſe capite annuerit, inquirunt de ipſo ter, ut, ſi ad non, reſponderit non; ad ita, ita, tum hi ſcribant, & dent.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שאחזו קורדייקוס *Quem ceperit cardiaca afflictio*, cum animus perturbatur propter malum ſpiritum, qui prædominatur in eo qui bibit vinum novum. אין דבריו האחרונים כלום *ultima ejus verba nullius ſunt momenti*, neque neceſſe eſt eum denuo interrogare poſtquam redierit ad ſe, ſed ut illi potius ſcribant libellum repudii, & ſequantur prima ejus verba; at quandiu mente conturbatus eſt, non licet ſcribere libellum repudii. הרכין eſt id quod נטה *inclinavit ſe*. בודקין אותו *inquirunt de illo*, per res alias. הרי אלו יכתבו ויתנו *ecce hi ſcribant & dent*, ſi inclinaverit caput ſuum ad interrogationem de divortio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קורדייקוס *Afflictio cardiaca*, eſt infirmitas quæ procedit e receſſu cerebri, undè perturbatur mens, & propterea una eſt ex infirmitatibus accidentalibus. אין דבריו אחרונים כלום *ultima ejus verba non ſunt ullius momenti*, id eſt, nam non eſt neceſſe ut rogent ipſum ſecunda vice, poſtquam ſanitati redditus fuerit, an confirmet verba ſua, nec ne; ſed libellum repudii non ſcribet antequam reconvaluerit. והרכין בראשו *& inclinaverit caput ſuum*, id eſt, ſi ſignum dederit capite ſuo quod reſpondet interrogationi; nam inquirunt de ipſo quantum fieri poteſt.

ב אמרו לו נכתוב גט לאשתך ואמר להן כתובו אמרו לסופר וכתב ולעדים וחתמו אף על פי שכתבוהו וחתמוהו ונתנוהו לו וחזר ונתנה לה הרי הגט בטל עד שיאמר לסופר כתוב ולעדים חתומו :

2. Si dixerint illi, *an ſcribamus libellum repudii uxori tuæ?* & reſponderit illis, *ſcribite*; at illi dixerint ſcribæ ut ſcribat, & teſtibus ut ſignent; etiamſi ſcripſerint & ſignaverint eum, & dederint eum ipſi, & ipſe denuo dederit illi (uxori,) ecce hic eſt libellus repudii ineptus, donec dixerit ſcribæ, *ſcribe*, & teſtibus, *ſignate*.

R. OB. DE BARTENORA.

Si dixerint ei, ſcil. ſano aut infirmo: *an ſcribamus uxori tuæ libellum repudii?* ne uxor teneatur nubere leviro ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si dixerint illi, non vult dicere, quid dixerint ei quem cepit cardiaca afflictio, ſed etiam cuicunque homini qui ſe obtulerit, ſi dixerint illi, *an ſcribamus libellum repudii uxori tuæ?* & reſponderit, *ſcribite*, *& illi date*, tum libellus repudii illegitimus eſt, donec ipſe dixerit, *ſcribite*, *ſignate*, & date ipſi.

ג זה גיטך אם מתי זה גיטך אם מתי מחולי זה זה גיטך לאחר מיתה לא אמר כלום מהיום אם מתי מעכשיו אם מתי הרי זה גט מהיום לאחר מיתה גט ואינו גט אם מת חולצת ולא מתייבמת זה גיטך מהיום אם מתי מחולי זה ועמד והלך בשוק וחלה ומת אומדין אותו אם מחמת חולי הראשון מת הרי זה גט ואם לאו אינו גט :

3. (Si dixerit maritus) *hic eſt libellus repudii tui ſi mortuus fuero*; *hic eſt libellus repudii tui, ſi hac infirmitate mortuus fuero*; *hic eſt libellus repudii tui poſt mortem*, non dixit quicquam. *Ab hoc die, ſi mortuus fuero*, *ab hoc momento, ſi mortuus fuero*, ecce hic eſt repudii libellus. *Ab hoc die, & poſt mortem meam*, eſt repudii libellus, & non eſt. Si mortuus fuerit, ipſa calceum exuet, & non nubet leviro. *Hic eſt ejus repudii libellus ab hoc die, ſi mortuus fuero hac infirmitate*, at poſtea reconvaluerit, & exierit in locum publicum, conſiderant de ipſo, an mortuus fuiſſet prima imbecillitate, & tum eſt repudii libellus; ſin minus, non eſt repudii libellus.

R. OB. DE BARTENORA.

זה גיטך אם מתי לא אמר כלום *Hic eſt libellus tuus repudii, ſi mortuus fuero, non dixit quicquam*, eo quod dicere vult etiam pro tempore poſt mortem valere divortium; at poſt mortem non valet libellus repudii, ideo nihil dixit. מחולי זה *ex hac infirmitate*, ab hoc tempore infirmitatis, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio Miſhnæ hujus eſt ea quam tibi dicam, ſi ſanus dixerit uxori ſuæ, *hic eſt libellus repudii tuus*, aut ſi infirmus dixerit, *hic eſt tuus libellus repudii ſi mortuus fuero hac infirmitate*, non dixit quicquam. Nam hypotheſis nobis eſt quod divortium non valet poſt mortem; & quod dixit, ſi

& deinceps; ſi igitur mortuus fuerit hac infirmitate, fiet ut libellus repudii tantum poſt mortem obtineat.

מהיום ולאחר מיתה גט ואינו גט *Ab hoc die & poſt mortem ejus, eſt libellus repudii, & non libellus repudii*, dubium eſt an id quod dixit, *poſt mortem*, ſit conditio, & dicere velit, ab hoc die ſi mortuus fuero: ſi ergo mortuus fuerit, conditio adimpleta eſt, & fit, ut ſit repudii libellus ab eo momento quo dedit eum. Sin autem ſit pœnitentia, adeo ut ipſum pœniteat ejus quod dixit, *ab hoc die*; & propterea dixit, *poſt mortem meam erit libellus repudii*, id non eſt alicujus momenti, eo quod non dixit, *ab hoc die ſi mortuus fuero*. חולצת *diſcalceabit*, eo quod fieri poſſit ut non ſit libellus repudii. ולא מתייבמת *neque nubet leviri*, quia divortium forſan valet, ergo eſt expulſa fratris ſui quæ ipſi prohibita eſt ſub excidii pœna.

ſi mortuus fuero, vult, ut indicetur ſimul caſus repudii poſt mortem, niſi dixerit, *ab hoc momento*, aut, *ab hoc die*. Cæterum ſi dixerit, *ab hoc die & deinceps poſt mortem*, dubium eſt an intentio ejus fuerit de eo quod dixit, *ab hoc die*, & libellus repudii ejus legitimus eſt. Id autem quod dixit, *poſt mortem*, ſub hac conditione dixit, *ſi mortuus fuero*. Aut ſi pœnituerit ipſum illius quod dixit, & intentio ejus fuerit de eo quod dixit, *poſt mortem*, libellus repudii ineptus eſt, quia poſt mortem non valet amplius. Propterea diſcalceabit, & non nubet leviro, juxta id quod expoſitum eſt capite tertio tractatus Jebhammot; ubi dicit Miſna, שהיו לחן קדושין או גרושין בספק חולצות ולא מתייבמות *& omnes illæ, quibus fuerint ſponſalia aut repudii libellus in dubio, diſcalceabunt, & non nubent leviro.*

ד לא תתייחד עמו אלא בפני עדים אפילו עבד אפילו שפחה חוץ משפחתה כפני שלבה גס בה בשפחתה מה היא באותן הימים ר' יהודה אומ' כאשת איש לכל דבריה רבי יוסי אומר מגורשת ואינה מגורשת :

4. Non ſola erit cum eo, niſi coram teſtibus, etſi ſervus fuerit, aut ſerva, ſerva illius excepta, eo quod familiaris eſt ſervæ ſuæ. Qualis illa eſt eo tempore? R. Jehuda dicit, eſt ſicut uxor maritata in omnibus rebus. R. Joſe dicit, repudiata eſt & non repudiata.

R. OB. DE BARTENORA.

לא תתייחד עמו *Non ſola erit cum eo*, qui dederit divortium, & dixerit, *ab hoc die, ſi mortuus fuero*, tum illa non poteſt eſſe ſola cum marito, ne coitum cum illa ineat, & neceſſarius ſit libellus repudii, quia ſuſpicamur eum coiturum cum illa in nomine ſponſaliorum.

מה היא באותן הימים *Qualis illa eſt illis diebus?* hoc non referendum eſt ad principium, ſi dixerit, *ab hoc die, ſi mortuus fuero*, quia certum eſt quod res detegitur quando ille mortuus fuerit, nempe, quod ſit libellus repudii rectus ab eo momento quo dedit eum; quicunque autem coiverit cum ea, immunis eſt. Sed hic tractat de eo qui dixerit, cum dabat illi libellum repudii, *hic eſt tuus repudii libellus & repudiata eris per eum ab eo momento quo ego eram in vivis, ſi mortuus fuero.* R. Jehuda putat, quod ſit libellus repudii circa horam mortis, ante vero habeatur uxor maritata. R. Joſe putat, quod ab eo momento quo uxori dedit libellum repudii, nobis de eo dubium eſt, quia fieri poteſt ut hoc momentum ſit tempus circa mortem, adeoque ſit libellus repudii dubius. Et quamvis deinceps vixerit, tamen non datur electio, quomodo manet in dubio, & quicunque cum ea iniverit coitum, adducet ſacrificium expiationis pro peccato.

R.MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu neceſſarium tibi eſt, quod nemini qui dederit libellum repudii ſub conditione, aut pro tempore, licet eſſe ſolum cum uxore illa ſua per totum illud tempus, ſed ab eo momento quo libellum repudii ſcripſerit. Cum autem duo teſtes teſtati fuerint, quod ſolus cum ea fuit, libellus repudii irritus factus eſt. Ritus autem ejus quæ repudiata & non repudiata eſt, multifarii ſunt, ut, quod maritus ei alimoniam ſuppeditare tenetur, & non reſcindere vota ejus, neque per eam pollui poteſt, ut per repudiatam. Deciſio juris in hoc caſu eſt, illam omnino eſſe repudiatam, dummodo maritus ejus mortuus fuerit. Propterea, ſi quis illis diebus cum illa conjugium iniverit, dependens eſt illius conjugium, nempe, ſi mortuus fuerit maritus, liber eſt; at ſi vixerit, & libellus repudii irritus factus fuerit, adulterium commiſit cum uxore maritata. Sin errore factum fuerit, adducet ſacrificium expiationis pro peccato.

ה הרי זה גיטך על מנת שהתני לי מאתים זוז הרי זה מגורשת ותתן על מנת שתתני לי מכאן ועד שלשים יום אם נתנה לו בתוך שלשים יום מגורשת ואם לאו אינה מגורשת אמר רבי שמעון בן גמליאל מעשה בצידן באחד שאמר לאשתו הרי זה גטיך על מנת שתתני לי איצטלתי ואבדה איצטליתו ואמרו חכמים תתן לו את דמיה :

5 (Si dixerit maritus) *hic tuus eſt repudii libellus, ſub ea conditione, ut mihi des ducentas Zuzas*, ecce hæc repudiata eſt, eaſque dare tenetur. (Si dixerit) *ſub ea conditione, ut mihi des ab hoc tempore uſque ad triginta dies*, & illa dederit intra triginta dies, eſt repudiata; ſin minus, non eſt repudiata. Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, contigit in Zidan de quodam qui dixit uxori ſuæ, *hic eſt tuus repudii libellus, ſub conditione ut mihi des veſtimenta mea*, & illa perdiderit ea; dixerunt Sapientes, det ipſi pretium eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זו מגורשת ותתן *Ecce hæc repudiata eſt, & dabit*, repudiata eſt ab eo momento quo recepit libellum repudii, & illa tenetur marito dare id de quo pactus eſt cum illa. Si vero diſruptus fuerit repudii libellus, aut perierit antequam eum dederit, non indiget alio repudii libello, nam quicunque conditionatè dixerit, cum eo ſe res habet perinde ac ſi dixiſſet, *ab hoc momento*.

אמר רשב"ג מעשה בצידן וכו' *Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, contigit in Zidan &c.* in Gemara res exponitur additione quorundam verborum, nempe, rem ſe habere perinde ac ſi dixiſſet uxori, ſub hac conditione ut mihi des veſti-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי זו מגורשת ותתן *Ecce hæc repudiata eſt*, vult dicere, quod repudiata eſt ab illo momento, ſed marito dare tenetur id de quo pactus eſt cum ea. Propterea, ſi libellus repudii diſciſſus fuerit, aut perierit antequam ejus conditio adimpleta fuerit, non opus eſt alio divortio.

מכאן עד שלשים יום *Adhinc uſque ad triginta dies*, non vult dicere, quod uxor dabit eas Zuzas quando impleti fuerint triginta dies, ſed dicere vult, quod perficiet intra hoc tempus. Neque comparatio inſtituitur ſuper hoc caſu, quando dixerit illi, hic eſt tuus repudii libellus ea conditione ſi mihi dederis tale veſtimentum, aut ejuſmodi rem quam de-

veſti- ſidero,

veſtimenta mea, & perierint veſtimenta ejus, tum proprie de veſtimentis locutus eſt illi. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, dabit illi pretium veſtimenti, quia maritus tantum intendit lucrum ſuum, & ſic factum eſt in Zidan de quodam, qui dixit uxori ſuæ, hic eſt tuus repudii libellus, ea conditione ut mihi des veſtimenta mea, & perierint veſtimenta ejus. Et dixerunt Sapientes, illa det ipſi pretium ejus; deciſio non eſt juxta Rabban Simeon filium Gamalielis.

ſidero, ut dicamus, ut det illi pretium ejus, aut aliud quid vice ejus quod pluris valet; ſed tenetur uxor dare marito de illa ipſa re. Rabban Schimeon filius Gamalielis in hoc diſſentit caſu, quemadmodum dicit Miſna; deciſio non eſt ſecundum illius ſententiam.

ו הרי זה גיטך על מנת שתשמשי את אבא על מנת שתניקי את בני ככה היא מניקתו שתי שנים רבי יהודה אומר שמונה עשר חדש מת הבן או שמת האב הרי זה גט הרי זה גיטך על מנת שתשמשי את אבא שתי שנים על מנת שתניקי את בני שתי שנים מת הבן או (שמת האב או שאמר) האב אי אפשי שתשמשני שלא בהקפדה אינו גט רבן שמעון בן גמליאל אומר כזה גט כלל אמר רבן שמעון בן גמליאל כל עכבה שאינה הימנה הרי זה גט :

6. (Si maritus dixerit) *ecce hic eſt tuus libellus repudii, ea conditione ut inſervias patri meo*; aut, *ea conditione ut ubera præbeas filio meo.* Quamdiu illi præbebit ubera? duos annos. R. Jehuda dicit, octodecim menſes. Si mortuus fuerit filius, aut ſi mortuus fuerit pater, eſt tamen repudii libellus. (Si dixerit) *Ecce hic libellus tuus repudii eſt ea conditione ut inſervias patri meo duos annos*; aut, *ea conditione ut ubera præbeas filio meo duos annos*; ſi mortuus fuerit filius, aut dixerit pater, *nolo ut mihi ſervias ſine ſollicitudine*, non eſt repudii libellus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, utique hic eſt repudii libellus. Regulam generalem dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, quodcunque impedimentum non ab illa factum, id non deſtruit repudii libellum.

R. OB. DE BARTENORA.

על מנת שתשמשי את אבא *Ea conditione ut inſervias patri me*, exponitur in Gemara, quicunque locutus fuerit ſimpliciter, & non limitaverit tempus, quamdiu ſerviet patri ejus, aut quandiu lac præbebit filio ejus, cum eo ſe res habet ac ſi determinaſſet unum diem, & conditio adimpletur, quando ſerviverit patri, aut filio præbuerit lac per unum diem tantum.

כמה היא מניקתו שתי שנים *Quamdiu illa ubera præbebit? duos annos*, eo ſenſu, quam longum illud tempus quo ubera præbet, nam ſi diem illi ubera admoverit in illo tempore, conditio adimpleta eſt? reſp. duos annos.

רבי יהודה אומר שמונה עשר חדש *R. Jehuda dicit, octodecim menſes*, at ſi ubera præbuerit filio poſtquam adimpleti fuerint anni duo, juxta opinionem Sapientum, & octodecim menſes ſecundum R. Jehudam, non eſt ubera præbere, neque conditio impleta eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

מת הבן *Si mortuus fuerit filius ejus*, & nullo modo illi ubera præbuerit. או שמת האב *aut ſi mortuus fuerit pater*, & non ſerviverit illi uxor. הרי זה גט *ecce hic eſt repudii libellus*, nam intentio mariti non fuit eam affligere hac conditione, ſed lucrum intendit, nam jam utique non erat neceſſarium; & ſi ſciviſſet ut moreretur pater ejus, aut filius ejus, non feciſſet hanc conditionem.

שלא בהקפדה *Sine ſollicitudine*, etiamſi illa non ad iracundiam incitaſſet illum, neque impedimentum ab illo proveniſſet, non eſt repudii libellus; quanto magis ſi ad iracundiam commoviſſet ipſum. כזה גט *uti hic libellus repudii*, quoniam non ad iracundiam commovit ipſum, atque adeo ex illa non provenit impedimentum; deciſio non eſt ſecundum ſententiam Rabban Schimeonis filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמה היא מניקתו שתי שנים *Quamdiu illa ubera præbet? duos annos*, non vult dicere, quod illa tenetur hac conditione, ut ubera præbeat duos annos, nam ſimpliciter dixit, *ea conditione ut ubera præbeas.* Fundamentum nobis eſt, quod, quicunque loquutus fuerit, cenſetur ſe declaraſſe pro tempore unius diei. Propterea unum diem tantum tenetur filio ubera præbere; ſic etiam patri illius unum tantum diem ſervire tenetur; ſed hic dies quo ei ubera præbere tenetur, erit eo tempore quo præbet illi ubera. Perinde ac ſi rogaſſet, quamdiu eſt illud tempus quo ubera præbet? eſt dies hic quo tenetur [illegible] ubera præbere. Docet ergo nos Miſna diſſenſionem R. Jehudæ, & Sapientum, & hoc eſt tempus quo uxor tenetur ubera præbere filio, etiamſi repudiata ſit, quod eſt tempus duorum annorum, poſt quod tempus non cognoviſſet eam infans, uti expoſuimus capite duodecimo tractatus Cetubbot. Præterea, non licitum eſt nobis ducere prægnantes, neque mulieres quæ nutriunt, per iſtos duos annos, etiamſi ſit nutrix filii illius qui eam ducere vellet. Qui vero uxorem duxerit prægnantem, aut nutricem, is dimittet eam cum libello repudii, etiamſi fuerit ſacerdos. Cum autem mortuus fuerit filius ejus, ducat eam, nam non ſuſpicamur quod nutrix infantem interficiet, quia id a poſſibilitate longe remotum eſt, (minime fieri nequit) niſi mater fuerit illius hæres, ut, ſi illa fuerit filia patrui ejus, tum putamus fieri poſſe, ut interficiat infantem propter hæreditatem, idcirco non committunt ei infantem ad nutriendum eum niſi coram teſtibus quibuſdam. Verba vero Gemaræ hujuſmodi ſunt ſuper hoc caſu, *ſi quis mortuus fuerit & reliquerit infantem, tum non relinquunt illum infantem in poteſtate illius qui eſt hæres; contigit ut mactaverint aliquem veſperi Paſchatis*; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ז הרי זה גיטך אם לא באתי מכאן עד שלשים יום והיה הולך מיהודה לגליל הגיע לאנטיפטרס וחזר בטל תנאו הרי זה גיטך אם לא באתי מכאן עד שלשים יום והיה הולך בגליל ליהודה הגיע לכפר עותנאי וחזר בטל תנאו הרי זה גיטך אם לא באתי מכאן עד שלשים יום והיה הולך

7. (Si dixerit maritus,) *ecce hic tuus repudii libellus ſi non venero, abhinc uſque ad triginta dies*, & iverit a Judæa in Galilæam, & pervenerit ad Antipatras, & redierit, conditio ejus irrita facta eſt. Aut, *ecce hic eſt tuus repudii libellus, ſi non venero abhinc uſque ad triginta dies*, & iverit a Galilæa in Judæam, & pervenerit ad pagum Utnai, & redierit, conditio ejus irrita facta eſt. Aut, *ecce hic eſt tuus repudii libellus, ſi non venero abhinc uſque ad triginta dies*, & iverit ad civitatem tranſmaritimam,

&

הולך למדינת הים והגיע לעכו וחזר בטל תנאו הרי זה גיטיך כל זמן שאעביר כנגד פניך שלשים יום היה הולך ובא הולך ובא הואיל ולא נתייחד עמה הרי זה גט :

& pervenerit ad Acho, & redierit, conditio ejus irrita facta eſt. Aut, *ecce hic tuus repudii libellus quoties tranſivero ante faciem tuam triginta dies*, & iverit, & redierit, iverit & redierit, quandoquidem non ſolus fuit cum illa, ecce hic eſt repudii libellus.

R. OB. DE BARTENORA.

הגיע לאנטיפטרס *Si pervenerit ad Antipatras*, exponit Gemara hanc Miſnam eo ſenſu, ut nitatur duabus conditionibus, nempe, ſi pervenerit ad Galilæam, ſtatim erit repudii libellus, at ſi non pervenerit ad Galilæam, & moratus fuerit triginta dies, & non venerit, repudii libellus eſt; ſin minus, non eſt repudii libellus. Cæterum ſi pervenerit ad Antipatras, qui locus eſt Judææ ultimus, & redierit intra triginta dies, irritus eſt repudii libellus, eo quod non pervenit ad Galilæam, nec moratus eſt triginta dies. Sic etiam, ſi de Galilæa iverit in Judæam, & pervenerit ad pagum Utnai, qui eſt finis Galilææ. Itidem, ſi iverit ad urbem tranſmaritimam, & pervenerit ad Acho, qui eſt locus in fine terræ Iſraëlis, & redierit intra triginta dies, libellus repudii eſt irritus, quia ad civitatem tranſmaritimam non pervenit, nec commoratus eſt triginta dies.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Antipatras, eſt locus in Judæa. *Pagus Utnai* eſt locus in Galilæa. *Acho* eſt locus terræ Iſraëlis confinis. Nititur hæc Miſna duabus conditionibus, nempe, ſi dixerit uxori, ſi non pervenero ad Galilæam, ſed in Judæa commoratus fuero triginta dies, ecce erit libellus repudii; ſin minus, non erit repudii libellus; propterea, quando pervenerit ad Antipatras, & redierit intra triginta dies, non eſt repudii libellus, quia Antipatras eſt in Judæa; ita ut non detinuerit ſe triginta dies. Idem eſt ſi dixerit, ſe iturum e Galilæa & ad urbem tranſmaritimam. Quod dicit הולך ובא *iverit & venerit*, vult, quod libellus ſit legitimus repudii, & non vetus, neque uxor ullo modo repudiari poteſt, niſi maritus extra urbem fuerit triginta dies continuos.

כל זמן שאעביר כנגד פניך שלשים יום *quoties tranſiero ante faciem tuam triginta dies*, quando commoratus fuero triginta dies, quibus non tranſiero ante facies tuas, tum erit repudii libellus; &, *ſi iverit & venerit*, poſtea nimirum, quam moratus fuit triginta dies quibus non tranſiit ante facies ejus, erit repudii libellus. Nam non dicimus, quandoquidem ab initio ibat & redibat, fieri poſſe ut inter eos pax compoſita ſit, & libellus repudii irritus factus ſit. Cum enim non ſolus fuit cum ea, quando ibat & veniebat, non ſuſpicamur fieri poſſe ut reconciliati ſint; quando autem conditio ejus adimpleta fuerit, & triginta dies commoratus fuerit illa abſente, eſt repudii libellus. Cæterum in Gemara exponitur, hoc intelligendum eſſe, quando eo tempore quo conditionem inibat, dixerit, hac conditione ego trado ipſi libellum repudii, ut illi habeatur fides perindè ac centum teſtibus, quotieſcunque dixerit, non veni, nec ſolus cum illa fui, nec reconciliavi eam. Deciſio vero hæc eſt, quod, ſi non dixerit hoc quando conditionem inibat, ſuſpicamur fieri poſſe ut veniat maritus, & contrarium dicat, reconciliatus ſum cum ea.

ח הרי זה גיטיך אם לא באתי מכאן ועד שנים עשר חדש ומת בתוך שנים עשר חדש אינו גט הרי זה גיטיך מעכשיו אם לא באתי מכאן ועד שנים עשר חדש ומת בתוך שנים עשר חדש הרי זה גט :

8. (Si maritus dixerit,) *ecce hic eſt tuus repudii libellus, ſi non venero abhinc uſque ad duodecim menſes*, & mortuus fuerit intra illos duodecim menſes, non eſt repudii libellus. Aut, *ecce hic eſt tuus repudii libellus ab hoc tempore, ſi non venero abhinc & uſque ad duodecim menſes*, & mortuus fuerit intra duodecim menſes, ecce hic eſt repudii libellus.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו גט *Non eſt repudii libellus*, nam cum non dixit, ab hoc tempore, ita accipiendum eſt, ut libellus repudii ſit pro tempore poſt duodecim menſes, at cum mortuus ſit intra tempus, tenetur uxor nubere leviro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי זה גט Ecce hic eſt repudii libellus, ſed non licita eſt ut eam ducat alius, niſi cum diſcalceatione, donec impleti fuerint duodecim menſes.

ט אם לא באתי מכאן עד שנים עשר חדש כתבו ותנו גט לאשתי כתבו גט בתוך שנים עשר חדש ונתנו לאחר שנים עשר חדש אינו גט כתבו ותנו גט לאשתי אם לא באתי מכאן עד שנים עשר חדש כתבו בתוך שנים עשר חדש ונתנו לאחר שנים עשר חדש אינו גט רבי יוסי אומר כזה גט כתבו לאחר שנים עשר חדש ונתנו לאחר שנים עשר חדש ומת אם הגט קדם למיתה הרי זה גט ואם מיתה קדמה לגט אינו גט ואם אין ידוע זו היא שאמרו מגורשת ואינה מגורשת :

9. (Si dixerit) *Si non venero abhinc uſque ad duodecim menſes*, ſcribite, & date libellum repudii uxori meæ, ſi ſcripſerint libellum repudii intra duodecim menſes, & dederint ipſum poſt duodecim menſes, non eſt libellus repudii. Aut, *ſcribite & date libellum repudii uxori meæ, ſi non venero abhinc uſque ad duodecim menſes*, & dederint ipſum poſt duodecim menſes, non eſt repudii libellus. R. Joſe dicit, ſicut hic eſt repudii libellus. Si conſcripſerint eum poſt duodecim menſes, & dederint eum poſt duodecim menſes, & mortuus fuerit, ſi libellus repudii anteceſſerit mortem, eſt repudii libellus. Cæterum ſi mors præceſſerit, non eſt repudii libellus; ſi non recte conſtiterit, hoc eſt quod dixerunt, repudiata eſt, & non repudiata eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. אם מיתה קדמה לגט אינו גט *Si mors anteceſſerit repudii libellum, non eſt repudii libellus*, ſi maritus mortuus fuerit poſt duodecim menſes, poſteaquam ſcriptus fuerit repudii libellus, antequam eum dederint uxori; deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Jehudæ.

פרק ח הזורק גט לאשתו והיא בתוך ביתה או בתוך חצרה הרי זו מגורשת זרקו לה בתוך ביתו או בתוך חצרו אפילו הוא עמה במטה אינה מגורשת לתוך חיקה או לתוך קלתה הרי זו מגורשת :

Caput 8. Si quis uxori ſuæ projecerit repudii libellum, & illa fuerit intra domicilium ſuum, aut intra atrium ſuum, ecce hæc repudiata eſt. Si projecerit eum ipſi intra domicilium ſuum, aut intra atrium ſuum, etiamſi cum illa fuerit in lecto, non eſt repudiata. Si conjecerit intra ſinum ejus, aut intra calathum ejus, ecce hæc repudiata eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק גט לאשתו הרי זו מגורשת *Si quis projecerit uxori ſuæ repudii libellum, ecce hæc repudiata habetur*, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. ונתן בידה quandoquidem autem non dixit maritus, *& dabitis eum ipſi in manu*, illud ונתן in Scriptura intelligendum eſt de qualicunque dationis modo, ſive in domicilio uxoris, ſive in atrio, ſive ſub tecto ejus, ſive in loco ſepto tantum. Hoc intelligendum eſt quando illa ſtat ad latus domicilii aut atrii ſui. קלתה eſt vas cui mulieres imponunt id quod neverunt, & acus. הרי זו מגורשת *ecce hæc repudiata eſt*, etſi ille ſit in domicilio ſuo, nam locus ſinus illius ad ipſum pertinet, quia nemo ſollicitus eſt de loco ſinus ejus, neque de loco calathi ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלתה Notat vaſculum aliquod cui imponunt mulieres id quod ab ipſis netum eſt; maritus autem non ſollicitus eſt eſt de loco ſinus ejus, neque de loco calathi, propterea efficit ut uxor acquirat, etiamſi ſit ſub poteſtate mariti. Quod dicit, בתוך ביתו או בתוך חצרה הרי זו מגורשת *intra domum ſuam, aut intra atrium ſuum, ecce hæc eſt repudiata*, intelligendum ſub hac conditione, ſi uxor ſtet ad latus domus ſuæ, aut ad latus atrii ſui.

ב אמר לה כנסי שטר חוב זה או שמצאתו מאחוריו קוראה והרי הוא גיטה אינו גט עד שיאמר לה הא גיטך נתן בידה והיא ישנה נעורה קוראה והרי הוא גיטה אינו גט עד שיאמר לה הא גיטך היתה עומדת ברשות הרבים וזרקו לה קרוב לה מגורשת קרוב לו אינה מגורשת מחצה על מחצה מגורשת ואינה מגורשת :

2. Si dixerit illi, *collige chirographum debiti*, aut, ſi uxor invenit in poſterioribus mariti partibus & legerit eum, fueritque libellus repudii ejus, non eſt repudii libellus, niſi donec illi dixerit, *hic eſt tuus repudii libellus.* Si dederit eum uxori in manus, & illa dormiverit ; & poſtea evigilaverit, & legerit eum, & fuerit libellus repudii ejus, non eſt repudii libellus, donec dixerit illi, *hic eſt tuus repudii libellus.* Si illa fuerit in loco publico, & projecerit ipſi (libellum repudii) ſi fuerit propior eam, repudiata eſt, ſi vero propior eum, non eſt repudiata. Si in medio, repudiata eſt & non repudiata.

R. OB. DE BARTENORA.

או שמצאתו מאחוריו *Aut ſi invenerit eum in partibus ejus poſterioribus*, quando libellus repudii erat in poſterioribus partibus, & invertebat tergum ejus, propter uxorem, ut reciperet eum.

אינו גט עד שיאמר לה הא גטך *Non eſt repudii libellus, donec dixerit, ecce hic eſt repudii tuus libellus*, &, ſi dixerit uxori, hic eſt tuus repudii libellus, eſt repudii libellus. Cæterum, ſi libellus repudii eſſet in ſolo, aut in tergo ſuo, aut in corpore ſuo, & maritus non inverterit ejus tergum, aut non paraverit corpus ſuum ad ipſam, ut reciperet eum, etſi dixerit illi; recipe tuum repudii libellum, non eſt repudii libellus. קוראה והרי הוא גטה *ſi legerit eum, & fuerit ejus repudii libellus*; quando uxor eum legebat, vidit quod illius erat repudii libellus. קרוב לה מגרשת קרוב לו אינו מגורשת *ſi propior illam ſit, repudiata eſt, at ſi propior illum, non eſt repudiata*, quicunque locus, in quo illa poteſt cuſtodire ipſum, ſed ille non poterit ipſum ſcil. repudii libellum, vocatur קרוב לה: & quicunque locus, in quo illa nequit cuſtodire ipſum, ſed ille poterit, dicitur קרוב לו. Si jacet in loco ubi ambo eum conſervare poſſunt, tum dicitur מחצה על מחצה *dimidium per dimidium.* Quod autem ad deciſionem attinet juris, uxor non eſt repudiata, donec libellus repudii pervenerit ad manus ejus, vel poteſtatem ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

או שמצאתו מאחוריו אינו גט עד שיאמר לה הא גיטך *Aut quando invenerit eum in poſterioribus partibus, non eſt repudii libellus, donec dixerit, ecce hic tuus eſt repudii libellus*, ea conditione ut uxori ſignificet ſe eum recepiſſe, dum erat in manu ejus, aut ligatus in tergo ejus, non quod in ſolo erat. Sed poſtquam venerit in manum uxoris, non proderit ipſi quicquid dixerit. Scias autem quod illa ſemper diſcalceare tenetur, ex decreto Sapientum, donec libellus repudii pervenerit ad manum ejus, aut poteſtatem ejus.

ג וכן לענין קידושין וכן לענין החוב אמר לו בעל חובו זרוק לי חובי וזרקו לו קרוב למלוה זכה הלוה קרוב ללוה הלוה חייב מחצה על מחצה שניהם יחלוקו היתה עומדת על ראש הגג וזרקו לה כיון שהגיע לאויר הגג הרי זו מגורשת הוא מלמעלה והיא מלמטה וזרקו לה כיון שיצא מרשות הגג נמחק או נשרף הרי זו מגורשת :

3. Sic etiam in cauſa ſponſalium, nec non in cauſa debiti, ſi dixerit debitori creditor, *projicito mihi debitum meum*, & projecerit illi, ſi fuerit propius eum qui mutuo dat, abſolutus eſt is qui mutuo accepit. Si fuerit propius eum qui mutuo acceperit, tum is qui mutuo acceperit, tenetur. Si dimidium pro dimidio, duo partiuntur. Si uxor ſteterit in ſummitate tecti, & eum projecerit illi, quandoquidem pervenit ad aërem tecti, ecce repudiata eſt. Si ille fuerit ſuperius, & illa inferius, & ipſe projecerit ei, quandoquidem exiit e jure tecti, ſi abraſus, aut combuſtus fuerit, ecce hæc repudiata eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לו בעל חובו זרוק לי חובי *Si dixerit illi creditor, projicito mihi debitum meum*, in Gemara exponunt, hoc intelligendum eſſe quando dixerit illi, projicito mihi debitum meum ſecundum jus libelli repudii, nam quandoquidem ita dixiſſet illi, hoc debitum habuiſſet jus libelli repudii. Sin autem debitor illud projeciſſet prope creditorem, & perierit, debitor abſolutus eſt, & non tenetur ipſi ſolvere. Verum ſi prope debitorem fuerit, tum debitor tenetur ipſi ſolvere; niſi dixerit illi, projicito mihi debitum, & liber eſto, tum liber eſt omnino ab eo tempore quo projecit ipſi.

כיון שהגיע לאויר הגג *Quandoquidem pervenit ad aërem tecti*, infra tres palmos circa ſolum tecti, quod illi quaſi adjunctum eſt. מרשות הגג *e jure tecti*, ſi exierit ex interſtitio tecti, & intraverit interſtitium loci ubi illa eſt. או שנשרף הרי זו מגורשת *aut ſi combuſtus fuerit, ecce hæc eſt repudiata*, hoc intelligendum eſt quando libellum repudii projecerit antequam fuiſſet incendium in aëre tecti, nam ſi incendium fuiſſet in atrio antequam projecerit libellum repudii, ab initio exibat ut combureretur, & tum non habetur repudiata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן לענין החוב *Sic etiam in cauſa debiti*; ea conditione; ut dicat illi, *projicito mihi debitum ſecundum jus libelli repudii*, propterea, ſi pervenerit pecunia propè eum qui dat mutuo, immunis eſt is qui mutuo accipit, quia pecunia jam ad eum pervenit, quemadmodum repudii libellus projectus, ut ille contentus ſit hoc modo recepiſſe pecuniam. Cæterum, ſi dixerit illi, *projicito mihi debitum meum; & immunis eſto*; & non dixerit illi, *ſecundum jus libelli repudii*, & projectum fuerit illi, & perierit, aut combuſtum fuerit antequam pervenerit ad manum creditoris, non eſt immunis.

כיון שהגיע לאויר הגג *Quandoquidem pervenit ad aërem tecti*, id eſt, ad ſpatium tecti minus tribus palmis, nam ſpatium quod non habet tres palmos, habetur adjunctum; & propterea ſe res habet, perinde ac ſi quieviſſet eo in loco ubi illa ſtabat.

כיון שיצא מרשות הגג *Quia exiit e poteſtate tecti*; id eſt, quod exierit ex interſtitio tecti, & intraverit interſtitium loci ubi illa ſtabat. Et quod dicit Miſna, או נשרף *aut combuſtus fuerit*, intelligendum eſt ea conditione ſi non fuerit ignis antequam libellus repudii exierit e manu illius; at ſi jam fuerit ignis, & conjecerit eum in ignem, tum non eſt repudii libellus.

ד בית שמאי אומרים פוטר אדם אשתו בגט ישן ובית הלל אוסרין ואיזהו גט ישן כל שנתיחד עמה אחר שכתבו לה:

4. Schola Schamai dicit; liberat maritus uxorem ſuam libello repudii veteri. Schola Hillelis vetat. Quiſnam eſt vetus repudii libellus? ſi quis ſolus fuerit cum uxore poſtquam illi conſcriptus fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

בגט ישן *Cum repudii libello veteri*, ſi conſcripſerit libellum quo repudiat uxorem ſuam, & poſteaquam conſcripſerit eum, ſolus fuerit cum illa. Schola Schamai dicit, non fieri poſſe ut dicant alii, ejus repudii libellum projeciſſe filium ejus, quia fieri poteſt ut detineatur libellus repudii per annum, aut duos annos, ab eo tempore quo conſcripſit eum uſque ad tempus quo traditur, & uxori ſint filii ex ipſo interea temporis, & poſtea eam repudiet maritus ope illius repudii libelli. Quamobrem præterito deinde tempore, quando conſpexerint tempus quo libellus repudii conſcriptus fuit, quod antecedit tempus quo liberi nati fuerunt, animadvertent quod maritus eum dedit ab illa hora qua conſcriptus eſt. Atque adeo erit filio ignominiæ, quando ipſi dixerint, tu natus es e muliere libera, ſive cœlibe. Cæterum deciſio juris eſt, quod nemo uxorem ſuam repudiare poteſt ope repudii libelli veteris; & ſi repudiaverit, & maritus in alia fuerit civitate, de induſtria nubere poteſt alii viro mediante hoc repudii libello.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Hillelis putat quod ſuſpicamur fieri poſſe, ut nonnulli dicant, libellus repudii ejus antecedit filium ejus; at Schola Schamai de his non eſt ſollicita. Cæterum vetus repudii libellus eſt is qui quidem conſcriptus eſt, at deinceps reſtitutus, ita ut relinquatur in poteſtate mariti. Præterito deinde tempore poſtquam conſcriptus fuerit repudii libellus; & poſtquam redditus fuerit marito, repudiavit eam ſecunda vice, deditque eundem repudii libellum.

ה כתב לשום מלכות אחרת לשום מלכות מדי לשום מלכות יון לבנין הבית לחורבן הבית היה במזרח וכתב במערב במערב וכתב במזרח תצא מזה ומזה וצריכה גט מזה ומזה ואין לה לא כתובה ולא פירות ולא מזונות ולא בלאות לא על זה ולא על זה אם נטלה מזה ומזה תחזיר והולד ממזר מזה ומזה ולא זה וזה מטמאין לה ולא זה וזה זכאין לא במציאתה ולא במעשה ידיה ולא בהפרת נדריה היתה בת ישראל נפסלת מן הכהונה בת לוי מן המעשר בת כהן מן התרומה ואין יורשיו של זה ויורשיו של זה יורשין כתובתה ואם מתו אחיו של זה ואחיו של זה חולצין ולא מיבמין

5. Si ſcripſerit in nomine regni, quod non eſt legitimum, ut, in nomine regni Mediæ, in nomine regni Græciæ, in ſtructura Templi, in deſtructione Templi. Aut ſi fuerit in oriente, & ſcripſerit, in occidente; in occidente, & ſcripſerit, in oriente, illa exibit ab utroque, & requiritur ut ab utroque ipſi detur repudii libellus; ſed non cedit ipſi dos, neque fructus ejus, neque alimonia, neque veteramenta ab utroque. Et ſi ab utroque acceperit, tenetur reddere; filius vero habendus eſt ſpurius ex utroque. Neque ullus eorum ſe polluere debet per illam. Neque ullus eorum poteſtatem habet in id quod illa invenerit, neque in opus manuum ejus neque in reſciſſionem votorum ejus. Si fuerit filia Iſraëlitæ, inepta eſt ad ſacerdotium, ſi filia Levitæ, inepta ad decimas, ſi filia ſacerdotis, inepta eſt ad Trumam. Neque hæredes hujus vel illius mariti hæreditatem dotis ejus adeunt. Si mortui fuerint, fratres hujus & illius calceum dant exuendum, at non contrahunt conjugium leviratus. Si mutaverit nomen ſuum, aut

no-

מייבמין שנה שמו ושמה שם עירו ושם עירה
תצא מזה ומזה וכל הדרכים האילו בה :

nomen illius, nomen civitatis ſuæ, & nomen civitatis ejus, exibit ab utroque; & hi omnes modi in hac occurrunt uxore.

R. OB. DE BARTENORA.

כתב לשם מלכות שאינה הוגנת *Si ſcripſerit in nomine regni quod non eſt legitimum*, ſi fuerit Babylone, & ſcripſerit ſecundum computum annorum alius regni, quod non habebat dominium in illum locum quo ſcripſerat libellum repudii, uxor exibit ab utroque viro.

לשם מלכות מדי *In nomine regni Medorum*, nam neceſſe eſt ut ſcribat in nomine regni illius civitatis in qua conſcriptus eſt libellus repudii, propter pacem regni, ut incolæ videant quod Judæi dominium eorum æſtimant, quando ſcribunt in nomine computus eorum.

תצא מזה ומזה *Exibit ab utroque*, & illa mediante hoc repudii libello alii viro nubere poterit, cum a primo & ſecundo marito exierit. ואין לה לא כתובה ולא פירות *neque ipſi cedet dos, neque fructus* &c, hæc Miſna tota expoſita eſt in tractatu Jebhammot capite decimo.

והולד ממזר מזה ומזה *Et infans ſpurius eſt tam ex hoc quam illo*, hæc eſt ſententia R. Meyri, dicentis, quicunque mutaverit decreta Sapientum in libellis repudii, ejus filius eſt ſpurius; at ita non eſt deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשם מלכות שאינה הוגנת *In nomine regni quod non eſt legitimum*, cujuſmodi non habet dominium in eum locum quo conſcriptus eſt repudii libellus. Sed propter pacem regni, ut in omnibus libellis repudii conſignaretur hæc ſubſcriptio, *Regi hujus regni.* Propterea dicitur quod ſit legitimus, ſi tempus ſcriptionis ſignatum fuerit a tempore regni Mediæ, aut Græciæ, quæ jam interierunt. Vel indè a tempore deſtructionis Templi, aut extructionis Templi, quia id non eſt regnum.

והולד ממזר *Et filius ſpurius eſt*, hæc eſt opinio R Meyri, qui dicit. quicunque mutaverit quicquam de forma rerum quas inſtituerunt Sapientes in libellis repudii, illius filius habendus eſt ſpurius. Sed ita non eſt deciſio; at ſi maritus mutaverit nomen ſuum, aut nomen uxoris, aut nomen civitatis ſuæ, at nomen civitatis illius, hujuſmodi tantum filius eſt ſpurius. Scias volo, quod, ſi quis repudiaverit uxorem ſuam per libellum repudii veterem, illa ope illius repudii veteris de induſtria nubere poſſit alii.

ו כל העריות שאמרו צרותיהן מותרות הלכו
הצרות האילו ונישאו ונמצאו אלו איילונית
תצא מזה ומזה וכל הדרכים האלו בה :

6. Omnes mulieres inceſtæ quarum æmulas dixerunt licitas, & hæ æmulæ abierint, & nupſerint, at ſteriles compertæ fuerint, exibunt ab hoc & ab illo; & hi omnes modi occurrunt in illa.

R. OB. DE BARTENORA.

כל העריות שאמרו צרותיהן מותרות *Omnes inceſtæ quarum æmulas dixerunt licitas*, puta quindecim mulieres propter inceſtum prohibitas, quarum æmulas Sapientes aliis viris pronunciarunt licitas ſine diſcalceatione; ſi fuerint æmulæ inceſtarum. Et ſi aliis viris nupſerint, ac ſteriles compertæ fuerint illæ quæ erant עריות, atque innotuerit quod ſponſalia mortui ex errore confecta ſunt, & factum fuerit ut illæ non fuerint æmulæ earum, & illæ quæ erant עריות, non liberaverint eas a diſcalceatione. תצא מזה ומזה *exibit ab hoc & ab illo*, a marito cui nupſit, & a leviro. וכל הדרכים האלו בה *& omnes hi modi occurrunt in æmula nupta*, in tractatu Jebhammot exponitur quod hæc Miſna eſt juxta ſententiam R. Akibæ, dicentis, quod ex præcepto negativo ſpurii proveniunt e mulieribus prohibitis propter inceſtum; ita tamen non deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc eſt opinio R. Akibæ, dicentis, quod ex leviratu venit ſpurius, uti expoſuimus capite quarto tractatus Jevammot; at ita non eſt deciſio. Quem caſum hic repetit ut doceat nos, quod, etſi homo ducat fratriam ſuam, impletur præceptum de leviratu, & æmula ejus exire debet; omneſque hæ conditiones locum in illa habent.

ז הכונס את יבמתו והלכה צרתה ונשאת
לאחר ונמצאה זאת שהיא אילונית תצא מזה
ומזה וכל הדרכים האלו בה :

7. Si quis duxerit fratriam ſuam, & æmula ejus abierit; & alii nupſerit, atque compertum fuerit quod hæc erat ſterilis, exibit æmula ab hoc & ab illo; obtinent in illa hi omnes modi.

R. OB. DE BARTENORA.

ונשאת לאחר *Et nupſerit alii*, nam tenemus, quod coitu unius liberatur æmula ejus. ונמצאת זאת *& hæc comperta fuerit*, nimirum ea quæ in fratriam accepta erat, אילונית *ſterilis*, cujus leviratus non eſt leviratus, quomodo fiet ut æmula ejus non ſit libera, & nubat alii ſine diſcalceatione. תצא מזה ומזה *exibit ab hoc & ab illo*, ab hoc marito, & primo leviro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכל הדרכים האלו בה *Et hi omnes modi obtinent in illa*, excepta tamen ſpuria, quemadmodum expoſuimus.

ח כתב סופר גט לאיש ושובר לאשה וטעה ונתן
גט לאשה ושובר לאיש ונתנו זה לזה ולאחר זמן
הרי הגט יוצא מיד האיש ושובר מיד האשה תצא
מזה ומזה וכל הדרכים האלו בה רבי אליעזר אומר
אם לאלתר יצא אין זה גט אם לאחר זמן יצא הרי
זה גט לא כל הימנו מן הראשון לאבד זכותו של
שני כתב לגרש את אשתו ונמלך בית שמאי
אומרים

8. Si ſcriba libellum repudii ſcripſerit viro, & apocham uxori, at ex errore libellum repudii dederit uxori, & apocham viro, & unus dederit alteri. Poſtea vero contigerit ut libellus repudii exierit e manu viri, & apocha e manu uxoris, exibit ab hoc & ab illo; & omnes hi in illa obtinent modi. R. Elieſer dicit, ſi ſtatim exierit, non eſt repudii libellus; at ſi deinceps exierit, eſt bonus repudii libellus; at non omnia juxta maritum primum, ut pereat ſecundi acquiſitio. Si ſcripſerit ut repudiaret uxorem ſuam, at deinceps ſententiam mutaverit, Schola Schamai dicit, fecit eam ille-

אומרים פסלה מן הכהונה ובית הלל אומרים אף על פי שנתנו לה על תנאי ולא נעשה התנאי לא פסלה מן הכהונה :

illegitimam ad ſacerdotium. Schola Hillelis dicit, etiamſi eum dederit ipſi ſub conditione, ſed non facta fuerit conditio, non fecit eam ad ſacerdotium illegitimam.

R. OB. DE BARTENORA.

כתב סופר גט לאיש *Si ſcriba ſcripſerit libellum repudii marito*, ut repudiaret ope illius uxorem ſuam. ושובר לאשה *& apocham uxori*, ut daret eam marito, ſoluta ipſi dote matrimoniali. וטעה *& erraverit*, nimirum ſcriba, quando illis tradebat libellos, dederitque uxori libellum repudii, & apocham marito, & unus alteri tradiderit libellos, mulier autem abierit & alii nupſerit, putans quod libellus illius erat repudii libellus quem tradiderat ipſi maritus; maritus autem putans quod uxor ejus tradiderat ipſi apocham. אם לאלתר *ſi ſtatim*, quando illa nondum nupſerat alii. תצא *exierit*, ſcil. repudii libellus, qui inventus fuerat in poteſtate mariti. אינו גט *non eſt repudii libellus*, & illa opus habet alio repudii libello; & ſi illa deinceps abierit poſtquam nupſerit, eſt tamen repudii libellus. לא כל הימנו מן הראשון *non omnia juxta primum*, non omnia procedent verba mariti primi, ut ipſi fidem habeamus ad abrogandum jus acquiſitionis ſecundi, cui illa nupſit. Nam dicimus quod convenerunt inter ſe, & quod commutaverint libellos poſtquam illa nupſerit; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere Miſna quod ſcriba in hoc erravit, & libellum repudii dedit uxori, putans quod apocha erat, ut daret eam marito. Et vice verſa marito dedit apocham, putans quod erat repudii libellus, ut daret eum uxori, atque ita factum fuit ut unus dederit alteri. Cæterum, quod dicitur לאלתר *ſtatim*, vult, quamdiu illa nondum nupſerit alii; לאחר זמן *poſt tempus*, puta, poſtquam alii nupſerit.

לאבד זכותו של שני *Ut pereat acquiſitio ſecundi*, vult dicere, quod eam reddit prohibitam ſibi ipſi; ſi vero primus hoc efficere potuiſſet maritus, quilibet hoc facere potuiſſet; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

ט המגרש את אשתו ולנה עמו בפונדקי בית שמאי אומרים אינה צריכה הימנו גט שני ובית הלל אומרים צריכה הימנו גט שני אימתי בזמן שנתגרשה מן הנשואין ומודים בנתגרשה מן הארוסין שאינה צריכה הימנו גט שני מפני שאין לבו גס בה כנסה בגט קרח תצא מזה ומזה וכל הדרכים האלו בה :

9. Si quis repudiaverit uxorem ſuam, & poſtea ipſa in diverſorio pernoctaverit cum ipſo; Schola Schamai dicit, non opus habet alio repudii libello ab ipſo. Schola Hillelis dicit, opus habet ab illo alio repudii libello. Quando? quando repudiata fuerit inde a nuptiis, ſed conveniunt, quod, ſi repudiata fuerit inde a deſponſatione, non opus habet alio repudii libello, eo quod non eſt familiaris cum illa. Si duxerit eam repudii libello calvo, exibit ab hoc & ab illo; & omnes hi modi obtinent in ipſa.

R. OB. DE BARTENORA.

ולנה עמו בפונדקי *Et pernoctaverit cum illo in diverſorio*, & teſtes fuerint quod ſolus cum illa fuit, non autem quod coitum inivit cum illa. Schola Hillelis putat quod teſtes qui eos viderunt ſolos in ſolo loco, etiam ſunt teſtes coitus, & quod nemo committere ſolet coitum illegitimum, & propterea ipſum donum deſponſationis dediſſe, quando cum ea coibat. Schola Schamai putat, non dicendum eſſe quod ſunt teſtes coitus, niſi donec viderint quod coivit cum ea.

גט קרח *Libellus repudii calvus*, ejuſmodi eſt cujus ligamenta plura ſunt quam teſtes, nam Sapientes inſtituerunt repudii libellum ligatum propter ſacerdotes iracundos, qui repente leviſſima de cauſa uxoribus ſuis ſcribebant repudii libellum, at præterito deindè tempore ſententiam mutantes, non poterant eas reducere; hac de cauſa pro illis ordinarunt libellos repudii ligatos, quos non tam facili negotio ſcribere poterant, eo quod fieri poterat ut hoc modo continerentur; ideo unam regulam aut duas ſcribebant, quas colligabant in albo, & dein conſuebant, unuſque teſtis obſignabat ſuperius in ligatura ſive involucro, deinde conſcribebant denuo duas regulas, aut plures, interius, quas colligabant in albo, obſignabatque teſtis ſecundus, exterius ſuper involucro, & hoc modo teſtis tertius, & deinceps. Et quando factum fuerit ut colligatum eſſet involucrum, & non fuerint qui exterius ſuper involucro obſignarent, tum habetur *repudii libellus calvus*, & illegitimus eſt. Quia plerumque juxta numerum ligaminum debebant eſſe teſtes illius indè ab initio. Nam ſuſpicamur fieri poſſe ut maritus dixerit illis, *vos omnes obſignate*, & unus fuerit qui non obſignavit. Verum ſi uxor nupſerit cum hoc repudii libello, exibit ab hoc & ab illo marito; & omnes hi modi obtinebunt in illa. Cæterum hæc Miſna ſe habet ſecundum ſententiam R. Meyri, dicentis, quicunque mutaverit quicquam de forma rerum quas inſtituerunt Sapientes in libel-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc intelligenda eſt de duobus teſtibus, dicentibus quod maritus ſolus cum illa fuit. Schola Hillelis putat, quod teſtes illi qui teſtati fuerint quod maritus cum uxore ſolus fuit in unis ædibus, etiam teſtari poſſunt quod coivit maritus cum uxore ſua; at nemo coitum ſuum facit illegitimum, & propterea eum dediſſe donum aliquod ad coitum confirmandum. Schola Schamai putat neceſſum eſſe ut duo teſtentur teſtes, quod illis præſentibus cum ea coiverit.

גט קרח *Libellus repudii calvus*, hoc ſenſu, conſcribebant repudii libellos quos involvebant multis ligaminibus & involucris, & teſtes obſignabant nomina ſua ſingulis involucris libellorum repudii, cujuſmodi vocabantur גטין מקושרין *repudii libelli ligati*, propter varias illas conduplicationes. Cæterum גט קרח vocabant libellum repudii qui plura habebat involucra quam teſtes quorum nomina in eo erant conſignata, ita ut nonnulla ſine teſtibus relinquerentur involucra. Ratio autem, quare inſtituerunt גט מקושר *libellum repudii colligatum*, dabitur capite ultimo tractatus Babha Batra. Et ad hunc repudii libellum etiam illegitimum ad obſignandum admittere licet, poſtquam duo teſtes legitimi conſignaverint. Jam expoſuimus in præcedentibus, quod, ſi multis dixerit maritus, *vos omnes ſcribite libellum repudii uxori meæ*, jus in hoc caſu ejuſmodi ſe habet, ut unus ſcribat, & reliqui omnes obſignent, & tum repudii libellus ſit illegitimus; eſt enim neceſſe ut omnes obſignent, etiam invito. Propterea dicitur, quod, ſi quis repudiaverit uxorem ſuam ope libelli repudii calvi, & illa nupſerit alii, exire debet ab hoc & ab illo. Et hi omnes modi in illa obtinent, quia ſuſpicamur fieri poſſe, ut, quandoquidem huic repudii libello multi ſunt teſtes, & nonnulla ligamina ſine teſte, ſibi imaginetur quod etiam, ſi quis dixerit multis, *omnes vos ſcribite*, ſed conſignaverint nonnulli ex illis, & unus aut plures teſtes defecerint, ſit legitimus,

libellis repudii, illius filius eſt ſpurius; deciſio non eſt juxta ipſum.

mus, uti hic repudii libellus calvus, quem conſignarunt nonnulli teſtes tantum, & locus quorundam teſtium relinquatur albus, qui non conſignarunt. Sed hæc eſt ſententia R. Meyri, quam ſpurius dixit; at non deciditur juxta ipſum.

י גט קרח הכל משליכין עליו דברי בן ננס רבי עקיבא אומר אין משלימין עליו אלא קרובים הראוין להעיד במקום אחר ואיזהו גט קרח כל שקשריו מרובין מעידיו :

10. Repudii libellum calvum perficiunt omnes, ſunt verba Ben Nanas. R. Akiba dicit, non perficiunt ipſum, niſi propinqui, qui legitimi ſunt ad teſtandum alio in loco. Quinam eſt repudii libellus calvus? cujus ligamina fuerint plura quam teſtes.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל משליכין עליו *Omnes perficiunt eum*, etiam ſervus, & is qui propter peccatum aliquod commiſſum ineptus eſt. אלא קרובים הראוין להעיד במקום אחר *niſi propinqui qui legitimi ſunt ad teſtandum in alio loco*, quod dicit *in alio loco*, vult dicere in alio teſtimonio, nam non ſunt inepti ad teſtandum, niſi quod propinqui ſunt; ſed non ſervus, neque prædo; non ſervus, quia non recenſendus eſt inter familiis Iſraëlis; neque prædo, quia dicere non poteſt quod pœnitentiam egit; ſed propinquus poteſt, quia omnibus conſtat quod eſt propinquus; deciſio eſt juxta Ben Nanas, quod omnes divortium calvum perficere poſſunt, nihilominus tamen unus tantum teſtis illegitimus ſignare poteſt, nam reliqui omnes legitimi ſint neceſſe eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ben Nanas permittit ad conſignationem ſervum, ut & eum qui ad teſtimonium illegitimus eſt. Et conceſſo, quod deciſio eſt juxta Ben Nanas, non licet tamen ut ſignent plures quam unus teſtis illegitimus, & reliqui legitimi. Jam vero tibi Miſna exponit rationem quare libellus repudii vocatur *calvus*, nimirum, quod conduplicationes ejus ſint plures quam teſtes, & una aut plures conduplicationes remanent inter unum atque alterum teſtem, quomodo fit ut ſit calvus.

פרק ט הבורש את אשתו ואמר לה הרי את מותרת לכל אדם אלא לפלוני רבי אליעזר מתיר וחכמים אוסרין כיצד יעשה יטלנו הימנה ויחזור ויתננו לה ויאמר לה הרי את מותרת לכל אדם ואם כתבו בתוכו אף על פי שחזר ומחקו פסול :

Caput 9. Si quis repudiaverit uxorem ſuam, dixeritque ipſi, *tu licita eris omni homini, præterquam N.* R. Elieſer permittit. Sapientes prohibent. Quomodo faciet? accipiet eum ab illa, & reddet eum ipſi, dicetque ipſi, *tu eris licita omni homini.* Et ſi ſcripſerit illum in divortio, etſi eum deleverit, tamen illegitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר מתיר *R. Elieſer permittit*, ratio R. Elieſeris nititur eo quod dicitur Levit. 21.7. ואשה גרושה מאישה לא יקחו Etiamſi tantum a marito ejus repudiata fuerit, qui dixerit, *tu repudiata eris a me, at non licita eris omni homini*, tamen inepta eſt ad ſacerdotium, unde conſtat quod eſt repudii libellus. Cæterum in hoc caſu quo eam omni homini licitam fecit, excepto hoc, ipſa licita eſt aliis.

וחכמים אוסרין *At Sapientes prohibent*, nam putant prohibitionem Sacerdotii eſſe rem aliam, eo quod Lex ejus multiplicat præcepta; & quamvis libellus repudii valeat ad ipſam ad ſacerdotium reddendam illegitimam, tamen non valet ad ipſam alii homini licitam reddendam; deciſio eſt juxta Sapientes. Cæterum Sapientes tantum prohibent, quando dixerit uxori, *tu licita eris omni homini, hoc excepto*; at ſi dixerit illi, *hic eſt tuus repudii libellus ſub ea conditione, ne nubas huic N.* concedunt Sapientes quod ſit rectus repudii libellus, quia maritus eam omni homini reddidit legitimam per traditionem libelli repudii. Sed ſi ſub ea conditione convenerit cum ea, ne nubat N. tum ejuſdem eſt conditionis cum reliquis. Sapientes autem prohibent eum qui repudiaverit uxorem ſuam, & dixerit ei, *hic eſt tuus repudii libellus ea conditione ut nubas N.* ne dicant homines quod commutent inter ſe uxores. Et quamcunque conditionem homo fecerit ante ſcriptionem libelli repudii, etiamſi conditio in libello repudii non conſcripta ſit, libellus repudii tamen illegitimus eſt; ſed poſtquam dederit eum uxori in manum, quicquid voluerit paciſci, poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias id quod dixit אלא לפלוני *præterquam N.* ſe habere perinde ac ſi dixiſſet, excepto viro N. & hic non eſt verus repudii libellus. Verum, ſi hoc fecerit ſub conditione quadam, licet, ut, ſi ſcripſerit repudii libellum legitimum, prout oportet. Et, ſi deinceps dixerit uxori, *hic eſt tuus repudii libellus ſub ea conditione, ne alii N. nubas*, licet, & de hoc non eſt controverſia. Sed non licet ut dicat ipſi, *ſub ea conditione ut nubas N* ne dicant alii, commutant uxores ſuas, & dant eas alteri.

מטנה ויחזור ויתננו לה *accipiet eum ab illa, & reddet eum ipſi*, ſub hac conditione, ſi dixerit uxori hæc verba ſcripto libello repudii ſine ulla conditione. Sed quoties conditionem aliquam iniverit antequam libellum repudii conſcripſerit, etiamſi fuerit conditio oralis, tamen repudii libellus eſt illegitimus; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ב הרי את מותרת לכל אדם אלא לאבא ולאביך לאחי ולאחיך לעבד ולעכו״ם ולכל מי שאין לה עליו קידושין כשר הרי את מותרת לכל אדם אלא אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין ולכל מי שיש לה עליו קידושין אפילו בעבירה פסול :

2. (Si dixerit maritus,) *tu licita eris omni homini, ſed patri meo & patri tuo, fratri meo & fratri tuo, ſervo & gentili, & cuicunque apud quem non obtinent ſponſalia*, legitimus eſt. Si dixerit, *tu licita eris omni homini, ſed tu vidua non nubes pontifici maximo; aut tu repudiata & quæ calceum exuiſti, ſacerdoti; aut tu ſpuria & Netinæa, Iſraëlitæ; aut tu filia Iſraëlitæ, ſpurio & Netinæo, aut ulli in quo ſponſalia obtinent*; etiamſi cum peccato, illegitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA. אלמנה לכהן גדול וכו׳ *Vidua pro pontifice maximo &c.* quandoquidem ſponſalia locum habent in iis quæ prohibita ſunt ex præcepto negativo, tamen hæc obtinent ex prohibitione uxoris maritatæ; hinc fit ut non ſit divortium abſolutum, quia etiamnum repudii libellus reliquus eſt.

ג גופו של גט הרי את מותרת לכל אדם רבי יהודה אומר ודין די יהוי ליכי מינאי ספר תירוכין ואגרת שבוקין וגט פטורין למהך להתנסבא לכל גבר דתצביין גופו של גט שחרור הרי את בת חורין הרי את לעצמך :

3. (Si dixerit,) corpus libelli repudii ſit, *tu eris licita omni homini.* R. Jehuda dicit, *& hic erit tibi libellus repudii a me, libellus expulſionis, & epiſtola dimiſſionis, ut nubere queas cuicunque homini volueris.* Corpus libelli libertatis eſt, *ecce tu libera eris, tu eris tui juris.*

R. OB. DE BARTENORA.

גופו של גט *Subſtantia divortii*, eſt idem quod עקר *fundamentum* libelli repudii, cujus hoc argumentum eſt, ודין די יהוי ליכי מנאי וכו׳ *& hic eſt ille qui tibi eſt a me* &c. nam de hoc clare conſtet neceſſe eſt, quia mediante illius ſcriptura repudiat uxorem, ſin autem hoc non ſcripſerit in illo, dici poteſt quod per verba illam ſimpliciter repudiavit, & quod ſcriptura iſta tantum facit ad illius dimiſſionis approbationem; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda dicit, quod, etiamſi argumentum libelli repudii ſit, *tu licita eris omni homini*, tamen neceſſarium eſſe ut ſcribat in eo, *& hic ille qui tibi eſt a me &c.* deciſio eſt juxta R. Jehudam. Licet autem libellum divortii ſcribere in quacunque lingua lubitum fuerit; at hoc tamen ſub duabus conditionibus, quarum una eſt conditio linguæ, altera, conditio ſcripturæ; *conditio linguæ* eſt, ut præmoneantur de argumento rerum quæ juxta nos in libello contineri debent. *Conditio ſcripturæ* eſt, ut in nullo vocabulo inveniatur aliquod dubium, vel deficiat quicquam ſcripturæ literarum, quæ in genere apud hunc populum in uſu eſſe ſolet.

ד שלשה גיטין פסולין ואם נשאת הולד כשר כתב בכתב ידו ואין עליו עדים יש עליו עדים ואין בו זמן יש בו זמן ואין בו אלא עד אחד הרי אלו שלשה גיטין פסולין ואם נשאת הולד כשר רבי אליעזר אומר אף על פי שאין עליו עדים אלא שנתנו לה בפני עדים כשר וגובה מנכסים משועבדים שאין העדים חותמין על הגט אלא מפני תקון העולם :

4. Tres repudii libelli ſunt illegitimi, &, ſi horum ope nupſerit, natus eſt legitimus; ſi conſcripſerit ſcripturâ manus ſuæ, & de eo non fuerint teſtes; aut, ſi de eo fuerint teſtes, ſed in eo non ſignatum fuerit tempus; aut ſi in eo ſignatum fuerit tempus, ſed unus tantum teſtis, hi tres repudii libelli ſunt illegitimi; &, ſi nupſerit, filius legitimus eſt. R. Elieſer dicit, etſi in eo non ſignaverint teſtes, ſed dederit eum coram teſtibus, legitimus eſt, & exigere poteſt dotem de bonis obligatis; nam teſtes tantum ſignant in libello repudii propter ordinem mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

כתב בכתב ידו ואין עליו עדים *Si conſcripſerit eum ſcriptura manus ſuæ, & de eo non fuerint teſtes*, juxta opinionem R. Meyr, dicentis, quod teſtes ſigni perficiunt rem, at ſcriptura manus ſuæ eſt inſtar centum teſtium. Sed juxta R. Elieſer, qui dicit, quod teſtes traditionis ſunt ii qui rem conficiunt, ideo, quandoquidem eſt ſcriptura manus ſuæ, complet id quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב ונתן Et quamvis non ſint traditionis in manum uxoris teſtes, nihilominus legitimus eſt repudii libellus vi Legis; at Sapientes eum pronunciarunt illegitimum, ne eum legitimum dicant, quando eum conſcripſerit ſcriba. ואין בו זמן *& in eo non ſignatum fuerit tempus*, eo quod ſignatio temporis inſtituta eſt per Sapientes, vel propter fructus, vel eo quod non vult detegere ignominiam filiæ ſororis ſuæ, uti diximus capite ſecundo. אין בו אלא עד אחד *& non fuerint plures quam unus in eo teſtis*, nonnulli exponunt hoc referendum eſſe ad eum qui ſcripſerit libellum repudii propria manu; in principio autem Miſnæ auctor nos docebat natum eſſe legitimum etiamſi in libello repudii non ſit teſtis. Hic vero nos docet, quod, etiamſi in eo ſit unus teſtis, non poteſt nubere de induſtria. Nonnulli referendum putant ad caſum quo eum ſcripſit ſcriba; nihilominus tamen natus eſt legitimus, eo quod ſcriba eſt vice ſecundi teſtis. מפני תקון העולם *propter ordinem mundi*, quia teſtes traditionis forſan mortui ſint, ut maritus contradicere poſſit, dicendo, *non repudiavi eam*; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין בו אלא עד אחד *Sed unus tantum ejus fuerit teſtis*, ea conditione ut ſit ſcriptura ſuæ manus; at ſi ſcriba libellum repudii conſcripſerit, & in eo unus tantum ſignaverit teſtis, exibit uxor, & natus ejus erit ſpurius; ſed vi horum trium repudii libellorum, ſi nupſerit, non exibit. Deciſio eſt juxta R. Elieſer de libellis repudii mulierum, cæteriſque libellis, quando dicit quod teſtes traditionis rem conficiunt, uti expoſuimus capite quarto hujus tractatus.

ה שנים ששלחו שני גיטין שוין ונתערבו נותן שניהם לזו ושניהם לזו לפיכך אבד אחד מהן הרי השני בטל חמשה שכתבו כלל בתוך הגט איש פלוני מגרש פלונית ופלוני פלונית והעדים מלמטה כולן כשרין וינתן לכל אחת ואחת היה כתוב טופס לכל אחת ואחת והעדים מלמטה את שהעדים ניקרין עמו כשר :

5. Si duo miſerint duos libellos repudii æquales, & mixti fuerint inter ſe, legatus dabit duos uni, & duos alteri. Propterea, ſi unus perierit, alter ineptus eſt. Si quinque in genere ſcripſerint intra repudii libellum, *vir N. repudiat (uxorem) N.* aut N. N. & teſtes inferius, omnes ſunt legitimi, & cuilibet datur. Si typus pro quolibet conſcriptus fuerit, & teſtes inferius, tum is cui nomina teſtium ſunt proxima, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שני גטין שוין *Duos libellus repudii æquales*, quod ad nomina

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלל *In genere*, ſi unum tempus ſignaverit pro omnibus, ut,

mina eorum. הרי השני בטל *ecce ſecundus eſt ineptus*, eo quod non conſtat cujuſnam ſit. כלל *in genere*, eodem tempore pro omnibus, ut, *tali die hebdomadis repudiavit talis maritus talem uxorem, & talis talem.*

כתב טופס לכל אחת ואחת *Si ſcripſerit unum typum pro quolibet*, ſi quodlibet tempus ſeorſim ſignaverit in ſingulis repudii libellis, ut, *tali die ſeptimanæ repudiavit talis maritus talem uxorem*; ſi abſolverit ſcripturam libelli repudii, & deinceps denuo ſcripſerit, *& tali die ſeptimanæ* &c. abſolveritque ſcripturam libelli repudii; & ſic de cæteris, teſtimoniis inferius ſignatis.

ut, ſi ſcripſerit, *ſecundo die ſeptimanæ repudiavit (vir)* N. *(uxorem ſuam)* N, & N. N. & ſic perfecerit plurima libelli repudii vocabula.

היה כותב טופס לכל אחת ואחת *Si ſcripſiſſet unum typum pro quolibet*, ſi tempus in quolibet ſignaverit, ſcripſeritque, *primo die hebdomadis (vir) N. repudiavit (uxorem) N.* & abſolverit ſcripturam libelli repudii. Sed deinceps denuo ſcripſerit, die primo ſeptimanæ repudiavit talis vir talem uxorem, & abſolverit ſcripturam libelli repudii, & hoc modo unum poſt alterum repudii libellum ſcripſerit; aſſignatis inferius teſtibus.

ו שני גיטין שכתבן זה בצד זה ושנים עדים עברים באים מתחת זה לתחת זה ושנים עדים יונים באים מתחת זה לתחת זה את שהעדים הראשונים נקראין עמו כשר עד אחד עברי ועד אחד יוני עד אחד עברי ועד אחד יוני באין מתחת זה לתחת זה שניהם פסולין :

6. Si duos conſcripſerit repudii libellos, unum ad latus alterius, & duo teſtes Ebræi ſignaverint inferius, unus infra alterum, & duo teſtes Græci ſignaverint inferius in uno atque in altero; ille, quocum leguntur teſtes priores, legitimus eſt. Si unus teſtis Ebraice ſignaverit, & unus teſtis Græce, & dein unus teſtis Ebraice, & unus teſtis Græce, qui veniunt inferius, unus infra alterum, ambo ſunt legitimi.

R. OB. DE BARTENORA.

שני גטין *Duo repudii libelli*, qui conſcripti fuerint in duabus columnis, unus ad latus alterius, & duo teſtes Ebraice ſignaverint inde a primo repudii libello uſque ad ſecundum, nomen teſtis ſub primo, & nomen patris ſub ſecundo, eodemque modo ſigillum ſub ſecundo teſte, & poſtea ſub duobus teſtibus Iſraëlitæ ſignaverint qui morabantur in Græcia, & ſignaverint in lingua Græca. Cæterum ſcriptura Græca incipere ſolet a ſiniſtra ad dextram, unde fit ut nomen teſtis veniat ſuo ſecundo repudii libello, & nomen patris ejus ſub primo.

את שהעדים הראשונים נקראים עמו כשר *Ille, quocum teſtes priores leguntur, legitimus eſt*, ſi Ebræi ſuperius ſignaverint, nam lectio Ebraica fit a dextra ad ſiniſtram, quomodo fit ut nomina teſtium conſcripta ſint ſub repudii libello ad latus dexterum, & nomina patrum eorum ad latus ſiniſtrum, tum repudii libellus ad latus dexterum eſt legitimus. Si vero Græci ſignaverint ſuperius, tum is qui ad ſiniſtrum latus eſt, legitimus eſt, eo quod nomina teſtium ſignata ſunt ſub latere ſiniſtro. Ratio eſt, quia ſuſpicamur fieri poſſe ut ultimi teſtes ſuum commutaverint ſcripturæ ordinem quo ſcripſerant primi teſtes; nam ſi Ebræi ſcripſerint ſuperius, quia incipiunt a latere dextero ad ſiniſtrum, & ſignaverint ad latus dexterum libelli repudii, & Græci ſignaverint ſub illis, illi quoque erunt ad latus dexterum, juxta ordinem Ebræorum, hinc fiet ut omnes quatuor ſignaverint ad latus dextrum libelli repudii. Similiter, ſi Græci ſignaverint ſuper, fieri poteſt ut Ebræi qui poſt illos ſignaverunt, immutaverint ordinem ſcripturæ Ebraicæ, & inceperint a ſiniſtra ad dexteram, & omnes quatuor ſignaverint ad latus libelli repudii ſiniſtrum.

זה לתחת זה שניהם פסולין *Hic infra illum, ambo ſunt illegitimi*, nam ſuſpicamur fieri poſſe ut primus teſtis Ebræus ſignaverit ſuper primo repudii libello ad latus dexterum, ſecundum ordinem ſcripturæ Ebraicæ, & teſtis Græcus, qui eum ſequitur ſignaverit ſuper ſecundo repudii libello ad latus ſiniſtrum, juxta ordinem ſcripturæ Græcæ, quæ incipit a latere ſiniſtro; & ut tertius Ebræus teſtis immutaverit ſcripturam Ebraicam, inceperitque etiam a latere ſiniſtro, ut Græcus qui ante ipſum ſignavit, unde fiet ut ipſe quoque ad latus ſiniſtrum libelli repudii ſignaverit, & ultimus teſtis Græcus ſignaverit more ſolito, a ſiniſtro ad dexteram, ut ipſe ad latus libelli repudii ſiniſtrum quoque ſignatus ſit. Quomodo fiet ut tres ſignati ſint ad latus ſiniſtrum, & unus tantum ad latus dextrum. Vel dicere poſſumus contrarium, quod ſecundus teſtis Græcus immutavit ſcripturam ſuam juxta ordinem ſcripturæ Ebraicæ, & inceperit a dextra ad ſiniſtram, uti ſignavit Ebræus primus; tertius vero Ebræus teſtis ſignavit more ſuo, a dextra ad ſiniſtram, quomodo fiet ut tres ſignati ſint ad latus dexterum libelli repudii, & ultimus teſtis Græcus ſolus ſignaverit more ſuo, ad latus repudii libelli ſiniſtrum. Cæterum, quia neſcimus ſuper quo ſignaverint tres, & ſuper quo non plures quam unus ſignavit, ambo ſunt illegitimi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עדים יונים *Teſtes Græci*, non Græci quod ad religionem, ſed teſtes Iſraëlitæ legitimi, qui aſſignarunt in lingua Græca. Scias autem quod Scriptura Ebræa ſe aliter habet quam Græca, quia Ebræa incipit a dextra, Græca vero a ſiniſtra; hæc autem eſto figura duorum libellorum divortii, eorumque conſignationis, juxta hujus Miſnæ ſenſum.

Hoc vel illo die repudiavit hic illam &c. uſque ad finem libelli repudii.	Hoc vel illo die repudiavit hic illam &c. uſque ad finem libelli repudii.
Ruben filius	Abrahami, teſtis.
Schimeon filius	Jacobi, teſtis.

Cæterum ſciendum tibi eſt, quod, ſi infra unum repudii libellum fuiſſet, Ruben, & infra alterum, filius Abrahami; itidem, infra unum, Scrimeon, & infra alterum, filius Jacobi, ambo ſunt legitimi. Nam dicimus quod infra ſecundum repudii libellum etiam duo ſunt teſtes Ebræi, nimirum, filius Abrahami, & filius Jacobi, nam homo tribus modis ſolet ſignare nomen ſuum, vel ſcribendo tantum nomen ſuum *Ploni*; vel ſcribendo; filius *Ploni*, non ſcribendo nomen ipſum; vel ſcribendo, *Ploni*, teſtis. Cum itaque ſecundum hanc figuram ſcripta ſunt nomina, non dubium quin teſtes Ebræi ſignaverint in primo repudii libello, eodemque modo teſtes Græci ſignaverint in primo repudii libello, ſed non citra hanc quam pinximus figuram. Et, ſi ſignaverint in primo, quilibet repudii libellus habet quatuor teſtes, & ſecundus nullos; propterea dicimus quod primus repodii libellus eſt legitimus, eſtque ille quocum leguntur teſtes.

עד אחד עברי ועד אחד יוני *Teſtis unus Ebræus, & teſtis alter Græcus*, nam dicimus, quod primus Ebræus & Græcus qui poſt ipſum obſignavit, & ſecundus Ebræus, ſimul intentionem habent conſignandi in primo repudii libello, & unus teſtis tantum remanet pro ſecundo repodii libello. Vel etiam dici poteſt, quod duo Græci cum uno ex Ebræis teſtati ſunt de ſecundo, & primus remanet cum uno teſte; propterea ambo illegitimi ſunt. Id autem quod nos movet ut ita loquamur, eſt, quia fieri poteſt ut Græci cum duobus Ebræis ſignent, & Græcus inter duos, & omnes in primo repudii libello, uti expoſitum eſt figura ſuperiori. Vel dicere poſſumus, quod ſecundus Ebræus ſignavit cum duobus Græcis, quia ſignatio ejus fieri poteſt ſuper ſecundo repudii libello, ut hæc figura non ſit neceſſaria.

ז שייר מקצת הגט וכתבו בדף חשני והעדים מלמטה כשר חתמו עדים בראש הדף מן הצד או מאחריו בגט פשוט פסול הקיף ראשו של זה בצד ראשו של זה והעדים באמצע שניהם פסולין (נ"א ל"ג סופו של זה בצד סופו של זה והעדים באמצע את שהעדים ניקרין עמו כשר) ראשו של זה בצד סופו של זה והעדים באמצע את שהעדים נקרין בסופו כשר :

7. Si reliquerit partem libelli repudii, & ſcripſerit eam in columna ſecunda, & teſtes inferius, legitimus eſt. Si ſignaverint teſtes in principio columnæ ad latus, aut in parte illius poſteriori in libello repudii extenſo, illegitimus eſt. Si conjunxerit principium unius ad latus principii alterius, & teſtes in medio, ambo ſunt illegitimi. (Si conjunxerit) finem unius ad latus finis alterius, & teſtes in medio, ille, quocum teſtes leguntur, legitimus eſt. (Si conjunxerit) principium unius ad latus finis alterius, & teſtes in medio, ille, quocum leguntur teſtes in fine, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בדף השני *In columna ſecunda*, in folio ſecundo propiori in latitudine pergameni. מן הצד *in lat re*, in margine libelli repudii lateris dexteri, aut in margine lateris ſiniſtri. או מאחריו בגט פשוט *aut in p ſteriori illius parte, in libello repudii extenſo*, cujus teſtes ſignaverint intra eum. הקיף Idem quod חבר *conjunxerit*, unum cum altero. שניהם פסולים *ambo ſunt illegitimi*, quia ſigillum non legitur cum uno, neque cum altero את שהעדים נקרין בסופו כשר *ille, cujus teſtes leguntur in fine, legitimus eſt*, nam tectum teſtium, id eſt interior ſcripturæ pars, ſit ſub finem divortii, ſed non eſt legitimus, ſi ſuperius ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ in hac tractantur Miſna, clariſſima ſunt, & propterea illuſtratione haud opus habent.

ח גט שכתבו עברית ועדיו יונית יונית ועדיו עברית עד אחד עברי ועד אחד יוני כתב סופר ועד כשר איש פלוני עד כשר בן איש פלוני (ס"א עד כשר איש פלתי בן איש פלוני) ולא כתב עד כשר וכך היו נקיי הדעת שבירושלים עושין כתב חניכתו וחניכתה כשר גט מעושה בישראל כשר ובעכו"ם פסול ובעכו"ם חובטין אותו ואומרים לו עשה מה שישראל אומרים לך וכשר :

8. Repudii libellus ſi Hebraicè ſit conſcriptus, & nomina teſtium Græcè; aut vice verſa. Unius teſtis nomen Hebraicè, & unius Græcè; ſi conſcripſerit eum ſcriba & teſtis, legitimus eſt. Si ſcriptum fuerit, *Ploni teſtis*, legitimus eſt. Si, *filius Ploni*, & non ſcripſerit, *teſtis*, legitimus eſt. Sic faciebant olim viri periti Jeruſolymis. Si ſcripſerit cognomen ſuum, & cognomen ipſius (uxoris,) legitimus eſt. Libellus repudii invito poſtulatus ab Iſraëlita eſt legitimus, ſi a gentilibus illegitimus. Sin autem eum verberibus exceperint, & dixerint, *fac quemadmodum Iſraëlita tibi dixerunt*, tum legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כתב סופר ועד כשר *Si ſcripſerit eum ſcriba, & teſtis, legitimus eſt*, ſi conſignaverit ſcriba & teſtis, qui ſunt duo teſtes. Cæterum docet nos hæc Miſna quod non debemus ſuſpicari poſſe ut maritus non dixerit ſcribæ ut ſignaret, ſed ut duobus dixerit, *dicite ſcribæ ut ſcribat, & huic ac illi, ut ſignent teſtimonia ſua, & hi teſtes animadvertant an ſcriba pudore ſuffundatur, dicatque ſ non videor ipſi aptus ad teſtandum*; attamen ſignarunt eum ſine poteſtate mariti; hoc inquam non licet ſuſpicari. חניכתו cognomen ſuum, puta nomen familiæ.

גט מעושה בישראל כשר *Libellus repudii ab Iſraëlita vi poſtulatus legitimus eſt*, ſi de jure coëgerint eum, uti in omnibus caſibus in quibus dicitur, quod cogunt ipſum ad repudiandum illam, aut, ut prohibita ſit illi. Cæterum ſi coëgerint ipſum contra jus, libellus repudii illegitimus eſt, & uxor ad ſacerdotium inepta redditur, propterea quod non habet ſpeciem libelli repudii.

ובגוים *Et a gentilibus*, ſi ſecundum jus, illegitimus eſt libellus repudii, & illegitimam reddit uxorem ad ſacerdotium. Verum ſi contra jus poſtulatus fuerit, ne quidem ſpeciem habet libelli repudii. Qui vero de jure tenetur dare libellum repudii uxori ſuæ, & judices Iſraëlitæ non habuerint poteſtatem cogendi ipſum, excipiunt ipſum verberibus mediante gentilium poteſtate, dicentium ipſi, *fac id quod Iſraëlitæ tibi dicunt*, atque adeo juxta jus Iſraëliticum dabit repudii libellum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כתב סופר ועד כשר *Si ſcripſerit eum ſcriba, & teſtis, legitimus eſt*, vult dicere, ſi ſcriba & unus teſtis ſignaverit legitimus eſt. חניכתו וחניכתה *cognomen ſuum & cognomen ejus*, חניכה enim idem eſt quod כנוי *cognomen*, puta igitur nomen mariti qui repudiat, & nomen uxoris quæ repudiatur. נקיי הדעת *puri ſcientia*, docti & rerum periti.

גט מעושה בישראל *Libellus repudii ad Iſraëlita invito poſtulatus*, ſi maritus ab ipſis coactus fuerit invitus dare uxori ſuæ libellum repudii, propterea, ſi fuerint e ſenatu ii qui ipſum coëgerint, libellus repudii eſt legitimus. Sed ſi judices gentiles eum coëgerint, omnino eſt repudii libellus illegitimus. Cæterum, ſi eum coëgerint in ejuſmodi re in quam ipſum cogebant judices Iſraëlitæ, ut, ſi uxor poſtularet libellum repudii, aut, ſi maritus ex Lege obligaretur ad repudiandum uxorem, tum hic repudii libellus ineptum reddit ad ſacerdotium, etiamſi fuerit repudii libellus illegitimus. Sic etiam, ſi Senatus Iſraëlis coëgerint ipſum ad repudii libellum, contra jus faſque, hic repudii libellus eſt illegitimus, & uxorem ineptam reddit ad ſacerdotium. Verum ſi gentiles eum coëgerint donec dixerit, volo peragere id quod ſenatus mihi impoſuit Iſraëliticus.; & deinde ipſi impoſuerit Senatus ut ſcribat repudii libellum, ecce talis eſt legitimus.

ט יצא שמה בעיר מקודשת הרי זו מקודשת מגורשת הרי זו מגורשת ובלבד שלא יהא שם אמתלא.

9. Si fama deſponſæ exiverit in civitatem, ecce hæc deſponſa eſt: Si repudiatæ, ecce repudiata eſt; at ea conditione, ne ſit excuſatio. Quænam

אמתלא איזו היא אמתלא גירש איש פלוני את אשתו על תנאי זרק לה קידושיה ספק קרוב לה ספק קרוב לו זו היא אמתלא :

eſt excuſatio? *hæc, repudiavit vir Ploni uxorem ſuam, ſub conditione.* Si objecerit ipſi ſponſalia, & dubium fuerit an ipſi propiora fuerint, an vero ſibi, hæc eſt excuſatio.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא שמה בעיר מקודשת *Si fama deſponſa exierit in civitatem*, ſi de muliere libera exierit fama, nempe, *Plonit deſponſa eſt hodie Ploni*, & non ſolum talis fama divulgata fuerit, ſed ſimul quoque ſigna innotuerint, ut, ſi lucernæ accenſæ fuerint, lectus ſtratus, & homines intraverint, ſaltantes, ac dicentes, *Plonit hodie deſponſa eſt.*

מגורשת הרי זו מגורשת *Si repudiatæ, ecce hæc repudiata eſt*, hoc referendum eſt ad principium, ubi de muliere illa de qua fama divulgata fuerat quod deſponſa erat, cujuſque famæ ratio habita erat ut non liceret illi nubere præterquam huic viro; at ſi denuo fama exierit quod repudiata eſt ab eo cui deſponſa erat, repudiata cenſetur, & unicuique viro licita eſt. Quia fama illa cujus rationem habuimus in principio, ſecum fert abrogationem qua irrita fit fama ſecunda.

ובלבד שלא יהא שם אמתלא *& ea conditione ne ſit excuſatio*, ne ſit in fama deſponſationis aut divortii ratione aliqua qua talis fama irrita reddi queat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגורשת הרי זו מגורשת *Si repudiatæ, ecce hæc repudiata eſt*, non vult dicere, quia fama mulieris nuptæ exiit in civitatem quod eam repudiavit maritus, propterea prohibita eſt marito. Cæterum vult dicere, quod, ſi fama deſponſationis illius exiverit primo tempore, at præterito deindè tempore de eadem muliere fama exierit, quod repudiata fuit ab illa deſponſatione, hæc eſt repudiata; quia fama illa quæ divulgata erat de illa quod deſponſa erat, ſecum fert & aliam famam quæ illi reddit irritam, quia fama eam reddit prohibitam, & licitam. Cæterum ſi teſtibus conſtiterit de deſponſationibus, & multo magis ſi nupta fuerit, non confirmabitur ejus repudii libellus niſi ope teſtium, uti in hoc tractatu expoſitum eſt.

י בית שמאי אומרים לא יגרש אדם את אשתו אלא אם כן מצא בה דבר ערוה שנאמר כי מצא בה ערות דבר ובית הלל אומרים אפילו הקדיחה תבשילו שנאמר כי מצא בה ערות דבר רבי עקיבא אומר אפילו מצא אחרת נאה הימנה שנאמר והיה אם לא תמצא חן בעיניו :

10. Schola Schamai dicit, nemo repudiabit uxorem, niſi in ea repertum fuerit quid inhoneſti, uti ſcriptum Deut. 24, 1. כי מצא בה ערות דבר Schola Hillelis dicit, etiamſi combuſſerit decoctum ejus, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. R. Akiba dicit, etiamſi illâ pulchriorem inveniat aliam, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. והיה אם לא תמצא חן בעיניו

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו הקדיחה תבשילו *Etiamſi combuſſerit decoctum ejus*, igne, aut ſale, Schola Hillelis exponit illud ערות דבר de aliis rebus vitioſis & corruptis, quæ non ſunt ערוה. *R. Akiba dicit, etiamſi illâ pulchrior inveniatur*, & exponit locum Deut. 24, 1. hoc ſenſu, ſi non invenerit gratiam in oculis ejus quod ad pulchritudinem ſuam; aut ſi inhoneſti quid in illa inventum fuerit, vel iniqui, tum propter quamlibet ex illis cauſis eam repudiare poteſt; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai nititur voce ערוה; ſed Schola Hillelis voci דבר. Quod autem R. Akiba dixit, non eſt juxta deciſionem, nam, ſi illâ pulchriorem invenerit, tamen ducet eam, & non repudiabit eam, quandoquidem illa non peccavit, ſed conditionem ejus æquiparat; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis.

Finis Tractatus de Divortiis.

מסכת קידושין

Tractatus de Sponſalibus.

פרק א האשה נקנית בשלש (ש״ס) דרכים
וקונה את עצמה בשתי דרכים נקנית בכסף
בשטר ובביאה בכסף בית שמאי אומרים בדינר
ובשוה דינר ובית הלל אומרים בפרוטה ובשוה
פרוטה וכמה היא פרוטה אחד משמונה באיסר
האטלקי וקונה את עצמה בגט ובמיתת הבעל
היבמה נקנית בביאה וקונה את עצמה בחליצה
ובמיתת היבם :

CAput 1. Uxor acquiritur tribus modis, & illa acquirit denuo ſeipſam duobus modis; illa acquiritur argento, ſcriptura, & coitu. Schola Schamai dicit, denario, aut pretio denarii. Schola Hillelis dicit, numulo, aut pretio numuli. Quantum valet numulus Pruta? octavam partem aſſarii Italici. Seipſam vero acquirit libello repudii, & morte mariti. Fratria acquiritur coitu, & illa acquirit denuo ſeipſam diſcalceatione, & morte leviri.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה נקנית *Uxor acquiritur*, nam fœmina non habetur deſponſa niſi volens, ideo Miſna dicit, *uxor acquiritur*, & non dicit, vir acquirit mulierem. Et quandoquidem in principio dicit האשה נקנית, propterea in fine quoque dicit היבמה נקנית *fratria acquiritur*, etiamſi fratria acquiratur, ſive nolens ſive volens.

נקנית בכסף *Acquiritur argento*, uti per argumentum a pari hoc elicitur e verbo לקח quod invenitur Geneſis 23, 13. קח ממני & ex illo quod extat Deut. 24, 1. כי יקח איש אשה quemadmodum igitur in primo loco obtinet acquiſitio per argentum, ſic etiam in ſecundo.

בשטר *Cum ſcriptura*, ſi ſcripſerit in charta, aut in teſta, etſi non valuerit unum numulum, hoc ſenſu, *filia tua mihi conſecrata eſt*; aut, *tua filia mihi deſponſata eſt*; aut, *filia tua mihi erit in uxorem*, & hanc ſcripturam illi dederit præſentibus duobus teſtibus. Et hoc concludimus ex eo quod dicitur Deut. 24, 2. ויצאה והיתה לאיש אחר Quemadmodum ergo dimiſſio fiat cum ſcriptura, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב לה ספר כריתות ſic etiam quando ab alio acquiritur viro neceſſe eſt ut id fiat per ſcripturam.

בביאה *Coitu*, ſi coiverit cum ea ſponſus coram duobus teſtibus, vi ſponſalium, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. quandoquidem autem in Lege non clariora occurrunt ſponſalia quam ea quæ fiunt per coitum, tamen decreverunt Sapientes, ut is qui deſponſaverit mulieri per coitum, exciperetur verberibus rebellionis, ne filii Iſraëlitarum hac in parte eſſent diſſolutiores. פרוטה valet dimidium grani hordeacei argentei.

היבמה נקנית בביאה *Fratria acquiritur coitu*, a leviro acquiritur coitu uti uxor omnibus in rebus, ſed non acquiritur argento, neque ſcriptura ex Lege; ſed decreverunt Sapientes, ut deſponſationes in illa valerent quantum ad eam aliis fratribus illegitimam reddendam, ſed non ad liberandam illam a diſcalceatione, neque ad polluendum ſe per illam, ſi levir ſit ſacerdos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דרך *Modus*, uſurpatur hæc vox in maſculino & fœminino genere, ſic Deut. 1, 22. את הדרך אשר נעלה בה & Deut. 28, 7. בדרך אחד יצאו אליך Cæterum quod Miſna dicit, האשה נקנית *uxor acquiritur*, & non dicit, homo acquirit uxorem ſuam, eo nobis vult indigitare quod illa non eſt uxor maritata, niſi volens; nam ſi ſponſus ipſi nolenti dederit deſponſationis dona, non habetur deſponſa. Docemus autem quod illa acquiri poſſit argento, eo quod ſcriptum eſt Deut. 24, 1. כי יקח איש אשה & Gen. 23, 13. in cauſa emtionis agri dicitur נתתי כסף השדה קח ממני Unum igitur acquirendi modum per ſimilitudinem vocum docemus ex altero. Cæterum deſponſationes quæ fiunt per ſcripturam, hoc modo peraguntur; vir conſcribit in quacunque re quæ ad ſcripturam apta eſt, etiam ſi fuerit teſta, vel folium plantæ, hoc ſenſu, *ecce tu mihi conſecrata es*; aut, *ecce ut mihi deſponſa es*, & ſimilia; quam dederit ſcripturam coram duobus teſtibus. Probatio hujus rei eſt in eo quod dicitur Deut. 24, 2. ויצאה והיתה לאיש אחר hinc comparamus dimiſſionem uxoris a marito cum acceſſione ad maritum per ſcripturam, uti ſcriptum eſt Deut. 24, 1. וכתב לה ספר כריתות

Deſponſatio quæ fit per coitum, eſt ea quæ fit in nomine deſponſationis coram tribus teſtibus; & nulla illuſtrior quam hæc datur deſponſatio, de qua Deut. 24, 1. ita ut mediante coitu fiat uxor maritata. Verum qui uxori ſuæ deſponderit per coitum, ex decreto Sapientum flagellis rebellionis vapulet, ne Iſraëlitæ indies fiant diſſolutiores, quamvis conſecrationes nuptiarum ſint irritæ, & uxor ducatur a marito. Denarii pondus eſt nonaginta ſex granorum hordeaceorum argenti; Aſſarius vero eſt quarta pars drachmæ, quæ Arabicè dicitur דרהם; *Denarius* quoque facit ſex drachmas, quomodo fit ut Aſſarius faciat quatuor grana argenti, & Pruta dimidium grani argenti. Cæterum, quia in principio Miſnæ dicitur האשה נקנית *uxor acquiritur*, ideo in fine quoque dicit, היבמה נקנית *fratria acquiritur*. Nam cæteroquin dicendum fuiſſet היבם קונה *levir acquirit*, nam fundamentum nobis eſt, quod, ſi quis fratriam ſuam ſtupraverit ſine illius conſenſu, acquiſivit eam, quemadmodum expoſitum eſt in tractatu Jebhammot capite ſexto.

SURENHUSIUS. Hicce de Sponſalibus tractatus ultimo ponitur loco, cum primo potius collocari debuiſſet, ſi quis connubiorum tempora recte perpendat; nam ubi nihil Sponſalium præceſſit, ibi nulla dos, nullum inſtrumentum dotale, nullum leviratus conjugium, & nullus repudii libellus locum habere poteſt: ſed auctor Miſnicus in hoc Scripturæ ordinem imitatus eſt. Nam Moſes ritum de Sponſalibus deſcribit demum in libro Deuteronomii capite viceſimo ſecundo. Tum etiam, quod connubii ineundi ratio uniuſcujuſque arbitrio relicta eſt, ut ad eam cogi nequeat; cæterorum vero Leges omnino conjuges ad officia ſua conſtringunt. Porro ad majorem hujus codicis elucidationem quædam a nobis præmittenda erunt e Maimonide in principio Hilchot Iſchot; ubi notat antequam Lex lata ſit, connubia rite contrahi ſolere ſicubi mulier occuriſſet viro, & utrique ad conjugium conſpirarent, ut vir illico mulierem domum duceret, & ſolus ſolam amplecteretur. Lege autem Iſraëlitis data, præcepit ipſis Deus, ut, ſi quiſquam ducere vellet uxorem, prius eam ſibi coram teſtibus emat, & deinceps in uxorem habeat; ſicuti dicitur Deut. 22, 13. כי יקח איש את אשה ובא אליה *Cum vir emerit mulierem, & ad eam ingreſſus fuerit.* Atque iſtiuſmodi emtio præcepto Legis affirmante ſancita triplicem ineundi conjugii modum inter Iſraëlitas comprehendit; acquiritur enim a viro mulier argento, contractu ſeu perſcriptione, & congreſſu: congreſſu & perſcriptione, juxta Legem; argento, ex inſtitutione Sapientum.

Hæ vero ליקוחין *Emtiones* vocantur קידושין *Dicationes*, aut אירוסין *Sponſalia*; & mulier harum trium rerum una emta, vocatur מקודשת *Dicata*, aut מאורסת *Sponſa*. Jam ubi mulier tali modo emta atque dicata fuerit, licet viro nondum juncta ſit, nec domum illius ducta, tamen dicitur אשת איש *uxor viri*; idcirco, ſi quis præter maritum, cum illa rem habuerit, morti deditur a Synedrio. Et ſi emtor eam repudiare velit, libellum repudii ei præbeat neceſſe eſt. Verum ante Legem datam, cum vir occurriſſet mu-

mulieri, atque ambo conveniſſent, data mercede vir mulierem ſubigere poterat vel in media via, & deinceps abire; talis autem mulier vocabatur קדשה *ſancta*, quæ Latinis *meretrix*. Poſtquam vero Iſraëlitis data fuit Lex, ejuſmodi meretrix remota fuit, quemadmodum Deus præcipit Deut. 23, 17. לא יהיה קדשה בבנות ישראל *Ne ſit meretrix inter filias Iſraëlis*. Quiſquis igitur Iſraëlitarum ab iſto tempore cum muliere rem habuerit nomine ſcortandi, & non dicandi, vapulat juxta præſcriptum Legis, quia meretricem ſubegit.

Quarum vero mulierum matrimonia ſub excidii pœna in Lege prohibita ſunt, hæ vocantur עריות *Inceſtæ*; cujuſmodi ſunt mater, filia, ſoror, atque his ſimiles. Præterea aliæ ſunt mulieres ex Antiquorum Traditione ac Sapientum inſtituto interdictæ, quæ vocantur שניות *Secundariæ*, quia ab inceſtis ſecundæ ſunt. Et hæ numero viginti ſunt, nimirum, avia materna & perpetua illius linea; proavia enim, abaviaque in infinitum interdictæ ſunt. Avi materni mater unica. Avia paterna & perpetua iſta linea, proavia & abavia in infinitum interdictæ ſunt. Avi paterni mater una. Patris noverca, cujus quoque indefinita linea eſt. Quamobrem & Jacobi patriarchæ noſtri uxor, cuiquam noſtrum interdicta fuit. Noverca matris una. Uxor patrui, illius ſcilicet, qui patris fuit uterinus. Avunculi uxor; utrum vero hic ſit matris uterinus, necne, nihil refert. Nurus filii & continua linea; & nurus proneporis, abnepotiſque in infinitum interdicta eſt, ut uxor cujuſvis noſtri *Secundaria* fuerit Jacobo patriarchæ noſtro. Nurus filiæ ſola. Filii e filia ſola neptis. Filii e filio neptis ſola. Item ſola neptis filiæ filia. Sola neptis filiæ e filio. Privigni ſola neptis e filia. Privignæ ſola neptis e filia. Soceri ſola materna avia. Socrus ſola paterna avia. Socrus avia materna ſola. Soceri avia paterna ſola. *Secundariarum* vero quatuor ſunt, quarum interdictum nuſquam & nunquam deſinit. Avia materna, & ſuperiores in infinitum. Avia paterna, & ſuperiores in infinitum. Noverca patris, & ſuperiores in infinitum. Filii nurus, & inferiores in infinitum.

Quarum vero mulierum conjunctionem Lex vetuit ſine excidii pœna, eæ איסורי לאוין *ex præcepto negante interdictæ* dicuntur. Porro etiam nonnullæ *tanquam meretrices interdictæ* dicuntur; atque hæ ſunt numero novem, videlicet, vidua mulier pontifici maximo interdicta eſt: mulier repudiata, meretrix, aut profanata tam ſummo pontifici, quam vulgari ſacerdoti interdicta eſt. Fœmina ſpuria viro Iſraëlitæ, vir ſpurius fœminæ Iſraëliticæ. Fœmina Iſraëlitica viro Ammonitæ, vel Moabitæ. Et Iſraëlitica fœmina viro cujus teſtes vulnerati, comminuti, vel omnino exciſi ſunt. Tum etiam ſi uxor repudiata juxta divortium alteri viro nupſerit, interdicta eſt marito primo. Fratria quæ alieno nupſerit viro dum adhuc eſſet in poteſtate leviri. Fœmina quæ leviri ſui calceum exuit, eſt ſimilis repudiatæ, atque e Sapientum inſtitutis interdicta eſt ſacerdoti. Nethinæorum vero gens tam maſcula quam fœminea in connubiis contrahendis Iſraëlitis interdicta eſt juxta Sapientum inſtituta.

Tandem ſunt tria populorum genera quorum connubia interdicta ſunt Iſraëlitis ex præcepto Legis affirmante, & non negante. Ex horum numero eſt Ægyptiorum atque Idumorum ſtirps prima & altera tam maſcula quam fœminea, quæ univerſæ genti Iſraëliticæ interdicta eſt. Et virum experta pontifici maximo prohibita eſt. Quandoquidem de his in Lege non traditur לא יבא *Non veniet &c.* Neque לא יקח *Non accipiet &c.* Sed, דור שלישי יבא להם בקהל יהוה *Generatio tertia veniet in cœtum Dei*; Deut. 28, 8. Hinc colligimus primam ac ſecundam eorum generationem non admittendam eſſe in Dei cœtum. Tum etiam quia de ſummo pontifice dicitur Levit. 21, 13. והוא אשה בבתוליה יקח *Et is uxorem ducet in virginitate ſua.* Unde colligimus, ne quam ducat uxorem, quæ non ſit virgo; quia præceptum negans quod ab affirmante proficiſcitur, habeatur pro affirmante.

Jam de filiorum filiarumque in caſu matrimonii ætate notandum eſt, quod filia a nativitate ſua uſque ad duodecim annos completos, vocatur קטנה תינקת *parvula & pupula*: deinceps vero uno tantummodo tranſacto die, vocatur נערה puella; quia hac ætate duos pilos dicitur ſignum inferius extuliſſe. Abhinc ſex integris menſibus prætelapſis, dicitur בוגרת *pubes*. Filius autem ex quo editus eſt in lucem uſque dum tredecim annos compleverit, appellatur קטן תינוק *parvulus & pupulus*; poſtea vero cum in partibus illius infernis ad pubertatem duos ediderit pilos, vel unico die prætelapſo, גדול ואיש *adultus & vir* dicitur. Si vero eam quidem ætatem attigerit, ſed nondum hoſce duos pilos extulerit, licet ſpadonis ſigna præbeat, tamen *parvus* dicitur uſque dum viginti annos natus ſit, triginta diebus minus. Nam ſi hanc ætatem attigerit, & duos pilos non extulerit, neque ad corporis partem inferiorem, neque ad barbam, סריס *ſpado* habendus ſit, ſi vel unicum ſpadonis ſignum protulerit; jure tamen adulti pollet ad omnia. Sin nullum ſpadonis ſignum præbuerit, *parvulus* habeatur, uſque dum inferius duos pilos ediderit, aut triginta & quinque annos, unumque diem natus fuerit.

Ipſa vero dicatio, quæ ſaltem unius nummi argentei ope, vel illius quod tantundem valebat, perficiebatur hoc modo, ſponſus dicebat ſponſæ, *ecce tu mihi dicata ſis*; vel, *ecce tu mihi deſponſa ſis*; vel, *ecce tu mihi ſis uxor hac re*; atque hoc coram teſtibus factum fuerit. Sponſus enim ea verba proferat, e quibus percipiatur ſe ſponſam iſtam in uxorem emiſſe, & poſtea det argentum. Si quis autem ſcripto ſibi dicarit in charta, vel in teſta, vel in folio, vel in quavis alia re deſignato, hoc ſenſu; *ecce tu mihi dicata ſis*, vel, *ecce tu mihi ſponſa ſis*, & id genus alia; tum id virgini det coram quibuſdam teſtibus. Si vero coitu ſibi dicarit uxorem, dicat ei, *ecce tu mihi dicata ſis*; vel, *ecce tu mihi deſponſa ſis*; vel, *ecce tu mihi hoc coitu uxor ſis*, & id genus alia: tum teſtibus præſentibus ſibi iſtam in uxorem habeat. Sin autem per procuratorem ſibi uxorem quærat, non opus eſt ut præter iſtum alii ſint teſtes, quia ipſe procurator teſtis ſatis idoneus eſt. Oportet autem ut ante dicationem ſive per ſponſum ſive per procuratorem illius ſolenni more Deus precibus invocetur hoc ſenſu: *Laus tibi ſit Domine, rex mundi, qui nos præceptis tuis initiaſti, & juſſiſti ab inceſtis abſtinere; & prohibuiſti nobis deſponſas, ſed nuptas conceſſiſti per thalamum nuptialem, & dicationem: Laus tibi, Domine, qui ſanctificas Iſraëlem.* Atque hæc iſta gratulatio ſponſalis eſt quæ adhibito vini vaſculo recitari ſolet. Plura ex ipſo tractatu potiſſimum cognoſces.

ב עבד עברי נקנה בכסף ובשטר וקונה את עצמו בשנים וביובל ובגרעון כסף יתירה עליו אמה העבריה שקונה את עצמה בסימנין הנרצע נקנה ברציעה וקונה את עצמו ביובל ובמיתת האדון:

2. Servus Hebræus acquiritur argento, & ſcriptura; & ſeipſum acquirit annis, & Jubilæo, & detractione argenti. Sed pretioſior illo eſt ſerva Hebræa, quæ ſeipſam acquirit ſignis mulieris. Perforatus acquiritur perforatione, & acquirit ſeipſum Jubilæo, & morte heri ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

עבד עברי נקנה בכסף *Servus Hebræus acquiritur argento*, uti ſcriptum eſt Levit. 25, 51. מכסף מקנתו hinc conſtat quod acquiritur argento. ובשטר *& ſcriptura*, uti ſcriptum eſt de ſerva Hebræa Exod. 21, 10. אם אחרת יקח לו ubi comparatur cum alia muliere, ut, quemadmodum hæc acquiritur ſcriptura, ſic etiam illa acquiratur ſcriptura. Servo vero acquiſi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De ſervo Hebræo ſcriptum eſt Levit. 25, 51. מכסף מקנתו hinc conſtat quod acquiritur argento. De ſerva Hebræa dicitur Exod. 21, 8. והפדה hinc patet quod diminuet de redemptione illius tempus quod fuit cum illo, & ſic libera exibit. Cæterum Deut. 15, 12. dicitur כי ימכר לך אחיך העברי או העבריה ubi Hebræus comparatur cum Hebræa; & de

quiſitionem docemus ex acquiſitione ſervæ, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 12. העברי או העבריה ubi Hebræam cum Hebræo comparat.

בשנים *Annis*, ſex annis finitis liber exit, etiamſi annus remiſſionis venerit in medio ſex annorum, tamen ſerviet, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 2. שש שנים יעבוד ובשביעית ſit igitur ut aliquando ſerviat in anno ſeptimo. ביובל *Jubilæo*, ſi annus jubilæus inciderit in medium ſex annorum, efficit ut liber exeat. ובגרעון כסף *& detractione argenti*, ut ſcriptum eſt de ſerva Hebræa Exod. 21, 8. והפדה Et ſervus Hebræus comparatur cum ſerva Hebræa, ſi emerit eum herus illius ſex minis, & ſervus exire debuerit anno ſexto finito, fiet ut cujuſlibet anni ſervitium emerit una mina. Et ſi ille ſeipſum redimere voluerit, herus ejus ipſi detrahet pecuniam qua per illos annos ſervivit.

יתירה עליו אמה העבריה *Sed pretioſior illo eſt ſerva Hebræa*, quia ſeipſam acquirit omnibus hiſce quos diximus modis, & ſignis virginitatis, quemadmodum elicimus ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 21, 10. ויצאה חנם ubi Scriptura ſervæ aſſignat aliquam prærogativam, quæ eſt, ut propter ſigna virginitatis libera exeat.

ובמיתת האדון *& morte heri*, intra ſex annos filio ſerviet quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 21, 1. ועבדו לעולם ipſi ergo ſcil. hero ſerviet in perpetuum, non filio ejus. Cæterum is, cujus herus mortuus fuerit in medio ſex annorum, ſerviet illius filio, ut ſcriptum eſt Exod. 21, 2. שש שנים יעבוד ergo tam filio quam hero ſerviet. Quando herus ejus mortuus fuerit filio tantum ſerviet ſex annos, ſed filiæ, fratri, reliquiſque hæredibus non ſerviet, Deut. 15, 21. ועבדך שש שנים *tibi* igitur ſcil. filio, non hæredibus ſerviet. Serva Hebræa ſeipſam acquirit morte heri, perinde ac ſervus in aure perforatus, eo quod ſcriptum eſt de perforato in aure Deut. 15, 7. ואף לאמתך תעשה כן

de ſerva Hebræa dicitur Exod. 21, 10. אם אחרת יקח לו ubi ſerva Hebræa comparatur cum alia muliere, nimirum quemadmodum alia mulier acquiritur ſcriptura, ſic etiam ſerva Hebræa acquiritur ſcriptura. Et de ſerva Hebræa concludimus ad ſervum Hebræum, quod ipſe acquiritur argento æque ac ipſa, & quod exit annis finitis.

בשנים *Annis*, quando ſerviverit ſex annos, inde ab illo die quo venditus eſt, etiamſi annus remiſſionis intraverit ſex annos. Et quod ſcriptum eſt Exod. 21, 2. שש שנים יעבוד ובשביעית indicio eſt, quod interdum etiam ſervire debet anno ſeptimo. Si ergo annus jubilæus inciderit in medium ſex annorum, liber exit.

גרעון הכסף *Detractio argenti*, vult, quod emtor computat annos quos ſervivit, & detrahit ei id quod ipſi debet de pecunia, & reliquum ſolvit, quo facto fit libertus. Exempli gratia ſi ſervum emerit ſexaginta denariis, & ſerviverit illi duos annos, quadraginta ipſi ſolvet denarios, & deinde exibit libertate donatus. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt de ſerva Hebræa Exod. 21, 8. והפדה

שקונה את עצמה בסימנין *Quæ ſeipſam acquirit ſignis*; vult dicere, ſi illi ad pudenda duo fuerint pili poſtquam impleti fuerint duodecim anni, & unus dies. Hoc ſenſu traditione explicatur ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 21, 10. ויצאה חנם quæ eſt ætas בוגרת *pubeſcentis*: & quod dicitur אין כסף *ſine argento* notat ætatem נערה *puellæ*, poſtquam illi duo acceſſerint pili uſque ad ſex menſes deinceps, uti expoſitum eſt capite tertio tractatus Cetubhot. Cæterum de ſervo Hebræo cui auris perforata, extat Deut. 15, 17. ואף לאמתך תעשה כן Propterea ſerva Hebræa quoque libera exibit hero ejus mortuo, ſed hujus rei non meminit Miſnæ doctor, eo quod illa ſimilis eſt ſervo Hebræo perforato; verum ſi herus ſervi Hebræi mortuus fuerit, & filium reliquerit, ſerviet illius filio donec ſex anni impleti fuerint. Sed ſi non reliquerit filium, liber exibit, & non ſerviet filiæ, neque heri fratri, neque ullis hæredibus. Scias autem, quod de ſervo qui ſeipſum vendiderit paupertatis ergo loquitur Lex Deut. 15, 12. כי ימכר לך אחיך העברי Cæterum quando ipſum vendiderit ſenatus, dicitur de ipſo Exod. 22, 2. ונמכר בגנבתו & non venditur, ſi pretium ejus fuerit majus quam ſumma quam debebat propter furtum. Jam dictum eſt capite tertio tractatus Sota, quod vir venditur propter furtum ſuum, & quod non venditur mulier propter furtum. Sed pater eam vendere poteſt quando adhuc minorennis eſt, uti expoſitum capite tertio tractatus Cetubhot. Sapientes dicunt, quiſnam conſcribet libellum ſervæ Hebrææ? pater eum conſcribet, & hoc ſenſu, *filia mea vendita eſt tibi*, aut, *filia mea acquiſita eſt a te*, dabitque eum coram duobus. Et poſtquam de ritu ſervi Hebræi locuti fuerimus, abſolvemus eum in tranſitu, quando cognoveris, eum, qui venditus fuerit gentili, etiam libertate donari mortuo ejus domino. Et hoc ſenſu intelligendum eſt id quod dixerunt Sapientes, qui ſeipſum vendit, poteſt ſeipſum vendere ſex annos, & ultra ſex annos; at quando ipſum vendiderit Senatus, tantum ſex annos vendi poteſt. Qui ſeipſum vendiderit, non perforatur, at ſi Senatus ipſum vendiderit, perforari poteſt. Qui ſeipſum vendiderit, ei non imponunt onus, at ſi vendiderit eum Senatus, ipſi imponunt onus. Qui ſeipſum vendiderit, ei herus illius non dat ſervam Cananitidem, & licita erat ipſi quamdiu erat ſervus, & liberi quos ex illa procreaverat, erant ſervi. Et hoc eſt quod Lex dicit Exod. 21, 4. האשה וילדיה תהיה לאדוניה Herus poteſtatem habet ſervum ad hoc cogendum ſi voluerit. De his autem dixerunt, imponunt illis onus, qui exeunt finitis certis annis, & jubilæo, & mortuo ejus hero, nec non ſervæ Hebrææ quæ exit ope ſignorum quorundam virginitatis. Sed ei qui exit detractione argenti non impoſuerunt onus. Quantitas vero pecuniæ quæ illi debetur de bonis, non minor eſt quam triginta ſicli, & סלע *ſiclus* quilibet valet quatuor denarios, denarii vero valorem jam expoſuimus. Dixerunt autem, unde probatur quod is qui aufugerit, tenetur implere ſex annos? uti ſcriptum eſt, *ſex annos ſerviet*. Præterea dixerunt, onus quod imponitur ſervæ Hebrææ, & ei quod invenerit, venit a patre ejus, eo quod illa adhuc eſt נערה *puella*, uti expoſuimus, & propterea eſt ſub poteſtate patris. Verum ſi pater mortuus fuerit, cedit ipſi; nam hypotheſis nobis eſt, quod nemo beneficium filiæ pro hæreditate relinquet filio ſuo, propterea fratres nullius rei participes ſunt hac in parte. Onus vero ſervi Hebræi pro ipſo eſt, & creditor in illud nullam habet poteſtatem, neque de eo debitum ſuum poſtulare poteſt. Quando autem ſervus Hebræus ægrotaverit, tum adhuc continetur in poteſtate heri ſui, ſi & infra quatuor annos continuos ægrotaverit, at diverſis temporibus, anni infirmitatis annumerantur ipſi inter ſex illos annos. Verum ſi quatuor annos continuos ægrotaverit, tenetur eos implere, quia eſt inſtar mercenarii, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 18. כי משנה שכר שכיר Cæterum jam noſti id quod dictum eſt in Lege de ſerva Hebræa Exod. 21, 8. אשר לא יעדה ad quod rogarunt, quomodo igitur ſe habet præceptum promiſſionis? ſponſus dicit ſponſæ coram duobus teſtibus? *ecce tu mihi ſanctificata es*, aut, *tu deſponſata es mihi*, aut, *tu eris mihi in uxorem*, etiamſi hoc factum fuerit in fine ſex annorum, & circa occaſum ſolis; & tum eam excipere tenetur ut uxorem, non ut ſervam. Præterea ſcriptum eſt Exod. 21, 9. ואם לבנו ייעדנה quod idem eſt ac ſi dixiſſet *tu filio meo ſanctificata es*; ſed neceſſe eſt ut filius ſit major annis, & huic rei annuat; propterea dixerunt, *non ſit pactum niſi ſit majorennis, neque ſit pactum niſi ipſo conſentiente*. Dixerunt etiam quod ſerva Hebræa non vendatur, niſi illi cui deſponſari poteſt, vel filio ejus, etiamſi hero nequeat deſponſari, ut, ſi quis vendiderit filiam ſuam patri, qui illi ſpondere nequit, ſed filius ejus poteſt, quia illa eſt filia fratris ejus. Præterea dixerunt, ſcriptum eſt Exod. 21, 6. לאמה hinc docemur quod eam illegitimis vendere poteſt. Quando autem patri, vel filio deſtinata fuerit, non exibit niſi cum libello repudii, ſed cum neque patri neque filio deſtinata fuerit in conjugium, exeat omnibus hiſce quos diximus modis. Scias etiam quod patri impoſuerunt ut redimat filiam ſuam, ſi vendiderit eam propter defectum familiæ; & hoc eſt quod dixerunt, *cogunt eum ad redimendum illam*; ſic etiam dixerunt, quod eam bis vendere nequit. Scitu tibi neceſſarium eſt, quod fur, qui Rubeni furatus fuerit, & deinceps venditus fuerit propter furtum, ſi prætorito deinde tempore ſecunda vice Rubeni furatus fuerit, non poteſt vendi ſecunda vice, quia Rubeni eum bis vendere non poterat. Itidentidem dixerunt, *quandoquidem ſemel venditus fuit, non poteſt ſecunda vice vendi*. Subula autem qua perforabatur ſervi auris, ex metallo conſtare debebat, & auris tantum in ſuperiori parte perfodiebatur. Verum ſervo e genere ſacerdotali non perfodiebatur

auris, quia hoc modo afficiebatur macula; ſed ſervam Cananitidem ducebat uxorem, quia ipſi licita erat in tempore ſervitutis. Dixerunt de omni ſervo Hebræo, *ſi ipſi ſit uxor, & liberi, herus ejus tradit ipſi ſervam Cananitidem in uxorem.* Et dixerunt, ſcriptum eſt Exod. 21, 5. אם אמור יאמר העבד at neceſſe eſt ut dicat, ויאמר העבד nec non ut dicat, כשהוא עבד; & dicat in principio ſex annorum, & in fine ſex annorum. Si ſervo fuerit uxor & liberi, at hero ejus non fuerint uxor nec liberi, non perforabatur ipſi auris, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 16. כי אהבך ואת ביתך Si hero ejus fuerit uxor & liberi, ipſi vero non fuerit uxor, neque liberi, non perforabatur illi auris, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 4. אדני אשתי ואת בני Si ille amaret herum, at herus non amaret ipſum, non perforabatur auris, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 16. כי אהבך ואת ביתך ſi ille ægrotaret & herus ejus non ægrotaret, non perforabatur, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 16. כי טוב לו Si herus ejus ægrotaret & ille non ægrotaret, non perforabatur auris, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 16. כי טוב לו עמך Dixerunt Sapientes Beraitam quandam, dicit Scriptura כי טוב לו עמך ubi illud עמך *ſecum* referendum eſt ad cibum & ad potum, hoc ſenſu, ne tu (here) comedas panem purum, & ille (ſervus) panem furfuraceum; ne tu bibas vinum vetus, & ille vinum novum; ne tu dormias ſuper pulvillis & molli lecto, ille vero ſuper ſtramine. Propterea dixerunt Sapientes, quicunque emerit ſervum Hebræum, cum eo ſe res habet perinde ac ſi emiſſet ſibi herum. Et dixerunt quoque, quod herus tenetur uxorem & liberos ejus ſimul alere, propterea ſcriptum eſt Exod. 21, 3. ויצאה אשתו עמו & Levit. 25, 41. ויצא מעמך הוא ובניו עמו nam herus non habet poteſtatem in illos; vult igitur dicere, quod exeunt ex obligatione heri qua obligabatur eos alere. Similiter, non licebat hero adhibere ſervum per totum illud tempus ad opera ſervilia conditionis infimæ, ut, ad diſcalceationem, & accommodationem veſtimentorum in balneis, eo quod ſcriptum eſt Levit. 25, 42. לא ימכרו ממכרת עבד Et dixerunt, non utetur ſervo Hebræo niſi eo tempore quo annus jubilæus viget.

ג עבד כנעני נקנה בכסף ובשטר ובחזקה וקונה את עצמו בכסף על ידי אחרים ובשטר על ידי עצמו דברי רבי מאיר והכמים אומרים בכסף על ידי עצמו ובשטר על ידי אחרים ובלבד שיהא הכסף משל אחרים :

3. Servus Cananæus acquiritur argento, ſcriptura, & poſſeſſione. Et acquirit ſeipſum argento, medio aliorum, & ſcriptura, medio ſui ipſius; ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, argento, medio ſui ipſius, & ſcriptura, medio aliorum, at ea conditione ut argentum ſit ab aliis.

R. OB. DE BARTENORA.

עבד כנעני נקנה בכסף בשטר ובחזקה *Servus Cananæus acquiritur, argento, ſcriptura, & poſſeſſione*, uti ſcriptum eſt Levit. 25, 46. ubi ſervi comparantur cum bonis immobilibus, hoc ſenſu, quemadmodum campus acquiritur argento, ſcriptura, & poſſeſſione, ſic etiam ſervus Cananæus acquiritur argento, ſcriptura, & poſſeſſione. Cæterum poſſeſſio ſervi hæc eſt, ſi exuerit hero calceos, vel induerit eos, & veſtimenta ejus adduxerit ad balneum, cumque exuerit, laverit, unxerit, fricuerit, induerit, & erexerit, aut ipſe herus erexerit ſervum, his modis acquirit ipſum herus.

בכסף על ידי אחרים *Argento ope aliorum*, quando argentum dederint hero ea conditione ut ſervus liberè exeat; ſed ipſe ſervus non poteſt recipere argentum ab illis, etiam ſub conditione ne herus in illud poteſtatem habeat, nam putat quod ſervus nihil acquirere poteſt ſine hero ejus.

ובשטר על ידי עצמו *Et ſcriptura, ope ſui ipſius*, quia putat damnum eſſe ſervo quando e poteſtate heri exit in libertatem; nam ſi fuerit ſervus ſacerdotis & exierit, fecit ipſum ineptum ad comedendum Trumam. Verum ſi fuerit ſervus Iſraëlitæ & exierit, fecit ipſi interdictam ſervam Cananitidem, hac de cauſa dicit quod non liber exit ope aliorum, ſed ſui ipſius ope. Nam, quandoquidem hoc ipſi eſt damno, fieri hoc nequit, cum non inferunt homini damnum niſi præſenti. Cæterum cum argento quo acquiritur ope aliorum, aliter ſe res habet, quia illud recipit herus ejus, unde efficitur ut ſponte ſua liber exeat; atque hi alii, de quibus ſit ſermo, non inferunt illi damnum, ſed quod pecuniam recipit herus illius, & herus hac in parte non conſtituitur legatus ejus, ſed ſibi ipſi facit id quod facit, atque adeo ex ſe ipſo ei acquirit.

וחכמים אומרים בכסף על ידי עצמו *Sapientes vero dicunt, argento medio ſui ipſius acquirit*, putant enim quod ſervus acquirere poteſt ſine hero, propterea acquirit ſeipſum argento, etiam medio ſui ipſius, & quanto magis medio aliorum.

ובשטר על ידי אחרים *Et ſcriptura ope aliorum*, nam putant Sapientes, quod ſervo beneficium fit quando exit e poteſtate heri in libertatem, at quod homini abſenti licet præſtare beneficium; deciſio eſt juxta Sapientes. Servus Cananæus acquirit ſeipſum, ſi herus ejus ipſum privaverit viſu, aut dente, aut uno e viginti quatuor extremitatibus membrorum, uti ſunt digiti manuum, pedum, & extremitates aurium, & naſi, nec non membri virilis, & mammarum uxoris. Ratio autem, quare hæc non enumerat Miſna inter ea

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de ſervo Cananæo Levit. 25, 46. והתנחלתם אותם לבניכם אחריכם לרשת אחוזה comparat ergo ſervos cum bonis immobilibus, ut, quemadmodum campus acquiritur argento, ſcriptura, & poſſeſſione, uti ſtatim exponetur, ſic etiam acquiratur ſervus Cananæus eodem modo. Obſerves tantummodo hæc duo fundamenta, quorum primum eſt, quod homini abſenti præſtatur beneficium, & quod illi non infertur damnum niſi præſenti. Secundum fundamentum, controverſia inter R: Meyrum & Sapientes, quæ venit in tractatu Gittin capite primo, in caſu ſervi exeuntis in libertatem, de quo R. Meyr dicit, quod ſervo cedit damnum. Sapientes vero dicunt quod ipſi cedit beneficium. Cæterum ſatis notum eſt, eum qui acquirit uxorem etiam acquirere maritum, & eum qui acquirit ſervum etiam acquirere herum ejus, & de hoc nulla eſt controverſia. R. Meyr putat, quod, ſi quis dederit bona quædam ſervo, & dixerit illi, *acquire illa ea conditione ut mediantibus illis liber exeas*; nam quoties illi dixerit, *acquire ea*, acquiſivit ea herus illius, & nihil ipſum juvat conditio quam deinceps dixit. Propterea dixit R. Meyr, quod medio argenti non exit liber, niſi mediantibus aliis, nimirum, ſi quis alius dederit argentum hero ejus ad redemptionem ejus. Sapientes vero dicunt, quod conditio valet, & quod ſervus non acquiſivit quicquam ex illis bonis, donec exierit liber. Propterea juxta opinionem Sapientum fieri poteſt ut libertas ſervi acquiratur argento medio ſui ipſius, quanto magis medio aliorum. R. Meyr putat, quod non exit liber, donec ſcriptura libertatis pervenerit ad manus illius, ſed ſi mediantibus aliis acquiſiverit illa bona, non exit liber, quia ipſi damno eſt. Propterea dicit, ובשטר על ידי עצמו *& ſcriptura medio ſui ipſius*. Sapientes vero dicunt quod ſeipſum acquirit ſcriptura, etiamſi id fiat mediantibus aliis, eo quod hoc ipſi beneficio eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

בחזקה *Poſſeſſione*, jam hoc expoſuerunt, dixeruntque, quomodo ſe habet acquiſitio quæ fit poſſeſſione? ſi hero exuerit calceos, aut eos induerit ipſi, aut detulerit poſt eum veſtimenta ſua ad balneum, & exuerit ipſum, laverit, unxerit, fricuerit, induerit, erexerit, aut herus erexerit ſervum, acquiſivit ipſum. Servus vero Cananæus acquirit ſeipſum, etiam capitibus membrorum, ſi ea læſerit herus, & abſtulerit ipſi unum e viginti quatuor membris, qualia ſunt digiti manuum, & pedum, capita aurium, & caput naſi, & capita pectoris in uxore, & caput partium genitalium. Aut ſi abſtulerit ipſi uſum oculorum, aut dentium, uti ſcriptum

ea quibus ſervus ſe ipſum acquirit, eſt, quia is qui manumittitur propter læſa membra, opus habet ſcriptura donatæ ab hero libertatis. ובלבד שיהא הכסף משל אחרים *at ea conditione ut argentum ſit alienum*, nam ſervo nihil eſt, imo id quod invenerit, vel ipſi dono datum fuerit, ad herum pertinet ſuum; ideoque, ſi ſe ipſum redimere velit argento, neceſſe eſt ut argentum ſit alienum, hac conditione ipſi datum quod in illud nullam habebit poteſtatem.

ptum eſt in Lege. Ratio autem, quare hæc non numeravit Miſna inter modos illos quibus ſervus acquirit ſeipſum, eſt, quia opus habet ſcriptura libertatis heri, poſtquam ipſi intulerit vulnus.

ד בהמה גסה נקנית במסירה והדקה בהגבהה דברי רבי מאיר ורבי אליעזר וח״א בהמה דקה נקנית במשיכה :

4. Magnum pecus acquiritur traditione; parvum vero elevatione, ſunt verba R. Meyri, & R. Elieſeris. Sapientes dicunt, parvum pecus acquiritur attractione.

R. OB. DE BARTENORA.

במסירה *Traditione*, qua poſſeſſor emtori tradit beſtiam ope capiſtri, aut capillorum. בהגבהה *elevatione*, non attractione. נקנית במשיכה *acquiritur attractione*, nam quamvis etiam fieri poſſet elevatione, nihilominus acquiritur attractione, quia pecus repugnare ſolet unguibus ſuis eaſque immittere in ſolum. Deciſio juris eſt, quod pecus parvum æque ac magnum acquiritur attractione, & quanto magis elevatione. *Attractio* autem acquirit in angulo circa viam publicam, quæ vocatur סמטא *ſemita*; nec non in atrio duorum. *Traditio* autem acquirit in via publica; & *elevatio* ubique locorum. Quicquid autem acquiritur elevatione, non acquiritur niſi elevatione; & quicquid acquiritur traditione, non acquiritur attractione; ſic etiam quod acquiritur attractione, non acquiritur traditione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במסירה *Traditione*, poſſeſſor tradit pecus emtori; aut pecus illud incedit in principio incedentium pecudum, & ſequuntur illud medio illius inceſſus; ſed deciſio juris eſt, quod tam parvum pecus quam magnum acquiritur attractione; & quanto magis elevatione. Cæterum fundamenta, quæ expoſituri ſumus in tractatu Bava Batra, hæc ſunt, attractio acquirit in ſemita circa viam publicam, & in atrio duorum. Traditio autem acquirit in loco publico, & in atrio quod non fuerit duorum, & elatio ubique locorum acquirit. Quicquid autem acquiritur elatione, non acquiritur niſi elatione, etiam ſi dicamus de eo quod ſit acquiſitum attractione. Ratio autem, quare pecus parvum acquiratur attractione, etſi in eo obtinere poſſit elevatio, eſt, quia illud pedes infigit ſolo, & non divellitur; & hoc eſt quod dixerunt משום דמסרכה *quia refractarium eſt*. Cæterum ubi dicimus quod attractio obtinet, ibi non obtinet traditio; hæc ſemper obſerves fundamenta.

ה נכסים שיש להם אחריות נקנין בכסף ובשטר ובחזקה ושאין להם אחריות אין נקנין אלא במשיכה נכסים שאין להם אחריות נקנין עם נכסים שיש להם אחריות בכסף ובשטר ובחזקה וזוקקין נכסים שאין להן אחריות את הנכסים שיש להם אחריות לישבע עליהן :

5. Bona quibus eſt cautio, acquiruntur argento, ſcriptura, & poſſeſſione. Quibus non eſt cautio, acquiruntur tantum attractione. Bona quibus non eſt cautio, acquiruntur bonis quibus eſt cautio, argento, ſcriptura, & poſſeſſione, & obligant bona quibus non eſt cautio cum bonis quibus eſt cautio ad jurandum ſuper illis.

R. OB. DE BARTENORA.

נכסים שיש להם אחריות *Bona quibus eſt cautio*, cujuſmodi ſunt agri qui creditori obligati ſunt, eo quod ſunt bona immobilia; אחריות eſt idem quod חזרה *reditus*, quia creditor ope illius redit ad ſua, ſumens bona immobilia e poteſtate emtoris, ſi debitor non ſit ſolvendo.

נקנין בכסף *Acquiruntur argento*, uti ſcriptum eſt Jerm. 32, 44. שדות בכסף יקנו Hoc autem accipiendum eſt de acquiſitione quæ fiebat iis in locis ubi non utebantur ſcriptura emtionis, ſed ubi in uſu erat ſcriptura, non acquirebatur niſi uſque dum ſcriptura conſignata fuiſſet.

בשטר *Scriptura*, ſi ſcripſerit ſuper charta, aut ſuper teſta, hoc argumento, *ager meus tibi datus eſt*, aut, *ager meus acquiſitus eſt tibi*, & tradiderit eum illi qui acquiſiverat. Nam in donationibus tantum acquiritur ager ope talis ſcripturæ, ſed non in auctionibus niſi argento; niſi vendiderit agrum ſuum propter pravitatem ejus, quia tum ſcriptura tantum acquiritur, quod probatur ex eo quod ſcriptum Jerm. 32,44. וכתוב בספר וחתום

ובחזקה *Et poſſeſſione*, ut, ſi aliquantulum in ſolo effoderit, aut occluſerit, aut maceriem ſtruxerit, vel aliquam rem coram venditore diſruperit. Verum ſi non coram ipſo fecerit, neceſſe eſt ut dicat ipſi, poſſideto & acquirito. Cæterum quod campus acquiritur poſſeſſione, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 11, 31. וירשתם אותה וישבתם בה Sed qua re obtinebitis eam? poſſeſſione.

נכסים שאין להם אחריות נקנין אלא במשיכה *Bona quibus non eſt cautio de damno, non acquiruntur niſi attractione*, uti ſcriptum eſt Levit. 25, 14. או קנה מיד עמיתך Ejuſmodi igitur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נכסים שיש להם אחריות *Bona quibus eſt cautio*, ſunt agri & bona immobilia, & dicitur quod ipſis eſt אחריות id eſt חזרה *reditus*, quia ope illius redimus ad bona immobilia tantum, ut, ſi Ruben vendiderit campum Schimeoni, & Ruben debuerit Levi quicquam ante venditionem, tum Lege agrum jam venditum educere poteſt e poteſtate Schimeonis, ſi tantum non invenerit apud Schimeonem quo ipſi ſatisfieri poteſt; & hic eſt ſenſus vocis אחריות *cautio de damno*.

נכסים שאין להם אחריות *Bona quibus non eſt cautio*, ſunt omnia bona mobilia, eo quod Levi nequit e poteſtate Schimeonis educere mobilia quæ vendidit Ruben, poſtquam in ſe receperit debitum a Levi. Quod autem campi acquiruntur argento, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Jerm. 32, 44. שדות בכסף יקנו Sed hoc accipiendum eſt ea conditione ſi eo in loco ſcriptura non ſit in uſu, ſed ubi ſcriptura eſt in uſu in emtionibus & venditionibus, non niſi ſcriptura mediante acquiritur, niſi dixerit emtor ſe mediante pecunia tantum acquiſiturum. Cæterum caſus de acquirendo agro ope ſcripturæ, ejuſmodi eſt, ut argumentum acquiſitionis cuicunque materiæ ad ſcriptionem aptæ inſcribi poſſit, hoc ſenſu, *ager meus tibi datus eſt*, aut, *ager meus a te acquiſitus eſt*, & ſimilia. Et hoc tantum intelligendum eſt de dono datis, quæ acquiruntur ſcriptura, ſed in emtione & venditione non acquiritur, niſi quis dederit argentum, atque agrum ſuum vendiderit eo quod depravatus erat. Quod autem ope ſcripturæ acquiritur, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Jerm. 32, 44. וכתוב בספר וחתום Sed ſola poſſeſſione acquiritur ſemper omni in caſu; cujus modos acquirendi

tur res, quæ de manu in manum tradi poteſt, non acquiritur niſi traditione e manu in manum.

נקנין עם נכסים שיש להם אחריות *Acquiruntur bonis quibus eſt cautio de futuro damno*, ut, ſi vendiderit quis bona mobilia immobilibus, quandoquidem enim emtor acquiſivit agrum uno e tribus modis quibus acquiri ſolent bona immobilia, acquiruntur ope illius modi bona etiam mobilia; & hoc, ſi dixerint illi, *acquire hæc ope agri.* Et hoc probatur ex eo quod ſcriptum eſt 2 Chron. 21, 3. ויתן להם אביהם מתנות רבות לכסף וגו׳

וזוקקין נכסים שאין להם אחריות את הנכסים שיש להם אחריות לישבע עליהן *Et obligant bona quibus non eſt cautio cum bonis queis eſt cautio ad jurandum ſuper illis*, etiamſi non jurent ſuper agris, hic tamen ubi ab ipſo poſtulatus fuerit ager, & immobilia, & ſuper mobilibus jurare debuerit, mobilia obligantur cum agro ſive immobilibus ad jusjurandum propter adjectionem juramenti. Nam hanc juramenti adjectionem diſcimus ex eo quod dicitur de uxore ad adulterium declinante, ſic Num. 5, 22. ואמרה האשה אמן אמן id eſt dicet Amen propter unum virum, & Amen propter alterum virum, Amen quod non declinavi deſponſa, Amen quod non declinavi nupta, expectans levirum & jam ducta ab illo.

quirendi exponemus ſuo loco in tractatu Babha Batra. Quorum unus modus eſt, ſi quis ædificaverit quicquam aut deſtruxerit quicquam quantulæcunque quantitatis in illo campo quem emere voluerit, præſente poſſeſſore campi, & fecerit quicquam in ipſa campi ſubſtantia, & poſſeſſor campi non impediverit ipſum, confirmatur emtio, & venditor tenetur ad hanc venditionem. Verum ſi poſſeſſore abſente factum fuerit, neceſſe eſt ut illi dicat, poſſideto & acquirito. Quod autem acquiratur poſſeſſione, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 11, 31. וירשתם אותה וישבתם בה Quo ergo hæreditatem adire quis poterit? בישיבה *poſſeſſione.*

נכסים שאין להם אחריות אין נקנין אלא במשיכה *Opes quibus non eſt cautio de damno, non acquiruntur niſi attractione*, hoc probatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 25, 14. וכי תמכרו ממכר לעמיתך או קנה מיד עמיתך אל תונו איש את אחיו ubi per id quod acquiritur de manu in manum, intelligimus id quod de manu in manum tradi poteſt, non acquiri ritè, niſi de manu in manum tradatur. Cæterum quod Miſna dicit, mobilia acquiri cum bonis quibus eſt cautio, hoc ſenſu intelligendum eſt, ſi Ruben vendiderit Schimeoni centupondium piperis, & domicilium certa nummorum ſumma, quando Schimeon acquiſiverit domicilium uno e tribus modis quibus acquiritur bonum immobile, una acquiſivit piper cum iſto domicilio, etſi non attraxerit, & piper in alia fuerit civitate; ſed ea conditione ut illi dicat, acquire hoc cum bonis immobilibus. Et hoc probatur ex eo quod ſcriptum eſt 2 Chron. 21, 3. ויתן להם אביהם מתנות רבות לכסף ולזהב ולמגדנות עם ערים בצורות Cæterum jam diximus in tractatu Cetubhot, quod ubicunque dictum fuerit in Miſna *jusjurandum*, eſſe jusjurandum Lege præceptum, aut jusjurandum ex inſtitutione Sapientum inſtar jurisjurandi Lege inſtituti. Sed non obligarunt homines ad jusjurandum Legis in cauſis bonorum immobilium; at hic caſus etiam exponetur ſuo loco in tractatu Schebuot. Verum ſuper mobilibus jurabant jusjurandum Legis, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 22, 6. כי יתן איש אל רעהו כסף או כלים וגו׳ & deinceps ונקרב בעל הבית אל האלהים Cæterum jam diximus, eum qui confeſſus fuerit partem debiti, obligatum eſſe ad jusjurandum Legis, at ſi totum negaverit debitum, liber eſt; attamen tenetur ad jusjurandum Sapientum, quemadmodum expoſuimus in fine tractatus Cetubhot. Si Ruben a Schimeone poſtulet centum denarios, & domicilium, & confeſſus fuerit partem debiti centum denariorum, tenetur ad jusjurandum Legis pro parte centum denariorum, & jurare etiam tenetur pro domicilio, quod adjunctum eſt; at jurisjurandi revolutio peragi debet vi Legis, quia dictum eſt Num. 5, 22. ואמרה האשה אמן אמן Quæ verba ita exponit Traditio, dicet Amen propter hunc virum, & Amen propter illum virum &c. quemadmodum ſuo loco. Propterea, quiſquis obligatus fuerit ad jusjurandum, is poteſt in eum qui illum ad jusjurandum adigit, contorquere formulam jurisjurandi totius negotii iſtius quod dependet a prima poſtulatione, & illius quod non dependet ab ea. E meis vero verbis tibi exponetur, quod, quicunque poſtulaverit a proximo ſuo bona immobilia, & confeſſus fuerit partem eorum; aut, ſi poſtulaverit ab illo mobilia & immobilia, & confeſſus fuerit mobilia, at negaverit omnino bona immobilia; aut, ſi partem eorum confeſſus fuerit, at negaverit omnia bona mobilia, in omnibus hiſce modis liber eſt a jurejurando Legis, ſed tenetur ad jusjurandum Sapientum in ſingulis iſtis poſtulationibus. Sic etiam ſi quis a proximo ſuo poſtulaverit bona mobilia, & partem ex illis acceperit, dixeritque, hoc eſt quod in poteſtate mea eſt, accipe & defer, tenetur tantum ad jusjurandum Sapientum; & omnia hæc velim obſerves fundamenta.

ו כל הנעשה דמי באחר כיון שזכה זה נתחייב זה בחליפיו כיצד החליף שור בפרה או חמור בשור כיון שזכה זה נתחייב זה בחליפיו רשות הגבוה בכסף רשות ההדיוט בחזקה אמירתו לגבוה כמסירתו להדיוט :

6. Omnis res æſtimatur nummis antequam detur pro re alia, nam, quandoquidem unus acquiſivit, alter tenetur ad mutuationem ejus. Quomodo? Si commutaverit bovem pro vacca, aut aſinum pro bove, quandoquidem unus acquiſivit, alter tenetur ad commutationem ejus. Poteſtas rerum ſanctarum acquirit argento; & poteſtas idiotæ acquirit poſſeſſione; ſi quis aliquid Deo voverit, perinde eſt ac ſi jam alicui traditum eſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנעשה דמים באחר *Omnis res æſtimatur pecunia in re alia*, in Gemara hoc ſenſu, quicquid æſtimatur vice pecuniæ in re alia, nam quicquid quis dare voluerit pro alia re pro pecunia, neceſſe eſt ut æſtimetur ac taxetur, quæ ſunt bona mobilia omnia præter monetam.

כיון שזכה זה נתחייב זה בחליפיו *Quandoquidem acquiſivit unus, alter tenetur ad commutationem ejus*, ſenſus eſt, eo quod unus attraxit, propterea alter tenetur ad commutationem ejus, quocunque in loco fuerit, ſi mortuum fuerit pecus, aut ſi perdiderit illud poſſeſſor, etſi nondum rem aliam attraxerit, nam attractionis alicujus rei quam attraxit venditor, emtor acquiſivit id quod emit, quocunque in loco fuerit, etſi ne quidem Prutam minimam valeat res cujus ope acquiſivit. Sed ea conditione ne ſit moneta, aut fructus, quia ope illarum rerum non acquiritur. Nam omnes res

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הנעשה דמים באחר *Quicquid fit pecunia in re alia*, vult dicere, quicquid æſtimatur nummis in alia re; expoſitio autem talis eſt, quicquid æſtimari poteſt ut fiat pretium pro re alia, ut, ſi quis dixerit, hoc pecus vel hic ager valet tot libras piperis, propterea, ſi commutaverit piper cum pecore, quandoquidem unus attraxit, alter tenetur ad commutationem ejus, etſi non attraxerit; & hic eſt caſus acquiſitionis, qui ordinarius eſt in emtionibus & venditionibus, nam emtor dat aliquam rem venditori, & ope illius negotium acquiſitionis conficitur quod ad commutationem rei quam emit ab illo; & quoties hæc res ad manum venditoris pervenerit, acquiſivit emtor, etiamſi non attraxerit. Et cum res ita ſit, in quam ceciderit commutatio, ut ei non ſit quantitas, dicimus quod acquirunt ope vaſis, etſi ne quidem obolum valeat. Sed non confirmatur acquiſitio ope

res acquiruntur per commutationem, uti ſunt bona mobilia, ſervi, & bona immobilia, excepta moneta, quæ non acquiritur per commutationem quia intentio hominis fertur in monetam, & non in ipſam rei ſubſtantiam, moneta autem abrogari poteſt. Propterea, ſi quis ſumſerit monetam ſine pondere & numero, dixeritque, hæc moneta eſto pro commutatione talis campi, aut talis ſervi, aut talis rei, quia unus attraxit, alter tenetur ad commutationem, nam intentio ejus indicabat quod monetam non attendebat, cum non ponderavit, neque numeravit. Neque ibi eſt modus quo lucretur per acquiſitionem monetæ, niſi viderit eam, ſed eſt acquiſitio per bona immobilia.

רשות הגבוה בכסף *Poteſtas rerum ſanctarum acquirit argento*, ſi quæſtor ærarii dederit nummos pro beſtia in uſum ſacrum, tum acquirit eam etiamſi eſſet in fine mundi. Sed idiota non acquirit niſi poſſeſſione, id eſt, uſque dum attraxerit. Et, ſi idiota pecuniam ſolverit pro re aliqua, antequam attraxerit eam, non acquiſivit, ſed venditor ipſi reddet nummos, ſi pœnituerit ipſum venditionis. Sed neceſſe eſt ut recipiat in ſe maledictionem quæ punivit generationes ante diluvium, & generationes in confuſione linguarum, & quæ punit eum qui non ſtat dictis ſuis. Cæterum ſi emtor attraxerit, etſi non dederit pecuniæ ſummam quam promiſit, neuter eorum retractare poteſt. At ſi non ſolverit pecuniam, neque rem attraxerit, ſed coram teſtibus inter ſe convenerint, & unus annuerit ſe tanto pretio venditurum, alter vero annuerit ſe tanto pretio emturum, etiamſi dixerit, *vos eritis mei teſtes*, hæc verba ſunt nullius momenti; neque plaga quæ punit &c. quicquam valet hoc in caſu.

אמירתו לגבוה כמסירתו להדיוט *Si quis aliquid Deo voverit, perinde eſt ac ſi jam traditum eſſet idiotæ*, ſi quis dixerit, hic bos eſto in holocauſtum, hoc domicilium ſanctitati deſtinatum ſit, etiamſi fuerit in extremis mundi oris, ſanctitas acquirit. Sed non acquirit idiota niſi uſque dum attraxerit beſtiam, & poſſederit domicilium.

ope fructuum, neque ope monetæ, nimirum, ejuſmodi cui eſt figura. Sic etiam omnes res acquiruntur ope commutationis, quæ eſt acquiſitio, uti expoſuimus, ſive res quæ comparatur fuerit immobilis, ſive mobilis, aut ſervus, præterquam moneta, quæ non acquiritur ope commutationis, neque idonea eſt ut ſit commutatio ad acquirendum ope illius aliam rem, niſi quis multas monetas ſimul ſumſerit non habita ratione ponderis, nec numeri, & dixerit, hoc erit pro commutatione talis rei, ſive ſit res mobilis, ſive ſervi, ſive res immobilis, eaſque dederit venditori, tum confirmabitur acquiſitio, & venditio, ac moneta hæc recipit jus commutationis. Cæterum jam expoſuimus quod ubicunque dicatur חליפין *commutatio*, aut קנין *acquiſitio*, rem eſſe eandem, & propterea dicere ſolemus קנין. Ratio autem quare acquiſitio non confirmatur ope monetæ, eſt, quia intentio emtoris fertur ad ſignum monetæ, at ſignum monetæ impreſſum abrogatur, & propterea ſi de illis monetis ſumſerit in menſura, & non habuerit rationem ponderis, neque numeri, jam conſtat de ea quod non attendit ad monetæ ſignum, ſed menſuram tantum illius ſubſtantiæ, & res ſe habet perinde ac ſi fuiſſet fruſtum auri, aut argenti, quibus ſine dubio acquiſitio confirmatur. Neque quiſquam acquirere poteſt monetam quæ antea nunquam viſa fuerit, niſi acquiſita fuerit cum bonis immobilibus, uti diximus; & acquiſitio campi confirmatur argento, & ſcriptura, ac poſſeſſione, ut & acquiſitione, uti dictum eſt.

רשות הגבוה בכסף *Poteſtas Altiſſimi, eſt cum argento*, id eſt, ſi quæſtor ærarii emerit aliquam rem ſanctitati conſecrandam, & argentum ſolverit, acquiſivit illam rem, etſi non attraxerit eam. Sed ſi homo privatus emerit, neceſſe eſt ut attrahat, & hoc eſt quod dicitur, *idiota acquirit poſſeſſione*. Cæterum jam expoſitum eſt, quod, ſi emerit idiota bona mobilia ab idiota, & emtor ſolverit pecuniam, etiam ſi partem ſolverit, ſed non attraxerit mobilia, & non venerint in poteſtatem ejus, emtio non eſt rata, & venditor non tenetur ad venditionem; ita ut quivis conditionem detrectare poſſit de venditione & emtione. Sed ſi quis detrectaverit, neceſſe eſt ut in ſe recipiat maledictionem, quæ punivit antediluvianos, eoſque qui interfuerunt confuſioni linguarum, & punit eum qui non ſtat dictis ſuis; deinde pecunia redit ad emtorem, & mercimonium ad poſſeſſorem; niſi pecuniam ſolverit de jure commutationis, cum menſura, uti expoſuimus. Verum ſi mobilia acquiſiverit bona uno ex illis modis quibus acquiruntur bona immobilia, rata eſt emtio & venditio, & emtor tenetur mercimonium dare. Cæterum ſi quis dixerit, talis bos ſanctitati deſtinatus eſt, tum cum acquiſivit ſanctitas, quemadmodum emtor idiota poſt attractionem, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, אמירתו לגבוה כמסירתו להדיוט Cæterum contractus de venditione & emtione mediantibus verbis, & convenientia in ſanctis nullius eſt momenti quocunque in caſu, neque in mobilibus, neque in immobilibus bonis, neque teſtes quicquam valent, etſi dixerint, *vos eſtis teſtes quod emi talem rem, aut vendidi talem rem tot vel tot nummis*. Neque tenetur ſubire maledictionem, qua punitæ ſunt generationes antediluvianæ, ſi factum revocaverit. Cæterum acquiſitio rerum rata eſt eis quos diximus modis hoc ipſo capite. Et ſcias velim illa fundamenta quæ hoc capite memoravimus, eſſe fundamenta juris, quæ ſemel recte intelligas ne ea ſæpius repetere neceſſe ſit, & prolixus fui in illis ad hoc caput, ut eo ſemper lectorem remitterem, quoties illa aliis in locis occurrunt.

ז כל מצות הבן על האב אנשים חייבין ונשים פטורות וכל מצות האב על הבן אחד אנשים ואחד נשים חייבים וכל מצות עשה שהזמן גרמה אנשים חייבים ונשים פטורות וכל מצות עשה שלא הזמן גרמה אחד אנשים ואחד נשים חייבים וכל מצות לא תעשה בין שהזמן גרמה בין שלא הזמן גרמה אחד אנשים ואחד נשים חייבין חוץ מבל תשחית ובל תקיף ובל תטמא למתים :

7. Ad omnia præcepta filii quæ tangunt patrem, viri tenentur, ſed mulieres immunes ſunt. Ad omnia præcepta patris quæ tangunt filium, tam viri quam mulieres tenentur. Ad omne præceptum affirmativum quod a tempore dependet, viri obligantur, & mulieres liberæ ſunt. Sed ad omne præceptum quod a tempore non dependet, tam viri quam mulieres tenentur. Ad omne præceptum negativum, tam ad illud quod dependet a tempore quam id quod non dependet, tam viri quam mulieres tenentur, excepto præcepto Levit. 19, 27. *Non corrumpes neque circumcides*. Et Levit. 21, 1. *Non polluet ſe*.

R. OB. DE BARTENORA.

כל מצות הבן על האב *Ad omnia præcepta filii quæ tangunt patrem*, ſenſus eſt, omnia præcepta quæ pater præſtare debet filio ſuo, ſunt ſex, de circumciſione; redemptione, ſi fuerit filius primogenitus; doctrina Legis; de iis quæ ad opificium ejus pertinent; elocare eum puellæ; docere eum natandi artem. אנשים חייבין *viri tenentur*, pater tenetur ad omnia illa præcepta filio præſtanda, ſed uxor libera eſt.

וכל

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præcepta patris erga filium ſunt ſex, quorum primum eſt, ut circumcidat ipſum; ſecundum, ut redimat ipſum; tertium, ut doceat eum Legem; quartum, ut eum elocet in conjugium; quintum, ut doceat eum officium ſuum; ſextum, ut doceat eum artem natandi; & hæc omnia magiſtri conantur probare e Scriptura, ut prolixa ſit eorum expoſitio, ſed exiguæ utilitatis. Ad hæc præcepta omnia tenetur

pater,

וכל מצות האב על הבן *Et omnia præcepta quæ filius tenetur præſtare patri*, uti ſunt timor, & honor; *timor*, quo non ſedebit in loco ejus, neque contradicet ipſius verbis, neque detorquebit ejus verba; *honor*, quo ei comedendum dabit, & bibendum, veſtiet eum, ac conteget, introducet eum, & educet. *Et ad hæc præcepta tam viri quam mulieres obligantur*, id eſt, tam filii quam filiæ obligantur.

כל מצות עשה שהזמן גרמה *Omnia præcepta affirmativa quæ dependent a tempore*, ſunt ejuſmodi præcepta quorum cauſa eſt tempus quod homo ad ea obligatur, uti eſt præceptum de buccina & ramo Lulabh in feſto tabernaculorum, nec non illud de peniculamento.

כל מצות עשה שלא הזמן גרמה *Omnia præcepta affirmativa quæ non dependent a tempore*, uti eſt præceptum de Mezuza ædium poſtibus affigenda, & ſepimentum tecti, reſtitutio amiſſi, & emiſſio nidi; at hæ duæ regulæ generales non abſolutè intelligendæ ſunt, quia hypotheſis nobis eſt, quod e regula generali non diſcimus, etiam in locis ubi dicitur *excepto*. Nam azymus in noctibus Paſchatis, & lætitia in feſtis, & congregatio in feſto Tabernaculorum poſt annum ſeptimum, omnia ſunt præcepta affirmativa quæ dependent a tempore, ad quæ mulieres quoque tenentur. Sed ſtudium Legis, fructificatio & multiplicatio generis humani, redemptio filii, ſunt præcepta quæ non dependent a tempore, at mulieres non obligantur ad ea. Cæterum ultima regula generalis quæ dicit, כל מצות לא תעשה בין שהזמן גרמה בין שלא גרמה וכו׳ *omnia præcepta negativa, ſive ea dependeant a tempore, ſive non dependeant &c.* eſt regula abſolute generalis, & probatur ex eo quod ſcriptum eſt Num 5,6. איש או אשה כי יעשו מכל חטאת האדם ubi Lex mulierem cum viro comparat in omnibus Legis pœnis; præterquam in eo quod dicitur Levit. 19,27. לא תקיפו פאת ראשכם Quicquid ergo ingreditur corruptionem, id etiam ingreditur circumciſionem, & quicquid non ingreditur corruptionem id etiam non ingreditur circumciſionem. Cum autem mulieres non ingrediantur conditionem ejus quod dicitur ולא תשחית *non corrumpes*, ideo etiam non ingrediuntur conditionem illius quod dicitur לא תקיפו *non circumcidetis*; at unde probatur quod non ingrediuntur conditionem ejus quod dicitur ולא תשחית? Reſp. quia ibidem additur פאת זקנך *angulum barbæ tuæ*, at non dicit angulum barbæ veſtræ, neque barbæ uxoris tuæ. Neque obligatur mulier ad id quod dicitur Levit. 21, 1. לא יטמא *non polluet ſe*, quia in eodem verſu extat, *Loquere ad filios Aharonis*; at non, ad filias Aharonis.

pater, ſed mater non tenetur ea præſtare filio, & hoc eſt quod dicitur, *viri obligati ſunt, at mulieres non obligatæ ſunt*. Cæterum præcepta filii erga patrem multa ſunt; ita ut hoc loco vix omnia referri poſſint, ſed comprehenduntur ſub duobus fundamentis, ut, timor, & honor, quorum nobis exempla quædam attulerunt, dixeruntque, timor eſt, quo non debet ſedere in loco patris, nec ſtare in loco ejus, nec verbis illius contradicere. Honor eſt, quo ipſi tenetur comedendum dare, & bibendum, veſtire, & contegere ipſum, introducere & educere. Et hæc omnia præcepta necnon ea quæ his ſimilia ſunt obſervare tenentur filii & filiæ. Verum ſi filia nupta fuerit, non tenetur ad Legem de honore patri præſtando, niſi quatenus hoc præſtare poterit propter occupationes mariti, cui de Lege tenetur omnia quod ad matrimonium officia exhibere, quemadmodum expoſitum eſt in tractatu Cetubhot.

מצות עשה שהזמן גרמה *Præcepta affirmativa quæ dependent a tempore*, ſunt ea præcepta quæ homo præfinito tempore præſtare tenetur, quo tempore non præfinito ceſſat obligatio, uti eſt præceptum Tabernaculorum, & rami Lulabh, nec non Sophar, Phylacteriorum, & peniculamenti, quæ omnia a definito tempore dependent, ſive die, ſive nocte, aut neque die neque nocte, & ſimilia præcepta.

מצות עשה שלא הזמן גרמה *Præcepta affirmativa quæ non dependent a tempore*, ſunt ea quæ obligant omni tempore, uti eſt Mezuzæ ædium poſtibus affigendæ, & lorica circum tectum, & eleemoſyna. Cæterum jam conſtat tibi fundamentum illud quo ſtatuimus, quod nihil diſcimus de eo quod in genere dicitur; quando igitur dicitur כל *omnia*, intelligitur major pars; Præcepta affirmativa quæ dependent a tempore obligant mulieres; ad quæ vero non obligatæ ſunt, non ingrediuntur hanc ſententiam generalem, ſed traditione recepta ſunt. Scias autem quod præcepta de comeſtione azymi in noctibus Paſchatis, lætitia in feſtis, congregatione, oratione, lectione Megillæ, lucerna in feſto initiationis Templi, & lucerna die Sabbati accendenda, nec non ſanctificatione diei, omnia ſunt affirmativa quæ dependent a tempore, & ea omnia tam mulieres quam viros obligant. Sic etiam præcepta de multiplicatione, & fructificatione, ſtudio Legis, redemptione filii, affirmativa ſunt omnia, & a tempore non dependentia, nihilominus tamen ad ea non obligantur mulieres. Sed regula generalis quæ refertur intra præcepta negativa veriſſima eſt, uti ſcriptum eſt Num. 5,6. איש או אשה כי יעשו מכל חטאת האדם ubi in omnibus pœnis Legis uxor comparatur cum viro, tribus exceptis præceptis, quæ ſunt, *non circumcidetis angulum capitis veſtri*; *neque corrumpes angulum barbæ tuæ*; &, *non polluet te*; propterea, ei cui eſt barba, & cui tonſura interdici poteſt, prohibita eſt tonſura ejuſmodi ad totum caput. Et hoc eſt quod dixerunt, quandoquidem mulieres non continentur ſub præcepto *non corrumpes*, propterea etiam non continentur ſub præcepto *non circumcides*. Cæterum de præcepto *non pollues te per mortuum* dicit Lex Levit. 21, 1. *Loquere ad filios Aharonis*, ſed non, ad filias Aharonis.

ח הסמיכות והתנופות וההגשות והקמיצות וההקטרות והמליקות וההזאות והקבלות נוהגין באנשים ולא בנשים חוץ ממנחת סוטה ונזירה שהן מניפות:

8. Impoſitio manuum (quæ fit ſacrificio,) & agitationes, & adductio, & pugillatio, & ſuffitus, & ſectio quæ fit ungue, aſperſio, & receptio ſanguinis, incumbunt viris, non mulieribus, excepto dono mulieris adulterii ſuſpectæ, & Nazyrææ, quæ agitant.

R. OB. DE BARTENORA.

הסמיכות והתנופות וכו׳ *Impoſitiones manuum, & agitationes &c.* mulieri non licet capiti beſtiæ ſacrificandæ imponere manus, neque agitare, neque donum adducere ad angulum altaris occidentalem orientalem, uti eſt illius ritus, ſi fuerit ſacerdotis filia; neque pugillo capiet, neque adolebit, nec ungue ſecabit cervicem avis, neque ſanguinem excipiet nec ſparget; uxore adulterii ſuſpecta, nec non Nazyræa excepta, quæ dona ſua agitant, nam neceſſe eſt ut donum earum agitetur a poſſeſſoribus, quæ ſunt mulieres.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ hic referuntur in Miſna, in Scriptura occurrunt in genere maſculino, ut, וסמך ידו *& imponet manum ſuam*; והניף *& agitabit*; והגיש *& adducet*; וקמץ *& pugillo capiet*; והקטיר *& incendet ſuffitum*; ומלק *& ungue ſecabit*; & præterea, והקריבו בני אהרן *& offerent filii Aharonis*; ad hæc dicitur in Torat Cohanim, והקריבו *& efferent* indigitat exceptionem ſanguinis. Præterea Lex dicit והזה מן הדם *& aſperget de ſanguine*, omnia in genere maſculino, eo quod omnes actiones ſacrificium ſpectantes peragi debent a viris, & non a fœminis. Cæterum de munere uxoris adulterii ſuſpectæ ſcriptum eſt Num. 5, 25. ולקח הכהן מיד האשה Et de eo qui adducit ſacrificium pacis dicitur Levit. 7. 30. ידיו תביאנה Quemadmodum ergo in ſacrificiis pacificis agitatio erat penes poſſeſſores, ſic etiam in munere uxoris adulterii ſuſpectæ agitatio erat penes poſſeſſorem. Agitationis vero actus hoc modo peragebatur, ſacerdos manum ſuam ponebat ſub manum poſſeſſoris, & ita agitabat. Cæterum agitationem Nazyrææ diſcimus ab agitatione uxoris adulterii ſuſpectæ,

quia

quia ſcriptum eſt de uxore adulterii ſuſpecta Num. 5, 18. ונתן על כפיה Et de Nazyræa ſcriptum eſt Num 6, 19. ונתן על כפי הנזיר. Ritus autem Nazyræi & Nazyrææ in cauſa ſacrificii æqualis eſt, eo quod dicitur Num. 6, 2. איש או אשה כי יפליא לנדור נדר נזיר Et hic eſt ſenſus illius quod dicunt אתיא כף כף מסוטה *diſcimus voces volam volam per argumentum a pari ab uxore adulterii ſuſpecta.*

ט כל מצוה שהיא תלויה בארץ אינה נוהגת אלא בארץ ושאינה תלויה בארץ נוהגת בין בארץ בין בחוצה לארץ חוץ מן הערלה וכלאים רבי אליעזר אומר אף מן החדש :

9. Quodcunque præceptum a terra Iſraëlis dependens, obtinet tantum in terra (Iſraëlis.) Et quodcunque præceptum non dependens a terra, obtinet in terra, & extra terram (Iſraëlis,) excepto præcepto de præputio arborum, & miſcellis. R. Elieſer dicit, etiam frumento novo excepto.

R. OB. DE BARTENORA.

ושאינה תלויה בארץ *Et quod non dependet a terra*, ſic vocatur omne præceptum quod eſt obligatio corporis, ſive ipſius hominis; quod autem continetur ſub obligatione ſoli, vocatur *dependens a terra.* Dicit Miſna חוץ מן הערלה *excepto præcepto de præputiis arborum*, quod extra terram Iſraëlis etiam obtinet, ex traditione Moſis e Sinai, nec non de miſcellis vinearum ex decreto Sapientum; ſed miſcellas ſeminum etiam ſerere licet extra terram Iſraëlis.

רבי אליעזר אומר אף מן החדש *R. Elieſer dicit, etiam de frumento novo*, prohibitum eſt extra terram Iſraëlis, etiamſi ſit obligatio ſoli, uti ſcriptum eſt Levit. 23, 14. בכל מושבותיכם id eſt, quocunque in loco habitaveris; deciſio juris eſt ſecundum R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהיא תלויה בארץ *Quod dependet a terra*, puta iſtiuſmodi res quæ dependent a terra Iſraëlis obligatione. Et *quæ non dependent a terra*, ſunt præcepta quæ non dependent a terra, ſed ſunt חובת הגוף *obligatio corporalis*, id eſt, ipſum hominem ſpectans; uti expoſuimus in fine tractatus Orla, quod prohibitio de præputiis arborum extra terram Iſraëlis, eſt traditio Moſis e Sinai; ſed de miſcellis vinearum ex decreto Sapientum. Sed miſcellas ſeminum licet ſeminare extra terram Iſraëlis; deciſio eſt juxta R. Elieſer, qui dicit quod frumentum novum ex Lege prohibitum eſt omni in loco, etſi dependeat a terra, quemadmodum exponitur in tractatu Orla.

י כל העושה מצוה אחת מטיבין לו ומאריכין לו ימיו ונוחל את הארץ וכל שאינו עושה מצוה אחת אין מטיבין לו ואין מאריכין לו ימיו ואינו נוחל את הארץ כל שישנו במקרא ובמשנה ובדרך ארץ לא במהרה הוא חוטא שנאמר (נ״א עליו הכתוב אומר) והחוט המשולש לא במהרה ינתק וכל שאינו לא במקרא ולא במשנה ולא בדרך ארץ אינו מן הישוב :

10. Quicunque unum fecerit præceptum, ei benefaciunt, & prolongantur dies ejus, & terram hæreditate poſſidebit; quicunque autem non fecerit unum præceptum, ei non benefaciunt, neque prolongantur dies, neque terram hæreditate poſſidebit. Omnis vero qui in ſcriptura verſatus fuerit, nec non in Miſna, & in Politicis, non peccabit e veſtigio, uti ſcriptum eſt Eccleſ. 4, 12. *Filum triplicatum non facile frangitur.* Quicunque autem non verſatus fuerit in Scriptura, neque in Miſna, neque in politicis, non eſt ex orbe habitabili.

R. OB. DE BARTENORA.

כל העושה מצוה אחת וכו׳ *Quicunque unum fecerit præceptum &c.* ſi obſervaverit unum præceptum quo peccata ſua ſuperarunt merita ipſius. מטיבין לו ומאריכין לו ימיו *benefaciunt ille, & prolongantur dies ejus*, in mundo futuro. ונוחל את הארץ *& terram hæreditate poſſidebit*, terram viventium.

וכל שאינו עושה מצוה אחת וכו׳ *Quicunque autem non fecerit unum præceptum &c.*, cujus peccata majora fuerint meritis, & non fecerit unum præceptum cujus dimidia pars ab ipſo obſervata tantum valet quantum altera pars quam non obſervavit, ita ut peccata ſuperent meritum ejus.

ובדרך ארץ *Neque in politices*, qui non converſatur cum aliis hominibus, & omnis conſuetudinis ac converſationis eſt ignarus. אינו מן הישוב *non eſt ex orbe habitabili*, talis non prodeſt terræ incolis, & habitatio ejus eſt habitatio deriſorum, & ad teſtimonium dicendum ineptus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל העושה מצוה אחת מטיבין לו וכו׳ *Quicunque unum obſervaverit præceptum, ei benefaciunt &c.* ſenſus eſt, quicunque unum obſervaverit præceptum quod ſuperat retributionem pœnarum quas meruit ob peccata ſua, ita ut bonum quod ipſi retribuitur, exſuperet peccata quæ commiſit.

וכל שאינו עושה מצוה אחת *Quicunque autem non obſervaverit unum præceptum &c.* putat eum cujus peccata graviora fuerint quam meritum, & non fecerit unum præceptum quod æque ac peccatum ejus pollet, ſed cujus peccata graviora ſunt meritis ejus.

מטיבין לו ומאריכין ימיו *Benefaciunt illi, & prolongantur dies illius*, puta in hoc mundo; ונוחל את הארץ *& terram hæreditate poſſidebit*, puta terram viventium, nimirum alium mundum, quod nos explicabimus capite decimo tractatus Sanhedrin. דרך ארץ eſt converſatio & conſuetudo cum aliis hominibus ad tranquillitatem vitæ. אינו מן הישוב *non eſt ex orbe habitabili*, qui habitatoribus terræ prodeſſe neſcit, & propterea educendus eſt ex eo quem inhabitat loco. De hujus modi homine dixerunt Sapientes, quod ſedes illius eſt ſedes deriſorum & ineptus eſt ad teſtandum.

פרק ב האיש מקדש בו ובשלוחו האשה מתקדשת בה ובשלוחה האיש מקדש את בתו כשהיא נערה בו ובשלוחו האומר לאשה התקדשי לי בתמרה זו התקדשי לי בזו אם יש באחת מהן שוה פרוטה מקודשת

Caput 2. Vir deſpondet per ſe, aut per legatum; fœmina deſpondetur per ſe, aut per legatum. Quilibet poteſt deſpondere filiam quando puella eſt, per ſe, aut per legatum. Si quis dixerit fœminæ, *eſto mihi deſponſa ope hujus dactyli; eſto mihi deſponſa per hoc*; ſi in uno ex illis contineatur pretium oboli, deſponſa habetur. Sin minus, non eſt

מקודשת ואם לאו אינה מקודשת בזו וכזו ובזו אם יש שוה פרוטה בכלן מקודשת ואם לאו אינה מקודשת היתה אוכלת ראשונה ראשונה אינה מקודשת עד שיהא באחת כהן שוה פרוטה :

eſt deſponſa. (Si dixerit,) *per hoc*, *& illud*, *& iſtud*, ſi in omnibus fuerit pretium unius oboli, deſponſa cenſetur; ſin minus, non cenſetur deſponſa. Si illa comediſſet unum poſt alium, non eſt deſponſa niſi uſquedum in uno ex illis contineatur pretium oboli.

R. OB. DE BARTENORA.

האיש מקדש בו ובשלוחו *Vir deſpondet per ſe, & per legatum ſuum*, prius per ſe ipſum, & deinceps per legatum ſuum, quia melius eſt ut per ſe ipſum fiat, quam per legatum, eo quod ei præmium majus cedit quando ipſe operam dat præcepto. Quod autem legatus ſit inſtar ejus qui eum mittit, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 12, 6. ושחטו אותו כל קהל עדת ישראל at tota congregatio Iſraëlis non mactabat, ſed aliqui tantum ad illud officium ordinati, probatur ergo ex illo loco quod legatus eſt inſtar ejus qui eum mittit.

איש מקדש את בתו כשהיא נערה *Quiſque deſpondet filiam ſuam quando puella eſt*, & quanto magis quando minorennis eſt; dicit autem, *quando fuerit puella*, ut nobis det bonum conſilium, nimirum, ne quis filiam ſuam elocet minorennem, niſi adultam, ut dicere poſſit, *volo nubere tali viro.*

ואם לאו אינה מקודשת *Sin minus, non eſt deſponſa*, nam, poſtquam dixerit, *deſponſa eſto mihi, deſponſata eſto mihi*, quælibet deſponſatio eſt deſponſatio ſingularis.

עד שיהיה באחת כהן שוה פרוטה *Donec in uno ex illis fuerit pretium oboli*, hoc *unum* tantum intelligitur de ultimo dactylo quem dedit in deſponſationis ſignum, nam, ſi dixerit ei, deſponſa eſto mihi per hunc, per hunc, & per hunc, & quemlibet dactylum ſeorſim comederit, tum omnes quos comederit, habentur mutuo dati. Quando autem pervenerit ad ultimum dactylum quo perficitur deſponſatio, ſi in eo comprehendatur pretium unius oboli, fiet ut deſponderit filiæ ope mutui, & oboli. Cæterum fundamentum eſt nobis, quod, ſi quis deſponderit mulieri ope mutui, & oboli ſimul, ejus intentio fertur in obolum, adeoque deſponſa eſt. Verum, ſi in ultimo dactylo non continetur pretium oboli, etiamſi in primis ſit pretium oboli, tamen non eſt deſponſa, nam quando deſponſatio perfecta fuerit, fiet perinde ac ſi quis ope mutui deſponderit, deſponſatio autem ope mutui perfecta, non eſt deſponſatio vera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis quod legatus habendus ſit ut ille qui eum miſit, quod probant ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 12, 8. ושחטו אותו כל קהל עדת ישראל Cæterum licitum eſt ut unus mactet ſacrificium Paſchale, eo quod congregationis legatus eſt. Verum nos melius factum eſſe cenſemus ſi quis ipſe deſponderit uxori, quam ſi legatus ejus deſpondiſſet pro illo; nam fundamentum nobis eſt, non bonum eſſe ut quis ducat uxorem antequam eam viderit, quia fieri poteſt ut deinceps non arrideat ipſi, nec amorem conjugii exhibeat illi. Et hoc prohibitum eſt, eo quod ſcriptum eſt Levit. 19, 18. ואהבת לרעך כמוך Propterea deſponſatio quæ fit per ipſum ſponſum anteponenda eſt ei quæ fit per legatum ejus. Et ob eandem hanc rationem dicimus, quod nemo elocabit filiam ſuam minorennem, niſi uſque dum adoleverit, & dixerit, *tali homini volo nubere*; propterea præfert deſponſationem ſuam deſponſationi quæ fit per legatum. Et quod dicit, כשהיא נערה *quando fuerit puella*, non quando adhuc minorennis eſt, quamvis patri ſit poteſtas deſpondendi filiam ſuam, etiam unius diei natam, ut habeatur nupta, propter eam quam diximus rationem, *nuptiæ minorennis ſunt res turpes.*

עד שיהא באחת מהן שוה פרוטה *Donec in uno ex illis contineatur pretium oboli*, hoc ſub ea conditione intelligendum eſt, ſi una illa res quæ unum valuerit obolum, ſit ea quæ ultima remanet, & totum quod comederit, ſit perinde ac mutuum quid. Nam fundamentum nobis eſt, quod, quicunque deſponderit filiæ ope mutui, aut pretio oboli, attendit ad obolum. Verum ſi unum valuerit obolum ea quam comederit res, & ea quæ remanſerit, non valuerit obolum, non habetur deſponſa, quia deſponſatio quæ facta eſt per mutuum, non eſt vera deſponſatio.

ב התקדשי לי בכוס זה של יין ונמצא של דבש של דבש ונמצא של יין בדינר זה של כסף ונמצא של זהב של זהב ונמצא של כסף על מנת שאני עשיר ונמצא עני עני ונמצא עשיר אינה מקודשת רבי שמעון אומר אם הטעה לשבח מקודשת :

2. (Si dixerit,) *Eſto mihi deſponſa per hoc vaſculum vini*, & deinceps vas mellis compertum fuerit; aut, *mellis*, & deinceps compertum fuerit eſſe vas vini. Aut, *per denarium argenteum*, & deinceps compertum fuerit eum eſſe aureum; aut, *per aureum*, & deinceps compertum fuerit eum eſſe argenteum. Aut, *ſub conditione quod ſum dives*, & deinceps compertum fuerit quod pauper eſt. Aut, *ſub conditione quod pauper ſum*, at deinceps compertum fuerit eum eſſe divitem, non eſt deſponſa. R. Schimeon dicit, ſi ſeduxerit eam in meliorem ſtatum, eſt deſponſa.

R. OB. DE BARTENORA.

של זהב ונמצא של כסף (Si dixerit per vas) *auri, at deinceps compertum fuerit eſſe argenti*, nam alius delectatur denario aureo, alius vero delectatur argenteo. רבי שמעון אומר אם הטעה לשבח מקודשת *R. Schimeon dicit, ſi ſeduxerit ad meliorem ſtatum, eſt deſponſa*; R. Schimeon non contradicit niſi quod ad majus emolumentum pecuniæ, nam filia ſine dubio amat majus incrementum. Sed quod ad meliorem ſtatum familiæ, ut, ſi pro Levita compertus fuerit ſacerdos, concedit R. Schimeon, quod, etiamſi ſeduxerit eam ad meliorem ſtatum, vel contra, non eſt deſponſa; quia illa non deſiderat hunc meliorem ſtatum, quia is ope illius inflatur; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fieri poteſt ut filia certa de cauſa magis attendat ad hanc rem quæ minoris momenti eſt, quam aliam rem quæ pluris valet; propterea deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ג על מנת שאני כהן ונמצא לוי לוי ונמצא כהן נתין ונמצא ממזר ממזר ונמצא נתין בן עיר ונמצא

3. (Si dixerit,) *ſub conditione quod ſum ſacerdos*, at compertum fuerit, quod erat Levita; aut vice verſa. Aut, *ſub conditione quod ſum Nethinæus*, at

com-

תמצא בן כרך בן כרך ונמצא בן עיר על מנת
שביתי קרוב למרחץ ונמצא רחוק רחוק ונמצא
קרוב על מנת שיש לי בת או שפחה גדלת ואין לו
או על מנת שאין לי ויש לו על מנת שאין לי בנים
ויש לו או על מנת שיש לי ואין לו ובכלם אף על
פי שאמרה בלבי היה להתקדש לו אף על פי כן
אינה מקודשת וכן היא שהטעתו :

compertum fuerit quod erat ſpurius; aut vice verſa. Aut, *ſub conditione quod ſum villicus*, & compertum fuerit quod erat oppidanus; aut vice verſa. Aut, *ſub conditione quod domus mea eſt propè balneum*, ſed compertum fuerit quod procul diſtat, aut vice verſa. Aut, *ſub conditione quod mihi eſt filia aut ſerva tonſtrix*, at non fuerit illi. Aut, *ſub conditione quod mihi non ſunt filii*, at ipſi fuerint; aut vice verſa. In his omnibus caſibus, etiamſi illa dixerit, mea intentio eſt ipſi deſpondere, nihilominus tamen non eſt deſponſa; ſic etiam ſi illa ſeduxerit illum.

R. OB. DE BARTENORA.

נדלת *Tonſtrix*, quæ exornat capillos mulierum: alia expoſitio, *loquacula*, quemadmodum ſcriptum eſt Jecheſ. 35, 13. והגדילו עלי בפיכם Præterea Miſna dicit, *etiamſi illa dixerit, mea intentio erat deſpondere ipſi*, quia verba quæ in corde latent, non habeantur verba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נדלת *Tonſtrix*, in Gemara dicunt vocem נדלת notare מקשטת הנשים quæ exornat mulieres. R. Schimeon non contradicit quod ad ſeductionem familiæ, quod illa non cenſetur deſponſa, etſi ipſe ſeduxerit illam, aut illa ſeduxerit ipſum ad meliorem ſtatum. Quia forſan ſibi in familia ſimilem amat, vel etiam minorem; cæterum nobis fundamentum eſt quod verba cordis ſive intentio non habeantur verba.

ד האומר לשלוחו צא וקדש לי אשה פלונית
במקום פלוני והלך וקדשה במקום אחר אינה
מקודשת הרי היא במקום פלוני וקדשה במקום
אחר הרי זו מקודשת :

4. Si quis dixerit legato ſuo, *abi, & deſponde pro me tali fœmina in tali loco*, & ille abiverit & deſponderit alio in loco, non eſt deſponſa. (Si dixerit,) *ecce illa eſt in tali loco*, at (legatus) deſponderit in alio loco, ecce hæc deſponſa eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והלך וקדשה במקום אחר הרי זו מקושת *Et abiverit, & deſponſaverit ei alio in loco, ecce hæc deſponſa eſt*, quia demonſtratio loci non eſt e conditione deſponſationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando herus dixerit legato, *ecce illa eſt tali in loco*, & legatus abiverit, deſponderitque in alio loco, monſtratus quidem ipſi erat locus, ſed non erat e conditione deſponſationis; hic autem caſus jam expoſitus eſt in tractatu Gittin.

ה המקדש את האשה על מנת שאין עליה
נדרים ונמצאו עליה נדרים אינה מקודשת
כנסה סתם ונמצאו עליה נדרים תצא שלא
בכתובה על מנת שאין עליה מומין ונמצאו בה
מומין אינה מקודשת כנסה סתם ונמצאו בה מומין
תצא שלא בכתובה כל המומין הפוסלים בכהנים
פוסלים בנשים :

5. Si quis deſponderit mulieri ſub conditione quod illi non incumbant vota quæ ſolvenda erant, at compertum fuerit quod illi vota incumbebant; non eſt deſponſa. Si eam ſimpliciter duxerit, & compertum fuerit quod ipſi incumbebant vota, exibit ſine dote. (Si deſponderit,) ſub conditione quod illi non ſunt maculæ, at maculæ in illa inventæ fuerint, non eſt deſponſa. Si eam duxerit ſimpliciter, & in illa inventæ fuerint maculæ, exibit ſine dote, eo quod omnes maculæ quæ ſacerdotes reddunt illegitimos, mulieres reddunt illegitimas.

R. OB. DE BARTENORA.

תצא שלא בכתובה *Exibit ſine dote*, quia ſponſus dicet, ego nolo ut impleat votum. Nihilominus illa opus habet libello repudii propter dubium, quia ipſi id non dixit, eo quod intentio ejus forſan ferebatur in eam, etiamſi eſſet mulier quæ vota debebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ verba jam dicta ſunt capite ſeptimo tractatus Cetubhot, & ibidem expoſuimus ea. *Eo quod omnes maculæ quæ ſacerdotes reddunt illegitimos &c.* hæc jam dicta ſunt capite ſeptimo tractatus Cetubhot.

ו המקדש שתי נשים בשוה פרוטה או אשה אחת
בפחות משוה פרוטה אף על פי ששלח סבלונות
לאחר מכאן אינה מקודשת שמחמת קידושין
הראשונים שלח וכן קטן שקידש :

6. Si quis deſponderit duabus mulieribus pretio oboli, aut uni mulieri eo quod non valet obolum, etiamſi deinceps ab ipſo petierit dona, non eſt deſponſa, quia petiit ea vi primæ deſponſationis. Sic etiam ſe res habet cum minorenni qui deſponſaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

סבלונות Sunt illa dona quæ ſponſus mittere ſolet ad ſponſam ſuam. אינה מקודשת *non eſt deſponſa*, nam non dicimus quod illius deſponſationes non erant veræ deſponſationes, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן קטן שקידש *Et ſic ſe res habet cum minorenni qui deſponſaverit*, ejuſmodi qui alicui filiæ deſponderit dum adhuc erat minorennis, & dona miſerit poſtquam factus eſſet ma-

& quod mittebat dona in nomine deſponſationum; ſed nos dicimus quod eos mittebat vi deſponſationum priorum.

וכן קטן שקדש *Et ſic ſe res habet cum minorenni qui deſponderit*, qui dona miſerit ad ſponſam ſuam poſtquam ad adultam perveniſſet ætatem.

majorennis. סבלונות ſunt *dona*, & derivatur hæc vox a סבל *portare onus.* Cæterum neceſſitas poſtulabat ut Miſna hæc tria adduceret exempla, etiamſi eorum ſenſus ſit idem, quia unum non poterat docere ſine altero. Nam ſi primum tantum dixiſſet, dicere nonnemo potuiſſet quod ſponſus pecuniam dederat in ſignum deſponſationis, quæ eſt pretium oboli, & in animum induxerat quod erant deſponſationes omnino perfectæ. Verum in ſecundo caſu dixiſſemus quod dona miſit cum intentione deſponſationum. Si nos docuiſſet tantum hos duos caſus, putaſſemus quod in ſimilibus caſibus ſit abuſus quod ad pretium oboli, idque quod minus eſt quam pretium oboli, quia in eo homines errant. Sed de minorenni dixiſſemus quod omnes ſciunt deſponſationes minorennis eſſe nullius momenti, & quod ea quæ deinceps miſerit, miſerit cum intentione deſponſationis. Quia ipſi conſtabat quod prima deſponſatio non erat ullius momenti; propterea nos docet Miſna quod horum omnium ſcopus eſt de deſponſationibus, quæ nullius ſunt momenti.

ז המקדש אשה ובתה או אשה ואחותה כאחת אינן מקודשות ומעשה בחמש נשים ובהן שתי אחיות וליקט אחד כלכלה של תאנים ושלהם היתה ושל שביעית היתה ואמר הרי כלכם מקודשות לי בכלכלה זו וקיבלה אחת מהן על ידי כולן ואמרו חכמים אין האחיות מקודשות :

7. Si quis deſponderit fœminæ & filiæ ejus, aut fœminæ & ſorori ejus ſimul, non ſunt deſponſæ. Si hoc contigerit quinque fœminis, & duæ fuerint ſorores, & quis caniſtrum collegerit ficuum, at earum fuerit caniſtrum, & fructus ſint anni ſeptimi, dicens, *vos omnes mibi deſponſæ eſtis hoc caniſtro*, & una earum illud receperit pro omnibus: Dixerunt Sapientes, ſorores non ſunt deſponſæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אינן מקודשות *Non ſunt deſponſæ*, quemadmodum ſcriptum Levit. 18, 18. ואשה אל אחותה לא תקח לצרור quando una alterius æmula fuerit, deſponſationes non valent, neque cum una, neque cum altera. Idem obtinet in omnibus reliquis propter inceſtum prohibitis mulieribus, in quibus continetur pœna excidii, ut deſponſationes non obtineant.

ושלהן היתה *Et earum erat*, diſcimus ex hac Miſna, quod, ſi quis per rem furto ablatam deſponderit fœminæ, etiamſi res quæ furto ablata eſt ad eam pertineat, non deſponſa eſt fœmina illa. Nam non dicimus, quoniam fœmina accepit id quod ipſi datum eſt, inde conſtat quod ſponſæ donavit de re furto ablata, eo quod dicitur ושלהן היתה של שביעית היתה *& earum erat, & fructibus anni ſeptimi impletum erat*, nam, quia fructus erant anni ſeptimi, communes erant, & fœminæ deſponſæ, ſed ſorores non deſponſæ ſunt. Verum ſi fructus non eſſent anni ſeptimi, quoniam ad eas pertinebant, deſponſationes cum nulla obtinent. Sed hæc accipienda ſunt de re furto ablata cujus ſpe nondum deſtituuntur poſſeſſores, cujuſmodi non valet ad deſponſationem. Verum ſi quis in donum deſponſationis dederit rem furto ablatam poſtquam ejus ſpe deſtituti fuerint poſſeſſores, tum deſponſationes ejus ſunt veræ deſponſationes. Præterea quoque diſcimus ex hac Miſna, quod, ſi quis deſponderit fœminæ ope fructuum anni ſeptimi, ſit deſponſa; & non dicimus, quod non acquiri quicquam poteſt illius anni bonis, ſed, quia ope eorum acquiſivit, iſtos fructus eſſe bona ejus ad omnium aliarum rerum uſum. Tandem etiam diſcimus ex hac Miſna, quod una fœmina alterius legata eſſe poteſt, etiam in ejuſmodi re in qua ſit æmula ejus, at in omni re ad cujus teſtimonium mulier apta eſt, æmula non eſt apta; nihilominus tamen cum legatio tali modo facta fuerit, bene facta habetur, quia hic in deſponſationibus fiunt æmulæ ejus, recipiendo pro illa deſponſationes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod deſponſationes non obtinent in fœminis propter inceſtum prohibitis, eo quod ſcriptum eſt Levit. 18, 18. ואשה אל אחותה לא תקח לצרור Propterea quando æmulæ inter ſe factæ fuerint illæ mulieres, non obtinet deſponſatio, neque cum una neque cum altera; & concludimus de ſororibus ad cæteras propter inceſtum prohibitas. Diſcimus autem tria ex hac Miſna fundamenta, quorum primum eſt quod deſponſant ope fructuum anni ſeptimi; ſecundum, quod, ſi quis deſponſaverit filiæ ope illius quod furto ablatum eſt, non ſit deſponſata, quia medio hujus caniſtri conditionem inivit, illud ad eas pertinere, quia hoc eſſet in anno ſeptimo, at fructus anni ſeptimi ſunt communes, & non ſunt furtum; propterea ſponſalia non erunt irrita. Tertium eſt, quod mulier ſit legata ſociæ, etiam in caſu quo ea ſit æmula illius. Scias quod id per illi furto ablatum eſt, nempe, ſi aliquid e manu illius abſtulerit, & deinceps illud reddiderit, dixeritque, *tu mibi deſponſa eris ope hujus*, non habetur deſponſata, niſi inter eos anteceſſerit contractus conjugii. Cæterum quod dicimus eam quæ deſponſata fuerit ope alicujus rei furto ablatæ non eſſe deſponſatam, intelligendum eſt quando domini nondum ſpe deſtituti fuerint, verum ſi ſpe deſtituti fuerint, deſponſationes ſunt irritæ

אין אחיות מקודשות *Sorores non deſponſatæ ſunt*, hinc probatur quod extraneæ deſponſatæ ſunt, nimirum, ſi dixerit illis, *ea quæ e vobis ad conjugium apta fuerit deſponſa ſit mibi.* Verum ſi dixerit, *vos omnes mibi deſponſatæ eſtis*, nulla deſponſata eſt; ſcias etiam, quod, ſi dixerit duabus ſororibus, aut matri & filiæ ejus; ſimiliaque, ſi dixerit, *una e vobis mibi deſponſata ſit*, at ſignum deſponſationis dederit duabus ſimul, vel una ex illis illud receperit pro altera, tum obtinent in illis deſponſationes, & opus habent duobus repudii libellis.

אין אחיות מקודשות *Sorores non deſponſæ ſunt*, hinc probatur quod extraneæ deſponſæ ſunt; cæterum hæc Miſna veriſſimè explicatur in Gemara hoc ſenſu; ſi quis deſponderit matri & ſimul filiæ ejus, aut fœminæ & ſimul ſorori ejus, non ſunt deſponſæ, ſed una tantum e duabus, mater aut filia ejus, aut fœmina & ſoror ejus; nimirum, ſi dixerit duabus, *una e vobis mibi deſponſa erit*, at non expreſſerit cuinam earum deſponderit, & una acceperit donum deſponſationis pro altera, vel ambæ acceperint ſimul deſponſationis donum, deſponſæ ſunt, & ambæ opus habent libello repudii. Sin autem dixerit, *ea quæ vobis ad conjugium apta eſt, deſponſa ſit mibi*, non ſunt deſponſæ, quia unaquæque in dubio eſt an ſit ſoror uxoris ejus, & ſic nulla ex illis apta eſt ad conjugium. Sic etiam de quinque mulieribus contigit, inter quas duæ erant ſorores, ut aliquis collegerit caniſtrum ficuum, dixeritque, *quæ e vobis apta fuerit ad conjugium, deſponſata ſit mibi.* Dixerunt Sapientes, ſorores non ſunt deſponſæ; ſequitur ergo quod extraneæ ſunt decentes ad conjugium, & deſponſæ ſunt. At ſi dixerit, *vos omnes mibi deſponſæ eſtis*, tum nulla earum deſponſa eſt, nam quemadmodum ſorores non ſunt deſponſæ, ſic aliæ etiam non ſunt deſponſæ, quando dixerit, *vos omnes.*

ח המקדש בהלקו בין קדשי קדשים בין קדשים קלים אינה מקודשת במעשר שני בין שוגג בין מזיד

8. Si quis deſponderit portione ſua, ſive illa fuerit e ſanctis ſanctorum, ſive e ſanctis leviſſimis, non eſt deſponſata. Si decimis ſecundis, ſive ex

במזיד לא קידש דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בשוגג לא קידש במזיד קידש ובהקדש במזיד קידש ובשוגג לא קידש דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בשוגג קידש במזיד לא קידש :

R. OB. DE BARTENORA.

המקדש בחלקו *Si quis deſponderit portione ſua*, quam diviſit cum fratribus ſuis ſacerdotibus. אינה מקודשת *non eſt deſponſa*, quia ſacerdotes acquirunt dona ſua de menſa Dei; & ſcriptum eſt Num. 18, 9. הזה יהיה לך מקדש הקדשים מן האש וגו׳ Quemadmodum igitur igne non licet ſacerdoti frui, niſi quod ad cibum, ſic etiam his donis frui non licet, niſi ad cibum. De decimis ſcriptum eſt Levit. 27, 33. ליהוה הוא debent ergo eſſe in eſſentia ſua id eſt ut edantur. R. Jehuda dicit quod de induſtria deſponſa, eſt deſponſa ope decimarum ſecundarum, quia mediante redemptione donum profanatur, at jam profanatum eſt mediante deſponſatione. R. Meyr dicit, quod hic non eſt modus profanandi decimas. At ſi deſponſatio facta fuerit de induſtria ope rerum ſanctarum, quæ deſtinatæ ſunt reparationi Templi, quia ſciebat eſſe rem ſanctam cujus ope deſpondebat, eamque attentè profanabat, propterea ſanctitas ejus profanata cenſenda eſt. Verum ſi ex errore deſponſatio facta fuerit, neſciens quod donum deſponſationis erat ſanctum, & nolens ut ſanctum illius ope profanaretur, ideo ſanctitas ejus non profanata eſt, neque deſponſa eſt. R. Jehuda contrarium ſtatuit; deciſio eſt juxta R. Meyr quod ad decimas; ſed juxta R. Jehuda quod ad ſanctitates.

ט המקדש בערלה ובכלאי הכרם בשור הנסקל ובעגלה ערופה בצפורי מצורע ובשער נזיר ופטר חמור ובשר בחלב וחולין שנשחטו בעזרה אינה מקודשת מכרן וקידש בדמיהן מקודשת :

R. OB. DE BARTENORA.

המקדש בערלה וכו׳ אינה מקודשת *Si quis deſponſaverit ope præputii arborum &c. eam non habetur deſponſa*, quia omnia quæ hic memorantur, vetita ſunt, ne quis ex iis capiat utilitatem; & quidem præputium arboris, uti extat Levit. 19, 23. שלש שנים יהיה לכם ערלים לא יאכל Quod tam de interdicto eſus quam uſus & utilitatis interdicto intelligendum eſt.

ובכלאי הכרם *Et ope miſcellarum vineæ*, uti extat Deut. 22, 9. פן תקדש id eſt, ut igne comburatur. ובשור הנסקל *Et ope bovis lapidati*, uti extat Exod. 21, 28. לא יאכל את בשרו

ובעגלה ערופה *Neque ope vitulæ decollandæ*, quia illa etiam dicitur expiare, quemadmodum cæteræ ſanctitates, uti de illa ſcriptum eſt Deut. 21, 28. ונכפר להם הדם

ובצפורי מצורע *Et ope avium leproſi*, quemadmodum dicitur in Beraita, Lex dicit, id quod legitimum ad eſum diſponit, & quod expiat in Templo, eſt ſacrificium pro reatu leproſi, quod componit ad comedendum ſanctitates; & ſacrificium illius pro peccato expiabat, & utrumque peragebatur extra Templum. Cæterum per id quod in Beraita dicitur מכשיר *componit*, vel *legitimum reddit*, indigitat aves leproſi qui componunt leproſum ad ingrediendum caſtra; & quod dicitur מכפר *expiat*, indicat vitulam decollandam, de qua ſcriptum eſt Deut. 21, 8. ונכפר להם הדם Sed utriuſque actio peragebatur extra atrium. Et quemadmodum id quod componit ad munditiem, & quod expiat, quæ fiebant in Templo, uti erant ſacrificium pro reatu, & ſacrificium pro peccato leproſi, ideo perinde eſt id quod ad munditiem componit, & id quod expiat, utpote ambo ſanctitates, & prohibita quod ad uſum & utilitatem attinet; ſic etiam id quod

errore, ſive de induſtria, non deſpondit, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, ſi ex errore, non deſpondit; ſi de induſtria, deſpondit. Si re ſancta, & hoc de induſtria, deſpondit; ſi ex errore, non deſpondit, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, ſi ex errore, deſpondit, ſi de induſtria, non deſpondit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ea quæ ſacerdos accipit de ſanctis ſanctorum & ſanctis leviſſimis, ſunt bona Dei, quæ ſacerdotes acquirunt de menſa Dei, at Deus illis dedit has portiones tantum in cibum, non ut ope earum res alias peragant. Cæterum quod Num. 18, 9. ſcriptum eſt הזה יהיה לך מקדש הקדשים מן האש תהי vult, quemadmodum igitur non frueris igni niſi quod ad cibum coquendum, ſic etiam donis illis quæ ceperis de ſanctitatibus altaris non frueris niſi ad cibum. Et de decimis ſcriptum eſt Levit. 27, 30. ליהוה הוא ſint ergo בהוייתו *in eſſentia ſua* oportet dona ſancta, & propterea fœmina ope eorum non dicitur deſponſa. R. Jehuda dicit, ſi de induſtria deſponſaverit, nimirum, ſi ſciret quod donum erat decimæ ſecundæ, jam profanaverat illud, eo quod decimæ ſecundæ profanari poſſunt, uti expoſuimus in tractatu Maaſer Scheni. At ſi donum profanatum fuerit, non eſt dubium quin fœmina deſponſaverit illo mediante. R. Meyr dicit, hunc non eſſe modum profanandi decimas. Diſſentiunt autem quod ad ſancta reſtaurationi templi deſtinata, contra R. Meyr dicit, quod deſponſatione tali de induſtria facta profanatur donum, at ex errore non profanatur. R. Jehuda contrarium ſtatuit; deciſio eſt juxta R. Meyr quod ad decimas, ſed juxta R. Jehuda quod ad ſanctitates.

9. Si quis deſponderit ope præputii arboris, aut miſcellarum vineæ, aut bovis lapidandi, aut vitulæ decollandæ, aut avium leproſi, aut capilli Nazyræi, aut primogeniti aſini, aut carnis cum lacte, aut profanorum mactatorum in atrio, non habetur deſponſa. Si vendiderit ea & deſponſaverit ope nummorum eorum, deſponſa habetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ hic recenſet Miſna prohibita ſunt, quod ad uſum, & hoc juxta illud Legis noſtræ fundamentum, quod, ubicunque dicitur in Lege לא תאכלו & לא תאכל accipiendum eſt tam de prohibitione cibi quam de prohibitione uſus, uſque dum limitaverit de illis Scriptura, quemadmodum limitavit de cadavere animalium. Cæterum in eo quod prohibemus de eſu, attamen permittimus de uſu, omnimode probatur permiſſio uſus, ſive ex Legis verbis, ſive ex comparatione. De arborum præputio dicitur Levit. 19, 23. שלש שנים יהיה לכם ערלים לא יאכל Et de vinearum miſcellis dicitur Deut. 22, 9. פן תקדש *Ne ſanctificetur*, id eſt, ut igni comburatur, id quod jam expoſuimus in tractatu Cilaim. Et de bove lapidato dicitur Exod. 21, 28. ולא יאכל את בשרו Et de vitula decollata dicitur Deut. 21, 8. ונכפר להם הדם Dixerunt autem Sapientes, ſcriptum eſt de illa vitula quod attinet expiationem, quemadmodum de ſanctitatibus.

ובצפורי מצורע *Ope avium leproſi*, ſunt aves quas leproſus adfert poſt purificationem ſuam, qui ritus fiebat extra Templum, quemadmodum ipſa dicit Lex. Vitula decollata quoque expiabat, ejusque ritus peragebatur extra Templum. Cæterum ſacrificium leproſi pro reatu etiam eſt ex illis quæ ad munditiem componebant leproſum, fiebatque in Templo, ſic etiam ſacrificium expiationis pro peccato leproſi expiabat, fiebatque in Templo. Similiter, uti ritus illius quod expiabat & ad munditiem componebat in Templo idem erat, nimirum ſacrificium pro reatu leproſi, nec non pro peccato illius: Sic etiam ritus illius quod expiabat & illius quod ad munditiem componebat extra Templum, idem erat, nimirum, aves leproſi, & vitula decollata. Verum aves

quod ad munditiem componit, & expiat, quod fiebat extra Templum, uti erant aves leproſi, & vitula decollata, perinde ſunt quod ad interdictum de uſu & utilitate. Aves vero leproſi quod ad uſum prohibitæ ſunt ſimulac mactatæ fuerint, & avis mactata tantum, prohibita eſt quod ad uſum ejus. Vitulam vero decollatam prohibitam reddit deſcenſus ad rivum Etan.

ובשער נזיר *Et ope capilli Nazyræi*, eo quod ſcriptum eſt de illo Num. 6, 5. קדוש יהיה גדל פרע שער ראשו Sanctum ergo erit ejus capillitium, dicentibus Sapientibus.

ופטר חמור *Et ope primogeniti aſini*, de illo ſcriptum eſt Exod. 13, 13. וערפתו Et de vitula decollanda dicitur Deut. 21, 4. וערפו שם את העגלה Quemadmodum ergo vitula decollata frui prohibitum eſt, ſic etiam primogenito aſino frui non licet, & hoc poſt decollationem tantum.

ובשר בחלב *Et ope carnis cum lacte*, dicit Lex ter de carne cum lacte, לא תבשל גדי בחלב אמו *non coques capram cum lacte matris ejus*, ſemel ad prohibendum eſum ejus, ſemel ad prohibendum uſum ejus, & ſemel ad prohibendum coctionem ejus.

והחולין שנשחטו בעזרה *Et ope profanorum quæ mactata ſunt in atrio* Deut. 12, 21. כי ירחק ממך המקום ונבחרת Procul a loco igitur mactabit, non prope locum. Ne quis putaret quod comedi non poterat, ſed canibus objici debebat, ideo nos docet Scriptura Exod. 22, 30. לכלב תשליכון אתו Illud ergo ſcil. abominandum objicies cani, ſed profana quæ in atrio mactata ſunt, non objicies canibus.

מכרן וקדש בדמיהן מקודשת *Si vendiderit ea, & deſponſaverit ope nummorum eorum, deſponſa eſt*, quia nulla res eſt quæ accipit naturam nummorum, ut fiant uti ipſa res vetita, niſi ſit res idololatrica, & fructus anni ſeptimi. Quod ſit inſtar idololatriæ, probatur e Deut. 7, 26. והיית חרם כמוהו id eſt, quicquid de illa feceris, id eſt inſtar illius. Quod ſit inſtar fructus anni ſeptimi, probatur ex Levit. 25, 12. קדש היא Quemadmodum ergo ſanctitas accipit nummorum naturam, ſic etiam fructus anni ſeptimi tenent nummos ſuos. De idololatria autem & anno ſeptimo idem loquuntur duo Scripturæ loca, at de ejusmodi locis quæ idem dicunt, non concludimus ad cætera.

aves leproſi erant prohibitæ ab hora mactationis, nempe, avis mactata tantum, & vitula mactata prohibita fiebat quando deſcendebat ad fluvium Etan. De Nazyræo autem ſcriptum eſt Num. 6, 5. קדוש יהיה גדל פרע שער ראשו Ad hoc dixerunt Sapientes, capillitium ejus erit ſanctum. Et de primogenito aſini dicitur Exod. 13, 13. וערפתו & de vitula decollata dicitur Deut. 21, 4. וערפו שם את העגלה Sed non erat prohibita quod ad uſum niſi demum poſt decollationem. De carne cum lacte dicitur Exod. 23, 19. Et 34, 26. Et Deut. 14, 21. לא תבשל גדי בחלב אמו Quod ter dicitur, ſemel ad prohibendum eſum, ſemel ad prohibendum uſum, ſemel ad prohibendum coctionem. Cæterum de carne deſiderii quæ profana eſt, dicitur Deut. 12, 21. כי ירחק ממך המקום Procul a loco igitur mactabit, non prope locum, quod excludit profana quæ in atrio mactata ſunt. Sic exponitur in Torat Cohanim; ulterius dicitur, potuiſſes intelligere quod illud comedere non poſſet, ſed canibus objicere, propterea nos docet Scriptura Exod. 22, 30. לכלב תשליכון אתו Hanc nimirum, carnem laceratam objicies cani, ſed profana in atrio mactata non objicies canibus. Si vero vendiderit quicquam ex illis rebus quæ prohibitæ ſunt quod ad uſum, peccavit, ſed nummi quibus vendidit, non ſunt prohibiti quod ad uſum. Nam nullam rem ejusmodi ducimus ut nummi ejus ſint loco ejus, ſed habetur res idololatrica, & fructus anni ſeptimi. Quod ſit ut res idololatrica probatur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 7, 26. והיית חרם כמוהו Quicquid ergo feceris de illo abominando, eſt inſtar ejus, nempe quicquid remanſerit de commutatione ejus, erit inſtar ejus. Et quod ſit ut annus ſeptimus, probatur ex Levit. 25, 12. קודש היא Quemadmodum igitur res ſancta tenet nummos ſuos, ſic etiam fructus anni ſeptimi tenent nummos ſuos; ſed hæc perfectius capite ſecundo tractatus Schebhyt. Cæterum de idololatria & anno ſeptimo non concludimus ad cæteras prohibitiones, quia duo ſunt Scripturæ loca quæ idem dicunt, at de ejusmodi locis quæ idem dicunt non concludimus ad cætera, ſecundum ea quæ tenemus fundamenta.

י המקדש בתרומות ובמעשרות ובמתנות ובמי חטאת ובאפר חטאת הרי זו מקודשת ואפילו ישראל:

10. Si quis deſponderit ope oblationis primæ, decimarum, donorum, aquarum ſacrificii expiatorii, & cineris ejuſdem, ecce hæc deſponſa eſt; etiamſi fuerit Iſraëlita.

R. OB. DE BARTENORA.

תרומות *Oblatio prima*, puta oblationem magnam, & oblationem de decimis. מעשרות *decimæ*, puta decimas primas, & decimas pauperis. מתנות *dona*, quæ ſunt brachium, maxillæ & ingluvies.

מי חטאת *Aquæ ſacrificii expiatorii*, ſunt aquæ cineris vaccæ rufæ, & vendi poſſunt immundis, ut indè accipiant pretium pro adductione, & pro impletione aquæ. Sed pretium ſparſionis, & pretium ſanctificationis, nempe cum cinis in aquam injicitur, vetitum eſt.

ואפילו ישראל *Etiamſi fuerit Iſraëlita*, etiam Iſraëlita qui hæreditatem oblationum primarum ac donorum adierit, a parte matris patris ſacerdotis, quo acquiſiverit ea, poterit ea vendere ſacerdotibus; &, ſi ope eorum deſponderit fœminæ, deſponſa eſt. Et quamvis oblationem primam hæreditate non adierit ſed rem illibatam, de qua nihil oblatum eſt, quandoquidem ille à quo relicta eſt hæreditas, erat ſacerdos, & auferre poterat oblationes illas quæ ad ipſum pertinebant, propterea hic Iſraëlita etiam oblationes primas educere poteſt, utpote ad ipſum pertinentes, quas ſacerdotibus deinceps vendere poterit, quia oblationes primæ nondum eductæ, ſunt habendæ periode ac ſi jam eductæ fuiſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרומות Hic notat oblationem magnam, & oblationem de decimis. Per מעשרות *decimas*, hic intelliguntur decimæ primæ, & decimæ pauperis. Per מתנות *dona*, intelliguntur brachium, maxillæ, & ventriculus.

ואפילו ישראל *Etiamſi fuerit Iſraëlita*, id eſt, ejusmodi Iſraëlita qui fructus illibatos a patre & matre ſacerdotibus relictos hæreditate adivit. Putat autem doctor primus quod oblationes primæ nondum ablatæ ſe habeant perinde ac ſi jam ablatæ eſſent, & jam acquiſitæ ab hærede, qui eas vendere poteſt ejusmodi qui eas comedere poſſunt, & deinceps recipiet nummos ſuos, cujus fœminæ deſponſare poteſt. Cæterum de cinere vaccæ rufæ, & de aquis ſparſionis hæc fœmina deſponſata utilitatem capere poteſt, quia eas vendere poteſt homini immundo qui illis ſe purificet, & recipere ab illo pretium cineris vaccæ rufæ, pro adductione & pro impletione aquæ in vaſa. Et hoc licitum eſt, & hoc lucrum nunquam eſt prohibitum, niſi quod ad ſanguinem, & ſparſionem tantum, uti expoſitum eſt capite quarto tractatus Bechorot, *qui pretium receperit pro ſparſione, & pro ſanctificatione, ejus aquæ ſunt aquæ ciſternæ*, & cinis ejus eſt cinis fornacis. Cæterum ritus ſanctificationis, & impletionis aquæ etiam exponetur ſuo loco in tractatu Para.

פרק ג האומר לחבירו צא וקדש לי אשה פלונית והלך וקדשה לעצמו מקודשת וכן האומר לאשה

Caput 3. Si quis dixerit amico ſuo, *abi & deſponſa pro me tali fœmina*, & abiverit, ac deſponderit pro ſe, eſt deſponſa. Sic etiam, ſi dixerit

quis

לאשה הרי את מקודשת לי לאחר שלשים יום ובא אחר וקידשה בתוך שלשים מקודשת לשני בת ישראל לכהן תאכל בתרומה מעכשיו ולאחר שלשים יום ובא אחר וקידשה בתוך שלשים יום מקודשת ואינה מקודשת בת ישראל לכהן או בת כהן לישראל לא תאכל בתרומה :

quis fœminæ, *tu mihi deſponſa es poſt triginta dies*; at interim acceſſerit alius intra triginta dies, ac deſponderit ei, eſt deſponſa ſecundo. Filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta, comedat de oblatione prima. (Si dicat) *ab illo tempore & deinceps poſt triginta dies*, & venerit alius & deſponderit ei intra triginta dies, deſponſa eſt, & non eſt deſponſa. Si filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta fuerit, aut filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta, ne comedat de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

וחלך וקדשה לעצמו מקודשת *Et abierit, & deſponderit pro ſe*, in Gemara dicitur quod illud והלך notat eum iviſſe ad decipiendum, propterea dicitur in Miſna, *ſi quis dixerit amico ſuo*, non, *ſi quis dixerit legato ſuo*, ut nos doceat, quod, etſi in principio eum ad hoc non fecerit legatum, ſed ipſi dixerit, *abi, & deſponde pro me tali mulieri*; at ille pro ſe deſponſaverit, habetur deceptor.

מקודשת לשני *Deſponſa eſt ſecundo*, qui eam in matrimonium ducere poteſt etiam intra triginta dies deſponſationum.

בת כהן לישראל לא תאכל בתרומה *Filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta ne comedat de oblatione prima*, ſi hæc quæ deſponſata fuerit poſt triginta dies, fuerit filia ſacerdotis, tum omnes illos triginta dies licet comedere de oblatione prima, quia non illegitima eſt ad comedendam oblationem primam in domicilio patris ejus. Verum ſi fuerit Iſraëlita ſacerdoti nupta, non licet illi comedere de oblatione prima, nam uxor nondum eſt ſacerdoti nupta; a duobus autem debet erigere libellum repudii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit לחבירו *amico ſuo*, & non שלוחו *legato ſuo*, ut nos doceat, quod non debet ipſum decipere etiamſi ſit amicus illius, uti ille decepit ipſum. מקודשת לשני *deſponſa ſecunda vice*, vult dicere, quod eam ducere poteſt quando voluerit, etiam intra triginta dies, aut deinceps.

בת כהן לישראל לא תאכל בתרומה *Si filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta fuerit, ne comedat de oblatione prima*, hæc referenda ſunt ad priora illa verba, *tu mihi deſponſata es poſt triginta dies*, propterea integros triginta dies comedere poteſt de oblatione prima; at ſi dixerit illi, *ab hoc tempore & deinceps poſt triginta dies*, non licet illi comedere de oblatione prima ab illo tempore quo recepit hæc deſponſationis dona.

מקודשת ואינה מקודשת *Deſponſata & non deſponſata*, etiam poſt triginta dies, eſt deſponſata & non deſponſata cuilibet illorum duorum, & repudii libello opus habet ab uno, & ab altero, ne alii errent de uxore maritata.

ב האומר לאשה הרי את מקודשת לי על מנת שאתן לך מאתים זוז הרי זו מקודשת והוא יתן על מנת שאתן לך מכאן ועד שלשים יום נתן לה בתוך שלשים יום מקודשת ואם לאו אינה מקודשת על מנת שיש לי מאתים זוז הרי זו מקודשת ויש לו על מנת שאראיך מאתים זוז הרי זו מקודשת ויראה לה ואם הראה על השלחן אינה מקודשת :

2. Si quis dixerit fœminæ, *tu mihi deſponſa es ſub ea conditione ut tibi dem ducentas Zuzas*, ecce hæc deſponſa eſt, & tenetur eas dare. (Si dixerit) *ſub conditione ut tibi dem ab hoc tempore & deinceps poſt triginta dies*, & dederit eas intra triginta dies, deſponſa eſt; ſin minus, non eſt deſponſa. (Si dixerit,) *ſub conditione quod mihi ſunt ducentæ Zuzæ*, hæc eſt deſponſa, ſi ſint ipſi. (Si dixerit,) *ſub conditione ut monſtrem tibi ducentas Zuzas*, ecce hæc deſponſa eſt, & monſtrabit eas ipſi. At ſi monſtraverit illas ſuper menſa, non eſt deſponſa.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי את מקודשת לי *Ecce tu mihi deſponſata es*, per hunc obolum, ea conditione ut tibi dem ducentas Zuzas. ויתן *& dabit*, poſtquam fœminæ dederit nummos, tum deſponſa eſt ab initio, nam ſi quis aliquid dixerit ſub conditione, ſe res habet perinde ac ſi dixiſſet, *ab hoc tempore*.

הרי זו מקודשת ויש לו *Ecce hæc deſponſa eſt, ſuntque ipſi*, ſi fuerint teſtes quod illos nummos teneret, ſin autem ipſi non conſtiterit quod eos tenet, fœmina ex dubio deſponſa habetur, quia fieri poteſt ut eos habeat, & fœminam ignominia afficere velit.

אם הראה על השלחן אינה מקודשת *Si oſtenderit eos ſuper menſam, non eſt deſponſa*, nam erat numularius, & monſtrabat fœminæ nummos alienos, propterea non erat deſponſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ויתן *Et dabit*, vult dicere, quod neceſſe eſt ut fœminæ deſponſatæ det nummos, propterea, quando dederit eos; ſit deſponſata ab eo tempore quo recepit donum deſponſationis, perinde ac ſi dixiſſet, *tu ab hoc tempore quo tibi dedi donum deſponſationis ducentarum Zuzarum; deſponſata eris*. Sic etiam ſi quis dixerit fœminæ, *ea conditione ut tibi dem ducentas Zuzas ab hoc tempore uſque ad triginta dies*, nam fundamentum eſt nobis, quod, ſi quis dixerit; *ſub conditione*, res ſe habet perinde ac ſi dixiſſet, *ab hoc tempore*.

הרי זו מקודשת ויש לו *Ecce hæc deſponſata eſt, & ſunt illi*; vult dicere, quod comperetit ſe habere id quod promiſit, tum ſine dubio deſponſata eſt. Verum ſi dixerit quod ipſi non ſunt nummi, neque quicquam penes ipſum inventum fuerit, tum deſponſata eſt ex dubio; quia ſuſpicamur quod nummos habet, ſed eos celat, ut fœminam ignominia afficiat. אם הראה על השלחן *ſi oſtenderit eos in menſam*, ſi receperit nummos quibus mercaturam agat cum ſocio quodam & monſtraverit fœminæ deſponſatæ de iſtis nummis ducentas Zuzas, aut eos quos mutuo ſumpſerit, tum non habetur deſponſata.

ג על מנת שיש לי בית כור עפר הרי זו מקודשת ויש לו על מנת שיש לי במקום פלוני אם יש לו באותו מקום מקודשת ואם לאו אינה

3. (Si dixerit,) *ſub conditione quod mihi eſt Corus terræ*, ecce hæc deſponſa eſt, ſi ipſi eſt. (Si dixerit,) *ſub conditione quod mihi eſt in tali loco*, & fuerit illi in iſto loco, deſponſa eſt, ſin minus, non

אינה מקודשת על מנת שאראך בית כור עפר הרי זו מקודשת ויראנה ואם הראה בבקעה אינה מקודשת:

non eſt deſponſa. (Si dixerit,) *ſub conditione quod tibi monſtrabo locum Cori terræ*, ecce hæc deſponſa eſt, & monſtrabit ipſi. Verum, ſi monſtraverit illum in valle, non eſt deſponſa.

R. OB. DE BARTENORA.

בית כור *Locus Cori*, eſt ſpatium in quo Corus ſeminis ſeri poteſt, conficiens triginta ſata. ויש לו *& ipſi fuerit*, ſi teſtes fuerint quod ipſi eſt Corus terræ, tum certe deſponſa eſt fœmina. At ſi non conſtiterit quod illi quicquam eſt, deſponſa eſt ex dubio. Nam non dicimus quod de nummis, quos homo celare poteſt, ſuſpicamur fieri poſſe ut eos habeat, & fœminam velit ignominia afficere. Sed de agro non ſuſpicamur quod fieri poteſt ut eum habeat, nam ſi eum haberet, hoc de ipſo conſtaret.

ואם הראה בבקעה אינה מקודשת *Si monſtraverit in valle, non eſt deſponſa*, quæ ad ipſum non pertinebat, nam etſi ad ipſum pertineret certa mercede conductus ager, tamen non eſt deſponſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ויש לו *Eſtque ipſi*, vult, quod certe deſponſata eſt fœmina cum perfecerit id quod promiſit. Verum, ſi dixerit quod ipſi nihil eſt, deſponſata eſt ex dubio, quia ſuſpicamur fieri poſſe ut ipſi quicquam ſit. Docet autem nos hoc jus quod ad rem pecuniariam & bona immobilia attinet, ne dixiſſemus quod homo nequit contegere agrum, ideoque, ſi eum habuiſſet, ipſi conſtare debuiſſet, propterea nos docet Miſna, quod deſponſata eſt ex dubio. Nam ſi nos tantum jus de re pecuniaria docuiſſet, non nemo dicere potuiſſet, quod fœmina certe deſponſata eſt, etiamſi conſtet quod illi non ſunt nummi, quia eos celare potuiſſet, neſciens quid alii homines teneant de nummis ejus. Propterea nos docet Miſna, quod, quando conſtat quod illi nihil eſt, deſponſata eſt ex dubio. ואם הראה בבקעה *& ſi monſtraverit in valle*, vult dicere, quod ad ipſum non pertinebat locus, & quamvis illum locum conducta mercede acquiſiverit, aut pactione quadam receperit in ſocietate, non habetur deſponſa.

ד רבי מאיר אומר כל תנאי שאינו כתנאי בני גד ובני ראובן אינו תנאי שנאמר ויאמר משה אליהם אם יעברו בני גד ובני ראובן וכתיב ואם לא יעברו חלוצם רבי חנניה בן גמליאל אומר צריך היה הדבר לאומרו שאלמלא כן יש במשמע שאפילו בארץ כנען לא ינחלו:

4. R. Meyr dicit, quæcunque conditio quæ non facta eſt ut conditio filiorum Gad, & filiorum Rubenis, non eſt conditio, uti dictum eſt Num. 32, 29. *Et dixit ad eos, ſi tranſierint filii Gad, & filii Ruben &c.* & deinde, *& ſi non tranſierint armati &c.* R. Chanina filius Gamalielis dicit, neceſſe erat ut hæc res diceretur, nam ſi ita non eſſet, intelligi poſſet, ac ſi ne quidem in terra Canaan jure hæreditatis adire poſſent.

R. OB. DE BARTENORA.

כל תנאי שאינו כתנאי בני גד וכו' *Quæcunque conditio quæ non facta fuerit ut conditio filiorum Gad &c.* vult dicere, quæcunque conditio quæ non facta fuerit conditio duplicata, non eſt conditio, etiamſi non impleta fuerit conditio, contractus tamen illius firmus eſt.

אם יעברו ואם לא יעברו וכו' *Si tranſgreſſi fuerint; & ſi non tranſierint &c.* ſi non duplicaverit verba ſua, dona ejus rata eſſent, & jure hæreditatis adirent terram Gilead, etſi non tranſierint. Et quamvis dixerit, ſi *tranſierint*, tamen ab affirmatione non infertur negatio. Hinc concludimus, neceſſe eſſe ut conditio antecedat actionem, quia non dixit, *data ipſi, ſi tranſierint*, hinc liquet quod ſi ita locutus fuiſſet, conditio non poterit irritam reddere actionem doni, quæ præceſſit. Denique hinc concludimus quod neceſſe eſt ut affirmatio præcedat negationem, quia primo non dixit, *ſi non tranſierint, non dabit iis eis, at ſi tranſierint, dabit ii eis.* R. *Chanina filius Gamalielis dicit &c.* diſſentit de conditione duplicata, quod non ſit neceſſe duplicare conditionem, quia de affirmatione infertur negatio; & ſi eam duplicaverit Moſes, hoc factum eſſe propter rei neceſſitatem. Et in cauſa deciſionis, ſi dixerit, *ſub conditione*, non neceſſaria eſt conditio duplicata, neque affirmatio ante negationem, neque conditio ante actionem, ſed conditio rata eſt. Et, ſi non dixerit, *ſub conditione*, omnes illæ quas diximus cauſæ, ſunt neceſſariæ, ſed conditio irrita eſt, at actio rata, ſive in conditione bonorum, aut in conditione divortiorum, & deſponſationum, res eadem eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל תנאי שאינו כתנאי בני גד וכו' *Quæcunque conditio quæ non facta fuerit ut conditio filiorum Gad &c.* vocatur hæc conditio duplicata, & violenta. Verum ſi dixerit, *ſub conditione*, quemadmodum in præcedentibus, R. Meyr dicit quod conditio duplicata quoque neceſſaria eſt; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ה המקדש את האשה ואמר כסבור הייתי שהיא כהנת והרי היא לויה לויה והרי היא כהנת ענייה והרי היא עשירה עשירה והרי היא ענייה הרי זו מקודשת מפני שלא הטעתו האומר לאשה הרי את מקודשת לי לאחר שאתגייר או לאחר שתתגיירי לאחר שאשתחרר או לאחר שתשתחררי לאחר שימות בעליך או לאחר שתמות אחותיך לאחר שיחלוץ לך יבמיך אינה מקודשת וכן האומר לחבירו אם ילדה אשתך נקבה הרי היא מקודשת לי אינה מקודשת אם היתה אשת חבירו מעוברת והוכר

5. Si quis deſponderit fœminæ, dixeritque, *putabam quod illa erat ſacerdos, at ecce erat Levita*; aut, *Levita, at ecce erat ſacerdos*; aut, *pauper, at ecce erat dives*; aut, *dives, at ecce erat pauper*, talis deſponſa habetur, quia non decepit illum. Si quis dixerit fœminæ, *tu mihi deſponſa eris poſtquam factus fuero proſelytus*; aut, *poſtquam tu proſelyta facta fueris*; aut, *poſtquam libertate donatus fuero*; aut, *poſtquam tu libertate donata fueris*; aut, *poſtquam maritus tuus obierit*; aut, *poſtquam ſoror tua mortua fuerit*; aut, *poſtquam levir tuus tibi dederit calceum exuendum*, non habetur deſponſa. Similiter, ſi quis dixerit proximo ſuo, *ſi uxor tua pepererit fœminam, deſponſa erit mihi*, non habetur deſponſa.

Si

והוכר עוברת דבריו קיימן ואם ילדה נקבה מקודשת :

Si uxor proximi prægnans fuerit, & cognitus fuerit fœtus ejus, verba ejus rata ſunt; at ſi fœminam pepererit, deſponſa habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

דבריו קיימין *Verba ejus rata ſunt*, a Moſe Maimonide notatum eſt, quod illi non licet coire cum deſponſa ſua, niſi uſque dum ſecundum deſponſationis donum illi dederit, quia nemo acquirere poteſt id quod nondum eſt in mundo. Et præterea dicit verba ſponſi tantum rata eſſe ad aggravandum, nimirum ut illi prohibitum ſit nubere alii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבריו קיימין *Verba ejus rata ſunt*, prout mihi videtur, neceſſe eſt ut illi det donum deſponſationis poſt nativitatem infantis, & ut liceat coire cum illa; nam fundamentum nobis eſt quod nemo efficere poteſt ut proximus ejus quicquam acquirat ope ejus quod nondum venit in mundum. Dicimus itaque quod verba ejus rata ſunt, ad graviorem conditionem confirmandam, nempe ut illa ſit inſtar uxoris maritatæ.

ו האומר לאשה הרי את מקודשת לי על מנת שאדבר עליך לשלטון ואעשה עמך כפועל דבר עליה לשלטון ועשה עמה כפועל מקודשת ואם לאו אינה מקודשת על מנת שירצה אבא רצה האב מקודשת ואם לאו אינה מקודשת מת האב הרי זו מקודשת מת הבן מלמדין האב לומר שאינו רוצה:

6. Si quis dixerit fœminæ, *tu mihi deſponſa eris ſub conditione ut loquar de te cum præfecto, & operabor tecum ut operarius*, ſi cum præfecto locutus fuerit, & operatus fuerit cum illa ut operarius, eſt deſponſa; ſin minus, non eſt deſponſa. (Si dixerit,) *ſub conditione ſi annueris pater meus*, & pater annuerit, eſt deſponſa; ſin minus, non eſt deſponſa. Si mortuus fuerit pater, deſponſa eſt; ſi filius mortuus fuerit, perſuadent patri, ut dicat quod renuit.

R. OB. DE BARTENORA.

ואעשה עמך כפועל *Et operabor tecum, ut operarius*, in opere diei unius; at non poteſt deſpondere fœminæ mercede operis ſui, nam, quandoquidem nobis fundamentum eſt quod ab initio uſque ad finem eſt merces, eveniet, ut, quando abſolverit opus ſuum, merces ſit debitum quod fœminæ debet; at ſi quis ope debiti deſponderit, non eſt deſponſa.

על מנת שירצה אבא *Ea conditione ſi annuerit pater meus*, In Gemara exponunt ſenſum eſſe ac ſi dixiſſet, quando non impediverit meus pater, hoc ſi dixerit, & ſimul limitaverit tempus triginta dierum, & illi triginta dies tranſierint ut pater non impediverit, deſponſa eſt. Verum ſi impediverit intra triginta dies, non eſt deſponſa; ſi pater obierit intra triginta dies, eſt deſponſa, quia nemo eſt qui impediet conjugium; ſi filius obierit intra triginta dies, perſuadent patri ut impediat, ne nubat leviro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואעשה עמך כפועל *Et operabor tecum, ut operarius*, ſub conditione ut fœminæ det obolum, nam ſi illi ope mercedis ſuæ tantum deſponſaſſet, non eſt deſponſata, quia ille totam mercedis ſuæ partem acquirit cum tota portione operis ſui. Cum autem opus ejus abſolutum fuerit, tum illa debet ipſi mercedem operis ſui; at ſi quis deſpouſaverit fœminæ ope debiti, non eſt deſponſata.

על מנת שירצה אבא *Ea conditione ſi annuerit pater meus*, id eſt, ſi non impediat, propterea ſi mortuus fuerit pater, deſponſata eſt. Verum ſi dixerit, *ea conditione ſi non impediat pater meus ab hoc tempore uſque ad triginta dies*, tum eum impedire poteſt per illos triginta dies, & deſponſationes fiunt irritæ. Ideoque, ſi obierit filius intra triginta dies, perſuadent patri ut dicat quod nolit, ne leviro nubat.

ז קדשתי את בתי ואיני יודע למי קידשתיה ובא אחד ואמר אני קידשתיה נאמן זה אמר אני קידשתיה וזה אמר אני קדשתיה שניהם נותנים גט ואם רצו אחד נותן גט ואחד כונס :

7. (Si quis dixerit,) *deſpondi filiam meam*, & neſciverit cui deſpondit; acceſſerit autem nonnemo, dixeritque, *ego deſpondi illi*, fide dignus eſt. Si unus dixerit, *ego deſpondi illi*, & alter dixerit, *ego deſpondi illi*, ambo debent illi libellum repudii dare; &, ſi velint, unus illi repudii libellum dare poteſt, & alter eam ducere.

R. OB. DE BARTENORA. נאמן *Fide dignus*, quatenus ipſi licet eam ducere, ne coram patre diceret obfirmato animo, *ego deſpondi illi*, niſi verum eſſet, timens ne pater, cum ita res non eſſet, contradiceret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Per נאמן *fide dignum*, intelligit eum cui licet ducere eam.

ח קדשתי את בתי קדשתיה וגרשתיה כשהיא קטנה והרי היא קטנה נאמן קדשתיה וגרשתיה כשהיא קטנה והרי היא גדולה אינו נאמן נשבית ופדיתיה בין שהיא קטנה בין שהיא גדולה אינו נאמן מי שאמר בשעת מיתתו יש לי בנים נאמן יש לי אחים אינו נאמן המקדש את בתו סתם אין הבוגרת בכלל :

8. (Si quis dixerit,) *deſpondi filiam meam, deſpondi & repudiavi eam minorennem*, & minorennis fuerit, fide dignus eſt. (Si dixerit,) *deſpondi & repudiavi eam minorennem*, at illa fuerit adulta, non eſt fide dignus. (Si dixerit,) *captiva fuit, & redemi eam*, ſive ea minorennis ſit, ſive adulta, non eſt fide dignus. Si quis dixerit, in agone mortis, *mihi ſunt filii*, eſt fide dignus; ſi dixerit, *ſunt mihi fratres*, non eſt fide dignus. Si quis ſimpliciter deſponderit, pubeſcens non obligatur ad ſponſalia.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

וגרשתיה *Et repudiavi eam*, recepi ejus libellum repudii. והרי היא קטנה *& ecce illà minorennis*, poſtquam hoc de illa dixiſſet. נאמן *fide dignus eſt*, de filia ſua minorenni, uti ſcriptum eſt Deut. 22, 16. את בתי נתתי לאיש הזה per vocem לאיש pater eam omnibus prohibuit, quia non conſtat cui deſpondit, at per vocem הזה denuo eam huic permiſit.

נשבית ופדיתיה אינו נאמן *Captiva abducta eſt, & redemi eam, non eſt fide dignus*, ut eam ad ſacerdotium reddat ineptam, quia Scriptura patrem tantum fide dignum fecit de conjugio, non de captiva.

יש לי בנים *Sunt mihi filii*, & uxor mea hac de cauſa non tenetur nubere leviro. יש לי אחים *ſunt mihi fratres*, & uxor mea leviro nubere tenetur, at huc uſque verſabatur in ſuſpicione quod non teneatur leviro nubere.

אין בוגרת בכלל *Pubeſcens non intrat regulam ſponſalitiam*, quia in poteſtate patris non eſt ut eam deſpondeat, & quamvis pubeſcens eum fecerit legatum ad recipiendum deſponſationes, dicimus tamen quod homo non intermittet præceptum quod incumbit illi, & faciet præceptum quod ipſi non incumbit; ſed minorennes, & pubeſcentes omnes opus habent libello repudii ex dubio, eo quod neſcimus utram deſponderit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fide dignus eſt pater, ſi dixerit quod filia ejus repudiata eſt, & ad ſacerdotium illegitima eſt, quando illa fuerit נערה *puella*, quia Lex patrem facit fide dignum de filia iſtius ætatis, ut filiam ſuam licitam & illicitam reddere poſſit. Cæterum dixerunt Sapientes, undè probatur ex Lege quod pater fide dignus eſt ut filiam ſuam licitam & illicitam reddere poſſit: nam ita ſcriptum eſt Deut. 22, 16. את בתי נתתי לאיש הזה quod dicit לאיש *viro*, prohibet eam aliis; & quod dicit הזה *huic*, permittit eam. Propterea fide dignus eſt de illa, quod repudiata eſt. Verum ſi illa fuerit adulta, non erit illegitima ad ſacerdotium dicto patris. Similiter, ſi dixerit quod fuit captiva, quo ea ad ſacerdotium redditur illegitima, non eſt fide dignus; nam de conjugio patrem Lex fecit fide dignum, non autem de captiva. Si quis filiam ſuam deſponderit ſimpliciter, & illi multæ fuerint filiæ, omnes prohibitæ ſunt illi qui deſpondet iſti filiæ, & quælibet divortio indiget, pubeſcente excepto, uti Miſna dicit.

ט מי שיש לו שתי כיתי בנות משתי נשים ואמר קדשתי את בתי הגדולה ואיני יודע אם גדולה שבגדולות או גדולה שבקטנות או קטנה שבגדולות שהיא גדולה מן הגדולה שבקטנות כולן אסורות חוץ מן הקטנה שבקטנות דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר כולן מותרות חוץ מן הגדולה שבגדולות קדשתי את בתי הקטנה ואיני יודע אם קטנה שבקטנות או קטנה שבגדולות או גדולה שבקטנות שהיא קטנה מן הקטנה שבגדולות כולן אסורות חוץ מן הגדולה שבגדולות דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר כולן מותרות חוץ מן הקטנה שבקטנות:

9. Si cui duo fuerint greges filiarum e duabus uxoribus, dixeritque, *elocavi filiam meam natu majorem*, & neſciverit an ſit majorum maxima, an vero minorum maxima, an minima majorum, quæ major eſt maxima minorum, tum omnes ſunt prohibitæ, excepta minima minorum, ſunt verba R. Meyri. R. Joſe dicit, omnes prohibitæ ſunt, excepta maxima majorum. (Si dixerit,) *elocavi filiam meam minorem*, & neſciverit, an ſit minima minorum, an vero minima majorum, aut maxima minorum quæ minor eſt minimâ majorum, tum omnes ſunt prohibitæ, excepta maxima majorum, ſunt verba R. Meyri. R. Joſe dicit, omnes excepta minima inter minores.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשתי את בתי וכו׳ *Elocavi filiam meam &c.* neceſſitas poſtulabat ut Miſnæ doctor nos certiores faceret controverſiæ inter R. Meyr & R. Joſe de magna & de parva, nam ſi doctor Miſnicus tantum monuiſſet de magna, dixiſſemus quod in hoc caſu R. Meyr dicebat quod omnes ſunt prohibitæ, excepta minorum minima, nam, quoniam datur minor quam illa, hæc vocaretur ab ipſo magna, quia parentes ſolent filiam ſuam vocare magnam, etſi parvula ſit, quando eſt alia quæ minor eſt hac. Et de parva intelligere potuiſſemus quod R. Joſi concedebat R. Meyr, nam eam quam magnam vocare poterat, non vocaſſet parvam. Et, ſi nos tantum docuiſſet caſum de parva, dixiſſemus quod in hoc R. Joſe contradicebat, ſed in alio caſu intellexiſſemus quod R. Meyro concedebat, propterea neceſſe erat ut doctor Miſnicus de duobus moneret caſibus; deciſio eſt juxta R. Joſen in utroque caſu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos ſecundæ conditionis controverſiam, ne quis putaret quod R. Meyr in prima conditione dicit, quod omnes filiæ ſunt vetitæ excepta minorum minima, quia earum quælibet reſpectu minimarum vocetur magna, quia moris eſt ut parentes dicant de filiabus quod ſunt magnæ, & majorennes. Sed in ſecunda conditione qua pater elocavit filiam minorem, non vocaretur minima, niſi quando non fuerit minor quam hæc; propterea nos docet quod in hac conditione quoque contrariatur R. Meyr; deciſio eſt juxta R. Joſe in duabus conditionibus.

י האומר לאשה קדשתיך והיא אומרת לא קדשתני הוא אסור בקרובותיה והיא מותרת בקרוביו היא אומרת קדשתני והוא אומר לא קדשתיך הוא מותר בקרובותיה והיא אסורה בקרוביו קדשתיך והיא אומרת לא קדשת אלא בתי הוא אסור בקרובות גדולה וגדולה מותרת בקרוביו הוא מותר בקרובות קטנה וקטנה מותרת בקרוביו:

10. Si quis dixerit fœminæ, *deſpondi tibi*, illa vero dixerit, *non deſpondiſti mihi*, tum ille prohibitus propinquis illius, & illa licita eſt propinquis ejus. Si illa dixerit, *tu deſpondiſti mihi*, & illa dixerit, *non deſpondi tibi*, ille eſt licitus propinquis ejus, & illa prohibita eſt propinquis illius. Si ille dixerit, *deſpondi tibi*, & illa dixerit, *non deſpondiſti niſi filiæ meæ*, ille prohibitus eſt propinquis natu majoris, & natu major licita eſt propinquis illius, ille licitus eſt propinquis natu minoris, & natu minor licita eſt propinquis ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר לאשה קדשתי וכו׳ *Si quis dixerit fœminæ, deſponſavi tibi &c.* neceſſe erat ut doctor Miſnicus nos doceret caſum *ego deſpondi tibi*, nec non *tu non deſpondiſti mihi*, nam ſi tantum docuiſſet nos de eo qui fœminæ dixerit, *ego tibi deſpondi*, quod ille prohibitus eſt propinquis ejus, & illa licita propinquis illius, dixiſſemus in hoc caſu jus poſtulare, ut illa non ſit prohibita propinquis illius, quia ille mentitur, quoniam viri non intereſt ſi prohibitus fuerit propinquis fœminæ gratis, adeoque mentietur, diceтque, *ego deſpondi tibi*, etiamſi non deſponſata fuerit. Cæterum ſi illa dixerit, *tu deſpondiſti mihi*, ut prohibita fiat omnibus viris, donec ipſi libellum repudii dederit, dixiſſemus, quod, ſi non fuiſſet verum, non dixiſſet, & quod prohibitus eſſet propinquis fœminæ dicto ipſius, etſi dediſſet illi libellum repudii, propterea nos docet, quod prohibitus eſſet propinquis ejus. והיא אמרה לא קדשת אלא בתי *& illa dixerit, non deſpondiſti niſi filiæ meæ*, nam dicere potuiſſemus, quod, quoniam pater fide dignus eſt de filia ex Lege, etiam mater fide digna eſt de filia ſua ex decreto Sapientum, hac de cauſa nos docet quod non eſt fide digna.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia intelligere quis potuiſſet ac ſi mulier eſſet fide digna de filia ſua, ex decreto Sapientum, eo quod pater fide dignus eſt ex Lege, uti expoſitum eſt, propterea nos Miſnæ doctor monet quod non eſt fide digna.

יא קדשתי את בתך והיא אומרת לא קדשת אלא אותי הוא אסור בקרובות קטנה וקטנה מותרת בקרוביו הוא מותר בקרובות גדולה וגדולה אסורה בקרוביו :

11. (Si dixerit) *deſpondi filiæ tuæ*, at illa dixerit, *non deſpondiſti, præterquam mihi*, ipſe prohibitus eſt propinquis natu minoris, & natu minor prohibita eſt propinquis ejus, & ille licitus eſt propinquis natu majoris, & natu major prohibita eſt propinquis illius.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשתי את בתך וכו׳ *Deſpondi filiæ tuæ &c.* quia caſus adduxit præcedentes, ideo hunc adducit etiam, etiamſi hæc Miſna non eſſet neceſſaria. Cæterum in omnibus illis caſibus in quibus illa dixerit, *tu deſpondiſti mihi*, petunt ab ipſo ut illi det repudii libellum, ut licita ſit aliis; at ſi ſponte dederit repudii libellum, impoſuerunt ipſi ut ſolvat deſponſæ dotem quam promiſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adducit hunc caſum ad abſolvendum controverſias quæ ab aliis moveri poſſent, quamvis non eſſet neceſſarium eum adducere. Quotieſcunque autem illa dixerit, *tu mihi deſpondiſti*, petunt ipſum ut illi det repudii libellum. Verum, ſi ille de ſeipſo dederit, obligant ipſum ut ſolvat ipſi dotem quam promiſit.

יב כל מקום שיש קידושין ואין עבירה הולד הולך אחר הזכר ואיזו זו כהנת לויה וישראלית שנישאו לכהן וללוי וישראל וכל מקום שיש קידושין ויש עבירה הולד הולך אחר הפגום ואיזו זו אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין וכל כי שאין להן עליו קידושין אבל יש לה על אחרים קרושין הולד ממזר ואיזה זה הבא על אחת מכל העריות שבתורה וכל מי שאין לה לא עליו ולא על אחרים קדושין הולד כמותה ואיזה זה ולד שפחה ונכרית :

12. Quocunque in loco obtinent deſponſationes, & non obtinet tranſgreſſio, infans ſequitur virum, quænam hæc eſt? hæc eſt fœmina ſacerdotalis, Levitica, & Iſraëlitica, quæ nupſerit ſacerdoti, Levitæ, & Iſraëlitæ. Quocunque autem in loco obtinent deſponſationes, & tranſgreſſio, infans ſequitur defectu laborantem, quænam hæc eſt? hæc eſt vidua pontifici maximo nupta, repudiata, & quæ poſtquam calceum exuit, ſacerdoti ordinario nupta eſt, ſpuria, & Netinæa Iſraëlitæ nupta, filia Iſraëlitæ ſpurio & Netinæo nupta. Cæterum cuicunque fœminæ non fuerint deſponſationes cum ipſo, ſed cum alio, filius ejus eſt ſpurius; quinam hic eſt? hic eſt is qui coiverit cum ejuſmodi quam ob inceſtum non licet ducere de Lege; cuicunque vero non fuerint deſponſationes cum illo, neque cum alio, infans eſt inſtar ipſius; quinam hic eſt? hic eſt infans e ſerva, & e peregrina.

R. OB. DE BARTENORA.

כל מקום שיש קדושים ואין עבירה *Quocunque in loco obtinet deſponſatio, & non obtinet tranſgreſſio*, quando deſponſatio quidem obtinet, ſed non peccatum in cauſa conjugii. Sed hæc regula generalis non abſolute ſe ita habet, nam, ſi peregrinus duxerit ſpuriam, obtinet deſponſatio, ſed non obtinet tranſgreſſio, quia congregatio peregrinorum non vocatur קהל *congregatio*, nihilominus tamen natus non ſequitur *virum*, ſive patrem, eo quod filius eſt ſpurius, ſive ſpuriam duxit peregrinus, ſive ſpurius duxit peregrinam.

וכל מי שאין לה עליו קרושין הולד ממזר *Cujuſcunque fœminæ cui non eſt deſponſatio facta ab illo, ejus natus eſt ſpurius*, in Gemara ad Jebhamimot hoc probatur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 23, 1. לא יקח איש את אשת אביו & ſtatim ſequitur לא יבא ממזר בקהל יהוה Quæ intelligi volunt de fratria patris ipſi matrimonio jungenda, quæ eſt uxor fra-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi quod, ſi vidua coitum paſſa fuerit a pontifice maximo, & repudiata, & diſcalceata a ſacerdote ordinario, infans inde prognatus eſt ſpurius. Et de his non dicimus, הולד הולך אחר הפגום *infans ſequitur defectu laborantem*, niſi quod prohibitæ ſunt ex præcepto negativo, infans autem ejus defectu laborat, ideo comprehenderunt eos ſub illis qui prohibiti ſunt ex præcepto negativo, de quibus dici poteſt, *infans ſequitur defectu laborantem*, quia Iſraëlita ſi duxerit ſpuriam, aut ſpurius ſi duxerit fœminam Iſraëliticam, ejus infans eſt ſpurius. Idem obtinet in Natinæo & Natinæa. Et quamvis hæ regulæ generales ſint veriſſimæ, & conformes, nihilominus in prima regula continetur conjugium aliquod ſpeciale; nimirum, ſi peregrinus duxerit ſpuriam, obtinet deſponſatio, & non obtinet tranſgreſſio, quia peregrinus ducere poteſt ſpuriam juxta deciſio-

nem

fratris patris ſui, quæ ipſi prohibita eſt ſub pœna exciſionis.

הבא על אחת מכל העריות שבתורה *Qui coiverit cum una quæ propter inceſtum prohibita eſt in Lege*, quales ſunt illæ fœminæ quæ ſub pœna excidii vetitæ ſunt.

ואיזה זה ולד שפחה ונכרית *At quinam hic eſt? hic eſt natus e ſerva, & peregrina*, uti ſcriptum eſt de ſerva Exod. 21, 4. האשה וילדיה תהיה לאדוניה Ergo infans ſequitur matrem. Et quandoquidem non dicitur, nam illa removebit filium tuum, quia ille removebit filium ſuum, hoc ſenſu intelligendum eſt, filiam tuam non elocabis filio ejus, quia maritus filiæ tuæ removebit a Deo filium tuum quem filia pariet; ſed non referendum eſt ad id quod dixit, *filiam ejus non ſumes pro filio tuo*, nam natus e fœmina gentili, non vocatur *filius tuus*, ſed filius ejus.

nem juris, nam congregatio peregrinorum non vocatur קהל *congregatio*, ſed filius eſt ſpurius. Sic etiam ſe res habet cum ſpurio qui duxerit peregrinam, ut in hoc conjugio tantum infans ſequatur defectu laborantem, etiamſi ſit ſine peccato. Præterea neceſſe eſt ut ſcias, quod, ſi Ægyptius in ſecunda generatione duxerit Ægyptiam in ſecunda generatione, filius eſt tertia generatio, eo quod conjugium eſt ſine peccato, & filius ſequitur virum, ſive patrem. Sic etiam, ſi Idumæus primæ generationis duxerit Idumæam ſecundæ generationis, filius indè prognatus eſt tertia generatio. De ſerva ſcriptum eſt Exod. 21, 4 האשה וילדיה nati illius ergo ſunt inſtar ejus. Et de gentili fœmina ſcriptum eſt Deut. 7, 4. כי יסיר את בנך מאחרי ergo filius tuus qui fuerit gentilis filius, vocatur בנך *filius tuus*, at non vocatur *filius tuus* qui eſt tuus filius e gentili fœmina, ſed filius ejus.

יג רבי טרפון אומר יכולין ממזרים ליטהר כיצד ממזר שנשא שפחה הולד עבד שחררו נמצא הבן בן חורין רבי אליעזר אומר הרי זה עבד ממזר:

13 R. Tarphon dicit, ſpurii poſſunt purificari; quo modo? ſi ſpurius duxerit ſervam, filius ſervus eſt, & ſi libertate donatus fuerit, etiam filius libertate donatus eſt. R. Elieſer dicit, ecce hic infans eſt ſervus qui eſt ſpurius.

R. OB. DE BARTENORA.

ממזר שנשא שפחה *Spurius qui duxerit ſervam*, etiam de induſtria ſpurius ducere poteſt ſervam ad purificandum filios ſuos; deciſio eſt juxta R. Tarphon. Et R. Tarphon concedit, quod filius ſervi qui duxit ſpuriam, eſt ſpurius, quia ſervo non eſt familia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non contradicit R. Tarphon quod ad ſervum qui duxit ſpuriam, quod filius inde prognatus ſit ſpurius, quia ſervis non eſt genus; & perinde eſt an ſit ſerva ejus, an ſerva alterius. R. Tarphon permittit hoc de induſtria; deciſio eſt juxta R. Tarphon.

פרק ד עשרה יוחסין עלו מבבל כהני לויי ישראלי חללי גירי וחרורי ממזרי נתיני שתוקי ואסופי כהני לויי וישראלי מותרים לבא זה בזה לויי ישראלי חללי גירי וחרורי מותרין לבא זה בזה גירי וחרורי ממזרי ונתיני שתוקי ואסופי כולם מותרין לבא זה בזה:

Caput 4. Decem familiæ aſcenderunt Babylone, ſacerdotes, Levitæ, Iſraëlitæ, profanati, peregrini, liberti, ſpurii, Netynæi, nati ex incerto patre, collectitii. Sacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ inter ſe conjugia inire poſſunt. Et Levitæ, Iſraëlitæ, profanati, & peregrini inter ſe conjugia inire poſſunt. Peregrini, liberti, ſpurii, Netynæi, ex incerto patre nati, & collectitii, omnes inter ſe conjugia inire poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרה יוחסין עלו מבבל *Decem familiæ aſcenderunt Babylone*, nam Ezra ſeparaverat omnes illegitimos, & vitiis affectos Babylone, eoſque ſecum adduxit, ne miſcerentur cum familiis probatæ originis, quandoquidem illic non erat ſenatus Judaicus.

חללים *Profanati*, ſunt ſacerdotes prognati e matribus ad ſacerdotium illegitimis, ut, ex vidua pontifici maximo nupta, repudiata, profanata, & ea quæ illegitimum matrimonium inierit cum ſacerdote ordinario.

משוחררים *Liberti*, ſunt ſervi libertate donati. נתינים *Netynæi*, ſunt Gibeonitæ qui circumciſi ſunt tempore Joſuæ, & quibus prohibitum erat intrare congregationem Iſraëlis. כלם מותרים לבא זה בזה *Omnes poſſunt inter ſe inire conjugium*, quia congregatio peregrinorum non vocatur קהל *congregatio*, at ſpuriis non eſt prohibitum intrare congregationem peregrinorum. Sed Levitæ & Iſraëlitæ filia nequit nubere ſpurio. שתוקים ואסופים ſunt ejuſmodi de quibus dubium eſt an ſint ſpurii, & licitum eſt ipſis miſcere ſe cum iis qui ſine dubio ſpurii ſunt, nam cum eo qui ſine dubio ad congregationem pertinet, conjugium inire nequit, ſed cum eo de quo dubium eſt an ad congregationem pertineat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando Ezra Babylone aſcendit Jeruſolymam, non reliquit ullum qui illegitimus factus fuerat, præterquam ſacerdotes, Levitas, & Iſraëlitas e nota familia. Sic etiam dixerunt Sapientes noſtri, non aſcendit Ezra Babylone niſi donec eam feciſſet inſtar ſimilæ puræ. Adduxit autem ſecum has decem familias, quia timebat de mixtura earum, cum illic non habebatur ſynedrium magnum quod huic rei operam dabat; propterea eos Jeruſolymam adduxit, ubi erat ſynedrium magnum quod mixturam illam diſtinguere poſſet. *Netynæi*, ſunt Gibeonitæ qui tempore Joſuæ ſunt proſelyti facti, uti ſcriptum eſt Joſ. 9, 27. ויתנם יהושע חוטבי עצים ושואבי מים

ב ואלו הם שתוקי כל שהוא מכיר את אמו ואינו מכיר את אביו אסופי כל שנאסף מן השוק ואינו מכיר לא אביו ולא אמו אבא שאול היה קורא לשתוקי ברוקי:

2. Et hi ſunt שתוקי, quicunque cognoverit matrem ſuam, at non cognoverit patrem ſuum. אסופי notat quemcunque qui e trivio collectus eſt, & non cognoſcit patrem neque matrem ſuam. Aba Schaul שתוקי vocabat ברוקי.

R. OB. DE BARTENORA.

שתוקי כל שהוא מכיר את אמו ואינו מכיר את אביו *Schetuki eſt quicunque cognoſcit matrem ſuam, ſed non patrem*, qui patrem ſuum vocat, ſed mater ei ſilentium imponit. ברוקי Be-

R MOSCHE FIL. MAIMON.

אבא שאול היה קורא לשתוקי ברוקי *Aba Schaul vocabat Schetuki Beduki*, in Gemara dicunt quod ברוקי eſt is de cujus matre inquirunt an illa dixerit, quod coitum paſſa eſt

Beduki eſt is de cujus matre inquirunt, an illa dixerit, quod coivit cum viro legitimo, tum natus ejus legitimus eſt; deciſio eſt juxta Aba Schaul.

eſt a viro legitimo, & tum filius ejus eſt legitimus, quemadmodum expoſuimus in principio tractatus Cetubhot; deciſio eſt juxta Aba Schaul.

ג כל האסורים לבא בקהל מותרים לבא זה בזה רבי יהודה אוסר רבי אליעזר אומר ודאן בודאן מותר ודאן בספיקן וספיקן בספיקן אסור ואילו הן הספקות שתוקי אסופי וכותי :

3. Quibuſcunque illicitum eſt introire congregationem, iis licitum eſt inter ſe conjugia inire. R. Jehuda vetat. R. Elieſer dicit, ex certa origine nati inter ſe conjugia inire poſſunt; ſed ex incerta origine prognati cum iis qui ex certa origine prognati ſunt, & vice verſa, nec non ii qui ex incerta origine prognati ſunt, cum iis qui incerta origine prognati ſunt, conjugia inire non poſſunt. Cæterum ex incerta origine prognati hi ſunt; Schetuki, Aſuphi, & Cuthæus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האסורים לבא בקהל *Quibuſcunque illicitum eſt introire congregationem*, etſi in principio dixerit, *omnes licite poſſunt inter ſe inire conjugia*, hic tamen nos docet quod peregrinus, Ammonita, & Moabita, ſpurius, ex incerta matre natus, & collectitius inter ſe connubia poſſunt inire.

רבי יהודה אוסר *R. Jebuda vetat*, in Gemara exponunt hunc eſſe ſenſum, etiam juxta R. Jehudam qui prohibet peregrino ut ducat ſpuriam, hoc intelligendum eſt de peregrino gentilium, nam licet ei intrare congregationem qui non poteſt ducere ſpuriam, juxta R. Jehudam, qui putat, quod congregatio peregrinorum vocatur *congregatio*, ſed de peregrino, Ammonita, & Moabita, quibus licitum eſt intrare congregationem, concedit R. Jehuda quod licet ducere ſpuriam.

ודאן בודאן מותר *E certa origine prognati inter ſe conjugia inire poſſunt*, quales ſunt ſpurii & Netinæi; ודאן בספיקן *ex certa origine nati cum natis ex incerta origine*, quales ſunt ſpurii & Netynæi, qui conjugia inierunt cum natis ex incerta matre, & collectitiis. וספיקן בספיקן *& nati ex incerta origine cum natis ex incerta origine*, Schetuki cum Schetuki, & collectitius cum collectitio; at Schetuki cum collectitio conjugium contrahere non licet, etiamſi uterque ex origine dubia, quia unus forſan legitimus eſt, alter autem illegitimus. Deciſio eſt juxta R. Elieſer, Cuthæi etiam dubiæ originis habentur, quia non intelligunt Legem de divortiis & ſponſalibus; at præſenti noſtro tempore habiti ſunt gentiles in omnibus cauſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quibus prohibitum eſt intrare congregationem, hujuſmodi ſunt, Ammonita, & Moabita, ſpurius, ex incerta matre natus, collectitius, & Cuthæus eo tempore quo non habebantur idololatræ; ſed hodierno tempore omnino habendi ſunt gentiles.

רבי יהודה אוסר *R. Jebuda vetat*, ſenſus eſt, etiam juxta R. Jehudam qui prohibet peregrino cum ſpurio conjugium inire, permiſſum eſt ut peregrinus Ammonita conjugium ineat cum ſpuria quia finis intentionis R. Jehudæ, hic eſt, quod congregatio peregrinorum vocatur קהל *congregatio*, & quod peregrino prohibitum eſt ducere ſpuriam; ſed hæc non dixit, præterquam ſi hic peregrinus aptus fuerit ad intrandum congregationem, at ſi ineptus fuerit ad intrandum, tum ipſi licitum eſt ſpuriam ducere; jus ſe habet juxta R. Elieſer. Sed deciſio juris eſt, quod congregatio peregrinorum non vocatur *congregatio*, & quod peregrinus ducere poteſt ſacerdotalem, nec non ſpuriam.

ד הנושא אשה כהנת צריך לבדוק אחריה ארבע אמהות שהן שמונה אמה ואם אמה ואם אבי אמה ואמה ואם אביה ואמה ואם אבי אביה ואמה לויה וישראלית מוסיפין עליהן עוד אחת :

4. Si quis duxerit uxorem ſacerdotalem, neceſſe eſt ut inquirat de quatuor matribus, quæ ſunt octo; mater ipſius, mater matris ejus, mater patris matris ejus, & mater illius, & mater patris ejus, & mater ipſius, mater patris patris ejus, & mater ipſius. (Si duxerit) Leviticam aut Iſraëlitidem, unam præterea augent.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע אמהות *Quatuor matres*, duæ a parte patris, & duæ a parte matris. שהן שמונה *quæ ſunt octo*, quatuor a parte patris, & quatuor a patre matris, & hæ ſunt illæ octo, mater ejus &c. (uti in Miſna memorantur.) Inquirunt autem de illis eum in finem ne ex illis reperiantur quæ illegitimæ ſunt. Cæterum ſi illa fuerit e Levitis, aut Iſraëlitis, ac ſacerdos eam ducere voluerit, unam addendo rem altius repetunt, unam ſcilicet matrem cuilibet pari, quæ eſt mater ejus, & mater matris ejus, & ſic de cæteris. Ratio autem, quare inquiſiverunt de matribus, & non de patribus inquiſiverunt, ut non habeatur vitium in patre ejus, aut in patre patris ejus, eſt, quia, cum viri in cauſa contentionis ignominia afficiunt, etiam ignominia afficiuntur in familiis, propterea, ſi vitium aliquod inveniretur in patribus ejus, hoc notum fuiſſet; ſed mulieres non afficiunt ignominia familias vitiis, præterquam adulterio, ideoque non conſtat aliis, ſi earum cauſa ſit aliquod in familia vitium. Et dicitur quod hæc inquiſitio tantum neceſſaria eſt in ejusmodi familia de qua lis orta eſt, ſed in familia in qua nulla habetur ſuſpecta, non eſt neceſſaria inquiſitio, quia omnes familiæ illæ reputantur legitimæ. Tenetur autem vir tantum inquirere quando uxorem ducere voluerit e familia de qua ſuſpicio eſt; & ſacerdotalis fœmina etiam non in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם אבי אמה ואמה *Mater patris matris ejus, & mater ejus*, quando dicit ואמה *& mater ejus*, intelligit matrem matris patris matris ejus. Similiter, quando dicit אם אבי אביה ואמה *mater patris patris ejus, & mater ejus*, intelligit matrem matris patris patris ejus. Cæterum hoc tibi figura quadam conſpiciendum dabo ad majorem rei illuſtrationem, & depingam ſignum aliquod cujuſlibet illarum octo fœminarum quæ in Miſna recenſentur; quando autem hanc figuram examinaveris, comperies quod quatuor ſunt fœminæ, a parte patris, & quatuor a parte matris. Porro hæ octo fœminæ habentur quatuor generationes, quia numerus pertingit usque ad matrem matris patris matris ejus, hæc autem ſunt quatuor generationes.

אם אם אבי אמה	אם אם אבי אביה
אם אבי אמה	אם אבי אביה
אם אמה	אם אם אביה
אמה	אם אביה
אשה	

Mater matris patris matris ejus,	*Mater matris patris patris illius,*
mater patris matris ejus,	*mater patris patris illius,*
mater matris ejus,	*mater matris patris illius.*
mater ejus.	*mater patris illius.*
mulier.	

Inquirere de viro, quando nubere voluerit, nam mulieribus legitimis non mandatum eſt ut cum vitio affectis non ineant connubia, ſed ſacerdotali licitum eſt fœminæ de induſtria nubere peregrino, & profanato; quanto magis Levitæ & Iſraëlitæ.

Ratio autem, quare inquirendum eſt de origine fœminarum, & non de origine virorum, eſt, quia, cum viri dehoneſtantur, familia inde opprobrio afficitur, quum res innotuerit aliis. Mulieres autem honore privantur quando de illis exoritur contentio de adulterio, idcirco, ſi vitium aliquod inventum fuerit in muliere, non innoteſceret, & propterea de mulieribus inquirunt. Cæterum inquiſitio in familia Levitæ & Iſraëlitæ augeri debet ad unam, quia major in illis eſt mixtura. Hujuſmodi vero inquiſitio neceſſaria eſt in familia ubi eſt ſuſpicio quod illegitima & inepta eſt; ſed in familia ubi non datur ejuſmodi ſuſpicio, inquiſitio haud neceſſaria eſt, quia hypotheſis nobis eſt, quod omnes familiæ reputantur legitimæ. Ratio autem, quare vir prius inquiret & deindè ducet uxorem e familia ſuſpicioſa, & non inquiret mulier, eſt, quia hypotheſis nobis eſt, quod mulieribus legitimis non mandatum eſt, ut non nubant cum illegitimis. Verum ſacerdotali fœminæ licitum eſt nubere peregrino & profanato, quanto magis Levitæ & Iſraëlitæ filiæ.

ה אין בודקין לא מן המזבח ולמעלה ולא מן הדוכן ולמעלה ולא מן סנהדרין ולמעלה וכל שהוחזקו אבותיו משוטרי הרבים וגבאי צדקה משיאין לכהונה ואין צריך לבדוק אחריהן רבי יוסי אומר אף מי שהיה חתום עד בערכי הישנה של צפורי רבי חנינה בן אנטיגנוס אומר אף מי שהיה מוכתב באסטרטיא של מלך :

5. Non inquirebant de altari ſurſum, neque de ſuggeſtu ſurſum, neque de Synedrio ſurſum, & quarumcunque patres habiti fuerint e judicibus publicis, & exactores eleemoſynarum, nubere poſſunt viro ſacerdotali ſine inquiſitione. R. Joſe dicit, etiam is qui confirmatus erat teſte in ſenatu (urbis) Jeſchanæ juxta Zippori. R. Chanina filius Antigoni dicit, etiam is qui conſcriptus erat in militia regis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בודקין לא מן המזבח ולמעלה *Non inquirunt, neque de altari & ſurſum*, ſi inceperit inquirere de matribus, & compertus fuerit quod pater patris ejus miniſtravit ſuper altari, non requiritur ut inquirat de matre patris patris ejus, nam, quoniam filius ejus miniſtrabat ſuper altari, certum eſt quod erat e familia legitima.

ולא מן הדוכן ולמעלה *Neque de ſuggeſtu & ſurſum*, ſi pater cantaverat ſuper ſuggeſtu, ſine dubio legitimus erat, ut non opus eſſet inquiſitione de perſona ejus.

ולא מן הסנהדרין ולמעלה *Neque de Synedrio, & ſurſum*, hoc intelligendum eſt de ſynedrio Jeruſolymitano, & de judicibus qui modo judicabant de bonis, nam Jeruſolymis nemo eligebatur judex, niſi qui eſſet ſacerdos, Levita, aut Iſraëlita e familia legitima, uti ſcriptum eſt Num. 11, 6. והתיצבו שם עמך ſint ergo ejuſmodi oportet qui tibi ſunt pares in generatione, & in ſcientia.

וגבאי צדקה *Collectores eleemoſynarum*, quia illi contendere ſolent cum aliis hominibus, & pignora capere pro eleemoſynis, etiam veſpera Sabbati, ideoque conſtaret de iſtis, ſi vitio aliquo affecti fuiſſent.

בערכי הישנה של צפורי *In Senatu Jeſchanæ Zippori*, puta in ſenatu qui eſt in urbe quæ vocatur Jeſchana, circa Zippori; ערכי ſunt ſenatores qui ordinabant familias.

שהיה מוכתב באסטרטיא של מלך *Qui conſcriptus erat in exercitu regis*, per vices cujuſlibet menſis ad militiam ſequendam ſub regibus e ſtirpe Davidis, talis familia per talem menſem; at non ſequebantur militiam niſi ejuſmodi familiæ quæ notæ & legitimæ erant, & quas merita & patrum res geſtæ illuſtriores reddiderant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In fine tractatus Middot exponitur quod Synedrium magnum inquirebat de omnibus ſacerdotibus, & quicunque ſacerdos qui legitimus erat, miniſtrabat, & ſeparabant eum in quo aliquod inveniebatur vitium. Sic etiam de Levitis qui in ſuggeſtu cantabant Pſalmos, inquirebant, & deinceps ipſis concedebatur venia cantandi in ſuggeſtu; pari modo de membris ſynedrii quod conſtabat tantum ex ſacerdotibus, Levitis, & Iſraëlitis ex familiis benè notis, quod exponemus in tractatu Sanhedrin, eo quod ſcriptum eſt de illis Num. 11, 16. והתיצבו שם עמך id eſt ejuſmodi qui tibi ſimiles ſunt in ſcientia, veritate, & familia.

שוטרי הרבים *Judices publici*, ſunt judices Jeruſolymitani, nam non reputabantur judices niſi ejuſmodi qui e familiis bene notis prognati erant, etiam in cauſis de bonis aſſignandis.

גבאי צדקה *Exactores eleemoſynarum*, quia illis continuæ rixæ eſſe ſolent cum aliis hominibus quod ad dona pauperum per illos exigenda, exigentibus ab illis pignus quando dona detractant, etiam veſperi diei Sabbati; quapropter ſi macula aliqua aſperſi fuiſſent, diffamaſſent eos, ut res omnibus palam fieret. Cæterum in ſenatu qui erat Jeſchanæ prope Zippori nemo teſtabatur niſi is qui oriundus erat e familia bene nota.

אסטרטיא של מלך *Exercitus regis*, puta catalogum cui inſcripta erant nomina eorum qui militiam regis e familia Davidis oriundi ſequebantur, nam non ſolebant ad militiam colligere niſi ejuſmodi qui e familia nota oriundi erant, & quorum patres familiam rebus geſtis illuſtraverant.

ו בת חלל זכר פסולה מן הכהונה לעולם ישראל שנשא חללה בתו כשרה לכהונה חלל שנשא בת ישראל בתו פסולה לכהונה רבי יהודה אומר בת גר זכר כבת חלל זכר :

6. Si filia nata fuerit e viro profanato, illegitima eſt ad ſacerdotium in perpetuum. Si Iſraëlita duxerit profanatam, filia ejus legitima eſt ad ſacerdotium. Si profanatus duxerit filiam Iſraëlitæ, filia ejus illegitima eſt ad ſacerdotium. R. Jehuda dicit, filia peregrini viri, habetur ut filia viri profanati.

R. OB. DE BARTENORA.

בת חלל זכר פסולה מן הכהונה לעולם *Filia e viro profanato illegitima eſt ad ſacerdotium in perpetuum*, filia filii ejus, & filia filii filii ejus, uſque ad totius generationis finem. Cæterum filia filiæ ejus ex Iſraëlita, legitima eſt ad ſacerdotium, quia filia ipſius profanatæ ex Iſraëlita, legitima eſt ad ſacerdotium.

בת גר זכר *Filia viri peregrini*, etſi nata ſit e matre Iſraë-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſitas poſtulat ut exponamus caſum de profanata, & profanata, & deinceps de ipſa Miſna. Nimirum, ſi ordinarius ſacerdos coiverit cum meretrice, aut repudiata, & ſi pontifex maximus coiverit cum vidua, repudiata, aut meretrice, profanavit eas, ſive fuerit coitus deſponſationis, ſive fornicationis, ſive nolens, ſive volens, ſive de induſtria, ſive ex errore. Et quamvis unam ex hiſce prohibitus duxerit

Iſraëlita, eſt tamen legitima ad ſacerdotium, ut filia viri profanati.

xerit uxorem, eamque repudiaverit, illa ſemper erit profanata, ſi ſacerdos cum illa coiverit. Quicunque autem filius, quem ſacerdos ex his prohibitis fœminis procreaverit, profanatus eſt, ſive ſit maſculus, ſive fœmina. Sic etiam quicunque filii, quos ſacerdos procreaverit e profanata quam in matrimonium duxerit, aut adulterio cognoverit, profanati ſunt. Hæc autem meretrix quæ interdicta eſt ſacerdoti, & quæ ſi coiverit cum ea, profanata eſt ab illo, & cujus ſemen quod indè provenerit, profanatum eſt, eſt peregrina, liberta, & ea quacum coitum fornicationis commiſerit, quemadmodum dictum capite ſexto tractatus Jebhammot. *Coitus fornicationis*, hic eſt ſi coiverit cum fœmina quæ ipſi propter inceſtum prohibita eſt, aut, ſi coiverit cum ea peregrinus, Ammonita, Moabita, Ægyptius, Edomæus, Cuthæus, aut Netinæus, profanatus, ſpurius, gentilis, & ſervus, ſive nolens, ſive volens, ſive ex errore, ſive de induſtria, aut ope conjugii quacum conjugium contrahere poſſet, fit meretrix, & illegitima ad ſacerdotium; at ſi deinceps cum ea coiverit ſacerdos, profanatur. Neque differentia eſt inter mulierem quæ mediante hoc coitu meretrix facta eſt, ſive ſit ſacerdotalis, ſive Levitica, ſive Iſraëlitis, quamvis coitus profanatæ non ſit coitus fornicationis, quia nobis fundamentum eſt quod de mulieribus legitimis non præceptum eſt ut non nuberent illegitimis, neque ſacerdotali fœminæ vetitum eſt conjugium viri profanati, nihilominus tamen redditur illegitima ad ſacerdotium, & ſic numeratur inter illegitimas. Cæterum ratio, quare illa redditur illegitima juxta meam ſententiam, eſt, quia liberi ex illa prognati ſunt profanati, uti hac Miſna expoſitum eſt, nimirum, ſi profanatus filiam Iſraëlitæ duxerit uxorem, & ex illa procreaverit filium, & hic filius quoque filiam Iſraëlitæ duxerit uxorem, & ex illa filium procreaverit, ac ſecundus hic filius Iſraëlitæ filiam duxerit uxorem, & procreavit ex illa filiam, tum hæc filia prohibita eſt ad ſacerdotium, etſi hoc continuaverit ad mille generationes; & hoc eſt quod Miſna vult, quando dicit לעולם *in perpetuum*. Nititur autem hæc Miſna eo quod diximus fundamento, nimirum, *quocunque in loco obtinet deſponſatio, at non obtinet tranſgreſſio, filius ſequitur naturam viri*, ſive patris. Ego vero maxime miratus ſum quomodo profanatus illegitimam reddere poſſit virginem ſacerdotalem, aut Leviticam, & Iſraëlitidem, uti dixerunt, *quando coiverit cum illa, fecit eam meretricem*, quia hoc contrarium illi fundamento, quod diximus, quod *mulieribus legitimis non interdictum eſt nubere illegitimis?* & ſi reſponderis, quod mediante illo coitu eam profanatam fecit, hoc non erit verum; quia nobis fundamentum eſt, quod non datur profanata niſi quod ad illos qui prohibiti ſunt a ſacerdotio, at ſacerdotalis virgo non prohibita eſt viro profanato. Et, ſi præterea reſponderis, ſi vir coiverit cum ea non in nomine conjugii, tantum reddidit eam illegitimam, eo quod ille eſt profanatus, hoc quoque non erit verum. Nam Sapientes dixerunt de viro profanato, ejuſque ſequacibus, quicunque filiam ejus non ducit uxorem, non poteſt viduam ejus ducere uxorem, & hoc quoque argumentum eſt quod per conjugium quoque eam reddit illegitimam; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ז רבי אליעזר בן יעקב אומר ישראל שנשא גיורת בתו כשרה לכהונה וגר שנשא בת ישראל בתו כשרה לכהונה אבל גר שנשא גיורת בתו פסולה לכהונה אחד גר ואחד עבדים משוחררים אפילו עד עשרה דורות עד שתהא אמו מישראל רבי יוסי אומר אף גר שנשא גיורת בתו כשרה לכהונה:

7. R. Elieſer filius Jacobi dicit, ſi Iſraëlita duxerit uxorem peregrinam, filia ejus legitima eſt ad ſacerdotium. Si peregrinus duxerit uxorem Iſraëlitidem, filia ejus legitima eſt ad ſacerdotium. Cæterum, ſi peregrinus duxerit uxorem peregrinam, filia ejus illegitima eſt ad ſacerdotium, tam peregrini, quam ſervi libertate donati, etiam ad decem uſque generationes, donec mater ejus fuerit ex Iſraëlita. R. Joſe dicit, etiam peregrinus ſi quis uxorem duxerit peregrinam, filia ejus legitima eſt ad ſacerdotium.

R. OB. DE BARTENORA.

R. Elieſer filius Jacobi dicit &c. in Gemara deciditur, quod eum, qui interrogaret de hoc caſu, docebant ſecundum ſententiam R. Elieſeris filii Jacobi, ne ſacerdos uxorem ducat filiam peregrini & peregrinæ. Verum, ſi duxerit eam, deciſio eſt juxta R. Joſen; & non educunt eam e poteſtate ejus, & ſemen ejus legitimum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris eſt, quod de induſtria non permittitur ſacerdoti ut filiam peregrini ducat uxorem, neque peregrinam, uti dixit R. Elieſer filius Jacobi. Verum ſi duxerit uxorem filiam peregrinorum, non educunt eam ab illo, juxta id quod dixit R. Joſe; & ſemen ejus legitimum eſt.

ח האומר בני זה ממזר אינו נאמן ואפילו שניהם אומרים (ס"א) על העובר שבמעיה ממזר הוא אינם נאמנים רבי יהודה אומר נאמנים:

8. Si quis dixerit, *hic meus filius eſt ſpurius*, non eſt fide dignus; & quamvis ambo dixerint de fœtu in ventre uxoris, quod ſit ſpurius, non ſunt fide digni. R. Jehuda dicit; ſunt fide digni.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר בני זה הוא אינו נאמן *Si quis dixerit, filius meus ſpurius eſt, non eſt fide dignus*, quia parens filio eſt propinquus, at propinquus non admittitur ad teſtimonium.

ואפילו שניהם מודים *Et quamvis ambo convenerint*, nimirum, uxor & maritus ejus, nam non requirebatur ut diceret ſi pater ſolus teſtatus fuerit quod ſpurius eſt, non eſt fide dignus, quia id certo affirmare nequit; ſed neque mater quæ rem certo noſcere poteſt, fide digna eſt, etiam de fœtu qui eſt in ventre ejus, qui nunquam reputatur legitimus.

רבי יהודה אומר נאמנים *R. Jehuda dicit, fide digni ſunt*, ratio ejus quod R. Jehuda dicit, adfertur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 21, 17. יכיר *cognoſcet*, id eſt, reddet eum aliis notum, hinc probatur quod pater eſt fide dignus ut filium ſuum poſſit declarare illegitimum; & mater non eſt fide digna de filio ſuo. Cæterum de filio ſuo tantum fide dignus eſt pater, at non de filio filii ejus, nam ſi huic filio fuerint filii, non eſt fide dignus ad declarandum eos illegitimos; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Jehudam; & hac conditione ne ſpurio huic ſit filius, at ſi illi ſit filius, pater non eſt fide dignus in eo quo filium filii ſui reddit illegitimum, nam ratio quare pater fide dignus eſt de filio ſuo, petita eſt e loco Deut. 21, 17. יכיר *cognoſcet*, id eſt, reddet eum aliis notum. Sed mater non eſt fide digna; neque neceſſe eſt, quod, ſi pater dixerit, *non eſt filius meus, ſed ſpurius*, & ſi mater dixerit, quod ſit e gentili, aut ſervo, illa ſit fide digna, & filius legitimus; at hoc expoſitum eſt in principio tractatus Cetubhot.

ט מי שנתן רשות לשלוחו לקדש את בתו והלך הוא וקדשה אם שלו קדמו קדושיו קידושין ואם של שלוחו קדמו קדושיו קדושין ואם אינו ידוע שניהם נותנים גט ואם רצו אחד נותן גט ואחד כונס וכן האשה שנתנה רשות לשלוחה לקדשה והלכה וקדשה את עצמה אם שלה קדמו קדושיה קידושין ואם של שלוחה קדמו קדושיו קדושין ואם אינו ידוע שניהם נותנים לה גט ואם רצו אחד נותן לה גט ואחד כונס :

9. Si quis legato dederit poteſtatem elocandi filiam ſuam, & abiverit, & elocaverit eam; ſi elocationes ejus præceſſerint, elocationes tamen ſunt elocationes. Verum, ſi legati deſponſationes præceſſerint, elocationes ejus ſunt elocationes; at ſi non conſtiterit res, uterque divortium facit cum illa; vel ſi voluerint; unus faciet divortium, alter vero ducet eam uxorem. Sic etiam, ſi fœmina legato ſuo dederit poteſtatem elocandi eam, et illa abiverit & elocaverit ſeipſam, ſi elocationes ejus præceſſerint, elocationes ſunt elocationes; Et, ſi elocationes legati præceſſerint, elocationes quoque ſunt elocationes. Verum ſi res non conſtiterit, uterque cum illa divortium facit; vel, ſi voluerint, unus divortium faciet, & alter eam uxorem ducet.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן האשה שנתנה רשות לשלוחה לקדשה *Sic etiam, ſi fœmina dederit poteſtatem legato ſuo deſpondendi eam*, neceſſarium erat ut doctor Miſnicus nos doceret caſum de patre qui legatum miſit ut deſponſaret filiam ejus, & de muliere quæ legatum miſit ut deſponderet eam; nam ſi nos de patre tantum docuiſſet, diceremus quod pater cognoſcit familias, & propterea deſpondebit filiam ſuam poſtquam invenerit bonam familiam, hac de cauſa diceremus quod abrogavit legatum. Sed quod fœmina, quæ non cognoſcit familias, etiamſi deſponderit ſeipſam, tamen non attendet deſponſationem ſuam, neque abrogabit legatum ſuum, putans, quod legatus invenire potuiſſet alium virum e meliore familia. Et, ſi nos tantum docuiſſet de muliere, diceremus, quod ipſa mulier quærit virum, & ſeipſam deſpondet ac nubit; & quod illa poſtquam ſeipſam deſponſavit, abrogat legatum ſuum; ſed quod pater qui non quærit amantem, ſed filiam deſponſat cuicunque qui acceſſerit, non abrogat legatum, & quod pater anteverterit, & deſponderit eam, fecit, quia timebat ne legatus inveniſſet aliquam; hac de cauſa neceſſitas poſtulabat ut nos utrumque doceret caſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſe erat ut doctor Miſhicus nos utrumque doceret caſum, etiamſi idem ſit ſenſus, nam, quandoquidem pater cognoſcit familias, illa autem eas non cognoſcit, dici potuiſſet quod deſponſationes patris tantum ratæ erant, non vero deſponſationes fœminæ, etiamſi præceſſiſſent. Sic etiam ſi fœmina quærit virum ſibi aptum, deſpondetur illi; at pater non quærit pro illa, quemadmodum illa quærit. Et quis dicere potuiſſet, quod deſponſationes fœminæ tantum ſunt deſponſationes, ſi præceſſerint, & non deſponſationes patris, propterea nos docet quod in hoc caſu non datur differentia inter illius & patris deſponſationes.

י מי שיצא הוא ואשתו למדינת הים ובא הוא ואשתו ובניו ואמר אשה שיצאת עמו למדינת הים הרי היא זו ואלו בניה אין צריך להביא ראיה לא על האשה ולא על הבנים מתה ואלו בניה מביא ראיה על הבנים ואינו מביא ראיה על האשה:

10. Si maritus & uxor ejus abiverint ad civitatem tranſmaritimam, & ille, uxor, & liberi ejus eo venerint, dixeritque, *uxor quæ mecum abivit ad civitatem tranſmaritimam, hæc eſt*, & *hi ſunt filii ejus*, non tenetur probationem adferre de uxore & ejus filiis. (Si dixerit,) *mortua eſt*, & *hi ſunt illius filii*, de filiis probare tenetur, at non de uxore.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו צריך להביא ראיה על האשה *Non tenetur probationem adferre de uxore*, quod ſit e bona familia, quia jam inquiſivit de illa maritus quando duxit eam. ולא על הבנים *neque de filiis*, de ætate minoribus qui adhuc matrem ſequuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tota hæc Miſna ſatis clara eſt ut illuſtratione non indigeat.

יא אשה נשאתי במדינת הים הרי היא זו ואלו בניה מביא ראיה על האשה ואין צריך להביא ראיה על הבנים מתה ואלו בניה צריך להביא ראיה על האשה ועל הבנים:

11 (Si dixerit,) *Duxi uxorem in civitate tranſmaritima, ecce hæc eſt* & *hi ſunt filii ejus*, de uxore adducet probationem; at de filiis non eſt neceſſe. (Si dixerit,) *mortua eſt*, & *hi ſunt filii ejus*, tenetur adducere probationem de uxore, ejuſque filiis.

יב לא יתייחד איש אחד עם שתי נשים אבל אשה אחת מתייחדת עם שני אנשים רבי שמעון אומר אף איש אחד מתייחד עם שתי נשים בזמן שאשתו עמו וישן עמהם בפונדקי מפני שאשתו משמרתו מתייחד אדם עם אמו ועם בתו וישן עמהם בקירוב בשר אם הגדילו זו ישנה בכסותה וזה ישן בכסותו:

12. Non ſolus erit vir cum duabus mulieribus ſimul, ſed una mulier poteſt eſſe ſola cum duobus viris. R. Schimeon dicit, etiam vir unus ſolus eſſe poteſt cum duabus milieribus, quando uxor ejus cum illo eſt, & dormire poteſt cum illis in diverſorio, eo quod uxor ejus ipſum obſervat. Vir ſolus eſſe poteſt cum matre ſua, & cum filia ſua, & proxime cum illis dormire poteſt; at ſi majorennes fuerint, dormiet quilibet cum tegumento ſuo.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

לא יתייחד איש אחד עם שתי נשים *Non ſolus erit vir unus cum duabus uxoribus*, quia ratio ejus infirma eſt, mulieres vero ſunt efficaces ad deducendum ipſum.

אבל אשה אחת מתיחדת עם כי אנשים *Sed una mulier ſola eſſe poteſt cum duobus viris*, quia una uxor pudore afficitur propter alteram: Deciſio juris eſt, quod una mulier non debet eſſe ſola cum duobus viris, & quanto minus unus vir cum duabus mulieribus, niſi duæ mulieres ſint æmulæ, aut fratriæ, aut mulier & filia mariti ejus, aut mulier & ſocrus, aut mulier cum parvula quæ cognitionem coitus habere poteſt, at ſe non tradit coitui, quia hujuſmodi fœminæ ſunt ſibi invicem inimicæ, atque ſuſpicioſæ; ſic etiam timet mulier de parvula, ne indicet actum. Flagellant autem eum qui ſolus fuerit cum muliere cœlibe, & eum qui ſolus fuerit cum muliere ipſi propter inceſtum prohibitæ; Sed propter mulierem maritatam non flagellant, ne hoc modo filii afficiantur ignominia. Cæterum cum quadrupede & cum maſculo ſolus eſſe poteſt Iſraëlita, quia de maſculo & quadrupede Iſraëlitæ non ſunt ſuſpecti.

ואם הגדילו זו ישנה בכסותה וזה ישן בכסותו *Si majorennes fuerint, hæc dormiet cum tegumento, & ille dormiet cum tegumento ſuo*, ſi filia ſit ætatis duodecim annorum & unius diei, filius vero tredecim & unius diei. Cæterum ſi filia pudore afficiatur propter filium, non dormiunt ſine veſtimentis ſuis, etiam ſi ſit minorennis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris eſt, quod una mulier non debet eſſe ſola cum duobus viris, & quanto minus duæ mulieres cum uno viro, niſi duæ mulieres fuerint duæ æmulæ, aut duæ fratriæ, aut ſocrus ejus, aut uxor & filia mariti ejus, aut uxor & parvula ejus qui cognitionem habet coitus, at ſeipſum non tradit coitui; quia uxores illæ ſunt inter ſe inimicæ, quamobrem una non peccabit coram altera, ne altera id publicet: Sic etiam filia minorennis rem indicabit. Neque maritatæ uxori prohibitum eſt ſolam eſſe cum viro alieno propter maritum, niſi antea zelotypiam contra eam peregerit maritus, quemadmodum expoſuimus in principio tractatus Sota. Neque flagellatur uxor maritata cum ſola fuerit cum viro, neque vir qui ſolus fuit cum illa, ne filii mala afficiantur fama; ſed ſi cum muliere libera ſolus fuerit, ambo flagellantur. Cæterum fundamentum illud quod ſapientes dixerunt, *flagellant ob malam famam*, vult, quod non ſit differentia inter maſculum & fœminam, ſive maritatam, ſive liberam, ſi amborum qui fornicati fuerint mala fama innotuerit. Verum Iſraëlitæ non licet eſſe ſolum cum muliere ipſi propter inceſtum prohibita, niſi una cum quadrupede, aut maſculo; quia nobis fundamentum eſt, quod Iſraëlitæ non habeantur ſuſpecti de coitu cum maſculo, neque de coitu cum quadrupede; religioſi vero inter Sapientes procul erant ab hujuſmodi ſeceſſu ſolitario, præſertim cum quadrupede.

ואם הגדילו *Et ſi adoleverint*, ſi filia habuerit duodecim annos & unum diem, & filius tredecim annos; & ea conditione quod filia nondum pudore afficiatur, ſi nuda ſit cum fratre, & ſi pudore afficiatur ob fratrem, non licet ut ſimul dormiant, etiamſi ſit infra hanc ætatem.

יג לא ילמד אדם רווק סופרים ולא תלמד אשה סופרים רבי אליעזר אומר אף מי שאין לו אשה לא ילמד סופרים:

13 Non diſcet homo cœlebs ut fiat præceptor puerorum, neque mulier diſcet ut fiat magiſtra puerorum. R. Elieſer dicit, etiam is cui non eſt uxor, non diſcet ut fiat magiſter puerorum.

R. OB. DE BARTENORA.

רווק *Cœlebs*, non fiet magiſter liberorum, quia matres ad ſcholam ducere ſolent liberos ſuos. אף מי שאין לו אשה *neque is cui non eſt uxor*, etiamſi non ſit cœlebs, ſed uxoratus, attamen ſeparatus ab illa, non erit præceptor parvulorum; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רווק *Cœlebs*, cui numquam fuit uxor, nam בחורים Chaldaicè dicuntur רווקי & hoc prohibitum eſt propter matres liberorum, ne inter illum & illas oriatur nimia familiaritas quando liberos ad ſcholam ducunt; ſic etiam non inſtituet mulier liberos, quia adducuntur a patribus eorum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

יד רבי יהודה אומר לא ירעה רווק בהמה ולא ישנו שני רווקים בטלית אחד וחכמים מתירים כל שעסקיו (ס"א שאומנתו) עם הנשים לא יתייחד עם הנשים ולא ילמד אדם את בנו אומנות בין הנשים רבי מאיר אומר לעולם ילמד אדם את בנו אומנות נקיה וקלה (ס"א) ויתפלל למי שהעושר והנכסים שלו שאין אומנות שאין בה עניות ועשירות שלא עניות מן האומנות ולא עשירות מן האומנות אלא הכל לפי זכותו רשב"י בן אליעזר אומר ראית מימיך חיה ועוף שיש להם אומנות והן מתפרנסין שלא בצער והלא לא נבראו אלא לשמשני ואני נבראתי לשמש את קוני אינו דין שאתפרנס שלא בצער אלא שהורעתי מעשי וקפחתי את פרנסתי אבא גוריון איש צדיין אומר משום אבא גוריא לא ילמד אדם את בנו חמר גמל ספר ספן רועה וחנוני שאומנותן אומנות ליסטים רבי יהודה אומר משמו

14 R. Jehuda dicit, cœlebs non paſcet pecus; neque duo cœlibes ſimul dormient ſub uno tegumento; Sapientes permittunt. Quiſquis negotia habet cum mulieribus, non erit ſolus cum mulieribus. Neque quiſquam docebit filium ſuum opificium inter mulieres. R. Meyr dicit, ſemper homo doceat filium ſuum opificia pura & facilia, & ut oret Deum poſſeſſorem divitiarum, & bonorum, quia nullum datur opificium in quo non reperiatur paupertas & divitiæ; nam non provenit paupertas ex opificio, neque divitiæ, ſed omnia juxta mercedem. R. Schimeon filius Eleaſaris dicit, vidiſti unquam animal, aut avem quibus erat opificium? & ſuſtentant ſe ſine opere; attamen non creata ſunt niſi ad inſerviendum mihi, & ego creatus ſum ad inſerviendum creatori meo; ſed quomodo, illa quæ creata ſunt ut mihi inſerviant, ſe ſuſtentant ſine labore, ego qui creatus ſum ut inſerviam creatori meo, nonne æquum erat ut me ſuſtentare poſſem ſine labore? Reſpondit, ſed malè peregi opera mea, exſcidi ac dilapidavi alimentum meum. Aba Goryon vir Sadianenſis dicit in nomine Aba Goria, ne doceat quiſquam filium ſuum agaſonem, camelarium, tonſorem, nautam, paſtorem;

משמו החמרין רובן רשעים והגמלין רובן כשרין הספנין רובן חסידין טוב שברופאים לגיהנם והכשר שבטבחים שותפו של עמלק רבי נהוראי אומר מניח אני כל אומנות שבעולם ואיני מלמד את בני אלא תורה שאדם אוכל משכרה בעולם הזה וקרן קיימת לעולם הבא ושאר כל אומניות אינן כן כשאדם בא לידי חולי או לידי זקנה או לידי יסורין ואינו יכול לעסוק במלאכתו הרי הוא מת ברעב אבל התורה אינה כן אלא משמרתו מכל רע בנערותו ונותנת לו אחרית ותקוה בנערותו מהו אומר וקוי יי׳ יחליפו כח בזקנותו מהו אומר עוד ינובון בשיבה וכן הוא אומר באברהם אבינו ואברהם זקן וי״י ברך את אברהם בכל מצינו (ס״א שקיים) שעשה אברהם אבינו את כל התורה כולה עד שלא ניתנה שנאמר עקב אשר שמע אברהם בקולי וישמור משמרתי מצותי חוקותי ותורותי׃

rem, tabernarium eo quod opificium eorum ſit opificium prædonum. R. Jehuda dicit in nomine ejus, maxima agaſonum pars mala eſt; maxima camelariorum pars bona eſt; maxima nautarum pars pia eſt; medicorum optimus dignus eſt Gehenna; accuratiſſimus lanionum eſt ſocius Amalekitæ. R. Neoray dicit, intermiſi ego omnia mundi opificia, & non docui filium niſi Legem, quia homo fructum ejus percipit in hoc mundo, & ſumma ipſi rependitur in mundo futuro. Cætera vero opificia non ita ſe habent, quando homo in infirmitatem inciderit, aut in ſenectutem, aut in caſtigationem, ut non poſſit operari, & fame moriatur. Sed cum lege aliter comparatum eſt, quandoquidem illa conſervat hominem ab omni malo in juventute ejus, & bonum dat eventum ac ſpem in ſenectute ejus; de juventute dicitur Jeſ. 40, 31. *Qui expectant Dominum, renovabunt vires.* De ſenectute dicitur Pſal. 92, 15. *Renovabuntur in ſenectute.* Sic etiam ſcriptum eſt de Abrahamo patre noſtro Gen. 24. 1. *Abraham erat ſenex, & ætate provectus, & Dominus benedixerat Abrahamo in omnibus.* Invenimus autem quod Abraham pater noſter Legem totam obſervavit antequam data fuiſſet, uti ſcriptum eſt Gen. 26, 5. *Eo quod audivit Abraham vocem meam, & cuſtodivit cuſtodiam meam, præcepta mea, ſtatuta mea, & leges meas.*

R. OB. DE BARTENORA.

וחכמים מתירין *At ſapientes concedunt*, deciſio eſt juxta Sapientes, quia Iſraëlitæ non ſuſpecti ſunt de coitu maſculi, neque de coitu cum quadrupede. כל שאומנתו בין הנשים *Cujuscunque opificium peragitur inter mulieres*, cujus opificio indigent mulieres, & qui pro mulieribus operatur.

לא יתיחד עם הנשים *Non ſolus erit cum mulieribus*, & ſi cum multis ſit mulieribus, quia cum ipſo familiaritatem incipiunt, & laſciviam ſuam ipſi ſignificant. Cæterum vir alienus, dicente Miſna, non debet ſolus eſſe cum duabus mulieribus, ſed cum tribus aut quatuor ſolus eſſe poteſt. Rabbenu Moſes autem exponit quod illi non permittimus ut ſolus ſit cum mulieribus, & ſi victum ſuum quærat inter eas. Quod ad *mulionem*, *camelarium* &c. attinet, omnia hæc ſunt opificia prædonum, nam, quando in viis dormiunt, intrant, & capiunt ligna, & fructus vinearum, & conducuntur quidem ab hominibus, tranſgrediuntur autem conditiones quibus convenerunt. Paſtor autem ſolet pecus immittere in aliorum campos; & tabernarius ſolet dolo uti miſcendo vinum cum aqua, & lapillos cum tritico; tenetur pater curare ut filius ejus diſcat opificium purum cujusmodi malis artibus non imbuitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שאומנתו בין הנשים לא יתיחד עם הנשים *Quicunque qui inter mulieres operatur, non ſolus erit cum illis*, vult dicere, quod non permittunt ipſi hoc opificium propter alimentum ſuum; tenetur homo docere filium ſuum opificium purum, idcirco non convenit ut eum doceat ea opificia quæ memoravimus. Cæterum jam expoſuimus, quod Iſraëlitæ non ſunt ſuſpecti de peccato cum maſculo committendo, neque de quadrupede; propterea deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

Finis Tractatus de Sponſalibus.

IN-

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,

Quæ in hac parte allegantur vel illuſtrantur.

GENES.

Cap. — pag.
1, 18. 240
1, 28. 22
7, 22. 286
11, 8. 263
11, 30. 237
12, 11. 196
15, 14. 191
16, 3. 23
16, 14. 322
18, 10. 352
21, 12. 315
24, 1. 384
24, 55. 72
25, 18. 299
26, 5. 384
30, 1. 252
34, 12. 229
35, 39. 199
47, 30. 176
49. 199
50, 7.9. 199

EXOD.

2, 4. 199
2, 21. 105
4, 19. 233
12, 11. 196
12, 45, 48. 26
13, 13. 371
13, 19. 199
15, 21. 218
21, 2.8.10. 361
21, 4. 3.&6.&7
21, 22. 65
21, 28. 371
22, 2. 224
22, 4. 338
22, 8. 67
22, 30. 371
23, 1. 9
23, 1. 219
23, 2. 282
25, 15. 66
25, 29. 203
28, 33. 224
29, 27. 214
29, 33. 224
32, 8. 179
32, 20. 257
32, 20.27.28. 220
34, 7. 248
35, 26. 210

LEVIT.

2, 16. 217
3, 17. 184
5, 1. 258
5, 2. 171
5, 4. 111
5, 11. 200
6, 16. 28
6, 16. 223
6, 21. 217
7, 23. 184
7, 30. 213
7, 30. 214
9, 22. 262
10, 9. 164
11, 32. 146
12, 3. 115
13, 4. 171
13, 45. 224
14, 5. 202
14, 5. 204
14, 8. 170
14 9. 203
14, 9. 165
15, 2. 177
16, 2. 206
16, 6, 11. 182
17, 11. 214
18, 17.18. 1,&11
19. 23. 372
19, 27. 228
19. 27. 365
20, 7. 233
20, 14. 37
21, 7.15. 223
21, 7. 354
21, 7. 241
21, 7.15. 4.&21.&31
22, 12. 251
22, 10. 224
22, 11.12.13. 24&31
22, 13. 136
23, 10.17. 216
23, 43. 225
25, 17. 372
25, 25. 72
25, 29 30. 285
25, 41.42. 362
26, 25. 290
27, 30. 371
27, 33. 160
29, 29. 189

NUM.

5, 13. 34&172
5, 17. 202&204
5, 21. 197
5, 14.15. 242
5, 30. 206
5, 31. 184
5, 33.34. 8
6, 1. 147
6, 2. 367
6, 26. 220
12, 15. 199
13, 27. 289
15, 16. 139
15, 30. 227
18, 9. 370
18, 12. 303
19, 17. 204
20, 26. 199
27, 11. 87
30, 3. 105
30, 10, 12. 142.&143
30, 17. 136
30, 9.15. 136
32, 29. 374
35, 5. 248
37, 17. 140

DEUT.

1, 1. 37
7, 4. 378
24, 8. 116
6, 4. 187
7, 4. 6
7, 26. 372
10, 30. 262
11, 10. 218
11, 29. 262
11, 31. 363
12, 4. 188
12, 6. 262
12, 17. 103
12, 21. 372
14, 21. 372
14, 22. 268
15, 9. 334
15, 12. 70
15, 12, 21. 361
15, 19. 243
16, 16. 268
17, 5. 224
17, 6. 49
17, 12. 185
17, 12. 206
17, 15. 268
19, 15. 190
19, 15. 253
19, 15, 18. 179
19, 19. 252
20, 2. 259
20, 2.3. 272
20, 8. 280
21, 7. 282
21, 7.22. 224
21, 17. 381
22, 1. 253
22, 9.28. 371
22, 16. 374
22, 17. 324
22, 92. 66
22, 22. 190
22, 29. 8.&64
22, 29. 230
23, 1. 377
23, 2. 233
23, 5.6. 27
23, 19. 372
23, 21.22. 104
23, 24. 105
24, 1. 327
24, 1.2. 283
24, 2. 69
24, 2.3.4. 212
24, 5. 279
25, 5.7.9. 2.&6.&8.& 15.&16.&21
25, 9. 204
25, 9. 260
26, 5. 259
26, 12. 268
26, 13. 295
26, 13.14.15. 258
27, 14. 259
27, 14. 260
27, 14. 282
27, 15. 262
27, 26. 211
28, 8. 262
28, 28. 74
31, 10. 267
31, 11. 268
34, 6. 199

JOS.

1, 8. 307
8, 33. 262
9, 27. 378
15, 24. 298
24, 32. 262

JUD.

5, 25. 203
5, 28. 289
16, 21. 198

SAM.

1 Sam. 1, 10.11. 225
1 Sam. 2, 33. 293
1 Sam. 4, 17. 281
1 Sam. 6, 17. 217
1 Sam. 16, 2. 225
1 Sam. 18. 229
1 Sam. 21, 7. 217
1 Sam. 25, 41. 315
2 Sam. 3, 29. 289
2 Sam. 14, 26. 148
2 Sam. 15, 6. 198
2 Sam. 18, 15. 198

REG.

1 Reg. 6, 20. 217
1 Reg. 17, 1. 302
1 Reg. 18, 1. 302
1 Reg. 22, 7. 2 7
1 Reg. 22, 27. 184
2 Reg. 2. 6. 23. 75
2 Reg. 10, 8. 246
2 Reg. 23, 7. 218
2 Reg. 25, 25. 299

CHRON.

1 Chron. 29, 11. 316
2 Chron. 11, 3. 364
2 Chron. 28, 15. 272
2 Chron. 9, 25. 299
2 Chron. 35, 4. 299

NEHEM.

7, 3. 127
9, 5. 264

JOB.

5, 10. 302
12, 7. 252
13, 15. 250
26, 15. 250

PSAL.

9, 20. 191
12, 2. 297
19, 11. 298
30, 1. 259
44, 24. 295
45, 3. 307
50, 1. 186
68, 12. 263
74, 15. 287
77, 12. 318

89, 13. 303
92, 15. 384
94, 23. 298
104, 35. 210
107, 42. 341
128, 2. 245
149, 41. 318

PROV.

9, 2. 179
7, 26. 302
14, 28. 266

CANT.

2, 5. 250

2, 6. 302
2, 15. 192

JES.

3, 17. 252
9, 19. 303
10, 34. 342
24, 9. 297
27, 2. 70
29, 12. 258
40, 31. 384
45, 15. 335
54, 1. 210
58, 7, 13. 131. & 133
59, 5. 188

JEREM.

1, 15. 287
3, 19. 303
23, 39. 263
28, 6. 211
32, 44. 365
33, 25. 113
48, 10. 282
12, 12. 248

EZECH.

4, 1. 3. 310
16, 6. 176
16, 10. 40
16, 32. 213

23, 48. 195
23, 48. 197
28, 24. 205
44, 22. 231

HOS.

4, 14. 244
6, 3. 302
10, 11. 292
14, 6. 302

THREN.

2, 20. 289
5, 14. 297

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM

ET

VERBORUM HEBRAICORUM.

א

אבינו שבשמים 308
אבשלום נתגאה בשערו 198
אגרת בקורת 96
אתנא נוה 146
אודים 297
אומן 117
אחר גיטי נשים ואחר שחרורי עבדים 324
איזהו בוסרת 66
איזהיא קטנה שצריכה למאן 42 & 43
איזהו סמור 17
איזהו פצוע דכא 26
אילו המלאכות שהאשה עושה לבעלה 73
אילני מאכל 277
אילונית 236
אילניות 2
אין אלמנה נפרעת מנכסי יתומים 334
אין אחר חליצה כלום 19
אין בורקין לאמן המזבח ולמעלה ולא מן הדוכן ולמעלה 380
אין בין המודר הנאה מחבירו למודר הימנו מאכל 115
אין גט אחר גט ואין מאמר אחר מאמר ולא חליצה אחר חליצה 18
אין נודרים לשעות 146
איסור ערוה 10
איסור קדושה 6
איכפרגים 325
איצטלה 347
אידוס 304
איתן 286
אנדרוגינוס נושא 28
אכילת פירות 338
אכסדרה 277
אלו נאמנים להעיד בגודלן 64
אלו נאמנין בכל לשון 258
אלוני מורה 262
אלמנה כתובתה מנה 57
אלמנה לכהן גדול 229
אלמנה נזונת מנכסי יתומים 94
אלמנה נשאת ליום החמישי 56
אלמנה שאמרה אי אפשי לזוז מבית בעלי 98
אלנבר 165
אלו נערות שיש להן קנס 64
אלו שאין להן קנס 65
אלף אמה מגרש ואלפים אמה תחום השבת 248
אמבטיא 317
אמן אמן 210
אמרה טהורה אני הריני נודרת 150
אמת תהיה נערות 309
אנטיפטרס 349
אנפליאות 40
אנדרוגינוס 228
אנשי מעשי כמלו 308
אכופי 235 & 378
איסור מצוה 6
אסור והתיר 183
אפוטריפא 88
אפותיקי 334
אפריון 204
ארבע אמהות 379
ארבעה אחין נשואין ארבע נשים 16
ארבעה אחין שנים מהם נשואים שתי אחיות וכתו 9
ארבעה נדרי התירו חכמים 110
אריסת ושוכרת יבם לא שותות ולא נוטלות כתובה 229
ארוכן 319
ארין העמים 170
אשה המורדת על בעלה 74
אשישין 125
אשכולות 191
אשקלון 323
אשת כהן שותה ומותרת לבעלה 240

ב

בדולח 404
בדוקי 378
בהמה גסה נקנית במסירה והדקה בהגבהה 363
בו ביום דרש רבי עקיבא 246
בוגרת 67
בוגרת ואביה קיים 144
בוגרת והיא יתומה ומת אביה 143
בוגרת ששהתה שנים עשר חדש 137
בוסר 332
בושת 66
בימה 269
בינונית 338
בית האוצרות 276
בית הער יהיה לזנות 308
בית דין מקנין 241
בית דלי 55
בית האסורין 241
בית תרשן 215
בית הפרס 44
בית הפרס 170
בית התבן 276
בית חורון 121
בית יד 146
בית לבנים 278
בכל כותבין הגט 326
בלאות 97
בלאורת 30 & 32
במדינה נותנין את ידיהן כנגד כתפיהן 264
במדה שאדם מודד בה מודדין לו 197
במותא 105
בני חורין תופו ראשם 308
בן 153
בן קיסא *ibid.*
בן מגזל אב 309
בן תשע שנים ויום אחד הוא פוסל על ידי אחין 35
בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו 36
בן תשע שנים ויום אחד פוסל ולא מאכיל 24
בסוף 20
בעולם 2
בעל פוליפוס 82
בעלי זרע בסלו 308
בעלי שבות 113
בעקבות משיחא 308
בראשונה היו אומרים 145
ברכות וקללות 258 & 262
ברכת המזון בכל לשון 258
ברכת כהן גדול 266
ברכת כהנים וכהן גדול 258 & 264
ברכת כהנים כיצד 264
בשבעה דרכים בודקין את הזב 177
בשלשה פרקים בודקין את היין 332
בת חלל זכר פסולה מן הכהונה 380
בת ישראל מאורסה לכהן 30
בת ישראל שניסת לכהן 23
בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת 223
בת כהן שנשאת לישראל או ללוי 31
בתולה כתובתה מאתים 57
בתולה נשאת ליום הרביעי 56
בתי דינין יושבין בעיירות ביום השני וביום החמישי 56
בתים הרבה במקדש 217

ג

גדול ואיש 360
גדלה 369
גוגים 308
גודגולת 169
גולל 170
גט ואחר מאמר ואחר בעילה 19
גט ישן 350
גט קרח 353 & 354
גט מקושר 353
גט מיאון 217
גט מעושה 357
גיורת שנתגיירה פחות מבת שלש שנים ויום אחד 68
גיורת שנתגיירו בניה עמה 37
גירושין בספק 12
גלוסקמא 330
גריזים 262
גשמים עד שיהיו תשמים 130

ד

דגיר כבושי 8
דבר שזרעו כלה 127
דבר של אותה העיר 120
דבר של עולי בבל 120
דבר שקול 250
דברים שאינה כדי לשומען 185
דג דגים 123
דגן 126
דוכן 265
דופס 327
דופק 170
דין ודברים אין לי בנכסיך 86
דיפתרא 327
דלעת המוצת 122
דפתרא 206
דקדוקי גזירות 147
דרהם 359
דרוסת איש 59
דרך ארץ 367
דרך בקשה 145
דרך תלמידי חכמים עד שלא היתה בתו יוצאה מתחלו 136
דרגש 126

ה

האב אינו חייב במזונות בתו 70
האב זכאי בבתו 69
האונס את הנערה 65
האונס לא פוסל ולא מאכיל 25
האיש שנולדו בו מומין 81
האיש מגלח על נזירות אביו 160
האיש מדיר את בנו בנדר 159
האשה נקנית בשלש דרכים 359
האשה שהלך בעלה למדינת הים ובאו
ואמרו לה מת בעליך
32
האשה שנדרה בנזיר והיתה שותה יין
157
האשה שנחשדה בידי עכו"ם 36
האשה שנפלו לה נכסים עד שלא
נתארסה 82
האשה שנתארמלה או שנתגרשה 60
האשה שנתערב ולדה בולד כלתה 37
הבא על יבמתו בין בשוגג בין במזיד בין
באונס בין ברצון 20
הבא על אחרת מכל העריות שבתורה
21
הבלי הבלים 113
הגדול שבא על הקטנה 57
הגרות 116
הגמוניא 322
הגשורת 366
הדיירת 266
הדיירת המקשר 295
הזורק גט לאשתו 350
החולץ ליבמתו הרי הוא כאחד מן האחין
לנחלה 15
החולץ ליבמתו ונשא אחיו את אחותה ומת
15
החולץ ליבמתו ונמצאת מעוברת וילדה
13
הטוען את חבירו כדי שמן 100
היבם אינו מאכיל בתרומה 73
היבמה לא תחלוץ ולא תתיבם 16
היום 128
הכהנים שפגלו במקדש מזידין 339
הכונס את יבמתו ונמצאת מעוברת וילדה
13
הכותב לאשתו 86
הכל כשרין לכתוב את הגט 327
הכל לפי מקום נרחו 129
הכל מעלין לארץ ישראל 103
הלבות 116
המביא גט בארץ ישראל 323
המביא גט ממדינת הים 9
המביא גט ממדינת הים 321 & 324
המגרש את אשתו ונשא אחיו את אחותה
15
המדיר את אשתו מתשמיש המטה 74
המודר הנאה מחבירו 115
המוכר את עצמו ואת בניו 337
המוציא אשתו משום שם רע 336
המוציא את אשתו משום אילונית 337
המוצא בת בתחילת משכב 176
המוציא שטר חוב 102
המושיב את אשתו חנונית 88
המחזיר גרושתו 17
המכאנת 96
המסיק 129
המסכן הזה 63
הסירה 21
המפתה את הנערה 65
המפתה לא פוסל ולא מאכיל 25
המצרף נחשת 82
המקדש אשה ובתה או אחותה כאחת
370
המקדש בחלקו בין קדשי קדשים בין
קדשים קלים *ibid.*
המקדש בערלה ובכלאי הכרם 371

המקדש את האשה על מנת שאין עליה
נדרים 81
המקדש בתרומות 372
המקדש מעשה ידי אשתו 73
המקדש שתי נשים בשוה פרוטה 369
המקנא לאשתו 178
המשליש מעות לבתו 78
המשיא את בתו סתם 77
המשרה את אשתו 74
הנודר מיורדי הים 113
הנודר מן הבשר 123
הנודר מן הדגן 125
הנודר מן החלב 123
הנודר מן היין וענבים 124
הנודר מן הירק 125
הנודר מן הכסות 126
הנודר מן המבושל 122
הנודר מן התמרים 124
הנודר ממעשה קדרה 122
הנודר מרואי החמה 123
הנודר משחורי הראש 113
הנודרת הנאה מבעלה 46
הנורה היפה בורק 103
הנושא את האשה ולא מצא לה בתולים
58
הנושא את האשה ופסקה עמו 97
הנושא חלוצתו וקרובתו 17
הניכא 60
הניף והגיש וקמץ והקטיר 214
הנוקים שמן להן בצירות 338
העובר פוסל 24
העובר והיבם והארוסין והחרש מכלין *ibid.*
העורר על השדה 101
העכו"ם אין להם נזירות 174
הערל לא יאכל בתרומה 26
הפוסק מעות לחתנו 101
הפרת נדרים כל היום 178
הקדש מעות הקדש 160
הר עבל 261
הריני נזיר ונזיר 153
הריני נזיר מאה יום 155
הרכרה יין 136
הרתיע לאחוריו 162
השגירה 96
השותה לא פוסל ולא מאכיל 25
השותפין שנדרו הנאה זה מזה 119
השמים בתי לבנך 145
השמר 115

ו

וידוי המעשר בכל לשון 258
ולד של קיימא 13

ז

וסדרת 338
זים חוג 164
זף הכהנים בטל 308
זקה חקוקה ליכם 3
זקה שלי יבמין 13
זו החכמה בטל 308
זקנה 236
זיות מביאה לידי פרישות 309

ח

חגר 322
חגרת הנוף 367
חוטבם 186
חומר בשבועות מבנדרים 108
חומרי חיים וחומרי מתים 131
חוצפא יסגא 308
חזן הכנסת 266
חטאת 106

חמורת תמורה 158
חיבר 206
חייב אדם ללמד את בתו תורה 218
חכם שאסר את האשה בנדר על בעלה 9
חכמות סופרים תסרח 309
חלוצה לכהן הדיוט 229
חליצה 258
חליצה שבסנדל 40
חללים 278
חלל 249
חלץ וחלץ או חלץ ועשה מאמר 19
חלץ ועשה מאמר נתן גט ובעל 20
חכילה 1 6
חמש נשים שנתערבו ולדותיהן 37
חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן 1
חכשרת אדרים 265
חנק 69
חסיר שוטה ורשע ערום ואשה פרושה ומכת
פרושין הרי אלו מכלי עולם 218
חסידות מביאה לידי רוח הקדש 309
חסידים פסטו 308
חפין 331
חפיסת 330
חצי לת 169
חצי לוג 202
חצי נזיר 152
חצי קב 169
חצר 119
חקירת חכם 336
חרורי 378
חרם שמים וכהנים 109
חרמו של ים 110
חרמין 112
חרש שנחלץ 41 & 42
חרצנים 164
חרק חרך חרף 105
חרש רמז ונרמז 341
חרש שעשאת פקחת 47

ט

טבלא של שיש 102
טהור 105
טהרה מביאה לידי פרישות 309
טובה פסקה מן העולם 308
טומארת התהום 174
טופסי גיטין 330
טלית זה קרבן 112
טמיאסי 102
טמא 105
טפלין 123
טענת בתולים 56
טרית טרופה 123
טרטיקן 74

י

יבם קטן שבא על יבמה קטנה 46
יגירה 204
יוחנן כהן גדול העביר הודיית המעשר
295
יוסף יאמיר 305
יורשי כתובה חייבין בקבורה 95
יין ביוקר 308
יין המיושן יפה לפעים 134
יין תפוחים 124
ילודים 113
יפי נמרו וספירו 171
יראי חטא נמאסו 309
יראת חטא מביאה לידי חסידות 307
יראת חטא בטלה 308
ירושה 126
יש נדר בתוך נדר ואין שבועה בתוך שבועה
109
ישראל לממזר 229
יתומה

יתומה בחיי האב 143
יתומה שהשיאתה אמה 78
יתומה שנתארסה ונתגרשה 66
יתומים שסמכו אצל בעל הבית 339

כ

כאימרא 105
כאישים 105
כבוד התורה בטל 308
כבוש 122
כבשר חזיר 107
כדידים 105
כדרכו 176
כהיכל 105
כהן גדול ונזיר אינן מטמאין בקרוביהן
168
כהן גדול לא ישא אלמנה בין מתארסין
בין מן הנשואין 21
כהן הדיוט לא ישא אילונית 22
כהן גדול פעמים שהוא פוסל 26
כהנת שנתערב ולדה בולד שפחתה 38
כוסל 87
כחול הים 149
כחולת אהרן 107
כתרומת הלשכה 109
כיור 202
כיין נסך 109
כיצד פוטרות צרותיהן 3
כיצד מקנא 181
כירושלים 105
ככרה 258
כל גט שיש עליו עד כותי פסול 324
כל גט שנכתב שלא לשום אשה פסול
329
כל האסורים לבא בקהל מותרים זה
בזה 379
כל המלמד בתו תורה כאלו למדה תפלות
218
כל המנחות טעונות שמן ולבונה 200
ובאות מן החטין *ibid.*
כל הקדם זכה 85
כל כנויי נזירות כנזירות 145
כל מצוה שהיא תלויה בארץ אינה נוהגת
אלא בארץ 367
כל העושה מצוה אחת מטיבין לו ונוחל
את הארץ *ibid.*
כל מקום שיש קדושין ואין עבירה הולד
הולך אחר הזכר 377
כל ספק נגעים בתחלה טהור 177
כל שתבעל ולא תהא אסורה לו לא היה
מתנה עמה 210
כלאי הכרם 371
כלל אמרו ביבמות 5
כמובח 105
כפרה 74
כפיפה מצרית 100
כפר לודים 312
כנויי חרמים כחרמים 104
כנויי נדרים כנדרים 104
כנויי נזירות כנזירות 104
כנויי שבועות כשבועות 104
כנויין לשבועה 105
כניסת המים 332
כנכה הרי היא כאשתו לכל דבר 14
כעורת לבונה 107
כעפר הארץ 149
כעצים 395
כקורת בית הבד 311
כרוב 125
כרות שפכה 26
כרם 70
כשם שהמים בודקין אותה כך המים
בודקין אותו 243
כשער ראשי 249
כשפים 203
כשקצים 107
כשר 105
כתובה 30 & 32
כתובה 14 & 230
כתובת האשה בזיבורית 338
כתמים 107

ל

לא היה מקריקון ביהודה בהרוגי מלחמה
340
לא יבטל אדם מפריה ורביה 22
לא ילמד אדם בנו אומנות 304
לא ילמד אדם רועה ספרים 383
לא יתיחד איש אחד עם שתי נשים
382
לאלתר 330
לבת נסב הן 195
ללב 108
ליקוחין 359
לוד 322
לוח 206
לילי הצום ושבת 130
לכל דבר 6 & 10
לקט 140
לשכות הרבה במקדש 217
לשון הקודש 258
לשון הקודש 271

מ

מאמר 5 & 11
מאמר אחר מאמר וגט וחליצה 18
מאמר בזו ומאמר בזו צריכות שני גטין 19
מגויר 53
מגילה 204
מגלת יוחסין בירושלים 17
מדהר ומדהי 222
מדרס 116
מה בין נזיר למצורע 116
מה בין איש לאשה 224
מה בין גט למיתה 47
מה בין גט למיתה 329
מה בין האונס למפתה 65
מה בין כהן לכהנת 223
מה בין נזיר עולם לנזיר שמשון 147
מה מינו 59
מה בין טמאה לטהורה 116
מודרני ממך 104
מוהר 230
מוזהרות בלבנה 250
מוכה שחין 82
מוכרת עין 57
מופנה 11
מופרשני ממך 104
מוציאין מעיר לעיר ומכרך לכרך 102
מורא ומורה 225
מורדת 178
מושלי משלים בסלו 308
מוחלט כמפק 173
מזגו לו את הכוס 151
מזונות 30 & 32
מחוסר כפרה 173
מחזיקין ידי עכו"ם בשביעית 342
מחילת העון 266
מחולה 74
מחק 215
מטה 316
מטהרין את הולדות 189
מי חטאות 372
מי יגלה עפר מעיניך 246
מי שאחזו קרדייקוס 346
מי שהיו שתי ביתי ערים 156
מי שנדר נדר בנזיר ונשאל לחכם 161
מי שנזר והוא בבית הקברות 155
מי שנזר נזירות הרבה 156
מי שנזר שתי נזירות 154
מיאון 2
מילה גדולה שנכרתו עליה שלש עשרה 365
בריתות 114
מי שיש לו שתי כיתי נשים משתי נשים
מים שיש להם סוף 54
מינקת 236
מיפאי 123
מלא חבירו ומלא הקופה 149
מכל מקום 6
מכת מרדות 158
מלאה תרוד 169
מלחמת הרשות ומצוה 281
מליקות 366
ממזר פוסל ומאכיל 25
מנדה 92
מנחה 106
מנולת 159
מנודה אני לך 104
מנעל 40
מנחות המשתנות 222
מסוכן 345
מסכת 179
מעוברת חבירו 236
מעוררין 295
מעידין לאור הנר ולאור הלבנה 54
מערה 54
מעשה באחד בבירת חורן 121
מעשה בצידן 347
מעשה קידה רך 122
מעשה רתחת 122
מעת לעת 332
מפני תקנה 330
מפרש 113
מצוה בגדול לינם 8 & 14
מצות חליצה 41 & 42
מצות חליצה בשלשה דיינין 40
מציאת האשה ומעשה ידיה 76
מקרא בכורים 258 & 259
מקפת 125
מקצועות 129
מרוחקני ממך 104
מריש 340
מרפסת 277
משבטלה סנהדרין בטל השיר 297
משוח מלחמה 258
משוח מלחמה 271
משוחררים 378
משיאין על פי בת קול 54
משיחא 308
משמתו נביאים הראשונים 297
משרבו המנאפים פסקו המים המרים
291
משרבו הרצחנים בטלה עגלה ערופה
291
משתאות 297
מת האב לא נתרוקנה רשות לבעל
136
מת מצוה 168
מתירין הנרות לאחין 4

נ

נרונייא 56
נרונגיא 130
נדר אלמנה וגרושה יקום 143
נדר בחרם 110
נדרי אונסין 110 & 112
נדרי הבאי 110 & 111
נדרי זירוזין 170
נדרי כשרים 104
נדרי ענוי נפש 138
נדרי

פרשת המלך 358 & 267
פרשת עגלה ערופה 258
פשרה 94

צ

צואר עד החמרים 55
צחנה 123
ציון 347
צירן 336
ציץ 266
ציר 123
צלי 122
צלמן 54

ק

קבל הקטן והגדיל חרש 328
קדושה מביאה לידי ענות 309
קדושין בספק 12
קדש ליהוה 265
קהל 377
קולר 345
קוי 163
קולנית 80
קום 123
קונם אשתי 110
קונם בשר 130
קונם יין שאני טועם 128
קונם קונה קונס 105
קונם על פי 127
קונם פירות האלו עלי 127
קונם שאני נהנה לבני נח 114
קופה 77
קוסם 206
קופין 186
קטליאות 195
קטרה 67
קטירת 366
קידושין 359
קמעא 84
קפרה 124
קין עד הקין ועד שיהיה הקין 129
קלתה 350
קלגסים 274
קטיעות 366
קנקנתום 206
קפוטקיא 103
קפיצה 341
קפלוטות 124
קפתור 103
קצורה 79
קרבן 105
קרבן הקרבן כקרבן 106 & 107
קרבן לשמה שלא לשמה 167
קרדייקוס 346
קרבנות של מלכים 110
קריאת שמע בכל לשון 258
קרקום 330
קתדרא 73

ר

ראה את הקרי 163
ראש הכנסת 266
ראש פרץ 60
ראש פרע 80
רביעה שנייה 130
רביעית 163
רגלים לדבר 175
רוח הקדש מביאה לידי תחיית המתים 309
רחבב 124
רחצה

סריק 277
סתם נדרים להחמיר 109
סתם נזירות שלשים יום 148
סתם נזירות שלשים יום 164
סתתיות 124

ע

עבד כנעני נקנה בכסף ובשטר ובחזקה 362
עבד עברי נקנה בכסף ובשטר 360
עבד שנשכרה ופראוהו 334
עבדי מלוג 23
עבדי צאן ברזל 23
עבודה 126
עבורה 130
עברין 120
עגלת ערופה 283 & 284
עגלה ערופה 371
עגמת נפש 277
עד 179
עד הפסח 129
עד הקציר ובציר 129
עד שיהא 129
עדות ראשונה ואחרונה כשוטה 253
עולה 106
עולי בבל 120
עוף הפורח 250
עוהגאי 324
עוהנאי 349
עטרה 26
עטרות חתנים וכלות 204
עירות 338
עכו 349
עכו 323
על אלו טומאות הנזיר מגלח 169
עמוני ומואבי אסורין 27
ענבל 164
ענוה במלה 308
ענוה מביאה לידי יראת חטא 309
עפר עינים 250
עצין 65
עקר כתובה 56
עריות 360
ערכאות 324
ערכי ישנה 380
עשרה יוחסין עלו כבבל 378

פ

פארה 140
פגול 105
פגם 66
פולמוס של אספסינוס 204
פותחין לאדם בכבוד אביו ואמו 131
פותחין לו פתח 110
פטיש מכה בירושלים 295
פי כפיו ושערי כשערו 157
פיילי 202
פירי פירות 86
פסקי חסידים 308
פעוטות 341
פצוע דכא 26
פקח 102
פרה זו עלי קרבן 150
פרוזבול 90
פרוטה 359
פרוץ 60
פרימה וקריעה 189
פרישה מביאה לידי קדושה 309
פרישות וטהרות מתו 308
פרנסה סתבם 78
פרע 164
פרעות 170
פרצוף פנים 53

נדרי רשעים 104
נדרים שמותרים 107
נהרדעא 55
נודרין להורגין 112
נולדים 113
נומינו 345
נוקפין 295
נופת צופים 297
נושאין על האנוסה ועל המפתה 36
נותנין לבתולה שנים עשר חדש משתבעה הבעל לפרנס 72
נותר 105
נוית 146
נזיק 146
נזיק נוית 105
נזיר 146
נזיר היה שמואל 177
נזיר כמנין הימים 149
וכמנין ימות החמה *ibid.*
נזיר כעפר הארץ וכשער הראש 149
נזיר מן הגרוגרות ומן הדבילה 150
נזיר מן החרצנים והזגים 147
נזיר על מנת שאהא שותה יין 151
נזיר עולם 147
נזיר שגלח ונודע לו שהוא טמא 175
נזיר שהיה טמא בספק 173
נזיר שהיה שותה יין כל היום 165
נזיר שמשון 147
נזיר שנזרק אחד מקרוביו ונטמא 165
נטיעות האלו קרבן 112
נמעות הנוכרת 118
נסכאה נטמאה 243
נטען 8
ניר 206
נכסים בראוי אינן במוחזק 91
נכסים הירועים 83
נכסים הנכנסים ויוצאין 14
נכסי מלוג 14
נכסים מרובים ומועטים 300
נכסי מלוג 23
נכסים משוקברים 89
נכסים משעבדים 338
נכסים שיש להן אחריות 91
נכסים שיש להם אחריות והפון 363
נערה 67
נערה בוגרת 144
נערה המאורסה אביה ובעלה מפרין נדריה 135
נערה שלא בגרה 143
נערה שנתארסה ונתגרשה 65
נערים פני זקנים ילבינו 309
נפשות 186
נצל 169
נקיות מביאה לידי פרישות 309
נתינה לרשראל 229

ס

סבלונות 370
סגן 166
סנהדרין 297
סוטה 179
סגול 40
סיקריקון 340
סכבורת 170
סמדר 332
סמיכות 366
ספר 206
ספרים 121
סק 126
סקילה 68
סרים חמה וסרים אדם 27
סרים שותה על ידי כל השרירה 240
סרק 165

רוצה אשה בקב ותפלות מתשעה קבין
פרישות 218
רוזק 383
רסיזה 341
רפואות הנפש 117
רפואות ממון 117
רקם 322 & 323
רשות הגבורה בכסף 365
מצות הבן על האב 365
מצות האב על הבן *ibid.*
מצות עשה שלא הזמן גרמה 365

ש

שבועת העדות והפקדון 258
שבותה 105
שבט לא קרשו 161
שבעים לשון 262
שבר 189
שברת ושתי שבתורת 74
שבת קרקעות 338
שוגר 90
שוטרים 275 & 280
שום הדיינין שפיחתו שתות 96
שום וכנגר השום 77
שומן הפירות 298
שומרין 262
שומרת יבם בין לאחד בין לשני 137
שומרת יבם שקידש אחיו את אחותה 16
שומרת יבם שנפלו לה נכסים 24
שומרת יבם שנפלו לה נכסים 84
שמשטין 225
שושן השושן 292
שתורים 295
שטר 359
שטר הכרתובה 56
שיירא 344
שכתרה 140
שלש ארצות לנשואין 102
שלמים 106
שלמים שלא לשמן 167
שלוק 122
שלש נשים יוצאות ונוטלות כתובה 145
שלשה אחים שנים מהן נשואין שתי אחיות 10 & 11
שלשה גמין פסולין 355
שלשה דברים אמר רבי אלעזר בן פרטא 331
שלשה מינין אסורין בנזיר 163
שלש עשרה בריתות 114
שמונה ברכות 266
שמיר 297
שמשון הלך אחר עיניו 198
שני אחים אחר חרש ואחד פקח 47
שני אחין נשואין לשתי אחיות 44
שני גיטין שכתבן זה בצד זה 356
שני נזירים שאמר לחן אחד 171
שני דייני גזירות היו בירושלים 99
שניות 360
שניות מדברי סופרים 6
שניות מדברי סופרים 29
שנים שהוציאו שטר חוב 102
שנים שקדשו שתי אחיות 7
שנים שקדשו שתי נשים ובשעת כניסתן לחופה החליפו 13
שער המזרח וניקנור 189 & 192
שש עריות חמורות מאלו 3
שקסים 74
שקרנים 308
שקוקרה 5
שרין 278
שתוקי 235
שתוקי 378
שתי יבמות זו אוסרת את בעלי וזו אוסרת את בעלי 52
שתיקתן יפה מדבורן 337

ת

תבוסה 176
תגלחת המוסארה 166
תגלחת המהרה 166
תגלחת הנגע רוחות תגלחת הנזר 173
תודת 106
תורף 327
תורף 330
תחום השבת 249
תחום העיר 126
תיב 121
תחיית המתים באה על ידי אליהו 309
תלמרתא 55
תנאי בני גד ובני ראובן 374
תניפה 214
תנופה 366
תערובות 38
תפילין ומזוזות אין לוקחין מן העו"ם 335
תפיסת יד 120
תפלה נאמרת בכל לשון 258
תקון העולם 333
תקנת השבין 335
תקנת השבים 340
תרוד 169
תרומה 182 & 183
תשע נערות צריכין קידושין 148

INDEX RERUM

ET

VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A

ABa Gorion & Goria. 362
Abraham totam Legem obſervavit antequam data fuit. 384
Abſalom cæſarie efferebatur, idcirco cæſarie pependit. 198. Lanceis decem petitus, & tribus ſpiculis confoſſus. *ibid.*
Abſalom erat Nazyræus perpetuus. 148
Abſtinentia generat ſanctitatem. 309
Acho. 323
Acho. 347
Acetum mel. 297
Admon & Chanen judices. 99
Admon ſeptem res dixit. 100
Adulterorum multiplicatio, quid effecerit. 293
Æditui facti ſunt ut vulgus. 308
Ædituus porrigit Legis librum. 266
Ægyptii & Edomæi prohibiti ſunt ad tres generationes. 27
Æmulæ liberantur ab extractione calcei & leviratione. 3
Æſtatis ſignificatio. 129
Æſtimatio judicum de dote. 96
Afflictio animæ. 139
Agaſones ut plurimum mali ſunt. 384
Agatonis apartificium rejicitur. 383
Ager inundatus. 81
Ager inundatus pro fœmina vi compreſſa. 58
Agitatio oblationis. 213
Agitatio ſacrificiorum Nazyræi. 167
Agmen confertum. 280
Agni nomen in votis. 125
Agri votum. 120
Agrum ſi quis petierit ſuper quo ipſe teſtis ſignatus eſt. 101
Agrum ſuum ſi Judæus vendiderit gentili, & eundem a gentili emerit alius Iſraëlita, is de eo adducat primitias. 337
Alacritas eſt cauſa innocentiæ. 309
Allegorica expoſitio Scripturæ 116
Allegorizantes defecerunt. 308
Allii non comedendi votum. 114
Amen, Amen. 210
Ammonita & Moabita prohibiti ſunt prohibitione perpetua. 27
Amore Deo ſervivit Jobus. 250
Anathema ſacerdotum. 110
Ancillæ quæ uxori hæreditate obtigerunt. 84
Angulus agri. 140
Animæ afflictio. 134
Anni ſeptimi conſiderationes quædam. 341
Anni ſeptimi fructuum uſus ex voto prohibitus, ſi quis ante ipſum ſe obſtrinxerit voto. 118
Annonæ caritas ante adventum Meſſiæ. 308
Annus ſeptimus pertinet ad ſex præteritos. 128
Antipatras. 348
Antiſtes. 266
Apocha. 90
Apprehenſio manus. 120
Aquæ amaræ ad uxorem adulterii ſuſpectam probandam deſierunt. 291
Aquæ amaræ aliquando non interficiebant. 184
Aquæ amaræ bibendæ. 178
Aquæ amaræ in adulteram & adulterum ſimul vim ſuam exercebant. *ibid.*
Aquæ amaræ ob adulterii ſuſpicionem. 236
Aquæ fructuum. 326
Arbores quinque frugiferæ. 275
Arenæ maris mentio in votis. 149
Aſſati votum. 122
Aſcenſus ad terram Iſraëlis eſt univerſalis. 103
Aſino primogenito ne fiat deſponſatio. 371
Askalon. 323
Aſparagus. 125
Atramentum. 206
Atramentum. 326
Aviculæ ſint ſuper me, eſt votum Nazyræatus. 147
Aves ſine operibus ſe ſuſtentant. 383
At non ita homines. *ibid.*
Avium cantus ac volatus nova aliquando denunciant. 250
Auripigmentum. 352

B

Baculus ſanctificat. 161
Bdellium. 304
Bello nonnulli non obligabantur. 273 & 279
Bellum arbitrarium eſt, vel ex præcepto. 281
Bellum cum ſeptem populis 281
Benedictio cibi in omni lingua fiat. 258
Benedictio nuptialis. 57
Benedictio ſacerdotalis in lingua ſancta tantum proferenda. 258. Et quomodo fiat. 264
Benedictiones & execrationes in lingua ſancta peragantur. 258. earum peractio. 262
Benedictiones octo. 266
Betchoron. 121
Betdeli. 55
Bibere e vaſe teſtaceo. 66
Bona defuncti ſi exigua ſunt, filiæ aluntur, & filii mendicant. 100
Bona depilationis. 56. bona gregis ferrei. *ibid.*
Bona futra non ſunt ſimilia præſentibus. 91
Bona gregis ferrei. 14
Bona depilationis. 14
Bona multa & exigua quænam ſint. 100
Bona pupillorum. 84
Bona quæ mulieri ceſſerint ante deſponſationem. 12
Bona quibus cautio eſt, acquiruntur argento, ſcriptura, & poſſeſſione. Quibus non eſt cautio, ea tantum acquiruntur attractione. 363. Et acquiruntur etiam argento, ſcriptura, poſſeſſione, & bonis quibus non eſt cautio. *ibid.*
Bona ſubjecta. 89
Boni operis meritum. 218
Botro, quinam deſignentur. 291
Bove lapidando ne fiat deſponſatio. 371
Braſſicæ votum. 125

C

CAbi oſſium & ſanguinis dimidium Nazyræum ad tonſuram obligant. 164
Calcei extractio peragitur coram tribus judicibus, licet idiotæ ſint. 40.
Calcei extractio una poſt alteram. 18
Calcei extractionem nihil ſequitur. 19
Calceum ſi exuerit fœmina, pro ſacerdote illegitima eſt, nec comedat de oblatione prima. 21
Calvariæ ſuper quibus tondetur Nazyræus. 169
Calumniatores invaluerunt. 308
Caphutkaja. 103
Capillorum capitis mentio in voto Nazyræatus. 149
Captivæ dos. 57
Captivorum Judæorum redimendorum jus. 335
Capthor. 103
Carne cum lacte ne fiat deſponſatio. 371
Cardiaca afflictio. 346
Carnis ſuillæ mentio in votis. 107
Carnis votum. 127
Caro ſale condita. 110
Cathedra. 71
Cauſa capitalis. 186
Cevi 163
Chalcanthum. 326
Chagar. 322
Chalcanthum. 236
Cherek chereg, & chere cheref, ſunt cognomina execrationis. 165
Cilicium. 126
Circumciſio tredecim effecit præcepta. 114. Et pellit ſabbatum; & ſuper illa Moſi non indultum eſt unius horæ ſpatium. *ibid.* Et depellit plagas. *ibid.*
Circumciſorum commodum ob votum non percipiendum. 114
Cibi & commodi non percipiendi votum non differt. 115
Ciborum mixtura fit in domo veteri, pacis gratia. 341
Cibus animæ. 115
Coclearis plenitudo. 169

Coctilis

Coctilis votum. 122
Coelebs non fiet ludimagiſter, ita nec mulier. 383
Coelebs ne paſcat parvum pecus; neque duo coelibes ſimul dormient ſub uno tegumento. 382
Coemeterii mentio in Nazyræatu. 155
Cognomina devotarum rerum ſunt ut ipſæ res devotæ. 104 & 105
Cognomina Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus. 146
Cognomina jurisjrandi ſunt ut ipſum jusjurandum. 104 & 105
Cognomina Nazyræatus ſunt ut ipſe Nazyræatus. 146
Cognomina ſacrificii. 105
Cognomina votorum ſunt ut ipſa vota. 104
Coi. 163
Coitus filii novem annorum cenſetur coitus. 24
Coitus unus poſt alterum. 18
Comam promittere, quid ſit in votis Nazyræatus. 146
Commixtiones urbium fiunt in domicilio veteri pacis gratia. 341
Conam, Cona, Conas, formulæ vovendi. 105. & ſacrificii cognomina. *ibid.*
Conam in votis. 106
Conclavis lignorum mentio in votis. 105
Conditi votum. 122
Confeſſio decimarum abrogata a Jochanane ſummo pontifice. 295
Confeſſio decimarum in omni lingua dici poteſt. 258
Congregationem Iſraëlitarum intranti licet cum iiſdem connubia inire. 379
Conjugale officium quod maritus debet uxori ſuæ. 74
Conjugii abſtinentia in votis. 110
Conjugium a nemine intermittendum niſi ab eo qui filios habet. 22
Contuſus teſticulis. 26
Corbis ſaligna vel Ægyptia. 200
Cornu vaccæ inſcriptus repudii libellus. 326
Coronæ ſponſorum & ſponſarum abrogatæ ſunt bello Veſpaſiani. 304
Creditores de bonis obligatis non exigunt, ubi ſunt libera. 338
Neque de pupillorum bonis niſi de illis quæ infimæ ſunt bonitatis. *ibid.*
Crines uxoris adulterii ſuſpectæ explicabantur. 189 & 193
Cucurbitæ ſunt genus oleris, 125
Cutæus idololatricus in votis. 107
Cutæus in teſtimoniis libellorum repudii dicendis ineptus eſt; ſed in quibuſdam aptus. 324

D

Damnum ſi quis paſſus ſit, bona illius æſtimant juxta id quod optimum eſt, creditoris juxta mediocria. 338
Damnum puellæ vitiatæ. 66
Decem familiæ aſcenderunt babylone 378
Decimarum abrogatio impedivit pinguedinem frugum. 303
Decimarum mentio in votis. 109
Decimarum ratio non amplius habita. 295
Decimarum ſecundarum ope ne fiat deſponſatio. 371. ſed primarum ope licet. 372
Delilæ mentio in votis Nazyræatus. 147
Deſponſa, aut levirum expectans non bibit aquas. 229. nec dotem accipiunt. *ibid.*
Deſponſatio fieri nequit mediantibus aliquot rebus. 371
Deſponſatio fieri poteſt per ipſum ſponſum, vel per ipſius legatum; at non ita cum ſponſa. 367
Deſponſatio non fit portione ſponſi, ſive illa ſit res ſanctiſſima, ſive minus ſancta. 270. Nec decimis ſecundis *ibid.*
Deſponſatio ob vocem aliquam auditam. 54
Deſponſationes filiam Iſraëlitæ a ſacerdote imprægnatam, vel illam quæ levirum expectat ſacerdotem non juvant ad oblationes primas comedendas. 24
Devotum maris. 110
Deus ſit inter me & te. 145
Dierum ſolarium mentio in votis Nazyræatus. 150
Dies fluentis viri & fœminæ 170
Dies incluſionis leproſi. 170
Dies numerationis & conſummationis in Nazyræatu. 173. ſed ei non annumerantur. 174
Dies numerationis & conſummationis Nazyræatus. 170
Diphtera. 205
Diphtera. 327
Dinbitores. 275
Diſcalceatio facta coram duobus aut tribus, quorum unus eſt propinquus aut illegitimus, iſta quoque illegitima eſt. 41
Diſcalceationis præceptum peragitur. 42
Diſcalceationis lectio in lingua ſancta tantum legatur. 258. & 260.
Diſcipulorum Sapientum mos ſingularis in filiarum deſponſarum votis irritis reddendis. 136
Divitiæ deſeruerunt ſapientes. 308
Divortia dubia. 12
Divortii decem conditiones. 322
Divortium ab uxore productum. 90
Divortium & deinde ſponſalia, & poſtea diſcalceatio. 19
Divortium ex urbe tranſmaritima in terram Iſraëlis apportatum. 9
Divortium in terra Iſraëlis ex uno loco in alium delatum. 324
Divortium an ſequatur divortium. 18
Divortium quod ob malam uxoris famam a marito factum eſt. 336
Dolia olei ſi quis petierit a proximo, & confeſſus fuerit de cantharis. 100
Domi votum. 120
Domus cineris. 215
Domus patris quid ſit. 68
Dos Hebræorum alia quam Romanorum. 229 & 230.
Dos nuptialis. 56
Dos tua in menſa depoſita eſt. 86
Dotale inſtrumentum. 56
Dotis pars non ſolvitur ſine jurejurando. 89
Duodecim menſes conceduntur ſponſæ ad parandum ſe. 72
Duo qui dederint ſponſalia duabus ſororibus. 7
Duo viri ſi duabus fœminis ſponſalia dederint, & una cum altera commixta fuerit ſub velamine nuptiali. 13

E

Ebal. 262
Eductio ne fiat ex urbe in urbem, niſi in eadem terra. 102
Eliæ adventus. 309
Empilia ad diſcalceationem illegitima. 40
Eodem die. 246
Equorum hinnitus. 271
Eſca belluarum. 202
Eſra Levitis ademit decimandi facultatem. 295
Etan. 287
Euchariſtici mentio in votis. 106
Eunuchi uxor ob adulterii ſuſpicionem ad aquas amaras bibendas adigi poteſt. 240
Eunuchus ſolis dat calceum exuendum. 27
Eunuchus hominis non dat calceum exuendum. *ibid.*
Expiationis experti non licet edere ſancta, niſi donec adduxerit ſacrificium expiationis. 173

F

Faba Ægyptiaca. 125. arida & ſicca. *ibid.*
Familiæ decem Babylone aſcenderunt. 30
Felicitas publica periit. 308
Feſto tabernaculorum exeunte de vino inquirebant. 332
Fide digni ad teſtandum in adulta ætate. 64
Fideles defecerunt. 297
Filiæ deſponſæ libellus repudii ab ipſa & patre ipſius recipitur. 343
Filia eſt in poteſtate patris donec illa nunciis ſponſi tradita ſit. 70
Filia Iſraëlitæ deſponſa ſacerdoti, aut ab ipſo imprægnata, vel levirum expectans, vel Levitæ deſponſa, vel ab ipſo imprægnata non edet oblationem primam. *ibid.*
Filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta &c. 23.
Filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta 23
Filia Iſraëlitæ ſacerdoti nuptæ oblatio comburebatur, ſi polluta fuiſſet. 223
Filia Iſraelitæ ſi cum ſacerdote concubuerit, comedat de oblatione prima. 25
Filia minorennis renuere poteſt deſponſationes. 42
Filia minorennis ſi legato dixerit, accipe pro me repudii libellum meum, tum non eſt repudii li-

bellus, niſi donec ad manum illius pervenerit. 344
Filia nata e viro profanato illegitima ſit ad ſacerdotium omni tempore. 380
Filia ſacerdotis Iſraëlitæ nupta ne comedat oblationem primam. 31
Filia ſacerdotis ſe polluere poteſt mortuis. 224
Filia ſacra ſcriptura imbuenda ſit. 128. Et contra. *ibid.*
Filiæ ſacerdotis & ſacerdotis differentia. 223
Filii recens nati in voto Nazyræatus mentio. 152
Filiorum Gad conditio quænam? ut & filiorum Rubenis. 374
Filium ad Nazyræatum adſtringere poteſt pater, at non mater. 159
Filius irritabit patrem. 309
Filius novem annorum & unius diei. 24
Filius novem annorum & diei unius ſi coiverit cum fratria ſua, & deinde cum eadem frater totidem annorum, fecit illam illegitimam pro ipſo. 35 verum ſi filius novem annorum & diei unius cum fratria coiverit, & mortuus fuerit, ipſa calceum exuet, & non contrahet levirationem. 36 ſi idem cum fratria coiverit, & poſtquam adoleverit, duxerit uxorem, & deinde mortuus fuerit. *ibid.*
Filius raſuram admittit ob Nazyræatum patris; at non filia. 224
Filius vivax. 153
Filius uxoris ſacerdotalis ſi cum filio ſervæ commixtus ſit, uterque comedat de oblatione, & partem ſuam in area ſumat; at non polluuntur, neque uxores ducunt legitimas, vel illegitimas. 38 verum ſi miſcellanei adoleverint, & unus alterum manumiſerit, ducant uxores ad ſacerdotium illegitimas & non polluuntur. *ibid.*
Filum triplicatum non facile frangitur. 367
Fluxum patiens ſeptem modis ſcrutatur. 177
Foemina nequit deſpondere filiam. 226
Foeminæ votum de nullo ex hominibus percipiendo commodo, irritum reddi nequit. 140
Foeminam vi compreſſam a patre ſuo vel ſeductam a patre, vel a filio ſeductam aut compreſſam, ducere licet. 36
Foetus illegitimum reddit. 24
Folia olivarum. 326
Foſſa unum cubitum longa erat in Templo, cui tabula marmorea impoſita erat, & huic annulus infixus. 202
Fratres duo quorum unus mortuus fuerit, & alter cum uxore fratris levirationem contraxerit. 5
Fratres tres, quorum duo duxerint duas ſorores &c. 10 & 11
Fratres quatuor qui quatuor duxerint ſorores. 16
Fratres quatuor quorum duo duxerint duas ſorores, & hi mortui fuerint. 9
Fratria acquiritur coitu, & illa ſeipſam acquirit diſcalceatione & morte leviri. 359
Fratria cui bona obtigerunt dum levirum expectabat. 14
Fratria levirum unum aut duas expectans. 137
Fratria non tota eſt leviri, ut deſponſa eſt tota viri. 137
Fratria quæ impragnata erat dum levir ei calceum dederat exuendum. 13 vel ſi eam duxerit levir dum imprægnata erat. *ibid.*
Fratria ſi voverit ſe nullam utilitatem capturam a leviro. 46
Fructibus ademptus eſt ſapor deſtructo templo. 298
Fructificationis & multiplicationis præceptum viro, & non foeminæ datum eſt. 22
Fructus fructuum. 86
Fructus e terra evulſi qui uxori hæreditate obtigerunt. 83
Fructuum pinguedo, quare defecit? 303
Funis Ægyptius. 195

G

GAlilæi non agnoſcunt Trumam conclavis. 110
Galilæi non tenentur tranſſcribere. 121
Garizim. 262
Gazæ ejuſdemque portarum in votis Nazyræatus mentio. 147
Gentes omnes præputatæ ſunt 114
Genealogiæ volumen Jeruſolymæ inventum. 17
Generatio canina. 309
Gentilibus in anno ſeptimo auxilio eſſe licet. 342
Gladius ſtrictus. 250
Græcorum diſciplina inter Judæos abrogata. 324
Gummi. 207
Gummi. 326

H

HA Corban, Kecorban, & Corban in votis. 106
Habitatio bona perveſtigat. 102
Hagar. 322
Hæreditas mulieris levirum expectantis. 85
Hallel duplex; ejus cantandi modus inde a Moſe arceſſendus. 249
Helenæ Reginæ mentio in voto Nazyræatus. 156
Helenæ tabula ænea. 204
Hieroſolymæ nomen in votis quid ſignificet? 105
Hieroſolymam non aſcendendi votum. 114
Hinnitus equorum. 271
Holocauſti mentio in votis. 106
Homicida deprehenſo ante vitulæ decollationem. 289. vel ſi poſt vitulæ de collationem inveniatur, tamen capitali ſupplicio afficiatur. 190
Homini abſenti gratia exhibenda eſt, & præſens demum plecti debet. 325
Homo pius & inſipidus orbi interitum afferunt. 218
Honos Legis evanuit. 308
Hora quoque Jeruſolymis deſignabatur in contractu dotali. 93

I

IAnuæ mentio in votis Nazyræatus. 150
Januam aperire alicui. 131 & 132
Jeruſolymitani non adferebant vitulam decollandam. 293
Jeſchanæ ſenatus. 380
Ignominia puellæ vitiatæ. 65
Immundities abyſſi. 174
Immundities dubia in loco publico habenda eſt pura, at in loco privato impura. 172
Immunditiei gradus ſecundus polluit tertium. 246
Immundities Nazyræi a mortuo contracta, ſanctuarium ingredientibus ponit modum. 178
Impenſæ ſuper bonis uxoris factæ 84
Impuber excipitur a zelotypia. 240
Impubis, cujus pater mortuus eſt, & ex quo mortuus eſt, facta eſt pubis, votum ſit firmum. 143
Impubis, cujus pater adhuc vivit, votum ſit firmum. *ibid.*
Impubis, & dein pubis facta votum eſt firmum, ſi pupilla ſit. 143
Impubis quæ deinde pubis facta eſt, votum ſit firmum, ſi mortuus ſit pater. 143
Impubis, quæ non facta eſt pubis, ſed cujus pater deinceps mortuus eſt, votum ſit firmum. 143
Impubis, quæ non pubis facta eſt, ſed pupilla, votum ſit firmum. 143
Impudentia ante adventum Meſſiæ aucta. 308
Inceſtus ſex graviores. 3
Infans ſequitur matrem ubi obtinet deſponſatio, & non obtinet transgreſſio. 377.
Infans ſequitur defectu laborantem. *ibid.*
Innocentia parit puritatem. 309
Inquiſitio ne fiat ab altari & ſurſum, neque de ſuggeſtu & ſurſum, neque de ſynedrio & ſurſum. 380
Inſtrumentum dotale reſcinditur, ſi uxor adulterii ſuſpecta ſit. 188
Interdictum mariti ad uxorem adulterii ſuſpectam. 181
Jobus an ex amore an vero ex timore Deo ſerviverit? 250
Jochanam pontifex maximus abrogavit decimarum confeſſionem. 296
Joſephus omnium fratrum ſuorum natu maximus, pietatis officium præſtitit in patre ſepeliendo. 199
Iſraëlita ſi coiverit cum filia ſacerdotis, illa tamen comedat oblationem primam, ſi non imprægnata ſit. 25
Iſraëlita ſi duxerit profanatam uxorem filia exinde nata illegitima eſt ad ſacerdotium. 380
Iſraëlitæ omnes præputiati. 114
Judææ limites deſolabuntur, & tota regio devaſtabitur. 309
Judæus qui ſeipſum gentili vendiderit, non redimendus eſt ab aliis Judæis 337.

Judices publici quinam? 380
Judices ſententiarum duo erant 99
Judiciorum tres claſſes. 154
Judicum conſeſſus bis in ſeptimana fieri ſolitus in urbibus. 56
Juramenta quæ marito intercedunt cum uxore. 140
Jurisjurandi mentio in votis. 129
Jusjurandum in omni lingua fiat. 256
Jusjurandum non obtinet in jurejurando. 109
Juvenes ora ſenum contundent. 309
Juventa nimia. 186

L

Labrum. 203
Laniones quodammodo amalekitis ſimiles. 384
Lapis ſepulchralis. 170
Laqueus ſiligneus. 195
Lactis votum. 124
Lectio audi in omni lingua fiat. 258
Leproſus ſe nudat, & veſtem deſcindit, at non leproſa. 224
Leviratus & diſcalceationis ritus tribus potiſſimum nititur præceptis. 3
Legis decus ceſſavit. 308
Lex Judææ. 80
Lex Moſis. 80
Levir minorennis ſi ad fratriam minorennem ingreſſus ſit. 46
Legumina non ſunt genus oleris 125
Levir nequit efficere ut fratria edat ab oblatione prima. 73
Leproſi purificabantur ad portam Nicanoris. 189
Leproſus eſt unus ex iis cui deeſt expiatio. 173 Bis tonderi debet, & tum ſacrificium expiationus adferre. *ibid.*
Levir qui coivit cum fratria ſua ſive ſciens ſive inſciens, ſive nolens ſive volens, ſive ille inſciens & illa ſciens, vel contra. 20
Leviratus quatuor ſunt fundamenta principalia. 1
Levir ſi fratriæ fecerit ſponſalia, & poſtea divortium, det illi calceum exuendum. 18
Levir qui uni fratriæ dedit exuendum, & alteri ſponſalia; vel uni divortium, & cum altera concubuerit, vel cum utraque concubuerit. 19
Liberales ad pauperiem redacti ſunt. 308
Libelli repudii abrogatio in principio fiebat a marito coram tribus judicibus. 333. ſed hoc poſtea a Gamaliele abrogatum. *ibid.*
Libellus repudii a marito projectus uxori. 350
Libellus repudii conſignatus in nomine regni illegitimi. Aut ſi conſcriptus ſit in oriente, ſed conſignatus ſit perinde ac ſi in occidente conſcriptus eſſet, & contra. 351
Libellus repudii vetus quinam? *ibid.*
Libellus repudii cum apocha ex errore ſcribæ commutatus. 352
Libellus repudii calvus. 353. item colligatus. *ibid.* & 354
Libellorum repudii tria genera illegitima ſunt, & ſi horum ope conjugium initum ſit, filius inde natus tamen legitimus eſt. 355. Duo libelli repudii, unus e regione alterius, & duo teſtes Ebræi, unus infra alterum, cum duobus teſtibus Græcis intra unum atque alterum. 356
Libellum debiti ſi quis contra proximum eduxerit. 102
Libellus repudii e loco tranſmaritimo in terram Iſraëlis allatum. 322
Ligare & ſolvere. 153
Libelli repudii & libelli manumiſſionis ſervorum in quodam caſu convenientia. 324
Liber genealogiæ Jeruſolymæ inventus. 17
Liber legis convolvitur. 276
Libri legis vel precum &c. quo pretio emendi a gentilibus? 335
Libelli renunciationis formula. 227
Libellus repudii non ſcriptus in nomine mulieris, illegitimus eſt. 329
Libellus repudii perditus, at deinceps inuentus. 330
Libellus repudii qui Ebraice conſcriptus eſt, & nomina teſtium Græce; aut contra. Vel unus teſtis Ebraice, alter vero græce ſignaverit. 357
Libelli repudii, qua materia conſcribi poſſint, & qua non. 326
Lebelli repudii ſcriptio, a quibus fieri poſſit? ejuſdemque allatio? 327. Et confirmatio. *ibid.* Acceptio ejus. 328
Lignile. 275
Linguæ ſanctæ uſus in multis. 258
Linguæ ſanctæ uſus in vitula collanda. 282
Locus fragmenti. 170
Loci menſuratio in voto Nazyræatus. 149
Locuſtæ quænam? 308
Lucernæ lumen in teſtimoniis dicendis locum habet. 54
Lucubratores defecerunt. 308
Luna lucente teſtimonium perhibebatur. 54
Luna, nere ad lunam. 250
Lud. 322

M

Macula in ſponſa prohibet conjugium ſi non indicata fuerit. 369
Maculæ in viro aut in foemina repertæ. 81
Magiſtratus aliquando zelotypiam exercet. 242
Magiſtratus ordines. 184
Malleus Jeruſolymis pulſans. 295
Mammæ uxoris adulterii ſuſpectæ ſuperius ligabantur. 195
Manipuli oblatio ex hordeo offerebatur. 200
Manipulus oblivione relictus. 140
Manoæ mentio in votis Nazyræatus. 147
Manumiſſæ virginis dos. 57
Manus ſeniorum lavabantur in loco ubi vitula decollata erat. 288
Manuum elevatio duplex. 264
Manuum impoſitio in ſacrificiis incumbebat viris tantum, non mulieribus; ſacrificio mulieris adulterii ſuſpectæ, & Nazyrææ excepto, quod agitabatur. 366
Maria Tarmudita. 168
Maris devotum. 110
Mariti poteſtas in hæreditatem uxoris tam ante quam poſt deſponſationem. 83
Maritus puellæ deſponſatæ votum poteſt irritum reddere. 135
Matres quatuor qui ſunt octo. 379
Medicorum conditio rejicitur. 384
Mel palmarum. 124
Menſura qua homo metitur, remetietur & deus. 197
Meritum boni operis non cohibet vim aquarum amararum. 221
Meſſiæ adventum multa præcedent mala. 308
Meſſis votum. 129
Mille cubiti pro ſuburbio. 248
Minchæ mentio in votis. 126
Minium. 326
Minorennis filia quando renuere poteſt deſponſationes? 42
Minorennis filia deſponſa & poſtea repudiata, eſt inſtar pupilli vivente patre. 44
Minorennis ſi diſcalceare debeat, diſcalceabit dum adoleverit. 41
Minutal religioſorum. 308
Mirjam per unam horam ad Moſis fata attendit. 199
Miſcellis arborum ne fiat deſponſatio. 371
Modeſtia parit timorem peccati. 309
More planities. 262
Mortuus præcepti. 169
Moſes cecinit Hallel. 249
Mulier Phariſæa & vulnera Phariſæorum orbi interitum adferunt. 218
Moſes omnium Judæorum longe maximus, oſſibus Joſephi juſſu perſolvit. Et a Deo ipſo conditus. 199
Mulier ab ethnicis in captivitatem abducta propter bona. 63
Mulier quæ Nazyræatum vovit, attamen vinum bibit, vapulat. 40. plagis. 157
Mulier quæ Nazyræatum vovit. Et pecudem ſuam cum in finem ſeparavit. 158
Mulier vitiata nullum conſequitur matrinomii contrahendi impedimentum, & illius actus nulla habetur ratio. 212
Mulieres inceſtæ quarum æmulæ ſunt licitæ leviro. 352
Mulieres quinque, ſi earum filii mixti ſint, & ita adoleſcant miſcellanei, uxoresque ducant, & deinde moriantur, quatuor dant calceum exuendum uni, & unus leviratus officium præſtat &c. 37
Mulieri de anno ſeptimo ſuſpectæ licet inſtrumenta quædam commodare. 342
Mulieri magis expedit unus cabus rei venereæ quam decem vitæ ſolitariæ. 218
Mulieris expulſæ votum per ſe ratum eſto. 143
Munus eſto mihi quicquid commodi

perceptururus ſum a Noachi filiis. 114
Mundæ & immundæ foeminæ diſcrimen. 116
Munditiei intermiſſio ſuſtulit fructuum ſaporem. 303
Mundities defecit. 380

N

NAhum Medus. 161
Natorum & naſcendorum votum. 113
Nautarum conditio rejicitur. 383
Nazik, Naziach, & Paziach ſunt cognomina Nazyræatus. 105
Nazyræatum ſi quis voverit, & pecudem ſeparaverit, at ea furto ablata fuerit. 161
Nazyræatum ſi quis voverit, & ſapientem ſuper eo conſuluerit. 161
Nazyræatus cognomina ſunt ut ipſe Nazyræatus. 146
Nazyræatus duos ſi quit voverit, ob priorem tondetur triceſimo primo die; ob ſecundum, ſexageſimo primo die. 154
Nazyræatus extra terram Iſraëlis votus. 156
Nazyræatus in coemeterio votus. 155
Nazyræatus non cadit in gentiles; ſed in mulieres & ſervos. 174. Major tamen in mulieres cadit rigor quam in ſervos. *ibid.*
Nazyræatus tempus quo filius ad ipſum adſtringi poteſt. 159
Nazyræi immundities. 163. & 165
Nazyræi immundi tonſura. 163
Nazyræi mentio in votis. 109
Nazyræi mundi ſacrificia, ut & immundi. 166
Nazyræi perpetui & ſimſonæi differentia. 147
Nazyræorum capilli detonſi conjiciuntur in ignem. 167
Nazyræatus abſolutus eſt triginta dierum. 164
Nazyræatus horarius. 147
Nazyræus a caricis & Maſſa ficuum. 150
Nazyræus centum dierum. 153. & 155
Nazyræus dubius, aut abſolutus. 173
Nazyræus immundus cum dubio, aut abſolutus cum dubio. 173
Nazyræus nequit commorari extra terram Iſraëlis. 156
Nazyræus non polluitur mortuo propinquo, ſed mortuo præcepti. 168
Nazyræus pro Nazyræatu & pro lepra tondendus. 173
Nazyræo polluto, licet vel ultimo die, totus deſtruitur Nazyræatus. 173
Nazyræus qui coxerit aut elixaverit pacifica. 167
Nazyræi ſacrificia a ſacerdote agitantur. 165
Nazyræus qui novacula & forfice totonderit ſe. 164
Nazyræus qui ſemel intra triginta dies tondebatur. 149
Nazyræus qui totum diem bibit vinum, ſemel tantum reus eſt. 165. Item, ſi toto die polluatur mortuis. *ibid.*
Nazyræus qui unum atque alterum mortuum offendit. 176
Nazyræus tondetur ſuper immunditiebus quibuſdam. 169
Nazyræus ſuper quibuſdam rebus non tondetur, ſed abluitur. 170
Nazyræus tonſus cui deinceps innotuit ſe pollutum eſſe. 175
Nazyræus qui in ſpeluncam deſcendit, cui mortuus innatabat. 175
Nethinæa nupta Judæo, & contra. 229
Nere ad lunam. 250
Nihil juris mihi eſt in bona tua. 86. neque in fructus fructuum. *ibid.*
Noachi filiorum mentio in votis. 114
Nomina Dei ſine intentione non ſcribenda. 186.
Nec delenda. 188
Nothus & notha. 233
Novacula. 178
Novem puellarum vota firma ſunt. 143
Nummos ſi quis mutuo dederit ſacerdoti ad ſeparandum ſuper illis portiones. 3,1
Nuptialis benedictio. 57

O

OBlatio per domum cineris diſpergebatur. 215
Oblatio & oblatio magna. 182. aliquibus interdicta. 183
Oblatio mulieris adulterii ſuſpectæ, ſi immunditiem contraxiſſet, redimenda erat. 222
Oblationes quarundam foeminarum comburebantur. *ibid.* & 223 & non comburebantur. *ibid.*
Oblatione prima fieri poteſt deſponſatio. 372.
Oblationum ſpecies recenſentur. 221
Obortus. 154
Obtegentia. 270
Officium conjugale quod maritus uxori ſuæ præſtare debet. 74
Oleris votum. 125
Oleum & thus requirebatur in omnibus oblationibus præterquam in uxoris adulterii ſuſpectæ oblatione. 200
Olivarum deſtrictio. 129
Olivarum votum. 124
Olivæ & vites veteres. 84
Ollæ opus. 122
Opera quæ uxor præſtare debet marito ſuo. 73
Opificia quænam exercenda?
Opificium inter mulieres non exercendum eſt viro. 383
Opiniones implebunt ſummum imperium, & correptio nullum habebit locum. 309
Opus manuum & res inventa uxoris pro marito eſt. 76
Opus manuum viduæ cedit pupillis. 94
Opus manuum uxoris a marito conſecratum. 73
Origine incerta nati cum ſui generis hominibus conjugia inire poſſunt. 379
Os meum eſt munus. 110
Oſtium alicui aperire. 107
Otium dat occaſionem conturbationis. 73
Ornai. 324
Ovum ſorbile. 122

P

PAcifici ſacrificii mentio in votis. 106
Pallii mentio in votis 112
Palmarum votum. 124
Palmites propagare. 275
Papyrus 233
Parabolarum interpretes defecerunt. 308
Parvulorum emtio & venditio rata ſit. 341
Paſchatis non edendi votum. 127
Paſtoris conditio rejicitur. 383
Pater deſponſatæ filiæ votum poteſt reddere irritum. 135
Pater in filiam deſponſatam majorem aliquando habet poteſtatem quam maritus; & contra. 136
Pater in omnes filiæ actiones poteſtatem habet. 69
Pater quidem filium ad Nazyræatum adſtringere poteſt, at non mater. 159
Patri coeleſti innitendum. 308
Pauper ſi olivas in ſummitate arboris decuſſerit, furtum eſt id quod ſub illa deciderit. 341
Pauperum gentilium manus non cohibentur in ſpicilegio, manipulo oblivione relicto, & angulo, pacis gratia. 341
Paupertas & divitiæ non veniunt ex opificio, ſed utraque ex mercede Dei. 383
Pecunia quæ uxori hæreditate obtigit. 83
Pecus ferreum. 58
Pedes, pro fundamentis. 175
Peplum. 60. & 75
Pergula. 272
Peregrina ſi proſelyta facta ſit, & cum illa filia ejus, & adulteraverit, ſtrangulabitur. 68
Peregrina ſi proſelyta facta ſit, & filii cum ipſa, non obtinet diſcalceatio, neque leviratus officium. 37
Peregrinæ dos. 57
Peregrinus ſi duxerit uxorem Iſraëlitidem, filia ejus ad ſacerdotium illegitima ſit. At non ita, ſi peregrinam duxerit. 342
Perosbol. 90
Perosbol ab Hillele inſtitutum conſuetudinis ergo. 314
Phariſæatus defecit. 308
Phariſæorum vulnera & uxor orbi interitum adferunt. 218
Phiala fictilis nova. 202
Phylacteriorum mentio in votis. 108
Pietas eſt cauſa ſpiritus ſancti. 309
Placenta Aharonis in votis. 107
Plagæ dubiæ ab initio mundæ habebantur, antequam jungantur immunditiei. 177
Plagæ rebellionis. 158
Plantæ inclinantes. 118
Plantarum mentio in votis. 112
Plenitudo dolii quid ſit in voto Nazyræatus. 149

Plenitudo domus quid ſit in voto Nazyræatus. 149
Pluviarum mentio in votis. 130
Poena an infligatur ſi cum peregrina, captiva, ſerva, vel proſelyta, coiverit Iſraëlita. 65
Poena ob puellam vitiatam. 66
Polypus. 82
Pontifex maximus aliquando illegitimum facit. 169
Pontifex maximus non cogitur ſacrificium adferre pro immunditie ſua. 169
Pontifex maximus non ducet viduam, ſive illa ſit vidua ex deſponſationibus, ſive ex conſecrationibus nuptiarum; neque puellam Bogerèt ducet. 21
Pontifex maximus non polluitur propinquis; ſed mortuo præcepti. 168
Pontificis maximi benedictiones. 266
Porta Nicanoris. 189
Præcepta a terra Iſraëlis dependentia, obtinent tantum in terra Iſraëlis. & Quod ab hac non dependet, in & extra ipſam, præcepto de arborum præputiis, & miſcellis excepto. 367
Præcepta filii quæ patrem attinent, obligant viros, non mulieres. Illa vero quæ filium attinent, tam viros quam mulieres obligant. 365
Præcepta affirmantia & a tempore dependentia, obligant viros, non mulieres. ſed a tempore non dependentia tam viros quam mulieres obligant. Præcepta negantia, ſive non, tam viros quam foeminas Obligant 365
Præceptum de fratre natu majori ad levirationem contrahendam. 14
Præceptum de majori natu ad levirationem contrahendam, eſt, quod acquiſivit minor natu ſi prævenerit. 8
Præceptum ſi modo unum quis fecerit, bene ei ſit, & dies ipſius prolongantur, terramque poſſidebit. 367
Prægnans aut lactans mulier alii nupta non bibit aquas amaras, nec dotem accipit. 236
Præputiati & omnes immundi non comedunt de oblatione prima. 26
Præputiatorum commodum ob votum non percipiendum. 114
Præputiis arborum ne fiat deſponſatio. 371
Præſtat tacere quam loqui. 337
Preces in omni lingua fiant. 258
Precibus agere. 146
Primitiarum ſectio in lingua ſancta tantum fiat. 258 & 259
Primi erunt ultimi. 343
Principium fugæ clades eſt. 281
Profanatus ſi duxerit filiam Iſraëlitæ, filia illius ad ſacerdotium illegitima eſt. 380
Profani mentio in votis. 107
Prohibitio inceſtus. 5 & 10
Prohibitio præcepti. 5. & 6. & 10.
Prohibitio ſanctitatis. 5. & 6. & 10
Prominentia. 170
Prophetis prioribus defunctis, oraculum pectorale deſiit. 297
Proſelytæ dos. 57
Prothyrum. 277
Providentia eſt cauſa alacritatis 309
Provincia quid ſit? 322
Proximi commodum voto non percipiendum. 117
Proximum ſi quis percuſſerit. 177
Pruta quantum valet? 359
Pubes duodecim annorum. 137
Pubis et pupillæ vota ſunt firma. 143
Pubis factæ votum ſit firmum, ſi poſtea mortuus ſit pater. 143
Puella deſponſa & deinde repudiata. 65
Puellæ deſponſæ quæ ne unam quidem horam facta eſt ſui juris, pater & maritus votum poſſunt reddere irritum. 136
Puellæ quibus poena ſtatuitur ſi quis cum illis coiverit. 64
Puellæ ſeductæ ignominia, poena & damnum ad patrem pertinet. 67
Puellæ ſeductæ poena. 65. Seductæ & vi compreſſæ differentia. *ibid.*
Puellam Bogeret dictam non ducet pontifex maximus. 22
Puellarum novem vota firma ſunt. 143
Puerperæ ad portam Nicanoris purificabantur. 189
Pugilli peractio. 214
Pulverem alicui demere ab oculis. 246
Pulvis deſumebatur e foſſula quadem in templo, & poſtea immittebatur in aquas uxori adulterii ſuſpectæ bibendas. 202
Pulveris terræ mentio in votis Nazyræatus. 149
Pupilla a matre, aut fratre ipſa annuente elocata. 78
Pupilla deſponſa & poſtea repudiata. 66
Pupillas ſi quis duas duxerit parvulas, & deinde mortuus. 44
Pupillorum fructus decimandi ſunt a tutoribus, vel ab eo qui iſtis præpoſitus eſt. 339
Puritas parit abſtinentiam. 309
Puteus ductul aquarum proximus, impletur prius pacis gratia. 341

Q

QUartale. 163. & 170
Quindecim mulieres liberant æmulas ipſarum, æmulas æmularum ab extractione calcei &c. 1

R

RAkam. 322 & 323
Rami Lulabi mentio in votis. 108
Rebellans uxor contra maritum ſuum. 74
Regiones tres ad conſecrationem nuptiarum tenentur. 102
Regula generalis de fratriis. 5
Religioſi defecerunt. 308
Religioſorum minutal. *ibid.*
Remiſſio peccatorum. 266
Renuenti virum non cedit dos. 96
Repudia dubia. 18
Repudiata & non repudiata quænam ſit? 347
Res omnes æſtimantur pecunia antequam dentur pro re alia. 364
Res pendet. 250
Res quæ e Babele aſcendentibus liberæ ſunt. 120
Res quæ ſpeciem habent ac ſi futura emergentia eſſet, & tamen non ſunt. 130
Ros ſalutis non deſcendit amplius templo deſtructo. 298
Res urbis quænam? 120
Reſurrectio mortuorum obtinget interventu Eliæ. 306
Retia ferarum, avium, piſciumque, cadunt ſub furtum pacis gratia. 341
Rex prælegit ſectionem Legis. 268

S

SAbbati non celebrandi votum. 114
Sabbato irrita reddi poſſunt vota. 138
Saccus. 116
Sacerdos ad bellum, Hebraice populum alloquebatur. 277
Sacerdos gregarius non ducet foeminam ſterilem. 22
Sacerdos in Synagoga legit prius, poſt ipſum Levita, & poſt hunc Iſraëlita. 341
Sacerdos nequit excludi a participatione ſacrorum. 228
Sacerdos qui eſt eunuchus ſolis. 28
Sacerdos hermaphrodita. *ibid.*
Sacerdotes ſi in Sanctuario abominanda fecerint de induſtria, tenentur. 339
Sacerdotii ſplendor occubuit. 308
Sacerdotis uxor quæ aquas amaras ob adulterii ſuſpicionem bibit, rurſus marito jungatur. 240
Sacerdotum formula in vitula decollanda. 288
Sacrificia alieno titulo oblata; & contra. 167 & 168
Sacrificia pro peccato mentio in votis. 106
Sacrificii vota. 150
Sacrificio expiatorio fieri poteſt deſponſatio. 372
Sacrificiorum actiones incumbunt viris, non foeminis. 366
Sacrificium ex loco peregrino in terram Iſraëlis miſſum, offeratur eo nomine quod dator illius eſt in vivis. 330
Sacrificium pro peccato ubique præcedit. 166
Samuel Nazyræus. 178
Samaria. 262
Sanatio bonorum. 117
Sanatio vitæ. 117
Sanctarum rerum poteſtas acquiritur argento; idiotæ vero, poſſeſſione. 364
Sanctificatum per errorem ſit ſanctificatum. 160
Sanctimonia defecit. 308
Sanctitas generat modeſtiam. 309
Sanguis pro muliere quæ Nazyræatum vovit, ſparſus. 159

Sandalium cui pars poſtica eſt, illegitima eſt ad calcei extractionem. 42
Sapiens ſi alicui uxorem prohibuerit voto, non ducet eam. 9
Sapientes deſierunt eſſe divites. 308
Sapientes ſimiles facti ſunt ſcribis. 308
Sapientia magiſtrorum fœtebit. 309
Scarificare victimas. 295
Schamyr. 297
Schevuta, Schekuka, Neder, & Bemuta. 105
Scribæ ſimiles facti ſunt æditituis. 308
Scribarum cura in pentateucho, aliiſque deſcribendis. 187
Scriptura delebilis. 207
Scriptura ſacra a filia diſcenda. 218. Ejus efficacia. ibid.
Scripturarum, Miſnæ, & rerum politicarum peritus è veſtigio non peccabit. 367
Sectio de muliere adulterii ſuſpecta in omni lingua proferri poteſt. 258
Sectio de vitula decollanda in lingua ſancta tantum legi debet. 258
Sectio regia in lingua ſancta tantum legenda. 258. & 267
Secundariæ. 97
Secundariæ ex inſtitutione ſcribarum & Sapientum. 29
Secundariæ non cedit dos, nec fructus, nec alimonia, nec veteramenta 96
Secundum munera ſpontanea. 104
Seductor ope coitus filiam non facit illegitimam. 25
Semen quod non conſumitur. 127
Seminifluus ſeptem modis ſcrutatandus. 127
Seminis Abrahami mentio in votis. 114
Semiſextarius. 202
Senes coram junioribus conſurgent. 309
Sepulchrorum habitaculum. 176
Septuaginta linguæ. 263
Sepulchri parietes, & operculum illius. 170
Servæ dos. 57
Servi gregis ferrei deſcribuntur. 23. Servi uſuarii. ibid.
Servi qui hereditate obtigerunt uxori. 84
Servorum Judæorum captivorum redimendi jus. 335
Servus captivus & poſtea redemptus. 334. Servi jus in aliquibus caſibus. ibid.
Servus ex parte & ingenuus ex parte. 335
Servus Hebræus acquiritur argento, & Scriptura; ſe ipſum vero acquirit annis, Jubilæo, & detractione argenti. 360. Serva Hebræa pretioſior eſt illo, & acquirit ſeipſam ſignis mulieris. ibid. Servus Hebræus cui auris perforata eſt, acquiritur parforatione, & ſeipſum acquirit Jubilæo, & morte heri ſui. ibid.
Servus Cananæus acquiritur argento, ſcriptura, & poſſeſſione. Seipſum vero acquirit argento, medio aliorum, & ſcriptura, medio ipſius. 362
Sichem. 262
Simſon proſequutus eſt oculorum in ſeviam, ideo philiſtæi ipſi oculos effoderunt. 198
Simſonis mentio in voto Nazyreatus. 147. Et Nazyræus Simſonæus. ibid.
Sinus mulieris adulterii ſuſpectæ detegebatur. 189
Soar. 55
Socii qui excluſerunt ſe ab utilitate ex ſe invicem percipienda 119. & 120
Solutio votorum perfici poteſt per totum diem. 138
Somnus: a ſomno excitantes quinam ſint. 296
Sonora. 82
Spicilegium. 140
Spina dorſi. 169
Spiritus ſanctus nos reſurrectionis mortuorum participes facit. 369
Sponſalia a leviro fratriæ data & deinde divortium, vel diſcalceatio, vel coitus admiſſio. 18
Sponſalia ſi levir dederit fratriis duabus, duo divortia acquiruntur, & diſcalceatio 19
Sponſalia duabus uxoribus data. 7
Sponſalia dubia. 12
Sponſalia poſt ſponſalia. 18
Sponſalia non obtinent in fœminis propter inceſtum prohibitis. 34
Sponſæ fama ſi in civitatem exiverit, ſponſa habenda eſt; & ſic etiam de fama repudiatæ judicandum eſt. 357
Spuria mulier. 229
Spurius filiam facere poteſt legitimam & illegitimam in quodam caſu. 25 Et quiſnam talis ſit ſpurius. ibid.
Spurius quiſnam? 377
Spurius quiſnam dicatur. 17
Stabulum. 275
Steriles foemina. 2
Sterilis non bibit aquas amaras, nec dotem accipit. 236
Sterilitas repudii cauſa eſt. 337
Stultus nequit filiam alicujus facere illegitimam. 25
Surda filia a patre deſponſa, deinceps exeat cum libello repudii. 340
Surdus ſi diſcalceatus ſit, vel ſurda diſcalceaverit. 41
Surdus ſi uxorem duxerit audientem, vel contra. 47. vel ſi duo fratres ſurdi duxerint duas ſorores ſurdas, ibid. vel ſi unus ſurdus & alter audiens duxerint duas ſorores audientes. 48
Suſpicio immundi facit mundum & contra. 175
Synagogæ in lupanaria convertentur. 309
Synedrii magni poteſtas in uxore adulterii ſuſpecta judicanda. 185
Synedrio ceſſante, ceſſarunt etiam cantica in popinis. 297
Synedrium ipſum aliquando zelotypiam exercet. 242

T.

Tabernaculi mentio in voto & juramento. 108
Tabula ænea cui inſcripta erat ſectio de uxore adulterii ſuſpecta. 204. & 205.
Telarſa. 55
Templi conclavia enumerantur. 217
Templo deſtructo, periit Schamir, mel acetum, & viri fideles. 297. & nulla dies ſine plagis. 298
Templo diruto pudore ſuffuſi ſunt Sapientes. 308. Liberales ad pauperiem redacti. 308. Et ſimiles incolumitates. ibid.
Templi mentio facta in jurejurando. 63
Templi nomen in votis. 105
Teſtimonia aliquot Libellorum repudii allegantur. 325
Teſtes aliquot de homicidio ſibi invicem contrariantes. 290
Teſtes in libellis repudii tantum conſuetudinis ergo ſignabant. 334
Teſtimonium in uxore adulterii ſuſpecta dici poteſt a ſocru, & ejus filia, æmula, fratria, & privigna. 252. De numero teſtium 253. Teſtimonium primum & ultimum. 253
Teſtificandi modus triplex. 61
Tentorium ſuper mortuo. 162
Termini Sabbatici. 126
Terminus Sabbaticus bis mille cubitorum. 248
Thalamus ſponſalis publicè prohibitus. 304
Timor peccati ceſſavit. 303
Timor peccati ducit ad pietatem. 309
Titi bello orto cautum eſt de coronis ſponſarum, & Græcorum doctrina abrogata eſt. 304
Tonſoris conditio rejicitur. 383
Tonſura munditiei & immunditiei. 159
Tonſura Nazyræi immundi. 163. & 165
Tonſura Nazyræi polluti. 165. & 166
Tonſura Nazyræi mundi. 166
Tonſura Nazyræi poſt ſacrificium illegitimum, illegitima eſt. 167
Tonſura plagæ propellit tonſuram Nazyræi. 173
Tonſuræ votum in Nazyræatu. 147
Tredecim foedera. 115
Tres fratres qui tres extraneas duxerunt. 12
Tredecim præcepta ob circumciſionem facta. 114
Tres mulieres exeunt, & dotem accipiunt. 145
Tres qui in unum conjecerint marſupium. 92
Tres ſpecies prohibitæ ſunt Nazyræis. 163. & 165
Tria dixit Eleaſar filius Partæ coram Sapientibus. 331
Tribunalia gentilium. 324
Triginta dies conceduntur viduæ ad parandum ſe ad nuptias. 70
Trumæ mentio in votis. 109
Trumæ neglectus mortem involvebat. 296
Tutor qui a patre præpoſitus eſt, jurare debet. 339. ſin a ſenatu, non debet. ibid.

Tym.

Tympana abrogata ſunt orto bello Veſpaſiani. 304
Typos libellorum repudii ſcribenti, incumbit ut ſpatium pro nomine mariti, uxoris, & temporis relinquat 330
Typus divortii. 328
Tyrannus non extitit in Judæa inter eos qui occiſi erant in bello. 340. ſed ab eo tempore quo in bello occiſi ſunt Judæi, & deinceps. 340

V

Vaccæ mentio in votis Nazyræatus. 150
Vas teſtaceum pro muliere. 66
Veneficia quid efficerint. 301
Ventre poenam luit uxor adulterii ſuſpecta. 197
Veritatis defectus. 309
Veſpaſiani bello orto coronæ ſponſorum & tympana abrogata ſunt. 304
Veſtimenti votum. 136
Veſtimento nigro induebatur uxor adulterii ſuſpecta. 195
Veteramenta. 30. & 32
Veteramenta. 97
Vetula ad pariendum inepta non obligatur ad aquas amaras ob adulterii ſuſpicionem bibendas. 236
Vicini mali. 1[illegible]
Vidua a pontifice maximo ducta. 23
Vidua alitur e bonis pupillorum; & opus manuum illius eſt pro pupillis. 94
Vidua dotem ſuam a bonis pupillorum exigere nequit niſi cum jurejurando. 334
Viduæ dos. 57
Vidua e deſponſatione vel conſecratione nuptiarum. 95
Vidua nubit die quinto. 56
Vidua pontifici maximo nupta. 96
Vidua pontifici maximo nupta. 232
Vidua pro pontifice maximo illegitima. 21
Vidua quæ a domo mariti ſe abſtrahere nequit. 98
Viduæ virginis, repudiatæ, & illius quæ calceum exuit, dos. 58
Viduæ votum per ſe ratum eſto. 143
Vinea quid ſit. 70
Vini non bibendi votum. 128
Vini votum. 124 & 134
Vindemiæ votum. 129
Vinum immodicum. 186
Vinum pomorum. 124
Vinum: tribus temporibus de vino inquirebant. 332
Violentus illegitimam non facit filiam ope coitus. 25
Violenti invaluerunt. 308
Virga ſanctificat. 161
Virgini duodecim menſes conceduntur ad parandum ſe ab eo tempore quo deſponſa eſt. 72
Virginis deſponſatæ votum pater ejus, & maritus irritum reddere poſſunt. 136
Virginis dos. 57
Virginitatis quæſtio. 56
Virginum varia tempora & ſtatus. 237
Virgo maculata. 81
Virgo nubit die quarto. 56
Viri botruoſi. 291
Viri & foeminæ diſcrimen. 224
Vir filiam vendere, vel deſpondere poteſt; at non foemina. 224
Vir nudus lapidibus obruitur, & ſuſpenditur; at non item foemina. *ibid.* Et vendi vir poteſt ob furtum; ſed non foemina. 224
Virilia membra exſecta. 26
Viri miraculoſi defecerunt. 308
Viro cum duabus mulieribus ſoli eſſe non licet. 82
Viro licet filium Nazyræatui dicare, at non foeminæ. 224
Vir tonderi poteſt ob Nazyræatum patris; at non foemina. 160
Vitis & quicquid ex illa ereditur, vetita eſt Nazyræo. 163 & 165
Vitis profert quidem fructum ſuum, nihilominus vinum care venditur. 308
Vitulæ decollatio abrogata. 291
Vitulæ decollandæ menſuratio, & modus adductionis. 286. Et cujuſmodi hæc eſſe deberet. *ibid.* Item, quomodo mactanda? *ibid.* Orationis illius formula. 288
Vitulæ decollandæ præcepta. 282. & terminorum metiendorum modus. 283
Vocis ſono deſponſatio fiat. 54
Volumen. 206
Volumen deletum. 215
Vota afflictionis animæ. 139
Votum eorum qui mare ingrediuntur. 113
Vota erronea. 110. & 111
Vota in duo dividuntur genera. 165
Vota neceſſitatem patientium. 110. & 112
Vota nequeunt irrita reddi ſingulis horis, ſed diem expectare debet is qui ſolvit. 138
Vota perſuaſoria. 110 & 111
Vota proborum & impiorum. 104
Vota prohibent conjugium, ſi ſponſus ea non indicaverit. 369
Vota quatuor abſolvunt Sapientes. 110
Vota quæ irrita reddi poſſunt. 139
Vota quæ marito intercedunt cum uxore. 140
Vota ſimplicia aggravanda ſunt. 109
Votorum differentia in muliere & ſervo. 174
Votorum & juramentorum quæ marito cum uxore intercedunt, differentia. 140
Votorum formulæ. 104 & 105
Votorum retractatio. 32
Votum a marito factum de non coeundo cum uxore ſua. 74
Votum de ſole non conſpiciendo. 113
Votum eſt in voto. 109
Votum ex parte ſolutum ſit, ſolutum. 133
Votum mariti quo uxori interdicitur uſus fructuum, vel ornatus ipſius. 79. vel ne illa exeat domum luctus, vel convivii. 80.
Vulgus hominum quotidie ruit in pejus. 308
Vulneratus contuſione. 26
Uxor adulterii ſuſpecta ad fores templi orientales adducitur. 189
Uxorem ſacerdotalem ſi quis duxerit, neceſſe eſt ut de quatuor matribus inquirat. 379
Uxores duas ſi quis reliquerit, prima tenet primas parte ſui hæreditate. 91
Uxores quatuor ſi quis reliquerit. 93
Uxores tres ſi quis reliquerit. 92
Uxoris adulterii ſuſpectæ adductio 184 Judicum examen. 185
Uxoris adulterii ſuſpectæ membra contrahuntur. 218
Uxor cujus maritus trans mare profectus fuerit, & nonnulli venerint qui dixerint, mortuus eſt maritus tuus, atque illa nupſerit; & poſtea redierit maritus, exibit ab utroque cum duplici divortio. 32
Uxor fratris illius qui nondum natus erat altero vivente fratre. 5
Uxor ob ſterilitatem repudiata. 337
Uxor ob varias cauſas dimitti debet. 336
Uxor ob votorum temeritatem & malam famam repudiata, deinceps non reducenda eſt. 336
Uxor quæ a marito alitur per alium. 78
Uxor quæ in terra Iſraëlis nupta eſt, extra eam repudiata, dotem juxta terræ Iſraëlis pecuniæ valorem exigere poteſt. 103
Uxor quæ abortum fecit. 153
Uxor rebellans contra maritum ſuum. 74
Uxor quæ poſt obitum mariti non expectaverit tres menſes, ſed nupſerit & pepererit; at nemo ſciverit an ſit filius novem menſium inde a primo marito an vero ſeptem ab ultimo. 39
Uxor tribus modis acquiritur; atque illa ſeipſam acquirit duobus modis. 359
Utnai. 348
Uvæ Hybernæ. 124
Uva prima. 332

Z

Zalmon. 54
Zelotypia a conſanguineis exerceri poteſt. 240
Zelotypiæ duo modi. 181
Zelotypus. 178
Zidan. 336
Zidan 347
Zydon. 81

FINIS.



AMSTELÆDAMI, Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS CIↃIↃCCII.

סדר נזיקין

ſive

LEGUM MISCHNICARUM

Liber qui inſcribitur

ORDO DAMNORUM,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ

Commentariis Integris.

Quibus accedunt Variorum Auctorum Notæ ac Verſiones in eos quos ediderunt Codices.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS QUARTA.



AMSTELÆDAMI,

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

cIↄ Iↄ ccii.

Digitized by Google

NOBILISSIMIS & AMPLISSIMIS

VIRIS

INCLYTÆ URBIS GRONINGÆ

CONSULIBUS, SENATORIBUS, EJUSDEMQUE SYNDICO.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Patriæ ſolum uſque adeo charum, dulce, atque jucundum eſſe, ut id ipſum mirifica quadam ſuavitate ad ſe cunctos rapiat mortales, nec quemquam ſui immemorem eſſe ſinat, a quamplurimis in omnibus

fere gentibus excellentibus viris memoriæ prodi-
tum eſt. Nec temere; in eo enim nati, in eo edu-
cati ſumus, hic cariſſimi parentes & conſanguinei,
hic genus, hic multa majorum noſtrorum veſtigia,
hic bonarum artium diſciplinarumque doctores &
magiſtri, hic noſtri commilitones, hic Leges & In-
ſtituta, hic gratiſſimi cives & familiaria commer-
cia, hic Sacra quibus a teneris initiati ſumus, hic
Conſularis, Senatorii, & omnium ordinum ampliſſi-
mi ſpectatiſſimique viri, quos ab ineunte ætate cole-
re, & vereri didicimus, hic amœna illa Muſarum
delubra in quibus Sapientiſſimorum virorum voces
audivimus, hic Sanctiſſimæ Religionis Templa, in
quibus toties Summum Numen ardentiſſimis preci-
bus invocavimus, toties divinas laudes pleno ore
cantavimus! Quarum rerum omnium quanta in me
ſit natura, quanta vis, vel ex hoc ipſo judicare po-
teſtis, Viri Illuſtres, quod ab eo temporis momen-
to quo a Vobis diſceſſi, per tot annorum decurſum,
locorum intervalla, ſtudiorum varietatem, diver-
ſa negotia, & laborum moleſtias, in hodiernum uſ-
que diem nulla unquam oblivio illas ex animo meo
delere potuerit. Hinc ego incredibili quodam amo-
re in natale ſolum, & quaſi divina pietate erga Pe-
nates, Patriæque Præſides inflammatus, quar-
tum

tum hocce Legum Miſnicarum volumen Vobis Sedis Natalis Cuſtodibus lubens volens ſacrum facio, idque favore & patrocinio veſtro ſuſcipiatis, humillime rogo. Si enim veſtra tanta ſit æquitas ut vel peregrinorum hominum & longiſſime ab urbe veſtra habitantium ſcripta ſummo ſtudio & voluntate complecti ſoleatis, quanto magis illius qui in terra veſtra primam lucem aſpexit, ubi eductus eſt, ubi ſtudiorum ſuorum tyrocinia depoſuit, ubi tot annos ſub regimine veſtro vixit, adeoque totus veſter; & qui per omne id tempus quo a veſtra civitate abfuit, ſemper in urbe fœderata commoratus eſt. Si Vos delectemini ejuſmodi fructibus qui vel e longinqnis oris per ignotiſſimos homines ad Vos feruntur, quanto magis iis qui in terra veſtra incrementa ceperunt, & a cive veſtro Vobis exhibentur? Si Vos ad majorum veſtrorum exemplum a quibus inclyta Academia veſtra fundata eſt, & felicibus auſpiciis per tot annos propagata, voluiſtis ut ea rerum Hebraicarum præcipuis auctoribus celebraretur, quos vel e remotiſſimis locis cum honorificis ſtipendiis advocaſtis; ſi Vos denique non ſolum gentis locique veſtri, ſed & exterarum gentium jura profana & recentiora curioſiſſime perſcrutati fuiſtis, quanto magis hæc amabitis quæ

quodammodo Sacra ſunt, & antiquiſſima, quæque primævæ reipublicæ inſtituta comprehendunt, & ejuſmodi quæ partim a ſanctis vatibus prolata ſunt, de quibus Vos multa audiviſtis, multa in Sacris Scripturis legiſtis, ergo quos Vos omni ætate magna reverentia ducti eſtis! Vobis ſemper curæ fuit ne quid civis vel reſpublica veſtra detrimenti caperet; nonne & hoc eſt, Ampliſſimi Viri, quod ſtatim e titulo libri quem Vobis ſiſto, animadvertere poteſtis ab Hebræorum reipublicæ gubernatoribus factum eſſe? Quid enim ſibi aliud velit illa de Damnis inſcriptio, quam quod Synedrium Jeruſolymitanum caverit, ne cuiquam ullo modo vis inferretur, nemo læderetur, & ſi quis damni quippiam paſſus fuiſſet, id ſecundum leges & ſancita ei compenſaretur? imo vero cum vel ipſa jura veſtra quibus lites & controverſias terminatis, ex parte iis vitam debeant quæ in hiſce paginis Miſnicis pertractantur, nonne ea cognoſcendi deſiderio aliquo tangemini? nullus dubito: etenim diu ante quam ego natus fuiſſem, Procerum qui ante Vos fuerunt erga Rabbinorum ſcripta eximia jam extiterat exiſtimatio. Hujus ſane rei luculentum teſtimonium toti orbi literato per ſexaginta & plures annos dedit, inſignis iſtius Lexici ad Illuſtres

&

& Potentes Groningæ & Omlandiæ Ordines quadrageſimo proximi ſeculi anno jam facta dedicatio, in quo exornando triginta annorum labor impendendus erat, qui deinceps adeo fœcundus extitit, ut poſtquam Viri Chriſtiani Hebreorum literas viderunt, ad noſtram uſque memoriam nullus in lucem editus ſit liber qui earum ſtudioſis plus emolumenti attulerit! Nonne ipſam legenti ſatis manifeſtum eſt, quanta apud Majores veſtros in ſtudia Hebraica fuerit amor & veneratio, quanta in Profeſſoribus ipſorum peritia, quantus in ſtudioſis ea excolendi ardor? Cæterum quam neceſſarium mihi reliquiſque viris Scriptis Talmudicis operam navantibus fuerit præclarum iſtud Buxtorfiorum opus, tam ex uſu contra Buxtorfiis fuit hocce opus Miſnicum quod ego ex Hebraico qualecunque Latinum feci, unde ii tanquam e theſauro plurima quæque ſua congeſſerunt. Quamobrem ſi iidem viri noſtros labores oculis ſuis perluſtraſſent, non ambigimus quin eos haud parum utiles judicaſſent, licet aliquando in viis tam tenebroſis me titubantem deprehendiſſent. Si itaque Graviſſimi Viri, ortum, ſi progreſſus meos, ſi pietatem in patriam, ſi amorem in magiſtros & amicos, ſi obſervantiam meam in veſtrum regi-

 men

men, ſi dulciſſimam natalis ſoli recordationem mente revolvàm, qui aliter fieri potuiſſet, quin Vobis id quod a me profectum eſt, religioſiſſime conſecrem; ſi veſtram de literis Hebraicis opinionem, ſi veſtram de omnibus viris doctis exiſtimationem, ſi denique de quibuſdam ſupremi ordinis non ſolum literarum amantiſſimis, ſed & ſcriptis celeberrimis cogitem, nullus mihi amplius relinquitur dubitandi locus quin Vobis omnibus acceptum ſit id quod a me conſecratum eſt. Ego vero nunquam deſinam Deo O. M. ſupplicare, ut veſtris conſiliis intereſſe, Leges conſervare, & civibus veſtris propitius eſſe velit. Dabam Amſtelædami ipſis Calendis Aprilibus CIↃ IↃCCCII.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

TErtio Volumine legibus generis humani propagationem ſpectantibus in ordinem digeſtis, ut ſecundum illas matrimonia rite inirentur, omnis inceſtus evitaretur, mutuis inter conjuges & conſanguineos præſcriptis officiis, & ut rixis diſſidiiſque e medio ſublatis amor floreret, pax inter domeſticos & familiares vigeret, atque ſocietates in utroque ſexu conſtabilirentur, quartum Legum Miſnicarum volumen quod סדר נזיקין *Ordo Damnorum* inſcribitur, ſequi oportebat. In quo de damnis non ſolum ab hominibus, ſed & a pecoribus, omniumque animantium genere illatis res agitur. Etenim poſtquam e primorum parentum noſtrorum lapſu tanta malorum labes, tantaque contagio invaſiſſet poſteros, ut nec ſocer a genero, nec hoſpes ab hoſpite tutus eſſet, naturæ ipſorum depravato ductu vel habitu, ſed plurimi ex avaritia ad rapinam, e cupiditate ad furtum, e ſuperbia ad oppreſſionem, ex invidia ad vim, ex impietate ad homicidia, atque id genus alia nefanda facinora inclinarent, ita ut eos potius e feris belluiſque immanibus genitos, quam divino genere ortos eſſe diceres. Hinc perquam neceſſarium erat ut effrenata iſta maleficorum hominum audacia coërceretur, damna reſarcirentur, vis tolleretur, ſcelera extinguerentur, & depravati mores corrigerentur, cuilibet ſonti pro ratione criminis ſui pœna injuncta, ut bonis hominibus domi foriſque & ubique locorum in pace & tranquillitate vivere liceret. Et cum homini in omnia animalium genera conceſſum eſſet dominium, donec Deo obſecundaret & affectibus ſuis non indulgeret, at vero is neutrum id præſtitiſſet, factum eſt ut e ſummo honore in ſummam ignominiam, e libertate in ſervitutem, e felicitate in extremas ærumnas & miſerias ſe conjecerit, uſque adeo ut vel a viliſſimis animalculis etiamnum impugnetur, quæ continuo quaſi vindictam ab ipſo ſumunt quod a creatore ſuo deſciverit, & omnes creaturas diris obnoxias reddiderit. Ne tamen homo utpote omnium creaturarum colophon a beſtiis immorigeris quid damni pateretur, conſervatori placuit aliquam in ipſo auctoritatem conſervare qua a malitia deterrerentur, & leges quaſdam ferre quibus damni a beſtiis illati compenſatio vel ab ipſis, vel a proprietariis ipſorum, vel ab utriſque ſimul repeteretur.

Tres vero hujuſce libri codices vocantur בבות *Portæ*, & quilibet ex ipſis בבא *Porta*, quandoquidem ipſis quaſi portæ aperiantur per quas ad Legum Forenſium intelligentiam comparandam introëundum eſt. Et quatenus primæ portæ Leges magis ſunt neceſſariæ quam ſecundæ, & hujus iterum magis neceſſariæ quam tertiæ, eatenus dicuntur prima, ſecunda, atque tertia. Primus itaque codex dicitur בבא קמא PORTA PRIMA, in qua de ejuſmodi agitur damnis in quorum mora aliquod periculum continetur, ſi non reſarciantur, quorum auctor quatuor in principio ſtatuit eſſe fontes ſive Patres, qui omnes ſuas habent generationes, atque hæc quatuor damnorum genera omnia ab hominum opibus proveniunt, quamobrem & ii ad compenſationem eorum tenentur. Nomina quatuor paternorum damnorum eſſe recenſentur, *bos*, *puteus*, *depaſcens*, & *incendium*. Sed ne putes quod ad hos quatuor patres revocanda ſint omnia damna reliqua de quibus in ſequentibus agit auctor, verum quod illa ſemper perfecte compenſari debeant, prout ea minora ſunt vel majora, ſic exempli gratia proprietarius ob damnum a bove petulco illatum majori mulcta tenetur, quam ſi id ab innocente illatum ſit; idcirco diſtinguitur inter innocentia & convicta animalia. Per *bovem* itaque intelligas pedem jumenti quo id frangendo & conculcando obvia damna infert inter eundum, vel cornu ferit, ore mordet, vel in aliquem irruit, quocunque id fiat membro, pedis enim vocabulum hic in genere uſurpatur pro omni membro quo damnum inferri poſſit. Cæterum quia in libro Exodi capite viceſimo primo commate triceſimo quinto dicitur, *Et ſi alicujus bos ita feriatur bovem alterius ut moriatur, tum vendent eum qui vivit, & argentum illius divident; ſimiliter & mortuum divident. At vero ſi innotuerit bovem petulcum fuiſſe antea, nec tamen proprietarius ipſum cuſtodiverit, omnino rependet bovem pro illo bove; qui vero obierit, is illius eſto.* Ubi de bove caſu damnum inferente, non tam ſevere ſtatuitur quam de petulco; hinc Hebræorum juriſconſulti diſtinxerunt inter תמין *innocentia*, & מועדין *convicta* pecora; per *innocentia* intelligunt ea quæ non ſolent nocere, ſed caſu & fortuito aliquando nocent; atque ſi hæc læſerint, poſſeſſor eorum

damni

damni dimidium præſtare debet. Sed per *convicta* intelligunt ea quæ lædere ſolent, quæque aliquoties lædendi actus exſeruerunt, horum cauſa poſſeſſor integrum damnum rependere debet e præſtantiſſimis bonis ipſius; ſicuti commate viceſimo nono capitis modo allegati dicitur ואם שור נגח הוא מתמל שלשם והועד בבעליו *Et ſi bos petulcus fuerit antea, & domino ipſius conteſtatus*, ſive convictus quod lædere ſolet. Porro ipſa membra pecorum quibus lædunt, dicuntur convicta, ſic pes convictus, quod incedendo omnia frangat; & dens convictus, quando conſumit id quod ei convenit. Homo autem ſemper conteſtatus ac convictus eſt, ſive ſciens ſive inſciens, ſive vigilans ſive dormiens læſerit, idcirco totum damnum præſtare debet.

Hæc breviter e Miſna, videamus ipſam legem a Moſe latam capite viceſimo primo commate viceſimo octavo uſque ad triceſimum tertium, & poſtea denuo a triceſimo quinto ad triceſimum ſeptimum, ubi ita: וכי יגח שור את איש או את אשה ומת סקול יסקל השור ולא יאכל את בשרו ובעל השור נקי : ואם שור נגח הוא מתמל שלשם והועד בבעליו ולא ישמרנו והמית איש או אשה השור יסקל וגם בעליו יומת : אם כפר יושת עליו ונתן פדיון נפשו ככל אשר יושת עליו : או בן יגח או בת יגח כמשפט הזה יעשה לו : אם עבד יגח השור או אמה כסף שלשים שקלים יתן לאדניו והשור יסקל : וכי יגף שור איש את שור רעהו ומת ומכרו את השור החי וחצו את כספו וגם את המת יחצון : או נודע כי שור נגח הוא מתמול שלשם ולא ישמרנו בעליו שלם ישלם שור תחת השור והמת יהיה לו :
Id eſt, *Si bos cornu ferierit virum aut fœminam, ita ut moriatur; bos ille omnino lapidibus obruatur, ſed caro illius ne comedatur; dominus bovis illius innocens eſto. Quod ſi bos petulcus fuerit antea, & domino ipſius hoc annunciatum fuerit, is vero non aſſervaverit ipſum, & idcirco interfecerit virum aut fœminam, tum bos iſte lapidibus obruatur, & dominus ejus morte plectatur. Si redemptionis pretium ei impoſitum fuerit, tum det pretium redemptionis vitæ ſuæ, omnino prout ei impoſitum fuerit. Sive filium ſive filiam cornu petierit, ſecundum hoc jus ei fiat. Si ſervum cornu petierit bos iſte, aut ſervam, triginta ſiclos argenteos dato illius domino, & bos ille lapidibus obruatur. Si bos unius ita ferierit bovem alterius ut moriatur, vendatur is qui vivit, & argentum illius dividant; ſimiliter & mortuum dividant. Vel ſi notum fuerit quod bos antea petulcus fuerit, attamen dominus ejus non aſſervaverit eum; omnino rependito bovem pro iſto bove, qui vero obierit, ejus eſto.* Hæc de bove cornupeta Lex ſubjungit ei qui de læſione inter homines lethali tractat, quia ab ejuſmodi bove furioſo æque ac ab homine malefico lethale vulnus infligi poteſt, & propterea is quoque pœna mortis afficiendus erat; tum etiam quod homo in crimen homicidii incurrere poteſt licet ipſe non ſit auctor, ſed in cauſa, ut, ſi is beſtiam furentem non aſſervaverit. Hoc autem inter pœnam beſtiæ & homini inflictam intereſt, quod ob peccatum cum ratione patratum puniatur, ut reliqui depravatam ſuam rationem corrigant, beſtia vero, ut omne offendiculum ab hominum oculis removeatur, & nemo dicat, hæc eſt illa mala beſtia quæ hunc illum interfecit; non quod ei eodem modo ut homini imputetur peccatum & pœna, hanc ob rem Moſes vetat, ne caro ipſius a quoquam comedatur, ſive ne quid commodi ex ipſa percipiatur, quia corpus ipſius non adeo peccaminoſum eſt ac hominis, cæteroquin hæc prohibitio fruſtra facta fuiſſet, quia per ſe maniſeſtum eſt licitum eſſe quid commodi percipere ex eo quod diris devotum eſt. Sed proprietarius hac in parte abſolvitur, quatenus non fuerit in cauſa homicidii. Si vero bos aliquoties cornu petierit, idque proprietario notum fuerit, & ab aliis admonitus de inſolentia pecudis, tum ipſi homicidium & damnum imputatur, adeoque morte plectendus eſt, licet pecus lapidationis pœnam ſubeat. At vero ſi proprietarii negligentia, & non per ſeipſum interfecerit aliquem, Lex ei præcipit ut redemptionis pretium adducat, quo animam ſuam a morte redimat; quod tamen in omni homicidio prohibetur. Atque hoc jus idem eſſe dicit ſive adultum ſive parvulum, ſive filium ſive filiam interfecerit, quia peccatum homicidii in parvulis æque magnum eſt ac in iis qui ſunt provectiori ætate. Si vero ſervum vel ſervam bos interfecerit, domino ſervi triginta ſiclos argenteos ſolvere debet bovis proprietarius, & bos iſte lapidibus obrui; quamvis enim ſervus atque ſerva ratione prædíti ſint æque ac domini ipſorum, tamen humanæ conditionis hic nullam rationem habere voluit Legiſlator, ſed eos ut opes & bona nulla ratione prædita conſiderare, quoniam a dominis emti ſunt, eo modo quo merces emi ſolent certo quod valuerint pretio; & cum unus ſervus vel ſerva multo melior eſſe ſolet altero, idcirco ratione pretii quoque damni compenſatio pluris minoriſve ponderis eſſe ſtatuitur.

Sequitur ſecunda pars Legis de bove cornupeta, inſerta ea quæ de puteis agit; ratio quare Lex in duas dividatur, hæc eſt, quod caſus ſit diverſus, ſi enim bos fuerit innocens, & non ſolitus fuerit nocere, dominus vero ipſius non cogitaverit bovem cornu ferire, tamen is non plane

plane omni vacat culpa, quia is quodammodo in cauſa fuit quod vicini ſui bonis damnum ſit illatum, idcirco dimidium damni ſolvat, vendendo bovem adhuc vivum, ut ambo proprietarii illius dimidium accipiant pretii. Porro bovis mortui etiam pretium dimidiandum eſt, & damnum utrique imputandum, quaſi utrique peccaſſent quod pecudem ſuam non ſatis cuſtodiviſſent. Cæterum quando legiſlator dicit vendendum eſſe bovem vivum, & illius argentum ex æquo partiendum, non dubium eſt quin utrumque bovem, vivum ſcilicet & mortuum æqualis pretii eſſe ſtatuat, cæteroquin proprietarius bovis qui læſit, aliquando lucraretur ſi bos mortuus pluris valeret. Et quando dicit bovem vivum eſſe vendendum &c. vult docere quod ſi e. g. bos valens Selam læſerit bovem ducentas valentem Zuzas, proprietarius bovis læſi nihil accipiat præter bovem qui lædit, & præterea ei nihil ſolvendum eſſe e præſtantiſſimis bovis lædentis proprietarii bonis; & ita ſe habet jus damni extra ordinem illati. At vero ſi communi lædendi modo læſerit, ut, ſi dentibus momorderit, vel pedibus recalcitraverit, tum proprietarius illius integrum damnum rependere debet, perinde ac ſi bos conteſtatus eſſet. Tandem dicit Lex, *ſi vero notum fuerit quod heri & nudius tertius cornu ferierit* &c. nempe, ſi aliquoties cornu petierit, licet proprietarius de hac re non monitus fuerit, tamen ipſi bovem aſſervare incumbebat, quia autem id non fecit, integrum damnum rependat, vivum bovem reddendo proprietario mortui, & mortuum ſibi ſumendo; & hæc mulcta ſufficit quia domino lædentis bovis inſcio res facta eſt.

Porro de ſecundo damnorum patre dicitur *puteus*, de quo Moſes Exodi viceſimo primo, commate triceſimo tertio & quarto hanc Legem tulit: וכי פתח איש בור או כי יכרה איש בור ולא יכסנה ונפל שמה שור או חמור: בעל הבור ישלם כסף ישיב לבעליו והמת יהיה לו: Id eſt, *Et ſi quis retexerit puteum, vel effoderit puteum, & deinde non operuerit eum, atque in ipſum inciderit bos aut aſinus, dominus iſtius putei rependito argentum domino illius; quod autem mortuum fuerit, id illius eſto.* Si nempe quis puteum retexerit vel effoderit in loco publico, qui antea jam apertus fuerat, ſed poſtea obſtructus; vel ſi de novo puteum effoderit, eumque retectum reliquerit, ſicuti auctor dixit, *& non operuerit ipſum*; nam ſi poſſeſſor eum operuerit, licet poſtea ſponte retectus fuerit, non tenetur ullo crimine. Sin autem proprietarius ſit vel qui eum effoderit in loco publico, ſolvet pretium damni pro bove, vel aſino, vel ſimili animante quod in puteum inciderit, quia proximi ſui bonis damnum intulit. Eodem modo ſe res habet cum omni re quæ offendiculo fuit in loco publico, ut, ſi quis ſpinas, vel lapides, & id genus alia in locum publicum projecerit, unde alicui damnum illatum fuerit, tum vel rem, vel pretium illius rependat ei cui damnum illatum eſt. Cæterum ſi quis ejuſmodi quid in fundo ſuo egerit, non tenetur, ſed animal mortuum ei cedit, ita ſtatuente Lege, quia pretium illius ſolvit domino animalis mortui; ita comparatum eſt cum omni damno quod bonis alienis infertur, licet is qui damnum effecit, nihil commodi exinde perceperit, nihilominus tamen hic caſus comprehenditur ſub prohibitione iſta, *non furaberis.* Jam vero rem paucis abſolvamus e codice Miſnico capite quinto, commate quinto, ubi dicitur, quod ſi quis puteum effoderit in loco privato, cujus os loco publico obvertitur, vel eo aperitur; vel in loco publico, cujus os aperitur in locum privatum; vel in loco privato, cujus os aperitur in locum privatum alterius; tenetur. Si quis puteum effoderit in loco publico, & in eum bos vel aſinus incidens moriatur; tenetur. Porro, ſive quis puteum, ſive ſcrobem, ſive cryptam, ſive ciſternam, ſive lapicidinas, ſive foſſas effoderit; tenetur. Sed cum ita ſe res habeat in genere, quare putei potiſſimum mentio facta eſt? reſp. quia ſicuti puteus dicitur ſpatium pro quo ſufficiunt decem palmi ad occidendum; ita ſub ipſo comprehenditur omnis effoſſio in qua ad occidendum ſufficiunt decem palmi. Sin autem minus fuerit quam decem palmorum profunditas, & in ipſam incidens bos aut aſinus moriatur, proprietarius liber eſt; ſi vero pecus ea lædatur, tenetur.

Tertius damnorum pater eſt *depaſcens*, intellige pecudem quæ agrum alienum depavit; de qua extat Lex Exodi capite viceſimo primo commate quarto; כי יבער איש שדה או כרם ושלח את בעירה ובער בשדה אחר מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם *Si quis depaſcens agrum aut vineam immiſerit pecus ſuum quod paſcat in agro alterius, optimum agri ſui & optimum vineæ ſuæ rependito.* Hoc quartum eſt præceptum ex iis quæ de furto agunt, & commate ultimo ſuperioris capitis incipiunt; ſenſus itaque eſt, quod ſi quis proventum proximi ſui furetur in agrum vel vineam illius immittendo pecus ſuum ad eos depaſcendos vel conſumendos, nam verbum בער quamlibet conſummationem notat in ſacris literis. Qui vero id fecerit, ei injungitur de optimo agri ſui tantum proventum rependere depaſti agri proprietario quantum pecus ipſius depaſcens conſumſerit de optimo alieni agri proventu; hoc ſenſu nonnulli commentatores

exponunt illa verba מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם *optimum agri ſui & optimum vineæ ſuæ rependito.* Alii vero eadem verba exponunt de proventu illius cujus ager depaſtus eſt, ne is cujus pecus depavit, dicat viliſſimum agri proventum eſſe depaſtum, & idcirco ſe non obligatum eſſe de præſtantiſſimo ſuo proventu rependere; hujus igitur litis dirimendæ gratia, legiſlator voluit ut proventus depaſtus ſemper optimus haberetur, licet omnium viliſſimus eſſet, ut pecoris depaſcentis proprietarii inſolentia retunderetur.

Quartus damnorum pater dicitur *incendium*, de hoc ita Moſes commate ſequenti; כי תצא אש ומצאה קוצים ונאכל גדיש או הקמה או השדה שלם ישלם המבעיר את הבערה Id eſt, *ſi egreſſus ignis invenerit ſpinas, & abſumpta fuerit frumenti meta, aut ipſa ſeges, aut ager aliquis, omnino rependat is qui incendium effecit.* Quintum hoc eſt præceptum de prohibitione furti, cujus hic eſt ſenſus; ſi incendium aliquod ſe domo diffuderit, ſpinas ſtipulaſve apprehenderit, unde ſeges, vel frumenti meta comburantur, licet incendium iſtud præter domini voluntatem diffuſum ſit, nihilominus tamen quia is non ſatis ignem ſuum aſſervavit ne cuiquam damnum accideret, æquum eſt ut is omnino rependat detrimentum quod ipſius cauſa alii acceſſerit. Cæterum hæc Lex proprie reſpicit caſum quo quis in agro ſuo ignem conſtruxerit ad ſpinas & tribulos comburendos, ut ager aptus ſit ad arationem & ſationem, licet ignis iſte ſe diffuderit in agrum alienum, & ſegetem, ſive manipulos tritici accenderit, qui in area collecti ſunt, ſive ſegetem nondum demeſſam, ſive agrum; vel ſi ignis delinxerit novale, & ſulcos agri ſati, ita ut is ineptus factus ſit ad germina proferenda, niſi de novo aretur & conſeratur. In omnibus hiſce caſibus quibus iſte ignis circuiverit alium ex quo incendium natum eſt, hujus incendii auctor integrum damnum rependere debet, quia is in cauſa uſtionis eſt, quod prunas non ſatis cuſtodiverit ne flamma diſpergeretur. Hæc breviter de quatuor damnorum Patribus attingere placuit, תולדות *generationes* eorum relinquimus iis quorum Leges Forenſes plenius cognoſcere intereſt. Vides Lector, in hunc codicem præter Maimonidem & Bartenoram Nobiliſſimum quoque & Clariſſimum Virum, Conſtantinum L'Empereur ab Opwyk S. S. Theologiæ Doctorem, & Linguæ Hebraicæ ac Chaldaicæ olim in celeberrima Academia Lugduno-Batava Profeſſorem, qui eum ſub titulo Legum Hebræorum Forenſium cum doctiſſimis annotationibus edidit, quem in tuum commodum de novo excudi curavimus.

בבא מציעא PORTA MEDIA, ita legum Forenſium codex alter vocatur reſpectu antecedentis & inſequentis, in quo de litibus, de rebus depoſitis, de conductionibus, permutatione, elocatione, & iis quæ ad hanc materiam pertinent, ſermo fit; porro auctor Miſnicus in hoc codice conſtituendo ſequutus eſt ordinem quem in Moſaïcis conſtitutum viderat; etenim poſtquam de quatuor damnorum patribus judicia tradiderat, ſtatim ſubjunxit ea quæ de quatuor cuſtodibus agunt, videſis Exodi viceſimo ſecundo, commate ſexto uſque ad nonum, ubi hæc leguntur: כי יתן איש אל רעהו כסף או כלים לשמר וגנב מבית האיש אם ימצא הגנב ישלם שנים אם לא ימצא הגנב ונקרב בעל הבית אל האלהים אם לא שלח ידו במלאכת רעהו: על כל דבר פשע על שור על חמור על שה על שלמה על כל אבדה אשר יאמר כי הוא זה עד האלהים יבא דבר שניהם אשר ירשיען אלהים ישלם שנים לרעהו: Id eſt: *Si quis proximo ſuo dederit pecuniam aut ſupellectilia ad ſervandum, idque furto ablatum fuerit e domo illius: ſi deprehendatur fur ipſe, rependito duplum. Si non deprehendatur fur ille, tunc ſiſtetur dominus illius coram ipſis judicibus,* (jurando ſe purgaturus) *ſi non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui. De omni re prævaricationis, de bove, de aſino, de parva pecude, de veſtimentis, de omni re amiſſa; quum dixerit illud ipſum ita eſſe, ad ipſos judices venito negotium amborum, quem condemnabunt judices, is rependito duplum proximo ſuo.* Hæc verba de שומר חנם *cuſtode gratuito* tractant, cui quis depoſitum aliquod cuſtodiendum tradiderit, idcirco dicit, argentum, ſive ſupellex, quæ abſque magna opera facile cuſtodiri poſſunt, quamobrem & pro cuſtodia eorum nihil rependi ſolet cuſtodientibus. *Idque furto ablatum fuerit e domo illius*, videlicet ſi cuſtos queratur argentum vel ſupellectilem ſurrepta eſſe e domicilio ſuo. *Si vero deprehendatur fur ipſe*, ſi nempe conſtiterit per quem hæc ſurrepta ſint, tum fur iſte duplum ſolvat depoſiti proprietario, perinde ac ſi ei res ſurreptæ eſſent. *Si non deprehendatur fur iſte*, ſi proprietarius oſtendere nequeat haſce res ſibi furto ablatas eſſe, & depoſiti dominus dixerit cuſtodem eas abſtuliſſe, & eaſdem ſibi retinuiſſe, tum depoſiti dominus ad judices vocabit depoſitarium, ut is ſe jurejurando purget, ſi manum ſuam non extenderit in rem proximi, nempe in ipſum argentum vel ſupellectilia, ad ea abſque poſſeſſoris venia utenda; at vero ſimulac iis uſus ſit, ſtatim raptor habetur, & multandus eſt; & ſi ab iſto tempore rapuerit, ſibi ipſi rapuit, & non poſſeſ-

poſſeſſori. Sin autem juraverit ſe nullatenus uſum eſſe re depoſita, nec eam ſumpſiſſe, tum liber eſt. Et quia Lex dicit adverſarium ſive accuſatum, ad judices accedere debere, idcirco jus aliquod generale præſcribit de reliquis litibus, quæ omnes decidendæ ſunt a judicibus, coram quibus adverſarii jurare debent; propterea addit, *de omni re prævaricationis*, *de bove*, *de aſino*, *de pecude parva*, *de veſte*; non quod negotium de bove atque aſino pertineat ad materiam de cuſtode gratuito, minime, nam illud ad ſectionem de cuſtode mercenario pertinet. Verum Legis ſcopus eſt, quod omnis lis quam unus habet cum altero, tam reſpectu gratuiti quam mercenarii cuſtodis, ad judices deferatur. *Quem condemnabunt judices*, eum ſcilicet qui manum ſuam immiſit in rem proximi, mulctabunt ut furem, rependendo duplum pro eo quod ſurripuit. Cæterum ſecundum antiquos doctores juris hæc verba intelligenda ſunt, ſi poſtquam cuſtos gratuitus juravit, inveniatur ipſum prævaricatum eſſe & falſo juraſſe, licet in re exigua, idque a proprietario per aliquot teſtes confirmetur judicibus, tum duplum ſolvat depoſitarius non ſolum iſta re exigua, ſed & pro omni eo quod apud ipſum depoſitum fuerit. Atque hinc doctores collegerunt eum qui partem quæſtionis confeſſus fuerit, jurare debere de reliquis. Sed is non prius ad ſolutionem dupli obligatus eſt quam coram judicibus confeſſus fuerit poſt jusjurandum, vel poſtquam teſtes advenerint qui de toto vel de parte teſtati fuerint; at vero ſi ex parte confeſſus fuerit antequam juravit, licet ſatis conſtiterit quod depoſitum prius negavit, & poſtea confeſſus ſit, nihilominus tamen non plus ſolvet quam confeſſus fuit.

Hæc de iis quæ cuſtodi gratuito commiſſa ſunt, ſequitur Lex de ejuſmodi rebus quæ שומר שכר *cuſtodi mercenario* concredita ſunt, illius argumentum tale eſt commate nono: כי יתן איש אל רעהו חמור או שור או שה וכל בהמה לשמור ומת או נשבר או נשבה אין ראה : שבועת יהוה תהיה בין שניהם אם לא שלח ידו במלאכת רעהו ולקח בעליו ולא ישלם : ואם גנוב יגנב מעמו ישלם לבעליו : אם טרוף יטרף יביאהו עד הטרפה לא ישלם : Id eſt, *Si quiſpiam proximo ſuo dederit aſinum, bovem, parvam pecudem, vel ullum jumentum ad id ſervandum; id autem mortuum fuerit, vel fractum, vel vi abductum nemine vidente: Jusjurandum Jehovæ ſit inter utroſque; ſi non extendit manum ſuam in rem proximi, quod ubi acceperit dominus ipſius, ille ne rependito. Sin omnino ei furto ablatum fuerit, rependito domino illius. Sin omnino diſcerptum ſit, afferto illud ad teſtem; quod diſcerptum eſt, ne rependito.* Dicit itaque, ſi quis alicui jumentum dederit ſervandum, idque obierit, aut fractum, vel abductum fuerit, nemine vidente &c. ſenſus eſt, quod ſi pecus ſponte obierit ex ægritudine quadam, vel e loco edito deciderit, vel articuli, vel membra diſtracta fuerint. *Nemine id vidente*, hæc verba reſpiciunt pecudem clam abductam a militibus vel furto ablatam a latronibus & furibus, de qua nemo teſtari poteſt rem ita factam eſſe, quamobrem proprietarius quæſtionem movere poteſt eam vendidiſſe cuſtodem, vel rapuiſſe, vel furto ablatam eſſe quod ipſam non ſatis cuſtodiverit, & idcirco teneri ad compenſationem rei amiſſæ; pariter quando proprietarius aſſeveraverit cuſtodem fuiſſe in cauſa quod pecus fracta vel mortua fuerit, ipſe vero dixerit eam ſponte obiiſſe vel vitium contraxiſſe caſu quodam, & ſe propterea nulla in parte defuiſſe; ad hanc controverſiam tollendam, dicit Lex, *jusjurandum Domini ſit inter utroſque*; quia nulli ſunt qui teſtari poſſint. Sin autem juraverit cuſtos ſe manum ſuam non immiſiſſe in opus proximi ſui, videlicet ſe in cuſtodia ſua non prævaricatum eſſe, tum ei fides habenda eſt propter jusjurandum, & ſic abſolvitur, proprietario recipiente mortuam vel fractam pecudem ſuam. *Quod ubi acceperit dominus illius*, ſi nempe jusjurandum acceperit quod cuſtos juravit in ſolutionem depoſiti; *ille ne rependito*, proprietarius ſcil. nihil rependat cuſtodi mercenario pro cuſtodia ipſius, licet juraverit ſe non prævaricatum fuiſſe; & hinc doctores probant iis qui errarunt nullam mercedem cedere. *Sin ei omnino furto ablatum ſit*, vel ſi perierit, vel aufugerit pecus, tum cuſtos rependat proprietario, quia is propter perditionem iſtam tenetur, licet a magna pœna liberetur. At vero ſi inveniatur fur poſtquam cuſtos rependit, tum is duplum rependat cuſtodi. *Sin omnino diſcerptum ſit*, ſi a fera quadam violenta ſit diſcerptum, conſtat quod cuſtos non potuerit pecudem ſervare, quum ea e. g. a leone vel lupo ſit abrepta: *afferto illud ad teſtem*, teſtes adducendi ſunt qui teſtentur ſe id vidiſſe. Cæterum in Mechilta dicitur cuſtodem aliquod membrum diſcerptum oſtendere debere, quod ipſi vice teſtis ſit, & tum ne rependito quicquam poſſeſſori.

Hanc Legem excipit ea quæ de commodato & conducto tractat, quæ commate decimo tertio hoc ſenſu inſtituta eſt: וכי ישאל איש מעם רעהו ונשבר או מת בעליו אין עמו שלם ישלם : אם בעליו עמו לא ישלם אם שכיר הוא בא בשכרו : Id eſt, *Si quis a proximo ſuo quid commodato acceperit, quod frangatur aut moriatur, atque illius dominus ei non adfuerit, omnino rependito:*

at ſi dominus ei adfuerit, ne rependito; ſi mercede conductum eſt, venerit pro mercede ſua. Moris enim eſt ut quis interdum à proximo ſuo pecudem recipiat non eo modo quo cuſtodes gratuiti vel mercenarii rem depoſitam recipere ſolent, ſed ex commodato vel ex conducto, ad opera quædam peragenda, & ut tum ea frangatur vel obeat. *Si Dominus ei non adfuerit*, nam quandoquidem is qui commodato dedit, non habeat aliquod commercium cum eo qui commodato accepit, unde in ipſum quid utilitatis redundare poſſet, quemadmodum ſe res habebat cum cuſtode mercenario, omnino rependat is qui commodato accepit, licet pecus caſu quodam violento læſa ſit, quia totum commodum ei cedebat ex opere illius. Etenim is qui commodato dedit, inferre poteſt eum qui commodato accepit nimium oneris impoſuiſſe pecudi, & propterea obiiſſe. *At ſi dominns ei adfuerit*, nempe dum pecus in opere verſabatur, & ea vitium contrahebat, tum is qui commodato accepit, liber eſt a retributione; nam notum eſt quod is qui commodato dedit, non plus quam æquum eſt poſtulabit ab eo qui commodato accepit, quia probabilis eſt ratio ipſum non prævaricatum eſſe. *Et ſi mercede conductum eſt, venerit pro mercede ſua*, quia hic ſe res habet ſicuti in omnibus rebus conductis, in quibus conductor non tenetur rependere ſi quid infauſti acciderit præter culpam ipſius. Hiſce quatuor legibus abſolvitur ſecunda de damnis porta.

בבא בתרא PORTA ULTIMA, ſive tertius de damnis codex, hæc poſtrema eſt porta inter eas quæ ad Legum Forenſium ſcientiam intranti aperitur, quoniam ea tota a legibus ore traditis pendet, & ab iis quæ conjecturis & conſequentiis e Lege ſcripta depromuntur. In hac porro diſquiritur de fundorum domiciliorumque communium inter vicinos diviſione ope alicujus interſtitii in medio extruendi; de omni genere effoſſionum; de jure poſſeſſionis reſpectu agrorum, domuum, & rerum mobilium; de venditionibus & emtionibus; de jure hæreditatum earumque ordine inter conſanguineos; de fidejuſſione; de repudii libellis, tam extenſis quam colligatis, atque id genus aliis quæ hiſce capitibus affinia ſunt. Huic autem codici ut & ſuperiori ad ſingulas Miſnas ſingula argumenta quam breviſſima adjeci, tum ut doctiſſimi L'Empereur veſtigia premerem, tum etiam ut materiæ minus notæ ſcopum primo intuitu lectori manifeſtarem, ut res citius ad manum foret.

מסכת סנהדרין TRACTATUS DE SYNEDRIIS, judiciorum rationibus expoſitis ordo poſtulabat ut de judicibus qui eadem decernunt, mentio fieret, propterea hicce titulus tribus ſuperioribus ſubjicitur, in quo de auctoritate judicum in jure dicundo agitur. De etymologia vocis סנהדרין in omnia alia eunt ſcriptores Hebræi, alii eam e סן quod Chaldaice Legem notat, & הדרין *repetentes* derivant, quatenus nempe in Synedrio Lex aliquoties a Senatoribus repeti debet ad quæſtiones recte examinandas. Alii vero deſignant eandem ita dici a סנאי דורונות quod judices odio habeant munera; vel a סנאים הדרת פנים בדין quod in judicio non debent eſſe προσωπολήπται. Cæterum quis non videt vocem סנהדרין eſſe Græcam συνέδριον, mutata duntaxat ipſius terminatione, Judæis enim in omnibus vocabulis peregrinis adſciſcendis aliquantulum immutari ſolent, ut ſpeciem quandam proferant qua ipſa in gloriam gentis ab Hebræis nata putentur, hinc commentatores Miſnici in omnibus fere vocibus Græcis & Romanis explicandis earum originem ab Hebræis arceſſere conantur. Ratio autem quare Hebræi ſupremum ipſorum conſeſſum Græca voce appellaverint, facile cuivis conſtabit ſi quis arctiſſima inter utrumque populum commercia conſideret, ab iſto enim tempore quo Alexander Magnus Hebræam gentem tanto honore affecit, Græcorum ſtudia ab ipſa magni æſtimata ſunt. At vero tempus quo Hebræi vocem Græcam adſciverint, ſtricte determinari non poteſt; hoc autem non prius ab ipſis factum fuiſſe quam e captivitate Babylonica in patriam reduces facti fuerint, vel inde conſtat quod vocabulum סנהדרין Chaldaicam habeat terminationem; & propterea Senatus Hebræus ſub templo ſecundo iſto nomine appellatus eſt. Etenim primo ſtante templo vocatus eſt כנסת הגדולה *Conſeſſus Magnus*, & illius ſenatores ob provectiorem ætatem dicti ſunt זקנים *Seniores*; hinc in Novo Teſtamento πρεσβύτεροι. Et ab officio ipſorum in Deuteronomio capite ſexto decimo, commate decimo octavo dicuntur שופטים ושוטרים *Judices & Exactores*, per שופטים intelliguntur הדיינים qui tam in cauſis in quibus de capite, quam in quibus de bonis agitur, jus dicunt: שוטרים vero ſunt morum cenſores, qui a tranſgreſſoribus legum pœnas repetunt, & partes litigantes cogunt ad ſententiæ a judicibus dictæ obſervantiam, judiciaque exequuntur. Eorum porro officium erat forum, & loca publica, atque mercatorum officinas & tabernas adire, ut portæ & menſuræ corrigerentur, & mulctare eos qui inique egiſſent: Alios vero qui aliquid inhoneſti & indecori patraſſent, ad judicia citabant. Cæterum de Synedriis notandum eſt quod ea non in qualibet provincia

vincia & urbe conſtitui poſſent, ſed in terra Iſraëlitica duntaxat, quemadmodum e loco ſuperius allegato conſtat, ubi Deus præcipit: תתן־לך בשעריך אשר יהוה אלהיך נותן לך לשבטיך *Conſtitues tibi in omnibus portis, quas Dominus Deus tuus conceſſerit tibi pro tribubus tuis.* Porro Synedria diſtinguebantur in majora & minora, majus Synedrium collocatum erat in Sanctuario, ſeptuaginta conſtans ſenatoribus, idque סנהדרי הגדולה *Synedrium magnum dicebatur*; ſicuti præcipitur in libro Numerorum capite undecimo, commate decimo ſexto, אספה לי שבעים איש מזקני ישראל *Congregato mihi ſeptuaginta viros e Senioribus Iſraëlis.* Hiſce Moſes erat præfectus atque adeo ſeptuaginta & unus erant viri. Si quis autem inter ſenatores iſtos ſapientia excellebat, is ראש הישיבה *caput* ſive *antiſtes conſeſſus* conſtituebatur, qui poſtea a doctoribus נשיא *princeps* dictus eſt, & Moſis vices obiit. Huic a dextris ſedebat quiſpiam conſiliarius doctiſſimus, qui אב בית דין *pater domus judicii* vocabatur; a ſiniſtris vero nonnemo principi proximus erat qui collegis ſuis ſcientia præſtabat; reliqui vero omnes in tribus ſcamnis ſemicirculum conficientibus ſedebant, ut alter alterum, & Princeps atque Pater domus judicii omnes ſenatores intueri poſſent. Præterea juxta ſubſellia ab utroque latere duo ſedebant viri qui ſenatui a ſecretis erant quorum unus verba abſolventium conſcribebat, alter vero condemnantium; quæ rerum facies a nobis in tabella repræſentata eſt. Minora vero duo conſtituta erant ſynedria triumviralia, unum circa atrii portam, alterum circa portam montis Templi. Et ejuſmodi ſynedria minora quoque erecta erant in reliquis terræ ſanctæ urbibus, dummodo in iis centum & viginti, vel plures habitarent incolæ; eaque conſidebant in urbium portis, ſicuti manifeſtum eſt ex eo quod dictum eſt a propheta Amoſo capite quinto, commate quinto decimo. Qui vero in iſtis conventibus legum peritiſſimus erat, is ראש הישיבה *caput conſeſſus* ſive *Gymnaſii Rector* eligebatur. Reliqui vero eundem in ordinem ſedebant, in quem in ſynedrio magno. At vero ſi aliqua urbs tot incolis non abundaret, tum in ipſa tres ſolummodo judices conſtituebantur, cum nullum ſynedrium minoribus quam tribus conſtare poſſet, ut controverſiæ inter collegas tollerentur. Inſuper requirebatur ut in civitate duo reperirentur illuſtriores Sapientes, quorum unus totam Legem docere & explicare, alter vero eam audire, interrogare, & reſpondere poſſet ad quæſtiones in medium allatas. Et ſi duo ejuſmodi Sapientes eſſent in Synedrio, tum id rite iſto nomine appellari poterat; ſi tres erant, tum סנהדרי בינתירן *ſynedrium mediocre* erat; ſi quatuor erant æquali ſapientia præditi, tum id סנהדרי חכמה *ſynedrium ſapiens* vocabatur. Atque in hiſce Synedriis minoribus præter judices tres diſcipulorum Sapientum ordines erant, in quolibet ordine viginti & tres. Horum primus ordo Synedrio proximus erat, infra hunc ſecundus, & infra iſtum tertius, & in ſingulis ordinibus dignitatis ratio habebatur ſeſſionis reſpectu. Diſſentientibus vero inter ſe collegis, ita ut aliquis ſufficiendus eſſet, ad numerum eorum augendum, e primo ordine priorem ſufficiebant, & primus in ordine ſecundo conſidebat in fine ordinis primi, ad defectum ſupplendum. Primus vero in ordine tertio conſurgens ſedebat in fine ordinis ſecundi. Poſtea e cœtu quenquam eligebant, quem in fine tertii ordinis collocabant.

Nemo vero ad Synedrium majus minuſve admittebatur, niſi Sapiens, prudens, & in omni genere ſtudiorum eruditiſſimus, ut, in Medicina, Arithmetica, Aſtronomia, & in Augurii, Divinationis, Præſtigiationis, & cultus idololatrici caſibus detegendis. Nec hi admittebantur niſi e genere ſacerdotali, Levitico, vel Iſraëlitico prognati eſſent, qui digni erant ut ad altiorem honoris gradum promoverentur. Etenim Deus præceperat Deuteronomii capite ſeptimo decimo, commate nono, ut ad ſacerdotes & Levitas accederet populus; at vero ſi ejuſmodi non inveniebantur, ſynedrium tamen legitimum erat, licet id totum ex Iſraëlitis conſtaret. Nemo vero eligebatur decrepitus, nec eunuchus ob crudelitatem, nec is qui nullos procreaſſet liberos, quia miſericors eſſe ſolet; neque Regem in Synedrio conſtituebant, quia vetitum erat cum ipſo diſceptare, eique contradicere. Sed ſummum Pontificem potius eligebant, ſub iſta conditione quod ſapientia præ cæteris excelleret. Et quamvis Reges e ſtirpe Davidica non ſtabilirentur in Synedrio, ipſi tamen ſedebant & populum judicabant, & a populo quoque judicabantur; ſed cum Regibus e ſtirpe Iſraëlitica aliter ſe res habebat, nam ii non judicabant nec judicabantur, quia illi non tam ſtricte alligati erant ad verba Legis, ita ut per ipſos aliquando incommoda quædam creari poſſent. Et ſicuti judices in juſtitia conſummatiſſimi, ita etiam ab omnibus vitiis immunes, atque integro corpore eſſe debebant; idcirco diligenter inquirendum erat ut omnes ſenatores eſſent egregia ſtatura, grandævi, eleganti facie, & eloquio ſingulari præditi, pluriumque linguarum peritiſſimi, ne interpreti eſſet locus in Synedrio. Si vero triumvirale eſſet Synedrium, tum requirebatur ut judices iſtius ſeptem in rebus excellerent, nempe, in ſapientia, manſuetudine, timore, & odio pecuniæ, amore veritatis, amore creaturarum, & bona

ſama: quæ facultates Deuteronomii capite primo, commate tertio decimo requiruntur, quando dicitur אנשים חכמים ונבונים וידועים לשבטיכם *Viri Sapientes & prudentes, atque per tribus veſtras noti.* Et ſicuti Exodi capite decimo octavo, commate viceſimo primo Jetro Moſi eligendos eſſe ſuadet אנשי חיל יראי אלהים אנשי אמת שנאי בצע *Viros fortes, Deum timentes, viros veritatis, & avaritiam abhorrentes.* Referunt doctores moris fuiſſe olim ut a ſynedrio nonnulli mitterentur per univerſam terram Iſraëlis, inquiſitum viros Sapientes, Deum timentes, manſuetos, & apud populum gratioſos, cujuſmodi ſi inventi eſſent, prius in urbe patria conſtituebantur judices, & dehinc Jeruſolymam ad portam montis Templi, ab hac ad portam atrii, & ab illa denique ad ſynedrium magnum ducebantur.

Cæterum oportebat ut unus, tam e magni quam parvi Synedrii, & triumviralis collegii judicibus promotus eſſet ex ore illius qui rite promotus erat, quia Moſes promovit Joſuam, ſicuti traditum eſt in Numeris capite viceſimo ſeptimo, commate viceſimo tertio. ויסמך ידיו עליו ויצוהו *Et impoſuit ei manus, & præcepit ei.* Similiter & reliqui ſeptuaginta Seniores a Moſe promoti ſunt, & hinc divina majeſtas ſuper ipſis requievit. Iſti vero Seniores denuo alios promoverunt, aliique alios, ita ut in continua ſerie unus ab altero ore tenus promotus eſſet quamdiu Joſuæ & Moſis Synedrium ſtetit. Perinde autem ſe res habebat ſive quis a Principe, ſive ab alio quopiam rite ſuffecto creatus eſſet, licet is nunquam in ſynedrio promotus eſſet. Præterlapſis vero temporibus promotio non fiebat impoſitione manuum, ſed appellatione vocis Rabbi, in hac formula, הרי אתה סמוך ויש לך רשות לדון אפילו דיני קנסות *Jam tu promotus es, tibique judicandi facultas conceſſa eſt, vel in ipſis judiciis pœnalibus.* Nulli autem judices digni erant nomine אלהים, niſi ii qui Synedrii in terra Iſraëlitica conſtituti judices erant, quique omnium ſapientiſſimi erant, & in judiciis ferundis exploratiſſimi. Cæterum in principio is qui promotus erat, denuo promovebat diſcipulos ſuos; at Sapientes iſto honore Hillelem Seniorem affecere, ut ne quis impoſterum promoveretur niſi cum principis licentia, neque is quemquam promoveret niſi Synedrii pater adeſſet, nec contra. Reliquis vero collegis promovere licebat cum principis licentia, dummodo tres ſimul adeſſent, quia nulla fieri poteſt promotio niſi tribus præſentibus: ſed extra terram Iſraëlis nemo promoveri poterat, licet ritus perageretur ab eo qui in eadem terra promotus eſſet. Qui vero חכם מופלא *Sapiens præcellens erat*, atque ad totam Legem docendam idoneus, ei Synedrium quidem judicandi poteſtatem largiebatur, nequaquam vero de licitis illicitiſque rebus decernendi. Vel concedebant ei facultatem judicandi de licitis & illicitis, ſed non de pecuniariis; vel de utriſque judicandi licentia dabatur, ſed non in rebus pœnalibus; vel ſi in hiſce liceret, porro non licebat de primogenitorum vitiis judicare, vel viliorum vota diſſolvere; & ſimilibus modis una facultas ab altera diſtinguebatur. Hæc breviter de Synedriis eorumque Synedris e Maimonide & Abarbanele a me delibata ſunt, quorum ſumma in hoc codice continetur. Verſionem autem illius ut & ſequentis a Clariſſimo Johanne Coccejo fideliter retinuimus, & ejuſdem notas Miſnicas; Gemarica vero juxta ſcopum quem nobis dudum propoſuimus, prætermiſimus, cum ea ad ulteriorem Miſnarum elucidationem non multum faciant, ſed materias quaſdam ſingulares in multa varietate diffuſas contineant. Præterquam quod doctiſſimus vir plurima ſua ex Agadot & Beraitot attulerit, quæ ut probabilia quæque ab auctoribus Talmudicis ſunt allata, & propterea non unanimi conſenſu a Synedris comprobata; qua in parte plurimos rerum Talmudicarum ſcriptores inter nos vehementer erraſſe animadverti, quod hæc non diſtinguant ab iis quæ ſub jure certo continentur, quaſi omnia quæ in opere Talmudico continentur, ejuſdem eſſent auctoritatis.

מסכת מכות TRACTATUS DE POENIS, hic ſuperiori ſubjungitur, quia flagellationis pœna juxta ac aliæ non niſi Synedris jubentibus infligi poteſt ſontibus; quamobrem nonnulli doctores extiterunt qui hunc tractatum eundem eſſe dixerunt cum præcedenti, ſed hi duo codices potius ſeparandi erant, & diverſis inſigniendi titulis, quia hic modum aliquem contineat quo peccator a morte liberetur, alter vero quo ad mortem ducatur. Ritus flagellandi nobis traditur Deuteronomii capite viceſimo quinto, commate primo, hoc ſenſu: כי יהיה ריב בין אנשים ונגשו אל המשפט ושפטום והצדיקו את הצדיק והרשיעו את הרשע: והיה אם בן הכות הרשע והפילו השופט והכהו לפניו כדי רשעתו במספר: ארבעים יכנו לא יוסיף פן יוסיף להכותו על אלה מכה רבה ונקלה אחיך לעיניך: Id eſt; *Si lis aliqua exorta fuerit inter viros, & illi ad judicium acceſſerint, ut judices de illis ſententiam ferant, tum juſtum pronunciaturi ſunt eum qui juſtus eſt, improbum vero eum qui improbus eſt. Si itaque flagris dignus ſit iſte improbus, dejiciat* (inclinari faciat) *ipſum judex, atque cædat ipſum coram ſe ratione improbitatis illius, ſecun-*

ſecundum numerum. Quadragenis vero ipſum cædat plagis, ne addito, ut ne pluribus ipſum cædat plagis ultra haſce; & frater tuus vileſcat in oculis tuis. Hujuſce Legis ſecundum Hebræos talis eſt expoſitio: quando dicitur, *ſi lis aliqua exorta ſit inter viros, & illi ad judicium acceſſerint*, caſus iſte non intelligendus eſt de lite quæ a vi armiſve profecta eſt, ſed a cauſis forenſibus in commerciis vel contractibus, atque ab id genus aliis controverſiis, quæ ad judices deferri ſolent; quæ ita decidenda eſt ut injuſtus declaretur injuſtus, juſtus vero juſtus, & non contra, nulla propinquitatis, favoris, gratiæve habita ratione. Præterea ſi quis mendax deprehenſus fuerit, is plagis afficietur, ſicuti dicitur, *ſi itaque flagris dignus ſit iſte improbus, irruat in iſtum judex, atque cædat ipſum ratione improbitatis ſuæ, in numero*; ſenſus eſt quod falſitatis & mendacii habita ratione cædi debeat, quæ coram judice protulerit. Ne vero plagæ abſque diſcrimine infligantur, addit legiſlator, *pro ratione improbitatis illius, in numero*; determinandæ itaque erunt plagæ quibus ſontes cædi debeant, exempli gratia, viginti, triginta, plures paucioreſve, dummodo non egrediantur numerum quadragenarium, idcirco Lex dicit, *juxta impietatem, quadraginta (plagis) ipſum cædat, ne addito.* Cæterum ex eo quod dicitur והפילו השופט *& judex efficiet ut is decidat*, colligitur, quod non ſedens, neque cubans, neque erecto ſtans corpore cædetur iſte ſons, ſed capite paullum deorſim inclinato, ut tergum promineat cui plagæ ſunt infligendæ. Porro additur במספר *in numero*, quo docet numerum & modum quendam in plagis infligendis adhibendum eſſe, ne quid pœnæ a Deo convenienter ſtatutæ addatur, & peccator a crudeli judice plurimis flagellationibus ita defatigetur ut mortem obeat; cum legiſlatoris ſcopus ſit eum in vita conſervare, ut in poſterum vitia ſua corrigat, moreſque emendet malos. Propterea judicis erat de natura ſontis quærere, quantas iſte ſufferre poſſet plagas, & poſtquam id compertum habuiſſet, tum viginti, vel minores ſufficiebant ratione virium ipſius. Imo ſi contigiſſet ut is præ horrore plagarum ei ſtatim infligendarum urinam vel excrementa emiſiſſet, tum liberabatur a plagis, quia hoc ſummæ ignominiæ & pœnitentiæ illius ſignum aliquod habebatur; & hoc conjiciunt exinde quod in hac lege dicitur ונקלה אחיך לעיניך *ut frater tuus ignominia afficiatur in oculis tuis*; ſufficit ergo ſi ejuſmodi caſibus probro afficiatur, quocunque id fiat modo, dummodo iniquitatis ſuæ ipſum pœniteat. Quare autem numerus quadragenarius in plagis definitus ſit, ejus rationem eſſe putat Nachmanides, quod peccator Legem transgreſſus ſit quæ intra quadraginta dies lata eſt, & propterea ipſum quadraginta luere debere ſi a peccato eripi, & Legem reſtitui velit. Et quandoquidem divina clementia hac in parte voluit ne quid ultra numerum a judicibus adderetur, diminutionem vero eorum arbitrio reliquit, idcirco traditione receptum eſt triginta novem plagas ſufficere, ne qua in præcepto prævaricatio fieret; ubi enim ipſe Deus homini parcit peccanti, ibi multo magis homo homini parcere debet, cum nihil humani a quoquam alienum eſſe debeat. Sed nonnemo quærere poſſet quænam iſta ſit ſeveritas & opprobrium ſi reo præter quadraginta unica modo vel duæ infligantur plagæ, ita dicente Lege פן יוסיף להכותו מכה רבה ונקלה אחיך לעיניך *ne pergat ipſum cædere magna cæde, cum frater tuus jam contemptibilis ſit in oculis tuis*; reſpondet doctiſſimus Abarbanel, quod ſicuti pro מכה רבה a viris ſpectatis habetur, ſi quis iis in publico conventu injuſte unicum duntaxat colaphum impingat, vel leviſſimum aliquod opprobrium affricet; ita quoque comparatum cum homine contemptibili, cum is poſt executionem pœnæ ab omni reatu liberatus ſit, & a quavis peccati labe purificatus; idcirco tanta hæc ipſi eſt ignominia, quanta ea in viro poſſit eſſet honorato, cum jam fratribus ſuis ſimilis factus ſit, ita teſtante Lege quæ ipſum fratrem vocat; hinc doctores felicis memoriæ dixere, poſtquam hanc ſubierit ignominiam, tum frater tuus factus eſt, at nemo libenter in fratrem ſuum quicquam turpitudinis crudelitatiſque exercebit. Hæc ita ex Lege. Sed flagellandi modum nobis ita deſcribit Maimonides capite decimo ſexto de Synedriis & pœnis; manibus illius qui flagellandus erat, hinc inde colligatis, lictor veſtem illius prehendebat eamque licet rumpendo exuebat donec pectus denudaſſet, deinde lapidi cuidam inſiſtebat cum loro taurino in manibus ſuis complicato, ut e ſimplici loro fieret duplex, & e duplici quadruplex, & præterea in hiſce duo erant lora aſinina aſcendentia & deſcendentia. Hæc lora palmi latitudinem habebant, & longitudinem cujus extremitas ad os ventris pertingere poterat; ſed manubrium habebat palmi longitudinem. Requirebatur autem ut is qui percutiebat, magis ſcientia quam viribus excelleret ut rite officio ſuo fungeretur; lorum itaque ambabus attollebat manibus, atque una feriebat quantum poterat, triplicem inter mammas ictum infligendo, & ſextuplum a tergo, unicuique humero triplicem. Et hoc fiebat judice inſpectante, ut is de toto flagellandi negotio omnino certus eſſet quod omnia rite peracta erant, juxta illud Legis præſcriptum, והכהו לפניו *& percutiet ipſum coram illo.* Dum miniſter ita verbera intentabat

ſonti,

ſonti, ſupremus judex prælegebat ea verba quæ traduntur Deuteronomii capite viceſimo octavo, commate quinquageſimo octavo: *Si non obſervaveris omnia verba hujuſce Legis, quæ conſcripta ſunt in hocce libro, ad timendum nomen glorioſiſſimum iſtud & ſumme venerandum, ſcilicet Dominum Deum tuum. Tum omnino mirabiles efficiet Dominus tuas plagas, ſeminiſque tui plagas, magnas nempe & conſtantes plagas, morboſque malignos & conſtantes, &c.* Uſque ad comma ſexageſimum nonum; quæ verba abſolvebantur ſimulac verbera finita erant, & contra, ſi vero lictor nondum abſolviſſet, judex lectionem repetebat uſquedum numerus completus eſſet. Secundus vero judex plagas enumerabat, & tertius miniſtro dicebat הכה *percute*, quoties enim cædebat miniſter, toties judex numerabat. Si reus inter cædendum moreretur, miniſter nullo reatu tenebatur; ſi vero unum addidiſſet lorum, & reus obiiſſet, tum miniſter exulabat; ſi non obiiſſet, tum miniſter ſive lictor tantum præceptum illud negans לא יוסיף *non addet*, violarat. Qui vero cauſas ſcire deſideret ob quas nonnemo plagis dignus haberetur, vel teſtes a quibus convincendus eſſet, atque reliquas in hocce judicio rite exequendo, is ipſum codicem adeat noſtrum, atque Maimonidem titulo de Synedriis & Pœnis capite octavo decimo & ſequenti.

מסכת שבועות TRACTATUS DE JUREJURANDO, hic duobus prioribus poſtponitur, quia inter illos aliqua datur convenientia, in eo quod nemo præter judicem quemquam ad jusjurandum cogere poſſit, vel punire eum qui falſo juraverit. Legem de Jurejurando deſcribit Moſes libro tertio, capite quinto commate quarto uſque ad decimum quartum: או נפש כי תשבע לבטא בשפתים להרע או להיטיב לכל אשר יבטא האדם בשבועה ונעלם ממנו והוא ידע ואשם לאחת מאלה: והיה כי יאשם לאחת מאלה והתודה אשר חטא עליה: והביא את אשמו ליהוה על חטאתו אשר חטא נקבה מן הצאן כשבה או שעירת עזים לחטאת וכפר עליו הכהן מחטאתו: ואם לא תגיע ידו די שה והביא את אשמו אשר חטא שתי תורים או שני בני יונה ליהוה אחד לחטאת ואחד לעלה: והביא אותם אל הכהן והקריב את אשר לחטאת ראשונה ומלק את ראשו ממול ערפו ולא יבדיל: והזה מדם החטאת על קיר המזבח והנשאר בדם ימצה אל יסוד המזבח חטאת הוא: ואת השני יעשה עלה כמשפט וכפר עליו הכהן מחטאתו אשר חטא ונסלח לו: ואם לא תשיג ידו לשתי תורים או לשני בני יונה והביא את קרבנו אשר חטא עשירית האפה סלת לחטאת לא ישים עליה שמן ולא יתן עליה לבנה כי חטאת הוא: והביאה אל הכהן וקמץ הכהן ממנה מלוא קמצו את אזכרתה והקטיר המזבחה על אשי יהוה חטאת היא: וכפר עליו הכהן על חטאתו אשר חטא מאחת מאלה ונסלח לו והיתה לכהן כמנחה: *Vel ſi quiſpiam effutiverit labiis ſuis ſe male aut bene facturum ſecundum omnia quæ effutire ſolet homo jurejurando, idque latuerit ipſum, ſed deinde cognoverit ipſum unius ex iſtis reum eſſe. Tum fiet, quia unius ex iſtis reus eſt, ut confiteatur in quo pecacvit. Adducet itaque ſacrificium pro reatu ſuo Domino ob peccatum ſuum quo peccavit, fœminam e grege, nempe ovem lactentem, capramve lactentem in ſacrificium pro peccato; atque ita ſacerdos eum expiabit a peccato ſuo. Si vero manus ipſius non aſſequatur quod ſatis erit pro parva pecude comparanda, tunc adferet ſacrificium pro reatu ſuo quo peccavit, duos ſcil. turtures aut duos columbæ pullos Jehovæ, unum in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum. Et hos ad ſacerdotem adferet, ac prius offeret eum qui pro peccato allatus eſt, cujus caput ungue ſecabit e regione cervicis, ita ut non ſeparet. Poſtea de ſacrificii pro peccato ſanguine ſparget ad altaris parietem; quod vero remanſerit de illo ſanguine, id exprimetur ad fundamentum altaris iſtius, quia ſacrificium pro peccato eſt. Ex altero autem holocauſtum conficiet pro more: ita expiabit eum ſacerdos a peccato ejus quo peccavit, & remittetur ei. Sin autem manus illius non aſſequatur duos turtures, duoſve columbæ pullos, tum is qui peccavit, adferet oblationem ſuam, decimam Ephæ e ſimila in ſacrificium pro peccato: ne addito ei oleum, neque thus imponito, quia ſacrificium pro peccato eſt. Hanc ubi ad ſacerdotem attulerit, ſacerdos ex ipſa accipiet plenum pugillum in ſuffimentum memoriale illius, atque in ipſo altari adolebit ſuper igne Domini; quia ſacrificium eſt pro peccato. Ita expiabit eum ſacerdos a peccato ſuo quo peccavit, ex aliquo illorum, eique remittetur; quod reſtat, id ſacerdoti cedet, ſicuti muneris reliquiæ.* Hujuſce inſtituti ſecundum Hebræos hic ſenſus eſto; נפש כי תשבע לבטא בשפתים *ſi quis juraverit effutiendo aliquid labiis*, ſi nempe quis in corde ſuo cogitaverit de aliquo nomine divino, quia cogitationes cordis non habentur ut verba ore prolata: להרע או להיטיב *ad male vel bene faciendum*, nempe pro ſeipſo, perinde ac ſi dixiſſet, *comedam*, vel *non comedam*, vel ſimiles formulas quarum in codice Miſnico facta eſt mentio, quas homines imprudentes effutire ſolent in jurejurando: ונעלם ממנו *idque latuerit ipſum*, ſi id ipſum oblitus

fuerit

fuerit dum jurisjurandi actum exſerebat, ſed deinceps ei denuo in memoriam venerit, uti dicitur, והוא ידע ואשם & *ſi is cognoverit, tum reus ſit*, id eſt, ſi cognoverit ſe jusjurandum transgreſſum eſſe, & propterea ſeipſum reum declaraverit, tum eum lex propter ejuſmodi temeritates accuſat confitendum eſſe peccatum, & non diſſimulandum eſſe quicquam, adducendo fœminam e grege, nempe ovem lactentem, capramve lactentem in ſacrificium pro peccato ſuo. Cæterum obſervant doctores delictum aliquando in Lege vocari אשם *reatum*, aliquando autem חטאת *peccatum*, etenim אשם dictum vocant אשם תלוי *reatum ſuſpenſum*, ſive dubium, ut id diſtinguatur ab אשם cujus hic mentio facta eſt, quod proprie eſt חטאת; hujus rei hæc eſt ratio, quod אשם aliquando ita vocetur, ratione hominis peccantis, quod eſt *reatus ſuſpenſus*, quia homo judicium ſuum pro tempore ſuſpendit, & dubitat an peccaverit necne. Aliquando autem אשם dicitur ratione Dei, quando nimirum peccator ſeipſum pronunciat reum, & peccato ſuo commovetur. Præterea חטאת quoque אשם vocatur, quia is qui ex errore quodam peccavit, reus ſit ob errorem ſuum, nam ſi is in opere ſua præmonitus fuiſſet, non aberraſſet. Ne ergo lector hac in parte errorem aliquam committat in voce אשם, quæ vario ſenſu accipi ſolet, cujus hic mentio facta eſt in Lege, putans id eſſe אשם תלוי *reatum ſuſpenſum*, & non חטאת *peccatum*, idcirco dicitur, והוא ידע ואשם לאחת מאלה & *ſi is cognoverit ſe reum eſſe unius ex iſtis*, id eſt, ſi reſciverit ſe omnino peccaſſe, ita ut non dubitet amplius de peccato ſuo, ſicuti ſtatim ſequitur, והתודה אשר חטא עליה & *confeſſus fuerit in quo peccaverit*, unde conſtat quod peccatum ſive error ipſius ei innotuerit nullo remanente dubio; jam vero id proprie חטאת *peccatum* eſt, & non amplius אשם *reatus*. Cæterum de oblationis negotio hic nihil tradidit legiſlator, quia id capite antecedenti, ubi de ſacrificio pro peccato agitur jam factum eſt, cujus ritus omnino idem cum illo qui in ſacrificio pro jurejurando temerario obſervandus eſt. Porro ab hacce obligatione nemo excluditur licet omnium pauperrimus ſit, & non habeat quo ſe liberet ab illa, idcirco dicit Lex, *ſi vero manus ipſius non aſſequatur quod ſatis erit pro parva pecude comparanda, tum adferat in ſacrificium pro peccato ſuo quod peccavit, duos turtures aut duos columbæ pullos &c.* quæ verba tam ad eum qui blaſphemiæ vocem audiverit, de quo in principio capitis agitur, quam ad eum qui jusjurandum effutiverit, reſtringenda ſunt, atque adeo illa comprehendunt obligationes ad quas privatus quis tenetur, quando peccaverit, etenim poſtquam legiſlator omnes enumeraſſet ſpecies, in genere hæc verba ſubjungit, *ſi vero manus ipſius non aſſequatur* &c. Præcipit ergo ut *duo turtures offerantur, vel duo columbarum pulli, unum in ſacrificium pro peccato, alterum in ſacrificium holocauſticum*, ut ex iis una pars ſacerdotibus, altera Deo cederet, nam de ſacrificio pro peccato comedebant ſacerdotes, holocauſtum vero totum Deo erat conſecratum. Sed ſacrificium pro peccato prius erat offerendum, ut prius expiaretur peccatum, & poſt expiationem offerretur holocauſtum, ut is qui expiatus eſt Deo creatori ſuo firmiſſime adhæreat, ne in poſterum prudens ſciens in idem peccatum ruat temerarium. Porro addit auctor, ומלק את ראשו ממול ערפו & *ungue ſecabit caput illius e regione cervicis illius*, ſenſus eſt quod aves in collo mactandæ ſint, cervix enim in poſteriori capitis parte invenitur e regione colli, eſtque collum quod cervici obverſum eſt. Et prohibet ne fiat ſeparatio, quando dicit, לא יבדיל *non ſeparabit*, caput nempe a corpore non debet ſeparari. *Si vero manus illius non aſſequatur duos turtures* &c. hiſce verbis auctor pauperum Iſraëlitarum bonis vult parcere, ſi ſcil. peccator adeo pauper ſit & fortunæ tenuis, ut facultas ipſius non ferat haſce aves, tum adferat *decimam Ephæ partem e ſimila*, abſque oleo & thure, idque tam ad paupertatem ſublevandam, quam ad diſtinguendum inter מנחה *munus* & ſacrificium pro peccato, muneri enim oleum & thus affundendum erat, at non ſacrificio pro peccato; idcirco hic dicit auctor, כי חטאת היא *nam ſacrificium pro peccato illud eſt*, quaſi dixiſſet, cum hoc ſit ſacrificium pro peccato, non debet aſſimilari muneri quod multo cum apparatu & pompa quadam offerendum eſt. Jam vero quia hujuſce oblationis reliquiæ a ſacerdotibus comederentur ſuffimento in memoriale in altare accenſo, propterea in fine legis additur והיתה לכהן כמנחה & *pro ſacerdote erit ut munus*, quemadmodum nempe ſacerdotes comedunt de muneribus, ita etiam de hocce ſacrificio pro peccato ipſis comedere licet. Hæc de ſenſu legis, quæ in codice Miſnico diverſo reſpectu applicantur; ab initio ſtatim agitur de jurisjurandi ſpeciebus, quæ duplices eſſe ſolent in præteritis & futuris, ad benefaciendum vel ad malefaciendum. Deinceps de jurisjurandi notitiis reſpectu immunditiei in qua jurans verſatur, quæ octo eſſe enumerantur capite ſecundo. Capite autem inſequenti ſermo fit de jurejurando duplici quod quadruplicem habere poteſt ſenſum, & quid ſit שבועת שוא *jusjurandum vanum*, & שבועת בטוי *jusjurandum temere effutitum*, quæ utraque in viris fœminiſque, & omnium conditionum homini-

minibus lociſque obtinent. Quarto capite agitur de שבועת העדות *jurejurando teſtimonii*, quo loco, quo tempore, & in quas perſonas id potiſſimum cadat, quibus id formulis fiat, ſicuti enim gens Judaica ab omni memoria in loquendo & agendo fuit vehementer temeraria, ita & hoc quoque in jurejurando vario modo effutiendo præ cæteris manifeſtum ex hoc ipſo titulo Miſnico; capite quinto exponitur quid ſit שבועת הפקדון *jusjurandum depoſiti*, ubi, quando, & in quibus hominum generibus id locum habeat, quibuſque formulis id exprimatur. Tum pergens ad caput ſextum, explicatur שבועת הדיינין *jusjurandum judiciale*, in quo examinando etiam formulæ aliquot numero fere infinitæ allegantur, & quædam in medium adferuntur ſuper quibus illud jusjurandum jurare, vel non jurare liceat. Septimo capite oſtenditur eos qui jurarunt exſolviſſe debitum, quia jusjurandum eſt inſtar debiti. Mercenarii tamen, vulneratus, ſpoliatus, atque is cujus adverſarius de perjurio ſuſpectus eſt, & numularius de libellis ſuis jurare poteſt ut ſimul mercedem recipiat, quod variis ibidem modis applicatur. Capite denique octavo jura de quatuor cuſtodibus proponuntur, videlicet de eo qui gratis cuſtodit, qui cuſtodiam petit, qui mercedem pro cuſtodia accipit, & qui mercede conducit; horum primus jurare poteſt ſuper omnibus rebus; ſecundus jurejurando omnia debet reſtituere; tertius atque quartus jurant ſuper id quod fractum, vel abductum, & mortuum eſt, remque amiſſam & furto ablatam reſtituunt. Hujuſce tractatus verſionem Miſnicam adornavit vir doctiſſimus Johannes Ulmannus Argentoratenſis cujus mentionem in ſuperiori libro jam fecimus, & hanc nos omnino retinuimus.

מסכת עדיות TRACTATUS DE TESTIFICATIONIBUS, hic ſuperiores excipit, etenim finito jam de judiciis & judicibus ſermone, atque iis in quibus proprie officium judicum verſatur, plagis videlicet & jurejurando, auctor Miſnicus ſubjungit titulum de Teſtificationibus, cujus ſcopus eſt omnes tradere ſententias, quibus teſtimonia ſua perhibuerunt viri aliquot fide digni, quæ in controverſiis decidendis veluti norma quædam habebantur, & judicii ſpecies, hæc autem teſtimonia omnia præſentibus judicibus prolata ſunt. Hic tractatus non agnoſcit Legem a Moſe deſcriptam, ſed is comprehendit conſtitutiones aliquot juris dictas in ædibus Chananiæ filii Chiskiæ filii Goronis, qui ſua ætate omnium præclariſſimus habebatur. Hiſtoria rei totius ita ſe habet; contigit aliquando ut multi dubitaverint de auctoritate libri Ezechielis, ita ut de illo ſeponendo aliqui cogitaverint, quia in ipſo loca quædam Legi Moſaicæ contraria occurrere videbantur, ſic verbi gratia capite quadrageſimo quinto, commate triceſimo primo dicitur, כל נבלה וטרפה מן העוף ומן הבהמה לא יאכלו הכהנים *ullum cadaver vel diſcerptum quid ex avibus & pecoribus ne comedant ſacerdotes*, unde concluſerunt doctores ſacerdotibus quidem prohibitum eſſe de cadavere & diſcerpto comedere, ſed non Iſraëlitis, cum tamen Lege Moſaica vetitum ſit ne quis Iſraëlita de iis comedat. Pariter apud eundem prophetam capite quadrageſimo quinto, commate viceſimo dicitur, וכן תעשה בשבעה בחדש *& ita facies in ſeptimo menſis*; ſed nullibi in Sacris ejuſmodi quid præceptum erat. Seceſſit itaque R. Chananias aliquamdiu in muſæum ſuum, atque illic commentarios in librum Ezechielis compoſuit, ut haſce difficultates ſolveret. Interea temporis diſſenſione inter Schamæanos & Hillelæos orta multi ab utraque parte adierunt R. Chananiam, ut is controverſiarum arbiter eſſe vellet; numero autem inito compertum eſt Schamæanos plures fuiſſe quam Hillelæos, itaque ſecundum plurium ſententiam concluſum eſt, ex eo quod Exodi viceſimo ſecundo, commate ſecundo dicitur, אחרי רבים להטות *poſt multos inclinandum.* Octodecim itaque hæ fuerunt res quæ illo tempore deciſæ ſunt, videlicet, ſi quis comediſſet cibum qui primus erat immunditiei gradus; vel ſi comediſſet cibum qui ſecundus erat immunditiei gradus; ſi quis bibiſſet potus immundos; ſi quis ita ſe aquis lavandi cauſa immerſiſſet ut illius caput & maxima illius pars ſit in aquis hauſtis; ſi ſuper mundi hominis caput & maximam illius partem effuſi ſint tres Logi aquarum hauſtarum; ſi quis ſacrum codicem attigerit; ſi quis inquinatis manibus attigiſſet oblationem primam; ſi cibi & vaſa liquoribus polluta fuerint; ſi vas aliquod ſub canali poſitum ſit; omnia mobilia ſi transferantur, adferre immunditiem in craſſitie ſtimuli quo boves impelli ſolent; ſi quis uvas vindemiaverit ut in torculari eas calcet; ſi quid natum ſit ex oblatione prima, id eſſe etiam oblationem primam. Si quem veſperi ante Sabbatum obruerint tenebræ in via, eum obligari viro alieno tradere marſupium ſuum, ne id per quatuor ulnarum ſpatium transferat. Quis ſit panis idololatrarum; vel oleum, vel vinum eorum; de filiabus eorum; quod parvulæ idololatrarum polluant fluxu. Præterea quoque octodecim res fuerunt in quibus Schamæani & Hillelæi conſenſere, nempe, Eductiones Sabbaticas duas eſſe, quæ ſunt quatuor intus, & duas quæ ſunt totidem foris, quæ octo ſunt conſtitutiones; Neminem coram tonſore ſedere debere circa veſperam Sabbati; neque in balneum ire; neque ad officinam coriariam; neque ad judicium; neque ad cœnam; neque ſartor exibit cum

cum acu ſua; neque ſcriba cum calamo ſuo; neque veſtes ſuas quis purgabit; neque ad lucernæ lumen leget; vir fluxum patiens non leget cum uxore fluxum patiente. Denique etiam octodecim conſtitutiones propoſitæ fuerunt in quibus diſſenſerunt, nempe, quod nec atramentum nec colores e quibus atramentum conflatur, macerandi ſint; nec viciæ; nec lini faſciculi ſub veſperam Sabbati in fornacem mittendi, niſi incaluerint dum adhuc dies erat; nec lana in ollam tinctoriam, niſi colorem receperit; nec retia feris, avibus, aut piſcibus tendenda, niſi lucente adhuc die capiantur; nihil alienigenæ vendendum; neque cum ipſo pecus onerandum eſſe, neque onus in ipſum levandum eſſe, niſi ad locum tetenderint propinquum; neque pelles coriario tradendas; neque veſtes fulloni alienigenæ, niſi interdiu parentur; neque ei commodandum; neque vendendum ei; neque ei mutuo dandum; nihil dono dandum; neque epiſtolas quoquam mittendas eſſe: de quibus omnibus operibus Schamæani & Hillelæi quæſiverunt an ea die Veneris circa Sabbati veſperam liceat peragere, necne. Hæc omnia in Gemara in principio codicis de Sabbato referuntur, & inde a Maimonide & Bartenora in commentarios Miſnicos tranſlata ſunt. Ut autem hæ quæſtiones probe examinarentur & a R. Chanina rite deciderentur, hinc inde tam a Schamæi quam Hillelis ſequacibus diverſa in medium allata ſunt teſtimonia, quæ illi a præceptoribus ſuis ore tradita accepiſſe ſe dicebant, quorum in hoc tractatu mentio facta eſt, & propterea is titulo de Teſtificationibus inſignitus eſt.

מסכת עבודה זרה; TRACTATUS DE CULTU PEREGRINO, hic merito ſequitur præcedentes, quandoquidem magni ſynedrii judicum omnino erat idololatriæ conſuetudines perſpicue intelligere, ut ſcirent quid de Iſraëlitis in caſu idololatriæ ſtatuendum eſſet, & qua pœna pro gravitate peccati afficiendi eſſent, quia illius reſpectu varii caſus admittebantur. Etenim ſi quis Saturnum coluiſſet ſub cultu Veneris, aut Jovem ſub cultu Martis, tum is non mortis condemnabatur ſecundum Majorum ſancita. Ultimo autem loco hunc tractatum auctor Miſnicus poſuit, quoniam in ipſo agitur de iis quæ raro admodum in jure contingebânt, vel ſaltem non tam frequentia erant quam pecuniaria vel capitalia judicia. Cæterum Lector eſt quod te paucis velim, quando audiveris vel legeris titulum de Cultu Peregrino, nolito primo intuitu animo perturbarier, quaſi is monita quædam contra ſanctiſſimam Chriſti doctrinam contineret! nihil minus, contrarium tu ipſe experieris ſi totum codicem a capite ad calcem perlegeris. Enimvero ex ipſo tibi conſtabit omnia reſpicere Ægyptios, Græcos, Romanos, & præcipue populos terræ Iſraëliticæ confines, inter quos gens electa tanquam Dei peculium in loco admodum anguſto, vel invitis omnibus circumjacentibus populis quantumvis potentibus, mirabili & divina quadam vi domicilia fixerat cum veteres inde migraſſent coloni, ut diis ſtercoreis neglectis, vero & uni Deo ſervirent. Non mirum ergo quod Senatus Hebræus voluerit ut leges quædam contra idololatras adeo abominabiles ſtatuerentur, quibus Iſraëlitæ in vero cultu continerentur; præſertim cum toties in legibus Moſaicis moniti eſſent ne cum idololatris communicarent. Præterea nec veroſimile tempore R. Jehudæ Sancti, qui ſub finem primi a nativitate Chriſti ſeculi vixit, qui inter alios etiam codicem de Cultu Peregrino in ordinem digeſſit, religionem Chriſtianam ad tantum faſtigium aſſurrexiſſe, ut Chriſtianorum virorum ſcriptis obviam ire conarentur, quippe quæ in cryptis & ſpeluncis clanculum divulgabantur, quaſi nunquam vires ſumptura eſſent. Denique notum eſt ex ſcriptore Hebræo τῷ Schulchan Aruch in Hilchot Jain Neſech, atque ex auctore Levuſh eodem titulo doctores Judæos unanimi conſenſu ſtatuiſſe, quod hodierni Chriſtiani cultui idololatrico non addicti ſint. Haſce tres rationes ante me jam protulit Nobiliſſimus & Doctiſſimus Johannes Peringerus Suecus in præfatione ſua in codicem de quo nobis hic ſermo eſt, quique ab ipſo erudite in Latinam linguam verſus eſt. Idololatria enim non ſolum ab exitu ex Ægypto, ſed & diu ante omnium ætatum propria fuit ſecundum pleroſque Hebræos ſcriptores, nam illi partim e ſacra hiſtoria, partim e majorum ſuorum relationibus obſervant inde a temporibus Enochi viguiſſe idololatriam, proinde illa verba Geneſios 4, 26. אז הוחל לקרא בשם יהוה vertunt, *tum profanatum eſt in invocando nomine Domini*; quam interpretationem confirmat paraphraſtes Chaldæus, & poſt ipſum Arabs, aliique non infimæ notæ ſcriptores. Hic enim error hominum animos occupaverat, quod cum Deus ſtellas & ſphæras in expanſo creaſſet ad regendum mundum, eaſque iſto honore affeciſſet, quod in ſublimi poſitæ eſſent, ut iis tanquam miniſtris ſuis uteretur, merito ab hominibus laudandæ & extollendæ erant. Quia hæc Dei voluntas videbatur, ut venerarentur ac magnificerent quæcunque is ad primum honoris gradum evexiſſet; cum hicce Regis honos eſſe ſoleat, ſi miniſtri ipſius ab aliis honorentur. Hæc ſententia cum a pleriſque ut rationi conſentanea accepta eſſet, cœli ſydera laudare, verbis exornare, ſacrificare, & ſe coram iis incurvare cœperunt, ut gratiam ali-

aliquam obtinerent; atque hoc apud ipſos idololatriæ fundamentum fuit. Namque iſti cultores non dicebant, nullum eſſe Deum præter ſtellas, ſicuti dicit propheta Jeremias capite decimo, commate ſexto: מאין כי לא יראך מלך הגוים כי לך יאתה כי בכל חכמי הגוים ובכל כלכותם כמוכה ובאחרת יבערו ויסכלו כוסר הבלים עין הוא : *Quis non metuet te, Rex gentium, nam tibi hoc convenit, cum in omnibus gentium Sapientibus, & in omni regno ipſarum, nullus ſit par tibi! ſed una obmuteſcunt, & ſtolidi fiunt, quia eruditio vanitatum lignea eſt.* Perinde ac ſi dixiſſet, omnes illi gentilium Sapientes quidem norunt te ſolum eſſe Deum, hic tamen error eorum & ſtultitia eſt, quod putent hanc vanitatem, tuam eſſe voluntatem. Præterlapſis deinde temporibus extiterunt Pſeudoprophetæ, affirmantes ſibi a Deo præceptum eſſe, ut hanc illamve ſtellam, quin & omnia ſidera colerent, iiſque certo modo ſacrificarent, ac libarent; & præterea templa ac delubra conſtruenda eſſe ut in iis ſimulacra quædam conſtituerentur, quæ ab omnibus plebejis adorari poſſent. Atque ut iis rebus fides haberetur, figuras illis indicarunt quas commenti erant, dictitantes, eas per prophetiam ipſis revelatam has illaſque ſtellas repræſentare. Quo dolo homines capti, in templis, ſub arboribus, in montibus & collibus ſimulacra fecere, quæ ab ipſis adorabantur, utpote perſuaſis ab iſtis ſimulacris bona & mala quæque provenire, & idcirco ea ſummo jure colenda eſſe. Sacerdotes vero eorum docebant ex illo cultu omnia proſpera evenire, præcipientes ea quæ facienda, vel a quibus abſtinendum erat. Hos ſecuti ſunt alii impoſtores, dicentes, quod ſtella, ſphæra, vel angelus quiſpiam cum ipſis locutus fuerat, & in mandatis dederat, ſe hoc vel illo modo coli velle; quæ deinceps in poſteros tranſmiſſa, & per totum mundum diffuſa ſunt, uſque adeo ut non ſolum ſuperioris, ſed & inferioris mundi creaturas adoraverint, quæ ſive in terra, ſive in mari nata erant. Notabilis ſane hac in parte eſt hiſtoria quædam inter Judæos atque Romanos, ex qua patet quouſque dementiæ proceſſerint homines cæteroquin minime ſtupidi. Narratur enim capite quarto Miſna ſeptima codicis de Cultu Peregrino Senatores Romanos quæſiviſſe a Judæis, quare ſi Deus nulla ratione idolis capiatur, vel iis rebus quas illi pro numinibus colebant, eas non penitus eradicaret? reſponderunt Judæi, Deum procul dubio eas ſublaturum, ſi illas res quibus orbis nequaquam indiget, duntaxat cultu divino afficeretis; at vos divino cultu afficitis Solem, Lunam, Stellas, ſidera, & planetas: jam vero, numquid æquum eſt ut propter ejuſmodi ſtultitiam Deus orbi vaſtitatem inferat? iterum Romani; ſi ita ſe res habet, tollat igitur illas quibus orbis non indiget, relinquat autem illas quibus opus habet: regeſſerunt Judæi, ſolis atque ſiderum cultores hac ratione in ſuperſtitione ſua confirmatum iri, quippe dicturos, agnoſcite vere divinitatem ineſſe iis rebus, quas nos colimus, nam cæteris e medio ſublatis hæ ſalvæ remanent. Hinc clariſſime liquet quid Romanos ad idola colenda impulerit, ut unius Dei cultum concipere nequiverint, perverſis utpote ratiocinis omnino occæcati, quapropter Apoſtolus in epiſtola ſua ad Romanos capite primo eis merito ſtultitiam tribuit, quantumvis ſe acutos eſſe putarent. Sed redeamus ad ea unde exorſi eramus, ut hiſtoriæ nexum de idololatria in majoribus Abrahami continuemus; cum itaque adeo ingraveſcebat idololatria apud ipſos, Nomen Dei venerabile ex omnium ore & animis evanuit, ita ut illud non amplius agnoſcerent, & totum genus humanum nihil ſciret præter imagines e ligno & lapide factas, quas a teneris adorare didicerant, & jurare per nomen earum; imo vel ipſi Sapientes & ſacerdotes inter ipſos putabant nullum alium eſſe Deum præter ſtellas, quarum gratia imagines iſtæ factæ erant. Mundi vero creatorem nemo mortalium adorabat præter Henoch, Metuſalach,, Noach, Sem, Heber. Atque hic religionis ſtatus fuit uſque ad tempora Abrahami, qui עמוד של עולם *columna mundi*, & איתן *fortis ille* a poſteris dictus eſt in memoriam ab ipſo deſtructæ idololatriæ. Is itaque dum adhuc juvenis erat, aliquoties ſecum cogitare cœpit quomodo fieri poſſet ut hicce orbis aſſidue abſque rectore regeretur, vel an non quis eum circumageret, cum ſponte ſua moveri non poſſet. Namque is nullum habebat doctorem, qui ei quippiam indicaret, cum in Ur Chaldæorum inter idololatras quaſi ſubmerſus eſſet. Parentes enim & conſanguinei illius una cum populo idolis ſerviebant. Sed cum animus ipſius indies fluctuaret, tandem intellectus ſui rectitudine eo pervenit ut juſtitiæ regulam perſpectam haberet, & cognoſceret unum eſſe Deum totius orbis gubernatorem, qui cuncta creaſſet, & neminem eſſe Deum præter illum; ac proinde totum mundum in errore verſari, quod idolis ſerviiſſent, adeo ut ex animis eorum omnis delata eſſet Dei notio. Et cum Abraham tot annos cum iſta mole idololatrica luctatus eſſet, anno tandem quadrageſimo octavo, diſpulſis tenebris creatorem ſuum recte agnovit. Hinc ille cum habitatoribus Ur Chaldæorum diſputare incœpit, dicens, אין זו דרך הישר שאתם הולכים בה *non eſt hæc via recta in qua vos inceditis*; is itaque confregit ſimulacra, & populo demonſtravit nemini præter Deum mundi ſerviendum eſſe, & ei adorationes, ſacrificia,

&

& libamina convenire, ut qui dignus erat ut ab omni poſteritate agnoſceretur. Contra vero omnes imagines deſtruendas eſſe, ne iis ſeduceretur populus, ſecundum ſententiam eorum qui docebant nullum alium eſſe Deum præter illas. Demonſtrationibus vero illius indies majores vires acquirentibus, iſtius loci Rex Abrahamum vita privare ſtuduit; at vero is oraculo divino admonitus, in Haran deceſſit, & ibi palam mortales docuit quod unus totius mundi Deus eſſet colendus. Itaque populum congregans, de urbe in urbem, & de regno in regnum conciones habuit, donec in terram Cananæam pervenerit, ſicuti dicitur Geneſios capite viceſimo primo, commate triceſimo tertio! ויקרא שם אברם בשם יהוה אל שלם *Et invocavit ibi Abraham nomen Domini Dei mundi.* Poſtquam vero populus ad ipſum congregatus eſſet, interrogavit ipſum de iis quæ docuerat, ille vero edocuit eum & pluribus ſententiam ſuam expoſuit, donec in viam veritatis eum duxiſſet; quæ doctrina ita invaleſcebat ut aliquot millia ad ipſum congregata fuerint, qui אנשי בית אברהם *viri domus Abrahami* dicti ſunt, quia in fidei Abrahami fundamentis edocti erant. De his cum librum aliquem compoſuiſſet, ejus copiam Filio Iſaco fecit, atque is porro Jacobo, & ille denuo omnibus filiis ſuis; ſed in primis Levi quem caput ſive primatem in Schola conſtituit ad vias Dei, & præcepta Abrahami exponenda. Inſuper filiis inculcavit ne a Levi præfecto ſuo deſciſcerent, quo doctrina oblivioni traderetur. Et iſta doctrina quotidie inter Jacobi filios, nepotes, & eos qui cum illis ſe conjunxerant, adeo accrevit ut jam aliqua extaret gens quæ Deum noſceret, uſquedum Jacobi dies in Ægypto prolongarentur. At vero cum illic aliquandiu fuiſſent, filii Iſraëlis iterum ad idola colenda ſe contulerunt, tribu Levi duntaxat excepta quæ in patrum præceptis perſeveravit. Et ita fundamentum de vero cultu divino ſublatum eſt a Jacobi filiis, qui ad mundi errores relapſi erant. Verumtamen Dominus pro ingenti ſuo amore, & propter jusjurandum Abrahamo datum, Moſem excitavit, atque eum in omnium prophetarum principem evexit, etenim ex quo Moſes prophetaſſet, Deus Iſraëlitas ſibi in hæreditatem elegit, eoſque præceptis coronavit, & eos viam cultus ſui edocuit, & quid de idololatris eorumque ſequacibus ſtatuendum eſſet. Fundamentum de idololatriæ præcepto erat, ne quis rerum creatarum ulli ſerviret, quales ſunt angeli, ſphæræ cœleſtes, & ſtellæ; vel uni e quatuor elementis, aut cuique rei quæ ex iis conflata eſt, licet is qui colit, ſciat eas non eſſe Deum. De hiſce monet Lex Deuteronomii capite quarto, commate nono decimo: *& ne tollas oculos tuos cælum verſus, & ſolem, lunam, & ſtellas aſpicias, omnem cœli exercitum, ut ne impellaris, & incurves te colendo ea, quæ impertitus eſt Dominus Deus tuus omnibus gentibus reliquis ſub univerſo cælo.* Quaſi dixiſſet, forſitan oculo intellectus tui in hæc ſublato, cogitabis ea mundi gubernatores eſſe, cum tamen ea ſint quæ Deus toti mundo impertitus eſt; de quo Iſraëlitæ monentur in eodem libro capite undecimo, commate decimo ſeptimo: *cavete vobis ne ſeducatur cor veſtrum, ut recedentes colatis Deos alienos, iiſque vos incurvetis*, ac ſi dixiſſet, ne ita cogitationibus veſtris aberrate ad cultum eorum, quaſi ea ſint conciliatores inter vos & Creatorem veſtrum. Et ut omnis idololatriæ occaſio præcideretur, vetitum fuit ne quis imaginis cujuſquam figuram contemplaretur, uti ſcriptum eſt Levitici capite decimo nono, commate quarto: אל תפנו אל האלילים *ne aſpicias idola:* & præterea adjungitur Deuteronomii capite duodecimo, commate triceſimo: *ne fortean inquiras in Deos eorum, dicendo, quomodo coluerunt.* Hinc omnis inquiſitio prohibetur ratione colendi, licet quis iis nullatenus inſerviat, ne inſtigetur ad cultum eorum. Etenim non ſolum ipſa contemplatio in idola Iſraëlitis prohibita eſt, ſed & omnem cogitationem aliquod fundamentum extirpantem ex animis delere tenentur, ne mens aliquando dubia hæreat, quandoquidem non parva illius eſt imbecillitas, ita ut ſimplicem concipere veritatem, ei difficile ſit. Hinc ſi quis aliquando de rebus idololatricis, aliquando autem de uno Deo cogitet, an ſit creator, necne; quid infra, quidque ſupra ſit, quid ante, quid poſt; aliquando etiam inquirat, veraneſit prophetia, necne; utrum Lex de cœlo ſit, an ſecus, facile in dogma Epicureorum dilabetur, ſtatuentium, vel nullam omnino eſſe prophetiam, nec ſcientiam quæ a creatore ad cor hominis pertingere poſſit; & abnegantium Moſis prophetiam, creatoremque neſcire actiones humanas. Hæc namque perſcrutatio prohibetur Numerorum capite quinto decimo, commate triceſimo nono: *Et ne exploretis poſt cor veſtrum, & poſt oculos veſtros, poſt quæ ſcortamini*, ac ſi dixiſſet, ne trahatur quiſque intellectu ſuo, qui admodum exiguus eſt, neque putet ſe cogitatione ſua veritatem aſſequi poſſe: porro Sapientes illa verba, *poſt cor veſtrum*, expoſuerunt de hæreſi; hæc vero, *poſt oculos veſtros*, de ſcortatione. Atque hoc de idololatria præceptum Hebræorum doctores tanti momenti eſſe dixerunt, quanti ſunt omnia reliqua, ſicuti ſcriptum eſt Numerorum decimo quinto, commate viceſimo ſecundo: *Et quum erraveritis, & non feceritis omnia præcepta quæ locutus eſt Dominus ad Moſem*; &c.

ea

ea namque verba de idololatria loqui, Traditione receptum eſt. Et hinc illi concluſerunt, eum qui idololatriam confeſſus fuerit, totam Legem, omnes prophetas, & quicquid prophetis præceptum fuit ab Adamo uſque ad finem mundi, negaſſe, quia eodem capite, commate viceſimo tertio dicitur, *ex quo die illa præcepit Dominus, & poſtea per generationes veſtras*; &c. Contra vero ſi quis idololatriam abneget, is totam Legem, omnes prophetas, & quicquid ab Adamo uſque ad finem mundi præceptum eſt, confitetur: & hoc omnium præceptorum fundamentum eſt. Jam vero ſi quis Iſraëlita ſit idololatra, is omnino gentilis habendus eſt, neque eo habetur loco quo Iſraëlita quiſpiam, qui enim ad idololatriam ſe converterit, is a tota Lege defecit, ſicuti ſuperius dictum eſt. Hæc de ortu & progreſſu idololatriæ delibavimus e Maimonide in Hilchot Avodat Cocavim Umazalot capite primo & ſecundo. Sequuntur jam modi idola colendi bene multa, examina in idololatriæ caſibus inſtituenda, & pœnæ eorum qui illius peccati convicti ſunt, quæ tu omnia ex ipſo codice potiſſimum intelliges.

מסכת אבות TRACTATUS DE PATRUM CAPITIBUS, deſcriptis iis quæ ad judices ſpectabant, hunc tractatum auctor aggreſſus eſt, idque ob duas potiſſimum rationes, videlicet ut oſtenderet majorum teſtimonia & inſtituta ore tradita eſſe veriſſima, eaque alios ab aliis accepiſſe continua quadam ſucceſſione, & propterea conſentaneum eſſe ut viri in iſtis eruditi ſummo honore afficiantur, quod ad ipſos pervenerit doctrina Legis, cum ii qui ore tradita receperint ſua ætate tanti ſint æſtimandi, quanti illi a quibus ab initio prolata ſunt, ſuo tempore æſtimabantur. Proinde dixerunt, ſi aliquando inquiremus de judiciis Rabban Gamalielis, inquirendum eſſet de ſingulis judicum congregationibus inde a Moſe uſque ad noſtra tempora. Præterea dixerunt, Simſon fuit ſua ætate ut Samuel ſua ætate; Ne quis diceret, quare judicium hujus vel illius reciperem, quia forte ſe res ita non habet, judicium non eſt cujuſquam hominis, ſed Dei, ſicuti ſcriptum eſt in Deuteronomio capite primo, commate decimo ſeptimo: כי המשפט לאלהים הוא *nam judicium Domini eſt.* Quandoquidem non ſunt varia judicia, ſed unum idemque quod continua temporum ſerie ab uno ad alterum tranſmiſſum eſt. Tum etiam ut auctor in hoc ipſo codice ſingulorum Sapientum doctrinam moralem traderet, ut poſteriores doctores bonos mores & virtutes morales ſibi compararent. Etenim his omnium maxime opus habent judices, ſiquidem homines plebeji ſi non bonis moribus exculti fuerint, inde toto populo non infertur damnum, ſed ipſis ſolis; ſi vero judices non politi ſint bonis moribus, non ſolum ſe ipſos, ſed & totum populum in perniciem trahunt. Idcirco ſtatim in fronte codicis de Judicibus rite inſtituendis agitur, quando dicitur, *eſtote tardi in judicio.* Requiritur enim ut judex iis omnibus quæ in hoc tractatu occurrunt, inſtructus ſit, ut, ne ſit in judicando feſtinans, ne e veſtigio judicium ſuum dicat, ſed ſuſpendat potius ad tempus, quia interdum quid occulti latere ſolet, ideo Sapientes דין מרומה dixerunt, *judicium in ſe habet profundi quid.* Ita nec judicium protrahendum eſt poſtquam judices perſpectum habuerint nihil occulti amplius latere, quia hæc eſt עני הדין *afflictio judicii.* Quinimo ſtudioſiſſimus eſſe debet in teſtibus examinandis, & iis inter examinandum monendis ſibi cavebit ne teſtes e verbis illius quicquam apprehendant quo cauſam ſuam adjuvent. Neque litigantibus argumenta ſuggerenda ſunt, qui enim hoc faciunt ii עורכי הדיינין *ordinatores judicum* appellantur. Neque judex ſe plebi adjunget, ne contemptui habeatur; neque ſe aditu difficilem præbebit, ne pauper mortem obeat; neque otium & delicias ſectabitur, ne veritas pereat; neque concupiſcentiam ſequetur; neque aliis in ſententia ferenda præire ſtudebit; neque ingeret ſeipſum in judiciis, ne ſuſpectus habeatur. Cæterum neceſſe eſt ut in pleriſque cauſis omne det ſtudium ut adverſarios inter ſe reconciliet, præſtat enim partes litigantes inter ſe reconciliare, quam per totam vitam non pronunciaſſe ſententiam. Quod ſi lites inter partes diſſidentes componere nequeat, jus dicendum eſt, dummodo non violenter, idcirco tempora longa condicenda, ut reo ſe purgandi copia fiat, eaque ulterius a judice protrahenda ſunt, licet interdum aliquid inepti agat; at ſi neque hoc modo concordiam ſtabilire poſſit, juxta id quod ex objectionibus eorum colligi poteſt, jus dicat; quemadmodum a primis juris doctoribus factum eſſe legitur, quando manus ligari, & flagra afferri jubebant, cædendum & affligendum eſſe reum, veſtes exuendas, & chirographa diſcindenda quando falſi quidpiam in iis inventum fuiſſet, atque id genus alia; quibus in caſibus dicebant, יקוב הדין את ההר *Judicium perforabit montem.* Et ut rem paucis abſolvamus, judicem medici ſimilem eſſe oportet, peritus namque medicus quamdiu alimentorum ope mederi poteſt, tamdiu medicamentis uti non ſolet, ſin minus, ea adhibere ſolet medicamenta quæ ad alimenta proxime accedunt, ut potus, & aromata e dulciſſimis quibuſque ſpeciebus conflata. Quod ſi nec hiſce alimentis ſanetur morbus, ſed invaleſcat magis, tum fortioribus ad ſanandum utitur medicamentis.

Sic

Sic etiam judici incumbit ut litigantes blandis excipiat verbis, & cum omni lenitate ad concordiam admoneat; at ſi hoc modo id efficere non poſſit propter adverſarii violentiam, qui alterum injuſte vincere conatur, tum vis adhibenda eſt. Porro judicis eſt ne amori divitiarum, rebus mundanis, nec dignitatibus deditus ſit, ſicuti præcipitur Exodi decimo octavo commate viceſimo primo, שנאי בצע *odio habentes avaritiam.* Nam priſci Sapientes judices compararunt cum Rege, ſicuti dicitur in Proverbiis capite viceſimo nono, commate quarto, מלך במשפט יעמיד ארץ *Rex judicio ſtabilit terram*, nempe, ſi judex regi nulla re indigenti ſimilis ſit, tum is terram ſtabiliet; at vero ſi ſacerdoti horrea circumeunti ſimilis ſit, vaſtabit eam. Cumque ex hiſce oſtendimus judicem talibus virtutibus ac moribus inſtructum eſſe oportere, merito hunc tractatum auctor ſubjunxit ſuperioribus qui de judicum negotiis tractant, adjunctis præterea aliis quæ rerum mundanarum continentiam, ſapientiæ, pietatis, & timoris in Deum exercitia comprehendunt. Hæc ita breviter e Præfatione Maimonidis in hunc codicem a nobis excerpta ſunt, quæ ipſe e codice Sanhedrin, atque aliis locis de judicum officiis tractantibus in unum collegit.

Cum itaque totus hicce codex de virtutibus moralibus tractet, & ipſi quoque gentium doctores libros compoſuerint quibus boni mores & virtutes vehementer commendantur, idcirco auctor hunc titulum hoc ſenſu incepit: *Moſes recepit Legem e Sinai*, ut eo doceret doctrinam moralem quæ hic continetur, non ab aliquibus ſapientibus excogitatam eſſe, ſed e Lege in Monte Sinai lata potius derivatam, adeoque ſanctiſſimæ Legis fundamentis ſubſultam, & a Senioribus poſt Joſuam longævis propagatam. Ut autem lectori rem minus notam clarius ob oculos poenam, nihil prius agendum fore putavi antequam doctrinæ oralis catenam aliquam tradidiſſem, ex qua conſtaret quomodo ea per continuam temporum ſeriem ab uno doctore ad alium devoluta ſit. Cum vero de hac materia nemo præclarius egerit quam Doctiſſimus Vir Iſac Abarbanel in præfatione ad librum cui titulus eſt נחלת אבות *Hæreditas Patrum*, placuit nobis eam ex Hebræa Latinam facere.

Moſes itaque ipſo referente, Legem accepit ab orè Dei, atque una cum orali explicatione, & manu ſua conſcripſit librum Legis. Poſtea is præcepta a Deo dictata ore tenus docuit ſeptuaginta ſeniores ſynedrii, eaque tradidit Joſuæ filio Nun, Eleazari ſacerdoti & Pineæ filio ipſius, qui ipſa omnes Iſraëlitas docuerunt, ſicuti dicitur Deuteronomii capite duodecimo, commate ultimo, את כל הדבר אשר אנכי מצוה אתכם אותו תשמרו לעשות *omnia hæc verba quæ ego præcipio vobis, iſta (inquam) facietis.* Horum vero omnium verborum doctrina omnino ore tenus tradita eſt. Dicit Rabbi Jehuda filius Nachmanni interpretans Reſch Lakiſch Exod. 34, 27. ſcriptum eſt, כתוב לך את הדברים האלה *ſcribe tibi hæc verba:* & ibidem deinceps ſcriptum eſt, כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית *Nam ſecundum hæc verba tecum fœdus cædam:* hinc colligimus quod ſicuti verba conſcripta ore tenus tradere non licet, ita nec ea quæ ore tenus tradita ſunt, ſcriptis mandare.

Moſe autem extincto relictus eſt divinus ille Joſua, & omnia Moſis tradita veluti in theſaurum repoſuit, atque ea cum ſeptuaginta Senioribus communicavit, inter quos & ipſe recenſendus erat. Jam vero inde a morte Joſuæ uſque ad R. Jehudam ſanctum Miſnæ editorem, doctrina oralis quatuor potiſſimum habet auctorum claſſes, cujuſmodi ſunt claſſis Seniorum, prophetarum, virorum Synedrii magni Jeruſolymæ, & Sapientum Miſnicorum, quorum omnium ore tradita R. Jehuda literis conſignavit, quemadmodum in principio tractatus de Capitulis Patrum per compendium dicitur, *Moſes Legem accepit e Sinai, eamque tradidit Joſuæ, Joſua Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ Synedrio magno.* Sed Miſna non exponit quinam hi ſint Seniores, Prophetæ, & viri Synedrii magni, quia is qui Miſnam in ordinem redegit, intendit duntaxat in ſpecie concatenationem traditionis Sapientum a fine virorum Synedrii magni uſque ad R. Jehudam Sanctum; propterea quod traditionis Seniorum & Prophetarum mentio in ſacris literis facta eſt, & non Sapientum. Idcirco Maimonides in prologo ſuo Miſnico, in quo totam rerum ore traditarum catenam nectere voluit, conſcripſit Joſuam accepiſſe a Moſe magiſtro ipſius, & Seniores poſt Joſuam prolongaſſe vitam ſuam, & præſertim Pineam qui accepit a Joſua, & Eli ſacerdotem a Pinea, & Samuel cognomine videntem ab Eli & Synedrio ipſius. A Samuele & ipſius ſynedrio David. Elias ab Achia Silonite. Ab Elia & Synedrio illius Eliza. Ab Eliza & Synedrio illius Jojada ſacerdos. A Jojada & ſynedrio ejus Zacharias. A Zacharia & ſynedrio illius Hoſeas. Ab Hoſea & ſynedrio illius Amos. Ab Amoſo & Synedrio illius Jeſaja. A Jeſaja & ſynedrio illius Micha. A Micha & Synedrio illius Joël. A Joële & ſynedrio illius Nachum. A Nachum & ſynedrio illius Chabakuk. A Chabakuk & ſynedrio illius

illius Zephanja. A Zephanja & ſynedrio illius Jeremias. A Jeremia & ſynedrio illius Baruch filius Neriæ. A Baruch filio Neriæ & ſynedrio illius Ezra ſcriba. Cæterum membra ſynedrii Ezræ vocantur אנשי כנסת הגדולה *viri Synedrii magni*, cujuſmodi fuerunt Hagai, Zacharias, Malachias, Daniel, Chanania, Michaël, Azaria, Nechemia filius Keliæ, & Mordechai, Bilſan, Zerubabel, multique Sapientes cum illis uſque ad centum & viginti viros, quorum ultimus fuit Simeon juſtus, a quo accepit Antigonus e Socho; ab hoc accepit Joſe filius Joëſeris & Joſe filius Jochananis. Ab ipſis acceperunt Joſua filius Perachiæ, & Nitai Arbelites. Ab ipſis accepit Juda filius Tephach, & Simeon filius Schetach. Ab ipſis accepit Semaja & Abhtalion. Et ab ipſis Hillel & Schamai. Ab ipſis accepit Rabban Simeon filius Gamalielis. Ab ipſo, Rabban Gamaliel ſenior ipſius filius. Ab ipſo, filius ipſius Rabban Gamaliel ſecundus. Ab ipſo, filius ipſius alter Rabban Gamaliel ſecundus. Ab ipſo, Rabban Simeon filius Gamaliel filius ipſius ſecundus. Ab ipſo, filius ipſius Rabbi Jehuda princeps, qui eſt Rabbi Jehuda ſanctus, quique Miſnam in ordinem congeſſit. Ita ſe habet Traditionis ſeries ſecundum mentem Maimonidis.

Cæterum ego in verbis ipſius multa animadverti dubia, tam in iis quæ de Senioribus, quam de Prophetis & magni Synedrii viris attulit, ut & de ſerie Sapientum Miſnicorum; nam quando is verba Miſnæ primæ, *Et Joſua Senioribus tradidit*, exponit de Sapientibus qui diu poſt Joſuam vixerunt, alii interpretes in omnia alia abeunt, res enim difficilis eſt hac in parte, quia in Seder Olam dixerunt Sapientes quod Seniores poſt Joſuæ tempora ſuperſtites manſerunt quatuordecim annos, & quod exinde uſque ad Samuelem prophetam plus quam quadringenti anni tranſierunt; hinc factum fuiſſet ut Traditio toto iſto tempore intermiſſa eſſet. Verum tamen eſt quod Pineas ætate ſua attigerit prophetas, quia memoria illius extat Judicum capite viceſimo commate viceſimo octavo. *Et Pineas filius Eleazaris & filii Aharonis ſtetit coram ipſo in iſtis diebus.* Miſna autem dicit, *Et Joſua Senioribus, Seniores prophetis*, ſed ipſa non dixit, & Joſua Pineæ, & Pineas prophetis, vel Eli; nam invenimus quoque Pineæ memoriam tempore Davidis, uti dictum eſt 1 Chron. capite nono, commate viceſimo, *Et Pineas filius Eleazaris dux erat ſuper ipſis.* Sed quid noſtra refert de memoria Traditionis Eli, & Samuelis, eo quod David accepit a Pinea. Sic etiam quod ad prophetas attinet difficile eſt quod Maimonides Davidem numeravit inter prophetas, nam quia Rex Iſraëlitarum fuit, Sapientes noſtri ipſum prophetis non annumerarunt. Imo ipſe Maimonides capite decimo quinto partis ſecundæ libri *Doctor Perplexorum*, ſcribit Davidem non fuiſſe prophetam. Et quamvis David propheta fuerit, nihilominus tamen in Traditione non tenuit primas partes. Miſna enim non dicit Legem regibus, ſed prophetis traditam eſſe. Præterea difficultate haud caret quod Jojadam pontificem maximum inter prophetas recenſet, quandoquidem is non fuit e prophetarum numero; per omnes enim ætates pontifices maximi erant in Tabernaculo divino; ſed is tamen fuit e Sapientibus iſtius ætatis. Et quia primores Traditionis non recenſentur, ſicuti nec Eleazar ſacerdos, quomodo igitur Jojadam numerare potuit? Sic etiam de Zephanja & Jeremia dixerunt Sapientes eos fuiſſe eodem tempore cum Chulda propheta, & unum non veniſſe poſt alterum ut unus ab altero Traditiones acciperet, ſicuti ſtatuit Maimonides. Inſuper etiam quæſtio eſt quare Ezechielem non recenſet inter prophetas, cum tamen Baruchum Neriæ filium prophetis annumeret, qui non fuit propheta ſecundum id quod de ipſo tradiderunt Sacræ Literæ. Tandem de magni Synedrii viris quæritur, quare Maimonides Danielem, Chananiam, Michaëlem, & Azariam inter iſtos retulit, quoniam Synedrii magni viri omnes Jeruſolymæ erant ſecundo ſtante Templo; at notum eſt quod Daniel & ipſius ſocii illuc non aſcenderint, quia forſan tunc temporis jam obierunt. Deinde quoque liquet ex recenſione Sippori Joſephi filii Gorion Danielem ad Suſan abiiſſe tempore Darii, & pro ipſo reliquiſſe Zerubabelem in miniſterium regis, Danielem vero obiiſſe in Suſan, antequam Zerubabel iviſſet Jeruſolymam. Chananiæ, Michaëlis, & Azariæ non fit mentio tempore Darii, hinc apparet quod ii adhuc vivebant. Sic etiam ſecundum ipſum qui dicit quod Chanania, Michaël, & Azaria poſtquam ex fornace ardenti exiiſſent, aſcenderint in terram Iſraëlis, docuit Lex ante Joſuam pontificem maximum, quando dicit Zachariæ capite tertio, commate octavo, *audi nunc Joſua ſummus pontifex tu es, & ſocii tui coram te ſedentes, nam filii miraculi iſti ſunt*, hi non fuerunt e viris Synedrii magni; quanto minus Daniel ex iſto fuit ordine, quia is non aſcendit Jeruſolymam. Propterea in codice de Die Expiationis dicit R. Simeon filius Levi, quare vocantur *viri Synedrii magni?* reſp. quia Legi priſtinum ſuum reddiderunt ſplendorem. Nam Moſes ita Deum allocutus eſt, *tu Deus es, maximus, heros, & reverendus*, vide Deuteronomii capite ſeptimo commate viceſimo primo.

primo. Sed Jeremias dixit נוים מרקדים בהיכלו איה גבורותיו *Salierunt gentes in Templo ipſius ubi ſunt potentiæ ipſius*; ſed non dixit, גבור *heros*. Verum Daniel dixit גוים משתעברים בבניו איה נוראותיו *gentes ſervient filiis ipſius ubi ſunt reverendi ipſius*, ſed non dixit נורא *reverendus*. Poſtea venerunt viri Synedrii magni, dixerunt, ecce, ecce potentiæ ipſius, & ecce, ecce reverendi ipſius, quiſnam vero heros eſt? qui cogitationem ſuam vincit, & impiis tolerantiam exhibet, atque hi ſunt reverendi ipſius. Nam ſi reverendi ipſius ſint unus populus, quomodo confirmari poterit inter ſeptuaginta gentes; idcirco ita incœperunt orationem ſuam, האל הגדול הגבור והנורא *Tu Deus es maximus, heros, & reverendus*, ſicuti dixit Moſes; propterea Legem in priſtinum ſtatum redegiſſe dicuntur. Hinc confirmatur viros Synedrii magni poſt Danielem extitiſſe, idcirco coronam tituli *reverendi* orationi reſtituerunt, quam ille removiſſet ab attributo Dei benedicti. Inſuper quæri poſſet a Maimonide quare inter Sapientes Miſnicos etiam non meminerit Rabban Jochanan filii Zachæi, qui princeps erat & in conſeſſu primus, poſt mortem Rabban Simeonis filii Gamalielis ante Rabban Gamalielem ſecundum. Tum etiam, quare non meminerit R. Akibam qui conſeſſus primus numeratus eſt poſt mortem Rabban Gamalielis ante Rabban Simeonem filium Gamalielis filii patris Rabbi Jehudæ cognomine Sancti? ſed hæc in Maimonide difficultas non tanti eſt, quia ea eſt e modis Miſnicis. Ego vero ſenſus & ſcopi iſtius mentionem faciam in expoſitione ad caput primum volente Deo. Ex his itaque omnino cognoveris quod in verbis Maimonidis magnum ſit ſecretum, quando in principio libri ſui Miſchne Tora ſcribit, quare hoc in principio expoſitionis Miſnicæ capite tertio ſcriptum ſit, nam in libro Miſchne Tora in ſerie Traditionis poſt Hillelem meminit Rabban Simeonem filium ipſius, & poſt ipſum, Rabban Gamalielem ſeniorem ipſius filium. Et poſt hunc, Rabban Simeonem filium Gamalielis ſenioris, & poſt hunc Rabban Gamalielem ſecundum, ipſius filium. Poſt hunc, R. Jehudam cognomine Sanctum. Cæterum in principio expoſitionis Miſnicæ omiſit Rabban Simeonem filium Gamalielis ſecundum, qui R. Jehudæ cognomine Sancti erat pater, ſcribit enim ipſum fuiſſe patrem Rabban Gamalielis ſecundi, atque in iſtum ſenſum aliquoties ſcripſit in iſtis capitibus. Sed procul omni dubio hic error eſt, ſolent enim vel ipſi judices aliquando errare.

Verum in capitulis Patrum Rabbi Natanis alio ordine Traditionum ſeries conſtituta fuit, dixeruntque, Joſua accepit a Moſe, & Seniores qui poſt Joſuam vixerunt a Joſua acceperunt, a Senioribus acceperunt Judices, a Judicibus prophetæ, ut Chagai, Zacharia, & Malachia, ab his denique viri Synedrii Magni. Vides ergo quod nonnullas Traditionum concatenationes conſtruere conati fuerunt, quarum non meminit Miſna. Porro quod dicitur Judices non annumerari Senioribus, id ita ſe habet ſecundum hanc Beraitam ſive particularem elucidationem qua dicitur quod Chagai, Zacharia, & Malachia, annumerati ſunt Senioribus, neque Magni Synedrii viris, cum tamen ii ſimul ſint ex ordine prophetico ob excellentiam ipſorum, & e viris Synedrii magni ſecundum tempora ipſorum. Propterea ego Traditionum concatenationem alio ordine contextam vidi, nimirum, quod Seniores in Miſna memorati ſint Judices Iſraëlitarum qui poſt Joſuæ tempora judicia exercuerunt, quia *judices* vocantur *Seniores*, quemadmodum dicitur Deuteronomii capite viceſimo primo, commate ſecundo, & ſequentibus, ויצאו זקניך ושופטיך ולקחו זקני העיר *ſemper enim* שופטים *dicti ſunt* זקנים, *propterea Sacræ Scripturæ in hoc loco ſenſu diſtinguendi locutæ ſunt.* Omnes vero Seniores proprie dicendi ſunt qui poſt Joſuam vitam prolongarunt, quia nonnulli fuerunt Seniores qui poſt ipſum nati ſunt, & non ipſius ætate; etenim Seniores quoque dicuntur ob excellentiam atque Sapientiam ipſorum, & Judices, quia populo judicando præfecti erant. Quod autem in Miſna dicitur, *Et Joſua tradidit Senioribus*, ejus ſenſus eſt quod Joſua Legem tradidit eamque acceptam ore tenus docuit Seniores, qui poſt ipſum continuis ſucceſſerunt ætatibus. Ipſe enim ſancivit ut omni ætate antiſtes quiſpiam Iſraëlitis conſtitueretur, cui cum Synedrio ſuo committeretur Traditionum curandarum provincia, qui fuerunt Sapientes quibus omni ætate ea concredita fuit, ut & ſacerdotes qui ſemper iſtius Synedrii membra forent ſicuti ſcriptum eſt Deuteronomii capite triceſimo tertio, commate decimo. Et quum Synedrii primus debeat eſſe antiſtes ætate ſenior, idcirco Pineas non fuit Traditionibus præpoſitus, ſed omni tempore inde ab ætate Judicum ipſius familia ad Synedrium pertinuit. En tibi ergo Seniorum, Judicum, antiſtitum per omnes ætates ſuccedentium, qui Legum expoſitionem ore traditam acceperunt & ad poſteros tranſmiſerunt, vera & recta demum memoria.

Claſſis Seniorum qui Legem oralem acceperunt, eandemque ore tenus alios docuerunt, propagarunt.

Primus fuit Otniel filius Kenaſi e tribu Judæ qui quadraginta regnavit annos, & ſicuti Sapientes noſtri dixerunt in Bereſchit Rabba, ſol ortus eſt & antequam ſol Moſis occidiſſet, ortus eſt ſol Joſuæ, antequam occidiſſet ſol Moſis, ortus eſt ſol Otnielis, ſicuti ſcriptum eſt in libro Joſuæ capite decimo quinto, commate decimo ſeptimo, *Et cepit eam Otniel filius Kenaſi.* Sed ita non dictum eſt de Pinea. Secundus fuit Ehud filius Geræ e tribu Benjaminis, qui in populum Iſraëliticum octoginta regnavit annos. In Tanchuma dicitur id quod ſcriptum eſt Judic. 3, 16. *Et fecit ei Ehud gladium cui duo erant ora*, intelligendum eſſe de Lege quæ gladius anceps vocatur, cujus fructus in hoc & in futuro comeditur mundo. Dixerunt autem Sapientes ipſius tempore vixiſſe Semagarem filium Anati qui unum annum regnavit dum Ehud admodum ſenex erat. Tertius fuit Barac filius Avinoami e tribu Naphtali, & Debora mulier ſpiritu prophetico afflata, qui populum Iſraëliticum quadraginta annos regnarunt, Tana, Debi, Elihu, & Barac inſervivit Senioribus per totam Joſuæ vitam, & poſtea quoque poſt illius mortem, idcirco eum Deboræ conjunxerunt, qui ambo diligentiſſime Legi operam dabant. Quartus fuit Gideon filius Joaſi e tribu Manaſſis, qui apud Iſraëlitas quadraginta regnavit annos. Poſt hunc venit Avimelech ipſius filius e concubina, qui fratrem ſuum occidit, ſed non confirmavit imperium niſi per triennium duntaxat; idcirco is hîc patris ſui annis annumeratur. Quintus fuit Tolang filius Puæ e tribu Iſaſchari, qui in populum Iſraëliticum viginti tres annos regnavit. De ipſo teſtati ſunt Sapientes in Allegoricis quod is omnes Synedrii ſenatores in ſcientia juris & diſputationibus antecellebat. Sextus fuit Jair Gileadites e tribu Iſſaſchar, qui populum Iſraëliticum rexit duodecim annos; de quo in Jelammedenu quæritur, quare vocetur יאיר *Jair?* reſp. quia in profundis Legis ſenſibus illuſtrabat Sapientum mentes. Septimus fuit Jephta Gileadites e tribu Manaſſis, qui in Iſraëlitas ſex annos regnavit, cujus Sapientia jam conſpicua eſt ex eo quod Ammonitis profligatis voto ſuo captus ſit, quia nec Pineam nec Sapientes iſtius ætatis conſuluiſſet. Octavus fuit Efzan e Betlechem Juda, qui ſecundum Sapientes dicitur fuiſſe Boas, qui e tribu Judæ ortum duxit, & in Iſraëlitas ſeptem regnavit annos. Ex hujus recenſione ſatis conſtat ipſum fuiſſe Sapientem, Legiſque peritum. Nonus fuit Ilon e tribu Zevulon, qui in populum Iſraëliticum decem regnavit annos. Decimus fuit Afdon filius Hillelis Paratonites e tribu Ephraim, qui in populum Iſraëliticum octo annos regnavit. Ei ſecundum Sacras Scripturas quadraginta fuerunt filii, & triginta nepotes ſeptuaginta mulis inſidentes. Undecimus fuit Simſon e tribu Dan, qui in populum Iſraëliticum viginti regnavit annos. De hoc teſtati ſunt Sapientes quod admodum religioſus eſſet in judiciis ſuis exercendis. Duodecimus fuit Eli ſacerdos e tribu Levi, qui religioſus & eruditus erat ſicuti conſtat ex hiſtoria ipſius, quod arcæ divinæ exulantis majorem geſſerit curam quam filiorum ſuorum; is autem apud Iſraëlem quadraginta regnavit annos.

En tibi per duodecim ætates Seniorum recenſio qui poſt extinctum Joſuam Legem Divinam cum orali expoſitione continua ſerie acceperunt. Iſti enim omnes quos recenſui fuerunt Traditionum Præfecti, & quiſque ex ipſis habuit Synedrium Magnum viris Sapientibus inſtructum, quorum alii erant ſacerdotes, alii Levitæ, alii Iſraëlitæ, omnes in Lege & in traditis eruditi. Hi veritates Legis quantum fieri poterat, excolebant, & ſi inter ipſos controverſia orta fuiſſet, ea decidebatur ſecundum plurimorum ſententiam, & prout quiſque veram doctrinam ore hauſiſſet. Niſi quod Synedrii primores & diſcipuli Sapientum omni ætate ſibi eorum quæ auditu ex ore magiſtrorum ſuorum percepiſſent in memoriæ ſubſidium in codicillis conſcribebant, atque etiam nova Synedriorum ſancita per omnes ætates connotabant; quæ tamen quiſque aliis occultabat, propterea ejuſmodi ſcripta vocabantur מגלת סתרים *liber ſecretorum.* Extincto autem Eli judice, quando verbum Dei rarum erat, viſio prophetica non vigebat, idcirco Deus benedictus Iſraëlitas majori honore afficere voluit. Jam ergo incipit prophetarum ætas, eorumque Tradita.

Claſſis Prophetarum qui doctrinam Legis ore tenus acceperunt.

Primus fuit Samuel, qui ab Eli & ipſius Synedrio accepit, cujus tempore Pineas quoque vixit, aliique bene multi Sapientes Iſraëlitæ, ſenatores, & Rex Saül. Secundus fuit Gad qui dicebatur videns, ſive propheta, Natan propheta, David rex, aliique Sapientes iſtius Synedrii. Et tunc temporis Abjatar erat Pontifex maximus. Tertius fuit Achia Silonites, & ad ipſius ſynedrium quoque pertinebat Edua propheta, Semaja propheta, Achimaaz pontifex maximus, & poſt ipſum Azaria pontifex maximus, & reliqui Sapientes ipſius Synedrii. Quartus fuit Elihu Tisbites, cujus ætate etiam vivebat Azaria filius Oded, Chanani propheta, Jehu filius ipſius, Obadia, & Chiſael filius Zachariæ e filiis Aſaphi, & Michaju filius Jemalle, omnes prophetæ; Jehoram pontifex maximus, & poſt ipſum Jojada. Quintus fuit Eliza filius

Sephat,

Sephat, ex cujus ſynedris erat Jona filius Amittai, Zacharia filius Jojadæ, qui erant prophetæ, & Joſua pontifex maximus, cæterique ſynedrii ipſius Sapientes. Sextus fuit Hoſea filius Becri, Amos Jeſaiæ prophetæ pater, qui ad ſynedrium ipſius pertinebat, & Zedekias pontifex maximus, reliquique Sapientes collegæ ipſius. Septimus fuit Amos paſtor in Tekoa, cujus tempore pontifices maximi erant, Joël, & Jotam poſt ipſum, aliique multi Iſraëlitæ inſignes Sapientes iſtius ſynedrii. Octavus fuit Jeſaia filius Amozi, cujus pater ſecundum Sapientes quoque propheta fuit, & idcirco is ſuperius quoque inter prophetas numeratus. Ipſius vero ætate Hoſaja erat pontifex maximus, & Sapientes Iſraëlitæ ipſius Synedrii Senatores. Cæterum Jeſajæ potius mentionem feci poſt Hoſeam & Amoſum, ut Sapientum ſententiam ſequerer, cum Hoſea prius prophetaverit, & poſt ipſum Amos, & poſt ipſum Jeſaja. Nonus fuit Micha Moraſtites, cujus in libro Seder Olam mentio fit, quod is poſt Jeſajam vixerit; ipſius vero ætate Sallom erat pontifex maximus, & ſynedrium ipſius conſtabat ex Iſraëlitis Sapientibus. Decimus erat Joël filius Petuelis, ad ipſius ſynedrium pertinebant & Nachum, & Chabakuc prophetæ, Saria autem pontifex maximus erat, & ſynedrium ipſius conſtabat ex magnis Sapientibus Iſraëlitis. Undecimus erat Jeremias filius Chelkiæ, & ad ipſius ſynedrium pertinebant Zephanja, & Uria prophetæ, & Chelkia pontifex maximus, itemque poſtea Azaria pontifex maximus, reliquique Sapientes Iſraëlitæ iſtius ſynedrii. Duodecimus fuit Jezechiel filius Buzi ſacerdotis, & ad ipſius ſynedrium pertinebat Baruch filius Beriæ, & Jehozadan pater Ezræ pontificis maximi, & multi e Sapientibus Iſraëlitis.

En tibi quoque duodecim ætates prophetarum ſecundum Traditionis catenam. Quod autem unum prophetam numeraverim Traditionis primarium in qualibet ætate, & quod in ipſius ſynedrio erant pontifices maximi cujuſlibet ætatis, cæterique Sapientiſſimi homines Iſraëlitæ qui Legem ſcriptam & ore Tradita ſecundum primorum Seniorum mentem accuratiſſime tenebant, & ſecundum tredecim exponendi modos Legem declarabant; ſed non enumeraverim Haggæum, Zachariam, & Malachiam inter illos, ejus ratio eſt quod Sapientes dixerunt, *Seniores tradiderunt prophetis, qui fuerunt prophetæ priores*; ſed per prophetas priores intelliguntur illi qui præceſſerunt Haggæum, Zachariam, & Malachiam. Atque hæc ita ab ipſis intellecta ſunt; quia animadverterunt hoſce tres prophetas Magni Synedrii ſenatores & Traditionis præfectos fuiſſe. Hi autem qui viri Synedrii Magni dicti ſunt, ſunt ii qui preces noſtras cæteroſque ritus ad populum Iſraëliticum in officiis ſuis continendos inſtituerunt, ad majorem Legis ſcriptæ obſervantiam.

Claſſis virorum Magni Synedrii qui ore Tradita receperunt.

Cujuſmodi fuerunt Haggæus propheta, Zacharia propheta, Malachia propheta, Zerubabel filius Sealtielis, Mordechæus Bilſan, Ezras ſacerdos & ſcriba, Jeſua filius Jehozadaci ſacerdotis, Seria, Realia, Maſpar, Bano, Rachum Baana, Nechemia filius Chagliæ.

Hi fuerunt duodecim principis nominibus inſigniti, ex eo quod Babele aſcenderunt Jeruſolymam in initio Templi ſecundi, quibus aliis acceſſerunt Sapientes hominum Iſraëliticorum primarii, donec centum & viginti viri completi eſſent, quemadmodum meminerunt Sapientes. Hos autem duodecim ſeorſim memini, quia illi clare in Lege expreſſi ſunt, & quia illi totius collegii ſacri fundamentum fuerunt. Non quod ii temporis ſucceſſu unus poſt alterum venerint, ut Seniores & prophetæ. Sed quod ab initio ſocietatis eorum hi fuerint Synedrii viri primarii, quibus ſe conjunxerunt reliqui Sapientes & diſcipuli, qui omnes tam Legem oralem quam ſcriptam acceperunt a prophetis, quique noverunt, quid hac in parte Seniores & prophetæ temporibus ipſorum vel expoſuiſſent vel innovaſſent. Quibus viri Synedrii magni ſuas animadverſiones addiderunt, atque Legem veluti ſepimento quodam circumdederunt. Ultimus vero hujuſce collegii ſacri fuit Simeon cognomine Juſtus, qui pontifex maximus fuit, & filius Jeſuæ filii Jozadaci pontificis maximi ſupra memorati qui Ezræ ſcribæ frater erat. E familia hujus Simeonis Juſti fuit Doſa filius Hirkinæ, qui etiam e viris ſynedrii magni fuit, & vitam ſuam prolongavit uſque adeo ut R. Akibam viderit. Propterea ego neque Simeonem Juſtum neque R. Doſam recenſui inter Sapientes Miſnicos, quia iſti e Synedrii magni viris ſuperſtites fuerunt. Sequitur claſſis Sapientum Miſnicorum qui poſt ſynedrii magni viros venerunt, ſecundum Principes & Academiarum cujuſlibet ætatis præfectos.

Claſſis Sapientum Miſnicorum qui ore Tradita amplexi ſunt.

Primæ ætatis fuerunt Antigonus Sochæus qui accepit a Simeone juſto. R. Eleazar filius Charſumi pontifex maximus, ejuſque collegæ. Et quia hicce Antigonus iſtius ætatis unicus erat in

dominio exercendo, idcirco uſque ad iſtud tempus inter Sapientes nondum ulla orta erat diſſenſio. Secundæ ætatis fuerunt Joſe filius Joëſeris e Zereda: & Joſe filius Jochananis Jeruſolymitanus, ejuſque collegæ. Tertiæ ætatis fuerunt Joſua filius Perachiæ, & Nitai Arbelites. Sic etiam Jochanan filius Matattiæ pontifex maximus, ejuſque collegæ. Quartæ ætatis fuerunt Juda filius Tabbai, & Simeon filius Schetachi: Et præterea Choni Maagal, & Elihu Ani filius Caphi. Quintæ ætatis fuerunt Semaja & Abtaleon, ambo proſelytæ. Præterea Akiba filius Mahalalelis, R. Miaſa, Chanon, Admon, aliique. Sextæ ætatis fuerunt Hillel & Schamai, iſte autem Hillel cognominatur Babylonius, qui e ſemine regio & ſtirpe Davidis oriundus erat; is enim e filiis Sephatiæ filii Abitalis, filii Davidis fuit, & Babele aſcendit Jeruſolymam, atque illic invenit principes filios Beteræ; Semaja vero atque Abtalione defunctis iſtos numerarunt. Nam propter unam conſtitutionem juridicam quæ filios Beteræ latebat, & ab Hillele declaratam principatu remoti ſunt; & Hillelem iis ſubſtituerunt. Quandoquidem autem hi non acceperunt a Semaja & Abtalione, niſi Hillel duntaxat, idcirco Tradita eorum non memorantur in hac ſerie. Hicce autem Hillel Legem quadraginta docuit annos, centumque & viginti annos vixit. Ejus collega in principio erat Menachem, ſed ii nunquam inter ſe diſſenſerunt; Menachem autem vivente Hillele ad miniſterium regis adſcitus eſt, & Schamai ei ſubſtitutus eſt. Ætate Hillelis quoque extitit R. Jehuda filius Beteræ, R. Pineas, R. Jochanan filius Bagbagi, Chanania filius Cheskiæ filii Goronis, R. Nechonia filius Canæ, Bava filius Butæ, R. Jochanan filius Choronis, & aliquot Hilleli millia fuerunt diſcipulorum, octoginta autem ſelectiſſimi, quorum triginta digni erant ut divina majeſtas in ipſis reſideret, & triginta ut annum hyperbolimæum facerent, reliqui vero viginti mediocres erant, ita docetur in Abot R. Natanis. Sed in codice ultimo de Damnis capite octavo, & in codice de Tabernaculis capite ſecundo, de triginta teſtati ſunt eos dignos fuiſſe ut divina majeſtas in ipſis reſideret, ſicuti in Moſe; & triginta ut ſol coram ipſis ſubſiſteret quemadmodum coram Joſua filio Nun; & viginti mediocres. In hiſce vero quinque ætatibus Traditionis primarii in paribus ſive bini enumerantur, quia eorum unus erat princeps, & alter conſeſſus primarius; ea propter dominium inter ſe dividebant, & diſcipuli tam unum quam alterum frequentabant. Septimæ ætatis fuit Rabban Simeon filius Hillelis qui princeps ſynedrii fuit poſt mortem Hillelis patris ipſius. Octavæ ætatis fuit Rabban Gamaliel princeps, qui Senior vocatur, filius Rabban Simeonis filii Hillelis ſupra memorati. Ætate autem Rabban Simeonis ſecundi, atque Rabban Gamalielis hujus vixit Nachum libellarius & R. Iſmaël filius Eliſæ pontificis maximi, & ſicuti dicitur capite primo codicis de Sabbato, Hillel & ipſius filius, & Rabban Gamaliel filius Simeonis, & Rabban Simeon filius Rabban Gamalielis, hi quatuor principatum ſtante Templo ſecundo centum annos exercuerunt. Nam a tempore Maccabæorum & Herodianorum conſuetudo invaluit Jeruſolymæ ut principes bellum gererent, populumque regerent. Atqui ita ſemper principes fuerunt e familia Davidis cum pontifice maximo, & cum Synedrio in omni jure dicundo, & populum docendo ſtatuta, judiciaque. Ætatis nonæ princeps fuit Rabban Simeon filius Gamalielis ſupra memoratus, qui filius fuit Rabban Gamalielis Senioris, & poſt mortem patris ipſius is princeps numeratus eſt, antequam Templum devaſtatum fuiſſet, & Sapientes præterea plurimi. Horum tempore Veſpaſianus & Titus Romanorum principes obſederunt Jeruſolymam, exivit autem Rabban Jochanan filius Zachæi Jeruſolyma propter latronum malitiam, atque is a Veſpaſiano honorificentiſſime exceptus fuit. Veſpaſiano autem Romam reverſo, Rabban Jochanan apud Titum permanſit, Veſpaſiani privignum, Jeroſolyma vero a Tito capta interfecit Rabban Simeonem filium Gamalielis. Decimæ ætatis princeps fuit Rabban Jochanan filius Zachæi modo memoratus, poſtquam enim Titus Jeruſolymam cepiſſet, & Rabban Simeonem filium Gamalielis interfeciſſet, etiam filius ipſius ſcil. Rabban Gamalielem ſecundum interficere conatus eſt, ſed perſuaſerunt Rabban Jochanani ut is eriperet ipſum per miſericordiam Dei benedicti & opera ſua vigilantiſſima, idcirco Rabban Gamaliel non ſtatim poſt patrem ipſius princeps numeratus fuit, ſed Rabban Jochanan filius Zachæi fuit conſeſſus Antiſtes, centumque & viginti annos vixit, quadraginta annos ſtuduit, & quadraginta annos reliquos Iſraëliticum populum judicavit, plurimaque ſancivit ſtatuta. Illius ætate quoque vixit R. Eliezer filius Jacobi, aliique Sapientes. Undecimæ ætatis princeps fuit Rabban Gamaliel ſecundus filius Rabban Simeonis filii Gamalielis, quem occidit Titus, uti ſuperius dictum eſt. Ejus ſororis maritus fuit R. Eliezer filius Hircani, qui R. Eliezer magnus dictus eſt. Inter ætatis illius Sapientes numeratus eſt R. Joſua Chananiæ filius, R. Joſe ſacerdos, R. Simeon filius Natanaëlis, R. Eleazar filius Arachi, Onkelos proſelyta, R. Jochanan filius Nuri, R. Joſe filius Berucæ, Samuel Junior,

nior, R. Eleazar filius Chaſmæ, R. Eleaſar filius Azariæ R. Chelphata, R. Joſe filius Chaſmæ, R. Tarphon princeps, Rabban Gamaliel qui in controverſia verſatur cum R. Joſua de novilunii teſtimonio, de oratione veſpertina, cæteriſque in Talmude memoratis; ipſum vero Sapientes principatu moverunt, & in ipſius locum ſuffecerunt R. Eleazarem Azariæ filium, qui divitiis & ſapientia præcellebat, & decimus ab Ezra numeratus eſt. Poſtea vero iſti ambo principatu functi ſunt, ſicuti traditum eſt in codice de Benedictionibus capite ſecundo. Ipſius ætate etiam R. Akiba vixit, qui R. Eliezeris diſcipulus fuit; & R. Joſua juſtitiæ proſelyta. Ex ipſius ſociis quoque fuerunt Simeon filius Azai, Simeon filius Sumæ, Eliza alter, R. Tarphon, R. Iſmaël, R. Jehuda filius Babæ, R. Jehuda filius Temæ, qui & filius Demæ vocatur, R. Chanina, R. Tarphon, R. Isbaf ſcriba, R. Simei, R. Chuſpit interpres. Tempore R. Akibæ etiam vixit filius Cozibæ, & iſto tempore urbs Bitter devaſtata eſt, & ipſe una cum aliis miſerrime periit. Eodem quoque tempore Ptolomæus conſcripſit librum de Aſtronomia. Duodecimæ ætatis princeps fuit Rabban Simeon filius Gamalielis ſecundi, filii Rabban Gamalielis ſecundi, adverſarius R. Joſuæ; e ſociis Rabban Simeonis maximus fuit R. Meyr proſelyta, R. Jehuda, R. Natan, R. Joſe filius Samoæ, R. Simeon filius Jochai, aliique. Subſtituerunt autem R. Meirum & R. Natan ad Rabban Simeonem filium Gamalielis publice pudore afficiendum; ſed cum ei res innotuiſſet, pœna affecti ſunt, quia poſtea nomina eorum non memorata ſunt, & de R. Meiro dictum eſt, *alii dicunt*, & de R. Natan dixerunt, *ſunt qui dicunt*. Sed in Beraita dicitur, quando R. Meyr quid ex ſe ſtuduiſſet, dicitur, *R. Meyr dicit*. Cæterum quum is quicquam in nomine præceptoris ſui Elizæ aliis proferebat, dicebat, *alii dicunt*, ut nomen illius ſileret.

Poſt haſce duodecim ætates R. Jehuda princeps numeratus eſt, & conſeſſus primus; dico autem *primus*, eo quod alius etiam fuit R. Jehuda princeps, qui e doctoribus Amoræis fuit, uti oſtenſum eſt in tractatu de Cultu Peregrino, & hicce R. Jehuda Amoræus fuit Rabban Gamalielis filius, quia erat filius R. Jehudæ principis; & hic R. Jehuda Amoræus fuit pater R. Hillelis, qui inter nos anni hyperbolimæi jura conſtituit. Porro R. Jehuda primus princeps omnium doctorum corona & gradu digniſſimus fuit, unicus in ipſius familia atque ætate, is enim Sapientia incomparabilis erat, & oriundus e familia Davidis, ſextæ ætatis ab Hillel. Præterea is divitiis adeo abundabat ut ab ipſo memoriæ traditum ſit, ipſius ſtabuli præfectum fuiſſe ditiorem Sapore rege. Honoratiſſimus quoque & gratiſſimus imperatori fuit Antonino, aliiſque hunc ſequentibus imperatoribus; idcirco dictum eſt inde a temporibus Moſis uſque ad tempora R. Jehudæ Legem & illius præſtantiam non fuiſſe in uno loco, præterquam tempore R. Jehudæ; ſententiæ mens eſt, quod a Moſe uſque ad R. Jehudam eam non vidimus in uno loco, id eſt in uno viro. Pietatis etiam tam inſigne exemplar fuit, ut dixerint ipſo defuncto humilitatem & timorem Domini ſimul defunctum eſſe. Sanctimoniam vitæ vehementer adeo coluit, ut in æternam ipſius memoriam dictus ſit, *Rabbi Jehuda Sanctus*. In Lege ſcripta & pariter orali, ut & aliis ſcientiis conſummatiſſimus fuit, idcirco per excellentiam in genere *Rabbi* dictus fuit. Ipſius ætate vixerunt R. Iſmaël filius R. Joſis, & R. Iſmaël filius R. Jochananis filii Berocæ, R. Eleazar filius R. Simeonis filii Jochai, R. Joſua filius Corchæ, qui R. Akibæ filius erat. Præterea quoque Symmachus & Iſai filius Jehudæ filii Strobelitis, Chanon filius Pineæ, R. Perat, R. Eleazar filius Partæ, R. Jacob e pago Chatia, R. Pineas filius Jaïr. Diſcipulorum vero tantam R. Jehudæ fuiſſe multitudinem perhibent, ut quum doctores eorumque diſcipuli ad urbes ſuas feſta ſolemnia celebratum profecti fuiſſent, ultra mille diſcipuli apud ipſum remanſerint. Ipſius tempore inter Edomitas magni extiterunt Sapientes, & Galenus tunc temporis expoſuit capita Hippocratis, nam Ahaſverus & Eſter tunc quoque vivebant, qui multos de medicina aliiſque ſcientiis libros compoſuit, in quibus omnibus Rabbi Jehuda verſatiſſimus fuit. Hicce ergo tantus doctor omnes deciſiones, jura, expoſitiones, & illuſtrationes in Legem magno ſtudio undique a ſui ævi doctoribus collegit, quæ unuſquiſque in uſum privatum annotaverat ex iis quæ a magiſtris acceperat per omnes ætates retro uſque ad ſeptuaginta Seniores enumeratas, quæque ſuccedentibus deinde temporibus prophetæ & magnum Synedrium Jeruſolymæ addiderant, atque ab ætatis ipſius Sapientibus propagata erant. Is enim animadvertens quod veterum Tradita in dies neglectui habebantur, & nova ac peregrina denuo per hominum perverſorum malitiam longe lateque ſe diffundentem, introducebantur, ne hiſcere quidem auſus fuit ob Græcorum Romanorumque ſervitutem, qui quotidie decreverant ipſos a Lege deterrere, Iſraëlitis in montibus diſperſis, & ad extremas uſque terras ablegatis, ſed convocavit ad ſe omnes Sapientes ut quiſque ſua Tradita vel ore tenus diceret, vel in ſcriptis exhiberet, ut ea inter omnes Iſraëlitas ubique locorum diſſeminarentur.

Hæ vero Leges Miſnicæ a Rabbi Jehuda congeſtæ in lucem prodierunt anno ter milleſimo nongenteſimo & trigeſimo tertio anno a creatione mundi, qui eſt milleſimus, quadringenteſimus & nonageſimus annus ab eo tempore quo Moſi Lex tradita eſt in Sinai; annus autem quingenteſimus ab eo tempore quo Judæi in contractibus admiſerunt regum gentium apocham, centeſimus decimus a vaſtatione Templi ſecundi. Hæcce igitur Miſna omnium præceptorum a Moſe conſcriptorum explicationem comprehendit, ſecundum ea quæ ore tenus a Moſe ad nos derivata ſunt. Inter hæc jura quædam reperiuntur, quæ *deciſiones Moſis e Sinai* vocantur, quibus non eſt demonſtratio e Lege ſcripta: quædam vero quorum ſenſus e Lege ſcripta colligitur, quæ ſunt expoſitiones ab ore Moſis prolatæ, & quæ in Lege ſcripta indigitantur ejuſdemque fundamentis innituntur, de quibus nulla inter doctores controverſia eſt. Alia vero quæ e conſequentiis quibuſdam Legis ſcriptæ probabilibus eliciuntur, de quibus controverſiæ moveri poſſunt, quæ ſecundum plurimorum doctorum ſententiam deciduntur. Deinde alia ſunt decreta quæ ſingulis ætatibus a Synedrii ſenatoribus ſancita ſunt, quibus exceptionibus occurritur, & Lex veluti ſepimento quodam obducitur. Tandem alia ſunt jura quædam & ritus quæ plurimorum doctorum conſenſu inſtituta ſunt ad officia hominum inter homines, & in Eccleſiaſticis eo promptius exequenda, quatenus illa conſuetudine recepta ſunt, quibus nihil addendum eſt nec detrahendum, quæ תקנות ומנהגים *Inſtituta* & *Conſuetudines* appellantur. Hæc atque id genus alia omnia in ſex Miſnæ voluminibus continentur.

Ex hiſce igitur oſtenſum eſt duodecim fuiſſe Sapientum Miſnicorum ætates, quæ ſingulæ ſuos habuere principes ab Antigono uſque ad Rabbi Jehudam Legum Miſnicarum ſcriptorem. Quandoquidem vero Maimonides in fronte Miſnæ doctorum claſſes alio conſtituit ordine, is enim ſecundum tempora in quibus unus ab alio ore Tradita accepit, diſtribuit eorum claſſes, & prophetarum haud meminit, licet hic etiam ordo ſit clariſſimus. Propterea mihi viſum fuit continuam principiorum ſeriem tibi ob oculos ponere, ut ex ipſa potiſſimum omnium cujuſlibet ætatis doctorum memoriam cognoſceres. Extincto autem Rabbi Jehuda, ipſum quoque ſecuti ſunt aliquot Sapientes Miſnici, nam R. Chanina filius Chamæ conſeſſus primus numeratus eſt, ejuſdemque duo collegæ R. Simeon & R. Gamaliel, ambo Rabbi Jehudæ ſancti filii, ut & Hoſaja & R. Chaja. Præceperat enim Rabbi Jehuda dum mortem ſibi inſtare perſentiſceret, ut R. Chanina conſeſſus primus, & filius ipſius R. Gamaliel princeps conſtitueretur, quia principes ſemper e familia Davidis eſſe debebant, e qua R. Eliezer Copher fuit, R. Chaja, Bar Caphra, Levi, R. Aphes, Avua Samuelis, & Raf qui R. Chajæ frater erat. Sed quamvis hi omnes inter Sapientes Miſnicos relati ſint, nihilominus tamen ii תנאים *Tannaim* dicti ſunt. Quia vero Rabbi Jehuda ſingulari ingenii acumine pollebat, hinc doctrina ipſius erat accuratiſſima, propterea ſcripta illius breviſſime ad poſteros pervenerunt, ita ut Sapientes reliqui eorum non integram habere potuerint cognitionem. Hanc ob rationem R. Chaja animum appulit ad תוספתא *Additamenta* quædam in Miſnam componenda, ut breviſſima & difficillima quæque latius extenderet, illuſtraret. Raf vero libros Siphra & Siphri conſcripſit. R. Hoſaja & R. Simeon ברייתות *Beraitot* ſive *Elucidationes* quaſdam nitidiſſimo ſtylo ſecundum Legum Miſnicarum diſpoſitionem compoſuerunt. Quia Rabbi Jehudæ ſcripta poſteris in perpetuum ſancta & inviolabilia eſſent permanſura, e quibus ea quæ ab aliis adderentur, tanquam rivuli e fonte deducenda erant. R. Jochanan vero Talmud Jeruſolymitanum in ſcriptis divulgavit in terra Iſraëlis, quinque conſtans סדרים *voluminibus*; nam ultima Miſnæ pars non habet commentarios Gemaricos. Iſtud autem Talmud ab ipſo fere anno a Templi ſecundi deſtructione trecenteſimo in lucem emiſſum eſt. Et ſic etiam Rabbina & Raf Aſſe e poſterioribus in Babylonia Talmudicis Sapientibus fecerunt, Raf Aſſe enim anno centeſimo poſt, ſive anno poſt Templum ſecundum devaſtatum quadringenteſimo collegit omnium doctorum ſcripta qui Rabbi Jehudam Sanctum ſequuti ſunt, eodem fere modo quo Rabbi Jehuda Veterum ſcripta a Moſe uſque ad ipſius tempora in unum collegit, atque ex iis in quinque & triginta Miſnæ codices commentarium compoſuit, ſicuti jam a Maimonide in fronte operis Miſnici oſtenſum eſt. Cæterum non eſt hujus loci omnium doctorum Amoræorum, Rabbanan, Sabburæorum, & Geonim per omnes ipſorum ætates recenſere, quia noſter hic ſcopus eſt eorum duntaxat qui Traditionis ſeriem conficiunt, & Sapientes Miſnici habiti ſunt, mentionem facere, quia ipſorum ſapientia in hocce de Patrum Capitulis titulo admirabilis eſt.

Jam liquet ex iis quæ diximus, quod inde a temporibus Joſuæ uſque ad tempora Rabbi Jehudæ Miſnæ auctorem quatuor extiterint claſſes eorum qui continua ſucceſſione ore Tradita & Legem ſcriptam conſervarunt, propagarunt, videlicet Seniores, Prophetæ, viri Synedrii magni,

gni, & Sapientes Miſnici. Præterea, unamquamque claſſem duodecim habuiſſe ætates, ſive duodecim viros Traditionis præfectos, perinde ac ſi divina providentia cum hocce numero duodecim Iſraëliticarum tribuum calculum imitari voluiſſet, & ita populo ſuo uſque ad ultimas generationes ſapientiſſimis Ducibus proſpicere. Præviderat enim Deus tempus captivitatis valde diuturnum fore, ſapientiam tandem diminutum iri, & Judæos homines ſe magis magiſque ab ipſo elongaturos, derelinquentes primum ipſorum fontem, nimirum dominum & doctorem ſuum Moſen; propterea divina voluit providentia ut omni tempore egregius quiſpiam vir inter cæteros exiſteret, qui poſteros illuminaret, perinde ac ſi aliquot ſecula Iſraëlitis propoſita eſſent ut via quædam longa & tenebroſa, in qua ab uno termino ad alium ponuntur lucernæ, quæ viatoribus lumen præbent ad die noctuque in ipſa incedendum. Nam anno quingenteſimo poſt defunctum Joſuam venit Elias Tisbites in Lege verſatiſſimus, Dei zelotes, & peccatorum vindex acerrimus. Anno autem centeſimo poſt Eliam Tisbiten prodiit Ezra Legis divinæ ſcriba accuratiſſimus, qui omnes ſui temporis Iſraëlitas mirum in modum erudivit. Anno autem centeſimo decimo Deus excitavit incomparabilem virum Rabbi Jehudam cognomine Sanctum, qui Iſraëlitis captivis in maximis tenebris maximum lumen extitit. Quemadmodum enim Elias Moſi reſpectu prophetiæ, vitæ, & zelo ergo Deum quodammodo ſimilis erat, ita quoque Ezra ille Scripturarius in multis Moſi magiſtro noſtro ſimilis extitit, is enim oriundus erat e tribu Levitica, & omnium Sapientum ſuæ ætatis primarius, ſicuti Moſes. Et ſicuti Moſes librum Legis ſpiritu conſcripſit prophetico, atque in ipſo priorum ætatum genealogias & hiſtorias recenſuit, perinde ac ſi e libro quodam divino, ſive dictante Deo benedicto eas compoſuiſſet. Sic etiam Ezra Chronica ſive temporum ſeriem nobis tradidit e Spiritus Sancti dictamine ab Adamo, Seto, & Enocho ad ipſius uſque tempora, & e Libro Moſis quædam in aliam linguam tranſtulit, eumque Iſraëlitis cum omnibus literis ſuis tam majuſculis quam minuſculis, tam plenis quam deficientibus, tam ſectionibus a principio, quam ab initio lineæ incipientibus, perfectam atque incorruptam tradidit. Idcirco dicitur, *ſunt matres lectionis*, & *ſunt matres Traditionis.* Porro Ezra quoque Iſraëlitas vocales, & accentus, & fines verſuum docuit, quibus eos ab omni errore liberavit. Moſes increpuit Iſraëlitas ob Midianitarum filias; Ezra quoque Iſraëlitas vehementer increpuit ob Sabbati profanationem, ſicuti ex libro ipſius ſatis conſtat. Moſes quantumvis magnas obierit moleſtias ad populum in terræ Cananææ hæreditatem introducendum, tamen a Deo non dignatus fuit ipſam introire terram. Ezra quoque poſtquam Babylone tranſportaſſet populum Jeruſolymam, non dignatus eſt illius mœnia conſtruere. Poſt Moſem ſecuta eſt Seniorum Prophetarumque claſſis: poſt Ezram viri Synedrii magni, & ſapientum Miſnicorum claſſis. Moſes e ſemine ſuo reliquit Pineam filium Eleazaris fratris ſui Aharonis filii, & vitam ſuam exegit inter omnes Seniores uſque ad prophetas. Ezra poſt ſe reliquit Simeonem Juſtum Jeſuæ filium, qui Jehozadaci ſacerdotis filius erat, is vero Ezræ frater, & hic Simeon Juſtus uſque ad ultimos magni ſynedrii viros vitam continuavit. Et quemadmodum Deus Ezram poſt Seniores & Prophetas excitavit ad Legem Scriptam denuo cum omni ſplendore ſuo populo Iſraëlitico oſtententandam. Sic etiam Deus magni Synedrii viros atque ultimos Sapientes Miſnicos confirmavit per Rabbi Jehudam Sanctum in eo quod is omnia ore Tradita in unum collegit, eaque denuo inſtaurata firmiſſime compegit. Duo itaque iſti viri Ezras nempe & R. Jehuda ætatibus ſuis perfectiſſimi fuerunt doctores, & genuini Moſis diſcipuli a juventute ipſorum, unus in Lege ſcripta, & alter in ore tradita. Hæc de iis quæ ad eos ſpectant auctores quorum opera ad nos pervenerunt Miſnica ſcripta.

Quod jam ipſum de Patrum Sententiis tractatum attinet, ego omnes in hoc convenire commentatores deprehendi, ipſius ſcopum eſſe populum Iſraëliticum docere quid ſit juſtitia, judicium, & rectitudo; ſive potius inſtruere mortales proprietatibus humanis laudabilioribus, quas unus quiſque ſibi, familiæ, & genti ſuæ ſecundum conſuetudines præſtare debet; ex quibus tria oriuntur conſuetudinum genera, quæ omnes haſce proprietates ſive attributa moralia comprehendunt. Perfectiſſima vero omnium virtutum proprietas eſt ſemita illa recta qua ad perfectiſſimos gradus intellectuales aſcendere poſſit, quemadmodum nonnemo Sapientum primarius dixit, *attende ad conſilium, diſciplinam accipito, ut tandem ſapiens evadas.* Gradus autem intellectuales ſunt veluti ſcala quædam cujus ope homo aſcendit ad Domini faciem intuendam, eique firmiter inhærendum, ſicuti de ſapientia dixit Rex Salomo in Proverbiis capite ſecundo commate quarto, *ſi eam quæſiveris ut argentum, & ſicut res abſconditas perſcrutatus fueris tum demum timorem Domini, & ſcientiam Dei recte intellexeris.* Atque hac in parte omnes inter ſe convenerunt Sapientes; verumtamen in aliis multos vidi longe a ſe invicem diſce-

ſcedentes, e quibus nonnulli putarunt haſce diſciplinas eſſe opiniones a parte inveſtigationis provenientes, in iſtam ſententiam inclinat Maimonides, idcirco is huic tractatui octo capita de anima ejuſdemque virtutibus, ut & de Sapientiæ divinæ natura præmiſit. Ego vero aliquot e gente noſtra perlegi ſcriptores in hunc tractatum, qui illius officia contulerunt cum iis quæ Ariſtoteles atque Plato de moribus tradiderunt. Alios autem vidi qui hujuſce codicis materiam e Salomonis & Davidis ſcriptis collectam fuiſſe ſtatuebant, & propterea iſti nonnulla ex Lege, Pſalmis, & Proverbiis Salomonis produxerunt, quæ cum Sapientum proverbiis convenire docuerunt; quorum ſententiæ multi alii doctores acceſſerunt. Ex hac claſſe etiam fuit Rabbenu ſanctus Jona, & Rabbi Iſac Iſraël in commentariis ſuis in huncce codicem; ut & Rabbi Matatia Izhari, & poſt eos alii qui hæc eleganter tradiderunt. Maimonides vero in prologo ſuo Miſnico dicit hunc codicem ſcriptum eſſe poſt eum qui de Synedriis agit, quandoquidem in ipſo continentur diſciplinæ quæ Synedrii judices potiſſimum ſpectabant, de quibus ſtatim ab initio codicis, *tria illi dixerunt*, *eſtote moram trahentes in judicio*, *& conſtituite diſcipulos multos*, *ſepemque fa-ite pro Lege.* Præceperunt itaque ne eſſent שרכי הדיינין *ordinatores judicum*, ſed ut prolixi eſſent in teſtibus perquirendis, aliiſque actionibus laudabilibus quæ ad litem componendam multum facere poterant, judices in talibus conſummatiſſimi eſſe debebant; idcirco hunc codicem ſequitur is qui de Judicum Documentis agit, ad eorum errores detegendos, nemo enim eſt qui non aliquando erret. Mihi vero videtur præcipuum codicis ſcopum eſſe ut explicetur quænam ſit rectiſſima ad Deum proxime accedendi via, & a peccatis quam longiſſime recedendi, ob hanc rationem hicce tractatus ſequitur eum qui de Cultu agit Peregrino, poſtquam enim ipſo Iſraëlitæ admoniti fuiſſent de omni idololatria fugienda, deinceps in hoc tractatu viam ſalutis indicat; quemadmodum enim ægroti prius a prohibitis quibuſdam cibis per aliquot tempus abſtinere debent, ut poſtea medicaminibus ipſis præſcriptis eo majori cum ſucceſſu utantur. Ita etiam in religione fluctuantes & veluti ægroti Iſraëlitici homines per aliquot prohibitiones in tractatu de Cultu Peregrino præſcriptas ſe abſtrahere debebant ab idololatria, & poſtea demum medicamina quædam ſalutifera accipere quibus mediantibus animi morbi curari poſſunt. Hinc itaque concludo hujuſce in quo verſamur tractatus de Capitibus Patrum ſententias non tantum Synedrii judices, ſed & omnes Iſraëlitas ſpectare. Et cum ipſius ſententiæ non e quibuſdam philoſophis gentilibus, ſed potius e Lege, prophetis, & piiſſimorum Sapientum doctrina provenerint, qui eas diſcipulis ſuis tanquam patres ſuis liberis tradiderunt, propterea ei inſcribitur titulus פרקי אבות *Capitula Patrum.* Hinc reſpondere poſſumus ad has ſequentes quæſtiones quibus a nonnullis doctoribus quæritur quinam ſint iſti diſciplinarum gradus in hocce titulo memorati, an iſti ex intellectu mere humano philoſophorumque ſanis ratiociniis duntaxat provenerint, quos ſequi oportet ut rationi conſentaneos. An vero ſint ſententiæ Legales, & propheticæ quas unuſquiſque Iſraëlita obſervare debet ut ipſa Legis tam ſcriptæ quam ore tradita verba? Et ſi hæ ſententiæ ſint ſimplices philoſophorum gentilium opiniones & inveſtigationes, quæritur quare Miſnicarum rerum auctor eas inter certiſſima quæque ore tradita retulerit, quæ unus ab altero inde a Moſe uſque ad R. Jehudam ore tenus accepit? & ſi hæc apophthegmata re vera e Lege, diviniſque præceptis petita ſint, non annumerata ſint præceptorum Legalium Choro? Et quare illa non potius vocentur Judicia, Præcepta, Sancita, vel Sepimentum, quam *Patrum Capitula*? Cæterum reſponſiones ad omnes iſtas difficultates abunde ſatis ſuppeditantur ex iis quæ ſuperius dicta ſunt. Quandoquidem enim non ſunt ſimplices philoſophorum ſententiæ, neque præcepta in monte Sinai accepta, idcirco inter hæc non referuntur. Neque Sancita quædam ſunt vel ſepimentum a Magno Synedrio Legi obductum, ſed pulcherrima quæque apophthegmata e Lege & Prophetis petita, & propterea a traditionis propagatoribus prolata, qui ea ut poriſmata quædam e Sacris literis elicuerunt, & diſcipulos ſuos docuerunt. Propterea eorum dicta in corpore Miſnico non ut ſimplices quædam ſententiæ morales, ſed ut Moſaicæ & Propheticæ recenſentur. Tandem nonnemo objicere poſſet, quare, ſi Miſnæ auctor Traditionis ſeriem recenſere velit, & quomodo unus ab altero ore tenus doctrinam hauſerit a Moſe uſque ad Rabbi Jehudam Sanctum, poſtea reliqui qui ore tradita acceperunt, non recenſeantur ordine ſecundum tempora ipſorum in quibus vixerunt; liquet enim e capite primo quod Hillel ibidem memoratus ſit ſexta ætate ante Rabbi Jehudam ſanctum, & iterum capite ſecundo poſt Rabbi Jehudam, & filium ipſius Rabban Gamalielem? Deinceps invenitur quod Rabban Jochanan filius Zachæi qui ætate nona princeps fuerit, memoratur poſt Rabbi Jehudam ſanctum, qui poſt duodecimam ætatem demum extitit? Porro invenies quod R. Akiba filius Mahalalis, qui tempore Semajæ, & Abtalionis ætate quinta vixit, memo-

memoratur poſt ultimos Sapientes in ætate duodecima; ita ut poſteriores pro prioribus venire videantur, & contra: at vero ſi rerum ore traditarum ſeries conſtituenda ſit, quare Sapientes non recenſentur ſecundum temporum ipſorum ſeriem? Reſpondemus vero auctorem Miſnicum primo duntaxat capite quidem ſeriem eorum quæ ore Tradita variis temporibus acceperunt inde a Moſe uſque ad R. Jehudam, recenſuiſſe, ſed in cæteris codicis capitibus ipſum id non feciſſe, quia ipſius præcipue erat ſcopus ut ſententias ſcite dictas & e Sacris Scripturis a doctoribus collectas traderet, quibus vitæ ſanctimonia inter ſapientes diſcipulos una cum doctrina promoveretur, atque in iis tradendis non tam ordinem auctorum qui eas protulerunt, quam ipſorum ſententiarum collegit argumenta, prout una magis neceſſaria & illuſtrior eſſe videtur quam altera, vel prout una ex altera conſequi videtur; idcirco auctor temporum quibus doctores iſti floruerunt, non habuit rationem. Hucuſque Abarbanel. Quod ad hujuſce codicis translationem attinet, eam olim a Clariſſimo Paulo Fagio de literis Hebraicis optime merito adornatam, & milleſimo quingenteſimo & quadrageſimo primo anno Iſnæ una cum doctiſſimis notis editam retinere maluimus, licet ea ab aliis quoque tentata ſit, tum quod liber vix comparari poſſit, tum quod vir in ſtudiis Hebraicis fuerit exercitatiſſimus, quique eo tempore quo lingua Hebræa adhuc in ſtatu infantiæ circa matrem Chriſtianam luctabatur, primus in hac verſione componenda glaciem fregerit, & ejuſmodi animadverſiones adjecerit, quas mutatis mutandis exſcripſiſſe aliis ſuffecit. Quamvis in Latinis non par fuerit, idcirco lectorem rogamus ut ſcripturæ illius in multis latinis auribus duræ aliquantulum concedant, quod eo libentius faciet, ſi conſideret quod tunc temporis latinorum auctorum textus nondum ita a vitiis ſuis purgatus erat, quam hodierno noſtro die. Præterea quoque obſervavi doctiſſimum virum intendiſſe Miſnas verbo tenus reddere, & de induſtria latinitatem minus curaſſe, licet aliter potuiſſet, quod e notis ipſius perſpexi in quibus verba ipſius interdum bonam olent latinitatem, & Ciceronem non ignorant. His præterea Clariſſimi Johannis Leuſdeni notas adjecimus, ut in lectorem Miſnicum conferrem quicquid ad Ethicæ Hebraicæ intelligentiam facere poteſt; in quem finem quoque prolixam Maimonidis præfationem in eandem vertimus.

מסכת הוריות TRACTATUS DE DOCUMENTIS, præmiſſo tractatu de Judicum moribus, in eorundem erroribus detegendis pergit auctor, cum ita cum hominibus comparatum eſſe ſoleat ut nemo inveniatur qui ſibi ab omni errore in doctrina vel moribus cavere poſſit. Quamobrem hunc ſuperiorem ſequi debere judicavit, & eum ipſo libro de Damnis finem imponere. Ut autem de hujuſce codicis argumento aliquid intelligamus, ſciendum eſt quod triginta & unum ſint præcepta negantia, e quibus ſi quis unum prudens ſciens transgreſſus ſit, ſecundum Legem excidio tenetur tranſgreſſor; ſin imprudens inſcienſque peccaverit, ſacrificium pro peccato ſuo adferre debet, videlicet agnam aut capram, adferre tenetur in peccati ſui expiationem, ita præcipiente Lege Levitici capite quarto, commate viceſimo ſeptimo, & ſequentibus. Ex horum numero quoque eſt idololatriæ peccatum, quod ſi quis commiſerit, capram adducere debet pro peccato ſuo expiando, ſicuti dicitur in Numeris capite quinto decimo, commate viceſimo ſeptimo: *Si vero anima una peccaverit ex errore, tum adducat capram anniculam in ſacrificium pro peccato.* Nam priſci doctores iſtum locum de idololatriæ peccato agere voluerunt. Et tale ſacrificium adferendum erat, ſi quis מעם הארץ *e populo terræ*, id eſt e privatis imprudenter erraſſet. At vero ſi Synedrium magnum e ſeptuaginta & uno judice conſtans peccaſſet contra aliquod e triginta & uno ſuperius memoratis præceptis, pronunciando aliquam rem licitam, quæ tamen illicita erat, & cœtus Iſraëliticus Synedrii ſententiam ſecutus fuiſſet, poſtea vero Synedris innotuiſſet ſe erraſſe, tum ipſis impoſitum erat juvencum adducere in ſacrificium pro peccato, ſicuti præſcribitur in Levitico capite quarto, commate tertio decimo: ואם כל עדת ישראל ישגו ונעלם דבר מעיני הקהל *at ſi totus cœtus Iſraëliticus erraverit, & res congregationis oculos fugerit*; ubi per קהל *congregationem* intelligunt Synedrium magnum. Qui vero judicium Synedrii ſecuti fuerant, ii ad ſacrificium non obligabantur. Cæterum ſi Synedrium in caſu idololatriæ ex errore aliquam rem pronunciaſſet legitimam, quæ tamen illegitima erat, & populus juxta illius judicium feciſſet, tum juvencum in holocauſtum, atque hœdum in ſacrificium pro peccato adferre debebat, ſicuti præcipitur in Numeris capite quinto decimo, commate viceſimo quarto. Juvencus autem a Synedrio offerendus ob errorem in reliquis præceptis, vocatur פר העלם דבר *juvencus pro re occulta.* Hœdus vero in ſacrificium pro peccato offerendus in caſu erroris idololatrici, vocatur שעיר עבודה זרה *hircus cultus peregrini.* Qui vero illius ſententiam ſecuti erant, ii immunes erant a ſacrificio. Hinc aliquot circumſtantiæ hac in parte conſiderandæ erant, quæ ſi omnes concurrerent, ſenatus

tus ad ſacrificium tenebatur, & non populus; ſi vero una tantum deeſſet circumſtantia, tum non requirebatur oblatio hœdi pro re occulta, neque juvenci & hœdi pro idololatria, tum enim illorum cauſa hominum privatorum conditioni omnino ſimilis eſt. Proinde quiſquis ex errore peccaverit, is adducat ſacrificium quod homo privatus pro tali debet peccato, ſive ſit ſenator quiſpiam, ſive plebejus. Enimvero ſi omnes circumſtantiæ jam a nobis dictæ non concurrant, totus populus culpa vacat, quicquid fecerit, ſed Senatus ad ſacrificium obligatur, quia in judicio aberravit, etſi nihil mali commiſſum ſit, ſecundum iſtam hypotheſin quod opera tribuantur populo, doctrina vero Senatui. Ut autem totam rem diſtincte tractemus, ſubſequentes hæ circumſtantiæ conſiderandæ ſunt; quarum prima eſt, ſi Academiæ præfectus præſideat doctrinæ, idque in ſenatu ſeptuaginta virorum. Secunda, ne quis inter judices inveniatur reprobus, ſed omnes probi quales erant primi Synedrii magni Senatores. Tertia, ne ullus inter eos ſit diſſenſus in iis quæ licita vel illicita dixerint. Quarta, ne errent in ipſis Sacris Scripturis, vel in rebus quæ ex iis docentur. Quinta, quum omnes terræ Iſraëlis incolæ, vel illius maxima pars fecerit ex dicto Senatus. Sexta, ſi illi qui ex dicto Senatus fecerint, errorem commiſerint, veritatem juris ſecum reputando. Septima denique eſt, quando ipſi Senatui innotuerit res in qua erravit, licet iis qui ex dicto illius feciſſent, de tota re conſtiterit, ut, ſi Senatus quoſdam adipes edi permiſerit, dixeritque eos non vocari adipes, & propterea maximam cœtus partem comediſſe, ſed poſtea reſciviſſe ſe errore Senatus deceptam eſſe. Quamvis in hoc dubitaverit populus an adeps quiſpiam, an vero ſanguis ei a Senatu permiſſus ſit, tali inquam in caſu non adducitur juvencus pro re occulta, toto licet populo dicente talem eſſe adipem, ſicuti ſcriptum eſt Levitici capite quarto, commate quarto decimo: ונודעה החטאת אשר חטאו עליה *Et ſi innotuerit peccatum quo peccaverint.* Secus vero comparatum eſt, ſi peccata nota fuerint. Hiſce fundamentis recte perpenſis, lectori clavis porrecta eſt, cujus ope facili negotio codicem de Judicum Documentis reſerare poterit. Dabam Amſtelædami ad diem viceſimum menſis Maji. CIↃ IↃ CCII.

Ampliſſimo & Nobiliſſimo Viro

CASPARO VOSBERGIO EQUITI,

Domino in Eiſla, perpetuo Zelandorum inter Præpotentes Ordines Generales Senatori: ad Galliarum Regem &c. Exlegato.

S. P.

Vir Nobiliſſime,

Nulla animi arrogantia, vel ut ait ille, ἱπποτυφία, eo aſſurgere non extimeſco, ut quem patriæ primores in ſublimi loco collocarunt, ad eum familiarius accedam: quaſi de illa familiaritate poſtea gloriaturus, veluti τῦ Διὸς σάνδαλον, *Jovis ſandalium*, ſecundum proverbium vetus. Longe aliud, huic epiſtolæ cauſam præbet. Quum Heroi aſſiduis Belgii Confœderati negotiis maxime diſtracto, quod debebam offerendum eſſet; quid molirer, quidque exhiberem, fuit expenendum. Idque epiſtolio: quod non tantum cum ipſo opere manet, & ſubinde legi poteſt; ſed verbis etiam & alloquio cenſetur tanto commodius, quo minus occupatiſſimum remoratur. utpote quod membratim,

&

& momentis magis vacuis legi poſſit: cum alloquium tempore etiam minime opportuno, errore vel caſu, ſæpe inſtituatur. Itaque epiſtola defungens, codicem quendam legum forenſium divinæ reipublicæ oſtendo, ac tranſmitto. Rempublicam dico divinam, quam Deus ipſe ſuo ore, providentia ſingulari conſtituit, quæque legibus Divinis νενομοθέτηται (Ebr. 8, 12.) Etenim inconſtantiam & perverſitatem voluntatis humanæ cognoſcens omnium Dominus, Iſraëliticam rempublicam legibus potius, quam magiſtratuum arbitrio regi voluit: voluntas enim lubrica eſt, inque proclivi ut per devia oberret, cum lex certior ſit norma & tutior vitæ Canon. Quo Ariſtoteles l. 2. Polit. c. 8. reſpexit, cum propoſitis quibuſdam in republica fieri ſolitis, ſubjunxit, ταῦτα δὴ πάντα βέλτιον γίνεσθαι κατὰ νόμον ἢ κατὰ ἀνθρώπων βούλησιν· οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανών. *Hæc ſane omnia fieri præſtiterit lege, quam hominum voluntate: non enim tutus eſt canon.* Quocirca certiorem legis canonem prætulit Legiſlator. Adeo quidem, ut poteſtatem quoque legum condendarum ſummo ſenatui permiſerit Deut. 17. quod diſſertatione ad ſecundum codicem demonſtro. Nihil novi vel præcipere, vel vetare, Iſraëlitis conceſſum: imo plane interdictum. Verum ea quæ in genere a Deo præſcripta erant, ad ſpeciales applicare caſus, adeoque ex generali lege multas quandoque ſancire ſpeciales, minime primatibus interdictum. Vel etiam (ſi quid hic video) media certa, accommodatis ad legem Dei canonibus, definire & præſcribere. Præterea lubricum humanæ indolis omnino poſtulat directionem: qua modi, viæque divinam præſtandi legem oſtenduntur. Unde tres oriuntur legum ſpecies, quas legiſlator ſummus ſummo permiſiſſe Ebræorum magiſtratui videtur: quum tamen ſuis præceptis nihil novi, quod iis nullo modo contineretur, aſſui concederet. Prima erat eorum, quibus generalia reſtringebantur; ſecunda, definiens media, quibus ad ſcopum, puta legem Dei obſervandam, collimabant; tertia, viam, rationem ac modum præſcribens, quibus actio mandato Divino imperata, commodiſſime peragi poſſet. Atque has leges in pandectas ſuas (Miſnajoth vocant) congeſſere Judæi. Idcirco hinc patet, quantum momentum ad ſacras percipiendum Moſis paginas afferant libri ☩ Miſnajoth. Cum iſtorum codicum compages ſit Moſis explicatio: licet ſubinde cæcutientis tandem populi veſtigia iſthic deprehendere liceat. Illa eſt ratio, quare plures hujuſmodi codices verterim, ac commentariis illuſtraverim; quorum nonnulli jam editi, & plures, Deo volente, edendi. Ex iſtorum numero hunc ex volumine Nezikim (ita Judæis dicitur) in præſentiarum deſumpſi, idque eodem ſcopo ac fine, quo cæteros adorno. Ferme enim ſingulos ad pentateuchi intelligentiam plurimum facere arbitror, partim propter fructum; de quo jam actum fuit. Deinde & alia in novi fœderis voluminibus penitius intelligendis utilitas ex iiſdem illis promanat. Stilum enim ac phraſin in N. T. ſcriptis uſitatam, nobis exhibent. Sed quo id melius pateat, ἀπὸ βαλβίδων ſive, *a carceribus* (ut loquitur Ariſtophanes) rem arceſſam. Lingua Græca ulterius tandem propagata fuit, & poſt Alexandri Magni expeditionem Aſiaticam, longe lateque in plurimas Aſiæ regiones diſperſa. Ut alios mittam, Plutarchus in vita Craſſi ſatis aperte, Parthos & Armenios Græce ſciviſſe teſtatur: quum Hyrodem Parthum & Artuaſdem Armenium in convivio poſt Craſſi obitum, ei inſultaſſe narrat (pag. 1030. edit. Henr. Steph.) hæc ipſius ſunt verba, Ἑστιάσεις τε καὶ πότοι δι' ἀλλήλων ἦσαν αὐτοῖς, καὶ πολλὰ παρεισήγετο τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀκουσμάτων, *convivia & ſympoſia inter ſe agitabant, & multa proferebantur ex Græcis dicta.* Quandoquidem ſuperato hoſti illudere volebant, quis dicteria ignota lingua tegere voluiſſe credat? Sane in eodem convivio, Jaſon quidam Trallianus, ᾖδεν Εὐριπίδου Βακχῶν τὰ περὶ τὴν Ἀγαύην· εὐδοκιμοῦντος δ' αὐτοῦ, &c. *canebat ex Euripidis Bacchis Agauen: quumque placeret ipſe*, &c. quaſi dixiſſet, Græcos verſus convivis placuiſſe: unde intellexiſſe conſtat. Sequentia ejuſdem hiſtorici verba rem certiſſimam eſſe comprobant. Nam ubi Jaſonem ſcenico ludo Craſſum luſiſſe ſcripſiſſet, & hæc pronuntiaſſe carmina,

> Φέρομεν ἐξ ὄρεος ἕλικα νεότομον,
> Ἐπὶ μέλαθρα, μακαρίαν θήραν·
> *Ferimus ex monte capreolum recens cæſum,*
> *In atria, felicem prædam:*

Tandem ſubjicit, καὶ ταῦτα μὲν πάντας ἔτερπεν, *atque hæc omnes oblectaverunt.* Ludus ille ſcenicus & carmina iſta voluptatem crearunt omnibus. At Artuaſdes ſuos habebat Armenios, rex Hyrodes Parthos ſuos. Longinqua igitur loca procul a Græcia Græcus pervaſerat ſermo. Nam ita fieri ſolet, ut victoris lingua atque idioma ad victos promanet. magis ſi coloniæ eo deducantur. maxime ſi artes & ſcientiæ hujuſmodi lingua peregrina conſcriptæ ſubjugatis placeant. Quæ in Aſia obſervare licet. Verum id docet experientia in patria noſtra, aliiſque locis quam-

plurimis: ſi vulgus peregrino ſermoni aſſueſcat; quia ſollicita cura, & παιδείας τρόπος non accedit, ſemper quædam ex patria lingua peregrinæ immiſceri. Duo inprimis: vocum ſimplicium notionem minus uſitatam; & ſtylum ac phraſin. Ubi vocabulum regionis in communiori ſignificatione reſpondens peregrino, apud indigenas ad alia transferri conſuevit, contingit ſæpe, ut vocabulum peregrinæ linguæ eadem latitudine extendatur. Pariter phraſes illi idiomati peculiares, propter ruditatem vulgi, ad linguam recenter aſſumptam ſæpiſſime tranſeunt. Id linguæ Græcæ apud Aſiaticos eveniſſe, documento ſunt, ut alia prætermittam, ſacri N. Teſtamenti codices. Rudes iſti Orientis plebeji perfecte linguam Græcorum addiſcere nequiverunt: ſed modo jam enarrato σύγχυειν ex utraque, patria & peregrina, inſtituerunt facillimam. Quæ cum poſtea ſub iis, qui Alexandri imperium inter ſe partiti ſunt, diu permaneret, linguam nobis Helleniſticam loco elegantioris Græcæ exhibuit. Licet & Helleniſtica ſuam habeat elegantiam: quemadmodum Italica, quamvis ex Latina & aliis mixta. Ut nihil habeant quod arrodant naſutuli quidam, quum Apoſtolos & Euangeliſtas imperitiæ inſimulant. Quaſi nemo poſſit eleganter ſcribere vel loqui Italice; ſed potius ad ornatum, Italis Latine ſcribendum vel loquendum eſſet. Ita iſti mortales Demoſthenice potius ad Orientales ſcribendum fuiſſe judicant; quum L. Helleniſtica multo eſſet in Aſia & Oriente uſitatior. Neque hoc prætereündum: quoniam Orientalium linguæ, naturæ ordinem in ſyntaxi & phraſeologia ſua admodum imitantur; cum Aſiæ populi linguam Græcam propriæ quique attemperarent, inde ſtylum linguæ Græcæ intellectu facillimum fuiſſe exortum. Quem cum elegantiores Græci, tum rudiores Aſiatici intelligerent. Si quando enim propter elegantiorem idiotiſmum linguæ Ebrææ, Syræ, Chaldææ, ſimiliſve, ſignificatio extenſa, vel phraſis Orientalis in Helleniſtica comparens, obſcuritatem parere videretur, Græcis tamen nullam creavit difficultatem, quandoquidem Sacri Scriptores & oratores quum ita a ſimpliciori dicendi genere diſcederent; quod rariſſimum quidem inter Græcos, nonnunquam tamen uſitatum, adhibuerunt. Eatenus ſaltem, ut ab iis quibuſcum loquerentur intelligi potuerint, ne audirent εἰς ἀέρα λαλοῦντες. (1 Cor. 14. 9.) Quod evincunt orationes Pauli in Actis Apoſt. Ex quibus & illud liquet, Helleniſticam linguam inde non traxiſſe originem, quod complures minorem Aſiam & Ægyptum aliaque ab ultimo Oriente remotiora loca incolentes, verſioni Septuaginta interpretum Græcæ aſſueviſſent. Etenim Paulus Helleniſtico ſermone eos etiam alloquebatur, qui an Vetus Teſtamentum extaret, ignorabant: uti quum ad Lyſtrenſes gentiles & idololatras orationem habuiſſe legitur Act. 14. Similiter ad ignaros verbi divini Athenienſes c. 17. Quod & paſſim in convertendis gentibus obſervavit. Profecto Euangeliſtæ Helleniſtica, non Græca uſi ſunt, quum ab Aſiaticis pleriſque intelligi vellent: neque ſalutem tamen eorum tantum intenderunt, qui verſionem τῶν 70. lectione continua ſibi familiarem reddidiſſent, adeoque inde linguam didiciſſent Helleniſticam. Quin etiam idcirco iſti V. Teſtamenti interpretes iſto ſtylo uſi ſunt, quod jam iſta lingua Helleniſtica eſſet vulgaris. Eoque libentius, quod phraſin Spiritus Sancti hoc pacto preſſius exprimere voluerint. Quum jam naturam & originem iſtius linguæ habeamus, neminem latere poteſt, quantum proſit & expediat, Ebræorum & Chaldæorum phraſin percepiſſe. Quamvis enim propter ſermonis ſimplicitatem, ſenſus cuivis in Oriente degenti, ſaltem intra Tigrin & mare Mediterraneum (ubi primæ eccleſiæ, reliquarum matres) pateret: nobis tamen Orientalium linguarum genium non aſſequutis, neque in Græcis ita verſatis, ut quod ſemel atque iterum in hoc vel illo authore Græco occurrit, perſpectum habeamus; nihil utilius, ne dicam neceſſarium, quam linguam Ebræam Talmudicam & vicinas didiciſſe. Alioqui verba fortaſſis cognoſces; minime phraſes ac ſtylum novi fœderis. ubi ſtylus eſt Helleniſticus, id eſt, voces Græcæ, ſignificatio ſubinde Talmudica, ut & phraſes quamplurimæ, quemadmodum & ritus, quo Scriptores iſti ſæpe reſpiciunt. Itaque cum plures ſint libri Ebraici & vicinarum linguarum; inprimis poſt V. T. volumina, Talmudica laudo: quia iſto ſeculo, in Judæa & vicinis locis, primi doctores, iſtis formulis, phraſibus, ritibus, ſanctionibus (etſi in unum corpus nondum congeſtis) innutriti fuerant. Quocirca vel iſta ſaltem de cauſa me operæ pretium facturum credebam, ſi ſubinde codicem quendam Talmudicum publici juris facerem, vertendo & illuſtrando. quo phraſi illa, aliiſque inde perceptis, Novo Teſtamento lucem quandam afferrem. Nec non quo lingua iſta Talmudica plenius cognita, & Ebræa planior fieret, librique iſto idiomate conſcripti intelligerentur magis magiſque. Iſta mente hunc primum librum Nezikim edendum & orbi Chriſtiano propinandum ſtatui. Sed quo, pro more paſſim recepto, auguſto alicujus nomine, decorem & authoritatem quandam obtineat; cum tibi, maxime Vosbergi, conſecro & primum in debiti officii teſſeram offero. Quem enim hic quærerem, qui æquari tecum poſſit? De jure legibus præſcripto agitur: de jure ex legibus ſententiam per mul-

multos annos dixiſti, in ſupremo Hollandiæ & Zelandiæ δικαστηρίῳ. Ubi omnes ὁμοθυμαδὸν dotibus inſtructum agnoverunt & teſtati ſunt, quas Jethro vir prudentiſſimus judici neceſſarias autumabat: quum (Ex. 18, 21.) judices exigeret, *ſtrenuos*, *timentes Dei*, *veraces*, *oſores avaritiæ*. τὸ δραστήριον ſive *ſtrenuitatem*, vel vultus totiuſque corporis habitus naturalem quandam promptitudinem & majeſtatem præ ſe ferens, atque viri cordati ac excitati ſermo oſtendunt. ut quamplurimorum κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ (quemadmodum loquitur Tertullus Act. 24, 3.) ſeriem prætermittam. *Timor* autem *Domini* veſtræ familiæ eſt hæreditarius. Hac virtute, ut & reliquis, præcelluit pater tuus l. m. Quem vere exprimis, dictumque comprobas notiſſimum:

Fortes creantur fortibus & bonis.

Atque non tantum fortitudinem, ſed & reliqua refers paterni animi bona, ut parentis pietatem. Cui cum vix parem invenirent majores noſtri prioribus iſtis libertatis temporibus, ſumma commiſerunt. Ipſum enim vigilantiſſimum Zirizææ urbis & totius inſulæ, ac Beooſterſcheldæ Satrapam, multos annos Ordinum Zelandiæ partem, & Senatus Thalaſſiarchici eſſe voluerunt, & Zelandorum nomine inter Ordines Generales conſidere. Legationem procerum totius Confœderati Belgii nomine ad Galliarum Regem ejuſque fratrem ſuſcepit. In qua, dexteritate ſumma, arduum illud negotium cum regis fratre Andegavenſium Duce, feliciter peregit. Et quum difficillima inciderent tempora poſt diſſolutum fœdus, quod Gandavenſe dicebatur; Ordines eum Ultrajectum miſerunt. quo arctius Provinciarum fœdus iniretur. quod ſumma viri prudentia Deus ſecundavit. Ad pietatem regreſſus, oblviſci nequeo fratris tui, qui in timore Dei a teneris educatus, inter Zelandos iſta virtute, tanquam coruſcante ſidere effulget. quem etiam in utroque ſenatu primario conſidere voluerunt, Thalaſſiarchico, & Deputatorum Provinciæ Ordinum. Qualis parens & frater, tales & generi tui. Nobiliſſimus vir Johannes à Berchem Cameræ rationum in Zelandia, Celſiſſimi principis noſtri nomine præfectus, & David Goddyn Hageſteinii Toparcha ex Nobili, in Saltu carbonario, ſtemmate parentibus meis notiſſimo oriundus. qui pietate & ſtrenuitate cum reliquis liberis tuis præfulget. Inter quos Caſparus Vosbergius primogenitus, propter dotes ſuas, cum in Galliis degeret, Cardinali de Richelieu non ignotus. ubi nec prætermittendus Nobiliſſ. Vir Johannes Hes Dominus in Piershil & Weena, magiſter equitum promptiſſimus ac fortiſſimus. Itaque vos omnes hanc vobis eſſe mentem oſtenditis ضل سعي من رجا غير الله تعالى, *aberrare inceſſum ejus*, *qui ſperat abſque Deo Excelſo*. Tuam *Veritatem* quod attinet, eam clamat longa ſententiarum ſeries per multos diducta annos: quarum nullam reprehendit rerum intelligens. Denique δωροφάγους, munerum acceptores, quique pretio jus dicunt, adeo deteſtabaris, & etiam nunc averſaris maxime; ut te hujuſmodi lucri oſorem, ſecundum Jethronis præceptum, agnoſcant omnes, qui non laborant invidia. Sed hæc viri præſtantiam arguit, nedum ut famæ detrahat. Quod in Nemeis Od. 8. Pindarus, de ipſa verba faciens,

Ἅπτεται δ᾽ ἐσθλῶν ἀεί, χειρόνεσσι δ᾽ οὐκ ἐρίζει.

Apprehendit bonos ſemper, *ſed cum deterioribus non contendit*. nam odit præclara. Cæterum, vir ſumme, virtutes tuæ eo præclariores ſunt, & coruſcant magis, quo munus poſtea impoſitum altius: ubi tanquam e cœlo radios in omnium conſpectum demittunt. Hoc volo, anni ſunt duodecim & quod excurrit, ex quo in conſeſſu Ordinum Generalium, Zelandorum vices perpetuo ſuſtines. Plerunque fit, ut alii aliis in ſupremo iſto ſenatu ſuccedant. Verum Heroica tua indoles, ſapientia, ſubactum judicium, ſingularis ſagacitas, experientia multis annis, & longe pluribus præclaris factis acquiſita, nullo pacto permittebant, ut proceres quenquam ſubſtituendum cenſerent. quem enim ſuffeciſſent, qui tecum paria, vel ſaltem majora faceret? Et ſane in ſupremo iſto conſeſſu, unde dependent omnia, dirigente omnia omnium Domino, quid magis requiras, quam cum reliquis jam recenſitis, zelum gloriæ divinæ ardentiſſimum, anxiam & perennem Eccleſiæ Chriſtianæ curam, æquiſſimam animi moderationem, hoc ſeculo in tanta animorum diſſenſione, ſi unquam, neceſſariam? de qua olim Imperator Muſlimicus, Ali: حلم المرء عونه, *moderatio viri auxilium ejus*. Quod ita accipi queat, ac ſi dixiſſet, auxiliari demum quenquam poſſe, moderatione ſua. Porro hæc omnia in uno ſumma non tantum primates; ſed & omnes agnoſcunt, imo qui minus favere videntur. Cujuſmodi ſi forte inveniantur, eos eſſe credo, qui illam totius familiæ in Deum reverentiam, in proximos charitatem, tot tantiſque documentis cum publice, tum privatim demonſtratam, ſuſque deque habent: vel patriæ ac publici boni amorem & ſtudium, cum ſingulari prudentia, (quæ aliis exemplo eſſe poteſt, & vel ſola perficit maxima in magnis etiam turbis) non agnoſcunt. Itaque illa cum expenderent patriæ

proceres, ſæpiſſime tantum virum ad primarias obeundas legationes ſollicitandum exiſtimarunt. Quocirca non una, ſed tribus vicibus in Germaniam ad maxima negotia expedienda dimiſerunt. Ad Galliarum etiam Regem legati nomine proficiſci placuit: imo ſecundo legationem repetendam. Accidit etiam, ut toties ad Daniæ Regem, publico decreto Ordines, optatum eventum animo præſagientes, eadem dignitate ornatum, eundem te, vir admirande, legandum cenſuerint. Eundem legatum & Sueciæ Rex atque proceres commodiſſimum experti ſunt. Quid ea commemorabo pluribus, quæ feliciter, aſpirante Numine, iſtis legationibus tuis peracta ſunt? Epiſtolæ ratio iſtum catalogum non admittit. Id certo certius: niſi Præpotentibus Ordinibus peracta negotia omnino placuiſſent, toties eundem legatum ad Imperium Germanicum, totque reges mittendum non judicaſſent. Hoc argumento eſt, quod agendum erat, bene ſemper ſucceſſiſſe. Memini etiam quum Princeps Mauritius, (cujus veneranda in bonorum animis memoria) Arauſiacum Principatum a fratre defuncto, hæreditario jure accepiſſet, Amplitudinem tuam Arauſionem cum ſumma poteſtate ab ipſo Principe legatam, ut non tantum ejus nomine juramentum fidelitatis exigeret, & Principis initiatio perficeretur; ſed etiam omnia quæ inibi collapſa erant, vel corrigenda eſſent, repararentur. Qua occaſione ibi hoc quoque effectum dediſti in gratiam gentis ex qua natus Chriſtus, quæque Deo adhuc propter majores (Rom. 11, 28.) dilecta eſt, adeoque & nobis eſſe debet: ut cum in fluminis ponte quodam tranſeundo vectigal ſolveretur, & quidem æqualia penderent Judæus & porcus, Judæa prægnans & ſus fœta; authoritate conceſſa à Principe, qui factum poſtea maxime probavit, Judæi non amplius porcis, ſed hominibus cæteris æquarentur: quo indigenæ & Judæi, quos Deus homines, non porcos naſci voluit, æqualia penderent. Quum itaque in Judæos tantam benignitatem oſtenderis, & eos ſic in tutelam tuam receperis; nullus dubito quin hunc Judæorum codicem ſimili favore amplexurus ſis, & hoc probaturus munuſculum: ab eo oblatum, cui nihil magis in votis, quam ut iſtiuſmodi primariis viris placere detur, quorum judicio ſtant vel cadunt ſubditi. Inter quos emines, vir N. & A. quapropter tuam amicitiam tibique probari ambiunt omnes boni. Quidni & ego? Qui in magna felicitatis parte cenſeo, vel remotiſſima affinitate ſtirpem tuam attigiſſe; & familiaritatem cum tanto Heroë colere; amoriſque documenta experiri. Quibus etiam animus meus hanc παῤῥησίαν concedit, longiori epiſtola compellandi occupatiſſimam N. & A. tuam; ſimul & nomen tuum meo operi præmittendi ἀρχομένω ἔργω, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγὲς, *incipiente opere, frontiſpicium oportet ponere præfulgidum.* Quo igitur abeundum, niſi ad tui nominis ſplendorem? ut liber ad omnes regiones diſtrahendus, illum initio in fronte oſtenderet, cujus fulgorem conſpexerunt regiones longiſſime a ſe invicem diſſitæ, dum iis tot legationum radios diſpergeres. Huc collimo ut Amplitudinis & N. tuæ facta mentione, lucubrationibus meis aliquid ponderis addam: ne quis hunc mihi ſolum præſtitutum ſcopum arbitretur, tua conſcribere encomia. Majores ſunt virtutes tuæ, majora facta, quam ut ea me exprimere brevi ſcripto poſſe ſperem: modeſto potius ſilentio iſta mirarer & ſuſpicerem; quam impari ſtylo omnia iſta adumbrare, nedum deſcribere conarer. Mihi hoc frontiſpicio conſulere volui. Id ſtatuens cum animo meo, hunc librum tanto Heroi ſacratum, longe tutiorem fore a ſuſurris & latratibus imperitorum; quam ædes Herculis Romæ in foro boario, à muſcis & canibus tuta fuit, quod conſecrata eſſet Herculi (referente Plinio l. 10. Nat. hiſt. c. 29.) Et ſi lucubrationes meæ propter auctorem forte minoris æſtimentur, tui ſaltem cauſa magis lectum iri ſpero. Qui dum coruſco tuo nomine principium illuſtrari benigne pateris, illas probare videberis omnibus, qui te norunt. Neque aliter animum inducent ſuum, quam bona eſſe, quæ probat; probare autem, quæ benigno vultu accipit vir tantus, eorumque quæ hic tractantur peritiſſimus. Ita quæ operis commendatio a tenuitate mea (uti forte cenſebit lector) non ſuppeditabitur, eam tuæ debebit magnitudini, favori, judicio. Vigiliæque meæ reddentur acceptæ per eum, unde id inprimis fieri exopto: cum & ipſe ei acceptiſſimus eſſe allaborem. Utpote qui id in votis habeam, ut quantum dotes tuas admirari, tantum tuo favore lætari contingat. Quem cum & parentes mei p. m. experti ſint, & ego eorum hæres, adeoque perſolvere damnas, ἀντάξιον affectui, quo familiam noſtram amplecteris, perſolvere non queam; hunc rependo legum codicem. Quem in ſe ſi ſpectes, obſervabis exiguitatem; ſin animum meum unde promanat, affectus debiti amplitudinem. Quæ licet nihil tuo faſtigio ſatis dignum edere queat; perpetuum tamen in te tuoſque obſervantiæ pignus prodere geſtit. Utinam, vir nobiliſſime, tantum placere & probari poſſit labor meus, quantum ipſe cum meis omnibus N. & A. veſtræ placere & probari annitor. Votis etiam apud Deum contendens, ut Pater ille Jeſu Chriſti, Spiritum ſuum cum omnibus quæ expediunt bonis, in dies magis magiſque effundat, vitamque in Reipublicæ & in ea Eccleſiæ incolumitatem, quam diutiſſime proroget

Dabam Lugd. Bat. ipſis Id.
Aug. anno partæ ſalutis 1637.

Nobilitati & Amplitudini veſtræ: cujus cliens permanere gaudeo

C. L'EMPEREUR AB OPWYCK.

סדר נזיקין

Ordo Damnorum.

בבא קמא

Codex Primus.

Cap. 1. § 1. *Damnorum fontes, bos; puteus; depaſcens; & incendium: eorumque inter ſe diſcrepantia & convenientia. Annotat.* (1) *Mos Talmudiſtarum omnia ad certa capita revocandi. Eadem dicta* אבת patres; *quæ eò reducuntur* תולדות generationes. *quæ ex prioribus jura ſua recipiunt, niſi diſtent longius.* (2) *Ad fontes iſtos tantum revocari damna, quæ ſemper perfectè compenſanda. Quid bos hoc loco ſit. Ubi primò inceſſus conſideratur. Quid* רביצה & בעיטה. *quæ ad inceſſum pertineant.* שליף *quid.* כרצוף. *Illuſtratur Mag. ſententia ex ff.* Si quadrupes. *l.* 1. §. 9. Sive autem. (3) *Puteus quæ complectatur.* (4) *Depaſcens quò ſe extendat, quid primò contineat. Obadias à Chal. expoſitus.* (5) *Incendium quò traducatur. Compenſatio damni duplex, & in quibus. Quî varietur.* (6) *Fontes damnorum plures ſunt ob cauſam dupl. Explic. Ex.* 21. 33. *Bos & depaſcens quatenus diſtinguantur. Quid Talm.* הרי. (7) *Ambulando quæ nocere dicantur. Phraſis* לא ראי זה כראי זה (8) הצד השוה. *Membra diviſionis Miſnicæ collata cum jure Rom. è Cod. li.* 3. *tit.* 35. *leg. fin. è Dig. li.* 9. *tit.* 2. *l.* 28. *item li.* 43. *l.* Si filius. *è ff. Ad le. aqu. l.* 27. §. 8. Si quis. (9) שלם *quid. Explicatur Ex.* 22. 5. *Optimum agri & vineæ quomodo rependatur, & in quibus. Antiquorum de eo ſententiæ. Ad communem cum Hebræis æquitatem reſpicere Rom. Dig. li.* 9. *t.* 1. *princ.*

פרק א ארבע אבות נזיקים השור והבור והמבעה והבער לא הרי השור כהרי המבעה ולא הרי המבעה כהרי השור ולא זה וזה שיש בהם רוח חיים כהרי האש שאין בו רוח חיים ולא זה וזה שדרכן לילך ולהזיק כהרי הבור שאין דרכו לילך ולהזיק הצד השוה שבהן שדרכן להזיק ושמירתן עליך וכשהזיק חב המזיק לשלם תשלומי נזק במטב הארץ :

1. Quatuor ſunt damnorum (1) fontes: (2) bos; (3) puteus; (4) depaſcens; incendium. (5) Non ita ſe habet bos, ut depaſcens; nec depaſcens, ut (6) bos, nec hic, & ille, in quibus eſt vitalis ſpiritus, ut ignis qui ſpiritu vitali deſtituitur; nec denique hic & ille, qui ambulando ſolent nocere, (7) ut puteus qui non ſolet ambulando nocere. Conditio æqualis (8) in iſtis hæc eſt, quod nocere ſoleant, iiſque attendere debeas: & quum horum aliquo damnum infertur, lædens teneatur damni pretium (9) ſolvere è præſtantiſſimo proventu.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבעה אבות נזיקין *Quatuor patres damnorum*, quia omnes habent generationes ſuas, ideo vocantur *patres*. השור *bos*, puta pedem quo beſtia inter eundum infert damnum, uti ſcriptum eſt Exod. 22, 4. ושלח את בעירה Exponit Beraita ושלח indigitat conterere *pedem*, ſic dictum eſt Jeſ. 32, 20. משלחי רגל שור והמור *Generator pedis* eſt damnum quod inter eundum intulit corpore ejus, aut capillitio ejus inter eundum, ut vaſa adhæſerint illi, quæ attraxerit, & fregerit; vel etiam onere ipſi impoſito, aut collari.

והבור *Et puteus*, ſi quis aperuerit puteum in loco publico, & inciderit in eum bos, aut aſinus, & mortuus fuerit, ſi puteus decem palmos altus fuerit; aut animal paſſum fuerit damnum, ſi infra decem palmos fuerit, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 34. כי יפתח איש בור וגו׳ *Generatio putei* eſt ſputum & mucus ejus, poſtquam poſuerint eum in loco publico, & damnum intulerint.

והמבעה *Et depaſcens*, puta dente, ſi beſtia ejus comederit in agro proximi, uti ſcriptum eſt Exod. 22. 4. ובער בשדה אחר Dens autem vocatur מבעה, eo quod interdum tectus eſt, interdum vero detectus eſt, a radice בעה *quæſivit*, ſic Obad. 6. נבעו מצפניו ubi in Targum dicitur אתגלין מטמורוהי Sed *generatio dentis* eſt ſi ſcalpſerit ad parietem in commodum ſuum, uti quadupedes ſolent ſcalpere, & frangere parietem; aut, ſi arroſerit fructus in commodum ſuum.

וההבער *Et incendium*, hoc eſt ejuſmodi incendium quod diſperſit ſe, & damnum intulit, uti Scriptum eſt Exod. 22, 5. כי תצא אש וגו׳ ונאכל גדיש או הקמה או השדה Cæterum *generatio ignis* eſt lapis ejus, culter & onus ſi impoſuerit tecto, & ceciderint vento mediocriter flante & damnum intulerint, ut ignis vento ſolet agitari. Quod autem doctor Miſnicus non enumeravit damnum illatum eorum inter patres damnorum, ejus ratio eſt, quia tantum loquitur de damnis quæ inde a principio eorum conſtituta ſunt, nimirum, quæ ab initio in integrum reſarciri debent; ſed non loquitur de ſimplicibus, quæ deinceps conſtituta ſunt.

לא הרי השור כהרי המבעה *Non ita ſe habet bos, ut depaſcens*, ſenſus eſt, ſi Scriptura tantum dixiſſet *bovem*, inde non doceretur *depaſcens*, nam dixiſſemus, ob pedem, cujus damnum ordinarium eſt, condemnavit lex; at ob dentem, cujus damnum non ordinarium eſt, non condemnavit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארבעה אבות נזיקין *Quatuor ſunt damnorum fontes*, cujuſmodi damna proveniunt ab hominum bonis. השור *bos*, puta pedem bovis, quo damnum intulit inter eundum. והמבעה *& depaſcens*, puta dentem quo damnum intulit inter edendum & vocatur quidem *Dens* hoc nomine, quia quærit id quod edere deſiderat, quemadmodum dicitur Obadiæ 6. איך נחפשו עשו נבעו מצפניו

לא הרי השור כהרי המבעה *Non ita ſe habet bos, ut depaſcens*, ſenſus eſt quod ratio, ob quam neceſſe erat ut ſcriptura hæc damna ſigillatim enumeraret, [illegible], quod unum ab altero doceri non poterat per argumentum a minori ad majus, quia in uno continetur cauſa quæ non continetur in altero, ſecundum hoc argumentum, quo modus lædendi qui fit ope pedis, cujuſmodi damnum ordinarium eſt, non ita ſe habet ut modus lædendi, qui fit ope dentis, cujuſmodi damnum non eſt ordinarium. Neque modus lædendi ope dentis, quo utilitatem capit è damno, eſt ut modus lædendi ope pedis, quo non capit utilitatem è damno. Neque modus lædendi eorum quæ gaudent ſpiritu vitali, idem eſt in ſingulis, quemadmodum modus lædendi qui fit per ignem, qui non gaudet ſpiritu vitali. Neque modus lædendi idem eſt in iis animalibus quæ inter eundum damnum inferre ſolent, ut in iis quæ non ſolent damnum inferre inter eundum, uti ſe habet modus lædendi qui fit ope putei, qui non infert damnum inceſſu. Quandoquidem ergo in uno continetur quod non continetur in altero, propterea neceſſarium erat ut Scriptura ad ſingula pronunciaret quod tenebantur damno. Cæterum hæc neceſſitas non eſt tanti, nam ſi Scriptura jus adſcripſiſſet puteo, & uni ex aliis tribus, tum duo reliqua intelligi potuiſſent per argumentum a pari deſumptum, uti diximus. Sed diviſit ea Scriptura in quatuor jura, ut demonſtraret cujuſlibet ſpeciei jus differre, ut, dens & pes ad liberandum eum in loco publico, puteus, ad liberandum in eo vaſa, ignis, ad liberandum in eo abſcondita, quæ deinceps exponentur. Verum non erat neceſſe inter אבות *Patres* numerare *cornu*, quia in eo eſt differentia convicti & innocentis quemadmodum exponit Scriptura.

הצד השוה שבהן שדרכן להזיק ושמירתן *Conditio æqualis in iſtis eſt, quod nocere ſoleant, iiſque attendere debeas*, vult dicere, cujuſcunque natura eſt ut damnum inferat, & illius

navit lex; &, ſi Lex tantum dixiſſet *dentem*, dixiſſemus quod ob dentem in cujus damno utilitas continetur condemnavit, at ob *pedem*, in cujus damno non continetur utilitas, non condemnavit. Et, ſi lex tantum dixiſſet *pedem & dentem*, & non addidiſſet *ignem*, dixiſſemus, ob dentem & pedem, in quibus continetur ſpiritus vitalis, condemnavit; ſed ob ignem, in quo continetur ſpiritus vitalis, non condemnavit. Et, ſi hæc tria dixiſſet lex, & non addidiſſet *puteum*, dixiſſemus ob hæc tria quidem condemnatum eſſe quia extendere ſe & damnum inferre ſolent; ſed puteus, qui non ſolet extenderet ſe & damnum inferre, non condemnatus eſt ab illo, propterea neceſſum erat ut omnium mentionem faceret. In Gemara concluditur, quod, ſi lex tantum mentionem feciſſet putei, & unius cæterorum trium, tum intelligerentur cætera excepto damno cornu, per argumentum a pari deſumptum quod continetur in illis, quorum conſuetudo eſt inferre damnum; & hæc omnia non forent neceſſaria, niſi quatenus in jure differunt, ut in uno contineatur quod non continetur in altero; dens ergo & pes liberi ſunt in loco publico, quod ita ſe non habet cum puteo, & igne; puteus autem juxta Legem liberat hominem & vaſa, quemadmodum ſcriptum eſt, Exod. 21, 34. ונפל שמה שור או חמור Quæ ita exponimus, bos, non homo, aſinus, non vaſa; quod non ita comparatum eſt cum cæteris patribus damnorum. Ignis vero liberat cum qui abſcondidit pannos abſconditos in acervo, tum is qui incendium fecerit, liber eſt, uti ſcriptum eſt Exod. 22, 5. או הקמה quemadmodum ergo meſſis abſcondita eſt, ſic etiam quicquid abſconditum eſt; & in reliquis damnorum patribus, non liberat jus abſconditi. הצד השוה שבהן שדרכן להזיק ושמירתן *Conditio æqualis in illis eſt, ut nocere ſoleant & illis attendere debeas*, etiam ego adducam quodcunque nocere ſolet, & cujus cuſtodia tibi demandata eſt, id eſt, ut poſſeſſor illius quod nocuit teneatur damnum reſarcire. במיטב הארץ *è præſtantiſſimo terræ proventu*, è præſtantiſſimis bonis, ſi reſarciverit damnum, tenetur ſolvere, uti ſcriptum eſt Exod. 22, 5. מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם Cæterum ſi mobilia dare velit, fundamentum nobis eſt omnem rem bonam eſſe, & optimam, ita ut, ſi non poſſit vendi in hoc loco, in alio vendi poſſit, & ipſi dare poſſit quicquid voluerit, etiamſi ſint furfures. Hoc autem intelligitur de damnis, ſed creditori, ſi ipſi ſit pecunia, imponimus ut ſolvat pecuniam; & ſi ipſi non ſit pecunia, mobilia dare poteſt. Et ſi è terra ipſi ſolvere velit, dabit mediocre. At ſi quis mercenarium conduxerit, tenetur ipſi pecunia ſolvere, & ſi non ſit ipſi pecunia, idcirco bona ſua vendere debet donec ipſi ſit pecunia qua ſolvere poteſt.

lius cura tibi incumbat, ſi intulerit damnum, tum is in cujus poteſtate eſt id quod damnum intulit, tenetur reſarcire damnum optimo terræ proventu, uti ſcriptum eſt Exod. 22, 4. מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם ſed hoc jam expoſuimus in tractatu Gittin capite quinto. Habent ergo hi patres ſuas generationes, ſic generatio pedis eſt, ſi damnum intulerit corpore ſuo, aut capillitio, inter eundum. Generatio dentis eſt, ſi ſcalpſerit parietem in commodum ſuum, & ſi fructus maculaverit in commodum ſuum. Generatio incendii eſt lapis ejus, culter ejus, & onus quod poſuit in ſummitate tecti, & ceciderunt vento flante ordinario, & damnum intulerunt. Generatio putei eſt, ſaliva, & ſputum ejus, ſimiliaque; quæ fundamenta eorumque generationes exponentur deinceps.

L'EMPEREUR Talmudiſtæ in conſtitutionibus ſuis ea quæ tractant ad ſumma capita revocare ſolent: non quod ſingula iſtis capitibus ut generibus contineantur; ſed eò ſaltem hac ratione referantur, ut quid de ſingulis judicandum ſit ex iſtis ſummis capitibus liqueat. Quæ idcirco אבות, ac ſi *patres* dicerent, nuncupant: ſicuti ea quæ inde dijudicantur & profluunt, iiſdem dicuntur תולדות *generationes*. Hinc codice *Schabbath* f. 22. p. 1. circa medium, אבוהו דכולהו דם *pater omnium iſtorum ſanguis eſt*: quia uti gloſſa explicat, שילמדו כולם ממנו *ex eo diſcuntur omnia*, quorum iſtic mentio. Quod ſi autem illæ תולדות longius à ſuis אבות diſtent, alia ſæpe jura recipiunt: prout ea de re videre eſt Judæorum judicia in commentariis ad c. 2. Haggæi, vers. 13. Sed nobis de ipſis ſermo eſt, quatenus aliorum ex aliis jura ac conditiones patefiunt. Ut liquet è Maimonide t. 4. l. 1 c. 2. *Iad*.

Itaque in damnis explicandis quatuor hoc loco אבות *patres*, conſtituuntur: bos, puteus, depaſcens, incendium. Non quaſi huc damna, de quibus in ſequentibus aget author, omninò revocari queant (nam cum per bovem, ejus pedem intelligant Talmudiſtæ, quid de cornu, quo pauperies facta fuerit, dicendum?) ſed iſta omnia quæ ſemper (etſi non ubique, uti de dente & pede, nocentibus in loco publico, liquet è Gem. f. 5. p. 1. hujus codicis Babæ Kamæ) perfectè compenſari debent: quum bos cornu feriens quandoque (ut ſi petulcus eſſe ignoretur) tanta mulctæ non teneatur. Unde in Gemara legitur: במועדים מתחלתם קמיירי בתמים ולבסוף מועדים לא קמיירי, *de iis quæ ab initio convicta ſunt* (ideoque totum damnum compenſare debent) *docet, de innocentibus tandemque convictis non docet.* Quæ ſint animalia convicta, quæ innocentia, poſtea liquebit. Quum ergo in Miſna noſtra primo loco ponitur bos, pedem intellige omnium interpretum judicio: ubi enim pauperies à jumento facta deſcribitur, id ejus membrum concinnè totius beſtiæ nomine notari putant, quod ipſis in nocendo commune eſt. Et quum damnum pede datum ut fontem conſtituunt, inceſſum conſiderant, ſi fortè quid inter eundum frangat & conculcet. Atque, תולדות *generationes*, ſive conſectaria hîc quoſdam male ſtatuiſſe בעיטה & רביצה (refragante cum aliis Maim. c. 1. §. 10. in *Iad*. t. 4.) docet Gemara. Quorum illo notatur, ſi quando progreſſum jumentum rei alicui incumbat eamque confringat; hoc verò, ſi recalcitrando frangat.

Melius alia proponi ſolent. Veluti ſi incedens jumentum lædat (inquit Gemara) בשליף שעליה במתכביא שבפיה כזוג שבצוארה, *onere ſibi impoſito, fræno oris ſui & jugo quod collo ſuo impoſitum ſit.* (Iſtud שליף in Aruch exponitur אוכף *Ephippium*, & משאוי, *onus*. Poſteriori modo accipio: quia pro eo hîc alius habet מרצוף, quo *magnus ſaccus ad merces deferendas* deſignatur.) Huc referri poſſet è ff. *Si quadrupes*. l. 1. §. 9. *Sive autem corpore ſuo pauperiem quadrupes dedit, ſive per aliam rem quam tetigit quadrupes; hæc actio*, de qua ibidem, *locum habebit. Ut puta ſi plauſtro bos obtrivit aliquem, vel alia re dejecta.*

(3) Sic ubi de puteo agunt in Gemara, ad eum referunt ut conſectarium, ſi quis כיחו, *ſputum ſuum*, aut ניעו, *mucum* narium in terram dejiciat, quibus lubrica reddatur via ut alius prolabatur: hunc enim caſum cum eo conferunt, ubi quis in puteum incidit.

(4) Sequitur מבעה, *depaſcens* pecus, & à pleriſque (ut Gemaræ diſputationes prætermittam) ad dentem applicatur, quo pecora depaſci arva ſolent. Expoſitionis ratio in Gemara affertur hæc, quod Obadjæ vers. 6. hæ voces נבעו מצפוניו in paraphraſi M. Joſephi reddantur אתגלין מטמורוהי, *manifeſtantur abſcondita ejus*, dentes verò in agro depaſcendo jam tegantur, jam denudentur. Præfero tamen Maimonidæ rationem, מבעה de dente intelligi, quia dente pecora quærunt & evellunt herbas: magis enim cum vocis proprietate convenit. Ad hanc autem pauperiem quam quadrupes dentibus facit, tanquam conſectarium referunt damnum, quod corpore ſuo dat ubi ſeſe ſcabit, & parieti affricat, qui inde quandoque læditur; vel arbori eo modo nocet.

(5) Tandem quartus fons proponitur, incendium: ubi ignis metam frumenti aliaque abſumit. Quò tanquam תולדות revocant damna ab iis data, qui lapides, cultros, onera ac ſimilia ita in ſummo tecto relinquunt, ut רוח מצויה, *vento ordinario*, dimoveri inde queant: namque iſtis in publica loca decidentibus, variis damnis occaſionem præbent. Hinc jam patet, quid quatuor illis fontibus damnorum, ſive אבות נזיקים deſignetur; & quî ad ſingulos fontes ſive capita, alia multa reducantur, quæ illorum jura ſequuntur & conditionem imitantur. (Quamvis & hic mulctæ ratio ac conditio ſæpè diverſa ſit: quatenus jam convicta cenſentur animalia ad hæc vel illa opera,

ad

ad alia non item Quòd in præcedentibus exemplis expendendum ex Maim. cod. נזקים c. 1. §. 5. vel quod שנוי, *mutatio*, in facto interveniat: ut in quibuſdam exemplis c. 2. hujus cod. §. 1.) deinde præter iſta damna eſſe quidem alia; ſed quæ perfectam compenſationem nonniſi certis caſibus requirant.

(6) Cæterum ne quis excipiat, unicum fontem, vel ſalſem illorum quoſdam ſufficere, quò deinde reliqua damna & pauperies (ut loquuntur leges Romanæ) revocentur; pergit in hac Miſna D. Judas, & ſingulos fontes neceſſarios eſſe indicat. Inter ſe differre, ideóque ad unum vel pauciores, quam deſignaverat, referri non poſſe docet: quatenus non ſolum ipſorum natura eadem non eſt; ſed etiam jura in iis obſervanda differunt. Etenim uti ſolent Magiſtri ex una ſpecie colligere aliam; hîc una ſpecies ſufficere videri queat: ſed ilicò daretur exceptio. Ex. gratia, אי כתב רחמנא שן הוה אמינא שן דיש הנאה להזיקה חייב רגל דאין הנאה להזיקה אינו חייב *Si ſcripſiſſet Miſericors illud de dente; dicerem, dentem, quia percipitur commodum ex damno inde dato, obſtringere; pedem, quia nulla ex ejus damno utilitas, non obſtringere.* Cujuſmodi plura in hac materia proferri poſſent. Huc accedit, quod in iſtis fontibus damnorum non ſit eadem juris ratio. Nam, verbi gratia, Deus hic in Gem. f. 5. putei mentionem ita feciſſe dicitur לפטור בו את האדם, *ut eo excipiat hominem*: quia Exod. 21. 33. legitur, *Ceciderit illuc bos, aut aſinus.* Unde concludunt, ſi homo ceciderit, qui prævidere potuit, alterum illum non teneri. Itaque ob hæc & ſimilia diſtinctè ſingula proponuntur: cum hic quædam ita excipiantur, quæ alibi non item. Cæterum bovem quum a depaſcente diſtinguit, id de pede incedentis bovis, & dente bovis depaſcentis accipe, (ut è dictis ex parte liquet) nempe pauperiem pede datam, illi quæ dente fit eſſe diſſimilem Porrò phraſin quod attinet, de הרי dici poſſet, non eſſe Chald. *ecce*, ſed quod Talmudici per ראי efferunt ex eadem radice: niſi quod הרי ſit ex Hiphil. id confirmatur è phraſi ſeq. הצד השוה; ſi conferas noſtram verſionem Halichoth Olam, inde à pag. 127. Quod ubi feceris, nullum erit de eo dubium.

(7) Ubi autem inquit, *hic & ille qui ambulando ſolent nocere*, bovem incedentem ac depaſcentem intelligit, & ignem qui ſerpendò & ulteriora conſumendò ambulare videtur: quem utrumque diſtinguit à puteo; utpote qui ſuo loco immobilis maneat. Iſtam differentiam in Gemara hac phraſi explicant, לא ראי זה כראי זה, *non eſt aſpectus hujus, ſicut aſpectus iſtius*: id eſt, ſtatus ac conditio utriuſque diverſa eſt. Quæ formula in argumentis comparatis eſt uſitatiſſima: ſiquidem iſtic poſt varias adverſus æqualitatem & ſimilitudinem exceptiones, tandem in iſta diverſitate, inæqualitate & diſſimilitudine convenientiam quandam eruentes ſubjicere ſolent, לא ראי זה כראי זה הצד השוה ש' *non eſt conditio hujus, ut illius; ſtatus æqualis eſt, quod, &c.* (de quibus conſule Clavem Talmudicam, ubi ejuſmodi omnia copioſè lectoribus propoſui.)

(8) Quemadmodum etiam hoc loco, licet nulla ſit argumentatio; poſterior formula uſurpatur, quum dicitur הצד השוה, *latus æquale*, id eſt, communis ſtatus ac conditio, ſive jus æquale quod in quatuor dictis fontibus reperitur. Fortean lectoribus non ingratum erit, ſi hæc Judaici juris in damnis diviſio cum juris Romani diviſione conferatur in eadem materia. Hîc ejuſmodi expreſſam in quatuor membra diviſionem mihi non ſuccurrere fateor; attamen ſingula reperiuntur. & quidem primum ac tertium ſuperioris diviſionis membrum in prima differentia ab autore conjunctum, id eſt bovem pede denteque lædentem quod attinet; confer ultima verba notæ ſecundæ, item ſententiam iſtam, ubi Diocletianus & Maximianus ita ſcribunt, *De his quæ per injuriam depaſta contendis, ex ſententia legis Aquiliæ agere minimè probiberis:* Cod. li. 3. tit. 35. le. fin. Et hæc verba, *Ex ſententia*, ſatis oſtendunt, quemadmodum Judæi certa habebant capita, unde de reliquis judicabant; ita Romanis non fuiſſe omnia legibus certis definita, ſed alia ex aliis deducta etiam fuiſſe. Hoc verò loco totam legem, *Si quadrupes pauperiem*, è Digeſt. li. 9. tit. 1. non produco: quia lex iſta hujuſmodi etiam caſus continet, qui hac Miſna non comprehenduntur. Porrò reliqua duo, *puteus, incendium*, ab iiſdem etiam conſiderantur, ut damnis occurratur: puteus quidem ſive foſſa Dig. l. 9. tit. 2. l. 28. *Qui foveas, urſorum, cervorumque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus fecerunt, eóque aliquid decidit, factumque deterius eſt, lege Aquilia obligati ſunt.* Item ff. li. 43. leg. Si filius: *Præterea ſi foſſam feceris in ſylva publica, & bos meus in eam inciderit, agere poſſum, &c.* Denique de incendio in Romanorum legibus agi, nemo ignorare poteſt qui vel hæc verba legerit, ff. Ad legem Aquiliam leg. 27. §. 8. *Si quis inſulam voluerit meam exurere, & ignis ad vicini inſulam pervenerit; Aquilia tenebitur etiam vicino.*

(9) Ad mulctam quod attinet, ea hic in Miſna noſtra irrogatur, quæ ſacris literis definitur: ſiquidem Deus Exod. 22. 5. ita præcipit, *Si quis depaſcens agrum aut vineam immiſerit pecus ſuum quod paſcat in agro alterius; optimo agri ſui & optimo vineæ ſuæ rependito.* Nam compenſatio ex optimo & præſtantiſſimo in una quidem damni ſpecie præcipitur; ſed analogicè hanc ad reliquas enumeratas ſpecies extendunt. Ideò in genere Abrabaniel ad locum Exodi מכאן אחז"ל הנזקין שמין להם בעידית ותורה לומר כשהוא רוצה לפרע ישומו הדבר הנזק כאלו הוא שוה למבחר מה שימצא למזיק, *Hinc ajunt S. L. M. Damna æſtimant præſtantiſſimo: id eſt, quum is rependere vult, æſtimant rem damnum paſſam, ac ſi æquaret digniſſimum quod invenitur penes damni authorem.* Porrò quia verba legis divinæ, cum dicitur מיטב שדהו ומיטב כרמו ישלם, ambigua videntur; ideò uti hic in Gemara f. 6. legimus פליגי רבי ישמעאל סבר בניזק שיימינן ורבי עקיבא סבר במזיק שיימינן. *Diſſentiunt. Doctor Iſmael exiſtimat, nos æſtimationem facere in bonis damnum paſſi; at D. Akiba exiſtimat nos æſtimationem facere in iis quæ ſunt authoris damni.* Itaque ſicut apud Latinos dicitur, *rependere damna*, id eſt, aliquid pro damnis, & *rependere præmium*; ſic etiam apud Ebræos שלם duobus modis adhibetur. unus *rependere optimum* ad eum retulit qui damnum paſſus erat, ut licet optimum agri & vineæ depaſtum non eſſet; tamen ne minus reciperet quam amiſiſſet, reſtitutio ad optimum & pretioſiſſimum conformaretur: alter verò lædentis agrum deſignari autumavit, ſcilicet eum hac lege teneri, ut ex præſtantiſſimo ſuo rependat, ne ullo modo alter minus quam amiſerit, recipiat. Verumenimverò diſtinctionem adhibet Gemara, cum inquit f. 7. p. 2. כל מלי מיטב הוא דאי לא מזדבן הכא מזדבן במתא אחריתי לבר מארעא דליתיב ממיטב כי היכי דלקפוץ עלה זבינא. *Omnes res cenſendæ optimum; quia ſi non venduntur hic, venduntur in civitate alia: excepto agro, quem compenſare debet optimo, quò maturet in ipſo venditionem.* Hoc ſibi Doctores iſti volunt, in hunc ſenſum Dei verba, *optimo agri, optimo vineæ*, accipienda; ſi pro agri vel vineæ proventu ſolvatur, præſtantiſſimum agri & vineæ dandum eſſe, quò ſtatim in ipſo agro vel vinea adhuc remanens fructus vendi queat: at ſi damnum in mobilibus quis compenſet, quodlibet cenſeri optimum; quia ſi pretium conveniat, vel hic vel alibi, quò facile transfertur, vendi poteſt. cum in agro & vinea ſecus ſe res habeat: utpote quorum pretium ſæpe vilius ſit, nec ita commodè transferatur; quamvis agri læſi ſpatium æquale ſit agro, quo compenſatio inſtituitur. Sanè hujus damnum non ſemper alterius, i. lædentis ſegetibus aut uvis compenſari poſſe, in confeſſo eſt: quandoquidem lædens aliquando agrum non habet. Quocirca illa Miſnæ explicatio fundamento non deſtituitur. Non tamen de nihilo eſt, quod *de optimo agri, &c.* in lege ponatur: quia ubi quis pretium pecunia præſtare nollet, facile exciperet ſe fruges frugibus compenſare velle; & deteriores, licet ejuſdem quantitatis, rependeret. Cujuſmodi rationem bene expreſſit D. Bechai comment. in Pentateuchum quatern. 15. f. 4. col. 2. מן העדית שאם היית אומר בבינונית או בזבורית יהיה כל אחד ואחד גוזל את חברו עדית שלו וישלם מן הזבורית Ex optimo: *nam ſi diceres, ex mediocri,* או מן הבינונית *aut è viliſſimo; unuſquiſque proximo ſuo eriperet optimum ipſius, & è viliſſimo, vel è mediocri rependeret.* Quamvis ergo caſus hujuſmodi darentur, ubi pecuniâ vel aliis modis pretium æquale reſtituerent; ſi quis agro agrum, i. ejus proven-

ventum læſum compenſare poſſet, optimo proventu id fieri oportebat: quò ſemper & ubique injuſtitiæ obviam eundum oſtenderetur. Eoque etiam collimarunt leges Romanorum: uti videre eſt Digeſt. l. 9. tit. 1. in principio. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, actio ex lege duodecim tabularum deſcendit. quæ lex voluit: aut dari id quod nocuit, id eſt, animal quod noxiam commiſit; aut æſtimationem noxiæ offerre. Noxia autem eſt ipſum delictum.* Et quamvis hic de omnibus Miſnæ noſtræ capitibus non agatur (licet alia etiam comprehendantur) quin in cæteris etiam parem reſtitutionem exegerint, dubium non eſt: idque docent leges citatæ in præcedentibus.

§. 2. *Quis damni author ſtatuatur. Ultimum in damno reatum inducere. In quibus facultatibus & ubi datum damnum compenſandum. Annot.* (1) הכשרתי *duas admittit expoſitiones. Damnum ſtabilire quomodo dicatur.* (2) *Damnum & pauperiem præſtandam ab eo tantum, qui ultima cauſa fuit. Quod ex legibus Romanis rejiciendum.* (3) *Facultates in quibus non eſt* מעילה. (4) בני ברית. *De damno iis dato qui tales non ſunt.* (5) מיוחדים *varie acceptum.* (6) *Locorum diſtinctio in damno reſtituendo attendenda. Confirmatur Dig. li. 9. t. 2. l.* Quintus (7) *In communi etiam ditione læſi & lædentis, diſtinctio adhibenda.*

ב כל שחבתי בשמירתו הכשרתי את נזקו
הכשרתי במקצת נזקו חבתי בתשלומי נזקו כהכשר
כל נזקו נכסים שאין בהן מעילה נכסים
של בני ברית נכסים המיוחדים בכל מקום
חוץ מרשות המיוחדת למזיק ורשות הניזק והמזיק
וכשהזיק חב המזיק לשלם תשלומי נזק במיטב הארץ:

2. Cujuſcunque curam gerere teneor, ab eo illatum damnum (1) ſtabilio. quum in eo partem (2) damni ultimam ſtabilio, ejus damnum præſtare debeo, ac ſi totum ejus damnum ſtabiliviſſem. In facultatibus in quibus non eſt (3) prævaricatio, facultatibus (4) fœderatorum, facultatibus (5) certarum perſonarum paſſim, extra ditionem lædentis (6) propriam, & ditionem læſi & (7) lædentis communem; ubi alicui nocetur, nocens damni pretium ſolvere tenetur præſtantiſſimo proventu.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחבתי בשמירתו הכשרתי את נזקו *Cujuſcunque curam gerere teneor, ab eo illatum damnum ſtabilio*, ſenſus eſt, cujuſcunque rei quam cuſtodire debeo, ejus damnum ego diſpoſui, ſi non cuſtodivero eam prout oportet, & damnum intulerit, ego reputor eſſe is qui illud damnum paravi, & propterea reus ſum, ut, ſi quis tradiderit bovem ſuum ſurdo, ſtulto, aut parvulo, reus eſt, quia cura bovis ipſi demandata erat, & non curaverat quemadmodum oportebat.

הכשרתי במקצת נזקו חבתי בתשלומין *Quum in eo partem damni ultimam ſtabilio, ejus damnum præſtare debeo*, ut, ſi partem damni paravero, etiamſi non totum diſpoſuero, reus ſum, perinde ac ſi totum diſpoſuero; ut, ſi quis effoderit puteum novem palmorum in loco publico, & alius quiſpiam eum perfecerit ad decem palmos, ac in eum inciderit bos, aut aſinus, & mortuus fuerit, tum ultimus reus eſt; etſi enim tantum damni partem paraverit, cenſetur tamen totum intuliſſe damnum, quia novem palmis non involvitur beſtiæ mors.

נכסים שאין בהן מעילה *facultates in quibus non eſt prævaricatio*, ob quæ bona teneor ſolvere damnum? ob bona in quibus non continetur prævaricatio, nimirum, bona quæ non ſunt ſancta; nam ſi damnum intulerit bonis ſanctis, non tenetur ſolvere, uti ſcriptum eſt Exod. 21,35. שור רעהו *bos proximi ejus*, non bos ſanctitatis; idem obtinet in reliquis damnis.

נכסים של בני ברית *facultates filiorum fœderatorum*, nam ſi bonis gentium intulerit damnum, liber eſt. נכסים המיוחדים *facultates certarum perſonarum*, cujuſmodi ſunt poſſeſſores particulares, nam ſi bonis communibus damnum intulerit, liber eſt.

חוץ מרשות המיוחדת למזיק *excepta poteſtate lædendi particulari*, quocunque in loco bona ejus damnum intulerunt bonis proximi ejus, is cujus bona damnum intulerunt, reus eſt, extra poteſtatem particularem lædentis, ut, ſi bos illius qui læſus eſt intraverit locum poteſtatis particularis lædentis, & bos lædentis ei nocuerit, lædens immunis eſt; quia ei dicere poteſt, *tuus bos quid quærebat in loco meæ ditionis?* Et hoc ita intelligendum eſt eo quod illi damnum intulerit ope bonorum, ſed ipſe lædens, ſi proximo nocuerit, etiam in ditione ſua, reus eſt; quia læſus ei dicere poteſt, *bene habeat, ut tibi liceat abigere, ut autem noceas, tibi non licet nocere.*

ורשות הניזק והמזיק *Et ditio læſi, & lædentis*, ut, ſi atrium pertinuerit ad ambos, & eorum unius bos damnum intulerit huic atrio ope dentis, aut pedis, immunis eſt. Sed hoc ita accipiendum eſt ſi hoc atrium quoque bobus deſtinatum fue-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verbum הכשר quod in hac Miſna occurrit, dicitur de præparatione rei ejusdemque diſpoſitione ad recipiendum aliquem ritum, quemadmodum expoſuimus in principio tractatus Erubin. Dicit autem doctor Miſnicus, quod quicquid tenetur ad curam habendam ut non inferat damnum, diſpoſitum ſit, ita ut quocunque tempore damnum intulerit, etiamſi illud poſſeſſore inſciente factum fuerit, tenetur tamen ad ſolutionem, quandoquidem ejus non habuit curam; & hoc eſt quod vult quando dicit הכשרתי במקצת נזקו.

Sic etiam quicquid parat damni partem, reum eſt, perinde ac ſi totum paraſſet damnum, uti verbi gratia de puteo diximus, ob quem non dicetur reum id quod reum eſſe debet propter damnum putei, niſi donec decem palmos altus fuerit, & deinceps cum perfecerit ad decem, res ſe habet perinde ac ſi effodiſſet eum ab initio; & hoc eſt quod vult quando dicit, הכשרתי במקצת נזקו חבתי בתשלומין Deinde vero quinque ponit conditiones, dicitque, quod homo non tenetur reſarcire damnum quod e bonis illius provenit, ſi una e quinque illarum ſpecierum defecerit; quarum prima eſt, ne bona illa ad ſanctitatem Templi pertineant, nam ſi bos illius fuerit ſacrificium expiationis pro peccato, aut ſacrificium pro reatu, & damnum intulerit, poſſeſſor nullius rei condemnatus eſt, & hoc eſt quod vult quando dicit, נכסים שאין בהן מעילה Nam ſi quis utilitatem aliquam ceperit e rebus ſanctis, tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Secunda eſt, ut is qui læſus eſt, ſit filius fœderis, ſive fœderatus, at ſi bos Iſraëlitæ cornu petierit bovem gentilis, non tenetur quicquam retribuere. Tertia eſt, ut bona illa e quibus damnum provenit, pertineant ad particulares poſſeſſores. Cæterum, ſi unus dixerit, *tuus bos nocuit*, & alter dixerit, *tuus bos nocuit*, & non conſtiterit quinam ex illis duobus bobus nocuerit; aut ſi bovem ſuum communis juris fecerit, ita ut eo tempore quo nocebat, non haberet proprium poſſeſſorem. non tenetur poſſeſſor damnum illud reſarcire. Verum ſi quis illum bovem receperit poſtquam nocuerit, acquiſivit eum juxta jus omnium rerum quæ acquiruntur communes. Quarta eſt, quod neceſſe eſt ut bos nocuerit extra ditionem lædentis propriam, ſed ſi bos Rubenis intraverit domicilium Simeonis læſi, Simeon nullatenus tenetur, quia dicere poteſt. *bos tuus quid quærit in loco ditionis meæ?* & ſi ipſe Simeon nocuerit illi, nimirum ſi vulneraverit eum, & interfecerit, tenetur ad ſolutionem, quia illi dicere poteſt, *licet quidem tibi abigere illum, ſed ipſi nocere non licet.* Quinta eſt, ſi damnum illatum fuerit in loco ditionis utriuſque, nimirum, ſi atrium pertinuerit ad lædentem & læſum ſimul, & bos ejus

fuerit; at ſi fructibus exponendis deſtinatum fuerit & nocue- ope dentis, aut pedis, reus eſt; & ſi cornu damnum intulerit, omnino reus eſt.

ejus nocuerit, in illo atrio, dente, aut pede, nihil debet; at ſi ope cornu nocuerit, debet, & ea conditione, ut atrium illud deſtinatum ſit fructibus, & unus e ſociis coëgerit bovem ſuum, ac nocuerit illic ope dentis, aut pedis, tenetur, etſi factum fuerit in ditione utriuſque; quando igitur omnes hæ conditiones impletæ fuerint, & nocuerit; lædens tenetur ſolvere illud damnum e præſtantiſſimo terræ proventu.

(1) L'EMPEREUR. In originali textu eſt הכשרתי *Rectum feci*, vel *direxi*: verum hoc loco nonnihil à communi ſignificatione deflectit, idque diverſimodè ſecundum diverſas interpretum ſententias: quæ hic non conveniunt. Quidam (ut ex Maimonide liquet initio Comment. ad codicem עירובין) hunc ſenſum eſſe tradunt, Eum, qui beſtiæ aliarumve rerum curam gerere debet, ſi ejus incuriâ contingat ut ab illis damnum inferatur, damnum hoc ſuum facere & in cauſa eſſe ut quod factum eſt revera non infortunium, ſed voluntarium damnum eſſe cenſeatur; licet ipſo ignorante datum ſit: ipſum enim occaſionem præbere ut quod damni legibus non ſubjiceretur, jam hujuſmodi eſſe ſtatuatur, in quod animadverti debeat. itaque cum ſtabilire damnum & *efficere* (quemadmodum loquitur Miſna) *ut non ſit* obliquum; ſed *rectum damnum*. Alii quamvis vocis proprietati magis adhærere videantur; nihilominus ab ipſius in Talmude uſu recedentes magis, ita enarrant, ac ſi id ſibi vellet Miſna, Cujuſcunque curam gerere teneor, ab eo illatum damnum corrigere, quodque depravavi rectum facere, & ad rectam juſtitiæ ac æquitatis regulam revocare, id eſt, damnum compenſare debeo.

(2) Addit Miſna, eum qui illo modo vel partem damni ſtabilit, id eſt, ex parte tantum damni & pauperiei cauſa fuit; totius damni teneri. Quod ſanè ſano modo accipiendum & intelligendum eſt; alioqui plurima abſurda ſecum traheret. ut ſi quis à te accenſum ignem qui nocere nequeat, ita augeat ut proxima quæque conſumat, tuum eſſe totum præſtare damnum; aut ſi puteum quem palmo vel pedis profunditate depreſſeras, alius ad decem vel ultra fodiat, tibi totum quod ſubſequitur damnum imputari. Quapropter in Gemara cum aliis exemplis, tum ſcamno legem declarant: ſi quinque in ſcamno ſedentibus accedat ſextus, cujus pondere aggravante ſcannum frangatur, damnum huic imputabitur; cum niſi acceſſiſſet, integrum manſiſſet. Nam ſi objiceret quis, ודלאו איהו נמי איתבר, *abſque eo fuiſſet, etiam frangendum* (ſcil. longiori temporis ſpatio) reſponderent, אי לאו את הוי יתבינן טפי פורתא, *niſi tu fuiſſes, men ri tempore ſediſſemus*: & illo inſtante, אי לאו אתון בהדי לא הוה מתבר *niſi vos fuiſſetis mecum, non fuiſſet fractum*; regererent alii, דבהדי דקאי סמך בהו תבר, *ſimulac adfuit ipſis, cum confregiſſe.* Ex qua diſputatione liquet, hanc legis mentem eſſe, non quemvis qui culpam participat tanti obligari quanti eſt damnum totum; ſed eum qui colophonem addidit. Quemadmodum vulgare hoc exemplum etiam oſtendit: ſi quis (ajunt) per alios depreſſo ad novem palmos puteo, decimum addat (cum hæc ſit demum juſta putei profunditas ex illorum definitione) is ubi in puteum aliquid decidens fractum fuerit, ad totum damnum compenſandum tenebitur. Ita D. Judas exiſtimat, ſi quis à decem hominibus ſingulatim percuſſus baculis ad ultimum ictum moriatur, hunc qui ultimum ictum infligit tantummodo teneri. At Romanorum leges ſecus ſtatuere mihi videntur: dig. lib. 48. tit. 8. leg. 15. *Nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat.* quæ ſententia cum R. Judæ opinione non convenit. Sed ut Miſnæ noſtræ magis congrua verba proferam, quæ ſcilicet ad quodvis damnum pertinent; Ad leg. Aqu. l. Qui occidit, §. *In hac*, generale dictum occurrit, *Et qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur.* Adeo ut ei ſoli qui rem perficit culpa non imputetur; ſed ſæpe iis etiam qui in opere perpetrando antecedentia fecere.

(3) Subjiciuntur deinde reſtrictiones quinque, ne mulcta commemorata ad quævis damna extendatur. Prima eſt, ut ea damnum patiantur in quibus non eſt מעילה, id eſt, ne conſecrata ſint: nam ſi quis commodum aliquod ex horum jactura ac detrimento percipiat, מעילה committere dicitur. Exceptionis ratio eſt, quod ejuſmodi delictum alio modo coërceatur: adduntque, Exod. 21. 35. ubi de bove læſo agitur, non dici bovem ſimpliciter; ſed *proximi ſui*; ne illa damni pœna ad factum ejuſmodi extendatur, quo bos ſacer læditur.

(4) Cum iſtis conſecratis unà excipiuntur facultates eorum qui non ſunt בני ברית, *υἱοὶ τῆς διαθήκης* (ut Petrus phraſin reddit act. 3.) *Confœderati*: non quod alia pœna damnum iſtis, qui Iſraelitis confœderati non ſunt, illatum puniatur; ſed quia iſtis alienis à fœdere nocens culpâ non teneatur ullâ, & inſons ex Judæorum mente cenſendus ſit.

(5) Requiritur etiam ut damnum paſſa ſint certarum perſonarum bona: etiam quæ lædunt; nam ſi quis הפקיר, *communem fecerit* bovem ſuum, ut occupantis eſſe queat, de damno à bove illato non tenetur. Maimonides aliud quoque innui autumat: iſta voce מיוחדים *ſingulares*, ſimul hunc caſum excludi, ſi duorum alteruter quidem nocuerit, ſed incertum ſit, uter damnum dederit, quod duorum proprietarii, alter in alterum culpam conferant. Sic enim certæ perſonæ factum imputari non poterit.

(6) Attamen ſi facultates læſæ ſint in loco privato lædentis, licet certarum ſint perſonarum, mulctam ſub finem poſitam non reſpiciunt: etenim non permittit æquitas, ut ſi bovi tuo in meam aream ingreſſo noceatur, ego tenear; quia ſecundum Gemaram dicere poſſem, תורך ברשותי מאי בעי, *bos tuus in mea ditione quid quærit*? Si tamen non bos meus tuo noceat, ſed ipſe ego, damni teneor: nam regerere poſſes, נהי דאית לך רשותא לאפוקי לאזוקי לית לך רשותא *ſit ita, ut tibi liceat abigere; ut noceas, tibi non licet.* Huic exceptioni optimè convenit cum verbis Pomponii Digeſt. li. 9. tit. 2. le. *Quintus.* §. 1. *quamvis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo ſi ſuum deprehendiſſet: quoniam, ſi quid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehenderit, non jure id includit: nec agere illud aliter debet, quam (ut ſupra diximus) quaſi ſuum; ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum ut ſuum recipiat.*

(7) Denique Miſna noſtra excipit, ne certarum iſtarum perſonarum facultates ſint tali loco qui duobus dominis communis eſt: ſi enim eo caſu unius bos bovi alterius noceat, illum ad alterius damnum compenſandum non teneri. Quod hac conditione obtinet, בלבד שתהיה הרשות משותפת ביניהם מיוחדת לפירות ולשורים אבל אם היתה מיוחדת לפירות ונכנס אחד מן השותפין והכניס בו שורו והזיק בשן ורגל חייב *Modo ut ditio utrique communis, fructibus & bobus ſit accommodata; ſed ſi deſignata ſit fructibus, & progreſſus ſociorum unus eo bovem ſuum introduxerit qui dente vel pede noceat, tenetur.* Quo docetur, ſi in locum ad alia quidem communem, non verò ad boves recipiendos, introductus bos noceat alii; damnum præſtandum eſſe. רשות, cujus aliquoties facta eſt mentio, locum denotat, qui in alicujus, vel quorundam, vel omnium poteſtate & dominio eſt. Ita רשות הרבים eſt *locus publicus.* Sed de hoc vocabulo alibi actum fuit.

§ 3. Taxatio rerum, quæ compenſari debent, coram judicibus fit. Teſtes cujuſmodi requirantur. De damno à mulieribus dato. Communio inter eum qui dat & patitur damnum. Annot. (1) Initium Miſnæ confirmatur ff. li. 2. t. 1. §. 2. שמאין. *Damni valor ad pecuniam in mobilibus revocatur. Mobilia veluti argentum. Taxatio argenti. (2) Argento æquivalens, quid. Pupilli è fundis debitum ſolvebant. quod mutarunt* גאונים. *(3) Teſtium conditiones. Etiam ex jure Rom.* בני חורים. *ἥρωες* [illegible]. *De ſervorum teſtimonio ex jure Romano. Teſtimonium in pecuniariis apud Ebr. & Rom. (4) Mulieres de damno*

teneri, defenditur ex utrorumque legibus. Quibus legibus ſolutæ ſint mulieres ex placito Magiſtrorum. (5) Variè exponitur communio damni, de qua in Miſna. Exod. 21. 35. ex Ebræorum mente illuſtratus.

ג שום כסף ושוה כסף בפני בית דין ועל פי עדים בני חורין ובני ברית והנשים בכלל הנזק והניזק והמזיק בתשלומין :

3. Taxatio (1) argenti & (2) ejus quod argento æquivalet, coram judicibus fit: ſecundum teſtes qui ingenui, & (3) fœderati ſint. Mulieres etiam (4) in iis quæ de damno dicuntur, conſiderantur. Dans damnum & paſſus quandoque (5) ſolutionem participant.

R. OB. DE BARTENORA.

שום כסף *Taxatio argenti*, hæc taxatio damni tantum argento fieri debet, nam ſenatus taxat quantum valet damnum, ut is qui damnum intulit, tantundem reſtituat, Cæterum, ſi vacca Rubenis nocuerit palliolo Simeonis, idque calcando diſtuperit in ditione læſi, & deinceps evenerit ut pes illius vaccæ fractus fuerit cum palliolo Simeonis in ditione publica, nam puteus quoque in ditione publica eſſe poteſt, tum non dicimus, quandoquidem unius atque alterius damnum intulit, ideo unium damnum habetur pro altero; ſed utrumque damnum æſtimatur argento, qui vero majus damnum intulerit, is ſolvere tenetur.

ושוה כסף *& ejus quod argento æquivalet*, quando autem damna ſolvenda ſunt e bonis pupillorum, de agris tantum ſolvunt, qui æſtimantur pro argento; non autem de mobilibus bonis quæ eadem ſunt cum argento; nam mobilia habentur ac ſi ipſum eſſent argentum, nam ſi in uno loco non vendantur, in altero tamen vendi poſſunt.

בפני בית דין *In ſenatu*, taxatio & ſolutio damni fieri debet coram expertiſſimis judicibus, non coram idiotis. ועל פי עדים בני חורין ובני ברית *juxta teſtes ingenuos & fœderatos*, exceptis ſervis, ethnicis, qui inepti ſunt ad teſtandum in damnis.

והנשים בכלל הנזק *& mulieres in iis quæ de damno dicuntur, conſiderantur*, ſi illa damnum intulerit illi, jus viri & fœminæ in damnis idem eſt.

והניזק והמזיק בתשלומין *Dans damnum & paſſus damnum ſolutionem quandoque participant*, aliquando dans damnum intrat ſolutionem damni, ut, ſi pretium cadaveris diminuatur inde a tempore quo mortuum eſt uſque ad tempus quo coram judicibus conſiſtunt, nam diminutio cadaveris ipſa pertinet ad eum cui damnum illatum eſt, ſive innocenter, ſive de induſtria; quomodo fit ut damnum inferens non ſolvat ei illam dimidiam damni partem quam ipſi dedit lex ſi innocenter factum fuerit; vides igitur quod is cui damnum illatum eſt, perdit, & cum eo qui damnum intulit, ingreditur ſolutionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem dixit qualia ſunt damna, & quibus conditionibus homo tenetur ſolvere damnum, quod provenit è bonis ejus; incipit modum ſolutionis, dicitque quod damnum taxant argento, non autem quod una res æſtimatur pro altera, nempe, ſi bos comederit fructus, non poſſumus dicere fructuum poſſeſſori, *ſume de bove eam partem fructuum quam comedit de tuo*, ſed taxamus argento id quod comedit bos, & poſſeſſori imponimus ut ſolvat.

ושוה כסף *& ejus quod argento æquivalet*, nam ſenatus non decernit ſolutionem damni pupillorum, niſi de agro, non de mobilibus, quia bona mobilia eadem ſunt quod argentum; & illa, dicit Miſna, æſtimantur juxta valorem argenti, qui eſt agri. Sed hoc jus ſigillatim in pupillis tantum obtinet, at ſi ipſe lædens ſolverit damni quantitatem de mobilibus, removetur poteſtas judicum ab illius agro. Cæterum hæc taxatio, nec non ſolutio, tantum fiat ope judicum expeditiſſimorum, non idiotarum. Sic etiam juxta teſtes qui ingenui & fœderati ſunt, non juxta teſtes qui ſervi, & gentiles ſunt; qui neceſſario excludendi erant, quia cæteroquin putaſſemus in cauſa damni indulgendum eſſe quod ad teſtimonium attinet, quia multi ſunt caſus, & raro in illis reperiuntur teſtes legitimi, quia vulnera inter homines & beſtias plurima fieri ſolent præſentibus plebejis, ſervis, & gentilibus; propterea nos docet Miſna, quod tantum admittunt teſtes legitimos, ut in reliquis teſtimoniis. Neque differentia eſt inter viros & mulieres in damnis, ſive quando mulier damnum intulit, ſive quando vir damnum paſſus eſt.

והניזק והמזיק בתשלומין *Dans damnum & paſſus damnum ſolutionem participant*, intelliguntur ejuſmodi res quarum dimidiam partem damni ſolvere debet is qui damnum intulit, & is cui damnum illatum eſt, alteram partem dimidiam perdit; ſed hoc damnum non alio modo confirmatur quam eo quo integrum confirmatur damnum, nimirum, ope teſtium, & excellentium judicum, & in ejuſmodi bonis quæ ad fœderatos pertinent Iſraëlitas. Præter id quod dixit de præſtantiſſimo terræ proventu, ubi non convenit participatio damni.

(1) L'EMPEREUR. In hac Miſna judicibus etiam taxatio in litibus pecuniariis tribuitur, ſecundum Digeſt. l. 2. t. 1. leg. 1. §. 2. *Cui juriſdictio data eſt: ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus juriſdictio explicari non potuit.* Primò autem in textu orig. occurrit שום à שם, *poſuit, ſtatuit*: hinc per ſynecdochen creberrimè *pretium ſtatuere*: unde שומא & hoc loco שום *taxatio*. Latinis inde fit *ſumma, ſummatim, ſummarium.* Quæ in præcedentibus de compenſando damno dicta fuere, & dicentur in ſequentibus, ita Judæi accipiunt, ut damnum, ſaltem in mobilibus datum, æſtimari debeat, & valore ad pecuniam revocari, quò quot numis valeat definiatur, ſummaque iſta reo imponatur. Ergo qui ex lege Dei optimo agri proventu ſatisfacere tenetur, ex hac interpretatione (prout à quibuſdam concipitur) argentum debere videtur, quanti optimus proventus æſtimabitur. Mobilia autem omnia quæ hic conſiderari queunt, veluti כסף *argentum* cenſentur in hac Miſna: quia, ajunt, ſi non hoc loco, alibi vendi queunt, & in argentum & nummos redigi. Hic vides, quid ſit Taxatio argenti: nempe taxatio rei, ut argento vel iis quæ veluti argentum habentur, compenſetur. Eſt quidem hæc dura loquendi formula: quam tamen Maimonides aliique hic obſervant.

(2) Unde ipſis, *quod argento æquivalet*, eſt fundus: quippe unde pecunia difficilius quam ex mobilibus conficiatur; quia aliò deportari non poteſt, ut niſi his, illis ſaltem placeat. Atque de fundo propter pupillos agitur, è quorum immobilibus ſolvitur, ſi quid ob datum damnum, patris nomine debeant: nam Judæi, cum pupillorum conditionem meliorem reddere vellent, pecuniam immobilibus, ſaltem agris, prætulerunt. Ideoque coram judicibus, quantum agri, damno dato reſponderet, decernebatur. Ratio eſt: quia de mobilibus excipi poſſet, pupillos iſta poſt mortem patris acquiſiviſſe, ideoque creditoribus non obligari. vide Gemaram hoc loco. Hoc autem poſtea à Doctoribus גאונים dictis iterum mutatum in pupillorum facultatibus, docet Maimonides Cod. de damnis pecuniariis c. 8. §. 12. cum in præcedentibus aliam etiam veteris legis rationem annotaſſet.

(3) Teſtes qui coram tribunali de damno teſtimonium perhiberent, nonniſi eos admittebant, qui eſſent cum בני חורים tum בני ברית. Quorum illo, nempe בני חורים, in ſacris illuſtrium filii, id eſt, *nativi illuſtres*, notarentur: nam חורים ibi ſæpè illuſtres à חור. Unde præpoſito demonſtrativo ה eſt החור: ſc. ה reſpondente ſpiritui aſpero, & ה in numero literali τῷ η; Græcorum ἥρως, *heros.* niſi quod

ω ad faciendam terminationem Gr. literæ ϛ poſtponatur; cum ι in Ebræo præcedat. at in legibus Talmudicis deſignantur homines liberi ſive ingenui: ſic enim expreſſe Gemara ſubjicit, בני חורים למעוטי עבדים, natıvi ingenui, ad excludendum ſervos. Iſto verò poſteriori, ſcilicet בני ברית, confœderati, צריכא למעוטי גוים, opus fuiſſe ad excludendum gentiles, ait eadem Gemara; adeo ut ſolos Iſraëlitas eo nomine venire liqueat. Quamvis hæ teſtium conditiones ita non requirantur lege Rom. ut ex eo quod de fœderatis hic dicitur, liquet, & quum Digeſt. li. 22. t. 3. l. 7. & lib. 22. tit. 5. leg. 7. aliquo caſu ſaltem admittuntur ſervi; tamen non omninò alienæ requiruntur. li. eodem t. eodem l. 2. In teſtimoniis autem dignitas, fides, mores, gravitas examinanda eſt. Has conditiones in ingenuis Ebræis maximè inveniri, ipſi putabant. Imò & Romani ſervos utplurimum idcirco etiam excluſiſſe videntur. Ad Hebræos pertinet illud Joſephi de antiquitat. Jud l. 4. c. ult. ubi de legibus Dei. Γυναικῶν μὴ ἔϛω μαρτυρία διὰ κυφότητα καὶ θράσος τοῦ γένους αὐτῶν. μαρτυρείτωσαν δὲ μή τι δοῦλοι διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγένειαν, Mulieribus non liceat teſtimonium dicere, propter levitatem & temeritatem ſui generis; neque teſtimonium dicant ſervi, propter animum degenerem. At quemadmodum in pecuniariis litibus Judæi teſtes exigunt ita eadem illa lege §. Teſtimonium, legimus; Adhiberi teſtes quoque poſſunt non ſolum in criminalibus cauſis, ſed etiam in pecuniariis litibus, ſicubi res poſtulat.

(4) Porrò damnum datum & acceptum an in mulieribus etiam locum habeant, dubitari poterat; quia non omnia mulieribus quæ viris impoſita cenſentur: uti diſert. ſtatuit Gemara c. 3. Berachoth f. 20. p. 1. כל מצות עשה שהזמן גרמא נשים פטורות, omni lege de opere faciendo, quæ ex tempore dependet (quia certo tantum & deſignato tempore obſervanda) ſolvuntur mulieres. Ideo cum de damno etiam teneantur mulieres, & viciſſim damnum illis datum præſtari debeat; Miſna noſtra mulieres hic etiam ſpectari diſtinctè annotat. Similiter Paulus juriſc. ut videre eſt ff. Ad leg. Aq. l. ult. Mulier ſi in rem viri damnum dederit pro tenore legis Aquiliæ convenitur.

(5) Tandem illa hoc addit, læſum etiam & lædentem in ſolutione concurrere. Cujus duplex ſenſus eſt: vel enim docetur, non ſemper evenire ut totum damnum compenſetur; ſed ſæpenumerò contingere ut cui nocetur tantummodò dimidium recipiat: ut ſi bovem, qui alterum interfecit, antea petulcum non fuiſſe conſtet. vel eò reſpicit quod in Gemara his exprimitur verbis, הבעלים מטפלין בנבלה קרא בתם וחרא במועד, proprietarii diminutionem patiuntur in cadavere, ſive beſtia ſit innocens, ſive convicta, q. d. ſi inter mortem, exempli gratia, bovis tui, & judicium ferendum contingat, ut pretium occiſi minuatur; paſſus & inferens damnum, hoc ferent ſimul: quanti occiſus depretiatus fuerit, tantum non decedet damnum inferenti; ſive bos alter petulcus, ſive non petulcus fuerit. Ut ſi ex lege Exod. 21. vers. 35. partiantur mortuum, eumque admodum depretiatum, & ſecundum Judæorum ſententiam, lædens hoc poſterius damnum ſolus non ferat; longe minus quam æquum videbatur in mortuo habebit læſus. Eo caſu fiet, ut licet in damno compenſando ſolvat lædens, unà tamen in depretiato bove læſus ſolvere partem cenſeatur.

§. 4. *De innocentibus & convictis. Pecus. quorum reſpectu non cenſeatur convicta. Dens & pes qui ſe hic habeant. Similiter bos, homo, lupus, leo, urſus, pardus, pardalis, & ſerpens. Innocentis à convicto ſive conteſtato differentia. Annot.* (1) *Nocua animalia ad petulci bovis leges examinantur; innocua ad manſueti.* תמים *quæ.* (2) *Explicantur* מועדים, convicta *ſive* conteſtata. (3) *Quæ animalia non convicta cenſeantur.* (4) *Eadem beſtia quomodo convicta & innocens. de quo Not. 6. amplius.* (5) *Dupliciter explicatur* שור המועד. (6) *Mos multa omittendi, in Miſnis.* חסורי מיחסרי *Quis ſit bos lædentis in ditione læſi.* מועד & תם *definiuntur.* (7) *De* ברדלס, אפא, צבוע. *Pardalis & panthera differunt.* (8) *Rependere ex præſtantiſſimo, & ex ipſo corpore bovis. Ex. 21. vers. 35. contra Judæos vindicatur. Diſtinctio Ebræorum inter animalia nocua & innocua ex ff.* Si quadrupes *illuſtrata.*

ד חמשה תמין וחמשה מועדין הבהמה אינה
מועדת לא ליגח ולא ליגוף ולא לשוך ולא לרבוץ
ולא לבעוט השן מועדת לאכול את הראוי לה הרגל
מועדת לשבור בדרך הלוכה ושור המועד ושור
המזיק ברשות הניזק והאדם והזאב והארי והדוב
והנמר והברדלס והנחש הרי אלו מועדין רבי
אליעזר אומר בזמן שהן בני תרבות אינן מועדין
והנחש מועד לעולם מה בין תם למועד אלא
שהתם משלם חצי נזק מגופו ומועד משלם נזק
שלם מן העלייה :

4. Quinque ſunt innocentia; (1) quinque convicta. (2) Pecus non cenſetur convicta, (3) nec quod cornu feriat, nec quod impellat, vel mordeat, vel incumbat, vel recalcitret. Dens convictus ſive conteſtatus eſt quod (4) ſibi conveniens comedat; pes conteſtatus eſt quod obvia incedendo frangat. Bos (5) conteſtatus, bos lædentis in ditione (6) læſi, homo, lupus, leo, urſus, pardus, pardalis (7), & ſerpens, ecce hæc animalia convicta cenſentur. Et Doct. Eliezer inquit, quum domi educantur, non cenſeri convicta; ſerpentem verò ſemper convictum haberi. Quid innocenti convictum intereſt? Nonniſi quod innocens ſuo corpore (8) dimidium damni rependat; convictum vero totum damnum rependat è præſtantiſſimo.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה תמין *quinque ſunt innocentia*, quæ non ſolent lædere, & ſi læſerint, dimidiam damni partem ſolvere debent. וחמשה מועדין *& quinque convicta*, quæ lædere ſolent, & propterea integrum ſolvunt damnum. ולא לגוף *nec quod impellat*, ope totius corporis; ſed hæ omnes actiones ſunt generationes cornu, & mediam damni partem ſolvunt, & hæc ſunt quinque innocentia.

שור המועד *Bos conteſtatus*, ter ad cornu feriendum, aut ad impellendum, aut ad incumbendum vaſis, aut ad recalcitrandum, aut ad mordendum, ſunt quinque convicta, & integrum ſolvunt damnum; at in convictis omnia hæc recenſet pro uno.

ושור המזיק ברשות הניזק *Et bos lædentis in ditione læſi*, etiamſi cornu ſit ex innocentibus, eſt tamen convictus ad ſol-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תם *Innocens*, ſic dicitur quæ non ſolet nocere, adeoque caſu & fortuito nocere dicitur, quando nocet. מועדים *convicta*, ita vocantur res e quibus actus nocendi procedere ſolet omni tempore, vel ſaltem plurimo tempore. Cæterum נגיחה notat tantum actionem qua pecus cornu ferit. נגיפה autem quocunque membro corporis peragitur.

שור המועד *Bos conteſtatus*, eſt is de quo dicitur Exod. 21, 29. והועד בבעליו וגו׳ Cæterum Miſna dicit ושור המזיק ברשות הניזק *Bos lædentis in ditione læſi*, eſt ſententia ejus qui putat quod תמין etiam in ditione læſi ſolvet integrum damnum, & quod eorum innocentium ſe habet ut jus מועדים *convictorum*; ſed ulterius exponetur quod ita non eſt deciſio. Huic autem Miſnæ quædam deſunt, quæ ſic ſupplenda ſunt, חמשה תמין הם מתחלתן ואם הועדו מועדים ושן ורגל

ſolvendum damnum integrum; eſt autem hæc Miſna conformis illius ſententiæ, qui dicit quod res ſe aliter habet cum cornu in atrio læſi, quia ſolvere debet integrum damnum etiamſi fuerit תם *innocens*; at ita non eſt deciſio.

והאדם *Et homo*, qui etiam eſt מועד *convictus* inde ab initio, & integrum ſolvere damnum, ſi damnum intulerit. הזאב והארי׳ וכו׳ *lupus & leo &c.* ſunt מועדים inde ab initio. Ratio autem quare ſuperius non enumerata ſunt cum quinque מועדים, eſt, quia illi non inveniuntur in terra habitabili, ſed in deſertis. ברדלס Arabicè vocatur אלצבע. *R. Elieſer dicit quum domi educantur &c.* Deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

מן העליה *é præſtantiſſimo*, e præſtantiſſimis illius bonis, etiamſi is qui cornu petiit, non valuerit pretium damni, quia de מועד *convicto* ſcriptum eſt Exod. 21, 36. שור תחת שור ſed non ſcriptum eſt de eo quod ſolvet de corpore cornu ferientis.

ועל מועדים מתחלתן יש מועדים אחרים כיוצא בהם הזאב וכו׳ *Quinque ſunt innocentia inde a principio, &, ſi convicta facta fuerint, convicta ſunt; dens vero & pes ſunt innocentes inde a principio; ſunt etiam alia convicta hiſce ſimilia, quæ ſunt lupus &c.* Ratio autem quare Miſna omnia hæc non recenſuit, & dicit, quod undecim ſunt convicta, eſt quia illa raro inveniuntur in terra habitabili, multo minus invenientur in urbibus.

הברדלס eſt animal quod in lingua Arabica vocatur אלצבע. Et quod dicit מן העליה *é præſtantiſſimo*, vult, quod rependet de præſtantiſſimis bonis, quemadmodum dixerunt, læſis ſolvunt de præſtantiſſimo; deciſio non eſt juxta R. Elieſerem.

L'EMPEREUR. Quia Exod. c. 21. vers. 35. & 36. de bove caſu damnum inferente mitius ſtatuitur, quam de bove quem petulcum eſſe conſtet; rectè Ebræorum juriſconſulti, non tantum inter bovem, qui abſque iſto vitio ſimpliciter ſpectatur, & petulcum, Scripturam diſtinguere voluiſſe autumant. Sic enim ſecum reputarunt, Dei, cum in præſtando damno à bove dato inter hunc bovem magnum diſcrimen faceret quem nociturum non credebamus, & illum quem cornu ferire conſtabat; eam fuiſſe mentem, ut in ſimilibus diſtinctio hujuſmodi obtineret. Quo factum eſt, ut non tantum ea inter ſe diſtinguerent, quæ nocua & innocua ſunt; ſed etiam quæ & in quibus nocua, vel innocua habeantur, adderent: ut nocua ad bovis petulci leges, innocua ad alterius conditionem examinarentur. Æquitas enim poſtulat, ne ea quæ nonniſi caſu abſque indole & diſpoſitione interna nocent, iiſdem legibus premamus, quibus vulgò & naturæ diſpoſitione ac conditione nocentia conſtringuntur: ſi quidem abſque lata culpa minor illorum cura geritur; cum hæc diligenter curari debeant.

(1) Itaque primò quinque enumerantur, quæ תמים *integra* dicuntur, ſive innocentia: non quaſi tanta ipſis integritas competat, ut nunquam noceant (ita enim de ipſorum damnis non ageretur:) ſed quia aliàs lædere non conſueverunt, תמים, *integra* habentur.

(2) A quibus diſtinguuntur מועדים, *convicta*: quæ ſuæ ad nocendum diſpoſitionis teſtimonio, vel quaſi teſtimonio, convincuntur. Quamvis enim מועד ſit *teſtimonio comprobatum*, ſive teſtibus adhibitis denunciatum, ex illo com. 29. cap. 21. Exodi, והועד בבעליו, *& denunciatum ſit teſtibus adhibitis domino ejus*; tamen de iis etiam hic paſſim uſurpatur, quæcunque noxia eſſe certa ratione conſtat. Ut leo convictus habetur, quia experientia & ex natura ejus cognoſcitur lædendi ardor. hominemque ſimiliter pro convicto habent: quia licet adhibitis teſtibus nihil de eo denunciaverint; multis rationibus noxia ipſius natura innoteſcit.

(3) Pergit Miſna, & pecudem ſive animal brutum quod ſub imperio, terræ pabulo paſcitur, reſpectu quinque actionum ad priorem claſſem refert: non quaſi bos cornu non feriat, nec impellat, &c. verum antequam hujuſmodi actiones quæ numerantur aliquoties ediderit, bovem petulcum non haberi, ideoque nec anxiè cuſtodiendum eſſe ſtatuit.

Nihilo ſecius idem ille bos alio reſpectu, poſteriori claſſi annumerandus: nam ut alia mittam, dentem ejus conveniens pabulum conſumere, in confeſſo eſt. Quapropter quoad pabulum ſervandus, ne aliorum quicquam conſumat: ut qui hac ratione cum bove petulco; quem talem eſſe denunciatum ſit conferatur; cujus totum damnum præſtandum eſt.

(5) Quum inter convicta bos conteſtatus recenſetur; obſerva de quovis bove, qui aliqua ratione nocere ſolet, ſermonem non eſſe; quis enim convictum inter animalia convicta numerandum ignorat? quin etiam eo ſenſu non שור המועד, ſed שור מועד dicendum fuiſſet. Verum hic eſt ſenſus, inter convicta ſemper & ubique eum bovem cenſeri, cujus mentio Exod. 21. 29. & 36. ideoque ante מועד præfigitur ה deſignandi ac demonſtrandi particula, ut ille bos intelligatur, שנגיחתו על רוב (ut cum Maimonide loquar) *cujus eſt ut plurimum cornu ferire.* Attamen ſi Gemaram & interpretes quoſdam ſequamur, idem fuerit ac ſi author dixiſſet, Quinque ſunt ab initio innocentia, ſed ob ternas læſiones convicta etiam habentur: adeoque iſtud מועד, *convictum*, ad quinque præcedentia pertinuerit.

(6) Quocirca antequam pergamus, modus quidam Miſnæ familiaris conſiderandus, quo nonnulla brevitati ſtudens omittere ſolet. Ut quum dicunt חסורי מיחסרא *deficiendo deficit*: cujus rationem addunt, משום דאדם טועה בגירסא לחסר דבר על ידי שכחה, *quia homo in lectione errat, ut rem omittat per oblivionem.* quemadmodum docetur in noſtra Halichoth Olam p. 60. Verum quæ tum omittuntur, טפי מחד, *plura quam unum* eſſe ſolent. Eodem modo in hac Miſna ſi Gemaram ſequamur, quum bos lædens in loco & dominio alterius privati alicujus, cum ſequentibus numeratur, alius ordo recenſetur: nempe iſtorum animalium quæ ſemper convicta habentur. Ideoque præcedentia ita accipere oportet, quaſi hoc modo loqueretur Miſna, *Quinque ſunt innocentia*, quæ eadem ſi ter illas actiones ediderint *pro convictis habentur.* alia denique ſunt, quæ ab initio pro convictis cenſentur, ut *bos lædentis in ditione læſi*, (ſecundum quoſdam) *homo*; *lupus*, *&c.* ubi multa habemus quæ in Miſna ſubintelliguntur. Hoc obſervatu dignum: alioqui in multis Miſnæ dictis hallucinaberis. Simul etiam hoc attende, ſi tam violenter Apoſtolorum aliorumque dicta interpolare & intercalare liceret; infinitis reſponſis Judæorum cavillationes retundi poſſe, multoque magis veriſimilia nobis ſuppetere. Cæterum quia תם & מועד hic paſſim occurrunt, ut dicta & dicenda penitius intelligantur, hæc paulo diſtinctius expendamus. מועד ex Maim. Jad t. 4. נ״ם c. 1. §. 4. propriiſſimè eſt העושה מעשה שדרכו לעשותו תמיד כמנהג בריתו, *faciens opus, quod ſolet facere ſemper ſecundum indolem naturæ ſuæ.* תם verò eſt הדבר המזיק בלא הרגל ואין דרכו שיבא ממנו אותו הנזק אלא שאירע בדרך המקרה *Res quæ nocet abſque conſuetudine, cujuſque mos non fert ut inde damnum iſtud oriatur; ſed ut caſu contingat.* Hîc beſtia *convicta* מועדת dicitur, ubi agit quod agere ſolet, & hac ratione nocet; *innocens* תמה quum præter morem quid peragit, itaque damnum infert. Superiùs dicta quæ huc faciunt, non repetam: obſerva tantum, unum idemque animal quandoque eſſe & convictum, & innocens ſive innocuum diverſarum actionum, ad quas diverſimodè ſe habet, reſpectu. Vbi hoc actionis genere nonniſi caſu nocet; altero autem ex naturæ inſtinctu. Bos natura conculcat obvia: ideoque ſi hoc ſpectes, eſt מועד. ut mordeant, multis nonniſi caſu contingit: ideoque licet ita noceant, cenſentur תמים. Quin etiam pecus antea תם *innocua* in quodam actionis genere; poſtea, ubi aliquoties eo modo nocuerit, מועד *convicta* habetur: ut ſi ea ratione damnum det, integrum damnum præſtari debeat. Quî denique jumentum certorum dierum & animalium ratione convictum cenſeatur, docet Maimonides de damnis pecun. c. 6. §. 8. & ſequent.

(7) Porrò quid ſit ברדלס (vel ut alii ſcribunt פרדלס) docetur in Gemara: ubi dicitur נפרוזא, & אפא, nec non צבוע. Nomen אפא mari ac fœminæ commune eſt, ut & צבוע: eoque pardalis notaretur, ſi literarum convenientia in

in illo ברדלס tantummodo ſpectaretur; vel in hoc צבע etymologia, quaſi *coloratum* dicas, à macularum diverſitate. (nam צבע potius eſt *colorum diverſitas* vel diverſorum colorum congeries, quam color; imò quæcunque ad iſtam radicem pertinent, diverſitatem connotant: ita ut אצבע dicatur *digitus*, quia multi ac diverſi ſunt.) Verumenimverò licet πάρδαλις & ברדלס ſono conveniant; hoc poſteriori panther ſignificatur: ſed quia vulgata hæc eſt ſententia pardalin & pantheram eandem eſſe beſtiam, hinc panthera & pantheram Judæi dixerunt ברדלס. At differentes inter ſe beſtias facit Xenophon, ubi ab ipſo in Cyneg. diſtinctè recenſentur, λέοντες παρδάλεις, λύγκες, πάνθηρες. Quin etiam hic à נמר *pardo* (in quo genere fœmina pardalis dicitur) ut ſpecies diverſa ſeparatur.

(8) Magni refert unde damnum rependatur: nam ſi illatum damnum è *præſtantiſſimo* העלייה rependatur; nullam læſus ulteriorem jacturam patitur, at ſi è *corpore* גוף ipſius bovis, læſo rependatur; ſæpe multo minus quam ſperaverit, recuperabit. Exempli gratia, ſi cum bos unius minæ bovem minarum trium occidit, deinde damni dimidium גוף *è corpore* bovis compenſetur; nocens ubi ſuum bovem alterius dimidio non valere videbit, alteri totum ſuum bovem tradens liber erit. Hoc colligunt è c. Exod. 21. vers. 35. *Vendito eo qui vivit, partientur pecuniam pretii ejus, & ſimiliter mortuum partientur.* Judæorum juriſconſulti hæc propriè accipienda negant: ſiquidem inde abſurda ſequi dicunt. Nam fieri poſſe, ut ſi bos duarum (exempli gratia) minarum bovem quinquaginta drachmarum occidat; damnum patiens in morte bovis, in compenſatione lucretur multum: quandoquidem dimidium pretium bovis occidentis altero tanto occiſum vincit. Propter hujuſmodi inæqualitatem aliò legem detorquent: ſcilicet hoc etiam, ut læſus tantum damni dimidium accipiat. Nam cum טרפה Exod. 22. 31. veſci prohiberentur, cadaveris illius nulla ferè ratione habita, ad bovis vendendi pretium dimidium reſpiciunt. Itaque ſi ad ſolvendum damni dimidium (ubi ulterius reus non tenetur) bos lædens non ſufficit, damno affectum iſtô tamen bove contentum eſſe debere contendunt. At ſua interpretatione vim legi faciunt. Quaſi verò Deus ad ea quæ plerumque fieri ſolent non reſpexerit & ubi nimis magna diſparitas inveniretur, prudentiam judicum ad legis ſcopum collimare non voluerit. Sanè lex læſo duplex dimidium attribuit, unum pretii vivi bovis; alterum occiſi: quò lædens & læſus rerum ſuarum curam gererent: utpote qui ex lege damnum participarent. Verum Judæos nimis aberrare, attentus lector facilè obſervabit. Cæterum quod diſtinctionem illam attinet, quam ex lege hauſerunt, inter animalia quæ noxia eſſe conſtat, eaque in quibus nocendi impetus non deprehenditur; eam & jus Romanorum agnoſcit. Etenim ff. *Si quadrupes*, l. 1. §. 4. *Tunc hæc actio locum habet, cum commota feritate nocuit quadrupes. puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus, petierit.* Cum dicit *hæc actio*, intelligit actionem de æſtimatione noxiæ offerenda, ut loquitur §. 1. vide ſimilia paragrapho ſeptimo ejuſdem legis.

Cap. 2. §. 1. *Damnum pede datum diverſimodè compenſatur. Vas fractum, & deinde frangens. Gallinacei quandoque totius, quandoque dimidii damni tenentur. Annot. (1) Pauperies beſtiarum diſtinguitur, ejuſque in compenſando diverſitas. Conjectaria principii ſui leges ubique non imitari.* בדרכה *duo includit.* (2) מהדס *quid Miſna cum leg. Romanorum in conv. & diſcrimine collata.*

פרק ב כיצד הרגל מועדת לשבר בדרך הלוכה הבהמה מועדת להלך כדרכה ולשבר היתה מבעטת או שהיו צרורות מנתזין מתחת רגליה ושברה את הכלים משלם חצי נזק דרסה על הכלי ושברתו ונפל על כלי אחר ושברו על הראשון משלם נזק שלם ועל האחרון משלם חצי נזק התרנגולים מועדין להלך כדרכן ולשבר היה דליל קשור ברגליו או שהיה מהדס ומשבר את הכלים משלם חצי נזק:

Cap. 2. Quomodo pes convictus eſt, quod incedendo (1) obvia frangat? Pecus catenus convicta eſt, quod more ſuo incedens, frangat. Si recalcitrans, aut ſcrupis è veſtigiis pedum ſuorum disjectis, fregerit vaſa, dimidium damni præſtabitur, Si conculcans (2) vas aliquod, id fregerit; idque viciſſim in aliud incidens illud fregerit: pro priori totum damnum rependetur; pro poſteriori damni dimidium. Gallinacei conteſtati ſive convicti ſunt, quod more ſuo incedentes obvia frangant. quod ſi gallus tricis adhærentibus pedibus ſuis, aut inſultans fregerit vaſa, damni dimidium præſtabitur.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד הרגל מועדת *Quomodo pes convictus*, vult dicere, in qua re pes eſt convictus? & reſpondet, in frangendo ſibi inter eundum obvia, & hoc eſt convictum quod vaſa frangit inter incedendum. והבהמה מועדת *pecus convicta eſt*, in principio Miſna ſtrictè dixit de patre pedis, qui calcitravit pedibus ſuis; in fine autem loquitur de generationibus ejus, quod pecus convicta ſit quod ad inceſſum pro more ſuo, ut frangat corpore ſuo, & capillitio ſuo necnon onere quod fert inter incedandum in via.

היתה מבעטת *Si recalcitraverit*, hæc actio eſt mutatio & generatio cornu, propterea ſufficit ſi dimidiam partem ſolverit, & non amplius.

או שהיו צרורות מנתזין מתחת רגליה *Aut ſi Scrupi e veſtigiis pedum ſuorum disjecti fuerint*, etiamſi non ſit mutatio, ſed hoc fiat more ſuo, nihilominus tamen ſolvet dimidiam partem damni, & non plus, quia ſic traditione accepimus. Sed hoc intelligitur in ditione læſi, nam in ditione publica immunis eſt, quia ſcrupi ſunt generationes pedis, quæ liberæ ſunt in ditione publica. ונפל על כלי *& inciderit in vas*, quod primum pedis damnum eſt, & ſolvere debet damnum integrum; poſterius vero fractum eſt medio ſcruporum, idcirco ſolvet dimidiam damni partem. דליל eſt id quod gallorum pedibus alligari ſolet, nonnulli legunt דלי. Cæterum מהדס eſt id quod ſaltat; alii exponunt de eo quod pedibus effodit in terram, uti ſolent galli. משלם חצי נזק *ſolvit dimidium damni*, quia filum pedibus colligatum eſt, cujus ope diſperſit ſuper vaſe; ſic etiam effoſſio aut ſaltatio, nimirum, diſperſio ſcruporum quibus fregit vaſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnium damnorum fundamentum hoc eſt, quod omne quod a beſtiis provenerit, quando fecerint id quod ſemper facere ſolent, aut quod plurimum facere ſolent; & hoc, quia dicit *juxta conſuetudinem ejus ſolvet damnum integrum*; & quod dicit *non juxta conſuetudinem ejus*, intelligendum eſt quando ea res quicquam fecerit quod raro facere ſolet, aut provenerit ex illa ope alius actionis, & animal illud quod illam actionem effecit, non effecerit eam in actu primo. Et hæc eſt dimidia pars damni quam debet pro glebis quæ ſub pedibus ejus diſperſæ fuerint, ut ſolvat e præſtantiſſimo, quemadmodum exponetur capite octavo hujus tractatus. דליל eſt id quod pedibus galli adhæret, & colligatum eſt. מהדס dicitur quando pedibus ſuis terram effoderit, & hoc galli ſæpius quam aliæ aves facere ſolent.

(1) L'EMPEREUR. Licet in primæ periodi verſione à Talmudiſtarum ſyntaxi recedam, verſionem ſatis contextus probat. Porrò ut hæc omnia, ſimiliaque intelligantur, nec ſæpius repetenda ac inculcanda ſint; jam plenius mo-

monendi lectores: anxiè inter damna illata diſtingui, an à pecude proficiſcantur quatenus convicta eſt, id eſt, quæ ita nocere ſolet eoque nomine innotuit, an verò ab iſta eadem pecude inferantur, quatenus ita lædere non conſuevit; (vel per interveniens medium det damnum aliquod:) nam eadem pecus illo modo nocere ſæpe ſolet; hoc modo nonniſi caſu & inopinatò nocet. Quemadmodum hoc loco de pede conſtat, eo obvia quæque calcari ſolere; at ſi fortè pecus incedens pedibus ſuis ſcrupos è pavimento ob eorum rotunditatem & lubricitatem excutiat, quibus vas aliquod frangatur; id caſu fieri dicemus. Itaque ne pede obvia proterat, cavendum; adeoque incuria noſtra datum damnum, in ſolidum compenſandum: at ſi ſcrupi ex inceſſu disjecti obvium vitrum frangant, dimidium damni rependetur; quia ut iſta anxiè præcaveat homo non tenetur: quippe qui fortuita prævidere non poſſit, vel anxia cura iſthuſmodi incommodis omninò occurrere. Hæc ſi ad ſequentia applicentur pro negotiorum diverſitate, omnia plana erunt. Si modo hoc adjiciatur (de quo etiam aliquid in præcedentibus) animalia quo ad hanc, vel illam actionem innocentia, id eſt, quæ iſtas actiones patrare non ſolent, ideoque ſi eo modo pauperiem faciant, dominum ad dimidium damnum præſtandum obligant; hæc inquam eadem quod ad eaſdem actiones convicta reddi poſſe; id eſt, talia haberi quæ iſtis actionibus ut plurimum lædant. Nam quadrupes recalcitrans, ſi eam aliquoties ita læſiſſe conſtet, jam calcitroſa habebitur: & niſi cuſtodiatur, ejus proprietarius de toto damno tenebitur. Itaque quum pecus, ejuſve dens, pes, &c. ſecundum varias actiones inter innocentia numerantur, ſi iſtis actionibus aliquoties læſiſſe conſtiterit (ut docetur poſtea) pro convictis habebuntur, totumque damnum compenſandum fuerit. Quod autem damnum ſcrupis datum nonniſi dimidio æſtimetur, cum tamen id, quò refertur, gravius mulctetur; obſerva à regula communi hic exceptionem dari. Secundum Maimon. t. 4 l. 1. c. 2. §. 2. כל תולדה כאב חוץ מצרורות המנתזין מתחת רגלי הבהמה כשהיא מהלכת, *Omne conſectarium leges principii* (quò revocatur) *ſequitur: exceptis ſcrupis disjectis è veſtigiis pecudis, quum incedit.* Aliàs pede datum damnum in ſolidum præſtatur. Modò quod Miſna dicit כדרכה, *pro more ſuo*, cum Maimon. duo continere ſtatuamus. ut pecus ita agat. quomodo ſemper vel utplurimum agere ſolet. ut etiam, ſine interventu alicujus medii, ab illa proficiſcatur actio.

(2) In ſequentibus autem mirari nolito, pecudem conculcantem (id eſt, iteratò calcantem) majori domini ſui periculo obvia frangere, quam de gallo gallinaceo pedibus ſuis rei alicui inſultante decernit Miſna: licet enim opera videantur ſimilia, datum damnum ideo diverſimodè compenſatur, quia pecudis eſt pedibus conculcare; ſed gallinaceus inſilire quidem, at inſultare non ſolet. Ideoque dominus illius ea in parte curam gerere debebat; quod in gallinaceo hac in re non requiritur, niſi hac in parte vitii convincatur, vel potius convictus ſit. Non deſunt tamen, qui מהדס, *inſultantem* eſſe negant; & Maimonides hîc præit, qui inquit, שחופר ברגליו בארץ, *qui exterit ſive effodit pedibus ſuis terram.* Ita conſpicua eſt inter illam pecudis, & hujus gallinacei actionem differentia: verum mulcta ſubſequens minor eſt, quam ut damno conveniat, quod ab eo datur, qui ſic lædere conſuevit: & ſanè hoc gallinaceorum omnium eſt, quod Maimonides deſcribit. Cæterum non in omnibus hanc Miſnam cum Romanis legibus convenire docet paſſim ff. *Si quadrupes*, & quæ inde è l. 1. §. 9 ad Miſnam primam produxi. Hactenus tamen conveniunt (de aliis actum in ſuperioribus) quod non ea tantum quæ primo lædunt mulctæ ſubjiciantur; ſed etiam quæ alterius interventu damnum inferunt. Ut ff. *Si quadrupes*, l. 1. §. 8. *Si alia quadrupes aliam concitavit, ut damnum daret, ejus quæ concitavit nomine agendum eſt.* quem paragraphum ſi quis cum jam memorato contulerit, latiorem convenientiam facilè eruet.

§. 2. *Dens ubi & quando convictus cenſeatur. Quandoque quantum percepti commodi, quandoque quantum damni dati expenditur.* *Ann.* (1) *Exod.* 22. 5. *ex Judæorum mente.* (2) *Qui pretium in æſtimando commodo percepto minuatur.* (3) *Locorum publicorum & privatorum diſcrimen ex ff. Ad legem Aquiliam.*

ב כיצד השן מועדת לאכול את הראוי לה הבהמה מועדת לאכול פירות וירקות אכלה כסות או כלים משלם חצי נזק במה דברים אמורים ברשות הניזק אבל ברשות הרבים פטור אם נהנית משלם מה שנהנית כיצד משלם מה שנהנית אכלה מתוך הרחבה משלם מה שנהנית מצידי הרחבה משלם מה שהזיקה מפתח החנות משלם מה שנהנית מתוך החנות משלם מה שהזיקה:

2. Qui dens convictus eſt, in eo quod ſibi convenit comedendo? Pecus convicta eſt in edendis fructibus & herbis. Si ergo arrodat veſtem aut vaſa, dimidium damni præſtatur. Quo caſu hæc intelligenda ſunt? Si ea in (1) fundo læſi fiant, at ſi in loco publico, dominus liber eſt. Si beſtia inde (2) commodum percepit, redditur quantum commodi percepit. Quomodo redditur quantum commodi percepit? Si è media platea edit, quantum emolumenti percepit, redditur; ſi è plateæ (3) lateribus, rependitur quantum damni intulit: ſi è projectura tabernæ, quantum emolumenti percepit: ſi ex ipſa taberna; quantum jacturæ intulit, rependitur.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד השן מועדת *Qualis eſt dens convictus*; vult dicere, in qua re convictus eſt? & reſpondet, ad comedendum id quod ipſi legitimum eſt. משלם חצי נזק *Solvet dimidium damni*, quia extraordinarium eſt.

במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba?* redit ad ea quæ in principio dixit, *in edendis fructibus & herbis*, nam in loco publico immunis eſt, quia neceſſe eſt ut comedat ex agro alieno. Verum ſi arroſerit veſtes & vaſa, etiam in loco publico, ſolvere debet dimidium damni; ſolent enim homines veſtes & vaſa ponere in loco publico pro tempore, & tum eſt damni cornu illatum in loco publico, & propterea tenetur.

ואם נהנית משלם מה שנהנית *Et ſi commodum inde percepit, ſolvit quantum commodi percepit*, non eſt hæc ſolutio re-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במה דברים אמורים *Quo caſu hæc intelligenda ſunt?* hæc referenda ſunt ad præcedentia, ubi de eſu fructuum & herbarum; at ſi arroſerit veſtem aut vaſa in ditione publica, dimidium damni præſtare debet, ſolent enim homines in loco publico pro tempore deponere veſtimenta ſua & vaſa.

ואם נהנית משלם מה שנהנית *Si commodum inde percepit, ſolvit quantum commodi percepit*, id eſt, ſolvet e bonis ſuis quod convenit cum quantitate cibi illius rei quam pecus comedere ſolet, nempe, ſi aſinus comederit decem libras dactylorum, tum poſſeſſor illius aſini ſolvet pretium decem librarum de hordeo. Si vero hordeum carum ſit, ſolvet tantum pretium dactylorum; & hoc ſenſu judices volo de cæteris. Quando autem pecudem poſuerit in pla-

realis, ſed, ſi comederit rem magni pretii, æſtimant eam perinde ac ſi eſſet hordeum, idcirco ſolvit tantum valorem hordei exiguo pretio, quod eſt tertia parte minus quam id quod in platea valet. Quando autem comederit rem quæ minus quam hordeum valuerit, ſolvet illius rei quam comedit, pretio viliori. Sin autem comederit rem quæ damnum intulit, ut, ſi triticum comederit, quandoquidem nullum commodum inde percepit, immunis eſt. מצדדי הרחבה משלם מה שהזיקה *ſi e plateæ lateribus, rependit quantum damni intulit*, ſi effugerit, & conſtiterit beſtia ad latera plateæ, in loco ubi non ſolent incedere boves, non habetur ille locus ut publicus, & idcirco poſſeſſor ſolvet damnum quod beſtia intulit. platea, & latera arroſerit, atque comederit, tum ſolvet damnum quod fecerit pecus.

(1) L'EMPEREUR. Hæc verba, *ſi eà in fundo læſi*, non referuntur ad arroſas veſtes, &c. ſed ad priora: quia cum moris ſit in publico veſtes & vaſa ad tempus certis de cauſis collocare, æquum non eſt ut ea lædens abſolvatur. At fruges ſimiliaque lædens, nonniſi in loco læſi tenetur; ſi nimirum illic læſa fuerint. nam (inquiunt) Exod. 22. 5. legimus, *quod paſcat in agro alterius*: ubi *alterius*, non *publico*, reperitur.

(2) Nihilominus ſi beſtia inde commodum percepit, reſtitutionem urgent: ita tamen ut hæc diſtinguant, *quantum commodi* ſive emolumenti; & *quantum damni*. Exempli gratia, aſinus comederit decem libras dactylorum, &c. ipſius dominus nonniſi quantum commodi percepit, rependere tenebitur, ſive decem hordei aut dactylorum libras, vel potius eorum pretium: quia emolumentum è pabulo pecoris comedentis æſtimatur. quinetiam pretium tertia parte minus, quam vulgò in foro decem iſtæ libræ venderentur, rependet. Si verò quantum damni dederat, ſolveret; decem dactylorum libras æquare deberet.

(3) Et quidem poſteriori modo ſatisfaciet, quum bos ſuus è plateæ lateribus, ubi domus ſint, quædam edulia decerpſerit: nam latera iſta ædibus contigua, veluti privatorum, quorum ſunt ædes, loca cenſentur. quod enarrat Gemara, דשבקתה לרחבה ואזלה וקמא בצידי רחבה, de jumento *quod relicta platea progreſſum conſiſtit in plateæ lateribus*: ſed אפילו מחזרת נמי פטור, *quamvis caput etiam ſuum deflecteret* ad latera, & in platea permanens è lateribus decerperet; *non ita teneretur* tamen dominus. Ut concludam hanc Miſnam. Quicquid ſit de reliquo, publicorum & privatorum locorum diſcrimen etiam aliquod facit l. *Qui foveas*. 28. D. Ad leg. Aquiliam: quamvis non eo modo, quem in Miſna noſtra vidimus.

§. 3. *Canis & hædus deſiliendo confringentes vaſa. Placentâ abreptâ accenſa meta. Ann.* (1) *Miſna ex Plat. de leg. confirmata.* (2) *Quomodo placentâ incendatur meta.* (3) *Qui mulcta major in placenta compenſanda, quam frumenti meta. Leges Rom. mitiores. Accurſii explic. aberrare videtur.*

ג הכלב והגדי שקפצו מראש הגג ושברו את הכלים משלם נזק שלם מפני שהן מועדין הכלב שנטל חררה והלך לגדיש אכל החררה והדליק הגדיש על החררה משלם נזק שלם ועל הגדיש משלם חצי נזק :

3. Si canis & hœdus è tecti faſtigio deſilientes confringant vaſa, totum damnum præſtatur: quia convicti (1) cenſentur. Si canis abrepta placenta toſta in ſegetum metam aſcendens, placentam comedat & metam incendat, (2) ob placentam totum damnum rependitur; ob metam dimidium (3) damni præſtatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהן מועדין *quia illi convicti ſunt*, de ſaltatione, tractat autem de loco ditionis læſi, quia eſt generatio pedis. חררה eſt placenta quæ coquitur ſuper prunis.

על החררה משלם נזק שלם *pro placenta totum damnum rependit*, quia dens eſt in ditione loci ejus qui læſus eſt. ועל הגדיש משלם חצי נזק *pro meta frugum ſolvere debet dimidium damni*, quandoquidem ſe habet ut ſcrupi, de quibus traditione accepimus ſolvendam eſſe mediam damni partem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חררה eſt *placenta tenuis*; & aliquando prunæ adhærent illi, ita ut, quando eam quis comedit in meta frumenti, incendatur meta frumenti illis mediantibus prunis; & tum in placenta edenda fecit pro more ſuo, idcirco ſolvet damnum integrum. Quando autem ope placentæ metam frumenti incenderit, tum fecit more inſolito, propterea ſolvet dimidium damni.

(1) L'EMPEREUR. Conteſtati cenſentur canis & hædus quia omnes norunt eos ſaltare & rebus multis inſilire: ideoque eos ſub cuſtodia habendos, omnibus etiam conſtat. Si ergo ita lædant, rependendum totum damnum: nam dominorum incuria datur. Conſentit Plato de leg. l. 11. cum jubet, Ἐὰν ὑποζύγιον ἢ ἵππος ἢ κύων ἤ τι τῶν ἄλλων θρεμμάτων σίνηταί τι τῶν πέλας, κατὰ ταὐτὰ ἐκτίνειν τὴν βλάβην. *Si jumentum, vel equus, vel canis, aut aliud ex iis quæ educantur rem proximi lædat*, dominus *pariter damnum rependat*.

(2) Verum de ſequentibus Miſnæ verbis dubitari poteſt, ubi placenta toſta metam incendere dicitur; quî hoc fieri queat? Reſpondeo è Maimon. שהגחלים נדבקין בה, *quia prunæ ipſi adhærent*.

(3) Et deinde, quî major mulcta in placenta compenſanda, quam in frugum meta conſtituatur: ſi quidem hic dimidii, ibi totius tenetur? Satisfacit Obadia de Bartenora: דהוי כמו צרורות דהלכתא גמירי לה שמשלם חצי נזק, *quia eſt veluti lapillus ejus: de quo conſtitutio tradit*, dominum *ſolvere dimidium damni*. Senſus eſt, Quemadmodum ſi pecudes pede disjecti lapilli aliquid diffringant, dimidii obligatur dominus; quia id more conſueto non fit, ſed caſu ſcrupi excutiuntur: ſic canis quidem placentam edere ſolet, ideoque id præcavendum; ſed meta caſu accenditur, cum ignis ſcintilla placentæ adhæret, ut caſus ſit fortuitus, cujus ſatagere non ſolemus. Hæc cauſa eſt cur dimidium tantummodo exigatur; licet tantum damnum majori & ſeveriori pœna arcendum videri queat. Quod ſi jus civile Romanorum ſpectes, leges ſunt mitiores ſi caſu fortuito incendium excitetur: utpote quæ in locato & conducto dolum & negligentiam, non etiam caſum fortuitum præſtari jubeant. Ea de re videatur lex 28. C. de locato & conducto. *In judicio tam locati, quam conducti, dolum & cuſtodiam, non etiam caſum, cui reſiſti non poteſt, venire conſtat.* Et licet hic addat Accurſius, *Et hoc niſi ex pacto ſpeciali*; tamen aliam ſententiam ſibi quis deprehendere forte videatur, l. *Si quis domum*, §. 3. t. locati conducti, Digeſt. l. 19. *Si colonis prædiorum lege locationis, ut innocentem ignem habeant, denunciatum ſit: ſi quidem fortuitus caſus incendii cauſam intulerit, non præſtabit periculum locator.* Verum hic diſputare nolo, quî juris conſulti conciliari debeant; dolum & negligentiam eos à caſu fortuito diſtinxiſſe (etſi non eodem modo) nobis ſufficiat.

§. 4. *Quodnam innocens animal, quodnam convictum. Diverſæ de eo Magiſtr. ſententiæ. Annot.* (3) *Tres dies non uno modo in exhibendo teſtimonio explicantur.* גברי תמול *&* מתמול. ליעוד תורה *&* ליעוד *explicantur. Exod. 21. 36. enarratur.* (2) *Ubi D. Judas, ubi Meir ſequendus.*

ד איזו הוא תם ואיזה הוא מועד מועד כל שהעידו בו שלשה ימים ותם משיחזור בו שלשה ימים דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר מועד שהעידו בו שלשה פעמים ותם כל שיהו התינוקות ממשמשין בו ואינו נגח :

4. Quodnam eſt animal innocens; quodnam verò convictum? Convictum, adverſus quodcunque tres (1) dies teſtimonia proferuntur; innocens autem habetur, quum per tres dies abſtinuit: ut quidem ſentit D. Judas. Doctor (2) Meir inquit, Convictum eſt, contra quod tribus vicibus teſtati ſunt; innocens, quodcunque à pueris palpatum non ferit cornu.

R. OB. DE BARTENORA.

משיחזור בו שלשה ימים *Quum per tres dies abſtinuit ab ipſo*, quibus viderit alios boves, & tamen non petierit cornu, tum cenſetur rediiſſe ad innocentiam ſuam. שלשה פעמים *tribus vicibus*, etiam uno die; deciſio non eſt juxta R. Meyr, quia non eſt convictus niſi donec de eo conteſtati fuerint tres dies. כל שיהו התינוקות ממשמשין בו ואינו נגח *quodcunque a pueris palpatum non ferit cornu*, quocum luſerint pueri, & tamen non petierit cornu; & in hoc deciſio eſt juxta R. Meyr, quod bos convictus non redit ad innocentiam ſuam, niſi donec pueri cum eo luſerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ממשמשין בו *Palparet cum eo*, vult dicere, quod ipſum trahunt, & cum ipſo ludunt, ut ne eos feriat; deciſio eſt juxta R. Jehudam quod ad explicationem bovis conteſtati; at juxta Meyr quod ad explicationem bovis innocentis. Quamdiu autem convictus eſt bos quod is cornu ferit, non redibit ad innocentiam ſuam niſi donec conjunxerint ſe cum eo pueruli quos non petierit cornu.

(1) L'EMPEREUR. Tres dies continuos requirit; nec ſufficit, ſi tribus diebus bovem petulcum fuiſſe, domino denuncient: ubi, exempli gratia, primo menſis die, & ultimo, ac deinde ſemel tertio menſe cornu feriit. Illa ſententia ex Abæi verbis liquet, תמול חד מתמול תרי שלשום תלתי ולא ישמרנו בעליו אתאן לנגיחה רביעית, *Heri ſemel, à nuo nudiuſtertius, & pridie tertio, nec aſſervavit eum dominus ejus; ſi perrexerint cornu ferire quarta vice:* ſupple (nam oratio imperfecta eſt & obſcura) tenebitur dominus. Abæus hic procul dubio ad vers. 36. c. 21. Exodi reſpexit; ubi habetur, מתמול שלשום, *ab heri nudius tertius*: quæ verba multo melius Chaldæus enarravit, מאתמלי ומדקמוהי, *inde ab heſterno die & retrò.* Sed Abæo תמול eſt heri, מתמול nudius tertius, שלשום pridie iſtius nudius tertius: idque ut tres continuos dies deſignet, quibus ſingulis ſi ſemel aut bis aut ſæpius ferierit, bos petulcus habeatur. Idem liquet è D. Simeonis verbis, quum ait, Sapientes לא אמרו שלשה ימים אלא לחזרה, *non dixerunt tres dies, niſi ob regreſſum:* ſenſus eſt, ideo iſtorum dierum numerum exigi, quia bos לתמותו, *ſuæ integritati* reſtitutus & à vitio iſto liberatus non cenſetur, niſi diebus iſtis elapſis, quibus cornu non ferierit. atqui videtur, bovem iſtum tum demum תם, *integrum* cenſeri, ſi tribus diebus continuis ab illo vitio abſtinuerit. Sententiam Simeonis non defendo: tantum שלש ימים eſſe *tres dies* continuos, & hinc conjicimus. Præterea quæſtio quæ in Gemara proponitur idem oſtendit. אבעיא להו שלשה ימים דקתני לייעודי תורא או ליעודי גברא למאי נפקי מינה דאתו תלתא כיתי סהדי בחד יומא אי אמרת לייעודי תורא מעייד ואי אמרת ליעודי גברא לא מעייד, *Quæſitum inter ipſos, Tres qui leguntur dies, num ad teſtandum de eo quod lex ait* Exod. 21. vers. 36. (*bovem petulcum fuiſſe ab heri & nudiuſtertius;*) *an verò ad ſolemniter denunciandum viro* (bovem petulcum eſſe, requiruntur dies tres?) *Quorſum per illam quæſt. tenditur? Quum tres teſtium ordines uno die accedunt, ſi dicas, Ad teſtandum de eo quod lex ait* (Exo. 21. 36. in Miſna tres dies requiruntur,) *teſtes teſtantur* (per tres dies bovem cornu læſiſſe;) *quod ſi dicas, Ad denunciandum viro adhibitis teſtibus* (bovem petulcum eſſe, requiruntur dies tres, quia tribus diſtinctis diebus teſtes audiendi,) *teſtium cœtus non teſtatur* (uno die, bovem tres dies obvia cornu læſiſſe.) Hinc conſtat Sapientes ad legem iſtam Exod. c. 21. animum intendiſſe, quum trium dierum meminerunt: quos continuos eſſe nec intervalla admittere ipſi autumarunt, ſicuti ex initio hujus annotationis liquet. (quamvis legem non ſatis congruè expoſuerint.) Porrò quod diſtinctionem generalem innocentis & convicti concernit; jam antea not. 6. §. 4. c. 1. & hoc etiam c. de ea actum: verum hic tantum de bove cornupeta & non cornupeta.

(2) Majoris fortaſſe momenti (quandoquidem in ſuperioribus prava ſcripturæ expoſitio præſtruitur) cum in Miſna diverſæ Doctorum ſententiæ proponuntur inquirere cujuſnam obtineat. Id in Gemara definit Magiſter Nachman: in deſcriptione bovis convicti, ſequendum D. Judam; bovis innocentis autem, Doctorem Meirum. Idque ob D. Joſes eatenus iis aſſentientis authoritatem, vel potius rationes: quemadmodum ſubjungit, אנא כרבי יוסי סבירא לי דרבי יוסי נימוקו עמו, *Mihi ſecundum D. Joſen videtur, nam D. Joſe rationes habet.* נימוקו enim idem valet ac טעמיו וראיותיו, *rationes & argumenta ejus:* uti habet Gloſſa marginalis. De legibus Romanis, ſub finem cap. 1. annotationes conſule.

§. 5. Bos cornu, pede, dente lædens in loco publico & privato. Modus argumentandi à majori, qui in hiſce multis procedat. Annot. (1) Tria loca in hac cauſa ſunt diſtinguenda. (2) Derivatorum jura in fonte damni quærenda. Quæ excipiantur. (3) Tarphonis de damno cornu dato ſententia. (4) Mens regulæ juris, דיו לבא מן הדין להיות כנדון. *(5) Exceptio in jure uſitata contra argum. ab impari. Quando obtineat, diverſa ſententia. Num. 12. 14. exponitur. Sapientes ex ff. ſublevantur.*

ה שור המזיק ברשות הניזק כיצד נגח נגף נשך רבץ בעט ברשות הרבים משלם חצי נזק ברשות הניזק רבי טרפון אומר נזק שלם וחכמים אומרים חצי נזק אמר להם רבי טרפון ומה אם במקום שהקל על השן ועל הרגל ברשות הרבים שהוא פטור החמיר עליהם ברשות הניזק לשלם נזק שלם מקום שהחמיר על הקרן ברשות הרבים לשלם חצי נזק אינו דין שנחמיר עליה

5. Bos lædentis (1) in fundo læſi, quî ſe habet? Si cornu (2) feriat, impellat, mordeat, incumbat, vel recalcitret, in loco publico; dimidium damni compenſatur: at in fundo læſi, D. Tarphon exigit totius damni compenſationem; Sapientes verò dimidium damni præſtari volunt. Quibus in hunc modum Doct. Tarphon, Quid quæſo? Si ubi lex mitior eſt pro dente & pede in loco publico, quum dominus liber eſt, contra eoſdem durior ſit in fundo læſi, ut totum damnum compenſetur; (3) nonne ubi gravior eſt quod ad cornu in loco publico, ut damni dimidium compenſetur; æquum

עליה ברשות הניזק לשלם נזק שלם אמרו לו דיו לבא מן הדין להיות כנדון מה ברשות הרבים חצי נזק אף ברשות הניזק חצי נזק אמר להם אני לא אדון קרן מקרן אני אדון קרן מרגל ומה במקום שהקל על השן ועל הרגל ברשות הרבים החמיר בקרן מקום שהחמיר על השן ועל הרגל ברשות הניזק אינו דין שנחמיר בקרן אמרו לו דיו לבא מן הדין להיות כנדון מה ברשות הרבים חצי נזק אף ברשות הניזק חצי נזק :

æquum eſt ut quod ad ipſum graviores ſimus in fundo læſi, quò totius damni pretium ſolvatur? Illi contra, Sufficit (4) ei quod argumentando conſequitur, ut ſeſe habeat quemadmodum illud unde argumentamur. Itaque uti in loco publico dimidium damni, ita etiam in loco læſi dimidium compenſatur. Reſpondit illis, Ego non concludo (5) illud de cornu è cornu, de cornu è pedis jure concludo. Quid quæſo? Si ubi lex in dentem & pedem mitior eſt in loco publico, in cornu eſt gravior; nonne ubi gravior eſt in dentem & pedem in fundo læſi, æquum eſt ut in cornu graviores ſimus? Regeſſerunt, Sufficit ei quod argumentando conſequitur, ut ſeſe habeat quemadmodum illud unde argumentamur, itaque uti in loco publico dimidium damni, ita etiam in loco læſi dimidium compenſatur.

R. OB. DE BARTENORA.

נגח נגף רבץ וכו׳ *Si cornu feriat, impellat, mordeat &c.* omnes hæ actiones ſunt generationes cornu. דיו לבא מן הדין להיות כנדון *Sufficit ei quod argumentando conſequitur, ut ſeſe habeat quemadmodum illud unde argumentamur,* ſenſus eſt de cornu in loco ditionis læſi quod tu argumentando colligis a cornu in loco ditionis publicæ, nam tu dixiſti, *nonne æquum ut quod ad cornu illud aggravemus in loco læſi, ad quod aggravamus in loco publico?* ſufficit ei ut ſit quemadmodum id a quo argumentando conſequitur, nempe, quemadmodum cornu in loco publico; & non tenebitur ad ſolutionem in loco læſi, niſi dimidio damni, quemadmodum tenetur in loco publico.

אני לא אדון קרן מקרן *Ego non concludo illud de cornu e cornu*, ut ſuperius diximus, ſed cornu e pede, nonne æquum eſt ut aggravemus quod ad cornu in loco ubi aggravamus quod ad dentem & quod ad pedem.

דיו לבא מן הדין להיות כנדון *Sufficit ei quod argumentando conſequitur, ut ſeſe habeat quemadmodum illud unde argumentamur*, quia in fine, ſi cornu non fuerit in loco publico, non fuiſſet locus argumentandi a minori ad majus. Et quamvis R. Tarphon in cæteris caſibus ſemper tenet illud *ſufficit ei argumentando &c.* quia ex Lege eſt uti ſcriptum eſt Num 12. 14. הלא תכלם שבעת ימים Quanto magis ob divinitatem quatuordecim dies abſcondi debet, *ſed ſufficit ei quod argumentando conſequitur &c.* propterea *includetur ſeptem dies.* Num. 14. 12. non plures, Nihilominus tamen hic non tenet R. Tarphon illud *ſufficit ei quod argumentando &c*; nam putat R. Tarphon quod, quando dicimus *ſufficit ei quod argumentando &c.*, intelligendum eſſe quando non infringitur argumentum illud a minori ad majus, quemadmodum illic, ubi de ſeptem diebus divinitatis nihil ſcriptum eſt, procedit argumentum a minori ad majus, & docet nos quatuordecim dies, & procedit illud *ſufficit illi quod argumentando &c.*, educit ſeptem, & confirmat ſeptem, quomodo fiet ut conſequentia procedat pro his ſeptem diebus, & nullatenus infringatur. Sed hic dimidium damni ſcriptum eſt tum in loco publico, quam in atrio læſi, & procedit conſequentia a minori ad majus, & docet alterum dimidium damni, quod ad damnum integrum. Et ſi dixeris, *ſufficit ei quod argumentando &c.*, & poſueris illud in dimidio damni, ut antea, conſequentia infringeretur, & nullum caperet commodum. Sapientes vero putant quod etiam quando infringeretur conſequentia, dicere poſſumus *ſufficit ei quod argumentando &c.*; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando didicerimus aliquod jus per conſequentiam a minori ad majus, diſcipulus non major erit magiſtro ſuo a quo didicit, ſed erit ut iſte, ideo dicimus, דיו לבא מן הדין להיות כנדון *Sufficit ei quod procedit e conſequentia ut ſit id de quo per conſequentiam proceſſeris*; & de hoc nulla eſt controverſia, quia ex lege eſt; & hoc eſt quod de Miriam dicitur Num. 12. 14. ואביה ירק ירק הלא תכלם שבעת ימים Quanto magis, ſi divina majeſtas ira accenſa fuerit contra eum, abſcondiſſet ſe ſeptem dies, & quanto adhuc magis is contra quem ipſe Deus benedictus ira incenſus fuerit, debet ſe abſcondere multos dies. Sed lex dicit Num. 12. 14. תסגר שבעת ימים Hinc vides quod jus divinitatis quod diſcitur a patre, eſt quemadmodum jus patris. Cæterum fundamentum controverſiæ R. Tarphonis & Sapientum hoc eſt. R. Tarphon dicit, id quod dicimus, *Sufficit ei quod provenit e conſequentia ut ſit quemadmodum id è quo provenit ipſa conſequentia*, nempe, quando aliquod jus per conſequentiam educere voluerimus, quod antea non eduximus, tum jus illud non eſſe majus illo jure de quo per conſequentiam eductum eſt, quemadmodum diſcimus ab eo cui divinitas irata eſt, quod abſcondi debet ſeptem dies, quod antea non ſciviſſemus. Verum quando nobis de alicujus rei jure conſtiterit, quemadmodum eſt dimidium damni, & deinceps per conſequentiam a minori ad majus eduxerimus illud, niſi ei addiderimus aliquod jus, & conſtituerimus inde damnum integrum, tum hoc argumentum a minori ad majus fruſtra eſſet, et non addidiſſet nobis aliquam cognitionem, quia hoc dimidium damni notum erat ſine argumento a minori ad majus. Et ejuſmodi in caſu non dicimus, ſufficit ei quod per conſequentiam eductum eſt ut ſit quemadmodum id a quo per conſequentiam eductum eſt, quia per conſequentiam non educitur, niſi quod damni dimidium notum erat. Sapientes vero dicunt, etiam ejuſmodi in caſu dici, ſufficit ei quod per conſequentiam eductum eſt ut ſit quemadmodum id a quo per conſequentiam eductum eſt. Cæterum exponam tibi hunc caſum, ne putes quod R. Tarphon hoc fundamentum non expoſuit in cæteris locis, quia in hoc tantum loco non exponit; deciſio eſt juxta Sapientes.

(1) L'EMPEREUR. Magni intereſt, quo quiſque in loco noceat ſive damnum inferat: ut ea propter tria loca diſtinguantur: locus publicus; locus privatus, qui duplex eſt, vel ejus cujus bos lædit; vel ejus cujus bona læduntur. Itaque hic ventilatur injuria vel potius damnum quod quis in fundo ſuo ab alterius bove patitur: præmiſſa prius generali ſententia de bove in loco publico lædente: idque ut quod hac de re c. 1. Miſn. 4. propoſitum erat, explicaretur plenius.

(2) Et cum hic de cornu aliiſque agatur, in memoriam revocandum quod initio libri de damnorum fontibus, & eorum derivatis propoſitum fuit. Pariter enim in cornu ſe res habet: ubi damnum cornu datum vocatur אב ſive fons & origo; quò deinde revocantur hæc in hac Miſna recenſita, *impellere, mordere, incumbere, recalcitrare.* De quibus obſervanda regula è libro præceptorum magno ad præc. affirm. 66. אם היה אב מועד תולדותיו מועדין ואם היה תם תולדותיו כמוהו, *Si pater* (ſive fons) *convictus ſit; derivata*

etiam convicta: ſi verò ille habeatur innocnus; generationes (ſive quæ inde derivantur eoque referuntur) *ſimiliter ſe habent.* Item, כל תולדות כאב שלה חוץ כצרורות המנתזין מתחת רגלי הבהמה בשעת הילוכה *Omnis generatio ut pater ſuus* (id eſt, derivatum fontis ſui leges & jura in compenſatione imitatur) *exceptis ſcrupis, qui excutiuntur e veſtigiis jumenti dum incedit.* (de his conſule c. 2. Miſnam 1.)

(3) At de fonte & derivatis in cornu non conveniunt doctores; ſiquidem D. Tarphon argumento ab impari cæteros impugnat. Hæc ejus mens: ſi damnum dente & pede datum in privato alterius ſundo, totum compenſatur; ergo etiam damnum cornu ibidem datum. Ratio eſt, quia damnum dente & pede datum alibi, leviori legi ſubjicitur, quam ſi cornu læderet, (in loco enim publico ne dimidium quidem damni in ipſo compenſatur, ut conſtat è Miſn. 2.) atqui conveniens videtur, ut ſi quod alibi liberum eſt, in loco privato perfecta compenſatione mulctatur; id quod alibi dimidia compenſatione coercetur, in diœceſi alterius privati tota compenſatione mulctetur.

(4) Sed excipiunt דיו לבא מן הדין להיות כנדון, *Sufficit ei quod è judicio provenit, ut ſit tanquam id quod in judicio prædicitur.* Hoc ſibi volunt, in argumentando (judicare, judicium, &c. apud Judæorum logicos ad argumenta & argumentationes transferuntur: ut palam fecimus in Halichoth Olam: quem librum Latine reddentes publici juris non ita pridem fecimus) ſenſus inquam eſt in argumentando, ſive in argumento à minori ſufficere, ut vel graviſſimum tantum quod in minori comparato invenitur, etiam in majori inveniatur: vel (quod hic locum habet) in comparato majori duorum membrorum, poſterius membrum æquetur priori, unde vis argumenti profluit. Ita quum is, cujus bos in loco publico cornu feriit, dimidii damni teneatur; ſufficere ſi cum reſpectu loci privati pari pœna mulctemus. Nam hic in majori comparato duo ſunt membra. quum bos cornu nocet in loco publico, dimidium damni rependitur; ita quoque cum in privato alterius loco damnum ea ratione dabit. alter comparationis pars etiam duo membra continet: quum bos dente damnum infert in loco publico, abſolvitur; in loco privato idem ſi faciat, totum damnum compenſatur. Sed quia etiam ex priori membro in ſuperiori comparationis parte argumentatio dependet; ideo amplius non concludunt, quam ibi reperitur.

(5) Nihilo ſecius inſtat ille, ſe non concludere è cornu, quod cum ob cornu in loco publico dominus bovis dimidii damni obligetur, in privato loco gravior ſtatuenda ſit mulcta; ſed ſuum argumentum à pede & dente procedere. Cui idem illud regerunt, *Sufficit ei quod argumentando, &c.* Etenim licet id non exprimatur; tamen cornu in loco publico nocens, eſt argumentationis fundamentum, atque hic ſpectatur inprimis. Ne quis ignorantiæ Doctores iſtos inſimulet, ac ſi non ſatisfacerent; ſed ubi quo argumentum ſolverent non haberent, idem abſque ullo fundamento occinerent: res penitius examinanda venit. בקל וחומר *in levi & gravi*: id eſt, in argumento ab impari (ſive à minori, ſive à majori ducatur ratio. קל וחומר nuncupant) datur vulgò exceptio illa, quam in præcedentibus jam vidimus: ſufficere ei quod concluditur, ut fundamento à quo argumentamur æquetur. Exceptionem è c. 12. Num. confirmant. ſiquidem cum, poſtquam Maria peccaſſet, Deus à minori arcendam caſtris probaret, quod in antecedenti erat non auxit; ſed idem illud temporis ſpatium exegit, vers. 14. *Si pater ejus ſputum inſpuiſſet in faciem ejus* (i. iratum ſe ei præbuiſſet) *annon rubore ſuffuſa eſſet* (i. ſeſe ſubduceret) *ſeptem dies? ſecluditor ſeptem dies extra caſtra.* Hic videtis, inquiunt, quamvis Deus patre terreno multo major ſit; ſolos ſeptem dies illius ſeparationi deſignatos fuiſſe. Attamen de exceptione iſta diſputant, quando locum habeat. Sapientes, quos vocant, ubique ei locum eſſe arbitrantur: at D. Tarphon eo tantum caſu, quum concludendum antea certum non ſuit; ſi verò quod ab impari probandum eſt, jam ſatis in confeſſo ſit, exceptionem non admittendam: etenim exceptio הפריך קל וחומר, *irritum faceret argumentum à minori.* Ita hoc loco, quandoquidem conſtabat ſatis, dimidium damnum reſtituendum: quid attinebat argumento ab impari id ipſum confirmare? ſic hoc argumentum planè ſupervacuum eſſet. Hoc ergo eſt quod ſibi voluerunt Sapientes, quum exceptionem repeterent: q. d. Tu quidem hoc caſu eam dari negas; at nos ubique eam admittendam cenſemus: ideoque eam ingeminamus. Ex tota hac diſputatione liquet, quanto conatu inter locum publicum & privatum in damnis diſtinguant. At Dig. l. 9. t. 1. §. 1. convenienter ultimis Miſnæ verbis, lex generalis abſque locorum diſtinctione proponitur. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, actio ex lege duodecim tabularum deſcendit. quæ lex voluit. . . . aut dari id quod nocuit, aut æſtimationem noxiæ offerri.*

§. 6. *Homo ſemper conteſtatus ac convictus. Totum damnum præſtat. Ann. (1) Quis error excuſet: quis ſecus. Confirmatur è ff. li. 9. tit. 4. leg. 3. Dormientis oculum excæcans quando teneatur. (2) Exod. 21. 14. explicatur. Ubi de* מזיד, *ejuſque requiſitis.*

ו אדם מועד לעולם בין שוגג בין מזיד בין ער בין ישן סימא את עין חבירו ושבר את הכלים משלם נזק שלם :

6. Homo ſemper conteſtatus ac convictus habetur; ſive (1) errore, ſive deſtinata (2) voluntate agat, ſive denique vigilans, ſive dormiens. Si excæcavit oculum ſocii ſui, aut fregit vaſa, totum damnum præſtat.

R. OB. DE BARTENORA.

בין ער בין ישן *Sive vigilans, ſive dormiens*, ſi quis dormiverit, & alius acceſſerit ac dormiverit ad illius latus, & ſecundus primo intulerit damnum, tenetur; at ſi primus damnum intulerit ſecundo, immunis eſt. Verum ſi duo cubuerint ſimul, quisquis eorum qui damnum intulit, tenetur, quia unus alteri convictus eſt.

סימא ארת עין חבירו *Si excæcavit oculum ſocii ſui*, etiam ſi ex errore factum fuerit, tamen tenetur damno, ſed non quatuor rebus, quandoquidem non tenetur quatuor rebus, niſi de induſtria id fecerit, aut quaſi de induſtria.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si unus homo dormiverit, & alter acceſſerit qui dormit ad latus ejus; tum ſecundus eſt convictus primo, & ſi ſecundus damnum intulerit primo, tenetur; at ſi primus damnum intulerit, qui primus dormiebat, aut is qui ad latus ejus dormivit, immunis eſt. Verum ſi duo dormiverint ſimul, quivis eorum qui damnum intulerit proximo ſuo, tenetur, quia unus alteri convictus eſt.

(1) L'EMPEREUR. Injuſtum quidem videtur, ſi error & ſcientia in damnis eodem loco habeantur. verum talis error hic conſideratur, cujus culpa eſt penes eum qui damnum errore dedit. Nam ſi prohibere potuit quo minus errorem committeret, idem eſt ac ſi ſciens peccaſſet. Quemadmodum colligitur è l. 3. tit. 4. lib. 9. Digeſt. *In omnibus noxalibus actionibus ubicunque ſcientia exigitur domini, ſic accipienda eſt, ſi cum prohibere poſſet, non prohibuit.* Ideoque Judæorum Magiſtri in Miſna exponenda, ejus exemplo utuntur, qui ſecum cubantis oculum excæcavit dormiens. ſi quum alter dormiret ipſe acceſſerit ut una dormiret; quamvis in ſomno alterum lædat, tenetur: quia ſeſe huic caſui exponere non debuit. at ſi alteri poſteaquam ſomno ſopitus eſſet accedenti ut ſecum dormiret, oculum dor-

dormiens vitiet, non tenetur: ut qui alterius adventum in ſomno prævidere & præcavere non potuerit.

(2) Cæterum per מזיד, *deſtinata voluntate agentem*, quis deſignetur, docet oppoſitio, Exod. c. 21. vers. 14. ubi יזיד opponitur caſui fortuito, & explicatur voce בערמה, *aſtu.* unde liquet actionem iſto verbo notatam patrari certo conſilio & voluntate ac ſcientiâ. Unde Moſes Albelda in c. 21. Exod. in iſto peccatore duo eſſe dicit: quod noverit quid agat; deinde pœnæ debitæ admoneatur. Similiter Iſaac Karo requirit מחשבה, *cogitationem*; & מתון, *moram.* An admonitio requiratur, non diſputabo; id conſtat, ſpectari in מזיד, ut non inopinato & incauto impetu peccet; ſed ſciens & præmeditatus.

Cap. 3. §. 1. *De amphora ac cado, quum franguntur, vel iis præteriens læditur. Cum adhibita diſtinctione. Annot.* (1) *Homines anxiè ad vias attendere non tenentur.* (2) כד *&* חבית *ex Gemara & Additamentis explicantur. Quid ſit* ſudario acquirere. Multitudinem ſequi. (3) *Aquæ lubricum labendi occaſionem præbens.* חרסית. (4) *Quanti ſit, ad liquorem effuſum & fragmina animum non advertere. Miſna ex Dig. illuſtrata & confirmata.*

פרק ג המניח את הכד ברשות הרבים ובא אחר ונתקל בה ושברה פטור ואם הוזק בה בעל החבית חי״ב בנזקו נשברה כדו ברשות הרבים והוחלק אחר במים או שלקה בחרסיה חי״ב רבי יהודה אומר במתכוין חי״ב באינו מתכוין פטור :

Cap. 3. Si alicujus amphora loco publico depoſita, veniat alius qui in eam impingens eandem frangat, liber (1) eſt; & ſi eâ lædatur, iſtius cadi (2) poſſeſſor, de ipſius læſione tenetur. Si frangatur cadus (ſive amphora) in loco publico, alius autem ob aquæ lubricum (3) prolabatur, aut illius lædatur teſtis, poſſeſſor tenetur. D. Judas inquit; Si ad (4) illa animum advertat, teneri; ſin minus, liberum eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

ושברה פטור *Et frangat eam, liber eſt*, quia homines non ſolent ad ſe attendere in viis. בעל החבית חי״ב בנזקו *poſſeſſor cadi de ipſius læſione tenetur*, etiamſi eum fecerit communem, quicunque enim damna ſua fecerit communia, quia ipſi non eſſet poteſtas in principio ea communia reddendi, cenſetur tamen perinde ac ſi ea feciſſet communia.

או שלקה בחרסית חי״ב *Aut ſi læſus fuerit eius teſta, poſſeſſor tenetur*, putat enim eum qui impegerit, peccaſſe, & non eſſe coactam illam actionem, & propterea eum teneri.

רבי יהודה אומר במתכוין חי״ב *R. Jehuda dicit, ſi animum advertat, tenetur*, ſi intenderit ſibi teſtas ſumere, nec non aquam, poſtquam cadus ejus fractus fuerit, tenetur de damno ejus, quia eſt poteus ejus qui damnum intulit. Cæterum, ſi non intenderit eas ſibi ſumere, quoniam re ipſa coactus eſt, quia putat eum qui impegit, non prævaricatum fuiſſe, teſtæ & aqua communes ſunt, quia coactus eſt, idcirco liber eſt. Deciſio autem eſt juxta R Jehudam, quod is qui impegerit, non prævaricatus eſt; & quia coactus eſt, & non intenderit ſibi ſumere teſtas & aquam, res ſe habet ac ſi nunquam ad ipſum pertinuiſſent teſtæ & aqua, & liber eſt ob damna ſua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod non eſt moris ut homines in via ſoleant eſſe animo attento, propterea, ſi acceſſerit alius quem læſerit, immunis eſt; & non dicimus, debuiſſes animum attendere quomodo incedebas.

נשברה כדו ברשות הרבים והוחלק אחר במים או שלקה בחרסיה חי״ב *Si frangatur cadus in loco publico, alius autem ob aquæ lubricum prolabatur, aut illius lædatur teſtis, poſſeſſor tenetur*, vult dicere, quod, ſi damnum intulerit homo inter cadendum, aut aliquam rem fregerit, reus eſt is qui nocuerit ut ſolvat quod intulit damnum, juxta ſententiam R. Meyri, dicentis, is qui impegerit, eſt prævaricator. Cæterum Sapientes dicunt, quod is qui cadit, cogitur in lapſu ſuo, & propterea nihil debet. Verum quod R. Jehuda dicit eum qui impegerit prævaricatum eſſe, ſi intentio ejus fuerit accipere teſtas, ideo dicit quia coactio eſt in lapſu, uti diximus, & ſeſe res habet perinde ac ſi nunquam poteſtatem habuiſſet in illas teſtas; deciſio eſt juxta R. Jehudam, & non juxta R. Meyr.

(1) L'EMPEREUR. Liber eſt & abſolvitur, qui vas confregit: cujus rationem his verbis exprimit Maimonides, עקר הוא אצלנו אין דרכו של בני אדם להתבונן בדרכי' ולפיכך אם בא אדם ונתקל בה פטור ולא נאמר היה לך להתבונן היאך אתה הולך, *Hoc apud nos fundamenti inſtar eſt, non ſolere homines anxiè attendere ad vias: ideoque ſi veniens quiſpiam in eam (amphoram) impingat, liber eſt; nec dicimus, attendere debebas, ubi tu incederes.*

(2) Vas, de quo ſermo eſt, primò vocatur כד, deinde חבית, cum tamen de eodem vaſe agatur: quemadmodum etiam Gemara כדא & חבית' ejuſdem notionis eſſe annotat; & quæſtionem inſuper movet, quare idem diverſis nominibus exprimatur. Gemaræ verba hæc ſunt, היינו כד היינו חבית למאי נפקא מינה לסקח וממכר, *Cadus eſt habith.* i. amphora Attica. (cadum & amphoram latius hic accipio, quam ubi præciſè diſtinctam menſuram notant.) *Quorſum inde tenditur?* (id eſt, quare duo nomina ponuntur?) *Id fit ob emptionem & venditionem.* Hæc verba cum obſcuriora ſint, ex additamentis illuſtranda. Sic ergo additamenta marginalia: תרוייהו צריכי שאם התנה לתת לו כד והקנה לו בסודר ונתחייב הלוקח לתת דמים יכול הלוקח לומר לא אתן לך דמים אם לא תתן לי חבית דקרי לידה לחביתא כדא לפי שהוא כחזק ולא אזלינן בתר רובא ואם התנה לתת לו חבית ונתן הלוקח דמים יכול לומר לו המוכר לא אתן לך אלא כד דקריא לכדא חביתא ולא אזלינן בתר רובא. *Ambo ſunt neceſſaria: nam ſi quis pactus fuit ſe alteri daturum cadum, cui acquiſitus ſit per alam veſtimenti, ita ut emptor pretium ſolvere teneatur; emptor dicere poteſt, pretium non ſolvam, niſi mihi metretam Atticam dederis, (quia Attica metreta, ſive magna amphora etiam cadus vocatur.) quandoquidem ipſe in poſſeſſione eſt. nec multitudinem ſequimur. Quod ſi pactus ſit, ſe illi daturum Atticam metretam, & emptor pretium ſolverit; huic venditor dicere poteſt. Nonniſi cadum tibi dabo (quia cadus etiam metreta vocatur.) nec multitudinem ſequimur.* Antequam pergam, ne obſcura obſcuris declarari videantur, paucula in iſtis additamentis breviter attingenda. Ubi cadus ſudario acquiri dicitur, repetenda ex Eliæ Tiſbi, quæ de ritu iſto annotavit. לוקחים שני עדים ומבארים לפניהם דברי תנאיהם וכל אחד מהעדים פורש כנף בגדו והמקבלים עליהם לקיים כל דבר נוגעים כנפי בגדיהם וזה נקרא קנין בגדו Contrahentes inter ſe *duos teſtes capiunt, coram quibus conditiones ſuas exponunt. Deinde unuſquiſque teſtium extendit alam veſtimenti ſui* (laxas enim veſtes gerebant.) *Itaque, qui in ſe recipiebant ſe rem quamcunque ratam habituros, attingebant alas veſtimentorum ipſorum. Id vocatur Acquiſitio alæ veſtimenti.* Præterea quum in Additamentis dicitur, *Nec multitudinem ſequimur*, ſenſus eſt, Quamvis verba quibus Ebræis cadus & metreta notantur apud pleroſque diverſa ſignificent, id non attendi; quia cum hic de pecunia agatur, quid dicant plerique ſive major pars, non moramur. Quemadmodum Gemar docet, מהו דתימא זיל בתר רובא קא משמע לן דאין הולכין בממון אחר הרוב, *Quod dicere poſſes, Sequere multitudinem: jam edocti ſumus, in pecuniaria cauſa mul-*

ti-

titudinem ſequendam non eſſe. Denique quamvis כד *cadus* & חבית *metreta Attica*, ſive amphora Attica, ejuſdem quantitatis eſſe ſtatuantur; nonnullum tamen Ebræis vocibus diſcrimen notatur: nam ut inquit Salomon I. menſura חבית paulo major eſt, כד verò minor. Et licet כד ſæpe pro minori menſura accipiatur quam cadus, ut quum Rebecca, Gen. 24. humeris כד geſtare dicitur; quia tamen nomen Latinorum ab Ebræo factum eſt, & in Miſnajoth ſæpe pro majori menſura venit, ideo cadi etiam nomen retineri viſum fuit. Ut ergo ad priora Gem. & Addit. verba redeamus, id ſibi auctor voluit, duo vocabula idcirco adhibita fuiſſe, quia licet nonnulla eſſet diverſitas; in vendendo & emendo unam menſuram pro alia peteret vel traderet, qui in argenti poſſeſſione eſſet.

(3) Cæterum Miſna alium caſum ſuppeditat de aquæ lubrico (ut voce utar, quam Tacitus frequenter adhibet.) Fit aliquando ut lubricum loco alicujus ex aqua aliove liquore ortum, labendi occaſionem præbeat: quo caſu is cujus amphora fracta fuerit tenetur, ſi eam in loco publico collocaverit, ex eaque effuſus liquor viam lubricam fecerit: nempe quum præteriens quis hac occaſione cadit, aut læditur teſtis, quas Miſna חרסים nuncupat. quanquam in diverſis editionibus legatur חרסית, quod licet calcis effoſſæ genus ſignificet, uti ex Aruch docuimus pag. 158. Middoth; tamen de fictilium fragmentis etiam dicitur, quæ ſignificatio huic loco quadrat.

(4) Sed in illo prolato caſu D. Judas diſſentit, ſi quis ad *illa*, i. aquam aliumve effuſum liquorem & fragmenta teſtacea animum non advertat. D. Joſeph fragmentorum tantum meminit: בתכוין לזכות בחרסיה, *animum advertit ad obtinendum fragmina ejus*, ſc. amphoræ. Exceptionis ratio: qui fragmina ſibi ſervare vult, id quo alius læditur ſuum agnoſcit, & hac ratione ſe reum fatetur; at qui iſta ut communia bona negligit, non magis datum damnum agnoſcit, quam ſi quis ab iis quæ publica & omnium ſunt læſus fuiſſet. Novi quidem in poſteriori Miſnæ membro quoſdam aliam ſententiam excogitare; ſed quæ à verborum ſerie aberrat. Cum hac Miſna & initio ſequentis optime convenit edictum Prætoris, quod extat l. 9. ff. ſub initium tit. 3. *Unde in eum locum quo vulgo iter fiet, vel in quo conſiſtetur dejectum, vel effuſum quod erit: quantum ex ea re damnum datum, factumve erit; in eum, qui habitaverit, in duplum judicium dabo.* Ubi bene Accurſius monet, verba ita conſtruenda: *in eum qui ibi inhabitaverit unde dejectum vel effuſum quid erit in locum, &c.* Videantur inſuper cætera Prætoris verba quæ ad rem faciunt; ſed brevitati ſtudens prætermitto, locum indicaſſe contentus.

§. 2. *De damno dato per effuſam aquam, ſpinam aut vitrum occultatum. Item ſi ſepes in locum publicum decidat.* *Ann.* (1) *Quo loco occultata, ſi lædant, reatum inducant. De eo priſcorum ſedulitas.* (2) *Sepes quomodo fieri tuto poſſit, e Gemara docetur.* (3) *Sepes decidens quî accipienda. Miſna ex ff.* Ad l. Aquiliam *illuſtrata.*

ב השופך מים ברשות הרבים והוזק בהן אחר חייב בנזקו המצניע את הקוץ ואת הזכוכית והגודר את גדרו בקוצים וגדר שנפל לרשות הרבים והוזקו בהן אחרים חייב בנזקן :

2. Effundens aquam in locum publicum, qua alius damnum patiatur, hujus damnum præſtare tenetur. Occultans (1) ſpinam aut vitrum, item ſuam ſepem è ſpinis (2) conficiens, cujus etiam ſepes in (3) publicum locum decidit; ſi alii per iſta noceatur, damnum per ea illatum compenſare tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

השופך מים ברשות הרבים *Si quis aquam effuderit in locum publicum*, etſi illud fecerit cum licentia, quemadmodum in tempore pluviarum, quando aquam effundere licet in locum publicum; nihilominus tamen ſi quis ea læſus fuerit, tenetur de illato damno.

המצניע את הקוץ ואת הזכוכית וכו' *occultans ſpinam aut vitrum &c.* nimirum, ſi occultaverit ea in loco publico; ſic etiam, ſi quis ſepem ſuam e ſpinis confecerit, quæ avolaverint in locum publicum. Sed, ſi quis hoc proprie in ſua ſepe fecerit, atque ope illius nonnulli fuerint læſi, liber eſt, quia non eſt moris ut homines arrodant parietes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit *occultans ſpinam aut vitrum, aut ſepem ſuam e ſpinis conficiens, ſi quis læſus fuerit illis, tenetur compenſare damnum illatum*, hoc intelligendum eſt quando eduxerit in locum publicum. Cæterum, ſi hoc fecerit in fine atrii ſui, nihil debet, nam hypotheſis nobis eſt quod homines non ſolent arrodere parietes.

(1) L'EMPEREUR. Sæpè fit ut ſpinæ ſimiliaque amputentur, vitraque confringantur, & cum hæc, tum illa loco quodam ſeponantur, abjiciantur, & occulto etiam loco à conſpectu noſtro removeantur. Hic eorum author reus peragitur, ſi quem ita ſpinarum aculeis, vel vitri fragmine lædi contingat. Modo, ut Hebræi obſervant, loco publico occultata lædant: etenim ſi quis ejuſmodi in fundo proprio ſeponat, quamvis alius lædatur, ipſe non tenetur. Ideoque חסידים הראשונים היו מצניעים קוצותיהם וזכוכיותיהן בתוך שדותיהן ומעמיקין להן ג' טפחים כדי שלא יעכב המחרישה, רב ששת שדי להו בנורא רבא שדי להו בדגלת, *Pii iſti antiqui ſeponebant ſpinas & vitra ſua in agris ſuis, idque ad trium palmorum profunditatem, ne vomerem remorarentur. Magiſter Seſath iſta in ignem projiciebat: Raba verò in Tigrin abjiciebat.* Nam id operam dabant, ne ſua culpa alius læderetur: quod plerique ſe facturos judicabant ſi illa etiam in fundo ſuo collocarent ac ſeponerent.

(2) Quum ergo in ſequentibus legitur, eum teneri qui ſuam ſepem è ſpinis confecit, ſi inde prætereuntes damnum patiantur; id hac conditione obtinet, ſi rami in locum publicum excreſcentes prætereuntem lædant: quandoquidem ni id fiat, hac in parte nemini in ſuo fundo leges præſcribi poſſunt. In quam ſententiam hæc addit Gemara: אמר רבי יוחנן לא שנו אלא בפריח אבל מצמצם לא מאי טעמא אמר אבי רב אחא בריה דרב איקא לפי שאין דרכן של בני אדם להתחכך בכתלין, *Dixit D. Iohannes, Id nonniſi de excreſcente ſepe docuerunt; non verò de ea quæ præcisè intra limites continetur. Quæ ratio, quare hoc caſu liber ſit? Reſpondit Magiſter Aba filius M. Ika, Quia non eſt conſuetudo filiorum hominis, ut ſeſe parietibus affricent.* Sane ſi nihil quod nocere poteſt excreſcat, ipſe qui ad ſepem propius accedit, ſibi acceptum incommodum imputet.

(3) At ſi ſepes ſuis quidem limitibus non egrediens; poſtea decidat in viam vel aream publicam, aliud judicium eſt: tum enim non ſpectatur cujuſmodi antea fuerit; ſed quî ſe jam habeat. Niſi quod ad idoneam & debitam ſtructuram præcedentem ibi attendi, judicem ex eo quod R. Iom Tob f. Abrahami ad Maimonidæ verba annotat; quæ leguntur c. 13. conſtitutionum de damnis pecuniariis. אם לא בנאו כראוי חייב, *ſi eum* (loquitur de pariete) *non exſtruxit debito modo, tenetur.* Quæ poſteriori Miſnæ membro proponuntur, ita ſe habent, *Quemadmodum* (ut cum Ulpiano loquar) *ſi laqueos eo loci poſuiſſes, quo jus ponendi non haberes, & pecus vicini in eos laqueos incidiſſet.* ff. ad l. 29. Sive enim laqueo, ſive ſpinis vel ruderibus damnum in loco alieno vel publico detur, eodem res recidit. Quid verò hic juris ſit, videre eſt loco citato.

§. 3.

§. 3. *Damnum datum per ſtramen & paleam. In loco publico aliquid inquinantes. ut ſtercus eò effundentes. Ann.* (1) לזבלים *quid, ex Gloſſa & Plinio.* (2) *Nonnulla nocentia, occupantis fiunt. Quandoque teneri qui faciunt quod licet. Miſna ex Dig. lucem mutuatu.*

ג המוציא את תבנו ואת קשו לרשות הרבים לזבלים והזק בהן אחר חייב בנזקו וכל הקודם בהן זכה רבי שמעון בן גמליאל אומר כל המקלקלין ברשות הרבים והזיקו חייבין לשלם וכל הקודם בהן זכה ההופך את הגלל ברשות הרבים והזק בהן אחר חייב בנזקו :

3. Qui ſtramen & paleam ſuam in locum publicum effert ad (1) fimetum, ita ut iis damnum patiatur alius; hujus damnum præſtare tenetur: & quicunque primus iſta capit, (2) acquirit. D. Simeon f. Gamalielis inquit, omnes in loco publico aliquid inquinantes, damnum compenſare tenentur: & quicunque primus hujuſmodi intercipit, ea ſibi acquirit. Qui ſtercus in locum publicum effundit, adeo ut eo damnum patiatur alius; hujus damnum compenſare tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

לזבלים *in fimeta*, quando ſtramen, & palea ac ſtipula putruerit, & fimeta fiunt ad ſtercorandos agros, & vineas. כל הקודם בהן זכה. *quicunque anteverterit, acquiſivit*, quia Sapientes eos pœna affecerunt. כל המקלקלין ברשות הרבים *quicunque corrumpentes in loco publico*, etiamſi id fecerint cum licentia, ut ſi ſtercus eduxerint, & nocuerint, tenentur. גלל eſt ſtercus jumenti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicimus, *quicunque primus illa capit, acquirit*, pœna eſt. גלל notat ſtercus jumenti; &, etiam in tempore quo efferebant ſtercus, ſi damnum intuliſſet, tenetur.

(1) L'EMPEREUR. Propriè *ad fimos*, id eſt, ut in fimum redigantur ad agros ſtercorandos: ſicuti gloſſa enarrat, שירקבו התבן ועשים זבל לזבל שדות וכרמים, *Ut putreſcant ſtramen & palea, & in fimum redigantur ad ſtercorandos agros & vineta.* ſecundum illud Plinii l. 17. c. 9. *Cato, ſtercus unde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quernaſque*, ſupple, capiendas.

(2) Ne autem hujuſmodi rebus loca publica inquinarentur, occupantis eſſe voluerunt: ſic enim קנסינהו רבנן המקלקלין, *multarunt Magiſtri ipſos conſpurcantes*; ut loquitur R. Iſac Gabæus. Imo etiamſi nonnunquam ſtercus foras efferre liceat, ſi damnum datum ſit, tenentur authores. Ita Gemara, כל אילו שאמרו מותרים לקלקל ברשות הרבים אם הזיקו חייבים, *Omnes quibus veniam dederunt ut ita in loco publico aliquid inquinent; ſi noceant, tenentur.* Atque ea de re non inconcinnè etiam accipi poſſet, quod legimus Dig. *l.* 9 t. 3. leg. 1. §. 2. *Semper ea loca, per quæ vulgò iter ſolet fieri, eandem ſecuritatem debent habere.* Qui enim in vel per loca publica quid defert, ne damnum detur cavere debet.

§. 4. *Figulus in quem cadentem alter impingit, de ſecundi læſione tenetur. Ann.* (1) *Id quidem ſi ſtare potuerit.* (2) *Figuli & vitriarii plures, quemodo cadentes de damno teneantur. Quid ſit cadere propter primum. Miſna comparatur cum caſu quodam è Digeſtis.*

ד שני קדרין שהיו מהלכין זה אחר זה ונתקל הראשון ונפל ונתקל השני בראשון הראשון חייב בנזקי שני :

4. Si duorum figulorum, qui alter poſt alterum incedunt, prior (1) impingens cadat, impingatque ſecundus in priorem; prior de ſecundi læſione tenetur. (2).

R. OB. DE BARTENORA.

הראשון חייב בנזקי שני *Prior de ſecundi læſione tenetur*, hoc intelligendum eſt quando ſe erigere poſſet is qui ceciderat, & non erexerit ſeſe, quod tenetur. Verum ſi non potuiſſet ſe erigere, immunis eſt, quia hypotheſis eſt quod is qui impegerit, non eſt prævaricator.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ita intelligenda ſunt quando is qui cadebat ſe erigere poterat, & non erexerit ſe, ſed decubuerit donec alius in eum impegerit, idcirco tenetur. Verum ſi non poſſet erigere ſe & alius in eum impegerit, non tenetur, quemadmodum expoſuimus, quod læſus coactus eſt.

(1) L'EMPEREUR. Ita tamen in pedes ſtare & conſiſtere poſſit: quod Gemara ſic effert, שהיה לו לעמוד ולא עמד, *cum ſtare poterat & non ſtetit*, vel ut alius loquitur, כגון שהיה יכול לעמוד, *modò ſtare potuerit.* [illegible] eſt, כהכי כתוקמא מתניתין שהוא בנפילתו כדי עמידה ולא עמד, *hoc pacto ſtabilitur Miſna, quum tamdiu cunctatus eſt inter cadendum ut erigere ſeſe potuerit; nec tamen ſeſe erexit.* Aliqui Doctores pronunciant, אנוס הוא ופטור, *coactus fuit, idemque abſolvitur.*

(2) Additur in Gemara alius caſus, quem his verbis proponunt, הקדרים והזגגים שהיו מהלכים זה אחר זה נתקל הראשון ונפל השני בראשון והשלישי בשני ראשון חייב בנזקי שני ושני חייב בנזקי שלישי ואם מחמת ראשון נפלו ראשון חייב בנזקי כולם ואם הזהירו זה את זה פטורין, *ſi figulorum vel vitriariorum, qui alius poſt alium incedunt, primus impingat, & ſecundus in priorem procidat, tertiuſque in ſecundum; primus de ſecundi damnis tenetur, ſimiliter ſecundus tenetur de damnis tertii. quod ſi propter primum ceciderunt, primus omnium damna præſtare debet. Si verò alius alium monuerunt, abſolvuntur.* Tandem in Gemara explicatur, quid ſit, propter primum cadere: cum variare judicia poſſint, an primus in cauſa fuerit. Duæ ergo proponuntur ſententiæ, היכי נפיל מחמת ראשון, *quando cadere quis dicatur propter primum.* רב פפא אמר דפסקה לאורחיה כשלדא רב זביד אמר כחוטרא דסמיותי, *Magiſter Papa inquit, Quum primus alterius viam præcidit inſtar morticini; Magiſter Zebid ait, inſtar ſcipionis cæcitatis.* Senſus eſt, illum exiſtimare, quod primus ille, ſi de damno teneatur, adeo viam obſtruxerit, ac ſi cadaver transverſè per viam jacuiſſet (ut gloſſa exponit:) hunc verò tantum impedimentum non exigere; ſed ei ſufficere, ſi primus ille ſe cæci inſtar habuerit, qui in ſua cæcitate ſcipionem adhibens, eum palpando ita per viam extendit, ut alius impingat. Qua utraque ſententia ille tum demum teneri judicatur, ſi catenus ſecundo & tertio labendi occaſionem dederit, ut cum alterutro, id eſt, morticino vel ſcipione per viam extenſo quadantenus conferri queat. Cum hac Miſna & poſteriori caſu conferri poſſit Alpheni reſponſum lib. Dig. 9. t. 2. leg. 52. §. *In clivo*: ubi de duobus plauſtris quæ mulæ in clivo ducebant. *Poſterius plauſtrum à priore percuſſum, retrò redierat, & puerum cujuſdam obtriverat. dominus pueri conſulebat, cum quo ſe agere oporteret. Reſpondi*,

in

in cauſa jus eſſe poſitum. id eſt, exponente Accurſio, *ut ille teneatur qui cauſam mortis præbuit.* Uti in ſuperioribus tres homines in exemplum proferuntur, quorum tertius & ſecundus lædantur; ſic producta lege, duo plauſtra cum puero producuntur, ita ut prius plauſtrum ſit totius damni occaſio. Quis verò cauſam præbuiſſe cenſeatur, cum plauſtrum in plauſtrum, & hoc plauſtrum in puerum cecidit, videatur dicta lege, ubi cum diſtinctione reſpondetur.

§. 5. *Varii caſus, quibus amphora ad tignum frangitur, eorumque jura. Item de lino lucernâ accenſo. Annot.* (1) *Maritus uxorem in concubitu lædens.* (2) *Fortuitus caſus quando excuſet. Fortuiti caſus differentia ex Jure civili Rom. probatur.*

ה זה בא בחביתו וזה בא בקורתו נשברה כדו של זה בקורתו של זה פטור שלזה רשות להלך ולזה רשות להלך היה בעל קורה ראשון ובעל חבית אחרון נשברה חבית בקורה פטור בעל הקורה ואם עמד בעל הקורה חיב ואם אמר לבעל חבית עמוד פטור היה בעל חבית ראשון ובעל קורה אחרון נשברה חבית בקורה חיב ואם עמד בעל הבית פטור ואם אמר לבעל קורה עמוד חיב וכן זה בא בנרו וזה בפשתנו :

5. Si quum hic fert amphoram ſuam, & alter tignum ſuum, hujus amphora ad alterius tignum frangatur, alter liber eſt: quia cum huic, tum illi incedere (1) licet. Si tignum geſtans præcedat, & amphoram portans ſequatur, amphora ad tignum fractâ, tignum geſtans liber eſt. at ſi tignum geſtans reſtiterit, tenetur: ſin amphoram geſtanti dixerit, Conſiſte; liber eſt. Si præcedat amphoram portans & tignum geſtans ſequatur, fractâ ad tignum amphorâ, hic ſolvere tenetur. at ſi amphoram portans reſtiterit, alter liber eſt: ſin tignum geſtanti dixerit, Conſiſte; ille tenetur. Similiter, ubi hic incedit (2) cum lucerna ſua; alter verò cum lino ſuo.

R. OB. DE. BARTENORA. היה בעל קורה ראשון ובעל חבית אחרון נשברה בקורה פטור *Si tignum geſtans præcedat, & amphoram portans ſequatur, amphora ad tignum fracta, tignum geſtans liber eſt*, ratio eſt, quia incedebat pro more ſuo, alter autem feſtinanter incedebat.

(1) L'EMPEREUR. Quaſi dicat, non eſt quod hic illum accuſet, quandoquidem per viam & loca publica gradi liceat: ſeipſum accuſet, quod cum amphora ſua impegerit. Hanc exceptionem, quod cuique incedere liceat, in Gemara ad alium caſum ridiculum ſatis remote extendunt; puta, ſi quis uxorem in concubitu lædat: quem tamen teneri concludunt. Sed hujuſmodi nugas prætereamus: nullam enim utilitatem habent, niſi quod Judæorum magnam cæcitatem prodant: utpote qui ejuſmodi caſus tanta & tam operoſa curioſitate definiunt; interim de præcipuis religionis capitibus ſecuri.

(2) Cæterum incedens cum lucerna, hic aſſimilatur illi qui tignum geſtabat; & linum ferens, illi qui amphoram portabat: adeo ut in dato damno, illorum jura ac leges hîc ſimiliter obtineant. Porrò cum videamus datum caſu damnum etiam præſtari, diſtinguendum, prout exempla ſuperioria in Miſna noſtra exigunt, inter fortuitum caſum ubi culpa non eſt; & eum cui ſe quis exponit, ut ſi tignum geſtans reſtiterit & ſequentem amphoram fortuitò fregerit. Sanè in fortuito caſu diverſitatem magnam agnoſcunt Romanorum juriſconſulti. Nam ſi caſus planè & omninò ſit fortuitus, locum habet illud Dig. l. 40. t. 9. l. Julianus. *Nec adventitii caſus computandi ſunt.* Quum verò culpa accedit, ſecus loquuntur: ut Dig. l. 19. t. 2. leg. 11. §. 1. videre eſt. ubi caſus fortuitus incendii proponitur. *Si hoc in locatione convenit, Ignem ne habeto, & habuit; tenebitur etiamſi fortuitus caſus admiſit incendium: quia non debuit ignem habere.* Unde generaliter juriſperitorum nonnemo concludit, *Culpa præcedens caſum fortuitum, vel quando quis caſui fortuito ſe commiſerit, facit ut ex caſu quoque quis teneatur, non aliter.*

§. 6. *De eo qui celeri curſu alterum lædit. Ann. Innocens eſt qui pridie diei feſti, curſu lædit.* בין השמשות.

ו שנים שהיו מהלכין ברשות הרבים אחד רץ ואחד מהלך או שהיו שניהם רצים והזיקו זה את זה שניהם פטורין :

6. Si duorum in loco publico euntium unus currat, alter incedat, aut uterque currat; ac alter alterum lædat, ambo liberi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד רץ ואחד מהלך וכו׳ *unus currat, alter vero incedat &c*, Miſnæ noſtræ quædam deſunt, quæ hoc ſenſu addi debent, *ſi unus currat, alter vero incedat veſperi ſabbati, aut ambo currant aliis anni diebus, ambo liberi ſunt*; quia veſperi ſabbati, & diebus feſtis ſi quis currat cum permiſſione currit, quia currit præcepti gratia, ad præparandum id quod neceſſarium eſt in Sabbatum, & dies feſtos; & hoc licitum eſt. Cæteris vero anni diebus, quando ambo cucurrerint, quandoquidem ambo mutant currendi modum, ideo ambo ſunt liberi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod, ſi quis citra morem cucurrerit, & alicui damnum intulerit inter currendum, tenetur; niſi fuerit veſpera ſabbati, aut veſpera diei feſti. quia tum feſtinare ſolent homines præcepti gratia. Deſunt autem nonnulla huic Miſnæ, quæ hoc ſenſu addenda ſunt, ſi unus currebat, alter vero incedebat veſpera Sabbati.

L'EMPEREUR. Jam antea annotavimus, Miſnas aliquando verborum quorundam defectu laborare, ſive verba quædam ad ſententiam perficiendam eſſe ſupplenda: quod his verbis efferre ſolent, מתניתין חסורי מחסרא, *Miſna deficiendo deficit.* Hujuſmodi defectum hoc loco agnoſcit Gemara: quandoquidem ſi currens eum qui pedetentim incedit lædat, Judæorum lege tenetur; in hac verò Miſna abſolvitur. Unde liquet addenda quædam, ut hæc conſtitutio cum aliis conveniat. Quod ita probat Gemara. כסור מדקתני או שהיו שניהם רצים פטורים הא תו למה לי השתא אחד רץ ואחד מהלך פטור שניהם רצים מבעיא. *Unde* colligitur defectus? *Ex eo quod* δεύτερος, *Aut ſi ambo currant, liberi ſunt. Ecce denuò quorſum mihi jam* iſta adduntur? *Cum ſi unus currat & alter incedat, ille lædens abſolvatur; an de duobus currentibus quæritur?* Etenim ſi cum unus pedetentim incedit, ab altero currente impunè lædatur, nec ullam in alterum actionem habeat; quanto minus habebit, ſi currens à currente lædatur? Ergo poſterius membrum ex illa ſententia & mente vacaret. Hinc patet in priori membro, בערב שבת, *in veſpera ſabbathi*,

bathi, aliaque ſimilia addenda fuiſſe, in hanc ſententiam: cum pridie ſabbathi & diei feſti currens lædit, cum non teneri; quia ad omnia præparanda in diem feſtum, curſum & feſtinationem laudant. Ut hæc ſit completa oratio, אחד רץ ואחד מהלך בערבי שבתות וימים טובים ושהיו שניהם רצים בשאר ימות השנה שניהם פטורים, *Si unus currat, alter incedat veſperis ſabbathorum aut feſtorum dierum* (pridie illorum dierum בין השמשות, *inter ſoles*, id eſt, בין הערבים, *inter duas veſperas*) *aut ſi ambo currant reliquis anni diebus, ambo lædentes liberi ſunt.* At ſi his diebus unus currens alterum pedetentim incedentem lædat, tenetur: quia הוא כשונה, *ipſe à recepto more diverſum facit.* Sin ambo currant, ambo à conſueto eundi more abeunt: ideoque licet lædant, non tenentur.

§. 7. *Varii modi, quibus ligna findens alterum lædit, expenduntur. Ann. Ab eis differunt quæ è ff. ad leg. Aquiliam citantur.*

ז המבקע ברשות היחיד והזיק ברשות הרבים ברשות הרבים והזיק ברשות היחיד ברשות היחיד והזיק ברשות היחיד אחר חייב :

7. Qui ligna findens in loco privato, alterum in loco publico lædit; vel findens in loco publico, lædit in loco privato; vel denique findens in loco privato, lædit in loco privato alterius, is tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

ברשות היחיד *in loco privato*, qui ad eum qui fidit, pertinebat. ברשות הרבים *in loco publico*, qui ad alios pertinebat; ſi nocuerit alicui in ditione aliorum, reus eſt, etiamſi enim nocuerit in ſuæ ditionis loco, & illic non multi homines fuerint, ut ſibi cavere debuiſſet, nihilominus tamen reus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos quod is qui fiderit ligna, & nocuerit alicui, reus eſt, ſive fuerit in ditione ſua, ſive non in ditione ſua, ſive nocuerit in loco ubi inveniuntur multi homines, qui eſt locus ditionis publicæ, ſive in loco ubi non inveniuntur multi, qui eſt locus ditionis privatæ.

L'EMPEREUR. Non omninò Judaïcum hoc ſtatutum cum iis congruit, quæ ex Paulo juriſconſulto proferuntur ff. Ad l. Aq. l. 31. Quanquam enim caſus idem non ſit, analogicè tamen inde ſecus judicandum videtur de caſu in Miſna præſenti prolato. Illius verba ſunt, *Si putator ex arbore ramum cum dejiceret, vel machinarius, hominem prætereuntem occiderit; ita tenetur, ſi is in publicum decidat, nec ille proclamavit, ut caſus ejus evitari poſſit. Sed Mucius etiam dixit, ſi in privato idem acciddiſſet, poſſe de culpa agi. . . . Quod ſi nullum iter erit; dolum duntaxat præſtare debet; ne immittat in eum, quem viderit tranſeuntem. Nam culpa ab eo exigenda non eſt; cum divinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.*

§. 8. *Proponitur damni compenſatio, cum boves alter alterum vitiant; ſimiliter homines; & tandem homo beſtiam, & viciſſim beſtia hominem lædit. Annot.* (1) *Plene explicatur exuperantiæ compenſatio in mutuo damno. & quid* מותר (2) *Diverſæ ſententiæ de beſtia lædente hominem. Vindicatur contra Jud. Exod. 21. 31. Miſna cum variis legibus Rom. confertur.*

ח שני שורים תמים שחבלו זה את זה משלמים במותר חצי נזק שניהם מועדים משלמים במותר נזק שלם אחד תם ואחד מועד מועד בתם משלם במותר נזק שלם תם במועד משלם במותר חצי נזק וכן שני אנשים שחבלו זה בזה משלמים במותר נזק שלם אדם במועד ומועד באדם משלם במותר נזק שלם אדם בתם ותם באדם אדם בתם משלם במותר נזק שלם תם באדם משלם במותר חצי נזק רבי עקיבא אומר אף הם שחבל באדם משלם במותר נזק שלם :

8. Si è duobus bobus innocentibus alter alterum vitiaverit; in (1) auctario, ſive damni exuperantia, damni dimidium præſtatur: ſi uterque convictus ſit; totum damnum in auctario, ſive reſiduo, compenſatur. Si unus innocens, alter convictus ſit, & convictus innocentem magis vitiet; quod ad reſiduum, præſtatur totum damnum: ſi innocens, convictum; quoad reſiduum, damni dimidium præſtatur. Pariter, ſi è duobus hominibus alter alterum vitiavit; in reſiduo, totum damnum compenſatur. Si homo beſtiam convictam, ita ut viciſſim beſtia convicta hominem vitiet; ex reſiduo præſtatur totum damnum. Quum homo beſtiam innocentem, & hæc hominem vitiavit; ſi homo innocentem magis læſit, quod ad reſiduum, præſtat damnum totum: ſi innocens (2) hominem, ex reſiduo præſtatur damni dimidium. D. Akiba inquit, etiam quum innocens magis vitiavit hominem, quoad reſiduum præſtatur damnum totum.

R. OB. DE BARTENORA.

משלמים במותר חצי נזק *Solvunt in auctario dimidiam partem damni*, taxant quantum damnum unius excedit alterius damnum, & in illa damni exuperantia, is qui majus damnum intulit, dimidium ſolvet.

מועד בתם משלם במותר *Si convictus innocentem magis vitiet, ſolvet damnum in auctario*, vult dicere, ſi convictus majus damnum intulerit innocenti, quam innocens convicto.

אדם בתם משלם במותר נזק שלם *Si homo beſtiam innocentem, ſolvet in auctario totum damnum*, ratio eſt, quia homo ſemper habetur convictus.

תם

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משלמין במותר *in auctario ſolvunt*, æſtimabit unus pariter atque alter damnum quod intulerunt, &, ſi damna ſint æqualia, unus exibit pro altero. Sin autem damnum unius majus fuerit damno alterius, is cujus damnum majus eſt, ſolvet damni exuperantiam; & hujus rei exemplum non eſt neceſſe ut adducamus, eo quod omnia clara ſunt. Et in eo quod Lex dicit Exod. 21, 31. או בן יגח או בת יגח כמשפט הזה יעשה לו Controverſia R. Akibæ & Sapientum in expoſitione hujus loci hujuſmodi eſt, quemadmodum ſe habet jus bovis cum bove, ſic etiam ſe habet jus bovis qui damnum

תם באדם משלם במותר חצי נזק & *innocens hominem*, *ſolvet in auctario dimidium damni*, quia ſcriptum eſt Exod. 21, 31. או בן יגח או בת יגח כמשפט הזה יעשה לו Quemadmodum igitur ſe habet jus bovis cum bove; ſic etiam ſe ſe habet jus bovis cum homine, & quemadmodum bos cum bove, qui eſt innocens ſolvit dimidium damni, & convictus integrum ſolvit damnum, ſic etiam bos cum homine, innocens ſolvit dimidium damni, & convictus ſolvet damnum integrum. *R. Abika dicit, etiam quum innocens magis vitiavit hominem, quod ad reſiduum præſtatur damnum totum*; nam docet id quod Scriptura dicit כמשפט הזה *ſecundum hoc jus*, in caſu de convicto, ut ſolvat damnum integrum, & hoc modo fiet omni bovi qui cornu petierit hominem, etiamſi fuerit bos ſimplex, deciſio non eſt juxta R. Akibam.

num intulerit homini, nimirum, quod innocens ſolvet dimidium damni, convictus autem ſolvet damnum integrum, juxta ſententiam ſapientum. Homo autem ſemper habetur convictus, juxta omnium ſententiam. R Akiba dicit illud כמשפט הזה *juxta hoc jus quod* de bove dicitur, quia eſt bos convictus de quo Scriptura loquitur. Quia de illo dicit, quod ita erit jus bovis qui homini intulerit damnum, ſive fuerit convictus, ſive innocens; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

L'EMPEREUR. (1) Quò hæc diſtinctius percipiantur, in memoriam ea revocanda ſunt, quæ c. 1. §. 4 nota 8. dicta fuere. Siquidem hæc Miſna ex illa compenſationis diverſitate dependet, qua nonnunquam damni dimidium, quandoque totum damnum compenſatur. Jam ſæpe contingit, ut animalia ſeſe mutuò lædant: ſanè eo caſu damnum damno, ubi pecora pariter vel convicta, vel manſueta cenſentur, opponendum; nec ulterius quid exigendum, omnes Judæi fatentur: nimirum ſi ſolæ beſtiæ lædantur. Verumenimverò in iſto mutuo damno ſæpiſſime aliud alio majus eſſe deprehendas: tum id quod excedit, מותר, *reſiduum*, ſive *auctarium*, vel *damni exuperantia* illis dicitur. In quo reſiduo eadem illa ſuperior diſtinctio redit: ſiquidem pro animalium conditione diverſa, totum iſtud reſiduum; vel ejus ſolummodo dimidium compenſandum venit. Idque eadem lege, qua ſatisfactio exigitur, ſi animal unum ita lædat alterum, ut viciſſim nullum detrimentum patiatur. ſicuti enim ſi bos non petulcus alterum cornu feriat, dimidium damni debet; pariter cum viciſſim ab eodem minus damnum patitur, in auctario quo alterum magis læſit, dimidium rependit: quoniam damnum damno, quatenus æqualia ſunt, jam penſatum cenſetur. Quum verò animal lædens non viciſſim læſum, de toto damno tenetur; ſi viciſſim lædatur, relicto eo in quo conveniunt, de toto reſiduo, ſive exuperantia, qua alterum magis læſit, tenetur. In ſimilibus ſimile judicium eſto, & cæteri caſus pateſcent. Verum hic nullo modo prætereundum, quod Maimonides Cod. de dam. pecuniariis ſub finem c. 9. exemplo edocet: puta, in auctario damni compenſando ſimul attentè expendendum, quid in damno æquali (cui auctarium accedit) utraque pars debeat, idque in debito ex auctario promananti conſiderandum, quatenus mutuum debitum ſuperat. Exempli gratia, prior bos in poſteriori damnum dederit drachmarum centum; poſterior viciſſim, drachmarum quadraginta: ראשון מועד ואחרון תם בעל הראשון משלם שמנים ראשון תם ואחרון מועד בעל הראשון משלם עשרה, *ſi tum prior convictus ſit, poſterior manſuetus; dominus prioris rependit octoginta: ſi prior manſuetus & poſterior convictus; dominus prioris rependit decem.* Etenim in priori caſu, unde poſterior eluceſcit, dominus convicti bovis debet totam damni differentiam ſexaginta drachmarum: & æquale damnum æquali penſatum non creditur; quia alter bovis manſueti nomine tantum debebat dimidium illarum quadraginta drachmarum. Itaque viginti per viginti compenſantur: & à viginti ad centum uſque, pretium damni prior ſolvere tenetur.

(2) Sed de beſtia quæ hominem lædit (ut prætercam quæ Maimonides accuratè diſtinguit in mulcta, Cod. Nizke Mammon c. 7. §. 3) non eadem omnes ſentiunt. cauſa verò ut in diverſas ſententias abeant, eſt legis divinæ diverſimoda ad antecedens relatio: cum non omnes ad idem antecedens legem referant. Exodi 21. 31. ita Deus ſancit, *Sive filium cornu petierit, ſive filiam cornu petierit; ſecundum hoc jus fiat ei.* Poſtrema verba, *ſecundum hoc jus fiat ei*, plerique Judæorum Doctores ſic accipiunt, ac ſi Deus dixiſſet, Ut in præcedentibus de bove innocente ſive manſueto, & petulco actum fuit; ſimiliter ubi filium vel filiam ſive hominem cornu petit, diſtinctio iſta boum attendenda: ut pro eorum diverſitate medium vel totum damnum rependatur; ſecundum illam legem quæ ſub finem capitis hujus 21. fertur. D. Akiba ſecus: ut qui, *ſecundum hoc jus fiat ei*, in hunc ſenſum accipiat, Uti proxime de bove petulco lex lata fuit, ita etiam ubi filius vel filia, ſive homo læditur cornu, totum damnum rependendum: quemadmodum verſu 36. in bove petulco alterum bovem lædente requiritur. Quam inſulſa hæc ſunt! Comma 31. ad præcedentia quidem referunt, quatenus ibi de bove petulco, vel etiam innocente agitur; at in iis quæ in boves ſtatuuntur, capitis finem reſpiciunt. cum in utriſque comma 31. ad præcedentia pertineat: filiuſque & filia non commemorentur ad homines generatim deſignandos; ſed quò filius & filia minores natu adultis æquentur, quorum ſanguinem (non enim agitur de minori læſione) in ſuperioribus ſancitâ in hominem & bovem mortis pœnâ vindicaverat. Conferantur ff. *Si quadrupes*, & ff. *Ad legem Aquil.* non procul ab initio. Quod diſparem mulctæ quantitatem concernit, magis hic in actione, quam in mulctæ quantitate diſcrimen ex jure Romano obſervare mihi videor. Conſulatur l. *Si quadrupes*, §. 4.

§. 9. *Boum cornu ferientium valor diverſus, diverſum compenſandi modum exigit. Exod. 21. 35. quomodo accipiatur. Annot. (1) Plenius agitur de com. 35. & 36. cap. 21. Exodi. (2) Qui verba illa accipienda*, cadaver valet 50 drachmis.

ט שור שוה מנה שנגח שור שוה מאתים ואין
הנבלה יפה כלום נוטל את השור שור שוה מאתים
שנגח שור שוה מאתים ואין הנבלה יפה כלום אמר
רבי מאיר על זה נאמר ומכרו את השור החי וחצו
את כספו אמר לו רבי יהודה וכן הלכה קימת
ומכרו את השור החי וחצו את כספו ולא קימת
וגם את המת יחצון ואיזה זה שור שוה מאתים שנגח
שור שוה מאתים והנבלה יפה חמשים זוז שזה נוטל
חצי החי וחצי המת וזה נוטל חצי החי וחצי המת :

9. Si bos valens minam cornu feriat bovem 200 drachmarum, & cadaver nullius ſit pretii, hujus poſſeſſor vivum bovem auferet. Si bos ducentarum drachmarum cornu feriat bovem ejuſdem valoris, & cadaver nullius ſit pretii, pronunciat D. Meïr, de eo dictum fuiſſe (*Ex.* 21. 45.) *Tum vendito vivo partientur pecuniam pretii ejus.* Cui Doctor Judas; Ita quidem obtinet conſtitutio, & ſtabilis illud, *Tum vendito vivo partientur pecuniam pretii ejus*; ſed non ſtabilis illud, *Atque etiam mortuum partientur.* Quis ergo (1) hic bos eſt? Quum bos ducentarum drachmarum cornu ferit bovem 200 drachmarum, & cadaver (2) valet 50 drachmas: tum enim hic dimidium vivi & dimidium mortui; alter pariter dimidium vivi & mortui aufert.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

וכן הלכה קיימת *Et ſic conſtitutio confirmat*, certum eſt quod ita ſit deciſio juris, quod poſſeſſor bovis lædentis ſolvet damni dimidium; ſed hic non eſt ejuſmodi bos cujus mentio facta eſt in Lege, quia Lex dicit Exod. 25, 35. ומכרו את השור החי

Cæterum controverſia R. Meyri & R. Jehudæ eſt de lucro cadaveris, ut, ſi in hora mortis nihil valebat, & poſtea tantum valuerit ut canibus comedendum dari poſſit, aut ut gentibus vendi poſſit. R. Meyr putat, quod incrementum cadaveris cedit læſo, nullatenus autem ei qui lædit, niſi ut ipſi ſolvat dimidium damni; hoc enim eſt quod dicit R. Meyr, *propterea ſcriptum eſt, & vendent vivum bovem, & divident argentum ejus*, ſenſus eſt, quod neceſſe eſt ut ſolvat illi dimidium damni e pecunia bovis vivi, ſed non detrahat illi de incremento quod lucratus eſt e cadavere. R. Jehuda vero putat quod dimidium incrementi quod venit e cadavere, pertinet ad eum qui læſit; quando autem lædens ſolverit læſo dimidium damni, detrahet illi dimidium incrementi quod provenerit e cadavere, indè ab hora mortis uſque ad horam qua venerint ad judices. Et hoc eſt quod R. Jehuda dixit R. Meyro, *confirmaſti quod bovem vendunt vivum; ſed non confirmaſti illud, atque etiam mortuum dividunt*; nam oportet ut incrementum dividatur, quod e cadavere provenit, & is qui læſit, capiat dimidium; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia R. Jehudæ & R. Meyri eſt de incremento pretii cadaveris, & hoc, quia fundamentum nobis eſt, quod cadaver eſt pro poſſeſſore, nimirum, pro eo qui læſus eſt, cui valorem cadaveris taxant; & hoc eſt quod ſcriptum eſt Exod. 21, 36. והמת יהיה לו Et ſolvet ipſi præterea lædens dimidium integrum, ſi fuerit convictus. Nam quod Deus benedictus dixit Exod. 21, 35. וחצו את כספו vult dicere, quod is qui læſus eſt tantum dimidium damni ingreditur; & hoc eſt quod dixerunt, imminutionem quam imminuit illi mortuus, dividunt. Et quod ſcriptum eſt Exod 21, 35. ומכרו את השור החי vult dicere, quod innocens ſolvet dimidium damni e corpore ſuo, uti dictum eſt; & in omnibus hiſce fundamentis nulla eſt controverſia. Cæterum controverſia R. Meyri & R Jehudæ eſt, quando cadaver valuerit denarium circa horam mortis, (exempli gratia,) & deinceps, antequam ad judices pervenerint, valuerint duos denarios.

R. Jehuda dicit, etiam mortuum divident, imputabitur illi pro denario cum dimidio, & ſolvet illi damni dimidium, quia dividunt denarium qui ab incremento cadaveris provenerit. Sed R. Meyr putat, quod illi tantum attribuitur denarius quem valebat eo tempore quo moriebatur, uti ſcriptum eſt Exod. 21, 36. והמת יהיה לו Nimirum, pretium, quo cadaver ab hora mortis accreverit, cedet ei qui læſus eſt. Similiter, ſi cadaver nihil valeret in hora mortis, & deinceps valuerit denarium; & hoc eſt quod dicit, *propterea ſcriptura dicit, vendent bovem vivum, & divident argentum ejus*. R. Jehuda dicit, quod imputabitur illi pro dimidio ejus quod valuerit cadaver, nam totum illius incrementum lucrum eſt, quia in hora mortis nihil valebat; & hoc eſt quod dicit R. Jehuda, *confirmaſti quod bovem vendunt vivum; ſed non confirmaſti illud, atque etiam mortuum dividunt*; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

(1) L'EMPEREUR. Hæc etiam verba ſunt D. Judæ: ne quis exiſtimet, Miſnam ipſam hoc poriſma è præcedentibus deducere (licet approbet.) Hæc obſcuriora ſunt, quam ut ſine enarratione prætermitti debeant: ideo que ad pleniorem dictorum intelligentiam, quî duo ultima Ex. 21, commata à Talmudiſtis accipiantur, paucis expendere operæ pretium erit. Verba capitis ultima, *mortuus* (bos) *ejus eſto*, ad læſum referunt ſive eum qui damnum paſſus fuit: ejus futurum cadaver, non ſolum cum bos petulcus; ſed etiam quum manſuetus occidit alterum. itaque ad penultimum comma etiam pertinere aſſerunt. Hujus verò mortui bovis pretio addi volunt ad dimidium uſque damni dati valorem, ſi à manſueto occiſus ſit; ſin à petulco, totum damni pretium inſuper expleri. Verba autem ultima com. 35. *Et ſimiliter mortuum partientur*, quidam generatim accipiunt; ut eum etiam caſum complectantur, quum cadaveris valor poſt mortem, antequam judicio contendatur, excrevit; vel qui non erat ullus, poſtea eſſe deprehenditur. tum enim lucrum vel incrementum dividi jubent multi, ut D. Juda; & dimidio incremento tantum addi, donec debita multa compleatur, ſive dimidium, ſive totum damnum præſtandum ſit. (damnum æſtimant, quanti bos aliaque per mortem depretiantur.) Alii tamen totum incrementum ei qui damnum paſſus eſt vendicant, nec quicquam præter pretium, quo mortis tempore æſtimaretur, in rationem venire ajunt, ut D. Meïr; iſti verò pretio reliquum ad compenſandum damnum ſecundum præcedentem diſtinctionem & modum addi jubent. Itaque hi iſta verba, *mortuum partientur*, eo modo accipiunt, ac ſi פחת שפחתה מיתה, *quicquid vel quantum mors imminuiſſet* dividi juberetur. Hinc D. Judæ verba plana ſiunt. Si modo hoc addas.

(2) Verba illa, *Cadaver valet 50 drachmis*, ita accipienda noris, ut (è D. Judæ ſententia) auctum cadaveris pretium ſemper dividendum eſſe cenſeamus: non tantummodo quum cadaver mortis tempore nullius erat pretii, poſtea vero occaſione quadam (quæ multiplex contingere poteſt) 50 drachmas valere incipit (uti enim incrementum dividi volebat, ſi mortis tempore alicujus erat valoris; ita etiam totum pretium, ſi antea nullius erat: quia tum pretium totum eſt שבח, *lucrum* & incrementum;) ſed etiam aliàs. licet in prioribus iſtis tantum à Doctore Meïro diſſentiat, ſi reſtituendi quantitatem, non modum ſpectes. Ambo enim valoris imminutionem morte factam, dividi in partes æquales (ſi bos manſuetus lædat) autumant: & cadaver damnum paſſo cedere; cujus cadaveris valori illud pretium addi debeat, de quo digladiantur. Cæterum ut explicatè docet Maimonides in Nizke Mammon c. 7. §. 7. & ſeq. communiter verba legis, *mortuum partientur*. accipiunt de incremento pretii dividundo, atque exigunt, ut cadaver æſtimetur, damnumque paſſo tradatur; cui tum quanti jumentum morte depretiatum fuerit, ſic totum reſtituendum, vel ejus dimidium, prout pecus convicta, vel innocua cenſetur. Quod analogicè de minori damno quam morte datur, accipiendum. Adeo ut à verbis legis divinæ recedentes, hanc etiam analogicè non admittant ſententiam, quâ exempli gratia in bove petulco, bovis occiſi pretium cadaveris pretio addatur; nec qua totius beſtiæ pretium exigatur, relicto tamen cadaveris valore, quod eodem recideret. Quî hæc cum legibus Romanis conveniant, liquet ex iis quæ ſub finem c. 1. annotata ſunt: & cum ibi caſus proponatur, quum bos cornupeta damnum dedit; iſtinc analogicè de alio bove non petulco judicium facere poſſumus.

§. 10. *Quibus caſibus quis in ſui ipſius facto, liber ſit, ob factum verò bovis ſui teneatur; & contra. Annot.* (1) *Regula juris,* אין אדם מת ומשלם. (2) *Dedecorantis crimen qui non ſit ſine intentione.* (3) *Qui reſtringant Exod. cap. 21, 26. comma.* (4) *Lædens parentes quomodo dicatur* פטור inſons. (5) *Explicatur è Gem. quis bos* תם *ſapiens. Miſna diſtinctio tantum, non probata Dig.* Si quadr.

י יש חיב על מעשה שורו ופטור על מעשה עצמו פטור על מעשה שורו חיב על מעשה עצמו שורו

10. Eſt qui tenetur ob factum bovis ſui, qui tamen in ſui ipſius facto (1) liber eſt: & contra liber in facto bovis ſui, qui tamen ob factum pro-

שורו שבייש פטור והוא שבייש חייב שורו שסימא
את עין עבדו והפיל את שינו פטור והוא שסימא
את עין עבדו והפיל את שינו חייב שורו שחבל
באביו ובאמו חייב והוא שחבל באביו ובאמו פטור
שורו שהדליק את הגדיש בשבת חייב והוא שהדליק
את הגדיש בשבת פטור מפני שהוא מתחייב בנפשו:

prium teneatur. Bos alicujus qui hominem dedecorat, (2) liber eſt; ipſe ſi dedecoret, tenetur: bos qui ſervi alicujus oculum excæcat, & (3) dentem excutit, liber eſt; ipſe ſi ſervi ſui oculum excæcet, aut dentem excutiat, tenetur. Si alicujus bos, vitiet patrem aut matrem ipſius, tenetur; ipſe ſi vitiet patrem, aut matrem ſuam, (4) liber eſt. Bos alicujus (5) qui metam incendit ſabbatho, tenetur; ipſe ſi incendat metam frumenti in ſabbatho, liber eſt. Quia ipſe reus mortis peragitur.

R. OB. DE BARTENORA.

שורו שבייש פטור *Bos ejus qui hominem dedecoraverit, liber eſt*, quia ſcriptum eſt Levit. 19, 11. איש בעמיתו *Si vir proximum &c*, non autem, ſi bos proximum. Præterea, is qui dedecorat, non tenetur, niſi quando dedecoraverit cum intentione dedecorandi, bos vero non habet intentionem dedecorandi.

שורו שסמא את עין עבדו פטור *Bos ejus qui excæcavit oculum ſervi, liber eſt*, neque ſervus ea de cauſa libertate donatur. שסימא את עין עבדו חייב *qui excæcavit oculum ſervi ſui, tenetur*, & ſervus libertate donatur.

שורו שחבל באביו ואמו חייב *Si bos alicujus vitiet patrem aut matrem ejus, tenetur*, poſſeſſor tenetur ad compenſationem damni. *Ipſe vero ſi vitiet patrem, aut matrem ſuam, liber eſt*, a ſolutione damni liber eſt, quia homo non moritur, & ſolvit ſimul. *Si bos alicujus metam incenderit frumenti in ſabbato, tenetur, de dimidio damni*, quia extra conſuetudinem eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adhuc exponendum erit quod ſi quis boum dedecoraverit aliquem, etiamſi fuerit homo, non tamen jure dedecoris tenetur donec intenderit illud, quanto magis ſi dedecoraverit bos ejus, qui liber eſt. Cæterum jam noſti quod ſit unum e fundamentis noſtris, quod homo non morietur, & ſolvet. Et hoc expoſuimus capite tertio tractatus Cetubhot.

שסימא את עין עבדו והפיל את שנו חייב *Ipſe ſi ſervi ſui oculum excæcat, aut dentem excutiat, tenetur*, ſenſus eſt, quod ſervus libertate donatur, quemadmodum ſcriptura expoſuit, & hoc eſt crimen quo tenetur.

(1) L'EMPEREUR. Senſus eſt, idem ſi fiat à bove tuo & à teipſo, pœnam aliquando bovis nomine debitam, à te non exigi: non quaſi tui facti nomine non tenearis (quod omninò obſervandum;) ſed quia hujus ordinis pœna vel mulcta quæ hic conſideratur, quamque bovis tui factum tibi imponit, non debetur; quamvis aliam quandoque longè graviorem ſubire tenearis. Quemadmodum ſub Miſnæ finem de incenſa frumenti meta diſerte annotatur. Nam ſi incendium à bove in ſabbatho excitetur (uti ſimile quid de cane in præcedentibus etiam obſervatum fuit) bovis proprietarius de damno tenetur: at ſi ipſe hoc peccatum committat, ut ſabbatho incendium det, mortis ex Judæorum lege reus eſt. Qui vero morte afficiendus, ab alia pœna abſolvitur: ſecundum vulgarem iſtam regulam, אין אדם מת ומשלם, *homo non afficitur morte & damnum ſimul rependere tenetur.*

(2) Cæterum bos ſi dedecore quodam afficiat hominem, bovis poſſeſſor abſolvitur: כי המבייש אפילו הוא אדם לאו יחייב בדין הבושת עד שיהיה מתכוין, *quia etiamſi dedecorans ſit homo, dedecoris crimine non tenetur donec id intendat.* At hujuſmodi dedecorandi animum in bove reperire non eſt. Nihilominus Magiſter Papa hunc dedecorandi impetum bovi imputari vult, ſi lædere conetur: in Gemara dixiſſe fertur, נתכוין לבייש היכי משכחת לה כגון שנתכוין להזיק, *ut intendat dedecus, quomodo invenis eum? quum lædere intendit.*

(3) Quod autem bos, id eſt, bovis dominus, ſi ille ſervi oculum excæcet &c. liber cenſeatur; id interpretes in hanc ſententiam exponunt: dominum bovis ſui nomine eam pœnam non ſubire, quæ ipſum ſi id patraſſet, manebat ex lege Ex. 21, 26. *Quum percuſſerit quis oculum ſervi ſui aut oculum ancillæ ſuæ, ita ut corruperit eum; in libertatem dimittito eum pro oculo ejus.* Ab omni verò compenſatione liberum non pronunciant; ſi à bove damnum datum fuerit.

(4) Sed quod in Miſna ſequitur, alicui abſurdum videri queat: eum qui lædit, vulnerat & aliquo modo vitiat patrem, inſontem pronuntiari. Verum illud פטור, *ſolutus* ſive liber, ſignificat, eum liberum eſſe מן התשלומים, *à compenſatione damni*; non verò ab omni pœna: nam morte tenetur, ut præcipiunt Judæi autoritate legis Exodi 21, 15. *Qui percutit patrem ſuum aut matrem ſuam omnino morte plectitor.*

(5) Quum in Miſna de bove corpus humanum lædente vel metam incendente agitur, diſputant in Gemara, cujuſmodi bos deſignetur: nonnemo bovem חכם deſcribi exiſtimat. Ejus verba aliaque ſequentia proferam & interpretabor, cum ut Judæorum indolem & vanitatem conſideremus; tum etiam quod Judæos in illorum ſenſu reddendo hærere obſervaverim. הכא כמאי עסקינן בשור פקח שעלתה לו נשיכה בגבו וקא בעי למיקלייה ואנגדר בקוטמא ומנא ידעינן דלבתר דקלייה קמגנדר בקוטמא ומי איכא כי האי גונא אין דההוא תורא דהוה בי רב פפא דהוה כיבין ליה חניכיה עייל ופתקיה לנויתא ושתי שיכרי ואתסי, *De quo hic agimus? de bove perſpicace* (S. J. ſapiente) *qui quum in tergo ſuo morſus obtigiſſet; & eum uſtulare cuperet, devolvit ſe in cinerem. At unde novimus,* Miſnam *reſpicere ad eum qui ſe uſtulavit, devolvitque in cineres. Num eſt hujuſmodi? Eſt. Nam iſte bos qui in ædibus Magiſtri Papæ erat, quum ipſi dolerent gingivæ dentium, ingreſſus detruſit operculum & ſiceram bibit: unde ſanatus fuit.* Cæterum quod totius Miſnæ ſummam concernit, tantum diſcrimen inter hunc cujus bos læſit, atque illum qui ipſe læſit ſua quadam actione, non conſtituunt leges Romanæ. Siquidem de quadrupede hæc leguntur ff. Si quadrupes l. 3. *Ex hac lege jam non dubitamus etiam liberarum perſonarum nomine agi poſſe: fortè ſi patremfamilias aut filiumfamilias vulneravit quadrupes. ſcilicet ut non deformitatis ratio habeatur, cum liberum corpus æſtimationem non recipiat: ſed impenſarum in curationem factarum & operarum amiſſarum, quaſque amiſſurus quis eſſet, inutilis factus.* At eadem pene de eo leguntur qui ipſe effundendo vel dejiciendo ejuſmodi injuria quempiam afficit, tit. De his qui effuderint vel dejecerint, l. ult. *Cum liberi hominis corpus ex eo, quod dejectum effuſumque quid erit, læſum fuerit: judex computat mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt. præterea operarum* (vel, ut alii legunt, *operas*) *quibus caruit, aut cariturus eſt ob id. quod inutilis factus eſt. Cicatricum autem, aut deformitatum nulla fit æſtimatio: quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem.*

§. 11. *Quum dubium eſt quis bos læſerit, magnus an parvus, convictus an innocens. Regula,* Exigenti incumbit probatio.

batio. *Ann.* (1) *Quid in bove ſit* ח״יב. *Magni referre, parvuſne an magnus, petulcus an manſuetus læſerit.* (3) *Maritò altercantur, quis quem bovem læſerit. Regula, affirmantis incumbere probationem, ex Inſt. & ff. probatur.*

יא שור שהיה רודף אחר שור אחר והוזק זה אומר
שורך הזיק וזה אומר לא כי אלא בסלע לקה המוציא
מחבירו עליו הראיה היו שנים רודפין אחר אחד זה
אומר שורך הזיק וזה אומר שורך הזיק שניהם
פטורין אם היו שניהן של איש אחד שניהם חייבים
היה אחד גדול ואחד קטן הניזק אומר גדול הזיק
והמזיק אומר לא כי אלא קטן הזיק אחד תם ואחד
מועד הניזק אומר מועד הזיק והמזיק אומר לא כי
אלא תם הזיק המוציא מחבירו עליו הראיה היו
הניזוקין שנים אחד גדול ואחד קטן והמזיקים שנים
אחד גדול ואחד קטן הניזק אומר גדול הזיק את
הגדול וקטן את הקטן והמזיק אומר לא כי אלא
קטן את הגדול וגדול את הקטן אחד תם ואחד
מועד הניזק אומר מועד הזיק את הגדול ותם את
הקטן והמזיק אומר לא כי אלא. תם את הגדול
ומועד את הקטן המוציא מחבירו עליו הראיה :

11. Si bos perſequatur bovem alium qui læditur, & hic dicat, bos tuus læſit; alter verò, Nequaquam, ſed ad petram impegit; ei qui à proximo ſuo exigit, incumbit probatio. Si quum duo unum perſecuti eſſent, hic dicat, bos tuus læſit, alter verò, bos tuus læſit, ambo liberi ſunt: ſi ambo unius ſint, ambo (1) tenentur. Si quum unus fuiſſet magnus, alter parvus, proprietarius læſus dicat, Magnus læſit; lædens verò, Nequaquam, ſed parvus læſit; aut ſi cum unus fuiſſet innocens, alter convictus, læſus dicat, Convictus læſit; lædens verò, Nequaquam, (2) ſed innocens læſit. ei qui à proximo ſuo exigit, incumbit probatio. Si duo boves læſi ſint, unus magnus, alter parvus, ſimiliter (3) duo lædentes, unus magnus, alter parvus; & poſſeſſor læſus dicat, Magnus læſit magnum, & parvus parvus lædens verò, Nequaquam, ſed parvum; læſit magnum, & magnus parvum; aut quum unus fuiſſet innocens, alter convictus, læſus dicat, Convictus læſit magnum, & innocens parvum; lædens verò dicat, Nequaquam, ſed innocens læſit magnum, & convictus parvum: ei qui à proximo ſuo exigit, probatio incumbit.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא בסלע לקה *Sed ad petram impegit*, & inde vulnus aliquod acceperit היו שנים רודפים אחר אחד *Si duo unum perſecuti fuerint*, Si duo boves duorum hominum perſecuti fuerint bovem unius hominis: שניהם פטורין *ambo liberi ſunt*, quia ambo ipſum perſecuti fuerunt.

שניהם חייבים *Ambo tenentur*, in Gemara exponitur quod hæc Miſna tractat de duobus innocentibus, nam innocens non ſolvit niſi de corpore ſuo, & cum ambo ante nos ſunt, is qui læſus eſt, ſolvet dimidium damni quod duo intulerunt. Sed ſi non fuerint duo, ei dicere poteſt, *abi & proba quod ſit hic bos qui nocuit, & ſolvam tibi.*

גדול הזיק *Magnus læſit*, in cujus corpore continetur pretium dimidii damni. קטן הזיק *parvulus læſit*, dicens lædens accipies pretium parvuli, & quod reſtat de dimidio damni tui, perdes. וקטן הזיק את הגדול *& parvulus nocuerit magno*, etiamſi dimidium damni majoris ſit majus, quia non magis quam parvuli mei quantitatem accipies, & dimidium damni minoris tui bovis, propterea accipies de majori. Et omnia hæc, *qui quicquam e proximo educere velit, tenetur probare auctoritatem ſuam*, ut Miſna dicit, ſi vero non adduxerit probationem, nullatenus ad ipſum pertinet, imo ne quidem pretium innocentis, aut parvuli de quo ipſi confeſſus eſt; nam qui a proximo petierit triticum, at ipſi confeſſus fuerit hordeum, etiam a pretio hordei liber eſt. Verum ſi in poteſtatem ſuam receperit læſus quantitatem de eo quod illi confeſſus eſt, non educemus eam e poteſtate ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא מחבירו עליו הראיה *Ei qui educit quid e poteſtate proximi, incumbit probatio*, nam ſi non dederit probationem, nihil ad ipſum pertinebit, neque ea res, de qua confeſſus eſt is qui læſit, ad ipſum pertinebit, quando dicit, innocens læſit, aut parvulus læſit. Nam fundamentum juris noſtri eſt, quod, ſi quis petierit triticum, & ipſi confeſſus fuerit hordeum, etiam liber eſt ab hordeo. Cæterum, ſi læſus ſibi acceperit quantitatem de qua confeſſus fuit lædens, acquiſivit eam, ideoque non licet eam educere. Sic etiam, ſi intraverit in poteſtatem illius qui petiit triticum in quantitate quam ipſi confeſſus eſt de hordeo, non educunt eam quantitatem e poteſtate ſua.

(1) L'EMPEREUR. Paſſim in his libris; quum de bove aliiſque irrationalibus dicitur ח״יב, *reus* eſt, ſive tenetur, idem ſenſus ac ſi diceretur, dominos ſive proprietarios eorum nomine teneri: quod enim pecudes patrant, poſſeſſoribus imputatur. Cum ergo de damno ejuſve dimidio rependendo agitur, exiſtimandum non eſt, ex Judæorum lege pecora quæ damnum dederunt vendicari poſſe, ut inde læſo ſatisfiat: ſed conveniendus eſt dominus; adverſus quem ex lege actio eo caſu competit. In ſequentibus.

(2) Dominorum contentionem iſtam merito quis prima fronte miretur, qua de bobus altercantes introducuntur; an bos magnus an parvus, petulcusne an manſuetus alterum læſerit: minimi enim vel nihil intereſſe videtur, quis ex ipſis læſerit, ſi de damno conſtet. At ſi quis penitius rem intueatur, magni ſæpe referre deprehendet, cui damnum imputetur: idque ob illam in ſuperioribus explicatam rependendi differentiam, qua totum damnum præſtandi modus ab eo diſcernitur, quo rependitur dimidium; præterea quia petulcus & convictus totum, innocens ſive manſuetus dimidium debet. Quocirca non levi cum ratione læſus, magnum bovem; lædens, bovem parvum dediſſe damnum contendet: quippe hic, etſi bos parvus dimidium occiſi bovis (quum dimidium compenſandum eſt, ut ſi manſuetus occiderit) non æquabit, totum tradens bovem liber erit; quia è bovis corpore ſolutio præſtatur, uti dictum ad cap. 1. ſect. 4. nota 8. ille verò, niſi magnus dediſſe damnum ſtatuatur, quum è corpore bovis reſtitutio fit, minus dimidio aliquando reportabit. Ita etiam meritò lædens ſive cujus bos læſit, manſuetum læſiſſe; læſus verò, petulcum læſiſſe contendet: quandoquidem illo caſu dimidium; hoc verò totum damnum compenſabitur.

(3) Eadem ratione in exemplis ſequentibus læſus & lædens altercantur, ubi quatuor ſunt boves: duo lædentes, duo læſi. Etenim læſo expedit, ut magnus magnum læſiſſe dicatur: ſiquidem dimidium ſaltem damni in magno dati facilius è magni pretio conficietur; ita ut parvi lædentis valor pro parvo læſo reſervetur: at lædenti conducit ma-

magis, ut ſuus bos parvus læſerit magnum, & magnus parvum: quò ſi parvus forte bovis occiſi dimidium non æquet, minus dimidio rependat; & cum dimidium omninò compenſandum eſt, in parvo bove occiſo id potius facere teneatur. Similiter læſo, id eſt, cujus bos læſus vel occiſus fuit, ei inquam expedit ut petulcus & convictus occiderit magnum; & innocens, ſive manſuetus, parvum: quia eo caſu magnus totus compenſabitur; & cum in manſueto dimidium occiſi pretium non invenitur, minus amittet ſi parvi, quam ſi magni dimidium omninò compenſari nequeat. Contra lædenti magis probatur, ut innocens læſerit magnum; quia tum magni dimidium tantummodo ſolvet: ita etiam, ut convictus parvum; quia hoc caſu qui totus compenſandus (utpote à petulco convicto occiſus) is parvus eſt: itaque minori ſuo damno rependet, quam ſi magnus totus compenſandus eſſet. Porrò Miſna autumat in illis altercationibus ac litibus ei probationem incumbere, qui ab altero quid exigit, id eſt, qui ſibi alterum debere affirmat. Hac in parte conſentit lex 2. ff. De probationibus, tit. 3. li. 22. *Ei incumbit probatio, qui dicit; non qui negat.* Cui convenientia leguntur verba l. 5. *Ab ea parte quæ dicit adverſarium ſuum ab aliquo jure prohibitum eſſe ſpecialiter lege vel conſtitutione, id probari oportere.* Et l. 22. quamvis quidam caſus excipi dicantur; tamen id communis juris eſſe traditur, *Prima fronte æquius videtur, ut petitor probet quod intendit: ſed nimirum probationes quædam à reo exiguntur.* Vide etiam Inſt. de legatis §. 4. ſub finem: *Semper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit.*

Cap. 4. §. 1. *Quomodo, ſi bos cornu feriat plures boves diverſis temporibus, damnum compenſandum ſit, variis caſibus exponitur. Ann.* (1) *Illud de pluribus læſis ex Gemara enarratur.* (2) *Manſuetus bos à petulco diſtinguitur.* (3) *Compenſatio ex eo* quod reſtat, *exemplo elucidatur.* (4) *Alius caſus ex R. Simeone. Mina.* (5) *Denarius aureus, cujus valoris. Miſna ex ff. Inſtit. illuſtratur.*

פרק ד שור שנגח ארבעה וחמשה שוורים זה אחר זה ישלם לאחרון שבהם ואם יש בו מותר יחזיר לשלפניו ואם יש בו מותר יחזיר לשלפני פניו והאחרון אחרון נשכר דברי רבי מאיר רבי שמעון אומר שור שוה מאתים שנגח שור שוה מאתים ואין הנבלה יפה כלום זה נוטל מנה וזה נוטל מנה חזר ונגח שור אחר שוה מאתים האחרון נוטל מנה ושלפניו זה נוטל חמשים זוז וזה נוטל חמשים זוז חזר ונגח שור אחר שוה מאתים האחרון נוטל מנה ושלפניו חמשים זוז ושנים הראשונים דינר זהב :

Cap. 4. Quum bos cornu ferit quatuor aut quinque boves alium poſt alium, compenſandus eorum (1) poſtremus: quod ſi ex iſto quid ſuperſit, (2) hoc ad præcedentem remittit; & ſi amplius quid (3) reſtet, ad remotiorem pertinebit, atque ita remotiſſimus poſtremò compenſandus, ut quidem ſtatuit Doctor Meir. D. Simeon inquit, Si bos ducentarum drachmarum feriat bovem ejuſdem pretii, & cadaver nullius ſit pretii, hic minam; & alter ſimiliter minam auferet. & ſi denuo ferierit alium bovem ducentarum drachmarum, poſſeſſor poſterioris, minam (4) auferet; & priorum, unus auferet 50 drachmas, & alter quinquaquinta. ſi denuò ferierit bovem alium ducentarum, poſtremi poſſeſſor minam auferet; antecedens verò, quinquaginta drachmas; duo verò primi habebunt ſinguli (5) denarium aureum, id eſt, drachmas argenteas 25.

R. OB. DE BARTENORA.

שור שנגח ארבעה וחמשה שורים *Quum bos cornu ferit quatuor, aut quinque boves*, ſi in omnibus illis ſit innocens, tum ſolvit de corpore ſuo; *dimidium damni*, hoc primus ſolvet poſtremo. In Gemara exponunt hanc Miſnam hoc ſenſu, *is qui læſus eſt accepit bovem lædentem, ut exigat ab illo, & idirco fiet ſicuti cuſtos mercenarius*: at ſi e poteſtate ejus exierit, damnumque intulerit is qui primus læſus eſt, tenetur ad damna, propterea poſtremus exiget dimidium damni integrum.

ואם יש בו מותר יחזיר לשלפניו *Quod ſi ex iſto quid ſuperſit, hoc remittitur ad præcedentem*, ſenſus eſt, ſi in iſto quid ſuperſit præter damnum, redibit illud ad præcedentem, ut, ſi dimidium damni quod illatum eſt bovi primo, confecerit centum Zuzas, & dimidium damni quod poſtremo illatum eſt, confecerit quinquaginta Zuzas, & bos valuerit ducentas, in principio, quando hic bos cornu petierit bovem ejus qui primo læſus eſt, cujus damnum conficiebat centum Zuzas, læſo de hoc bove centum Zuzæ cedunt, & poſſeſſori centum. Quando autem bovem acceperit læſus, & bos iſte cornu petierit ſub poteſtate ſua, tum poſſeſſor non perdit centum Zuzas ſuas, quia ipſi non incumbebat eum cuſtodire, ſed læſo qui eum accepit. Quum vero ſecundo damnum intulerit cujus dimidium eſt quinquaginta Zuzæ, primus læſus perdit quinquaginta Zuzas de centum, quas debet ſecundo læſo; & quod reſtat de centum Zuzis, ipſi denuo cedet, poſſeſſor vero accipiet centum Zuzas ſuas. *R. Schimeon dicit &c.* putat R. Schimeon quod læſus & poſſeſſeſſor ſunt ſocii quod ad damnum a bove illatum, & quod ambo tenentur ad damnum ejus, quomodo? *bos qui valebat centum Zuzas quum cornu petiverit &c.* ושלפניו *& priorum unus &c.* hic eſt læſus primus accipiens quinquaginta Zuzas, & poſſeſſor quinquaginta Zuzas; primo enim læſo cedit dimidium damni, idcirco ſolvet dimidium damni. חזר ונגח שור אחר מאתים האחרון נוטל מנה *Si denuo ferierit bovem alium ducentarum, poſtremus læſus minam aufert*, dimidium ejus aufert, ad quemcunque id pertinuerit; quia de corpore ejus ſolvitur, quomodo fiet ut is qui prior erat, ad quem pertinebat dimidium, ſolvat de parte ſua dimidium de centum Zuzis, quas aufert poſtremus. Duo vero priores, nempe, primus læſus. & poſſeſſor, quibus ſingulis cedebat quarta pars, ſinguli ſolvent quartam partem damni. *Denarius aureus* valet viginti quinque denarios argenteos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu Cetubhot, quod denarius aureus facit viginti quinque denarios argenteos. Si ergo is qui læſus eſt acceperit bovem ut exigat ab illo, at ille bos e poteſtate illius abierit, aliique damnum intulerit, tum poſtremus exigere poteſt dimidium damni pro integro. Et, ſi ei fuerit reſiduum, redibit ad id quod ante ipſum eſt. Huic ſententiæ non contradicit R. Schimeon, nam quia recepit illum, cum eo fieri ſolet quemadmodum cum cuſtode mercenario, & tenetur de damnis. Cæterum omnes hi ritus obtinent in bove innocenti, nam fundamentum nobis eſt, quod de corpore ſuo tenetur ſolvere. Verum, ſi bos convictus ſit, nihil horum refert, quia tum integrum ſolvat damnum de bonis ſuis; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

(1) L'EMPEREUR. Quod hic ſtatuitur, iniquum videretur, puta quum pluribus damnum infertur, poſtemo tantum ſatisfieri: niſi Gemara caſum plenius explicaret, הכא במאי עסקינן כגון שתפשו ניזק לגבות הימנו ונעשה עליו כשומר שכר לנזקין, *Hic de quo agimus? Nempe quum prehendit eum læſus, ut ab eo exigat debitum, ideoque ejus reſpe-*

reſpectu factus eſt veluti cuſtos mercenarius, quod damna attinet. Hoc ſibi volunt: priores damnum paſſos proprietario ipſius lædentis bovis adeo fieri ſimiles, ut damnum poſtremo illatum ipſis imputetur; quum veriti ut proprietarius ſecundum legem ipſis ſatisfaciat, in bovem alius poſt alium manum injiciunt, quò de compenſatione reddantur ſecuri. Quo facto iis aſſimilantur, qui accepta mercede boves cuſtodiunt; ideoque dato à bobus damno, culpæ tenentur. Similiter enim, quare primus cum læſus bovem in ſua poteſtate habebat, negligentia ſua præbebat ſecundo damno occaſionem, & ſecundus ſimiliter, adeo ut tandem poſtremus damnum pateretur? Sed objectionem in promptu eſſe video.

(2) Namque è c. 2. Miſna 4. animal convictum ex crebra læſione judicatur, exempli gratia, bos petulcus ſi crebrò cornu ſerierit. itaque ſi quintum (ut eſt initio Miſnæ) etiam cornu petat, non amplius innocens ſive manſuetus cenſebitur. Quomodo igitur hic ſequitur, *ſi ex illo quid ſuperſit* &c.? ſanè hæc, omnino de bove manſueto ſive nondum ſaltem convicto ſermonem eſſe, demonſtrant: quia in damno per convictum dato, ſecundum Judæorum conſtitutiones non expendebatur an bos lædens ad compenſationem ſufficeret vel quid ſupereſſet; ſiquidem מן העליה, *è præſtantiſſimis facultatibus* ſolutio urgebatur. Verumenimverò reſponſio facilis, Priora Miſnæ verba ideo non arguere, de convicto bove conſtitutionem intelligendam eſſe: quia nullo modo cum bovem Miſna deſcribit qui ex intervallo cornu lædit alium; ſed poſt bovem læſum, aliàs videns ſemel vel etiam aliquoties alios boves, lædere ſuperſedet, nec catenus à manſueto differt: adeo ut intervalla, quibus data licet occaſione abſtinet, cum manſuetis vel potius non convictis annumerari ſuadeant.

(3) Quum áliquid reſtare vel ſupereſſe dicitur, ita intelligas, quum poſſeſſor bovis non teneatur de damno, quod negligentia ſecundi & tertii læſi poſtea datum fuit, (quare non ſervarunt bovem, in quem manus injecerunt?) ſuum dimidium ſartum tectum habere debet; poſtremus damnum paſſus, pariter: tum ſi quid ſuperſit, id intermedius vel intermedii habeant. Exempli gratia, bos duarum minarum occiderit alium ejuſdem pretii; ubi poſſeſſori mina cedit: læſus prehenſum bovem dimiſerit, ut ſecundò alium bovem occidat unius minæ; adeoque ei qui poſterius læditur, quinquaginta debeantur drachmæ: quinquaginta drachmæ reſtabunt, quas ſolas prior damnum paſſus reportabit; quum aliàs centum, id eſt minam acciperet.

(4) Cæterum Doctor Simeon ſocietatem illam & convenientiam ſuperius expoſitam ita urget, ut è prioris læſi, poſtquam poſtremus dimidium ex lege accepit, altero dimidio ſuam ſinguli cum bovis lædentis proprietario partem auferant: ſiquidem deteriori loco eſſe nequeunt quam is cujus bos totius damni author fuerat: quin potius primis, cum multiplex fuerit damnum, minimam portionem aſcribit. (verum iſtum caſum conſiderat, ubi læſi priores manum in bovem non injecerint; ſi enim hoc fecerint, à priori non diſſentit.) Sed poſtremo quia culpa omnì caret ſemper, cum bos valet 200 drachmas, minam attribuit: mina autem eſt drachmarum centum; uti è quamplurimis horum librorum paragraphis obſervare licet. Nec ulla dubitandi ratio ſe offert.

(5) Aureus autem denarius vigintiquinque drachmis argenteis valet: quemadmodum interpetes communi conſenſu affirmant; & omninò è c. 4. Babæ mediæ in ſequentibus conſtabit. Ab hac Miſna non alienum eſt quod exſtat ff. Si quadrupes, l. 1. §. 12. *Et, cum etiam in quadrupedibus noxa caput ſequitur, adverſus dominum hæc actio datur, non cujus ferit quadrupes cum noceret; ſed cujus nunc eſt.* Ergo conſequitur, ſi alicujus bos (uti Miſna proponit) diverſorum boves læſerit, & in priorum poteſtatem devenerit, adverſus eos vel eum cujus poſtea fuerit, actionem dari: adeoque fieri quandoque poſſe, ut non ſolum proprietarius lædentis bovis teneatur, veluti ſi bovem retinuerit; ſed etiam iſti ordine, quorum alii boves ab eodem læſi fuerant antequam ultimus damnum pateretur: modo in bovem lædentem manus injecerint. Atque hoc eſt Miſnæ fundamentum: quum priores bovem aliudve noxium animal occupaverint, poſtremo actionem in alios competere; ideoque debitam ſibi ex lege divina mulctam conſequi, relicto eo quod reſtat, prioribus. Simile quid de ſervo legitur Iuſt. l. 4. t. 8. §. 5. *Omnis autem noxalis actio caput ſequitur. Nam ſi ſervus tuus noxam commiſerit, quandiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem pervenerit, cum illo incipit actio eſſe.*

§. 2. *Bos* מועד, convictus *ſive conteſtatus reſpectu quorundam animalium & dierum; non omnium. Annot.* (1) *Caſus propoſiti ratio.* (2) *Minora animalia, quæ cenſeatur.* (3) *Quid hic in dubiis faciendum.* (4) *Boves qui ſabbathum diſcernant.* (5) *Qui petulcus manſuetus poſtea cenſeatur. Quatenus diſtinctio inter* מועד *&* תם *cum leg. Rom. conveniat, vel ab iis diſcrepet. Manſuetus bos Ebræis.*

ב שור שהוא מועד למינו ואינו מועד לשאינו
מינו מועד לאדם ואינו מועד לבהמה מועד לקטנים
ואינו מועד לגדולים למין שהוא מועד לו משלם נזק
שלם למין שאינו מועד לו משלם חצי נזק אמרו
לפני רבי יהודה הרי שהיה מועד לשבתות ואינו
מועד לחול אמר להם לשבתות משלם נזק שלם
לימות החול משלם חצי נזק אימתי הוא תם משיחזור
בו שלשה ימי שבתות :

2. Bos convictus reſpectus ſpeciei ſuæ, (1) nec convictus reſpectu aliarum ſpecierum; convictus hominis reſpectu, nec beſtiæ reſpectu convictus; convictus reſpectu (2) minorum beſtiarum, nec majorum reſpectu convictus: ſecundum quam ſpeciem convictus eſt, præſtatur damnum totum; (3) & ſecundum quam ſpeciem non eſt convictus, dimidium damni præſtatur. Propoſuerunt coram D. Juda, Ecce ſecundum ſabbatha; (4) non verò dies profeſtos ſit convictus. Ipſis reſpondit, Quoad ſabbatha præſtabitur totum damnum; quoad dies profeſtos præſtabitur damni dimidium. Quando innocens cenſebitur? Quum ab eo (5) abſtinuerit tribus ſabbathis.

R. OB. DE BARTENORA.

* מועד לקטנים *Convictus reſpectu minorum*, ſcilicet vitulorum. אמרו לפני רבי יהודה *Dixerunt coram R. Jehuda*, interrogarunt diſcipuli ejus, an convictus eſſet reſpectu ſabbati, quia tum ab opere ceſſabat, & petulans erat? vel etiam, quia videbat homines optimis indutos in ſabbato veſtibus, putabat eos alienigenas, & non cognoſcebat eos, ita ut non convictus fuerit de diebus profanis, cujuſmodi ſe haberet eorum jus? משיחזור בו שלשה ימי שבתות *quum ab eo abſtinuerit tribus ſabbatis*, Si poſtquam convictus fuerit de ſabbatis, ipſum tranſiiſſent boves in tribus ſabbatis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Miſna quod bos qui convictus eſt reſpectu unius ſpeciei, non convictus eſt reſpectu aliarum ſpecierum, ſed quod habetur innocens, donec fuerit convictus, perinde ac ſi dixiſſet, bos qui convictus reſpectu ſuæ ſpeciei, non convictus eſt reſpectu non ſuæ ſpeciei. Et hoc ſenſu ea quæ in hac reſtant Miſna, intelligenda ſunt; verba R. Jehudæ veriſſima ſunt.

& non cornu petierit, rediit ad innocentiam ſuam; & ſi deinceps denuo cornu petierit, dimidium damni ſolvet tantum.

(1) L'EMPEREUR. Hic è Gemara ſpinoſas quæſtiones non repetam: ſed id ſolum annoto, Etſi caſus propoſiti forte inverti non poſſint, ut convictum reſpectu aliarum ſpecierum non eſſe convictum reſpectu ſuæ ſpeciei, &c. nihilominus contingere, ut bos, de quo denunciatum fuerit teſtibus adhibitis domino ejus (ſecundum Ex. 21. 29.) ipſum eſſe petulcum, in feriendo alio bove in ſpecie ſua; tamen in lædenda alia animantium ſpecie ita convictus non ſit: quod ad reliqua exempla extendendum. Etenim in his exemplis poſterius membrum majus quid continet, quò non tam facile animal delabitur: nec ex minori audacia major conſequitur.

(2) Minora autem animalia in hac lege non cenſentur tantum oves & capræ ac ſimilia; ſed in majorum generibus etiam ea, quæ ſuam naturalem quantitatem nondum adepta ſunt, ut juvencæ, equulei atque id genus alia.

(3) Et convictorum quidem animalium reſpectu damnum totum eſt refundendum: attamen ſi dubium fuerit, num reſpectu hujus vel illius animalis bos convictus haberi debeat, ſolum dimidium compenſabitur. Itaque Maimonides quum Cod. de damnis pecuniariis c. 6. varios caſus dubios propoſuiſſet, tandem ſubjicit, וכל אלו הספיקות וכיוצא בהן אין מחייבין בהן את המזיק אלא חצי נזק ואם תפש הניזק נזק שלם אין מוציאין מידו, *Et in omnibus iſtis dubiis ac ſimilibus non condemnant lædentem niſi in dimidium damni: quod ſi verò acceperit læſus perfectam damni compenſationem, ex ipſius manu non repetunt.*

(4) Sed quid ſibi verba iſta volunt? *Si ſecundum ſabbatha, non verò dies profeſtos ſit convictus.* An boves ſabbathum ab aliis diebus diſtinguere ſolent? Sanè impoſſibile non eſt ut hoc die magis quam illo lædant, ſi alio modo habeantur. ſicuti inquit Iſacides, in gloſſa, מועד לשבתות לפי שהוא במל ממלאכה וחדה דעתו עליו, *Convictus eſt reſpectu ſabbathi, quia cum ceſſat ab opere ſuo, inſolens in ipſo indoles ſua redditur.* Addit R. Iſaac Gabbæus, רואה בני אדם במלבושי נאים ואינו מכירם, Aliquando bos *intuetur hominum filios pulchris veſtimentis indutos, nec eos agnoſcit.* Experientia docet rubrum colorem (quo pretioſiores ſæpe imbutas videmus) tauris ingratiorem, adeo ut ipſo ad feritatem commoveantur. Huc ad aliaque ſimilia forte ille reſpexit.

(5) Hujuſmodi autem bos, ſi cum ſabbatho cornu ferire conſueverit, poſtea ab iſto vitio per tria ſabbatha abſtineat, innocens & manſuetus pronuntiabitur: idque analogicè è Miſna 4. c. 2. ut enim tres dies convictum arguunt vel manſuetum; ſic etiam tria ſabbatha, licet non ſint dies continui: modo alia ſabbatha non intercesſerint, quibus alios læſerit. In Romanis legibus etiam inter quadrupedem quæ naturæ feritate commovetur, & eam quæ alia quadam de cauſa alteri nocet, diſcrimen innuitur: quum ff. Si quadrupes, l. 1. §. 4. ita habetur, *Tunc hæc actio* (de qua legis initio) *locum habet, cum commota feritate nocuit quadrupes: puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit; aut bos cornu petere ſolitus, petierit.* Quò etiam refero ultima verba §. 7. *Si quum equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſſet, calce eum percuſſerit; erit actioni locus.* id enim ſignum habetur, quadrupedem iſtam jam efferatam fuiſſe. Quemadmodum contra manſuetus judicatur apud Judæos c. 2. Miſna 4. bos ille, qui à pueris palpatus non ferit cornu. Neque in priori lege paragraphum 11. ſententiæ noſtræ officere exiſtimo, ubi ita Ulpianus, *Cum arietes, vel boves commiſiſſent, & alter alterum occidit; Quintus Mucius diſtinxit, ut ſi quidem is periſſet, qui adgreſſus erat, ceſſaret actio, ſi is, qui non provocaverat, competeret actio. Quamobrem eum ſibi aut noxam ſarcire, aut in noxam dedere oportere.* Namque hic etiam bos adgreſſus convenienter paragrapho quarto talis cenſetur qui feritate commotus fuerit: quod non ideo tantum conſtat, quia cum iſto quarto paragrapho hic undecimus convenire debet; ſed etiam quod adgreſſi & provocantis conditio deterior conſtituatur, quam ejus qui non provocaverat. ideoque innocens & manſuetus habebatur. Fateor tamen inter hunc bovem, de quo leges Rom. iſto titulo loquuntur, & eum quem Judæi in hoc codice מועד, *teſtimonio convictum* vocant, hanc eſſe differentiam. hujus vitium, exempli gratia quod petulcus ſit bos, dominum quà vitio laborat non gravare, niſi id ipſi comprobatum fuerit; at ſecus in quadrupede in lege *Si qu.* memorata: ſiquidem admittantur quæ Gothofredus ad §. 4. ex Græc. ſchol. annotavit, illum caſum ſic accipiendum, quum dominus quadrupedis vitium ignoravit.

§. 3. Bos ſacer cornu feriens, & cum cornu feritur. Bovem idololatræ cornu petit impunè bos Iſraëlitæ. Annot. (1) Idololatræ Judæis. Præcepta Noachi poſteris data. Gentilium bona, occupantis Judæi fieri. Deut. 33. 2. prolixè exponitur. Item Hab. 3. 6. Lex Moſis primum aliis gentibus oblata. נתר: *Seir, Paran mons. Itineris Iſr. ordo in deſerto. Judæi gentilibus judicant ex commodo ſuo. Gentiles à Judæis cum mactandis beſtiis collati. Num. 15. 16.* גר peregrinus *quis ſit: ejus diſtinctio.* רע proximus, ὁ πλησίον, *quis, prolixè probatur contra Judæos. Luc. 10. 33. explicatio, probatur. (2) Romani æquiores in Judæos, quam hi in illos: ex li. 1. Codicis.*

ג שור של ישראל שנגח שור של הקדש ושל הקדש שנגח לשור של ישראל פטור שנאמר שור רעהו ולא שור של הקדש שור של ישראל שנגח לשור של עכ"ום פטור ושל עכ"ום שנגח לשור של ישראל בין תם בין מועד משלם נזק שלם :

3. Si bos Iſraëlitæ cornu petat bovem ſacrum, aut bos ſacer cornu petat bovem Iſraëlitæ; poſſeſſor liber eſt, quia dicitur (*Ex. 21. 35.*) *Bos proximi ſui*, non verò *Bos ſacer.* Si bos Iſraëlitæ cornu petat bovem Idololatræ, poſſeſſor (1) liber eſt; ſi verò bos Idololatræ cornu petat bovem Iſraëlitæ, ſive innocens, ſive convictus, totum (2) damnum præſtatur.

R. OB. DE BARTENORA.

שור של ישראל שנגח שור של נכרי פטור *Si bos Iſraëlitæ cornu petat bovem idololatræ, liber eſt*, uti ſcriptum eſt Chabac. 3. 6. עמד וימודד ארץ ראה ויתר גוים Nam cum ſeptem præcepta Noachi filiis data ſint, at ab ipſis non confirmata, itaque Deus nobis terram eorum poſtea occupandam dedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cum gentili idololatræ aliqua cauſa juris intercesſerit cum Iſraëlita, vel vice verſa, ſic ſe habet inter eos juris ſenſus, ſi nobis ſit utilitas in jure eorum, ipſis ſententiam pronunciamus juxta jus eorum, & dicimus illis, ſic ſe habet jus veſtrum, &, ſi nobis in rem ſit, dicimus ſententiam eorum juxta noſtrum jus, dicentes, ita ſe habet jus noſtrum. Neque mireris hæc, neque abſurdum tibi videatur, quemadmodum mactatio beſtiarum tibi non videtur abſurda, etiamſi non peccaverint, quia in ipſis non datur perfectio attributorum humanorum, ideo non continentur inter homines, ſed finis eſſentiæ beſtiarum eſt ut hominum neceſſitati inſerviant.

(1) L'EMPEREUR. Ut nihil de bove ſacro & conſecrato Jovæ dicam, ſed eum ſuo loco relinquam; id ſane ferri non poteſt, iſtos homines ita Deì legem in arctum cogere, ac ſi in hac cauſa gentiles impunè lædere, Iſraëlitis liceret. Nam quod

Ido-

Idololatrarum fiat mentio, ipſorum oculos in iſtos non defigit; ſed quoſvis gentiles, qui ſeptem præcepta filiis Noæ tradita non obſervant, intendunt; ſicuti è Gemara liquet atque ultimo præcepto Chriſtianos non teneri cenſemus: itaque Chriſtianos etiam impune expilare licebit. Etenim in Sanedrin f. 56. p. 1. circa fin. ſeptimum continent interdictum, אבר מן החי, *membrum de vivo animali*, ſcilicet, comedendum non eſſe. Ut prætercam illic p. 2. ſubjungi, אסורין בהרבעת בהמה ובהרכבת האילן, *Interdicta filiis Noachi animalium heterogeneorum admiſſio, & arboris inſitio.* at quibus hæc apud nos prohibita ſunt? Sed operæ pretium eſt illius ſententiæ fundamentum examinare, quare gentilibus iſtis damna in facultatibus data compenſanda non ſint. Gemara ait, Deum gentilium, qui data Noachi filiis præcepta (quæ recenſent) non obſervant, bona proſcripſiſſe & occupantis feciſſe. licet alibi ſecus ſentire videantur: ut Maim de furto c. 1. §. 1. & c. 2. §. 1. At perbellas rationes quibus iſtud fundamentum innititur expendamus. Producitur è Deut. 33. 2. הופיע מהר פארן, *illuxit* Deus *è monte Pharanis*: unde concluditur in Gemara, מפארן הופיע ממונן לישראל, *E Pharane publicavit eorum pecuniam, id eſt, bona Iſraelitis* quaſi dicas, illuſtravit & oſtendit eorum ſcilicet Iſmaëlitarum bona, eaque veluti ob oculos poſuit Iſraëlitis ut ea caperent. גילה ממונן והתירו, *pecuniam eorum manifeſtavit & publicavit.* Verum hæc altius repetenda ſunt. Fingunt, Deum priuſquam populo ſuo Iſraëlitico legem daret, eam populis aliis obtuliſſe, puta Iſmaëlitis & Edomæis: quod exprimit Salomon Iſacides c. 33. Deut circa initium: פתח לבני עשו שיקבלו את התורה ולא רצו הלך אל הר פארן ופתח לבני ישמעאל שיקבלוה ולא רצו ואתה לישראל, *Prius filiis Eſavi propoſuit ut legem acciperent; ſed noluerunt: pergens ad Pharanis montem exhibuit eam filiis Iſmaëlis, ut ipſam acciperent; ſed noluerunt: tandem ad Iſraëlitas venit.* At in commentariis ad Bavam 1. c. 4. latius hoc extendit: סיבב והחזיר את התורה על כל האומות לא קבלוה, *circuivit & circumduxit legem ad omnes populos, qui eam non ſuſceperunt.* (Ideo additamenta ajunt, דבפארן נגלה לאומות, *Deum in Pharane Gentibus apparuiſſe.*) Itaque eorum bona in publicum addixit. Sed quia hanc rationem non ſufficere videbant, ei aliam è 3. capite Habakuk v. 6. adjunxerunt: verba Prophetæ ſunt, *Conſtitit & menſus eſt terram, vidit &* יתר *diſturbavit gentes.* Hæc ita in Gem. explicantur, ראה ז׳ מצות שקבלו עליהם בני נוח כיון שלא קיימו עמד והתיר ממונם לישראל, *Conſideravit ſeptem præcepta quæ in ſe ſuſceperant filii Noæ: quandoquidem non præſtiterant ea, conſtitit, proſcripſit ac licitam fecit eorum pecuniam ſive bona Iſraëlitis.* Ergo videmus Edomæorum bona etiam in iſta proſcriptione contineri. Quam hoc figmentum pulchrè convenit cum lege Dei Deut. 2. 5. *Nec bellum miſcete cum illis, non enim daturus ſum vobis de terra eorum, vel veſtigium plantæ pedis: nam hæreditarium dedi Eſavo montem Seïris. 6. Cibum comparate ab eis pecunia, quem comedatis; & ſimiliter aquam emitote ab eis pecunia.* Hæccine verba permittunt, ut eorum bona Iſraëlitis data cenſeamus? Verumenimverò ut poſteriorem locum ſcilicet Habakuk prætercam, unde ex inſulſa verbi נתר expoſitione argumentantur; prior locus inſpiciendus: hinc enim anſam erroris arripuerunt, quod cum non perciperent quî præſentiæ divinæ lux è Seïre & Pharane illuxiſſe dicatur, eò retulerint, quaſi illuc Deus legem quandam tulerit vel Iſraëlitarum, vel aliorum filiorum Noæ futuram; quam cum hi neglexiſſent, in iſtam mulctam inciderint. Quomodo Deus è Sinai prodierit cum lege ſua, & ſua gratia, quâ deinde populum comitatus fuit, dubitat nemo. ſed quî ortus è Seïre, illuxit è Pharane? Poſt Sinai ponitur Seïr (pro quo Habakuk 3. 3. תימן, *meridies*: quia erat ad meridiem Canaan) deinde Pharan: licet enim mons Paran ſecundo loco collocandus videretur, ut qui monti Sinai propior, prius ex Ægypto egredientibus occurreret, quam Sehir; tamen ſatis cauſæ fuit ut in verborum ordine poſtponeretur. Quia itineris ordinem quidem ſpectavit cum Moſes, tum Habakuk; ſed temporis ſeriem, non locorum ſitum expendens. Ita hoc iter divina providentia inſtitutum fuit, ut per longas ambages Iſraëlitæ in promiſſam regionem devenerint: ut qui Kadesbarneam, (Deut. 1. 19. cum c. 2. 1.) verſus montem Schiris aſſequuti, ob ſuam infidelitatem iter flectere juſſi ſint: adeo ut in extremo deſerto quod Pharani adjacet tandem caſtrametati fuerint. Num. 33. 35. (Confer Ptolemæum, qui illic Pharanem collocat; licet alius etiam mons Pharan videatur Num 13. 1. 27. apud Chaſerots Kades.) Mons Pharan autem potius, quam deſertum, citatis ſupra locis commemoratur: quia Dei gratia cum ſolis ortu & aſcenſu ibi confertur; ut altiora potius quam depreſſiora produci debuerint, ſi phraſes ab illis ſcriptoribus adhibitas ſpectemus. Duplex in hac deſcriptione fuit ratio, ob quam præter Sinai montem, Schiris & Pharanis meminiſſe authores nominati voluerint. Prior, ut quandoquidem ter veluti in iſtis anfractibus iter inter Ægyptum & Canaanem emenſi ſunt, terminos inflexi itineris notarent; quò Dei providentia in ipſis Iſraëlitis per invia deſerta ductitandis, ibique conſervandis, & victu ſuppeditando ne ulla re egerent, ſuſpiceretur. Primum, à Sinai digreſſi ad terminos terræ promiſſæ circa montem Seïris pervenerunt; deinde retrò iter flectentes longe remotius, quam mons Sinai eſſet, diſceſſerunt ad Pharanis (de quo Ptolemæus) montem; poſta denuò conſpectum ad Canaanem collimantes dictam regionem quidem petierunt, ſed via ad orientem magis flexa, ita ut longo circuitu orientalem terræ promiſſæ regionem ingreſſi ſint. Altera cauſa eſt, quod accepto legis divinæ in Sinai dono inæſtimabili, circa Sehirem & Pharanem montes ſingularem divinæ benignitatis lucem ac ortum poſtea etiam experti ſint. Etenim in conſpectu Sehiris (ubi Edomæi) à ſerpentibus icti; per ſerpentis ænei aſpectum, qui Meſſiæ à ſerpente diabolo ſanantis typus erat, à morte præſentiſſima liberati fuere. Num. 21. 4. cum 9. In deſerto denique (iſtud enim late patet) cui Pharan imminebat, inſigne beneficium denuò perceperunt; dum Moſis ductu, iterum iter verſus Canaan flectere juſſi, ad illum locum rectà tendere inciperent, quem in votis habebant. Qua divinæ benignitatis luce, exorientis ſolis coruſcatio potior non eſt. Porrò licet à Judæorum ſententia diſcedere non liberet, potius Abrahami Peritſolidæ ſententia ab ipſis jam tum excogitanda fuiſſet. Is in Vichouah Hadath (quem librum contra Chriſtianos conſcriptum & nulli pene Chriſtano viſum, ex Ebræo jam tranſtuli, & in lucem edere paro: accepto manuſcripto exemplari ab eximio & N. viro D. D. de Willem cognato meo, qui Illuſtriſſimo Principi Auriaco à conſiliis iſta ſtudia tractare tamen non deſinit) Ille Abraham c. 2. אומרו ויאמר יי׳ מסיני בא ר״ל כראשונה באה התורה האמיתית לישראל מסיני ומסנה זרח לשעיר שהוא אדום שממנה נפקחו עיניהם וראו לדעתם אור נגה ואחר כך הופיע ממנה שפע נ״כ להר פארן שהוא מקום מושב ישמעאל כאמור ותה אמרו מימינו אש דת למו בלשון רבים ר״ל מימינו דתי היתה אש דת שהאירה לכל אלו. *Cum ita loquitur* Deut. 33. 2. Dixit ergo, Jova è Sinai prodiit, *hoc ſibi vult, Primò prodiit lex vera Iſraëlitis è Sinai; qua lege ortus eſt ipſi Seïri, qui & Edom, quia illâ horum oculi aperti ſunt, qui pro ſua mente lucem in illa conſpexerunt. Poſtea cœleſtis influentia etiam ex iſta illuxit monti Paranis, qui eſt locus ubi Iſmaëlitæ habitant, uti dictum eſt. Idcircò ibidem dicit,* A dextera ejus ignis legis ipſis, *num. pl. Hoc vult, à dextera ipſius laudandi fuiſſe ignem edictalem, qui omnibus iſtis illuceſceret.* Hinc jam liquet ex illis locis iſtum Judæorum errorem non ſtabiliri: cum omninò ſecus exponendi ſint: itaque ad eorum explicationes, ejuſmodi nugas excogitare neceſſe non eſt. Cæterum quò illam Judæorum de damnis gentili illatis ſententiam (cujus occaſione huc delapſi ſumus) plenius percipiamus, Maimonidæ verba in hanc Miſnam aſcribere non pigebit: quibus Judæorum animum non tantum in Gentilium etiam Chriſtianorum bona; ſed corpora quoque exprimit. כשאריע דין ישראל עם גוי ענין הדין ביניהם כך הוא אם יש לנו בדינהם זכות נדון להם בדינהם ונאמר להם כך דינהם ואם טוב לנו בדיננו נדון להם כפי דיננו ונאמר לו כך דיננו ואל תתמה על דבר זה ואל יקשה בעיניך כמו שלא יקשה בעינין שחיטת הבהמות ואף על פי שלא חטאו לפי שמי שאין בו שלימות הצורות האנושיות אינו בכלל האדם על האמת אבל תכלית מציאותו לצורך האדם, *Quum Iſraëlitæ controverſia eſt cum Gentili, conditio litis inter ipſos talis eſt. ſi nobis eſt in illorum ju-*

ribus commodum aliquod, ipſos ſecundum jura ſua judicabimus, iiſque dicemus, ſic poſtulare ipſorum jura: quod ſi nobis in jure noſtro appareat utilitas, judicabimus ipſos ſecundum jus noſtrum, iiſque dicemus, ſic poſtulare jus noſtrum. Neque mireris hac de re, *nec durum videatur in oculis tuis; ſicuti dura ſive crudelis tibi non videtur mactatio beſtiarum, quamvis non peccaverint: quia cui non ineſt perfectio virtutum humanarum, inter homines non comprehenditur revera; ſed finis eſſentiæ ipſius eſt ut hominis neceſſitati inſerviat.* Hinc jam facile judicium, quo loco nos habeant Judæi, nimirum beſtiarum numero: adeò ut ipſis inſervire & ipſorum commodo vivere vel mori debeamus, quod careamus virtutibus humanis. Et ſi corpora noſtra ita ipſis addicta; quid de facultatibus dicendum? Atqui peregrinum amare jubentur, Lev. 12. 34. *Diliges eum ſicut te.* & ab eo opprimendo vel lædendo abſtinere. imò (quod cauſæ noſtræ magis directè inſervit) Num. 15. 15. poſtquam peregrinum indigenæ in ſacrificiis æquaſſet, in genere illam æqualitatem repetit verſ. 16. *Lex eadem & ratio eadem eſto vobis; & peregrino qui peregrinatur apud vos.* Sed reſpondent ea de proſelyto intelligenda: ita author libri Hinnouch, ubi de judic. נמנענו כלהונות הגר אפילו בדברים והוא אחד מן האומות שנתגייר ונכנס בדתינו, *Interdictum eſt nobis ægrè facere peregrino, etiam ſolis verbis. is autem eſt unus ex gentibus qui proſelytus factus acceſſit ad leges noſtras.* Hinc Maimonides codice de venditione c. 14. ſ. 15. & 16. opprimere peregrinum, peccatum eſſe dicit contra eam etiam legem qua proximum Hebræum quis opprimere prohibetur: nam cum peregrinum deſignari cenſet qui ad Judæorum caſtra conceſſit. Hæc reſtrictio levi fundamento nititur: Rabbini à גר, *peregrinus*, faciunt verbum in Hithpael התגייר, *proſelytus factus eſt:* ac ſi verò, quia התגייר ipſis eſt *proſelytum fieri*, hinc ſequeretur גר eſſe proſelytum; loca illa Scripturæ ad hunc proſelytum reſtringunt. Licet aliàs nomen גר latius accipiant, etiam cum aliquatenus reſtringunt. ut quum non tantum agnoſcunt גר צדק *peregrinum juſtitiæ* ſive juſtum, qui religione Judæus eſt; ſed etiam גר תושב, *peregrinum inquilinum*, de quo Maimonides Cod. de Idololatria c. 10. ſect. 6. אם קבל עליו ז' מצות שנצטוו בני נח הרי זה גר תושב, *ſi* (peregrinus) *in ſe recepit ſeptem præcepta filiis Noæ injuncta, ecce hic dicitur peregrinus inquilinus.* Sed quorſum pluribus iſtum Judæorum in dato gentilibus damno errorem impugnare? ipſi in Gemara ſolidè ſibi objiciunt ad cod. Bava Kama f. 38. p. 1. circa initium, מה נפשך אי רעהו דוקא דנכרי כי נגח דישראל ליפטר ואי רעהו לאו דוקא אפילו דישר' כי נגח דנכרי נחייב, *Quid cogitas? Si dictum,* Proximus ejus, *præciſe accipiatur, bos peregrini quum cornu ferit bovem Iſraëlis abſolvendus eſt; ſin vero,* Proximus ejus, *non præciſe accipias, etiamſi bos Iſraëlitæ feriat bovem peregrini, tenebitur.* Quaſi dicatur, Lex illa Exod. 21. 35. *Si ferierit bos viri bovem proximi ejus ita ut moriatur* &c. quum præciſè accipitur de proximo ejus qui lædentis bovis dominus eſt, non interdicit quo minus bos peregrini interficiat bovem Iſraëlitæ: quandoquidem Iſraëlita non eſt proximus peregrini, cum peregrinus non ſit proximus Iſraëlitæ; & propterea peregrinus lege illa ad reſtitutionem cogi non poterit. quod ſi latius accipias proximi vocem, ut etiam ad peregrinum extendatur, qui bove ſuo damnum bovi Iſraëlitæ infert; hic Iſraëlita proximus peregrini ſit oportet, ideoque & hic illius proximus; & eapropter ſi ab Iſraëlita lædatur, ex illa lege in ipſum actionem habebit. Quæ ſane objectio Talmudica hujuſmodi eſt, ut eam diſſolvere nequeant. Sane niſi ריע *ὁ πλησίον proximus*, in dicta lege aliiſque, ubi alter alteri injuriam facere prohibetur, latius accipiatur, quam pro Iſraëlita reſpectu alterius Iſraëlitæ; non vetatur injuria quam Gentilis Iſraëlitæ infert. Ut ſi in Decalogo, *Ne concupiſcito uxorem proximi tui*, proximus Iſraëlitæ intelligatur ſolummodo; Gentili licebit concupiſcere uxorem Iſraëlitæ: quia hic illi proximus non cenſebitur. Sin autem quum proximum lædere prohibentur homines, Iſraëlita ab injuria defenditur; Iſraëlita eſt proximus Gentilis alicujus. Ergo vice verſa Gentilis eſt proximus Iſraëlitæ: non enim poſſum tibi proximus cenſeri, niſi & tu viciſſim mihi cenſearis talis. Unde jam liquet in iſtiuſmodi legibus proximum ſive ריע poni pro *alter*, quaſi dicas, exempli gratia, *Si bos unius*, רעהו *alterius bovem lædat* &c. Quidni etiam ita acciperetur, cum paſſim hic ſit uſus illius vocis in iſtiuſmodi phraſibus: ut Gen. 11. 3. *dicebat vir proximo ſuo*, id eſt alter alteri: nam Iſraëlitæ nondum erant; hominum ſeſe invicem promiſcuè alloquentium ſermo enarratur. ſimiliter Deut. 22. 26. Cum vim fecerit quis puellæ in agro, hæc abſolvitur: *nam quemadmodum inſurgens quis in proximum ſuum occidit eum, ita ſe habet hæc res.* An non hoc exemplum indefinitum eſt de quovis qui alterum è medio tollit? num ſoli Judæi Judæis vitam eripiunt? Et quid manifeſtius commate ſecundo cap. 11. Exodi? *Loquere nunc audiente hoc populo; ut petant quiſque à proximo ſuo, & quæque à proxima ſua, inſtrumenta argentea, & inſtrumenta aurea.* Quiſnam hic eſt proximus & quænam proxima? profectò Gentiles & Iſraëlitarum inimici Ægyptius & Ægyptia: uti exprimitur ſequenti verſu, &c. 3. vers. 22. *Petet unaquæque à vicina ſua & ab hoſpita domus ſuæ inſtrumenta argentea. . . . ſpoliabitis Ægyptum.* Adullamæus etiam ille Gen. 38. 20. Judæ ריע, *proximus*, dicitur: cum tamen Iſraëlita non eſſet; ſed ſocius & in via comes. Et quemadmodum illis locis proxima & proximus cenſentur cum quibus verſatur quis, ſimiliter Servator noſter Luc. c. 10. 33. & ſeq. cum evincit alicujus eſſe *πλησίον, proximum*, qui alicui occurrit & cum quo eſt, verſatur, & quicum ei res eſt. Quippe reſpicit ad vocis etymologiam, quatenus à רעה, *aſſociare ſeſe & alteri adjungere* ſignificante, deducitur: unde quoque tam late accipitur, ut ad irrationalia etiam extendatur. nam Eſ. 34. 14. *Concurrent feræ animalia cum terrifico, & hirſutum proximo ſuo acclamabit.* Imo ad inanimata extenditur Jobi 36. 33. *Annunciat eam* pluviam *proximus ipſius*; id eſt, tonitru indicat ſimul imbrem ſecuturum. Sed ut Doctoris inter Judæos magnæ autoritatis teſtimonium proferam, qui præ aliis multis hac in parte ſapit & in hac tota controverſia; Davidis Kimchi verba notatu ſunt digniſſima: quia Servatoris noſtri ſententiam Luc. 10. ſub finem de *πλησίον, proximo*, propoſitam omninò approbant. Cum majori judicio quam alii Judæi leges quaſdam explicans, inter alia ita ſcribit ad Pſal. 15. vers. 3. רעהו וקרובו הוא שיש לו משא ומתן עמו או שכנו, *ſocius* (vel ut vulgò, proximus) *ejus & propinquus ejus eſt cum quo intercedit illi* (acceptio & datio, id eſt) *commercium & converſatio, aut eſt vicinus ipſius.* Præterea ibidem præceptum nonum explicans, ſubdit, רעך, *proximum tuum*, in iſta lege exprimi, לפי שכשאו ומתנו ועסקיו עמו, *quia commercium & converſatio alicujus & negotia ejuſdem cum ipſo habentur.* Itaque legem illam Levit. 19. 18. *Diliges proximum tuum, ſicut te*; rectè è vers. 34. Servator noſter Luc. c. 10. vers. 27. & ſeq. adeo extendit, ut quemlibet, quicum nobis res eſt, ſpectare cenſeatur. Concludo itaque, cum in lege de quadrupede ſine fundamento ריע, *proximum*, ad Judæos ſive Iſraëlitas reſtringant; nihil eſſe quo Miſhæ pars quam impugnamus defendi queat.

(2) Cæterum lex Dei Ex. 21. ſub finem non diſtinguit inter Gentilem & Iſraëlitam: quo ergo fundamento in bove etiam manſueto ab illo totum damnum exigit Miſna? Hoc tandem ſubjiciam, noſtros Imperatores longe æquiores erga Judæos in legibus ſuis fuiſſe, quam in ſuperioribus Judæos Chriſtianorum reſpectu obſervavimus. Legatur titulus 9. lib. 1. Codicis. ubi inter alia legitur leg. 8. *Omnes Romanis legibus conferant & excipiant actiones*, & 12. leg. *Nullus tanquam Judæus*, (id eſt, ut Acc. ait, Ob hoc ipſum quod eſt Judæus) *cum ſit innocens, obteratur.* At ipſi nos beſtiarum numero habent, uti jam probavi; & arctius nos legibus quam ſeipſos conſtringunt.

§. 4. *Bos ſurdi, fatui, pupilli, quoad damnum conſideratur. Iſtis curatores præfecti Bovis in theatro pugnantis conditio. Ann.* (1) פקד *&* ܦܩܕ *quid.* (2) *Legis ratio ſumitur è modo quo pupilli ſatisfaciunt.* (3) *Obteſtatio Exodi* 21. 29. *quando coram* Ἐπιτρόποις. (4) *Dominium mutat bovis conditionem. Pupilli non cenſentur proprietarii*

(5) חזקה, החזיק, בחזקתו, quid in jure Hebr. denotent. Hinc illuſtrata Gem. Maccoth, (6) Bos ſtadiis deſcribitur; (7) Leges Rom. etiam conſultum voluiſſe ſurdis, furioſis, pupillis.

ד שור של פקח שנגח שור של חרש שוטה וקטן חייב ושל חרש שוטה וקטן שנגח שור של פקח פטור שור של חרש שוטה וקטן שנגח בית דין מעמידין להן אפוטרופים ומעידין להן בפני אפוטרופים נתפקח החרש נשתפה השוטה והגדיל הקטן חזר לתמותו דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר הרי הוא בחזקתו שור האצטדין אינו חייב מיתה שנאמר כי יגח ולא שיגיחוהו :

4. Si periti (1) alicujus bos cornu feriat bovem ſurdi, ſtulti, aut pupilli, poſſeſſor tenetur; ſurdi verò, ſtulti, aut pupilli, ſi cornu ferit bovem periti, (2) liber eſt. Si bos ſurdi, ſtulti, aut pupilli cornu feriat; judices his curatores præficiunt, atque teſtes in ipſos teſtantur (3) coram curatoribus. Si ſurdo aperiantur aures, reſipiſcat fatuus, pupillus grandeſcat; bos in integrum reſtituitur, (4) uti ſentit D. Meïr. D. Joſe inquit, Ecce is in (5) ſtatu ſuo manet. Bos in theatro pugnans (6) non fit mortis (7) reus: quia dicitur, *Quum cornu feriet*; non verò, *Quum adigent ipſum ut feriat.*

R. OB. DE BARTENORA.

ושל חרש שוטה וקטן שנגח שור של פקח פטור *Surdi verò, ſtulti, aut pupilli, ſi cornu feriat periti, liber eſt*, quia non conſtituerunt tutorem innocenti, ut exigant de corpore ſuo, eo quod bonum mobile eſt; diximus autem capite primo, *pretium argenti* innuere quod ſenatus tantum de bonis immobilibus ſolvere præcepit, id quod de pupillis confirmamus.

מעמידין להם אפוטרופוס *conſtituunt ipſis tutorem*, ſi petulci magis magiſque aſſuefaciant, conſtituunt ipſis tutorem; non autem ad ſolvendum dimidium damni, ſed ut eum reddant convictum, ut, ſi denuo cornu feriat, poſſeſſor ſolvat de bonis domeſticis præſtantisſimis, & damnum campi ſolvant de pupillis. חזר לתמותו *ſi redierit ad innocentiam ſuam*, putat enim quod convictus, qui exierit e poteſtate unius poſſeſſoris in poteſtatem alterius, rediit ad ſimplicitatem ſuam, quia mutatio poteſtatis mutat jus præmonitionis ejus. שור האצטדין eſt bos qui in circo ſive in ſtadio cornu ferire didicit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando bos ſurdi, vel ſtulti, vel parvuli, ſolitus fuerit cornu ferire, & hominibus nocere, tum illis largiuntur tutorem. שור האצטדין eſt bos qui in ſtadio pugnare, & ferire ſolet, quando duo vel plures boves in pugnam committuntur, & voce admonentur, ut unus alterum vincat. Hujuſmodi vero actio non eſt illis naturalis, ſed inſtinctu poſſeſſoris excitatur; id quod vulgus variis artificiis præſtare novit in beſtiis, & in avibus.

(1) L'EMPEREUR. In originali textu eſt פקח: quæ vox in ſacris quidem literis de vidente tantum uſurpatur; etſi non dubitem quin ad auditum etiam extendi queat, quia Eſ. 42. 20. legitur פקוח אזנים, *aperire aures:* ſicut hujus ſynonymum verbum פתח, *aperuit*, latius extenditur, ad ſermonem quoque relatum; adeoque Syriaca vox hinc deducta ad auditum & loquelam omnino refertur Marc. 7. 34.

ܐܬܦܬܚ *aperitor*, quo mandato apertæ ſunt aures & vinculum linguæ ſolutum. Sed Hebræorum magiſtri voce פקח latiſſime utuntur: adeoque ſic peritum denotant, ſive ſit peritus loquendi &c. ſive ratiocinandi, ſive agendi ea quæ adultum decent. Unde fit ut hic ſurdo, fatuo & pupillo opponatur. Hinc factum arbitror, ut in lingua Syra ܦܘܩܚܢܐ pro utili & commodo ac idoneo uſurpetur: ſiquidem ſignificatio prior tantum extenditur, ut non ſolum utilitas & capacitas ad priora iſta opera notetur; ſed quidquid ad negotium vel rem quampiam aptum fuerit, de eo dici queat, ܦܘܩܚܢ ܗܘܐ ܠܗ, *ipſi commodum* ac idoneum ſive utile *fuit.* Sed hoc loco ſtrictius in Miſna noſtra accipitur.

(2) Qui verò ipſi opponuntur, ſtulti, ſurdi & pupilli; non tenentur, ſi eorum bos bovem illius feriit. Ejus rationem hanc in pupillis proferunt, quod antiquo jure ex eorum bonis mobilibus reſtitutionem fieri ſenatus noluerit; ſed ex immobilibus (uti in præcedentibus obſervatum fuit:) atqui de bove manſueto ſermo eſt, ex cujus corpore rependitur damnum; quemadmodum è ſuperioribus liquet. itaque ſi illi pro bove manſueto ſive תם, *innocente*, (uti loquuntur) ſatisfacerent, pecunia ex ipſius bovis pretio, id eſt, bonis mobilibus promenda eſſet: quod Judæorum conſtitutionibus adverſatur.

(3) At ſi bos petulcus feriat, conferentes comm. 29. cum 36 cap. 21. Exodi, conſtituunt; quandoquidem ipſi ea capacitate & tales non ſunt, quibus ſolis denuntiari bovem petulcum eſſe ſufficiat, ut ἐπιτρόποις (qua voce hic utuntur) præſentibus hujuſmodi obteſtatio peragatur. Hic enim obſerva, ſi magiſtrorum mentem capere velis, prius Miſnæ membrum & poſterius eundem bovem non reſpicere; ſed hoc de petulco tantum, illud de manſueto accipiendum: quemadmodum etiam ex antecedenti annotatione elici poteſt.

(4) Porrò quæ de reſtitutione in integrum ſubjiciuntur, puta ſi tria iſta hominum genera naturalem perfectionem recuperent & obtineant, bovem in integrum quorundam judicio reſtitui; ita in gloſſa explicantur: קסבר רשות משנה מועד שיצא מרשות זה ונכנס ליד בעלים אחרים הרשות משנה את דין העדות, *opinatur* (ſcilicet ille cujus judicium profertur) *dominium immutare bovem convictum*; id eſt, *quum hujus dominio ſubducitur & ſubjicitur poteſtati aliorum dominorum, dominium immutare jus illius obteſtationis*, ſive potius teſtificationis, (teſtibus, petulcum eſſe, probari & denunciari ſolet.) Quorum verborum hic eſt ſenſus, Quum, exempli gratia pupilli bos petulcus eſt, ideoque coram illius tutoribus hunc eo vitio laborare probatur, tutores cenſeri bovis dominos, non pupillum; itaque quum pupillus ſui juris eſt, tum demum haberi bovis proprietarium: quapropter bovem antea teſtimonio convictum, ſolummodo convictum judicari tutorum reſpectu; poſtquam autem veri proprietarii curæ commiſſus eſt, teſtimonium præcedens ei non obeſſe, ſed legibus de manſueto bove tantum ſubjectum, donec coram iſto proprietario convincatur.

(5) Sed alii qui D. Joſen ſequuntur, ſecus ſentiunt: utpote qui bovem בחזקתו, *in robore vel potius ſtatu ſuo* eſſe vel manere aſſerant. Quid ſit בחזקתו, non adeo notum; ideoque latius explicandum venit. verbum Hiphil החזיק in ſacris literis ſignificat, *tenuit, prehendit, comprehendit:* inde Talmudici formant ejus paſſivum הוחזק ac ſi diceres, *comprehenſus, detentus fuit.* atque de eo dicitur, qui detinetur veluti in facto quodam vel qualitate: id eſt, quem cenſent & judicant aliquid feciſſe, vel aliqua diſpoſitione, virtute, vel vitio præditum; quibus obſideatur veluti & contineatur, ut in ſtatu iſto omnium judicio & ſententia veluti cancellis conſtringatur; quia talem eum eſſe vulgò exiſtimant. Ita in malam & bonam partem uſurpatur: in bonam, ut quum Maimonides c. 2. de Phylacteriis, ſect. 10. הוחזק זה האיש *vir ille* (ſcilicet cujus phylacteria aliquot alter proba-

bavit ac examinavit) deprehenditur & *tenetur*, puta in ſinceritate, id eſt, præſumitur ſincerus, & reliqua ipſius phylacteria legitima eſſe cenſentur. Ita חזקה nomen inde derivatum, ex eadem ſignificatione, robur quidem in Scr. ſacris denotat; apud illos verò eſt præſumtio, qua quis hoc vel illud feciſſe, hac vel illa qualitate præditus judicatur. Ut in Baba tertia c. 1. ſect. 4. בחזקה שנתן, *in præſumptione quod dederit*, id eſt, ſolviſſe cenſetur. In malam partem accipitur cod. Maccoth f. 5. editionis Ven. p. 2. circa initium: זו הוחזקה, *hæc tenetur* ac conſtringitur, ſcilicet judicio, id eſt, *præſumitur*, puta ut gloſſator inquit, להביא עדי שקר, *producere teſtes falſos*. Ita etiam nomen חזקה, *præſumptio*, hac Miſna quam enarramus, de bove petulco: quem D. Joſe mutato etiam domino convictum habet; id eſt, quod etiamnunc petulcus eſſe *præſumatur*, & quidem teſtium teſtificatione id conſtare, affirmat.

(6) Denique bovem in theatro vel ſtadio &c. pugnantem (iſta genera conjungo: quamvis enim theatra, ſtadia, circi, &c. propria ſibique accommodata exercitia haberent; nihilominus eadem hæc etiam quandoque ſine diſcrimine peracta fuere) cum inquam vocant שור האצטדין, quaſi dicas, *bovem ſtadii σαδιυ*; id eſt, loci in quo homines beſtiæve currunt ac certant. nam voces Græcas & Latinas Talmudici etiam ſuas faciunt, uti in Middoth obſervavimus & expoſuimus. Maimonides illum eſſe dicit bovem quem aſſueſecerunt, ut dato vocis ſigno alium bovem aggrediatur, quò ſpectatores quis eorum vincat contemplentur. quam deſcriptionem ex Aruch hauſit, qui plene morem iſtum delineat his verbis: cum iſtum bovem eſſe dicit שמגדלין אותו לקוביה ומלמדין אותו לנגח ויביאו שורים אחרים וינגחו עמו המנצח את חבירו לוקח התנאי שביניהם, *quem educant ut præmio de eo certent, itaque eum ad feriendum cornu aſſueſaciunt. tum* (inquit) *aliis bobus adductis qui cornibus cum ipſo contendant, qui ſocium vincit, præmium de quo convenit reportat.*

(7) Ultima fere Miſnæ verba, *non ſit mortis reus*, ita in tranſcurſu R. Nathan in Aruch explicat, *Si hominem interficiat, non ſit mortis reus.* Nam licet hic in præcedentibus de bobus inter ſe comparatis agatur; poſtremo hoc dicto ad hominem bos refertur: quandoquidem ſi bovem interficiat, nuſquam mortis reus peragitur. Sed Miſna tamen inprimis eò collimat ut ſurdis, furioſis & pupillis ſubveniat. Quibus & conſultum voluerunt leges Romanæ: ex iis enim quæ aliis in rebus ſtatuerunt, analogicè diverſi caſus decidi queunt. Ne temerè quid in damnum ſuum agerent furioſi &c. ita Gajus Digeſt. 44. ti. 7. leg. 1. §. 12. & ſeq. *Furioſum, ſive ſtipuletur, ſive promittat nihil agere, natura manifeſtum eſt. Huic proximus eſt, qui ejus ætatis eſt, ut nondum intelligat quid agatur. ſed quod ad hunc, benignius acceptum eſt. Nam qui loqui poteſt, creditur & ſtipulari & promittere rectè poſſe. Mutum nihil pertinere ad obligationem verborum, manifeſtum eſt. Sed & de ſurdo idem dicitur.*

§. 5. *Bos homicida occidendus. quando hic λύτρον ſolvendum. Quid ſi ſervum aut ancillam feriat. Ann.* (1) *Bos homicida ſi aliis immiſceatur.* (2) *Exod. 21. 31. ad alia animalia quæ homines occidunt extendi: Convictuſne cædis bos, antequam λύτρον ſolvant domini. Bos ſi occiderit hominem, an domino mortem creet diſputatur. Exod. 21. 19. & 30. fusè enarratur.* תם. *Judæus explicando contradicit Scripturæ.* (3) *Siclus. Servi pretium. λύτρον quo caſu ſolvendum, ex ſent. Maim. Varii caſus & jura, quæ in bove occidente conſiderantur. Supplicium beſtiarum, ob necem, ex Solone. De ſolvendo pretio, ſi homo per beſtiam interierit, ex jure Romano. Ex eodem, occiſor cum eo, qui cauſam mortis præbet, collatus.*

ה שור שנגח את האדם ומת מועד משלם כופר ותם פטור מן הכופר וזה וזה חייבים מיתה וכן בבן וכן בבת נגח עבד או אמה נותן שלשים סלעים בין שהוא יפה מאה ובין שאינו יפה אלא דינר מנה זהב:

5. Quum bos cornu ferit hominem ita ut moriatur, ſi quidem convictus ſit, λύτρον ſolvitur; ſi vero innocens ſive manſuetus, poſſeſſor à λύτρῳ liber eſt: ſed cum iſte, (1) tum ille morte tenentur. Pariter in filio (2) & filia ſe res habet. Si ſervum aut ancillam feriat, triginta ſicli (3) pendentur: ſive centum minas; ſive tantum denarium aureum valeat.

R. OB. DE BARTENORA.

מועד משלם כופר *Si convictus ſit, λύτρον ſolvit poſſeſſor,* etiam prima vice ſi cornu petierit, interficimus eum, ſi compertum fuerit quod ſit convictus, quando tres interfecerit idololatras; vel etiam, ſi interfecerit tres Iſraëlitas qui vitio quodam labefactati erant & hinc *Trepha* dicti, nam propter Trepha non interficiendus eſt, quia hominem mortuum occidit. Vel etiam, ſi occiderit & aufugerit ad prædonem poſtquam conteſtati ſunt de ipſo. וכן בבן וכן בבת *Et ſic ſe res habet cum filio & filia*, propter parvulum & parvulam tenetur lapidatione, & ſolvere pretium redemptionis, æque ac propter adultos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Bos de homine convictus eſt multis quidem modis, quorum unus eſt, ſi interfecerit tres idololatras antequam interfecerit unum Iſraëlitam.

(1) L'EMPEREUR. Bovem utrumque, puta nondum convictum, ſed etiamnum ad illud factum uſque omnium judicio innocentem; & iſtius pravitatis antea convictum, morte afficiendum ac lapidandum eſſe, lege docetur Exod. 21. vers. 28. 29. quinetiam ejus dominum, ſi convictum non ſervaverit, quominus cædem committeret, mortis reum; ſaltem pretium redemtionis vitæ ſolvendum, vers 29. & 30. Verum ad bovem lapidandum & hoc modo morte afficiendum quod attinet, non temerè hic aliquid obſervat Maim. cod. Nizke Mammon, c. 11. §. 10. נגמר דינו ואחר כך נתערב באחרים אפילו באלף כולן נסקלים ונקברין ואסורין בהנאת, *ſi abſoluto judicio* (bos) *poſtea aliis immiſceatur, etiam mille; omnes lapidantur, & ſepeliuntur indeque lucrum percipere vetitum.* alia ſpectemus. Præterea.

(2) E vers. 31. c. 21. Ex. conſtat perinde eſſe ſive puer, ſive adultus à bove interficiatur. Maimonides quoque rectè legem ad alia pecora, ferasque etiam extendit, quin & ad aves aſcendit. eadem enim omnium hac in parte eſt ratio. Sed licet hæc omnia ex lege Moſis ſatis plana videantur, merito tamen hic quæſtionem movet, eamque ſuo more ſolvit memoratus Rabbi c. 10. cod. de damnis pecuniariis, ſect. 3. הואיל וכל בהמה חיה ועוף שהרגו את האדם נסקלין היאך יסצא מועד להרוג עד שישלמו את בעליו הכופר כגון שהרג ג׳ כותים ואח״כ הרג ישראל והמועד לכותים הרי זה מועד לישראל או שהרג ג׳ ישראלי טרפה ואחר כך הרג שלם או שהרג וברח וברביעי נתפס שאין הבעלים חייבים בכופר עד שיסקל השור וכן אם סכן ג׳ בני אדם כאחד או שהרג ג׳ בהמות הה״ מועד להריגה ובעלים משלמים את הכופר וכן אם הכירו עדים את בעל השור ולא הכירו את השור בפעם ראשונה ושנית ושלישי׳ וברביעית ראו שור שהרג ולא היו יודעין אם זה הוא השור שהרג בשלושה פעמים הראשונות או אחר היה הואיל והועדו הבעלים שיש להם בבקרם שור שהרג שלשה פעמים היה להם לשמור כל בהמתם ומאחר שלא שמרו משלמים את הכופר, *Sed quandoquidem omne pecus, fera & avis, ubi hominem occidunt lapidantur; quî invenietur cædis convictus antequam domi-*

ni

ni λύτρον *ſolvant?* (ratio dubii, quia convincitur diverſa & frequenti cæde: ergo ob primam cædem non ſolvendum λύτρον &c. docet ergo quî initio occidendus convinci queat:) *veluti quum tres Samaritas interfecit, poſtea verò Iſraëlitam. nam Samaritarum reſpectu convictus, ecce is etiam Iſraëlitarum reſpectu convictus eſt. aut quod tres Iſraëlitas jam laniatione* (diſcerptos, ideoque aliàs etiam morituros) *interfecerit, poſtea verò ſanum ac integrum interficiat: aut quum poſtquam poſt cædem aufugiſſet, deinde in quarto facinore deprehenditur (nam domini ad* λύτρον *non tenentur antequam bos lapidetur:) ſimiliter ſi in periculum mortis tres hominum filios ſimul conjiciat: aut ſi tria pecora interfecerit. ecce iſte interficiendi convictus cenſetur, dominique pretium redemtionis ſuæ perſolvunt. Similiter ſi teſtes bovis proprietarium noverint nec tamen noverint bovem prima vice, ſecunda & tertia; & quarta vice videant quidem bovem ipſius interficere, ſed ignorent hiccine ſit iſte bos qui tribus prioribus vicibus interfecerat, an ſit alius. quandoquidem coram teſtibus denunciatum fuerat dominis, ſe in armento ſuo habere bovem qui ter cædem commiſerit, obſervare omnia jumenta ſua tenebantur, & quia non obſervarunt,* λύτρον *ſolvere tenentur.* Quæ plana ſunt, niſi quod D. Jom Tob f. A. ſcrupulum moveat ad verba illa, שהרג ג׳ בהמות הוא מועד להריגה, *quum tria pecora interfecit, occidendi convictus cenſetur*: quia cum ipſe Maimonides, tum alii aſſerant, bovem qui unius ſpeciei reſpectu convictus eſt, non continuò alterius ſpeciei reſpectu convictum cenſeri. Sed Joſephus Karrus nodum hoc modo ſolvit: hoc loco in negotio Miſna noſtra propoſito de bove non ſimpliciter lædente, ſed interficiente hominem verba fieri; at aliis locis iſtis ,; qui ſcrupulum Doctori Jom Tob movebant, de ſolo damno in facultatibus & pecuniis ſimilibuſque dato ſermonem eſſe. Verum majoris momenti meritò cenſendum, quod ad legem qua Miſna noſtra nititur quammaximè ſpectat: nimirum an cujus bos cornupeta hominem liberum interfecit, is morte à magiſtratu plecti debeat: uti verba commat. 29. c. 21. Ex. exigere videntur. Sane Maimonides dicto capite, ſect. 4. verba Moſis Ex. 21. vers. 29. 30. alternatim accipit, ut ſi pretium redemtionis ſolvat, ne quidem coram Deo mortis reus ſit, nedum à magiſtratu morte plectendus. Verba ipſius hæc ſunt, זה שכתוב בתורה וגם בעליו יומת מפי השמועה למדו שחיוב מיתה זו בידי שמים ואם נתן כופר הנהרג מתכפר לו, *Ad hoc quod lege ſcriptum eſt, Etiamque dominus ejus morte plectitor; ex traditione diſcitur, hunc mortis reatum manum Dei reſpicere* (id eſt, mortem hanc ſolius Dei, non magiſtratus opera ſubeundam:) *& ſi* λύτρον *occiſi ſolverit, illi reconciliari.* Ut meam ſententiam hic dicam, lex omninò caſus diſtinguere mihi videtur, licet non explicitè, ſaltem implicitè: nam triplex pœna proponitur, ut bos tantum lapidetur; homo unà occidatur; denique homo non plectatur morte, ſed mulcta pecuniaria. Deinde conſiderandum venit, pœnam ſupra bovis lapidati jacturam duabus de cauſis creſcere, vel ex notitia quam de bove ſuo petulco dominus habuit, eique non reſpondente incuria, ut verba, *Quamvis denunciatum fuerit teſtibus adhibitis*, &c. edocent; vel etiam ex jure quodam quod interfecti familiares & amici ſibi ex illa lata culpa acquirunt. quò ſpectat redemptionis pretium ipſis è comm. 30. ſolvendum. Itaque vers. 29. & 30. duos diverſos à primo caſus conſiderandos lex proponit: vel enim notitia, quam dominus habet, certa eſt, vel incerta, & incuria gravis vel levis; aut occiſi ipſius amici jus ſtrictiſſimum urgent, vel remittunt. Quod ſi ſcientia certa fuerit, incuria gravis, atque amici jus ſuum perſequantur, reum morte plectendum verba & circumſtantiæ oſtendunt; ſin ſcientia incerta, incuriave levior, vel amicorum animus remiſſior fuerit, comma 30. ſequendum putarim. Adeoque Miſnam eatenus aberrare cenſeo, quod in bove convicto ſemper λύτρου ſolutionem exigat; numquam domini mortem: quum utraque pœna à Moſe diſtinctè (caſibus ſcilicet diſtinctis accommodanda) proponatur. Nimirum, cum Maimonide mortis pœnam à magiſtratu irrogandam omninò excludit. Quemadmodum etiam alii: inter quos D. Iſaac f. Aramæ, ad comma 23. c. 31. Ex. *Dabis animam pro anima:* נתן רשות למתכוין לזה והרג לזה לפדות עצמו בכופר נפשו וכן הוא חרץ באומרו וגם בעליו יומת והוציאם כמה שאמר על הרוצח הגמור ולא תקחו כופר לנפש רוצח, *Veniam dat ei qui hunc intendens, alium interfecit, ut ſeipſum redimat* λύτρῳ *animæ ſuæ. Idem juris eſt, quum dicit*, vers. 29. *Etiamque dominus ejus morte plectitor. itaque eos excipit ab eo quod de completo homicida ſtatuit*, Num. 35. 31. *Ne accipitote redemptionis pretium pro ullo occiſore.* Hæc ita ſimpliciter affirmat; ſed Doctor Bechai in commentariis ad hunc locum, poſtquam hic vers. 29. de morte à Deo, non judicibus irroganda agi præmiſiſſet; ſubjungit quædam, ut objectionem quæ præter alias dictas circumſtantias objici poſſet ex vocula אם *ſi*, vers. 30. initio, diſſolvat. quum enim redemptionis pretium deſignata illa quantitate ſolvendum præcipiatur, non abſolutè quoties petulcum bovem ex incuria noſtra hominem occidere contigerit; ſed tantum ſi ad redemptionis pretium deventum fuerit: ſane hoc non ſemper fieri indicatur. Reſpondet ergo R. Bechai, אין אם זה ספק אלא חובה כמו אם כסף תלוה, *Non eſt particula Si dubitationis; ſed obligationis nota: quemadmodum* Exodi. 22. 25. *Si pecuniam mutuam dederis.* Verum hoc exemplum mihi aſtipulatur: ut enim hoc loco particula *Si* denotat, id non ſemper fieri ut pecuniam proximo mutues, ſed tantum cum opus habet, uti textus addit, vel aliæ circumſtantiæ id expedire oſtendunt (multi enim nec habent, vel non ſollicitantur: vel quædam impediunt quominus id fieri conveniat;) ſimiliter, non ſemper λύτρον pro reo ſolvitur, ſed quum illæ conditiones deſunt, quæ mortis pœnam exigunt. Hanc itaque particulam quum obſervaret Obadias Sephorno caſum ſpecialem definire, alium vers. 29. fingit, בידי שמים חייב כשאין שם עדים שיחייבוהו בכופר אם כופר יושת עליו אם יעידו עדים באופן שיחייבוהו דיינים בכופר, Petulci bovis qui hominem interfecit, dominus *judicio cæleſti tenetur, quum illic teſtes non ſunt, quò ipſum judices ad* λύτρον *obligent*: Si redemptionis pretium impoſitum fuerit ei, *id eſt, ſi teſtentur teſtes eo modo ut eum judices ad redemptionis pretium damnent.* Eja: Deus inquit, reum morte teneri cum teſtes adſunt (nam quis non videt, Deum hic certitudinem rei definire, ideoque ſynecdochicè facti teſtes etiam comprehendi?) ille vers. 29. caſum fingit, ubi nulli teſtes idonei; quò ſcilicet eo commate reum à morte eripiat, utpote qui ſine teſtibus à magiſtratu mortis damnari non debeat. Abrabaniel ad hunc locum, quamvis Sapientum ſententiam proponat; ſatis tamen ſe diſſentire indicat: ut qui vers. 29. mortis reum peragi bovis dominum aſſerat; ſed Deum verſu ſequenti de ſtricto jure remittere: quia non facto aliquo, verum בעצלות שמירתו, *per cuſtodiæ ſuæ negligentiam* (ut loquitur) ille occidit. quæ ſententia cæteris tolerabilior. Sed tamen particulæ אם locum non relinquit. Cum verò addit Sapientes ſuam ſententiam ex eo confirmare, quod non dicatur Moriendo morietur; ſatis prodit quam ſubleſto argumento ſcripturam depravent: quum infinitis locis in hac legiſlatione iſta duplicatio non inveniatur. Quæ ex R. Moſe Nachmane refert vix digna quæ repetantur: ut, ideo vers. 30. אם, *ſi*, adhiberi, quia in ipſius rei arbitrio ſit pretium redemptionis ſolvere, vel omnino abſtinere. Quaſi vero in legibus judicialibus non tradatur, ad quæ invitus reus à magiſtratu cogi debeat. Aben Ezra idem cum Abraban. ſentit; Iſaac Karo, Salomon Jarchi cum reliquis plurimis mortem θάνατον vers. 29. innui vel potius expreſſè deſignari autumant. Sed ad alia.

(3) Siclos triginta definit Miſna in ſervo compenſando (puta argenteos uti lex exprimit) ſive centum minarum ſit ſervus occiſus; cum tamen mina centum drachmas contineat, & ſiclus communis duabus drachmis, ſacer quatuor æſtimetur: ſive ſervus denario aureo valeat, cujus valor vigintiquinque drachmis taxatur, ut interpretes ad c. 4. Miſ. primam obſervarunt. Licet inæqualitas magna videatur, & quæ pretium quandoque ſervo minime æquet; tamen Dei ipſius auctoritati obſecundandum exiſtimarunt. Rationem divinæ legis hanc affert R. Iſaac filius Aramæ, כי הוא מחירו הראוי לפי כתם העברים וכאשר ישוה יותר הוא גרם, *quod illud ſit pretium ſervo quadrans* ac conveniens, *prout*

prout vulgo ſervi valent; *& ſi in quo majus invenitur, ille in cauſa deprehendatur.* Judæi quoque ſervos aliquando fœminis æquant: at fœminæ æſtimatio ab anno vigeſimo ad ſexageſimum erat etiam triginta ſiclorum, Lev. 27. 4. Huc referre lubet quandam Maim. obſervationem de iſto redemptionis pretio c. 10. §. 11. Nizke Mammon אין הבעלים משלמים את הכופר עד שתמית בהמתן חוץ כרשותן אבל אם המית ברשות המזיק אף על פי שהוא בסקילה הבעלים פטורין מן הכופר, *Domini non ſolvunt λύτρον, donec eorum jumentum extra ſuum fundum cædem committat. ſed ſi occidat in fundo lædentis; licet lapidandum ſit, domini à λύτρῳ abſolvuntur.* Et quia varii caſus diverſi juris hic occurrunt, §. 13. circa medium ſubjicit, נמצאת למד שהמועד שהמית בכוונה נסקל והבעלים חייבים בכופר ואם המית שלא בכוונה פטור מן המיתה והבעלים חייבים בכופר ותם שהמית שלא בכוונה פטור מן המיתה ומן הכופר ואם נתכוון המית נסקל והבעלים פטורים מן הכופר וכן מקנס של עבד, *Palam diſcis, quod bos convictus ubi cum intentione occidit, lapidetur; domini verò ad λύτρον teneantur: ſin abſque intentione occiderit, à morte abſolvatur; domini verò ad redemptionis pretium teneantur: manſuetus autem qui occidit abſque intentione, à morte & λύτρῳ abſolvatur: quod ſi occidere intenderit, lapidandus ſit; domini verò à redemptionis pretio, & ſimiliter a mulcta ſervi nomine, abſolvantur.* Porrò quod de beſtiarum ſupplicio legis authoritate Miſna noſtra ſtatuit, quò homicidium Deo quammaxime abominabile magis deteſtari aſſueſcamus; id non omnino ipſi Soloni prætermittendum in legibus ſuis viſum fuit. Nam Plutarchus in ejus vita p. 167. edit. Henr. St. hæc refert: ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. τὸ μὲν ἐνθύμημα χαρίεν πρὸς ἀσφάλειαν. *Legem etiam ſcripſit de pauperie quadrupedum, in qua canem quoque qui momorderit noxæ dari præcipit bojis* (ut loquitur Plautus) *quatuor cubitorum alligatum. Hoc quidem inventum ſcitum eſt ad ſecuritatem.* (quid ſit κλοιὸς ſive bojæ, oſtendit Xenophon Hellen. l. 3. cum inquit, δεδεμένους καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ, *illigatos bojis, quoad manus ac collum.*) Ex dictis hoc etiam liquet, Plutarchum iſtud inventum approbaſſe ac utile cenſuiſſe, quò magis ſecuri degeremus. De ſolvendo pretio leges Romanæ dictis convenienter loquuntur. licet in quibuſdam differant. Digeſt. lib. 21. tit. 1. l. 40. & ſed. *Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, urſum, pantheram, leonem, aliudve quod noceret animal, ſive ſoluta ſint, ſive alligata, ut contineri vinculis quominus damnum inferant, non poſſint, quà vulgo iter fiet, ita habuiſſe velit, ut cuiquam nocere, damnumve dare poſſit. Si adverſus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi ducenti præſtabuntur.* Antea quidem vidimus æſtimationem hominis liberi ex legibus Rom. fieri non poſſe: ſed ibi de propria æſtimatione agitur; hic de impropria. Ad ſervos quod attinet, nec hic tacent leges Romanæ. ff. Ad leg. Aquil. l. 2. *Qui ſervum ſervamve alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem injuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto.* Licet enim de bove occidente non agatur; ſi tamen cum ſuperiori lege hæc conferatur, ſervato ſervorum & liberarum perſonarum diſcrimine, bovis dominum teneri nemo dubitabit. Præterea ſemper in memoriam revocandum quod ff. Lege Cornu. de ſicar l. 15. Ulpianus ait: *Nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat.* Præbet autem mortis cauſam, qui bovem quem petulcum novit, non ſervat; ſed liberum dimittit, ita ut is tandem alterius ſervum interficiat.

§. 6. *Bos ſeſe parieti affricans. Bos alium occidens quam intenderat. Ann.* (1) *Idololatra Ebræis. Cædes gentilium ne quidem pecuniâ compenſanda, ex ſententia Judæorum.* (2) *Abortivus quis: ubi de* נפל. (3) בן קיימה: *ubi de Ier.* 37. 13. 14. *iſta phraſis tres ſenſus admittit.* ὑιοὶ τῆς διαθήκης. ܩܝܡܬܐ. ὑιοὶ τῆς ἀναστάσεως, *Luc.* 20. *v.* 36. *Filius alicujus rei, quomodo dicatur. Filius domus. Filius mortis. Filius hujus ſeculi. Reſurrectio impiorum an, & quæ, Ex ff,* Si quadrupes *convenientia & diſcrepantia leg. Rom. a Miſna.*

ו שור שהיה מתחכך בכותל ונפל על האדם נתכוון להרוג את הבהמה והרג את האדם לעכ׳ום והרג בן ישראל לנפלים והרג בן קימא פטור :

6. Si bove ſeſe parieti affricante, paries in hominem ruat; vel bos jumentum occidere intendens, hominem occidat; aut idololatram (1) occidere intendens, Iſraëlitam occidat; aut denique (2) (abortivum, & puerum ſtabilem, ſive potius) apoſtatam, & fœderis filium (3) occidat; liber eſt poſſeſſor.

R. OB. DE BARTENORA.

פטור *Liber eſt*, ſcilicet a morte; &, ſi convictus fuerit, nimirum, ſi convictus fuerit de arroſione parietis, ut cum dejiciat in homines, & mortui fuerint aliqui, liber eſt a morte, & poſſeſſor ſolvet pretium redemptionis. Quod bos liber eſt a morte, confirmatum eſt ex eo quod ſcriptum Exod. 21, 29. השור יסקל וגם בעליו יומת Quemadmodum ergo ſe habet mors poſſeſſoris, ſic etiam ſe habet mors bovis, & quemadmodum poſſeſſor non tenetur ſi animam occiderit, niſi dum mortem intenderit, ſic etiam bos non tenetur, niſi dum mortem intenderit. Poſſeſſor vero tenetur ſolvere pretium redemptionis, ut ſcriptum eſt Exod. 21, 30. אם כופר שהיה עליו Nam Scriptura dicere potuiſſet, redemptio incumbat ipſi, quare ergo conditione dicit אם כופר ut nos doceat, eum qui occiderit præter mentem ſuam, teneri pretio redemptionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit פטור *Liber* eſt, vult, quod ſit liber a morte, quia tenetur de pretio redemptionis. Si fuerit convictus de hac actione, nimirum, ſi convictus fuerit de arroſione parietis, quod lapides ejus conjecerit in homines, & ſimiles actiones.

(1) L'EMPEREUR. Quid per idololatram intelligatur, arguit oppoſitum: ſiquidem ei opponitur Iſraëlita. ergo qui non eſt Iſraëlita, doctoribus iſtis idololatra habetur; nec hujuſmodi hominis cædes tanti apud ipſos eſſe cenſetur, ut vel mulcta pecuniaria compenſari debeat. Cum tamen lex divina, nullo inter Iſraëlitas & aliarum nationum homines diſcrimine, morte etiam in bovis occiſoris dominum animadverti præcipiat, ſi ſciens volens bovem petulcum liberum dimiſerit; aliàs mulctam, quæcunque impoſita fuerit, exigat: Exodi c. 21. 29. 32. (Maimonides tamen cum aliis quibuſdam Gemaricis doct. pretium redemptionis illo etiam caſu exigit, uti antea obſervatum, ſi bos convictus ſit) Sed jam ſatis fontem illius Judæorum erroris hac in parte aperuimus ad Miſnam tertiam: nec quum omni ratione, qua ſuum ſtatutum probare queant, vel ſpecioſè ſaltem palliare, deſtituantur; pluribus errori iſti immorandum exiſtimo. Si autem quis excipiat, expreſſè in Miſna non definiri, quomodo cum eo agi conveniat cujus bos idololatram interfecerit, id ſatis perſpicuè bona conſequentia, è conſtitutione hac deduci reſpondeo, ſi cum ratione ſua conferatur. Non alia de cauſa, qui hominis idololatræ necem intendens, Iſraëlitam interficit, ab ipſis excuſatur, quam quod bovis in-

interfectoris intentio occidendi ad culpam requiratur: quaſi dicas, morte teneri ſi Iſraëlitam interficere molitus ſit ac interficiat. Ut Rab. Jom Tob ad Maimonidæ Nizke Mammon c. 10. ſect. 9. inquit, עולה מכלל דברי רבינו שאם נתכוין להרוג ראובן והרג שמעון שהוא נסקל וכן העלו בגמרא: *Conſequitur ex omnibus verbis Doctoris noſtri, bovem ſi intendat interficere Rubenem, & Simeonem interficiat, lapidandum: itaque in Gemara concludunt.* Ergo qui Iſraëlitam alium intendit quam interficit, tenetur. Ubi videmus, animum interficiendi Iſraëlitam reatum mortis afferre. Unde ſequitur ſi alium præter Iſraëlitam occidere voluerit & occiderit, occiſorem non teneri. Porrò intentionem in hoc facto ut totius negotii fundamentum ſpectari, docetur in Gemara. אמר קרא השור יסקל וגם בעליו יומת כמיתת בעלים כך מיתת השור מה בעלים עד דמיכוין ליה אף שור נמי עד דמיכוין ליה: *Ait Scriptura*, Ex. 21. 29. *Bos ille lapidator, etiamque dominus ejus morte plectitor. uti mors dominorum, ita ſe habet mors bovis: quemadmodum domini inſontes ſunt donec mortem intendant; ita etiam bos, donec eam intendat.*

(2) Ubi bos abortivum interficere dicitur, vel idipſum intendere, hoc de fœtu accipiendum non eſt, qui ante pariendi tempus in lucem editus jam obiit, vel moritur; uti plerumque uſurpatur: quemadmodum etiam Heb. נפלין, de quo Eccl. 6. 5. *Etiam ſolem non vidit, neque expertus eſt.* Sed hujuſmodi deſignatur abortivus, qui multo ante pariendi naturales terminos editus vivit quidem ad tempus; verum ex naturæ legibus brevi exſpiraturus eſt. Ita נפל hic uſurpari caſus propoſitus evincit: utpote qui eum deſignari poſtulat, cujus vitam extinguere bos quidam moliatur. Hoc addo ne quis Miſnæ dictum abſurditatis inſimulet: quaſi mortuum occidi ſtatuat; quia Kimchius in libro radicum de נפל ita loquitur, הוא העובר שמפלת האשה ונקרא בן נפל לפי שנופל מת, *eſt fœtus quem abortat mulier: & ſic vocatur, quia excidit mortuus.*

(3) Sed verba ſequentia, בן קיימא, *filius ὑποστάσεως*, (id eſt, qui non neceſſario moriturus, verum vitalis ac ſtabilis eſt, ut nonnemo Judæorum exponit) ſatis exponunt quis per נפל denotetur. Attamen ubi hanc phraſin maturius expendo & verba de Jeremia & ab ipſo pronunciata Jerem. 37. 13. 14. conſidero, ſecus de hoc membro judicare incipio. Ut à poſteriori initium faciam: quum Jeremias Hieroſolymis diſcedere moliretur ut ad Benjamitas ſe conferrat, ita eum Jerias alloquebatur, אל הכשדים אתה נפל, *Ad Chaldæos cadis*, id eſt, deficis: ubi D. K. מתחבר ונשמע אליהם, *conjungis te & auſcultas ipſis.* quomodo etiam Jonathan; & 70. πρὸς τοὺς Χαλδαίους σὺ φεύγεις, *tu ad Chaldæos transfugis.* Unde reſpondet Jeremias, אינני נפל, *non cado*, id eſt, φεύγω. quibus locis ו poſt נ deeſt: adeo ut in Miſna נפלים, deſignent etſi ו deſit, transfugas, ſcil. ad aliam religionem, id eſt, apoſtatas; quemadmodum per ἀποστῆναι redditur conjugatum verbum תפול Job. 31. 22. licet ſignificatione nonnihil diverſa. Sed alibi de apoſtaſia ad hoſtes verbum נפל uſurpari, exemplis prolatis docet R. D. Kimchi. Iſtam vocis נפלין ſignificationem confirmat בן קיימא, *filius fœderis:* licet enim קיימא, ſi etymon ſpectetur, ſit tantum conſtantia ſive permanentia & reſurrectio; tamen paſſim à firmitate & ſtabilitate ita ſtatutum & fœdus nuncupantur. Unde Ferrarius in Lexico Syriaco ܩܝܳܡܳܐ, *fœdus.* ut בן קימא conveniat cum phraſi, qua Petrus utitur Act. 3. ſub finem, quum Iſraëlitas (nempe ſi gratiam non rejiciant) υἱοὺς τῆς διαθήκης eſſe teſtatur, ſive *fœderis filios.* Itaque in Miſna quam explicamus, apoſtatis opponuntur qui fœdere gratuito (uti ſibi vendicant) Patri cœleſti adhærent. Verumenimverò quia קיימא, ut ܩܝܡܐ & ܩܝܡܬܐ, reſurrectionem etiam ſignificat, à קום, *ſurgere*; nihil prohibet quin בן קיימא hic ponatur ſimili ratione ac Luc. 20. 36. τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ, *filii reſurrectionis:* ubi Syrus eadem voce utitur, ܒܢܝ̈ܐ ܕܩܝܡܬܐ, *filii reſurrectionis.* Ubi per reſurrectionem, beatam illam intelligi, qua ad beatitudinem reſurgemus, è vocis uſu demonſtrarunt alii. Hoc addam, phraſin etiam ſpectandam eſſe. nam filius hujus vel illius rei apud Hebræos dicitur, qui ſpecialem quandam ad rem iſtam habet relationem; adeo ut licet aliis etiam competat, ſibi ſpeciali & proprio reſpectu conveniat. Ut Gen. 15. 3. Abraham negat ſe filium habere; ideoque בן הבית, *filium domus*, hæredem fore. Cum filius alicujus etiam domi naſcatur; tamen verna *filius domus* dicitur: quia ipſi proprium eſt, ut quamdiu ſervus manet, non alio loco ſit quam ſi in familias illius bonum natus eſſet, ut ſpeciali ratione domui iſti & familiæ affixus maneat. Ita Pſ. 102. 21. quamvis omnes homines mortem ſubire teneantur; non tamen omnes, ſed certi ac deſignati quidam intelliguntur his Davidis verbis, *Ad ſolvendum filios mortis*: ſcilicet, קרובים למות מרוב צרתם, *vicini, jam morti, ob adverſitatum multitudinem*, ut ait D. K. Et quum Saul 1 Sam. 20. 31. Davidem בן מות, *filium mortis* dicit, aliud ſane vult, quam aliquandò morte extinguendum: hoc enim omnibus commune eſt. Pariter cum Servator pios ſtatuit *reſurrectionis filios*, eo aliis non denegatur reſurrectio; ſed ſpeciali quadam ratione fidelibus obtingere intelligitur. & revera aliter nos, quam infideles reſurgemus. Sanè cum Servatori Luc. 16. 8. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, *filii hujus ſeculi*, à filiis lucis diſtinguuntur; quis tam bardus, ut hinc filios lucis hoc ſeculo jam vivere neget? pariter quamvis reſurrectionis filii ab aliis diſtinguantur; nemo reliquos reſurrecturos negare poterit. Sed ut iſti filii ſeculi ſpecialem ad ſeculum hoc reſpectum habent; ſic & hi reſurrectionis filii, ad reſurrectionem. Atque ut unde digreſſi ſumus redeamus, בן קיימא, *filius reſurrectionis* meritò ex illa ſignificatione opponitur apoſtatis. Quod etiam alia ſignificatione & reſpectu à Judæorum doctoribus quibuſdam fieri potuit: ſiquidem inter eos repeciuntur qui vel impiorum reſurrectionem negant, vel in ulteriora tempora differunt, quam quidem juſti reſurgent. Sed de his aliàs, Deo dante, plenius. Denique quod leges Romanas attinet, nondum obſervavi, in iis ut in Miſna noſtra, ad bovis vel alterius quadrupedis intentionem ſpectari: imo cum injuria & ſenſus ipſis adimatur, iſtud diſcrimen quod ex intentione petitur potius negligi exiſtimem. *Si quadrupes*, l. 1. §. 3. hæc occurrunt, *Pauperies eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe quod ſenſu caret.* De pariete per jumentum in hominem everſo ſufficiunt, quæ ad primi capitis Miſnam primam è tit. Si quadrupes, l. 1. §. 9. deprompta fuere, *Sive autem corpore ſuo pauperiem quadrupes dedit, ſive per aliam rem quam tetigit*, &c.

§. 7. *Bos mulieris, orphanorum, ac aliorum, bos ſacer, ſi occiderint quendam, Anno.* (1) *Bos orphanorum, & curatorum quis.* (2) *Λύτρον hîc pro quibus ſolvatur.* (3) *Peregrini mortui, niſi filios proſelytus genuerit, bona occupantis ſunt, Iudæis ita Exod. 22. com. 21. contradicunt: quod explicatur.* (4) *Vox ſæpius repetita quid valeat in leg. de bove.*

ז שור האשה שור היתומים שור האפוטרופוס שור המדבר שור ההקדש שור הגר שמת ואין לו יורשין הרי אלו חייבים מיתה רבי יהודה אומר שור

7. Bos mulieris, bos (1) orphanorum, bos (2) curatorum, bubalus, bos ſacer, bos peregrini mortui (3) cui non ſunt hæredes; ecce hi mortis (4) rei ſunt. Doctor Judas inquit, Bubalus, bos ſacer, bos peregrini mortui cui non

המדבר שור ההקדש שור הגר שמת ואין לו יורשין פטורים מן המיתה לפי שאין להם בעלים :

ſunt hæredes; à morte abſolvuntur: quia dominos non habent.

R. OB. DE BARTENORA.

שור היתומים *Bos pupillorum*, quibus non eſt tutor. שור האפוטרופוס *bos tutoris*, bos orphanorum quem tutor curare tenetur. הרי אלו חייבים מיתה *ecce hi mortis rei ſunt*, quia ſepties in Lege dicitur שור *bos*, qui hominem cornu petit, ſemel pro ſe, & ſexies pro ſex bobus hic commemoratis. *R. Jehuda dicit, bubalus, bos ſacer, bos peregrini mortui, cui non ſunt hæredes, a morte immunes ſunt*, etſi cornu petierit, & deinceps eum ſanctificaverit, quo facto peregrinus mortuus eſt, tamen a morte immunes eos liberat R. Jehuda; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Repetit Lex vocem שור *ſepties*, quando ſermo eſt de jure damnorum bovis, ſemel pro ſe ipſo, & ſexies ut iis nos doceat ea quæ hic commemorantur, ut, de bove mulieris, de bove orphanorum &c.; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

(1) L'EMPEREUR. Ut hæc dextrè accipiantur, obſerva bovem orphanorum dici, quem orphani poſſident tutoribus deſtituti. Sic Bartenorius, שאין להם אפטרופוס, *quibus non eſt procurator* vel tutor. Etenim Miſna quarta pupilli non tenentur niſi coram curatoribus obteſtatio de bove petulco facta fuerit.

(2) Sed ne ſic quidem addita conditione curatorum coram quibus teſtatio fiat, cum iſta Miſna, hæc conciliabitur: quia poſtea per שור האפוטרופוס, *bovem curatoris*, cum intelligunt qui ſit של יתומים אלא שעל האפטרופוס לשמרו, *pupillorum; niſi quod tutoris ſit eum cuſtodire.* Sane ut ut ad certum caſum reſtringi poſſe videatur ſi eorum bos, cum tutores habent, abſolutè tenetur, ut hic dicitur, qui illic certo demum caſu tenebatur? Verum illic de completo reatu, ubi ad λύτρον & bovis occiſoris lapidationem tenetur dominus; hic vero quoad pupillos de ſola bovis lapidatione agitur. Ita ſentit Maimonides de damnis pecuniariis c. 10. ſ. 6. שור המדבר ושור של הקדש ושור של גר שמת ואין לו יורשין אם המית הרי זה נסקל ונוטרין דינו אף על פי שאין לו בעלים וכן שור האשה ושור היתומים ושור האפטרופסים שהמיתו נסקלין ואין האפטרופסים משלמים את הכופר שהכופר כפרה הוא ואין הקטנים והחרשים והשוטים בני חיוב שיהיו צריכין כפרה, *bubalus, bos ſacer, & bos mortui extranei cui heredes non ſunt, ſi occidit, ecce hic lapidatur: ejuſque jus exercent, quamvis dominos non habeat. Similiter bos mulieris, & bos orphanorum, & curatorum, quum occiderunt, lapidantur; neque tamen curatores λύτρον perſolvunt: quia λύτρον eſt propitiatio; ſed pupilli, ſurdi, vel fatui ita reatu non tenentur, ut propitiatione egeant.*

(3) At cum hic & in Miſna peregrinus deſcribatur, cui non ſunt hæredes; an ſunt peregrini qui hæredes habeant? Ita eſt: nam in hoc caſu qui hæreditatem ſpectat, diſtinguunt peregrinos in eos qui religionem ſuam ſervaverint, & eos qui proſelyti facti fuerint. Alii enim filios religionem Iſraëliticam profitentes vel potius conceptos natoſque בדת ישראל, *in religione Iſraëlitica*, relinquunt; alii tales ſuperſtites non habent. priores nullis quam hæredibus ſuis bona poſt mortem cedere coguntur; poſteriorum verò bona occupantis fiunt. Maimonides in hanc ſententiam ſcribit codice de acquiſitione & donatione c. 1 ſect. 4. גר שמת ולא הוליד ישראל אחר שנתגייר אין לו יורשים אלא כל הקודם החזיק בנכסיו זכה, *Peregrinus qui moritur nec genuit Iſraëlitam poſtquam proſelytus factus eſt, non habet hæredes; ſed quicunque primus ejus facultates occupat, ipſas acquirit.* Quanto minus ergo, ſi ne ipſe quidem religionem iſtam ſuſceperit, hæredes eodem illo caſu habebit? Nonne hæc pulchrè conveniunt cum lege divina, Ex. 22. 21. *Peregrino vim ne facito, nec opprimito eum: nam peregrini fuiſtis in terra Ægypti.* Et ne hæc verba detorqueantur, ut fieri ſolet; notanda Salomonis Jarchi expoſitio. *vim ne facito*, אונאת דברים קונטרליאיר בלע״ז, *injuria verborum, gallicè, controller*: nec opprimito eum, בגזילת ממון, *facultates eripiendo*: אדם שלא נולד באותה מדינה אלא בא ממדינה אחרת לגור שם, *homini qui in iſta provincia natus non eſt; ſed ex alia provincia venit ut ibi habitaret.* Ne quis ergo ad eum referat, qui ſuam religionem deſeruit, ut Abrabaniel ac alii nonnulli.

(4) Sed ad rationem progrediamur, qua in Gemara utuntur, ad conſtitutionis ſuæ confirmationem. תנו רבנן שור שור שבעה להביא שור האשה ושור היתומים וכולי, *Tradunt magiſtri, bovem ſepties repeti, ad includendum bovem mulieris & bovem pupillorum* &c. ſenſus eſt, in ſectione legis, ſepties bovem commemorari, ſemel pro ſe, ut ajunt, puta quod lex alioqui non intelligeretur; & præterea ſexies, ad includendos ſex boves iſtos: quò peccantes reatu conſtringerentur. Sententiæ verò R. Judæ ratio in Miſna exprimitur. Leges Romanæ quam æquæ ſint in eos, quibus natura multa denegavit, vide ad finem Miſnæ quartæ.

§. 8. *Conſideratio bovis lapidandi ejus caro an liceat. Adn.* (1) *Lapidandus educebatur.* (2) *Conſecratio illegitima.* (3) *Quod de carne bovis, id ad alias beſtias extendi. Quantopere Ebræi ſcandalum fugiendum moneant. in quo cum Servatore faciunt, Matt.* 18. *Explicatur Exod.* 21. 28. Neque comeditor caro ejus. *E bove lapidando nullum remanet commodum.* (4) *Fraus facta legi Exod.* 21. 28. *refellitur. Illicita conſecratio authoritate Inſt. l.* 2. *ti.* 1. *rejicitur.*

ח שור שהוא יוצא להסקל והקדישו בעליו אינו מוקדש שחטו בשרו אסור ואם עד שלא נגמר דינו הקדישו בעליו מוקדש ואם שחטו בשרו מותר :

8. Si bovem egreſſum (1) ut lapidetur, conſecret (2) poſſeſſor, non cenſetur conſecratus: ſi eum mactet, ejus caro (3) illicita. Quod ſi eum, antequam (4) peragatur judicium, conſecret poſſeſſor, conſecratus cenſetur: & ſi eum mactet, caro eſt licita.

R. OB. DE BARTENORA.

שחטו בשרו אסור *Si mactaverit eum, caro ejus prohibita eſt*, ad comedendum, eo quod ſcriptum eſt Exod. 21, 28. סקול יסקל השור ולא יאכל בשרו Quando dicit quod bos lapidibus obrui debet, res ipſa ſatis docet quod ſit cadaver, at cadaver comedere non licet, quare ergo Lex addit *& caro ejus non comedetur?* ut nos doceat, quod, ſi anticipaverit, & mactaverit quis ipſum poſtquam jus ejus abſolutum eſt, caro prohibita ſit. הקדישו בעליו מוקדש *ſi conſecraverit eum poſſeſſor ejus, conſecratus eſt*, hinc evincitur, quod, ſi utilitatem inde ceperit, prævaricatus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur Exod. 21, 28. סקול יסקל השור ולא יאכל Et quandoquidem Lex decrevit lapidationem ejus, ideo caro ejus nequit comedi; nihilominus tamen neceſſe erat ut diceret, ולא יאכל בשרו *& non comedetur caro ejus*, ad prohibendum illius commodum quod quisquam inde capere poſſet.

L'EM-

(1) L'EMPEREUR. Bos qui hominem ita feriiſſet, ut moreretur, lapidandus erat ex lege Exod. 21. 28. itaque educebatur foràs ut, quod lege ſancitum erat, executioni mandaretur.

(2) Dubium ergo hic oritur, quum res ſanctæ violari nequeant, an proprietarius ſuum bovem conſecrando liberare poſſit. Et quia certum erat, conſecratum non poſſe lapidibus obrui, ſed ad altare offerendum; ideo ſtatuitur hujuſmodi conſecrationem legitimam non cenſeri. quod omninò (ex Judæorum mente) ſic accipiendum, ſi lata ſententia fuerit; ſin minus, ſequens membrum quid juris ſit, expreſſè definit.

(3) Quod de carne ejuſmodi bovis non comedenda ſubjicitur, id rectè alii monent ad quamvis pecorum ac beſtiarum carnem extendendum, quorum conditio in hujuſmodi delicto æqualis eſt. Nam Scriptura inquiunt דבר ברגיל, *loquitur de eo quod magis conſuetum eſt*: ſæpius bos necem cornibus perpetrat, quam cæteræ pecudes occidunt. Verum hac de re nonnihil etiam in præcedentibus. Magis attendenda interdicti ratio, quam ita exprimunt alicubi, כדי להסכים בדעתנו שכל מי שבאה תקלה על ידו מרוחק ומאוס עם אלהים ועם אנשים ואפילו שוגג כמו הבהמה שאין לה דעת וכל שכן מזיד, *Quò conſentientes ſtatuamus in animo noſtro, cujuſcunque opera ſcandalum datur, eum abominandum & rejectaneum eſſe coram Deo & hominibus; licet errantem (quemadmodum beſtia quæ mente deſtituitur) quanto magis contumacem.* Cui rationi in eodem libro Hinnouch folio 28. admonitio ſubjungitur: ובתתנו דעתינו על דבר זה יביאנו להזהר הרבה בכל מעשינו עד שלא תצא תקלה מתחת ידינו לעולם, *Et quum advertemus animum noſtrum ad hanc rem, id nos eò adducet, ut admodum cauti ſimus in omnibus actionibus noſtris, adeò ut nunquam opera noſtra ſcandalum exoriatur.* Quæ notanda de legis illius uſu autumavi, quòd Servatoris noſtri præceptis ſint convenientiſſima: quemadmodum cum alibi, tum Matt. 18. 7. *Væ homini illi per quem offendiculum evenit.* Ita etiam ejus diſcipuli, ut Paulus Rom. 14. 13. *Adhibete judicium, ut ne fratri proponatis quidpiam ad quod impingat vel offendat.* Cæterum quum bovis occiſoris carne interdicunt, eum deſignant qui inter latam ſententiam & executionem mactatur, & bovem tum mactatum illicitum probant è verbis legis, *Neque comeditor caro ejus.* Quare enim, inquiunt, his opus fuiſſet: quum ſatis è præcedentibus conſtaret, bovem lapidatum non edendum eſſe? Ideo ergo iſta verba adduntur, ut interdictum extendatur: quaſi dicas, licet quis latâ jam ſententiâ prævertat executionem, & bovem ad edendum mactet ſive conſecratum interea, ſive minus; nullum inde fructum vel emolumentum hac in parte percipiet. Maimonides tamen alia de cauſa eaque magis generali verba iſta addita cenſet: puta, ut interdiceretur quodvis commodum quo ex ejuſmodi bove quis frui poſſet; ſive edere, ſive vendere, ſive eo arare moliretur. quæ ſententia non diſplicet: ſiquidem intentio & ſcopus legis in ſuperioribus annotatus, quemvis fructum excludit.

(4) Secundam Miſnæ partem probare nequeo, quid hoc enim aliud eſt, quam legi fraudem facere, ejuſque ſententiam circumvenire, quod hic permittunt Judæorum juriſconſulti? Cum Deus, quò nobis ſignificet quam ab omni homicidio abhorreat, bovem etiam lapidari præcipiat, & carne ejus interdicat; an hoc in ſenſum communem cadere poteſt, eundem Deum ad ſuum altare tanquam acceptum ſacrificium admittere hujuſmodi bovem, ut carne etiam ejuſdem tanquam gratæ victimæ veſcamur? Hinc etiam liquet, quid de eo judicandum ſit, quum in Gemara magiſtri permittunt ut ſimili caſu vendatur; vel ſi in cuſtodis manu læſit, ad dominum reducatur. Atque illicitam iſtam conſecrationem non inconcinnè quis prohiberi dixerit Inſtit. l. 2. tit. 1. §. 8. *Si quis autem authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum.* Sanè iſtiuſmodi bovem quis authoritate ſua, non Dei, conſecraret: imò quin iſta conſecratio Deo diſpliceret, nullus dubito.

§. 9. *Commodatarius, conducens, ſimiles in locum Dominorum ſuccedunt. Quî præſtanda culpa, cum beſtia debitè concluſa fuerit. Aſſervatio per cultrum. Annot.* (1) *Diſcrimen inter commodatarium & ſimiles.* (2) *Diverſa Miſnæ lectio.* (3) Præſtanda culpa, *quomodo intelligatur.* Exod. 21. 36. *exponitur. Bovis petulci conditio an melior quam manſueti.* (4) *Idem comma examinatur. Amplius de aſſervata beſtia.* (5) *De ipſa cuſtodia.* (6) *Tertiò de ſenſu Exod. 21. 36. Illud de ſeceſpita unde deſumtum. Reatus ex non aſſervata beſtia; damnumque rependendum: licet quadrupes alteri commodata, &c. ex leg. Rom. Cuſtos, quis.*

ט מסרו לשומר חנם ולשואל לנושא שכר ולשוכר
נכנסו תחת הבעלים יצא והזיק מועד משלם נזק שלם
ותם משלם חצי נזק קשרו בעליו במוסרה ונעל בפניו
כראוי ויצא והזיק אחד תם ואחד מועד חייב דברי רבי
מאיר רבי יהודה אומר תם חייב ומועד פטור שנאמר
ולא ישמרנו בעליו ושמור הוא זה רבי אליעזר אומר
אין לו שמירה אלא סכין :

9. Quum bos traditur cuſtodi gratuito, (1) commodatario, mercenario, vel conducenti, hi in locum dominorum ſuccedunt: itaque ſi ille egreſſus (2) damnum intulit, pro convicto totum damnum præſtatur; pro innocenti ſive manſueto præſtatur damni dimidium. Si cum dominus vinculo vinxerit & debitè concluſerit, egreſſus tamen damnum intulerit; ſive innocens, ſive convictus ſit, (3) præſtanda culpa. uti ſentit D. Meïr. Doctor Judas inquit, Innocens ſive manſuetus tenetur; (4) convictus verò liber eſt: quia (*Ex* 21. 36.) dicitur, (5) *Et non aſſervaverit eum dominus ejus*: atqui hic aſſervatus fuerat. Doctor Eliezer inquit, Non aliter aſſervatur (6) quam cultro.

R. OB. DE BARTENORA.

ונעל בפניו כראוי *Et concluſerit eum ut oportet*, ope portæ quæ reſiſtere poteſt vento mediocriter ſpiranti, & hæc eſt minima cuſtodia. ומועד פטור *& convictus liber eſt*, quod ad convictionem; ſed quod ad innocentiam res integra manet, & poſſeſſor ſolvet damni dimidium, uti ſcriptum eſt de convicto in Lege, *Si non cuſtodiverit eum poſſeſſor*; ſed ſimulac cuſtodiverit eum poſſeſſor, liber eſt quod ad convictionem bovis. R. Elieſer dicit, quod non datur cuſtodia pro bove convicto, niſi culter, id eſt, donec mactaverit eum. Sunt autem tres in hoc caſu diverſæ ſententiæ, nam juxta ſententiam R. Meyri tenetur poſſeſſor de minima etiam cuſtodia, ſed a cuſtodia bona liber eſt; ſed juxta ſententiam R. Jehudæ etiam a cuſtodia minima liber eſt quod ad convictionem, ſed de innocentia poſſeſſor tenetur, donec bovem bona cuſtodia cuſtodiverit. Cæterum juxta ſententiam R. Elieſeris etiam tenetur ſi bona cuſtodia eum cuſtodierit; ſed deciſio eſt juxta R. Jehudam. De induſtria tamen tenetur bovem mactare convictum, ad removendum damnum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוסרה *Vinculum*, ſive funiculus, & ejuſmodi quid quo ligare ſolent; deciſio eſt juxta R. Jehudam: attamen mactaari debet ut damnum removeat.

(1) L'EMPEREUR. Quatuor iſti hominum ordines, qui bovem à proprietario acceperunt, diverſi ſunt. Nam primus ac ſecundus à duobus reliquis differunt, quod nulla merces in illis intercedat; quemadmodum in his: primus à ſecundo, quod ille gratis operam ſuam impendat; hic gratis commodum percipiat: tertium denique à quarto diſtinguit diverſa mercedis aſſignatio. hic enim mercedem dat; ille accipit.

(2) Hæc ſequentia verba, *Si egreſſus damnum dederit*, non habentur in omnibus codicibus; ſed quamvis in quibuſdam deſiderentur, ſatis è ſequentibus liquet, ſubaudiri: ſiquidem nullum damnum, niſi datum ſit, præſtari debeat. Cæterum hanc Miſnæ partem non abſolutè ab omnibus admitti, ex ultima præcedentis Miſnæ Gemara conſtat.

(3) Cum vero præſtanda culpa dicitur, cave (ſi verba Meïri ex vulgari ſententia accipias) hic exigas æqualitatem: nam iis convenienter quæ hic præcedunt & in ſuperioribus explicata ſunt, pro bovis conditione diverſa, dimidium vel totum damnum præſtari volunt. Atque ne verbis Moſaïcæ legis refragari dicatur hic Doctor Meïr, Obadia de Bartenora hoc loco obſervavit, eum בשמירה פחותה, *de laxiori cuſtodia* locutum; quaſi arctam cuſtodiam proprietarium excuſare, non verò laxiorem exiſtimaſſet: cum tamen dixerit ſupra, *vinculo vinxerit & debitè concluſerit.* itaque non video, quî illa diſtinctione excuſari queat, quandoquidem lex Moſis tum demum mulctam illam graviorem exigit in bove convicto, *ſi non aſſervaverit eum.* Itaque vel erravit Meïr; vel (quod mallem) *præſtanda culpa*, indefinitè ab ipſo accipitur. In hanc ſententiam: bovem petulcum, ſi aſſervatus caſu erumpat, damnumque inferat, de toto damno quidem non teneri; tanti tamen, quanti ſi manſuetus fuiſſet obligaretur. An hæc legis ſub finem c. 21. Exodi ſancitæ ſit mens ac ſententia, anxiè diſputare nolo: ipſis tamen legis verbis convenientius exiſtimo, ut ſi dominus debitè bovem aſſervaverit, de damno non teneatur. Quod ſi excipias, ſecundum iſtam expoſitionem, bovis petulci conditionem fore potiorem, quam bovis manſueti; cum hic de dimidio damno teneatur: reſpondeo, ex lege de petulco aſſervato conſequi, nec manſuetum teneri ad damni dimidium, ſi cuſtoditus, & aſſervatus, forte fortunè elapſus damnum dederit. Unicuique tamen ſuum judicium liberum eſto.

(4) Doctoris Judæ ſententia à vero alienior videtur, ſaltem prima fronte: manſuetum bovem, ſi aſſervatus caſuque elapſus damnum dederit, teneri; petulcum verò non teneri. Verum ſi bene verba ejus expendas, nihil dicit, quam legis Moſaïcæ verba etiam ſuppeditare videntur; licet ipſa in ſuperioribus aliter in priori membro acceperim & expoſuerim. Nam quod lex de bove non petulco ſtatuit, id obtinere cenſet, ſive aſſervetur, ſive relaxetur: & ubi idem R. Juda petulcum ac convictum liberum pronuntiat, hoc ſibi vult, eo caſu qui hic proponitur, ſi nempe bos aſſervatus erumpat, dominum de damno nulla parte teneri; quia lex inquit, *Si non aſſervaverit eum.* Quo in membro poſteriori, authori aſſentior; non vero in priori: uti jam dictum eſt.

(5) Ad ea quæ de cuſtodia hujus bovis dicuntur, revoco illa Gemaræ verba בעינן שמירה מעולה, *requireretur cuſtodia excellens*, id eſt, arcta & diligens: laxior enim non ſufficit.

(6) Denique R. Eliezer ſeceſpita ſive cultro quo boves jugulabant, cuſtodiam perficiendam judicabat. Quam ſententiam male judicat Rabba cum ex illis verbis, *& non aſſervaverit eum*, deſumpſiſſe; ac ſi Eliezeri iſta verba ſonuiſſent, שוב אין לו שמירה לזה, *iterum ne huic cuſtodia opus ſit*, ideoque occidatur. Ut cætera mittam, dextrè illi Rabbæ ſeſe opponit Abæus, cujus hæc verba in Gemara citantur, אלא מעתה ולא יכסנו נמי שוב אין לו כסוי לזה וכי תימא הכי נמי והתניא כסהו כראוי ונפל לתוכו שור או חמור ומת פטור *Atqui hinc ſequitur*, illud commatis 33. *Et non operuerit illum*, etiam exponendum, *iterum ne huic operculo opus ſit. An dicis ſimiliter etiam* hoc accipiendum? *Tamen vetus traditio ita habet, Si eum* ſcilicet puteum *debitè operuerit, poſteaque in eum bos aut aſinus incidens moriatur, liber eſt* dominus. Liber tamen non eſſet, ſi eum replere & obthurare ac occludere debuiſſet. Itaque melius Abæus, Eliezerem ad traditionem D. Nathanis reſpexiſſe judicat, qui ſic locutus fertur, מנין שלא יגדל אדם כלב רע בתוך ביתו ואל יעמיד סולם רעוע בתוך ביתו שנאמר אל תשים דמים בביתך *Unde prohibetur, ne quis alat rabidum canem domi ſuæ, nec erigat quaſſatam ſcalam domi ſuæ? Quia interdicitur*, Deut. 22. 8. *Ne imponas reatum ſanguinis domui tuæ.* Pariter bovem cornupetam è medio tollendum autumavit. Quatenus ſecundo Miſnæ membro reus peragitur dominus, ſi quadrupedem non rite aſſervaverit; convenientia docentur cum leg. 1. §. 5. ti. Si quadrupes. *Si canis cum duceretur ab aliquo aſperitate ſua evaſerit, & alicui damnum dederit: ſi contineri firmius ab alio poterit, vel ſi per eum locum induci non debuit, hæc actio ceſſabit, & tenebitur qui canem tenebat.* Prius verò membrum, quo damnum rependi præcipitur, licet quadrupes alteri commodata aliove modo tradita fuerit; congruit ultimis verbis leg. 8. tit. Ad l. Aqu. *Idem juris eſt* (mulionum impetum mularum non retinentem culpæ nomine teneri Gajus dixerat) *in perſona ejus, qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non poterit.* Agitur de beſtiis quæ hominibus nocent, quod ab iis qui utuntur non retineantur. Ubi mulio quivis, proprietarius non eſt; nec omnis equo vectus, equi dominus: attamen ex hac lege tenentur. Similiter in Miſna qui pecus ad tempus à proprietario accepit, de dato à pecore damno tenetur. Etiamſi enim in hac Judaica conſtitutione, quis teneatur, dominus ne an commodatarius &c. non exprimatur; tamen ex Maimonide de damnis pecun. c. 4. ſect. 4. ſatis conſtat, quis reus conſtituatur. Ubi enim caſum noſtrum propoſuiſſet, ſubjicit, אם הזיקה חייב השומר, *Si læſerit, tenetur cuſtos.* Cuſtodis nomine veniunt omnes quorum in primo membro Miſna meminit, (ſecundo enim membro etiam de proprietario agitur: quemadmodum Maimonidæ antecedentia verba edocent, quibus iidem illi recenſentur.

Cap. 5. §. 1. *Si bos vaccam, ad cujus fœtus inveniatur, feriat. Quum vacca cum qua fœtus, bovem ferit. Ann.* (1) Fœtus *quis.* (2) *Vacca conſideratur ante & poſt partum.* (3) *Quum ignoratur tempus, an poſtea ediderit partum. Regula juris qua in dubiis dimidium alteri adjudicatur.* (4) *Similis caſus, quum vacca, quæ fœtum edidit, bovem ferit.* (5) *Quid hic juris ſit, ubi res certa eſt.* (6) *Quid, ſi de tempore iterum non conſtet. Regula juris de probatione. Collatio Miſnæ cum jure Rom. Quid faciendum deficiente probatione, ex A. Gellio.*

פרק ה שור שנגח את הפרה ונמצא עוברה בצדה ואין ידוע אם עד שלא נגחה ילדה אם משנגחה ילדה משלם חצי נזק לפרה ורביע נזק לולד וכן פרה שנגחה את השור ונמצא ולדה בצדה ואין ידוע אם עד שלא נגחה ילדה אם משנגחה ילדה משלם חצי נזק מן הפרה ורביע נזק מן הולד:

Cap. 5. Si bos vaccam cornu feriat, ad cujus latus inveniatur (1) fœtus, nec liqueat an priuſquam ille hanc feriiſſet hæc pepererit, (2) an verò poſtquam feriiſſet pepererit; damni dimidium quoad vaccam compenſatur, & quarta (3) pars quoad fœtum. Pariter quum vacca bovem feriit, & reperto ad (4) illius latus fœtu non liquet, num antequam ferierat peperit, (5) num verò poſtquam ferierat peperit; damni dimidium compenſatur è vacca, (6) quarta verò damni pars è fœtu.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

את הפרה *Vaccam*, ſupple prægnantem. ונמצא עוברה בצדה *Et fœtus inventus fuerit ad latus*, ſi nempe fœtus mortuus fuerit. ואין ידוע אם עד שלא נגחה ילדה *& non conſtiterit an pepererit antequam cornu eam petierit bos*, & vacca non mortua fuerit ex eo quod bos eam cornu ferit.

אם משנגחה ילדה *Si pepererit poſtquam eam cornu ferierit bos*, ita ut mediante illa vi quæ ipſi illata eſt ex eo quod bos eam cornu feriit abortum fecerit.

ורביע נזק מן הולד *quarta vero damni pars e fœtu*, quia pro innocenti poſſeſſor debet dimidium damni, hic autem fœtus dubius eſt, & propterea dividunt. Et Miſna hæc ſe habet juxta Symmachum, dicentem, ſi quis a proximo ſuo quicquam educere velit, neceſſe eſt ut probet auctoritatem ſuam; deciſio eſt juxta Sapientes. Nam etſi læſus dixerit certo ſcio, & lædens dixerit, poteſt eſſe, is tamen qui a proximo ſuo quicquam educere velit, tenetur probare autoritatem ſuam.

משלם חצי נזק מן הפרה *Solvet dimidium damni e vacca*, ſi inventa fuerit vacca, ſolvet juxta jus innocentis bovis, e cujus corpore ſolvetur dimidium damni. Si vero non inventa fuerit vacca, ſolvet quartam damni partem de fœtu; nam ſi conſtiterit quod ante partum bos feriit vaccam, de fœtu debuiſſet ſolvere totum damni dimidium, quia vaccam prægnantem & ſimul fœtum ejus cornu feriit; & ſi conſtiterit quod cornu feriit poſt partum vaccæ, nihil ſolvere debuiſſet de fœtu, quia fœtum non feriit, innocens enim non ſolvet niſi de corpore ſuo; nunc autem cum dubium eſt, dividunt damni compenſationem, & de dimidiio damni, quod ſolvere debuiſſet, ſolvet quartam damni partem de fœtu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ſe habet juxta Symmachi ſententiam dicentis, quod bona, de quibus dubium fuerit, dividenda ſunt; ſi vero nobis conſtiterit, quod, poſtquam fœtum hunc abortivit, cornu ferierit, nihil debet pro hoc fœtu. Similiter ſi nobis conſtiterit quod vaccam prægnantem cornu petierit, ut abortum fecerit, poſſeſſor bovis dimidium damni ſolvere debet pro abortu, nunc autem cum dubium eſt, ſolvet quartam partem pretii abortus. Sed hoc intelligendum eſt ſi fuerit innocens, at ſi fuerit convictus, integrum pro vacca ſolvet damnum, & dimidium damni pro abortu. Sic etiam, ſi vacca cornu petierit bovem, & fœtus inventus fuerit in latere ejus, ſi vacca inventa fuerit, exigat dimidium damni e corpore ejus, uti dictum eſt. Cæterum ſi vacca perierit, & non fuerit inventus, ſed abortus inventus fuerit, exiget de illa quartam damni partem. Nam ſi nobis conſtet eam cornu petiiſſe cum fœtu in utero, dimidium damni ſolvi debuiſſet de fœtu, juxta fundamentum illud, quod prægnans & ſimul fœtus ejus cornu feriit. Et, quia dubium eſt, ſolvet quartam partem. Deciſio itaque non eſt juxta Symmachum in omnibus quæ dicta ſunt, ſed juxta Sapientes, qui dicunt, qui aliquid a proximo ſuo educere velit, neceſſe eſt ut oſtendat poteſtatem ſuam; & quamvis læſus dixerit quod clare conſtat, & lædens dixerit, neſcio, non licet quicquam educere e poteſtate ejus niſi cum demonſtratione juris.

(1) L'EMPEREUR. Non quivis fœtus denotatur; ſed abortu vitiatus: nam in ſequentibus agitur de damno rependendo, quod abortu in hoc fœtu datum fuerit. Nec etiam ullo modo ad rem faceret, de fœtu quidpiam addere, niſi abortus ſpectaretur. Sed eò ſi collimemus.

(2) Meritò duplicem caſum proponi judicabimus, Nam aut conſtat vaccam antequam à bove læderetur abortum feciſſe, quo caſu fœtus nullo modo compenſatur; aut, poſtquam bos feriiſſet, vaccam abortum feciſſe conſtat, quo caſu dubium non eſt, quin bos fœtus reſpectu in dimidium, vel ſolidum teneatur, prout vel manſuetus vel cornupeta fuerit. quamvis Miſna manſuetum ſolummodo ſpectet ac conſideret, unde quid de cornupeta ſtatuendum è ſuperioribus liquet. Ideo inquit, *damni dimidium quoad vaccam compenſatur:* manſuetus enim in totum damnum non tenetur. Verum ſæpe contingit, ut quo tempore ferierit bos, in incerto ſit; adeoque ignoretur an quoad fœtum, qui obiit vel læſus ſit teneatur: hoc enim ex illa temporis obſervatione dependet.

(3) Itaque hac in re bipartiuntur: cum enim ſi fœtus è læſa vacca ſenſiſſet incommodum, bos teneretur, ſin minus, innocens haberetur: loco dimidii, quadrantem exigunt. Idque ex illa R. Somcoſi ſententia qua pronuntiavit, ממון המוטל בספק חולקין, *Rem pecuniariam, quæ in dubium trahitur, dividunt.* cujus hæc mens, in iis quæ pecuniam & facultates tantum ſpectant, ſi oriatur de facto controverſia, anxiè probationes non exigi: ſed dimidium huic vendicari, qui actor eſt; cum aliàs totum obtineret. Itaque cum hoc caſu, ſi de facto certò conſtaret, actor dimidium tantum obtineret; Miſna quartam partem jam aſſignat: quia factum incertum eſt.

(4) Poſtea docetur quid juris ſit, ſi vacca ipſa bovem ferierit & fœtum ſuum ediderit: ubi de fœtu compenſando non quæritur; ſed unde pretium, quod ſolvendum eſt, deſumi debeat: an è vaccæ valore; an verò fœtus etiam in rationem veniat. ſi exempli gratia, vaccæ valor ad damnum compenſandum non ſufficiat; vel vacca amiſſa ſit, aut perierit.

(5) Ideo diſtinctio proponitur. vel enim bovem feriit poſtquam peperiſſet vitulum; quod ubi liquet, ut Judæi obſervant, vituli pretium nullo modo ad compenſandum damnum bovi illatum concurrere conſtat: aut feriit antequam peperiſſet; qui caſus ſi indubius ſit, quum è vaccæ pretio ſatisfieri nequit, ad dimidium uſque dati in bove damni, vituli pretium arripitur. quia cum in vulva eſſet dum vacca feriret, veluti vaccæ corpus cenſebatur.

(6) Verum ſi de tempore diſceptetur, ex illo pronuntiato R. Somcoſi (de quo in ſuperioribus) ubi è vacca compenſari debito modo jactura nequit, ad vitulum remittitur actor: ut inde quartam damni partem recipiat; qui alioqui mediam partem ibi recuperaret, ſi vaccam feriiſſe antequam peperiſſet, judicibus innoteſceret. Sed fundamentum illud à Somcoſo jactum, à Judæorum quampluribus magiſtris non approbatur: ideoque hic commune quoddam dictum locum habere contendunt, המוציא מחברו עליו הראיה, *Qui ab alio quid exigit, ei incumbit probatio.* Quo non admittunt, ut quod in dubium vocatur, bipartitò dividatur; ſed actori probandi neceſſitatem imponunt. Unde in propoſito caſu, quartam jacturæ partem à vitulo exigi nolunt; ſed ſi probari queat, fœtum in vulva fuiſſe cum vacca feriret, dimidiam partem pro more exigi permittunt: & ſi illud probari non poſſit, ad nullum, ne quidem minimam partem teneri vitulum concedunt. Adeoque fundamentum ſuum magiſtri extollunt, ut in Gemara id hoc epitheto ornent, כלל גדול בדין, *Inſigne axioma in judicio.* Sic etiam leges Romanæ exigunt ut judex probata ſequatur, De officio Præſ. l. Illicitas, §. Veritas. *Præſes provinciæ id ſequatur, quod convenit, eum, ex fide eorum quæ probantur.* Atque hujus rei in ſe exemplum nobis præbet A. Gellius Noct. Att. l. 14. c. 2. *Petebatur* (inquit) *apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataque, ſed qui petebat neque tabulis neque teſtibus id factum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur, ſed eum conſtabat virum eſſe fermè bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ: multaque & illuſtria exempla probitatis ſinceritatiſque ejus expromebantur. illum autem, unde petebatur, hominem eſſe non bonæ fidei, vitaque turpi & ſordida, convictumque vulgò in mendaciis, plenumque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur.* Subjungit tamen Gellius ſe magnorum etiam virorum autoritate induci non potuiſſe, ut judicium ferret, deficiente probatione. Improbata ergo illa Somcoſi ſententia, ut in re dubia ejus dimidium actori addiceretur, quod totum, ſi veritas conſtaret, obtineret.

§. 2. Ollas in alterius area ſi frangat pecus; & iis lædatur. Fructus ſimiliter ſi edat; vel iis lædatur. Ann. (1) Impetrare

effuderint vel dejecerint. ubi obſervanda verba leg. 1. §. 2. *Parvi autem intereſſe debet, utrum publicus locus ſit, an verò privatus: dummodo per eum vulgo iter fiat.* Quibus verbis edictum Prætoris, cujus initio mentionem fecerat, extendit. Quid ergo de iis ſtatuendum locis, ubi nullum tibi iter conceditur?

§. 3 *Quum bos introductus in alterius aream, damnum infert; vel eum ferit aut mordet alterius beſtia. Ann.* (1) *Si bovem introductum in aream tuam, alterius bos feriat.* חייב *&* פטור *ad diverſos & diverſa referri poteſt.* איכא דאמרי, *quid in Gemara.* (2) אורח דמלתי *quid. De bove patrem tuum in puteo opprimente.* (3) *Verba etiam ad remotiora referri.* (4) *Miſna ex jure Rom. confirmatur.*

ג הכניס שורו לחצר בעל הבית שלא ברשות ונגחו שורו של בעל הבית או שנשכו כלבו של בעל הבית פטור נגח הוא שורו של בעל הבית חייב נפל לבורו והבאיש מימיו חייב היה אביו או בנו לתוכו משלם את הכופר ואם הכניס ברשות בעל החצר חייב רבי אומר בכולן אינו חייב עד שיקבל עליו בעל הבית לשמור :

3. Si poſtquam bovem ſuum quis introduxit ſine venia in aream patrisfamilias, eum deinde cornu feriat bos patrisfamilias, aut canis ejuſdem mordeat, hic (1) liber eſt: ſi illius bos feriat bovem patrisfamilias, ille tenetur. Si in ejus foveam vel puteum cadat & conſpurcet ejus aquam, tenetur: quod (2) ſi ejus pater aut filius in puteo fuerit, ſolvit λύτρον. Sin cum venia introduxerit, (3) areæ poſſeſſor tenetur. Sed Ribbi inquit, (4) In iſtis omnibus non tenetur, donec in ſe recipiat areæ poſſeſſor cautionem.

R. OB. DE BARTENORA.

היה אביו או בנו לתוכו *Si pater aut filius ejus fuerit in illo*, nimirum pater aut filiis patrisfamilias, eodemque modo comparatum eſt cum aliis hominibus; loquitur autem ita juxta uſitatiſſimum loquendi modum משלם את הכופר *Solvit pretium redemptionis*, hoc intelligendum eſt de bove convicto qui homines in fovea aggreditur; cum vero hic in fovea viderat herbam, & propterea intraverat, & hominem occiderat, liber eſt a morte, quandoquidem non intendit occiſionem & poſſeſſor ſolvit pretium redemptionis; nam colligimus, quod pretium redemptionis debet, etſi præter intentionem occiderit, uti diximus ſuperius. *Ribbi vero dicit, in iſtis omnibus non tenetur* &c. deciſio eſt juxta Ribbi. Propterea ſi bovem ſuum coëgerit ſimpliciter cum licentia poſſeſſoris atrii, & poſſeſſor atrii non ſuſceperit in ſe curam bovis, poſſeſſor atrii liber eſt, quia in ſe non recepit curam ejus. Et poſſeſſor bovis etiam liber eſt, quia eum coëgit cum licentia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum eſt de bove qui convictus fuerit quod in homines invadit qui in foveis ſe abſcondunt, propterea ſolvenda redemptio. Cæterum hac conditione ejuſmodi in loco venit cibi gratia, quem illic vidit, propterea non tenetur morte. Deciſio eſt juxta Rabbi, qui dicit quod paterfamilias, nulla re tenetur, niſi receperit in ſe cuſtodiam. Sic etiam poſſeſſor bovis nulla re tenetur, qui collegit cum licentia.

(1) L'EMPEREUR. Hic caſus ſatis perſpicuus eſt: ſed in Gemara alius admodum dubius profertur, de quo ex ſententia Doctoris Tarphonis reſpondetur, ipſius admiſſa hypotheſi. הכניס שורו לחצר בעל הבית שלא ברשות ובא שור ממקום אחר ונגחו פטור ואם הכניס ברשות חייב, *Introduxerit quis bovem ſuum in aream patrisfamilias abſque ejus venia, atque aliunde ingreſſus alius priorem bovem feriat; (dominus bovis) non tenetur: at ſi cum venia introduxerit, tenetur.* In hac ipſa quæſtionis deciſione dubia quædam ſuperſunt. Quum enim dicitur חייב, *tenetur*, dubium eſt quis teneri dicatur: ad bovis tamen lædentis proprietarium hoc retuli; quia ſic ibidem ſubjungitur. מאן פטור ומאן חייב לאו פטור בעל חצר וחייב בעל חצר לא פטור בעל השור וחייב בעל השור, *Quis innocens, & quis reus? annon liber eſt loci dominus, & reus loci dominus? Nequaquam, quæritur an bovis dominus liber, an reus ſit.* Verum hinc alia emergit quæſtio: nam ſi de boum exterorum dominis, non de patrefamilias hic dubitetur, quorſum ea quæ veniam ingrediendi concernunt? ſiquidem iſta bovem introducendi copia inter bovis dominum & patremfamilias ſpectatur. אי הכי מאי ברשות ומאי שלא ברשות איכא דאמרי הא כני רבי טרפון היא דאמר משונה קרן בחצר הניזק נזק שלם משלם ברשות הויא לה קרן בחצר הניזק ומשלם נזק שלם שלא ברשות הויא ליה קרן כר״ה ולא משלם אלא חצי נזק, *Si ita ſit* (inquiunt) *quid ſibi vult, Cum venia? & quid, Abſque venia? Sunt qui ita dicant, Iſta conſtitutio ex cujus mente eſt? Doctoris Tarphonis: qui ait, Alia eſt ipſius cornu conditio in area læſi, ubi totum damnum ejus nomine præſtatur. Illi, quum dicitur, Cum venia, idem eſt ac, Cornu in area læſi, ideoque totum damnum rependitur; at quum dicitur, Abſque venia, idem eſt ac, Cornu in loco publico, & nonniſi damni dimidium præſtatur.* Mens hæc eſt, in illo ſuperiori caſu non quæri, an quis omnino liber ſit, an vero totius damni teneatur; ſed an totum, an verò dimidium rependere teneatur: adeo ut פטור ſit *liber* ab altero damni dimidio; חייב, *reus* totius. deinde id juris hic ſervari, quod in cornu, ſi bos cornu feriat in loco privato ipſius læſi; vel in loco publico. itaque veniam illam ſpectari poſſe inter duos boum proprietarios, quorum area, in qua damnum datur, non ſit. Idque in hunc modum; Si tuus & meus bos Titii aream ingrediatur, & meus ibi tuum, quem abſque domini areæ conſenſu introduxiſti, cornu feriat; ego non teneor: quia cum abſque venia tuum introduxeris, ille locus non cenſetur tuus ullo modo; ſed communis nobis, in quo nihil plus juris quam ego habeas. itaque nihil ſolvo, niſi quod deberem ſi bos meus in loco publico damnum intuliſſet, id eſt, dimidium. at ſi impetrata venia introduxeris bovem, de toto damno teneor: quia idem eſt ac ſi bos meus in ipſius læſi ditione damnum dediſſet; ſiquidem venia & permiſſus patrisfamilias effecit, (quemadmodum Tarphon cenſet) ut locus ille quodammodo tuus ſit, ſaltem ipſo uſu. Quocirca licet venia iſta à patrefamilias petenda ſit, jus tamen in cauſa noſtra immutat, atque ad noſtri utrumque certa quadam ratione refertur. Sed cum in poſteriori loco legitur, *Sunt qui ita dicant*; meritò quæri poſſet, an hæc verba cauſam dubiam non relinquant: ſiquidem alii ſecus ſentire ex iſta phraſi videntur. Verum in libro Halichoth Olam (quem latinè verſum, jam conſulere potes) benè obſervatur, iſta phraſi in Gemara communem ſententiam notari. נקיטינן בכל איכא דאמרי שבגמרא כן הלכה, *Accepimus, ubicunque in Gemara occurrit, Sunt qui dicant, ita eſſe ipſam conſtitutionem.* ubi etiam improbatur alterius Doctoris ſententia, qui ſecus autumabat. Ad ſequentia.

(2) Iſaac Gabæus è Gemara annotat, ה״ה לשאר אלא אורח דמלתא נקט, *Idem jus in cæteris ſervatur; ſed viam rei ſumpſit:* id eſt, hoc exemplum in ſimilibus ſequendum, quod in patre & filio patrisfamilias proponitur: ideo autem hoc potius quam aliud aſſumptum fuiſſe, quia Miſna *viam rei*, ſive eam rem quæ veluti per viam plerumque incedit, id eſt, quæ plerumque vel magis frequenter contingit, in exemplum ſumere ſolet. Factum eſt hujuſmodi, Cum bos alienus aream alicujus viri ingreſſus, ubi pabulum forte con-

conſpicit in fovea & depreſſo ac excavato loco, eò ſe demittit & viri iſtius patrem aut filium opprimit. Tales enim boves eſſe qui id facere ſoleant, notat Maimonides. Salomon Jarchi tamen hoc ſecus accipit, puta חזוה ירוקא עשב על פי הבור ובא לאכלו ונפל, *quum videns viriditatem, id eſt, herbam ad oram putei, accedit ad veſcendum, & incidit.* Exiſtimat Gemara de bove convicto, qui pabulum ita quærens ſæpius in foveam incidere ſoleat, ſermonem eſſe: quia alioqui ad λύτρον non teneretur. Morte verò hujuſmodi bovem afficiendum negant, ראוין נפלה לא איכון, *quia ad eum caſum non colimavit.*

(3) Ubi verò ſubjicitur, areæ dominum teneri, ſi alter cum permiſſu pecus introduxerit, id non refertur ad proxime præcedentia; ſed ad remotiora, ſi eum feriat bos patris-familias, vel canis mordeat, ſcilicet hoſpitis bovem. Hoc liquet ex collatione hujus Miſnæ cum præcedenti.

(4) Sed licet areæ poſſeſſor teneri dicatur de damno, quod à pecore ſuo infertur alterius pecori quod admiſerat; Ribbi teneri negat. Ribbi eſt Doctor Judas: & obſervant Maimonides & Bartenorius, הלכה כרבי, *conſtitutionem vel conſuetudinem obtinere ex mente Rabbi*; ut ſciamus quid in hac diſcrepantia ſequendum ſit. Quin ex jure Romano teneatur, qui jumento in alterius fundum immiſſo ibi damnum dedit, dubitare nos non ſinit lex Si quadrupes, & ſimiles aliæ. Sed vice verſa (ut hic etiam proponitur) an ſi damnum ibi patiatur, actionem in dominum habet? Hoc videtur, ſi modo quod illic ageret, habuerit. Ita enim ſub finem tituli, Si quadrupes. *Agaſo cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit. mula calcem rejecit, & crus agaſoni fregit. conſulebatur, poſſetne cum domino mulæ agi, quod ea pauperiem feciſſet. Reſpondi, poſſe.*

§. 4. *Bos intendens bovem, ſi mulieris fœtum ejiciat. Si homo id faciat, proximum intendens. Ut fœtuum pretium ſolvatur, quomodo æſtimatio fiat. In ancillam manumiſſam & peregrinam inclementia. Ann.* (1) *Specialis loquendi modus in Miſna.* (2) *Ex. 21. v. 22. 23. exponitur.* (3) *Mulier cum fœtu, & ubi fœtum edidit, comparatur.* (4) *Mulierem poſt partum præſtantiorem videri.* (5) *Quænam ſit illa peregrina & ancilla. Miſna Scripturæ contradicit. Peregrinus alterius religionis, hæredes non habere cenſetur Judæis. Uxor mariti hæres non eſt. Mulcta excuſſi fœtus nomine debita, ex leg. Rom. confirmatur.*

ד שור שהיה מתכוון לחבירו והכה את האשה ויצאו ילדיה פטור מדמי ולדות ואדם שהיה מתכוון לחבירו והכה את האשה ויצאו ילדיה משלם דמי ולדות כיצד משלם דמי ולדות שמין את האשה כמה היא יפה עד שלא ילדה וכמה היא יפה משילדה אמר רבן שמעון בן גמליאל אם כן משהאשה יולדת משבחת אלא שמין את הולדות כמה הן יפין ונותן לבעל ואם אין לה בעל נותן ליורשיו היתה שפחה ונשתחררה או גיורת פטור :

4. Si bos comparem ſuum intendens, mulierem ita feriat, ut ejus fœtus expellantur; dominus pretium fœtuum ſolvere (1) non tenetur. Si homo proximum ſuum intendens, ita mulierem percutiat, ut fœtus ejiciantur; (2) fœtuum pretium ſolvit. Qui fœtuum pretium ſolvit? Æſtimant mulierem, (3) quanti valuerit antequam peperiſſet, & quanti valeat poſt partum. Excipit D. Sim. f. Gamalielis, Si ita ſit, poſtquam mulier peperit (4) præſtantior eſt. Sed æſtimant natos, quanti valeant; idque marito datur: quod ſi vidua ſit, illius hæredibus traditur. Si verò fuerit ancilla jam manu miſſa, (5) aut peregrina; alter ille non tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

שור שהיה מתכוון לחבירו *Bos qui intenderit comparem ſuum*, quia ſtatim inferius dicit *homo qui intenderit comparem ſuum*, ideo etiam hoc modo loquitur de bove &c. Nam, etſi intenderit mulierem, tamen liber eſt bos a compenſatione pretii fœtuum, quia homo tantum tenetur ad compenſationem pretii fœtus.

אם כן משהאשה יולדת משבחת *Se ita ſit, poſtquam mulier peperit, præſtantior eſt*, ſi tantum valuerint quantum tu dicis, valuiſſe, fiet ut nihil illi det; nam poſtquam mulier pepererit, pluris valuerit, nam pretium ejus minus valebat antequam peperiſſet, quia periculum eſt ne in pariendo moriatur.

היתה שפחה ונשתחררה *Si fuerit ſerva manumiſſa*, vult dicere, ſi manumiſſa nupſerit peregrino, aut ſervo manumiſſo, aut peregrina nupſerit uni ex illis, & maritus ejus mortuus fuerit, liber eſt; nam qui poſſidet bona peregrini mortui, & ipſi non fuerint hæredes, acquiſivit ea, & hic antevertit acquiſitionem illius quod eſt in poteſtate ſua. Idem intelligendum eſt de Iſraëlitide cum nupſerit peregrino, qui deinceps mortuus eſt, quod liber ſit percuſſor, nam pretium fœtuum cedit marito. Sed quoniam plerumque manumiſſa, nec non peregrina nubunt manumiſſis, ideo locutus eſt auctor de ſerva & peregrina, & non de Iſraëlitide.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſtatim loquetur de homine qui comparem ſuum intendit, ideo prius loquitur de bove qui intendit ſocium ſuum. Neque differentia eſt quod ad bovem qui intendit bovem, & feriit mulierem & quod ad bovem qui intendit mulierem ipſam, ut non ſolvat pretium fœtus. Nam Lex in hoc caſu tantum accuſavit hominem. Cæterum, quod dicit de peregrina quod libera eſt propter fœtum ſuum, non accicipiendum eſt de illo tempore quo proſelyta facta eſt cum prægnabat, nam & hoc clarum eſt. Sed accipiendum eſt quando prægnavit vivente peregrino, & deinceps peregrinus mortuus fuit, aut abortum fecit poſt mortem peregrini, eo quod nobis fundamentum, quod vivente marito ſibi acquiſivit uxor per Deum, qui ſi non fuiſſet illi, non acquiſiviſſet; idcirco non debet pretium fœtuum, niſi huic peregrino fuerint hæredes, nimirum, filii ſub Lege nati, quorum conceptio facta eſt dum mater erat Iſraëlita.

(1) L'EMPEREUR. Ne quidem ſi mulierem intenderit, teneri volunt. Qua ergò de cauſa hunc caſum diſtinctè proponit auctor? Huic dubio in Gemara reſpondetur. איידי דקא בעי למיתנא סיפא אדם שהיה מתכוון לחבירו והכי כתיב סרא קמני רישא נמי שור שהיה מתכוון לחבירו, *Quandoquidem voluit proponere ſequens membrum*, Homo proximum ſuum intendens &c. *quomodo Scriptura loquitur; docet primò etiam*. Bos comparem ſuum intendens &c. Senſus eſt, hic quidem nulla diſtinctione in bovis facto opus fuiſſe; quandoquidem neutro modo bos teneretur, ſive cum intentione, ſive abſque iſta illud feciſſet: nihilominus hic ſolummodo proponi quod abſque intentione fit, quia hunc caſum in homine alterum lædente examinare animus erat.

(2) Hanc de ſatisfactione deciſionem ex illa lege Ex. 21. 22. 23. depromunt, *Certantibus hominibus, ſi percuſſerit unus illorum mulierem gravidam, ita ut ejiciatur fœtus ejus .... ſi exitium ſit, tum reddes vitam pro vita.* ubi rectè Salomo Jarchi ad priora legis verba, *Certantibus hominibus*, זה עם זה ונתכוון להכות את חבירו והכה את האשה, *altero cum altero, ita ut collimant ad proximum ſuum percutiendum, percutiat mulierem.* Cujuſmodi factum

in Miſna exhibetur. Pœnam deinde lege Dei ſancitam idem Sal. J. ad Miſnæ conſtitutionem accommodat, dum ſubjicit, משלם ליורשיו דמיו כמו שהיה נמכר בשוק, *ſolvit hæredibus illius* ſcilicet mariti mulieris, *pretium ejus, quanti in foro vendi poſſet.* Quæ expolitio eo nititur, quod fœtum illum è medio tollere molitus non fuerit; ſed alteri tantummodo damnum concertando intenderit.

(3) Æſtimationem mulieris explicat gloſſa Gemaræ: שמין את האשה כמה האשה יפה בשביל ולדות הללו עד שלא ילדה וכמה היא יפה עכשיו כשנתרוקנה ונפחתו דמיה ונותן לבעל, *Æſtimant mulierem quanti mulier valuerit ob fœtus iſtos antequam pareret, & quanti jam valeat quum exonerata eſt, ejuſque pretium imminutum: atque hoc marito ſolvitur.* Mulier cum fœtu pluris ducitur, quam ubi fœtum edidit: quia fœtus ipſius pretium, mulieris pretium augebat. Hac ratione quanti depretiaretur poſt partum mulier, tantum pro infortunio mulieris marito, hujuſve hæredibus ſolvi jubent.

(4) Verum adverſus hanc æſtimandi rationem Simeon f. Gamalielis excipit, *Poſtquam mulier peperit, præſtantior ſive carior eſt.* quaſi dicas, Si quanti depretiatur, ſolvendum ſit; nihil debebitur: nam alio reſpectu pluris habenda uxor poſt partum, quam ſi fœtum in utero adhuc gerat; quandoquidem (ut ait R. Iſaac Gabæus,) מקודם בסכנה היא למות בצער לידה, *antea verſabatur in periculo mortis, ob partus dolorem & anguſtias.* Ideoque ut Gemara docet, in ea ſaltem quæ antea nunquam pepererat, ideoque magis periclitatur, fœtum in ſe ſpectari & æſtimari contendebant

(5) Quid per peregrinam & ancillam manumiſſam, ut verba textus ſonant, ſignificetur, omninò attendendum: non enim verba ſimpliciter accipienda; ſed cum reſtrictione, utpote quæ ſynecdochicè accipiantur. Nam, uti obſervat Bartenorius, ancilla hujuſmodi deſignatur quæ poſt manumiſſionem נשואה לגר או לעבד משוחרר, *nupſit peregrino aut liberto*: ſimiliter peregrina de qua hic agitur ea eſt, quæ alterutri matrimonio juncta eſt. Præterea quum in hac Miſna ſubjicitur, *Alter ille n n tenetur* (quod tamen cum lege Dei jam producta pugnat, ut quæ nullam exceptionem admittat,) id ſimpliciter accipiendum non eſt: ſed eo caſu, ſi mulier iſta ex marito nondum proſelyto gravida, damnumque illud paſſa, maritum amiſerit; vel poſt mariti mortem demum ita lædatur. Nam ex Judæorum hypotheſi, qua peregrinus nullos hæredes habere ſtatuitur, ſi ex ipſo uxor nonniſi ante ſuſceptam ab eo religionem Judaicam conceperit, marito in gentiliſmo ante illatum damnum vel ſolutum pretium defuncto, alter ille ſæpe non tenetur: ut qui neminem, cui mulctam perſolvat, habere cenſeatur. Ideoque ad hanc Miſnam in Gemara dictum citatur ab omnibus fermè jam receptum. איתיה לבעל זכה ליה רחמנא ליתיה לבעל לא, *Si illa vero nupta ſit, acquirendi jus ei, ſcilicet marito, tribuit D. Miſericors; ſin ipſa nupta viro non ſit, non tribuit.* quaſi dicant, Totum mulctam petendi jus à marito dependet, eique hoc jus, vel ejus hæredibus competit: itaque marito mortuo uxor ſuperſtes nihil petere poteſt; ſed tantum in hæredes jus tranſit. uxor verò mariti hæres non eſt, ut in Baba bathra c. 8 ſect. 1. ſancitur. Nec liberi alicujus peregrini hæredes agnoſcuntur, niſi dum conciperentur pater jam proſelytus eſſet. Quod legis hujus in hac Miſna contentæ ſummam concernit, ea aliunde quoque ſtabiliri poſſet, ſi mulctam ſpectes, quæ excuſſi fœtus nomine deberi ſtatuitur. Digeſt. li. 9. tit. 2. leg. 27. par. 22. *Si mulier pugno, vel equa ictu a te percuſſa, ejecerit, Brutus ait, Aquilia teneri, quaſi rupto* vel ut vulg. *damnato.* Ubi de muliere prægnante & ejecto partu verba fieri obſervat Gloſſa: adeo ut caſus idem utrobique ſpectetur. Denique quum dicitur *teneri quaſi rupto*, ſecundum legis Aquiliæ caput ſpectari autumo, quod hac lege §. 5. exſtat, *Cæterarum rerum, præter hominem & pecudem occiſos ſi quis alteri damnum faxit, quidve uſſerit, fregerit, ruperit injuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas eſto.*

§. 5. *De puteo effoſſo varii caſus expenduntur. Inde datum damnum. Similia ſub puteo comprehendi. Debita putei profunditas. Ann.* (1) רשות. *Os putei conſiderandum, ubi ſit.* (2) Ex. 21. 33. *reſtringitur. Locus privatus ἀκυρολεγίᾳ quo transferatur.* (3) *Explicatur*, שיח, מערה, חריצין, נעיצין. (4) *Quæ puteo ſimilia ſunt, æque profunda ſunt.* (5) *De damno etiam tenetur, qui minori profunditate, quam puteus ſit, lædit. Miſna reſpondet l. 28. ff.* Ad l. Aquil.

ה החופר בור ברשות היחיד ופתחו לרשות הרבים או ברשות הרבים ופתחו לרשות היחיד ברשות היחיד ופתחו לרשות היחיד אחר חייב החופר בור ברשות הרבים ונפל לתוכו שור או חמור ומת חייב אחד החופר בור שיח ומערה חריצין ונעיצין חייב אם כן למה נאמר בור מה בור שיש בו כדי להמית עשרה טפחים אף כל שיש בו כדי להמית עשרה טפחים היו פחותין מעשרה טפחים ונפל לתוכו שור או חמור ומת פטור ואם הוזק בו חייב :

5. Qui puteum fodit in loco (1) privato, cujus os obvertatur loco publico, ſive ibi aperiatur; aut in loco publico, cujus os aperiatur in loco privato; (2) in loco privato, cujus os aperiatur in loco privato alterius: tenetur. Si quis puteum fodiat in loco publico, & in eum bos aut aſinus incidens moriatur; tenetur. ſive fodiat puteum, (3) ſive ſcrobem, ſive cryptam aut ciſternam, ſive lapicidinas, ſive foſſas; tenetur. Si ita eſt, quare dicitur *puteus*? Quemadmodum puteus dicitur, in quo ſufficiunt ad occidendum (4) decem palmi; ſic quodlibet comprehenditur, in quo ad occidendum ſufficit decem palmorum profunditas. Si minus profunda fuerint quam ad decem palmos, & in eorum aliquod bos aut aſinus cadens moriatur; liber eſt poſſeſſor (5) ſi pecus eo lædatur, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

בור *puteus*, qui rotundus eſt. שיח *ſcrobs*, in longitudine, & rectitudine porrecta. מערה *ſpelunca*, quadrata & tecta, ſed cui eſt os. חריצין *crypta*, lata & quadrata, inſtar ſpeluncæ, niſi quod tignis non contecta eſt. נעיצין *foſſæ*, inferius rectæ, & ſuperius latæ. שיש בו כדי להמית עשרה טפחים *in quo ad occidendum ſufficit decem palmorum profunditas*, qui puteus ſimpliciter decem palmos altus eſt. *In loco privato, cujus os aperiatur in loco privato*, in loco privato alterius, & ſi hic non ſit latus loci publici, tenetur tamen; at ea conditione, ſi communem reddiderit ditionem ſuam in qua os putei eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc clara eſt, idcirco non indiget illuſtratione.

(1) L'EMPEREUR. רשות, *poteſtas, licentia*, ut aliàs obſervatum, de loco dicitur: ut רשות היחיד, *licentia unici*, ſit locus, in quem privatus poteſtatem habet. רשות הרבים, *licentia multorum*, locus publicus, in quem omnibus æquale jus com-

competit. itaque his formulis in hac Miſna locus privatus & publicus denotatur. De priori autem legis parte annotatur in תוספות, *Additionibus*. כללא דמלתא בכל הך שמעתי בור בהר פתח׳ אזלינ׳ דנחשב כאלו הוא במקום שהפתח שם, *Summa ſermonis in tota hac doctrina; in puteo, nos ſecundum os ipſius procedere: quia exiſtimatur ac ſi eo loco eſſet, ubi apertura ipſius eſt.* Unde conſequitur in hac lege, לרשות, *ad locum*, ſive *obvertitur loco*, ita accipiendum eſſe, ut putei os ibi eſſe intelligatur, cui loco obverſum dicitur. Atque ſi apertio putei eo ſpatio reperitur, ubi puteum fodere tibi non licet, de damno teneris

(2) Conſtitutio autem deprompta è lege divina Exodi 21. 33. *Quum retexerit quis puteum, aut quum foderit quis puteum, deinde non operuerit illum; itaque ceciderit illuc bos aut aſinus: 34. Dominus ille putei rependit.* qui paragraphus in Gemara hujus Miſnæ variè in argumentando adhibetur: neque iſta omnia, quum intellectu difficilia non ſint, producenda exiſtimavi. Sed quod de putei ore in loco privato obſervant, prætereundum non eſt. Quin in ſuo fundo cuivis puteum aperire liceat, negandum non cenſent: itaque illic per locum privatum ſolummodo eum deſignari cenſent, quem privatus publici juris fecit, ſervato ſuo in puteum jure: ut docet Maim. Cod. de damnis pec. c. 12. §. 2. Ita etiam Talmudis Gloſſa marginalis de puteo cujus apertio in loco privati alicujus, ejus nomine damni dati dominum teneri דהוה ליה בור ברה״י והפקיר רשותו ולא מצי לכימר מאי בעיא ברשותי, *quum hab t puteum in loco privato, & locum ſuum publici juris fecit; & n queat dicere quid quæritur in loco meo?* Similiter paulo poſt: חייב ובלבד אם הפקיר רשותו אותה שפי הבור לתוכה, *reus eſt, ſed ſolummodo, ſi illum locum ſuum fecerit publicum, in cujus ſpatio os putei conſpicitur.*

(3) Cæterum putei non tantum ratio habetur; ſed etiam cujuſcunque profunditatis ſinulis: unde quatuor genera ſubjungunt diſtinctis nominibus expreſſa, quæ explicanda veniunt. Poſtquam Miſna de בור, *puteo* anguſto & rotundo egiſſet, ſubjicit שיח, *ſcrobem*, quæ definiente Gemara eſt ארוך וקטן, *longa & anguſta*; deinde מערה *cryptam* ſive *ciſternam*, quæ ejuſdem authoritate ejuſmodi ſtatuitur ut ſit מרבעת ומטללא, *quadrata & obtecta*, nempe ſolo ore excepto; tertiò חריצין, *lapicidinas*, quæ ſimiliter quadratæ, ſed ut Gemara inquit, לא מטללי ול״ו בה רויחי מלעיל מפי מתתאי *non ſunt obtecta, nec ibi latiora ſpatia ſuperiora quam inferiora*; denique adjicit נעיצין, *vulgares foſſas*, quæ ſunt רויחי כלעיל״ מפי מתתאי, *latiores ſupra quam infra*, ſicuti eos facere videmus qui ſine magna cura foveam excavant, ſiquidem inferius ſpatium ſuperiori anguſtius deprehenditur. Igitur quicunque damnum inferunt in aliqua fovea è propoſitis generibus, hac lege æquantur, pariterque rei peraguntur.

(4) Æqualitatis ratio ſubjungitur: quia ſicuti puteus non habetur, qui decem palmorum profunditatem non habeat, quæ tanta cenſetur ut mortis occaſionem præbere poſſit; pariter reliqua illa foveæ genera, ſiquidem huc pertineant, tam profunda ſunt. Ideo Miſnæ auctor legem Exodi 21. 33. putei nomen adhibuiſſe cenſet.

(5) Quod ſi minus profunda fuerint quam decem palmos, damni author abſolvitur, ſi pecus mortuum fuerit: quia Ex. 21. 33. 34. mors ſpectatur; & puteus, uti cenſent, decem ſaltem palmorum. itaque ſi pecus in puteo minoris profunditatis moriatur, nulla ſequitur eorum judicio mulcta. Sed ſi tantum lædatur, ex alia lege de damno tenebitur, qui ejus cauſa fuerit. Huc denique omnia redeunt, ne quis hujuſmodi loco qui ab aliis etiam frequentari ſolet, foveam ea profunditate excavet, ut alterius pecora inde lædantur. Cum quo interdicto conferatur ff. Ad legem Aqu lex 28, *Qui foveas urſorum, cervorumque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus fecerunt, eoque aliquid decidet, factumque deterius eſt, lege Aquilia obligati ſunt. at ſi in aliis locis, ubi fieri ſolent, fecerint, nihil tenentur. Hæc tamen actio ex cauſa danda eſt: id eſt, ſi neque denuntiatum eſt, neque ſcierit, aut prævidere potuerit.*

§. 6. Putei aperti nomine quis teneatur. Tegere uti oportet, quanti momenti ſit. Modus cadendi, jus mutat. De inſtrumentis bovis qui incidit. item bove ſurdo, &c. Filius aut ſervus ſi incidant in puteum. Ann. (1) Qua conditione poſterior putei nomine teneatur. (2) Supinum cadere varios modos admittit. (3) De iis quæ in hac cauſa lacerari & frangi dicuntur. (4) Inſulſe reſtringitur Ex. 21. 33. ſeq. (5) Alia ejuſdem legis prava reſtrictio. (6) Miſnæ verba malè accipiunt Judæi. Convenienter Miſnæ, leg. Romanæ, lædendi occaſionem interdicunt.

ו בור של שני שותפין עבר עליו הראשון ולא כסהו והשני ולא כסהו השני חייב כסהו הראשון ובא השני ומצאו מגולה ולא כסהו השני חייב כסהו כראוי ונפל לתוכו שור או חמור ומת פטור לא כסהו כראוי ונפל לתוכו שור או חמור ומת חייב נפל לפניו מקול הכרייה חייב לאחריו מקול הכרייה פטור נפל לתוכו שור וכליו ונשתברו חמור וכליו ונתקרעו חייב על הבהמה ופטור על הכלים נפל לתוכו שור חרש שוטה וקטן חייב בן או בת עבד או אמה פטור :

6. Si puteum duorum ſociorum, eorum prior tranſeat, nec tegat, item poſterior nec tegat eum; ſecundus (1) tenetur. texerit eum prior, veniensque ſecundus & apertum deprehendens eum non tegat; ſecundus tenetur. Texerit eum uti oportet, & in eum bos aut aſinus incidens moriatur; liber eſt: non texerit eum uti oportet, & in eum bos aut aſinus incidens moriatur; tenetur. Si cadat pronus (2) præ foſſionis ſtridore, tenetur; ſupinus præ foſſionis ſtridore, liber eſt. Si in eum incidat bos cum ſuis inſtrumentis (3) quæ franguntur, aſinus cum ſuis inſtrumentis quæ lacerantur; ille quoad jumenta tenetur, (4) quoad inſtrumenta liber eſt. Si in eum incidat bos ſurdus, rabidus, parvulus ſive juvencus; (5) tenetur: filius aut filia, ſervus aut ancilla, (6) liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השני חייב *ſecundus tenetur*, hoc intelligendum eſt de primo, quando ſecundo traditum eſt operculum putei ad tegendum ipſum, & ſecundus non texerit puteum. כסהו כראוי ונפל לתוכו שור *Si texerit eum uti oportet & in eum inciderit bos*, nempe, quando operculum corruptum fuit.

נפל לפניו מקול הכרייה חייב *Si pronus cadat præ foſſionis ſtridore; tenetur*, ſi inter effodiendum audiverit bos ſonum malle, & turbatus fuerit, ac ceciderit in puteum, ac

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפל לפניו מקול הכרייה *Si cadat pronus præ foſſionis ſtridore*, ſi lapſus fuerit in os putei præ ſtridore foſſionis in fundo putei, & inciderit in puteum, tum poſſeſſor putei tenetur. Cæterum, ſi ſupinus cadat, nimirum, ſi jam tranſierit puteum, & deinde impegerit, & ceciderit poſt puteum, liber eſt putei poſſeſſor; niſi ceciderit in puteum, nam tum tenetur quocunque de iſtis quos diximus modo. Lex vero dicit Exod. 21. 33. ונפל שמה שור או חמור quæ ver-

ac mortuus fuerit, tenetur. Et quamvis, quia præ ſtridore effoſſionis ceciderit, dicere poſſemus quod liberatur a debito putei, & debitum transfertur ad vocem effoſſionis, quod tantum ſimplex eſt caſus, ideoque liber eſt; nihilominus tamen tenetur poſſeſſor putei, eo quod damnum invenitur in puteo. לאחריו מקול הכרייה פטור *Supinus præ foſſionis ſtridore, liber eſt*, ſi impegerit bos propter ſtridorem effoſſionis ad oram putei, & ceciderit ſupinus & mortuus fuerit, liber eſt putei poſſeſſor, & quod damnum non inventum eſt in puteo, & ſtridor effoſſionis eſt ſimplex caſus, ideo liber eſt. *Si in eum incidat bos cum inſtrumentis ſuis, quæ franguntur, aſinus cum ſuis inſtrumentis, quæ lacerantur*, cum inſtrumentis bovis congruit fractio jugi, & aratri; & cum inſtrumentis aſini congruit laceratio pannorum, & clitellarum ipſi impoſitarum. ופטור על הכלים *quod ad inſtrumenta liber eſt.* quia Exod. 21. 33. ונפל שמה שור או חמור *bos* ergo, non homo, *aſinus*, & non vaſa. נפל לתוכו שור חרש שוטה וקטן חייב *Si in eum incidat bos ſurdus, rabidus, & parvulus, tenetur*, propter bovem, ſurdum rabidum, & parvulum, ſi in puteum inciderint, tenetur putei poſſeſſor, ſed propter bovem ſanum, non tenetur, quia ſibi cavere, & abire potuiſſet.

verba ita traditione limitamus, dicit Lex *bos*, non homo, *aſinus*, non vaſa. Sic etiam non tenetur de quadrupede, niſi fuerit ſurdum, ſtultum, aut parvulum; ſed de bove qui adultus & cæcus eſt, non tenetur poſſeſſor, quia dicere poteſt, ſibi cavere & abire potuiſſet.

(1) L'EMPEREUR. Quomodo prior non teneatur, ſed poſterior, licet uterque puteum apertum reliquerit, docetur in Gemara: מני חד אמר משמניחו משתמש וחד אמר משימסור לו דליו, *Cujus ſententia obtinet? unus ait, tum abſolvi quum iſtum poſteriorem reliquit puteo utentem; alter inquit, quum poſteriori tradiderit illius ſitulam*, & concluditur priorem in judicio abſolvi, ſi poſteriori ſitulam putei tradiderit, quò puteo uteretur.

(2) Bovis, qui putei occaſione cadit, diſcrimen facit Miſna: nam vel pronus procidit in puteum; vel ſupinus (hac voce latius ſumta) in putei marginem, aut pede ad puteum offenſo titubare incipiens in circumjacens ſpatium aliquod decidit. ita enim poſt longiorem diſputationem concluditur, per לפניו priorem; per לאחריו poſteriorem deſignari caſum: ita quidem ut bos priori in puteum; poſteriori apud puteum decidat. idque ſtridore conſternatus, quem in putei fundo à foſſore excitatum percipit. Quod ſi verò ſupinus in puteum ipſum decidat, alter ille tenetur: utpote quum Dei lex generalis ſit Ex. 21. 23. *Ceciderit illuc bos* &c. Si in puteum cadat, quomodocunque id fiat, ſolvenda mulcta.

(3) Quæ bovi impoſita ſunt vel adhærent frangi; quæ aſino incumbunt lacerari dicuntur: quia bovi jugum imponitur, & aratrum trahit, quæ franguntur; & aſino clitellas aliaque incumbere, quæ lacerari queunt, Gabæus annotat.

(4) Iſtorum vero inſtrumentorum nomine nullam ex illa producta lege deberi multam colligunt: quia lex ait, *Ceciderit illuc bos aut aſinus*; nullam autem aliarum rerum mentionem facit. Maim autem in Nizke Mamm. quia verbis nimis mordicus inhæret, injuſtam ſententiam c. 12. §. finali profert, מי שחפר בור ברשות הרבים ונפל עליו שור והרגו בעל השור פטור ואם מת השור נוטל בעל השור דמי שורו מיורשי בעל הבור, *Si in eum, qui puteum fodit in loco publico, incidat bos qui eum occidat; dominus bovis liber eſt: quod ſi bos moriatur, dominus bovis pretium bovis ſui ab hæredibus domini ipſius putei reportat.* Membra inter ſe collata impediunt, quominus iſta regula excuſari queat.

(5) Atque malè legem reſtringunt, ubi tum demum mulctam deberi contendunt, quum bos aut aſinus deprehenditur ſurdus, rabidus, aut tenellæ ætatis ſive parvulus. Etenim ubi lex non diſtinguit, nec nobis diſtinguendum ſive excipiendum eſt. Quocirca Maimonidæ verba legi Divinæ adverſari exiſtimo, quum conſtitutionis poſteriora in hunc modum enarrat, ולא יהיה גם כן חייב על הבהמה אלא כשתהיה חרשת או שוטה או קטן אבל שור שהוא גדול ופקח אינו חייב עליו כלום לפי שיכול לומר לו איבעי ליה לעיוני ומיזל *Nec etiam reus erit jumenti nomine, niſi hoc fuerit ſurdum, rabidum, aut parvulum ſive novellum: at bovis nomine, qui juſtæ ſtaturæ & providus ſit, nihil ille debet; quia alter excipere poteſt, Incumbebat ipſi bovi ut proſpiceret & præteriret.*

(6) Denique ubi author filioli, filiolæ, ſervi ac ancillæ caſum excipit, & licet in puteum decidant, adeoque moriantur (de hujuſmodi enim caſu agitur, cum qui puteum aperuit à reatu eximit; id ſano ſenſu accipiendum: etenim qui cauſam præbuit, non omninò à reatu abſolvendus; ſed aliis legibus analogicè, atque ex ἀναλογίᾳ condemnandus, quibus homicidii pœna ſancitur. Verum interpretes contendunt, Miſnæ verba propriè & ſtrictè accipienda: adeo ut manifeſta injuſtitia contineatur. Leges Romanæ omnem lædendi occaſionem præcidunt & interdicunt: quemadmodum enim in hac conſtitutione interdicitur, ne quis vel negligentia, dum puteum non tegit, vel ſtridore foſſionis, dum hac ratione pecus conſternatur, damni occaſionem præbeat; alioquin multandum ac ſi damnum feciſſet: ſimiliter generali ſententia ff. Ad. l. Aqu. l. 30. § 3. hujuſmodi occaſioni occurritur; quandoquidem Paulus ſcriptum reliquit, *Qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur.*

§. 7. Cadere in puteum aliis pecoribus applicatur. In multis præterea cum feræ, tum aves bobus æquantur. Phraſeos Exod. 21. 33. ratio. Ann. (1) Ex. 19. 13. evolvitur. (2) Ex. 22. 9. extenditur. (3) Idem in Ex. 23. 5. fit. (4) In Deut. 25. 4. ſimiliter. Phraſis Talmudica difficillima & argumentandi modus exponitur. (5) כלאים. *De loco Lev. 19. 19. & Deut. 22. c. 10. com. (6) Deut. 5. 14. extenditur, ſi ſeq. conferantur. (7)* בהמה. *(8)* דבר הכתוב בהווה. *Ebr. & Roman. formulæ convenientes. De extendendo genere maſculino. In jure dicundo leges ad caſus ſimiles extendi, ex ff. probatur. Privilegia tamen non extendi ad alias perſonas.*

ז אחד שור ואחד כל בהמה לנפילת הבור ולהפרשת הר סיני ולתשלומי כפל ולהשבת אבדה לפריקה לחסימה לכלאים ולשבת וכן חיה ועוף כיוצא בהן אם כן למה נאמר שור או חמור אלא שדבר הכתוב בהווה :

7. Perinde ſe res habet, ſive bos, ſive aliud ſit pecus, quum in puteum cadit, item quod ad (1) ſegregationem à monte Sinai; & in (2) ſolvendo duplo; atque reſtitutione rei perditæ attollendis (3) oneribus; non (4) obturando ore bovis; promiſcuo (5) pecudum congreſſu; & denique (6) ſabbatho. ita etiam fera & (7) avis illis ſunt ſimiles. Si ita ſit, quare dicitur (*Ex. 21. 33.*) *bos aut aſinus*? Nonniſi quia Scriptura de (8) eo, quod utplurimum contingit, loquitur.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד שור ואחד כל בהמה לנפילת הבור *Perinde ſe res habet ſive bos, ſive aliud ſit pecus*, quum cadit in puteum, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22. 34. כסף ישיב לבעליו quod intel-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ in hac occurrunt Miſna, clara ſunt, niſi id quod dicit de heterogeneis, quo notat id quod dicitur Exod. 22. 10. לא תחרוש בשור ובחמור יחדיו dicit ergo quod ita

telligendum eſt de quacunque ſpecie cujus eſt poſſeſſor.

ולהפרשה הר סיני *Et quod ad ſegregationem a monte ſinai*, uti ſcriptum eſt Exod. 19. 13. אם בהמה אם איש לא יחיה Sed חיה comprehenditur ſub nomina בהמה, & vox אם additur ad includendum aves.

ולהשלומי כפל *Et in ſolvendo duplo*, uti ſcriptum eſt Exod. 22. 8. על כל דבר פשע id eſt, quod ad omnem rem in quam cadere poteſt פשע *prævaricatio*. ולהשבת אבדה *& reſtitione rei perditæ*, uti ſcriptum eſt Deut. 22. 3. לכל אבדת אחיך Pergit Miſna dicens, לפריקה *attollendis oneribus*, ut ſcrptum eſt, Exod. 22, 5. עזב תעזב עמו quamvis etiam dicatur Exod. 23, 5. חמור שונאך illud tamen intelligendum eſt de omni quadrupede, nam hoc concludimus ab aſino cujus mentio fit in præcepto de ſabbato Deut. 25, 4. Ubi bos conjungitur cum jumento. לחסימה *obturatio oris bovis*, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 14. לא תחסום שור בדישו & colligimus ſenſum hujus bovis de bove cujus mentio facta eſt in præcepto de Sabbato, ubi conjungitur cum jumento, ut ſupra. לכלאים *promiſcuo pecudum congreſſu*, cum diverſæ ſpecies conjunguntur, nam etſi Levit. 19. 19. dicatur בהמתך לא תרביע tamen quoque de animalibus & avibus accipiendus eſt textus, quia hic diſcimus vocem בהמה a ſimili voce בהמה quæ extat Deut. 25, 14. Similiter in caſu de miſcellis in arando, ducendo, ac trahendo, nam Exod. 22. 10, dicitur לא תחרוש בשור ובחמור יחדיו Et diſcimus ſenſum hujus bovis, e ſenſu bovis cujus mentio facta eſt in præcepto de ſabbato Deut. 5, 14. Ut eodem modo comparatum ſit cum duabus diverſis ſpeciebus beſtiarum, nimirum inter חיה ועוף *animalia & aves*. Sed reſpectu deciſionis juris, de Lege non tenetur, niſi quando quis duabus diverſis ſpeciebus araverit, vel eas duxerit quarum una munda, altera immunda eſt, ut bos & aſinus. Sapientes vero ſingulas duas ſpecies prohibuerunt ſive ambæ fuerint mundæ, ſive ambæ fuerint immundæ. ולשבת *& ſabbato*, ut ſcriptum eſt Deut. 5, 14 שורך וחמורך וכל בהמתך Nam חיה continetur ſub בהמה, & quod additur וכל *& omnem*, includit aves. אלא שדבר הכתוב בהווה *niſi quod ſcriptura loquitur de eo quod plurimum contingit*, ſenſus eſt, quod Scriptura loqui ſolet de ejuſmodi rebus quæ ut plurimum uſu veniunt, etiamſi alia non minus indigitentur.

ita comparatum eſt cum duobus diverſæ ſpeciei quadrupedibus, ut ſimul non poſſint arare, neque trahere. Et hoc eſt ex decreto Sapientum, ſed de Lege non eſt prohibitum arare, neque trahere, niſi ope quadrupedis mundi & immundi, ut bovis et aſini; vide capite octavo tractatus Cilaim.

(1) L'EMPEREUR. Perquam rationi leges convenienter, quod de bove & aſino dicitur, ad alia etiam animalia bruta extenditur: & hac occaſione qua de aſino & bove in puteum cadentibus dicta ulterius extenduntur; ad alia pergitur, in quibus cum bos & aſinus tum in genere pecora in exemplum quidem adducuntur; ſed aliæ ſimiliter beſtiæ ipſis æquantur. Itaque primò, interdictum Ex. 19 19 quamvis beſtiam concernere obſervatur. Deus leges populo ſuo laturus, ne montem in quo ſe exhiberet Moſi, tangeret quiſquam, interdicit: ideoque expreſſè mortis pœnam trangreſſori ſtatuens addit, *Sive pecus, ſive homo fuerit*: ubi in Hebræo, אם בהמה אם איש. Hic Judæi, interdictum extendentes, חיה בכלל בהמה אם לרבות את העופות, *Fera ſub pecore continetur; particula* אם *ſive inſervit auxeſi, ut comprehendantur aves.* Huc ſpectant autoris noſtri verba, *Sive bos, ſive aliud pecus, quoad ſegregationem a monte Sinai:* atque ad pecus aves reducendas arbitratur.

(2) Pariter legem Ex. 22. 9. de reſtitutione dupli, licet diſtincta bovis, aſini, & parvæ pecudis fiat mentio; generaliter accipientes, ad omnes beſtias extendunt. idque è primis commatis verbis concludunt. Sic Deut. 22. 1. bovis ac parvæ pecudis exempla in reſtituendis perditis extendunt: quia verſ. 3. ſequitur, *Ita facito omni rei amiſſæ fratris tui.*

(3) Noſter etiam legem Ex. 23. 5. quamvis aſinus inimici ſolummodo memoretur, de quovis jumento accipiendam ſubjungit.

(4) Atque in inſtituto pergens interdictum Deut. 25. 4. *Ne capiſtrato bovem triturantem*, generaliter intelligendum docet. Quo id fiat argumento, annotat Ob. de Bartenora, ילפינן שור שור משבת, *diſcimus per bovem, & bovem, è Sabbatho.* Formula admodum obſcura: ideoque quò eam explicem, libentius in medium profero. Rabbini quum à comparatis argumentantur, ſæpiſſimè ejuſdem vocis iterationem ſpectant: ut ſi eadem vox duobus locis occurrat, rei quæ uno loco adjungitur ea tribuant, quæ altero loco alteri rei iterata voce deſignatæ competunt. Ut exempli gratia in hoc negotio, *bos* Deut 25. 4. occurrit; eademque vox Deut. 5. 14. in quarto præcepto invenitur, ubi jumentum adjungitur: ideoque jumento tribuunt quod bovi, non qui dem eodem loco; ſed alio, puta Deut. 25. 4. competit. quaſi dicant, quandoquidem Deut. 5. bos & jumentum conjunguntur; idcirco quod alibi interdicitur ne capiſtretur bos, id quodvis jumentum concernere cenſetur. Itaque *diſcere per bovem e Sabbatho*, idem eſt ac diſcere ex iterata bovis voce, quæ in præcepto ſabbathi cum jumento conjungitur, atque alibi iteratur. Ad hunc modum ſimiles phraſes exponendæ.

(5) Sequitur in textu כלאים, *heterogenea*: de quibus Lev. 19. 19. *Jumentorum tuorum ne ſinito coire duo genera* &c. Sed interpretes Heterogeneorum conjunctionem aliam etiam ſpectant: nimirum quæ interdicitur Deut. 22. 10. *Ne arato bove & aſino ſimul.* Licet verò interdicto hoc nonniſi conjunctionem beſtiæ mundæ & immundæ in arando vetari aſſerant; ulterius tamen à Sapientibus ſuis ad majorem cautionem ita interdictum extendi tradunt, ut ſive mundæ ſive immundæ ſint beſtiæ, hujuſmodi conſortium illicitum habeatur.

(6) Quod de ſabbatho ſubjicitur, è Deut. 5. 14 lucem mutuatur: ubi cujuſvis jumenti uſus interdicitur, ne quis illis ſabbatho utatur.

(7) Denique feras reliquis æquiparant; quia ſub בהמה comprehendunt: aves etiam cæteris annumerant, quia notas quibus ſententia extenditur, aves reſpicere volunt, quò iſtæ unà intelligantur. ut quod de בהמה dicitur, ad aves & feras ſpectare in propoſitis caſibus cenſeatur.

(8) Quod autem in legibus ac interdictis ſæpiſſimè bovis & aſini mentio fiat, cauſam hujus rei exprimit Miſna; quia דבר הכתוב בהווה, *Scriptura loquitur de præſenti*: ubi הווה non tam *exiſtens* & *præſens* deſignat, ut alibi ſæpe; quam, ut Gloſſa explicat, דבר הרגיל להיות, *rem quæ conſuevit eſſe.* Senſus eſt, in ferendis legibus, eorum ſynecdochicè fieri mentionem, quæ utplurimum uſu veniunt; quamvis alia non minus indigitentur. Voces juris Romani huc quadrant, Titius, Sejus, &c. nam multi paſſim caſus in jure ſub illis nominibus exprimuntur, qui tamen ad quoſvis pari conditione præditos promiſcuè ſpectant. Atque ut bovis & aſini voces in lege Moſis extendendæ; ſic tit. de verborum ſignificatione, multa vocabula latius accipienda docetur; ut quum numero 195. legimus, *Pronuntiatio ſermonis in ſexu maſculino ad utrumque ſexum plerumque porrigitur:* aliaque plurima. Sed ne ſpecialibus dictis inhæreamus, generalem Juliani ſententiam habemus l. 12. ff. De legibus: qua ut in hac Miſna ſpeciales de quibuſdam pecoribus leges ad alias beſtias, etiam feras & aves dilatantur; ſic ubique ad ſimilia procedere jubemur: ubi & hujus rei cauſa ac ratio præmittitur. *Non poſſunt omnes articuli ſingulatim aut legibus, aut ſenatuſconſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita jus dicere debet.* Hujuſmodi extenſionis exemplum legitur in verbis Ulpiani D. De juriſdictione l. 7. §. 2. ubi cum eſſet ſancita mulcta in eos qui jam antea in albo &c. propoſita corrupiſſent, alius caſus additur ad quem edictum præcedens porrigitur. *Quod ſi dum proponitur, vel ante propoſitionem quis corruperit, edicti quidem verba ceſſabunt. Pomponius autem ait ſententiam edicti porrigendam eſſe ad hæc.* Verumtamen ſi quid ſingulari ratione certis tantum in perſonis contra rationem juris communis receptum ſit, hoc jus ad ſimilia produci leges vetant. ff. De legibus l. 14. & ſeq. *Quod verò contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias. 15. In his quæ contra rationem juris conſtituta ſunt,*

non

non poſſumus ſequi regulam juris. In aliis verò ſervanda lex præcedens 13. quæ cum Miſna noſtra optimè convenit. *Quoties lege aliquid unum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione, vel certè juriſdictione suppleri.*

Cap. 6. §. 1. *Pecus concluſa, uti oportet; vel contra. De pecude egreſſa, effracto pariete. Latro ſi educat. Ann.* (1) *Quid ſit* concludere uti oportet. (2) *De pecude parietem dejiciente.* דיר. (3) *Quo nomine hîc teneantur latrones.* (4) *Quid ſit, educere pecudem. Occaſio damni, ex utroque jure ad compenſationem obligat.*

פרק ו הכונס צאן לדיר ונעל בפניה כראוי ויצאה והזיקה פטור לא נעל בפניה כראוי ויצאה והזיקה חייב נפרצה בלילה או שפרצוה ליסטים ויצאה והזיקה פטור הוציאוה ליסטים ליסטים חייבים :

Cap. 6. Si ubi quis pecudem in caulam introduxit, eamque concluſit (1) uti convenit, ipſa egreſſa damnum intulerit; liber eſt: ſi cum eam non concluſit; ſit uti convenit, egreſſa damnum intulerit, tenetur. Si noctu ejus (2) paries effractus fuerit, aut eum (3) latrones effregerint; ita ut iſta egreſſa damnum intulerit; ille liber eſt. Si eam (4) eduxerint latrones, latrones tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

הכונס פטור *Si quis coegerit &c. liber eſt*, cum cuſtodivit pecudem, quid amplius illi faciendum fuiſſet? הוציאוה לסטים *Si eduxerint eam latrones*, etſi proprie non eduxerint eam, ſed ante pecudem conſtiterint donec exierit, tum perinde eſt ac ſi manibus eduxiſſent, idcirco tenentur.

(1) L'EMPEREUR. Quî pecus ſatis concluſa cenſeatur, in Gemara docetur: איזהו כראוי ואיזהו שלא כראוי דלת שיכולה לעמוד ברוח מצויה זהו כראוי שאינה יכול' לעמוד ברוח מצויה זהו שלא כראוי, *Quid hoc, Uti convenit? & quid etiam, Non uti convenit? Si ſit janua, quæ conſiſtere poſſit contra ventum ordinarium, tum uti convenit, concluditur; ſi janua, quæ ventum ordinarium ſuſtinere nequeat, tum non concluditur pecus ut oportet.*

(2) Quod de effractura additur, diverſi quid continet: nam prioribus verbis de janua egerat, quam ventus vel pecus aperuerat; jam verò ulterius quæritur, quid juris ſit, שחתרה הבהמה ונפלה הכותל, *quum effodiendo, pecus dejicit parietem*: vel ſimili ratione paries effractus noctu fuit. Hic etiam excuſatur qui eam concluſerat; niſi paries ruinoſus fuerit. Portò ſic Miſnæ verba accipienda eſſe, quemadmodum explicamus, docent Maimonidæ verba Cod. de dampec. c. 4. §. 1. ubi ad דיר, *caulam* ſubintelligit מחיצה in Miſna noſtra. Ideo inquit, היתה מחיצה בריאה ונפרצה בלילה או שפרצוה ליסטי', *ſi maceria ſive paries firmus fuerit, & effringatur noctu, aut cum effringant latrones.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ונעל בפניה כראוי *Et eam occluſit ut convenit*, ſi quis, eo in loco ubi pecudem coegit, poſuerit januam quæ non ſolet cadere vento ſpirante ordinario. או שפרצוה ליסטים *aut ſi effregerint eam latrones*, non vult dicere, ſi eduxerint manibus beſtias; ſed hoc clarum eſt.

(3) In תוספות, *Additionibus*, additur ratio, quare hæc verba, *aut eum latrones effregerunt*, ſubjiciantur: אצטריך לאשמועינן דאפילו הלסטי' פטורין כשלא הוציאוה, *neceſſe erat hoc proponere; quia etiam latrones abſolvuntur, quum pecudem non eduxerunt.* tenentur quidem alio nomine ubi caulam effringunt; ſed ob pecudem quæ egreſſa damnum dederit nihil debere hîc ſtatuuntur, donec eduxerint armenta.

(4) *Educere* autem quid hoc loco ſignificet, docetur his Gemaræ verbis, קמו לה בפניה, *ſtant ipſi in conſpectu ejus.* Senſus eſt, non eſſe dubium, latrones ſi pecudes eduxerint, de damno per eas dato teneri; ſed etiam ejuſdem criminis reos eſſe, ſi ita coram pecude ſteterint, ut ab ullo latere evadere nequeat, ideoque ſe proripiat è caula, poſteaque damnum inferat. Romanæ leges convenienter huic Miſnæ, occaſionem damni reatum afferre cenſent: nam ut hic condemnatur, cujus negligentia vel facto occaſio præbetur, qua pecus damnum infert; ſimiliter ſub finem ſect. 6. cap. 5. hanc ſententiam ex jure Rom. percepimus, *Qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur.*

§. 2. *Pecus ſoli expoſita, aut ineptis commendata. Paſtor tenetur. Emolumentum perceptum compenſatur; vel damnum totum. Ejus æſtimatio. Annot.* (1) *Non ſufficit, concludere pecudem.* (2) *Regula communis in paſtore deficiens.* (3) *Modus prior quo pecus in alterius horto deprehenditur.* (4) *Modus alter. Iſque majoris momenti.* (5) *Damni æſtimandi via aperitur.* (6) *Maturæ fruges hîc variant. Miſna ex jure Rom. confirmata.*

ב הניחה בחמה או שמסרה לחרש שוטה וקטן ויצאה והזיקה חייב מסרה לרועה נכנס רועה תחתיו נפלה לגינה ונהנית משלם מה שנהנית ירדה כדרכה והזיקה משלם מה שהזיקה כיצד משלם מה שהזיקה שמין בית סאה באותה שדה כמה היתה יפה וכמה היא יפה רבי שמעון אומר אכלה פירות גמורים משלם פירות גמורים אם סאה סאה אם סאתים סאתים :

2. Si cum eam in ſole (1) collocavit, aut ſurdo, ſtulto, pupillo commendavit, egreſſa damnum fecerit; tenebitur: ſi tradiderit paſtori, paſtor (2) ipſius loco ſuccedet. Si in hortum delapſa (3) emolumentum perceperit, ſatisfaciendum erit pro emolumento percepto: ſi aliquò deſcendens (4) more ſuo damnum intulerit, reddetur quantum damni intulerit. Quomodo redditur quantum damni intulit? Æſtimant fundum una ſea conſitum, (5) quanti in iſto agro valuerit, & quanti jam valeat. D. Simeon inquit, Si comederit fructus maturos, (6) reddentur fructus maturi; ſea pro ſea, aut duæ ſeæ pro duabus.

R. OB. DE BARTENORA.

הניחה בחמה *Si eam in ſole collocavit*, ſol plerumque nocet pecudi, ita ut erumpere conentur, & ordinaria clauſura non ſufficiat ad eam continendam. נכנס רועה תחתיו *paſtor*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent paſtores ſecum habere pueros ſuos quibus ovium greges committunt, ut eos paſcant, dicit autem Miſna quod paſtor primarius, quando greges tradiderit aliis paſto- ri-

paſtor ſuccedet ejus loco, & non dicimus in hoc caſu, quod cuſtos qui cuſtodi tradiderit, tenetur, quia paſtor primarius ſolet gregem tradere minori paſtori, propterea paſtor minor tenetur.

נלפה לגינה *Si ceciderit in hortum*, nempe, ſi vacillaverit & nolens inciderit, at ſi e ſociis ipſam impulerit nonnemo, atque hoc modo lapſum effecerit, tum poſſeſſor illius quæ lapſum effecit, reſarciet damnum, quia in culpa eſt quod ſingulam pecudem non ſeorſim tranſire ſivit. מה שנהנית *quod commodum percepit*, juxta commodum quod pecus percepit, ſolvet poſſeſſor ejus, non juxta damnum quod fecit.

שמין בית כאה באותה שדה *Æſtimant fundum uno ſato conſitum*, non ſolum areolam æſtimant, quia lædens perdat, quando æſtimant eam omni valore ſuo. Cæterum Lex Exod. 22, 5. dicit ובער בשדה אחר Hinc concludimus quod damnum æſtimare debemus juxta alium agrum. Sed fundum unius ſati in illo agro æſtimant quantum valebat antequam comediſſet pecus de illa areola, & quantum jam valet; Nunc autem non ſolvet totum ejus pretium; nam ſi quis ſati ſpatium proventu conſitum emat, non plus ſolvet pro damno areolæ unius niſi tantillum quid.

רבי שמעון אומר אכלה פירות גמורים *R. Schimeon dicit, ſi comederit fructus maturos*, quum jam ad eam quæ requiritur maturitatem pervenerunt, ſolvet totum eorum damnum; cum autem nondum maturuerint, æſtimant fructus juxta alium agrum; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon.

ribus, tum ejuſmodi paſtor ſuccedit ejus loco, Idcirco, ſi damnum intulerit gregi, tenetur damno paſtor ſecundus, qui ſubjectus eſt paſtori primario; & non dicimus in hoc caſu, quod cuſtos qui alii cuſtodi tradiderit curam gregis, tenetur, quia hic mos obtinet apud paſtores. Et quod dicitur נפלה *inciderit* intelligendum eſt quando impegerit pecus ad petram, aut lignum, & ita inciderit in hortum. Cæterum ſi ovis ovem impulerit ut ceciderit, & nocuerit, poſſeſſor ſolvet damnum quod ovis fecit, quia damni auctor fuit, quoniam effecit ut omnes oves ſimul tranſirent quandoquidem altera alteram impellere ſolet. Jus autem illius quod dicitur משלם מה שנהנית *ſolvet quantum emolumenti perceperit*, jam expoſuimus capite ſecundo. Modus vero æſtimationis in damno ſe habet hoc ſenſu, neceſſe eſt ut nobis prius conſtet de quantitate agrorum, & deinde conſideremus quantum valet ſemen oleris in ſpatio agri ſexaginta cubitorum ſeminatum, aut ſemen illorum fructuum; & poſtquam valorem agri invenerimus, quantum ſemen ſexaginta cubitorum hujus agri valet, dicemus. Et hoc valore noto, deinceps dicemus, quantum valet hæc campi pars quæ continet ſexaginta cubitos ſeminis, cum iſte plantarum qui comedit cubitus, intraverit ſpatium ſexaginta cubitorum, & ſic cognoverimus quid interſit inter utrumque valorem, & hoc ſolvet lædens. Similiter, quamcunque quantitatem quam comederit, æſtimabit in ſexaginta cubitorum ſpatio, & hoc eſt quod dicit באותה שדה *in illo campo*, nimirum, ſi unius Sati quantitatem comederit, æſtimabitur in ſexaginta Satis illius campi & hoc innuitur eo quod dicitur Exod 22, 5. ובער בשדה אחר Hinc traditione tenemus, quod Textus docet licitum eſſe ſuper alio campo æſtimare. Et hoc jus efficit medium aliquod inter læſum & lædentem, nam ſi æſtimaverimus hunc cubitum plantarum quas comedit, multum pecuniæ debuiſſet ſolvere. Similiter, ſi dixerimus quantum valet iſte campus qui tot Sata ſeminis continet, & deinceps dixerimus quantum valeret ſi comediſſemus de eo unum ſeminis cubitum, fiet ut inter utrumque valorem ſit exiguum pretium, quia apud emtorem non obtinet menſura unius cubiti inter mille, ubi eſt illius quantitas inter ſexaginta. Enumerarunt autem inter ſexaginta, quemadmodum plurimæ quantitates inter nos ſunt in ſexaginta, quemadmodum explicabimus in tractatu Chulin. R. Schimeon dicit, hoc ita eſſe quia ager requirit perfectam maturitatem, & hoc eſt quod æſtimavimus agros. Sed fructuum perfectorum jus eſt perinde ac ſi e campo evulſi fuiſſent, & eos tantum in ea æſtimant quantitate quam comedit, deciſio eſt juxta R. Schimeon.

(1) L'EMPEREUR. Ardoris impatiens pecus nonnunquam erumpit & aliis nocet: quod ubi fit, licet caulam clauſerit paſtor; nihilominus teneri eum arbitratur Gloſſator, qui Miſnam extendit.

(2) Primarius paſtor, quia plerumque inferioribus pecoris curam committere ſolet, abſolvitur; atque idcirco de damno inferiorem paſtorem teneri ſtatuunt. Et licet cuſtos cuſtodi rem commendans teneatur; hic Secus ſe res habet: דאורחיה דרועה למימסר לברזיליה, *quia conſuetudo paſtoris eſt, ut tradat gregem diſcipulo ſuo*, id eſt, vicario paſtori qui ſuo imperio paret.

(3) Duobus autem modis fieri contingit, ut pecus in alterius horto fructus edat: vel enim נפלה, *illabitur*, quod in hunc modum S. Jarchi enarrat, נפלה לגינה באונס מגג בעלה הסמוך לגנת חבירו או שהיתה רשות הרבים גבוה מן הגינה ונפלה, *incidit in hortum per vim e tecto domus ſuæ quod contignum eſt horto proximi ejus; aut é loco publico qui altior ſit ipſo horto delabitur.* Maimonides verò hoc pacto enarrat, ענין הנפילה היא כגון שכשלה באבן או עץ ונפלה, *quod ad lapſum attinet, ita ſe habet, ut cum in lapidem aut lignum impingens procidit.* Si ea occaſione fructus decerpat, quicquid emolumenti ex illa depaſtione percipit, tantundem proprietarius rependere tenetur.

(4) Alter modus eſt, quum in hortum ירדה כדרכה, *deſcendit more ſuo*, id eſt, quum non coacta in conſitum locum progreditur; quemadmodum aliàs ſua ſponte incedere ſolet. Tum major mulcta manet: quia vis nulla vel caſus fortuitus obtendi poteſt. Itaque non percepti emolumenti; ſed dati damni quantitas ſpectabitur, ut totum damnum reſtituatur: quo pacto plus rependetur, quam ſi utilitas quam pecus percepit ſolummodo in compenſatione examinaretur. Etenim pecus ſemper fere alienum agrum vel conſitum hortum depaſcens, plus damni infert, quam utilitatis inde percipit; multa pedibus atterit, dentibus arrodit, corpore evertit, aliave ratione corrumpit; cum pauciora ore decerpens in alimentum convertat. Verum ratio ac modus expendendus, quo damnum æſtimatur.

(5) Si comederit (exempli gratia) areolæ unius legumina, rationem ineunt, quanti hortus ſexaginta areolarum (ſemper enim hac in re hanc multiplicationem ſervant) æſtimaretur: deinde quanti poſt depaſtam ſexageſimam partem valeat: differentiæ autem ſummam, mulctæ loco pecudis poſſeſſori imponunt. Qua ratione ipſi reo ſe conſulere teſtantur: quandoquidem ſi areola per ſe æſtimaretur, pluris fieret quam eſt differentia commemorata: quum totum agrum emens, tanti ſexageſimam partem in toto agro ſimul ſumto non faciat; quam quidem ille, cui illam ſolam portionem emere animus eſſet. Itaque partem ſeorſim non conſiderant; ſed quicunque fructus comeſtus ſit, quantum depaſtum eſt per ſexaginta multiplicantes, dictam rationem obſervant. De qua re diſtinctè Maimonides Cod. Nizke Mammon c. 4. §. 13. 14.

(6) Et hæc quidem in fructibus & ſegetibus nondum maturitatem adeptis: at in maturis ſecus ſe rem habere D. Simeon exiſtimavit; cujus ſententia obtinet. Nam cum maturæ fruges ipſo agro amplius non egeant, per ſe ac ſi jam meſſæ aut decerptæ eſſent, conſiderantur: ideoque eadem ratio, quæ in demeſſis frugibus, hic etiam obſervanda videtur. Quoniam hac Miſna depaſtio agrorum vel hortorum interdicitur, jure cum ea conferri poteſt C. De lege Aqu. l. ult. *De his quæ per injuriam depaſta contendis, ex ſententia legis Aquiliæ agere minime prohiberis.*

§. 3. *Metam colligens in agro alterius. Ann: (1) Ritus antiquus colligendi metam. (2) Damnum inde ortum. (3) Cuſtos poſt datam ingrediendi veniam, obligatur. Caſus Miſnæ cum leg. Rom. collatus.*

ג המגדיש בתוך שדה חבירו שלא ברשות ואכלתן

3. Quum ſine venia metam quis colligit

(1) in

ואכלתן בהמתו של בעל השדה פטור ואם הוזק בהן בעל הגדיש חייב ואם הגדיש ברשות בעל השדה חייב :

(1) in agro proximi ſui, quam comedat pecus domini ipſius agri; hic liber eſt: ſi per illam lædatur (2), metæ dominus tenetur: quod ſi impetrata venia metam colligat (3), agri dominus tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם הגדיש ברשות בעל השדה חייב *ſi vero impetrata venia metam colligat, agri poſſeſſor tenetur*, in Gemara exponitur quod hic ſermo eſt de valle, ſolent enim plures metas ſuas conficere in una area, & deinde eas committere cuſtodi. Et, ſi cuſtos dixerit, *intra & metam facito*, ſe res habet perinde ac ſi dixiſſet, ito in vallem & ego cuſtodiam. Sed de aliis hominibus, etſi cum venia metam fecerint, non tenetur agri poſſeſſor, niſi donec in ſe ſuſceperit cuſtodiam ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si agri cuſtos dixerit in valle alicui ut metam conficiat in agro, & illi dederit libertatem, perinde ſe res habet ac ſi cuſtodiam ejus in ſe ſuſceperit, propterea tenetur cuſtos, etſi non dixerit, *ego cuſtodiam*. Cæterum paterfamilias non tenetur quicquam ſolvere, niſi donec in ſe ſuſceperit cuſtodiam.

(1) L'EMPEREUR. Quò hæc plenius percipiantur, attendendum eſt, moris olim fuiſſe inter Iſraëlitas, ut cum plurium ſegetes in valle quadam creſcerent, ſinguli areas non haberent, quò ſegetes ſuas in metas colligerent: itaque in unius alicujus aream conveniebant, delecto ſæpius communi cuſtode, qui metas ab injuria beſtiarum defenderet & cuſtodiret. Ubi ergo ſegetum meta ibi conficeretur ſine expreſſa proprietarii venia, hic de damno non tenebatur.

(2) Sed contra, ſi proprietarii pecus vel gallinæ &c. inde læderentur, alter cujus eſſent ſegetes ad reſtitutionem obligabatur: puta ſi forte meta everſa gallinam oppreſſiſſet, aliove modo nocuiſſet.

(3) Verum quia ultima pars de proprietario accepta cum Miſna 3. cap. 5. pugnare cenſetur, ubi ne quidem conceſſa venia, areæ dominus damnum rependere dicitur, antequam in ſe cautionem receperit; ideo Gemara ultimo ſaltem hujus Miſnæ membro de communi illo cuſtode verba fieri cenſet. Hæc enim in explicatione: הכא בנטר כי דרי עסקינן דכיון דאמר ליה עייל ועייל וגדיש עייל ואנטר לך הוא, *Hic de cuſtode arearum agimus, quod poſteaquam dixit alteri, Ingredere & metam confice, idem ſit ac ſi dixiſſet, Ingredere, & tibi cuſtos ero.* Quum veniam dat cuſtos, idem eſſe cenſetur, ac ſi cautionem in ſe reciperet: ideoque quemadmodum proprietarius cautione recepta tenetur; pariter & cuſtos conceſſâ veniâ: ſiquidem hîc venia data pro recepta cautione reputatur. Quia de eo agitur quod in alterius poſſeſſione damnum patitur, conferatur D. De præſcriptis verbis l. 14. §. 3. *Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit non ſibi occurrere legitimam actionem, qua experiri poſſim. nam neque ex lege duodecim tabularum de paſtu pecoris, quia non in tuo paſcitur: neque de pauperie, neque damni injuriæ agi poſſe. in factum itaque erit agendum.*

§. 4. *Incendiarii aliorum operâ utentes. Ventus ſi ignem ſuſcitet. Incendiarius ad compenſationem tenetur. Quid, ſi incendium longius ſerpat. Ann. (1) Quinam judicio tantum cœleſti teneantur. Legis reſtrictio. Diverſa Maimonidæ lectio in antiquiſſimo codice Nob. L. G. à Reneſſe.* (2) פקח, *quis. Videre voces.* (3) *Poſtrema cauſa, de incendio tenetur.* (4. *Ex. 22. 6. explicatur.* ניר, *ad incendium alia multa revocantur. Quid, ſi quis hominem adurat.* (5) *Incendiarius cur abſolvatur. Viæ publicæ latitudo. De incendii mulcta ac pœna graviſſima è leg. Rom.*

ד השולח את הבערה ביד חרש שוטה וקטן פטור בדיני אדם וחייב בדיני שמים שלח ביד פקח הפקח חייב אחד הביא את האור ואחד הביא את העצים המביא את העצים חייב אחד הביא את העצים ואחד הביא את האור המביא את האור חייב בא אחר וליבה המלבה חייב ליבתה הרוח כולן פטורין השולח את הבערה ואכלה עצים או אבנים או עפר חייב שנאמר כי תצא אש ומצאה קוצים ונאכל גדיש או הקמה או השדה שלם ישלם המבעיר את הבערה עברה גדר שהוא גבוה ארבע אמות או דרך הרבים או נהר פטור :

4. Qui incendium immittit per miniſterium ſurdi, ſtulti, aut pupilli, humano judicio non tenetur; (1) at tenetur judicio cœleſti: ſi immittit (2) periti ſive providi alicujus operâ, providus tenetur. Si unus ferat ignem, deinde alter ligna; (3) ferens ligna tenetur: ſi unus ligna, alter deinde ignem ferat; ignem geſtans tenetur: ſi poſtea accedens alius ignem ſuſcitet, hic tenetur: ſi ventus ignem ſuſcitet, illi omnes liberi ſunt. Qui ita immittit incendium ut abſumat ligna, aut lapides, aut (4) pulverem; tenetur; quia legitur. (*Ex.* 22. 6) *Quum egreſſus ignis invenit ſpinas, abſumiturque meta, aut ipſa ſeges, aut ager; omnino rependito is qui fecit ut incendium ſit.* Si incendium tranſiliat ſepem (5) quatuor cubitis altam, aut viam publicam, aut flumen; ille liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בא אחר וליבה המלבה חייב *ſi poſteà acceſſerit alius; & ignem ſuſcitaverit, hic tenetur*, ſi ignem inflaverit & incendium excitaverit inſtar שלהבת אש *flammæ ignis.* Nonnulla exemplaria habent נבה ex eo quod dicitur Jeſ. 57. 19. ניב שפתים *proventus labiorum*, quando homo movet labia ſua, aëre exterius intrante. או עפר *aut pulvis*, quia igne novale ejus lambitur, & corrumpitur. או דרך הרבים *aut via pu-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Schimeon dicit הכל לפי הדליקה *omnia pro ratione incendii*, vult, quando conſpexerimus menſuram ſpatii combuſti, & conſideraverimus quanta ſit extremitas ad quam incendium pertingere poterit; dicimus ergo exempli gratia, quod ſi fieri poſſit ut pro maxima parte ardeat ab illo incendio uſque ad diſtantiam viginti cubitorum, ſolvere debet quicquid in illis viginti combuſtum fuerit, ſi extra

publica, ſedecim continens cubitos, ut vexilla Iſraëlitarum in deſerto.

רבי שמעון אומר הכל לפי הדליקה R. *Schimeon dicit, omnia pro ratione incendii*, pro ratione altitudinis ignis. ejusdemque magnitudinis, ſolet enim ignis ſe latius diffundere cum accreſcit, deciſio eſt juxta R. Schimeon.

ditionem ejus combuſtum fuerit. Sed ſi incendium accreverit in majori diſtantia citra viginti cubitos, liber eſt, quia eſt extra notam quantitatem, perinde ac ſi tranſierit rivum, aut parietem quatuor cubitos altum; deciſio juris eſt juxta R. Schimeon.

(1) L'EMPEREUR. Folio 55. p. 2 hujus Cod. in Gemara, alii inſuper quatuor judicio tantum cœleſti teneri ſtatuuntur. ארבעה דברים העושה אותן פטור מדיני אדם וחייב בדיני שמים ואילו הן הפורץ גדר בפני בהמת חבירו והכופף קמתו של חבירו בפני הדליקה והשוכר עידי שקר להעיד והיודע עדות לחבירו ואינו מעיד לו, *Horum quatuor aliquid patrans, humano judicio non tenetur; & tenetur judicio cœleſti. iſti ſunt: qui effringit ſepem in conſpectu pecoris proximi ſui*, puta ut ita pecus aufugere contingat; *qui incurvat metam proximi ſui apud incendium*, nimirum ſi comburatur; *qui mercede conducit teſtes falſos ad teſtandum*, ſcilicet pro alio, nam qui ſibi conducit, humano judicio tenetur; *qui ſolus denique teſtimonium novit pro proximo ſuo, nec ipſi tamen teſtimonium perhibet.* Hic autem præcedentibus adjungitur qui incendium innocentium opera facit: cujuſmodi ſurdus, ſtultus, pupillus. Itaque præcedentia Rabbi Joſuæ (ipſi enim accepta feruntur) verba eo modo intelligenda non ſunt, quaſi illa tantum quatuor peccatorum genera à ſolo Deo punirentur. Cæterum legem hanc reſtringit Maim. Cod. de dam. pecun. c. 14. §. 5. במה דברים אמורים שמסר להן גחלת וליבתה שדרך הגחלת להכבות מאליה קודם שתצור והדליק אבל אם מסר להן שלהבת חייב שהרי מעשיו גרמו, *De quo caſu hæc dicuntur? Quum tradidit ipſis carbonem, qui candeſcit: quia hæc eſt carbonis indoles, ut ſponte extinguatur priuſquam progreſſus incendium faciat. Verum ſi ipſis flammam tradat; tenetur: quandoquidem ejus opera in cauſa ſunt.* Illud, *qui candeſcit*, non legitur in viri nobiliſſimi ac doctiſſimi Ludovici Gerardi à Renesse antiquiſſimo exemplari, Maimonidæ coævo: neque admodum requiri videtur; utpote quum legis verba id ſatis contineant.

(2) פקח aliquoties in Tal. conſtitutionibus opponitur ſurdo, fatuo, & pupillo; quanquam propriè ſit videns: ſed ut providus à videndo dictus etiam aptam mentis conſtitutionem reſpicit, ſic פקח ſtulto ac fatuo & puero imperito opponitur: & ſicuti videre voces Exodi 20. 18. pro audire; eadem ratione פקח, *videns*, auditu præditum comprehendit. Unde Eſ. 42. 20. פקח אזנים, *aperire aures*, de iis qui corporeis auribus audiunt; licet alioquin ſurdos ſe in ſpiritualibus præbeant. Ergo Miſna noſtra פקח eſt qui audit, ſapit, & adolevit.

(3) Cum plures cauſæ ad incendium quandoque concurrant, poſtrema reatum inducit; ſi huic conſtitutioni adhæreamus. Ut cum lignum prius affertur, poſtea vero ignis, vel prius ignis, poſtea lignum; vel denique poſt allatum lignum & ignem, hic ab alio ſuſcitatur: illic ignem ferens; illic lignum geſtans; hic denique ignem ſuſcitans condemnatur. Ideoque ſi ventus ignem ſuſcitet, priores abſolvuntur. Hæc eſt autoris mens: quapropter in textu particulas *deinde* & *poſtea* inſerui; cum alioquin ſententia ſibi non conſtaret.

(4) Quod de lapidibus & pulvere ſancitur, è cap. 22. Exod. verſ. 6. colligunt, quo modo, vel è qua voce, explicatur in Gemara, שדה למה לי לאתויי לחכת נירו וסכסך אבניו *Quare mihi ager nominatur? ad includendum quum lambitur ejus novale, & lapides aduruntur.* Deus ſpinarum, metæ, & ſegetis diſtinctam mentionem faciens, tandem agrum etiam commemorat: quia is non ſolum reus peragitur, qui priora incendit; ſed etiam qui ignem excitat, quo lambente ipſe ager licet ſegetibus vacuus (quem vocant ניר, id eſt, teſte Gloſſatore, חרישה שלא נזרע, vervactum nondum conſitum) leviter uſtulatur ac corrumpitur: cui hac in parte lapides exæquant; quos etiam ab igne tutos eſſe volunt. Ulterius obſerva è Maimonida de damnis pecuniariis c. 14. ſect. ultima, quod de igne depaſcente ſtatuitur, ad ſimilia extendendum eſſe, כל תולדות האש הרי הן כאש כיצד הניח אבן או סכין או משא בראש גגו ונפלו ברוח מצויה והזיקו חייב לשלם נזק שלם שכל אלו וכיוצא בהן תולדות הבערה הן, *Omnes ignis propagines ita ſe habent ut ignis. Quomodò? Si quis lapidem, aut cultrum, aut ſarcinam in ſummo ſuo tecto reliquerit, eaque ordinario vento decidentia damnum dederint; totum damnum rependere tenetur: quia iſta omnia ac ſimilia, incendii conſequentia ſunt.* ſive, horum jura ex eo definiuntur, quod lex Moſis de igne conſtituit. Similiter in objecto non tantum ager quæque in eo ſunt ſunt ſegetes; ſed etiam homo ſpectandus. unde Maimon. ibidem ſect. 15. אש שעברה והזיקה את האדם ושבלתה בו הרי המבעיר חייב בנזקיו ובשבתו וריפויו ובצערו ובבשתו כאילו הזיקו בידו, *ſi ignis urat & lædat hominem, eumque vitiet; ecce incendens tenetur damni, & de ceſſatione illius, curatione, dolore, & ignominia; ac ſi eum ſua manu læſiſſet.*

(5) Tandem ſpatium definitur, ultra quod ſi ignis ſerpat aut exiliat, author non teneatur: nam certi limites ſtatuendi, ne innocens pro nocente mulctetur. Et hac quidem Miſna, quia rarò communis ignis ultra quatuor cubitos aſcendens alienum agrum petere ſolet, aut viam publicam quæ lata eſſe conſuevit, vel flumen ita tranſilire, ut in alieno obvia comburat; ideo qui hoc eventu ignem accendit, abſolvitur. ſed ea de re plenius Miſna ſequenti: tantum de via publica hoc addam, eam in Gem. definiri, שש עשרה אמות, *ſedecim cubitis*; de flumine verò diſcrepantem eſſe ſententiam: hic flumen ipſum deſignari exiſtimat; alius autem, אריתא דדלאי: *rivum irrigationis*, ſive è quo agros irrigant. Sed conciliatio ſequitur: מאן דאמר נהר כמש אף על גב דליכא מיא ומאן דאמר אריתא דדלאי אי אית ביה מיא אין אבל לית ביה מיא לא, *ſecundum eum qui intelligit juſtum flumen*, abſolvitur reus, *licet nulla ſit aqua: ſecundum eum qui rivum irrigationis intelligit, ſi in eo aqua ſit, ita*, id eſt, abſolvitur; *ſed ſi in eo non ſit aqua, ſecus.* Digeſt. li. 47. t. 9. l. 9. incendia etiam prohibentur. *Qui ædes, acervumve frumenti juxta domum poſitum combuſſerit, vinctus verberatus igni necari jubetur: ſi modò ſciens prudenſque id commiſerit. Si vero caſu, id eſt negligentia: aut noxam ſarcire jubetur; aut ſi minus idoneus ſit, levius caſtigatur. Appellatione autem ædium omnes ſpecies ædificii continentur.*

§. 5. *Quouſque incendium ſerpat ſine culpa. Diverſæ ſententiæ de compenſandis iis quæ in meta conflagrant. De ſervo & hœdo combuſto caſus diverſi. De iis quæ ædibus conflagrantibus continentur.* Ann. (1) תעבור הדליקה, *quid.* (2) *Spatium atrii ſacri. Ager vel locus Cori, item duarum Searum. Ubi tutò ignis accendatur.* (3) *De eo ſententia alia.* (4) *Verum, incendii ratio ac modus conſiderandus eſt. Judæorum ſententia ex ff.* Ad l. Aqu. *confirmata. Aliquando ventus excuſat incendiarium.* (5) *Diſtinctè expenduntur quæ metâ dum conflagrat comprehenduntur.* (6) *Quomodo accipiendum, conflagrante ſervo, abſolvi incendiarium. Regula juris*, קם ליה בדרבה מיניה.

ה המדליק בתוך שלו עד כמה תעבור הדליקה רבי אלעזר בן עזריה אומר רואין אותה כאלו היא באמצע בית כור רבי אליעזר אומר שש עשרה אמות כדרך רשות הרבים רבי עקיבא אומר נ אמה

5. Si quis ignem accendat in fundo ſuo, quouſque hoc incendium (1) pertingere cenſetur? D. Eleazarus filius Azariæ inquit, Ita incendium conſiderant, ac ſi eſſet (2) in medio fundo cori menſura conſito; D. Eliezer 16 cubitos aſſignat, (3) pro ſpacio loci publici; D. Akiba 50 cubitos requirit; D. Simeon inquit, Omnino qui

אמה רבי שמעון אומר שלם ישלם המבעיר את
הבערה הכל לפי הדליקה המדליק את הגדיש והיו
בו כלים ודלקו רבי יהודה אומר ישלם מה שבתוכו
וחכמים אומרים אינו משלם אלא גדיש של חטין או
של שעורים היה גדי כפות לו ועבד סמוך לו
ונשרף עמו חייב עבד כפות לו וגדי סמוך לו
ונשרף עמו פטור ומודים חכמים לרבי יהודה
במדליק את הבירה שהוא משלם כל מה שבתוכה
שכן דרך בני אדם להניח בבתים :

qui facit ut incendium ſit, omnia rependet (4) pro incendii ratione. Ubi quis metam frumenti incendit, in qua ſint inſtrumenta quæ unà conflagrant, D. Judas exigit ut compenſet quod in ea continebatur; at Sapientes ſtatuunt, ut nihil compenſet, (5) quam tricici aut hordei metam. Si hœdus illi alligatus ſit, cui ſervus aſtet qui unà cum eo comburatur; (6) author tenetur: ſi ſervus illi metæ alligatus ſit; cui aſtet hœdus qui cum eo comburatur; author liber eſt. Porro Sapientes D. Judæ aſſentiuntur, quod incendentem ædes concernit; hunc compenſare quicquid iis continebatur: quia ita homines in ædibus ſua deponere conſueverint.

R. OB. DE BARTENORA.

המדליק את הגדיש *Si quis metam accenderit*, ſupple, ſi in ſuo fundo accenderit frumenti, & flamma ſe diffuderit in fundum proximi; R. Jehuda dicit, quod ſolvet quicquid in fundo proximi continetur, nam R. Jehuda ipſum teneri putat damnis illius quod in igne abſconſum eſt, quia non cura: explicationem vocis או הקמה *aut ſeges*, nimirum, quod quemadmodum Seges aperta eſt, ſic etiam ſe habere quicqud apertum eſt.

וחכמים אומרים אינו משלם של חטים או גדיש של שעורים *At Sapientes dicunt, Solvet tantum tritici aut hordei metam*, quia rationem habet illius quod dicitur in Lege או הקמה *aut ſeges*, & lædentem liberant a retributione damni de eo quod latet in igne, ſed æſtimant locum inſtrumenta continentem, perinde ac ſi fuiſſet meta frumenti, & quod is qui damnum intulerit ſolvet metam frumenti de quantitate ſubſtantiæ vaſorum. Et quod Miſna in fine dicit, *& concedunt Sapientes R. Jehudæ, quod is qui ædes incenderit, ſolvere debet pretium illius quod in iis continetur*, explicatur in Gemara, quod Sapientes & R. diſſentiunt in eo ſi quis incenderit in fundo proximi, nam R. Jehuda putat quod, ſi incenderit metam frumenti in fundo proximi ſui, ſolvere debet quicquid in eo continetur, etiamſi fuerit marſupium. Sapientes vero putant, quod inſtrumenta quæ in meta frumenti reſervari ſolent, qualia ſunt tribula, & cætera inſtrumenta jumenti, ſolvere tenetur, ſed non inſtrumenta quæ in meta frumenti non ſolent reſervari; deciſio eſt juxta Sapientes. היה גדי כפות לו חייב *Si hœdus illi alligatus ſit, tenetur*, quia animalia quoque comprehenduntur ſub eo quod dicitur או הקמה *aut meſſis*, & non liberatur, quoniam major pœna illi ſufficit, quandoquidem non tenetur morte propter ſervum, nam cum non erat ipſi alligatus, aufugere potuiſſet, adeoque liber a morte & a ſolutione propter ſervum. Cæterum ſi ſervus ipſi alligatus fuiſſet, liber eſt propter hoedum & frumenti metam, quia morte tenetur propter ſervum, & major ipſi ſufficit pœna. Verum inter hœdum alligatum & non alligatum nulla eſt differentia, quia autem de ſervo alligato locutus eſt, ideo quoque de hœdo alligato locutus eſt. במדליק את הבירה *quod incendentem ædes concernit*, quod attinet eum qui in fundo proximi incenderit, cum eo comparatum eſt perinde ac ſi manibus ſuis perdiderit rem alienam, quia homines inſtrumenta ſua domi condere ſolent. Sed in meta frumenti, ubi non condere ſolent inſtrumenta ſua præterquam tribulam & jumenti inſtrumenta, non ſolvet, juxta ſententiam Sapientum, niſi ejuſmodi res quæ in meta frumenti ſolent condi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המדליק *qui incenderit*, in ſuo fundo, & flamma diffuderit ſe in fundum proximi, in hoc caſu Sapientes dicunt quod metam frumenti tantum ſolvet, & non inſtrumenta. Sed æſtimant locum illorum inſtrumentorum, perinde ac ſi acervo plenus eſſet. Verum ſi acervum proximi ſui incenderit, ſolvet inſtrumenta quæ in eo continentur, ſed tantum ea quæ in acervo ponere ſolent, ut aratrum & ventilabrum; ſed quod ad alia inſtrumenta nihil debet præter ſubſtantiam eorum de iſto acervo, uti diximus. Si vero ædificium incenderit, jurabit ædium poſſeſſor ſuper eo quod continebatur in illis ædibus jusjurandum Legis, & quod ipſo confitente in eo fuerit, ſolvet: at ea conditione ut ſit vir honoratus, qui poſſidet illam incendii quantitatem; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

(1) L'EMPEREUR. Quandoquidem unicuique in fundo ſuo ignem ſumere licet, igniſque in alienum agrum ſerpens ſegetes aliaque comburere poteſt; quam procul ab alterius poſſeſſione ignis excitari debeat, ut culpa non imputetur, quæritur: adeo ut 'עבר הדליק, *tranſibit incendium*, non ſit ſimpliciter tranſire & pertingere; ſed ita aliquò pertingere, ut igne ſerpente ulterius, crimine vaces.

(2) R. Eleazarus ignem tam remotè à vicini tui poſſeſſione collocandum cenſet, quam ſi cum agrum habes qui ſementem Cori capiat, in medio ignem ſuſcitares. Itaque quantitas hujuſmodi agri ſpectanda: quam gloſſa Salomonis Jarchi deſcribit in Baba Bathra octonarii v folio octavo edit. Conſtant. circa medium. Ibi è ſpatio atrii, quod cingens tabernaculum in longitudinem centum cubita, in latitudinem quinquaginta patebat; quantitatem de qua loquimur, concludit, quandoquidem atrii ſpatium, communi conſenſu erat 'בית כתאי, *locus ſearum duarum* ſementem capiens. Seas tres continet Epha, quæ ejuſdem capacitatis eſt cum Bato; Batos decem capit Corus: ergo Corus eſt ſearum triginta; ita ut duas ſeas quindecies contineat. Unde jam habemus, ſi ager duarum ſearum (ſive qui duarum ſearum ſemine conſeritur) quantum erat atrii tabernaculi ſpatium, 100 cubit. in longitudinem, & 50 in latitudinem patebat; agrumCori ſive quiCoro conſeritur continere ſeptuaginta quinque cubitorum millia, quæ in quadraturam diſpoſita in unumquodque latus paulo amplius quam 270 cubita relinquunt: cujus ferme medium ex Eleazari ſententia eſt ſpatium quo ab alterius poſſeſſione remotus ignis tuto accendi poteſt, ita ut ſi forte caſu quodam nocumentum inferat, accendens non teneatur. Nec tamen exiſtimandum, hujuſmodi agros vulgò conſeri; ſed ille R. exemplo oſtendere voluit, quanto ſpatio diſtans ignis, licet damnum det, neminem reum faciat.

(3) Alius ſedecim cubitorum diſtantiam ſufficere arbitratur: quia ut in præcedentibus dictum fuit, ſi ignis viam publicam tranſiliat, atque aliena comburat, crimen nullum eſt; via autem publica ſedecim ſaltem cubitos lata eſt.

(4) Verumtamen communis Doctorum ſententia à D. Simeone non diſcedit: qui incendii rationem ac modum controverſiam decidere arbitrabatur. Ardoris vehementiam ſpectari volebat: exempli gratia, ſi accenſus ignis via ac modo uſitato ac vulgari ad viginti tantum cubitos pertingere poſſet, quicquid intra hoc ſpatium combureretur, rependi debebat; ſin vento quodam ſingulari & rariſſimo ulterius delatus ignis aliena læſiſſet, ex ipſius mente damnum compenſari non debebat. Quemadmodum autem Ju-

Judæi cautè in hac materia diſtinguunt; ſic & Romani: uti videre eſt ff. Ad leg. Aqu. l. 30. §. 3. *Si quis in ſtipulam ſuam, vel ſpinam comburendæ ejus cauſa, ignem immiſerit; & ulterius evagatus & progreſſus ignis, alienam ſegetem vel vineam læſerit: requiramus, num imperitia ejus, aut negligentia id accidit. nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt.* & paulo poſt: *In eodem crimine eſt, & qui non obſervavit, ne ignis longius procederet. At ſi omnia, quæ oportuit, obſervavit, vel ſubita vis venti longius ignem produxit, caret culpa.*

(5) Hic dubium occurrit in rebus, quæ cum meta comburitur, in meta deliteſcunt. eas Sapientes compenſari nolunt, uti hic legitur: verum Judæi obſervant diſtinctionem adhibendam. Nam Sapientes res iſtas eximunt, quia earum locus non eſt meta: itaque de vomere, falce ac ſimilibus aliis quæ illic reponi ſolent, diverſum eſt judicium; utpote quum eorum cum ipſa meta eandem eſſe rationem, Doctori Judæ aſſentiantur. Hæc etiam cauſa eſt, cur ſub finem hujus conſtitutionis, quæcunque in ædibus comburuntur compenſari, ſtatuitur: quia conſuetudo fert, ut quævis in ædibus aſſerventur. Cæterum licet cum meta quæ exuritur, res contentæ non compenſentur; attamen quia ſpatium occupant, tantum frugum rependi volunt, quantum res contentæ ſpatii occupant. Exempli gratia, lectus illic ſepoſitus conflagret: is quidem non rependitur; ſed ſi meta tritici fuerit, tantum tritici reſtituendum, quam lecti ſpatio contineri potuiſſet, quia totus ille acervus pro tritici meta habetur.

(6) Quum, ſi ſervus aſtans comburatur, reus condemnatur; ſi ſervus alligatus comburatur, abſolvitur: id ex Judæorum mente acceptum nihil abſurdi continet. Id enim hœdi etiam reſpectu dicitur: hoc ſenſu, ut incendiarius tantum propter metam & hœdum alligatum & combuſtum teneatur, quia ſervus fugere poterat; ſi verò hœdus aſtans comburatur cum ſervo alligato, abſolvatur: non ratione ac reſpectu ſervi; ſed hœdi, cujus nomine nihil debeat. Etenim regula juris Judaici omninò in hiſce conſtitutionibus ſemper ob oculos verſari debet, niſi in multas abſurdas opiniones incidere velimus: quæ hujuſmodi eſt, קים ליה בדרבה מיניה, *ſtatue ipſi ſecundum quod ipſius maximum exigit.* Quaſi dicant, Si quis in peccato quodam plura deliquit, majoris culpæ pœna ſubeunda; minoris verò omittenda eſt. Quemadmodum in hoc exemplo: incendiarius metam cum hœdo & alligato ſervo combuſſerit; hominis necem luere tenebitur, metæ & hœdi exuſti pœna alia non irrogabitur. De incendiariis ex jure Rom. jam actum eſt.

§. 6. *Strictura a malleis fabrilibus diſſiliens. Lino onuſtus camelus, quando dominum incendii reum faciat. Lucerna encæniorum privilegiaria. Ann.* (1) *Quid ſit* גץ ſtrictura. (2) *Incendium fortuitum magis excuſant Romani. Caſus pro negligentia in ff. Tres gradus in delicto.* (3) *Lucernam quando & quare loco periculoſo ponere liceat. In fortuito incendio non exigi reſtitutionem, e Dig. & Cod. probatur.*

ו גץ שיצא מתחת הפטיש והזיק ח״ב גמל שהיה טעון פשתן ועבר ברה״ר ונכנס פשתנו לתוך החנות ודלקה בנרו של חנוני והדליק את הבירה בעל הגמל ח״ב הניח חנוני נרו מבחוץ החנוני ח״ב רבי יהודה אומר בנר חנכה פטור :

6. Strictura (1) à malleis fabrilibus diſſiliente & diſſiliendo damnum inferente, author tenetur. Si camelus lino onuſtus per locum publicum tranſeat, linumque in tabernam (2) irrepens & inſtitoris lucernâ conflagrans ædes incendat; cameli dominus tenetur: verum ſi inſtitor lucernam ſuam foris depoſuit, ipſe inſtitor tenetur. D. Judas inquit, eum quod ad (3) encæniorum lucernam, liberum eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

גץ Notat *Scintillam ignis.* רבי יהודה אומר בנר חנוכה פטור *R. Jehuda dicit, quod ad encæniorum lucernam liber eſt,* quandoquidem illud gratia præcepti feciſſe cenſetur; deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Jehudæ.

(1) L'EMPEREUR. In originali eſt גץ, qua voce quid ſignificetur docetur in Aruch: ubi R. Nathan hunc locum explicans ait, אלו הניצוצין שיוצאין מתחת הפטיש כשמכה על הברזל שבסדן נקראין ניצוץ, *iſtæ ſcintillæ quæ proſiliunt ab inferiori mallei parte, quum tundit ferrum quod in incude eſt, vocantur* ניצוץ. ergo גץ omninò per *ſtricturam* vertendum: nam Latini hujuſmodi ſcintillam, qualem deſcribit R. Nathan, propriè *ſtricturam* dicunt. Hanc, licet nullam culpam arguere videatur, Judæi in incendio authorem obligare tradunt.

(2) Sed ſequens caſus minus culpæ habere meritò cenſeatur. Nam omninò fortuitum eſt, linum, quod ubi aſino, &c. imponitur, in arctum comprimitur, quò minus ſpatium occupet ideoque facilius geſtetur, ante tabernam quodammodo diſſolvi & ſeſe dilatare, vel longitudine ſua protuberare; adeo ut ſarcinæ pars quædam protuberans inque tabernam extenſa, ibidem à lucerna accendatur; quo deinde fiat ut toto lino conflagrante, ædes inſtitoris flammam concipiant. Sanè hujuſmodi fortuitum caſum Romanorum leges excuſarent: utpote quæ generatim incendium fortuitò factum abſolvant. ff. li. 47. t. 9. le. 11. *Si fortuitò incendium factum ſit, venia indiget: niſi tam lata culpa fuit, ut luxuriæ aut dolo ſit proxima.* Nec repugnat quod l. 9. qui caſu combuſſit, noxam ſarcire jubetur: nam *caſu* ibidem exponitur *negligentia.* Etenim triplex differentia hic locum habet; incendium fortuitum eſt; vel culpâ factum; vel denique conſilio patratum. in primo genere damnum non ſarcitur, ut jam probatum; in ſecundo caſtigatio & damni reſtitutio obtinet; in tertium capitali pœna animadvertitur, ut ex Rom jure ad Miſnam quartam probavimus.

(3) Denique ſub finem capitis, R. Judas producitur, qui inſtitorem è taberna lucernam proferentem, licet hoc modo lini incendendi occaſionem in via publica præbeat, in encæniis culpa vacare pronuntiat. Idque ad hunc modum exponit Gemara, ut lege præceptum dicat, lucernam eo die in publico accendere, quò homines videnda videre queant; idque non altius decem cubitis. alioqui excipi poſſet, tam altè accendendam lucem ne aſini ſarcina eò pertingere queat; verum iſta ſolemnitate id non licet, ob ea quæ diſtinctè videri debent. Quocirca ſi ea ratione incendium fortuitum contingat, non tenebitur; ſecundum legem *Si vendita,* D l. 18. t. 6. qua in inſula vendita eaque combuſta venditor abſolvitur, ſi ipſius reſpectu incendium fortuitum fuerit. Ibi quidem incendium ſine culpa fieri non poſſe, initio dicitur: attamen quod pertinet ad damni reſtitutionem, ſervanda lex quæ ſupra è Dig. 47. tit. 9. producta fuit. Cui conſentit l. 6. li. 4. Cod. tit. 24. *Quæ fortuitis caſibus accidunt, cum prævideri non potuerint. . . nullo bonæ fidei judicio præſtantur.* & l. *Contractus,* De reg. Juris: *Animalium caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt, fugæ ſervorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.*

Cap.

Cap. 7. §. 1. Modus rependendi duplum compar. cum reſtitutione quadrupli. Qui furatur à fure, qui ſe habeat. Ann. (1) Ex. 22. 4. 9. exponuntur. Dupli & quadrupli reſtitutio in eadem re. Ratio duplex exigendi in pecoribus quadruplum & quintuplum. Longè diverſa mulcta, ſi quis invitus culpam agnoſcat, quam ſi ſponte ſaſſus deprecetur culpam. Hinc conciliatur lex Ex. 22. 1. 9. cum Lev. 6. 4. 5. Itaque explicatur Lev. 6. 4. & Num. 5. 7. Litera ו pro *ſi. Reſtitutio ſortis cum quinta, quorum ſit. Lev. 4. 22. 23. explicatur. Voces quandoque agnitionem rei & profeſſionem denotant. Ita expon. Eſ. 58. 2. ex Chald. & Rab. Pœnarum diſtinctio ex jure Rom. illuſtrata. Applicatio diverſa.* (2) *Cauſæ quare minus rependat furans à fure.* יאוש. *Secundum complures deſperatio proprietarii rem furi acquirit. Exod. 22. 7. ex mente Jud. exponitur. Fur ſecundus priori obligatur. Etiam ſecundum jus Romanum, ex cujuſdam ſententia.*

פרק ז מרובה מדת תשלומי כפל ממדת תשלומי ארבעה וחמשה שמדת תשלומי כפל נהגת בין בדבר שיש בו רוח חיים ובין בדבר שאין בו רוח חיים ומדת תשלומי ארבעי וחמשה אינה נהגת אלא בשור ושה בלבד שנאמר כי יגנב איש שור או שה וטבחו או מכרו וגומר אין הגונב אחר הגנב משלם תשלומי כפל ולא הטובח ולא המוכר אחר הגנב משלם תשלומי ארבע' וחמשה :

Cap. 7. Modus duplum rependendi frequentior eſt modo rependendi quadruplum aut quintuplum : quia modus duplum reſtituendi uſitatus eſt cum in iis (1) quæ animata ſunt, tum in iis quæ vitali ſpiritu carent ; at modus rependendi quadruplum & quintuplum non eſt in uſu, niſi in bove & parva pecude tantummodo. Nam (*Exodi* 22. 1.) dicitur, *Quum quis furatus bovem aut parvam pecudem mactavit aut vendidit eam*, &c. Qui furatur (2) à fure, non rependit duplum ; nec qui mactat aut vendit furi ſurreptum, rependit quadruplum aut quintuplum.

R. OB. DE BARTENORA.

בין בדבר שיש בו רוח חיים ובדבר שאין בו רוח חיים *Cum in iis quæ animata ſunt, tum in iis quæ non ſunt animata*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 22. 8. על שה ועל שלמה על כל אבדה וגו' ישלם שנים *propter agnum, & propter veſtem, propter quicquid perditum fuerit &c. ſolvet duplum.*

אין הגונב אחר הגנב משלם תשלומי כפל *Qui furatur a fure, non rependit duplum*, quia Exod. 22. 7. וגנב מבית האיש *Si id furtum ablatum fuerit e domo viri illius*, nempe apud quem depoſitum erat, & non, מבית הגנב *e domo furis*, intelligi debet, ergo pœna tantum ſpectat eum qui e domo depoſitarii abſtulit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt in Siphra quod ſcriptum eſt Exod. 22. 8. על כל דבר פשע *Propter omnem rem prævaricationis*, in genere dictum eſt; & quod ibidem dictum eſt על חמור על שה על שלמה *Propter aſinum, propter agnum, propter veſtimentum*, hoc in ſpecie dictum eſt; על כל אבדה *propter omnem rem perditam*, hoc denuo in genere dictum eſt, de generali ergo & particulari ac generali judicandum eſt tantum in ſpecie; & quemadmodum id quod in ſpecie dictum eſt, exponitur de rebus mobilibus & de eo cujus corpus cenſetur facultates, exceptis agris, eo quod ſunt immobiles; ſic etiam ſervis exceptis, eo quod æquiparantur agris; nec non chirographis debitorum, quorum ſubſtantia non eſt *opes*, etſi ſint mobiles. Et ex hoc jure tibi conſtabit, quod ſolutio dupla locum habet in rebus animatis, & in rebus non animatis.

(1) L'EMPEREUR. Ex. 22. 9. de iis quæ alteri concredita (exceptis perſonis : de plagiariis enim alia ſancitur pœna) vel amittuntur, vel intervertuntur, generalis extat regula : quam ſequentia ibidem diſtinctius exponunt. Verba legis, *De omni re interverſa, de bove, de aſino, de parva pecude, de veſtimento; de omni re amiſſa, quum dixerit, illum ipſum eſſe; ad ipſos magiſtratus venito negotium amborum : quem condemnabunt magiſtratus, rependito duplum proximo ſuo.* Hinc Talmudici, in omnibus rebus pœnam dupli, in ſolis bubus & parvis pecudibus pœnam quadrupli & quintupli obtinere concludunt. nam duplum & quadruplum in ejuſdem rei furto exigi poteſt, pro diverſo furandi modo. Concredita enim, quæcunque ſint, duplo rependuntur ; at bos & parva pecus ſi non concredantur, ſed ſurripiantur, bos quintuplo, parva pecus quadruplo compenſatur. Niſi iſtæ beſtiæ etiamnum integræ in furis manibus deprehendantur : eo enim caſu duplum ſufficit, uti legimus Ex. 22. 4. Quia autem hoc verſ. 4. aſinus etiam commemoratur, nimis à Judæis comm. 1. coarctari exiſtimo: quum 1 & 4 inter ſe collata, quævis pecora intelligenda eſſe ſuadeant, quæ in paſcuis relinqui ſolent. Hæc enim videtur augendi pœnam ratio, quod iſta animalia furandi occaſio ſemper in promtu ſit : quapropter ne, quorum tantus eſt uſus & neceſſitas (quæ altera ratio eſt,) temerè & frequenter, quia factu facile ſit, furto auferantur vel abducantur, tanta ſancita fuit mulcta. Ideo enim verſ. 9. duplum tantum exigitur : quia tale furtum præcaveri poteſt, puta ſi alteri pecora non concredamus. de hoc enim ibi ſermo eſt. Deinde uſum & utilitatem iſtarum beſtiarum etiam ſpectari inde liquet, quod ſi bos vel ovis &c. adhuc vivi in furis poteſtate ſint, nonniſi ad duplum teneatur verſ. 4. quandoquidem eo modo dominus nullum damnum in iſtius pecoris corpore percipit. quare etiam bos quintuplo rependitur : quia eſus uſus major. Hæc igitur duplex ratio ſpectanda. Unde de ſimilibus ſimile judicium ferendum eſt. Verumenimverò ut alia loca concilientur, diſtinguendum autumo inter eum, qui invitus deprehenditur, & culpam agnoſcere cogitur; & eum qui ſponte pœnitentia ductus culpam fatetur & deprecatur. Levit. c. 6. verſ. 4. ita legitur, *Reſtituet rapinam ipſam quam rapuit, aut ipſam rem dolo interverſam, aut depoſitum ipſum quod apud ſe depoſitum fuerat : aut ipſam rem amiſſam quam invenit :* verſ. 24. *aut de quocunque juraverit mendaciter, rependet illud quanti fuerit, & quintam ejus ſuperaddet ei.* Hic mulcta minor injungitur, quam Ex. 22. cum tamen furtum ibi 1. & verſ. 9. deſcriptum, hic inter alia contineatur. Sed ex adjuncta expiatione, ad quam arietem afferre dicitur verſ. 6. de pœnitentiam agente agi, conſtare judico. Quem enim facti pœnitet ideoque expiationem quærit, minus lex condemnat, quam pertinacem furem, qui nonniſi convictus vi ad reſtitutionem cogitur. Quod de pœnitentia dixi, è Num. 5. 7. magis confirmatur : ſiquidem in hæc verba Deus loquitur. *Si confitebuntur quiſque peccatum ſuum quod fecerunt; tum reſtituent reatum ſuum quanti eſt, quintam ejus ſuperaddet ei; dabitque ei in quem reus eſt.* Ubi initio ו per *Si* commode redditur : quemadmodum Num. 12. 14. ואביה ירק ירק, ubi rectè Græci LXX. εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν, &c. *Si pater ejus ſpuendo inſpuiſſet*, &c. Similiter c. 5. verſ. 7. והתודו, *ſi confitebuntur*. Num. autem 5. 7. conferendum cum Lev. 6. 4. quis non videt ? Quod ſi mu-

mutuò ſeſe explicant, iſta ſolius ſummæ cum quinta parte reſtitutio ad quoſvis non pertinebit; ſed eos tantum, qui pœnitentia ducti ſponte aliena bona reſtituunt. Unde nulla amplius legum pugna apparet. Hoc addo, Lev. 6. 4. de confitente reo qui ſponte ſua alteri ſuum reſtituit agi, ex eo etiam conſtare, quod אשם cum quandoque denotare videatur, qui culpam per ſe agnoſcit; eademque vox illic eodem commate inveniatur, והיה כי יחטא ואשם, *erit autem quum peccato admiſſo culpam ex ſe agnoverit.* Ita omninò accipiendum c. 4. verſ. 22. 23. ſi commodum ſenſum eruere velis. verba hæc ſunt de Principe qui errore peccaverit, ואשם או הודע אליו חטאתו, *ſi ſe reum agnoverit, aut indicatum ei fuerit peccatum ejus.* Quum אשם vertitur per *reum eſſe*, non vero *reatum ſuum per ſe agnoſcere*; nullus eſt locus enunciationi disjunctivæ, quam indicat particula או, *aut.* Etenim reum eſſe, & reatum alicui indicari, disjunctive non opponitur; ſed per ſe ſive ex ſe culpam agnoſcere, & ab alio eam indicari ita opponuntur, ut ſegregativam propoſitionem conſtituere queant. Nec Hebræis inſuetum eſt, ut vocabula non tam rem, quam ejus agnitionem & profeſſionem denotent: quod adeo verum, ut nuda profeſſio, licet rei non quadret, quandoque ſignificetur. exempli gratia, Eſ. c. 58. verſ. 2. יחפצון, *volunt*, vel *delectantur*, hunc habere ſenſum ac ſi diceretur, *profitentur ſe delectari*, agnovit Chaldæus, dum verteret, כאלו צבן, *ac ſi vellent* ſive *delectarentur.* Ideo David Kimchi id enarrans inquit, *ore, non animo nec opere.* Nihil ergo impedit, quo minus Levit. 6. 4. ubi rei veritas verbis ſubeſt, אשם de eo dicatur, qui verbis ex animo & ſponte ſuum reatum profitetur. Sane Hoſ. 5. 15. יאשמו, *rei erunt*, Chal. reddit ירעון דחבו, *agnoſcent ſe reos eſſe*: & plerique Rabbinorum de peccati confeſſione & agnitione hoc accipiunt. Ut D. Kimchi ad illum Hoſ. locum, A. Ezra & Sal. Jarchi: cujus verba, יחזיקו עצמם כאשמים להודות על אשמתם, *habebunt ſeipſos pro reis, confitendo reatum ſuum.* Hanc illarum legum conciliationem retinens donec quis convenientiorem oſtenderit, pergo. Romanæ leges convenienter jam dictis, furtum quoddam duplo, quoddam quadruplo mulctant. Inſt. l. 4. t. 1. §. 5. *Pœna manifeſti furti, quadrupli eſt, tam ex ſervi, quam ex liberi perſona; nec manifeſti, dupli.* Quis fur manifeſtus, quis nec manifeſtus, docet Paulus juriſconſultus libro ſententiarum ſub titulo de furibus. *Manifeſtus fur eſt, qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci unde furatus eſt, comprehenſus eſt, vel antequam ad eum locum quò deſtinaverat, pervenerit. Nec manifeſtus eſt fur, qui in rapiendo comprehenſus non eſt, ſed eum feciſſe negari non poteſt.* Dictinctio quidem mulctæ convenit; ſed applicatio diverſa: uti conferenti liquet.

(2) Quod de fure ſubjungitur, qui ab alio fure furatur, plenius à Maimon. c. 1. ſect. 17 Codicis de furto enarratur: ubi rationem his verbis apponit, הגונב כגנב אחר אף על פי שנתייאשו הבעלים אינו משלם תשלומי כפל ואם טבח ומכר אינו משלם תשלומי ד׳ וה׳ לגנב הא׳ אינו משלם שהרי דין הבהמה הזאת לחזור בעיניה לבעלים ולא קנאה הגנב ולבעלים אינו משלם הכפל או ד׳ וה׳ מפני שלא נגנבה מרשותן, *Qui furatur à fure alio, licet proprietarii recuperandi ſpem abjecerint, non rependit duplum; nec ſi mactavit aut vendidit, quadruplum aut quintuplum rependit: furi enim priori non rependit, quia jus & conditio iſtius beſtiæ eſt, ut ea ipſa ad proprietarios redeat, nec eam fur acquiſivit; proprietariis autem nec duplum, nec quadruplum aut quintuplum rependit, quia ex ipſorum poteſtate non ſurripuit.* Ratio duobus membris conſtat. vel furi, vel proprietario debitum ſolvendum, id eſt, pœna furti ſubeunda: non illud, quia furi nullum jus in iſtam beſtiam competebat, ſiquidem ipſius poſſeſſio jure ad proprietarium redibat; non alterum, quia mulcta iſta lege divina ei injungitur, qui proprietario propriam beſtiam eripuit, atqui fur furi eripuerat. Cogitur tamen beſtiam vel pretium reſtituere. Ita quidem Judæorum magiſtri, f. 68. Bab. Kam. Cæterum quod Maimonides dicat, *Licet ſpem non abjecerint*; eorum ſententiam reſpicit, qui furem priorem rei ereptæ poſſeſſionem ſibi acquiſiviſſe ſtatuunt, לאחר יאוש, *poſt deſperationem*, ſive quum jam proprietarius recuperandi ſpem abjecit; ideoque poſteriorem furem priori veluti proprietario rem auferre. Id ergo negat Maimonides. Lex quidem Dei hunc caſum non definit; Judæorum tamen magiſtri à graviori iſta mulcta ſecundum furem eximunt, autoritate Exod. 22. 7. Licet enim aliud furtum quam verſ. 1. conſideretur; quia tamen ſimile eſt, illius multam ex hujus conditione ſpectandam cenſent. Ideoque hæc verba expendentes, *Si id furto ablatum fuerit è domo viri illius* (ſcilicet apud quem depoſitum erat) ad furtum in genere hoc modo applicant: quum non dicatur *è domo furis*, ſed *è domo illius viri*; pœna etiam furti eum ſpectat, qui è domo illius depoſitarii &c. non verò è domo furis abſtulit. Denique Maimonides capite citato par. ultimo, caſum proponit, quo fur ſecundus priori, cui rem furto ablatam viciſſim abſtulerat, ſatisfacere teneatur: puta ſi aliquo modo (ut Maim. exiſtimat) rem acquiſiverit. Simile quid legere eſt l. 6. Pand. t. 2. ſub finem: uti quidem cenſet Juriſconſultorum nonnemo, cujus hæc ſunt verba, *Prædo etiam reſtituendus & fur. hoc tamen intelligendum, quando ſpoliatus eſt ab alio quam à domino, a quo ſubtracta res eſt; exemplo publicianæ actionis* l. penult. & fin. de Publ. in rem actione. Sed Publiciana actio bonam fidem requirit, quæ in fure non deprehenditur.

§. 2. *Furis actiones diverſæ. Cum venditio, tum mactatio pecudis furtivæ variis caſibus diſtinguuntur: unde ſecundum quoſdam jura diverſa. Furatus à patre. Pecus furtiva diſcerpta. Ann.* (1) ו quo *aut.* (2) *Regula* סם לירה וכו׳ *aliter exponitur. Minor pœna in majori contineri cenſetur.* (3) *Idololatriæ pœna.* (4) *Dies expiationis: & qui in furem tum mactantem animadvertatur. Regula*, Vapulans non rependit. (5) *Expenduntur furti caſus diverſi in filio.* (6) *Conſecratio rei furtivæ. In furto conſecratorum mitiores injuſtè Ebræi. Exod. 22. 9. vindicatur. Lev. 5. 16. explicatur à Maim.* (7). *Utilitatem in furto expendunt Judæi.* (8) *Declarantur* טריפה *&* נבילה. *eorum ſpecies.* (9) *Profana & ſancta alieno loco mactata,* עזרה. קדשי קדשים. *Annuli mactationis. Comparantur Judæi & Romani in pœna vel mulcta furti.*

ב גנב על פי שנים וטבח ומכר על פיהם או
על פי שנים אחרים משלם תשלומי ארבעה
וחמשה גנב ומכר בשבת גנב ומכר לעבודת
אלילים גנב וטבח ומכר ביום הכפורים גנב משל
אביו וטבח ומכר ואחר כך מת אביו גנב וטבח ואחר
כך הקדיש משלם תשלומי ארבעה וחמשה גנב
וטבח לרפואה או לכלבים השוחט ונמצא טריפה
השוחט

2. Qui furatus coram duobus teſtibus mactavit (1) aut vendidit coram iiſdem teſtibus, vel duobus aliis; rependit quadruplum, aut quintuplum. Furatus vendidit (2) in ſabbatho; furatus vendidit (3) ad idololatriam; furatus mactavit aut vendidit (4) die expiationis; furatus à patre ſuo mactavit aut vendidit, ita ut pater (5) poſtea demum moriatur; furatus mactavit, poſteaque (6) ſanctificavit: hi ſinguli rependunt quadruplum aut quintuplum. Furatus mactavit ad medicinam, aut (7) canibus; vel ſi poſtquam mactavit deprehendatur (8) diſcerptum; quique pro-

השוחט חלין בעזרה משלם תשלומי ארבעה וחמשה רבי שמעון פוטר בשני אלו :

profana (9) in atrio mactavit, rependit quadruplum aut quintuplum. D. Simeon in his duobus abſolvit.

R. OB. DE BARTENORA.

גנב על פי שנים *Si furatus fuerit coram duobus*, ſi duo teſtati fuerint quod furatus eſt. גנב ומכר בשבת *Si furatus fuerit, & vendiderit in Sabbato*, ſed quando mactaverit, ubi reus lapidationis eſt, tum iſta major pœna ipſi ſufficit.

גנב וטבח ביום הכפורים *Si furatus fuerit, & mactaverit die expiationis*, quia tum exciſionis pœna tantum tenetur, quandoquidem de induſtria peccavit; ſed hic non facta eſt admonitio, & idcirco non vapulat. Quia nobis fundamentum eſt quod omnes qui flagellatione tenentur, ſi errore peccaverint, tenentur ad ſolutionem. Sed qui ex decreto ſenatus mortis condemnati ſunt, etiamſi ex errore peccaverint, immunes ſunt a ſolutione.

גנב וטבח ואחר כך מת אביו *Si furatus fuerit, & mactaverit, ac deinceps pater mortuus fuerit*, verum ſi prius mortuus fuerit pater, & deinceps mactaverit, dicit Miſna inferius, quod liber eſt; quia id quod ſuum erat, mactavit & vendidit, quia bona patris hæreditate adiit.

רבי שמעון פוטר בשני אלו *R. Schimeon in his duobus abſolvit*, in eo quod diſcerptum eſt, & profanum in atrio; nam R. Schimeon putat, quod mactatio inidonea non eſt vera mactatio, ſed reſpectu medicinæ & canum mactatio eſt idonea, ut comedere poſſit de eo quod mactatum eſt, ſi velit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si mactaverit die expiationis, non tenetur ad ſolutionem quadrupli, vel quintupli, quia exciſione tenetur. Exponetur quoque in tractatu Maccot, quod vapulat quiſquis tenetur excidio; Sed hypotheſis nobis eſt quod homo non tenetur morte, & ſimul compenſatione pro eo quod abſtulit. Cæterum tenetur ad ſolutionem quintupli, & quadrupli, quando alii ſolvere velit qui pro ipſo mactet die expiationis. Similiter, ſi alius mactaverit in Sabbato, aut in uſum idololatriæ, tenetur autem ad ſolutionem, eo quod nobis hypotheſis eſt quod res perinde eſt, ſive ipſe mactaverit, ſive alius pro ipſo mactaverit, quod ad ſolutionem attinet. Et hoc probatur ex eo quod dicitur Exod. 22. או מכרו *aut vendiderit illud*, hinc traditione recepimus quod particula או *aut* includit legatum. Cum autem furatus fuerit id quod patris eſt, idque mactaverit, & vendiderit, quadruplum & quintuplum ſolvat fratribus ejus, & hoc imputet illis in parte eorum. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Kidduſchin capite ſecundo, quod non licet aliquam utilitatem capere ex profano quod in atrio mactatum eſt. Cæterum, quoniam hæc prohibitio eſt ex conſtitutione Sapientum, ideo tenetur quadruplum & quintuplum ſolvere juxta Sapientes; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon.

(1) L'EMPEREUR. In his & ſimilibus copulativa particula ו pro disjunctiva accipitur; ut Ex. 21. 15. *Percutiens patrem & matrem omninò moriatur*, id eſt, *patrem aut matrem*: non enim tum demum mortis reus eſt, ſi ambos percuſſerit; ſed etiamſi patrem tantum, aut ſolam matrem verberaverit. Similiter non ille ſolum tenetur, qui mactavit & vendidit; ſed etiam qui tantum mactavit, vel tantum vendidit ablatam pecudem.

(2) Attendendum, hic non dici *mactavit*; ſed *vendidit*: nam qui mactavit in ſabbatho, mortis pœnam incurrit; qui verò morte mulctatur, à quadrupli compenſatione abſolvitur. Idque ſecundum generalem regulam, קם ליה בדרבא מניה, *ſubſiſtit ſibi in maximo ſui peccati* (ſic enim hoc pronunciatum etiam reddi poteſt) cujus ſenſus, Si in uno facto duo peccata, quæ pœnam diverſam requirunt, concurrant; reo ſufficit ſi maximum luat: ut in hoc exemplo, Sabbatho operans lapidandus ex lege Num. 15. 36. at qui mactat, opus ſervile facit; ideoque lapidandus. Idem tamen ſi alienum pecus mactet, quadrupli tenetur. Quid ergo hic faciendum? Quandoquidem Sabbathi violatio furto atrocior eſt; idcirco illud peccatum morte punitur; hoc vero negligitur, ejuſque pœna magiſtrorum judicio in illa morte contineri cenſetur.

(3) Sic aliena pecora vendens idolis, ſive ad idololatriam; furti gravioris tenetur, adeoque quadruplum & quintuplum rependere debet: ſed Miſna non addit *mactavit*. Nam ut priori caſu; ſic hoc ſequenti, venditionis pœna in idololatriæ pœna abſorberetur: ſiquidem gravior idololatriæ (quæ mactando exercetur) pœna incumbit, ſecundum legem Ex. 22. 19. *Qui ſacrificat diis aliis, ut anathema perditor.*

(4) Quis ſit expiationis dies, è Levit. c. 16. verſ. 29. ſatis liquet, cum inquit Deus, *Menſe ſeptimo, die decimo illius menſis affligitote animas veſtras*...30, *quia iſto die expiationem faciet*, &c. Jam expendamus, quare fur cum die ſabbathico mactans pecudem, quadruplum non rependat, ſed moriatur; hoc die mactans rependat, nec morte afficiatur. Gemara manifeſtè in illo rationem reddit, quæ ſupra fuit annotata; in hoc verò poſteriori caſu diſtinguendum putant, nec ſemper eum qui die expiationis mactat pecudem quam furatus ſit, ad quadruplum teneri. Verum non præmonitus id fecerit; vel (ut alii putant) per alium id peregerit; ad compenſationem iſtam obligabitur: ſi per ſe, ſive ſuis manibus mactavit, aut præmonitus non deſtiterit; vapulabit, nec quadruplum reddet. Nam ut ait Maimonides de furto c. 3. העושה עבירה שנתחייב בה מלקות ותשלומים לוקה ואינו משלם, *Qui legem tranſgreſſus, adeo verberum & reſtitutionis reus eſt; vapulat, nec rependit.* Quandoquidem major pœna (caſibus quibuſdam exceptis) minorem abſorbet; ad quadrupli reſtitutionem non tenentur, qui plagis luunt. Hæc eſt Maimonidæ in iſto dicto mens ac ſententia. confer ibidem finem ſectionis ſecundæ, ubi Maim. regulam applicat.

(5) Qui furatus pecudem nec mactavit, nec vendidit, ad duplum tantum tenetur Ex. 22. 4. Quid ergo, ſi filius patri pecudem auferat, nec mactet, aut vendat; niſi patre jam vita functo? Patre mortuo pecus filio cedet: itaque cum antea furatus, poſt patris mortem mactat, ſuam pecudem mactat: quocirca lege Exod. 22. 1. non tenetur. Hæc eſt cauſa, quare Miſhæ author ita factum circumſcribat, ut nonniſi patre vivo filium bovem vel ovem &c. mactantem aut vendentem ad quadruplum vel quintuplum obliget.

(6) Si fur pecudem furto ablatam mactet, poſteaque Deo conſecret, nihilominus ad quadruplum obligatur: ſi vero antequam furtivam pecudem mactavit, aut vendidit, eam cònſecraverit, rependet duplum; non quadruplum aut quintuplum: uti quidem expreſſè cum aliis Maimonides c. 2. de furto, ſect. ſexta. Etenim rei ſanctificatio poſt commiſſum peccatum, non minuit culpam: ſed antequam quod in furto gravius eſt, puta vendere aut mactare rem furtivam, peractum ſit, rei conſecrationem ſive ſanctificationem pœnam minuere Ebræi ſtatuunt. Idque hac ratione. Ut ſimplex furtum duplo luitur, & ſi pecus furtiva vendatur, aut occidatur, quadruplo; ita ſi pecus furtiva ſit ſacra, tantum rependi volunt; ſi verò eadem deinde vendita aut mactata fuerit, duplum exigunt. Quæ ex eo dependent, quod in rei conſecratæ furtum leviori mulcta animadvertant, quam ſi profana & privata fuerit. Idque Maimonides Talmudicos ſecutus, è cap. 22. Ex. verſ. 9. ישלם שנים לרעהו, *rependito duplum proximo ſuo.* לרעהו (inquit Maim) *proximo ſuo*; non להקדש, *ſanctificato.* Quia illo commate de furto agitur, ideo prioris leges de furto ita accipiunt, ut quadrupli reſtitutio & quintupli, ad proximi quidem bona referantur; non verò ad rem conſecratam. Atqui conſiderandum erat, ſub proximo quemvis contineri, cui bona eriperentur; ideoque legem de quadruplo &c. in ſacris etiam locum habere, ut eis reſtituantur & compenſentur, quibus Deus res conſecratas cedere voluit: de quibus c. 18. Num. & c. 5. verſ. 9. Non enim conſentaneum eſt,

cum minori periculo & damno ſacra, quam privata bona furto auferri. Legimus quidem Lev. 5. 16. *Quod peccavit minuens è re ſacra, rependito, & quintam partem ejus ſupperaddito ei, quam det Sacerdoti*: verum non magis hinc mulctam iſtius furti minuent; quam cujuſcunque & omnis injuſtitiæ, è cap. ejuſdem libri 6. verſ. 2. & ſeq. item Num. 5. 7. ubi eadem mulctæ quantitas; licet de aliis furtis & injuriis ibi agatur. Itaque illis locis obſervandum quod jam antea monui, mulctam illius definiri qui pœnitentia ductus ſua ſponte rem furtivam reſtituit: uti è circumſtantiis demonſtravi. Qua in re ipſum Maimonidem non admodum reluctantem habeo, ſi verba c. 1. ſect. 6. de furto expendas, גנב שהודה מעצמו שגנב משלם את הקרן פטור מן הכפל שנאמר אשר ירשיעו' אלהים ישלם שנים ולא המרשיע את עצמו משלם שנים והוא הדין לכל הקנסות שהמודה בהן פטור, *fur qui ſua ſponte furtum fatetur, ſolam ſortem reſtituit, & liber eſt a dupli reſtitutione: quia dicitur* Exod. 22. 9 Quem condemnabunt magiſtratus, rependito duplum proximo ſuo; *non verò dicitur, qui condemnat ſeipſum, rependit duplum. idem jus in omnibus civilibus injuriis, ut qui eas confitetur, illo modo evadat.* Quapropter, male ex illa lege, qua in conſecratis ſola quinta pars ſorti ſuperadditur, concluderetur, nihil à quoquam in ſacris amplius eſſe exigendum: vidimus enim eam eſſe omnium furum conditionem communem, ut ſolam ferme rem furtivam reſtituant; quod tamen ſimpliciter nemo admittet. Quî ergo? Si pœnitentia ductus ſponte reſtituat quod abſtulit. Ita ergo in rebus conſecratis, qui ſponte ſua rem reſtituit, quintam partem ſolummodo ſupperaddit; alii verò dupli, quadrupli, quintupli pœna tenentur, pro circumſtantiarum diverſitate.

(7) Quod de canibus & medicina additur, magiſtrorum ſententiam reſpicit, qui in furto lucri & commodi rationem ſpectant: ideoque cum alimento canum parum furi accedere videretur, nec medicina alat, de iſto caſu dubitari poterat. idcirco quadruplum & quintuplum hic etiam exigunt.

(8) Hac eadem de cauſa diſcerptum hic conſiderant: quum enim fur hinc nullum emolumentum ritè percipere queat, ut quod edere ipſi non liceat; nec furti pœna ipſum manere videtur. ideoque ne quis dubitet, pœna ſancitur: nec R. Simeonis, qui ſecus ſtatuit, ſententia admittitur. Ut occaſio legis, adeoque ipſa lex intelligatur plenius, expendenda veniunt Dei verba, quæ Ex. 22. vers. ultimo leguntur, *Carnem in agro diſcerptam ne comeditote.* Pro *diſcerpta* in originali eſt, טריפה: quam vocem benè explicat Moſes Mikkotſi in interdicto 134. שטרפה אותה חיה השדר ושברה אותה ונטרה למות ועדיין לא מתה, *Quam diſcerpſit* (vel laceravit aliquatenus) *fera, quamque contrivit, ut ad mortem quidem vergat, nondum tamen mortua ſit.* Si enim mortua ſit, vocatur נבלה, *morticina*: ſiquidem non ſolum נבלה, *morticina* dicitur, ſi per ſe moriatur; ſed etiam הכה אותה בסייף והמיתה או שברה ארי והמיתה *ſi quis eam telo impetens confodiat, aut leo laniando occidat.* Quemadmodum etiam טרפה, *lacerata* ſive diſcerpta habetur, non ſolum quam laniavit fera; ſed etiam quæ alio modo malè affecta morti vicina eſt. בין שנפלה מן הגג ונשתברו רוב צלעותיה, *Sive cum è tecto decidit pleræque coſtæ franguntur*; בין שנפלה ונתרסקו רוב איבריה, *ſive cum decidit, pleraque membra conteruntur*; בין שזרק חץ וניקב לבה או ריאתה, *ſive emiſſa ſagitta ipſius cor aut pulmo impetatur*; בין שבא לה חולי מחמת עצמה וניקב לבה או ריאתה, *ſive morbus eam ex ſe invadat, quo cor ipſius, aut pulmo gravius afficiatur.* Modo ex ejuſmodi infortunio mors ſequutura demum ſit, טרפה ab Ebræis nuncupatur. Si quis interroget, quodnam ſit temporis ſpatium, intra quod beſtia ex hujuſmodi caſu mori cenſeatur: quidam contractum tempus annotant; ſed magiſtrorum aliquot annuum tempus aſſignant. Fieri ergo ſæpe poteſt, ut quis pecora mactet, quæ diſcerpta eſſe, vel aliqua ratione lethaliter læſa ignoraverit. Atque huc reſpicit Miſna, quam explicamus.

(9) Quæ tandem de profanis in atrio mactatis ſubjiciuntur, interdictum ſpectant, quod occurrit in Gemara Cod. Kiddouſchin f. 57. p. 2. edit. Sabionetenſis. ubi Deus in hæc verba loquens introducitur, מה שלי בשלך אסור אף שלך בשלי אסור, *Quemadmodum meum in tuo fundo mactatum, eſt interdictum; ita etiam tuum in meo fundo mactatum, interdictum eſt.* Hoc ſibi volebat R. Meïr: quemadmodum edere non licet pecudis carnem, quæ Deo conſecrata extra locum ſanctum mactatur; ita edere carnem profanam pecudis in loco ſancto mactatæ, nemini licere: imo nec emolumentum aliud inde percipere. Itaque quum, uti antea dictum fuit, illi in furto emolumentum conſiderent; an fur ob tale furtum ad quadruplum & quintuplum teneretur, dubitari poterat: quandoquidem iſta caro eſſet אסור הנאה, *interdicta quoad utilitatem* quæ inde perciperetur. Nihilominus, quia ob iſtam illicitam mactationem, ex interdicto ſapientum de percipienda utilitate fur ad tantam pœnam non tenebatur, quæ furti pœnam abſorberet, à conſueta mulcta non liberabatur: quicquid R. Simeon ſtatuerit. Cæterum illud *atrium*, עזרה, in quo profana mactari prohibebantur, ſynecdochicè fortè accipiunt pro illo etiam loco, ubi ante templum coram altari victimario iſta ſaltem pecora mactari ſolebant, quæ uſui ſanctiori deſtinata erant, dicebanturque קדשי קדשים, *ſanctitates ſanctitatum.* Cujuſmodi erant holocauſta, victimæ pro reatu & peccato, nec non euchariſtica totius cœtus. De iſto loco in Talmude Cod. Middoth c. 3. ſect. 5. וטבעות היו לצפונו של מזבח, *annuli erant ad Septentrionem altaris*; & paulò poſt, שעליהן שוחטים את הקדשים, *ad quos mactabant victimas.* Diverſa quidem ante ædem ſacram erant ſpatia quæ iſto nomine עזרה veniebant, quemadmodum oſtendi ad Cod. Middoth p. 173. ac alibi: ſed rationem non video quare his locis ſuas pecudes mactare vellent; at illum annulorum locum non ſine cauſa ad privatam etiam mactationem quærere potuerunt. Nam qui vocantur annuli, erant dimidiata annulorum ſegmenta, quorum una extremitas pavimento affixa erat; altera, immiſſo jam animalis collo, pavimento jungebatur. Hinc tanta commoditas ut vel unus mactationi par eſſet. Quod leges Romanas concernit, jam ſupra ad ſectionem ſecundam oſtendi, iis etiam pœnam quadrupli ſancitam fuiſſe; quemadmodum Judæi hac præſenti Miſna quadruplum & quintuplum ſtabiliunt. Verum diverſa reſpiciunt. nam Judæi ex lege Ex. 22. 1. illam pœnam tantummodo exigunt, ſi fur parvam pecudem vel bovem mactaverit, vel vendiderit; alibi duplo contenti: Romani ad res quaſvis in genere extendunt, eoque oculos intendunt, an fur manifeſtus ſit, an minus: ibi quadruplum; hic duplum exigentes. Unde ſubinde contingit, ut qui lege Dei ad duplum; lege Romana ad quadruplum teneatur. Exempli gratia Exodi 22. 4. ſi bos in furis manibus deprehendatur, dupli tenetur; *at quicunque in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci unde furatus eſt, comprehenſus,* lege Romana quadruplum debet: utpote fur manifeſtus. Inſt. l. 4. tit. 1.

§. 3. *Teſtes incongrui de diverſis furum actionibus, diverſimode conſiderantur. Teſtimonium irritum. Ann.* (1) *Teſtes* זוממים incongrui, & מוכחשי falſitatis convicti. (2) *Incongrui teſtis conditio ad quoſvis mendaces extendenda. Teſtes quando & quomodo totam furis pœnam ſuſtineant.* (3) *Teſtes poſteriores quando in triplum condemnentur.* (4) *Fur duplum, teſtes triplum rependentes.* (5) *Quid ſi unus tantum teſtis falſi arguatur.* (6) *Regula juris,* אין עדים משלמים ממון עד שיזומו שניהם *De teſte uno; item falſario, ex Codice.*

ג גנב על פי שנים וטבח ומכר על פיהם ונמצאו זוממין משלמין הכל גנב על פי שנים וטבח ומכר על פי שנים אחרים אלו ואלו נמצאו זוממין הראשונים

3. Si cum furatus coram duobus mactavit & vendidit coram iiſdem, deprehendantur (1) incongrui; omnia rependunt: ſi cum furatus coram duobus mactavit & vendi-

dit

הראשונים משלמין תשלומי כפל והאחרונים משלמין תשלומי שלשה נמצאו אחרונים זוממין הוא משלם תשלומי כפל והן משלמין תשלומי שלשה אחד מן האחרונים זומם בטלה עדות שניה אחד מן הראשונים זומם בטלה כל העדות שאם אין גניבה אין טביחה ואין מכירה :

dit coram duobus aliis, tam hi quam illi incongrui deprehendantur; priores rependunt (2) duplum, poſteriores (3) triplum. Si poſteriores incongrui deprehendantur, ipſe (4) rependit duplum; illi verò triplum rependunt. Si poſteriorum alter incongruus ſit, (5) irritum ſit ſecundum teſtimonium: ſi priorum alter incongruus ſit, totum teſtimonium irritum redditur. etenim niſi furtum ſit, non eſt (6) mactatio aut venditio.

R. OB. DE BARTENORA.

והאחרונים משלמין תשלומי שלשה *poſteriores ſolvunt triplum*, pro bove; & hoc intelligendum eſt quando poſteriores prius deprehenduntur incongrui, nam ſi teſtes furti prius deprehendantur incongrui, teſtimoniam mactationis irritum eſt, quia dicimus quod poſſeſſor ipſi vendidit, & hoc modo deprehendantur incongrui, quare ſolverent?

בטלה עדות שניה *irritum ſit teſtimonium ſecundum*, ille vero ſolvet duplum propter primum teſtimonium, & illi poſteriores teſtes ſunt liberi, quia teſtes non ſolvunt bona niſi donec ambo fuerint incongrui.

בטלה כל העדות *totum teſtimonium ſit irritum*; ipſe vero liber eſt, & teſtes ſunt liberi, & non tenentur ad ſolutionem, etiamſi deinceps teſtes poſteriores deprehendantur incongrui, quod ad teſtimonium eorum, & mentiti fuerunt. nam non mactavit quandoquidem non furatus eſt. Et in hoc caſu immunes ſunt, niſi dixerint, *nobiſcum fuiſtis*, quia tum deſtructa eſt ſubſtantia teſtimonii. Et quanto magis ſi duo primi prius deprehendantur incongrui, ſecundum teſtimonium ſit irritum, niſi cum ex illis tantum unus deprehendatur incongruus, ambo teſtimonia irrita ſunt; at ſi duo deprehendantur incongrui, primum teſtimonium ſit irritum, niſi quod primi ſolvant duplum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos hæc Miſna quod confeſſio illius qui mactavit & vendidit, ſit inſtar teſtimonii quod in hoc cauſa nonnemo contra ipſa perhibuit. Et quemadmodum teſtimonium unius, ſi venerit alter qui idem teſtatus fuerit, confirmatum eſt, ut teneatur reus ad ſolutionem quadrupli & quintupli; ſic etiam ſi confeſſus fuerit quod mactavit, aut vendidit, & deinceps advenerint qui teſtati fuerint quod mactavit, aut vendidit, ſolvat(Nam non dicimus eum qui multam confeſſus fuerit, liberum eſſe, & quandoquidem eſt confeſſus ſine teſtibus, liber eſt, verum, quando non advenerint teſtes, tenetur. Cæterum hoc intelligendum eſt quando omnino negaverit furtum antequam venerint teſtes furti; poſtquam vero advenerint teſtes furti, & confeſſus fuerit furtum, mactationem, & venditionem. Verum ſi ſummam furti capitalem confeſſus fuerit, liber eſt à ſolutione quadrupli & quintupli, etſi deinceps venerint teſtes mactationis, aut venditionis.

(1) L'EMPEREUR. Videndum quinam dicantur זוממים, *incongrui*: hi enim non ſunt מוכחשים, *falſitatis convicti*, ut putatur; ſed ab iis re ipſa diſtinguuntur, licet perſonæ eædem ad utrumque ordinem ſubinde pertineant, quia duo crimina in eundem cadere poſſunt. Itaque זוממים, *incongrui* cenſentur, qui ſive verum quoad cauſam principalem, ſive falſum dicant, idonei teſtes non ſunt: quia ubi quod teſtantur factum fuit, præſto non erant; ſed alibi fuiſſe convincuntur. Quam deſcriptionem vocis uſus comprobat, & verba Gemaræ Cod. Maccoth, f. 5. p. 1. quæ ita habent, לענות בו סרה עד שתסרח גופה של עדות, *Illud* Deut. 19. 16. *Ad teſtandum contra eum averſionem*, accipiendum, quaſi dicas, *Donec diverſo ac alio loco fuerit corpus teſtium*; ſcilicet non cenſentur teſtes incongrui. Male quidem סרח pro radice ponitur; tamen hæc eſt Talmudiſtarum mens, quam expreſſit S. J. cum annotaret, שהוסרו משם, *quia inde remoti ſunt*. Hinc apparet teſtes זוממים eos dici, quos ambos aliorum teſtimonio conſtat, ab illo loco remotos fuiſſe, ubi factum quod inveſtigatur, contigit. Dico *ambos*: quia ſi unus tantum ibi non fuiſſe deprehendatur, dicitur & מכחש, *convictus falſi*. Non dubito quin is, cui Miſnæ & Maimonidæ quoddam dictum alio ſenſu prolatum videbatur, omnibus expenſis ſententiam meam approbaturus ſit. Teſtes vero ſimpliciter mendaces dicuntur מוכחשים, *falſarii* ſive *falſitatis convicti*. Unde Nathan in Aruch, Si teſtes poſteriores contra priores teſtentur, occiſorem vel occiſum eo tempore ſecum fuiſſe; priores non erunt זוממין, ſed מוכחשים. Unde jam liquet, quamvis iidem poſſint eſſe falſarii & ob abſentiam incongrui, diverſam rationem & modum iſtis duabus vocibus ſignificari: nam utrique quidem mentiuntur; ſed in rebus diverſis. זוממים, *incongrui* in eo mentiri deprehenduntur, quod ſe ſuis oculis rem vidiſſe vel auribus audiviſſe aſſerant; מוכחשים, quod circa idem factum aliis modis à veritate abierint, in quibus falſi arguuntur.

(3) Quæ in ſequentibus de iſtis incongruis teſtibus ſanciuntur, ad quoſvis mendaces teſtes pro circumſtantiarum differentiis applicanda & extendenda eſſe, rationi congruit. Itaque ſequentia expendamus: ubi varietas magna deprehenditur. Sed quò omnia dextrè accipiantur, unum inprimis attendendum: in tota hac Miſna illud in caſibus proponendis ſpectari furtum, quod in bove committitur: ſiquidem paſſim ad quintuplum collimatur, cujus ille tenetur, qui bovem vel ſaltem æquale pecus furatus eò progreſſus fuit, ut vel vendiderit, vel mactaverit. Nihilominus hæ leges ſervata proportione in aliis quoque furtis locum habent, quorum nomine fures nonniſi ad duplum tenentur. Cum hæc ita ſe habeant, author poſtquam hujuſmodi factum expendiſſet, ubi iidem teſtes de furto ſimul & rei furtivæ mactatione vel venditione teſtati, deprehendebantur incongrui, eoſque ad eam pœnam damnaſſet, quam fur luere debuiſſet, idque ſecundum legem Deut. 19. 19. *Omnino facietis ei, quemadmodum molitus fuerit facere fratri ſuo*: quum inquam hunc caſum propoſuiſſet; alium ſubjecit, ubi furti teſtes, & venditionis, diverſi ſunt. Tum ſimul totam pœnam, nimirum quintupli, ſuſtinent; & quidem convenienter legi jam productæ: adeo ut priores teſtes, qui proximum furti inſimulabant, dupli tantum obligentur; licet de bove agatur. Ratio eſt, quia fur, quamvis bovem furatus, ſi nondum mactaverit, aut vendiderit; ſed etiamnunc penes furem res furtiva deprehendatur; non niſi dupli teneatur ex lege Exod. 22. 4. ideoque nec incongrui & falſi teſtes ulterius obligantur.

(3) At teſtes poſteriores, qui furem rem furtivam vendidiſſe, vel mactaſſe aſſerunt, triplum, cum de bove agitur, rependunt: quandoquidem fur, ſi bovem furto ablatum mactaſſet, vel vendidiſſet, tanto plura rependere debebat. puta, cum furti nomine duplum deberet; venditionis, vel mactationis nomine debebat triplum: ſiquidem in univerſum quintupli tenebatur: ſecundum legem Ex. 22. 1. Antequam ad alia pergamus, id etiam minime prætereundum, cum poſteriores teſtes in triplum condemnantur, id fieri, quando convincuntur ante priores. etenim quid opus eſt, poſteriores teſtes examinare, ſi priores falſò de commiſſo furto teſtati ſunt? Si furatus non eſt, mactare & vendere licet. quorſum de venditione agitur, ubi rem ſibi vendi-

ditam

ditam vel alio modo ſuam vendidiſſe vel mactaſſe potuit? Verum retrò examen meritò inſtituitur: ut cum de venditione conſtat, ad furtum pergatur, inque iſtud inquiratur. Quo ordine ſervato contingit quandoque, ut poſteriores ſive qui de poſteriori facto teſtantur, & priores qui de furto teſtimonium perhibent, omninò falſi convincantur, vel ea non vidiſſe, quæ tamen ſibi viſa profitentur.

(4) Quod ſi hoc in poſterioribus tantum deprehendatur, & priores idonei teſtes ſint, fur ſolummodo, ſi bovem furatus ſit, duplum ſolvit; falſi teſtes triplum. Hac quidem de cauſa, quia tota pœna eſt quintupli, ſi bos mactatus vel venditus fuerit; ſin tantum abductus penes furem ſuperſit, dupli, uti in ſuperioribus jam aliquoties oſtenſum fuit. Unde ſequitur, ut quum teſtes de furto veraces ſunt, fur ſimplicis furti pœnam luat, id eſt, duplum rependat; poſteriores teſtes de ulteriori delicto, cujus nomine fur triplum addere debuiſſet, contra veritatem teſtantes, triplum ſolvant: utpote qui debeant pati quod proximo moliti fuerant.

(5) Contingit autem quandoque, ut alter teſtium, qui de venditione rei furtivæ teſtati ſunt, falſi arguatur: hoc modo teſtimonium ſecundum habetur irritum; quia legimus Deuter. 19. 15. *Non ſtabit teſtis unus in quenquam, pro ulla iniquitate.* Nihilominus, ut bene obſervat Gloſſator, הוא משלם כפל, *ipſe fur duplum ſolvit*: quandoquidem, licet poſterioris criminis nomine non teneatur, ut quod uno teſte ſolummodo affirmetur; prioris, puta, furti nomine, dupli tenetur, utpote quod idoneis teſtibus probatum ſit. Verumenimverò ſi in prioris facti, id eſt, furti teſtimonio, teſtium alter minus idoneus deprehendatur; non ſolum prioris, ſed etiam poſterioris criminis teſtimonium irritum fit. Ut enim ſubjicit author.

(6) Niſi furtum ſit, non eſt illicita mactatio aut venditio. Autoris verba ſano ſenſu accipienda: infinita quidem pecora abſque furto mactari & vendi contingit; ſed cum hic de crimine agitur, fieri non poſſe, ut niſi furto bos alicui ereptus ſit, in mactatione aut venditione crimen ſive culpam mactanti, aut vendenti adſcribamus. *unicuique enim in rebus ſuis quod vult facere licet.* Si ſuum bovem mactet, quid peccat? Hic dubium aliquod occurrit, ſi incongrui teſtes, qui non viderunt, quod ſe vidiſſe affirmant, de eo convicti, ipſi ad eam mulctam tenentur, dimidiam ſaltem mulctam debere videtur. Attamen regulam hanc obſervant Judæi, אין עדים משלמים ממון עד שיזומו שניהם, *teſtes pecuniam non rependunt, donec incongrui deprehendantur ambo.* Cæterum de pœna quadrupli è legibus Rom. antea dictum fuit. Judæorum ſententiæ, qua teſtes duos ſaltem hic requirunt, concinit Imp. Conſtantini ſanctio Cod. l. 4. 20. l. 9. *Nunc manifeſtè ſancimus, ut unius omnino teſtis reſponſio non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat.* Porrò quod incongruos & falſos teſtes eo modo mulctant Judæi, quo reus teſtimonio vero convictus excipi debuiſſet; in eo non minus rigidi fuere Romani. Hinc Cod. l. 4. t. 20. l. 13. Εἰ βουληθῇ ὁ ἐκ τῆς ψευδοῦς μαρτυρίας καταδικασθεὶς, πολιτικῶς κινῆσαι κατὰ τοῦ ψευδομαρτυρήσαντος, λήψεται παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ὑποστᾶσαν ζημίαν πρὸς τὸ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν ὑφίστασθαι, *Si velis falſo teſtimonio condemnatus civiliter agere contra eum qui falſò teſtatus eſt, ab ipſo omne quod ſuſtinuit, damnum recipiet, præterquam quod ille legibus definitam pœnam ſuſtinebit.*

§. 4. *Si ipſe fur ſit teſtis ſolus. Sabbatho mactata pecudes furtiva. Conſecratio pecudis furtivæ. Sancta pro quibus alia ſubſtituenda. Ann.* (1) *Regula*, מודה בקנס פטור. faſſus injuriam *vel cujus nomine mulctam debet*, liber eſt. *Fur rem furtivam cum quinta rependens.* (2) *Idolo mactata pecus. Supplicium capitale quomodo mulctam abſorbeat.* (3) *Pecus patri erepta, & poſt mortem mactata.* (4) *Injuſta in conſecratis ſententia.* (5) *Quid* נרבורה. *Mactatio legitima reatum inducens. Romani in tentantes privata ſacra ſeveriores Ebræis.*

ד גנב על פי שנים וטבח ומכר על פי עד אחד או על פי עצמו משלם תשלומי כפל ואינו משלם תשלומי ארבעה וחמשה גנב וטבח בשבת גנב וטבח לעבודת אלילים גנב משל אביו ומת אביו ואחר כך טבח ומכר גנב והקדיש ואחר כך טבח ומכר משלם תשלומי כפל ואינו משלם תשלומי ארבעה וחמשה ר' שמעון אומר קדשים שחייב באחריותם משלם תשלומי ארבעה וחמשה שאין חייב באחריותם פטור :

4. Si furatus coram duobus mactavit & vendidit coram teſte uno, aut ſe tantum teſte, rependit duplum; (1) nec rependit quadruplum aut quintuplum. Furatus mactavit in ſabbatho; (2) furatus mactavit ad idololatriam; furatus à patre ſuo, poſtquam (3) pater obiit mactavit & vendidit; furatus ſanctificavit & poſtea (4) mactavit aut vendidit: ſinguli duplum rependunt; nec rependunt quadruplum aut quintuplum. D. Simeon ſtatuit, ſancta, (5) pro quibus deſideratis homo alia ſubſtituere tenetur, quadruplo aut quintuplo compenſari; pro quibus verò alia ſubſtituere non tenetur, ibi reum abſolvi.

R. OB. DE BARTENORA.

על פי עד אחד *Dicto unius teſtis*, etſi clarum ſit quod non tenetur ad ſolutionem quadrupli & quintupli unius teſtis dicto, hoc nos docet, quod ſui ipſius dictum ſimile eſt dicto unius teſtis, ita ut, quemadmodum dictum unius teſtis conjungitur cum alterius qui deinceps advenerit dicto, & fur tenetur; ſic etiam dicto ſui ipſius, ſi poſt confeſſionem ipſius venerint teſtes, eum condemnavit, quia, is qui confeſſus fuerit pœnam & deinceps advenerint teſtes, condemnatus eſt. Sed hoc intelligi debet, ſi dixerit, non furatus ſum, & deinceps qui dixerunt quod furatus eſt, & ipſe deinceps dixerit, mactavi aut vendidi, & deinceps venerint teſtes qui dixerunt quod vendidit, aut quod mactavit, condemnatus eſt. Nam, quando dicit, mactavi aut vendidi, immunis eſt, quia novit eum qui confeſſus fuerit, liberum eſſe, hic autem nulla eſt confeſſio. Verum, ſi dixerit, furatus ſum, & venerint teſtes qui teſtati fuerint quod furatus eſt, liber eſt, quia confeſſione ſua jam ſe obligavit ad ſolutionem ſummæ capitalis, propterea integra confeſ-

ſio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diſſentiunt tantum R. Schimeon & Sapientes de eo qui furatus eſt, & conſecravit, ſed de eo qui ſancta furatus eſt, mactavit, & vendidit, Sapientes dicunt, ſcriptum eſt Exod. 22, 5. וגנב מבית האיש *Si furatus ſit e domo viri*, non, e domo ſanctitatis. R. Schimeon dicit, quod ſancta illa ad quorum cautionem tenetur, ſunt bona poſſeſſorum de quibus intelligendum eſt id quod dicitur וגנב מבית איש. Cæterum jam expoſitum eſt capite primo tractatus Megilla, quod non tenetur ad cautionem ablationum quæ ſponte offeruntur, ut dixerit, hoc ſit ſacrificium holocauſticum, aut pacificum. Sed R. Schimeon non condemnat eum ſolutionis quadrupli aut quintupli ſi furatus fuerit ſancta, ut teneretur de cautione eorum, ſi mactaverit ea; niſi mactaverit ea in atrio in nomine poſſeſſorum; aut ſi vitio laboraverint, eaque mactaverit extra atrium, quia quicquid redimendum eſt, habetur redemptum, nam jus eorum quæ vitio laborant, poſtulat ut redimantur, uti ſuo loco exponetur. Cæterum, ſi mactaverit ea extra atrium, cum per-

ſecta

Digitized by Google

ſio eſt, & liber eſt a ſolutione dupli, etſi deinceps venerint teſtes.

ומת אביו *Et mortuus fuerit pater eius*, & ipſe patris bona hæreditate adierit, tum tota mactatio non peracta cenſetur ex prohibitione. גנב והקדיש *Si furatus fuerit, & ſanctificaverit*, hoc ſenſu, quando mactabat, mactabat ſanctum, non vero id quod ad poſſeſſores pertinebat. רבי שמעון אומר קדשים וכו *R. Schimeon dicit, ſancta &c.* R. Schimeon non reſpicit verba doctoris primi, neque contrarius eſt in eo ſi quis furatus & ſanctificaverit, ac deinceps mactaverit & vendiderit. Sed audiverat ſapientes dixiſſe alio in loco, eum qui furatus fuiſſet ſancta e domo poſſeſſoris, liberum eſſe, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22. 7. וגנב מבית איש *Si furatus fuerit e domo viri*, non vero, e domo ſancta. Et de hoc caſu dicit R. Schimeon, quod propter ſancta, de quorum cautione tenetur, condemnatus eſt, quia illa verba וגנב מבית איש de hiſce intelligenda ſunt; quandoquidem enim poſſeſſor ad eorum cautionem tenetur, idcirco, quando mactabat, id quod poſſeſſoris erat mactabat. Sic etiam quod ad ſancta, ad quorum cautionem tenetur non obligat ipſum R. Schimeon ad ſolutionem quadrupli & quintupli, niſi quando ea mactaverit perfecta, ſine vitio aut macula, extra atrium in nomine poſſeſſorum, aut mactaverit ea vitio laborantia; extra atrium, & quamvis non redempta ſint, putat tamen quod quicquid redimendum eſt, cenſetur perinde ac ſi redemptum eſſet, & mactatio illegitima eſt. Cæterum, ſi mactaverit perfecta ſine vitio extra atrium, eſt mactatio illegitima; & audivimus jam e R. Schimeone quod dixit, mactatio illegitima nequeat vocari mactatio, & quod fur propter illam non tenetur ad ſolutionem quadrupli & quintupli; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

fecta ſint ſine vitio, nihil debet, eo quod mactatio inepta eſt; at jam diximus de opinione R. Schimeonis, quod liberat eum qui mactaverit in atrio profanum, eo quod mactatio illegitima eſt; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

(1) L'EMPEREUR. Hæc Miſna ſive conſtitutio reſpondet ſecundæ hujus capitis ſectioni: ideoque ex iſta explicanda eſt. ut ibi in ſimilibus factis, conditionum & circumſtantiarum intuitu, exigitur quadruplum & quintuplum; ita hîc ob illarum diverſitatem duplum tantummodo deberi ſtatuitur. Primò, quia illic de mactato bove teſtabantur teſtes duo, quintuplum exigebatur; hic quoniam id factum fuerat uno teſte conſcio, ultra duplum non proceditur. Ideo autem additur, *aut ſe tantum conſcio & teſte*, quia reus culpam faſſus pro tantum teſte habetur: præterea quod מודה בקנס פטור, *faſſus injuriam liber ſit*. Quod tamen poſterius dictum reſtrictione eget, כין שמודה מרן שם עדים פטור, *Quum fatetur antequam teſtes præſto ſunt, liber eſt.* modo furtum fateatur, non tantum ſe pecudem mactaſſe vel vendidiſſe. Alioquin quilibet reus abſolvi facile poſſet: utpote qui ſimulac ſe convictum animadverteret, culpam lubens fateretur, quò pœnam effugeret; & ſine ulla difficultate mactationem omnes faterentur, modo furtivam rem mactatam eſſe non conſtaret. Cæterum fur ille qui poſtquam furatus eſt, de mactatione uno tantum teſte convincitur, vel ipſe culpam iſtam fatetur; quamvis recepto more ob mactatum bovem non puniatur, nihilominus ob commiſſam furti culpam rependere duplum tenetur. Nam licet etiam tempeſtivè furtum faſſus ſit (quo caſu rem furtivam tantum rependit, ſive quanti eſt; & ſi Dei legem ſpectemus, quintam ſuperaddit;) nihilominus ob mactationem, vel venditionem pœna ferme duplicanda videri queat. Nam ut furti convictus duplum ſolvit, & ſi mactaverit quadruplum vel quintuplum; ita quum furti culpam faſſus ſimplum reſtituat, ſi mactaverit quoque vel vendiderit, ſe fatente, duplum non male exigetur.

(2) Mactans pecudem furtivam in ſabbatho, vel ad idololatriam, ad duplum hujus Miſnæ conſtitutione damnatur, à quadruplo abſolvitur: quum tamen cæteris gravius peccet qui ſabbathum violat, vel idolis inſervit. Verum ideo abſolvitur à quadruplo & quintuplo, quia graviorem pœnam incurrit: nam uti not 2. & 3. ſect. 2. dictum fuit, mortis pœna in tales tranſgreſſores ſancitur. Quandoquidem autem gravior pœna minorem ſecundum magiſtrorum ſententiam includit vel potius abſorbet; hinc fit, ut capitale ſupplicium iſtam mulctam hic auferat, quæ mactationis nomine irroganda fuiſſet. Etenim furtum nihilominus plectitur, adeoque duplum rependitur. ſed augmentum quod in quadruplo & quintuplo invenitur, id eſt alterum duplum vel triplum, non exigitur: quoniam id mactationis nomine exigendum eſſet; mactatio autem quia in ſabbatho, vel ad idolorum cultum peracta fuit, morte luenda. Qui morte punitur quia mactavit, non verò quia furatus eſt; is judicibus ſatisfeciſſe cenſetur, ut ad quadruplum vel quintuplum ob mactationis crimen procedere non debeant.

(3) Qui mactavit aut vendidit poſt obitum patris, à quadruplo & quintuplo liber eſt: quia res furtiva poſtquam patris morte hæres eſt filius, iſtum titulum ſimpliciter non ſuſtinet: ſiquidem cum fratribus &c. hæreditatem participans filius, in illam rem juris aliquid habet. Ita fit ut cum furti ſaltem teneatur ante patris mortem, ſimplicis furti pœnam debeat, quæ eſt dupli; ulterius verò non obligetur: quia nec mactatio, nec venditio erat iſtius rei, quæ omninò alterius eſſet.

(4) De re ſanctificata hic convenienter ſectioni ſecundæ judicatur: ibi ſanctificatio mactationem ſubſequens, à communi mulcta ſanctificantem non liberabat, quia res conſecrata non mactabatur; hic mulcta minuitur, quod conſecratio mactationem vel venditionem præcedat, adeo ut res conſecrata ſit quæ mactatur aut venditur. Ita quidem magiſtris placet qui duplum tamen à fure exigunt, licet ulteriori pœna ſuperſedeant: quia præter alia, ut res ſacra ſi furto auferatur, tota ſaltem compenſari, addita quinta parte debet; ſic ſi inſuper mactetur vel alienetur, duplum ejus tantum reddendum putant. quemadmodum aliàs quod duplo compenſari debet, ſi tantum furto auferatur; inſuper mactatum, quadruplum ſaltem exigit. Sed de iſta conſtitutione, quà iſto fundamento innititur, nihil addam: quandoquidem ad ſectionis ſecundæ notam ſextam, ipſum πρῶτον ψεῦδος aperui & refelli.

(5) Subjicitur tandem R. Simeonis ſententia, quaſi cum magiſtrorum judicio non conveniret, in iis quæ hic dicuntur. Verumtamen authoris mens alia fuit; nimirum ut R. Simeonem alia in re reliquis opponeret: non quidem in hujuſmodi facto, ſi quis rem furtivam poſtea conſecraret, ac deinde mactaret; verum ſi quis rem conſecratam furatus, eandem mactaret. Sapientes eum qui conſecratam pecudem furatus eſſet, poſteaque mactaſſet, ad quadruplum non obligabant: quia Ex. 22. 7. legatur, *Furto ablatum fuerit è domo viri*; non enim dici, מבית הקדש, *è domo rei conſecratæ*. At R. Simeon hic diſtinguit: quandoquidem bona conſecrata deprehenduntur, quibus amiſſis vel perditis conſecrans ulterius non obligatur. Exempli gratia, in נדבות, *ſpontaneis ſacrificiis*, ſi quis ita dixerit, hanc ovem Deo immolandam conſecro; ſi pecus iſta forte deperdita fuerit, aliam ſubſtituere non tenebitur: in aliis verò quamplurimis, novam illius loco offerre debet. Itaque diſtinguit R. Simeon: illas pecudes ſi fures auferant, & mactent, quadruplum, & in bove quintuplum rependi non vult; in his verò poſterioris generis gravem iſtam mulctam omnino exigit. ſi modo ritè quoad alias circumſtantias munda pecus offeratur: ut ſi in loco ſacro, ſine macula à fure offerenda curetur; ſin immunda, alibi &c. etenim mactationem contra leges factam, utpote quæ legitima mactatio dici nequeat, illum reatum inducere non cenſet. Cæterum illius ſententiæ fundamentum, quum ſolitæ pœnæ reos facit, qui pecudes alienas quarum evictio dominis incumbit, mactant, ejuſmodi eſt. כיון דהבעל׳ חיב באחריותן כי קא שחט דמריה קא שחט, *Quandoquidem proprietarius ad earum evictionem tenetur, quum mactat, id quod domini pecudis iſtius eſt, id mactat.* Senſus eſt, Quoniam fur ad gravem iſtam mulctam tenetur, ſi privati alicujus pecudem (non ſacram, ut illi ſentiunt) mactavit; idcirco is qui pecudem ab alio conſecratam mactat, pœnæ illius reus eſt, ſi dominus ad aliam ſubſtituendam, quæ Deo offeratur, obligatus ſit: nam eo caſu fur non tam conſecratam mactat, quam

quæ eſt domini; ſiquidem dominus aliam conſecrare debet. Leges Romanæ ſeverius in iſta peccata animadvertunt: ut quæ iſtos fures, qui privata etiam ſacra tentarunt, pro ſacrilegis quidem non habeant; ſeverius tamen quam alios fures tractandos cenſeant. Libro Digeſt. 48. t. 13. l. 9. *Qui privata ſacra vel ædiculas incuſtoditas tentaverunt, amplius quam fures; minus quam ſacrilegi, merentur.*

§. 5. *Venditio qualis rei furtivæ non puniatur. De pecude furtiva, quæ vitioſè mactatur. Loca ubi furtum fit, mactatio, & venditio, jus immutant. Ann.* (1) *Scripturam qui enarrent Judæi. Pſ. 68. 21. quam ridicule accipiant; Ex. 22. 1. inſulſè reſtringant. ubi eorundem tricæ.* (2) *Quid è Deut. 14. 21. ineptè eliciant.* (3) נוחר *variis modis exponitur.* (4) כעקר. *Malè Scrip. reſtringunt Ebræi.* 5 *In æſtimando furto diſſentiunt Rom. & Ebr. Contrectationis effectum.*

ה מכרו חוץ מאחד ממאה שבו או שהיתה
לו בו שותפות השוחט ונתנבלה בידו הנוחר
והמעקר משלם תשלומי כפל ואינו משלם תשלומי
ארבעה וחמשה גנב ברשות הבעלים וטבח ומכר
חוץ מרשותם או שגנב חוץ מרשותם וטבח ומכר
מרשותם וטבח ומכר ברשותם או שגנב וטבח ומכר
חוץ מרשותם משלם תשלומי ארבעה וחמשה אבל
גנב וטבח ומכר ברשותם פטור :

5. Qui vendidit totum excepta veluti parte ejus centeſima; (1) aut ſi in ea partem habuit; qui ita mactat ut in manu ſua morticini conditionem (2) mactatum induat; diſcerpens; (3) evellens: (4) ſinguli rependunt duplum; nec rependunt quadruplum aut quintuplum. Si furatus in dominorum fundo, extra eorum fundum mactavit, & vendidit; aut furatus extra eorum fundum, mactavit & vendidit in fundo; aut furatus eſt, mactavit & vendidit extra eorum fundum: ſolvit quadruplum. at ſi furatus eſt, mactavit & vendidit in eorum ditione; (5) liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA. מכרו חוץ מאחד כמאה שבו *Qui vendidit illud excepta una parte de centum in eo,* ſi fur vendiderit totum bovem excepta quadam re exigua illius ex iis rebus, quæ eſu licitæ fiunt cum mactatione, immunis eſt, quia ſcriptum eſt וטבחו או מכרו donec vendiderit omnes res quæ permittuntur cum mactatione, ad excludendum, ut, ſi intermiſerit detonſiones illius, aut cornua ubi nihil amplius reſtat; & idcirco non liberatur fur. והמעקר *& qui evellit*, qui evellit ſigna aſperæ arteriæ & oeſophagi. הנוחר eſt is qui evellit a naribus ad pectus. פטור *liber eſt*; etiam juxta ſapientes, dicentes, quod mactatio illegitima vocari poſſit mactatio, eo quod hæc nullo modo mactatio habenda eſt.

(1) L'EMPEREUR. Sanè mira eſt Judæorum indoles ac ingenium. Aliquando Scripturam ita extendunt, adeoque latè accipiunt & interpretantur, ut à mente Scripturæ alieniſſima ex ipſius verbis eruere non erubeſcant: aliàs hoc pluribus oſtendi; jam uno exemplo contenti ſimus. In Berachoth Talm. fol. 8. p. 1. תניא נמי הכי תשע מאות ושלשה מיני מיתה נבראו בעולם שנאמר ולמות תוצאות תוצאות בגימטריא הכי הוו, Traditio etiam ita habet, *Nongenta & tria mortis genera creata ſunt in hoc mundo: quia dicitur* Pſal. 68. 21. *Ipſi morti exitus ſunt* (id eſt, Deus è morte liberat.) *Exitus enim per Geometriam* (quam pro Arithmetica impropriè accipiunt) *cum numerum reddit.* Aliquando, cum lubet, ita mordicus verbis adhærent, ut nullam conſequentiam Logicam admittant. Uti hujus Miſnæ initium indicio eſt: ubi à quadruplo & quintuplo eum abſolvunt, qui ovem vel bovem furatus, etiam vendidit; modo centeſimam partem ejus non vendiderit. Etenim, inquiunt, lex c. 22. Exodi ita loquitur, *Si quis furatus bovem aut parvam pecudem mactaverit aut vendiderit eam, quinque boves rependito* &c. Jam ergo, ut dicitur in Gemara, ומכרו כולו בעינן, *in dicto*. Aut vendiderit eam, *totam ipſam requirimus*: quaſi dicas; Lex de ea pecude agit quam vendiderit: ſi ergo aliquam portionem non vendiderit, iſta lege fur non tenetur. Adeo ut in Gemara pronunciet Rab, illam centeſimam eſſe דבר הנתר עמו בשחיטה, *rem quamvis, quæ cum pecude in mactatione diſſolvitur*: cujuſmodi eſt, quælibet etiam carnis portiuncula. qua non vendita, à pœnæ gravitate ſecundum illius ſententiam fur abſolvetur. Imo ulterius progreditur Levi in eadem Gemara, ut modo fur גיזותיה, *vellera pecudis* non vendiderit, quadruplum vel quintuplum non exigat. Nonne hoc eſt legi illudere? Quid? Annon recta ratio ſuadet, ut proportione ſaltem inter venditum & quod venditum non eſt ſervata, lex vigorem ſuum retineat? Sed nugacem illam exceptionem omittamus.

(2) Quod ſequitur examinandum venit: quare qui pecus poſt ejus furtum mactat, cum alibi ad quadruplum &c. obligetur; in morticini conditionem inducente, ea pœna non teneatur. Legimus Deut. 14. 21. *Ne comeditote ullum morticinum.* Hinc & è locis ſimilibus eliciunt, hujuſmodi mactationem legitimam non eſſe: adeoque nullam ex iſto cibo utilitatem in edendo percipere Iſraëlitas, ſi pecus cum mactatur eo modo diſpoſitum ſit, vel tractetur ut morticini quædam conditio in eo deprehendatur. veluti ſi contra legitimum modum mactetur, vel aliunde vulneratum interea per ſe moriatur &c. (de quibus in præcepto negativo 134 lib. præceptorum mai.) Qui ergo, quam fur utilitatem percipiat, quodque inde damnum patiatur proprietarius, expendunt, multique cenſent, שחיטה שאינה ראויה אינה שחיטה, *mactationem incongruentem non cenſeri mactationem*; iſtiuſmodi mactationem ad legem Ex. 22. ubi dicitur, *Pecudem mactaverit*, referendam negant: adeoque à quadruplo reum abſolvunt. Ita legem Dei, quam diſertis verbis expreſſit, quaque in hujuſmodi furtum gravi mulcta in aliorum exemplum animadverti voluit, quæcunque eſſet pecudis conditio; iſtam inquam legem coarctant.

(3) Eadem ferme ratione, qua eum excuſant, qui dilaniat pecudem: ut qui iſtam mactationem non admittant, nec pro mactatione habeant. Sed primo videndum quid ſit נוחר, *diſcerpens*. Nomen נחירים Hebræis ſonat *nares*: unde in Miſna & Gemara verbum נחר, quaſi dicas, *ſecuiſſe quid ad nares pertinens*. id Gloſſator enarrat, קורעו מנחיריו עד לבו, *diſcerpit eam* (beſtiam) *à naribus ejus uſque ad pectus ipſius*. Hoc in agnellis & avibus factu facile eſt, ut prehenſa ſuperiori mandibula manu hac, inferiori vero alterâ; vel inferiori & ſuperiori parte roſtri in avibus, guttur ad imam colli partem & ulterius dilanietur. Vel נחר eſt ita jugulare ut jugulum non tranſverſum, ſed rectum ab ore ad pectus diſſeces. Inter Judæos nonnemo ſuffocationem hic deſignari exiſtimavit: quaſi pro קורע in gloſſa S. Jarchi legeretur כורע, idque tranſitivè in hunc ſenſum acciperetur, nares ad pectus deductas ita obthurari, ne pecus reſpirare poſſit, adeoque halitus defectu extinguatur. Sed altera illa lectio indubia eſt: utpote quam Bartenora, commentator Alpheſi, & Caph nachat conſtanter expriment. (licet ipſe S J. de eadem re agens ad חולין c. 6. ſect. 2. נחר per חונק, id eſt, *ſtrangulans*, exponat.) Deinde in ſuffocatione ſanguis retinetur, at in iſta actione profluit: quemadmodum cum aliunde; tum hiſce verbis omninò liquet quæ leguntur codice כריתות c. 5. ſect. 1. דם נחירה ודם עיקר ודם הקזה שהנפש יוצאה בו חייבים עליו, *Sanguis diſcerptionis, ſanguis evulſionis, ſanguis venæſectionis, qui-*

cum

cum anima expiratur; horum inquam nomine rei ſunt, ſcilicet qui hujuſmodi in alimentum adhibent, ac aſſumunt. Itaque in נחירה ſanguis effunditur

(4) Cum נוחר conjungitur is, qui eo modo pecudem occidit ut œſophagum & aſperam arteriam evellat & diffringat. Hunc cum præcedenti à quadruplo & quintuplo abſolvunt; licet hi iſtas pecudes furati ſint. Idque ex hac hypotheſi, דהא לאו שחיטה היא כלל, *quod illa nullo modo ſit mactatio*, quocirca quam pœnam Deus furi pecudem occidenti irrogat, illos non tenere autumant. Quaſi verò legiſlator certum tantum modum mactandi, non verò quamlibet interficiendi rationem indigitaſſet

(5) Quod tandem ſubjungitur, furem ſi rem furtivam etiam mactaverit vel vendiderit in proprietarii fundo, non teneri; hac ratione ſtabilire volunt: in proprio domini loco furem non cenſeri talem, ſive pro fure haberi, niſi vel attollat ac elevet rem; vel eduxerit. alioqui enim non קנה, *acquirere* ſibique ſumere. Solum attactum, vel eductionem imperfectam illic non ſufficere autumant: licet extra domini fundum attactus rei alienæ, vel potius attractio furem conſtituat, ut qui ea ſibi rem furtivam קנה, *vendicare* velle cenſeatur. Quod priores aliquot hujus Miſnæ caſus attinet jam examinatos, Romani tam inepti non fuere ut iis parallelas leges ſanciverint: poſtremum etiam hunc cum Judæis non definiunt; ſed potius contra ſtatuunt. Tantum enim abeſt, ut fures iſtos in ipſo proprietarii fundo deprehenſos minus puniant vel abſolvant; ut contra graviorem pœnam irrogent: utpote qui ſint fures manifeſti. ſive *ἐπαυτοφώρῳ*. uti jam aliquoties occaſione data obſervatum fuit. Præterea *contrectatio* ubique apud Romanos furtum conſtituit, nempe *fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſionisve*. ff. De furtis, non procul ab initio. Nedum ut eum excuſent & abſolvant, qui alterius pecudem in proprietarii fundo non ſolum contrectat, ſed etiam mactat aut vendit; ut præter & contra Dei legem facit Miſnæ author.

§. 6. *Quænam furtum conſtituant, quæ ſecus. ubi de re furtiva alteri data. Ann.* ( ) קנה acquirere *latè patet Ebræis. Modi transferendi ſive acquirendi. ubi de traditione, inprimis Elevatione, Attractione. Quid* סימטא. (2) *Elevatione ubique rem transferri.* (3) *Redemptio primogeniti. De tempore ejus. Quando Deo ſiſtendus. Jeſus quando & quare Ieroſolymam allatus. Judæi à verbis Num. 18. 16. recedunt. Quid in redemptionem detur.* (4) *Voces conjunctas ad perſonas diverſas etiam referri. Differentia hujus Miſnæ à leg. Romanis.*

ו היה מושכו ויצא ומת ברשות הבעלים פטור הגביהו או שהוציאו מרשות בעלים ומת חיב נתנו לבכורת בנו או לבעל חובו לשומר חנם ולשואל לנושא שכר ולשוכר היה מושכו ומת ברשות הבעלים פטור הגביהו או שהוציאו מרשות הבעלים ומת חיב :

6. Si traxit animal ut (1) exiret, & moriatur in dominorum fundo; liber eſt: ſi id (2) elevavit, aut eduxit è dominorum fundo, & moriatur; tenetur. Quum id dedit in (3) primogeniti ſui redemptionem, aut creditori ſuo, cuſtodi gratuito, mutuanti, mercenario, conducenti; ſi id trahat (4) & in dominorum fundo moriatur, liber eſt: ſi id elevavit, aut è dominorum fundo eduxit, itaque mortuum eſt, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

היה מושכו ויצא ומת ברשות הבעלים פטור *Si attraxit animal ut exiret, & moriatur in dominorum fundo, liber eſt*, liber eſt a ſolutione dupli. הגביהו *Si id elevavit*, etiamſi id fiat in loco ditionis poſſeſſorum, reus eſt, quia elevatio acquirit omni in loco.

נתנו לבכורת בנו *quum id dedit in primogeniti ſui redemptionem:* ſi fur id dederit ſacerdoti quinque ſiclis redemptionis filii ſui. היה מושכו *ſi id trahat*, nempe ſacerdos, aut creditor, aut cuſtos, & mortuum fuerit in ditione poſſeſſorum, fur liber eſt a ſolutione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos hæc Miſna duo fundamenta, quorum primum eſt, quod גנב *fur* non dicatur fur, niſi dum rem quam furatus eſt, attraxerit in ditionem ſuam, eamque acquiſiverit uno ex illis modis quibus acquiruntur bona mobilia, quod jam expoſitum eſt capite primo tractatus Ciddùſchin. Secundum eſt, quod quatuor cuſtodes non acquirunt rem quam dederit illis ut cuſtodiatur, eo modo quo obligari ſolent ad cuſtodiam ejus; & hoc modo quiſque eorum obligatus erit ad ritus ipſis deſtinatos, quemadmodum exponetur. Niſi acquiſiverint illa mobilia bona uno ex illis modis quibus acquiruntur bona mobilia in venditionibus & emtionibus, uti expoſitum eſt capite primo tractatus Ciddùſchin. Et hoc eſt quod dixerunt, *ordinarunt attractionem in cuſtodibus, quemadmodum ordinarunt attractionem in emtoribus*. Et hoc fundamentum memoriæ mandes velim, eo quod magni momenti eſt, & ad ritus intelligendos maxime neceſſarium.

(1) L'EMPEREUR. Hæc aliquo modo è præcedentibus liquent: ſed quò penitus percipiantur, quædam è codice Kiddouſchin repetenda, ubi modus res vel pecora acquirendi definitur. Quandiu quis aliena bona alteri relinquit, nec ad ſe transfert, ſibique acquirere & vendicare ſtudet; furti inſimulari nequit: ideoque conſtare debet, quî quave ratione ac modo hujus bona ad alterum tranſeant, ipſique ſive jure, ſive contra jus acquirantur: ut iſta voce cum Hebræis, qui קנה in hac materia adhibent, latius utamur. Itaque in iſto cod. c. 1. ſect. 4. בהמה גסה נקנית במסירה והדקה בהגבהה וגו׳, *magnum pecus traditione acquiritur; parva pecus elevatione* &c. & poſtea ex Sapientum ſententia, בהמה דקה נקנית במשיכה, *parva pecus attractione acquiritur*. Tribus modis ergo pecus ad alterum tranſit. traditione, elevatione, attractione: de quibus variè diſputantes, tandem concludunt, utrumque animalis genus attractione & elevatione comparari. Traditionem omitto, quia in furto nullum locum habet. Jam ulterius expendendum, ubi attractio, ubi elevatio ſuas vires exerit: hac enim in parte eſt magna differentia. Bartenora ad citatum locum Kiddouſchin in hæc verba ſcribit, הגבהה קונה בכל מקום, *elevatio ubique acquirit*, id eſt: ubicunque fiat. משיכה קונה בסימטא ובחצר של שניהם, *attractio acquirit in ſemita, & in amborum* ſcilicet amittentis & accipientis *atrio*. Quid ſit סימטא docet S. Jarchi f. 25. Kidd. circa finem, זוית שהיא אצל רשות הרבים ואינה לא רה״ר ולא רה״י, *extremitas apud locum publicum, quæ nec locus publicus, nec privatus cenſetur*. Sed quid eſt *attractio*, & *elevatio*? Elevatio animalis alicujus, quâ è terra attollitur, dubia non eſt, niſi quod obſervanda ſit talem altitudo, quam S. J. Kiddouſchin f. 26. circa initium tribus palmis definit; ſed attractio in dubium vocari poteſt. ideò Maimonidæ verba c. 2. de venditione, ſect. 6. ſubjiciam. כיצד קנין את הבהמה במשיכה אין צ״ל אם משכה והלכה או שרכב עליה והלכה בו שקנה אלא אפילו קרא לה ובאה או שהכישה במקל ורצתה בפניו כיון שעקרה יד ורגל קנאה *Quomodo acquirunt pecudem attractione? Non opus eſt hæc dicere, ſi eam ita trahat ut progrediatur, aut ſi in ea progrediente equitet; ipſum ea ratione iſtam ſibi ſumere; verum etiamſi eam ita tantum vocaverit ut ſequatur, aut baculo percuſſerit ut præcurrat; quandoquidem ipſa anteriores & poſte-*

poſteriores pedes loco movit, hanc ille ſibi ſumſit & acquiſivit. Idem Maimonides ad c. 7. Bav. Kam. hæc, in illa quæ jam explicatur Miſna, expendenda annotat. Nam author Miſnæ ita inquit, *Si traxit animal ut exiret, & mortuum ſit in fundo domini; liber eſt*: ubi furem etiam abſolvit à reſtitutione dupli; nedum quadrupli: idque eo fundamento, quod (uti jam dictum & explicatum eſt) attractione in domini fundo pecus non acquiratur; ſed illa tantum in *ſemita* (de qua dictum eſt) & communi amborum atrio locum habeat. Itaque Maimonides annotat, הגנב לא יקרא גנב עד שיביא אותו דבר הגנוב מרשותו ויקנה אותו בדרך מדרכי קניות המטלטלים, *fur non vocatur fur donec eduxerit rem furtivam à domini ditione, & acquiſiverit eam quodam ex iis modis, quibus mobilia acquiruntur.* Adeo ut trahere & abducere non ſufficiat; ſed ut furti agas, neceſſe eſt ut eum jam extra tuum fundum pecudem eduxiſſe noveris: nec *exire*, ut loquitur Miſna, reum facit, ſed *exiviſſe*: videlicet ſi trahendo jam eduxerit, reus eſt.

(2) At ſi vel elevaverit tantum, inquit Miſna, jam tenetur: quia, ſicuti in ſuperioribus intelleximus, *Elevatio in omni loco acquirit.* Itaque in fundo domini, cujus eſt pecus, ſi alius ad tres palmos è terra extulerit parvam pecudem, capram vel ovem, jam illam furatus cenſetur: adeoque hac in parte attractio & elevatio diverſæ ſunt conditionis. Ex aliis tamen circumſtantiis colligendum, an furandi animo id fecerit.

(3) Primogeniti redemptio, quæ inter alias ſpecies ſubjicitur, è c. 13. Exod. illuſtranda. Ibi commate 13. Deus in hæc verba loquitur, *Omnem primogenitum humanum ex filiis tuis redimito*: pretium definitur Numerorum 18. 16. *Redimendos eorum à nato unum menſem redimi jubeto ſecundum æſtimationem tuam, argenti quinque ſiclis. prout eſt ſiclus ſanctuarii: viginti obolorum eſt.* Hunc itaque caſum proponit author, ſi pater pro ſiclis quinque, quos primogeniti nomine debet, pecudem quandam ſacerdoti conferat, quam inſcio ſacerdote cujus ſit fundus, an furis an alterius, in proprietarii fundo largiatur. Sed obiter expendamus, quare cum primogenitos Deo deberent, paſſim filius unius menſis commemoretur: ab ipſa enim nativitate primogenitus redimendus videtur. Unde in memoriam revocanda lex Num. 3. 40. qua primogeniti inde à filiis menſis (ut cum Scriptura loquar) & deinceps recenſeri jubentur. Hoc mandatum cum altero conferatur Lev. 12. 6. ubi mater ſi peperiſſet marem, præter ſeptem dies ſeparationis, triginta tres dies ſubſiſtere jubebatur, antequam ad ſanctuarium accederet: ubi puerum Deo ſiſtendum fuiſſe conſtat. Adeo ut Deus primogenitos filios poſt menſem ſuos agnoſceret. Itaque cum Servator noſter abſoluta demum Mariæ purgatione Hieroſolymam adduceretur; id lem convenienter factum fuit: quandoquidem menſe majores tantum exigebat Deus. Ubi tamen diſtinguendum inter tempus quo primogeniti debitum incipiebat; & alterum quo offerebant redemptionis pretium: hoc poſterius quidem ob dictam in puerpera cauſam differebatur; ſed pater ſimul ac filius menſem unum egiſſet, obligationem ad eum redimendum contrahebat. Hoc videre eſt apud Maimonidem c. 11. Biccourim, ſect. 17. מאימתי יתחייב בפדיון משישלים ל' יום, *A quo tempore redemptionis debitum ſuſtinet? Quum triginta dies abſolvit.* Ideoque addit, מת הבן בתוך ל' אפילו ביום שלשים אינו חייב בחמשה סלעין ואם הקדים ונתן לכהן יחזיר לו הפדיון, *Si filius intra triginta dies moriatur, imo ipſo die triceſimo, ille pater quinque ſiclos non debet; quod ſi anticipaverit, & ſacerdoti dedit, hic illi redemtionis pretium reſtituet.* Cæterum ex ſententia magiſtrorum iſtud redemtionis pretium non neceſſariò ſiclis conſtat; quod tamen lex Num. 18. 16. omninò exigit: ſed æquivalens (licet non quodvis) etiam admittunt. Unde in Talmude Cod. Bechoroth c. 8. ſect. 7. חמש סלעין של בן נפדין בשוה כסף, *quinque ſicli primogeniti compenſantur eo quod argento æquivalet.* Sed Maimonides clarius loco ſuperius citato ſect. 6. redemptionem illam his rebus fieri obſervat, בין בכסף בין בשוה כסף מן המטלטלין שגופן כסף, *ſive argento, ſive re æquipollente e mobilibus, e quorum ſubſtantia facile pecunia conficitur.* Atque huc Miſna noſtra, quæ jam explicatur, reſpicit: quum fur pecudem in primogeniti redemptionem ſacerdoti tradens introducitur.

(4) Ubi, quemadmodum etiam in ſequentibus perſonis annotandum, quum dicitur, *ſi id trahat*, ut poſtea, *ſi id elevavit*, ea ipſum ſacerdotem alioſque commemoratos concernere; quum verò continuò ſubjicitur *liber eſt*, item *tenetur*, hæc ad furem pertinere. Idque in hunc ſenſum, Si ſacerdos datam à fure pecudem trahat & ducat, vel id faciat creditor, cuſtos aliive ſequentes, atque interea dum etiamnum in proprietarii fundo ſunt, pecus moriatur, furem non teneri; ſin verò iidem illi traditam pecudem elevaverint aut eduxerint, mortua pecude culpæ teneri. Quæ ampliori commentario non illuſtrabo, quandoquidem è ſuperioribus fundamentis penitus pernoſci queunt. Romani has ineptas diſtinctiones ignorantes, inter attractionem & elevationem, item educere & eduxiſſe, tantam differentiam non conſtituunt, ut attrahentem in privato proprietarii loco & etiamnum educentem abſolvant: quippe qui *contrectando ſæpe furtum fieri* agnoſcant ff. De furtis l. 6. Imo generalis eſt ſententia l. 5. ff. eod. *Sive igitur in publico, ſive in privato deprehendatur antequam ad locum deſtinatum rem perferret: in ea cauſa eſt, ut fur manifeſtus ſit, ſi cum re furtiva deprehendatur.*

§. 7. *Minuta pecora, gallinaceos, porcos, canes, ubi & an educare liceat. De reti columbarum. Annot. (1) Quibus ſylvis minuta pecora alere liceat. Quanta cura veteres caverint, ne quadrup. pauperiem faceret. Primarum verborum in Miſna ratio. Superſtitionis Judaicæ exemplum è Talmude. Quo caſu primum interdictum de minutis pecoribus, non obtineat. Statutorum Ebr. conditio. (2) Cauſæ quare Syria pro aliis regionibus veniat. 2. Sam. 8. v. 3. 4. explicantur. Quæ ſit Syria Tſobæa. Sophene ubi. Hamath. Palmyrena. Termini Iſraëlis quouſque. 2. Sam. 8. conciliatur cum 1 Chron 18. Scriptura S. quibus ſcripta. 2. Sam. 5. v. 8. explicatur. Ellipſis iterum probatur. Quare pecora minuta in Syria educare liceat. Babylonia cum Canaane confertur. (3) Contaminandi modus. Quare arceantur gallinacei. Nulla ſterquilinia Hieroſolymis. Jeruſalem decem gaudebat privilegiis. de iis ordine. Atque hac occaſione de* עיר הנדחת, civitate impulſa, *&* אוהל המטמא, *aliiſque diſſeritur. & quare hortos Jeruſ. prohibeant: mortuoſque eodem die ſepeliant. Res ſanctiſſimæ, & Sancta quæ vocant Levia: item de loco ubi eduntur. (4) Quæ ſancta paſſim in terra Canaan ederentur. (5) Hyrcani & Ariſtobuli diſſidium. Origo interdicti de alendo porco. Judæis Græcorum ſcientiam diſcere non licebat. Porci etiam ad ungendum pelles, & mercaturam, non permiſſi. Cujus eſus interdictus; etiam mercatura interdicta: cum exceptione duplici. De Matt. 8. 30. multis agitur. Extra tribum Judæ & Benjaminis, multi Iſraëlitæ in terra Chanaan poſt captiv. Babyl. Chriſtus tantum inſtitutionem oralem & miracula Iſraëlitis exhibuit. Iſraëlitæ reduces duorum generum. Neh. 8. 1. quomodo intelligatur. 2 Chron. 34. 33. qui accipiatur. Iſraëlitæ etiam poſt Aſſyriacam captivitatem, in Chanaan erant. Iſraëlitæ, non tantum Judæi, ſub Cyro rediere. Hoſ. 1. 6. cum aliis conciliatur. Chanaan plurimos alienigenas habuit in adventu Chriſti. Iſraëlitæ ultra Genezareth non adeo ſuperſtitioſi. Gadareni cujates eſſent. Dæmoniaci Matt. 8. 28. Quod de porcis, ad reliquas beſtias interdictas extenditur. (6) De canibus non alendis, vel catena ſaltem ligandis, ſententiæ diverſæ: earumque rationibus. Ubi eos ſolutos habere liceat. Nehardea, ubi ſita. (7)* ישוב *quid. Quibus conditionibus rete columbis tendere licitum. Conciliantur Miſnæ quæ pugnare videbantur. Romanis legibus Miſnæ æquitas probatur.*

ז אין מגדלין בהמה דקה בארץ ישראל אבל מגדלין בסוריא ובמדברות שבארץ ישראל אין מגדלין

7. Minuta animalia non educant (1) in terra Iſraëlitica; ſed in (2) Syria, & in deſertis terræ Iſraëliticæ: nec gallinaceos Hieroſolymis (3 edu-

מגדלין תרנגולין בירושלים מפני הקדשים ולא
כהנים בארץ ישראל מפני הטהרות ולא יגדל
ישראל חזירים בכל מקום לא יגדל אדם את
הכלב א״א אם כן היה קשור בשלשלת אין
פורסין נישבין ליונים א״א אם כן היה רחוק מן
הישוב שלשים ריס :

(3) educant, propter conſecrata; nec ipſi ſacerdotes (4) per terram Iſraëliticam, propter puritates. Nec Iſraëlita porcos (5) ullo loco educabit. Nemo canem (6) educabit, niſi catena ligetur. Nec retia columbis, expandunt, (7) niſi id fiat procul à loco habitato ad triginta ſtadia.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מגדלין בהמה דקה *Non educant parvum pecus*, propter terram Iſraëlis habitabilem, quia ſeminibus nocent. *Syria* eſt ea terra quam ſubegit David, quæ non vocatur כבוש *Subactio*, neque illius ratio habetur quod ad locum habitabilem; propterea, ſi quis damnum intulerit aliorum campis, ſolvere debet.

אין מגדלין תרנגולין בירושלים מפני קדשים *Non educant gallinaceos Jeruſolymis propter ſanctitates*, quia ſanctitates Jeruſolymis comedi debent; gallinacei vero ſolent effodere fimeta, hinc fieri poteſt ut particulam aliquam in quantitate hordei de ſerpente ſecum adducat, & polluat ſanctitates.

ולא מפני טהרות *Neque propter puritates*, nam ſacerdotes comedunt oblationem Trumam, ideoque eam in puritate conſervare ſolent. ולא יגדל ישראל חזירים בכל מקום *neque Iſraëlita educabit porcos ullo modo*, Gemara dat rationem, quod cum reges Maccabæorum inter ſe bellum gerebant, & Jeruſolyma obſeſſa erant ut urbanis non eſſent animalia ad ſacrificia, ſi qui extra urbem erant, quotidie agnos ſuppeditabant urbanis ad ſacrificium juge, at quodam die factum eſt ut porcum dederint pro agno, qui cum ungulas ſuas in murum fixiſſet, tota terra conquaſſata eſt ad quadringentas paraſanges, tum temporis dixerunt *maledictus qui educat porcos &c.* לא יגדל אדם את הכלב *Non educabit homo canem*, quia latrat & mordet, ac mulier a timore abortum facit. נישבים ſunt *retia*, ſive laquei qui vetiti ſunt, eo quod civibus ope eorum eripiuntur columbæ. שלשים ריס *Triginta ſtadia* ſunt quatuor milliaria.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non educant minuta animalia in terra Iſraëlis, eo quod ſeminibus nocent. Per *Syriam* intelligas eas terras quas ſubegit David, quarum jura jam expoſuimus capite ſexto tractatus Demai.

ולא יגדל ישראל חזירים בכל מקום *Neque Iſraëlita educabit porcos ullo modo*, idem jus obtinet in cæteris rebus quæ prohibitæ ſunt quod ad comeſtionem; ſed loquitur Miſna potiſſimum de porcis, quia educari poſſunt ut vaccæ & oves. *Neque retia extendunt ad columbas capiendas*, niſi locus a terra habitabili procul diſtet, nimirum, ſi ab urbe diſtet locus quatuor milliaria. Et hoc propter rapinam ne quis venetur columbas urbanorum; & hæc monuit auctor ne quis canem educet propter damnum ſuum.

(1) L'EMPEREUR. Judæorum antiquiſſimi in id ſummopere incubuerunt, ne Iſraëlitæ alii ab aliis injuria afficerentur; quò cum collimarent, inter alias conſtitutiones hanc etiam promulgavere, ne quis oves, capras, cuniculos, vel etiam vulpes (ut obſervant) aliaſve minores beſtias iis locis aleret, ubi vicini agro damna inferre poſſent. Imo Joſuam in terræ diſtributione cum ſuo ſynedrio inter decem ſanctiones & hanc ſanxiſſe ajunt, qua priora Miſnæ noſtræ verba illuſtrantur. His interdicitur, ne quis minuta animalia in terra culta, ubi ſegetes vel vineta aut oliveta ſimiliave reperiuntur, alat ac educet; in deſertis, & ex Gemaræ enarratione in ſylvis id permittitur. Joſuam autem in poſteriori membro diſtinctionem adhibuiſſe ferunt. Unde Maimonides Cod. de damnis pecuniariis c. 5. ſect. 7. Joſua התנה שרועין בהמה דקה ביערים שאילנות גסין אבל אין רועין שם בהמה גסה, *Stipulatus eſt, ut quidem minuta pecora in ſylvis paſcerent ubi craſſiores eſſent arbores; verum ibi magna pecora non paſcerent.* וביער שאילנה דקים אין רועין בו לא גסה ולא דקה אלא ברשות בעליו, *Cæterum in ſylva, cujus arbores tenellæ eſſent, non paſcerent nec magnum, nec parvum pecus, niſi conſentiret dominus.* Hic videmus quanta ſollicitudine veteres caverint, ne quadrupes pauperiem faceret. Huc enim Miſnæ author, aliique reſpexere, cum minora illa pecora ab illa regione arcerent, ubi damnum darent. Ideoque in Choſchen Hammiſchpat (quem librum mihi ſuppeditavit vir ſpectatiſſimus Abrahamus Heidanus magni viri filius haud degener; ſed qui præter alias dotes eruditione & eloquentia inter præcipuos noſtri ſeculi paſtores eminet:) in illo inquam libro, quum illud interdictum ab authore tractatur, hujuſmodi ratio in hæc verba additur, שהבהמה דקה דרכה לרעות בשדות אחרות והזקה מצוי תקנו חכמים שלא יגדלנה האדם במקום שדות וכרמים, *Quia minutum pecus depaſcere ſolet alienos agros, ejuſque damnum eſt frequens; conſtituere Sapientes, ne quis illud educaret ubi agri & vineta eſſent.* Neque ſolum lege, ſed etiam exemplis iſtam æquitatem populo perſuadere conati ſunt: imò ad ineptam uſque ſuperſtitionem. Cujus è Talmude ſpecimen aliquod ſubjiciendum exiſtimavi, quod Judæorum ingenium nobis manifeſtè aperiet: qui non contemnendas alioqui leges ſuis minutiis & ineptiis depravant, & aliò detorquent, quam earum primum inſtitutum ferebat. Cod. Bava Kam. f. 81. p. 1. narratur, בחסיד אחד שהיה גנח מלבו ושאלו לרופאים ואמרו אין לא תקנה עד שינק חלב רותח משחרית לשחרית והביאו לו עז וקשרו לו בכרעי המטה והיה יונק ממנה משחרית לשחרית לימים נכנסו חבריו לבקרו כיון שראו אותה העז קשורה בכרעי המטה חזרו לאחוריהם ואמרו ליסטים מזוין בביתו של זה ואנו נכנסין אצלו ישבו ובדקו ולא מצאו בו אלא אותו עון של אותה העז ואף הוא בשעת מיתתו אמר יודע אני שאין בי עון אלא עון אותה העז שעברתי על דברי חברי, narratur inquam, *de pio quodam, cui cum tabifica pectoris tuſſi laboraret medicique conſulerentur, reſponderunt, nullam fore ſanitatis reſtitutionem, donec lac fervidum unoquoque mane ſugeret. Itaque adductam ei capram lecti fulcris alligarunt, unde ſingulis matutinis ſugebat. Poſtea evenit ut ſocii ipſius ipſum inviſendi gratia adirent: qui cum iſtam capram lecti fulcris alligatam viderent, retroceſſere, ita fati, Latro in hujus ædibus educatur, noſne ad eum ingrediemur? Conſedere ac inquiſivere; ſed nihil in eo deprehenderunt præter iſtam iniquitatem iſtius capræ. Ipſe etiam hora mortis pronunciabat, Novi in me nullam eſſe iniquitatem præter iniquitatem iſtius capræ: quod ſociorum meorum mandata tranſgreſſus ſim.* Sanè legenti meritò mirum videri queat, quod viri iſti illo interdicto capram, quæ lecto alligata eſſet in ædibus, interdici cenſuerint: quandoquidem ſcopus & finis, quem ſupra è Choſchen Miſchpat expreſſi, hic locum habere nequit. quid enim damni ab hujuſmodi aſſervata capra metuendum? Quinetiam ſimiles caſus iſti magiſtri excipiunt: nam in Bav. Kam. f. 79. p. 2. ita ajunt: אף על פי שאמרו אין מגדלין בהמה דקה אבל משהה הוא קודם לרגל שלושים יום וקודם משתה בנו שלושים יום, *Quamvis ſtatuant, parvam beſtiam alendam non eſſe; tamen homini eam triginta dies ante feſtum aſſervare licet, & triginta dies ante filii nuptias.* Nam mactanda animalia ſtatim haberi nequeunt: ideoque maturè conquirenda, & interea aſſervanda, donec feſtum, vel convivii tempus inſtet. Verumenimverò rationem audiamus, quare hic majora pecora admittant; minora excludant: ut illa regiones frugiferæ capiant; hæc verò arceant. quemadmodum conſtitutionis noſtræ verba oſtendunt Cauſam reddit Gemara, מגדלים בהמה גסה לפי שאין גוזרין גזירה על הציבור א״א אם כן רוב ציבור יכולין לעמוד בה, *Educant magna pecora*, ſc. paſſim in regione Iſraëlitica, *quia non decernunt ſtatutum in cœtum, niſi maxima populi pars in eo perſiſtere poſſit.* quaſi dicas, vulgò illa ani-

malia ad uſum neceſſaria ſunt, & præſto eſſe debent, puta למשאוי ולחרישה, *ad portandum & arandum*: ideoque nunquam iis carere poſſumus. at parvæ pecudes, quoties iis opus habemus, אפשר להביא מחוצה לארץ, *peregre adduci poſſunt.* Ita quidem illi; nos ad ſequentia pergamus.

(2) Ubi Syriæ idcirco fit mentio, ut regiones, quas extra terram Chanaan acquiſiverant & debellaverant Iſraëlitæ, ſynecdochicè denotarentur: nam quicquid hoſtibus eripuerant, in Syria magna ex parte ſitum erat. Deinde per Syriam potius reliquas terras etiam innuere voluerunt, quia ad Davidis victoriam, quam de Syris reportaverat, utpote ſibi admodum glorioſam, lectorem oculos intendere voluerunt. Ideo interpres S. J. Syriam eſſe dicit Aram Tſobæ, quam ſubjugaverat David. Victoria 2 Sam. 8. vers. 3. & 4. narratur: nec iſta tantum, ſed alia etiam, quam de aliis Syris, puta Damaſcenis obtinuit; quemadmodum ſequentia enarrant. Verum hac de cauſa potius Syriæ Tſobæ, quam alterius meminit S. Jarchi, quod poſterior pugna prioris cladis, quam Syri paſſi erant, occaſione ſubſecuta ſit, quum Damaſceni Tſobanis opem ferre conarentur. Syria Tſobæa quo loco fuerit, docet Joſephus Antiq. l. 7. c. 5. quum de illa expeditione ad hunc modum ſcribit, Ἐπὶ Ἀδραζάρον τ̃ Ἀράου μὲν υἱὸν, βασιλέα δ̃ τῆς Σωφήνης ἐςράτευσε, *Contra Adrazarum* (Hader Ezerem Scriptura 1 Chr. 18. vocat) *Arai filium, Sophenes regem, expeditionem ſuſcepit.* Quam Scriptura Tſobam nuncupat, Joſephus Sophenem dixit: eumque ſequuntur alii. Sed cum bona aliorum venia liberè profiteor, hanc ſententiam non facile mihi probandam videri. Etenim Ptolemæus l. 5. c. 13. Sophenem ultra Euphratem ad orientem collocat: atque ſi ſacram hiſtoriam 2 Samuelis 8. & 1 Chron. 18. expendas, Tſobam Damaſco vicinam (ut cui idcirco Damaſceni ſuccurrere molirentur) atque inter Terram ſanctam & Euphratem ſitam fuiſſe animadvertes. Hamathæ rex & rex Tſobæ ut vicini bella inter ſe geſſiſſe leguntur: Hamath autem Canaani vicina erat. Et omninò attendendum, com. 3. c. 8. l. 2. Sam. cum expeditionis occaſio exprimitur, hæc adhiberi verba, *Quum iret ut reduceret manum ſuam ad flumen Euphratis*, & 1 Chr. 18. 3. pro *reduceret*, ſcribi *ſtabiliret*. quæ inter ſe collata, id animi fuiſſe ut dominium iterum ad Euphratem extenderet, omninò indicant. Itaque ſive hæc ad Davidem, ſive ad Adar-Ezerem referantur, Tſobam inter terram ſanctam & Euphratem fuiſſe liquet. Nam ſi David *quum proficiſceretur* eò, cum rege Tſobæ acie certavit, hunc in iſto tractu fuiſſe conſtat: ſi verò Adar-Ezer eò, ſcilicet ad Euphratem proficiſcens, Davidem in via hoſtem offendit, etiam cis Euphratem eum collocemus oportet. quid enim juris Davidi ultra Euphratem in iſtius regionis reges? uſque ad Euphratem ſeſe extendit jus à Deo conceſſum Gen. 15. 18. Quid ſi igitur Palmyrenam fuiſſe dicamus? Harum rerum periti judicent; ego jam quidem ita judico. Antequam productam hiſtoriam relinquamus, paucis videndum, an comma 4. cap. 8. lib. 2 Sam. cum 1 Chronic. 18. 4. conveniat: ſi quidem illic Davidem in prœlio ſeptingentos equites; hic verò ſepties mille equites cepiſſe legimus: adeo ut numeri convenire non videantur; cum ſeptingenti à ſepties mille longè abſint. Scriptura ſacra pro iis conſcripta fuit, qui eam (ut ait Pſaltes Pſ. 1. 2.) interdiu & noctu expendunt: hi ipſius phraſibus aſſueti ex hujuſmodi difficultatibus ſeſe facile expedient. Primò ex ipſa collatione liquet eſſe ellipſin: nam priori loco tantum dicitur, *mille*, poſteriori verò, ſive in Chron. additur, *currus*: ut per *mille* 2 Samuel. mille currus intelligantur. pariter cum idem ſcriptor dicit *ſeptingentos*, aliquid reticetur, quod ſubaudiendum ſit. Unde Abrabaniel ad hunc paragraphum annotat, iſtos ſeptingentos eſſe השרים, *præfectos* equitum qui in caſtris erant; verum ſub iſtis alios militaſſe: שהיו כל הפרשים גדולים וקטנים רגל רוכבי הסוסים שבעת אלפים, *ut omnes equites primores & inferiores, ſive quicunque in equis equitarent, fuerint ſepties mille.* qui in Chron. memorantur. Si in priori voce ſit ellipſis, cur eam in poſteriori non admittamus? Quid impedit, quo minus uno loco primarios numeraverit, & quot in univerſum fuerint in medio reliquerit? Sic ſolet S. S. hic ellipſin admittere, quam alibi ſupplet: quo noſtram diligentiam acuat. Quemadmodum in arcis Hieroſolymitanæ expugnatione 2 Sam. 8. idem ſcriptor eundem loquendi modum adhibens, dixiſſe Davidem refert, *Quiſquis percuſſerit Jebuſæum, & iſtos cæcos & claudos*; nec addit, quid illi David promiſerit: at in Chronicis l. 1. c. 11. verſ. 6. *Quiſquis percuſſerit Jebuſæum primum, futurus eſt primarius & princeps.* Portò licet S. Jarchi Syriam in Miſna commemoratam, Syriam Tſobæam eſſe annotaverit (cujus dicti occaſione hæc interſerenda duxi) in textu tamen Talmudico ſimpliciter Syriæ fit mentio. Quocirca tanta Synecdoche opus non eſt, cum Syria, licet in Sacris ſubinde ſtrictius ſumta, apud alios authores latiſſimæ ſit ſignificationis: ut præter hoſtes iſtos, qui dictis jam locis recenſentur; etiam ulteriores gentes complecti queat. In iſta Syria hoc permittit conſtitutio, ut parvæ pecudes & minuta animalia paſcantur: cujus hæc eſt ratio, quia קסבר דלא שמיה כיבוש והיא כחוצה לארץ ובחוצה לארץ מותר לגדל ולא חיישינן לישוב, *arbitratur ipſam* (Syriam ſcilicet) *propriè non dici* (& cenſeri) *ſubjugatam, atque ſe habere inſtar peregrinæ terræ; in terra autem peregrina educare* (iſta animalia) *licere, neque nos habitatæ* (ab Iſraëlitis) *terræ in eo metuere.* Quorum verborum hic eſt ſenſus, in terra Iſraëlitica iſtam paſtionem eſſe interdictam, quia illa regio eſt מתם, *abſolute* Iſraëlitarum, ideoque locis illic habitatis conſulendum, ne damnum patiantur: at Syriam, licet magna ex parte in Iſraëlitarum poteſtatem reducta eſſet, nihilominus aliis infinitis ad inhabitandum conceſſam, adeoque non ita ſubjugatam fuiſſe, quemadmodum quidem terra Canaan, quæ tota omninò ſit Iſraëlis. unde quæ illic loca deſerta & ſylvoſa non ſunt, eorum reſpectu ישוב, *habitata terra* nuncupantur: cui hac conſtitutione conſultum fuit. Verum hic dubium occurrit de regione Babylonica, quandoquidem eò migrarunt Judæi. Si illud interdictum in Judæorum & Iſraëlitarum gratiam ſancitum ſit, omninò Judæi alii aliis ubique illam æquitatem & benevolentiam exhibere debent, ne pecore ſuo proximum lædant, ubicunque vitam degant. Itaque in Gemara Magiſter Hounna hæc Rabi producit, עשינו עצמינו בבבל כארץ ישראל לבהמה דקה מכי אתא רב לבבל, *In Babylonia ita nos geſſimus, ut in terra Iſraëlis, quod minores pecudes concernit, ab eo tempore quo Rabus in Babyloniam venit.* Is enim, ut quidam exiſtimant, plures ſecum ſua celebritate & authoritate pertraxit: vel ut nonnulli ſentiunt, ipſe alios illum morem ſervare docuit, quod quamplurimos ibi habitare Judæos, adeoque firmam & fixam ſedem illic habere, videret. Idcirco Maimonides illam conſuetudinem cum ipſius ratione, his verbis dextrè expreſſit, כבר עשו בבל כארץ ישראל לאסור בה גידול בהמה דקה וחיה דקה מפני שהיו רוב השדות והכרמים שם באותם הימים של ישראל, *Pridem Babyloniam terræ Iſraëliticæ æquarunt, ut iſtic parvas pecudes, parvaſque feras educare prohiberent: quia multi agri, & vineta iſtic illis temporibus erant Iſraëlitarum.* Quam rationem cum expenderet author libri in ſuperioribus memorati Choſchen Hammiſpat, hanc inde concluſionem elicuit, f. 449. p. 2. נראה דבהא לא נגררינן בתר בבל דטעמא דאסיר בבבל לפי שהיו שם רוב שדות לישראל וכיון דהשתא ליתא להאי טעמא שרי, *Videtur nos hac in parte Babyloniam uſque non trahi* (id eſt, mores noſtros eò non transferre:) *quia ratio, cur illud in Babylonia interdictum eſſet, hæc erat, quod ibi multi agri eſſent Iſraëlitarum. & quandoquidem jam id non eſt, ob hanc rationem illud eſt abrogatum.*

(3) Sed ad aves accedamus, in quibus gallos gallinaceos Hieroſolymis arcent ac prohibent, idque rerum conſecratarum cauſa. Quæ ratio ut ſolida & ſufficiens habeatur, duo nobis in memoriam revocanda ſunt; quorum unum contaminandi modum; alterum verò rerum conſecratarum uſum ſpectat. Reptilibus aliiſque immundis animalibus perſonas & cibos immundos reddi, prolixè docetur c. 11. Levit. ut commate 31. *Iſta immunda ſunt vobis ex omnibus reptilibus: quiſquis tetigeret illa poſt mortem illorum, immundus erit uſque ad veſperam?* 32. *Et res omnis ſuper quam* aliquod *eorum poſt mortem ſuam ceciderit immunda erit* &c. Doctores autem ſubſumunt, ודרך התרנגולין לנקר באשפה שמא יבא כשרצה מן השרץ ויטמא את הקדשין, *atqui galli gallina-*

nacei in ſterquilinio ſcalpere ſolent: itaque forte ad quantitatem grani lentis de reptili (illuc abjecto) *emerget, & hac ratione contaminabuntur conſecrata.* Quocirca cum a reptilium tactu res contaminentur, reptilia vero eorumve minimas particulas gallinacei ſæpe è ſterquilinio, vel aliunde ex terra unguibus ſodiendo eruant; magiſtris placet, gallinaceos arceri, ne ſi reptilium particulæ ſcalpendo ejectæ in res conſecratas decidant, ſancta impurentur. Quod ſterquilinii hic mentionem injiciant Judæi, ſtricte accipiendum non eſt; ſed hoc exemplum ab ipſis adhibetur, quia galli gallinacei in ſterquiliniis ut plurimum unguibus fodere ſolent. Alioqui nulla Hieroſolymis deprehendebantur ſterquilinia: ſi Gemaræ fidem habeamus Cod. Baba Kam. edit. Ven. f. 82. p. 2. ubi decem privilegia ordine recenſentur, quæ ut curioſo lectori inſerviam ſubjicere ac vertere, vel etiam illuſtrare non gravabor. Ita habet Gemara, עשרה דברים נאמרו בירושלים אין הבית חלוט בה, *Decem res dicuntur de Jeruſalem. Domus in ipſa non venditur lege mancipii.* qua de re Levit. 25. 19. *Quum quis vendet domum habitabilem* in *civitate muro* cincta, *tum erit jus redemturæ ejus uſque ad complementum anni venditionis ejus: anno pleno eſto jus redemturæ ejus.* 30. *Quod ſi non fuerit redempta interea dum completur ei annus integer; tunc cedet domus illa quæ* eſt *in civitate muro* cincta, *in mancipium illi qui emit eam per generationes illius.* Hæc ultima verba in Gemara arripiunt, quæ Jeroſolymæ non competere poſſe arbitrantur: utpote quam certæ tribui aſſignatam negant; ad aliquam autem perpetua ædium poſſeſſione derivari poſſe, conſtat. Secundum privilegium ita habet, אין מביאה עגלה ערופה, *non affert vitulam decollandam.* Cujus cognitio è cap. 21. Deut. dependet: ubi ad cædem in agro factam expiandam, ſi ignoretur author, proximæ civitatis ſeniores vitulam in vallem deducere jubentur, ibique ſuper vitulam manus lavare tenentur. Quia iſtius legis initio dicitur, *Si inveniatur confoſſus, in terra quam Jova Deus tuus dat tibi ut hereditario jure poſſideas eam*; ideo Jeruſalem illa obligatione vitulam adducendi eximunt, quod tribui certæ cum aliis regionibus diſtributa non ſit. Tertium his verbis efferunt, אינה נעשית עיר הנדחת, *non ſit civitas impulſa*: quaſi dicerent, non ſubjicitur legibus Deut. 13. 12. & ſeq. quibus graves pœnæ in eam civitatem decernuntur, quæ ad idololatriam quorundam ſuaſu impulſa fuit. Etenim quia vers. 12. *civitatum tuarum* legimus; ideo ad rationem in primo & ſecundo privilegio adductam reſpicientes, urbem iſtis etiam pœnis eximunt. Quartum eſt, quod אינה מטמאה בנגעים, *non contaminetur plagis lepræ:* quia tribubus in poſſeſſionem diſtributa non fuit; lepra vero *in ædibus regionis poſſeſſionis* ipſorum erat Lev. 14. 34. Quinta proprietas, quod אין מוציאין בה זיזין וגזוזטראות, *in ea non promittant* ſive è parietibus educant *trabes, nec podia* ſive pergulas pendulas. Ratio duplex, prior ex אהל הטומאה tentorio immunditiæ deſumitur: quo loquendi modo ad comma 14. Num. 19. c. reſpiciunt. *Quum homo mortuus fuerit in tentorio; quiſquis accedit ad tentorium ipſum, & quiſquis eſt in ipſo tentorio, immundus eſto ſeptem dies.* Jam fieri poſſe, inquiunt, ut minima cadaveris particula in terra occultetur; podia autem iſta ſive ſuperiores pergulas veluti tentoria eſſe ſupra ſubjectum ſpacium: ideoque omnes prætereuntes infra podia contaminari ex illa de tentorio lege. Altera ratio, ne ſi quid è ſuperiori loco decidat, eorum qui feſta frequentant nonnulli lædantur. Sextò addunt, אין עושין בה אשפתות, *In ipſa non accumulant ſterquilinia.* Atque hoc eſt cujus occaſione hæc producimus: id enim probandum erat, in Jeruſalem ex illo privilegio non fuiſſe ſterquilinum. Septimò addunt, אין עושין בה כבשונות, *Non ſtruunt in eo fornaces*; ne fumus civitatem pervadat: ut ipſi annotant. Id de fornacibus calcariis intellige: quemadmodum S. J. Gen. 19. 28. כבשן חפירה ששורפין בה את האבנין לסיד, *Fornax calcaria eſt locus excavatus, ubi ſaxa comburunt in calcem.* Octavò, אין עושין בה גנות ופרדסים חוץ מגנות וורדין שהיו מימות נביאים הראשונים, *In ea non plantant hortos, aut pomaria, præter roſeta quæ jam inde a priorum prophetarum temporibus ibi fuere.* Nam iſta loca ſtercorare ſolent; at ſterquilinia hic prohibentur. deinde inquiunt משום סרחון, *propter ſpurcitiem*: qua voce non tantum peccatum, ſed etiam, quod hujus loci eſt, Zizaniam malignaſque herbas denotant. Nonò אין מגדלים בה תרנגולין, *In ea gallinaceos non alunt*: qua de re ſatis in ſuperioribus. Decimum quòd ibi fieri negant, ita exprimunt, אין מלינין בה את המת, *mortuum ibi pernoctare non permittunt.* Itaque מת בו אדם באותו היום קוברין אותו מיד, *ſi ibi moriatur homo, eo ipſo die ſtatim illum ſepeliunt.* Huic poſtremo ſubjiciunt, גמרא, eſt *traditio*: quaſi dicas, nulla quidem ſufficiens ratio apparet; ſed hoc πατροπαραδότως à majoribus acceptum fuit. Tamen ibi ſunt ſepulchra familiæ Davidicæ & Huldæ Prophetiſſæ; ut obſervatur in Additione (תוספתא vocant) ad c. 1. Babæ poſtremæ. Supra, initio hujus tertiæ notæ duo expendenda dicebantur, quò perciperetur, qua ratione res conſecratæ gallinaceos urbe ſancta expellebant: itaque jam ad ſecundum accedamus, puta rerum conſecratarum uſum. Res ſancta (uti è Maimonide Cod. Maaſe Hakkorbanoth c. 1. ſect. 4. cum 17. &c. 10. 7. colligitur manifeſtè) ex animatis deſumtæ in duas claſſes dividuntur: quarum poſterior res ſanctiſſimas continet, ut ſunt holocauſta, victimæ pro peccato & reatu, nec non euchariſtica cœtus totius; reliqua euchariſtica, ſacrificia laudis, aliaque ut primogenita, decimæ & paſchalis agnus, priorem claſſem conſtituunt, ac ſancta levia dicuntur. Quæ poſteriora ubi comederentur, in urbe ſancta iis veſci Iſraëlitæ jubebantur, ſecundum Talmudicum pronunciatum Cod. Celim, cap. 1. quo Jeruſalem reliquis civitatibus ſanctior cenſetur, שאוכלים שם קדשים קלים ומעשר שני, *quia iſtic comedunt ſancta leviaet decimas ſecundas.* Atque hæc ſacris literis convenienter dicuntur: nam de ſanctis quibuſdam levioribus, uti vocant, legimus Deut. 15. 19. *Coram Jova Deo tuo comedito illud* (primogenitum) *quotannis in loco quem elegerit Jova; tu & familia tua.* De decimis ſecundis Deut. 14. 26. *Expenſa pecunia illa* (ex decimis ſecundis in loco nimis remoto redacta) *in omnia quæ deſideraverit animus tuus in boves, aut in pecudes, & in vinum, aut in alium potum inebriantem: denique in omnia quæ expetierit abs te animus tuus; comedes ibi coram Jova Deo tuo.* Hiſce Judæi ſuam traditionem confirmant. De ſanctis vero ſanctiſſimis intra civitatem edi ſolitis, conſulendum caput quintum *de Sacrificiis.* Audivimus ſancta inquinari poſſe gallinaceis, qui reptilium particulas è terra ſcalpendo eruunt; deinde ſancta quamplurima in ſancta civitate comedi: quapropter, ne ſancta à gallinaceis inquinentur, hi in urbem ita non admittuntur, ut ibi alantur.

(4) At ſacerdotibus gallinaceos alicubi in terra Canaan habere non licebat. Hoc enim הטהרות, *puritates* impediebant. Qui, quave ratione? Reſponſio è ſacerdotum & primitiarum (ut hanc vocem latius cum V. L. uſurpem,) ſtatu ac conditione dependet. Iſti, quæ ſibi primitiæ conſecrabantur, iis ipſis per totam regionem Canaan veſcebantur; atqui, ut Maimonides obſervat Cod. de primitiis c. 12. ſect. 1. אסור לטמא את התרומה של ארץ ישראל כשאר הקדשים ולא יביאנה לידי טומאה, *Vetitum eſt hanc oblationem regionis Iſraëliticæ contaminare, ut & reliquas ſanctitates; nec eam quis deducat in immunditiei periculum.* Hac de cauſa gallinaceos non alebant ſacerdotes; ne immunda reptilia eorumve particulæ unguibus effoſſæ in ſanctas primitias inciderent, eaſque contaminarent. Iſtæ verò oblationes per totam terram Canaan à ſacerdotibus edebantur: unde & omnibus iſtis locis galli gallinacei ab ædibus ſacerdotum removebantur.

(5) At Iſraëlitis ubique interdictum, ne porcos alerent. Cauſam interdicti in Gemara reddunt: quæ ut eo melius percipiatur, ex Joſephi libro 13. & 14. repetendum, poſt patris obitum inter Hyrcanum & Ariſtobulum de regno contentionem exortam fuiſſe. Itaque l. 14. Antiq. c. 1. in hunc modum ſcribit author, cum Ariſtobuli victoriam in pugna quadam narraſſet: φεύγει πρὸς τὴν ἀκρόπολιν Ὑρκανὸς, ἔνθα συνέβαινε καθεῖρχθαι τὴν Ἀριστοβούλου γυναῖκα, *fugit in arcem Hyrcanus, ubi contigerat concludi Ariſtobuli uxorem*: quam arcem Hieroſolymis fuiſſe c. ult. l. 13. edocet. Hinc liquet Hyrcanum intra urbem, Ariſtobulum extra eam fuiſſe, ſub ultima ſaltem iſtius diſſidii tempora. Quocirca narrant Gemarici Doctores, כשצרו

בית

בית חשמונאי זה על זה היה הורקנוס מבפנים ואריסטובלוס מבחוץ ובכל יום היו משלשלים להם בקופה דינרין והיו מעלין להם תמידים היה שם זקן אחד שהיה מכיר בחכמת יונית א' להם כל זמן שעוסקין בעבודה אין נמסרים בידכם למחר שילשלו דינרין בקופה והעלו להם חזיר כיון שהגיע לחצי החומה נעץ צפרניו בחומה ונזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה על ארבע מאות פרסה באותה שעה אמרו ארור האיש שיגדל חזירין וארור האדם שילמד את בנו חכמת יונית, *Quum Haſmonæi alii alios impugnarent, Hyrcanus intra civitatem, Ariſtobulus extra ipſam erat. quotidie catenis in capſa aliis denarios demittebant; qui ipſis viciſſim ſurſum attollebant jugis ſacrificii victimas. Sed cum illic eſſet ſenex quidam Græcanicæ ſapientiæ peritus: dicebat obſidentibus, Quamdiu in cultu ſuo occupantur, in manum veſtram non tradentur: erat catena demittens denarios in capſa; tum remittite ipſis porcum. qui cum ad muri medium ſublatus fuiſſet, ungulas ſuas in murum fixit: unde quum commota fuiſſet terra Iſraëlitica ad quadringentas paraſangas quaquaverſum, iſta hora pronunciarunt, Maledictus vir qui educaverit porcos, & maledictus homo qui filium ſuum Græcorum ſapientiam docuerit.* Et quia in promptu erat exceptio, non quidem edendi cauſa id licere; ſed cum eorum arvina & adipe multa liniantur ac inungantur, in hunc finem fortaſſe ſi colligatur, porcos non prohiberi; ideo & hoc ſcopo porcum alere interdixerunt. Ita D. Aſcher magnæ inter Judæos authoritatis, annotat ad Miſnæ verba, *Nullo loco Iſrael ita porcos educabit*, ואפילו כדי לנשח מהן עורות, *nequidem ut ungantur iis pelles.* Imo addit, nec etiam porcos paſcendos ut deinde aliis vendantur, quibus interdicti non ſunt. Nec id Judæos excuſare, ſi ad exercendam mercaturam porcos alicuoi alant Huic Aſcheri favet Miſna Cod. Schebiit: ubi cap. ſept. lectione 3. legimus, vel ſecundum diviſionem Jeroſolym 6. אין עושין סחורה לא בנבילות ולא בטריפות ולא בשקצים ולא ברמשים, *Non exercent mercaturam nec morticinis, nec diſcerptis, nec abominandis, nec reptilibus.* Beſtias hic prohibent, quarum eſu Iſraëlitis interdictum erat: quarum ambitu ſues ac porcos comprehendi, nos docet c. 11. Levit. Ubi quidem iſtas beſtias vendere non prohibetur: ſed Gemara Jeroſolymitana ſub finem c. 7. Babæ primæ, id ex ipſis ca. illius verbis eruere conatur, quum inquit, כתיב טמאים הם לכם מה תלמוד לומר וטמאים יהיו לכם אלא אחד איסור אכילה ואחד איסור הנייה כל דבר שאיסורו מדבריהם מותר לעשות בו סחורה, *Scriptum eſt* (aliquoties c. 11. Levit.) *Immundi ſunt vobis. Quam ergo doctrinam ſuppeditat.* (verſ. 35) Et immundi ſunto vobis? *Sed hoc docetur, convenire interdictum de eſu, & interdictum de emolumento* (id eſt, quod edere non licet, nec inde aliud emolumentum, ut pretium in vendendo, percipere licet.) *Verum in eo quodcunque illorum* (magiſtrorum) *dictis interdicitur, mercaturam exercere licet.* Si rei alicujus eſus Lege interdicatur, ejuſdem mercaturam interdictam volunt: ideoque nec porcorum mercimonium admittunt, utpote qui illo genere contineantur. Hic notanda objectio, quam Doctor Simeon annotationibus ad c. 7. Schebiit nobis proponit, והרי חמור למלאכתו הוא גדל והרי גמל למלאכתו הוא גדל ולא אסרין לעשות בהן סחורה אלא בדבר העומד לאכילה, *Atqui ecce, aſinus ad opus ſuum educatur, ecce etiam camelus ad opus ſuum educatur; neque prohibent, quominus iis mercatura exerceatur. verum reſpondeo, Illa de re, quæ tantum apta eſt eſui, agitur.* Quaſi dicat, non alias beſtias hic ſpectamus, quam iſtiuſmodi, quarum alius non eſt quam in edendo uſus; non vero ad laborem ſubeundum ſimiliave opera adhibentur. Sues vero & porci alium uſum, quam ut cibum ſuppeditent, non habent. Unde ergo porci, quorum mentio Matt. 8. 30? Nam paſcere ipſos, magiſtrorum ſaltem authoritas vetabat. Si quis regerat Judæos cum Benjamitis tantum rediiſſe, unà cum Levitis, reliquas vero tribus in captivitate manſiſſe; ideo quicquid extra Judæam & Benjamitidem eſſet, ab aliis gentibus occupatum, quibus ſues prohibitæ non erant, hac ratione iis non ſatisfaciet, qui totam hanc rem expendent accuratius. Id enim probare non poſſum, ut loca iſta reliqua à gentilibus tantum habitata fuiſſe aſſeratur: idque primò ex eo refelli poſſe autumo, quod Servator noſter Mat. 15. 24. teſtetur, *Non ſum miſſus niſi ad oves perditas domus Iſraëlis*, nempe ad annunciandum ore meo euangelium, edendaque jam miracula; cum tamen paſſim extra Benjaminis & Judæ tribum prædicaverit euangelium, idque miraculis confirmaverit. quocirca illic paſſim Iſraëlitas ſedes ſuas habuiſſe neceſſe fuit. Atque hoc indubium meo judicio, cum ob rationem prædictam; tum etiam quia diſcipulis ſuis injunxit Chriſtus, *ne in viam Gentium abirent*, Matt. 10. 5. qui tamen Luc. 9. 6. *ſingulos vicos obibant*: puta ubi Chriſtus ambulare ſolitus erat; uti liquet, ſi quis Luc. 10. 1. conferat, ubi alios diſcipulos *miſiſſe* narratur *in omnem urbem & locum, quò futurum erat ut ipſe veniret.* Concludere meritò mihi videor, Iſraëlitas ibi vixiſſe: qui non ſine cauſa duplices ſaltem conſtitui poſſent, reduces è captivitate Babylonica; & deinde nonnulli eorum poſteri qui à Salmanaſſare abducti fuerant. Nam Nehem. 8. 1. habitaſſe dicuntur *omnes Iſraëlitæ* (reduces) *in civitatibus ſuis.* Verum quidem eſt, Judæos cum Beniaminitis & Levitis abactos in captivitatem, atque de iis inprimis eo loco agi; ſed minime negligendum quod 2 Chr. 10. 17. legitur, Iſraëlitas à Judæis deſciviſſe, verum *ſuper filios Iſraëlis qui habitabant inter civitates Judæ regnaſſe* Salomonis filium. & c. 11. 16. quum Levitas ſe ad Judæos contuliſſe narraſſet autor, ſubjecit, *Et ſequuti illos ex omnibus tribubus Iſraëlis, qui dedebant animum ſuum ad requirendum Jovam.* quod amplius ſub piis regibus qui ſubinde excitabantur factum. Adeo ut inter Judæos alii Iſraëlitæ vixerunt, qui ut cum ipſis abducti; ſic reduces cum iis loca ſua & poſſeſſiones avitas occuparunt. Neh. 8. 1. Deinde à Salmanaſſare in reliquis Iſraëlitarum tribubus multos relictos fuiſſe ſatis manifeſtè è 2 Chron. 34. colligitur. nam Joſiæ temporibus jam Iſraëlitæ in Aſſyriam abducti fuerant; attamen 6. & 9. ac 33. verſibus regiones Ephraimitarum &c. ad verum Dei cultum, imo quemlibet in Iſraële inventum ille ad colendum Jovam perduxiſſe legitur: cum novi iſti coloni è Babylonia aliiſque locis adducti in idololatria ſua perſeveraſſe legantur, 2 Reg. 17. Qui Iſraëlitæ vel remanſerunt cum reliqui abducerentur; vel ſaltem redierant cum ſacerdote, quum feris Deus regionem adeo puniret, ut aliquo ſaltem modo Deum revereri cogerentur? quemadmodum eodem capite narratur. Etiam prædictum per Jeremiam non tantum Judæos; ſed etiam alios tribules redituros, Jer c. 50. 4. *Venient filii Iſraëlis, ipſi cum filiis Judæ unà.* ubi de ſolutione captivitatis Babylonicæ ſermo eſt. Zacharias etiam c. 8. verſ. 13. in hunc modum loquitur, *Eritque ut quemadmodum fuiſtis maledictioni in gentibus, O domus Jehudæ, & domus Iſraëlis, ita ſervem vos & ſitis benedictioni.* Et ſane ſecus factum non fuiſſe, omninò ſuadet monarchiæ Perſicæ conditio: quandoquidem enim Cyrus & ſequentes monarchæ regiones illas occupaverant in quas Iſraëlitæ abducti fuerant (unde Ezr. 1. 2. Cyrus inquit, *Omnia regna terræ tradidit mihi Iova*,) & redeundi poteſtatem omnibus faciebant (Ezr. 1. cap.) quis Iſraëlitarum nullos hanc gratiam amplexos, ſed ſolos Judæos ac Benj. credat? Fateor quidem multos. imo illorum pleroſque iſtam Dei benignitatem contempſiſſe: nam ut Ezr. 1. 5. ex Judæis, Benjamitis & Levitis ii tantum rediiſſe dicuntur, quorum Deus excitaverat ſpiritum; ita in reliquis tribubus factum fuit, ubi hanc Dei gratiam rariorem fuiſſe agnoſco. Ex iis tamen multos rediiſſe docetur 1 Chr. 9. 3 ubi etiam Jeroſolymam quidam Ephrajimitarum & Menaſſenſium incoluiſſe narrantur. Quid ergo dicendum ad comma 6. cap. 1. Hoſeæ, *Non pergam amplius miſereri domus Iſraëlis?* Hujuſmodi de maxima eorum parte ſunt intelligenda. Quomodo etiam accipio Joſephi verba Antiq. l. 11. c. 5. *αἱ δέκα φυλαὶ, πέραν εἰσὶν Εὐφράτου ἕως δεῦρο, Decem tribus, ultra Euphratem degunt hactenus.* Nec quiſquam credo negabit, multa de gente dici quæ ſingulis hominibus in iſta gente non competunt. Si quis tam bardus ut neget, vel à puero refelletur. Itaque hinc factum ut iſtis locis, ubi docuit Servator noſter, paſſim Iſraëlitas offenderit: licet quamplurimi diverſis locis alienigenæ habitaverint. adeo ut Matt. c. 10. verſ. 5. duodecim diſcipulis dixerit Chriſtus, *In urbem Samaritanorum ne ingrediamini.* Sed alienigenæ inprimis transjordanenſes regiones incolebant: ubi inter alios Gadareni, & Gergeſeni, qui porcos paſcebant, quorum mentio Matt. 8. Quapropter nihil miri, ſi contra Judæorum ac Iſraëlitarum ſtatuta ſues habue-

habuerint: nam Gazara & Gadara à lacu Genezareth remotiores; loca ubi Chriſtus ultra lacum inter ſuos docebat & miracula edebat. Capernaümo & lacui viciniora erant, ut Chorazin & Dalmanutha. Licet Gadareni ad lacus auſtraliorum partem porcorum paſtores dimitterent, qui tamen *μακρὰν*, *procul* à Chriſto ejuſque diſcipulis aberant. Iſta loca remotiora ultra Jordanem & lacum à multis Judæis vel Iſraëlitis habitata fuiſſe non videntur; ſed nonnulli tamen ut alibi, ſic iſtis locis inter iſtos commorabantur gentiles, qui magiſtrorum placitis ſe aſtringi paſſi non ſunt. Clariſſimus Beza Joſephi quendam paragraphum citat, quo illa loca alienigenarum fuiſſe conſtat. Libro 2. de bello c. 33. ſecundum Lat. 19. quum Judæorum in Syros excurſiones deſcribit, hæc inter alia habet, *γαδάροις κ̀ ἵππῳ κ̀ τῇ γαυλανίτιδι προσπεσόντες*, *In Gadaram, Hippon & Gaulanitidem irruentes*, &c. Adeo ut Gadareni plerique Syri, non Iſraëlitæ fuerint, ideoque horum de porcis interdictum Gadarenos non conſtrinxerit; Judæique inter ipſos commorantes id ferre debuerint. Inter quos, illos dæmoniacos per Chriſtum liberatos fuiſſe, ex hiſtoria ab Euangeliſtis deſcripta liquet. Nec enim Iſraëlitas ab alienigenarum urbibus abſtinuiſſe, Joſephus indicat; quum Ἁλώς. l. 2. c. 34. inter eos qui Judæos in ſua urbe degentes duriter tractabant, Gadarenſes collocat, *Ἱππηνοὶ τε κ̀ γαδαρεῖς ὁμοίως, τοὺς μὲν θρασυτέρους ἀπεσκευάσαντο, τοὺς δὲ φοβεροὺς διὰ φυλακῶν εἶχον*, *Hippeni quoque & Gadarenſes ſimiliter, audaciores quidem è medio ſuſtulerunt, formidandos autem carcere detinebant.* Atque ſic per occaſionem Euangelica hiſtoria ea ratione illuſtrata fuit; ut eâ Miſnam, quam tractamus, non everti, ſimul oſtenſum ſit. Cæterum illud de porcis interdictum Maimonides annotationibus ad hanc Miſnam ulterius extendit. הוא הדין לשאר דברים שאסורין באכילה אבל דבר בחזירים כפי הידוע שהם אפשר לגדל, *Idem juris eſt in reliquis rebus interdictis quoad eſum: ſed loquitur de ſuibus, quia notiſſimum eſt, eas educari poſſe.* Quod judicium ſi ſequamur, alia animalia, quorum carne veſci non licet, niſi ad opera & onera ſubeunda alantur, habere non licet. Hujus vero ſpeciei mentio injecta, quia inquit Maimonides omnibus notum eſt, iſtam beſtiam educari poſſe: nam aliæ etiam interdictæ quarum natura & feritas hoc non permittit; ideoque ſi in exemplum propoſitæ fuiſſent, fruſtra de iis ſuſcepta cura videretur.

(6) Sed quare canem etiam ſpecialiter hic conſiderat author? Quia cum ejus uſus extra cibum magnus ſit, ipſoque carere commodè non poſſimus, promiſcuè tamen admittendus non ſit; ſed circumſpectè conditiones quædam ſint conſiderandæ. Itaque Miſna hanc conditionem exigit, ut catenis ligetur. R. Joſeph Karo ſe in exemplari correcto hæc addita inveniſſe teſtatur, של ברזל, *ipſius ferri*, id eſt, catenis ferreis: ideoque R. Jacob cum hanc in Choſchen Miſchpat conſtitutionem repetit, pro כלב, *cane*, habet כלב רע, *canem malignum*; quia vulgares canes ferreis catenis non coërcentur. Verum ubi rationes expenduntur, quæ in ſubjuncta Gemara occurrunt; & ſi canem catenis licet ferreis ligent, non ſufficere apparebit. Duæ rationes proponuntur: una quod canis mordeat; altera quod latret, & latrando mulieres gravidas ita conſternet, ut abortiendi periculum immineat. Priori quidem rationi illa cautione ſatisfit; ſed poſterior remanet. Itaque hac de cauſa magnus R. Eliezer dixiſſe videretur, המגדל כלבים כמגדל חזירים, *Qui educat canes eſt illi par, qui educat ſues*: ut ſicuti hoc omninò prohibetur; pariter & illud. ſed ſubjuncta verba, aliam illius fuiſſe mentem edocent, cum hæc adduntur: למאי נפקא מינה למיקם עליה בארור, *Quid inde pergitur?* (id eſt, quid ex illa comparatione diſcitur?) *Ad aggrediendum ipſum cum maledicto.* ſenſus eſt, ut quemadmodum antea maledictio ſtringebatur in eum qui porcos aleret; ſic etiam maledictioni ſubjiciatur is qui canes alit: niſi illa conditione, quam Miſna poſtulat. Deinde, in exoticis, ut vocant, traditionibus, aliam hac in re cautionem adhibent: מגדל הוא בעיר הסמוכה לספר וקושרו ביום ומתירו בלילה, *Homo canem alit in civitate littori ſive confinio vicina. ubi eum ligat interdiu; & noctu ſolvit.* Quamvis alibi ſolutos canes habere non liceat; tamen ad limites regionum licet: ut finitima & extrema loca per ipſos à prædonibus tutiora eſſe queant. Atque hoc jus in Babylonia etiam obtinuiſſe nonnulli exiſtimant: cum multi Judæi illic degerent. Unde in Gem. אמר רב נחמן בבל כעיר הסמוכה לספר דמי תרגמה נהרדעא, *Pronuntiavit Magiſter Nahman; Babel ut civitas quæ limiti adjacet eſſe videtur. in eaque deſignari dixit* (videlicet M. Joſeph, qui Nahmanis ſententiam refert) *Nehardeam.* Quia in Babylonia multi erant Judæi, & ad tempus illic fixam veluti ſedem habuerunt; ipſam hac in parte R. Nahman terræ Canaan æquavit, ut eo modo in portubus & regionis limitibus (nam ספר late accipiunt Talmudiſtæ) canes alere & noctu ſolutos habere liceret: quemadmodum in terra ſancta. Babel autem regionis & civitatis nomen eſſe conſtat: ſed cum Nahman Babyloniæ meminit, aliam civitatem in Babylonica regione deſignare voluit, puta Nehardeam: quæ ut inquit Gloſſa, *in confinio erat*; ideoque illo gaudebat privilegio. Etenim ad Euphratem conditam ferunt (ut Joſephus aliique obſervarunt) ubi Babylonicæ regionis terminus ac limes.

(7) Denique, ne columbæ Iſraëlitarum caperentur, legibus cautum fuit: adeoque retia nonniſi triginta ſtadiis à ישוב, *loco habitato* tendere permittitur. Ubi per locum habitatum deſignant urbem. Neque tamen permiſſio hæc, qua ultra ſtadia triginta permittunt ut tendantur retia, adeo generalis eſt, ut exceptiones non admittat. Duobus enim locis id prohibetur, licet ſtadia illa intercurrant. Si vineta vel ad centum milliaria circum urbem, vel ab uno ejus latere extendantur, ibi reti columbas capere interdictum: quod columbæ de vineto ad vinetum tranſvolent; atque ſic quam longiſſimè à civitate, quam Iſraëlitæ incolunt, recedant. Præterea ſi columbaria non ita procul à ſe invicem diſpoſita per centum milliaria extendantur, ibi retia expandere vetitum: quia ſimiliter columbæ etiam Iſraëlitarum per diverſa columbaria tandem longiſſimè avolant. Ideoque in Gemara de utroque ſuccinctè veterem traditionem legimus: תניא בישוב אפילו מאה מיל לא יפרוס רב יוסף אמר בישוב כרמים רבה אמר בישוב שובכים ותיפוק ליה משום שובכין נמי, *In exoticis dicitur, Etiamſi centum milliaria intercedant, non expandet, Magiſter Joſeph inquit, in loco vitibus conſito id ſervari; Rabba addit, etiam in loco columbariis occupato. Sed excipies* (ſive non exiſtimabis) *id propter columbaria ipſa dici.* Prioribus verbis utrumque prohiberi; non vero diverſas tantum recenſeri ſententias oſtendunt cum Choſchen Miſpat, tum Jad Chazaka, ubi idem interdictum repetitur. Poſteriora verba hoc ſibi volunt, non quidem ipſa columbaria hoc impedire, quaſi contra jus ipſum veniret qui inter columbaria ſua (nam & eò interdictum extendunt) retia tenderet; אלא מפני דרכי שלום, *ſed ut pacis ſervandæ modi ſervarentur*, id interdixiſſe Judæos. Verum objectio ſolvenda, quæ ex inſpecta Miſna oboritur: nam triginta ſtadiorum diſtantiam exigit, ut rete tendatur; cum tamen quinquaginta tantum cubitis à columbariis ſuis diſcedere cenſeantur columbæ, Cod. Bab. Bathr. c. 2. ſect. 5. *Columbarium à civitate 50 cubitis arcent*: hunc nempe in finem, ne iſtic terræ proventum lædant. Cur ergo triginta ſtadia exigit Miſna? Verum in Gemara brevibus hæc difficultas tollitur: Abæus enim reſpondet, משט שייטי טובא כרסיהו בחמשים אמה מליא ומשט לי רים ותו לא, *Vagando vagantur admodum, ſed ingluvies earum intra quinquaginta cubitos expletur: vagatio autem triginta ſtadiis procedit, non ulterius.* Ac ſi dixiſſet, columbas quidem quinquaginta tantum cubitis à columbariis ad paſtum diſcedere, atque illo ſpatio quod ſibi ſufficit invenire: ulterius tamen volitare, ad longe remotiora loca; ideoque quod capturam attinet, extra ſtadia triginta eam demum licitam eſſe, ne fratrum ſuorum columbas capiant, quæ eò uſque nonnunquam avolare ſolent. Romanis etiam legibus, ſicuti præcedentibus conſtitutionibus (licet diverſo modo) nociva animalia prohibita fuere: cujus rei exemplum habemus, lib. 21. dig. tit. 1. leg. 11. 12. & 13. *Ne quis canem, verrem,* (*vel minorem aprum*) *lupum, urſum, pantheram, leonem, aliudve quod noceret animal, ſive ſoluta ſint, ſive alligata, ut contineri vinculis quominus damnum inferant, non poſſint, qua vulgo iter fiet, ita habuiſſe velit, ut cuiquam nocere, damnumve dare poſſit.* Hac lege vel expreſſè præcedentia Miſnæ membra; vel deducendo aliud ex alio κατ᾽ ἀκολουθίαν probari poſſent,

quatenus in iis æquitas quædam invenitur: longius enim in iis Judæos progredi, quam recta ratio ſuadet, ſaniores lectores judicabunt. Poſtremum membrum de columbis illuſtratur lege *Naturalem*. §. *cervos*, ff. *De acquirendo rerum dominio.* Ubi hujuſmodi animalia ſemper occupantium non fieri docetur: unde ſequitur eo caſu occupantem furtum committere, adeoque id ne faciat prohiberi. *In bis animalibus quæ conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt, ut euſque noſtra eſſe intelligantur, donec revertendi animum habeant: quod ſi deſierint revertendi animum habere, deſinant noſtra eſſe, & fiant occupantium.* Ergo quandiu columbæ ad columbaria redire ſolent, non fiunt occupantium; idcoque interea eas aucupare non licet.

Cap. 8. §. 1. *Qui vitiat alterum, quinque nominibus tenetur. ubi ordine de damno corpori illato, dolore, curatione, ceſſatione, & ignominia, etiam fortuita. Ann.* (1) *Ex.* 21. 24. *& Lev.* 24. 20. *enarrantur. Itaque Talionis lex defenditur: & qui accipiatur* oculus pro oculo, *&c. expenditur. De Num.* 35. 31. *comm. Ex.* 21. 25. *contra Judæos vindicatur. Quid* רק *Ex.* 21. 19. *Pœna corporalis in pecuniariam mutata.* (2) *In vitio illato compenſando, omnes læſor pro ſervis habebant. Talio ex Leg.* 12. *Tab. & Cod. Talionis lex revocata. Dum talio vigeret, corporalis pœna etiam in pecuniariam mutata. Talionis æquitas ex Gellio.* (3) *Modus quo æſtimatur dolor compenſandus. Ex.* 21. 25. *ex mente Gem. expoſitus. Actionem in alterum dari ob dolorem illatum, ex jure Romano.* (4) *Ceſſationis compenſatio extenditur.* רק *quid Ex.* 21. *v.* 19. *ex Gem.* נאתא כריכרי׳ גרגותני. (5) *Gemaram à Miſna diſſentire, in plaga recrudeſcente.* (6) *Varia conſideranda & quæ, in ceſſatione compenſanda. Ceſſationem præſtandam & curationis impendia, cenſent jura Rom.* (7) *Ignominiam pro conditione perſ. diverſa luendam, ratione etiam probatur.* (8) *Nudus quis dicatur. Orientalium veſtes. Gradibus ad altare cur non aſcendendum* (9) *Ignominia non animadverſa vindicatur.* (10) *Deut.* 25. 11. 12. *enarrantur è Magiſtris. Manus amputanda redimi potuit. Quæ de ignominia vindicanda, ejuſque incremento dicta, ex Rom. leg. confirmantur: & injuriam vindicandam, quam etiam infert qui in aliam perſonam collimabat.*

פרק ח א החובל בחבירו חייב עליו משום חמשי׳ דברים בנזק בצער ברפוי׳ בשבת ובבושת בנזק כיצד סמא את עינו קטע את ידו שיבר את רגלו רואין אותו כאלו הוא עבד נמכר בשוק ושמין כמה היה יפה וכמה הוא יפה צער כואו בשפוד או במסמר ואפילו על ציפורנו מקום שאינו עושה חבורה אומדין כמה אדם כיוצא בזה רוצה ליטול להיו מצטער כך רפוי הכהו חייב לרפאותו עלו בו צמחים אם מחמת המכה חייב שלא מחמת המכה פטור חיתה ונסתרה חיתה ונסתרה חייב לרפאותו חית׳ כל צרכה אינו חיי׳ לרפאותו שבת רואין אותו כאלו הוא שומר קישואין שכבר נתן לו דמי ידו ודמי רגלו בשת הכל לפי המבייש והמתבייש המבייש את הערום המבייש את הסומי והמבייש את הישן חייב וישן שבייש פטור נפל מן הגג והזיק ובייש חייב על הנזק ופטור על הבושת שנאמר ושלחה ידה והחזיקה במבושיו אינו חייב על הבושת עד שיהא מתכוין :

Cap. 8. Qui proximum lædit, in eo multis, id eſt, quinque nominibus (1) tenetur: damni nomine, doloris, curationis, ceſſationis, & ignominiæ. In damno, quomodo? Si illius oculum excæcavit, manum amputavit, pedem fregit; eum conſiderant, ac ſi ſervus eſſet in foro vendendus: atque æſtimant quanti antea valebat; (2) & quanti jam valet. In dolore verò ita fit: exempli gratia hominem aduſſerit quis veru aut clavo, etiam in ejus ungue, ubi non fit vibex; tum expendunt, quantum homo (3) iſtius conditionis reportare vellet, ut tanto dolore afficeretur. Quod curationem attinet; ſi alium percuſſit, ad curationem tenetur. Quum puſtulæ illi ſuccreſcunt, (4) ſi ex inflicta plaga id fiat, tenetur; ſi non eſt inflicta plage, liber eſt. Si ſubinde plaga ſanetur & recrudeſcat, (5) ille ad curationem ejus tenetur; ſi in ſolidum ſemel ſanetur, non amplius tenetur ad ejus curationem. Quoad ceſſationem, (6) eum conſiderant ac ſi cucumeres cuſtodiret: nam antea ipſi dedit pretium manus pretiumque pedis ipſius. In ignominia compenſanda, omnia pro conditione (7) ejus qui eam inurit, & patitur. Qui ignominia afficit (8) nudum, aut (9) cæcum, aut dormientem, tenetur; dormiens qui ignominia afficit, liber eſt. (10) Si de tecto decidens lædat & ignominia afficiat, tenetur damni nomine; & in ignominia liber eſt: quia dicitur *Deut.* 25. *v.* 11. *Et extendens manum ſuam apprehendat pudenda ejus.* Non tenetur de ignominia, donec animum eò intendat.

R. OB. DE BARTENORA.

כמה הוא יפה *Quanti jam valet*, nam ſi neceſſum fuiſſet, vendidiſſet pro ſervo Hebræo; & hic qui ipſi damnum intulit, fuit ipſi in cauſa quod hos nummos perdidit. כיוצא בזה *huic ſimile eſt*, prout delicatus fuit eo major erit illius dolor, צמחים ſunt *puſtulæ albæ*.
שבת רואין אותו כאלו הוא שומר קשואים *Quod ad ceſſationem, conſiderant eum ac ſi cucumeres cuſtodiret*, per totum infirmitatis ſuæ tempus conſiderabant eum, ac ſi cucumerum cuſtos eſſet, & propterea ipſi cujuſlibet diei mercedem dabit, eo quod nondum capax eſt ad alia opera peragenda, etſi abſque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si manum ejus aut pedes amputaverit, tenetur ad ſolutionem quinque pœnarum; verum ſi unum ex illis damnis intulerit, aut duo, ut, ſi tantum ignominia ipſum affecerit, tantum ſolvat pro ignominia. Sic etiam, ſi affixerit eum, ſolvat tantum pro afflictione, exempli gratia; ſi veru aduſſerit unguem ejus, &, ſi vulnus tranſierit contra ordinem curationis, & infirmitas accreverit, aut infirmitas aliqua renata fuerit, is qui vulnus intulit, nihil debet pro illa infirmitate quæ renata fuerit, quia culpa eſt in eo cui vulnus illatum eſt. Scias autem quod unum ſit e fundacientis

abſque infirmitate fuerit; nam manus & pes ejus amputatæ ſunt, & damnum ipſi illatum jam reſarcitum eſt.

הכל לפי המבייש *Omnia pro conditione ejus qui ignominia afficit.* Si homo infimæ conditionis alium ignominia affecit, ignominia major habetur reſpectu ſui ipſius, & reſpectu illius dignitatis quem ignominia affecit. Cæterum, hæ quinque res quarum in hac Miſna mentio facta eſt, confirmantur ex iis quæ ſcripta ſunt Exod. 21. & Levit. 24. עין תחת עין ſed dicere non poſſumus quod hoc ſtrictè dicatur de oculo, quia ſcriptum eſt Num. 35, 31. ולא תקחו כפר לנפש רוצח *Non accipietis redemptionis pretium pro anima occiſoris.* Sed accipietis quidem redemptionis pretium pro membris, ut, ſi oculum proximi excæcaverit, ſolvet pretium illius oculi, & hoc eſt quod dicitur, *oculus pro oculo.* Cæterum quod ad *dolorem* attinet, confirmatur ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 21, 25. פצע תחת פצע *vulnus pro vulnere*, quæ ſuperflua eſſent, niſi includeretur *dolor*, etiam in loco ubi damnum obtinet, quia non dicimus, quod jam emit manum & quod ipſi fuit poteſtas eam abſcindendi, ſed dicimus, quod potuiſſet eam abſcindere aromatibus, at hic abſcindit ope ferri, & ipſi dolorem intulit, propterea pro dolore ſolvet.

בריפוי בשבת *Pro curatione, pro ceſſatione*, quemadmodum extat Exod. 21, 19. רק שבתו יתן ורפא ירפא *Sed ceſſationem ejus dabit, & curando curabit.* Hoc autem intelligendum eſt quando infirmitas provenerit a vulnere; at ſi ipſe æger fuerit in cauſa & tranſgreſſus fuerit verba medici, is qui lælit non tenetur de ceſſatione, nec curatione, quia ipſe læſus in cauſa eſt.

ובבושת *Et pro ignominia*, quia ſcriptum eſt Deut. 25, 12. וקצותה את כפה Quod non manu, ſed de pecunia intelligendum. Cæterum jus Legis poſtulat, nullum judicem poſſe jus dicere niſi ſit ex præſtantiſſimis terræ Iſraëlis judicibus qui vocantur אלהים duntaxat. Sed in judiciis de mutuo, venditione, & emtione, poſſeſſione, & confeſſione, ac negatione, jus dicere poſſunt extra terram Iſraëlis, inſtar legatorum ſenatus in terra Iſraëlis, & nos facere debemus legationem eorum. Et hoc tantum in rebus ordinariis ubi eſt defectus pecuniæ, ut, ſi quadrupes dentibus ſuis intulerit damnum, vel etiam pede, de quibus convicti ad damnum integrum, aut ſi homo damnum intulerit. Verum ſi quadrupes nocuerit homini, aut homo homini, non poſſunt judices extra terram Iſraëlis jus dicere. Sed a cœtu excludunt eum qui nocuerit, aut damnum intulerit, donec cum adverſario ſuo aſcenderit terram Iſraëlis, aut litem compoſuerit coram judice; ſed de eo quod determinatum eſt non deciditur. Et hoc modo comparatum eſt cum jure omnium earum pœnarum quarum in Lege mentio facta eſt, & in Gemara, ut judices extra terram Iſraëlis eas exigere non poſſint, niſi ut ſontem a cœtu excludant.

entis Legis noſtræ, quod in Babylonia non exigunt pœnas, & eodem modo comparatum eſt in cæteris terris; ſed tantum in terra Iſraëlis ita eſt, quia Lex dixit Exod. 22, 8. עד האלהים יבא דבר שניהם ſed nobis non ſunt judices qui dicuntur אלהים, præterquam in terra Iſraëlis qui erant judices excellentiſſimi, quemadmodum exponimus in tractatu Sanhedrin. Sed omnes mundi judices habentur ut ii qui præſident vice judicum in terra Iſraëlis; nihilominus tamen eorum loco non ſufficiunt alios niſi in rebus ordinariis, ne hominum jura pereant, uti ſunt debita de mutuis, venditione, & emtione, poſſeſſione, confeſſione, & negatione. Quando autem animal damnum intulerit dente, aut pede, quæ habentur partes convictæ, uti in ſuperioribus dictum eſt. Sic etiam, ſi homo damnum intulerit beſtiis; ſed ſi beſtia homini, & homo homini, necnon de tota pœna, non ſolvet quicquam niſi ex decreto judicum terræ Iſraëlis, quia hæ res raro admodum contingere ſolent, & quia nonnullæ dantur in quibus eſt defectus nummorum. Id autem quod peragi debet de eo qui damnum intulerit aliis, hujuſmodi eſt, æſtimabit quantum debet pro ceſſatione, ignominia, & curatione, dolore, & damno, & is qui læſerit, ſolvet omnia una vice, & ſic liberabitur, ſi caſus contigerit in terra Iſraëlis. Cæterum, ſi extra terram Iſraëlis contigerit talis caſus, excommunicant ipſum, donec ſolverit id quod debet; aut dicunt, ut cum adverſario ſuo proficiſcatur ad terram Iſraëlis, & ſolvat id quod ipſi impoſitum fuerit, quo facto ipſum denuo ad cœtum admittunt, etiamſi is qui læſit, hoc non contentus ſit. Cæterum neceſſe eſt ut hic dicam, quod dimidium damni quod debet bos innocens, ſit pœna, quam tamen non exegerunt extra terram Iſraëlis, niſi eo quo diximus modo. Sed dimidium damni quod debet pro glebis quas pedibus diſperſerit, & inſtrumentis quæ fregerit, ſolvet de præſtantiſſimo, quia hæc traditio eſt, non pœna; ſed exigunt illam ſolutionem extra terram Iſraëlis, at ea conditione ut ſit in ditione illius qui læſus eſt; ſed in ditione publica, liber eſt, quemadmodum expoſitum eſt capite ſecundo hujus tractatus. Verum damnum integrum non eſt pœna, & exigunt illud, & in bove convicto, quia nobis fundamentum eſt, quod in Babylonia non eſt convictus.

(1) L'EMPEREUR. Si quis alium læſerit, quinque præſtare tenetur, ut alteri ſatisfaciat. Puta ſi corpus alicujus læſerit; ut vulnus inflixerit, vel membrum aliquod fregerit, vel amputaverit, vel ſimile fecerit. Atque ſingula illa quinque ſacrarum literarum autoritate probare nituntuntur. Exempli gratia, omnium primo, ut damnum ac læſio ipſa compenſetur, exigunt; idque autoritate legis Ex. 21. 23. & ſeq. *Sin autem exitium ſit, tum reddes vitam pro vita. Oculum pro oculo*, &c. item Levit. 24. 20. *Fractura* eſto *pro fractura, oculus pro oculo, dens pro dente: prout intulerit corporis vitium homini, ita inferter ei.* Hæc verba ubi ſecundum ſimplicem ſenſum accipiuntur, ſimile vitium lædentis corpori infligi poſtulant: nimirum ubi quis alterius lacertum fregit, lædentis ſimiliter lacertum frangi; ubi manum vulneravit, vulnerantis manum ſimili vulnere deformari; atque eodem modo ac ratione in reliquis vitiis alterius corpori illatis. Exemplum Deut. 19. 19. ſimplicem etiam ſenſum ſuadet: hæc enim verba, *Si ecce teſtis falſus eſt teſtis ille, falſum teſtatus eſt contra fratrem ſuum; omninò facietis ei, quemadmodum molitus fuerat facere fratri ſuo*: hæc inquam Judæorum magiſtri in eum ſenſum accipiunt, ut falſus ille teſtis eam pœnam luat; quam alteri non ipſo facto, ſed conamine molitus fuerat. Atqui Lev. 24. & Ex. 21. etiam ſimilitudo ſive potius æqualitas in pœna exigitur; ut quod vitium quis alteri intulerit, idem reum maneat. Cur hic à ſimplici ſenſua abeunt? Illic Deut. 19. conatus nocendi, eandem pœnam meretur: hic Ex. 21. ipſum factum & vitium corpori illatum diverſam & minorem mereri miſeriam dicemus; cum utrobique æqualitas præcipiatur? Nihilominus Judæorum magiſtris ſecus placuit. Multorum inſtar eſt Maimonides, qui c. 1. Codicis Chobel Oumaſſik Judæorum mentem non tantum expreſſit; ſed etiam defendere conatus fuit. Primum indicium, quare iſtis verbis, *oculum pro oculo*, mulcta pecuniaria intelligenda ſit, in voce תחת, *pro*, conſtituitur: כפי השמועה למדו שזה שנאמר תחת לשלם ממון הוא, *Traditione acceperunt, id* תחת, pro *vel* vice, *quod hic ſcribitur, ad rependendam pecuniam ſpectare.* Atqui in præcedentibus, quum dicitur, *Reddes vitam pro vita*, eadem vox תחת, *pro* vel *vice*, occurrit: quum tamen homicidam morte; non pretio quodam mulctandum cenſeant omnes. Poſtea objectionem diluere conatus, ad verba Levit. 24. 20. *prout intulerit corporis vitium homini, ita inferter ei*, ſenſum eſſe reſpondet, שהוא ראוי לחסרו אבר או לחבול בו כאשר עשה ולפיכך משלם נזק, *ipſum dignum eſſe ut ei membrum auferatur, aut eo corporis vitio afficiatur, quo affecit alium: ideoque compenſandum damnum.* Nihil hic regero: nam hæc expoſitio cum textu pugnat manifeſtè. Aliam deinde rationem ſubjicit, quia Num. 35. 31. legimus, *Ne accipitote redemptionis pretium pro ullo occiſore.* ſubjicit ergo, לרוצח בלבד הוא שאין בו כופר אבל לחסרון אברים או לחבלות יש בו כופר, *Pro occiſore tantum interdicitur redemptionis pretium; ſed propter membrum defectum, aut corporis vitia pretium accipere licet.* Quaſi verò quod Deus propter homicidii atrocitatem magis inculcat, id in aliis contra leges ſuas præteriri & negligi permittat. Non eſt inſolens, ut quod multis commune eſt, in ſpecie quadam expreſſius urgeatur, ſi id in ipſa omnium maximè attendi de-

beat. Quin etiam in vitio corporibus illato idem expreſſe repetitur Deut. 19. 21. *Ne igitur parcito oculus tuus: vita pro vita, oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes pro pede eſto.* Ut illic redemptionis pretium expreſſè excluditur; ita hoc loco, quum dicitur, *ne parcito oculus tuus*: ubi nullum effugium admittitur; ſed oculus pro oculo, dens pro dente, &c. exiguntur. Licet Maimonides ſine ullo indicio textus, iſtud ad nummorum ſolutionem reſtringat, in qua nemini à judice parci permittit. Verum ratio quam ultimo loco profert, præcipua eſt & ſpecioſa: ut quum in hunc modum loquitur Deus Exod. 21. 18. & 19. *Quum percuſſerit unus alterum lapide aut pugno; ita ut mortuus non ſit, ſed decumbat in lecto; ſi ſurgens ambulaverit foras nixus ſcipione ſuo, tum impunis erit percuſſor: tantummodo ceſſationem ejus reddito, & plenam curationem ejus præſtato*: cum hac lege confert verba commatis 25. *tumicem pro tumice.* Quaſi dicat, Lex talionis illuſtratur exemplo tumicis. atqui quum alter alterum percutit, ut inde decumbat, id ſine tumice non fit: tamen quum quis alterum ita percutit ut decumbat, tantummodo ceſſationem ejus reddit, & curationem præſtat verſ. 19. nec ulterior pœna poſtulatur. At ſi quis paulo attentius locum expendat, nonne ſtatim animadvertet, eadem ratione pecuniariam mulctam excludi, quam ante curationis mercedem &c. exigunt magiſtri; quum verſ. 19. quo totum argumentum nititur, ne quidem iſtius mulctæ fiat mentio? Niſi ergo illi doctores ſeipſos refellant, ſuamque ſententiam qua pecuniam exigunt evertant, verba commatis 19. ſecus exponant neceſſe eſt. Series ipſius contextus abundè Legiſlatoris mentem nobis indicat. De altercantibus agitur, qui ſæpe cædes jurgiis immiſcent, itaque quandoquidem inter altercandum acceptis vulneribus & tumicibus non rarò decumbunt, iterumque couſque convaleſcunt ut foras prodeunt; voluntatem hic ſuam exprimit Legiſlator: licet vulneratus poſtea moriatur, quia couſque convaluit ut prodierit in publicum, alterum morte plectendum non eſſe. Atque hoc ſibi inprimis hac lege Deus propoſitum habuit, ut reum à morte abſolveret: ideoque ait, *impunis erit percuſſor.* Sed quia abſurdum videbatur, reum omninò ab omni pœna ac mulcta excuſari, idcirco ſubjicitur, רק, *Verum, ceſſationem* &c. atque aliam pœnam quæ aliis delictis erat communis in comma 23. & ſequentia differt, ut una eademque opera omnes iſtas lædendi ſpecies ſimili pœna involvat. Interea verſ. 19. quod iſti facto ſpecialiter conveniebat, expreſſit, ut reus decumbentis ceſſationem & curationem præſtaret. Nam voculam רק quod attinet, ea non ſolum ſignificat *tantummodò*, ſed etiam *verum* vel *ſane*, aut ſimilia: ut Pſ. 32. 6. *Orabunt eſt te ... quo tempore obvenerit* malum: רק, *verum* (vel *ſane*) *in inundatione etiam aquarum multarum, ad eum non pertingent.* Imo etiamſi רק pro *tantummodò* accipias Ex. 21. 19. tantum iſta vocula mortem excludit: alioqui ipſa pecuniaria mulcta quam ſupra ceſſationem & curationem exigunt Judæi excluderetur; quod ſane non admittent. Denique nec hoc reticebo: non abſonum fore, ſi Ex. 21. 23. & ſeq. de iſto vitio agi dicamus quod non curatur, quin deformitas maneat; at verſ. 19. cum ſpectari caſum, in quo curatio perfecta conſpicitur: ut nihil præter curationem & ceſſationem exigere poſſe videamur. Itaque cum diverſus ſit caſus, nihil probat hæc Maimonidæ ratio. Verumenimverò hoc agnoſco: licet lex talionis ita intelligenda, ut dictum eſt, tamen penes judicem fuiſſe, ut pœnam corporalem in pecuniariam pro circumſtantiarum conditione mutaret: idque argumento legis quæ Ex. 21. 29. & 30. datur, ubi alternatio pœnæ etiam gravioris admittitur. ſed de eo poſtea.

(2) Verum jam videamus, qua ratione, quove modo illam mulctam definiant. Si conditionis diverſitas attenderetur, nulla eſſet certa æſtimandi ratio: in ſingulis vitæ generibus, & perſonarum ſtatu diverſiſſimo, ſemper quidpiam proferret læſus, cujus nomine damnum vel vitium corporis admodum extenderet, ejuſque compenſationem augeri poſtularet. Itaque omnes læſos pro ſervis hac in parte cenſeri volunt: quorum pretium ignorari non poterat. atque etiam iſtis temporibus uſitatum erat, ut liberæ perſonæ neceſſitate quadam urgente ſeipſas in ſervos venderent. Quapropter utrumque ſtatum & conditionem expendunt: quanti vendi perſona poſſet, antequam (exempli gratia) manus abſciſſa fuiſſet quantique jam valere poſſet poſtquam abſciſſa fuiſſet; ומשלם חסרת שחסרתו מכרו, *& reus ſolvit imminutionem, qua illius valorem imminuit.* ut ſi antea 50 ſiclis æſtimatus, poſtea quadraginta tantum ſiclis vendi queat; lædens quanti læſus depretiatus fuerit, rependet: puta ſiclos decem. Multi hic caſus expendi poſſent, quibus lædens damni nomine non teneatur; ſed curationis vel ceſſationis &c. quos ob eorum multitudinem prætereo. Si quis omnes expendere velit, legat in Choſchen Miſchpat ſect. 420. circa initium, ubi diſtinctè proponuntur. Jam ad leges apud Romanos receptas veniamus; quæ olim idem cum lege divina præcipiebant. Unde in legibus 12. Tab. talio ſtabilitur: *Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſt.* Cum hac convenit dictum l. fin. t. 2. l. 9. Cod. *Nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.* Sed ut ait Imperator Inſt. l. 4. t. 4. pœnam talionis clementia juris prætorii poſtea revocavit. ita enim legimus §. Pœna autem; *Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege 12. Tabularum introducta eſt, in deſuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis frequentatur.* Imo dum talio vigeret, quemadmodum apud Judæos in pecuniariam mulctam ſæpiſſime mutabatur; ſic in aliis tribunalibus pecuniæ mulcta eadem manſuetudine admittebatur. Gellius Noct. Att. l. 20. c. 1. ubi multa de lege talionis in utramque partem diſputantur ejuſque æquitas defenditur, hæc inter inter alia habet verba, quæ Sexto Cæcilio tribuit; *Quæ iſta acerbitas eſt, ſi idem fiat in te quod tute in alio feceris: præſertim quum habeas facultatem paciſcendi: & non neceſſe ſit pati talionem, niſi eam tu elegeris? quod edictum autem prætorium de æſtimandis injuriis probabilius eſſe poteſt? Nolo hoc ignores, hanc quoque ipſam talionem ad æſtimationem judicis redigi neceſſariò ſolitam. Nam ſi reus, qui depaciſci noluerat, judici talionem imperanti non parebat; æſtimata lite judex hominem pecuniæ damnabat. Atque ita, ſi reo pactio gravis & acerba talio viſa fuerat, ſeveritas legis ad pecuniæ multam redibat.* Non erit à ratione alienum, ſi in foro Judaico eundem procedendi modum ac viam ſervatam fuiſſe dicamus. Ut talio etiam jure exigeretur, ſi lædens minus atrociter peccaſſet, aut depaciſci nollet; mulcta tamen pecuniaria ſæpè reus ſatisfacere poſſet, vel alia quadam ratione, cui læſus acquieſceret. Nam ſi (quemadmodum jam antea innui) Ex. 21. 30. morte dignus eaque plectendus id juris habebat, ut certo caſu, pretio vitam redimendi facultas eſſet; quidni idipſum in leviori crimine admittatur? Legiſlator hac de cauſa utramque legem eodem loco propoſuiſſe videtur, illam verſ. 25. hanc verò verſ. 30. ut poſterior prioris eſſet explicatio. Non tamen Judæis attentior, qui legem priorem mordicus de pecuniaria mulcta accipiendam contendunt: non enim magis illa lege pecunia exigitur, quam verſ. 29. ubi dicitur, *Dominus ejus morte plectitor.* verum uti hîc redemptio vitæ permittitur commate ſequenti; pariter illic membri &c. redemptionem argumento poſterioris legis (verſ. 30.) non denegandam autumo.

(3) Verum crure fracto, vulnere inflicto &c. non tantum integritatem corporis redimendam; ſed etiam pro aliis ſatisfaciendum eſſe Miſna aſſerit. Itaque ſecundò dolorem compenſari vult; ejuſque exemplum in aduſto proponit, cujus unguis tantum candenti ferro leviter uſtuletur: ubi meritò conditionem perſonarum ſpectari præcipit. Nam & Maimonides tractatu in ſuperioribus citato c. 2. ſect. 10. obſervat, Hominem divitem & delicatulum invenias qui grandi pecunia, ut dolorem remiſſum ſuſtineat, adduci non poterit; viciſſim robuſtum quendam pauperem laboribuſque aſſuetum deprehendas vel pro uno denario magnum non detrectare dolorem. Hominum ergò conditio & indoles ſpectanda: quod quidem in exemplo ab authore Miſnæ propoſito, atque etiam ſimilibus, magnam difficultatem non habet. Verum quandoquidem ipſius mens ac intentio hæc eſt, ut conveniens pretium pro illo etiam dolore rependatur, quem quis ex amputata manu, aliiſque membris ſuſtinet; quo modo ille dolor æſtimari queat -

ex

expendamus. Maimonidæ tantum verba è ſect. 11. dicti capitis aſcribam. שקטע ידו או אצבעו אומדים כמה אדם כזה רוצה ליתן בין לקטוע לו אבר זה בסייף או לקטוע אותו בסם אם נגזר עליו המלך לקטוע ידו או רגלו ואומדין כמה יש בין זה לזה ומשלם המזיק, *Quum manum ejus aut digitum amputavit; expendunt quantum iſtius conditionis homo dare vellet, ut potius quam ſibi hoc membrum gladio præcideretur, id medicinâ tolleretur, ſi de ipſo rex conſtituiſſet, manum vel pedem amputandum. tum quanti ſit utriuſque differentia æſtimant, idque lædens perſolvit.* Sanè ut inquit Gemara, pecuniam nemo שקיל ומצער נפשיה *accipiet ut in ſeipſum eum dolorem admittat.* Sed ſi manus ob delictum & peccatum contra majeſtatem regiam admiſſum amputanda magno cum cruciatu; æſtimari poteſt dolor, quantum reus ille expendere vellet, ſi leni medicina manus tolli poſſet, idque rex admitteret. Verumenimverò unde doloris compenſationem probant? In Gemara verba illa Ex. 21. 25. *Uſtionem pro uſtione. . . . tumicem pro tumice*, pro fundamento ſternuntur; licet ſatis obſcurè: ideo verba aſcribere & addita verſione explicare non gravabor. רבי אומר כויה נאמר תחלה סבר כויה דאית ביה חבורה משמע כתב רחמנא חבורה לגלויי עלה דכויה דליכא בה חבורה, *Rebbi cenſet ſimplicem uſtionem eſſe quæ prius memoratur: ut qui exiſtimet, uſtionem quæ tumicem continet proprie quidem illa voce deſignari; ſed miſericordem D. poſtea ſubjeciſſe tumicem, quò uſtionem illam declararet, eam intelligi quæ tumice careat.* Ac ſi dixiſſet R. Judas, (Ribbi dictus) Uſtio commatis initio, ſimileſque læſiones deſignantur, quæ oculis etiam expoſitæ non ſunt; ut quidem tumices & vulnera; ideoque horum poſtea demum fit mentio: quapropter dolor ſimplex etiam compenſandus, licet grave vitium corpori illatum non ſit. nam dicitur *uſtio pro uſtione* quaſi dicat, Leviſſima etiam læſio dolorem afferens, compenſanda. quanto ergo magis, ſi dolor iſte in vulneribus, tumice, amputata manu &c. inveniatur? Hæc eſt verborum illorum ſententia. Maimonides verò è Deut. 22. 29. idem confirmari exiſtimat. ubi de eo qui vi virgini vitium offert lex præcipit, *Dabit vir ille qui concubuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenteos &c. quod compreſſerit eam:* eadem inquit ille, eſt omnium ratio qui alterius corpus vitiarunt, ſcilicet ut animi vel corporis dolorem compenſent. Legibus etiam Romanis hujuſmodi compenſationis habitam fuiſſe rationem conſtat è Dig. li. 47. tit. 10. ubi le. 5. *Lex Cornelia de injuriis competit ei qui injuriarum agere volet ob eam rem, quod ſe pulſatum, verberatumve, domumve ſuam vi introitam eſſe dicat.* Quæ verba prima quidem fronte quod intendo probare non videntur: ſed cum iis conferendus paragraphus ſequens, *Inter pulſationem & verberationem hoc intereſt, ut Ofilius ſcribit, verberare, eſt cum dolore cædere; pulſare, ſine dolore.* Si propter pulſationem & verberationem ut res diverſas agere injuriarum licet, & pulſationem verberatio ſolo dolore ſuperat; quis non videt legibus Romanis ob illatum dolorem læſo actionem in lædentem dari, quod Miſna noſtra ſtabilitur? Laurentium Vallam li. 6. elegant. iſtam differentiam improbantem jam prætereo: etenim in iſta ſcrupuloſius inquirere animus non eſt.

(4) Porrò in curatione ſumptus vulneranti ſive lædenti aſcribendos eſſe manifeſtè docetur Ex. 21. 19. *Plenam curationem ejus præſtato:* verum inde primo intuitu non liquet, an ſi puſtulæ in læſa cute ſuccreſcant, aliave incommoda oboriantur, eorum curationem reus præſtare teneatur. Miſnæ author affirmat; ſed adhibita diſtinctione: nam hujuſmodi tubercula, aliave vitia, vel aliunde caſu fortuito eodem tempore accidunt; vel eorum cauſa eſt inflicta plaga. ſi fortuitò hoc malum concurrat, reus non tenetur; at ſi cauſa in ipſa plaga deprehendatur, ad curationem obligatur. Nec ad curationem tantum; ſed etiam ceſſationem compenſandam, uti in Gemara explicatur: fit enim ſæpe, ut ex fortuito hujuſmodi malo ulterius ac diutius ab opere ſuo prohibeatur vulneratus. Ratio qua præcedentem diſtinctionem in Gemara confirmant hiſce verbis exprimitur: רבנן רק לשלא מחמת המכה הוא דאתא *magiſtri, voculam* רק *ad ea quæ ex plaga non proveniunt excludenda venire* ſive præmitti, *cenſent.* Quia רק etiam excludendi particula eſt, ideò verſ. 19. exprimi autumant, ut plagæ ejuſque quod ex plaga provenit curatio & plagam iſtam conſequens ceſſatio ſolummodo intelligatur, non verò ſi accidentarium illud malum ex inflicta plaga non oriatur. Quî autem aliunde etiam procedat, in Gemara additur: ubi צמחים, *puſtulas* paulo aliter Abæus exponit, quam ſolent Ebræi. כאי שלא מחמת המכה כדתניא הרי שעבר על דברי רופא ואכל דבש או כל מיני מתיקה מפני שמיני דבש וכל מיני מתיקה קשין למכה והעלתה מכתו נרגותני, *Quî ſe res habet, quum è plaga non provenit? quemadmodum traditione accepimus, Ecce quando medici verba neglexit, & mel, ullave dulciariorum genera edit: quia mellis genera, omniumque dulciariorum, plagæ infeſta ſunt, adeo ut plaga* נרגותני *proferat.* Deinde poſtrema hæc vox explicatur: מאי נרגותני אמר אביי נאתא כריכתא, *Quid eſt* נרגותני*? reſpondet Abæus, caro mortua.* Gloſſa Salomonis נאתא כריכתי exponit בשר מת, *caro mortua*: puta, quæ in parte læſa excreſcens fit ſenſus expers.

(5) Cæterum in vulneris & ſimilium curatione aliud etiam expendendum venit. Contingit non raro, ut morbus vel vulnus ac plaga recrudeſcant, & malè affectus veluti recidivam patiatur. Miſna quidem in genere reum condemnat, ſi læſus à malo ſuo nondum planè ſanatus fuiſſet; at ſi poſt recuperatam valetudinem læſus iterum malè habere incipiat, recidivi mali alterum non teneri cenſent. Attamen Gemara cum in genere excuſat, ſi ſua culpa, non plagæ vi ac conditione pejus habere læſus cœperit; quemadmodum in carnis puſtulis, ſive in excreſcente carne jam antea obſervatum fuit. Ita etiam R. Jacob autor Choſchen Miſchpat & Maimonides ſentire videntur: licet eorum verba variè conſtrui, aliumque ſenſum habere queant.

(6) Pergit Miſna ad ceſſationem: nam qui inflicto vulnere impeditur, quo minus opus ſuum peragere poſſit, magnum inde etiam damnum percipit; quod præſtare vulneris author lege tenetur. Ex. 21. verſ. 19. Verum quæſtio oritur, quî, quave ratione ac modo illa ceſſatio æſtimanda ſit. Doctores læſi conditionem exactè conſiderant: cum vi ac vigore præcedentium conſtitutionum, pro corporis vitio, nec non pro exantlato dolore, pecuniariam mulctam à lædente accepiſſe. itaque (exempli gratia) quid pede vel manu mutilatus, ſi manum vel pedem retinuiſſet, lucraretur, ſpectandum non eſſe contendunt; ſed quia jam pro manu & pede ſatisfactum eſt, quid damni durante morbo patiatur, operis reſpectu quod licet mutilatus tamen ſanus faceret, expendi volunt. Idcirco mutilatum ſingulis morbi diebus expetere poſſe cenſent, quod è ſervato cucumerario quotidie reportaret. Sed quia perinde non eſt, ſive pede, ſive manu privatus ſit, nam ad diverſa deinde opera idoneus eſt; nec etiam perinde ſe res habet, ſive vulneratus ad tempus decumbat, poſteaque ſine ullo vitio ſanitatem recuperet, ſive membrum aliquod amittat: propterea ceſſatio ab opere æqualiter æſtimari potis non eſt. Unde varios reſpectus hic admittendos eſſe conſtat: adeo ut Maimonidæ diſtinctiones meritò adjiciendæ videantur, qui propoſitis diverſis caſibus, ex illis reliquos judicandos cenſet. אם לא חסרו אבר אלא חלה ונפל למשכב או שנצבה ידו וסופה לחזור נותן לו שבתו של כל יום ויום כפועל בטל של אותה מלאכה שבטל ממנו ואם חסרו אבר או שקטע ידו נותן דמי ידו שהוא הנזק ושבת רואין אותו כאילו הוא שומר קשואין ורואין כמה הוא שכר קשואין בכל יום ונותן חשבון כל ימי חליו של זה ונותן לו וכן אם קטע רגלו רואין אותו כאילו הוא שוער על הפתח סימא עינו רואין אותו כאילו הוא טוחן ברחים וכן כל כיוצא בזה, *Si membrum ejus mutilatum non ſit, ſed ægrotet & in lecto decumbat, aut ita tumeat manus, ut tandem convaleſcat, alter ipſi ceſſationem uniuſcujuſque diei reddet, pro ratione opificis, qui ab eo opere ceſſat, a quo ille abſtinet. ſin lædens eum membro mutilaverit, aut manum amputaverit, reddito manus valore (ſcilicet damno præſtito,) quoad ceſſationem eum ut cucumerum cuſtodem conſiderant: atque expendunt, quanta ſit hujuſmodi cuſtodis merces quotidiana quotque dies ægrotaverit ſupputant, tantumque ipſi rependitur. ſimiliter ſi pedem ipſius abſcidit, eum ac ſi ad portas civitatis cuſtodem ageret, conſiderant. excæcaverit oculum ipſius; ac ſi in mola moleret. ſimiliterque ſimiles æſtimant.* Quod proponit Maimonides, quæ-

que in ſuperioribus de curatione dictæ fuere, non malè Dig. l. 9. t. 3. leg. fin. conveniunt: ubi ſecundum legem Dei Ex. 21. 19. ceſſationem & curationem Gajus exigit. *Cum liberi hominis corpus ex eo, quòd dejectum effuſumve quid erit, læſum fuerit: judex computat mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt. præterea operas quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis factus eſt.* Caſus non ſunt planè iidem; ſed ſimilium ſimile eſt judicium.

(7) Denique luenda eſt ignominia, qua quis alterum afficit: ſed hic cum agentis, tum patientis ſtatus ac conditio ſpectanda; alioqui mulcta peccato non reſponderet. Quis quæſo hæc æqualem mereri pœnam dicat, ſi bajulus alapam prætori impingat, & vili mendico? Meritò hâc in re, ignominiam patientis & inferentis conditionem ſpectare præcipit Miſna. Rationem D. Jacob in libro aliquoties jam citato reddidit: hanc fermè, quod longe major ſit ignominia, ſi quis à plebeio infimæ ſortis eam excipere cogatur, quam ubi ab illuſtri viro in gradu ſublimi collocato infertur. Viciſſim, inquit, indignius eſt virum honoratum in magna dignitate conſtitutum probro & dedecore affici, quam ubi quis ex infima plebe in ſimile opprobrium incurrit.

(8) Verum quæ cauſa, ut expreſſè is reus peragatur qui nudum probro affecerit? nam ipſa etiam nuditas alterum excuſare videtur: quem enim non pudet ut corpus ſuum denudet, leges in hac cauſa meritò negligere videntur. Itaque obſerva non quemvis nudum hic ſpectari; ſed eum hic ſpeciatim ab ignominia defendi, cui caſu quodam contingit ut exterior veſtis elevetur. In oriente veſtes talares Judæis in uſu erant, quas ita ſubduci ut corpus videretur, ignominioſum habebatur. quapropter gradibus ad altare aſcendere vetitum: ne ſublatis pedibus laciniæ & veſtis alæ attollerentur, adeoque femora conſpicerentur, Ex. 20. 26. qua de re alibi in Middoth pluribus egi. Ne ergo, ſi ventus alam attollat, alterius nuditatem quis augeat, veſtemque amplius ſubducat, hic interdicitur: alioqui ignominiæ illatæ nomine quicunque id fecerit mulctam ſoluturum. (nam qui ſacerdotes non erant femoralibus ſæpe caruiſſe videntur Deut. 25. 11.) Inde in Gemara legimus: מאי ערום ראתא זיקא כרכינהו למאניא ואתא הוא דלינהו טפי וביישיה, *Quid eſt quod dicitur*, Nudus? *Quum irruente vento quis ſurſum inflectit ipſas veſtes, accedens quis eas magis ſurſum ſubducit, ipſumque dedecore afficit.*

(9) Cæterum cæci & dormientis mentionem injicit Miſnæ author; quia cum ignominia illata ab ipſis non animadvertatur, impunè reum hoc laturum, facilè putaretur. ideo mulctam illi reo irrogat. Contrà, dormiens quia ignorans peccat, ignominiæ illatæ non tenetur, quod ſimiliter de cæco ſtatuendum eſſe, ſuadet ratio.

(10) Adeoque ſcientia, animique intentio in dedecore alicui inferendo ſpectatur: ut licet damni teneatur qui de tecto invitus decidit, ignominiæ nomine qua hoc caſu aliquem forte afficeret (ut ſi eum fortuito iſto impetu in lutum detruderet) nihil debere cenſeatur. Idque è Deut. 25. 11. magiſtri eruunt. ubi mulierem, quæ contendentibus viris, alterius pudenda prehendit, quò eum retineat ne maritum percutiat; manu mulctandam docemur: quem locum ita Talmudici accipiunt, quaſi ſolam ignominiam viro inde inuſtam lex ſpectaret. Atque hinc in omni dedecore, lædentis animum & voluntatem attendendam eliciunt: quod de iſta muliere lex dicat, *extendens manum ſuam*; manum verò nemo niſi volens extendat, ut quidpiam aſſequatur. Aben-Ezra autem periculum etiam conſiderari à legiſlatore autumat, quum ita inquit, גם הוא מקום מסוכן, *adhæc locus ille periculoſus eſt*: quaſi dicas, Verendis apprehenſus vir ac in excandeſcentia ſua vi retentus, facile obnitendi violentia læditur. Porrò quod pœnam ſubjunctam concernit, *Amputabis manum illius*, eodem modo exponunt atque illud, Ex. 21. 24. *Oculus pro oculo*: ubi æſtimandum oculum contendunt, & pretium æquale ſolvendum. Sed melius Aben-Ezra, qui in hanc ſententiam ſcribit, כמו עין תחת עין אם לא תפדה כפה תקצץ, *Ut oculus pro oculo; ſi eam manum non redimat amputabis.* Ubi idem ſimile quidem accipit; ſed alio ſenſu: non quod pecuniaria mulcta directè illic præcipiatur; ſed per [illegible] ſæpè permittatur. quod comparatio Exod. 21. 30. omninò ſuadet: quemadmodum antea pluribus ea de re actum fuit. Apud Romanos ignominia, convitium, probrum ac ſimilia legibus prohibebantur. Unde Dig. l. 47. t. 10. le. 15. §. 27. *Generaliter vetuit prætor quid ad infamiam alicujus fieri.* Et quemadmodum ſupra è R. Jacobo intelleximus contumeliam ex eo creſcere, quod perſona inferioris ſortis eam faciat; ita Ulpianus fere etiam loquitur, cujus verba producuntur eodem titulo, l. 17. §. 3. *Quædam injuria à liberis hominibus facta, levis nonnullius momenti videntur: enimverò à ſervis, graves ſunt. Creſcit enim contumelia ex perſona ejus qui contumeliam facit.* Præterea quemadmodum apud Judæos intentio alium ignominia afficiendi, quam eum quem dedecore afficimus, non excuſat; ſic nec apud Romanos. Maimonides c. 1. Chobel Oumaſſik ſect. 14. המתכוין לבייש העבד ובייש את בן חורין נותן לבן חורין דמי בשתו של עבר, *Qui animo concipit ut ſervum dedecore afficiat, & ingenuum pudore afficit; is ingenuo ſolvit, quanti probrum ſervi æſtimatur.* Similiter titulo in præcedentibus producto, lege 88. §. 3. *Si injuria mihi fiat ab eo cui ſim ignotus; aut ſi quis putet me Lucium Titium eſſe, cum ſim Gajus Sejus, prævalet quod principale eſt, injuriam eum mihi facere velle: nam certus ego ſum, licet ille putet me alium eſſe quam ſum: & ideo injuriarum habeo.*

§. 2. *Confertur damnum ab homine datum, cum eo quod ejus bos dedit. De pretio excuſſi fœtus. Ann. (1) Ex. 21. 22. variè enarratur. Læſio fortuita. Pœna homicidii defenditur. Ita lex talionis in genere. De ejus incommodis. item redemptione pœnæ. Abortionis auctor, ex jure aliarum gentium, qui plectendus. (2) De ejecto fœtu, ut & pauperiei mulcta, contra Judæos approbante jure Romano.*

ב זה חומר באדם מבשור שהאדם משלם נזק צער ריפוי שבת ובושת ומשלם דמי ולדות ושור אינו משלם אלא נזק ופטור בדמי ולדות :

2. Hoc in hominem gravius quam in bovem ſtatutum eſt: quod homo compenſare damnum, dolorem, curationem, ceſſationem & ignominiam teneatur, & (1) excuſſi fœtus pretium ſolvere; bos verò (2) nonniſi damnum præſtet, & â fœtus pretio abſolvatur.

R. OB. DE BARTENORA.

ושור אינו משלם אלא נזק *Et bos non ſolvit niſi damnum*, quemadmodum ſcriptum eſt, איש בעמיתו *vir contra proximum ſuum*, non, bos contra proximum ſuum. ופטור מדמי ולדות *Et liber eſt a pretio fœtus*: uti ſcriptum eſt, Deut. 25. 12. כי ינצו אנשים *Quando litigaverint viri*, dicitur viri, non boves.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זה חומר באדם מבשור *Hoc in hominem gravius eſt quam in bovem*, nititur eo fundamento quod diximus capite tertio hujus tractatus, *bos ejus qui ignominia affecit liber eſt.* Expoſuimus quoque capite quinto, quod bos immunis eſt a pretio fœtus.

(1) L'EMPEREUR. Mulctam ob ejectum fœtum impoſitam lege Dei confirmant, quum ad hunc modum Ex. 21. 22. loquitur Legiſlator, *Certantibus hominibus, ſi perculſerit unus illorum mulierem gravidam, ita ut ejiciatur fœtus ejus, nec tamen ſit exitium; omnino mulctator prout impoſuerit ei maritus ipſe mulieris, & per judices dato.*

Quam

Quam legem in hanc ſententiam enarrant Judæorum Doctores, Si fœtus ejiciatur vel abortivus, ſive qui ex intempeſtiva nativitate poſtea moriatur, ſive etiam ejectus maneat ſuperſtes; mulctam quam maritus ex æquitate impoſuerit, per judices imperandam eſſe: adeoque illa verba, *Nec tamen ſit exitium*, mulierem ipſam concernere aſſeverant; mulieriſque exitium intelligendum aſſerunt. Judæorum tamen ſententia ratione deſtitui non videtur. Nam qui caſu hujuſmodi fortuito fœtum, cujus exitium non intendebat, perdit, cum pari cum eo pœna qui ſciens volens alterum adultum hominem interfecit affici, durius vulgò judicatur. Differentiam duplicem ponunt, uti ex Abrabaniele ad hunc locum apparet: non tantum in priori cauſa hominem non perfectum interimi (quod tamen magno crimine non caret, quia ni interfectus fuiſſet, in perfectum hominem evaſiſſet;) ſed etiam illic fortuitam eſſe cædem duplici modo. animus non erat, ut fœtum læderet, nedum interficeret; præterea nec illam ullo malo afficere volebat, qua læſæ fœtus ejectus fuit: agitur enim de eo qui cum alterum percutere vellet, ictum invitus in mulierem declinavit. ergò non niſi remota cædis cauſa eſt; & quidem præter animi intentionem. Quapropter hoc ſibi legiſlator voluiſſe videtur, ſi fœtus ante tempus ejiciatur, nec exitium in muliere deprehendatur, reum pecunia mulctandum eſſe; ſin verò mulier vel interficiatur, vel membrum amittat, aut vulneretur, aut aliud incommodum percipiat, talionem ſervandam. Ubi Judæi in hoc membro, *reddet animam pro anima*, ſive vitam pro vita, inter ſe diſputant, an vita reo eripienda; an vero pecuniaria mulcta irroganda ſit. Sanè non video, quare à verborum proprietate recedendum ſit: nam cum in ſequentibus, *oculum pro oculo*, &c. verbis adhærendum ſit, ut jam antea probatum fuit; quidni in primo membro hoc retineamus? hanc enim de homicidio legem paſſim inculcavit Deus, adeoque ſtatim à diluvio hominibus, antequam denuò multiplicati fuiſſent, expreſſè lata fuit, Gen. 9. 6. & Deus verbis difertis & perſpicuis mulctam pecuniariam in hoc crimine excluſit, Num. 35. 31. Itaque licet per ἐπιείκειαν Exod. 21. in oculi, dentis &c. interitu, pecuniariam multam ex ipſius legiſlatoris ſimili lege verſ. 30. admittam; in adempta vita eam hic non admitto: quia vitam pro vita exigens Deus, mulctam pecuniariam totidem verbis alibi excludit. Atque Judæorum fundamentum ruit: poſteriora enim verba aſſumunt, ubi dens pro dente, manus pro manu &c. poſtulantur. Atqui & hic omnia propriè accipienda contendo (qua de re in ſuperioribus) & dentem pro dente exigi lege divina; ſed quemadmodum verſ. 30. permittitur pretii ſolutio, pariter eam in dente &c. permittendam dico, nec dentem eruendum, vel manum amputandam; niſi reus atrociter id fecerit, aut pretium dando ſatisfacere detrectet. Urgere ſolent incommodum talionis, contingere enim aliquando ut in talione æqualitas ſervari nequeat: nam ſi quis ob illatum vulnus vulneretur, vulneris æqualitas non facilè ſervabitur; & ſi oculus eruatur, periculum erit ne mors ſubſequatur. Nihil hic eorum repetam quæ antea ad noſtræ ſententiæ confirmationem è legibus Dei protuli; ſed paucis reſpondeo, ut prætercam certis modis occurri illis incommodis poſſè, uti experientia teſtatur, eſſe quod ſibi reus ille omnia incommoda imputet: ut qui illius pœnæ gravitatem perſpectam habens, nihilominus contra expreſſum Dei interdictum venerit. Inſuper ſi diſſimilia incommoda, quæ utrobique deprehendi queant, ad pœnam immutandam admittas, ne quidem in ſpontaneo homicidio pœnam à Deo inculcatam obſervare poteris. Paterfamilias, cui multi ſint liberi, qui ipſius opera ad vitam ſuſtinendam omninò egeant, cujuſque opera reſpublica non mediocriter opus habeat, hic inquam occiderit cælibem, eumque privatum, qui tantum fruges conſumere natus ſit; in hoc exemplo, ſi ex lege Dei maniſeſtiſſima homicidium morte pumatur, magna incommoda homicidæ ſupplicium ſequentur, quæ in altero non erunt: nam reſpublica magnum patietur detrimentum; illiuſque liberi ferme unà interibunt, qui illius ſolius opera ſuſtentabantur. An ob iſta incommoda legem Dei reſcindemus? Eſt quod rei accuſentur hac in parte, quod iſta incommoda excitarint. Denique nec iſtud prætereundum, qui dentem excuſſiſſet, manum amputaſſet; hanc ſæpe alterius legis comparatione, pœnæ mitigationem impetraſſe, uti redimere talionem potuerit. quod tamen priorem legem non evertit. Ut verò ad ejecti fœtus pœnam redeamus, cum ea convenit quod in legibus Salicis ti. 28. De homic. §. 5. legitur, *Qui infantem in utero matris occiderit*, 8000 *denariorum, qui faciunt ſolidos* 200. ſcilicet culpabilis judicatur (hæc verba è par. 4. adjicienda.) At qui dolo malo mulieri per verbera abortiendi cauſa eſt, ſi partus animatus ſit, lege civili capite plectitur: quod à pari probatur lc. 38. de pœnis §. 5. *Qui abortionis aut amatorium poculum dant; & ſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur. quod ſi eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur.* Ad Miſnam redeamus, ubi

(2) Cum damno dato, homo ad quinque præſtanda ſæpe obligetur; ſi per bovem ſimileve jumentum datum fuerit, ſolius damni repetitio conceditur: neque ſi ejecti fœtus jumentum cauſa fuerit, actio datur. Utrumque Talmudiſtæ duobus S. Scripturæ paragraphis ſtatuminant. In damno per bovem dato omnia illa quinque non exigi eliciunt è c. 24. Levit. verſ. 19. *Quod ſi quis intulerit corporis vitium proximo ſuo*: ubi pro *quis* in Ebræo איש, *homo*. Atqui inquiunt, *homo proximo*, ait legiſlator; non verò, *bos proximo*: ergò homo lædens proximum ad illa omnia tenetur; non verò bovis lædentis nomine eadem præſtare debet. Et licet de illis omnibus iſto loco expreſſè non agatur, legem iſtam cum altera Ex. 21. 19. comparant, eique ſimilem agnoſcunt. Alterum verò illud de abortu, ſive potius abortivo, è commate 22. hujus 21. c. Exodi: ubi dicitur, *Certantibus hominibus, ſi percuſſerit* unus *illorum mulierem gravidam* &c. non dicitur, ajunt, *certantibus bobus*, quaſi cum hujus feritate abortit fœmina, fœtus compenſari debeat. Hæc eſt Judæorum in legibus explicandis ratio ac modus, ut quædam dilatent, quædam coarctent levi de cauſa, imò planè nulla. Sanè analogia legum, quæ Ex. 21. verſ. 28. & ſeq. ad finem uſque capitis proponuntur, ut pauperiem per quadrupedes factam acrius perſequamur, poſtulat. Si bovis occiſoris nomine, ubi petulcum fuiſſe conſtat, proprietarius mortis reus peragatur, verſ. 29. quidni ſi mulieri cauſa abortiendi fuerit, proprietarius fœtum compenſare teneatur? Præterea ſi ab ejuſmodi petulco bove datum in altero bove damnum (verſ. ult.) totum compenſandum ſit; an homo à bove læſus, damnum ſuum quod ex plaga, curationis ſumptibus, & ceſſatione patitur, repetere non poterit? deteriorne hominis, quam bovis erit conditio? Fateor tamen ſi bos petulcus non ſit, minus exigendum: idque ex analogia legum, quæ ſub finem cap. 21. Exod. feruntur. Ideoque Judæorum conſtitutionibus hac in parte juriſconſultorum Romanorum placita ſunt præferenda: quæ habes lege, *Si quadrupes.* ubi in omni pauperie (ut loquuntur) aut animal quod nocuit, aut noxiæ æſtimatio poſtulatur.

§. 3. *Quinam ad quintuplam illam mulctam §. 1. teneantur. Quando ceſſatio non compenſetur. De ignominia ſervorum Ann.* (1) *Miſnæ lectio diverſa. Judæi contradicunt legi Ex. 21. 15. adeoque verberantem parentes à morte abſolvunt. Contra ſi ex errore occidat, morte mulctant. Superſtitioſi, dum filio ne patri venam ſecet, &c. interdicunt.* (2) *De eo qui expiationis die vitiat proximum. Qui eo die opus facit, plagis cædendus. Vapulans à mulcta pecuniaria abſolvitur; & qui hanc ſolvit, à verberibus. Lev. 24. 20. acutè expoſitus à Jud.* (3) *De eo qui proprio ſervo vitium corporis infert. Ex. 21. 26. vindicatur contra Judæos. De loco Lev. 24. 19. Cananæus. Alterius ſervo Ebræo manum amputantis mulcta.* (4) *Miſna cum Ex. 21. 26. conciliatur.* (5) *Vir cum fratre, quid Deut. 25. 11. Parentes contra filios, ſervi contra dominos proprios ac alienos defenduntur, legibus Romanorum.*

ג המכה את אביו ואת אמו ולא עשה בהם חבורה והחובל בחבירו ביום הכפורים חייב בכולן החובל בעבד עברי חייב בכולן חוץ מן השבת בזמן שהוא שלו החובל בעבד כנעני של אחרים חייב בכולן רבי יהודה אומר אין לעבדים בושת :

3. Percutiens patrem aut matrem ſuam, nec in iis tamen vibicem (1) excitans; vitians proximum ſuum (2) expiationis die, ad illa omnia tenetur. Qui ſervum Hebræum vitiat, (3) ad omnia illa tenetur; excepta ceſſatione, quandiu ipſius eſt ſervus. Vitians aliorum ſervum Cananæum, (4) ad omnia illa tenetur. D. Judas aſſerit, in ſervos non cadere (5) ignominiam.

R. OB. DE BARTENORA.

החובל בחבירו ביום הכפורים חייב בכולן *Vitians proximum ſuum die expiationis, ad omnia illa tenetur*, etiamſi in tota Lege is qui peccaverit, teneatur plagis & ſolutione, tamen vapulat, & non ſolvit; hic vero ſolvere debet, & non vapulat, nam Lex clarè dicit de eo qui proximo nocuerit, quod ſolvat & non vapulet, uti dixit, *dens pro dente*, puta compenſationem nummorum; nam poſtquam Lex dixiſſet, quemadmodum *fecit, ſic fiet ipſi*, non erat neceſſe ut denuo diceret, *manus pro manu*; ſed nos vult docere, eum qui nocuerit proximo die Expiationis, ſolvere debere, & non vapulare. אין לעבדים בושת *in ſervos non cadit ignominia*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 25, 12. כי ינצו אנשים יחדו איש ואחיו ergo per id quod dicitur ואחיו *& frater ejus* excipitur is cui non eſt fraternitas, puta ſervus: deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus unum eſſe e fundamentis noſtris, quod homo non vapulat & ſimul ſolvit, niſi iſtiuſmodi commiſerit crimen propter quod tenetur plagis, & ſolutione ſimul, nam tum vapulat & non ſolvit, excepto tamen eo qui proximo ſuo nocuerit die Expiationis qui tantum ſolvere debet, & non vapulat, quia Lex dicit de eo qui damnum intulerit proximo, quod omnino ſolvat, quando dicit, *manus pro manu*, Exponit traditio, puta id quod de manu in manum traditur, nimirum bona, & pecunia. Nam cum Lex deinceps Levit. 24. 19. dicit כאשר עשה כן יעשה לו *Quemadmodum fecit ipſi* non erat neceſſe ut diceret, *manus pro manu*. Et hoc eſt quod dixerunt, clarè docet Lex de eo qui nocuerit proximo, quod tenetur ad ſolutionem; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

(1) L'EMPEREUR. R. Jacob in Choſchen Miſchpat pro vibice ſanguinem habet, atque loco horum verborum, *nec in iis tamen vibicem excitans*, alia collocat, ולא הוציא מהם דם, *nec tamen ex iis cruorem expreſſerit*. Autor Miſnæ, R. Jacob, Maimonides, Moſes Mikkotſi in libro præceptorum; in eo conveniunt, filium qui parentes verberando vibicem non excitaverit, vel ſanguinem expreſſerit, mortis reum non eſſe: ſed ſufficere, ſi quinque illa (de quibus ſupra actum fuit) præſtet, quæ vulnerantes præſtare tenentur. Hac ratione cum lege Dei pugnant: nam Ex. 21. 15. ita ſancivit Deus, *Qui percutit patrem ſuum, aut matrem ſuam, omnino morte plectitor.* An hic diſtinguit legiſlator? nonne ut omnes potius exceptiones rejiceret, gemino vocabulo pœnam ſancivit: מות יומת, *moriendo morti detur*? Vera expoſitio verſ. 17. confirmatur: ubi qui verbis tantum parentes impetit, morti adjudicatur; nedum ut filius ulla verbera patri infligens mortis pœnam effugere poſſit. Et quod mirandum, R. Jacob, Maimonides & Moſes Mikkotſi, cum manſuetudinis patroni eſſe velint; in eadem cauſa ſævitiæ patrocinantur: dum eum morte afficiendum contendunt, qui patrem errore quodam occiderit. Quo caſu tamen Deus ſine ulla diſtinctione reum à morte abſolvit; ut & alii legiſlatores. In aliis verò ſuperſtitioſi admodum ſunt, ut à ſanguine effundendo quammaximè abhorrere Judæi videantur: veluti quum metu ne filius patri ſanguinem emittat, venam ipſi ſecare (aliaque nonnulla præſtare, ut ſpinam educere & ulcus aperire, ne forte ſanguis ſequatur) non permittunt, quemadmodum in Choſchen Miſchpat numero 424. in principio videre eſt. Verum hæc miſſa faciamus.

(2) Dubium hic oboritur de eo qui corporis vitium intulerit proximo expiationis die, an curationem, ceſſationem &c. compenſare cogatur; an vero verberibus luere teneatur: verbera enim à cæteris pœnis reum liberant. Ratio quare plagis obnoxius videatur, ex illa lege Talm. profluit, qua Cod. Maccoth c. 3. ſect. 2. eum qui opus facit die expiationis, plagis cædendum judicant. atqui legimus Cod. Cethouboth f. 32. p. 2. כל היכא דאיכא ממון ומלקות ואתרו ביה מילקא לקי ממונא לא משלם, *Ubicunque* (id eſt, in quocunque crimine) *mulcta pecuniaria & flagellatio merita eſt, atque reum obteſtati ſunt; is vapulando vapulat, pecuniam non pendit.* Itaque à mulcta abſolvendus videtur. Nihilominus Miſna noſtra ſolas plagas quadraginta una minus non exigit: cujus hanc reddunt rationem in Cethouboth f. 32. כל המשלם אינו לוקה, *qui mulctam ſolvit, non vapulat*; ſed ריבתה תורה חובל בחבירו לתשלומין, *intendens lex ſermonem in eo qui vitiat proximum, ad compenſationem pecuniariam obligat.* Ibidemque citatur ſententia Levit. 24. 19. *Quemadmodum fecit, ſic fiat ei*, & paulo poſt vers. 20. *Prout intulerit corporis vitium homini, ita infertor ei.* In Hebræo occurrit verbum נתן, *dedit* pro *intulit*. unde quærit Gemara, למה לי דבר שיש בו נתינה ומאי ניהו, *Quorſum mihi proponitur res, quæ dari poteſt, & quænam iſta eſt?* deinde reſpondet, ממון, *pecunia.* quaſi dicat, Scriptura idem duplici ſententia exprimens, poſteriori verbum dandi adhibet, quò nos doceat illam mulctam in dando conſiſtere, adeoque dandam eſſe pecuniam qua pro illato vitio ſatisfiat. De firmitate illius argumenti non diſputo; quid illi ſentiant jam perſpectum habemus. Leges autem Romanæ nihil de ſpeciali iſto facto ſtatuunt, ſi quis die expiationis alterum vulneret.

(3) Qui corporis vitium ſervo ſuo, eique Ebræo intulerit, ad curationem, damni compenſationem &c. hic aſtringitur, excepta ceſſatione: quia quod ab opere ceſſat ipſi domino obeſt, totaque jactura ipſum concernit. Hæc ita conſtituunt: quia legem Ex. 21. 26. *Quum percuſſerit quis oculum ſervi ſui* &c. *in libertatem dimittito eum* &c. ad ſervum Cananæum cum noſtrorum quibuſdam referunt. Verum non video, quid impediat quominus hæc verba de ſervis in genere intelligantur: qui quidem aliis in rebus pares non ſunt; nihilominus in corporis detrimento æquantur, ut libertate ob oculum corruptum &c. donentur. Adeo ut lex illa Levit. 24. 19. liberas perſonas tantum concernat. quod melius patet è comparatione Lev. 24. 17. cum Exod. 21. 21. Quocirca Maimonides mihi non perſuadet, quod de ſervo Cananæo è Miſna quinta decernit: החובל בעבד כנעני שלו פטור, *Qui vitium infert ſervo ſuo Cananæo, liber eſt*, (ſcilicet ab illis quinque;) quaſi idem in ſervo Iſraëlita non obtineret. Per Cananæum quemvis deſignat qui Iſraëlita non ſit: Ebræo enim ſive Iſraëlitæ eum opponit. Magis placet alterum ipſius, quod Alphes & R. Chananeel ſimiliter affirmant: Si quis alterius ſervo Ebræo manum amputaſſet, ſimilemve injuriam intuliſſet, eum læſo fundum daturum; cujus fructum dominus ipſius ſervi percipiat, donec manumiſſus fundum cum reditibus auferat. Atque hoc modo obſervabitur analogia legis Ex. 21. 7. *Ne exito ut iſti ſervi exeunt*: ut quidem illam accipit S. Jarchi, qui diverſas conditiones vulneratorum ſervorum hic innui exiſtimat.

(4) Quæ Miſna in eum ſtatuit, qui alterius ſervum Cananæum læſerit, non pugnant cum eo, quod ad Num.

3. è verbis Ex. 28. 26. confirmavi, omnes ſervos ob vitiata membra manumittendos: nam illic de lædentis ſervo agebatur, hic verò de ſervo alterius.

(5) Tandem privata Judæ ſententia de ignominia ſervi profertur, quaſi ſervis inuſta ignominiæ nota compenſanda non ſit. Verum ut Maimonides & Obadia de Bartenora obſervant, ipſius ſententia non recipitur. ſubleſto enim argumento nititur, quod è comm. 11. c. 25. Deut. depromitur: ubi ignominia alicui illata vindicatur. ibi cum fratris fiat mentio, ſervum ab ignominia non defendi putabat: quaſi verò *vir cum fratre*, phraſi Hebræa non ſignificaret, *alter cum altero*; nec ſervi Ebræi fratres cenſerentur. Hac ſectione ne manus parentibus inferantur cavetur: ſed magis id præſtat Ulpianus: uti eſt le. 1. li. 37. Dig. §. 2. *Si filius matrem aut patrem quos venerari oportet, contumeliâ adficit, vel impias manus eis infert; præfectus urbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicat.* De ſervis etiam, quos hæc Miſna ab injuria defendit, Divus Pius ad Ælium Marcianum ff. De his qui ſui vel alieni juris, l. 2. *Si vel durius habitos* (ſcilicet ſervos) *quam æquum eſt, vel infami injuria affectos cognoveris, venire jube; ita ut in poteſtatem domini non revertantur*, & poſtea, *Divus etiam Hadrianus Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet.* Denique de aliorum ſervis non lædendis, vel ſaltem injuria compenſanda ff. Ad legem Aquiliam, l. 45. §. 1. *Lege Aquilia agi poteſt, & ſanato vulnerato, ſervo ſc.* ut habet gloſſa, *ratione expenſarum & operarum.* Vide & alia dicta eodem titulo.

§. 4. *Surdi, fatui, pupilli, ſervi, maritæ conditio potior in compenſando corporis vitio. Ann.* (1) *Miſnæ lectio diverſa.* (2) *Naturæ vitia & imbecillitas ætatis, quos peccantes abſolvat.* (3) *Marita & ſervus peccantes quare cum jam immunes ſint, poſtea, mulctentur. Quid* מלוג. *Dotem illatam quando repetat uxor; quando maritus obtineat. De ſervis reis & maritatis, quomodo Rom. & Ebr. leges differant & conveniant.*

ד חרש שוטה וקטן פגיעתן רעה החובל בהן חיב והם שחבלו באחרים פטורין העבד והאשה פגיעתן רעה החובל בהן חיב והם שחבלו באחרים פטורין אבל משלמין לאחר זמן נתגרשה האשה נשתחרר העבד חיבין לשלם:

Surdi, ſtulti, & pupilli occurſus (1) infelix eſt: quia eos vitians, tenetur; quum ipſi alios vitiant, (2) liberi ſunt. Servi & maritæ occurſus infelix eſt: eos vitians tenetur; quum ipſi alios vitiant, liberi ſunt. verum poſtea (3) rependunt: marita quum ei repudium mittitur; ſervus quum libertate donatur, rependere debent.

R. OB. DE BARTENORA.

Servus, & mulier ſi damnum intulerint aliis, liberi ſunt, eo quod non tenentur ad ſolutionem נתגרשה האשה נשתחרר העבד, *quum uxor repudiatur, & ſervus libertate donatur*, tum enim acquirunt ſibi bona. חייבין לשלם *tenentur ad compenſationem*, quia ab initio tenebantur, quod autem liberi ſunt, idcirco eſt quod illis nihil fuit ad ſolvendum, quia נכסי מלוג *bona uſuaria* uxoris ſubjecta ſunt marito quod ad fructus & hæreditatem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ in hac occurrunt Miſna ſatis clara ſunt, & continentur in illa jura quibus caſtigandi ſunt delinquentes, ut homines liberentur a damno.

(1) L'EMPEREUR. Duplex eſt lectio: quidam & plerique codices habent פגיעתן רעה, *occurſus infelix eſt*; Baſileenſis tamen editio eorum loco hæc ponit verba, אין להתפל עמהם, *non expedit cum ipſis ſociari.* ac ſi dicat, ſi cui cum ipſis negotium ſit, ipſorum conditio potior: ideoque illa converſatio utilis non eſt. Atque in ſenſu nulla differentia; licet verba diſcrepent. Talmud autem Hieroſolymitanum priorem lectionem confirmat.

(2) Porrò ſurdus, fatuus, pupillus idcircò abſolvuntur, quod naturæ vitia, vel ætatis imbecillitas idoneos eſſe non ſinunt, ut ſibi caveant, ne alios damno ullo afficiant. Hoc ſibi vult Maimonides, cum illos ad compenſationem teneri negat; licet ſtultus reſipiſcat, ſurdus auditum recuperet, pupillus adoleſcat: quod dum peccarent, ſcientia carerent.

(3) Verum maritæ & ſervi ratio diverſa eſt: licet enim abſolvantur, dum maritus uxorem, & dominus ſervum retinet; nihilominus tenentur, quum uxor repudiata, ſervuſque manumiſſus eſt. Fundamentum in obligatione præcedenti: nam uterque dum peccaret reatu implicabatur; ſed quod uterque nihil haberet, nihil etiam exigebatur. Illi vero ob naturalem defectum non obligabantur: ideoque ab iis licet immutatis, nihil exigere fas eſt. At objici poſſet, quare maritata nihil habere dicatur: quum tamen ipſi מלוג attribuatur. מלוג eſt dos quam inferre ſolet, quamque maritus decoquere non poteſt. ideoque Gloſſa in Baba Bathra c. 9. נכסים הנכנסין ויוצאין עמה היינו נכסי מלוג שנפלו לה מבית אביה ואחריות עליה, *bona quæ una cum ipſa veniunt & diſcedunt, vocantur bona* מלוג propria, *quæ ipſi accidunt è paterna familia, quorumque ipſi evictio competit.* Nonne ergo uxor facultatem ſolvendi debita habere creditur, cum iſtiuſmodi bona poſſideat? Tamen iis uti non poteſt: quia dum marito conjungitur, maritus illorum bonorum fructus percipit; & ipſa ſors, niſi repudium interveniat, ipſi marito משועבדת לירושה, *ſubjecta manet ad hæreditatem.* ut ſi uxor moriatur, maritus illam hæreditate acquirat, vel filii poſt patris obitum eam accipiant. Quam benignè de ſurdo, furioſo & pupillo leges Romanæ judicent, jam antea ſub finem notarum ad c. 4. ſect. 4. è Jure civili oſtenſum fuit: unde quid de hoc caſu ſtatuerent, conſtare poteſt. Servus verò ſi delinquat, ſecus quam Judæi faciunt, Romanæ leges imperant. Ut ff. De noxalibus actionibus, pr. *Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atque maleficio ſervorum adverſus nos inſtituuntur. quarum actionem vis & poteſtas hæc eſt; ut, ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, evitare litis æſtimationem.* Id tamen cum lege Judaica convenit, quod habetur l. ejuſdem tituli 6. *Sed & ſervus ipſe manumiſſus tenetur*: puta niſi antea ſatisfactum fuerit. Tandem, uxoribus illud privilegium concedere non videntur Romani, ut quandiu cum marito vivit, conveniri de illato corporis vitio (puta ſi oculum eruerit &c.) non poſſit. Nam ad Cod. li. 9. t. 4. ex Authent. adjicitur, *Si pro fiſcali aut privato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quem alium legitimè reſpondeat. Quod ſi noluerit vel reſpondere, vel perſequi litem ſuam: legitimè in rebus ſuis executio procedat.* Illud autem à Miſna noſtra alienum non eſt, quod Juriſconſulti obſervant, maritatam, cum utplurimum ſine mariti autoritate contrahere non poſſit; ut debitum ex ejuſmodi contractu ortum diſſolvat, obligari, quum matrimonium ſolvitur.

§. 5. *Percutiens patrem, & vitians alterum in ſabbatho, vel denique ſervum ſuum Cananæum. Ann.* (1) *Quænam fuerit capitis pœna, ſi quis in parente vibicem excitaſſet. Si filia id faciat.* (2) *Regula*, Corrumpens quid die ſabbathi, à morte immunis: *cum exceptione ſua.* (3) *Exod. 21. 26. ad quoſvis ſervos, contra Judæorum ſententiam, extenditur.*

ה המכה אביו ואמו ועשה בהן חבורה והחובל בחבירו בשבת פטור מכולן מפני שהוא נדון בנפשו והחובל בעבד כנעני שלו פטור מכולן:

5. Percutiens patrem ſuum & matrem ſuam, ita ut in iis vibicem excitet (1), & vitians proximum ſuum (2) in ſabbatho, ab omnibus illis liber eſt; quia ipſe morte damnatur: etiam vitians ſervum ſuum Cananæum, (3) ab omnibus illis liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהוא נדון בנפשו *quia ipſe morte damnatur*, nam etſi perſonam corrumpat, tamen voluntatem ſuam pravam adjuvat, quia in eo acquieſcit animus, & ira ſedatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite decimo quarto tractatus Schabbat, quod is qui vulneraverit aliquem die Sabbati, non tenetur morte, niſi intenderit excipere ſanguinem ejus qui vulnere periit, ut hoc uteretur quando lubebat. Cæterum, ſi intenderit tantum dolore afficere, & nocere, tum cenſetur corruptor, & liber eſt a violatione Sabbathi. Et hoc intelligendum de eo qui nocuerit beſtiæ aut feræ; ſed qui proximo ſuo nocuerit, lapidatione tenetur, quia ira ejus requieſcit ope damni quod ei homini intulit, cum quo ipſi lis erat; ideoque ſe res habet perinde ac ſi corrigeret aliquid, quemadmodum expoſitum de eo qui veſtimenta diſcindit præ ira, & propter mortuum, qui tenetur, eo quod mediante illa actione ceſſet illius furor, etiamſi damnum fiat. Et propterea ab his omnibus liber eſt propter damnum, quod ſcitu neceſſarium eſt, niſi errare velis.

(1) L'EMPEREUR. Antea percutiens patrem aut matrem abſque vibice, vel ſine ſanguinis effuſione aut expreſſione, condemnabatur, ut cicatricem, dolorem, curationem, ceſſationem & ignominiam compenſaret; jam vero quia vibicem excitat, ab iis quidem abſolvitur: ſed ideo quia gravior pœna irrogatur, puta mortis; nam capitale ſupplicium pecuniariam mulctam delet. Capitis verò pœna Ex. 21. 15. ſancitur. Quæ cum alibi, tum in libro Chinnouch dicitur fuiſſe חנק, *ſtrangulatio*: mortem enim illic ſancitam autor in eo conſiſtere ait, ut percutiens patrem laqueo ſuffocetur. Et quamvis vox in ſacris literis adhibita marem propriè concernat; optimè in eodem libro ex legiſlatoris mente ad fœminas extenditur: quibus non minus tantum ſcelus interdictum fuiſſe docet recta ratio; quæ ſcopum interdicti, & utriuſque rei æqualitatem expendit. Romanos ſeverè in hujuſmodi homines animadvertiſſe, in ſuperioribus obſervatum fuit.

(2) Hoc loco à quinque illis, quibus tenebatur qui proximum vitiaret, idem abſolvitur ſi id ſabbatho faciat: quia morte tenetur authoritate ſanctionis, Num. 15. 35. Verumenimverò Talmudiſtæ ſcrupulum hic movent: ſiquidem מקלקל, *corrumpens* & vitians aliquid die ſabbathi apud ipſos mortis reus non habeatur; ſed qui efficit aliquid & parat ſive adaptat. Reſpondet ſecundum ipſorum concluſiones & placita Maimonides, האיל ועשה נחת רוח ליצרו הרע בערת שחבל בחבירו הרי הוא כמתקן ונמצי עון כיהרה, *Quandoquidem conficit animi placationem pravæ ſuæ indoli, dum proximum ſuum vitiat; ecce habetur inſtar illius qui aptat, adeoque peccatum mortale deprehenditur.* ac ſi diceret, ille quidem potius deſtruit, quam ut aliquid novi faciat; tamen quia hoc efficit ut concitatus animus vindictâ ſubſidat, & naturalis illa pravitas ſuavitatem quandam ex alieno malo percipiat, aliquid novi efficere cenſetur.

(3) Denique ſervum Cananæum vitians ab omni pœna pecuniaria abſolvitur: nimirum quod libertatem læſus acquirat; quæ ſufficiens ſit compenſatio. Sed ad Num. 3. ſect. 3. oſtendi, hæc ad ſervum Cananæum reſtringenda non eſſe; verum latiſſimè, uti voces ſonant, legiſlatoris verba Ex. 21. 26. accipienda: ut omnes ſervos cujuſcunque conditionis complectantur. Iſtamque Dei clementiam ab Imperatoribus ſimili quadam lenitate comprobatam ſub finem ſectionis dedi.

§. 6. *Variæ mulctæ proponuntur, ſi quis alteri colaphum, alapam impingat, aures vellat, evellat capillos, conſpuat quem, pallium detrahat, denudet caput mulieris. Quæ quis ſibi impunè facit, aliis facta vindicari. Ann.* (1) תוקע לחבירו *variis modis exponitur.* סנוקרת *quid ſit ſecundum variorum ſententias. ejus mulcta. ut etiam trudentis genu, & calcitrantis. De colaphis Chriſto impactis.* (2) שקל, סלע. *Siclus Judaicus duplo major Galilæo. Siclus alius Tyrius; alius provincialis: ubi de utriuſque diverſiſſimo valore. Moneta argentea Legis; & magiſtrorum. Matth. 5. 26. Græcus & Syrus, ex Talmude conciliantur expedita ratione.* λεπτά *Marc.* 12. 42. Quadrantem *eſſe multiplicem.* פרוטה *cujus valoris.* איסר *non eſſe* ἀσσάριον. *Quid* ἀσσάριον *Matth.* 10. 29. *& Luc.* 12. 6. *nempe* אסר; *cujus valor ex antiquis. Heſychius correctus. Unde æſtimandi Ebr. nummi.* (3) סטרו, *quid. Alapæ Chriſto inflictæ.* ῥαπίζειν *quid in paſſionis hiſtoria.* Malas meas depilantibus, *Eſ.* 50. *v.* 6. *ex Euang. Chriſto applicatur.* δέρειν *quid Luc.* 22. 63. *ſignificet.* (4) צרם *tribus modis exponitur.* (5) *Quæcunque dedecora vindicanda cenſuerunt Judæi, iis Chriſtum affecere. Veſtem aliquoties Chriſto detractam.* (6) *In dedecore & infamia vindicanda ſpectandam eſſe læſi conditionem: etiam ſecundum Jus Rom. è quo Miſna comprobatur.*

ו התוקע לחבירו נותן לו סלע רבי יהודה אומר משום רבי יוסי הגלילי מנה סטרו נותן לו מאתים זוז לאחר ידו נותן לו ארבע מאות זוז צרם באזנו תלש בשערו רקק והגיע בו רוקו העביר טליתו ממנו פרע ראש האשה בשוק נותן ארבע מאות זוז זה הכלל לפי כבודו אמר רבי עקיבא אפילו עניים שבישראל רואין אותם כאלו הם בני חורין שירדו מנכסיהם שהם בני אברהם יצחק ויעקב ומעשה באחד שפרע ראש האשה בשוק ובאת לפני ר"ע וחייבו

6 Impingens ſocio (1) colaphum, ei (2) ſiclum pendit. D. Judas nomine D. Joſes Galilæi minam ſtatuit. Si ei (3) alapam impegit, ducentas drachmas ipſi pendit; ſi id fecit inverſa manu, quadringentas drachmas ſolvit. Si ejus aures (4) vulſit, (5) evulſit ejus capillos, excreans eum conſpuit, pallium ei detraxit, denudavit mulieris caput palam, quadringentas drachmas rependit. Omnia (6) pro ipſius dignitate. D. Akiba ſtatuit, Iſraëlitarum pauperrimos conſiderari ac ſi eſſent nobiles, qui bonis ſuis excidiſſent: quia ſunt Abrahami, Iſaaci & Iacobi poſteri. Exemplum habemus cujuſdam, à quo cum mulieris caput palam denudatum

tum

חייבו ליתן לה ארבע מאות זוז אל רי תן לי זמן ונתן לו זמן שמרה עומדת על פתח חצרה ושבר את הפך בפניה וכו כאיסר שמן גילתה את ראשה והיתה מטפחת ומנחת ידה על ראשה העמיד עליה עדים ובא לפני רי עקיבא אמר לו רבי לזו אני נותן ארבע מאות זוז אמר לו לא אמרת כלום שהחובל בעצמו אף על פי שאינו רשאי פטור אחרים שחבלו בו חייבין הקוצץ נטיעותיו אף על פי שאינו רשאי פטור אחרים שקצצו את נטיעותיו חייבים :

tum fuiſſet, ipſa convenit D. Akibam: qui illum condemnavit ut ipſi quadringentas drachmas penderet. Cui ille, mi doctor, concede mihi tempus. Itaque conceſſo tempore, cum ipſam aſtantem oſtio atrii ſui obſervaret, confregit in ejus conſpectu lenticulam, cui inerat oleum fermè dimidii λιτρᾶς. Hic cum nudato capite ipſa manus complodcret, manuſque capiti imponeret, ei teſtes appoſuit. Deinde ad D. Akibam accedens ei dixit, mi Doctor, huicne ego quadringentas drachmas perſolvam? Cui ille, nihil eſt quod dicis: quia ſeipſum vitians, quamvis id non conveniat, liber eſt; alii qui ipſum vitiarunt, tenentur: præcidens plantas ſuas, quamvis id indecens ſit, liber eſt; alii qui ejus plantas præciderunt, tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

התוקע לחבירו Eſt is qui proximo ſuo impegit colaphum manu occluſa. נותן לו סלע *Dabit illi ſiclum*, pro ignominia, ſed non eſt deciſio juxta R. Jehudam, qui dicit, quod Minam dabit. התוקע סטרו eſt is qui ad maxillas alicui alapham impegit palma ſua, quod major cenſetur ignominia. צרם באזנו eſt is qui alius aurem vellit; aliter, qui nocuit auri.

הכל לפי כבודו *Omnia pro ipſius dignitate*, omnes illæ menſuræ quarum in Miſna facta eſt mentio, tantum intelligendæ ſunt de viris gravibus, nam quod ad hominem inferioris notæ diminuunt menſuras.

א"ר עקיבא אפילו עניים וכו *Dixit R. Akiba etiam pauperrimos &c.* R. Akiba contrarius eſt doctori primo, & putat quod viri gravis & inferioris conditionis æſtimatio eadem eſt reſpectu juris pœnarum, deciſio non eſt juxta R. Akibam.

ונתן לו זמן *Et dedit illi tempus*, hoc intelligendum eſt de ignominia, nam cum non diminuit ipſi bona, idcirco illi concedimus tempus; ſed in damnis, ubi ipſi diminuit bona, non concedimus tempus. *Huic ego darem quadringentas drachmas*, huic qui pretio aſſarii olei ſeipſum ignominiæ exponit, detegendo caput ſuum, quo oſtendit quod ignominiæ non habet rationem, darem tot drachmas?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

התוקע לחבירו Eſt is qui proximo ſuo manu clauſa impegit colaphum circa cervicem. התוקע סטרו eſt is qui ei alapham impegit circa faciem לאחר ידו *inverſa manu*, ut, ſi impegerit ei alapam poſteriori manus parte, quod major habetur ignominia. צרם באזנו *Si aures ejus vulſit*, in modum acuminationis, cumque dolore affecit.

הכל לפי כבודו *Omnia pro ipſius dignitate*, vult dicere, quod hæ menſuræ ſunt omnium extremæ quas dare poteſt viro honorato ac gravi; cæterum, ſi inferioris conditionis vir ſiet, diminuit illas menſuras, & rependunt ei ſecundum honorem ſuum. R. Akiba huic ſententiæ contrarius eſt, & dicit quod Iſraëlitæ omnes æquali gaudent jure. Eſt autem unum è fundamentis noſtris, quod ſenatus non ſolet prolongare tempus in damnis. R. Akiba vero tantum ignominiæ tempus prolongari cenſet. Sed deciſio non eſt juxta R. Akiba in eo quod omnes homines æquali jure gaudere cenſet, neque juxta R. Jehuda; & omnia hæc jure in ſe pœnas continent, quarum executio in terra Iſraëlis tantum peragi poteſt.

(1) L'EMPEREUR Sequuntur jam aliarum injuriarum ſpecies: quarum damnum quidem, ſi corporis vitia ſpectes quæ in ſuperioribus expendebantur, magnum non eſt; ſed omnes in dedecore inprimis quo alius afficitur, & quodam dolore, verſantur. Itaque ſicuti cum alterum manu quis verberat, id tribus modis plerumque fieri contingit, vel impacto colapho, vel alapa recta, vel eadem inverſa; ita hoc loco ſingulis ſua ſtatuitur mulcta. Incipit à colapho, cum inquit, התוקע לחבירו: quæ verba variis modis ab enarratoribus Ebræis explicantur. Hæc conſtitutio, ut תוקע pendat ſiclum multis locis paſſim in Gemaris repetitur: ut Cod. Bechoroth fol. 50. p. 2. Ubi gloſſator, המכה את חברו באזנו, *qui proximum ſuum ad aurem verberat:* quam ſui præceptoris ſententiam eſſe dicit; additque aliam, תוקע ממש שתקע כפיו באזנו, *clangens propriè, qui ore ſuo in alterius auribus clanxit.* quaſi dicat, ut alibi tubâ clangere illa voce exprimitur; ſic in hac conſtitutione maledicere ſignificat: ubi quis palam maledictis veluti alterius aures ferit, cui ſcilicet maledicit. Eadem pene gloſſa in קדושי' f. 11. p. 2. & in Baba prima f. 37. p. 1. ſub initium. Denique gloſſator ad hanc noſtram Miſnam. Maimonides Codice jam ſæpius citato c. 3. ſect. 8. quum ait תקע את חבירו בכפו, *percuſſerit proximum ſuum volâ ſuâ*, priorem explicationem approbat: non enim in genere hujuſmodi verbera deſignat, ſed quæ circa aurem infliguntur. qua de cauſa hanc Miſnam explicans inquit, בערפו, *ad cervicem ejus.* Attamen in hac Miſna explicanda cum Obadia de Bartenora, ſi non omninò, ſaltem aliquatenus facere videtur. Hæc ſunt ipſius verba, תוקע לחבירו היא כי שמכה חבירו בפס ידו כנגד בערפו, *qui cædit proximum ſuum, eſt, qui percutit proximi cervicem carpo manus clauſo.* vel, palmâ clauſâ. Obadia de Bartenora, שמחבר אצבעותיו בפס ידו ומכה אותו באגרוף, *qui digitos ſuos in manus ſuæ carpum* vel, in volam, *contrahit, & ipſum proximum pugno cædit.* Docti expoſitores, cum hoc capite præcipuæ injuriæ corporibus illatæ mulctarentur, illam prætermiſſam non fuiſſe, qua colaphus proximo impingeretur, animadverterunt. Itaque quod alibi, puta fol. 27. Babæ poſtremæ p. 2. סנוקרת quorundam judicio vocatur, id hoc loco deſignari autumarunt; niſi hanc differentiam addas, סנוקרת latius ab iis exponi qui colaphum ſignificari volunt: nam cum Maimonides colaphum circa aures & cervicem impactum illa voce notari velit; hac quemvis deſignant. Veruntamen in voce סנוקרת exponenda omnes non conveniunt. locus ita habet, לרכובה שלש ולבעיטה חמש לסנוקרת שלש עשרה, *Si quis genu trudat alium, tres ſicli ſolvendi; ſi quis calcitret, quinque; ſi colaphizet, tredecim.* Hic Rabbi Nathan in Aruch. ſecundò exponit, הכאה באגרוף תחת היד, *percuſſio pugno facta loco manus.* Tamen prius aliam expoſitionem propoſuerat: מאחורי היד הכהו בפניו, *obverſa manu percuſſit faciem ipſius.* Verum qui obſervationes marginales in Maimonidem conſcripſit, nec colaphum, nec poſteriorem hunc percutiendi modum ſignificari per סנוקרת arbitratur; ſed quod ibi Maimonides innuit, cum ita loquitur, תוקע את חבירו בכפו, *cædit proximum ſuum vola ſua*, ubi ex aliis verbis quibus alias ſpecies recenſet, ita cum de cava manu agere liquet, ut nec alapa, nec colaphus, ſed medium quid deſignetur. Denique Sal. J. ad סנוקרת hanc notam ſubjungit, אוכף של חמור שמכה בו את חבירו, *aſinariarum clitellarum pars anterior, qua proximum ſuum cædit.* Variæ cum ſint vocis סנוקרת expoſitiones, prima qua cum co-

colapho confunditur, forte minus probabitur: ſiquidem iſtius mulcta tredecim *ſelaim*, סלעים; colaphi vero, uno סלע definitur. Niſi velis unum *ſela* pro ignominia exigi (ut nonnulli exiſtimant) tredecim verò pro ignominia, dolore &c. Quicquid ſit, colaphum tam indignum viſum fuiſſe Judæis videmus, ut ignominiam, dolorem, aliaque incommoda inde orta compenſari certa lege præceperint. Et inprimis dedecoris notam hac ratione inultam Judæorum plerique hic conſiderant: unde liquet qua potiſſimum de cauſa Judæi Servatorem noſtrum colaphis petierint. Hoc enim factum fuiſſe poſtquam à Synedrio condemnatus fuiſſet, teſtatur Mar. 14. 65. *Cœperunt quidam inſpuere in eum, & obtegere faciem ejus, & colaphos ei infligere, & dicere ei, Vaticinare.* ubi circumſtantiæ edocent ad ignominiam & dedecus collimaſſe Judæos. Eadem annotat Matt. 26. 27. ubi Ebraica verſio (quo magis actionem jam deſcriptam ex Ebræorum ſcriptis, denotari ſcias) רכתוהו באגרוף, *& percuſſerunt eum pugnis*, ſcilicet judices Judæi, de quibus locutus Matthæus fuerat.

(2) Quum pro colapho סלע decreverint, quid eo nomine veniat, expendendum venit. E textu Ebræo & Chaldæo inter ſe collatis ſatis liquet, שקל ſiclum & סלע, unum & idem eſſe: ut ſiclus ſacer & communis dicatur סלע: licet Elias quatuor denarios ſingulis סלעין attribuat, quod de ſacro accipiendum conſtat. Verumenimverò è multis Gemaris, סלע duo inter ſe valore admodum diſtantia ſignificare docemur: (ut jam illam differentiam præteream, qua סלע Judaicos duplum Galilæi valebat, ut eſt in Cethouboth f. 64.) duplex enim ſtatuitur סלע, unus צורי, *Tyrius*; alter של מדינה, *provincialis*. Ille (ſi ſacer) valebat drachmis quatuor; hic vero dimidia drachma. itaque hic erat illius pars octava. Singula, quia non ſatis perſpecta, ex illorum Talmudiſtarum ſcriptis confirmabo. In Bechoroth f. 50. לא תימא סלע ארבע זוזי אלא פלגי זוזא וקרא אינשי סלע פלגא זוזא, *Ne dicas* (in negotio noſtro) *ſiclum eſſe quatuor denariorum: ſed dimidium denarii: nam homines ſiclum vocant dimidium denarii.* & paulo ante, כל כסף קצוב האמור בתורה כסף צורי ושל דבריהם כסף מדינה, *Omnis moneta argentea, quæ determinatur & proponitur in lege, eſt moneta Tyria; at quæ in illorum magiſtrorum verbis determinatur, eſt moneta provincialis.* Et quidem eo epitheto nuncupatur; quia, ut inquit Maimonides, eo tempore in Chanaan uſitata erat. Hinc Gloſſa ad verba Gemaræ f. 11. Kiddouſchin, סלע ד' זוזי סלע צורי פלגא זוזא הוא סלע מדינה, *ſiclus quatuor denariorum eſt ſiclus Tyrius: dimidium denarii eſt ſiclus provincialis.* Fortè dictus tamen ſiclus, quia quatuor ferme denarios æneos continebat, ut alter ille argenteos: quemadmodum annotant. Addit Gloſſa iſtum סלע eſſe שמיני שבסלע צורי, *octavam ſicli Tyrii partem.* Itaque non aberraret, qui Matth 5. verſ. 26 Syriacum ܫܡܘܢܐ, *octantem* cum hoc סלע provinciali eundem faceret: quum hunc videamus octavam ſacri ſicli partem fuiſſe, puta dimidium denarium. Atque idcirco Matthæus *κοδράντην*, *quadrantem* vocat; quia ſicli communis pars quarta erat, licet octava ſicli ſacri. Quam benè Græcus & Syrus in Matthæi loco ſecundum hanc ſententiam conveniunt, ubi aliàs operosè conciliationem quærunt etiam doctiſſimi. At dicat quis, nonne Marc. 12. 42. duo *lepta*, λεπτὰ, quadrantem conſtituere dicuntur? atque λεπτὸν quinque chalcos eſſe docui Midd. p. 50. & è cap. 1. Schekalim ſub finem confirmatur. ergo quadrans eſt tantum unus obolus. Verum hoc expendi velim, omnes quadrantes æquales non eſſe; ſed diverſos, prout ad totum quid referuntur. Quadrans ſicli communis eſt ſiclus provincialis: id jam oſtendi; nec æquus lector, uti ſpero, obnitetur. Quadrans verò דרמא, *darma*, ſive *drama* tantus non eſt; ſed obolus unicus, ſive duo λεπτὰ, ut Servator noſter apud Marcum loquitur. De drama ita ſe rem habere, ut credas, conſule commentaria in Maimonidem Cod. Kele Hammikdas. c. 2. Præterea id attente conſiderandum eſt, quod in Gemara Kiddouſchin f. 11. p. 2. legimus, אינשי קרו לפלגא זוזא איסתירא, *homines vocant dimidium denarii, Iſtiram.* eadem ferme in Cethouboth f. 64. p. 1. כמה איסתירא פלגא דזוזא, *quanti valet Aſtira? dimidio denario.* ubi Gloſſa, זוז צורי שהוא שש מעה כסף, *denario ſcilicet Tyrio, qui ſex argenteos treſſes continet.* Hinc jam liquet, ἀσσάριον cujus Matt. c. 20. & Luc. 12. mentio fit, non rectè cum aſtira vel iſtira conferri, quaſi eadem eſſet moneta; quod tamen facit vir Doctiſſimus D. Tremellius ad c. 12. Marci. id moneo ne viri autoritas, utpote Judæi ideoque in iſtis verſatiſſimi, quemquam ſeducat. Aſtir ſive aſtira, ut neminem, qui loca è Talmude producta expendit, latere poteſt, valet tribus treſſibus, ſive dimidio denarii, qui denarius duplicatus ſiclum communem reddit. Ergo aſtir eſt (imperialis pars circiter decimaſexta, ſi παχυτέρους numos æſtimemus, in priori templo; ſed) decimaſexta coronati decem drachmis Æginæis æſtimati, tempore templi ſecundi, cum Servator in terris degeret. quo pretio duos paſſeres in Judæa væniiſſe non eſt veriſimile; ſed multo minore. Verum alius nummus erat Judæis uſitatiſſimus, adeo ut eo in legum deciſionibus veluti notiſſimo uterentur: uti in Baba Metſia c. 4. ſect. 5. Nomen non adeo diſſimile, quod fortaſſe Tremellium alioſque feſellit: dicebatur איסר & אסר, ſive ut loquitur Matth. & Lucas, ἀσσάριον. valebat, teſte Gloſſatore in illum Bab. M. paragraphum, partem treſſis quartam: quod cum Miſnæ & Gemaræ verbis fol. 2. Cod. קדושין apprime convenit: כמה היא פרוטה אחד משמנה באיסר האיטלקי, *quantum eſt minutum? octava pars iſſari Italici.* Ad quem Miſnæ paragraphum conſulendus eſt Maimonides, qui aſſarum (ſi eum expendamus ſubducto calculo) quadrageſimam octavam ſicli communis partem eſſe docet. ergo aſſarus non λεπτὸν, ſed ipſius dimidium: nam λεπτὸν quinque chalcis ſive deutis Hollandicis æſtimandum jam antea docui. Unde corrigendus Heſychius, ſi verum ſit, quod nonnulli teſtantur (ipſe nondum inveni) eum alicubi ſcripſiſſe, ἀσσάριον καὶ λεπτὸν ἓν εἶναι. Ita per occaſionem quædam N. Teſtamenti numiſmata ſuo valore æſtimavimus, neque aliunde id fieri melius poſſe quam ex Ebræorum ſcriptis, qui ſuam monetam noverant; mihi perſuadere poſſum. quadrantes, octantes alioſque nummos ad noſtratem potius, quam Judæorum monetam examinare, atque inquirere quis nummus apud nos quatuor vel octo partes contineat; id verò ab omni ratione alienum exiſtimo: nomina enim illa à ſuis nummis, quorum partes erant, Judæi deſumſerunt. Redeamus ad Miſnam.

(3) Quæ ad alapam pergit, eumque qui ipſam infringit ducentis drachmis mulctat: etenim multo indignius & cum longe majori dedecore conjunctum cenſent Judæi, ubi quis alapam, quam ſi colaphum impingat. Alapam autem deſignari, interpretes docent, quorum unus כפשו inquit כפו ידו על פניו, *volam ſuæ manus ipſius faciei impingendo.* Hanc injuriam quam adeo exaggerant Judæi, ab ipſis Servator paſſus fuit, quum jam mortis damnatus eſſet, Matt. 26 67. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν: quæ verba Ebræus interpres bene reddidit, ואחרים שלחו את ידיהם אל פניו, *alii autem manus impegerunt in faciem ipſius*, alii, ſcilicet ut Mar. 14. 65. obſervat, οἱ ὑπηρέται, *miniſtri* præcedentium Judicum. Imo in ſynedrio, cum ipſos ob voluntariam ignorantiam carperet, unus miniſtrorum ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, *alapam impegit ipſi Jeſu.* Verbum ῥαπίζειν cum conjugatis hanc ignominiæ ſignificationem habere, Heſychius non ignoravit: qui non tantum per ῥάβδῳ πλῆξαι, *bacillo verberare*, quem ſenſum Cl. Beza ſequitur; ſed etiam per σκώπτειν, *irridere* propriè cavillis, παίζειν, *illudere*, & generaliter τύπτειν, *percutere* reddidit: percutit autem etiam ille qui alapam impingit, maximeque illudit & ignominia afficit. quam ſententiam urbis noſtræ decus D. de Dieu in notis ad Matthæum ex interpretatione Syra defendit. Vir Ampliſſimus & Nobiliſſimus eorum qui ſcientiam quærunt coryphæus, Daniel Heinſius,

ſtus, quid ſibi Euangeliſtæ voluerint præclarè nobis in Ariſtarcho ſuo aperuit: ubi pag 459. in Eſaiæ quodam dicto cum Euangelica hiſtoria conciliando occupatur. de quo hæc mea eſt ſententia. Eſa. c. 50. verſ. 6. *Corpus meum expono percuſſoribus, & malas meas depilantibus.* poſtrema vox in Ebræo eſt מורטי. de qua ejuſque conjugatis D. K. ענינם נפילת השער או עור הבשר או עקירתו, *Eorum ſignificatio, quum pili decidunt aut cutis ipſius carnis, vel cum avellantur.* Utrumque propriè in Servatore noſtro præſtitum contendo: nam de cute nullum eſt dubium; quum ita flagellatus fuerit, ut ſolo intuitu Pilatus populum ad miſericordiam commotum iri ſperaret. Genis verò pilos detractos fuiſſe ſatis innuunt Euangeliſtæ: Lucas quum c. 22. 63. de viris Jeſum in domo ſummi ſacerdotis ſervantibus, donec judices cauſam ipſius tractarent, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες, *Illudebant ipſi, cædentes*, exponit qua ratione ipſum ludibrio habuerint, nimirum non tam verbis, quam manibus ipſum impetendo, inter ludibria autem quæ in ipſo facto conſiſtunt non minimum eſt, barbam vellere piloſque detrahere. Quapropter Euangeliſta δέρειν voce aptiſſima uſus eſt; utpote quæ cutem ipſam nedum pilos avellere ſignificet. Matthæus & Marcus idem innuerunt, cum colaphis & alapis ab hoſtibus inhumanis cæſum narrarunt: ea enim magna ferocia præſtiterunt, ut illud ſubſecutum fuerit. Adde utrumque Euangeliſtam ſpineam coronam calamo capiti infixam, diſtinctè enarraſſe; adeo ut cruentatis temporibus corona illa ſine adhærentibus pilis detracta non fuerit. tempora autem malarum ſuperiores partes conſtituunt. Quocirca ubi Eſaiæ prophetia impleta narretur, ſatis conſtare autumo: adeoque ſimplicem ſenſum ſervari poſſe, non eſt quod negemus.

(4) Quæ deinde in Miſna ſequitur dictio צרם, eſt dubiæ ſignificationis: nam invenias qui exponunt משך, *trahere*; ſunt etiam qui פגם, *inciſionem quandam facere.* idque cum duplici modo fiat, צרם באזן, *vulſit aurem*, exponitur מיעכו ועשה בו רושם, *compreſſit eam* (ſcilicet unguibus) *in eaque cicatricem impreſſit*; vel שחל אזנו והכאיבו בעין עקיצי, *torſit aurem ejus, eumque dolore affecit veluti evulſione quadam.* Ideo inter alia R. Natan פרק, *ſcidit.* Tria igitur ſunt interpretamenta, *trahere, unguibus cicatricem inprimere*, denique *ita vellere & torquere ut aliquatenus à capite laceretur.* Poſtremam interpretationem facile admitto; quia Cod. de ſacrificiis fol. 25 p. 2. in Gemara, invenio, הצורם אזן הפר ואחר כך קיבל דמו פסול, *ſi quis vellat aurem vituli, poſteaque ſanguinem ejus excipiat, rejectaneus eſt vitulus.* Hinc omninò conſtat grave vulnus iſta ratione infligi: utpote cum vitulus iſtiuſmodi rejiciatur, cui auris ita vitiata ſit; quum מום, *vitium* idcirco in illo accidiſſe cenſeatur. Nam non ſolum cum mactatur; ſed etiam quum ſanguis ejus ad ſpargendum excipitur, vitio omni carere debet.

(5) In eadem hac Miſna Judæi inter graviſſima opprobria & dedecora (quæ in his inprimis attendi annotant) etiam collocant, ubi pili evelluntur, homo conſpuitur, pallium detrahitur. Hæc tam indigna judicarunt, ut quadringentarum drachmarum mulctam decreverint. Atque hæc Servatori præſtita fuiſſe, ex Euangelica hiſtoria conſtat: ut nihil ferè omiſſum, quod ad ignominiam apud Judæos pertinet, animadvertamus. Luc. 22. 63. meritò id ἐμπαίζειν, *illudere* nuncupavit, quum Chriſto pilos evellerent: quod grave ludibrium apud Judæos haberetur. de quo antea. Judæorum judices, & Pilati milites Ieſum conſpuiſſe, ſacri illi hiſtorici narrant. Denique veſtem ſubinde detractam & quidem magno cum ludibrio, apud eoſdem invenies: cum antequam eum Pilatus morti addixiſſet, de quo initio c. 19. Ioh. tum poſtquam condemnatus ab ipſo fuiſſet, uti alii Euangeliſtæ teſtantur.

(6) Tandem generalis cautio ſubjicitur: quam in hanc ſententiam accipiunt interpretes, mulctas illas in eos quadrare qui honoratos viros ignominia affeciſſent; ſed minuendam mulctam pro humiliori aliorum conditione, ut pro gradibus, quibus admodum honoratis cederent & inferiores eſſent; injuria ipſis illata leviori mulcta vindicaretur. Atque hæc regula apud Judæos ita recepta fuit, ut R. Akibæ ſententiam de æqualitate rejecerint. Romanos ſedulò caviſſe ne quis ullo ignominiæ genere afficeretur, docet vel ſolus titulus de injuriis Dig. li. 47. ubi t. 10. l. 1. *Injuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis ... omnemque injuriam aut in corpus inferri; aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere. In corpus fit, cum quis pulſatur. Ad dignitatem, cum comes matronæ abducitur. Ad infamiam, cum pudicitia attentatur.* Deinde ſpeciales leges ſubjiciuntur, ut l. 15. §. Generaliter. *Quodcunque quis fecerit aut dixerit ut alium infamet, erit actio injuriarum.* & notandus paragr. primus ejuſdem legis. *Si quis pulſatus quidem non eſt, verum manus adverſus eum levatæ, & ſæpe territus quaſi vapulaturus, non tamen percuſſit, utili injuriarum actione tenetur.* Similiter Maim. c. 5. ſect. 2. אפילו להגביה יד על חברו אסור וכל המגביה ידו על חבירו אף על פי שלא הכהו הרי זה רשע, *Etiam attollere manum contra proximum eſt interdictum, & quicunque manum elevat in proximum, etiamſi eum non percutiat, ecce is improbus eſt.* Deinde cum generali cautione in Miſna noſtra convenit quod §. 2. l. 18. legimus. *Quod ſua cujuſque injuria propriam æſtimationem haberet.* Reliqua prudens lector ipſe conferat. locum notavi, omnia tranſcribere longum eſſet.

§. 7. Lædentem præter mulctam, ad petendam remiſſionem teneri. Lenitas ejus qui propitiandus eſt. Et qui ſe lædi præcipit. quo caſu impunè mos geratur. Juſſum etiam alteri malè facere, teneri. Ann. (1) Peccati veniam expetendam e Talmude aſſeritur. idque cum Chriſti doctrina confertur. Sacerdotii Chriſti partes. (2) Facilitas in remittendis peccatis in Talmude docetur, eodem modo, quo eam Servator exigit. (3) Volenti fieri injuriam. Id ratione addita reſtringunt Judæi. (4) Si quis ſibi pedem frangi jubeat, quî accipiendum. Canon, יש הן שהוא כלאו. *(5) In bonis externis ſecus ſe rem habere. ubi* non *pro* ita, *Obadiæ de Bart. (6) Cujus ſit, ſpondere abſolutionem. (7) Perpetrantis peccatum levius, quam ejus qui damnum dari jubet. De peccato juſſu alterius commiſſo, quid leges Romanæ decernant.*

ז אף על פי שהוא נותן לו אינו נמחל לו עד שיבקש ממנו שנאמר ועתה השב אשת וגו׳ ומנין שלא יהא המוחל (ס״א ומנין שאם לא מחל לו שהוא) אכזרי שנאי ויתפלל אברהם אל האלהים האומר סמא את עיני קטע את ידי שבר את רגלי חיב על מנת לפטור חיב קרע את כסותי שבר את כדי חיב על מנת לפטור פטור עשה

7. Quamvis hic illi rependat, peccatum huic non remittitur, donec (1) id ab illo petat: quia dicitur (*Geneſ.* 20.) *Nunc itaque reſtitue uxorem, &c.* Cæterum unde conſtat, quod propitiandus ſe non (2) auſterum præbere debeat? (*vel*, Si non remittat, auſterus ſit.) Quia dicitur, *Et oravit Abraham Deum, &c.* Si quis dixerit, excæca oculum meum, amputa manum meam, frange pedem meum; alter (3) tenetur: etiamſi ea conditione, ut liber ſit, ſive abſolvatur; (4) tenetur. Si dixerit, lacera veſtem meam, frange amphoram meam; alter tenetur: ſi ea conditione ut liber ſit; (5) liber eſt. Si

עשה בן לאיש פלוני על מנת לפטור חייב בין בגופו בין בממונו:

dixerit, Ita facito illi viro N. (6) ea conditione ut liber ſis; faciens tenetur: ſive de (7) corpore; ſive de pecunia ipſius agatur.

R. OB. DE BARTENORA.

על מנת לפטור חייב *ea conditione ut liber ſit*, *tenetur*, ſi lædens rogaverit læſum, dic, excæca oculum tuum ea conditione ut me liberes? & reſpondet illi læſus, *ita*; nihilominus tamen tenetur, quia datur *ita* quod ſe habet ut *non*; nam per ironiam dixit *ita*, quia homines non ſolent libenter admittere damnum in corpore ſuo, verum ſi quis dixerit proximo, *frange cantharum meum*, atque cum rogaverit lædens, an dicis hoc ea conditione ut ſim liber? etiamſi reſponderit illi læſus, *non*; hoc tamen *non* ſe habet ut *ita*, & res ſe habet perinde ac ſi dixiſſet, nonne dixi tibi ea conditione ut eſſes liber? propterea liber eſt, quia homines damna bonorum remittere ſolent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt Sapientes dari affirmationem quæ eſt inſtar negationis, ut, ſi dicat illi de damno corporis ſub conditione ut ſit liber quia certum eſt nominem iſtiusmodi rem intermiſſurum, & hac de cauſa tenetur.

(1) L'EMPEREUR. Ut ignominiam ſibi illatam doloremque ex illa ignominia conceptum læſus ex animo remittat, Judæi exigunt ſubmiſſam petitionem, qua lædens peccatum ſibi ignoſci precetur: idque è commate 7. cap. 20. Gen. confirmant; ubi Abimelec uxorem Abrahami reſtituere jubetur, *Nunc itaque reſtitue uxorem illius viri, propheta enim eſt, ut oret pro te, tum vivito.* quaſi dicat, Propheta eſt, itaque non ſuccenſebit tibi, uxorem enim intactam manſiſſe novit; non erit difficilis in admittenda reconciliatione, & mihi charus cujus preces exaudiam: itaque id operam da verbis ac muneribus, ut tibi placatus pro te intercedat. Unde verſ. 14. & 15. Abrahamum muneribus & blandis verbis excepiſſe legitur. Hoc exemplo rectè ab omnibus, qui alios quodam ex illis delictis offenderunt, ut præter ſatisfactionem à læſo verbis veniam petant, exigunt. Quemadmodum Chriſtus ipſe non tantum pro noſtris peccatis Deo ſufficienti pœna ſatisfecit; ſed etiam pro nobis à Patre veniam ſua interceſſione petiit & etiamnum petit. Sanè cum Magiſtrorum conſtitutione Doctoris noſtri Chriſti ſententia facit: qui ab omnibus ſibi conſciis, fratres meritò ſibi infenſos eſſe, ut reconcilientur ſollicitè operam dari, poſtulat: Matt. 5. 24, 25. *Abi ... Reconciliator fratri tuo .... Eſto amicus adverſario tuo citò.* Non hoc tantum deſiderat ut injuria compenſetur (ſanè ſi læſus deſideret, negligi quo ipſi ſatisfiat non poteſt;) ſed euſque nos progredi, omniaque peragere deſiderat, donec animus ipſius placetur, & amicus reddatur. Quò pertinere blandam orationem, qua peccati venia expetitur, verba Chriſti edocent Luc. 17. 4. *Si ſepties in die revertatur ad te, dicens, Reſipui* &c. Huc pertinet Gemara K. f. 92. אפילו הביא כל אילי נביות שבעולם אין נמחל לו עד שמבקש ממנו, *Etiamſi offerat omnes arietes Nabathææ qui in mundo reperiuntur, non remittitur ipſi, donec ab illo veniam petat.* Ad נמחל, *remittitur*, ſcilicet, עונו, *iniquitas ipſius* אינו מתכפר לו, *non propitiatur ipſi*: puta, læſus ipſi lædenti qua voce in conjugatione activa uſus fuit interpres Ebræus Matt. 5. 24. quum exprimeret, *ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου*, לך תחלה לכפר את פני אחיך, *abi prius ut propitiet aut places iratum vultum fratris tui.* Ideo pertinet, ut veteris Judaicæ & Chriſtianæ religionis conſonantiam obſervemus.

(2) Talis conſenſus in ſequenti membro apparet: quemadmodum enim hic in remittendo facilitatem exigunt Judæi; pariter Servator noſter. Nam omninò cum Judæorum magiſtris hac in parte facit. Conſeramus verba totaſque ſententias. Servator Luc. 17 3. 4. *Si peccaverit in te frater tuus, objurga eum: & ſi reſipuerit, remitte ei. Et ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties in die revertatur ad te, dicens, Reſipui, remittas ei.* Ita ſentit Maimonides libro ſæpius producto, ſcilicet in 'ה הלכות חובל ומ c. 5. ſect. 10. ubi ad hunc modum ſcribit, בין שבקש ממנו החובל ויתחנן לו פעם ראשונה ושניה וידע שהוא שב מחטאו ניחם על רעתו ימחל לו וכל הממהר למחול הרי הוא משובח ורוח חכמים נוחה הימנו, *Quandoquidem petit ab ipſo lædens, & deprecatur ſemel atque iterum, adeo ut agnoſcat lædentem a peccato ſuo ſe convertiſſe & pravitatis ſuæ pænitentiam agere; ignoſcet ipſi. & quicunque ad ignoſcendum feſtinat, is laudandus, & ſapientum animus ab ipſo refocillatur.*

(3) Ubi ſubjungitur in textu noſtro, ſi quis dixerit, Amputa manum meam, &c. alterum teneri; ſenſus, tantopere cavendum ne alterius corpus lædamus, ut etiamſi quiſpiam à nobis damnum in corpore ſuo accipere velit, non obtemperemus: quinetiam luendas pœnas ſi volentem hujuſmodi injuria afficiamus. Judæi hanc rationem reddunt, שאין אדם מוחל על ראשי איברים, *quia nemo condonat, ubi de extremis membris agitur.* quaſi dicant, in aliis quidem facile nonnunquam peccandi veniam dat; nunquam verò ut adeo neceſſaria inſtrumenta eripiantur, concedit: ideoque id ſeriò unquam præcipi, nimirum ut propria manus amputetur &c. veriſimile non eſt.

(4) Quapropter, licet quis alteri dicat, Frange pedem meum &c. & cum alter reſponderit, An ea conditione hoc præcipis ut me abſolvas? dicat, Ita, (hæc enim eo modo reſolvunt Talmudiſtæ;) nihilominus, inquam, alterum qui vitium corpori infert, teneri pœnæque obnoxium affirmant. Siquidem credendum non eſt, illud mandatum de pede frangendo &c. eo modo ac mente iſta prolatum fuiſſe: nam inquit Gemara, יש הן שהוא כלאו eſt *ita* quod inſtar *non* ſe habeat. ut cum admiratione prolatum, Itane? an putas me hæc velle aut concedere?

(5) Verum in bonis externis ſecus ſe rem habere agnoſcunt: quandoquidem ratio quandoque ſubeſt, quare hujuſmodi perdenda ſint. Itaque in his, ſi juſſo conditionem hanc ſtipulanti, ut id perpetrans abſolvatur, alter reſpondebat, לא non; iſtud *Non* affirmare aſſerit O. de Bartenora, ac ſi dixiſſet, Nonne dixi tibi quod tu quæris &c.

(6) At in bonis alterius hoc minime admittitur: quid enim tibi juris in alterius facultates & ſupellectilem? nec eum qui damnum infert, ſtipulatio excuſat, qua abſolutionem ſtipulatus eſt: hanc enim nonniſi proprietarius ſpondere poterat.

(7) Et ſi in bonis alterius hoc obtinet, quanto magis in corpore: ut qui juſſu alterius tertium quendam vulnerat, quicquid ab altero ſtipulatus ſit, vulneris teneatur? Et licet malum perpetrans damnum præſtare & luere debeat; alter qui juſſit eſt רשע, *improbus*, inquit Maimonides: quia הכשיל עור וחזק ידי עוברי עברה, *veluti cæcum impingere fecit, & confirmavit eorum manus qui legem tranſgrediuntur.* Cujuſmodi hominum malitiam magis quam aliorum culpat Apoſtolus Rom. 1. ſub finem. *Non ſolum ea faciunt, ſed etiam facientibus conſentiunt ultrò.* Peccare humanum eſt; ſed alterius peccatum approbare, infirmitatis & imbecillitatis humanæ miſeratione veniam non facile obtinet. quanto minus ſi quis alteri peccatorum author extiterit, de quo in Miſna noſtra agitur? Leges Romanæ ſimiliter pœna & mulcta in hujuſmodi factum ac peccatum cenſent animadvertendum, quod quis alterius juſſu commiſit. Imo etiam peccati approbationem, in eodem crimine cenſent. Unde ff. de diverſis reg. juris, num. 152. *Dejicit & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur.* Sed in eo à Miſna noſtra diſſident, quod eum qui injuriam fieri aut damnum dari jubet, eo loco habeant, ac ſi ipſe faceret. Ita leg. 169. eod. tit. *Is damnum dat qui jubet dare. ejus verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.* Judæi à faciente totam injuriam compenſari volunt ac præcipiunt.

Cap. 9.

Cap. 9. § 1. In rapto rependendo examinandum eſſe; quod fuerit pretium cum raperetur. Annot. (1) Definitio furti, item rapinæ. Levit. 6. 4. 5. contra Judæos vindicantur. Ideoque de pœna rapti. Quid אשם. *(2) Materia rapta, non quod ex ea fit, conſideranda. (3) Similiter in vacca ſpectatur, quod pretium fuerit cum raperetur. (4) Adeoque ſi poſtea fœta reddatur, fœtus non attenditur. Ita in ove, quæ fit lanigera. In damno leges Rom. etiam tempus expendunt. & ſeverius in raptum, quam furtum animadvertunt; Judæi contra.*

פרק ט א הגוזל עצים ועשאן כלים צמר ועשאן בגדים משלם כשעת הגזלה גזל פרה מעוברת וילדה רחל טעונה וגזזה משלם דמי פרה העומדת לילד דמי רחל העומדת ליגזז גזל פרה ונתעברה אצלו וילדה רחל ונטענה אצלו וגזזה משלם כשעת הגזלה זה הכלל כל הגזלנים משלמין כשעת הגזלה :

Cap. 9. Qui poſtquam ligna (1) rapuit, ex iis inſtrumenta fecit; lanam, ex ea veſtes fecit: is rependit (2) ſecundum rapinæ tempus. Qui rapuit vaccam fœtam, quæ poſtea parit; ovem lanigeram, quam poſtea tondet: is pretium vaccæ (3) pariturae, pretiumque ovis tondendæ rependit. Qui rapuit vaccam, quæ apud ſe fœcundata fœtum edit; ovem, quam apud ſe factam lanigeram tondet: (4) pro temporis ipſius rapti ratione rependit. Hæc generalis regula eſt: omnes raptores rependere ſecundum rapiendi tempus.

R. OB. DE BARTENORA.

משלם כשעת הגזלה *rependit juxta rapinæ tempus*, rependet pretium lignorum & lanæ, at non tenetur reſtituere inſtrumenta, eo quod acquiſivit illa cum mutatione.

דמי רחל העומדת ליגזז *pretium ovis quæ poſtea tondenda eſt*, & reſiduum illud quod nata pluris valuerit, nec non tonſura, ſuum eſt, quia ovem acquiſivit cum iſta mutatione. זה הכלל *hæc regula generalis eſt*, hoc nos docet, quod, ſi rapuerit agnum, & factus fuerit aries, aut vitulum, & factus fuerit bos, eoſque mactaverit, aut vendiderit, liber ſit a ſolutione quadrupli & quintupli; nam, quandoquidem mutatio illa facta eſt dum erat in poteſtate illius, acquiſivit illa pecora, & mactavit ac vendidit id quod ſuum erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זה הכלל כל הגזלנים משלמין כשעת הגזלה *hæc generalis regula eſt, omnes raptores rependunt ſecundum rapiendi tempus*, ut hoc nos doceat, eum, qui parvum pecus rapuerit, idque apud eum adoleverit, acquiſiviſſe illud cum mutatione illa. Si vero mactaverit illud, aut vendiderit poſtquam accreverit, ſuum mactavit, & ſuum vendidit, & non tenetur ſolutione quadrupli & quintupli.

(1) L'EMPEREUR. Ante omnia annotandum eſt diſcrimen, quo גניבה, *furtum*, à גזלה, *rapina* diſtinguitur. Maimonides c. 1. Cod. Gezela ſect. 3. אי זהו גוזל זה הלוקח ממון האדם בחוקה, *Quis dicitur raptor? Qui pecuniam* (ſive aliam rem, ut dicitur in ſequentibus) *hominis alicujus vi adhibita aufert.* Et c. 1. 'גניב ſect. 3. אי זהו גנב זה הלוקח ממון אדם בסתר ואין הבעלים יודעים, *Quis cenſetur fur? Qui facultates alicujus clam inſciis proprietariis aufert.* Magnam eſſe differentiam inter utrumque nemo negare audet: ſed hanc differentiam quam ponunt, in furto duplum & quadruplum; in rapina ſolum ferme ſimplum exigi, pernego. Nec Levit. 6 4. 5. hujuſmodi diſcrimen obſervari jubetur: nam (ut jam in ſuperioribus oſtendi) iſtic de fatente reo, qui ſponte peccatum fatetur, verba fiunt. Ipſum vocabulum אשם, *reus eſt.* verſ. 4. hanc reſtrictionem confirmat: quid enim ſibi volunt hæc verba? *Erit quum peccaverit & reus fuerit* &c. Num quis dubitat, an peccata tam gravia reum faciant? Verum hæc vera eſt interpretatio, *Quum peccaverit* illorum aliquid patrans, *& reatum agnoverit.* Quid quæſo, an qui aperta vi alterius bona aufert mitius mulctabitur, quam is qui inſcio quidpiam ſurripit? hic alteri reſiſtere non audet; ille poſſeſſori etiam vim facit, nec ulla verecundia, reverentia, ullove timore ac metu ducitur.

(2) De raptore dubium oboritur, an ſi rem furtivam vel potius raptam immutaverit inque aliam formam redegerit, ut ſi ex lana rapta veſtes fecerit; dum rei pretium rependendum eſt (quia ipſa res ut fuerat reſtitui nequit,) ſolvendum ſit rei pretium quæ ex rapta materia facta eſt. Doctores tempus ſpectare præcipiunt, quo materia rapta fuit. Idque ad hunc modum, ut quanti res tum eſſet quum raperetur æſtimetur, atque hoc pretium proprietario reddatur.

(3) Pariter in aliis rebus, nimirum in animantibus, omnia ſe habent. vacca fœta abripiatur, dumque in raptoris poteſtate eſt, fœtum edat: hæc minoris habetur ubi peperit, quam עומדת לילד, *dum ſtaret ad pariendum*, id eſt, quum demum paritura eſſet: ut quæ unà cum fœtu pluris fieret, quam ſine fœtu. Itaque hoc caſu qui rapuit, non temporis quo rependit; ſed quo rapuerat rationem habebit, ſolvetque quanti erat vacca, cum fœta abduceretur: quo tempore pluris fiebat. Adeo ut hac ratione plus reddere teneatur, quam vacca inpræſentiarum valeat.

(4) Sed ex eodem fundamento, minus ſolvit qui raptam vaccam, tam diu penes ſe habuit, ut fœta reddita ſit vitulumque pariat. Quandoquidem enim rapiendi momentum conſiderandum eſt, atque poſtea in raptoris manibus valor ac pretium auctum; minus raptor pendit quam res rapta æſtimetur: quia fœtus deinde additus in rationem non venit; ſed in rapti compenſatione tantum detrahitur, quanti fœtus habetur. Non aliter in ove lanigera fieri debet. Itaque concluſio generalis omnia rapta ſpectans ſubjicitur: compenſationem ſecundum iſtud temporis momentum præſtari, quo raptor rem ipſam rapuerat; non vero quo res rapta rependitur. Apud Romanos in compenſando damno ſæpe tempus in rationem venit, quo ipſo aut circiter damnum datum ſit. unde Inſt. l. 4. t. 3. §. Illud palam, *Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, ſed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.* Verumenimverò in compenſatione rapti longè aliter quam Judæi procedunt. Quod ex initio t. 2. l. 4. Inſt. liquet. cujus verba notanda, quia ſuperiorem Judæorum errorem refellunt eodem quo ſupra argumento uſus ſum. *Qui vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti: (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoque rectè dictum eſt, eum improbum furem eſſe) ſed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur, Vi bonorum raptorum: & eſt intra annum quadrupli; poſt annum, ſimpli. Quæ actio utilis eſt, etiamſi quis unam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna eſt, ſicut in actione furti manifeſti diximus: ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio: ut pœna tripli ſit, ſive comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſive non. Ridiculum enim eſſet, levioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet.*

§. 2. Quomodo rapti compenſatio inſtituatur, ſi res rapta melior facta fuerit in raptoris manu. Item, ſi res deterior facta ſit :

ſit: vel planè inutilis reddita fuerit *Ann.* (1) *Servi quando æquentur mobilibus, quando fundis. De rapto in raptoris manu immutato, ſententia Maim.* (2) *Quis nummus* נסדק *&* נפסל*, ex mente diverſorum.* Putreſcere, *cujus in Miſna mentio. Quænam inſcriptio numi Hieroſolymitani.* (3) תרומה. *Utilitas raptoris in compenſatione ſpectetur. Iniquum Jud. judicium. Vitium beſtiæ non ita obeſt ante latam ſententiam.*

ב גזל בהמה והזקינה עבדים והזקינו משלם כשעת הגזלה רבי מאיר אומר בעבדים אומר לו הרי שלך לפניך גזל מטבע ונסדק פירות והרקיבו יין והחמיץ משלם כשעת הגזלה מטבע ונפסל תרומה ונטמאת חמץ ועבר עליו הפסח בהמה ונעבדה בה עבירה או שנפסלה מעל גבי המזבח או שהיתה יוצאת ליסקל אומר לו הרי שלך לפניך :

2. Qui rapuit beſtiam quam poſtea educavit, ſervos (1) qui poſtea adoleverunt; ſecundum rapinæ tempus compenſat. At D. Meir inquit, Ille quod ad ſervos alteri dicit, Ecce tibi quod tuum eſt. Qui rapuit numum, qui poſtea (2) diſſecatur; fructus, qui poſtea putreſcunt; vinum, quod deinde aceſcit: is pro raptus tempore compenſat. Qui rapuit monetam, poſtea improbatam; primulas oblationes, poſtea (3) contaminatas; fermentum, deinde ultra paſcha ſervatum; beſtiam, quâ poſtea ſcelus committitur, aut ab altari rejicienda judicatur, aut denique ut lapidetur, egreditur, is alteri dicit, ecce tibi tuum.

R. OB. DE BARTENORA.

בעבדים אומר לו הרי שלך לפניך *de ſervis dicet ipſi, ecce tibi quod tuum eſt*, quia ſervi ſimiles ſunt fundo, ſuntque in poteſtate poſſeſſoris; deciſio eſt juxta R. Meyr.

מטבע ונסדק *numum, & poſtea diſſecatur*, quæ mutatio eſt quæ cognoſci poteſt. פירות והרקיבו *fructus qui poſtea putreſcunt*, &, ſi ex parte putruerint, *dicet ipſi, ecce tibi quod tuum eſt*; verum ſi omnino putruerint, ſolvet ſecundum rapiendi tempus. מטבע ונפסל *monetam poſtea improbatam*, quæ quidem valebat in hac, ſed non in illa civitate. ונעבדה בה עבירה, *qua poſtea ſcelus committitur*, quarum coitum more quadrupedum inivit, ſive idololatriæ deſtinata fuerit, cujuſmodi non valet ad ſacrificium. שנפסלה מעל גבי המזבח *quæ ſuper altare inepta facta eſt*, quæ affecta eſt macula, quæ cognoſci non poteſt uti eſt in palpebra oculi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando pars fructuum putruerit, dicunt illi, *ecce tuum coram te eſt*: &, ſi omnes putruerint, ſolvet ſecundum rapiendi tempus. Cæterum moneta quæ irrita facta eſt, ejuſmodi eſt quæ non valet in hac, ſed in illa civitate; deciſio eſt juxta R. Meyr.

(1) L'EMPEREUR. In reſtituendis ſervis omnes non conveniunt: quidam ut in præcedentibus, pretium è raptus tempore æſtimant, atque id ſolum reſtitui volunt; alii qui D. Meïrum ſequuntur, ſiquis ſervum parvulum rapiat, cumque ad multos annos ſecum retineat, ſervum adultum reddendum cenſent. Utraque ſententia ſuum habet fundamentum, vel potius ſe habere putat. Hi iſtud pro fundamento ſumunt, דעבדים כקרקע דמיין וברשות דמרייהו קיימי, *ſervos fundi inſtar ſe habere, adeoque in dominorum poteſtate remanere.* id lege Lev. 25. 46. ſtatuminant; ubi de ſervis alienigenis, *Conſtituetis vos poſſeſſores illorum, cum filiis veſtris poſt vos, obtinendo hæreditario jure poſſeſſionem.* Quemadmodum fundos ſuos poſſidebant, ita inquiunt poſſeſſio erat ſervorum: ideoque ſervi rapti non acquirebantur raptoribus, ut poſtea eorum pretio ſatisfacere poſſent. Illi ſecus judicabant, nimirum עבדים כמטלטלי דמי, *ſervos mobilium bonorum inſtar ſe habere.* De mobilibus autem quid ſtatuant docet Maimonides c. 2. גזלה ſect. 1. אם נשתנית ביד הגזלן אף על פי שעדין לא נתיאשו הבעלים כמנה קנאה בשנוי ומשלם דמיה כשעת הגזלה, *Si res mutata ſit in raptoris manu, licet ejus proprietarii nondum ſpem abjecerint, illa immutatione rem acquirit* (raptor) *ejuſque pretium ſolvit pro raptus tempore.* Ita cenſent illi, ſervos, quia immutati, quippe grandiores facti ſunt, in poteſtatem & dominium raptorum tranſiiſſe: ideoque ſi pretium, quo raptus tempore vendi poterant, ſolverent, nihil reſtare quod proprietarii repetere poſſent. Quod ad legem Levit. attinet, nonnemo ita cenſet, הואי לכל מילי דאורייתא חשיב כמקרקעי, *quod procul dubio in omnibus rebus quæ lege præcipiuntur, ſervus habeatur inſtar fundi*; ſed ubi cum mobilibus confertur, במילי דרבנן איירי, *de rebus per magiſtros ſtatutis ſermonem eſſe.*

(2) De voce נסדק, *ſcinditur*, in Gemara diſſentiunt, atque diverſa ratione explicant. Unus propriè vocem accipiendam contendit; alter latius eandem extendendam cenſet: quocirca ſequentia, *rapuit monetam poſtea improbatam* ſive נפסל, pro illa diverſitate non eodem modo enarrant. Numiſmata quæ non amplius recipiuntur, ſæpe ſecantur in partes; vel facta ex parte & aliquouſque ſectione, inutilia in commerciis redduntur: ut plurimum, tantum proclamando publicove diplomate numi improbantur. Illud ſi fiat, numus נסדק, *ſectus* dicitur; cum verò hoc poſteriori modo numus exauctoratur, proprie uſurpatur dictio, נפסל, *improbatur*. Hæ ſunt ſignificationes propriiſſimæ; à quibus R. Judas propter ipſum utriuſque membri jus diverſum recedit: utpote qui omnem improbatum numum, modo abſolutè & univerſim rejiciatur, etiam נסדק, *ſectum* dici arbitratur: non quidem propriè, ſed tropicè. Nam ut numiſma in partes diſſectum pro numo non admittitur; ita etiam cum regio diplomate numi exauctorantur, non amplius recipiuntur. Idcirco ait R. Judas, פסלתו מלכות נמי היינו נסדק, *ſi cum improbaverit regnum, tum etiam pro* נסדק *diſciſſo habetur.* quaſi dicat, ſi rex cujus latiſſimum ſit dominium, improbatum numum promulget; tum etiam ad נסדק refertur: quia ut numiſma diſſectum non amplius commerciale & receptum eſt; pariter nec illud monarcha vel rex latiſſimè dominans, univerſim improbarit (Eodem modo quum fructus recenſet putreſcentes, omnes & univerſim putreſcentes intelligit: nam ſi partim putruerunt, ipſe fructus redditur.) Hiſce convenienter in ſequentibus נפסל ipſi non eſt quævis improbata pecunia: ſed quæ נפסל, *improbatur* in hac provincia; in alia probatur. Verum M. Houna נסדק nonniſi de numiſmate ſecto accipit; & נפסל, *improbatum* à rege vel monarcha eſſe aſſerit, quod in toto regno, non tantum civitate quadam vel provincia rejicitur. Iſtius Hounæ ſententia rejecta; illius Judæ vulgò recepta eſt. Quia numorum mentio injecta eſt, quod Gemara de Jeruſolymitano obſervat, negligendum non videtur; quo iſtos numos dignoſcere queamus. איזו מטבע של ירושלם דוד ושלמה כצד אחד וירושלם כצד אחר, (עיר הקדש ut habet gloſſa) *Quodnam eſt numiſma Jeroſolymitanum? Ubi nomina David & Salomon expreſſa ab uno latere; ab altero exaratum*, Jeruſalem, civitas Sancta. ita hæc Gloſſator enarrat.

(3) Poſtea nonnulla (inter quæ etiam oblatio תרומה, quæ hic ſtrictius accepta, ut ſequentia docent, oblationem peixe-

pentecoſtes feſto ſacerdotibus offerendam, vel etiam decimas à Levitis ſacerdotibus pro more conferendas deſignat) nonnulla inquam, quibus uti & frui ob contractum vitium non licet, reſtituenda judicantur: quod judicium iniquum videtur. Nam ſi meam rem tam diu retinuiſti, ut ob legem quandam ceremonialem &c. tractu temporis inepta & inutilis vel minus utilis mihi facta ſit; potius pro raptus tempore (ut in aliis loquitur Miſna) id eſt quanti erat cum illam raperes, rependendam æquitas decernit: ut pretium potius, quam rem inutilem recipiam. Verum magiſtri in furto & rapina compenſanda hoc etiam expendunt, an fur aut raptor utilitatem quandam inde percipiat: cujus utilitatis nomine pretium ſolvere teneatur. atqui illæ res raptori etiam inutiles redduntur. Tamen in Gemara diſtinctio quædam adhibetur: quâ à bove de quo agitur ad alias res extensâ, proprietarii commodum attenderetur. עד שלא נגמר דינו אין כשנגמר דינו לא. *antequam res plane judicata affirmatur* (ſcilicet reſtituendam rem;) *poſtquam plane judicata eſt, negatur.* Ita proprietario conſuli videtur: ut ſi cauſa deciſa nondum ſit, adeoque res judicio nondum improbetur, ejuſque conditio talis nondum judicetur, quod vitio laboret; ex ipſa utilitatem percipiat: ſin verò judicio rejectanea facta ſit; pro ea à raptore pretium recipiat proprietarius. Quî hoc in fermento reſervato locum habeat non videmus: quandoquidem ſine ullo judicio, ex elapſo paſchate fermentum rejectaneum factum conſtat. Quî raptum ex legibus Romanis compenſetur, ad præcedentem Miſnam ſatis prolixè annotatum fuit.

§. 3 Fabri qui novum quid parandum, vel aliquid ad reparandum acceperunt, quî de corruptione teneantur. Similiter architectus, qui deſtruendo parietem, damnum dedit. Ann. (1) תקן *quid in hac lege. De fabro etiam agi qui novi quid faciendum in ſe ſuſcepit, probatur è Gem. & Maim. Immutatio rei, quando transferat dominium.* (2) מגדל, *quid.* (3) *Locatori etiam conſuli, & damnum eſſe conductoris, ſecundum leges Romanas. Ubi & de eo qui tranſportandam rem conduxit.*

ג נתן לאומנין לתקן וקלקלו חייבים לשלם נתן לחרש שידה תבה ומגדל לתקן וקלקל חייב לשלם הבנאי שקבל עליו לסתור את הכותל ושבר את האבנים או שהזיק חייב לשלם היה סותר מצד זה ונפל מצד אחר פטור ואם מחמת המכה חייב :

3. Si ubi quis fabris aliquid ad parandum (1) dedit, hi corrumpant; ad compenſationem tenentur. Si ubi fabro pilentum, arcam, aviarium (2) ad reparandum dedit, is corrumpat; compenſare tenetur. Architectus qui cum in ſe recepit parietem deſtruere, lapides frangit aut quem vitiat; rependere tenetur. ſi ipſo ab uno latere deſtruente, ab alio latere paries (3) concidat; liber eſt: at ſi id ictus impetu fiat, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן לאומנין לתקן *Si dederit opificibus ad parandum*, ſi fabris dederit lignum ut inde conficerent inſtrumentum aliquod, ſed poſtquam confectum erat, corruperant illud, tum tenentur ad ſolutionem inſtrumenti, & non tantum ad lignum.

נתן לחרש שידה *Si dederit fabro pilentum &c.*, jam nos docet, quod, Si fabro dederit vas aliquod parandum, at faber illud corruperit, tenetur ad ſolutionem pretii iſtius vaſis; loquitur autem Miſna tali ſenſu in fine, ut revelet ea quæ dixit in principio, ne quis diceret, quod in principio ſermo eſt de vaſe parato. שידה notat vehiculum in uſum fœminarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nihil intereſt, ſive opifici dederit inſtrumenta paranda, & ea corruperit, ſive opifici dederit ligna & ferrum, ut inde conficiantur inſtrumenta, eaque confecta fuerint, & deinceps ea corruperit, ſolvet pretium inſtrumentorum duobus modis.

(1) L'EMPEREUR. תקן in hoc & ſequenti dicto occurrit; ſed ſignificatione & ſenſu diverſo. Verbum ipſum duo ſignificat, quidpiam certa menſura rectaque diſpoſitione perficere; vel quod depravatum & corruptum eſt ad priſtinam rectamque formam revocare. Prius, inquiunt Talmudiſtæ, in primo membro locum habet, quum dicitur, *Si ubi quis fabris aliquid ad parandum dedit, hi corrumpant, compenſare tenentur.* Etenim ſi hic de reparatione ageretur, ſequens dictum eſſet ſuperfluum: namque ubi in genere aliquid dicitur, id ſufficit, nec ſpecies addere neceſſe eſt; niſi ſpecialis quædam dubitandi ratio ſubſit. itaque ſi faber prima ſententia, in reparando ad compenſationem damnatur, quorſum de pilento, arca, alveario, ſeorſum præciperetur, cum teneri ſi hæc rumpat? Quapropter legitur in Gemara hujus Miſnæ, ככלל רישא עצים ואפילו הכי חייב לשלם, *concluſio eſt, prima ſententia de ligno agi, atque tum etiam ad compenſandum teneri.* Quaſi dicas, Secundo dicto exigitur, ut faber lignarius arcam & alvearium aliave ad reficiendum accepta rependat, ſi iſta inter reparandum corruperit vel fregerit; ergo initio Miſnæ de vaſis jam confectis ſermo non eſt; ſed de ligno: quod ubi fabro lignario traditum eſt ut inde pilentum aliave conficiat; ſi pilentum, exempli gratia, caſu quodam frangat, faber pilenti pretium dare tenetur. Nam de laboris mercede pactus erat: itaque pactum ſervans, pilentum acceptis lignis aliiſque neceſſariis præſtare debet; niſi faciat, pretium pilenti ob præcedens pactum exigitur. Hinc Maimonides codice שכירות c. 10. ſect. 4. נתן לו את העצים לעשות מהן שדה תיבה ומגדל ונשברו אחר שנעשו כשלם לו דמי שדה תבה ומגדל שאין האומן קונה בשבח הכלי, *Dederit fabro ligna ut ex iis pilentum, arcam, aut aviarium paret, deinde frangi contingat, poſtquam illa confecta fuiſſent; illi* (qui materiam ſuppeditaverat) *pretium pilenti, arcæ, & aviarii rependet, quia faber per vaſis præſtantiam nihil acquirit.* Ultimorum verborum hæc mens: per rei immutationem, ſæpè tranſire ipſam (uti in ſuperioribus intelleximus) in poſſidentis dominium, ut ſolo pretio rei refundendo, quanti ſcilicet res eſſet cum illam in manus ſuas acciperet, abſolveretur; verum artificem licet lignum in pilentum &c. immutet, ipſorum non fieri dominum; ſed cum de mercede pactus eſt, ipſum pilentum dandum, ejuſve pretium ſolvendum eſſe.

(2) Frequenter in Talmudicis conſtitutionibus hæc dictio מגדל occurrit: quam aviarium reddidi; licet turrim ſignificet. Quia aviaria oblonga erant, &, quemadmodum multæ olim turres, ex ligno. idcirco cavea qua aves ſervabantur ac alebantur dicta Talmudiſtis מגדל. Locus minimè dubius occurrit in Gemara Codicis ביצה fol. 34. p. 1. הצד צפור למגדל וצבי לבית חייב, *Qui venando avem in aviarium & capreolum in domum agit, tenetur.* Ubi מגדל aviarium notat; uti & R. Nathan in Aruch obſervat, & Gloſſa S. J. atteſtatur: licet etiam alvearium denotet.

(3) Tandem in Miſna excuſatur, qui deſtruit parietem, ſi paries ab altero latere concidat; quia ipſe id prohibere non poteſt, ſi vetuſtate ruinoſus paries decidat. Illum tamen architectum condemnant, ſi ictu ipſius paries, quem demoliendum ſumſerat, ab alio latere cadat & hoc modo lapides frangantur, aut lædatur aliquis. Maimonides Cod. חובל ומזיק c. 6. ſect. 11. hanc ſubjungit rationem, שזה

כזורק חץ וזורק בו הוא, *Quia eſt veluti qui ſagittam jacit, eâque damnum infert.* Cavendum erat ne tantopere ictum vibraret, ut altera & averſa parietis pars inde labefactaretur: alioqui ſicuti ſagittâ alium petens & jaculans, ſi lædat, culpam luere debet; pariter qui nimio impetu parietem tractans vel lapides in alia parte cadentes frangit, vel etiam prætereuntes lædit, ſatisfacere tenetur. Tota hac Miſna locatori conſulitur, ut damnum datum ſit conductoris qui opus faciendum conduxit. Similiter lex Rom. locatori favet, ff. l. 19. t. 2. leg. 51. §. 1. *Locavi opus faciendum ita, ut pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem. opus vitioſum factum eſt. an ex locato agere poſſum? Reſpondit: ſi ita opus locaſti, ut bonitas ejus tibi a conductore adprobaretur: tametſi convenit ut in ſingulas operas certa pecunia daretur, præſtari tamen tibi à conductore debet, ſi id opus vitioſum factum eſt. Non enim quicquam intereſt, utrum uno pretio opus, an in ſingulas operas collocatur, ſi modò univerſitas conſummationis ad conductorem pertinuit.* id eſt, ſi univerſum opus perficere debuit. Sed quemadmodum hic excuſatur architectus, cujus culpa parietis ab altera parte ruentis lapides franguntur; ſimiliter Gajus, uti extat ff. eod leg. 25. §. 7. *Qui columnam tranſportandam conduxit, ſi ea dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta ſit; ita id periculum præſtat, ſi qua ipſius, eorumque quorum opera uteretur, culpa occiderit. Culpa autem abeſt, ſi omnia facta ſunt quæ diligentiſſimus quiſque obſervaturus fuiſſet. Idem ſcilicet intelligemus & ſi dolia, vel lignum tranſportandum aliquis conduxerit: idemque etiam ad cæteras res transferri poteſt.*

§. 4. *Infector ſi lanam adurat, fuſco colore fœdet, aliove colore inficiat, quam debebat; quid præſtet.* ***Ann.*** (1) יורה cortina, *quid.* (2) כאור כפראי דורי בלבוס. (3) *Infectoris conditio deterior, quam locatoris. Quid* ידו על התחתונה. (4) *Pretium lanæ alio colore tinctæ, quam oportebat, non perſolvi.* (5) *Immutatio contra communiorem regulam, hic rem non alienat. conductorem locatori præſtari de quo convenit, etiam ex leg. Rom.*

ד הנותן צמר לצבע והקדיחו יורה נותן לו
דמי צמרו צבעו כאור אם השבח יתר על היציאה
נותן לו את היציאה ואם היציאה יתרה על
השבח נותן לו את השבח לצבוע לו אדום וצבעו
שחור שחור וצבעו אדום רבי מאיר אומר נותן לו
דמי צמרו רבי יהודה אומר אם השבח יתר על
היציאה נותן לו את היציאה ואם היציאה יתרה
על השבח נותן לו את השבח :

4. Si ubi quis lanam infectori tradidit, eam adurat (1) cortina, infector ipſi ſuæ lanæ pretium perſolvit. Quum eum (2) fuſco, &c. colore fœdavit, ſi pretii auctarium, ſive exuperantia (3) excedat ſumptus, ille huic ſumptus reddit; ſin ſumptus exuperantiam excedant, exuperantiam compenſat. Si cum ad inficiendum rubedine tradidit, ille nigredine, infecit; ad inficiendum nigredine, infecit rubedine: D. Meir alteri (4) pretium lanæ ſolvi jubet. Doctor Judas ita ſtatuit, (5) Si exuperantia ſumptus excedat, ſumptus eſſe reſtituendos; & ſi ſumptus excedant exuperantiam, pretii auctarium, ſive exuperantiam compenſandam eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

והקדיחו יורה *Et aduſſerit eam vas tinctorium*, ut vas tinctorum ultra modum efferbuerit, *det illi pretium lanæ*, nempe Poſſeſſori illius, quia hic non obtinet vel tantillum lucri, quia tota aduſta eſt, ut dici non poſſit, *Si lucrum fuerit majus.* כאור eſt tincturæ ſcoria, quæ nocet cum intentione; idcirco juxta omnium ſententiam poteſtas illius inferior.

אם השבח יתר על היציאה *Si auctarium excedat ſumptus*, ſi auctarium lanæ majus fuerit quam ſumptus tincturæ, dabit infectori ſumptus, & non integrum pretium, & recipiet lanam ſuam; nam non dicimus quod illi ſolvet pretium lanæ, & quod acquiret auctarium lanæ, eo quod illam infecit colore ipſi conveniente, ut non ſit ulla mutatio ad eam acquirendam.

לצבע לו אדום וכו׳ *Ad inficiendum nigredine, infecit rubedine &c.*, tum acquiſivit infector cum mutatione ſecundum ſententiam R. Meyri, & non ſolvet ipſi præterquam lanæ pretium, aut lanæ poſſeſſor ſolvet illi pretium integrum, & recipiet lanam. R. Jehuda autem ſtatuit, ſi auctarium ſumptus excedat, ſumptus eſſe reſtituendos, quia condemnat eum qui mutavit, ut ipſi cedat conditio pejor, & nullum commodum capiat, nec recipiet pretium, ſed ſumptus. Et, ſi ſumptus excedant auctarium, ſolvet illi auctarium; at, ſi ipſi ſolvere velit mercedem ſuam, quia auctarium excedebat, ſolvet illi pretium; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צבע כאור *Color fuſcus*, eſt color fœtidus, dicimus ergo ſimilitudinis gratia, tinxit eam colore rubro, ſed color fœtidus eſt, & ineptus ad ea quibus applicari debet. Cæterum caſus lucri & expenſionis ſe habet hoc ſenſu, ut tibi dicam, ſi E. G. Pannus antequam tinctus eſſet valuiſſet Denarium, & poſtquam tinctus eſſet, valuiſſet Denarium cum dimidio, & pro infectione expendiſſet quartam Denarii partem, ſolvet ipſi tantum quartam Denarii partem. Verum ſi tres quartas partes Denarii, impenderit ſolvet illi dimidium Denarii, quod eſt pretium quo accrevit. Sed omnia hæc non dependent a voluntate poſſeſſoris panni, nam etiamſi panni poſſeſſor dixerit infectori, quoniam feciſti contra id quod tibi dixi, repende mihi tantum quantum pannus meus valebat ab initio, & pannum tibi ſumito; hoc dicere non poterit, nam id quod dicimus, *Si pretii auctarium excedat ſumptus, & ſi ſumptus excesserint auctarium*, correctio eſt pro unoquoque amborum; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

(1) L'EMPEREUR. יורה hoc loco eſt vas tinctorium, quod igni ſubjecto calefit, ut in ipſum conjectus pannus vel lana colorem infecti liquoris, calore omninò imbibat. id Latini cortinam nuncupant. Hac fervefacta præter modum lana ſæpe aduritur, inutiliſque redditur: quod cum infector præcavere debuerit, fit ut ex hypotheſi in ſuperioribus aliquoties admiſſa, proprietario ſuæ lanæ pretium rependat. Quippe cum res deterior facta ſit, nihil reſtat aliud, quam ut temporis iſtius habita ratione, quo lanam acceperit, quanti tunc fiebat, reſtituatur.

(2) At ſi eam צבע כאור, eo caſu diſtinctio adhibenda. Diſtinguenda autem prius duplex vocis כאור ſignificatio, quam diverſa Doctorum opinio ipſi attribuit. Quidam כאור idem eſſe cum כעור *fœdo*, ſive *deformi* judicant, adeoque inprimis quendam colorem fuſcum denotare, qui ad eum reduci nequeat, quem proprietarius deſiderat. nec fuſcum tantum, ſed fuſcum & fœdum eo nomine venire; ſaltem fœdum qui ad alium converti non poſſit, autumant. Eapropter totum membrum reddidi, *Quum eam fuſco colore fœdavit.* Attamen ubi Gemaram expendo, alia notio ſe offert, quæ fortaſſis convenientior ac magis ido-

idonea judicabitur. Hæc ſunt Gem. verba, מאי כאור אמר רב נחמן אמר רבה בר בר חנה כלבוס מאי כלבוס אמר רבה בר שמואל כפרא דורי, *Quid eſt fœdum?* (quo explicatur כאור.) *reſpondit M. Nahman ex ſententia R. f. Bar Annæ, Eluvies. Quid eſt Eluvies? reſpondit Rabba filius Samuelis, Proluvies cortinæ.* Hoc ſibi volunt, eſſe reliquias tincturæ quibus tinctoria vaſa eluuntur & purgantur. Itaque כאור poſitum fuerit pro בכאור, & vertendum צבעו בכאור, *Quum eam tincturæ reliquiis infecerit.* Fieri etiam poteſt, ut כלבוס & כפרא דורי in iſtis Gemaræ verbis pro penicillo tinctorio ponantur, quo cortina intus abſtergi ſolet, cujuſmodi penicillus diverſis coloribus imbutus apparet. Qua ſignificatione admiſſa, צבעו כאור vertendum fuerit, ac ſi pro כאור ſcriberetur בכאור. *Quum eam infecerit inſtar mantilis tinctorii ejuſque verſicoloris.* Quomodocunque reddatur, vitium exprimitur, quo lana illo eleganti colore privatur, quem deſiderabat, qui tingendam dederat.

(3) Id ſi eveniat, infectoris conditio ſemper eſt deterior, quod Talmudici dicunt, ידו על התחתונה, *manus ipſius eſt loco infimo.* Namque ſi שבח, *exuperantia* ſive præſtantia ac eminentia ſive pretii lanæ auctarium deprehendatur, quod ipſos tincturæ ſumptus ſuperet, id eſt, ſi valor quo tincta lana puram excedit, major ſit quam ſumptus quos in inficiendo tinctor fecit; huic ſumptus ſolummodo refundentur, atque illud lucrum proprietario accreſcet. quia hic cum illo pactus erat, ut lanam eleganti colore inficeret; quod tamen neglexerat, imo lanam fœdaverat. Sin vero ſumptus excedant, majoriſque ſint valoris, quam augmentum quo lana tincta puram omnique colore deſtitutam ſuperat (non enim fœdus ille color ita accipitur, quaſi eo lana depretietur; ſed qui proprietario ingratus eſt, & minus elegans, & alterius coloris reſpectu deformis, denotatur:) tum inquam ex eodem fundamento tinctor illud ſolum augmentum accipit. ut tinctor id amittat quo ſumptus augmentum excedit, augmentum ſcilicet valoris inter lanam tinctam & puram diverſi, cum tinctura valorem augeat. Hæc eſt Maimonidæ expoſitio: ſed in Choſchen Miſpat alia ſententia exprimitur, quæ inepta mihi videtur.

(4) Cæterum nonnunquam fit, ut infector alterius mente non ſatis percepta, colorem diverſum licet oculis gratum adhibeat. Quid hoc caſu agendum eſt? Meïr *alteri*, nimirum proprietario, qui lanam tradiderat, ejus pretium reddendum cenſet: quandoquidem infector (ut ipſe quidem arbitratur) קנה, *acquiſivit* lanam ſuamque fecit, dum alium quam alter volebat colorem induit. de qua ratione jam aliquoties actum. At D. Judæ ſententia obtinet, qui potius קניס ליה להאי דשנה, *mulctat eum, quia mutavit colorem*: unde eodem modo hic agendum cenſet, atque in præcedenti facto, ubi fœdum colorem inducentis conditio deterior ſemper cenſebatur.

(5) Quare ſi expenſæ, quas fecit tinctor, majores ſint, quam præſtantia æſtimatur, qua lanam nullo colore imbutam excedit atque exuperat lana colore iſto tincta; ne quidem ſuas expenſas omnes recipiet: ſed iſtius inter utramque lanam differentiæ valorem refundet qui lanam tradiderat. Porrò Maimonides addit in שכירות c. 10. ſect. 4. אם אמר האומן הא לך דמי צמרך ולך אין שומעין לו שאין האומן קונה בשבח כלי שעשה, *Si dicat artifex, Ecce pretium lanæ tuæ, abi; non parent ipſi: quia artifex ex eo quod res præſtantior facta ſit, eam non facit ſuam.* Licet lana grato colore tincta reddatur præſtantior, & immutetur, immutatio autem alibi rem alienet; hic ob pactum præcedens lanam reſtituere debet tinctam, nec eam certo pretio retinere infectori licet. Hac Judæorum conſtitutione exigitur, ut conductor locatori præſtet de quo inter ipſos convenit. Similiter ff. Loc. conducti, Paulus l. 24. init. *Si in lege locationis comprehenſum ſit, ut arbitratu domini opus adprobetur; perinde habetur ac ſi viri boni arbitrium comprehenſum fuiſſet. Idemque ſervatur ſi alterius cujuſlibet arbitrium comprehenſum ſit. Nam fides bona exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale viro bono convenit: idque arbitrium ad qualitatem operis, non ad prorogandum tempus quod lege finitum ſit, pertinet.* lege, id eſt, pacto: Confer. ff. Pro ſocio l. 77. Ita. l. 3. Inſt. t. 25. §. 5. *Conductor autem omnia ſecundum legem conductionis facere debet: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare.* Per legem iterum pactum intelligit.

§. 5. *Pejerans raptum ad proprietarium deferre tenetur in loca remotiſſima. cui, ipſius loco, tradere liceat. An.* (1) פרוטה *cujus valoris. &* איסר. (2) *Lev. 6. 5. explicatur. Horrenda delicta etiam hoſtiis expiata fuiſſe.* (3) *Privati* שלוח *variæ ſpecies. ubi de parario & inſtitore. Judæos diſſonantia tradere. De generis convenientia apud Ebr.* (4) *Quis,* שליח ציבור, *&* שליח בית דין. *Stator curiæ. Recuperator. Coactor. Quando huic raptum reddidiſſe ſufficiat. Raptorem dupli reſtitutione mulctant leges Roman. etiamſi rem ſuam eſſe putavit.*

ה הגוזל את חברו שוה פרוטה ונשבע לו יוליכנו אחריו אפילו למדי לא יתן לא לבנו ולא לשלוחו אבל נותן לשליח בית דין ואם מת יחזיר ליורשין:

5. Qui ſurripuit proximo valorem (1) minuti, eique (2) pejeravit; illum ad eum deferet etiam in Mediam. non dabit ejus filio, nec ejus inſtitori (3) vel parario; ſed curiæ recuperatori (4): ſi ille moriatur, ipſius hæredibus reſtituit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונשבע לו *& juraverit illi*, ſcilicet falſo, & deinceps confeſſus fuerit. יוליכנו אחריו אפילו למדי *illum ad eum deferet, etiam in Mediam*, quia ei non condonatur, niſi donec reſtituerit ei cui diripuit; nam de eo qui falſo juravit ſcriptum eſt Levit. 5. 24. לאשר הוא לו יתננו Pergit Miſna, dicens, לא יתן לבנו *non dabit filio ejus*, ejus cui diripuit, quia non cenſetur reſtitutio niſi donec ad ipſas poſſeſſoris manus pervenerit.

אבל נותן לשליח בית דין *ſed dabit legato Senatus*, ex decreto Sapientum in remedium corde contritorum, ne raptori reſipiſcenti imponamus conſumere in itinere ſuo Minam, quia tam longe profectus eſt unde redeat.

R. MOSCHE FIL. MAÏMON.

Poteſt homo id quod diripuit, ad ſenatum civitatis ſuæ deferre, & adducere ſuum pro reatu ſacrificium, & tum condonabitur illi. Nummi vero illi manebunt in poteſtate Senatus, donec advenerit poſſeſſor eorum; vel eum ad Senatum mittet, qui cum eo aget prout viſum fuerit.

(1) L'EMPEREUR. In textu originali eſt פרוטה. *minutum* vel *minutia* reddi poteſt, quia eſt minimus Ebræorum numus. Ad c. 8. ſect. 6. Num. 2. de hoc numiſmate jam actum fuit: ubi octavam ἀσσαρίου ſive איסר partem fuiſſe, teſtimonium illic productum evincit. איסר autem ibidem, S. Jarchi teſte, quartam treſſis partem, ſive duos chalcos cum dimidio, id eſt, λεπτὸν dimidium continebat: unde exigui valoris fuiſſe conſtat.

(2) Nihilominus ſi quis iſtum numulum rapit, & poſt rapinam, non rapuiſſe juratus, culpam agnoſcat; iſtam minutiam proprietario licet in remoto loco habitanti deferre tenetur. Quod Judæi ſe ex hoc commate 5. cap. 6. Levit. probare autumant, *Aut de quocunque juraverit mendaciter*, (inter varias ſpecies, com. præcedenti rapinam recenſuerat,) *rependat illud quanti fuerit, & quintam ejus ſuperaddito ei: ei cujus eſt dato illud, quo die reatum agnoverit.* Adeo ut ultimam vocem אשמה, *reatus*, argumento com. 4. ubi אשם eſt *reatum agnovit*, iſtic legitur,

ipſi proprietario reddi præcipiunt, nec alium admittunt qui proprietarii nomine raptum recipiat. נשבע etiam in Miſna eſſe *pejeravit* contextus edocet: quandoquidem exprimere voluit author illa verba comm. 3 נשבע על שקר, *juraverit de mendacio*, id eſt, juramento mendacium ſuum confirmare voluerit; item com. 5. ישבע עליו לשקר, *juraverit de eo mendaciter*. Sic ellipſis in Miſnico textu agnoſcitur, ut נשבע, *juravit*, ſit נשבע לשקר, *juravit mendaciter*, ſive pejeravit. Hoc comma quintum cum paucis præcedentibus gravia & horrenda delicta continet: nihilominus ſequentia duo commata expiationem ariete peragi edocent. Adeò ut Socinianorum error de levioribus tantum peccatis per ſacrificia expiatis hic corruat. nonne enim hæc gravia ſunt flagitia, rem apud ſe depoſitam negare, quippiam rapere, raptumque negare, rem ab alio amiſſam detinere, omniaque hæc peccata ac ſimilia falſo juramento occultare velle?

(3) Sed quod ad rem præſentem facit, ex illo teſtimonio nequidem raptum לשלוחו, *ei qui ab illo* proprietario *miſſus eſt* reddi poſſe contendunt. Magiſtrorum mens non eſt, cum qui minutiam abreptam recepturus eſt, quendam ablegare, qui numuli valorem recepturus ſit. (licet id in rebus majoris momenti, ut ſi ingens pecuniæ ſumma, aliaque recipienda ſit, locum habeat: nam eo caſu שליח שעשאו נגזל בעדי הוי שליח, *recuperator quem is conſtituit adhibitis teſtibus cui res erepta fuit, habetur pro recuperatore*; ut in Gemara f. 104. docetur. ideoque huic rem ereptam reddi poſſe ſtatuunt Maimonides & R. Jacob. hic tamen de hujuſmodi delegato non agitur.) ſed שליח vocatur, quem Latini *pararium* dicunt, cujus opera inter venditorem & emptorem intervenit; cujuſque interventu commercia habentur. vel etiam *inſtitor* non male redditur, qui negotiationi quæſtuariæ à mercatoribus præponi ſolet, ut in tabernis, vel alibi merces vendat. Ne quidem raptori permittunt, ut ſi mercator peregrè profectus in longinqua loca pararium vel inſtitorem reliquerit, ei ablatum numulum reddat. quò mordicus legis vocabulis adhæreant: quum tamen initio ſequentis Miſnæ ab iſta longa profectione raptorem excuſent, qui ſortem ſolvit nec quintam addidit; licet quinta iſta ſæpè multo major ſit illâ minutiâ. atqui Deus Levit. 6. 5. quintam cum ſorte proprietario reddendam ſancit. Nec eſt in affixo נו, cum dicitur, יתננו, *dabit illud*, quo iſta ſententia defendi queat: quandoquidem cum præcedunt nomina diverſi generis, maſculinum ut dignius ad utrumque præcedens referri non eſt inuſitatum. Quis non videt ultima verba, *ei cujus eſt dato illud* &c. ad utrumque referri, puta ad ſummam principalem, & quintam ejus partem quæ addenda erat? Hoc modo Judæi ſolent, vel ſcrupuloſe coarctare leges; vel dilatare ubi commodum videtur.

(4) Eveſtigio tamen, licet interdictum præcedens illo commate ſtatuminant, vel pallient; totum revocant, dum ipſi שליח בירת רין raptum reddi concedunt, quò is proprietario reſtituat. Quemadmodum שליח צבור, *legatus cœtus* dicitur qui legem publico nomine in cœtu prælegit, vel concionatur, aut etiam ſacerdotis munere in benedicendo fungitur, (uti notis ad Benjaminem docui;) ſic etiam fieri poteſt, ut שליח ב"ר vel præſidem ſenatus qui ſenatorum nomine multa dicit agitque; vel ſenatus & curiæ ſtatorem notet, quo in citandis perſonis aliiſque miniſteriis ſenatus uti conſuevit, modo publico ſenatorum nomine ſua negotia peragat. Attamen hoc loco שליח בירת רין eſt delegatus per ipſum ſenatum, quò raptum accipiat, poſtea proprietario reddendum. Id cum aliunde liqueat, tum etiam notis Joſephi Karo ad Choſchen Miſchpat confirmatur, qui num. 367. lit. ב ſcribit, מ"ש וכן אם עשו ב"ד שליח ונתן לו יצא שם במשנה אבל נותן הוא לשליח ב"ד, *Quod vero dicit* (R. Jacob in Choſchen Miſchpat) *Similiter, ſi poſtquam conſtituit ſenatus recuperatorem, huic raptor reddit, liber eſt; id ibi in Miſna* legitur. *Sed ipſe tradit recuperatori ſenatus*. Hinc ſatis apparet eundem eſſe recuperatorem ſenatus cum eo, quem ſenatus ad eam rem recuperatorem conſtituit. Karo enim Rabbi Jacobi ſententiam in Miſna aliis tantum verbis exprimi affirmat. Hunc שליח ב"ד per quandam ſimilitudinem recuperatorem dici poſſe exiſtimo: quia hic de privatis rebus per injuriam extortis ex delegatione cognoſcebat, ita ille שליח à ſenatu delegabatur, quò raptum reciperet, quod ſine rei cognitione fieri non poterat. Non errabit forte, qui è Cicerone Coactorem dixerit: cujus erat numos cogere & exigere; quod illi שליח ב"ד competebat. Cæterum ubi Miſnæ author, aliique recentiores id raptori permittunt, ut huic coactori ſolvat, cum ipſum proprietarium omninò compellandum antea decernant; non ſatis cohæret. Idcirco priori decreto convenientius in Gemara hoc poſterius reſtringitur: אם היתה היצאה יתירה על הקרן משלם קרן וחומש לבירת רין, *Si expenſæ ſortem excedant, ſortem cum ejus quinta Senatui reddit*. Nam ſi mina conſumenda eſſet in itinere, quò minutiam proprietario redderet; nonne multo æquius ut alicui ſolveret debitum, qui minori ſumtu proprietario id reſtituere alia quadam ratione poſſet? Ideo Scriptura ſacra nihil definit: tantum ſummam cum quinta parte reſtituendam docet; ſi ſponte reus ſuam culpam agnoſcat & deprecetur. Romanæ leges pœnitentiæ ſtatum hac in re non conſiderant; ſed actionem qua proprietarius rem ſuam perſequitur. atque illam pœnam exigunt, cujus ſupra facta mentio. Imo ſi quis rem ſuam ſe putaret rapere, duplum ſaltem rependere debebat. Inſt. l. 4. t. 2. circa medium, *Sin autem aliena res ſit* (quam ſuam putabat) *poſt reſtitutionem ejus, etiam æſtimationem ejuſdem rei præſtare. Quod non ſolum in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, Conſtitutiones obtinere conſueverunt; ſed etiam in invaſionibus, quæ circa res ſoli fiunt, ut ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.*

§. 6. *Quibus caſibus raptor proprietarium in loca remota ſequi non debeat; quo verò caſu debeat. Ann. (1) Ebræi docent quæ non conſentiunt. ubi denuò de Lev. 6. 5. & ſyntaxi Ebræorum agitur. (2) Minus valore minuti raptorem ſublevat. (3) De pœna rapti; etiam ex jure Canonico.*

ו נתן לו את הקרן ולא נתן לו את החומש מחל לו על הקרן ולא מחל לו על החומש מחל לו על זה ועל זה חוץ כפחות משוה פרוטה בקרן אינו צריך לילך אחריו נתן לו את החומש ולא נתן לו את הקרן מחל לו על החומש ולא מחל לו על הקרן מחל לו על זה ועל זה חוץ משוה פרוטה בקרן צריך לילך אחריו :

6. Si reſtituit illi ſortem, nec addidit (1) quintam; vel huic ille ſortem gratificatus, non etiam quintam gratificatus eſt; vel gratificatus eſt utramque excepto minori quam (2) quod minuto in ipſa ſorte æquivaleat: illum ſequi non tenetur. Si ſolvit illi quintam, nec reſtituit ſortem; vel huic ille quintam gratificatus eſt, ſed ſummam gratificatus non eſt, vel utramque gratificatus eſt, (3) excepto minuti valore ex ipſa ſorte; tum illum ſequi tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ משוה פרוטה *excepto numuli valore*, nam non ſuſpicamur fieri poſſe ut pretium carius factum ſit, & jam valeat numulum, & ſi res ſurrepta adhuc exiſtet, idcirco non eſt ut rap-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etiamſi res ſurrepta adhuc extet, quandoquidem non amplius ei ſupereſt de ſumma capitali niſi exigua quantitas, quæ ne quidem numuli pretium valet, nihilominus

raptor ſequatur per longum loci intervallum cum à quo rapuit, ominus tamen non eſt ut illius habeamus rationem. Nam non dicimus, quod fieri poſſit ut ea pars carior facta ſit, & jam valeat numulum, cum antea non valebat numulum.

(1) L'EMPEREUR. Quintam à Deo præceptam non tanto rigore exigunt, quam rem ſurreptam: quaſi verba Levit. 6 5. *Et cujus eſt dato illud*, non ad proximum, *Quintam ejus ſuperaddito ei*; ſed remotius de reſtituendo rapto præceptum pertinerent. unde hæc diſtinctio eorum ortum ducit. Si rapto פרוטה, *minutum* deſit, quod adhuc debeatur, in longinquis locis proprietarium quærendum docent; quinta rapti pars ſi ſolvenda reſtet, quamvis iſto minuto major, proficiſcendi moleſtiam raptori remittunt. Illa tamen verba e Levit. producta ad utrumque membrum præcedens ſpectare, ſeries oſtendit. Hac de cauſa Ebræi qui legem in Græcum ſermonem tranſtulerunt, viri ſummi, legiſque peritiſſimi, quum ſententiam illam utrumque reſpicere cognoſcerent, iſtud relativum ו in יתננו non expreſſerunt, ne quis alterutrum tantum intelligi exiſtimaret; verum ellipſi ſua, non aliò quam ad præcedentia referendam voculam, ſignificarunt dum verterent, τίνος ἐστι, αὐτῷ ἀποδώσει, *cujus eſt, ei dabit*. Quod antea dixi jam confirmo, pronomen maſculinum vocibus ita quandoque affigi, ut nomini maſculino & fœminino reſpondeat, quia maſculinum dignius eſt. Gen 2. 19. *Omnem beſtiam agri omnemque volucrem cœli adduxiſſet ad Adamum ut videret qui vocaret eum.* חיה, *beſtia* Ebræis fœminini eſt generis, עוף, *volucris*, maſculini: hiſce ſubjungitur לו, *eum*: ubi affixum ו maſculinum adhibetur, quod utrumque præcedens reſpicit. Pariter Levit. 6. 5. ו in יתננו dabit *illud*, cum remotius אותו בראשו, *ipſum raptum in ſua ſorte*, ſive quanti eſt; tum proximum חמישיתו, *quintam*, complexu ſuo ambit. Cum hæc ita ſe habeant, quid cauſæ cur in ipſa ſorte ad proprietarium ipſum deferenda ultimam uſque minutiam non prætermittant; quintam vero minutia majorem quovis loco & cuivis depoſitario rependi ſinunt?

(2) Propterea licet in ipſa ſorte reddenda פרוטה, *minutum* nondum ſolutum, ad iter ſuſcipiendum, quo dominum adeas, obligare contendant; at פחות משוה פרוטה, *minus valore minuti* non obligare docent: ut ſi cui tota ſumma quam rapuit, excepto iſto minutulo, remiſſa ſit, ad iter non teneatur. Id ſibi volunt hæc verba, *Ille gratificatus eſt utramque excepto minimo, quod* פרוטה, minuto *in ipſa ſorte nondum æquivalet; hic illum ſequi non tenetur.* Quaſi dicatur, defectus minoris in rapto valoris, quam פרוטה, non obligat. At ſi ipſum פרוטה adhuc debeas, ut ipſum proprietarium adeas neceſſe eſt.

(3) Nimirum ſi פרוטה, *minutum* in ſorte ſive ipſa ſumma rei rapta, (non in addenda quinta quæ tota non obligat,) deſideretur; vel quod eo excepto reliquam ſortem ſolveris; vel etiam, ſi alter totam iſta portiuncula excepta remiſerit. Romani in ſuis legibus non ita κυμινοπρίζουσι: ideoque non eſt, quod parallelam diſtinctionem in rapto ad dominum perferendo anxiè inveſtigemus. Hoc ſolum ſubjiciam, quemadmodum in ſuperioribus Deum Levit. 6. de fatente reo ultroque culpam deprecante agere docui, ideoque non cujuſvis rapti pœnam ac mulctam ibidem exprimi; ſed in genere niſi ſponte fateatur, ſi non extendendam, ſaltem æquandam eſſe furti pœnæ, rationi videri conſentaneum: ſimile etiam in Corpore Canonico haberi judicium. Cauſa 14. q. 5. c. 13. ex Aug. (ubi extare putant) producunt Canoniſtæ: *Pœnale eſt occultè auferre: multo majoris pœnæ eſt viſibiliter eripere.* Miſnicos Doctores in alia potius diſtinctione occupari præſtitiſſet, qua raptoris teſtibus convicti, & ſponte culpam agnoſcentis, mulctas eſſe diverſas oſtenderetur.

§. 7. *Quintam de quinta rapti &c. exigentes, quouſque deſcendant. Depoſitarii ſponte fatentis mulcta. Ann.* (1) *Quænam Lev. 6. 5. quinta ſolvenda dicatur.* (2) *Ejus exemplum: & Maimonidæ ſphalma. Scripturæ contradicunt Judæi; de quo & ſept. nota. Multa Ebræorum numiſmata valore ſuo æſtimantur. ut* פרוטה, מעה, פונדיון, דינר, ἀσσάριον, קונטרק, ססס. (3) *Miſnæ diverſa lectio.* (4) *Quid ſit Lev. 6. 2. 7.* תשומת, *variè exponitur.* (5) עשק & גזל. *Luc.* 3. 14. συκοφαντεῖν. συκοφάντεια *in Ariſtophane*, συκοφάντης. (6) *Raptor quando minus mulctetur.* (7) *Perſonæ loquentes quando reticeantur. qua occaſione de cauſa obſcuritatis in Gemara. In depoſitarium quid decernant leges civ. Rom. in eum qui mutuum intervertit, vel commodatum. inque eum qui mercedem detinet. item qui rem perditam lucri cauſa ſuſtulit. Diſputatur de perjurii pœna ex leg. civili Rom.*

ז נתן לו את הקרן ונשבע לו על החומש הרי זה משלם חומש על חומש עד שתמעט הקרן פחות משוה פרוטה וכן בפקדון או בתשומת יד או בגזל או עשק את עמיתו או מצא אבידה וכחש בה ונשבע על שקר הרי זה משלם קרן וחומש ואשם היכן פקדוני אמר לו נאבד משביעך אני ואמר אמן והעדים מעידין אותו שאכלו משלם קרן הודה מעצמו משלם קרן וחומש ואשם :

7. Si illi ſummam reddidit, & de quinta pejeravit; ecce hic inſuper quintam partem (1) de quinta perſolvet, donec ſors reddatur minor valore (2) minuti. Ita ſe res habet ſive (3) depoſitum ſit, ſive (4) mutuum, ſive raptum; aut (5) cum fraudavit proximum ſuum, aut rem perditam invenit de qua mentitus eſt: (6) ſi pejeravit, ecce is ſolvit ſortem cum quinta & ſacrificium reatus. (Quum proprietarius) Ubi eſt (7) depoſitum meum; (depoſitarius) ei reſpondet, Amiſſum eſt: (proprietarius) Adjuro te; reſpondet ille, Amen: & teſtes contra eum teſtantur, eum iſtud conſumpſiſſe. tum rependit ſortem. Si ſua ſponte fatetur; ſortem; quintam & reatum rependit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונשבע לו על החומש *& pejeraverit illi de quinta*, ſi juraverit ſecundum juſjurandum quod dedit illi, & deinde confeſſus fuerit quod non dedit, הרי זה משלם חומש על חומש *hic inſuper quintam ſolvet*, quintam ſolvet de quinta, eo quod prima quinta facta eſt ſumma capitalis.

עד שיתמעט הקרן פחות משוה פרוטה *donec ſumma minor fiat valore numuli*, ut, ſi reddiderit illi primam quintam, & juraverit ſuper ſecunda, & confeſſus fuerit, ſolvet quin-

tam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיתמעט הקרן פחות משוה פרוטה *donec ſumma minor fiat valore numuli*, hoc modo, ſi ſurripuit quatuor Zuzas, ſolvet quinque, ſi ſolverit quatuor, & juraverit ſuper una Zuza, ſolvet unam cum quarta parte, ſi ſolverit Zuzam, & juraverit ſuper quarta parte, tum debet quartam Zuzæ partem, quæ conficit pondus grani de fructu arboris Siliquæ. Si ſolverit quartam Zuzæ partem, & juraverit ſuper quarta parte grani arboris ſiliquæ, debet tantum granum

fili

tam de ſecunda quinta, & hoc modo ſolvet, uti ſcriptum eſt Levit. 5. 26. וחמישיתו יוסף עליו ubi Lex in numero plurali de multis loquitur quintis pro una ſumma capitali.

תשומת יד *poſitio manus*, id eſt הלואה *mutuum*. או עשק *aut fraudavit proximum ſuum*, puta mercedem mercenarii. הרי זה משלם קרן *ecce hic ſolvet ſummam capitalem*, quia hic non obtinet pars quinta, nec ſacrificium pro reatu, niſi cum ſponte confeſſus fuerit, quemadmodum de eo quod a peregrino ſurreptum eſt Num. 5. 7. והתודו *ſi confeſſus ſit*.

ſiliquæ, eo quod valor illius minor eſt valore numuli Prutæ. Et ad hoc tenetur, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 24. וחמישיתיו יוסף עליו *& quintas ejus inſuper addet*; hinc recepimus quintam ſolvendam eſſe de quinta. Similiter, quicunque tenetur ad quintam, eidem juri ſubjicitur, nam vox וחמישיתיו multas notat quintas, eſt enim numerus pluralis.

(1) L'EMPEREUR. Evenire poteſt ut, qui ſortem ipſam in rapto refudit, quintam cujus ob falſum juramentum reus eſt retinere cupiens, hanc inquam ſe ſolviſſe pejeret. Hoc caſu iſtam quintam קרן ſive *ſortem* fieri accenſeri tradunt; quo fit ut legi Levit. 6. convenienter, non ſolum quintam illam, ubi peccatum agnoſcitur: ſed etiam iſtius quintæ quintam debeat. Etenim perjurus, illa lege, quod perjurio ſibi ex alienis bonis retinere voluit, reſtituere jubetur; atque præterea quinta pars (quam magiſtri quartam eſſe volunt, & cum quatuor rapti &c. partibus quintam cenſeri putant) exigitur: unde conſequitur, ſi quintam alienæ rei perjurio detinere moliatur, ut illam quintam, quippe alteri debitam, reſtituere; quintamque iſtius quintæ, quippe ordinariam mulctam, ſuperaddere teneatur.

(2) Verumenimverò, ne iſta res in infinitum abeat, cautionem adjecerunt, qua ubi quinta mulctæ loco addenda, minor minuto פרוטה evaderet; licet de ea pejeraverit, ipſa tantum poſtularetur. Ubi non poſſum quin Maimonidæ ſphalma annotem, cumque Talmudiſtarum authoritate refellam. Hic in commentariis ad Miſnajoth, exemplo hanc exceptionem explicat: quod hujuſmodi eſt. Rapuerit quis quatuor denarios, hic ſolvere quinque tenetur: ſi ergo poſtquam quatuor perſolvit, de quinto pejeret; quintum denarium & quartam ejus partem debebit: ſi denuò ſoluto jam denario, de quarta parte pejeret; inſuper quartam debebit: ſi ulterius ſolutâ iſtâ quartâ, de quarta falſò juret, nonniſi quartam ipſam ſolvere tenebitur; quia minuti valore ſive פרוטה minor eſt (hîc quartam pro quinta in lege expreſſâ exigit.) denarium vocat זוז: ita R. Nathan in Aruch דינר הוא זוז אחד הן, *drachma & denarius non differunt*. & in ſiclo ſacro quatuor eſſe denarios adjicit. At quid iſta ergo ſibi volunt? an quarta pars quartæ partis, ſive decimaſexta pars denarii ſive dimidii ſicli communis, minoris eſt valoris quam *minutum* ſive פרוטה? atqui hoc Maim. affirmare videtur. In præcedentibus cum de moneta ageretur, *minutum* eſſe octavam *aſſarii* partem oſtenſum fuit. iſſarus autem oboli eſt quadrans: ut ibidem annotatum. oboli quadrans duos chalcos ſive vulgares æreolos cum dimidio ferme aut præciſè continet. Decimaſexta denarii pars ſub poſteriori templo ferme quatuor chalcis ſive æreolis valebat: & minutum ne quidem ad dimidii chalci valorem aſcendebat. Quis itaque numum vel valorem quatuor chalcorum minuto ſuperari affirmabit, ſi modo ad rem attendat? Itaque ut magis de errore conſtet, gloſſam S. Jarchi ad pag. 2. f. 10. Codicis Cerithouth adjiciendam duxi, quam ex initio Kiddouſchin & Gemara Cerithouth aliiſque locis deprompſit. Ita legitur, מעה שתי פונדיונין ופונדיון שתי איסרין ואיסר ב׳ מסמסין מסמס שני קונטרקין קונטרק שתי פרוטות דהיינו ל״ב פרוטות למעה ולמעה וחצי שהוא רובע דינר הוו מ״ח פרוטות, *Obolus duos ſemiobolos continet, ſemiobolus duo ἀσσάρια; ἀσσάριον duos ferme teruncios; teruncius duos parvos æreolos; æreolus duo minuta, quorum ſunt triginta duo in obolo*, (quam vocem ut notiorem latius accipio pro treſſe;) *obolo vero ſive treſſi cum dimidio, qui eſt denarii quadrans, inſunt minuta quadraginta octo*. Hinc quæ nuper de numiſmatibus, iterumque hoc loco affirmavi confirmantur, materiaque alioqui dubia certior redditur: nec dubito quin loca aliquam multa hinc lucem nanciſci queant, cum omnia ad denarium quartam ſacri ſicli partem revocentur.

(3) In ſequentibus plerique Codices quædam ante *ſive depoſitum ſit*, legunt: hoc modo, *In depoſito: quemadmodum dicitur* (Levit. 6. 2) *Sive depoſitum ſit* &c. ut hoc orationis membro tantum ex profeſſo depoſitum expendatur; reliquæ verò ſpecies ſolum producantur, quia in illo teſtimonio, unde depoſitum hac ratione reſtituendum probatur, unà occurrunt. Verum cur ſecundum hanc lectionem או, *aut*, *ſive*, ante פקדון, *depoſitum* infereretur? quandoquidem in textu ſacro non habetur.

(4) Majoris momenti eſt interpretum diverſitas in enarratione verborum, תשומת יד, *poſitio manus*. Obadia de Bartenora reddit הלואה, *mutuum*; ubi quis mutuum ſibi conceſſum poſtea ſe accepiſſe negat, & mendacium juramento ſtabilire conatur. expoſitionemque illam proferens etiam Abrabaniel, deſignari numorum mutuationem; rationem innuit quare hæc *manus poſitio* dicatur: המעות שמים מיד אל יד, *qui numi ſic ponuntur de manu in manum*. qui alteri pecuniam mutuat, pleromque manu ſua in alterius manum illam transfert: unde per תשומת יד illam mutuationem ſignari, exiſtimant. Aben-Ezra verò ſecus: ut qui arbitretur deſignari שותפות ששם ידו עם, *ſocietatem, qua quis manum ſuam cum altero componit*. Quod ſequitur Cl. Junius: qui & Jer. 50. 15. *dare manum* (dare enim in ſacris literis ſæpe pro ponere uſurpatur) de ſocietate & juncto fœdere accipiendum cenſet: quæ expoſitio è Gal. 2. 9. Syriaco, ubi voces eædem, confirmatur. Et ſane quum ex ipſa depoſiti conditione, hac in parte ſatis conſtare poſſit quid in mutuata pecunia ſervari oporteat; aliud quid per תשומת יד denotari facilè crediderim. nimirum caſum hunc proponit legiſlator, quum poſt initam ſocietatem, communia bona ita curantur, ut unus ſociorum ea, eorumve partem, intervertat. id ſi poſtea a ſe factum pejeret, eodem modo uti in reliquis ſatisfacere hic jubetur.

(5) Porrò עשק in eo quod ſequitur, עשק את עמיתו, *fruſtravit proximum ſuum*, quid propriè ſignificare videatur, à quibuſdam annotatum. Meam ut ſententiam proferam, generale eſſe vocabulum autumo *opprimere* ſignificans, quoquo modo oppreſſio fiat: tamen quandoque vi alterius bona, vel perſonas etiam detinere notat. atque hoc ſibi voluit D. K. in radicum libro, qui inter עשק & גזל hoc diſcrimen non ſtatuit, quaſi illud fraudare eſſet, hoc vero vi rapere, ſed quod illud vi retinere, hoc verò per vim rapere quod nondum habes denotet. Unde fit ut עשק nonnunquam ad mercedem, quæ à locatore per vim contra juſtitiam detinetur, relatum videamus. Quemadmodum Deut. 24. 14. לא תעשק שכר עני, *Ne vi retineas quod eſt mercenarii pauperis* &c. ſed clarius Mal. 3. 5. בעשקי שכר שכיר, *contra vi detinentes mercedem mercenarii*. Unde ad locum Levit. in hac Miſna prolatum notat S. J. הוא שכר שכיר, *eſt merces mercenarii* quaſi diceret, hoc עשק eſt mercedem mercenarii injuſtè retinere: quod ubi fieri negatur & quidem cum perjurio; ſi culpa deinde agnoſcatur, reum ad quintam etiam ſuperaddendam obligat. Et cum ab aliis injuſtitiæ ſpeciebus hæc diſtinguatur, non repugno, quin S. J. ſententia approbetur. Contingit autem in hoc caſu ut fraus concurrat. nam qui alteri mercedem poſtulanti, ſe non daturum reſpondet, poſteaque citatus ſe dediſſe jurat; vi & fraude alterum opprimit: licet id totum voce עשק propriè non denotetur. ſicuti in aliis injuſtitiæ ſpeciebus adjunctis liquet: quibus paſſim fraus in perjurio ſubſequente accidit; quum tamen fraus reliquis vocibus propriè non exprimatur. Negare tamen nolim fraudandi notionem ſpecialiter aliquando in hac voce reperiri: ſed loca quæ id omninò ſuadeant nondum reperi; licet ſatis concinnè diverſis locis illam quadrare agnoſcam. Quapropter cum Judæos quoſdam ita ſentire deprehendam,

dam, & quia cui merces detinetur mercede fraudari non inconcinnè dicetur; fraudandi verbum uſurpavi: præſertim cum de eo agatur, cui fraus deinde conjungitur. Itaque Abrabaniel, בחוזק או שהטעהו בחשבונו, *per vim* (ſcilicet oppreſſerit) *aut quod deceperit eum in computatione ſua*: adeo ut עשק utrumque denotare exiſtimaverit. Quod ad com. 14. c. 3. Lucæ attinet, ubi ܠܐ ܬܥܫܩܘܢ occurrit pro *μηδὲ συκοφαντήσητε* non neceſſe videtur ut omninò ab opprimendi ſignificatu recedamus. Συκοφαντεῖν ſatis latè accipitur: adeoque quovis modo bona extorquere, etiam ſub latiori notione continetur. Hinc *συκοφάντρια* in genere de muliere mala, quæ ita alios injuria afficit ut vitam miſerrimam, id eſt, gravem pœnam mereatur, dici videtur in Ariſtophanis Pluto: ubi act. 4. ſc. 4. quum anus conqueſta dixiſſet *vitam miſerrimam ago*. reſpondet Chorus,

Τί δ' ἐστίν, ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια
Ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα;

Quid eſt? num forte & tu ſycophantria inter mulieres eras? Ad quem locum Scholia Græca, *ἄρα καὶ σὺ ἐν ταῖς γυναιξὶ πονηρὰ εἶ, Num etiam tu inter mulieres flagitioſa es?* Hic ſycophantriam & valdè pravam ac improbam (gradum iſtum pœnæ gravitas oſtendit) eandem eſſe vides. Origine quidem ſua vox *συκοφάνται* ſtrictius accipitur, atque ad accuſatores deſignandos qui temere accuſant uſurpatur: unde Scholia Græca in eundem authorem eandemque comœdiam id nomen *τοῖς ὁπωσοῦν μάτην ἐγκαλοῦσιν*, *iis qui quocunque modo temerè ac ſine cauſa accuſant*, attribui docet. Verum hæc in verbis Johannis apud Lucam locum non habent: milites potius ſine judicio forenſi rapiunt ac ſpoliant, quam ut accuſandi onus ſuſcipiant. Sed media ſignificatio, qua nec temerè accuſantes, nec quivis improbi & injurii; verum vafritie ac doloſis actionibus opprimentes & lædentes ſignificantur, ſatis commodè in illo Lucæ paragrapho admittitur. Nam ut Scholia Gr. in act. 1. ſc. 1. obſervant, inde vox iſta profluxit, quod cum ex Attico agro ficus exportare non liceret, quidam ſagacitate quadam iis qui exportarent deprehenſis, ad magiſtratum eos deferebant. *Ἐκαλοῦντο συκοφάνται οἱ τὰ σῦκα φαίνοντες. ἐπεκράτησεν οὖν ἐξ ἐκείνου τοὔνομα πρὸς πάντας τοὺς πανούργους. Vocabantur ſycophantæ, utpote ficus prodentes ac indicantes. Inde ergo hoc nomen invaluit & promanavit ad omnes vafros & verſipelles.* Itaque vel hæc fuit Johannis mens, Vos milites, neminem vexetis; neque ſpolietis: id eſt, neque moleſtias verbis vel verberibus exhibete; neque aliis bona ſua eripite. vel ita ut priori membro aperta vis; poſteriori conjuncta fraus ac dolus prohibeatur. quemadmodum עשק (cujus conjugato verbo hic Syrus utitur) à Chaldæo alicubi per שקר, *falſitatem*, exprimitur: licet D. K. fraudis ac falſitatis non meminerit.

(6) Quum perjurio in recenſitis factis crimen ſuum hic reus aggravavit, ex lege Dei cum ad hæc præſtanda, quorum meminit Miſnæ author, obligari fatemur. Verum addendum, quemadmodum jam antea obſervatum fuit, quod eadem lex nos monitos voluit, ואשם, *quum reatum agnoverit*: nam ſi ultro culpam deprecatum non veniret, peccatumque ſponte fateretur, hiſce non defungebatur; ſed pœnam furti ſaltem luebat, niſi etiam graviorem. rapina enim ſub furto comprehenditur, & magis congruè reliquæ iſtæ injuſtitiæ ſpecies eodem reducuntur. Hoc ſenſu Maimonides rectè ſcripſerit Cod. גזלה c. 7. ſect. 8. אין הנשבע על כפירת ממון משלם חומש עד שיודה מעצמו אבל אם באו עדים והוא עומד בכפירתו משלם הקרן בלבד על פי עדים ואינו משלם את החומש שהחומש עם הקרבן לכפרה הם באים ואינו מביאם אלא על פי עצמו, *Falsò juratus de negata pecunia non rependit quintam, donec ſponte ultrò fateatur: ſed ſi accedentibus teſtibus ipſe in negando perſiſtat, ſortem ſolam refundit ex ore teſtium; quintam verò non ſuperaddit. ſi quidem quinta cum oblatione ad expiationem pertineat; itaque iſta non niſi ſecundum ultroneam confeſſionem ſuam afferet.* Verum ſi hæc in eum ſenſum acciperentur, quaſi minoris teneretur perjurus & injurius pertinacia crimen aggravans, quam ille cujus pœnitentia facto probatur; meritò iſtius magiſtri ſententia rejiceretur auctoritate legis divinæ Ex. 22. 9.

(7) Atqui è ſubjunctis Miſnæ verbis malè etiam ſenſiſſe Maimonides videtur. Procedendi modus duobus caſibus iiſque duplicibus exhibetur: ubi perſonæ colloquentes introducuntur, licet id ubique non exprimatur, cujus perſonæ verba ſint, quæ proponuntur. Qui loquendi & ſcribendi modus in Prophetarum ſcriptis ac orationibus ſæpe occurrit: ut cum Dei & Prophetæ verba eſſe conſtet, tamen nonniſi è ſenſu & circumſtantiis liqueat, à quo hic vel ille ſermo habeatur. Exemplo nobis ſit canticum à Moſe exhibitum Deut. 32. Ubi Deus proximè loquutus fuiſſet, Moſes ſermonem habet vers. 29, 30, 31, 32, 33. Iterum vero Deus loquitur vers. 34 & 35. In Cant. Cantic. quam crebrò perſonæ variant? puta in ſponſæ & ſponſi colloquio. Non ideo ad nutum perſonæ loquentes ſunt inducendæ: ſed cum de diverſis loquentibus conſtat, non ſemper diſerte quis loquatur exprimi dico: quia hoc emphaſin ſermonum tam arctè conjunctorum vitiaret; & crebra illa repetitio nec non ſupervacanea, ingrata eſſet auribus. Illam ſcribendi formulam Gemaric i authores ad eo inconcinnè affectarunt, ut magnæ obſcuritatis quæ in Gemara occurrit cauſa ſit ac origo. Similiter in hac & ſeq. Miſna, perſonarum loquentium indicium & nota quandoque prætermiſſa fuit: ideoque ubi oratio obſcurior reddebatur, illas inſerui. Prior caſus eſt duplex: cum convincitur; vel ubi ultro culpam fatetur. Et quia à convicto ſola ſors ſive ſumma principalis poſtulatur, ſequenti verò Miſna in altero caſu à convicto fure ſive depoſitario duplum ſaltem exigitur; ex illa collatione caſuum, quibus totum non explicant, liquet, Judæos in conſumpto depoſito & reliquis enumeratis injuſtitiæ ſpeciebus, excepto furto, minorem mulctam, imo ſolam ſæpè ſortis reſtitutionem exigere. quod ni alia pœna corrigatur, iniquum eſt. In hac Miſna depoſiti & quintæ reſtitutio urgetur: ita Digeſt. l. 16. t. 3. §. 1. lex in depoſitarium animadvertit, ſed diverſimodè. *Prætor ait, Quod neque tumultus, neque incendii, neque ruinæ, neque naufragii cauſa depoſitum ſit, in ſimplum: ex earum autem rerum, quæ ſupra comprehenſæ ſunt, in ipſum, in duplum: in hæredem ejus, quod dolo malo ejus factum eſſe dicetur, qui mortuus ſit, in ſimplum: quod ipſius, in ſimplum: quod ipſius, in duplum, judicium dabo.* Similiter de rapto, ſi hæres demum fateatur patris &c. peccatum l. cit. Maimonides, c. 7. ſect. 6. גזל ונשבע ומת והודה היורש משלם הקרן בלבד ובין כך ובין כך היורש פטור מן האשם *Rapuerit & pejeraverit, mortuuſque ſit; hæres cum fatetur culpam, ſortem ſolam rependit: & cum hoc, tum illo caſu* (quum pater ante mortem fatetur culpam) *hæres à reatu offerendo abſolvitur.* Rapti autem & depoſiti rationem eandem eſſe tradunt Miſnici. In mutuo hoc conſiderandam ſub הלואה unà cum mutuo comprehendi commodatum: itaque ſi alterutrum contra æquitatem & juſtitiam detineatur, eandem mulctam hoc caſu in præcedentibus deſcripto magiſtri exigunt. Lex tamen Divina in hujuſmodi communiter duplum exigit Ex. 22. 9. *De omni negotio rerum amotarum de bove, de aſino, &c. ad ipſos magiſtratus veniet negotium amborum: quem condemnabunt magiſtratus, rependito duplum proximo ſuo.* De mutuo ita ſancitur Inſt. l. 4. t. 6. §. 22. *In ſimplum agitur: veluti ex ſtipulatione, ex mutui datione, &c.* De commodato detento vide Titulum 6. li. 13. ff. Ait Prætor: *Quod quis commodaſſe dicetur, de eo judicium dabo.* ſcilicet, ei qui commodavit adverſus eum qui accedit. Vide multa eodem tit. quæ huc ſpectant, ut commodatum reſtituatur. Sequitur mercedis ſolutio: cujus ſategiſſe Romanos vel unicus §. 9. legis 20. Loc. conduc. edocet. *Cum quidem exceptor operas ſuas locaſſet, deinde is qui eas conduxerat deceſſiſſet, Imperator Antoninus cum divo Severo reſcripſit ad libellum exceptoris in hæc verba: cum per te non ſtetiſſe proponas quò minus locatas operas Antonio Aquiliæ ſolveres; ſi eodem anno mercedes ab alio non accepiſti, fidem contractus impleri æquum eſt.* Simile occurrit paragr. 10. Denique ab eo, qui rem perditam invenit, ipſam repeti

peti poſſe, oſtendit quæ tum datur furti actio: unde & pœna innoteſcit. ff. de furtis. l. 73. §. 4. *Qui alienum quid jacens lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur: ſive ſcit cujus ſit, ſive ignoravit. Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus ſit ignoret.* Quia vero in Miſna hujuſmodi caſus proponitur, quo reus perjurio peccatum tegere annititur, perjurii pœnam ex jure Rom civili apponamus. Diſputari quidem, an perjurus humana pœna puniendus ſit, cum ſatis Deum ultorem habeat, non ignoro: nihilominus legibus iſta ſententia confirmatur, quæ pœnam ab hominibus inferendam, hujuſmodi flagitioſo homini irrogat. Dig. l. 12, t. 2. le. 13. §. 6. *Si quis juraverit in re pecuniaria per genium principis* (Gloſſa, Genius dicitur Deus) *dare ſe non oportere, & pejeraverit; vel dari ſibi oportere: vel intra certum tempus juraverit ſe ſoluturum, nec ſolvit: Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere; & ita ei ſuperdici, προπετῶς μὴ ὄμνυε*, id eſt, *petulanter ne jurato.* Ex ultimis verbis, perjurium puniri liquet. Aliam pœnam videre eſt ff. Stellionat. le. fin. *De perjurio, ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento juraverit, crimen ſtellionatus fit: & ideo ad tempus exulat.* Gravior pœna irrogatur leg. 3. §. 2. Infames quoque fieri perjuros, collataque; beneficia adimi ab aliis annotatum. Præterea Novel. quædam Leonis & Conſtantini perjuro abſcindi linguam jubet. Conſule Cujac. 7. Obſ. 14. Itaque dextrè exponenda Imp. Alexandri verba Cod. l. 4. t. 1. non procul ab initio, *Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet. Periculum autem corporis, vel majeſtatis crimen, ſecundum conſtituta divorum parentum meorum, etſi per principis venerationem quodam colore fuerit pejeratum, inferri non placet.* Quia Deus perjuros ſingulari ratione ulciſcitur, non quodvis perjurium, ſed ſubito quodam animi impetu ex magna infirmitate præſtitum, gravius puniri non poſtulant. vel etiam, uti ex antecedentibus colligitur, juſiurandum ab adverſario, alicui ad cauſam decidendam in judicio delatum ſpectatur: quo iterum ad examen revocato, deciſam cauſam retractari noluit Imperator: ut tandem controverſiæ finis imponeretur. Atque hoc expendendum, quamvis graviſſima pœna non exigatur, quæ *Periculo corporis & majeſtatis crimine* deſcribitur; nihilominus gravem pœnam aliis legibus irrogari, non negatur. Hoc pacto illæ leges conciliari queunt, ut diverſæ perjurii cauſæ, ſpecies denique pœnæ expendantur.

§. 8. *Depoſitarius ſi furetur, quantum debeat: ſi ſponte fateatur, quæ ſit mulcta. Ann.* (1) *An ſi depoſitum adhuc integrum ſit, duplum exigatur, cum occultatum fuit.* (2) *Exodi 22. 9. expenditur.* אמן *ſynecdochicè pro juramento.*

ה הכן פקדוני אמר לו נגנב משביעך אני ואמר אמן והעדים מעידין אותו שגנבו משלם תשלומי כפל הודה מעצמו משלם קרן וחומש ואשם :

8. Ubi eſt depoſitum meum? Reſpondet, furto ablatum. (Proprietarius) Adjuro te. Reſpondet (alter) Amen. Teſtes contra ipſum teſtantur, eum id eſſe furatum. Tum (1) rependit duplum. Si (2) ſua ſponte fateatur; ſortem cum quinta & reatum rependit.

R. OB. DE BARTENORA.

משלם תשלומי כפל *ſolvet duplum*, ſi ex ſeipſo confeſſus fuerit, non ſolvet duplum, uti ſcriptum eſt Exod. 22. 8. אשר ירשיען אלהים *quem condemnaverint judices*, excipe eum qui ex ſe ipſo condamnaverit ſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nemo tenetur ad quintæ additionem niſi juxta confeſſionem ſuam, non teſtium dicto, ubi dictum eſt Levit. 5. 23. והיה כי יחטא ואשם וגו׳. Et hoc quando ſponte redierit. Cæterum ſolutio dupli eſt pœna, & pro fundamento tenemus quod nemo tenetur ſolvere pœnam ſuo dicto; & hoc jam expoſitum eſt capite tertio Tractatus Cetubot.

(1) L'EMPEREUR. Jam ſecundum exemplum, & quidem duplici modo propouit, quo depoſitum intervertenti, quibuſdam antegreſſis, tandem mulcta irrogatur. Præcedenti Miſna ſub finem, mulcta depoſiti dilapidati ac conſumpti; hîc verò furto ablati exhibetur. quod furtum vel ultrò reus agnoſcit ac fatetur; vel eò teſtibus adigitur. Hoc ſi fiat, ut alicubi clam depoſitum ſepoſuiſſe, aliave ratione integrum à proprietarii oculis occultaſſe convincatur, duplum (quæ eſt communior furti pœna, licet quadruplum & quintuplum alibi in quibuſdam exigatur,) pendere cogitur. Quamvis Maimon. (ſi rectè memini) duplum non exigat, ſi illud depoſitum quidem penes ſe habeat; nondum tamen manum ipſi admoverit: idque è prava expoſitione Ex. 22. 8.

(2) At ſi ultro fateatur & ſatisfacere velit, ſummam principalem, puta rem furtivam rependit, cum quinta parte quam ſuperaddit & proprietario unà tradit; oblatio vero pro reatu Deo offerenda ad ſacerdotem adducitur. Quandoquidem in alienato depoſito dupli pœna ſancitur, quia depoſitarius furtum commiſit, qui alioqui depoſiti valorem ſolummodo reſtitueret; & ſi furtum in depoſito commiſſum ultro fateatur, ultra ſortem ſola quinta proprietario debetur: hinc liquet, furti pœnam, quamvis dupli quadrupli & quintupli ſit, in fatente reo & ultro reſtituere cupiente non eſſe ulterius extendendam, quam ut ex lege Levit. 6 circa principium, exigitur. Hoc etiam Magiſtri è comm. 9. cap. 22. Ex. colligunt. Siquidem Deus ait, *Quem condemnabunt magiſtratus, rependito duplum.* Ergo, inquiunt, quum ſeipſum reus condemnat, duplum non rependit. Cæterum quum videamus ſimpliciter אמן, *amen* hic & in proxime præcedentibus pro toto juramento adhiberi, meritò illa voce, quum à Servatore noſtro etiam geminatur, legitimum juramentum defenditur. Hic paſſim de jurejurando ſermonem eſſe voces נשבע, *juravit* & משביע, *adjuravit*, indicio ſunt: quum verò reus jurare dicitur, vocem *amen* ore proferens introducitur. quaſi dicat, juſiurandum ſuum ita efferet, ut *amen* pronunciet. Itaque *amen* jurisjurandi nota eſt: cui hic quod juramento ſtabilitur, non ſubjicitur, quia è præcedentibus patet.

§. 9. *Surripiens quid patri ſuo, qui poſtea moriatur. Raptor ad ſolvendum mutuatus. Ann.* (1) *Superſtitio Judæorum in explicando Levit. 6. 4. commate.* (2) *An Miſnæ verba* לבניו, *filiis raptoris raptum reſtitui poſtulent.* (3) *Hæredibus proprietarii reſtituendum raptum, docent l. civiles Rom. Quo fundamento & quando fratribus illius reſtitui, præcipiant Judæi.*

ט הגוזל את אביו ונשבע לו ומת הרי זה משלם קרן וחומש לבניו או לאחיו ואם אינו רוצה

9. Qui aliquid ſurripuit & pejeravit patri ſuo; (1) qui poſtea mortuus eſt; ecce hic ſortem cum quinta filiis (2) ipſius, aut ejus fratribus rependit: quod ſi (3) nolit, aut non habeat, mutua-

רוצה או שאין לו להו ובעלי החוב באים ונפרעים :

mutuatur ; & creditores accedunt ac debitum recipiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה משלם קרן וחומש לבניו או לאחיו *ecce hic ſolvet ſummam & quintam filiis, aut fratribus*, ſi non fuerint ipſi filii ; & quamvis illi hæreditas obtigerit, nihilominus reſtituere tenetur, & non retinere ſibi id quod ſuam ſpectat partem, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 23. והשיב את הגזלה, Idcirco nullum pro raptore datur remedium, præterquam ut raptum exeat e poteſtate ejus; at ea conditione ut raptum adhuc exiſtat, & non acquiſiverit illud cum mutatione. Niſi ipſi tot nummi non fuerint ut partem ſuam ſolvere poſſet, aut, ſi nolit perdere eam quæ ad ipſum pertinet partem, ab aliis mutuo accipiet, & raptum reſtituet fratribus ſuis ad complendum præceptum de reſtituendo. Cæterum creditores, a quibus hic fur mutuo accepit, ſolvent de rapto eam partem quæ de illo ad furem ſpectat. Cum autem pater nullum præter ipſum reliquerit hæredem, ipſe in ſolutionem debiti ſui creditori ſolvet raptum, & neceſſe eſt ut dicat, *hoc eſt raptum quod patri meo rapui*. vel hoc modo ſolvet dotem uxoris, aut conjiciet in ciſtam eleemoſynarum. Sed in his omnibus neceſſe eſt ut expreſſe dicat, *hoc eſt furtum quod ſurripui patri meo*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 3. 23. והשיב את הגזלה *& reſtituat rapinam ipſam* &c. propterea non datur remedium ei qui ſurripuit, niſi dum rapina e poteſtate ſua exierit, aut illi rapinam condonaverit. Et hoc, quando rapina adhuc ſit in poteſtate ejus, & non mutata ſit, neque eam acquiſiverit cum mutatione, uti dictum eſt; propterea, ſi pater ejus mortuus fuerit, & rapina adhuc fuerit in poteſtate ejus, ac pater illius nondum condonaverit, tum omnino neceſſe eſt ut rapina illac poteſtate illius exierit .Cum autem illi fuerit frater a parte patris, tum dabit illi id quod ſurripuit, aut liberis ejus, ut raptum exeat e poteſtate ejus. Verum, ſi a parte patris illi non fuerint fratres, nec liberi, aut, ſi non reſtituerit illud raptum filiis ejus, tum eo ſolvet debitum ſuum, aut dotem uxoris ſuæ, vel dabit illud eleemoſynis. Sed hæc omnia intelligenda ſunt, ſi aperte dixerit, *hoc eſt id quod raptum eſt patri meo*, non ut det illud ſicuti de bonis, ſuis hoc eſt e bonis ſuis, ut raptum exeat e poteſtate ejus.

(1) L'EMPEREUR. Totius legis fundamentum in Legiſlatoris edicto Levit. 6. 4. interpretes collocant: *Reſtituet rapinam ipſam quam rapuit.* Unde concludunt, quamvis in hæreditate paterna filius raptor ſuam portionem habeat, adeoque quod rapuerat ut portionem quandam ſibi debitam poſt obitum patris jure hæreditatis retinere videatur; quò legiſlatoris edicto ſatisfiat, quod raptum erat, prius aliis hæredibus (quia patri non poteſt) reſtituendum, ut poſtea demum raptor cum illis hæreditatem cernat. ubi quod ſibi in rapto hæreditatis jure debebatur, ſibi vendicare & recipere poterit. Quam ſcrupuloſi hic ſunt Judæi! Quaſi verò legiſlatoris menti non ſatisfieret, ſi raptum pro portione ſibi debita raptor hæres retineret; modo quod ultra ſortis reſtitutionem patri debuerat, hæredibus in commune traderet. Sanè hoc perinde eſt, ſive quinque aureos (exempli gratia) quos antea rapuerat, pro ſua portione ejuſve parte retineat raptor; ſive in commune conferat, poſteaque in cernenda hæreditate eorundem valorem recipiat.

(2) Porrò quum dicitur reddendum eſſe לבניו או לאחיו, dupliciter enarratur. Maimonides Cod. גזלה c. 8. ſect. tertia, ita accipit, ac ſi de raptoris filiis & fratribus ageretur. Ideo inquit, אם אין לו אחין שנמצא זה הגזלן לבדו הוא היורש מוציא הגזלה מתחת ידו לבניו ואם אין בנים לזה הבן הגזלן נותנים לבעל חובו או בהלואתו או לצדקה, *Si fratres non habeat, quod hic ſolus raptor deprehendatur hæres, raptum è poteſtate ſua auferens tradit filiis ſuis; quod ſi filios non habeat hic filius raptor, idipſum creditori ejus, aut pro mutuato, aut in eleemoſynam expendunt.* Melius tamen ab aliis illa verba ipſum patrem reſpicere judicantur: ipſius proximè facta fuit mentio; nec qui filiis ſuis, ſæpè puerulis, aliquid tradit, è poteſtate ſua amittit; quod tamen quidam Judæorum magiſtri exigunt, uti verba jam citata oſtendunt.

(3) Iterum ſequentia, *Nolit, aut non habeat*; &c. diverſum ſenſum admittunt. quorum prior, *Si nolit* ſuam portionem in iſto rapto reddere, *aut non habeat* fratres vel liberos; ne ſua reſtituat, mutuatur ab aliis, & quia fratres &c. non habet, creditoribus inde ſatisfacit, uti ſuperioribus Maimonidæ verbis docetur. poſterior ſenſus, iſque genuinus, eſt, *Si nolit* portionem ſuam amittere, ab aliis mutuatur unde raptum reſtituat, *aut ſi non habeat* ſolvendi facultatem, alios ſollicitat quibus ſuppeditantibus debitum exolvat: ipſi vero creditores ex iſto rapto jam reſtituto portionem repetunt, quæ raptori in iſto rapto ex paternis bonis competebat. Hæredibus & ſucceſſoribus rapta reſtitui vult Miſna: quod cum ff. Vi bon. raptorum l. 2. §. fin. convenit: ubi actio Vi bonorum raptorum, hæredibus ipſius, cui bona erepta fuere, competit. *Hæc actio hæredi cæteriſque ſucceſſoribus dabitur.* Quod vero Miſnæ autor fratrum faciat mentionem, id ſuum in lege Num. 24. 9. fundamentum habet: *Quod ſi filia non erit ei, tunc tradetis poſſeſſionem ejus fratribus patris ejus.* Deficientibus liberis, ſuccedebant fratres. At hoc caſu filius quidem ſupereſt; ſed qui hic primo rei perſonam ſuſtinet, non hæredis: quare & creditores ac unde mutuo accepit, tum hæredes ſecundum utramque expoſitionem potius cenſentur.

§. 10. *Quid agendum, ſi parens voto bona ſua interdicat filio.* Ann. (1) קונם *quid.* קונמות. קונמים. *Inhumanitas parentum in liberos; & liberorum in parentes. Magis honorandi præceptores quam parentes, ex Ebr. mente. Libertas parentis poſtponenda libertati præceptoris.* (2) *Duplex ratio interdicendi bona.* (3) *Quomodo exhæredatus reſtituere bona dicatur. Nepos qui hæres.* (4) *Unde exhæredatus ſibi de neceſſariis proſpiciat.* (5) *Quomodo creditor mutuans exhæredato, ſuum recuperet. Exhæredationi liberorum cancellos ponunt leg. Rom. imo & ſectioni bonorum paternorum. Patris eſſe liberis proſpicere, è Xenophonte & V. Max.*

י האומר לבנו קונם אי אתה נהנה משלי אם מת ירשנו בחייו ובמותו אם מת לא ירשנו ויחזיר לבניו או לאחיו ואם אין לו לוה ובעלי החוב באים ונפרעים :

10. Si quis filio ſuo dixit, ſanctè vovi (1) te ex meis non eſſe utilitatem percepturum ; ubi obiit, ejus ſit hæres filius. ſi de vita & (2) morte ſua hoc dixit ; ubi obiit, ejus hæres non ſit filius: ſed (3) illius filiis aut fratribus hæreditatem tradit. Si nihil habeat, (4) mutuatur: & creditores accedentes debitum (5) recipiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם אין לו *& ſi non habeat*, quod edat; mutuo accipiat, & comedet, & creditores vendent, ſolventque de parte illa quæ de hæreditate ad eum ſpectat. Quod autem illis nummis ſolvuntur illius debita, non reputatur perinde ac ſi ex illis commodum caperet; nam in tractatu Nedarim Miſna dicit, *qui voverit ſe nullum commodum percepturum e bonis proximi, is tamen ſolvat pro ipſo debitum ſuum.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt ſi conferantur cum iis quæ præcedunt; ſed neceſſe eſt ut exponat ei cui nummos illos dedit, & dicat eis, quod pater ejus juravit quod ipſe nullam capiet utilitatem e bonis ejus, & quod ea propterea tradit illis, ne fruatur ipſa bonorum ſubſtantia, quæ reliquit pater ejus. Cæterum, ne difficis eſto in eo quod dicitur eum ſolvere debitum ejuſmodi bonis e quibus ipſi non licet utilitatem capere, nam hoc fieri poteſt, quemadmodum expoſitum eſt capite quarto tractatus Nedarim, & nos ibidem exponemus.

(1) L'EMPEREUR. קונם quare è lexicographis ita prætereatur; vix dici poteſt; niſi quod hanc vocem in Aruch non repererint. Satis frequenter tamen occurrit. c. 1. & ſeq. Cod. נדרים: unde ipſius notio eluceſcit, qua vovere & conſecrare item devovere denotat. & plerumque קונם de voto ejuſmodi uſurpatur, quo alicujus rei uſus interdicitur, vel in genere res aliqua quibuſdam denegatur. Adeo ut juramenti etiam formula קונם videri queat, quæ illiuſmodi interdicto ſive voto negativo præmitti ſoleat, ad ejuſdem confirmationem. Verbum tamen, nomenque inde deductum potius agnoſco. Quandoque קנם cum ■ ejuſdem ſignificationis eſt, quod è Nedar. 1. conſtat; licet paſſim per ס etiam ſcribatur. unde in Codice Nedarim f 86. קונמות, *conſecrata* ſive *vota.* & alibi קונמי, *interdictum*, quia uti dictum fuit, in negativis votis plerumque adhibetur. Ita hoc loco קונם, *vovens*, id eſt, voveo, vel *vovi*, *te ex meis* &c. unde in quodam Codice additur אין pro אני, litera una tranſpoſita; ut קונם אני ſit *vovens ſum*, id eſt, voveo. vel ut ſit nomen: quaſi dicas, *votum* conceptum eſt, *te non* &c. Quibus verbis parentum non religio, quemadmodum illi putant; ſed impietas erga liberos ſeſe prodit. Quid iniquius quam filiis ea denegare, quibus carere nequeunt? cujuſmodi ſunt alimenta, aliaque quibus in hac vita egemus. Parentum eſt liberos ſuſtentare, eaque quoad fieri poteſt ſuppeditare, quibus inſtructi honeſtè vitam traducere queant. Similis illa eſt inhumanitas & improbitas filiorum, quam Clariſſimus Coccæus è capite 11. Cod. Nedarim depromptam, convenire oſtendit cum iſto facto, quod Servator Judæis Mat. 15. 5. improperavit: puta filios, qui ſua bona conſecrando, egenos parentes iis privaſſent, à magiſtris abſolutos fuiſſe; quum tamen pietatem parentibus lege etiam naturæ debitam violarent. Cum hac filiorum impietate non inconcinne meo judicio conferam, quod apud Maimonidem invenio in Talmoud Thora c. 5. ſect. 1. ubi amorem & reverentiam patri debitam, reverentiæ & amori præceptoribus exhibendo poſtponit. חייב בכבוד רבו ויראתו יותר מאביו, *Præceptorem ſuum magis honorare & revereri, quam patrem ſuum tenetur.* & paulo poſt, ראה אבידת אביו ואבידת רבו של רבו קודמת לשל אביו, filius *ſi videat patris ſui interitum, & interitum præceptoris ſui, cura de præceptore præcedet*: vel pro *interitum* ponamus *rem amiſſam*: uti Judæi vulgo accipiunt. Addit, אביו ורבו שבויים בשביה פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו, filius *ſi pater & præceptor captivitate detineantur, prius præceptorem ſuum redimit; poſtea demum patrem ſuum liberat.* An ergo mirum, ſi Scribæ & Phariſæi docuerint, filios bono animo bona ſua, parentibus ſuis derelictis, conſecrare poſſe; ubi iſti doctores è conſecratis utilitatem percipiebant? Si in illis & libertate (quæ ipſa vita charior) conſervandis, magiſtros ſuos prætulerunt; ut in aliis bonis idem peccatum committerent, proclives fuiſſe mirum non eſt.

(2) Duplici verò modo filio ſuis bonis interdicebat parens: vel dum ipſe viveret; vel in perpetuum, ſive ut loquitur noſter, *de vita & morte*, illud accipi volebat. Illo modo, poſt obitum patris cum reliquis hæreditatem cernebat, poſteriori verò modo, hæreditate excidebat.

(3) Quum filius iſto קונם exhæreditatus fratribus ſuis vel parentis ſui יחזיר, *reſtituere* ſive potius tradere dicitur, id Joſephus Karo commentariis in Jad Chazaka ſano ſenſu accipiendum docet. Nam ipſe bona illa cæteris non tradit & largitur; alioqui habuiſſet & poſſediſſet, eaque ratione contra voluntatem patris, qui emolumentum interdixerat, veniſſet: ſed oſtendit illis paterna bona, permittitque ut accipiant & prout libitum fuerit iis utantur ac fruantur. בניו, *filii illius* autem ad filios patris, non filii referendum ſatis ex Maimonide liquet: qui eo caſu Cod. Nedarim c. 5. ſect. 7. filium filii, ſive patris nepotem, nonniſi avi expreſſa conſtitutione ad hæreditatem admittit.

(4) At hoc pacto in gravem inopiam filius ſæpe incidit, nec quo vitæ commoda ſibi compareт, aſſequitur. quid hoc caſu faciendum. Ab aliis mutuo accipiat, permittunt; unde vitam ſuſtentet.

(5) Creditoribus deinde permittitur, ut mutuum ab aliis hæredibus repetant, quantum portio quæ illi ex hæreditate obveniſſet, ſuppeditat. Quod ſi objicias, hac via utilitatem magnam è paternis bonis percepturum eſſe filium, reſponſio duplex in promptu eſt. iſtum debita ſolvendi caſum excipi ajunt, ſecundum ſect. 2. c. 4. Nedarim. המודר הנאה מחבירו שוקל את שקלו ופורע את חובו, *Si quis voto probibitus eſt utilitatem percipere à proximo ſuo, hic ſiclum ejus expendet, ejuſque debitum ſolvet.* ſiclum dimidium intelligit, quem ſingulis annis Iſraelitæ ad oblationes totius cœtus conferebant. nam iſte dimidius erat integer, ſi de communi ſiclo agas. Alia reſponſio in annotationibus Joſeph K. de quibus antea dictum: ipſum filium debita non ſolvere; ſed ipſo licet invito, creditores ipſos accedere & debita ſua exigere: atque eapropter non dici פרע להם *ſolvit ipſis*; ſed ipſi נפרעים, *debitum exigunt & recipiunt.* unde filius ſe habere ibidem dicitur, כשאחר פורע שלא כרצונו, *inſtar alicujus qui contra propriam voluntatem ſolvit.* Judæorum illam inhumanitatem filios omninò ab hæreditate excludentium, ſi quando luberet; non approbari à juriſconſultis Romanorum vel initium leg. 7. 20. li. 48. Dig. demonſtrat. *Cum ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addiceret, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando, propter quod & in jure civili ſuorum heredum nomen eis inditum eſt; ac ne judicio quidem parentis, niſi meritis de cauſis ſummoveri ab ea ſucceſſione poſſunt: æquiſſimum exiſtimatum eſt, eo quoque caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno admiſſo graviorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem devoluti*, &c. Viden' quantopere lex liberis caveat, ne omnino à paternis bonis excludantur? Parentum quippe eſt filiis nondum natis proſpicere, nedum adultis & quidem poſt mortem ſuam ſuperſtitibus: convenienter iis quæ Socrates proloquens introducitur à Xenoph. l. 2. memor. p. 586. edit Baſ.

ὁ μὲν ἀνὴρ τήν τε συντεκνοποιοῦσαν ἑαυτῷ τρέφει, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προκατασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα, *Vir quidem eam, quæ in procreatione ipſum adjuvat, nutrit; naſcendiſque liberis, omnia præparat, quæcunque ipſis ad vitam conductura exiſtimat, eaque quam poteſt plurima.* Quia id natura faciendum dictat, *C. Tettium infantem à patre exhæredatum Divus Auguſtus* (ut loquitur Val. Max. l. 7. c. 7.) *in bona paterna ire decreto ſuo juſſit: patris patriæ animo uſus. Quoniam Tettius in proprio jure procreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogaverat.*

§. 11. *Præ-*

§. 11. Prædatus à peregrino, qui poſtea moritur. Pecunia peregrino ſurrepta, raptoris filiis quando cedat. Ann. (1) Qua lege peregrino ſint hæredes. (2) Injuſtitia Judæorum. Num. 5. 8. vindicatur. Reatus quid. (3) Altera injuſtitia magiſtrorum. Quando raptoris fiant bona peregrino erepta. (4) Quid fiat conſecrata pecude poſt mortem domini. יסתאב. *(5) Pretio conſecratæ pecudis poſteaque venditæ, quid fiat.* נדבה *&* נדר *in quo differant. Maimonides reſtitutus. Codex Maimonidæ. Sacrificia quædam non imperata. Quid* קין הכונה.

יא הגוזל את הגר ונשבע לו ומת הרי זה משלם קרן וחומש לכהנים ואשם למזבח שנאמר ואם אין לאיש גואל להשיב האשם אליו האשם המושב לה' לכהן וגומר היה מעלה את הכסף ואת האשם ומת הכסף ינתן לבניו והאשם ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה :

11. Prædatus à peregrino & juratus falſo, ubi is obiit, ecce (1) hic rependit ſortem & quintam ſacerdotibus, atque reatum altari. quia dicitur (*Num.* 5. 8.) (2) *Quod ſi non erit iſti viro vindex ad reſtituendum ei reatum, reatus qui reſtituitur Jova, ſacerdotis eſto*, &c. Si cum affert pecuniam & reatum, moriatur; pecunia (3) ejus filiis dabitur, & reatus paſcetur donec (4) vitium contrahat: tum vendetur, ejuſque pretium in voluntaria (5) ſacrificia cedet.

R. OB. DE BARTENORA.

שנאמר ואם אין לאיש גואל *ut ſcriptum eſt, ſi viro non ſit vindex*, ſed non datur ullus in Iſraële cui non eſt vindex uſque ad Jacobum patrem noſtrum; idcirco hic ſermo eſt de peregrino ſine hæredibus mortuo.

הכסף ינתן לבניו *Pecunia dabitur filiis ejus*, filiis raptoris, quia eam jam acquiſivit mediante peregrini morte, niſi quod reſtituere debebat ut juramenti veniam impetraret, at jam nondum impetravit veniam, eo quod mortuus eſt.

האשם ירעה *Sacrificium rea ut paſcetur*, uti ſe habet illius ſacrificii pro reatu conditio cujus poſſeſſor mortuus eſt; nam hypotheſis nobis eſt quod ubi beſtia ſacrificii expiationis pro peccato mori debet, ibi beſtia paſcatur ſacrificii pro reatu, donec vitium contraxerit, & nummi deſtinati fuerint in oblationem ſpontaneam, ad emendum iis holocauſta in æſtivationem altaris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi quod peregrinus, quando mortuus fuerit, & non reliquerit filios in ſanctitate conceptos, non habet hæredes, quiſquis autem anteverterit, is bona ejus acquiſivit. Cæterum de peregrino qui ſine hæredibus mortuus eſt, loquitur Lex Num. 5, 8. ואם אין לאיש גואל Verum Iſraelita ſine redemptore nequit eſſe, quia is quem e tribu ſua relinquit, illius fit hæres. Noſti etiam quod quocunque in loco dicatur נדבה *oblatio voluntaria*, intelligi debeat *holocauſtum voluntarium:* cujus, ut & reliquorum ritus expoſuimus in tractatu Schekalim. Sed holocauſti voluntarii jura exponentur tibi ex hoc Textu ſupra allegato. nam inde probationem adfert in hac Miſna, quod אשם vocatur קרן *ſumma capitalis*, quod reſtituendum eſt, nempe id quod ſurreptum eſt, aut pretium ejus.

(1) L'EMPEREUR. Quum peregrinus obiit, etſi liberos reliquit ſuperſtites, raptor ipſis raptum reddere non tenetur, ſecundum Rabbinorum placitum: cujus hoc eſt fundamentum, peregrinis nullos eſſe hæredes, ſi Judaicam religionem non ſuſceperint: nam ſi proſelyti facti fuerint, pro hæredibus eorum, filios agnoſcendos tradunt. Contingat Judæum è peregrino decem ſiclos rapuiſſe, & perjurio negaſſe factum: Judæorum magiſtri raptorem iſtos ſiclos filiis illius peregrini nondum proſelyti, non debere autumant.

(2) Ideoque ſacerdotibus ſummam cum ſuperaddita quinta dandam pronunciant: quod lege Dei defendere annituntur, quandoquidem Num. 5. 8. quod proprietario reſtitui non poterat, Jovæ omnium domino afferendum ideoque ſacerdoti tradendum præcipitur. Quid quæſo iſto paragrapho habetur, quo putidus iſte error ſtaturninari queat? prima verba repugnant, *Quod ſi non erit iſti viro vindex ad reſtituendum ei reatum.* ſi peregrinus patrem, fratres, liberos, cognatos & ſimiles habeat, eſt ipſi vindex ad reſtituendum reatum. Reatus ut inquit Maimon. iſto loco, הוא הגזלה או דמיה, *eſt res rapta aut ejus pretium.* atque eo nomine venit, quia rapinâ reus reddebatur: ideo verſ. 7. *dabitque illi in quem reus eſt.* Et quod hic dicitur, *reſtituet reatum quanti eſt*, Levit. 6. 4. 5. his verbis effertur, *reſtituet rapinam ipſam ... quanti eſt.* Sed quo argumento è ſacris literis elicient, peregrinis non eſſe vindices, ſive propinquos qui ipſis ſanguine & affinitate juncti ſint, quoſque Scriptura paſſim vindices nuncupat? Itaque cum ex initio Levit. 6. c. & commate 7 hujus c. *Dabitque illi in quem reus eſt*, manifeſtè conſtet, Legiſlatoris mentem fuiſſe, ut cui res erepta eſſet reſtitueretur, aut ſaltem ipſius vindici ſive propinquo; non eſt quod peregrinorum cognatis erepta bona denegemus, idque ex falſa hypotheſi, peregrinis hæredes non eſſe, niſi Judaicam religionem ſuſceperint. Quod de Iſraëlitis dicant Legem Num. 5 intelligi non poſſe; id negatur, quia fieri poterat ut peſtis vel bellum adeo conſanguineos è medio tolleret, ut hæredes certi deſignari non poſſent. Itaque non eſt quod legem ad peregrinos reſtringant.

(3) Profectò ex illa hypotheſi deinde error & injuſtitia magna profluit. Si raptorem etiam, dum ſacerdoti raptum affert, in via mori contingat, rem quam rapuerit filiis raptoris cedere pronuntiant. Nam, inquiunt, זכה ביה מכיתה הגר אלא דבעי למעבד השבה כי היכי דתיהוי ליה כפרה אשבועתיה והשתא תו ליכא כפרה כיון דמית ליה, *Jam raptor acquiſiverat illam per mortem peregrini: verum reſtitutionem facere neceſſe erat, quò illi obtingeret expiatio ſui perjurii. at nunc non reſtat amplius expiatio, quandoquidem mortuus eſt.* Expende gravem errorem. Meritò raptoris filios in peregrini bona erepta ire contendunt, quia ſimulac peregrinus obiiſſet, raptoris fierent. quod enim de afferendis bonis ad ſacerdotem dicebatur, ad raptoris expiationem pertinebat, quæ ipſius morte evanuit. Raptori autem illa bona per mortem peregrini cedere ſtatuunt, quia כל הקודם בנכסיו זכה, *quicunque prius occupat illius peregrini bona, ea acquirit*; atqui raptor prius occupavit, quandoquidem iſta jam rapuerat. felices ergo raptores, qui peregrinis viventibus bona eripiunt: nam ipſis mortuis cum bona fiunt occupantium, ipſi tempore priores, ut qui jam rapuerint, jure potiores ſunt, eorumque filii reliquis præferuntur. Eximia ſcilicet juſtitia eorum hominum, qui ſuis operibus ſalutem mereri contendunt. Profectò meritiſſimè Servator noſter Matt. 5. 20. *Dico vobis, niſi abundaverit veſtra juſtitia plus quàm Scribarum & Phariſæorum, vos nequaquam ingreſſuros in regnum cœlorum.*

(4) Porrò ubi raptor ante oblatam pecudem obiit, pecus ita ſe habet ſicuti aliæ victimæ quarum domini, antequam mactatæ ſint, mortem oppetierint. Quid fit? jam conſecratæ ſunt, aliis uſibus adhiberi eas, fas non eſt: itaque hujuſmodi pecus paſcitur tam diu, donec יסתאב, id eſt, יפול בו מום, *vitium quoddam in ipſum incidat.* Novimus autem qui Deus vitiatum pecus rejiciat Lev. 22. 20. *Nullum in quo ſit corporis vitium, afferetote.* Quare ad ſacrificandum idoneum non eſt: ideoque vendere licet.

(5) Pretio venumdati pecoris emitur נדבה, *voluntarium ſacrificium.* additque Maim. בכל מקום שאומר נדבה

כ״ל עולה נדבה, *ubicunque dicitur voluntarium ſacrificium, ſenſus eſt, holocauſtum voluntarium.* Melius tamen in Maaſe Korbanoth c. 14. ſ. 4. ubi etiam נדר & נדבה diſtinguit. האומר הרי עלי עולה או הרי עלי שלמים או הרי עלי מנחה או הרי דמי בהמה זו עלי עולה או שלמים זהו הנדר אבל האומר הרי בהמה זו או דמי בהמה זו עולה או שלמים או הרי העשרון הזה מנחה הרי זו נדבה, *Si quis dicat, ecce in me recipio holocauſtum; aut, recipio in me euchariſtica; aut, recipio in me fertum; aut, recipio in me pretium hujus pecudis convertendum in holocauſtum vel euchariſtica, tum eſt votum: ſed ſi dicat, ecce hæc pecus, aut pretium hujus pecudis erit holocauſtum vel euchariſtica; aut hæc decima erit fertum, tum eſt voluntaria oblatio.* Ubi videmus נדבה latius accipi quam ipſe in ſuperioribus docuerat. Ex hac diſtinctione נדר & נדבה diſtinctius etiam intelligitur quid deſignetur Lev. 7. 16. *Si votivum, aut voluntarium erit ſacrificium* &c. ita Lev. 22. 21. ac alibi. Diſtinctio in eo conſiſtit, quod votivum ſit minus definitum, quam voluntarium. Ideo cum votivum ſacrificium deſcribatur in Maim. verbis, *recipio in me pretium hujus pecudis*, particulam *hujus*, id eſt, זו, aliunde irrepſiſſe credo: nam ex initio c. 1. Cod. קנים omnino conſtat, in votivo ſacrificio iſtam reſtrictionem non adhiberi. Nec mirum in hoc membro aberratum, cum in Codice longe antiquiſſimo in membrana exarato, quem à Nob. viro Gerardo à Reneſſe accepi, olim hic certam lectionem non fuiſſe animadvertam: utpote cujus contextus etiam עולה non habeat, cum tamen exemplar ſit correctiſſimum, unde impreſſa exemplaria corrigi poſſunt. Cæterum ut eò redeam, unde digreſſus ſum, ſcilicet ad pretium victimæ raptoris; iſta ſacrificia illo pretio empta præter neceſſaria cum publica, tum privata offerebantur: quemadmodum enim ſinguli pro ſe præter neceſſitatem holocauſta Deo grato animo adducere poterant; ita cœtui licebat holocauſta voluntaria offerre, quibus Deus coleretur. nam id Deus liberum fecerat, ut præter neceſſitatem oblationes Deo pararent, quibus zelus & pietas ipſorum probaretur. Judæi hæc, de quibus agimus, vocant קיץ המזבח, *æſtivos fructus altaris*: quia æſtivorum fructuum inſtar ſe habebant. ficus, pruna, ſimiles fructus, præter neceſſarios cibos opponi ſolent, atque unà cum iſtis eduntur & conſumuntur; ſimiliter dicta holocauſta (quæ, ut alia ſacrificia, cum cibis conferuntur Levit. c. 21. verſ. 6. ac alibi) apponebantur in altari & cum reliquis conſumebantur. Quod politicam hujus Miſnæ conſtitutionem ſpectat, legem parallelam non inveſtigabo in Romanorum jure: quos tam ineptos nemo facile judicabit, ut tantam injuſtitiam ſtabiliverint, quam tamen Judæi, Scripturæ paragrapho male accepto, ſanciverant: quemadmodum expoſui.

§. 12. *Raptor ſi ante oblatam victimam moriatur, quid datâ jam pecuniâ fiat. Reatus & raptum diverſis ſacerd. claſſibus data. Reatus ante allatam rapinam non expiat: tamen ante quintam ipſius. Ann.* (1) אנשי משמר. (2) *Num.* 5. *v.* 10. *vindicatur contra Judæos, & exponitur.* (3) *Nomina virorum pro ſimilibus accepta. Raptum & victimam ejus diverſis tradere licuiſſe.* (4) *Raptorem caſu quodam ſecundam victimam attuliſſe.* (5) *Futuri in conſignificando vis.* (6) *Non eſſe hic rapti & quintæ ejus rationem eandem.*

יב נתן הכסף לאנשי משמר ומת אין היורשין יכולין להוציא מידם שנאמר איש אשר יתן לכהן לו יהיה נתן הכסף ליהויריב ואשם לידעיה יצא אשם ליהויריב וכסף לידעיה אם קיים האשם יקריבוהו בני ידעיה ואם לא יחזור ויביא אשם אחר שהמביא גזלו עד שלא הביא אשמו יצא הביא אשמו עד שלא הביא גזלו לא יצא נתן את הקרן ולא נתן את החומש אין החומש מעכב :

12. Si pecuniâ (1) iis qui tum cultum obſervabant traditâ, mortuus fuerit, hæredes ex illorum manu id (2) repetere non poſſunt. quia dicitur (*Num.* 5. 10.) *Quod quis ulli ſacerdoti dederit, illius eſto.* Si argentum dederit (3) Jojaribo, & reatum Jedajæ, ſatisfecit: quum reatum Jojaribo, & argentum Jedajæ, ſi ſuperſit reatus (4) cum offerent Jedajæ poſteri; ſin minus, denuò offeret alium reatum. Etenim (5) qui affert rapinam ſuam, antequam reatum ſuum offerat, ſatisfacit: offert reatum ſuum, antequam afferat rapinam ſuam, non ſatisfacit. Si ſortem quidem, at quintam non dedit, quinta (6) reatum non impedit.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן הכסף לאנשי משמר ומת *ſi argentum dederit viris ſtationariis, & mortuus fuerit*, antequam adduxerit ſacrificium, tum furis hæredes argentum nequeunt e poteſtate ſacerdotum educere, quoniam id ſibi jam acquiſiverunt. Cæterum ſtatio Jojaribi viginti quatuor ſtationum ſacerdotalium in Templo miniſtrantium prima eſt, & Jojadæ ſecunda; propterea, ſi fur argentum dederit ſtationi Jojaribi, & reatum deinceps Jedajæ ſtationi, ſatisfecit, quemadmodum exponit Miſna, ſi fur adduxerit id quod rapuit, antequam adduxerit reatum, ſatisfecit; & quælibet ſtatio acquiſivit ſibi. Verum ſi ſacrificium pro reatu dederit Jojaribi ſtationi, ita ut prius adduxerit ſacrificium pro reatu ſuo, & deinceps adduxerit id quod rapuit, idque eidem dederit ſtationi, ſi ſacrificium pro reatu adhuc extiterit, quia ſtatio Jojaribi nondum illud obtulerat, tum offeret illud ſtatio Jedajæ, adeoque & ſacrificium pro reatu & quod furto abſtulit, cedet ſtationi Jedajæ. At cum ſacrificium non amplius exiſtit, non ſatisfecit ſacrificio pro reatu quod dedit Jojaribo, quandoquidem enim non dediſſet id quod furto abſtulit, propterea adducet ſacrificium aliud pro reatu.

נתן את הקרן *ſi dederit ſummam*, nempe ſacerdotibus. אין החומש מעכב *quinta non impedit*, quominus offerat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתן הכסף לאנשי משמר ומת *Si pecuniam dederit viris ſtationariis, & mortuus fuerit*, jam expoſuimus capite ultimo tractatus ſucca, quod viginti quatuor dantur cuſtodiæ, ſive ſtationes, quarum una poſt alteram excubias agebat, & inter eas recenſebantur ſtationes Jojaribi & Jedajæ, quas hic E. G. adducit, dicitque, ſi dederit argentum Jojaribo, & ſacrificium pro reatu Jedajæ, quando vices ſtationis pervenerant ad Jedajam, in hoc caſu R. Jehuda & Sapientes diſſentiunt; R. Jehuda dicit quod cuſtodia Jojaribi peccavit in eo quod argentum accepit, quia vices ſeptimanæ ad eam non pervenerant, propterea reſtituet argentum ei ad quem pertinet ſacrificium pro reatu, & is argentum reddet cuſtodiæ Jedajæ ad quam pervenerant vices. Sapientes dicunt, quod cuſtodia Jedajæ in eo peccavit quod ſacrificium pro reatu accepit ſine argento, oportebat enim ut argentum prius dediſſet quam ſacrificium pro reatu, propterea ei detrahetur ſacrificium pro reatu, & cuſtodia Jojaribi, quæ prius receperat argentum, quemadmodum oportebat, & illa offeret ſacrificium pro reatu cum ad eam pervenerint vices ſeptimanæ. Nam cum hæc fundamenta veriſſima ſint, idcirco nos Miſnæ auctor docet, quod, ſi argentum dederit Jojaribo, & ſacrificium pro reatu dederit Jedajæ, & vices excubiarum pervenerint ad Jedajam, ſi deci-

ſerat ſacrificium pro reatu, ſi adhuc non dederit, ſed deinceps illud dederit.

decidatur juxta Sapientes, ſacrificium pro reatu cedet Jojaribo, uti diximus; & hæc clara ſunt abſque ullo dubio. Cæterum, ſi decidantur juxta R. Jehudam, dicentem, quod argentum reſtituetur Jedajæ, ſi ſacrificium pro reatu adhuc extiterit, ſacrificium offerri debet a Jedaja. Verum, ſi cuſtodia Jedajæ anteverterit, & ſacrificium obtulerit antequam argentum accepiſſet a Jojaribo, tum cuſtodia Jedajæ acquirit pellem ſacrificii pro reatu ſed caro illius non apta eſt ut comedatur, quia inidoneum eſt, & aliud adferet ſacrificium ad cuſtodiam Jojaribi cui eſt argentum, ut offerat illud. Id autem quod Rabbenu Jehuda ſanctus nos in hac docet Miſna, eſt juxta ſententiam R. Jehudæ, quando cuſtodia Jedajæ obtulerit ſacrificium pro reatu. Sic etiam conſtat de hoc caſu in Beraita, quando cuſtodia Jojaribi fecerit id quod diximus. Cæterum Ribbi dixit juxta ſententiam R. Jehudæ, ſi anteverterit cuſtodia Jojaribi, & obtulerit ſacrificium pro reatu, adducet aliud ſacrificium pro reatu, quod offeret cuſtodia Jedajæ, & alii acquirent id quod eſt in poteſtate illius; & hunc caſum nos docere voluit in hac Miſna; deciſio eſt juxta Sapientes. Quod autem neceſſe eſt ut argentum detur ante ſacrificium pro reatu, probatur ex eo quod ſcriptum eſt de ſacrificio pro reatu. Levit. 7: 7. אשר יכפר בו Cujus explicationem traditione recepimus, quod ſacrificium pro reatu de quo hic ſermo eſt, notat argentum, nam hoc volunt quando dicunt, *ſacrificium pro reatu hoc eſt ſumma capitalis*. Cæterum Miſna antecedenti jam diximus quod Lex *argentum* vocat *ſacrificium pro reatu*, & quando in tempore futuro dicet יכפר, vult dicere, quod expiatio jam incepit, eo quod argentum dedit, ut perficiatur expiatio nullo remanente peccato, nimirum mediante ariete ſacrificii pro reatu, uti ſcriptum eſt. Levit. 4: 26. וכפר עליו הכהן באיל אשם, Hinc traditione recipimus, *aries ſacrificii pro reatu impedit, ſed quinta pars non impedit*, quando dicitur *impedit* puta quod expiationem impedit.

(1) L'EMPEREUR. In Ebræo eſt אנשי משמר, *homines cuſtodiæ*. iſtos intelligit quorum tunc erat, excubias agere & obſervare quid in loco ſacro agendum eſſet. Nam ſacerdotes (de quibus agi docent præcedentia) in viginti quatuor claſſes diſtincti, ſingulis ſeptimanis vices permutabant, primæque ſecunda, ſecundæ tertia & ita deinceps ſuccedebant: adeoque ſingulis ſeptimanis ſingulæ claſſes ſuo quæque ordine & ſer e munera obibant. Qui iſta ſeptimana, qua raptor ſortem cum quinta afferebat, in ſacro munere verſabantur, hi ſoli quod ab illo afferebatur accipiebant. Si autem accepiſſent, & raptor antequam victimam, quam unà debebat, obtuliſſet, moreretur, dubium oboritur, quid tunc juris eſſet: an ſacerdotes acceptum retinerent; an verò raptoris filiis reſtituerent. quandoquidem in ſuperioribus obſervata fuit Judæorum ſententia, qui raptoris filiis poſt obitum patris raptum cedere ſtatuunt.

(2) Tamen ubi in ſacerdotum manus perveniſſet, quod is cui ereptum erat hæredes ſecundum illorum mentem non haberet; filiis raptoris non fuiſſe reſtituendum affirmant: licet raptore in via mortuo antequam ad ſacerdotes detuliſſet, raptoris filiis raptum aſſignent. Eoque referunt Num. 5. verſ. 10. *Quod quis ulli ſacerdoti dederit, illius eſto*: quaſi hoc ſibi Deus voluiſſet, ſacerdoti ſemel datum repeti non poſſe; licet alioqui repetendi cauſa videretur, ſi aliis tradendum fuiſſet. Totus ille locus in hanc ſententiam, quam ſubjicio, exponendus meo judicio. Commate nono & decimo idem diverſis verbis prima fronte dici videtur, imo verba quædam redundare: nam quis dubitat, quin quod alteri datum eſt, illius ſit. Verum quandoquidem in una claſſe multi erant ſacerdotes, nec hi omnes ſimul ſacris operari poterant, diſtinctè munus ſuum obibant: & quia operarius dignus erat mercede ſua, ejuſdem eſſe emolumentum, cujus opus ac onus, æquitas ſuadebat. Itaque ait legiſlator com. 9. Si Iſraëlitæ plures conſecratum quid ad ſacerdotem attulerint, ipſius erit quod ſacerdotibus in ſacro cedere ſolet. & com. 10. ſi unius tantum ſit quod conſecratum ad ſacerdotem defertur, eadem erit ratio: idque plenius explicans ſubjungit, quod quis ad ſacerdotem detulerit ut rem ſacram faciat, iſtius ſacerdotis erit, quicquid ex illo iſti ordini debetur. Noluit enim Deus, alios ſacerdotes illud iſti ſacerdoti eripere, eo prætextu quod ſacerdotali ordini deberetur; quaſi huic quidem traditum ſit, ſed omnibus iſtius claſſis in commune dividendum. Non ergo de quibuſvis rebus conſecratis agitur; ſed verſ. 9. *omnia ſanctificata* ad ea reſtringuntur quæ ſpeciatim ad hunc vel illum ſacerdotem afferuntur, quò rem divinam faciat; ut ſi qui ferta aliave ſacerdoti ad offerendum adducant. Hanc loci variis interpretationibus diſtracti mentem eſſe exiſtimo.

(3) Sequitur caſus duplex diverſa expoſitione à Talmudiſtis in diverſum ſenſum acceptus: in qua ſententiarum differentia Salomonis Jarchi judicium præferendum autumo. 1 Chron. 24. 7. in ſacerdotum claſſibus viginti quatuor, Jojaribi poſteros primam; Jedajæ poſteros ſecundam conſtituere liquet. Has ergo claſſes, utpote priores reliquis, in exemplum author producit, quò caſum ſuum diſtinctè proponere queat. Raptum unà cum reatu, ſive piaculari victima, ſacerdotibus afferendum, ita diſpenſari poterat, ut huic claſſi raptum; alteri reatus ſive aries expiationum, traderetur: idque modo diverſo, priori claſſi raptum, poſteriori reatus; vel contra, priori reatus, poſteriori raptum ejuſve pretium. Priorem modum in hanc ſententiam S. J. enarrat. Dum Jojaribi claſſis ſuo muneri incumbit, raptor Jojaribi poſteris raptum reddat; piacularem hoſtiam ſequentis ſeptimanæ miniſtris è Jedajæ proſapia adducat: adeoque ſingulis, quum ſuo muneri ſua quique ſeptimana vacant, diverſa tradat; & quidem ſervato ordine, quem è Num. 5. 8. deducunt. ubi raptum reatus nomine expreſſum (uti antea vidimus) præcedit, ſequitur aries expiationum. Hic legi ſatisfacere & parere cenſetur: quia ſacerdotibus licet diverſarum claſſium, & quidem legitimo ordine offert, quæ offerenda conſtitutiones jubent.

(4) Sin alio ordine rapinam & victimam ad ſacerdotes adducat, licet ſacerdotes non niſi quum ſua quique ſeptimana ſacris operantur conveniat; defunctus non judicatur. puta ſi primæ claſſi victimam adducat, ſequenti pretium rapti vel ipſam rem quam rapuit. Etenim hic obſervandus erat ordo, ut reatus, id eſt, piacularis victima poſterioribus ſacerdotibus ſive horum alicui traderetur: quia iſtorum erat miniſterium poſterius; illorum verò primæ claſſis, prius: & rapti reſtitutio præſtanda antequam victima offerretur; victimaque demum poſt rapti reſtitutionem offerenda erat. Quare in iſto retrogrado progreſſu, Jedajæ poſteri, ſive ſecunda ſacerdotum claſſis, victimam à prima claſſe accipient, eamque ſecundum ſtatuta offerent; modo res in integro ſit: atque hac ratione qui rem raptam receperant, poſtea accipient reatum ſive victimam pro reatu, eamque ſuo ordine offerent & rapinam expiabunt. Quod ſi prævenerint Jojaribo prognati qui reatum præpoſtera ſerie acceperant, & victimam obtulerint, iſta oblatione raptor defunctus non erit; ſed aliam victimam raptor adducet, ne legitimus ordo violetur. eamque Jedajæ poſteri, accepta jam antea rapina ejuſve pretio, offerent, quò omnia debitè peragantur, nec rapinæ reſtitutio victimam ſequatur.

(5) Ratio ſubjungitur qua præcedentia confirmant: & ratio quidem in ordine quo utrumque Num. 5. proponitur, reperitur. attamen ex his commatis 8. verbis eandem etiam exſculpunt, *Quo ariete expiationem faciet pro eo*: quatenus יכפר futurum eſſe obſervant, quaſi dicas, incepta eſt expiatio per rapinæ reſtitutionem; verum perficienda per arietem: ideoque quod raptum fuit prius reſtituendum; deinde aries offerendus. argumentum quamvis ipſis placeat, non ſatis ſolidum. Maimonides intricatam facit Miſnam: quippe qui ſapientum & D. Judæ ſententias ſimul proponi aſſerat; imo contrarias hypotheſes expendi exiſtimet. Quaſi primo quidem caſu raptor rapinam ejuſve pretium ſacerdotibus, tempore quo à munere ſuo immunes erant, dare introduceretur; victimam vero iis, qui ea ſeptimana muneri vacabant: ſed hoc pacto, ut raptum

ad poſteriores transferendum eſſet, quia alii rapinam ejuſve pretium alieno tempore recepiſſent. poſteriori verò caſu illud tempus in danda victima etiam attenderetur, quo poſterior claſſis ſuo muneri incumberet; prior verò vacaret; ſed quia prior victimam ante rapinam vel potius ſine rapti reſtitutione accepiſſet, victima ad poſteriorem claſſem reducenda eſſet. quæ recepta jam rapina, poſtea demum victimam offerens, ordinem debitum obſervaret. quo caſu & R. Judæ ſententiam de priori caſu, quæ Sapientum menti illic propoſitæ repugnat, adumbrari cenſet. Hæc ferè eſt prolixi ſermonis ſumma: quam ex ipſius annotationibus deſumptam R. Salomonis expoſitioni meritò poſtponere mihi videor. Quis enim Miſnam adeo perplexè loquutam ſine ulla neceſſitate credat?

(6) Quum tandem ſubjicitur, אין החומש מעכב, *quinta non moratur*, hic eſt ſenſus; ſors quidem ipſa ſive res quæ rapta fuerat, cum non reſtituitur ante oblatam victimam, moratur expiationem, ac quo minus reus abſolvatur efficit; non itidem quinta ſuperaddenda ſorti: etenim ſi quis quintam iſtam differat, eamque demum ultimo loco ſolvat, non impediet quo minus à reatu ſuo abſolvatur. Differunt hac in parte raptum & quinta, diverſaque utriuſque eſt ratio ac conditio: raptum niſi prius reddatur, ſubſequens victima non expiat; quinta licet in id tempus differatur quo victima oblata jam eſt, nihilominus antecedens oblatio reum à reatu mundat. His jam expenſis quæ in hac Miſna ad ceremoniales conſtitutiones pertinent, ad politica ſtatuta ulterius pergamus.

Cap. 10. §. 1. *Quando raptorum filii rependere teneantur. Publicanorum, & quæſtorum ærariorum arca reprobata. Annot.* (1) *Synecdoche Miſnica.* (2) *Miſna à magiſtris rejecta. etenim liberos raptorum ſemper obligari: niſi rapta comeſta ſint. Mobilia creditori oppignerari. Deſperationis vis in mutando dominio. Simile ex jure Romano.* (3) שיש בו אחריות, *quid. ubi de evictione rei in fundo vendito.* (4) *Nummos permutandi cauſæ.* פרט, *quid. Publicanorum diſtinctio & patria.* דינא דמלכותא דינא, *quid ſit. Luc.* 3. 13. *ex Talmud. illuſtratus.* (5) גבאי, *quis ſit.* (6) *De publicanorum & quæſtorum numis, quos in ædibus habent.* (7) *Quoſve alibi extra arcam ſuam publicam habent. De raptorum liberis ex jure Rom.*

פרק י א הגוזל ומאכיל את בניו והניח לפניהם פטורין מלשלם ואם היה דבר שיש בו אחריות חייבין לשלם אין פורטין לא מתיבת המוכסין ולא מכיס של גבאין ואין נוטלין מהם צדקה אבל נוטל הוא מתוך ביתו או מן השוק :

Cap. 10. Si aliquis ubi quid ſurripuit, inde filios ſuos cibat, vel id ipſis (1) relinquit; hi rependere (2) non tenentur. Si aliquid fuerit, in quo (3) ſit rerum evictio (id eſt, fundus,) rependere tenentur. Pecunias non (4) permutant ex arca publicanorum, neque è loculo (5) quæſtorum ærariorum; nec inde eleemoſynam accipiunt: ſed ipſe (6) ex ædibus ſuis deſumit: aut è (7) foro.

R. OB. DE BARTENORA.

והניח לפניהם *& reliquit coram eis*, aut ſi reliquit eis id quod ſurripuit. פטורין מלשלם *immunes ſunt a ſolutione*, ſi furto ablatum comederint poſt mortem patris, ut non amplius extet, tum non tenentur ad ſolutionem, quia illi non furati ſunt; & bona eorum non ſubjecta ſunt poteſtati creditorum. Verum, ſi non comederunt, & id quod furto ablatum eſt adhuc exiſtat, tenentur ad ſolutionem.

ואם היה דבר שיש בו אחריות *ſi aliquid fuerit, in quo ſit rerum evictio*, id eſt, ſi pater reliquerit bona quæ ad reſtitutionem tenentur, ut fundus, tum filii ſolutione tenentur, etſi ea jam comederint; hoc ſenſu in Gemara explicatur hæc Miſna. Cæterum reſpectu deciſionis juris noſtri, is qui ſurripuit, & id ipſum filiis reliquit, ſive comederint antequam poſſeſſores bonorum ſuorum ſpe deſtituti fuerint, ſive comederint poſtquam ſpe reſtitutionis deſtituti fuerint, ſolvere debent de bonis quæ reliquit eorum pater, tam de mobilibus quam immobilibus bonis; nam jam pupillorum bona mobilia creditoribus ſubjecta ſunt. At ſi fur nihil reliquerit, & filii comederint furto ablatum antequam poſſeſſores ſpe reſtitutionis deſtituti fuerint, ſolvere tenentur de bonis ſuis. Si vero comederint poſtquam ſpe reſtitutionis deſtituti fuerunt, non tenentur de bonis ſuis ſolvere, niſi pater iis reliquerit bona.

אין פורטין *non commutant ſiclos pro numulis.* לא מתיבת המוכסין *neque ex arca publicanorum*, ſi numulos ſumpſerit ex arca in qua veſtigalia collegit.

ולא מכיס של גבאין *neque e ſacculo quæſtorum ærariorum*, ſi ſunt regis quæſtores, qui pro capitibus exigunt tributa & vectigal, quia inſtar rapinæ ſunt. Sed hoc intelligendum eſt de publicano gentili, aut publicano Iſraelita, quorum poteſtas a rege non limitata eſt, ita ut pro lubitu exigere poſſit vectigal. Sed publicanus Iſraëlita, etiamſi a rege gentili conſtitutus ſit, qui exigit vectigal determinatum, non reputatur fur; & propterea illius nummos pro aliis commutare licet. Et hoc non ſolum, ſed prohibitum eſt etiam juri illius ſe ſubtrahere, quia jus regis pro jure haberi debet. מתוך ביתו *in domicilio ſuo*, in domicilio publicani qui fur habetur. או מן השוק *aut in foro*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc duobus nititur fundamentis, quorum unum eſt quod bona mobilia non ſubjiciuntur creditoribus; ſecundum eſt, quod id quod verbo tantum mutuo datum eſt, nequeat exigi ab hæredibus; ſed juxta duo hæc fundamenta non eſt deciſio. Cæterum fundamenta ſecundum quæ jam judicamus, ſunt, quod bona mobilia ſubjecta ſunt creditoribus, ut ea repetere poſſint, & quod debita exigi poſſunt ab hæredibus. Et caſus de fure habetur ut debitum quod verbo factum eſt, propterea ſi quis ſurripuit & filiis id ipſum comedendum dedit, filii tenentur de reſtitutionis quocunque modo id fiat, ſive poſſeſſores ſpe reſtitutione deſtituti fuerint, ſive non; ſive fur reliquerit mobilia bona, ſive agrum reliquerit, ut inde reſarciatur damnum. Cæterum, ſi pater nihil reliquerit, & poſſeſſores ejus quod furto ablatum eſt reſtitutionis ſpe deſtituti fuerint, filii non tenentur ad reſtitutionem; at, ſi comederint, tantum ſolvere tenentur id quod comederunt antequam ſpe deſtituti fuerint, ſi vero gentilis fuerit publicanus, aut Iſraëlita fuerit publicanus cui vectigalis modus non exacte præſcriptus eſt, ſed quia ea gaudet libertate ipſi a Rege conceſſa ut pro lubitu vectigal augere poſſit, hic cum fur ſit in hujusmodi re, nihil nummis iſtis efficere poteſt, vel eos commutare, quia fur reputatur, & omnes hi nummi reputantur, furto ſurrepti; neque eleemoſynas de iſtis nummis recipiunt. Sed cum eos quos domi habet nummos commutaverit, aut de iis eleemoſynas receperint in foro, cum ipſi arca numularia non eſſet ad manus, licet; & hoc Miſna vult quando dicit, מתוך ביתו או מן השוק *in domicilio ſuo, aut in foro.* Sic etiam non commutant numulos quos habet diaconus eleemoſynarum, ſuſpicionis gratia, ne is habeatur ſuſpectus quod debita ſua ſolvit nummis eleemoſynarum, quando eum quis viderit nummos ſolventem qui non vidit eum nummos accipientem. Cæterum tibi dixi, quod ſi Iſraëlita fuerit publicanus, & vectigal non auxerit ſupra id quod Rex impoſuit, neque diminuerit, non ſit fur habendus; eo quod nobis fundamentum eſt, quod judicium Regis habeatur judicium.

ſi num-

ſi nummi ejus fuerint in foro aut in domicilio ejus, non in arca vectigalibus deſtinata. Si quis ergo publicano debuerit פרוטות *numulos* pro dimidio denarii, & ipſi non fuerint פרוטות, denarium argenteum ei ſolvet; & ab ipſo recipiet פרוטות pro valore dimidii, etiamſi ipſi dederit ex area in qua aſſervantur nummi vectigalis, quia ſe res habet perinde ac ſi reliquos numulos a damno liberet.

(1) L'EMPEREUR. *Reliquit coram ipſis* (ut eſt in textu originali) ſynecdochicè accipitur: nimirum ac ſi dictum fuiſſet, reliquit ipſis poſt mortem, ipſique tum comederunt. Synecdoche è verbis præcedentibus, quibus de alimento agitur, innoteſcit: ut ibi legitur, *filios ſuos cibat*; ſic hoc loco de relicto cibo agitur, quo poſt mortem patris cibantur.

(2) Hi reſtitutionem non debere judicantur; niſi parens fundum reliquerit. Verum, uti in Jad Chazaka & alibi docetur, הלכה, *conſtitutio* ex authoris iſtius mente, qui Miſnam tradidit, non obtinet. Ad hunc modum Maim. c. 5. גזילה, ſect. 6. חייבים לשלם בין אכלו בין לא אכלו בין נתיאשו בין לא נתיאשו בין מן הקרקע בין מן המטלטלים שהניח, *Rependere debent, ſive ederint; ſive non ederint* (ſed poſt patris obitum etiam habeant;) *ſive animum deſponderint* (proprietarii;) *ſive non deſponderint animum: cum de fundo; tum de mobilibus quæ dereliquit.* Idque hoc fundamento, quod poſteriores doctores ſtatuerint שהמטלטלין משתעבדין לבעל חוב, *mobilia etiam creditori oppignerari*; non ſolos fundos: quos iſta tamen nota diſtinguere à mobilibus ſolent, uti è ſequentibus patebit. Sed ubi pater raptor nulla bona filiis reliquit, filiique quod raptum erat comederunt; ſiquidem antequam proprietarius deſperavit de recuperatione, tenentur: ſin poſtea, non tenentur. Ratio, quia tum ſola actio in perſonam raptoris, ſi ſupereſſet, fuerit reliqua: etenim iſtam deſperationem, qua proprietarius, rem amiſſam ſe recuperaturum, omnem ſpem abjicit, aliquo modo eam occupantis facere judicant. Quemadmodum in jure Romano non idem, ſed ſimile quid legitur ff. 47. t. de furtis l. 44. §. 5. *Quod ſi dominus id dereliquit, furtum non fit ejus, etiamſi ego furandi animum habuero. Nec enim furtum fit, niſi ſit cui fiat. In propoſito autem nulli fit: quippe cum placeat Sabini & Caſſii ſententia, exiſtimantium ſtatim noſtram eſſe deſinere rem, quam derelinquimus.*

(3) Deinde Miſnæ author hoc ſibi voluit, tum demum raptum reſtituendum à liberis, ſi hujuſmodi quid hæreditatis jure à patre raptore accepiſſent, שיש בו אחריות, *in quo eſſet rei evictio.* quod nihil aliud eſt, quam ſi dixiſſet קרקע, *fundus*, vel domus ac ſimilia, quæ loco moveri non poſſunt: quæ immobilitas quum præcipuè in fundo ſpectetur, fundi nomine iſta immobilia bona indigitare ſolent. In fundo autem אחריות, *evictio* eſſe agnoſcitur: quia ſi quis inter Iſraëlitas ubi debendi reus eſſet, alteri agrum vendidiſſet, nec eſſet ſolvendo; is cui debebat, rei ſibi debitæ evictionem in agro alteri vendito reperiebat. Ideoque ager dicebatur res שיש בה אחריות, *in qua eſſet rei evictio*, ut loquuntur juriſconſulti: quippe quæ creditori ſecuritatem præſtaret, quum rem ſibi debitam in agro debitoris, licet ad alterum poſt contractum debitum venditione tranſlato, quæreret & inveniret. Ni enim ſibi ſatisfieret, agrum ejuſve partem ſibi vendicabat: pariterque in aliis immobilibus ſua perſequebatur. Conſule Obadiam de Bartenora ad ſectionem 5. ca. 1. Cod. Kiddouſchin.

(4) Conſtat è Cod. *Maaſar ſcheni*, c. 2. ſiclum in minimos æreolos, & contra æreolos in ſiclum permutari ſolitos: nam qui ſecundas decimas ad urbem ſanctam afferebant, ut onus eſſet levius, æreolos cum ſiclo permutabant; contra qui ſiclos eò detulerant, ut ex lege Deut. 14. verſ. 26. minima etiam emere commodè poſſent, ſiclos æreolis commutabant. Hinc autor noſter, ne in iſta frequenti permutatione, inprimis ad ſacros uſus deſtinata, numiſmata abuſu contaminata recuperentur, nonnullis interdixit. ubi פרט pro commutare uſurpatur, quia in hac actione פרוטות, *æreoli* tradebantur, vel recipiebantur. Primò publicanorum numi rejiciuntur. Verum inter publicanos diſtinguendum eſſe Gemara hoc loco obſervat, eoſque hic ſpectari, שאין להם קצבה, *quibus exactio determinata non eſt*; ſed redemptis vectigalibus & ſimilibus, quantum poſſunt extorquent, modo redemptionis ſuæ ſummam magiſtratui ſolvant: unde in eadem Gemara מוכס נכרי, *publicani peregrini*, utpote in Judæos magis auſteri, mentio fit. Omnes enim publicani non erant Iſraëlitæ, nec omnes Ethnici; ſed quidam, docente nos Gemara. unde verbis Servatoris Matth. 18. verſ. 17. *ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης, Ethnicus & publicanus* diſtinguuntur: quod multi publicani non eſſent Ethnici. Et quemadmodum in Miſna præſenti מוכסין, *publicani*, pro injuſtis publicanis ponuntur, quia utplurimum quantum poſſent exigebant, (quod iſta univerſali formula, dum eos ſimpliciter publicanos vocant, teſtantur;) ſic etiam Servatorem loco citato publicanum pro impio & injuſto publicano accipere, tota docet oratio: & quidem jure, docet Miſna. Ex iſtorum publicanorum arca numos commutari non ferebant conſtitutiones Judaicæ, לפי שהם של גזל, *quia erant ipſius rapina*, id eſt, quod veluti per rapinam extorti eſſent. Ab aliis publicanis accipere permittebant, ſiquidem דינא דמלכותא דינא, *jus regium eſt etiam jus*, ut dicitur in Gemara: quaſi dicas, quod rex vel magiſtratus ſibi pendi exigit, id jure fieri ſubditi exiſtimare (ut eſt revera) debent. quo dicto, Servatoris apud Matth. 22. 21. ſententia approbatur, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Si itaque publicani nihil niſi conſtitutum exigerent, eorum numos ut juſtos admittebant Judæorum magiſtri, & quin probos publicanos in republica habere poſſimus, minime negant. Quemadmodum Johannes ipſis publicanis, quid ſibi agendum eſſet, quò viam vitæ calcarent, percunctantibus reſpondebat, Luc. 3. 13. *Nihil amplius quam quod conſtitutum eſt vobis exigite*, ubi vox *διατεταγμένον*, Talmudicæ קצוב, *conſtitutum* (de qua ſuperiore columna) omninò reſpondet. Ita paſſim N. Teſt. dicta cum Talmudicis convenire identidem obſervamus.

(5 Par judicium de גבאי, *quæſtore ærario*, ut ſi injuſta exactione populum gravet, ejus numi reſpuantur; ſin minus, admittantur. Sed in vocis interpretatione non conveniunt Ebræi: quidam quæſtorem regium eſſe affirmant, cujus eſſet cenſum & tributum regis nomine à ſingulis recipere. Secundum aliam ſententiam גבאי, *quæſtor* eſt גבאי צדקה, *quæſtor religioſus*, qui eleemoſynas colligit: è cujus ærario numos, ad effugiendam ſuſpicionem, accipere non liceat: nam qui ex illo ærario accipientem obſervaſſet, nec quid prius ad permutandum dederat attendiſſet; è ſacris bonis eum debita officia in decimis ſecundis comedendis & ſimilibus peragere, facile crederet. verum prior expoſitio magis placet.

(6) Publicanus & quæſtor ex ſuis ædibus ſumere permittitur: ſive potius, qui pecuniam permutare cupit, ab ipſis domo ſua numos depromentibus accipere permittitur. par eleemoſynæ ratio.

(7) Similiter ſi foris alicubi ſint in loco publico (non tamen apud arcam ſuam publicam) eleemoſynas &c. ab iſtis publicanis & quæſtoribus accipere licet. Alia quæ affertur expoſitio durior eſt; hæc magis placet: ſtatutique hæc videtur cauſa, quod interdictum in infinitum dilatari noluerint. Objici quidem potuiſſet, numos ex arca illa in ædes forte allatos, ſimiliterque ex eadem in forum portatos fuiſſe: ideoque verendum ne iſti numi quos recipere permittunt, iidem ſint cum illis, quibus Magiſtri interdixerant. Sed ultra arcam illam publicanorum & quæſtorum loculum nos inquirere noluerunt: quia de quavis pecunia dubitari poſſet, an non ab illis per emptionem variarum rerum profluxiſſet. Ita ſemper dubii hæſiſſent. Quod ſtatutum politicum attinet ſupra ad prima Miſnæ verba propoſitum, Quo Miſna correcta fuit; ſimiliter ſtatuunt juriſconſulti Romani: puta liberos plerunque conveniri de rapto poſſe, ut à raptoris liberis quod ille rapuerat exigatur. Vide ff. l. 47. t. 8.

le. 2. §. fin. *An* (actio rapti) *in id quod locupletiores facti ſint, dari debeat; videamus. Et ego puto ideo prætorem non eſſe pollicitum in hæredes in id quod ad eos pervenit, quia putavit ſufficere condictionem.*

§. 2. *Raptum tibi pro re erepta datum, fieri tuum. In aliis multis deſperationem manifeſtam prærequiri. Repetentem ſua, ſi lædat alium, teneri. Ann.* (1) *יאוש*, *שנוי רשות*. *& quomodo ex eorum fundamento, raptum ad tertium tranſlatum, ipſius fiat. Nam dominii tranſlationem etiam rem alienare.* (2) *Conciliatio Miſnæ, ex latronum diſtinctione. Cuthæi. Judicare* באומדנה. *Evictionem præcidi derelictione, ex leg. Rom.* (3) *Apum examen qui occupantis fiat: apium fera natura; non gallinarum: etiam ex jure Rom.* (4) *Teſtimonium mulieris & pupilli.* (5) *Amplius de eo qui ſua repetit cum alterius damno.* (6) *Miſna cum jure Rom. confertur.*

ב נטלו מוכסין את חמורו ונתנו לו חמור אחר גזלו ליסטים את כסותו ונתנו לו כסות אחרת הרי אלו שלו מפני שהבעלים מתיאשין מהן המציל מן הנהר או מן הגיים או מן הליסטים אם נתייאשו הבעלים הרי אלו שלו וכן נחיל של דבורים אם נתייאשו הבעלים הרי אלו שלו אמר רבי יוחנן בן ברוקא נאמנת אשה או קטן לומר מכאן יצא נחיל זה ומהלך בתוך שדה חבירו להציל את נחילו ואם הזיק משלם מה שהזיק אבל לא יקוץ את סוכו על מנת ליתן את הדמים רבי ישמעאל בנו של רבי יוחנן בן ברוקא אומר אף קוצץ ונותן את הדמים:

2. Si publicani ſumant alicujus aſinum, eique alium aſinum reſtituant; latrones veſtem cujuſdam rapiant, eique veſtem aliam reſtituant, ecce hæc ipſius ſunt (1): quia proprietarii de iſtis deſperant. Si quis eripiat è flumine, ab exercitu, aut (2) latronibus; quum proprietarii deſperant, hæc ipſius ſunt. Similiter examen apum, ſi proprietarii deſperent, (3) occupantis eſt. Ita inquit D. Johannes filius Berokæ, creditur (4) mulieri & pupillo dicenti, Hinc evolavit iſtud examen & in medium proximi agrum penetravit: quò alter ſuum examen repetat. Quod ſi (5) lædat, rependit quantum læſit: ſed non præcidit ramum ejus (6) hac conditione ut pretium reſtituat. D. Iſmaël filius D. Johannis filii Berokæ permittit etiam ut præcidat, & pretium reſtituat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי אלו שלו *ecce hæc ſunt ipſius*, putamus enim quod poſſeſſores ſtatim eorum ſpe deſtituti fuerunt, & quod propterea illa acquiſivit mediante hac deſperatione eorum, & mutatione juris.

אם נתיאשו הבעלים *ſi poſſeſſores de eo deſperaverint*, ſi raptor audiverit quod poſſeſſores deſperarunt dicentes, *heu damnum meum!* Sed ſine ejuſmodi expreſſione, non pertinent ad ipſum. Nam principium Miſnæ, quod videtur ſimpliciter loqui de deſperatione poſſeſſorum, loquitur de latrone Iſraëlita; nam quandoquidem judices Iſraëlitæ præcipiunt ut teſtes adducantur, qui probent, poſtquam latrones illud ſurripuerunt, poſſeſſores deſperaſſe. Finis vero Miſnæ loquitur de latronibus gentilibus, nam judices gentiles ex conſideratione judicant ſine teſtibus & ſine probatione; & propterea is cui inter eos quid ſurripuit, non ſtatim deſperat, idcirco ſi audiverit is qui a raptoribus quid receperit, id ad ipſum pertinet quod poſſeſſores deſperaverunt; ſed non, ſi ſimpliciter rebus ſuis careant. נחיל של דבורים notat congregationem apum cum rege ſuo. אבל לא יקוץ את סוכו *Sed non præcidit ramum ejus*, ſi examen apum conſederit in ramo proximi, & timuerit apes ſingulas capere, ne aufugiant, non præcidet totum ramum, etiam cum intentione ſolvendi pretium; deciſio non eſt juxta R. Iſmaël.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neque fœmina, neque minorennis in hoc caſu fide dignus eſt, niſi ſimpliciter locutus fuerit, ſine intentione teſtimoni præbendi, quemadmodum de gentili in caſu teſtimonii fœminæ in tractatu Jebhammot ſtatuimus.

נחיל של דבורים *examen apum*, ita vocatur congregatio apum cum rege ſuo, uti notum eſt: cæterum deciſio non eſt juxta R. Iſmaëlem filium R. Jochanis filii Berocæ,

(1) L'EMPEREUR. Duo in bonis transferendis expendunt Judæi: יאוש, *deſperationem*, qua proprietarius animum de recuperatione deſpondet; ac præterea שנוי רשות, *mutationem dominii*, qua res alteri erepta, iterum ad tertium transfertur. Quæ duo, ſi tertius ille prioris peccati nullo modo ſit conſcius; ut bona hujuſmodi retinere poſſit, ſaltem pretium ei reſtituendum ſit, efficere tradunt: ita quidem ut ob ſolam illam dominii tranſlationem, proprietarius pretium, quod tertius ille dederat, reſtituere teneatur; ob antecedentem autem proprietarii deſperationem, ei qui ultimò accepit liceat, vel ſimpliciter retinere, vel ſaltem ſi valorem domino reddat: pro diverſa Doctorum ſententia. vide Maim. c. 5. גניבה & c. 6. גזילה; inprimis Choſchen Miſchpat ad Num. 369. Hinc ſectionis præſentis verba lucem accipiunt: nam publicani iidem ſunt cum præcedentibus, ſcilicet impii ac improbi, à quibus non magis quam latronibus ſe ſua recuperaturos ſperant proprietarii. Ideoque ſi publicani vel latrones tuum pecus vel aliud quid auferentes, aliud illius loco reſtituant, quod ab illis accipis retinere licet: quia iſta permutatio eſt, שנוי רשות, *dominii tranſlatio*, & veluti venditio; quam præceſſit dominorum deſperatio, qui ſcilicet bovem vel veſtem aliave ſibi erepta tibique poſtea tradita ſe recepturos non credebant: utpote qui publicanorum iſtorum & latronum conditionem perſpectam haberent. Ubi obſervandum eſt, (inquiunt Ebræi) de latronibus Iſraëlitarum ſermonem eſſe: quandoquidem enim Iſraëlitæ nonniſi interveniente teſtium teſtimonio ſententiam dicunt, Iſraëlitæ omnem recipiendi ſpem abjiciunt; utpote quibus teſtium in hoc facto penuria ſatis conſtet.

(2) Quocirca in altero membro, ubi denuò latronum mentio fit, quò ſubjuncta conditio ſpectet, obſcurum non eſt. Antea abſolutè à latronibus permutata tibi aſcribebantur; jam vero ſub conditione ſi proprietarii deſperent: cum tamen illic deſperatio tanquam certa pro fundamento præſtrueretur. Verum illic de aliis latronibus quam hoc loco agebatur: hic Gentilium latrones ſpectantur, à quibus bona reſtitutum iri, nonnulla ſpes eſt. Gentes (vel Idololatræ, vel Cuthæi, ut loquuntur, quorum complexu etiam Chriſtianos comprehendunt) judicare etiam באומדנה, *per conjecturam* ſolent: ſi deficiant teſtes, alia argumenta expendunt, quibus ſagacitate quadam & conjectura verum eruere allaborant. Unde proprietarii majorem ſpem concipiunt: quia ſi deſunt teſtes quibus latrones convincantur, aliæ rationes verum aſſequendi non deficiunt. Quapropter cum יאוש, *deſperatio* incerta ſit, ac te lateat; illa bona tua cenſe-

tenſere, licet illo modo jam dicto acceperis, non debes, niſi prius de antecedenti deſperatione conſtet. De qua deſperatione etiam Num. 2. ad præcedentem Miſnam dixi, eamque lege 44. §. 5. ff. de furtis, illuſtravi. Huc etiam non male revocabitur l. fin. ff. de evictionibus. *Si alienam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti auctoritatem id eſt actionem pro evictione placet.* Ubi derelictio cum יאוש, *deſperatione*, conferenda: nam illa, quemadmodum hæc, evincendi actionem aufert. Plura iſto titulo occurrunt, quæ ad Judæorum in hac materia conſtitutiones à lectoribus revocari queunt.

(3) Ex eodem fundamento Ebræorum hoc de apum examine placitum profluit. Apes alveariis relictis aliò ſæpe avolare ſolent; idque dum fit ignorantes proprietarii, ubi quærere debeant ignorant; adeoque de recuperatione animum deſpondent: quæ cauſa eſt, ut fiant occupantis. Quemadmodum inſtit. l. 2. t. 1. §. 14. legimus. *Examen quod ex alveo tuo evolaverit, eouſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eſt, alioquin occupantis fit.* Alveus pro alveario hic adhibetur. Ratio illius placiti initio paragraphi ponitur, *Apium quoque feræ naturæ eſt:* ſicuti Maim. c. 6. גזלה ſect. 14. הדבורים אינן ברשותו של אדם כמו תרנגולין ואווזים, *Apes non ſunt in hominis poteſtate ſicuti gallinæ & anſeres.* Hoc exemplo utitur, ſiquidem gallinæ & anſeres ad feræ animalia non pertinent: Inſt. t. eod. §. 16. *Gallinarum autem & anſerum non eſt feræ natura.*

(4) Porrò cum proprietarius rem ſuam, ſive examen apum perſequitur, mulieris vel pupilli indicio quò avolaverit ſubinde liquet. Unde quæritur in Gem. אשה וקטן בני עדות נינהו, *mulier & pupillus an teſtari poſſunt?* num in judicio eorum teſtimonium recipitur; Deinde reſpondetur, qua ratione quove modo id fiat. הכא כמאי עסקינן כגון שהיו בעלים מרדפין אחריהם ואשה וקטן כסיחים לפי תומם ואום מכאן יצא נחיל זה, *Hoc loco quo in caſu verſamur? veluti, quum dominis apes perſequentibus, mulier aut pupillus profert ex animi ſimplicitate, atque indicat, Hinc egreſſum eſt hoc examen.* Hoc pacto coram tribunali quidem non teſtantur; niſi quod ultro & ſponte ſua occurrentes proprietarios & in rem ſuam inquirentes, monent & inſtituunt, unde & quò apes evolaverint, quod non rejiciunt judices.

(5) Eo vero caſu ſuum examen proprietarius recipit; ea tamen lege ut ab apibus vel à ſe, dum examen perſequitur & capit, illatum damnum præſtet: idque ſecundum communem de illato damno doctrinam, in ſuperioribus variè propoſitam.

(6) Si tamen in ramo alterius tuum apum examen conſederit, non eſt quod dicas, vereor ליטלן אחר אחר שלא יברחו, *eas ſigillatim auferre, ne avolent*; ideoque totum ramum abſcindam, ut omnes ſimul auferens in alveare meum colligam. Id prohibentur etiam Pomponii verbis in generali iſta juris regula 206. *Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.* Tu apes amiſeras, ideoque eas recuperans locupletior redderis; & quidem cum alterius detrimento, ſi integrum ramum ex alterius arbore amputes.

§. 3. *Quando emptor rei furtivæ pretium recipiat: quando rem furtivam retineat. Ann. (1) Conditiones in recipienda re furtiva. (2) Pleroſque evictionem rei in furto concedere; alios, proprietario pretium reſtituendum.* תקנת השוק, *quid? de quo & tertia nota. Ementem à noto fure, rem gratis reſtituere; alii, proprietario reſtituendum pretium. Rem furtivam poſtquam dominus animum recup. deſpondit, non reſtituendam. Maimonidæ tribui ſententias contrarias. Rei furtivæ retentio & reſtitutio ex jure civ. Roman. In quo, rei furtivæ pretium à venditore exigi. Eodem jure, rei furtivæ perſecutionem habere dominum. Recipiens rem furtivam, an pretium ſolutum rependat, ex l. Roman. Rem furtivam pignori datam nonniſi reddita pecunia recipi, contra jus civ. Rom. præcipiunt Magiſtri.* (4) לקח. (5) *Phraſis* לא כל הימנו *fuſe exponitur. Negatio univerſali particulæ præpoſita. Vox non tam rem, quam rei ſignificatæ debitum denotans. Lex Num. 35. 28. ad Chriſtum relata. In Rabboth qui illuſtretur Gen. 11. 4.*

ג המכיר כליו וספריו ביד אחר ויצא לו שם גניבה בעיר ישבע לו לוקח כמה הוציא ויטול ואם לאו לא כל הימנו שאני אומר מכרן לאחר ולקחן זה הימנו :

3. Qui vaſa & libros ſuos in alterius manu agnoſcit, ſi de eo rumor urbem pervadat, (1) ei factum eſſe furtum; emptor juratus quantum dederit, (2) id recipiet. ſi rumor non ſit, (3) id nullo modo fiet: dicam enim, ipſe (4) iſta alteri vendidit, atque hic iſta ab altero accipit, ſive emit.

R. OB. DE BARTENORA.

המכיר כליו וספריו וכו׳ *qui vaſa & libros agnoſcit &c.* Miſna hæc tractat de eo qui non ſolet vendere vaſa; nam cum de illo rumor furti urbem pervaſerit, & teſtes fuerint quod illa vaſa, & libri ad eum pertinebant, non ſuſpicamur fieri poſſe ut ea vendat.

ישבע לו לוקח כמה הוציא *jurabit ei emtor quantum dederit*, nempe, ſi vaſa reſtituerit, & antequam poſſeſſores de re ſua deſperaverint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ jus intelligendum eſt de eo qui non ſolet ea vendere vaſa, de quibus dicit quod furta ipſi abrepta ſunt, ita ut rumor totam pervaſerit urbem. Nam non neceſſe eſt ut dicamus duos teſtes requiri qui teſtentur ea vaſa ad ipſum pertinere, & ad ipſum pertinere libros, quia res clara eſt. Verum ſi ſoleret vaſa & libros vendere, non judicamus ſecundum hoc jus, niſi nonnulli homines cum eo dormiverint, & ante matutinum tempus parietem ejus aperuerint, & homines illi qui cum eo dormiverint domi, per iſtam parietis aperturam aufugerint, nec non vaſa & libri patrisfamilias in poteſtate eorum inventa fuerint, tum ſententiam ſecundum hoc jus pronunciant. Jam aliquoties diximus, quod ubicunque dicat שבועה *juſjurandum*, intelligendum eſt de jurejurando Legis, & non Sapientum.

(1) L'EMPEREUR. Ut quis ſua bona in alterius manu deprehenſa recipiat, rumorem Miſnæ author requirit, quo fama iſti viro aliquid furto ablatum fuiſſe ferat: alioqui eum bona ſua vendidiſſe dicerent. Præterea aliam in iſto viro conditionem magiſtri exigunt, ne hujuſmodi res vendere ſolitus ſit: etenim venditione rem alienatam exciperent.

(2) Aliàs rem furto ablatam à poſſeſſore recipiet, ſi tamen quanti emerit poſſeſſor, proprietarius ipſi reſtituerit. Nam rei evictionem in furto concedunt: quamvis in hac re magiſtrorum ſententiæ varient, quas in materia frequentiſſima diſcrepantes breviter proponam; brevitatique ſtudens prolixos diſcurſus contraham: quorum ſumma capita in Choſchen Miſchpat num. 356. & Maim. Cod. גנבה c. 5. ſect. 3. invenire eſt. Si antequam proprietarius recuperandi ſpem amiſit, rem furtivam quis emerit, eam domino recepta quam expenderat pecunia reſtituere tenetur (reſtitutio autem pretii præcipitur משום תקנת השוק, *propter fori correctionem*, id eſt, quò ad juſtitiam revocetur quod publicè in foro geſtum, uti fere enarrat S. J. f. 114. Bab. Kam. alioqui venditio & emptio impedirentur:) niſi à noto fure emerit; tum enim gratis rem furtivam emptor reſtituit. Et hactenus quidem fermè conveniunt. verum ſi proprietarius animum recuperandi deſponderit, ſive ante,

ante, ſive poſt venditionem, Maimonides loco annotato rem furtivam reſtituendam negat, & ſi publicè furem eſſe venditorem conſtiterit, pretium proprietario ab emptore dandum; ſin furem eſſe vulgò ignoratur, nihil dandum pronuntiat. Melius tamen & juri convenientius D. Jacob loco citato: qui duas proponens ſententias, priori loco ſecus ſtatuit, hancque eſſe Maimonidæ mentem dicit; ſi de fure vulgò conſtet, ſcilicet eſſe גנב מפורסם, *furem famoſum*, emptori nihil à proprietario rem furtivam recipiente reddi; ſin minus, id eſt, ubi venditorem furem eſſe vulgò non innotuit, ſolum pretium ab emptore reddendum eſſe proprietario. Poſteriori loco alium citat, qui poſtquam proprietarius de re deſperavit, ipſi ab emptore nullo caſu rem reſtitui affirmat. quod etiam admodum durum eſt. Si Maimonides ſcripſit, quod R Jacob eum ſcripſiſſe affirmat, ipſius ſententia ſatis æqua videtur. Sed antiquiſſimus in membrana nitidiſſimè conſcriptus codex (cujus aliquoties mentionem injicio) illam Maimonidæ attribuit ſententiam quam etiam ex impreſſis codicibus expreſſi; non quam R. Jacob ei aſcribit. Hoc quidem verum eſt, in manuſcripto nonnulla deeſſe, quæ in utriuſque impreſſionis exemplaribus reperiuntur; ſed eorum defectus illi Maim. ſententiæ nihil derogat. Etenim cum illo caſu emptor quas emit merces retinere dicitur, & nonniſi pretium proprietario rependere ſi eas à famoſo fure emiſſet; poſterius illud membrum in manuſcripto deficiens, quo merces abſque compenſatione retinere ſtatuitur, ſi ab alio quodam emiſſet, ſubintelligi omninò conſtat. Porrò alia ſententia, quam R. Jacob priori loco expreſſit, cum Rom. jure quodammodo convenit. Si emptor ab eo emerit quem furem ignoravit, obligatio ac emptio vim ſuam habet: ſimiliter ff. 18. t. 1. le. 34. §. 3. *Quod ſi venditor ſcivit* (ſcilicet rem furtivam eſſe) *emptor ignoravit: utrinque obligatio contrahitur.* Et quemadmodum illic in R. J. verbis certo caſu reſtitutio rei ipſius urgetur, ita tit. eod. l. 28. *Rem alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt. nam emptio eſt & venditio: ſed res emptori auferri poteſt.* Etenim ut inquit Gloſſa, *Nobis invitis non debet alius noſtras res retinere.* Ut in illis agnoſco quandam ſimilitudinem; ita nec diſſimilitudinem nego. Similitudo major Cod. li. 4. initio t. 51. *Si præſidi provinciæ probatum fuerit, Julianum nullo jure munitum ſervos tuos ſcientibus vendidiſſe; reſtituere tibi emptores ſervos jubebit. Quod ſi ignoraverint, & eorum facta ſint; pretium eorum Julianum tibi ſolvere jubebit.* Hic vides ſi emptor illegitimam venditionem cognoſcat, rem ſine pretio domino reſtituendam; ſin ignoret, rei pretium domino rependendum. Idem in R. J. verbis Maimonidæ aſcriptis: niſi quod illic pretium ab emptore, hic à venditore quia notus & ſolvendo eſt, exigatur; deinde hic in Cod. verba *& eorum facti ſunt*, de uſucapione accipiat gloſſa; illic verò abſolutè, etiam extra uſucapionem, res emptori manere & pretium proprietario reddendum dicatur. Secus in Cod. faciendum præcipitur, uti t. eod. l. 6. oſtenditur. *Nemo res ad te pertinentes, non obligatas ſibi, nec ex officio vendendi poteſtatem habens diſtrahendo, quicquam tibi nocere potuit.* nempe quibuſdam caſibus exceptis. Itaque quod Judæorum Doctores ſtatuunt, ſi quis à fure quid emerit ſincero & ſimplici animo, antequam proprietarius de recuperatione animum deſpondit, puta rem ab emptore, recepto pretio, eſſe reſtituendam domino cui erepta erat; idem in genere Romanæ leges conſtituunt. Unicum tantum paragraphum eumque fin. t. 1. l. 4. Inſt. producam. *Ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo poteſt auferre. Sed rei vindicatio quidem adverſus poſſeſſorem eſt, ſive fur ipſe poſſidet, ſive alius quilibet; condictio autem adverſus furem ipſum, hæredemve ejus, licet non poſſideat, competit.* De pretio tamen reſtituendo contrariæ leges proferri ſolent; quas conciliare allaborant. ego pro utraque ſententia ſingulas leges propoſuiſſe contentus, ad alia pergam. Cod. l. 2. tit. 20. §. 3. *Si vi vel metu fundum avus tuus diſtrahere coactus eſt, etiamſi maxime emptor eum alii vendidit; ſi tamen tu avo tuo hæres extitiſti: ut tibi reddito à te pretio reſtituatur, poſtquam placuit in rem quoque dari actionem ſecundum formam perpetui edicti, adito præſide provinciæ poteris poſtulare.* Contra Cod. li. 6. t. 2. l. 2. *Incivilem rem deſideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium fuerit ſolutum à dominis.* Huic Severi & Antonini placito quæ repugnant, ita conciliantur: in iis de pretio agi quod in utilitatem proprietarii converſum erat, ideoque ab ipſo ſolvendum. Ex hiſce Judæorum injuſtitia palam fit, qui rem furtivam pignori datam nonniſi pecunia reddita, repeti poſſe contendunt. Ita in Gemara hujus Codicis f. 114. p. 1. משכנתא שוי מאתן במאה עשו בו תקנת השוק שוה בשוה ... הילכתא עשו בו תקנת השוק, *Si pignus valeat ducentis & pro eo centum acceperit* (fur,) *in eo fori correctionem faciunt*, (id eſt, quod palam fecit, ad æquitatem uti cenſent revocant, ut proprietarius non recipiat pignus, niſi illis centum perſolutis.) *ita quum æquivalentem ſummam pro eo accepit, conſtitutio ac conſuetudo fert ut in eo idem fiat.* Hæc obſcuriora ſunt: ideoque Maimonidæ verbis c. 5. גניבה ſect. 6. illuſtranda. משכן הגניבה בין שמשכנה ביתר על דמיה או בפחות מדמיה הבעלים נותן לבעל המשכן, *Ubi quis rem furtivam pignori dedit, ſi eam oppigneravit ſive ſupra pretium, ſive infra pretium, proprietarii ſummam pigneratori reddere tenentur.* Idem in Choſchen Miſchpat num. 356. lit. ה. Melius Imperatores Cod. li. 8. t. 16. ſub initium, quum de pignore agitur. *Si tamen pecuniam creditores in rem domini verſam conſtabit, non inutilis erit exceptio, duntaxat quod numeratum eſt, exolvi deſideranti.* Ergo ſi in rem domini verſa non ſit, dato pro pignore pecunia non exolvitur. Cæterum ut eò redeamus, unde digreſſi ſumus: quum in Miſna emptor pretium, & proprietarius rem ipſam recepturus dicitur, author לפני יאוש קבירי, *de eo tempore, quum proprietarius nondum deſperavit, diſſerit.* nam poſtquam dominus animum deſpondit, pretium ad ſummum domino reſtitui exiſtimat.

(4) Verumenimverò ſi rumor, de quo in ſuperiori membro, per urbem non feratur; quod exigitur non fiet: quia ipſe qui de furto conqueritur, forte iſta quæ furtiva dicit, alteri vendiderat, à quo inpræſentiarum poſſidens eadem *emerit* לקח. Hæc vox accipere in genere ſignificans, à Talmudiſtis ſæpe ad emptionem reſtringitur: ut facile lectores obſervabunt.

(5) Difficilior eſt phraſeos iſtius explicatio, qua noſter hoc loco utitur, quæque hic redditur, *id nullo modo fiet.* In textu originali לא כל הימנו, formula obſcurior, ideoque à lexicographis omiſſa: ſaltem eam explicatam videre nondum contigit. loca tamen ubi occurrit in Rabbinorum ſcriptis, eam ignorari non ſinunt; imo vel hæc ſola Miſna ſatis ejus ſignificationem, quam ei in verſione aſſignavi, oſtendit. Aliud ſane ea deſignari nequit: originem tamen & uſum plenius exhibebo. Omnibus quicunque hæc ſtudia tractamus notum, univerſali particulæ propoſitam negationem etiam in univerſum negare: ut לא כל ſignificet quoque *nemo*, & *nihil*. Apud Rabbinos, præſertim antiquiores, הימם in הימנו pro מין, *ex*, uſurpari, compoſitamque vocem הימנו eſſe idem quod ממנו, *ex eo*, notius eſt, quam ut magnopere moneri debebat. Unde tota phraſis לא כל הימנו ſonat *nihil ex eo*, quaſi dicas, iſtius nihil eſt. Vocabula autem quandoque non tam rem ipſam quæ proprie ſignificatur, quam ejus debitum & obligationem notant. Quemadmodum hujus rei manifeſtum habemus exemplum Num. 35. 28. Deus vindicem non teneri pronuntiat, ſi interfeciſſet homicidam invitum, qui cum errore aliquem occidiſſet, è civitate receptus ſui prodiiſſet: nam inquit legiſlator, בעיר מקלטו ישב, *in civitate receptus ſui manebit*, id eſt, manere debet ſive debebat. Nam qui egreditur adeoque interficitur, in urbe non manet; ſed hac formula ipſius officium & debitum oſtenditur, manendi ſcilicet in iſta civitate donec Sacerdos maximus moreretur. qua conſtitutione, gratia noſtri ſummi ſacerdotis J. Chriſti innuebatur; cujus morte libertas nobis parta. Alia exempla non ſubjiciam, licet plura non deſint: ſatis liquet debitum quandoque rei, non rem ipſam deſignari. Hac ratione, לא כל הימנו, *nihil iſtius*, non tantum deſignat, *nihil iſtorum eſt*, vel *nihil iſtius erit*, ſive *nullo modo iſtud fiet*; ſed etiam averſandi eſt formula: quaſi dicas, *Apage iſtam rem*, vel, *Id eſſe ſive fieri nullo modo debet*, ſive, *Iniquum eſt ut hoc vel illud ita ſit aut fiat.* In Rabboth ſive antiquiſſimis collectaneis in Pentateu-

tateuchum fol. edit. Salonic. 31. col. 4. דור הפלג׳ אמרו לא כל הימנו שיבור לו את העליונים וליתן לנו את התחתונים אלא באו נעשה לנו מגדל ונשים ע״ז בראשו ונתן חרב בידה ותהי נראית כאילו עושה עמו מלחמה, *Seculum diviſionis linguarum dicebat, Id eſſe non debet, ut ſibi eligat ſuperiora, detque nobis inferiora; ſed agedum, turrim nobis extruamus, ejuſque ſummitati idolum imponamus, cujus manui enſem inſeramus: ita videbitur ac ſi cum illo bellum gereret.* Hic per לא כל הימנו, *nihil iſtius*, id ſibi voluit author, Non decere, neque permittendum, Deum ſibi cœleſte dominium, omnemque religioſum cultum vendicare. Hujuſmodi ſermo in iſtis Rabboth illius ſeculi hominibus attribuitur. Inde quædam depromens S. Jarchi ad initium c. 11. Gen. eademque utens phraſi, inter alias dicti דברים אחדים, *verba eadem*, expoſitiones & hanc producit, באו בעצי אחרת ואמרו לא כל הימנו שיבור לו את העליונים נעלה לרקיע ונעשה עמו מלחמה, *Idem iniverunt conſilium, id non permittendum, ut ſibi ſuperiora deligat: aſcendamus in expanſum & cum ipſo bellum geramus.* Sed jam plus ſatis de hac Miſna; ut ſequentem expendamus tempus poſtulat.

§. 4. *Effuſo vino ſuo colligens mel alterius effuſum. Aſinum eripiens alterius, neglecto proprio.* Ann. (1) נסדק. *Quæ uno impetu effunduntur, occupantis fieri.* (2) *Pactus pretium vini quis cenſeatur.* (3) *Quæ ratio ut quis ab abſente domino beſtiæ pretium ſtipulatus cenſeatur.* (4) *De* מנה, mina, *ex Ebr. Græc. & Lat. mina Tyria & provincialis. Minam communem pendere libram Colonienſem. Siclus. Aurei 2 Chron. 9. 19. μνᾶ diverſi valoris Heſychio. Drachma Attica. Obolus. Denarius. Chalcus. Ærei aſſes. Mina ſtatim poſt captivitatem uſitata. Denarius poſterioris templi. Sicli Ezech. 45. 12. Kimchi in voce* מנה *reſtitutus. Si quis alterius negotium geſſit, quatenus damnum & ſumptus reſtituantur, ex jur. civ. Rom. Reſtitutionem ab exitu dependere contra illud, ſtatuit Maim.*

ד זה בא בחביתו של יין וזה בא בכדו של דבש נסדקה חבית של דבש ושפך זה את יינו והציל את הדבש לתוכה אין לו אלא שכרו ואם אמר אציל את שלך ואתה נותן לי דמי שלי חיב ליתן לו שטף נהר חמורו וחמור חבירו שלו יפה מנה ושל חבירו מאתים הניח זה את שלו והציל את של חבירו אין לו אלא שכרו ואם אמר לו אני אציל את שלך ואתה נותן דמי שלי חיב ליתן לו:

4. Si ubi unus cum ſuo vini vaſe, alter cum ſua mellis ampulla venit, mellis ampulla rumpatur (1), & ille effuſo vino ſuo, mel in vas ſuum colligat; nihil præter ſuam mercedem habet: (2) at ſi dixerit, Ego tuum colligam, tu verò mihi mei pretium ſolves; alter ei ſolvere tenetur. (3) Si cum flumen cujuſdam aſinum cum proximi aſino inundaret, quorum qui illius erat valebat (4) minam, proximi verò, duas minas, ille ſuo relicto eripuit proximi ſui aſinum; nihil præter ſuam mercedem habet. quod ſi dixerit, Ego tum eripiam, & tu mei pretium ſolves, ipſi ſolvere tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין לו אלא שכרו *nihil præter mercedem ſuam habet*, puta mercedem vaſis, & mercedem operæ ejus. שטף נהר חמורו *ſi flumen inundaret aſinum ejus*, neceſſum erat ut Miſnæ auctor nobis hos duos proponeret caſus, nam ſi primum tantum poſuiſſet, dixiſſemus quod in hoc caſu eſt, quod, ſi declaraverit illi, ſolvet illi totum pretium, eo quod ſuum perdidit in manu ſua, qui vinum ſuum effudit manibus mellis cauſa. Sed in alio caſu res ita ſponte contigit, idcirco dixiſſemus quod ipſi nihil cedit præterquam merces ejus. Si vero nos docuiſſet ſecundum caſum tantum dixiſſemus, quod ſine declaratione ipſi nihil cedit præterquam merces ejus, quia ſponte res ita fit, ſed alio in caſu ubi manus adhibendæ ſunt, dixiſſemus quod etiam ſine expreſſione verborum ipſi ſolvet totum pretium, ideo neceſſitas poſtulabat ut amborum caſuum mentionem faceret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si Miſhæ auctor nos tantum docuiſſet jus de vini cantharo, dixiſſemus, hoc in caſu in quo ſeipſum declaravit, dictum eſſe quod ei ſolvet pretium vini; ſed non idem dixiſſemus de aſino ſuo & aſino proximi ſui, quia non operatur manibus. Si vero nos tantum docuiſſet jus de aſino ſuo, & aſino proximi, dixiſſemus in hoc caſu intelligendum eſſe quod ipſi nihil cedit præterquam pretium ejus, quando ipſi non declaravit, eo quod non operatus eſt manibus ſuis. Cæterum de vino & melle proximi dixiſſemus, quod ipſi ſolvet pretium vini, etſi non declaraverit, quia ope manuum collegit mel. Propterea nos docet Miſnæ auctor jus idem eſſe in ambobus caſibus, ne de hoc diceremus quod ei dicere poſſit, *ego jocor tecum*, quia ejus gratia reliquit ſua bona, & operam dedit illius bonis ad colligendum id quod perdidiſſet; propterea, ſi declaraverit illi, ſolvet ei pretium aſini ejus, & pretium vini illius.

(1) L'EMPEREUR. נסדק eſt quidem *rumpitur*; ſed ex parte tantum: quod *rimas agere* dicimus, quum in fundo vel in lateribus fiſſura excitatur. Ita ampullæ vel lagenæ quadam ſui parte fiſſæ latera ſeparantur ſæpe, & fiſſuras ac rimas admittunt: unde liquor contentus paulatim effluit. Contuſione etiam particulæ quædam excutiuntur, ut per foramina mel, vinum, vel alia deſtillent ac perdantur. Hujusmodi quid hoc loco conſideratur: nec ea ſpectatur fractura, qua mellis ampulla ita conteratur, ut liquor uno impetu in terram effuſus diſpergatur. Eo enim caſu mel ab altero collectum, ipſius eſſe cenſetur: quemadmodum ait Maim. Cod. Abeda c. 12. ſect. 5. אם נשפך הדבש לארץ הרי זה הפקר וכל המציל לעצמו מציל, *Quod ſi mel effundatur in terram, ecce fit commune; & quicunque id ne perdatur ſervat, ſibi ſervat.* Itaque hoc tantum ſpectatur, quid juris ſit, quum ampulla rimas agente mel effluere incipit, aliuſque nihil pactus, lagena aliove vini vaſe evacuato, mel iſtud in vas ſuum recipit ne perdatur: atque hic ſolam laboris & commodati vaſis mercedem aſſignatam habemus.

(2) At ſi pactus ſit pretium vini, quod in alterius gratiam perditur; alter rependere tenetur. Paciſci autem cum hoc, tum ſequenti membro cenſetur, ſi modo ſtipuletur pretium; licet alter non ſpondeat: ſiquidem cum longum colloquium non ferat res ipſa, ſuo ſilentio ſpondere judicatur. Etiam coram tribus viris ſtipulatus, ab altero pretium accipit, ac ſi coram id ipſi dixiſſet. ut in Choſchen Miſchpat & Jad Chazaka plenius exponitur.

(3) Imo in altero exemplo, abſente proprietario, quia ratio ipſa pretioſioris animalis, magis ſatagendum docet, & abſens pretioſioris dominus, aſini vilioris pretium potius ſolvere, quam cariorem amittere velle judicatur; abſente inquam proprietario, alter illud ab ipſo pactus ac ſtipulatus cenſetur: ideoque ſi abſentis aſinum tanto præſtantiorem, uti hic exprimitur, ſuo ac proprio relicto ſervet; ſui pretium recuperat, quem proximi cauſâ æquitate id poſtu-

lante neglexerat. Quantum ex Aſcheris verbis, qui magnæ autoritatis Doctor in Talmud, adeoque & in hoc caput commentatus eſt, liquet. Exemplum poſterius conjunctum volunt alii Talmudiſtæ, quod alioquin exceptiones & dubia exorirentur, quæ hac exemplorum diverſitate auferuntur.

(4) Cæterum quid ſit mina ſive מנה, paucis expendendum. Ex illa voce מאתים, *ducenta*, facile mina æſtimatur: quandoquidem in hac aſinorum comparatione, vel ita numerus ducentarum accipiendus, quaſi unus minâ, alter ducentis minis valeret, quæ eſſet inſulſa pretiorum in hoc animali collatio; vel dualis numerus ſingulari ratione in voce מאתים attendendus eſt. Dualis ad ſingularem, dupli rationem habet: eamque ſatis aptam huic conſtitutioni, in præſtantiæ unius aſini præ altero differentia: ut hic illo, altero tanto carior ſit. Sic cum unus ducentis valeat; alter centum valere ſtatuitur: in ducentis autem exprimendis propria vox מאתים adhibetur; at pro centum in originali מנה. Unde מנה ſive *minam* centum continere concludimus: & centum drachmæ ſive denarii Romani hic admodum quadrant, quum aſinus centum drachmis æſtimatur. Mina itaque hac ratione centum drachmas continet, ſive vigintiquinque ſiclos ſacros: quod alia loca in hiſce libris Nezikim affatim oſtendunt. Nec in re non admodum obſcura prolixus ero: ſed pauca teſtimonia, quæ omnibus ſatisfacere queant, producam. *Mina*, מנה, inquit Gloſſator ad p. 2. f. 90. hujus Codicis ex edit. Ven. כ״ה סלעי׳ ק׳ זוז, *eſt vigintiquinque ſiclorum, drachmarum autem ſive denariorum centum.* Atque hæc mina paſſim in Talmude adhibetur: & quia eſt alia quæ multo minus valet, diſtinctionis cauſa vocatur מנה צורי, *Mina Tyria*; altera vero, ſcilicet illius pars octava, מנה של מדינה, *Mina provincialis*: quemadmodum ſiclus provincialis, (uti obſervatum n. 2. ſect. 6. c. 8.) Tyrii parte octava æſtimatur. vide Sal. J. cum loco citato, tum etiam Exod. 25. 39. המנה הזה ליטרא ששוקלים בה ככף למשקל קולוניא והם מאה זהובים כ״ה סלעים והסלע ארבעה זהובים, *Mina pendet libram qua ponderant argentum pondere Colonienſi: nimirum centum ſunt denarii, ſicli vero vigintiquinque: ſiclus autem eſt quatuor denariorum.* Nec dubitari poteſt minam eſſe centum aureorum ſive denariorum (hos enim aureos vocant Ebræi) ſi 1 Reg. 10. 17. conferatur cum 2 Chron. 9. 16. Nam cum hic trecenti aurei ponantur, illic tres minas dicit author: ideoque mina centum Ebræorum aureos continet. Similiter Græcorum μνᾶ, licet diverſiſſimæ ſit quantitatis, (unde Heſychius, λίτραι δύο, mina *eſt duarum librarum*; & poſtea, λίτρας μιᾶς δίμοιρον, *libræ unius beſſis eſt*,) ideoque jam pluris, jam minoris æſtimetur; communior tamen, centum eſt drachmarum. Unde Plinius. l. 21. c. 34. μνᾶ, *quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* Ibidem Plinius, *Drachma Attica denarii argentei habet pondus. eadem ſex obolos pendere efficit. obolus decem chalcos.* Hæc ideo adjeci, ut quomodo iſtis vocibus paſſim utar, lectori conſtaret. Drachmam enim, etiam Atticam, ſecundum Plinium pro Romano denario; & denarium pro numo ſex obolorum tempore ſecundæ ædis adhibeo; ita quidem, ut obolus decem chalcos propriè dictos contineat. chalcus autem propriè acceptus drachmæ Æginææ pars eſt circiter quinquageſima. Plinium verò idcirco ſequor, quia à Judæis denarium pariter cenſeri video. Ita etiam mina Plinii cum Judæorum מנה convenit. Cæterum minam eſſe denariorum centum ex collatione quoque D. Halicarnaſſæi cum T. Livio conſtat: nam ubi Servii Tullii laudabile inſtitutum narrant, quo populum in ſex claſſes diviſit, quæ domi & militiæ munera & loca diverſa obtinerent: in prima claſſe ille l. 4. p. 221. cenſum fuiſſe ſcribit οὐκ ἔλαττον ἑκατὸν μνῶν, *non infra centum minas*; hic verò li. 1. c. 43. primam claſſem ad minimum *centum habuiſſe* refert *centum millium æris*: id eſt, in bonis habuiſſe decem millia drachmarum ſive denariorum: quia denarius decem æreos aſſes continebat. Jam ſi centum minæ ſint decem millia denariorum; mina una centum denarios valet. Quò autem hic valor cum Judaica mina conveniat, denarios & drachmas Pliniano modo accipere & extendere oportet: ſicuti etiam Judæos facere antea dictum fuit. Verumenimverò eſt & mina Judaica poſterioris templi, quæ tempore ſecundæ ædis poſt captivitatem in uſu erat: cujus Ezech. 45. 12. mentio fit. Hæc centum & viginti aureorum, ſive drachmarum, ſive denariorum erat: ſiquidem ſexaginta ſiclis valere debebat, ſicuti illic præcipitur. Sub templo poſteriori pro obolis magnis ſive treſſibus quinque, denarius continebat ſex: quo factum ut ſiclus ſexta parte creſceret; ſimiliter & mina: licet 100 tantum drachmas penderet. Sed cum Deus juſtitiam variis modis inculcaret, idque juſtum minæ pondus & valorem imperans; ne Judæi hac in parte errarent, ſiclis veteribus, ideoque cum hæc Ezechiel ſcriberet notiſſimis, novam minam (ad quam deinde numi examinarentur) definit. Ac ſi dixiſſet, poſthac numi valor creſcet: etenim, exempli gratia, non eadem erit mina; ſed ſiclis, cujuſmodi hactenus uſi eſtis, ſexaginta valebit. ſive numus viginti ſiclorum, & numus viginti quinque ſiclorum, cum numo quindecim ſiclorum veterum, eorumque communium, minam conſtituent. ideoque & ſiclorum & denariorum novorum valor ſecundum hujuſmodi proportionem augebitur. Hæc eſt mens verborum, Ezechielis citato capite. Si hæc ita ſe habeant, quid ſibi vult D. Kimchi in voce מנה? ubi teſtatur quoſdam קורין ליטרא לעשרים זוז, *vocare libram viginti denarios.* Atqui paulo ante ſcripſerat, minam ſive libram מנה זו, *eſſe denariorum centum.* Reſpondeo, numerum centenarium poſteriori loco excidiſſe ſcribarum incuria: nam mina ſive libra apud Ezechielem c. 45. centum & viginti denariis antiquis valet: tot enim hujuſmodi denarii, in ſiclis veteribus ſexaginta. Porrò hæc Miſna non omnino cum jure Rom. convenire videtur, quum rem ſuam ante pactum in proximi commodum impendenti nihil niſi mercedem largitur. Attamen ff. l. 3. t. 5. l. 3. *Ait prætor. Si quis negotia alterius, ſive quis negotia quæ cujuſque cum is moritur fuerint, geſſerit: judicium eo nomine dabo.* quæ conferenda cum his l. 2. verbis, *Et ſane ſicut æquum eſt, ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quidquid vel non ut oportet geſſit, vel ex his negotiis retinet: ita ex diverſo juſtum eſt, ſi utiliter geſſit, præſtari ei quidquid eo nomine vel abeſt ei, vel abfuturum eſt.* Niſi hinc hujuſmodi infortunia, cum quis ſua in alterius gratiam perdere cogitur &c. excludere velimus, argumento ff l. 17. t. 1. l. 26. §. 6. *Non omnia quæ impenſurus non fuit, mandatori imputabit: veluti quod ſpoliatus ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo, ſuorumve adprehenſus, quædam erogaverit.* Hic tamen Paulum juriſconſultum ad ea quæ è Miſna propoſui reſpexiſſe, vix credo. Quod verò Miſnæ author damnum in bonis alienis liberandis paſſo poſtquam ſtipulatus eſt, à domino id præſtandum aſſerat, id ſimilitudine le. 56. §. fin. t. eod. confirmari videtur. *Sumptus bona fide neceſſariò factos, etſi negotio finem adhibere procurator non potuit, judicio mandati reſtitui neceſſe eſt.* Similiter ergo damnum reſarciendum, ſi ſuam rem amittere, ut alteri commodet, neceſſe ſit. & quidem ab exitu reſtitutio non pendet ſecundum iſtam legem: verum Maimonides de eo agens qui alterius aſinum cum ſui pecoris interitu liberare nequit, quum id conatur; damnum reſtituendum negat. ירד להציל ולא הציל אין לו אלא שכרו, *Si deſcenderis ad eripiendum, nec tamen eripias, nil niſi mercedem aufert.*

§. 5. *Cujus periculo ſurreptus ager reddatur deterior, raptoris, an proprietarii. Ann.* (1) *Miſnæ lectio diverſa.* פסיק, *ex Gemara. Talmudiſtæ inepti grammatici.* شقي. (2) *Ereptum fundum ſemper primi domini cenſeri: idque cum jure Rom. confertur. Quare fundi calamitas hoſtilis ſit proprietarii, non raptoris: & quando.* (3) *Cur inundatio periculo proprietarii fiat. Quod raptoris culpa in agro ſuo quis patitur, id à raptore reparandum, leg. Rom.*

ח הגוזל שדה מחבירו ונטלוהו מסיקין אם מכת מדינה היא אומר לו הרי שלך לפניך ואם מחמת הגוזל חייב להעמיד לו שדה אחר שטפה נהר אומר לו הרי שלך לפניך :

5. Qui proximo ſuo agrum ſurripit, quum deinde depopulantur (1) graſſatores, ſi ſit provinciæ plaga, dicit alteri, Ecce tuum, (2) ſin raptoris iſtius culpa fuerit, illi agrum alium reſtituere tenentur. (3) Si inundaverit flumen, dicet illi, Ecce tibi tuum.

R. OB. DE BARTENORA.

ונטלוהו מסיקין *quum depopulati ſunt graſſatores*, מסיקין vox Chaldaica eſt, notans id quod Hebraica ארבה *locuſta*, ſic in Targum ad vocem צלצל dictum eſt סקאה Eo quod locuſta eſt graſſator & prædo, quia comedit de agro alieno; ſenſus itaque eſt, ſi graſſatores agrum ſurripuerint prædoni. אם מכת מדינה *ſi ſit plaga provinciæ*, nimirum, ſi ſimul alii agri cum illius agro depopulati fuerint.

(1) L'EMPEREUR. Diverſam in hac voce eſſe lectionem è Gemara conſtat: legunt quidam מסיקי propriè *oppreſſores*, à מסק, *opprimere*; alii מציקים, *anguſtia afficientes*, à צוק, *arctari*. Sed eodem res recidit: ſiquidem graſſatores deſignantur, qui agrorum poſſeſſores opprimunt, anguſtiaque afficiunt. Unde in Gemaræ initio R. Nachman dixiſſe fertur: מאן דתני מסיקן לא משתבש דכתיב יירש הצלצל ומתרגמינן יחסניניה סקאה ומאן דתני מציקן לא משתבש דכתיב במצור ובמצוק, *Qui leget*, מסיקן, *oppreſſores*, *non aberrat*; *nam* (Deut. 28. 42.) *ſcriptum extat*, *hereditario jure obtinebit locuſta*, *quod Chaldaicè exponimus*, *id hereditate obtinebit* סקאה *oppreſſio*: *qui etiam legat*, *Anguſtia afficientes*, *non aberrat*; *quia ſcriptum eſt*, (Deut. 28. 53.) *In oppreſſione & in* מצוק *anguſtia*. Mens hæc eſt; idem pene ſignificari, quia מסיקן ſunt *oppreſſores*; quemadmodum liquet ex illo paragr. 42. c. 28 Deut. ubi locuſta vel (ut alii) ſideratio dicitur סקאה, *oppreſſio*, quod homines & ſegetem opprimat: itaque מציקי, *anguſtia afficientes* non male nuncupari, ut מצוק eſt *anguſtia* eodem capite Deuteronomii. Verum ut alibi Talmudiſtæ ſunt miſeri grammatici; ita hoc loco סקאה & מסיקן malè ad eandem radicem revocantur: etſi ſignificatione convenire inficias non eam. סקאה permutatis ס & ש eſt ab Arabico شَقِيَ, *miſer fuit*: ſicuti in proverbio 18. centuriæ ſecundæ Anonymi cujuſdam, مَنْ لَا يُقَدِّمْ تَوْبَةً قَبْلَ ٱلْمَوْتِ فَقَدْ شَقِيَ, *Qui non anticipat pœnitentiam ante mortem*, *miſer eſt*. Hinc in ſecunda conj. شَقَّى, *miſerum facere*, *affligere*; ut Pſ. 37. 8. ſecundum Arab. diſtinct. nonnemo in paſſivo legit شُقِّيتُ, *afflictus ſum*. Hinc illud סקאה, *afflictio*, *oppreſſio*.

(2) Ad rem ipſam quod attinet, hic in mentem revocanda eſt Judæorum hypotheſis, cui Miſnæ author incumbit, הקרקע בחזקת בעליה קיימת, *fundus in poteſtate domini ſui permanet*. quæ ſententia conferri poſſet cum §. 25. l. 1. t. 16. li. 41. Dig. *Quod vulgo dicitur*, *æſtivorum hybernorumque ſaltuum nos poſſeſſiones animo retinere*, *id exempli cauſa didici Proculum dicere*: *nam ex omnibus prædiis*, *ex quibus non hac mente recedimus*, *ut omiſiſſe poſſeſſionem vellemus*, *idem eſt*. Quicquid ſit, Judæi poſſeſſionem agri & fundi erepti penes proprietarium manere ſtatuunt. nam etiamſi cum quis alterius fundum occupaſſet, & vendidiſſet alteri, hic tertio tradidiſſet, atque hoc ſæpius factum fuiſſet, ſemper fundum primi domini eſſe cenſent. Ergo quum communi quadam calamitate, quæ raptoris culpa non accidit, tyrannus quis hujuſmodi agrum occupat, fructuſque percipit, modo ex vicini fundi calamitate communem eſſe conſtet, raptori dicere licet, cape tuum agrum. nam cum domini ſive proprietarii ager maneat, ipſi iſta miſeria obveniſſe judicatur; ideoque raptor abſolvitur, ואין אחריות המסרה עליו, *nec damnum ab ipſo evinci poteſt*. Sin vero ſecus ſe res habeat, ut raptor propria quadam culpa graſſatores alioſque in ſe excitaverit, qui agrum devaſtent, aliove modo damnum dederit; ipſe tenetur: quemadmodum aliàs damni autor id præſtare obligatur.

(3) Hinc ultimum membrum illuſtratur: cum enim inundatio plerumque ſine poſſeſſoris culpa accidat; ita ſe res habet veluti ſi ingruens exercitus agrum vallaret. Quapropter cum ager in proprietarii dominio Ebræorum judicio manere exiſtimetur; quamvis eum latro occupaſſet, quodcunque eo modo contingit, ipſi domino contingit: neque id magis effugiſſet, quanquam raptor agrum non occupaſſet. ergo dicit raptor, Ecce tibi tuum. Quidquid verò raptoris culpa in iſto agro proprietarius patitur, id ſaltem ab eo reparandum, leges etiam Rom. ſanciunt. Hinc §. 31. le. 1. ff. de vi & vi armata, *Qui vi dejectus eſt*, *quidquid damni ſenſerit ab hoc quod dejectus eſt*, *recuperare debet*. *Priſtina enim cauſa reſtitui debet*, *quam habiturus erat ſi non fuiſſet dejectus*. Deinde par. 41. *Non ſolum autem fructuum ratio in hoc interdicto habetur*, *verum cæterarum etiam utilitatum habenda eſt*. *Nam & Vivianus refert*, *in hoc interdicto omnia quæcunque habiturus vel adſecuturus erat is qui dejectus eſt*, *ſi vi dejectus non eſſet*, *reſtitui*, *aut eorum litem à judice æſtimari debere*: *eumque tantum conſecuturum*, *quanti ſua intereſſet*, *ſe vi dejectum non eſſe*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos in hac Miſna, quod, ſi plaga naturalis fuerit generalis, aut non fuerit generalis, ut, ſi inundaverit agrum fluvius, aut profundum petierit, aut lapides grandinis in eum deſcenderint, jus ejus idem eſt cum jure plagæ provinciæ; & non poterit illi dicere, *malum hoc tibi accidit propter peccata*, *& tu fuiſti in cauſa*, ut obligetur ad ſolutionem; ſed dicet illi, *ecce id quod ad te pertinet.*

§. 6. *De loco, ubi res aliena domino reſtituenda. Ann.* (1) חבלי ישוב. (2) *Ex Gemara explicatur caſus, quo rem alienam in deſertum deferre liceat. Error S. Jarchi in Gem. expl. Depoſitum & ſimilia, ubi reddenda, ex jure civ. Rom.*

ו הגוזל את חבירו או שלוה הימנו או שהפקיד לו בישוב לא יחזיר לו במדבר על מנת לצאת במדבר יחזיר לו במדבר :

6. Qui proximo ſuo aliquid eripit; aut ab eo mutuatur; vel ſi quid apud hunc alter deponat in (1) loco habitato, non reſtituet alteri in deſerto: ſi ea conditione (2) ut in deſertum procedatur, reſtituet ipſi in deſerto.

R. OB. DE BARTENORA.

על מנת לצאת במדבר *Ea conditione ut in deſertum procedatur*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Continetur in hac Miſna ordinatio in beneficium poſſeſſoris,

cedatur, non autem, ſi dixerit expreſſis verbis, *ea conditione ut mecum excas in deſertum, atque ibi mihi ſolvas*; nam hoc ſatis notum eſt; ſed cum proximus ejus ipſi dixerit, *ſit hoc depoſitum in poteſtate tua, nam ego in deſertum proficiſcor*; nec non alius illi dixerit, *ego quoque in deſertum proficiſcor*, tum illi reſtituere poteſt in deſerto, ſi voluerit.

foris. Idcirco, ſi bonorum poſſeſſor dixerit ei in cujus res eſt poteſtate, *des mihi id quod mihi eſt apud te in deſerto*, ſolvet illi bona ſua.

(1) L'EMPEREUR. Locus habitatus Rabbinis ישוב nominatur: atque cum Ebræorum תבל in ſacris literis uſitato convenit. Ideò David Kimchi ad vocem תבל annotat, הוא שם כלל לכל ארצות הישוב, *eſt nomen commune omnibus regionibus habitatis*: ubi תבל per ישוב explicat. Eſſe autem תבל locum habitatum, & ipſi deſerto opponi, edocet Eſaiæ comma 17. ca. 14. *Diſponens* תבל *orbem habitabilem ſicut deſertum*: quo loco maxima mutatio ſignificatur, qua locus habitatus in vaſtitatem redigitur. Ergo in hac Miſna ישוב idem cum תבל meritò ipſi deſerto opponitur.

(2) Ad illa verba, quibus depoſitum in deſerto reſtituere permittitur, ſi ea conditione depoſitum fuerit; excipiat Gemaræ author, id per ſe conſtare, neque addendum fuiſſe. Idcirco iſtud membrum explicans, quid iſtis verbis deſignetur ad hunc modum explicat, דאמר ליה ליהוי האי פקדון גבך דאנא למדבר נפיקנא ואמר ליה איהו אנא למדבר נמי בעינא למיפק דהכי קא"ל אי בעינא לאהדרינהו לך התם מהדרנא לך, *Quum dicit ipſi, Sit hoc depoſitum penes te, quia in deſertum prodeo; is vero reſpondet, Ego etiam in deſertum prodire cupio*: ubi inquam *tum ſic addit, Si velim reſtituere illud tibi illic* (in deſerto) *an mihi reſtituere licet tibi?* Quæ verba à S. J. non ſatis intellecta videntur: ut qui ea de cauſa בעינא in בעית immutaverit. Senſus verborum hic eſt: non quidem de expreſſa conditione agi, qua paciſcatur ſe raptum, vel mutuum, vel depoſitum in deſerto redditurum; ſed quod ſi, exempli cauſa, quum depoſitarius novit proprietarium in deſertum aliquod abire, quò & ipſe profecturus ſit, ita ipſum alloquatur. An ſi eo depoſitum ad te portare velim, id mihi licet? cum iſtis verbis ob alterius ſilentium, cum ipſo pactum cenſeri, quod depoſitum in locum deſertum deferre liceat. Ubi ex jure Rom. reddendum ſit depoſitum, vel alia ſimilia, docetur §. 1. t. Depoſiti vel contra, *Depoſitum eo loco reſtitui debet, in quo ſine dolo malo ejus eſt, apud quem depoſitum eſt: ubi vero depoſitum eſt, nihil intereſt. Eadem dicenda ſunt communiter & in omnibus bonæ fidei judiciis.* Quemadmodum autem Miſna ex pacto & veluti pacto, alibi quam ubi res depoſita ſit, ipſam reddi permittit; ita tit. cod. l. 5. §. 1. *Si tamen cum ſequeſtre convenit, ut certo loco rem depoſitam exhiberet, nec ibi exhibeat; teneri eum palam eſt. Quod ſi de pluribus locis convenit; in arbitrio ejus eſt, quo loci exhibeat.*

§. 7. *De eo qui dubitat, an alteri ſuum reſtituerit: quive dubitat, an alterius rem habuerit. Ann.* (1) *Dubium an alteri ſuum reſtituerit, in foro civili nihil debere.* (2) *Regula*, ברי ושמי ברי עדיף. *quam Romanæ leges cum diſtinctione admittunt. Dubius an debeat, ſeipſum ignorare, apud Ebr. juret. De confitente reo in jure Romano.*

ז האומר לחבירו גזלתיך הלויתני הפקדת אצלי ואיני יודע אם החזרתי לך אם לא החזרתי לך חייב לשלם אבל אם אמר לו איני יודע אם גזלתיך אם הלויתני אם הפקדת אצלי פטור מלשלם :

7. Qui proximo ſuo fatetur, compilavi te, mutuaſti mihi, apud me depoſuiſti aliquid, ſed neſcio an tibi reſtituerim, annon reſtituerim; is (1) rependere tenetur: at ſi ipſi dicat (2), Ignoro an tibi quid eripuerim, an tu mihi mutuaveris, an apud me depoſueris; à ſolutione abſolvitur.

R. OB. DE BARTENORA.

Si quis dixerit proximo ſuo &c. ut, ſi proximus ejus petierit ab ipſo cum fiducia, dicendo, *tu me certe compilaviſti*; & ipſe reſponderit, *verum eſt quod te compilavi, ſed neſcio an reſtituerim tibi*, tum ſolvere tenetur. Cæterum, ſi proximus dixerit, *neſcio an compilaveris me, an vero commodaverim tibi*; ipſe vero reſponderit, dicendo, *verum eſt quod commodaſti mihi, & quod compilavi te, ſed neſcio an reſtituerim tibi*, tum immunis eſt a judicio hominum; ſi vero officio ſuo erga Deum fungi velit, ſolvet ipſi.

ואיני יודע אם החזרתי לך וכו' *ſed neſcio an reſtituerim tibi &c.* Tum immunis eſt a ſolutione; ſed jurabit quod neſciebat ſe illi quicquam debere, quia dubium non præſtat certo. Et quamvis dixerit, *nihil tibi eſt in poteſtate tua*, tamen adegiſſemus ipſum ad jusjurandum ex decreto Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tenetur ipſi ſolvere, quando proximus ab ipſo petierit veritatem dicere, *tu me compilaviſti, tu mutuaſti mihi*. Cæterum, ſi proximus dubitaverit, dixeritque, *neſcio an mutuavi tibi, an vero non mutuavi tibi*, ipſe vero dixerit, *tu certe mutuaviſti mihi, ſed neſcio an tibi reddiderim, an vero non reddiderim*, tum non tenetur ad ſolutionem. Sed ſi ſeipſum a conſcientiæ ſuæ ſcrupulo liberare velit, ſolvet id quod confitebatur mutuaſſe. Et quod dicit, פטור, *liber eſt*, intelligendum eſt quod liber ſit, etiamſi proximus ejus expreſſe ab ipſo petierit, ſi ipſe dixerit, *neſcio*; & tenetur tantum ad juramentum ex decreto Sapientum, quod vere neſciebat ſe in poteſtate ſua habere illius bona.

(1) L'EMPEREUR. Quum dicitur, eum qui dubitat an debitum ſolverit, exigenti, modò debitum aliquando contractum agnoſcat, obligari, id ſaltem ſi de conſcientia ſermo ſit, omnes Judæi fatentur: ideoque in Gemara hoc dictum aſſeritur בבא לצאת ידי שמים, *de eo qui conatur cœli, id eſt, Dei manus effugere.* At ſi de foro civili agatur, id negat Doctor Nachman, cujus ſententia in hujuſmodi rebus obtinet. Nam alteri probandum cenſent, ſe non recepiſſe quod debitor ſe accepiſſe fatetur.

(2) Verum qui debitum à ſe contractum non agnoſcit, ſecundum conſcientiam & forum civile abſolvitur. Ita tamen ut juramento ſe debitum ignorare confirmet: nam ut eſt in Gemara (quamvis ad aliud probandum) ברי ושמא ברי עדיף, *ubi quid aſſeveratur, & in dubium vocatur, affirmatio prævalet.* Quapropter ſi unus ſibi deberi aſſerat, alter dubitet; niſi interveniente juramento ſe debitum iſtud ignorare aſſerat, exigens præferendus exiſtimatur. Apud Romanos id quidem verum, ſi quis debitum fateretur id exigi poſſe. Ut Cod. l. 6. t. 59. *Confeſſos in jure pro judicatis haberi placet: quare ſine cauſa deſideras recedi à confeſſione tua, cum & ſolvere cogeris.* Atque hinc prior Miſnæ pars contra Nachmanem probari videtur. Verum ibi de eo agitur qui non agnoſcit ſe jam debere; ſed an ſolverit dubitat. Quò applicari poſſet ff. de oblig. l. 47. *Arrianus ait multum intereſſe, quæras utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Ubi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debere nos, ſi habeamus occaſionem,*

nem, ad negandum. Ubi de liberando ex diverſo, ut facili r ſis ad liberationem. In propoſito autem caſu res dubia eſt, ut propenſiores ad abſolvendum judices eſſe debeant. Hinc liquet quid de poſteriori caſu dicendum: cum ipſum debitum, an unquam fuerit, in dubium vocetur.

§. 8 *Pecus domino reſtituta, quæ poſtea aufertur, vel moritur. Ann.* (1) *Pecudem etiamſi eam reſtituerit, quare compenſet fur denuò ſurreptam.* (2) *Si dominus pecudem à fure reſtitutam noverit, de ulteriori damno non teneri furem. Furem qandoque de pecudis vitio teneri. quod analogicè etiam ex legibus Rom. deſumitur.*

ח הגונב טלה מן העדר והחזירו ומת או נגנב חייב באחריותו לא ידעו בעלים לא בגניבתו ולא בחזירתו ומנו את הצאן והיא שלימה פטור מלשלם :

8. Si furatus agnum è grege, reſtituat eum; & is poſtea moriatur, aut furto auferatur, cum compenſare tenetur. Si ignoraverint proprietarii cum ejus furtum, tum reſtitutionem, & numerato grege inveniatur completus; à ſolutione (2) abſolvitur.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב באחריותו *reſtitutione tenetur*, quia ab eo tempore quo agnum furatus eſt, erat in poteſtate illius, propterea reſtitutio ejus non eſt reſtitutio. לא ידעו בעלים וכו׳ *Si proprietarii ignoraverint &c.*, Hoc ſenſu tota Miſna exponenda eſt, *tenetur ad compenſationem, ſive numeraverint gregem, ſive non numeraverint; quando hoc intelligendum eſt? quando proprietario non innotuerit de furto, neque de reſtitutione: at ſi innotuerit ipſis de furto illius, & numeraverint gregem, & agnus furto ablatus fuerit in grege, a compenſatione liber eſt*; cujus hæc eſt applicatio, ſi mortuus aut agnus abreptus fuerit poſtquam eum reſtituerit fur, tenetur ad compenſationem ejus, ſive poſſeſſores numeraverint gregem, eumque invenerint perfectum, ſive non enumeraverint eum: quando hoc intelligendum eſt? Quando proprietariis non conſtiterit de furto agni ablati; nam omnis grex qui extra agrum proſilire ſolet, ejus major cura adhibenda eſt. Cum igitur proprietariis nihil conſtiterit de furto, & grex ſolitus fuerit proſilire extra campum, ejusque non habuerint curam, fur tamen tenetur ad ſolutionem agni, eo quod ejus cauſâ grex periit. Cæterum ſi proprietariis conſtiterit de furto agni, & deinceps numeraverint gregem, & perfectum eum invenerint, quia agnus reſtitutus erat, tum cognoſcere poterant quod unum habebant agnum qui proſilire ſolebat, cujus debuerant adhibere curam; & ſi non adhibuiſſent illius curam, illi ipſi fuiſſent in cauſa perditionis, & fur liber eſt a ſolutione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ומנו את הצאן והיא שלימה פטור מלשלם *Et numerato grege inveniatur completus, liber eſt a ſolutione*, hæc una cum priori ſenſu intelligenda ſunt, quando furatus eſt, & poſſeſſori gregis innotuerit quod ipſi furatus eſt agnum. Cæterum ſi poſſeſſoribus non innotuerit de furto neque de compenſatione ejus, non abſolvitur, niſi compenſaverit, & poſſeſſoribus conſtiterit quod compenſavit, quia fur ovem aliam oſtendit quam plerumque ingredi ſolebat. Propterea neceſſe eſt ut poſſeſſoribus innoteſcat, ut cuſtodiant eum quantum poſſint; & tum immunis eſt a compenſatione.

(1) L'EMPEREUR. Ratio quod agnum etiam reſtitutum fur compenſare teneatur hæc eſt, דמכי גנבה קם ליה ברשותיה, *quia cum ipſum furatus ſit, manet in ipſius dominio*, puta, donec dominus eum ſibi reſtitutum cognoſcat, adeoque ejus curam ſuſcipere queat. Fur igitur quodcunque interea evenerit, ſibi imputare debet. Ipſe enim in cauſa eſt, cur dominus illum negligat; & cum ad ſe agnum receperit, eum curare debet, donec alteri tradat.

(2) Hinc liquet, quî poſterius membrum intelligendum ſit. Sæpe Miſna conciſa eſt, & obſcura, ipſamque rem indefinitè enuntiat; uti hoc loco videre eſt. Quicquid infortunii agno accidat, fur abſolvitur, quum dominus furto, cum fieret, ipſum latente, poſtea pecudes numerum completum deprehendit: verum cum hac cautione, ſi dominus pecudis eam reſtitutam poſt commiſſum furtum (licet tempus ignoret furti & reſtitutionis) ante computum cognoverit; ſin ſemper ignoraverit, donec manifeſtum damnum patiatur, fur infortunii iſtius tenetur. Cauſam aſſignant, quia fur pecudem aberrantem utplurimum intercipit: quare niſi id cognoſcat dominus, agnum ſuum hoc aberrandi & diſcurrendi vitio laborare, eum non ſervabit. ideoque quum fure eum abducente magis iſti vitio aſſuevit, ut furi ſequens damnum imputetur, æquum eſſe exiſtimant. Non diſſimili ratione Paulus, ut eſt §. fin. l. ff. de furtis, *Qui lancem raſit, totius fur eſt: & furti tenetur ad id quod domini intereſt.* Ubi poſtrema verba expendantur cum gloſſa, *& hoc generaliter in ſimilibus.* Quæ hic eſt partis ad totum ratio; ea in uno ejuſdem rei furto ad duplicatum ſpectatur. Et ſi conſideremus, quod Judæi de pecudis conditione mutata aſſerunt: non alienum ab hac materia l. 47. t. eod. *Si dominium rei ſurreptæ quacunque ratione mutatum ſit, domino furti actio competit.*

§. 9. *Quæ à quibus emere liceat. Ann.* (1) *Ratio, quare hædum, lac, lanam à paſtoribus emere non liceat. Ubi dominus paſtorum factum ſcire poteſt, emere ab iis licitum.* (2) *Quare lintea & pannos à mulieribus emere liceat.* (3) *Vituloſque in Sarone à paſtoribus, etiam mulieribus. Saron regio paſcua. Saron duorum locorum nomen, non trium. Lydda & Joppe, ubi. Saronis transjordanenſis ſitus. Carmelus. Baſan. Hermon.* ה *locorum etiam nominibus præfigi.* (4) *Quæ occultari à venditore jubentur, emere non licet.* (5) *Miſnæ conciliatio. A quibuſvis gallinas & ova cur emere liceat. Quodcunque judicatur furto ablatum, emere interdicitur: etiam jure Romano. ubi & pretio excidit emptor: atque ſuſcipiens rem furtivam pœnali quoque furti actione conveniri poteſt.*

ט אין לוקחין מן הרועים צמר וחלב וגדיים ולא משומרי פירות עצים ופירות אבל לוקחים מן הנשים כלי צמר ביהודה וכלי פשתן בגליל ועגלים בשרון וכולן שאמרו להטמין אסור ולוקחין ביצים ותרנגולים מכל מקום :

9. Non emunt à paſtoribus, lanam, lac, vel hœdos, (1) nec à fructuum cuſtodibus, arbores, vel fructus: ſed emunt à mulieribus laneas veſtes in Judæa (2), & lineas in Galilæa, & vitulos in (3) Sarone. Quæcunque verò (4) abſcondi jubentur, vetita ſunt. Cæterum ova & gallinaceos (5) è quovis loco accipiunt.

R. OB.   R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אין לוקחין מן הרועים *non emunt a paſtoribus*, quia dicere poſſumus quod ejuſmodi res furati ſunt ab ovibus ipſis concreditis. Cæterum lanæ artificium in Judæa, & lini in Galilæa a mulieribus exercetur, quæ illæ conficere & vendere ſolent, & hoc maritis eorum annuentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quod Miſnæ auctor quasdam hic recenſet res quas vendere non licet, eſt, quia putat quod certo eas furati ſunt paſtores.

ועגלים בשרון *& vitulos in Sarone*, eſt locus ubi proprietarii vitulos alere ſolent.

(1) L'EMPEREUR. Cauſa interdicti, quo lanam, lac, vel hœdos à paſtoribus, arbores vel fructus à fructuum cuſtodibus accipere interdicitur, hæc eſt; quod paſtores iſtos & cuſtodes non eſſe proprietarios ſatis conſtet: ideoque ſi iſta ab iis emantur, ab iis emi, quibus in iſta nihil juris eſt. Quare ſi jus in iſta habeant, ſicuti hujuſmodi caſus dari obſervant Doctores Gemarici, ab iis emere licet. Exempli gratia lac emi à paſtore interdicit Miſna; at Gemara, לוקחים מהם חלב וגבינה במדבר ולא ביישוב, *emunt ab iis lac & caſeum in deſerto, non tamen in loco habitato.* ratio diſtinctionis, quia dominus deſerta petere non ſolet, ſed iſta paſtoribus in victum & mercedem relinquit; alibi vero cum pecus paſcunt, lac caſeoſque ad domini ædes deferre debent. Ita fere Ebræi explicant. Hujuſmodi circumſtantiæ plures emptionem aliàs vetitam, faciunt licitam: ſed ne omnes iſtos caſus è Gemara, Maimonide, & R. Jacobo repetere neceſſe ſit, regulam quandam generalem quæ plurimos caſus complectitur, è Gemara ſubjicio. כללו של דבר כל שהרועה מוכר ובעל הבית מרגיש בו לוקחין מהן אין מרגיש בו אין לוקחין מהן, *Summa rei eſt, quicquid paſtor vendit, & proprietarius ei animum advertit, ab illo emere licet: ſi non advertat animum, ab ipſis emere non licet.* Ubi dominus rem perſpectam habere poteſt, & in paſtorem furem animadvertere, emptorem abſolvunt. ut ſi paſtor quatuor vel quinque pecudes è caula ædibus vicina vendat, dominus id facile animadvertit; itaque ſi hic taceat, nihilque agat, conſentiente domino paſtor vendere cenſetur, verum ſi unam vendat, eam emere non licet, quia paſtor eam furari commodè potuit, & domino imponere, aſſerens (ut eſt in Gloſſa) זאב טרפה, *lupum eam diſcerpſiſſe.* Sic quicquid conſcio domino venditur, ut lac in deſerto, quod paſtoribus permittit, emere licet.

(2) Et quemadmodum ubi eſt furti ſuſpicio, meritoque furtivam rem eſſe exiſtimamus, emptio prohibetur; ita vice verſa, ubi meritò vendentis rem eſſe exiſtimamus, eam intrepidè emimus. Atque hac de cauſa pannos & lintea iſtis quos annotat Miſnæ author locis à mulieribus emere licet: quia שהיא מלאכת הנשים והן עצמן עושות ומוכרות לדעת בעליהן, *Hoc eſt ipſarum opus, quod ipſæ cum faciunt, tum vendunt maritis conſciis.* Et in genere obtinet regula, אין לוקחין מן הנשים אלא דברים שחזקתן שהן שלהן מדעת הבעלים, *Emere non licet à mulieribus, niſi res, quæ ipſarum habentur conſciis maritis:* ſive quæ ita cenſentur eſſe uxorum, ut mariti hoc voluerint.

(3) Ex eodem fundamento, quia Saronis paſtores ipſi pecoris ſui proprietarii ſunt, ab iis vitulos, quos magno numero iſtic paſcunt, emere licet. Maimon. c. 6. Cod. *Gezela*, ad mulieres refert, quas Sarone vitulos paſcere ſcribit. Hoc enim etiam virginum fuiſſe, docent ſacræ literæ: ſic Gen. 29. 9. legimus, *Advenit Rachel cum pecudibus quæ erant patris ſui, nam paſcebat.* Cæterum Sarone multa paſcua pecori accommoda fuiſſe vel id demonſtrat, quod Davidi illic tot pecora fuerint, ut inter primarios præfectos unum habuerit, qui iſtis vacaret. 1 Chron. 27. verſ. 29. His accedit epitheton *decoris* Eſ. 45. 2. *Decor arvi & Scharonis.* Nonnemo tria loca hoc nomine venire putat; ego tantum duo invenio. Fuit Saron cis Jardenem, uti manifeſtè Joſ. c. 12. verſ. 7. collato cum 18. continetur. Vrbs fuit fortè & regio, non procul à mari mediterraneo, nec procul à Lydda: de qua videre eſt Actor. 9. 35. Quum Petrus Lyddæ (Ebraicè לוד) Æneam quendam ab annis octo decumbentem verbis, *Sanet te Jeſus Chriſtus*, ſanitati reſtituiſſet, Æneam viderunt Lyddæ & Saronis incolæ: unde Saroni Lyddam vicinam fuiſſe conſtat. utraque non procul à Joppe (Ebr. יפו) verſ. 38. *Quum Lydda* (ergo & Saron, quæ apud Lyddam) *eſſet prope Joppen*, &c. Joppe autem maritima erat civitas: Act. 10. 5. 6. Saron (ſive Scharon) regionis etiam nomen eſt ultra Jardenem verſus Orientem: in qua regione tamen oppidum vel oppida quædam fuiſſe non nego, utpote quæ latè pateret. Hinc 1 Chron. 5. 16. Gadis poſteri cum alibi, tum in Baſchane, & in omnibus municipiis Scharonis habitaſſe leguntur, unde varia municipia in Sarone fuiſſe obſervamus. Eſ. autem 65. 10. cum de reſtitutione agitur, de Sarone dicitur, erit *caula gregis*: ubi paſcuam regionem deſignari videmus: eundemque locum cum præcedenti 1 Chr. 5. autumo. Et quia aliquando cum Carmelo Baſanis (nam Carmelus diverſorum locorum nomen) conjungitur, non ſine cauſa regio Saron iſti Carmelo vicina ſtatuitur: ſed præcipuè ipſius ſitus è primo 1 Chr. 5 Deut. 3. eruitur. Hic verſ. 12. & 13. Gaditis locum inter Rubenitas & Menaſſitas aſſignatum fuiſſe videmus: ita quidem ut cum tota pene Baſanis regio Menaſſitis cederet; aliquam ejus partem incolerent Gaditæ, Deut. 3. 13. cum 1 Chron. 5. 11. cui Baſani vicinam fuiſſe Saronem ibi oſtendit verſ. 16. & confirmat verſ. 9. c. 33. Eſaiæ. ubi etiam cum Libano conjungitur. quemadmodum Eſ. 35. 2. cum Sarone memoratur Libanus: cui ad orientem objacet Mons Hermon, qui ad Auſtrum protenſus Baſanem & Saronem ab Orientalioribus regionibus ſeparat, variiſque nominibus nuncupatur. Quod verò Saron in ſacris literis præfixum ה (cum ſcribuntur השרון) admittat, cujus in propriis nominibus notio non adeo apparet, quia ſatis reſtricta ſunt, obſervandum id etiam in aliis locorum nominibus fieri, quamvis hominum nomina ה reſpuant. Nam locorum nomina cum ſæpe notione ſua communia ſint, iſto articulo ad certam regionem & locum reſtringuntur. ut שרון eſt locus irriguus qui facilè ad fructus emittendos reſolvitur, quemadmodum etymologia probat. & per ה ad certum locum iſtis dotibus præditum applicatur, qui ob ſimilitudinem quandam alium cognominem habuit. Porrò ubi Saron ab aliis inter mare Tiberiadis & Taborem montem collocetur, ſatis notum eſt: ſed cum id unius autoritate, non ratione certoque argumento fieri animadvertam, à propoſita ſententia non diſcedo.

(4) Ad Miſham redeo, ubi cautio generalis in emptionibus adhibenda proponitur. Si venditor rem quam venundat clam haberi & occultari jubeat, cavendum ne hujuſmodi emamus. Ratio eſt, quia rem furtivam eſſe meritò ſuſpicamur: etenim ſi is proprietarius eſſet, potius eam innoteſcere omnibus, operam daret; quò multis licitantibus, ei qui plus liceretur, venderet. Ubicunque igitur juſta furti ſuſpicio, vel quod venum exponitur raptum fuiſſe opinamur, emere prohibent.

(5) Subjicitur de ovis & gallinis, è quovis loco comparari poſſe: cum tamen c. 7. ſect. 7. quibuſdam locis gallinaceum genus non aleretur. Itaque ſenſus eſt ac ſi dictum fuiſſet, Ubicunque aluntur gallinæ, à quibuſvis eas earumque ova emere licet, modo venum dent: nam cum hic tantum res furtiva vel rapta rejiciatur, autor promiſcuè ſine delectu ova & gallinaceos emi poſſe ſtatuit, quum omnium ſit alere iſta animalia; non ſolum divitum, ſed etiam pauperum, etiam fœminarum, & miniſtrorum. Qua tamen ſententia illi conſtitutioni 7. c. 7. derogatum non voluit: ſiquidem tantum ab iis perſonis qui venderent, emi poterat, & quidem iſto loco ubi venum darentur. Præterea licet Hieroſolymis non alerentur, nec uſlibi à ſacerdotibus; nihil tamen impedit quin illic gallinæ alibi educatæ cum ovis venderentur; & quidem per ſacerdotum inſtitores, ſi dono cum aliis rebus conſecratis accepiſſent. Atque hoc ultimum Miſnæ membrum cum præcedenti etiam cautione accipiendum eſſe

juſtè

juſtè Maimonides judicavit: ut qui adjecerit, ואם אמר הטמן, *ſi vero vendens dicat* gallinam vel ova *abſcondenda eſſe*, tum emptionem *prohiberi*. Huc omnia redeunt כל דבר שלוקחו שהוא גנב אסור ליקח אותו, *quodcunque tenetur* habetur ſive judicatur *furto ablatum*, *id emere interdictum eſt*. Cum hoc Judæorum placito conveniunt Imperatorum verba Cod. l. 6. t. de furtis, l. 12. ſub finem, *Nam extra pœnam, rei perſecutionem eſſe, nulla juris quæſtio eſt; cum etiam hi qui aliena mancipia comparaverint, ſi hanc cauſam non ignorent, furti actione tenentur.* Quemadmodum qui à fure mancipia emit, furti tenetur; pariter qui alia quævis eo modo mercatur. Similia habes l. 14. *Eos qui a ſervo furtim ablata ſcienter ſuſceperint, non tantum de ſuſceptis convenire, ſed etiam pœnali furti actione potes.* Si ſuſcipere res furtivas non licet, multo magis peccat, qui emptione ſuas facere ſtudet. Unde meritò, caſu quodam excepto, pretio hujuſmodi emptor excidit; ut eſt li. 8. le. 27. *Si fundum ſciens alienum vel obligatum comparavit Athenocles, neque quicquam de evictione convenit, quod eo nomine dedit, contra juris poſcis rationem.*

§. 10. *Flocculi fullonis & carminatoris. Fullo, ſartor, faber, quas minutias retineant, quas reddere debeant. Ann (1) Fullo, quis. ejus actiones. Marc. 9. 3. explicatur. (2) Carminator, quis. Paterfamilias, in hujuſmodi legibus. (3) Quænam ſint iſta* שלש' חוטין *Miſnæ. (4) Fulloni quando plura cedant. (5) Schidia minora fabri; majora eſſe locatoris. (6)* מקוד. נסורת. *Ex Gemara etiam & Miſna, linguæ Hebraicæ cognitionem petendam. Matt. 5. 43. ex Gem. illuſtratur. Odium ab Ebr. defenditur & jubetur, atque etiam vindicta. Quod ad minutias operariorum, ſpectandam conſuetudinem. Variè hæc de reſtitutione operariorum cum jure Romano conferuntur. Superſtitio Judæorum.*

י מוכין שהכובס מוציא הרי אלו שלו ושהסורק
מוציא הרי אלו של בעל הבית הכובס נוטל שלשה
חוטין והן שלו יתר מכן הרי אלו של בעל הבית
אם היה השחור על גבי הלבן נוטל את הכל והן
שלו החייט ששייר מן החוט כדי לתפור בו ומטלית
שהיא שלש על שלש הרי אלו של בעל הבית
מה שהחרש מוציא במעצד הרי אלו שלו ובכשיל
של בעל הבית ואם היה עושה אצל בעל הבית
אף הנסורת של בעל הבית :

10. Flocculi quos (1) fullo abſtergit, hi ipſius ſunt; quos (2) carminator abradit (vel panni tonſor,) hi ſunt patrisfamilias. Fullo tria (3) fila ſumit, atque ipſius ſunt; ſi plura reperiantur, ſunt patrisfamilias: ſi (4) nigrum incumbat albo, totum illud capit, atque ipſius eſt. Si ſartor ex filo tantum fecit reſiduum ut eo conſuere queat; vel è panno quadratum trium digitorum ſegmen, ecce iſta ſunt patrisfamilias. Quicquid faber (5) runcina dedolat, id ipſius eſt; ſecuri verò, patrisfamilias: & ſi apud patremfamilias operetur, (6) ſerrago etiam eſt patrisfamilias.

R. OB. DE BARTENORA.

מוכין שהכובס מוציא *Flocculi quos fullo abſtergit*, qui lanam inficit inter lavandum aliquid de illa deſumit. הרי אלו שלו *Hi ipſius ſunt*, quia proprietarius eorum non habet rationem. & quamvis eorum habeat rationem, non eſt tamen magni momenti res.

ושהסורק מוציא הרי אלו של בעל הבית *Quos carminator abradit, hi ſunt patrisfamilias*, ſi quis lanam abradit, alicujus eſt momenti id quod abradit, ideo illius ratio habetur a patreſamilias. הכובס נוטל שלשה חוטים *Fullo tria fila ſumit*, ſolent in panni extremitate linquere tria alius ſpeciei fila, quæ fullo auſert, veſtemque parat. Cum autem nigra fuerint fila in panno albo, fullo omnia removere poteſt, quia nigrum in albo maxime officit. החייט ששייר מן החוט *Si ſartor ex filo fecit reſiduum* &c. Eſt propemodum quantitas longitudinis ſuturæ. ומטלית שהיא שלשה על שלש *vel e panno quadrato trium digitorum*, ita legimus, ſi ſartor ſuturam ejus æqualem fecerit, & abſciderit illi de filo parvo trium digitorum, tum poſſeſſori panni tenetur reſtituere damnum. מעצד *runcina*, eſt inſtrumentum quo faber aſſeres lævigat, cujus abraſiones ſunt minutiores. כשיל *ſerrago*, ſive ſecuris, cujus raſio craſſior eſt. אצל בעל הבית *apud patremfamilias*, ut mercenarius, etiam abraſiones minutiſſimæ quæ deſubter ſerra prodeunt, cedunt patrifamilias.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוכין jam explicuimus in tractatu Schabbat, quod ſunt parva lanæ fruſta quibus pulvinaria adimplent. כובס hic notat eum qui lanam dealbat. הסורק eſt is qui lanam pectinat. כדי לתפור בו *ut eo conſuere queat*, eſt quaſi quantitas foraminis acus. כשיל eſt inſtrumentum carminatoris quo lignum aptè diſponit. נסורת eſt ſerrago qua lignum ſindunt ad conficiendum indè aſſeres.

(1) L'EMPEREUR. Fullo, ut inquit Ulpianus; eſt qui *curanda poliendaque veſtimenta accepit*, ff. de furtis, l. 12. in principio: id quo ordine fieret Plinius l. 35. c. 17 enarrat, ubi & fullonum curam majoribus fuiſſe præmittit. *Neque pigebit hanc quoque partem attingere, cum lex Metella extet fullonibus dicta, quam C. Flaminius, L. Æmilius Cenſores dedere ad populum ferendam. Adeo omnia majoribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt. primum abluitur veſtis Sarda; dein ſulfure ſuffitur; mox deſquamatur Cimolia, quæ eſt coloris veri.* Hujuſmodi fullo Marco 9. 3. dicitur γναφεὺς, quum transfigurationem Chriſti narrat, *Veſtimenta ejus facta ſunt coruſcantia, candida valde ut nix, qualia non poteſt fullo in terra dealbare.* Non quod fullo quivis veſtes alterius coloris albas reddat, hoc enim quoad fieri poteſt, propriè infectorum eſt; ſed hoc ideo dicitur, quia fullo veſtibus cujuſcunque ſint coloris, ſi conſpurcatæ ſint, nativum & nitidum colorem reſtituere allaborat; ſi vero candidæ fuerint, ſuum ipſis candorem & albedinem reſtituit. Unde Chriſti veſtimenta tam candida imo candidiora facta fuiſſe teſtatur, quam peritiſſimus fullo ea reddere potuiſſet, licet etiam ab initio candida & alba fuiſſent. Adeo albæ apparebant Chriſti veſtes: licet quo colore antea fuerint hinc concludi nequeat.

(2) A fullone differunt carminatores, qui dentatis ſuis inſtrumentis lanam pannoſque veluti pectinant, & pannos etiam in villos attollunt, & quicquid inhæret vi extrahunt. Fullo & carminator è veſte vel panno quaſdam minutias auferunt; quas fullo retinet, carminator verò reſtituit ipſi בעל הבית, *patrifamiliæ*. quo nomine Judæis venit proprietarios: ut ſæpius paterfamilias ſit rei ipſius dominus; quemadmodum paterfamilias plerunque quæcunque domi ſuæ inveniuntur poſſidet, eorumque proprietarius eſt.

(3) Et licet carminator majores flocculos reddere debeat, fulloni tamen trium filorum texturam abſcindere ſibique ſervare licet. Quo id melius percipiatur, quid ſint שלשה חוטין, *tria fila*, videamus. nulla explicatio planior quam illa R. Jom Tob: cujus ideo verba ſubjicere non gravabor. דרך האורגים שאורגים בסוף הבגד שנים שלשה חוטין רחוק מן האריגה ועושין זה כדי להציל הבגד כדי שלא תסתר אריגתו בסוף הבגד על ידי הכביסה ומתן התוספות אם נשמטים

(שמים כשם בשערת הכבירה הכובס נוטלן שאין בעל הבגד מקפיד עליהם, *Mors eſt textoribus ut ad extremitatem panni tria vel quatuor fila texant, procul à reliqua textura: idque faciunt ut pannum conſervent, ne ipſius textura in extremitate panni per fullonis ablutionem corrumpatur. iſtaque fila, cum inde evelluntur dum pannum mundat, accipit fullo; quia proprietarius ad ea non attendit.* Id ſibi vult author, ſub finem telæ ſive panni, per totam ejus latitudinem ſubtegmen aliquoties per longa ſtaminis fila tranſmitti, idque non proximum reliquam texturam, ſed interpoſito ſpatio ubi ſola ſtaminis fila ſine ſubtegmine conſpiciuntur. Hæc autem pars in eum finem adjicitur, quò fullo eam liberè attrectare, atque interea telam illæſam relinquere queat. ita ſubinde fit, quia fila iſta pauca ſunt, ut ob texturæ infirmitatem inter abluendum evellantur, adeoque illic nudum ſtamen relinquatur. Hoc caſu, inquit Miſnæ author, fullo iſta fila retinebit.

(4) Imo etiamſi quatuor vel quinque fila ibi ad extremitatem intexta fuerint, ipſius erunt; ſi albo panno ſive telæ nigrum filum unum vel plura intexantur: quia iſta deformitatem inducunt.

(5) Pergit author; alioſque ſub finem caſus producit, quos determinat, exempli gratia: faber lignarius ſchidia frequentiſſime dedolat è lignis, quæ ab alio accepit, ut inde utenſilia pararet. quid dicemus, ſchidia fabri ſunt, an locatoris? Diſtinguitur hoc loco inter majores & minores aſſulas: has fabro, illas locatori aſſignant. Id hoc modo effertur; ſchidia כעצר, *runcinâ* abraſa eſſe fabri; majores aſſulas כשיל, *ſecuri* abſciſſas, utpote majores, locatori cedere.

(6) Verum ſi כשכיר, *mercenarii inſtar* ſe habeat faber, ut apud dominum diurnos labores ſubeat, etiam ipſa ſerrago, quæ ſerra abraditur ipſi domino (quem patremfamilias vocat Miſna) cedet. Serram autem S. J. aliique vocant מקדח: nam teſte Maimonide נסורת, *ſerrago* eſt שחיקת העצים כשנוסרין העצים לעשות מהן לוחות, *eſt minutia lignorum, quum ligna ſerrant, quò inde aſſeres faciunt.* Ergo inſtrumentum quo ſerrago fit, ſcilicet מקדח, quicquid lexicographi dicant, eſt etiam *ſerra*. Ex hiſce nominibus cum ſuo uſu vario, differentia inter מעצר, כשיל & מקדח omnino liquet. adeoque ἐκ παρόδου nonnulla Scripturæ loca illuſtrantur, ubi duarum priorum vocum fit mentio: quandoquidem è circumſtantiis in hac Miſna dubium eſſe nequit, quid iſtis vocibus ſignificetur. Atque ob hujuſmodi vocabula dubia hoc attentè obſervari velim, non tantum V. Teſtamentum; ſed & volumen Miſnajoth antiqua lingua Ebræa conſcriptum fuiſſe; imo & multas ſententias veterum in Gemara recenſitas: quandoquidem iſtæ conſtitutiones antiquiſſimæ ſunt. uti vel ex illis Servatoris verbis liquet, quibus iſtas reprehendit ut jam tum receptas, imò earum autores *antiquos*, ἀρχαίοις nuncupat Matt. 5. & conſtitutiones iſtas à majoribus iſtorum qui tum vivebant traditas agnoſcit Mat. 15. 2. 3. Nam quæ hic traditio reprehenditur, eam legere eſt Cod. נדרים c. 11. ſect. 4. & quod caput Matt. 5. concernit, omnia iſta quæ Chriſtus reprehendit ex antiquis non enarrabo: unum in exemplum proponam. commate 43. *Audiviſtis dictum fuiſſe* (ſcilicet ab antiquis, ut in præcedentibus aliquoties dixerat Servator, ideoque jam ſubintelligi vult,) *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Antiquos Doctores poſterius membrum contra Dei legem adjeciſſe, indicio nobis eſt codex Joma ſive de die expiationis cap. 2. fol. 22. p. 2. ſub finem, ubi hæc leguntur verba; מפני מה נענש שאול מפני שמחל על כבודו שנאמר ובני בליעל אמרו מה יושיענו זה ויבזוהו ולא הביאו לו מנחה ויהי כמחריש וכתיב ויעל נחש העמוני ויחן על יבש גלעד ואמר ר' יוחנן משום ר' שמעון בן יהוצדק כל תלמיד חכם שאינו נוקם ונוטר כנחש אינו תלמיד חכם, *Quare punitus fuit Saul? quia honorem ſuum violantibus ignovit: nam legitur* 1 Sam. 10. 27. At homines nequam dicebant, quid ſervaret nos iſte? contemnentes eum, ut ne afferrent quidem ei munus: tamen plane conticuit. *ideo ſequitur* c. 11. 1. Et aſcendens Nachaſch Hammonita caſtra habuit contra Jabeſchun Gileadis, &c. *Itaque Doctor Johannes inquit nomine D. Simeonis filii Jotſedeci, Omnis ſapientiæ ſtudioſus qui non ulciſcitur & ſervat inimicitiam* (ita S. Jarchi rectè in explicatione addit איבה inimicitiam) *inſtar ſerpentis, non eſt diſcipulus ſapientiæ*, ſive ſapientiæ ſtudioſus. Vides lector non immeritò Servatorem noſtrum iſtos Doctores carpſiſſe: ut qui vindictam & iram ac inimicitias permitterent, ſi quis verbis vel factis honori detraheret. Quod poſterius enarrant, ſi publicè detraheret nec ſupplex veniam & remiſſionem peteret. Cum igitur hujuſmodi placita ab antiquis tradita ſint, cum lingua Ebræa adhuc in uſu eſſet; nonne meritò ex illis conſtitutionibus vocum ſignificatio dubia hauritur? Itaque vel ob ſolam linguam illas legamus; nec putemus è ſolis ſacris literis totam linguam ſanctam addiſci poſſe: quandoquidem in illis Miſnajoth, & quamplurimis antiquorum dictis, quæ ſparſim in Gemara, alioqui miſti idiomatis ac ſtili, occurrunt; multa vocabula, variæ phraſes reperiuntur, quæ in ſacris deſiderantur, vel minus innoteſcere queunt. Porrò iſta quæ in Miſna operariorum eſſe, vel dominis reddenda dicuntur, rectè Maimonides perpetui juris non cenſeri obſervavit; ſed pro regionum varietate mutari, ut quod hoc loco ſartori, vel fabro conceditur, alibi denegetur. Scopus ipſius Miſnæ ſpectandus, qui eſt ſervare juſtitiam: eoque iſta omnia collimant. quorum hæc ſumma eſt, ne operarii, quicunque ſint, aliquid ſubtrahant, quod locatorum eſt, à quibus opera facienda conduxerunt. Quemadmodum juſtiſſimè Ulpianus (ut eſt l. Dig. 19. t. 2. l. 39.) *Non ſolet locatio Dominium mutare.* Quod vero iſtas minutias attinet, quæ operariis permittuntur, eas retinendo furtum non faciunt; quia proprietarii eas pro derelictis habent: nam ff. de furtis 43 §. 5. ſtatuitur, *ſtatim noſtram eſſe deſinere rem, quam derelinquimus.* Huc facit §. 10. *Si quis ſponte rem jecit vel jactavit, non quaſi pro derelicto habiturus, ut que hanc rem tulerit: an furti teneatur, Celſus libro duodecimo Digeſtorum quærit: & ait, ſi quidem putaſti pro derelicto habitam, non teneris.* At, ut fullo, faber, aliuſve operarius iſta minuta pro derelictis haberi cenſent: ergo dum ſecundum Miſnam noſtram iſta retinerent, nulla dabatur furti actio. & quidem eo minus, quod ipſe operis locator qui veſtem poliendam, ſcamnum aliave paranda locaverit, iſtis locis de quibus Miſna agit, omninò hujuſmodi minuta pro derelictis haberet: atqui lex Romanorum factum excuſat, etiamſi hæc conditio non adeſſet; modo alius jure ac meritò ita judicaret. Cæterum cum Judæi alias juſtitiæ tanti patroni non ſint, uti vidimus, neque de ſacris myſteriis fide amplectendis admodum laborent; hic vero ſchidiorum & ſerraginis ac aſſularum adeò ſatagant: meritò Servatoris dicto finiam: Mat. 23 24. ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Quid quæſo magis in S. Literis V. T. nobis expendendum proponitur, quam ſumma Dei patris clementia, & juſta Dei judicis ira; atque pavenda & ſtupenda ejus majeſtas? Ergo illos homines potius ſatagere oportebat, qui clementiam Dei obtinere & iram effugere poſſent, quandoquidem major eſt Dei majeſtas, quam ut paucorum dierum jejunio, precibus quibuſdam aliiſque exercitiis, juſtiſſima & pavenda in peccatores ira averruncari queat. Peccata indeſinenter commiſſa, atrociaque flagitia tot myriadum, longè graviora ſunt, quam ut imperfectis operibus, quæ & ipſa commaculata ſunt, expiari poſſint apud eum, qui ſontes ſine juſta ſatisfactione non abſolvit, Nahu. 1. 3. Pariter plura illa & majora ſunt, Deuſque ſpiritus infinitus longè purioris & gravioris ac celſioris naturæ, quam ut ſanguine brutorum propitiaretur; ſi ſolus ſanguis ſpectetur, neque ad Meſſiæ paſſionem referatur. Cujus vulnera nec antiquos Judæos ignoraſſe, alibi docuimus. Etenim Deus ſimpliciter (ut hoc, alio teſtimonio, iterum confirmemus) ſine ſatisfactione ſe non remittere peccata tum etiam teſtatur, quum ſuam clementiam maximè exaggerat, Deut. 34. 6. 7. Verum quid dicas? Nunquam veritatem hujus dogmatis in proprio etiam Talmude non prætermiſſam, poterunt ἐξακανθίζειν, *è ſpinoſis* ſuis quæſtionibus Talmudicis *eruere*; antequam ſuam miſeriam ſpiritualem agnoſcant: ut hic incipiant τὴν καρδίαν δάκνεσθαι, *in corde* conſcientiæ ſenſu *morderi*. Tum (Hoſ. 3. 5.) פחדו אל יהוה ואל טובו, *paventer accedent ad Jehovam, & bonitatem ejus.*

Finis Tractatus primi Codicis de Damnis.

§. 1. De duobus qui idem capitis velamentum apprehenderint, quorum uterque ſe inveniſſe id ipſum affirmaverit, dicendo, ego inveni illud· *& quisque partem aliquam illius prehenderit, unicuique cedit pars ea quam prehenderint, & quod reſtat, id ex æquo dividendum eſt, præſtito ab unoquoque jurejurando. Si quis venditor alicui capitis velamentum, vel pallium aliquod vendiderit, & pecuniam receperit, poſtea alter qui adſtiterat, ei quoque ſolverit, licet venditor id invitus acceperit; quo factum eſt ut venditor neſciverit cuinam ex illis propriè vendiderit: tum uterque jusjurandum Sapientum præſtabit, & deinde æqualiter divident palliolum, ut & pecuniam quam alter venditori ſolverat, quamvis poſtea ab ipſo redditam. Porro de duobus, quorum unus dixerit palliolum totum ad ſe pertinere, alter vero dimidium ad ſe pertinere, eorum primus tres, ſecundus vero unam capiet partem.*

פרק א שנים אוחזין בטלית זה אומר אני
מצאתיה וזה אומר אני מצאתיה זה אומר כולה
שלי וזה אומר כולה שלי זה ישבע שאין לו בה
פחות מחציה וזה ישבע שאין לו בה פחות מחציה
ויחלוקו זה אומר כולה שלי וזה אומר חציה שלי
האומר כולה שלי ישבע שאין לו בה פחות משלשה
חלקים והאומר חציה שלי ישבע שאין לו בה פחות
מרביע זה נוטל שלשה חלקים וזה נוטל רביע:

Cap. 1. Si duo apprehenderint velum capitis, & unus dixerit, *ego inveni illud*; & alter etiam dixerit, *ego inveni illud*; unus dixerit, *totum eſt meum*, & alter quoque dixerit, *totum eſt meum*; tum unus jurabit quod non minus quam dimidium ad illum pertinet, & alter etiam jurabit quod non minus quam dimidium ad ipſum pertinet, & tum partientur. Si unus dixerit, *totum eſt meum*; & alter dixerit, *dimidium eſt meum*, tum is qui dixit *totum eſt meum*, jurabit quod non minus quam tres partes ad ipſum pertinent; qui vero dixit *dimidium eſt meum*, jurabit quod non minus quam quarta ad ipſum pertinet pars; ſic unus capiet tres partes, & alter quartam partem.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים אוחזין בטלית *Si duo apprehenderint velum capitis*, in Gemara exponunt hanc Miſnam loqui de duobus quorum unus apprehendit fila in extremitate pallioli ab uno latere, alter vero fila in extremitate pallioli ab altero latere. Cæterum, ſi uterque conjunctim laborent de eodem palliolo, unus capiet quousque manus pertigerit & alter quoque capiet quousque manus pertigerit; id autem quod reliquum eſt, divident inter ſe partibus æqualibus, & hoc jurejurando.

וזה אומר כולה שלי *hic dixerit, totum eſt meum*, id eſt, ego emi illud, & mihi venditor vendidit, non tibi; venditor autem venderet illud uni eorum, & pecuniam receperat ab utroque, ab uno volens, ab altero nolens; neſciens autem a quo receperat pecuniam volens, & a quo nolens. Nam, ſi innotuiſſet ipſi, dixiſſetque, *huic vendidi*, unus hic venditor fuiſſet teſtis, & is qui contrarium affirmabat, obligatus fuiſſet ad jusjurandum Legis, quo refelleret hujus teſtimonium. Nunc autem, cum venditor neſcit cuinam vendiderit, uterque jurabit jusjurandum de quo in hac Miſna. Sed fas erat ut æqualiter dividerent, niſi Sapientes ſanciviſſent ut nullus eorum quicquam caperet ſine jurejurando, ne unusquiſque qui apprehendit palliolum proximi, dicat, *meum eſt*. Præterea requirebatur ut Miſnæ doctor nos doceret caſum de eo qui dixerat, *ego inveni ipſum*, nec non caſum de eo qui dixerat, *totum eſt meum*, cujuſmodi eſt caſus emtionis & venditionis. Nam ſi tantum tradidiſſet de eo qui invenit palliolum, dixiſſemus, quod Sapientes tantum ei qui invenit, impoſuerunt jusjurandum, quia illi non videtur difficile negotium ſi apprehendet palliolum ſine jure; quia dicere poterit, *ſocius meus nihil juris habet in hoc palliolum, idcirco ego id apprehendere volo, ut nos partiamur illud*. Verum in caſu emtionis & venditionis dixiſſemus, cum non indigeat eo, non quæſiviſſet illud ut emeret illud, & is qui partiretur cum eo, & dimidium pretii illius, contra jus, ei damnum infert, & nemo dicere poſſet quod ipſi hoc non videtur peccatum eſſe, dixiſſemus quod Sapientes ipſum non obligaverunt ad jusjurandum, idcirco hic jurandum eſt. Cæterum, ſi nos tantum docuiſſet emptionem & venditionem, dixiſſemus, quod in caſu emtionis & venditionis cum Sapientes obligarunt ad jusjurandum, quia ipſi videtur licitum eſſe, dicendo, *ſocius meus dedit pecuniam, & ego dedi pecuniam, nunc, cum indigeo illo, ipſe capiam illud, & ſocius meus emet aliud*; ſed cum in caſu illius qui invenit, nemo ſit qui hoc dicere poſſit, idcirco putaſſemus quod Sapientes illos non obligaſſent ad jusjurandum; Hac de cauſa nos utrumque docuit. ישבע שאין לו בה פחות מחציה *jurabit quod non plus illi cedit quam dimidium*, & non jurabit quod totum ad ſe pertinet, uti diximus in principio, quia illi non dabunt integrum. Si vero juraverit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ jus intelligi debet quando quiſque amborum prehenderit fila pallii, ſive capitis velamentum; at ſi unusquiſque pro ſe prehenderit partem ſuam, unicuique cedit illi pars quam prehenderint; & quod reliquum eſt de velo, æqualiter dividunt, poſtquam ambo juraverint, uti dictum eſt.

זה אומר כולה שלי וזה אומר כולה שלי *Si hic dixerit, totum eſt meum, & ille dixerit, totum eſt meum*, ſermo eſt de venditore qui velamentum capitis vendit uni e duobus, ipſi adſtantibus certa pecuniæ quantitate, at quiſque e duobus venditori ſolvit pecuniæ iſtius quantitatem, ab uno pecuniam volens accepit venditor, ab altero autem nolens, & ea intentione ut deinceps ei redderet; quo factum eſt ut venditor in dubium inciderit, neſciens cuinam ex illis duobus vendiderit; ſed uterque emptor dixerit venditori quod eo volente ab ipſo emerunt; tum uterque jusjurandum ex conſtitutione Sapientum præſtare tenetur, ne uterque apprehendat palliolum, ſive capitis velum; ſed partientur palliolum, & pecuniam quam unus eorum dedit, & venditor reddidit. Cæterum ſi venditori innotuerit quiſnam ſit emtor, & dixerit, *huic vendidi*, tum fide dignus habendus eſt in teſtimonio ſuo, etſi pallium ſit in poteſtate utriusque, & uterque dicat, *ego emi illud*; & teſtimonium venditoris habebitur ut teſtimonium ordinarium, atque ut jusjurandum Legis, & non ex conſtitutione Sapientum uti diximus. Quomodo fiet ut unus non plus de pallio acquirat quam alter, niſi alius teſtis ſe cum venditore conjungat. Fundamentum nobis eſt, quod is qui quicquam accepit pro ſuo jurejurando, non jurabit pro eo quod plus eſt quam illud quod requiritur pro iſto jurejurando. Hac de cauſa jurabit quod ipſi non plus quam media illius cedit pars, & non jurabit quod totum ipſi cedit pallium, quandoquidem dimidium tantum recipere poteſt; & hoc modo judices velim in omni hujus notæ jure.

quod dimidium ad illum pertinet, quemadmodum Synedrium ei conceſſit, revocaret id quod prius dixit, totum ad ipſum pertinere pallium; propterea jurabit quod non plus quam dimidium ipſi cedit; hoc ſenſu, totum ad me pertinet, uti prius dixi; ſed juxta vos qui mihi non habetis fidem de toto, juro quod ad me pars illius pertinet, & non minus quam dimidium.

§. 2. De duobus qui uni inſident animanti, vel quorum unus inſidet, & alter ducit, ambo eodem gaudent jure, ſi uterque dixerit, totum ad me pertinet, *adhibito prius jurejurando quod quisque dimidium tantum poſtulat. Dummodo is qui inſidet, aliquantulum moverit pedes ſuos, ut animans mediante ipſius motu gradum acceleret; ſi ſecus fecerit, is qui duxerit, duntaxat illud acquiſiviſſe cenſetur.*

ב היו שנים רוכבין על גבי בהמה או שהיה
אחד רוכב ואחד מנהיג זה אומר כולה שלי וזה
אומר כולה שלי זה ישבע שאין לו בה פחות מחציה
וזה ישבע שאין לו בה פחות מחציה ויחלוקו
בזמן שהן מודים או שיש להן עדים חולקים בלא
שבועה :

2. Si duo inſederint beſtiæ, aut unus inſederit, & alter duxerit, unuſque dixerit, *tota ad me pertinet*; & alter dixerit, *tota ad me pertinet*; tum unus jurabit quod non plus quam dimidium ad ipſum pertinet, & alter jurabit quod non plus quam dimidium ad ipſum pertinet, & partientur inter ſe. Cæterum quando illi convenerint, aut teſtes adfuerint, partiuntur ſine jurejurando.

R. OB. DE BARTENORA.

היו שנים רוכבין על גבי בהמה *Si duo inſederint beſtiæ*; hæc verba nos docent, eum qui inſidet beſtiæ, acquirere, etiamſi non ducat eam, quia beſtia non movetur loco. או שהיה אחד רוכב ואחד מנהיג *Aut ſi unus inſederit, & alter duxerit*, ſi is qui inſidet, commoverit pedes ſuos ut beſtia incedat illo mediante, tum æquali jure gaudent is qui inſidet, & is qui ducit, at ſi non moverit pedes, ſed tantummodo inſederit, tum is qui ducet, acquirit, non autem is qui inſidet. בזמן שהם מודים או שיש להם עדים *Quando illi convenerint, aut teſtes adfuerint*, etiam poſtquam ſententia pronunciata ſit quod partiri debent cum jurejurando, ſine jurejurando dividunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet te hujus Miſnæ ſenſus, quod is qui inſederit, & is qui duxerit, eodem gaudent jure; ea tamen conditione ut is qui inſidet beſtiæ, commoveat pedes ſuos ut inceſſum promoveat, nam ſi hoc non fecerit, & beſtiæ tantum inſederit, tum is qui duxit, acquiſivit. Præterea te docet, quod, ſi inter ſe convenerint, aut teſtes advenerint, etiam poſtquam illis impoſuerint juſjurandum, partiuntur ſine jurejurando.

§. 3. Unus animanti inſidens & rem inventam conſpiciens alloquitur alium pediſſequum, dicendo, des tu eam mihi; pediſſequus reſpondet, dicendo; ego acquiſivi eam, quo eam acquiſiviſſe cenſetur, verum ſi pediſſequus dixerit ei qui animanti inſidet, ego rem inventam prius acquiſivi, *nullius eſt momenti quod dixit.*

ג היה רוכב על גבי בהמה וראה את המציאה
ואמר לחבירו תנה לי נטלה ואמר אני זכיתי בה
זכה בה אם משנתנה לו אמר אני זכיתי בה תחלה
לא אמר כלום :

3. Si quis beſtiæ inſideat, & videat rem inventam, & dicat ſocio ſuo, *des mihi eam*; at ille reſpondeat dum capiebat, *ego acquiſivi eam*, tum acquiſivit eam. Cæterum, ſi poſtquam ei data ſit, dixerit, *ego acquiſivi eam prius*, nihil dixit.

R. OB. DE BARTENORA.

ואמר לחבירו תנה לי *Et dixerit ſocio ſuo des mihi*, verum ſi dixerit ei, *acquire eam pro me*, tum acquiſivit is qui beſtiæ inſidet; & is qui rem inventam adducit, dicere nequit, *ego acquiſivi eam* לא אמר כלום *Non dixit quicquam*, quia is qui rem inventam cepit e manu proximi ſui, eam quoque acquiſivit, quamdiu autem fuerat in manu ejus qui rem inventam attulerat inſidenti, tamdiu erat communis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si is qui inſidet, dixerit ei qui pedes it, acquire eam rem pro me, tum dicere non poterit, quando eam acceperit, *ego acquiſivi eam*; ſed is qui inſidet beſtiæ, acquiſivit rem inventam. Cæterum, quando dixerit ei *des mihi*, dicere poteſt *ego acquiſivi eam*; quemadmodum Miſna dixit.

§. 4. Res inventa ſi ab aliquo conſpecta ſit, atque is ſe in illam conjecerit, & interea temporis alter quiſpiam acceſſerit qui eam prehendat, tum is qui eam prehendit, acquiſivit. Dummodo res inveniatur in loco publico, ubi non eſt ut quiſquam per quatuor cubitos acquirat ea quæ circum ipſum ſunt, ſicuti in loco privato, atque in loco proximi ſui. Quo ſenſu campus pro poſſeſſore dicatur acquirere.

ד ראה את המציאה ונפל עליה ובא אחר
והחזיק בה זה שהחזיק בה זכה בה ראה אותן רצין
אחר מציאה אחר צבי שבור אחר גוזלות שלא
פרחו ואמר זכתה לי שדי זכתה לו היה צבי רץ
כדרכו או שהיו גוזלות מפריחין ואמר זכתה לי שדי
לא אמר כלום :

4. Si quis viderit rem inventam, & conjecerit ſe in eam, acceſſerit autem alius qui eam prehendit, tum is qui prehendit, acquiſivit. Si viderit aliquos currentes ad rem inventam, aut poſt capreolum fractum, aut poſt columbas inplumes, dixeritque, *acquirat mihi campus meus*, tum acquiſivit ipſi. Si capreolus inceſſerit more ſuo, aut columbæ volaverint uti convenit, dixeritque *acquirat mihi campus meus*, tum nihil dixit.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

זה שהחזיק בה זכה בה *Is qui prehendit eam, acquiſivit*, hic caſus intelligendus eſt quando res inventa extiterit in loco publico, eo quod quatuor hominis cubiti non acquirunt pro illo in loco publico; propterea is qui rem prehenderit, acquiſivit. Sed in via privata, aut ad latera loci publici, ubi unus alterum non impellit, quatuor hominis cubiti acquirunt pro tota re inventa, & tota re communi quæ juxta eam fuerit intra quatuor cubitos, & nemo eam prehendere poterit; & hoc ei ſanciverunt Sapientes, ne inter ſe rixarentur.

אחר צבי שבור *Poſt capreolum fractum*, nam ſi currere non poteſt, & in campo cuſtoditur, ſi alii non capiant eum, perindè eſt ac ſi eſſet res inventa. וזכתה לו *acquiſivit ipſi*, nempe campus acquiſivit ei, & hoc intelligendum eſt quando fuerit in latere campi ſui, & quando poſt capreolum & columbas currere poteſt, eoſque aſſequi antequam exierint e campo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando in campo fuerint ea omnia quæ juxta ipſum fuerint intra quatuor cubitos, tum acquiſivit ea perinde ac ſi pervenerint ad manus illius, & nemo in ea poteſtatem habet. Cæterum caſus qui in hac occurrit Miſna, loquitur de eo qui erat in loco publico, aut in campo proximi ſui, ubi homines non ſolent parati eſſe, propterea non acquirunt pro ipſo quatuor cubitos, etſi ſe in rem inventam conjecerit. Si vero alius acceſſerit, & prehenderit, is qui prehendit, acquiſivit eam. Et quod dicimus campum pro illo acquirere, ſub duabus conditionibus intelligendum eſt, quarum una eſt, ut ſit in campo ſuo, altera autem, ut columbæ & capreolus lente incedant in campo, ita ut eas aſſequi poſſit ſi gradum ſuum acceleraverit.

§. 5. *Res a filio, filia, parvulis, ſervis Cananæis, & uxore inventa ad patrem familias pertinet; ratio eſt quia hi omnes fruuntur menſa patrisfamilias, quantumvis ii adprovectiorem pervenerint ætatem; & ſervorum corpora poſſeſſori empta ſunt cum omni eo quod acceſſerit. Contra ii qui non fruuntur patrisfamilias cibo, rem inventam ſibi habeant, idcirco Miſna dicit rem a filio vel filia majorennibus, vel a ſervo & ſerva Ebræis, vel ab uxore repudiata inventam ad ipſos pertinere, cum illi patrisfamilias juri non ſint obnoxii.*

ה מציאת בנו ובתו הקטנים מציאת עבדו
ושפחתו הכנענים מציאת אשתו הרי אלו שלו
מציאת בנו ובתו הגדולים מציאת עבדו ושפחתו
העברים מציאת אשתו שגירשה אף על פי שלא
נתן כתובתה הרי אלו שלהן :

5. Res a filio ejus inventa, vel a filia, vel a parvulis, ut & res a ſervo vel ſerva Cananæis inventa, vel ab uxore illius, ad ipſum pertinet. Res a filio vel filia majorennibus inventa, vel a ſervo & ſerva Ebræis, vel ab uxore ejus repudiata, etſi nondum ei ſolverit dotem, ad illos pertinet.

R. OB. DE BARTENORA.

הקטנים *parvuli*, omnis filius qui menſa fruitur paterna, etſi multos habuerit annos, vocatur קטן *parvulus*, adeoque illius res inventa ad patrem pertinet, ad odium declinandum inter cæteros fratres. Filiæ vero res inventa, ſive minorennis, ſive נערה ſit, ad patrem pertinet; quia Lex omne illius commodum & incrementum conceſſit patri.

מציאת עבדו ושפחתו הכנענים *Res a ſervo vel ſerva Cananæis inventa*, eorum res inventa cedit hero, eo quod acquiſivit corpora eorum, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 25, 46. והתנחלתם אתם Et quod tandem Miſna dicit, quod res ab uxore inventa cedit marito, id a Sapientibus inſtitutum eſt ad odium mariti evitandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quicunque fruitur menſa patris ejus, res inventa pertinet ad patrem, etiamſi quadraginta habuerit annos. Quicunque vero filius qui non fruitur menſa patris ſui, ſi ſex & plures habuerit annos, ejus res inventa ſibi ipſi cedit, & hoc eſt quod in ipſa hac Miſna denotatur, quando dicit, *majorennes & minorennes.* Sed quamdiu filia dicitur נערה, tamdiu ejus res inventa ad patrem pertinet, etſi non fruatur menſa paterna, & vendiderit ſe pro ſerva, tamen res ab illa inventa pertinet ad patrem, quia totum ejus incrementum in tempore נערה cum vocetur *puella*, ad patrem ſpectat, quemadmodum expoſitum eſt in tractatu Cetubot capite quarto.

§. 6. שטרי חוב Libelli debiti *ſi inventi ſint, atque in iis contineatur* אחריות נכסים Cautio de bonorum damno, *ſecundum doctorem primum non reſtituendi ſunt, eo quod Senatui ex illis ſolvitur: ſi vero non contineant cautionem de bonorum damno, reſtituendi ſunt, quia tum Senatui ex iis nihil ſolvitur. Ita R. Meyr. Sapientes eos nequaquam reſtituendos putant, licet obligationem bonorum comprehendant, quia nihilominus tamen Senatui ex iis nihil ſolvitur: & ita deciditur.*

ו מצא שטרי חוב אם יש בהן אחריות נכסים
לא יחזיר שבית דין נפרעין מהן אין בהן אחריות
נכסים יחזיר שאין בית דין נפרעין מהן דברי רבי
מאיר וחכמים אומרים בין כך ובין כך לא יחזיר
מפני שבית דין נפרעין מהן :

6. Si invenerit literas debiti, & in illis fuerit obligatio bonorum, non reſtituet, quia Senatui ex illis ſolvendum eſt. Sed ſi non fuerit in illis obligatio bonorum, reſtituat; quia Senatui ex illis non ſolvitur, ſunt verba R. Meyri. Sapientes vero dicunt, ſive hoc & illo modo ſe res habeat, non reſtituet, quia Senatui ex iis ſolvitur.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יש בהן אחריות נכסים *Si in illis fuerit obligatio bonorum*, obligatio ad fundum, ſive bona immobilia exigenda. לא יחזיר *non reddet*, quia nobis ſuſpicio eſt de ſolutione jam facta & pacto quodam inter eos, ut fieri poſſit ut contractui ſolutum fuerit, & ceciderit e manu debitoris; quod autem confeſſus ſit quod non ſolvit, eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes dicunt quod אחריות נכסים *obligatio bonorum* ſit vitium ſcribæ, propterea juxta illos nihil refert ſive ſit שטר in quo continetur אחריות, ſive ſit שטר כתכם *contractus ſimplex*, in quo non ſit mentio *obligationis*, cujus ope exigunt bona ſubjecta; propterea non reſtituet. Et quamvis ille contra quem contractus conſcriptus eſt, confeſſus

eſt tantum luſus aliquis inter eos, ut e poteſtate emtorum rapiant, qui ab illo campum aliquem emerunt ſine obligatione ſubjectionis campi, ut dividant poſtea inter ſe.

בין כך ובין כך לא יחזיר *Sive hoc & illo modo ſe res habeat, non reddet*, quia ope שטר, in quo non continetur obligatio bonorum ſubjectorum, etiam exigere poteſt bona ſubjecta, eo quod defectus אחריות *obligationis* eſt error ſcribæ; nam ſuſpicio nobis eſt de ſolutione jam facta pacto quodam inter eos; deciſio eſt juxta Sapientes. Sed hoc tantum intelligendum eſt de literis in quibus nulla mentio facta eſt obligationis, nam eo in caſu Sapientes dicunt quod ſit vitium ſcribæ; & bona ſubjecta exigere poteſt perinde ac ſi obligatio de illis conſcripta ſit. Cæterum ſi in literis expreſſerit quod obligationem in ſe recipere nolit, concedunt Sapientes quod reſtituet, quia tum nemo eſt qui ſuſpicari poſſet inter eos eſſe luſum aliquem, cum hoc non juvet ipſos.

feſſus ſit quod debet, & quod nihil ſolvit, tamen non reddet; quia ſuſpicio eſt illos inter ſe conveniſſe ad exigendum bona ſubjecta, & quod contractus abripiat e poteſtate emtorum. Deciſio eſt juxta Sapientes; qui dicunt, quod, ſi in literis debiti relinquatur *obligatio bonorum*, ſit vitium ſcribæ. Sed ſi in שטר ita expreſſit, *ea conditione ne obligatus ſim ad obligationem bonorum*, non reddet ſi debitor confeſſus fuerit debitum.

§. 7. *Libelli repudii, ſervorumque manumiſſorum, teſtamentum, apocha, atque donorum conſcripta non reſtituenda ſunt auctori, ſi quis ea invenerit. Eplicantur voces*, דייתיקי & שוברים.

ז מצא גיטי נשים ושחרורי עבדים דייתיקי מתנה ושוברים הרי זה לא יחזיר שאני אומר כתובים היו ונמלך עליהם שלא לתנם :

7. Si quis invenerit libellos repudii mulierum, & ſervorum manumiſſorum, διαθήκας, donorum, & apocham, non reſtituet: nam ego dicerem, ea conſcripta quidem eſſe, ſed (auctorem eorum) mutaſſe ſententiam ſuam, ideoque non tradidiſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

דייתיקי Eſt teſtamentum ſive ultima ægrotantis voluntas, & vox compoſita דא תהא למיקם *hoc eſto ad confirmandum*, שוברים notat *apocham*, quam creditor tradit debitori. qui ab ipſo exigit libellum ſolutionis debiti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דייתיקי Eſt vox compoſita דא תהא למיקם *hoc eſto ad confirmandum*; eſtque ejusmodi ſcriptura, qua mediante acquiruntur bona mobilia, & immobilia; aut ejuſmodi res quæ inter homines dependere ſolent a conditionibus & obligationibus. שוברים notat *libellum ſolutionis*, quem creditor tradit debitori in teſtimonium debiti ſoluti. כתובים היו ונמלך עליהם שלא ליתנם *conſcripta quidem ſunt, ſed mutavit ſententiam, ideoque non tradidit ea*, quo docet, quod, ſi dixerit, *date*, tum dant; & hoc, quia ægrotus poteſt retractare ſententiam ſuam quod ad dona, & ab uno ad alium tranſire; ſed jura libellorum repudii, quando deciderint, jam expoſuimus in tractatu Gittin capite tertio.

§. 8. *Explicantur aliquod voces Ebraicæ, ut* אגרות שום literæ æſtimationis: אגרות מזון literæ alimoniæ: שטרי בירורין libelli declarationum: שטרי חליצה ומיאונין libelli diſcalceationis & denegationis: *quæ omnia ſcripta reſtituenda ſunt, ſi a quoquam inventa fuerint; ratio eſt, quia ipſis certum ineſt ſignum ex quo dignoſci queunt; porro etiam explicantur voces* גלוסקמא & חפיסה & סימפון *Et phraſeologia*, donec venerit Elias.

ח מצא אגרות שום ואגרות מזון שטרי חליצה ומיאונין ושטרי בירורין וכל מעשה בית דין הרי זה יחזיר מצא בחפיסה או בדלוסקמא תכריך של שטרות או אגודה של שטרות הרי זה יחזיר וכמה אגודה של שטרות שלשה קשורין זה בזה רבן שמעון בן גמליאל אומר אחד הלוה משלשה יחזיר ללוה שלשה הלוין מאחד יחזיר למלוה מצא שטר בין שטרותיו ואינו יודע מה טיבו יהא מונח עד שיבא אליהו אם יש עמהן סמפונות יעשה מה שבסמפונות :

8. Si quis invenerit literas æſtimationis, & literas alimoniæ, literas diſcalceationis, literas denegationis, literas declarationum, & omnia Senatus acta, reſtituet. Si invenerit in ſacculo, aut in loculo, involucrum literarum, aut faſciculos literarum, reſtituet. Quantus eſt faſciculus literarum? Tria ligamenta, unum cum altero junctum. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, unus ſi mutuo accepit a tribus, reſtituet ei qui mutuo accepit. Tres ſi mutuo acceperint ab uno, reſtituent ei qui mutuo dedit. Si quis libellum invenerit inter ſuos libellos, & neſciverit quomodo factum ſit, relinquet donec venerit Elias. Si cum illis fuerit pactum, faciet id quod in pacto.

R. OB. DE BARTENORA.

אגרות שום *literas æſtimationis*, quibus ſenatus æſtimavit bona debitoris, ut creditor exigere poſſet debitum ſuum. אגרות מזון & *literas alimoniæ*, quibus in ſe recepit filiam uxoris ſuæ alere; aliter, quibus vendant campum mariti in alimoniam uxoris ejuſque filiarum.

ומיאונין & *literas denegationis*, ſunt literæ quæ filia deſponſa annuente conſcribuntur præſentibus quibusdam viris hoc argumento, *Nolo ego viro N. nubere*; ſed hoc intelligendum eſt de filia minorenni, quæ a matre ſua & fratribus deſponſa eſt, quæ non obligata eſt ad libellum repudii.

ושטרי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אגרות שום *literas æſtimationis*, hoc ſenſu, neceſſe eſt ut creditor ſciat valorem campi, an conveniat cum eo quod debitori mutuo dedit, ut pro eo deinceps campum exigere poſſit, quemadmodum exponetur.

אגרות מזון *literas alimoniæ*, alimoniæ uxoris & liberorum, quibus ſenatus poteſtatem dedit vendendi campum in alimoniam, quemadmodum exponitur in tractatu Cetuboт.

שטרי ברורין *libellos declarationum*, ſunt libelli electionis judicum, quando judices inter ſe conveniunt ut litem

aliquam

ושטרי בירורין *& libellos declarationum*, quibus unus ſibi eligit hunc judicem, alter vero illum ſibi eligit, ut jus dicant. תפיסה notat vaſculum coriaceum. דלוסקמא Eſt inſtrumentum e corio confectum in quo priſci devoti ſervabant inſtrumenta miniſterii eorum, ne ſingulis vicibus cogerentur ea conquirere.

תכריך של שטרות *involucrum libellorum*, ſi tres aut plures libelli una involuti fuerint. או אגודה של שטרות *aut faſciculus libellorum*, plures libelli inter ſe involuti in longitudine. הרי זה יחזיר *ecce hic reſtituet*, quia eſt res cui ſignum ineſt cum inſtrumentum ſit ſignum, quando poſſeſſor alicui dixerit de inſtrumento ejusmodi, inveniſti illud? ſic etiam involucro & faſciculo ſignum ineſt.

אחד הלוה משלשה *ſi unus mutuo acceperit a tribus*, ſi tres libelli pertineant ad unum qui a tribus mutuo accepit, tum is qui invenerit eos, reſtituet eosdem ei qui mutuo accepit, eo quod eſt ſcriptum quod cecidit e manu ejus; nam ſi e manu eorum cecidiſſet, quis collegiſſet libellos in unum locum? & hoc intelligendum eſt quando libelli a ſenatu confirmati fuerint. Cæterum, ſi non confirmati fuerint, ſuſpicamur fieri potuiſſe eos adduxiſſe tres creditores ad ſcribam judicum ad confirmandum eos, & ſcribæ e manibus excidiſſe. Nam non ſuſpicamur eos e manibus ſcribæ excidiſſe poſtquam confirmati fuerint; quia nemo ſcripta ſua a ſenatu confirmata diu relinquere ſolet in poteſtate ſcribæ. Si vero tres mutuo acceperint ab uno homine; tum is qui invenerit ſcripta, reddet ea ei qui mutuo dedit, quia certum eſt quod ei exciderunt. Quando autem omnes tres conſcripti fuerint ab uno ſcriba, ſuſpicamur fieri potuiſſe ut ſcribæ exciderint, & nihil mutuo acceperint, propterea non reſtituet is qui invenerit.

aliquam dijudicent, ejuſque ſententiam dicant, uti exponetur in tractatu Sanhedrin, quod unus eliget hunc judicem, alter vero illum.

תכריך של שטרות *involucrum libellorum*, ſunt tres libelli de debitis inter ſe convoluti, aut plures. או אגודת של שטרות *aut faſciculos libellorum*, ſunt quoque tres libelli, aut plures, omnes eidem faſciculo involuti.

רבן שמעון בן גמליאל אומר אחד הלוה מני יחזיר ללוה *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, unus qui mutuo accipit a tribus, reſtituet ei qui mutuo dedit*, ea vero conditione ut tres libelli a ſenatu confirmati ſint. Cæterum, ſi non confirmati fuerint, non reddet eos cuiquam, quia dici poteſt unumquemque eorum adduxiſſe libellum ſuum ut a ſenatu confirmarentur, omnesque ſe conjunxerint in poteſtate judicis, aut legati eorum, & libellos ipſi è manu cecidiſſe, ac inventos fuiſſe ab eo qui tres debebat. Sic etiam, quando dicit, ſi tres mutuo acceperint ab uno, reſtituat ei qui mutuo dedit, illud intelligi debet quando a tribus diverſis perſonis conſcripti fuerint libelli. Verum ſi ab uno homine conſcripti fuerint, dicere poſſumus quod ſcribæ e manu exciderunt, non creditori.

סמפון *σύμφωνον pactum*, in libello vel diplomate conſignatum; ſed ea conditione ut libelli iſti inveniantur inter libellos laceratos ac attritos, aut inter literas in manu tertii; ſi libellus non ligatus ſit cum aliis literis, tum faciunt ſecundum id, quod in eo conſcriptum fuerit, quia eſt in poteſtate tertii, & שטרות *literæ* etiam ſunt in poteſtate tertii: deciſio eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

מצא שטר בין שטרותיו ואינו יודע מה טיבו *Si invenerit libellum inter libellos ſuos, & neſciverit quomodo illud factum fuerit*, an is qui mutuo accepit eum depoſuerit in poteſtate ejus, an vero is qui mutuo dedit, & an partim ſolutus fuerit libellus, & ei traditus, ut is aliquis tertius eſſet inter illos duos, tum retinebit eum in poteſtate ſua, & neutri tradet. אם יש עמהם סמפון *Si inter eos fuerit pactum*, ſi quis inter ſcripta ſua invenerit apocham, eaque conſcripta fuerit ſuper uno e ſcriptis debiti ſui, faciet id quod continetur in illa apocha, & ſcriptum habebitur ſolutum. Quamvis autem conveniret ut apocha hæc depoſita eſſet in poteſtate debitoris, & non in poteſtate creditoris, dicimus tamen debitorem fidem habuiſſe creditori, & dixiſſe ipſi, cras mihi dabis apocham, & oblitam eſſe. Hoc autem intelligendum eſt quando creditor invenerit hanc ſcripturam ſuper qua conſcripta eſt apocha inter ſcripta dilacerata, etſi non dilacerata ſit.

Cap. 2. §. 1. Memorantur res inventa quæ ipſi inventori cedunt, dummodo proclamatæ fuerint, ut, fructus & nummi diſperſi, manipuli in loco publico, orbiculi palathæ, piſtoris panis, piſcium faſciculi, atque id genus alia in hac Miſna occurrentia. Ratio quare prius proclamari debent, eſt quod omne id cui ſignum eſt, proclamari debet, ut poſſeſſor hoc ſigno indicato recuperet id quod ſuum eſt. Explicantur voces כלי אנפוריא *atque* כריכות.

פרק ב אלו מציאות שלו ואלו חייב להכריז אלו מציאות שלו מצא פירות מפוזרין מעות מפוזרות כריכות ברשות הרבים ועגולי דבילה ככרות של נחתום מחרוזות של דגים וחתיכות של בשר וגיזי צמר הבאות (ס"א) ממדינתן ואניצי פשתן ולשונות של ארגמן הרי אלו שלו דברי רבי (נ"א לינ) מאיר רבי יהודה אומר כל שיש בו שינוי חייב להכריז כיצד מצא עגול ובתוכו חרס ככר ובתוכו מעות רבי שמעון בן אלעזר אומר כל כלי אנפוריא אינו חייב להכריז :

Cap. 2. Hæ ſunt res inventæ quæ (ad inventorem pertinent) & hæ proclamari debent. Hæ res inventæ (ad inventorem pertinent,) ut ſi invenerit fructus diſperſos, nummos diſperſos, manipulos in loco publico, & orbiculos palathæ, piſtoris panem, faſciculos piſcium, & fruſta carnis, detonſiones lanæ quæ veniunt e provincia eorum, manipulos lini, & linguas purpuræ, hæc ad inventorem pertinent, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, omnem rem quæ in ſe differentiam continet, proclamare debet. Quomodo? Si invenerit palatham in qua fuerit teſta, aut panem in quo fuerit pecunia, R. Schimeon filius Eleaſaris dicit, omnem amphoram proclamare non debet.

R. OB. DE BARTENORA.

מצא פירות מפוזרים *Si invenerit fructus diſperſos*, de quibus poſſeſſores jam omnino deſperarunt, ſe nunquam eos inventuros, & propterea jam eſſe communes factos. מעות מפוזרות *nummos diſperſos*, quandoquidem nummis non eſt ſpeciale aliquod ſignum, poſſeſſores de eorum recuperatione deſperant, adeoque communes habentur, & hæc ominum ratio eſt. כריכות idem quod עמרים קטנים *manipuli parvi*. ברשות הרבים *in loco publico*, qui ab omnibus calcatur; & quamvis rebus ſit ſignum, tamen eo in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda dicit, quodcunque in quo continetur ſignum, proclamari debere, quia poſſeſſor illud ſignum nominare poteſt, ut ei reſtituatur quod ſuum eſt. כלי אנפוריא *vaſa amphoraa*, erant vaſa nova in quibus non miniſtrabant in poteſtate poſſeſſoris eo modo quo cognoſci poterant; nam ſi miniſtrabant in illis donec cognoſci poterant, demonſtranda erant ei qui dixerat quod perdiderat ea, & ſi cognoviſſet ea, reſtituebant ipſi, ſi fide dignus erat; quemadmodum dixerunt, quod diſcipulo Sapienti reſtituebant id

loco id peret. כברות של נחתום *panem piſtoris*, cui non eſt ſpeciale ſignum, quia omnes panes ſunt æquales, ſed patrumfamilias panibus ineſt ſignum aliquod. הלקוחים ממדינתן *quæ veniunt e provincia earum*, ad excludendum eas quæ veniunt ex domicilio opificis, quemadmodum dicitur inferius. ולשונות של ארגמן *Et linguas purpuræ*, lanæ purpureo colore tinctæ, & extenſæ inſtar linguæ.

כלי אנפוריא *vaſa amphoraa*, ſunt vaſa nova quibus oculus non ſaturatur, & quæ poſſeſſores nondum tam accurate dignoſcunt; nam interdum rem perditam reſtituebant dignoſcente eam poſſeſſore viſu ſuo, ſi ſit ſtudioſus Sapiens qui non ſolet mentiri. Hæc igitur vaſa quorum poſſeſſores non habent plenam cognitionem e viſu, ſi quis invenerit, non tenetur proclamare. Deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon filium Eleaſaris. Cæterum hoc ita intelligendum eſt quando omnes ſigillatim invenerit, at ſi duas res ſimul invenerit, tum proclamare tenetur, quia numerus iſte habetur pro ſigno. Si quis autem invenerit quicquam in platea lata, & in ejusmodi civitate cujus maxima hominum pars conſtat gentilibus, etſi ſit res cui ſignum eſt, tamen non tenetur eam proclamare; ſed in civitate cujus maxima pars conſtet Iſraëlitis, tenetur.

id quod perdiderat, ſi illud viſu cognoſceret. Cæterum, quia in hoc vaſe non miniſtrabant eo modo ut poſſeſſor ejus plenam habere potuerit cognitionem, inventor non obligatur illud proclamare; at ſi duo aut plures invenerint, ut duos acus, aut duo verua, aut ſimilem numerum, tum numerus eſt inſtar ſigni, & proclamare tenetur. Propterea hoc intelligi debet, cum invenerit in loco privato, ubi pauci tranſeunt. Sed cum in platea magna quicquam invenerit; etiamſi fuerit res cui ſignum eſt, tamen ad ipſum pertinet; ea tamen conditione ut maxima hominum pars ſint gentiles; at ſi maxima pars fuerit Iſraëlitæ, proclamabit. Deciſio eſt juxta R. Jehudam, & R. Schimeonem filium Eleaſaris.

§. 2. *Enumerantur res quæ* proclamari *debent ſi a quoquam inventæ fuerint, quandoquidem iis omnibus ſignum ineſt quo dignoſcuntur ad quem pertineant, & quare in hoc vel iſto loco relictæ ſint. Hæ itaque tum demum poſſeſſori reſtituendæ ſunt, dum earum conditionem diſtincte indicaverit.*

ב ואלו חייב להכריז מצא פירות בכלי או כלי כמות שהוא מעות בכיס או כיס כמות שהוא צבורי פירות צבורי מעות שלשה מטבעות זה על גב זה כריכות ברשות היחיד וכריכות של בעל הבית וגיזי צמר הלקוחות מבית האומן כדי יין וכדי שמן הרי אלו חייב להכריז :

2. Hæ ſunt quas proclamare tenetur, ſi quis eas invenerit in vaſe, aut ſi invenerit vas qualecunque, aut nummos in crumena; aut crumenam ſicut ipſa eſt, ſi cumulos fructuum; cumulos nummorum, tres monetas unam ſuper alteram; manipulos in loco privato; panes patrisfamilias: detonſiones lanæ quæ emuntur e domo opificis; cados vini, & cados olei, has inquam res proclamare tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

בכלי *in vaſe*, cui ſignum eſt. כלי כמות שהוא *vas ſicut ipſum eſt*, vas vacuum. צבורי פירות *cumulos fructuum*, quorum ſignum eſt numerus, aut locus. שלשה מטבעות זה על גב זה, *tres monetas unam ſuper aliam*, aut plures quam tres; proclamabit ergo inventor, dicens, *ego inveni monetas*, & poſſeſſor dicet, *tot erant; & una impoſita erat alteri.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

או כלי כמות שהוא או כיס כמות שהוא *aut vas quantulumcumque, aut crumenam quemadmodum ipſa eſt*, quando ea inventa eſt vacua, quoniam poſſeſſores iis ſignum imprimere poſſunt. שלשה מטבעות זה על גב זה *tres monetas unam ſuper alteram*, hinc conſtat quod manu illic depoſitæ erant, ideoque poſſeſſor eis ſignum imprimere poterat, & dicere, quod una alteri impoſita erat.

§. 3. *Determinantur loca quædam in quibus res inventa vel ad inventorem, vel ad poſſeſſorem, pertinet; imo & aliqua in quibus inventori non licet rem inventam tangere ſi eam invenerit, quia ex ſitu eorum cognoſci poteſt poſſeſſorem illic reliquiſſe eam, ut poſtea denuo reciperet. voces* גפה *&* גדר *exponuntur.*

ג מצא אחר הגפה או אחר הגדר גוזלות מקושרין או בשבילין שבשדות הרי זה לא יגע בהן מצא כלי באשפה אם מכוסה לא יגע בו אם מגולה נוטל ומכריז מצא בגל ובכותל ישן הרי אלו שלו מצא בכותל חדש מחציו ולחוץ שלו מחציו ולפנים של בעל הבית אם היה משכירו לאחרים אפילו בתוך הבית הרי אלו שלו :

3. Si invenerit quid poſt maceriem, aut poſt parietem columbas vinctas, aut in ſemitis agrorum, ne tangat illa. Si vas in ſimeto invenerit contectum, ne tangat illud; ſi apertum fuerit, accipiat & proclamet. Si invenerit quid in acervo, aut in pariete veteri, pertinent ad ipſum. Si invenerit in pariete novo, in dimidio ejus & exterius, ad ipſum pertinet; ſi a dimidio ejus & interius, ad patremfamilias pertinet. Si vero domum conduxerit aliis, etiamſi invenerit intra domum, ad ipſum res inventa pertinet.

R. OB. DE BARTENORA.

גפה eſt occluſio parietis e ligno aut cannis conſtantis. גדר eſt paries lapideus. גוזלות מקושרין *columbæ vinctæ*, in alis, quo modo quisque eas vincire ſolet, cujusmodi ligatio non eſt ſignum. לא יגע בהן *non tangat eas*, quia dicimus aliquem eas ſervare, & ſi eas acceperit, poſſeſſori in illis non eſt ſignum, ideo relinquat eas, donec advenerit poſſeſſor qui eas capiat.

אם מכוסה לא יגע בו *Si contecta ſit, non tangat eam*, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non licet inventori has quas diximus res accipere, quia intelligi debet quod poſſeſſores illic reliquerunt eas, ut poſtea eas reciperent; & ſi eas acceperit inventor, non erit in eis ſignum ut dent eas, ut reſtituatur eis id quod ad ipſos pertinet, propterea non tangat eas.

מצא בגל או בכותל ישן *Si invenerit in cumulo, aut in pariete veteri*, hoc intelligi debet quando res intra ſolum fuerit, eo modo ut dici poſſit quod diu illic abſconſa fuit;

quia hæc non eſt res amiſſa de qua Lex præcepit Deut. 22. 3. לא תוכל להתעלם.

מצא בגל או בכותל ישן הרי אלו שלו *Si invenerit in cumulo, aut in pariete veteri, ecce ad ipſum pertinet*, quia poſſeſſori cumuli & poſſeſſori parietis dicere poteſt, hoc pertinet ad Amoræos quos patres noſtri ſubegerint, dummodo in eo ſit multum rubiginis, unde cognoſci poteſt diu illic abſconſum fuiſſe.

מחציו ולחוץ *Si a dimidio & exterius*, in quodam foramine parietis prope locum publicum, ſi rem invenerit a dimidio craſſitiei parietis exterius, pertinet ad ipſum, eo quod dicimus quod aliquis viatorum inter eundum illic depoſuerit eum, ac oblitus fuerit; ſed rubigo qua affecta eſt indicat aliquamdiu illic fuiſſe, ideoque certum eſſe quod poſſeſſores recuperatione ejus deſtituti fuerunt. Hoc autem jus intelligendum eſt de lamina auri, & fruſto argenti, & ſimilibus; verum ſi vas fuerit in quo continentur nummi, & os vaſis fuerit exterius, tum ad ipſum pertinet; at ſi os vaſis fuerit interius, tum pertinet ad poſſeſſorem. *Etiamſi intra domum, ad ipſum tamen pertinent*, quia neſcit undenam ſint, & poſſeſſores quoque de illis jam deſperarunt.

fuit; verum ſi circa ſolum, aut ſuperficiem parietis eam invenerit, jus ejus eſt quemadmodum jus illius quod invenit in fimeto

מחציו ולחוץ שלו *Si a medio & exterius, ad ipſum pertinet*, hoc intelligendum eſt quando ea quæ in pariete abſconſa fuerit, lamina ſit auri, aut fruſtum argenti, aut ſimile quid. Cæterum, ſi fuerit vas argento plenum, ſequimur ſitum oris vaſis, ſi illud ſit exterius, ad ipſum pertinet; ſi interius, ad poſſeſſorem pertinet.

§. 4. *Allegantur res inventæ quæ inventori cedunt; ratio eſt; quia ipſis nullum ineſt ſpeciale ſignum, quamobrem poſſeſſores de iis recuperandis deſperant, ſi tali in loco eas amiſerint, omnis enim res de cujus recuperatione deſperare ſolent, ea inventori cedit. exponitur vox* שולחני *&* כסא.

ד מצא בחנות הרי אלו שלו בין התיבה ולחנוני של חנוני לפני שולחני הרי אלו שלו בין הכסא לשולחני הרי אלו לשולחני הלוקח פירות מחבירו או ששלח לו חבירו פירות ומצא בהן מעות הרי אלו שלו אם היו צרורין נוטל ומכריז :

4. Si invenerit quid in taberna, ad ipſum pertinet; ſi inter ciſtam & tabernarium, pertinet ad tabernarium, ſi coram trapezita, ad ipſum pertinet; ſi inter ſellam & trapezitam, ad trapezitam pertinet Si quis fructus emerit a proximo, aut ſi quis ad proximum miſerit fructus, & in eis invenerit nummos, hi ad ipſum pertinent; ſi ligati fuerint, capiet eos & proclamabit.

R. OB. DE BARTENORA.

מצא בחנות הרי אלו שלו *Si quid invenerit in tentorio, ecce hoc ad eum pertinet*, hic ſermo eſt de re cui non eſt ſignum, nam ſi quid alicui exciderit, de eo recuperando deſperat, quia plurimi homines eo ſe conferunt. בין התיבה *inter ciſtam*, nam tabernarius ante eam ſedet, ſemperque ex ea deſumere ſolet ad vendendum; & ante ſe deponit; nummos autem illos quos ei tradunt, etiam illi ciſtæ imponit, quomodo nihil cadere poteſt niſi e manu tabernarii.

לפני השולחני הרי אלו שלו *Si ante trapezitam, ecce hoc ad ipſum pertinet*, quia dicimus illa cecidiſſe iis qui advenerunt ad nummos ſuos commutandos, quoniam menſa dividit inter trapezitam & nummos qui inventi fuerunt; nam ſi ad trapezitam pertineant, debuiſſent inveniri inter eum & ſellam cui menſa impoſita eſt. הלוקח פירות מחברו וכו' *Si quis emerit a ſocio ſuo &c.* hoc intelligendum eſt quando ſocius ejus fuerit mercator, qui hoſce fructus emit a multis hominibus, ita ut ei non conſtet de quo homine eos accepit; & cum eis non ſit ſignum, contigit ut poſſeſſores de illis deſperaverint. Cæterum, ſi is qui fructus vendit, & eos collegerit ipſe ex agro ſuo, tum certe ad ipſum pertinent hi nummi, & propterea inventor ei reſtituere tenetur. אם היו צרורין *Si colligati fuerint*, tum ligatio aut computus eſt ſignum eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus aliquoties quod שולחני ſit trapezita qui commutat argentum & aurum pro nummis æreis; כסא *Sella* autem illius eſt ciſta cui imponit pedes.

מצא בהן מעות הרי אלו שלו *Si in ea invenerit nummos, ecce hi ad ipſum pertinent*; hoc intelligendum eſt quando fructus emit a mercatore, ſed ſi fuerint ab alio homine qui eos collegit manibus ſuis, & e campo ſuo, certum eſt quod nummi ad ipſum pertinent, & propterea eos reſtituere tenetur.

§. 5. *Veſtimentum etiam comprehenditur ſub iis quæ reſtituenda ſunt, quandoquidem id certæ perſonæ deſtinatum eſt, & ſigna habet quibus repeti poteſt, cuicunque enim res ſunt* תובעים *repetitiones, ea ab inventore reddi debet. Exponitur caſus deſperationis de amiſſis recuperandis.*

ה אף השמלה היתה בכלל כל אלה למה יצאת להקיש אליה לומר הלך מה שמלה מיוחדת שיש בה סימנין ויש לה תובעים אף כל דבר שיש בו סימנים ויש לו תובעים חייב להכריז :

5. Etiam veſtimentum comprehendebatur ſub his omnibus. Quare excipitur veſtis? Ad comparandum quid cum ea, nempe, quemadmodum veſtimentum alicui deſtinatum eſt, quia in eo ſigna ſunt & repetitiones, ita etiam quælibet res cui ſigna & repetitiones inſunt, proclamari debet.

R. OB. DE BARTENORA.

בכלל כל אלו *Sub his omnibus comprehenditur*, hoc eſt id quod dicitur Deut. 22. 7. *Omnis res perdita fratris tui.* למה יצאת *quare excipitur*, id eſt, quare ſcriptum eſt Deut 22. 3. וכן תעשה לשמלתו *Et ſic facies veſtimento ejus.*

מה שמלה מיוחדת וכו' *Quomodo ſe habet veſtimentum? dicatum eſt alicui &c.* Cuivis veſtimento ineſt ſignum, & quodvis veſtimentum habet poſſeſſorem qui illud repetit,

eo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכלל כל אלו *Sub his omnibus comprehenduntur*, hoc eſt id quod ſcriptum eſt Deut. 22. 3. כל אבדת אחיך quod comprehendit veſtimenta & cæteras res. Cæterum, ſi rei inventæ quidem fuerit ſignum, ſed ei non fuerint repetitiones, tum eſt ut poſſeſſores de ea deſperent, & non tenetur inventor eam reſtituere. Caſus vero deſperationis hujuſmodi eſt, ſi is qui talem rem invenit,

dixe-

eo quod manu hominis confectum eſt, & non paratur, de eo quod commune eſt. Sic etiam comparatum eſt cum omni re quæ *habet ſigna & repetitiones*, excipe illam rem de qua deſperarunt poſſeſſores, quorum deſperationem audivit inventor, dicentium, *væ mihi qui hoc perdidi.* dixerit, *væ illi qui talem rem perdidit*, & ſimilia verba.

§. 6. *Tempus proclamandi rem inventam determinatur per tria ſolemnia feſta, dum regimen Iſraëlitarum erat monarchicum. Sed hodierno tempore proclamatio fit in Synagoga, & ſcholis.* אחרון *eſt ultimus ſive octavus feſti Tabernaculorum dies.*

ו ועד מתי חייב להכריז עד כדי שידעו בו שכניו דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר שלש רגלים ואחר הרגל האחרון שבעת ימים כדי שילך לביתו שלשה ויחזור שלשה ויכריז יום אחד :

6. Quamdiu proclamare tenetur? Donec innotuerit vicinis ejus, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, tria feſta, & ultimo feſto die præterlapſo, ſeptem dies, ut tres dies domum eat, & tres redeat, & unum diem proclamet.

R. OB. DE BARTENORA.

שכניו *vicini* ejus, vicini illius loci ubi invenerat rem perditam, ad quos fortaſſis pertinere poteſt res inventa. כדי שילך *ut eat*, ut quisque domum eat intra tres dies; quando audiverint proclamationem, & cognoſcant an aliquam rem perdiderint, & redeant poſt tres dies ſi perdiderint quicquam, & proclament, dicendo, *ego perdidi talem rem, & talia ejus ſunt ſigna*; deciſio eſt juxta R. Jehudam. Cæterum, poſtquam deſtructum eſt ſanctuarium; ſancivérunt ut in ſynagogis & ſcholis proclamarent. Sed quando multiplicati fuerint tyranni, qui ſibi rapuerunt res inventas, denuo ſanciverunt ut vicinis & amicis tantum indicaretur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Feſtum poſtremum eſt dies octavus feſti tabernaculorum, proclamabit autem poſt ſeptimum diem, ut is qui rem perdidit, ſe domum conſerat, & de omnibus rebus inquirat, ut videat id quod deſit, & proclamantem quærat, eique ſignum det rei perditæ, deciſio eſt juxta R. Jehudam. Sed hæc ita intelligenda ſunt quando regimen Iſraëlis erat monarchicum. Sed hodierno rerum ſtatu, proclamatio fieri debet in Synagoga, & ſchola. Verum ſi regnum fuerit violentum, & inventor timuerit ne ei auferant id quod invenerit, cumque accuſent apud regem, non tenetur, præterquam ut vicinis & amicis indicet.

§. 7. *Res inventæ non reſtituendæ ſunt poſſeſſori, ſi eas duntaxat nominaverit; & non ſigna earum. Imo ſi impoſtor perhibeatur, ei non reſtituuntur, licet earum ſigna ſatis clare indicaverit. Explicatur locus Deut. 22. 2.*

ז אמר את האבידה ולא אמר את סימניה לא יתן לו והרמאי אף על פי שאמר סימניה לא יתן לו שנאמר עד דרוש אחיך אותו עד שתדרוש את אחיך אם רמאי הוא אם אינו רמאי כל דבר שעושה ואוכל יעשה ויאכל ודבר שאינו עושה ואוכל ימכר שנאמר והשבותו לו ראה היאך תשיבנו לו מה יהא בדמים רבי טרפון אומר ישתמש בהן לפיכך אם אבדו חייב באחריותן רבי עקיבא אומר לא ישתמש בהן לפיכך אם אבדו אין חייב באחריותן :

7. Si (poſſeſſor) nominaverit rem perditam, at non nominaverit ſigna, non dabit ei; at ſi impoſtor ſit, etſi nominaverit ſigna, tamen non dabit ei, ut ſcriptum eſt Deut. 22. 2. *Donec frater tuus quæſiverit.* Ergo donec tu de fratre tuo quæſiveris, an ſit impoſtor, necne. Quicquid facit & comedit, id faciet & comedet; quicquid autem non facit, nec comedit, id vendetur, uti ſcriptum eſt ibidem, *tum reſtitues ei.* Vide igitur quomodo illi reſtituis iſtud. Quid faciet cum nummis? R. Tarphon dicit, fruetur illis, propterea, ſi perierint, tenetur ad cautionem eorum. R. Akiba dicit, non fruetur illis, propterea, ſi perierint, non tenetur ad cautionem eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל דבר שעושה ואוכל *quicquid facit & comedit*, ſi res perdita fuerit ejusmodi ut eam edere poſſent cum mercede operis, uti eſt bos & aſinus, tum faciat & comedat, at ne eos vendat ille qui invenit, quia omnis homo maxime amat pecus ſuum, utpote quod poſſeſſorem ſuum agnoſcit, & didicit voluntatem illius; & non tenetur in ejusmodi pecore ſemper occupari. Sed in gallina & in pecore magno occupabitur duodecim menſes; verum vitulis, & aſellis, qui paſcuntur, ſic etiam in hœdis & agnis occupantur tres menſes; ſed in aſellis ſaginatorii occupantur triginta dies, & in aſinis adultis qui multum edunt, occupantur tres dies. Ab hoc tempore & deinceps eos capere poterit pro ſe juxta pretium eorum; vel eos aliis vendere poterit, & pretium ſibi reſervare. לפיכך אם אבדו חייב באחריותן *idcirco, ſi perierint, tenetur ad cautionem eorum*, quoniam Sapientes ei permiſerunt illis frui, idcirco perinde eſt ſive illis fructus fuerit, ſive non, & tenetur ad cautionem eorum. Deciſio eſt juxta R. Tarphon quantum ad nummos rei perditæ quam vendidit; ſed nummis rei perditæ ipſis, nempe, ſi in marſupio invenerit nummos, aut tres monetas, unam ſupra alteram, nullatenus fruetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל דבר עושה ואוכל יעשה ויאכל *quicquid facit & edit, faciet & edet*, non ita fiet ſemper, ſed eſt ei tempus fixum, prout ſe habet res inventa; ſi vero pecus craſſum fuerit, operabitur donec ei addantur duodecim menſes; idem faciendum eſt cum gallina. Si vero parvum pecus fuerit, nimirum oves, capræ, hœdi, & vituli paſcuorum, non ii qui ſunt in ſaginatorio, & aſelli, illiscum inquam laborabit, & iis comedendum dabit tres menſes. Sin autem res inventa fuerit anas quæ in aqua vivere ſolet, occupabitur cum ea triginta dies, & poſtea pretium ejus in ſe recipiet; deciſio eſt juxta R. Tarphon quantum ad nummos rei perditæ attinet, uti diximus. Sed ipſis nummis inventis ne fruatur ullo modo.

§ 8. Libri Legis ſi a quoquam inveniantur, ſingulis Sabbatis in illis legat, quia involucra cæteroquin corrumpuntur putredine. Cæterum in illis ſtudere non licet, ne atterantur. Involucra eorum ſingulis triginta diebus excutienda. Vaſis argenteis æneiſque uti licet inventori: aurea vero & cryſtallina ne tangat.

ח מצא ספרים קורא בהן אחד לשלשים יום ואם
אינו יודע לקרות גוללן אבל לא ילמד בהן בתחלה
ולא יקרא אחר עמו מצא כסות מנערה אחת
לשלשים יום ושוטחה לצרכה אבל לא לכבודו כלי
כסף וכלי נחושת משתמש בהן לצרכן אבל לא
לשחקן כלי זהב וכלי זכוכית לא יגע בהן עד שבא
אליהו מצא שק או קופה וכל דבר שאין דרכו ליטול
הרי זה לא יטול :

8. Si quis invenerit libros Legis, legat in illis ſemel ſingulis triginta diebus, ſi vero nequeat legere, convolvat eos. Sed non diſcet in illis in principio, neque alius cum eo leget. Si invenerit tegumentum, excutiet illud ſemel ſingulis triginta diebus, & extendet illud in commodum ejus, ſed non honoris ſui gratia. Vaſis argenteis & æreis uti poteſt in utilitatem eorum; ſed non in comminutionem eorum. Vaſa aurea & cryſtallina non tanget, donec venerit Elias. Si invenerit ſaccum aut capſam, & quicquid non ſolet accipi, tum non accipiet.

R. OB. DE BARTENORA.

אחת לשלשים יום *Semel ſingulis triginta diebus*; quia putreſcunt quando diu convolutæ relinquuntur membranæ Legis; nam omnes libri confecti erant in modum voluminis. גוללן *convolvet eos*, ab initio uſque ad finem, ut aër ingrediatur. בתחלה *in principio*, non diſcet quod nunquam didicit, quia requiritur ut aliquod tempus librum ſecum habuerit. ולא יקרא אחר עמו *neque alius cum eo leget*, quia hoc modo unus ſibi retinere vellet, & alter ſibi quoque, quomodo membranæ ſcinderentur.

ושוטחה לצרכה *Et extendet membranas in utilitatem earum*, ut aër in eas ingrediatur, & non comedat eas tinea. לצרכן *In utilitatem earum*, nam in ſolo facili putreſiunt, requiritur enim ut in ſolo ponantur, quia in eo conſiſtit conſervatio membranarum; idcirco pro tempore illo uti poteſt eis. אבל לא לשחקן *ſed non ut comminuat eas*, non utetur illis diu ne conterantur. לא יגע בהן *non attinget eas*, aurum non putreſcit in terra, neque cryſtallum, at facile frangitur. שאין דרכו ליטול *quod non ſolet accipi*, ejuſmodi res quam accipere non ignominioſum eſt; Lex dicit, Deut. 22. 1. והתעלמת מהם Aliquoties ergo ſe abſcondere licet, ut, ſi ſit ſenior, cujus auctoritati hoc non convenit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Panni lanæ neceſſario excuti debent, ne perdantur; ſed pannos lini non licet attingere ſi quis invenerit. Vaſa aurea & cryſtallina nunquam inducunt rubiginem, & propterea neque hæc attinget unquam, quia non requiritur ut uſu terantur. וכל דבר שאין דרכו ליטול *Et quicquid non ſolet accipi*, hoc intelligendum eſt, ſi inventor fuerit ſenior, quia tum non convenit honori ejus, eo quod ſcientia non debet contemni; & hoc innuitur in Lege Deut. 22. 1. והתעלמת מהם Perinde ac ſi Lex commendaſſet ut ſe tegeret iis in aliquibus caſibus, & hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, *aliquoties te abſcondes.*

§ 9. Rerum perditarum conditio deſcribitur. Nonnulla aliquoties reſtituenda ſunt. Si inventor quicquam amiſerit interea dum rem inventam capiebat, damni iſtius compenſationem a poſſeſſore rei inventæ exigere nequit quum eam reſtituit.

ט איזו היא אבידה מצא חמור או פרה רועין
בדרך אין זו אבידה חמור וכליו הפוכין פרה רצה
בין הכרמים הרי זו אבידה החזירה וברחה החזירה
וברחה אפילו ארבעה וחמשה פעמים חייב להחזירה
שנאמר השב תשיבם היה בטל מסלע לא יאמר לו
תן לי סלע אלא נותן לו שכרו כפועל בטל אם יש
שם בית דין מתנה בפני בית דין אם אין שם בית
דין בפני מי יתנה שלו קודם :

9. Quid eſt res perdita? Si quis invenerit aſinum aut vaccam in via paſcentem, non eſt hæc res perdita; aſinus vero cujus inſtrumenta inverſa ſunt, & vacca quæ incedit inter vineas, eſt res perdita. Si reddiderit eam, & dein aufugerit, & denuo reddiderit & aufugerit, etiam quater aut quinquies, tenetur tamen eam reddere, uti ſcriptum eſt Deut. 22. 1. *Reſtituendo reſtitues.* Si inter inveniendum Selam perdiderit, non dicet ei, *da mihi Selam*: ſed dabit ei mercedem ſuam ut operario otioſo. Si illic fuerit Synedrium, coram Synedrio conditionem inibit; ſi illic non fuerit Synedrium, coram quo conditionem inire poſſit, tum inventoris commodum præcedit.

R. OB. DE BARTENORA.

איזו היא אבידה *Quænam eſt res amiſſa?* cujus dominus certo ignotus eſt. אין זו אבידה *Non eſt hæc res amiſſa*, & non tenetur reſtituere eam, quia de induſtria illic depoſuerunt poſſeſſores. רצה בין הכרמים *incedens inter vineas*, quas deſtruit pedibus. השב תשיבם *reſtituendo reſtitues*, quo Lex omnimodam reſtitutionem inſtituit. לא יאמר לו תן לי סלע *non dicet ei, da mihi Selam*, nam ille reſpondebit ei, ſi opus tuum feciſſes, majorem feciſſes laborem, jam autem recipis juxta opus tuum. כפועל בטל *ut ope-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כפועל בטל *Ut operario otioſo*, id eſt, ut operario qui ceſſavit ab opere ſuo. השב *reſtituendo*, eſt infinitivus, notum eſt unicuique quod in omni lingua infinitivus uſurpatur de ſingulari & plurali, ſic dixeris alicui שמרתי לפלוני & שמרתי לפלוני ופלוני שמור; idcirco vox השב Deut. 22. 1. docet, quod ſæpius reſtituere debet; cujusmodi exempla paſſim in Lege obvia ſunt, ſic עזוב תעזוב שלח תשלח & id genus alia.

ratio otioſo, juxta id quod homo recipere velit minus de mercede ſua, relinquendo grave illud opus cui operam dabat, & alii faciliori operam dare. אם יש שם בית דין *Si illic ſit Synedrium*, ſi noluerit ceſſare ab opere ſuo, eo quod merces ejus multa eſt, quid faciet? Si tres illic fuerint homines, coram illis conditionem inibit, & dicet, videte quod ego tantum ſoleo mereri, nolo autem ab opere ceſſare ut minorem accipiam mercedem; ſi dixerit ei, accipiam mercedem meam pro integro, & operam dabo huic rei perditæ reſtituendæ. שלו קודם *ſuum commodum præcedit*, & relinquet id quod amiſſum eſt.

§. 10. *Conſiderantur loca aliquot e quibus jumentum non reducendum eſt ad poſſeſſorem ſuum: tum etiam alia in quibus inventor liber eſt ab iſto ullo modo adjuvando. Patris dicto non obediendum a filiis, ſi id repugnat Legi. Jumento onus ſublevandum aliquoties, ſi eo ſupprimatur. Explicatur locus, Exodi 23. 5.*

י מצאה ברפת אין חי״ב בה ברשות הרבים חי״ב בה ואם היתה בית (סא בין) הקברות לא יטמא לה אם אמר לו אביו הטמא או שאמר לו אל תחזיר לא ישמע לו פרק וטען פ״ק וטען אפילו ארבעה חמשה פעמים חי״ב שנאמר עזוב תעזוב הלך וישב לו ואמר הואיל ועליך מצוה אם רצונך לפרוק פרוק פטור שנאמר עמו אם היה זקן או חולה חי״ב מצוה מן התורה לפרוק אבל לא לטעון רבי שמעון אומר אף לטעון רבי יוסי הגלילי אומר אם היה עליו יתר על משאו אין זקוק לו שנאמר תחת משאו משאוי שיכול לעמוד בו :

10. Si invenerit vaccam in bovili, non tenetur eam reducere; ſi in loco publico, tenetur; ſi fuerit in ſepulchro, non polluet ſe propter eam. Si ei dixerit pater ipſius, *pollue te*, aut ſi dixerit, *non reſtitues*, non obediet ei. Si aſino depoſuerit onus, & dein repoſuerit, etiam quater & quinquies, tenetur; uti Lex dicit Exod. 23. 5. *Adjuvando adjuvabis.* Si proprietarius abiverit & conſederit, dicens, quandoquidem tibi incumbit præceptum, ſi velis exonerare, exonera, tum liber eſt, uti ſcriptum ibidem, *cum eo.* Si fuerit ſenex, aut infirmus, tenetur; eſt enim præceptum Legis, *exonerare*, & non, onerare. R. Schimeon dicit, etiam onerare. R. Joſe Galilæus dicit, ſi ſuper illo magis fuerit quam onus ſuum, non tenetur, uti ſcriptum eſt *Sub onere ſuo.* Tale nimirum onus exoneret quod bajulare poteſt aſinus.

R. OB. DE BARTENORA.

מצאה ברפת *Si invenerit eam in bovili*, etſi vacca in eo non cuſtodita ſit, ut, ſi non clauſum ſit ovile. אם היתה בבית הקברות *Si eſſet in Sepulchro*, ſi ſacerdos in ſepulchro fuerit. לא יטמא לה *non polluet ſe ob eam*, eo quod reſtitutio rei perditæ eſt præceptum affirmativum Deut 22. 1. *Reſtituendo reſtitues ea fratri tuo.* Et de immunditie ſacerdotis extat præceptum affirmativum קדושים תהיו nec non negativum לנפש לא יטמא ſed affirmativum non pellit affirmativum & negativum.

או שאמר לו אל תחזיר *aut ſi dixerit ei, non reddes*, ſi res perdita fuerit in loco quo eam reſtituere præceptum eſt. לא ישמע לו *non obediet ei*, eo quod Lex dicit Levit. 19. 3. *Homo matrem ſuam & patrem ſuum timebit, & ſabbata mea cuſtodietis.* Si igitur pater dixerit filio ſuo, *profana Sabbatum*, non obediat ei; & eodem modo in cæteris præceptis. הלך וישב לו *Si abiverit & conſederit*: nempe poſſeſſor aſini. מצוה מן התורה לפרוק *præceptum e Lege, ad exonerandum*, gratis. אבל לא לטעון *Sed non ad onerandum*, gratis non licet, ſed mercede. R. Schimeon dicit, etiam exonerare, gratis; deciſio non eſt juxta R. Schimeon, nec juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſacerdotis & Nazyræi ſeparatio ab immunditia ſit præceptum affirmativum & negativum, uti Lex dicit de ſacerdote Levit. 21. 8. וקדשתו Et de Nazyræo dicitur Num. 6. 8. קדוש הוא Atque hoc eſt præceptum affirmativum. Sic etiam dicitur de ſacerdote. לנפש לא יטמא Nec non de Nazyræo. ועל כל נפשות מת לא יבא Cæterum de rei amiſſæ reſtitutione tantum extat præceptum affirmativum Deut. 22. 1. השב תשיבם לאחיך Sed nobis fundamentum eſt quod affirmativum non pellit negativum & affirmativum. Dicitur Levit. 19. 3. איש אמו ואביו תראו ואת שבתותי תשמרו Ac ſi dixiſſet Deus, omnes obligati ſunt ad honorem Sabbato meo præſtandum, ſed non tenetur filius ad honorem præſtandum patris & matris, ſi dixerint ei, quod aliquod præceptum debet tranſgredi. Eſt autem Legis præceptum exonerare gratis, & onerare mercede. R. Schimeon dicit, unum & alterum gratis fiat; ſed deciſio non eſt juxta R. Schimeon, nec juxta R. Joſen. Et id quod Miſna dicit, *ſi ſit ſenex aut infirmus*, referendum eſt ad poſſeſſorem oneris; & quod dicit, חי״ב *tenetur*, vult, quod is qui ipſi occurrit, tenetur ipſe exonerare ſolus, ſed non poſtulabit a poſſeſſore oneris ut una cum cum ipſo exoneret, ſi debilis ſit corpore.

§. 11. *Magiſtri conditio majoris momenti eſſe debet apud diſcipulum, quam patris ipſius, propterea ſi res magiſtri & patris ſimul perdita ſit, vel ſi magiſter & pater eodem tempore captivi ſint, magiſtri rem utroque in caſu prius filius qui olim iſtius magiſtri diſcipulus fuit, eripiet.*

יא אבדתו ואבדת אביו אבדתו קודמת אבדתו ואבדת רבו שלו קודמת אבדת אביו ואבדת רבו של רבו קודמת שאביו הביאו לעולם הזה ורבו שלמדו חכמה מביאו לחיי העולם הבא ואם אביו חכם (נא שקול כנגד רבו) של אביו קודמת היה אביו ורבו נושאין משאוי מניח את של רבו ואחר כך

11. Si Res ſua perdita ſit & patris ſui, tum ſua præcedit; ſi ſua & magiſtri ipſius res perdita ſit, tum ſua præcedit. Si patris & magiſtri ipſius res perdita ſit, res magiſtri præcedit, nam pater eum quidem produxit in hunc mundum, ſed magiſter ejus qui ipſum ſapientiam docuit, traduxit ipſum in mundum futurum. Sin autem pater ipſius fuerit Sapiens, res patris præcedit. Si pater & magiſter ipſius ferant onus, onus magiſtri prius deponet, & deinde onus patris. Si pater & magiſter

כך מניח את של אביו היה אביו ורבו בבית השבי פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו ואם היה אביו חכם פודה את אביו ואחר כך פודה את רבו:

ſter fuerint in captivitate, (& non habuerit quo utrumque redimat) prius redimet magiſtrum ipſius, & deinde patrem. Si pater ipſius fuerit Sapiens, redimet prius patrem, & deinde magiſtrum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

אבדתו קודמת *res ſua perdita præcedit*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 15. 4. אפס כי לא יהיה בך אביון Hinc innuitur quod nemo ipſe ſibi debet eſſe pauper. של רבו קודמת *magiſtri ejus res perdita præcedit*, quando magiſter excellentiſſimus fuit, & maximam ſcientiæ ſuæ partem ab ipſo hauſerit: & hoc ſenſu tantum dici poteſt רבו *magiſter ipſius*, de eo qui in honore & neceſſitatibus quibuſdam patri præferendus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod magiſter ille de quo hic ſermo eſt, poſſit vocari רבו *magiſter ejus*, etiamſi ſemel unam rem hunc diſcipulum docuerit; ſed tum non tenetur ipſum præferre patri ſuo, in cauſa rei perditæ, vel elevationis oneris, vel captivitatis; verum quando ipſius fuit magiſter conſummatiſſimus, & maximam ſcientiæ partem ab ipſo hauſit. Cæterum Legis iudicium, quo homo ſeipſum omnibus aliis præferre debet; petitur ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 15.4. אפס כי לא יהיה בך אביון Ac ſi dixiſſet Lex, non obligatus es alterius prius removere malum, niſi quando ipſe eodem malo non affectus es; nam ſi dederis alii id quod tibi ipſi deeſt, tu ipſe fies pauper, uti ille eſt, ideo tum non obligatus es ei dare; & hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, tua inopia præcedit omni homini.

Cap. 3. §. 1. *Incipit in hac Miſna & ſequentibus expoſitio Legis Levit. 5. 20. De depoſito reſtituendo. Idcirco ſi quis apud proximum ſuum depoſuerit vaſa, vel beſtiam, eaque ſurrepta fuerint vel perierint, ei jusjurandum incumbit quo juret ſe non eſſe in cauſa damni, quo facto liberatur a ſolutione; ſin minus tenetur; & quidem duplici, ſi is fur compertus fuerit.*

פרק ג המפקיד אצל חבירו בהמה או כלים ונגנבו או שאבדו שלם ולא רצה לישבע שהרי אמרו שומר חנם נשבע ויוצא נמצא הגנב משלם תשלומי כפל טבח ומכר משלם תשלומי ארבעה וחמשה למי משלם למי שהפקדון אצלו נשבע ולא רצה לשלם נמצא הגנב משלם תשלומי כפל טבח ומכר משלם תשלומי ארבעה וחמשה למי משלם לבעל הפקדון:

Cap. 3. Si quis depoſuerit apud proximum ſuum beſtiam, aut vaſa, & illa ſurrepta fuerint, aut perierint, & is ea ſolverit, at non jurare voluerit, quia dixerunt, *cuſtos gratuitus jurabit, & abibit*; tum, ſi fur inventus fuerit, ſolvet ſolutionem duplicem; ſi mactaverit, & vendiderit, ſolvet ſolutionem quadruplicem & quintuplicem; cui ſolvet? in cujus poteſtate fuerit depoſitum ejus. Si juraverit, & ſolvere non potuerit, & fur inventus fuerit, duplicem ſolvet ſolutionem. Si mactaverit, & vendiderit, ſolvet ſolutionem quadruplicem & quintuplicem: cui ſolvet? poſſeſſori depoſiti.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא רצה לישבע *& jurare noluerit*, jusjurandum cuſtodum; nam ſi juraſſet quod in ea re non peccaſſet, nec in eam manum admoviſſet, ſe liberare potuiſſet. למי שהפקדון אצלו *in cujus poteſtate eſt depoſitum*, nam, quandoquidem ſolvit, omnes ſuas acquiſivit ſolutiones, etiamſi non peccaſſet; ſi enim eodem judice dixerit, *ego ſolvam*, acquiſivit omnes ſolutiones ſuas, tam ſolutionem duplicem, quam quadruplicem & quintuplicem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult nos docere auctor, quod non ſit differentia ſive beſtia ſit quæ requirit ſolutionem quadruplicem & quintuplicem, ſive ſint vaſa quæ non ultra ſolutionem duplicem requirunt, nam quandoquidem ſolvit, idcirco acquiſivit duplicem. שלם ולא רצה לישבע *Si ſolverit, & jurare noluerit*, quod intelligendum eſt etiamſi non ſolviſſet, ſed coram Synedrio dixiſſet, *ego ſolvam*, & deinde reſtituiſſet rem ſurreptam, ecce hoc eſt in poteſtate ejus.

§. 2. *Si quis a proximo conduxerit vaccam, atque eam denuo alii cuipiam commodaverit cum poſſeſſoris licentia, ea autem ex naturali fatorum conditione mortua fuerit in poteſtate conductoris, jurandum eſt conductori, eam iſto obiiſſe modo. Si vero obierit in poteſtate illius qui eam mutuo petiit, is pretium ejus ſolvat conductori.*

ב השוכר פרה מחבירו והשאילה לאחר ומתה כדרכה ישבע השוכר שמתה כדרכה והשואל ישלם לשוכר אמר רבי יוסי כיצד הלה עושה סחורה בפרתו של חבירו אלא תחזור פרה לבעלים:

2. Si quis conduxerit vaccam a proximo ſuo, eamque alii commodaverit, & more ſuo mortua fuerit, jurabit conductor, quod ſuo more mortua eſt, & qui eam mutuo petierit, ſolvet elocatori. R. Joſe dixit, quomodo? an mercaturam exerceat vaccâ proximi? redibit ergo vacca ad poſſeſſores.

R. OB. DE BARTENORA.

השוכר פרה מחבירו *Si quis conduxerit vaccam a proximo ſuo*, & conductor eam commodaverit alii cum venia poſſeſſoris; nam ſi poſſeſſor ei non dederit veniam, nobis hypotheſis eſt, quod cuſtos cui ea cuſtodienda tradita ſit, tene-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adhuc exponendum erit capite ultimo tractatus Schevuoth, quod is qui mercedem recipit, & conductor, nihil debent pro morte, ſed jurabit, quod *more ſuo*, id eſt naturaliter mortua eſt, & quod ille non fuit in culpa, &

tenetur. ישבע השוכר למשכיר *jurabit conductor ei qui eam elocavit*, quod *more ſuo* id eſt naturaliter mortua eſt, & tum liber eſt; quia conductor liber eſt a violentia beſtiæ illata. Qui vero eam mutuo petierit, obligatus eſt ad caſus violentiæ compenſandos, ideo conductori ſolvet cum jurejurando, quod juravit poſſeſſori. *Dixit R. Joſe* &c. Deciſio eſt juxta R. Joſen.

& hoc modo ſe liberabit. Qui vero mutuo petierit, ſolvere tenetur beſtiam, ſi in poteſtate ipſius obierit, quemadmodum deinceps exponetur. Cæterum hic conductor eſt ille cui poſſeſſor vaccæ poteſtatem dedit eam commodandi; nam ſi ita eſſet res, omnium conſenſu tenetur, quia nobis hypotheſis eſt, quod cuſtos qui alii cuſtodi tradiderit, tenetur; niſi teſtes ſint qui teſtati ſunt quod cuſtos ſecundus non fuit in culpa, quemadmodum inferius exponemus; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

§. 3. *Caſus de fure quodam conſcientiæ ſuæ teſtimonio convicto, qui volens confeſſus eſt poſſeſſoribus ſe illis quædam ſurripuiſſe. Item de depoſito cujus poſſeſſor ignoratur.*

ג אמר לשנים גולתי לאחד מכם מנה ואיני ידע איזה מכם או אביו של אחד מכם הפקיד לי מנה ואיני ידע איזה הוא נותן לזה מנה ולזה מנה שהודה מפי עצמו:

3. Si duobus dixerit, ſurripui uni veſtrum Minam, & neſcio cuinam veſtrum; aut, pater unius veſtrum depoſuit mihi Minam, ſed neſcio cujuſnam ſit, tum huic dabit Minam, & illi dabit Minam, quia ore ſuo confeſſus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לשנים גולתי לאחד מכם *Si dixerit duobus, ſurripui uni veſtrum Minam*, & illi nihil ab ipſo petierint, ſed ille tantum conſcientiæ ſuæ ſatiſfacere voluerit propter cauſam Dei. נותן לזה מנה ולזה מנה *dabit huic Minam, & illi Minam*, at ſi duo ab illo petierint, & ille confeſſus fuerit quod uni illorum ſurripuerit, tum unusquisque duorum jurabit quod ei ſurripuit, & unicuique dabit Minam; nam Sapientes eum condemnarunt, eo quod præceptum לא תגזל *non ſurripies*, transgreſſus eſt. Sic etiam, ſi duo petierint ab uno, & unusquiſque dixerit; pater meus in poteſtate tua depoſuit Minam, & ille dixerit, pater unius veſtrum depoſuit in poteſtate mea Minam, ſed neſcio cujusnam pater? tum unusquiſque jurabit quod pater ipſius depoſuit Minam in poteſtate ejus, & dabit Minam unicuique eorum, quia ipſe in culpa eſt, quoniam ſcire debuiſſet & recordari quis in poteſtate ejus depoſuerat Minam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum eſt quando ab eo non poſtularunt, ſed quia ille propter Deum conſcientiæ ſuæ ſatisfacere vult. Verum, ſi poſtularint ab ipſo, & ille reſponderit quod uni eorum ſurripuit, unicuique eorum jurabit quod is ipſe ſit fur qui ſurripuit, & ſingulo ſolvet Minam. Hoc autem ſub conditione, quod præceptum Legis tranſgreſſus eſt, & furatus eſt. Sic etiam, ſi unusquisque eorum dixerit ei, pater illius eſt ille qui depoſuit id poteſtate ipſius, tum quilibet illorum duorum jurabit quod pater ſit depoſitarius, & ſingulo ſolvet unam Minam, quia in culpa fuit, in eo quod conſcribere debuiſſet, *hanc pecuniam in mea poteſtate depoſuit Plonì.*

§. 4. *De duobus quorum unusquiſque centum Zuzas apud aliquem depoſuerat, quæ poſtea omnes in unum marſupium repoſitæ erant, vel in duo; horum jus vario reſpectu conſiderandum.*

ד שנים שהפקידו אצל אחד זה מנה וזה מאתים זה אומר שלי מאתים וזה אומר שלי מאתים נותן לזה מנה ולזה מנה והשאר יהא מונח עד שיבא אליהו אמר רבי יוסי אם כן מה הפסיד הרמאי אלא הכל יהא מונח עד שיבא אליהו:

4. Si duo depoſuerint in poteſtate unius, hic centum Zuzas, & ille ducentas, & hic dixerit, ducentæ ad me pertinent, & ille dixerit, ducentæ ad me pertinent, tum uni dabit Minam, & alteri Minam, & quod reliquum eſt, relinquet donec venerit Elias. Dixit R. Joſe, ſi ita ſe res habet, quid perdit impoſtor? Verum omnia relinquet donec venerit Elias.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שהפקידו אצל אחד זה מנה וזה מאתים *Si duo depoſuerint in poteſtate unius, unus centum, & alter ducentas Zuzas*, nimirum, ſi ambo depoſuerint ſimul eodemque tempore. נותן לזה ולזה מנה *Uni atque alteri dabit Minam*, quia unus ille duobus dicere poteſt, vos non curaſtis an fieri poſſet ut unus poſtularet ducentas Zuzas, propterea quoque non attendi ut ſcirem ad quem pertinerent ducentæ, & tum ſe res habet perinde ac ſi omnes trecentas marſupio uni impoſuiſſet; nam non educendum erat id quod unus impoſuerat, neque id quod aliud impoſuerat. מה הפסיד הרמאי *quid perdidit impoſtor*; & nunquam dicet veritatem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus hoc intelligendum eſt quando ducentas Zuzas dederunt in unum marſupium, quia illis dicere poſſet, quandoquidem animadverti quod inter vos erat cognatio quædam, & quod unus confidebat alteri, quam ob rem vos dederatis nummos veſtros in unum marſupium, idcirco non recordor cui centum, & cui ducentæ competunt Zuzæ. Sed ſi unus dediſſet centum, & alter ducentas Zuzas in duo marſupia, & quisque duorum dixerit quod ducentæ ad ſe pertinent, duo illi tenentur ad jusjurandum Legis, & poſtea cuilibet dabit ducentas, eo quod fuit in culpa, & non cujuslibet nomen inſcripſit marſupio ſuo, uti dictum eſt; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

§. 5. *Caſus de duobus quorum quisque vas ſuum apud aliquem depoſuerat; unius vero vas centum, alterius mille Zuzas valuerit, ſed uterque pretioſiſſimum ſibi poſtulaverit, deciditur, quod cui reſtituendum ſit minimum vas, & alteri pretium minimi detractum maximo, & reſiduum ſepoſiturum donec Elias venerit.*

ה וכן שני כלים אחד יפה מנה ואחד יפה אלף

5. Sic etiam, ſi duo fuerint vaſa quorum unum valuerit centum, & alterum mille Zuzas,

זה זה אומר יפה שלי וזה אומר יפה שלי נותן את הקטן לאחד מהן ומתוך הגדול נותן דמי קטן לשני והשאר יהא מונח עד שיבא אליהו אמר רבי יוסי אם כן מה הפסיד הרמאי אלא הכל יהא מונח עד שיבא אליהו :

zas, & unus dixerit, optimum eſt meum, & alter dixerit, optimum eſt meum; tum minimum dabit uni eorum, & de maximo pretium minimi dabit alteri, & id quod reſtat, ſeponetur donec venerit Elias. Dixit R. Joſe, ſi res ita ſe habet, quid perdit impoſtor? Nil niſi quod omnia relinquentur uſque Eliæ adventum.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן שני כלים *Et ſic duo vaſa*, ſecundum Sapientes neceſſe erat ut hic caſus adduceretur, & non tantum ſuperior, ſed de hoc quoque dicendum erat, nimirum, non tantum de centum Zuzis atque ducentis Sapientes dicunt quemlibet dare debere Minam, cum hoc non ſit damnum deſtructionis vaſis, ſed etiam de duobus vaſis, ubi damnum eſt, neceſſum eſſe dixerunt ut maximum vas frangatur, ad minimi vaſis pretium ſolvendum. Quando autem Elias advenerit, poſſeſſor vaſis majoris perdat, cujus vas confractum eſt, & quia intelligere poſſemus, quod in hoc caſu Sapientes concedunt R. Joſi, quod omnia relinquenda ſunt donec venerit Elias, ideo hæc, quæ diximus, nos docuit Miſnæ auctor; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Comparatio hujus materiæ eadem eſt cum comparatione centum Zuzarum & ducentarum, & jus quoque idem eſt. Sed adduxit auctor hoc ſecundum exemplum, ne quis diceret, quod, quandoquidem poſſeſſor vaſis in hac repetitione magnum patitur damnum, quia ipſum vas perdit, ideo ei dabit partem pretii illius, & ambo expectabunt donec venerit Elias, ut is qui ex illis fuerit impoſtor, confiteatur veritatem. ¡Eſt ergo hic caſus idem, cum eo qui eſt de centum & ducentis Zuzis, nempe, quod poſſeſſor ducentarum non perdit eſſentiam nummorum, ſed partem tantum eorum, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

§. 6. De fructibus in poteſtate proximi depoſitis, licet aliquantulum depravatis, variæ doctorum ſententiæ: hic enim ſtatuit eos a depoſitario ne quidem tangendos, licet pereant, ille vero putat eosdem coram Synedrio vendendos.

ו המפקיד פירות אצל חבירו אפילו הן אבודין לא יגע בהן רבן שמעון בן גמליאל אומר מוכרן בפני בית דין מפני שהוא כמשיב אבידה לבעלים :

6. Si quis depoſuerit fructus in poteſtate proximi, etſi perdantur, tamen non tanget eos. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, vendet eos coram Synedrio, quia cenſetur ut is qui rem perditam reſtituit poſſeſſoribus.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו הן אבודין *etiamſi corrumpantur*, a muribus & putredine. לא יגע בהן *non tanget eos*, ut vendat eos, quia homo magis æſtimat cabum rei alicujus magno labore acquiſitum quæ ad ſe pertinet, quam novem Cabos alienos, quos pecunia ſua emit, ſi eos vendat. Et Sapientes non dicunt quod eos non tanget, niſi cum perierint uſque ad quantitatem defectus ſui, qui exponitur in Miſna noſtra ſequenti, *tritici & oryzæ novem mediæ partes cabi* &c. Verum ſi plus de menſura defectus illius perierit, Sapientes concedunt Rabban Schimeoni filio Gamalielis quod vendere eos debet per Synedrium, deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia eſt quando nota illius quod deficit menſura perierit, aut minus; ſed ſi damnum inceperit, & magis quam noti iſtius defectus menſura perierit, omnium conſenſu fructus comburendi ſunt per Synedrium. Præterea etiam exponitur inferius menſura illius quod deficit in ſeminum ſpeciebus.

§. 7. De variis proventuum generibus apud aliquem depoſitis quæritur, ſi eos depoſitarius cum ſuo proventu commiſcuerit, & aliquantulum de illis comederit, attamen certam menſuram ignoraverit, quantum depoſitario ſeparandum ſit pro poſſeſſoris diminuto proventu. Explicantur menſuræ Cori, Sati, & Cabi: & Hebræa סאה.

ז המפקיד פירות אצל חבירו הרי זה יוציא לו חסרונות לחטין ולאורז תשעת חצאי קבין לכור לשעורין ולדוחן תשעה קבין לכור לכוסמין ולזרע פשתן שלש סאין לכור הכל לפי המדה הכל לפי הזמן אמר רבי יוחנן בן נורי וכי מה אכפת להן לעכברין והלא אוכלים בין מהרבה ובין מקמעא אלא אינו מוציא לו חסרונות א״א לכור אחד בלבד רבי יהודה אומר אם היתה מדה מרובה אינו מוציא לו חסרונות מפני שמותירות :

7. Si quis depoſuerit fructus in poteſtate proximi ſui, ecce hic educet defectum, in tritico & in oryza novem medios Cabos pro Coro; in hordeo & in milio novem Cabos pro Coro. In ſpelta & ſemine lini tria ſata pro Coro; Omnia ſecundum menſuram, omnia ſecundum tempus. Dixit R. Jochanan filius Nuri, quid attinet ad mures? Illi non comedunt de multo, neque de parvo? Non igitur educet partem deficientem niſi menſuram Cori tantum. R. Jehuda dicit, ſi menſura ſit multa, non educet partem deficientem, quia augentur.

R. OB. DE BARTENORA.

המפקיד פירות אצל חבירו *Si quis depoſuerit fructus in poteſtate proximi ſui*, & depoſitarius eos commiſcuerit cum fructibus ſuis quos comedit, & non innotuerit ei quantitas quam comedit, ſeparabit id quod deficit, & diminuet quan-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in Commentariis noſtris, quod Corus continet triginta Sata, & Satum ſex Cabos. מה אכפת להן ſenſus eſt, non curant ſive menſura multa ſit, ſive exigua, &, ſi mures comederint, non curant menſuram multam ſive

quantitatem quam diminuere ſolent, nempe, *novem dimidios cabos pro ſingulo Coro*; Corus autem facit triginta Sata, & Satum ſex Cabos. הכל לפי המדה *omnia juxta menſuram*, hanc menſuram pro ſingulo Coro. והכל לפי הזמן *Et omnia juxta tempus*, ſecundum tempus illud quo fructus reliquit in poteſtate illius, ſeparabit menſuram pro ſingulis annis.

מה אכפת להן לעכברים *quid nos curamus mures*, nam illi tam de magna quam de parva menſura comedunt; ſic etiam novem medios Cabos in uno anno, tam pro uno quam pro decem Coris. אם היתה מדה מרובה *Si menſura fuerit in magna copia*, ſi magnam fructuum copiam depoſuerit in poteſtate illius, nempe, decem Coros, & plus.

לא יוציא לו חסרונות מפני שמותירות *non educet id quod deficit, eo quod augentur*, nam in tempore areæ, quo eas depoſuit, fuit triticum ſiccum, & in tempore pluviæ, quo illud reſtituit, fuit inflatum humore; ſed murium comeſtione non diminuuntur, tantum pro ſingulo Coro; nam mures non tantum comedunt de decem Coris, idcirco inflatio humorum implet id quod comederunt mures; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque juxta R. Jochanan filium Nuri. Hæ vero omnes menſuræ ita obtinent in terra Iſraëlis, & temporibus Tannaim; ſed in cæteris regionibus, & hoc tempore, tota res conſideranda eſt, juxta id quod ſemina diminui ſolent in illa regione, & in illo tempore.

ſive abundantem. מקצעה notat idem quod מעט *parum*. Cæterum hæc Miſna nititur conditionibus quibusdam, quarum una eſt, quod, ſi depoſitarius hos fructus miſcuerit cum ſuis, & de omnibus comederit, & non innotuerit ei de quibus comedit, & quantam menſuram comedit; at ſi hos fructus ſeparaverit, dicet ei, *ibi habes tuum*; altera eſt, quod, ſi innotuerit ei menſura quam comedit, computabit ei fructuum defectum menſuræ quæ ei competit.

הכל לפי המדה והכל לפי הזמן *Omnia juxta menſuram, omnia juxta tempus*, id eſt, pro quolibet Coro computabit defectum cujuslibet anni. Semen lini de quo hic ſermo eſt, eſt illud quod adhuc in cannis eſt; ſed oryza eſt ea quæ decorticata eſt; & requiritur ut reddat eam eo tempore quo metitur, quando eam depoſuit in poteſtate illius, quia tempeſtate hyemali augetur res menſurata, propter aëris humiditatem, & vernali tempore diminuitur. Deciſio non eſt juxta R. Jehudam, nec juxta R. Jochanan fil. Nuri, eo quod diſpergitur & corrumpitur præter id de quo comedunt mures. Verum de hoc jure non facies conſequentiam, eo quod illud obtinet in terra Iſraëlis, quæ nota eſt. Sed in hoc caſu conſiderare debemus cujuslibet civitatis ſemina, & aërem regionis ubi morantur incolæ, nec non caſum defectus ſeminum penes eos; & hæc ſcias volo.

§. 8. *Eodem modo de potu quæſtio eſt, quantum ei a depoſitario affundendum ſit, ſi apud ipſum depoſitum ſit vinum, quod ſi cum ſuo commiſcuerit vino in eodem dolio, cujuscunque id fuerit menſuræ.*

ח יוציא לו שתות ליין רבי יהודה אומר חומש
יוציא לו שלשת לוגין שמן למאה לוג ומחצה
שמרים לוג ומחצה בלע אם היה שמן מזוקק אינו
מוציא לו שמרים אם היו קנקנים ישנים אינו מוציא
לו בלע רבי יהודה אומר אף המוכר שמן מזוקק
לחבירו כל ימות השנה הרי זה מקבל עליו לוג
ומחצה שמרים למאה :

8. Educet depoſitarius ſextarium de vino. R. Jehuda dicit, quintarium. Educet tres Logos olei de centum; Logum unum cum dimidio pro fece, & Logum unum cum dimidio pro imbibitione. Si ſemen fuerit purum, non educet pro fece. Si canthari fuerint veteres, non educet pro imbibitione. R. Jehudæ dicit, etiam is qui oleum vendiderit proximo ſuo omnibus anni diebus, recipiet in ſe unum Logum & dimidium fecis pro centum Logis.

R. OB. DE BARTENORA.

יוציא לו שתות ליין *Educet ſibi ſextarium vini*, ſi in poteſtate illius depoſuerit vinum, & illud miſcuerit cum ſuo vino, nam canthari imbibunt ſextarium. רבי יהודה אומר חומש *R. Jehuda dicit, quintarium*, nam terra e qua canthari fiebant in loco R. Jehudæ, quintam imbibebat partem; & omnia juxta locum. *Etiam is qui vendiderit* &c. quemadmodum fecis mentio facta eſt apud depoſitarium, ſic etiam apud venditorem; nam ſi quis oleum vendiderit proximo, illique ſemper dederit de oleo puro, & e doliis ſuis e quibus quotidie expromit, tum emtor in ſe recipiet ut diminuat ei Logum & dimidium pro fecibus ſingulorum centum Logorum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dixit R. Jehuda חומש *quintarium*, ideo dixit quod vinum civitatis illius diminuebatur ex quinta parte; at jam tibi dixi quod hujus caſus jus tale ſit ut pronuncietur ſecundum morem iſtius civitatis, deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 9 *Dolium apud quemquam depoſitum abſque certa aſſignatione loci in cella vel alio cuſtodiæ loco, ſi id dimotum ſit in manu depoſitarii, inque ipſius commodum, vel in commodum dolii reficiendi. Vel contra, ſi a poſſeſſore aſſignatus dolio ſit locus, & id a depoſitario dimotum & fractum ſit, jus ipſius vario modo conſiderandum.*

ט המפקיד חבית אצל חבירו ולא יחדו
לה הבעלים מקום וטלטלה ונשברה אם
מתוך ידו נשברה לצרכו חיב לצרכה פטור
אם משהניחה נשברה בין לצרכו בין לצרכה
פטור יחדו לו הבעלים מקום וטלטלה ונשברה
בין מתוך ידו ובין משהניחה לצרכו חיב לצרכה
פטור :

9 Si quis depoſuerit in poteſtate proximi ſui dolium, & poſſeſſores ei non dedicaverint locum, idque dimoverit, & fractum fuerit, tum ſi in manu fractum fuerit, & in neceſſitatem ipſius, tenetur; ſed ſi in neceſſitatem dolii, liber eſt. Si confractum fuerit poſtquam depoſuerit, tam in neceſſitatem ipſius quam in neceſſitatem dolii, liber eſt. Si poſſeſſores ei dedicaverint locum, idque dimoverit, & fractum fuerit, ſive hoc fractum fuerit in manu ipſius, ſive poſtquam depoſuerit, tum, ſi in ipſius neceſſitatem, tenetur, at ſi in neceſſitatem illius, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא יחדו לה הבעלים מקום *Et poſſeſſores ei non aſſignaverint locum*, in domo cuſtodis, dicendo, *hunc angulum mihi mutuo da.* לצרכו *in neceſſitatem ipſius*, ut ipſe utatur dolio in commodum ſuum. לצרכה *in neceſſitatem ejus*, nam poſitum erat in loco quo facile frangi poſſet. אם משהניחה *ſi poſtquam depoſuiſſet illud*, poſtquam abſolviſſet miniſterium ſuum, illud depoſuiſſet in loco cuſtodito, ſive illud dimoverit in principio in neceſſitatem ipſius, ſive in neceſſitatem vaſis, liber eſt; quia dicimus, quod, poſtquam reſtituit, rediit in poteſtatem poſſeſſoris, uti erat in principio, & depoſitarii poteſtans dolium nihil eſt præter cuſtodiam gratuitam, & liber eſt in caſu violentiæ, etiamſi non indicaverit poſſeſſoribus quod illud removit & reſtituit. Cæterum Miſnæ noſtræ principium eſt ſecundum R. Iſmaël, qui dicit, eum qui ſurripuerit agnum e grege, & reſtituerit illum in locum ſuum, liberum eſſe, eo quod hic non requiritur notitia poſſeſſoris. Et quod dicit, *ſi poſſeſſores ei non dedicaverint locum*, non dixit neceſſitatis gratia, nempe, non ſolum ſi poſſeſſores indicaverint locum, & ille dolium reſtituerit loco ſuo poſtquam eo uſus fuit in commodum ſuum, ipſum liberum eſſe, etſi non indicaverit poſſeſſoribus ſuis, quia illud reſtituit loco ſuo deſtinato; verum etiam ſi poſſeſſores ei non deſtinaverint locum, quia non reſtituit illud loco ſuo deſtinato, liberum eſſe; quandoquidem illud reſtituit loco cuſtodito, cum cognitio poſſeſſorum hic non ſit neceſſaria. *Sive id factum fuerit in manu ipſius, ſive poſtquam id depoſuerit, ſi in neceſſitatem ipſius, tenetur*, hic Miſnæ finis eſt juxta R. Akibam, qui dicit de eo qui agnum e grege ſurripuit, reſtituit, & coactus fuerit, quod ſemper tenetur, donec indicaverit poſſeſſoribus quod ſurripuit agnum nec reſtituit. Sic etiam hic, quandoquidem eo uſus eſt in commodum ſuum, & raptor factus eſt propter illud, etſi illud depoſuerit in loco cuſtodito, tenetur. Cæterum quod in fine Miſnæ dicitur, *ſi poſſeſſores dedicaverint locum*, non neceſſitatis gratia dixit; nam non requirebatur ſi ei non dedicaverint locum, eum teneri, cum depoſuit dolium poſtquam eo uſus eſt, quia illud non depoſuit ſuo loco deſtinato; ſed etiam, ſi deſtinaverint ei locum, quia reſtituit & loco ſuo depoſuit, teneri eum, quoniam hic cognitio requiritur poſſeſſorum. Principium Miſnæ eſt juxta R. Iſmaël; finis vero juxta R. Akibam; ita declarant in Gemara.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ principium eſt juxta R. Iſmaelem, dicentem, quod non ſit neceſſaria cognitio poſſeſſorum; ſententia ejus jam expoſita eſt in fine tractatus Bava Cama. Propterea dicit, *ſi confractum fuerit poſtquam poſuerit illud, ſive propter neceſſitatem ipſius, ſive propter neceſſitatem dolii, liber eſt.* Cæterum Miſnæ finis eſt juxta R. Akibam, dicentem, quod poſſeſſorum ſcientia neceſſaria ſit, ſed opinio ejus jam dicta eſt ſuperius. Propterea dicit, quod, ſi confractum fuerit dolium poſtquam illud depoſuerit, propter neceſſitatem ipſius tenetur, ſed propter neceſſitatem illius ſcil. dolii liber eſt. Verum jam conſtat quod deciſio eſt juxta R Akibam; idcirco in duobus caſibus propter neceſſitatem ſuam tenetur, & propter neceſſitatem illius liber eſt, eo quod poſſeſſorum ſcientia & conſenſus neceſſarius eſt, etſi ad locum ſuum redierit dolium.

§. 10. *Res agitur de pecuniarum depoſitarum vera cuſtodia, & contra, requiritur enim ut ſi quis pecuniam cuſtodiat, eam cuſtodiat eo modo quo cuſtodes cuſtodire ſolent, vel iſta cum cura quæ ad veram requiritur cuſtodiam.*

י המפקד מעות אצל חבירו צררן והפשילן לאחוריו או שמסרן לבנו ולבתו הקטנים ונעל בפניה שלא כראוי חייב שלא שמר כדרך השומרים ואם שמר כדרך השומרים פטור :

10. Si quis depoſuerit nummos in poteſtate proximi ſui, & colligaverit eos, atque in dorſo ſuſpenderit; vel filio ſuo aut filiæ minorennibus tradiderit, & coram illis non uti conveniebat, clauſerit, tenetur; quia non cuſtodit uti cuſtodes ſolent cuſtodire; ſin autem cuſtodiverit uti ſolent cuſtodire cuſtodes, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

צררן *Si colligaverit eos*, in ſudario ſuo, & eos a dorſo ſuo ſuſpenderit etſi bona ſit cuſtodia, tamen tenetur; quia is qui nummos geſtat depoſitionis de loco in locum, non aliam pro illis habet cuſtodiam quam manum, ut ſcriptum eſt Deut. 14. 25. וצרת הכסף *Et colligabis argentum.* Erunt igitur in manu tua etiamſi ligati ſint nummi; at ſi domi ſis, non eſt ipſis cuſtodiæ præter ſolum, vel parietem prope tabulato, vel terræ, quando panno involuti ſunt, ubi fures eos non ſolent perſcrutari. Sin autem alio eos cuſtodiverit modo, prævaricatus eſt, & tenetur; niſi ab initio cum depoſitario conditionem iniverit, quod ea conditione depoſitum recipit; ne ad omnes iſtas cuſtodias obligaretur.

לבנו ולבתו הקטנים *filio ſuo & filiæ ſuæ minorennibus*, at ſi majoribus tradiderit, illi jurare tenentur quod more cuſtodum cuſtodiverunt, & tum liber eſt. Et non dicimus hoc in caſu, cuſtos qui cuſtodi tradidit, tenetur, quia homines cuſtodire ſolent id quod in poteſtate eorum depoſitum eſt, in poteſtate uxoris & liberorum; & quicunque deponit, ea intentione deponit, ut depoſitum ſit in manu uxoris & liberorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nummis argenteis nulla eſt perfecta cuſtodia, niſi abſconſio in terra, aut in pariete panno cuidam involutis prope tigno, aut prope fundo; & quicquid præter hunc modum factum eſt, non caret culpa, & non cuſtoditum eſt uti ſolent cuſtodire cuſtodes, idcirco tenetur ſolvere, niſi ei rem declaraverit. Sic etiam, ſi nummos impoſuerit veſtimento ſuo ex quo aliquid in modum marſupii facit, aut ſi colligaverit eos in ſindone, aut ſuper ventrem ſuum, his omnibus modis reus eſt; niſi eos manu apprehenderit, quemadmodum dicit Lex Deut. 14. 25. וצרת הכסף בידך Præterquam ſi declaraverit ſe, & conditionem inierit cum poſſeſſore pecuniæ. Si vero veſpera Sabbati depoſuerit nummos, in poteſtate illius, & non fuerit tempus abſcondendi, ſtatim in exitu Sabbati eos abſcondet, &, ſi perierint die Sabbati, nihil debet. Nam fundamentum nobis eſt, quod omnis qui deponit quicquam, id deponit ea conditione ut cuſtodiatur ab uxore & familiæ liberis, idcirco, ſi depoſitum dederit liberis majoribus, non tenetur ſolvere, ſed jusjurandum Legis jurabit quod talem ei dedit rem, & illi quoque jusjurandum Legis jurabunt quod eam rem cuſtodiverunt eo modo quo ſolent cuſtodire cuſtodes. Nam non dicimus tali in caſu, quando quis depoſuerit aliquid in poteſtate uxoris ſuæ, aut liberorum, cuſtos qui cuſtodi tradidit, tenetur. Sed ſcias volo, quod cuſtos qui cuſtodi tradidit, quicunque is fuerit cuſtos, ſi teſtes venerint, & dixerint, quod ſecundus cuſtos non fuit in cauſa, ſed cuſtodivit more cuſtodum, primus cuſtos non tenetur ſolvere, & nemo eorum obligatur ad jusjurandum, quia teſtes de violentia teſtantur, & jurijurando nullus eſt locus, niſi cum non fuerint teſtes.

§. 11. *E nummis in poteſtate nummularii ab aliquo depoſitis, & ſingulari modo faſciis colligatis, nihil commodi ei percipere*

pere licet, idcirco nec obligatur ad damni compenſationem, ſi perierint. Si vero diſſoluti ſint nummi, utraque conditio locum habet. Porro conſideratur eorum depoſitionis caſus apud patremfamilias, vel camponem.

יא המפקיד מעות אצל שולחני אם צרורין לא ישתמש בהן לפיכך אם אבדו אינו חייב באחריותן מותרין ישתמש בהן לפיכך אם אבדו חייב באחריותן אצל בעל הבית בין צרורין ובין מותרין לא ישתמש בהן לפיכך אם אבדו אינו חייב באחריותן חנוני כבעל הבית דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר חנוני כשולחני :

11. Si quis depoſuerit nummos in poteſtate numularii, & illi colligati fuerint, non utetur illis, idcirco, ſi perierint, non obligatur ad cautionem illorum. Si vero diſſoluti fuerint, utetur illis, idcirco, ſi perierint, obligatur ad cautionem eorum. Si depoſuerit eos in poteſtate patrisfamilias, ſive colligatos, ſive diſſolutos, non utetur iis, propterea, ſi perierint, non tenetur ad cautionem eorum. Caupo eſt inſtar patrisfamilias, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, caupo ſe habet ut numularius.

R. OB. DE BARTENORA.

אם צרורין *Si colligati fuerint*, obſignati, vel extraordinario modo colligati fuerint, non utetur illis; at ſi non fuerint obſignati, aut ligamentis extraordinariis ligati, etſi ligati ſint, tamen ſunt inſtar diſſolutorum, & perinde ac ſi nullatenus ligati eſſent; & tum eis uti licet. חייב באחריותן *tenetur ad cautionem damni eorum*, & quamvis iis non uſus fuiſſet, tamen eorum cuſtos eſt mercenarius, quia illis uti potuerit, & idcirco tenetur ad furtum & perditionem compenſandum, ſi autem iis uſus fuerit, debitum eſt in poteſtate illius, & obligatus eſt ad caſus violentiæ; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צרורין *Colligati*, ſi modo extraordinario colligati fuerint, vel ſi ſuper eos ſignum aliquod poſuerit, quando autem præter hunc modum aliquid ipſis factum eſt, vocantur מותרין *diſſoluti*. חייב באחריותן *tenetur ad cautionem eorum*, nempe, etſi non uſus fuerit illis, nam, ſi ei permittamus nummis uti, fieret eorum cuſtos pro mercede; at jus cuſtodis eſt mercenarii. Verum ſi illis uſus fuerit, etiam in caſu coactioris, tenetur ad illorum cautionem, quia debiti inſtar factus eſt ſuper ipſo; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

§. 12. *Quæritur de eo qui in rem depoſitam manus immiſerit, an ad diminutionem & augmentum obligatus ſit? Sammæani affirmant: Hillelæi ſtatuunt rem in eum ſtatum redigendam eſſe in qua erat dum e poteſtate poſſeſſoris exierat. Doctor Akiba exiſtimat eos eſſe reſtituendos quemadmodum a judicibus determinatum fuerit, dum depoſitarius condemnatus erat.*

יב השולח יד בפקדון בית שמאי אומרים ילקה בחסר וביתר ובית הלל אומרים כשעת הוצאה רבי עקיבא אומר כשעת התביעה החושב לשלוח יד בפקדון בית שמאי אומרים חייב ובית הלל אומרים אינו חייב עד שישלח בו יד (שנא' אם לא שלח ידו במלאכת רעהו כ״א ל״ג) כיצד הטה את החבית ונטל הימנה רביעית תשברה אינו משלם אלא רביעית הגביהה ונטל הימנה רביעית ונשברה משלם דמי כולה :

12. Si quis manum immiſerit in rem depoſitam, Schola Schamai dicit, obligatur ad defectum & augmentum. Schola Hillelis dicit, ut hora eductionis. R. Akiba dicit, ut poſtulationis. Si quis cogitaverit manum immittere in rem depoſitam, Schola Schamai dicit, tenetur. Schola Hillelis dicit, non tenetur, niſi dum immiſerit manum ſuam, uti dicitur Exod. 2 . 7. *Si non immiſerit manum ſuam in opus proximi ſui.* Quo modo? Si inclinaverit dolium, & ex eo deſumpſerit quartarium, fregeritque, ſolvet tantum quartarium. Si elevaverit dolium, & ex eo deſumpſerit quartarium, fregeritque, ſolvet pretium totius.

R. OB. DE BARTENORA.

ילקה בחסר וביתר *Condemnabitur propter defectum & augmentum*, propter id quod depoſitum minutum fuerit vel auctum, nimirum, ſi in poteſtate illius depoſuerit ovem oneratam lana, aut gravidam, & poſtquam in eam immiſerit manum ſuam, totonderit eam, vel pepererit, ſolvet ovem & tonſuram, atque natum illius; quo modo tenetur ad compenſandum id quod diminutum fuerit in poteſtate ſua. Et quantum ad augmentum attinet, ſi impraegnata fuerit aut lana onerata in poteſtate ipſius, ſolvet eam lana oneratam, & impraegnatam, uti jam eſt, & hoc ad augmentum obligatus eſt.

בית הלל אומרים כשעת הוצאה *Schola Hillelis dicit, ut tempore eductionis*, e domo poſſeſſoris, ſi lana onuſta ſit, ſolvat onuſtam; ſin lana orbatam, ſolvet eam lana orbatam. רבי עקיבא אומר כשעת התביעה R. *Akiba dicit, ut tempore poſtulationis*, quemadmodum ſe habebat depoſitum quando ad judices delatum erat, uti ſcriptum eſt, לאשר הוא לו יתננו ביום אשמתו Levit 6. 5. dabit ergo quemadmodum ſe habebat in tempore reatus ſui, quando condemna-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schamæanos inter & Hillelæos controverſia eſt de primo Miſnæ caſu, nimirum, de augmento ipſius furti, ut, ſi furatus fuerit agnum tonſum, & lanam in poteſtate ipſius oneraverit. Schola Schamai dicit, ſolvet agnum & tonſuram ejus. Schola Hillelis dicit, ſolvet ei tantum agnum tonſum. R. Akiba dicit, quod, ſi eo tempore tonſa ſit quo eum poſtulabat Synedrium, ſolvet tonſuram; ſi vero onerata ſit, ſolvet onus; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis. Sed de pretio ſive caro, ſive vili, non eſt inter eos controverſia; verum jus quod intercedit inter eos, ſe habet quemadmodum dicam. Si furatus fuerit merces quæ valebant unum nummum aureum, & poſtea valebant duos nummos aureos, & comederit eas poſtquam cariores factæ erant, ſi eſu aptæ eſſent, aut vendidiſſet eas, vel alii dediſſet, duos ſolvet nummos aureos, quos merces valebant quando eas è poteſtate illius educebat. Nam quamdiu res amiſſa adhuc integra eſt, redeat ad poſſeſſorem ſuum, idcirco ſolvet tantum, quantum valebat res furto ablata, quando eam muta-

demnatus erat a Synedrio; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

חחשב לשלוח ידו בפקדון *Si quis cogitaverit manum ſuam immittere in depoſitum*, ſi coram teſtibus dixerit, ego mihi ſumam depoſitum a tali, Schola Schamai dicit, tenetur, eo quod ſcriptum Exod. 22, 8. על כל דבר פשע Ab eo igitur momento quo dixit, ego extendam manum, tenetur.

עד שישלח בה יד *Donec in eam extenderis manum*, quia ſcriptum eſt Exod. 22 7. אם לא שלח ידו במלאכת רעהו Sic etiam id quod dicitur על כל דבר פשע exponit ſchola Hillelis hoc ſenſu, ſi quis dixerit ſervo ſuo aut legato ut manus in depoſitum immittant, tenetur, quemadmodum colligitur ex eo quod dicitur כיצד הטה את החבית על כל דבר פשע *Quomodo? Si inclinaverit dolium*, jam auctor exponit verba ſcholæ Hillelis, at in quibusdam exemplaribus non legitur vox כיצד *quomodo*, eſtque ſingulare quid. תשברת *& fractum fuerit*, deinceps. אינו משלם אלא רביעית *ſolvet tantum quartarium*, nam is qui extendit manum, non tenetur ad caſus violentiæ, niſi donec attraxerit, aut elevaverit, quod eſt genus acquiſitionis. הגביה ונטל *ſi elevaverit & exprompſerit*, non requiritur ut expromat, nam poſtquam dolium elevavit, ut ex eo expromat, tenetur ad caſus violentiæ, etſi nihil ex illo expromſerit. Si vero e dolio deprompſerit quartarium, & reliqua vini pars acida fuerit in dolio, etſi non elevaverit dolium, ſolvet tamen totum vinum, quia in cauſa fuit quod vinum acidum factum eſt.

mutabat, aut quando educebat e poteſtate illius. Sin autem illa res furto ablata deinde perierit, aut denuo ſurrepta fuerit, aut e poteſtate primi raptoris exierit inſcio ipſo, ſolvet rei ſurreptæ pretium quod valebat cum ſurripiebatur; Sic etiam, ſi pretium illius minus factum fuerit, ſolvet pretium quod valebat tempore ſurreptionis. Quod autem diſſentiunt in fine Miſnæ, id eſt de ſenſu Legis, Schola Schamai dicit, quod verſu octavo Exod. 22. ſcriptum eſt על כל דבר פשע intelligendum eſſe etiam, ſi de induſtria prævaricatus ſit. Schola Hillelis dicit, id quod verſu ſeptimo dicitur, אם לא שלח ידו במלאכת רעהו ſtricte intelligendum eſſe, quando nondum immiſerit manum in rem proximi. Quod in Miſna dicitur, כיצד *quomodo?* eſt declaratio ſcholæ Hillelis. Si quis igitur quartarium e dolio eduxerit, & reliquum acidum factum fuerit, tenetur ſolvere, etiamſi dolium elevaverit, quia reliquum perdidit mediante inclinatione illius.

הגביה ונטל ממנה רביעית *Si elevaverit illud, & ex eo quartarium depromſerit*, hoc non intelligendum eſt ſub hac conditione ſi aliquam rem ex eo omnino eduxerit, & quod tum tenetur; ſed quandoquidem tenetur ad caſus violentiæ ſi illud elevaverit, etſi non aperuerit ullo modo, neque quicquam ex eo eduxerit, & hoc intelligas volo.

Cap. 4. §. 1. *Sermo eſt de perfecta rerum acquiſitione, qua pecunia ſive ſit moneta ſignata, ſive rudis, ſive aurum, ſive argentum, vel æs, vel mobilia vel immobilia bona ex unius poteſtate tranſire poſſunt in alterius poteſtatem. Attractio in re emta omnino in quibusdam confirmat acquiſitionem, ſed in quibusdam non eodem modo. Exponuntur voces* מעות הרעות *&* אסימון: *regula generalis de mobilium mutua acquiſitione.*

פרק ד הזהב קונה את הכסף והכסף אינו קונה את הזהב הנחשת קונה את הכסף והכסף אינו קונה את הנחשת. מעות הרעות קונות את היפות והיפות אינן קונות את הרעות אסימון קונה את המטבע והמטבע אינו קונה את אסימון מטלטלין קונים את המטבע והמטבע אינו קונה את המטלטלין זה הכלל כל המטלטלין קונים זה את זה :

Cap. 4. Aurum acquirit argentum, ſed argentum non acquirit aurum; æs acquirit argentum, at argentum non acquirit æs. Nummi mali acquirunt bonos, at boni non acquirunt malos. Moneta non ſignata acquirit ſignatam; ſed ſignata non acquirit non ſignatam. Mobilia acquirunt monetam ſignatam, ſed moneta ſignata non acquirit mobilia. Hæc regula generalis eſt, omnia mobilia acquirunt inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

הזהב קונה את הכסף *aurum acquirit argentum*, quicquid æſtimatur pro moneta, & valet ut expendatur, continetur ſub jure nummorum; & non acquirit id quod pro ea datum eſt, eo quod non æſtimatur pro moneta, neque valet ut expendatur in ſumptus. Id autem quod per ſe non æſtimatur, neque valet, continetur ſub jure fructuum, & horum attractio eſt eorundem confirmatio, propterea, ab eo tempore quo unus denarios aureos attraxerit, alter acquiſivit denarios argenteos quocunque id fiat modo; & nemo eorum renuere poterit, eo quod denarii aurei ſunt fructus cum denariis argenteis. Argentum non acquirit aurum, quia denarii argentei qui valent in expenſis, magis continentur ſub jure pecuniæ quam aurei, & ſi attraxerit unus denarios argenteos, alter non acquiſivit denarios aureos, niſi dum eos attraxerit, quia pecuniæ non acquirunt. Et hæc quoque ratio eſt, quare æs acquirit argentum, quia non valde æſtimantur, ſed ſunt fructus reſpectu denariorum argenteorum; at argentum non acquirit æs. מעות רעות *nummi mali*, qui non valent. אסימון *ἄσημον* eſt moneta menſuræ quidem valentis, ſed nondum ſignata. כל המטלטלין קונין זה כיצד *Omnia mobilia acquirunt inter ſe*, ſi unum commutaverit cum altero, quamprimum attraxit unus, acquiſivit alter; hæc vox כיצד docet rem ita eſſe, etiamſi unum marſupium ſit plenum nummis pro alio marſupio pleno nummorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum omnium quæ in Miſna dicuntur, jam expoſitum eſt capite primo tractatus Cidduſchin, nempe, quod acquiſitio mobilium fit attractione rei emptæ, & non ſolutione pecuniæ. Aurum vero & æs, & nummi qui omni in loco, & hoc tempore non valent, vocantur מעות הרעות *nummi mali*, ſic etiam fruſta argenti non ſignati vocantur אסימון *ἄσημον*, & hæc omnia ſunt negotiatorum negotia quantum ad nummos ſignatos attinet, quibus emunt & vendunt. Scias autem quod denarii aurei, qui ſunt denarii ſignati, qui in iſto valent loco, etiam ſunt argentei, & non eſt differentia inter illos & æneos nummos, ſed omnes ſunt nummi, non fructus.

§. 2. *Conſtitutio Sapientum eſt quod attractio demum & non ſolutio pecuniæ rem emtam acquirit; contra vero e Lege poſt pecuniæ ſolutionem res emta ab emtore acquiſita cenſetur, quod exemplo illuſtratur. Pœnæ antediluvianorum mentio fit in formula judicii.*

ב כיצד משך הימנו פירות ולא נתן לו מעות אינו יכול להחזור בו נתן לו מעות ולא משך הימנו פירות

2. Quomodo? Si ab illo attraxerit fructus, & ei non ſolverit nummos, neuter emtionem retractare poteſt. Si ei ſolverit nummos, & non attraxerit ab eo fructus, quiſque retractare po-

פירות יכול להזור בו אבל אמרו מי שפרע מאנשי
דור המבול ומדור הפלגה הוא עתיד להפרע ממי
שאינו עומד בדיבורו רבי שמעון אומר כל שהכסף
בידו ידו על העליונה :

poteſt. Sed dixerunt, qui caſtigavit generationes antediluvianas, & generationes diſperſionis, is caſtigabit eum qui non ſtat verbo ſuo. R. Schimon dicit, quisquis argentum habet in manu ſua, ejus manus ſuperior eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן לו מעות ולא משך ממנו פירות יכול לחזור בו *Si dederit ei nummos, & non attraxerit de illo fructus, renuere poteſt*, uterque; eſtque conſtitutio Sapientum, nam ex Lege acquirunt nummi, ſicuti invenimus de ſancto in Lege, ונתן הכסף וקם לו Quare autem dixerunt, quod attractio acquirit, at non nummi? ideo, ne emtor diu relinquat rem ſuam emtam in domicilio venditoris, & incendium accidat in vicinia venditoris, & non curet ereptionem rei venditæ; idcirco eam conſtituerunt in poteſtate ejus, ut renuere poſſit, ſi velit: nam ſi tum pretium aſcenderit, in poteſtate ejus aſcendit, ideoque ipſum venditionis pœnitebit, & lucrum ei cedet, atque ut ſuam rem æſtimabit, de qua laborabit, & quam eripiet.

אבל אמרו מי שפרע מאנשי דור וכו׳ *Sed dixerunt, is qui caſtigavit viros generationis antediluvianæ &c.* etſi conditionem renuere poſſit, tamen coram Synhedrio ei maledicunt, & dicunt ei, *is qui punivit generationem antediluvianam, & generationem diſperſionis, & gentem Sodomiticam & Amoriticam, & Ægyptios inundatione delevit in mari, idem ille puniat eum qui non ſtat verbo ſuo*; deinde nummos ſuos ei reddit.

רבי שמעון אומר כל שהכסף בידו ידו על העליונה R. *Schimeon dicit, quisquis in manu ſua argentum habuerit, ejus manus ſuperior eſt*, R. Schimeon redit ad primi doctoris verba, qui dixit, *ſi dederit ei nummos, & non attraxerit de eo fructus, renuere poteſt*, tam venditor quam emtor. Dicit autem R. Schimeon, quod ejus qui argentum habet in poteſtate ſua, nimirum venditoris, manus aliquoties ſuperior eſſe poteſt, & in ea ſita eſt confirmatio venditionis, ſi velit; & quod emtor non poterit renuere, nempe, ſi tabulatum emtoris conductum ſit venditori, quod tum, ſi venditor voluerit ut venditio rata ſit, emtor non poterit renuere, etſi nondum attraxerit. Nam ratio, ob quam Sapientes dixerunt quod attractio acquirit, non autem nummi, hæc eſt, ne quis diceret venditor emtori, triticum tuum crematum eſt in tabulato, ſed hic, cum tabulatum ad emtorem pertinet, ſi in eo incendium oriatur, laborabit, & bona liberabit; deciſio non eſt juxta R. Schimeon; ſed, etſi tabulatum emtoris conductum ſit venditori, quamdiu nondum attraxit, renuere poteſt tam venditor, quam emtor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum juris eſt quod nummi ſoluti rem emtam acquirunt; ſed dixerunt, quod attractio acquirit, ex conſtitutione ea, ne venditor diceret emtori, triticum tuum combuſtum eſt in camera editiori vi quadam, quia venditor tum non debet emtori ſolvere; idcirco merces erunt in poteſtate venditoris, & in cautione ſua, donec eas attraxerit emtor. R. Schimeon dicit, quod, ſi venditor receperit nummos, & emtor non attraxerit merces ſuas; ſed fuerint in domicilio emtoris, & domicilium illud venditori conductum fuerit, emtor non poſſit renuere, & venditori dicere, redde mihi nummos quos tibi dedi, nam pœnitet me emtionis; ſed venditor in cujus poteſtate erant nummi, ſi venditionem confirmare voluerit, confirmet, quia domicilium ad ſe pertinet. Et fundamentum eſt nobis quod nummi acquirere poſſunt vi Legis; hic autem decretum ceſſat, ne quis dicat, triticum tuum comburetur in tabulato, nam merces eſt in domo illius, &; ſi voluerit, non confirmabit venditionem, ſed reddet ei nummos, quia merces ſunt in domo ei acquiſita. Pariter, ſi vendiderit, qui conduxit domicilium, ei qui conduxerat aliquas merces quæ in illo erant domicilio, quod in primis pertinebat ad emtorem, etiam venditionem confirmare poteſt in poteſtate ſua, ſi voluerit, quia merces ſunt in domicilio ejus; ſi vero conditionem renuere velit, quoniam merces ſunt in loco venditori acquiſito. Et hoc eſt quod R. Schimeon dicit, *quisquis in poteſtate ſua habuerit argentum, ejus manus ſuperior eſt*; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. Cæterum deciſio eſt, quod, quamdiu venditor renuere poſſit, tamdiu quoque renuere poſſit emtor, & quamdiu non attraxerit merces, tamdiu unuſquiſque conditionem renuere poteſt, tam venditor ſi reſtituerit nummos, & receperit in ſe id quod dicitur, *is qui caſtigavit generationes antediluvianas &c.* quam emtor qui petierit nummos, eoſque receperit, poſtquam recepit in ſe id quod dicitur, *is qui caſtigavit generationes &c.* Et hic eſt caſus quem dixerunt, quemadmodum inſtituerunt attractionem pro venditoribus, ſic etiam pro emtoribus inſtituerunt attractionem. Si vero domicilium imprimis ad emtorem pertineat, & conductum ſit a venditore, nemo eorum renuere poteſt, ſed venditio debet eſſe rata, ſi merces in eo domicilio fuerint. Et quod dicitur, *is qui caſtigavit generationes &c.* Eſt exclamatio contra hominem qui non ſtat ſuo verbo; & fas eſt ut contra eum qui non ſtat ſuo verbo, hoc exclametur coram eo homine contra quem ille exclamat, in quocunque id fiat loco. Cæterum exclamationis verba hæc ſunt, *is qui punivit homines generationis antediluvianæ, & homines generationis diſperſionis, & homines Sedomitas & Amoritas, & Ægyptios aquis immerſos, idem ille puniat eum qui non ſtat ſuo verbo.*

§. 3. *De* אונאה *defraudatione res agitur, & defraudanti pœna ſtatuitur quatuor argenteorum nummorum ſolutio e viginti in Sela, exponitur vox* שתות*: definitur tempus intra quod res emta venditori reſtitui poteſt, ſi emtionis ipſum pœnituerit. Civitatis Ludæ mentio.*

ג האונאה ארבעה כסף מעשרים וארבעה כסף
לסלע שתות למקח עד מתי מותר להחזיר עד כדי
שיראה לתגר או לקרובו הורה רבי טרפון בלוד
האונאה שמנה כסף לסלע שליש למקח ושמחו
תגרי לוד אמר להם כל היום מותר להחזיר אמרו לו
יניח לנו רבי טרפון במקומנו וחזרו לדברי חכמים :

3. Defraudatio eſt quatuor argenteorum nummorum de viginti quatuor in Sela, ſextarius in emtione. Quamdiu reddere poſſunt? Uſque dum oſtenderit mercatori, aut proximo ſuo. Docuit R. Tarphon Ludæ, quod defraudatio eſt octo argenteorum in Sela, tertia pars in emtione; tum mercatores Ludæ gaviſi ſunt. Dixit eis, totum diem licet reddere, dixerunt ei, relinquito nobis R. Tarphon in loco noſtro; & ſic reverſi ſunt ad verba Sapientum.

R. OB. DE BARTENORA.

האונאה ארבעה כסף *Defraudatio eſt quatuor argenteorum*: quatuor nummorum argenteorum, qui ſunt ſex nummi in Denario; Sela quatuor facit denarios. עשרים וארבעה כסף בסלע *De viginti quatuor nummis argenteis in Sela*, ſi merces valuerint Selam, quæ facit viginti quatuor nummos argenteos, tum defraudatio eſt ſexta pars emtionis, & totam obligatur reſtituere defraudationem, nimirum, quatuor argenteos.

עד מתי מותר להחזיר *Quousque licet reddere*, is qui defraudatus fuit: מותר *licet*, ut eo nos doceat, quod hic non obtinet illud *qui punivit* &c. in reſtitutione rei venditæ, aut ſi ſolverit ei defraudationem ſuam. עד כדי שיראה הסקה לתגר *donec negotiatori oſtenderit*, dum emtionem oſtendat negotiatori ipſi, vel uni e propinquis ejus; & ſi diutius tardaverit, condonavit ei defraudationem ſuam venditor autem ſemper reddat, eo quod merces non ſunt in poteſtate illius, ut eas mercatori oſtendere poſſit, aut propinquo ejus, ut ſciat an fraudem fecerit; ſi vero innotuerit quod in poteſtatem ipſius venerunt res quæ eis quas vendidit, ſimiles ſunt, & ſimul ei innotuerit quod fraudem fecit, & tacuerit, & non petierit, denuo repetere nequit, quia condonavit. *Gavisi ſunt mercatores Ludda*, eo quod expediti erant in negotiationibus, & care vendebant; deciſio non eſt juxta R. Tarphon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis quinque nummis argenteis emerit id quod ſex valebat, & ſex quod valebat ſeptem, tota hæc emtio vocatur שתות *ſextarius*, & defraudatio eſt; neque differentia eſt an ſit ſextarius pretii, aut ſextarius mercium; & emtor atque venditor reddent in hac defraudatione, niſi quod emtor reddet donec oſtenderit mercatori, aut propinquæ, & venditor reddet pro defraudatione, etſi id fiat longo tempore poſt. Et hoc eſt quod dixerunt, venditor reddet ſemper, quia merces non ſunt in poteſtate ipſius, & pretium eorum neſcit niſi dum occaſio ſe offerat, qua alias merces cum ſuis conferat; deciſio non eſt juxta R. Tarphon.

§. 4. *Quæritur de perſonis in quibus* defraudatio *locum habet, in plebejorum enim negotiis contrahendis non ea eſt experientia quæ negotiatorum. Defraudati hominis poteſtas major defraudante.*

ד אחד הלוקח ואחד המוכר יש להן אונאה כשם שאונאה להדיוט כך אונאה לתגר רבי יהודה אומר אין אונאה לתגר מי שהוטל עליו ידו על העליונה רצה אומר לו תן לי מעותי או תן לי מה שאניתני :

4. Tam emtor quam venditor facere poſſunt defraudationem; & quemadmodum idiota facere poteſt defraudationem, ſic etiam negotiator. R. Jehuda dicit, in negotiatore non obtinet defraudatio. Cui defraudatio facta eſt, ejus manus ſuperior eſt; ſi voluerit, dicet ei, da mihi nummos, aut da mihi id in quo defraudatus ſum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין אונאה לתגר *Defraudatio non cadit in negotiatorem*; eo quod expertus eſt in negotiatione, & certo colligitur quod ei aliquid condonavit; & quod tam vili pretio vendiderit, hoc factum eſt eo quod aliud negotium oblatum eſt, & ideo jam venditionem vult retractare; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

שהוטל עליו ידו על העליונה *qui defraudatus eſt, ejus manus ſuperior eſt*, nempe is qui defraudatus eſt. תן לי מעותי *Da mihi nummos meos*, ſi emtor defraudatus ſit; cæterum Miſna hæc eſt juxta R. Jehudam, Synedrii principem; at deciſio non eſt juxta eum, ſed ſi defraudatio confecerit ſextam partem, tum acquiſivit emtionem, & rem defraudatam reddere debet; & ſi magis quam ſexta fuerit, irrita ſit emtio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהוטל עליו ידו על העליונה *Si cui defraudatio facta ſit, ejus manus ſuperior eſt*, eſt hæc opinio R. Jehudæ principis; ſed deciſio non eſt ſecundum eum; ſed deciſio eſt, quod, cum ſexta ſit pars, acquiſivit emtionem, & defraudationem reddere debet, & quod emtio irrita ſit, ſi quidem plus ſit quam ſexta pars, ſi quis autem emerit ab illis duobus, is diminuere debet ſocio.

§. 5. *Explicantur aliquot voces Hebraicæ, ut,* סלע חסרה *Sela deficiens*; איסר, דינר. פונדיון: *& quantitas rei in quo defraudatio obtinere poteſt, determinatur.*

ה כמה תהא הסלע חסרה ולא יהא בה אונאה רבי מאיר אומר ארבעה איסרין איסר לדינר רבי יהודה אומר ארבעה פונדיונות פונדיון לדינר רבי שמעון אומר שמנה פונדיונות שני פונדיונות לדינר :

5. Quanti erit Sela deficiens, ut in ea non ſit defraudatio? R. Meyr dicit, quatuor Aſſarii, unus Aſſarius pro denario. R. Jehuda dicit, quatuor pondiola, unum pondiolum pro denario. R. Schimeon dicit, octo pondiola, duo pondiola pro denario.

R. OB. DE BARTENORA.

כמה תהא הסלע חסרה *Quanti ſit Sela deficiens?* Moneta quæ valet, plerumque impenditur & diminuitur, & quando diminuta fuerit eamque dederit, an non defraudatus erit? *Quatuor Aſſarii* in Sela, unus Aſſarius pro denario, ſive vigeſima quarta pars illius, eo quod Sex Meah argenteæ conficiunt unum denarium; Meah facit duo pondiola, pondiolum vero duos Aſſarios. *Quatuor pondiola*, duodecima denarii pars. *Octo pondiola*, שתות *Sextarius*, ſicuti defraudationes reliquæ, & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſuimus aliquoties, quod Sela eſt quatuor denariorum, denarius vero ſex Meahrum argentearum, Meah duorum pondiolorum, & pondiolum duorum Iſſariorum, deciſio eſt juxta R. Schimeon.

§. 6. *Statuitur fixum aliquod tempus intra quod malam monetam reddere licet, ſi quis deceptus ſit, nempe, ſi in urbe ubi numularii eſſe ſolent, res contigerit, reddendi tempus conceditur, ſi ea numulario oſtenſa ſit, qui eam probet; in pagis ubi non ſolent eſſe numularii, tempus prorogatur ad veſperam Sabbati.*

ו עד מתי מותר להחזיר בכרכים עד כדי שיראה לשולחני ובכפרים עד ערבי שבתות אם היה מכירה אפילו לאחר שנים עשר חדש מקבלה הימנו ואין לו עליו אלא תרעומת ונותנה למעשר שני ואינו חושש שאינו אלא נפש רעה :

6. Quamdiu reddere licet? In civitatibus donec oſtenderit numulario, & in pagis uſque ad veſperam Sabbati. Si cognoſcebat nummos, etiamſi poſt duodecim menſes, recipiet ab eo, & non inferet quicquam præter querelam; dabitque pro decimis ſecundis, & nihil mali ſuſpicabitur, quia anima mala tantum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בכרכים *In civitatibus*, ubi numularius eſt, & illic reddendi tempus conceditur uſque quo nummos oſtenderit numulario, in vicis vero ubi non eſt numularius, uſque ad veſperam Sabbati; nam ſi poſſeſſor nummum expendere velit in veſpera Sabbati in Sabbaticam menſam, tum cognoſcere poterit an eum expendere poſſit, & tum recipiantur.

ואם היה מכירה *Si cognoſceret nummos*, vult, ſi fuerit pius, & plus quam jus poſtulat, dare voluerit, ſi cognoverit quod ſit Sela quam ei dedit, recipiet ab eo, etiam poſt duodecim menſes. ואין לו עליו אלא תרעומת *Et nil niſi obmurmurationem in eum proferet*, vult, ſi alter ſit qui non fuerit pius, & noluerit ab ipſo recipere Selam, nil niſi querelam in eum effundet, quia ſibi ipſi intulit damnum, quod in tempore eam non reddidit. ונותנה למעשר שני *Et dabit in decimas ſecundas*, redit ad Selam deficientem in quantitate defraudationis, quam dabit in decimas ſecundas pro pretio ſuo, & non curabit an ſit moneta ſignata, necne, nam decimæ ſecundæ commutari nequeunt, niſi cum moneta ſignata, nam huic Selæ eſt nomen מטבע *monetæ*; quia vero eam non receperit pro pretio ſuo monetæ, ſed pro argenti fruſto, omnino anima mala eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quiſque non cognoſcit nummos, idcirco aliquod tempus conceſſerunt, donec eos oſtenderit numulario, &, ſi fuerit in pagis, uſque ad veſperam Sabbati, donec intraverit civitatem & oſtenderit eos eorum peritis. Et quod Miſna dicit, quod, ſi cognoverit eum, recipiet ab eo, etiam poſt duodecim menſes, & hoc ſecundum conditionem rei ſanctæ; ſi vero noluerit recipere eum, nil niſi querelas contra eum effundet, nempe, quod omnino anima mala ſit. Et hoc jus conſentaneum eſt iis locis ubi denarios alioſque nummos ſine menſura accipere ſolent, & defectus eorum non gerunt curam, & ubi pauci admodum ſunt qui eos recipere nolunt, per modum avaritiæ; ſed ubi defectus rationem habent, etiam menſuræ grano hordeaceo minoris, menſura neceſſario impleri debet; quod probatur ex eo quod dicitur שאינו אלא נפש רעה *Quia omnino anima mala eſt*.

§. 7. *Defraudationis & litis multa deſcribitur, item & confeſſionis. Porro recenſetur quintuplex* פרוטה *prutæ uſus. Res inventa Prutam valens proclamationem meretur.*

ז האונאה ארבעה כסף והטענה שתי כסף וההודאה שוה פרוטה חמש פרוטות הן ההודאה שוה פרוטה והאשה מתקדשת בשוה פרוטה והנהנה בשוה פרוטה מן ההקדש מעל והמוצא שוה פרוטה חייב להכריז והגוזל את חבירו שוה פרוטה ונשבע לו יוליכנו אחריו אפילו למדי :

7. Defraudatio eſt quatuor nummorum argenteorum, & lis duorum argenteorum, & confeſſio, pretii Prutæ; quinque Prutot ſunt hæ, confeſſio pretii Prutæ, mulier deſpondetur pretio Prutæ, & qui pretii Prutæ utilitatem ceperit de re ſancta, prævaricatus eſt; & qui invenerit Prutæ pretium, tenetur proclamare. Et qui proximo ſuo ſurripuerit Prutæ pretium, eique juraverit, illud ſecum portare poteſt etiam uſque ad Mediam.

R. OB. DE BARTENORA.

האונאה ארבעה כסף *Defraudatio eſt quatuor argenteorum*, in re quæ pretio Selæ empta eſt, ſive viginti quatuor nummis argenteis, hinc fiet ut defraudatio ſextam faciat partem uti diximus; & hæc repetiit auctor, ut doceret litem duorum eſſe argenteorum nummorum. והטענה שתי כסף *Et lis duorum argenteorum*, nam non eſt juſjurandum judicum ſuper lite duobus argenteis minori, ſcilicet ut dicat, pretium duorum argenteorum nummorum eſt mihi in poteſtate tua, & hic confitebitur ei pretium Prutæ, & negabit reliquum; vel confitebitur ei totum, & pretium Prutæ negabit.

וההודאה שוה פרוטה *Et confeſſio, pretii Prutæ*, pro confeſſione partis, & obligatione ad jusjurandum. והמוצא שוה פרוטה *Si quis invenerit pretium Prutæ*, at ſi minus ſit pretium, non obligatur ad proclamandum, quemadmodum Lex dicit Deut. 22. 3. אשר תאבד ממנו quod excipit rem amiſſam, quæ non valet Prutam. יוליכנו אחריו *portare illud poſt ſe poteſt*, ſi confeſſus ſit quod falſo juravit, quia tum ei non condonatur, niſi dum propria manu illud reddiderit, & non manu legati ſui, uti Lex dicit. Num. 5. 7. ונתן לאשר אשם לו.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארבעה כסף *Quatuor argenteorum nummorum*, eſt pondus Sexaginta quatuor granorum hordeaceorum; ſi vero defraudationis quantitas fuerit quatuor nummorum argenteorum in Sela, quæ facit שתות *Sextarium*, reſtituitur defraudatio; ſi minor fuerit, non eſt defraudatio, uti dictum eſt. Dicit autem denuo auctor de hoc jure, ut adjungat id quod dicitur, *quatuor argenteorum*, cum eo quod dicitur, *lis duorum argenteorum*, & hæc eſt Gemaræ expoſitio. Una autem Pruta eſt quantitas dimidii grani hordeacei ex argento; cæterum litis & confeſſionis caſus exponetur in tractatu Schevuoth.

§. 8. *Quinta* חומש *cujus in Lege mentio, in quinque caſibus locum habet, nempe, ſi quis in quinque rebus quarum in hac Miſna fit mentio, peccaverit, pro unoquoque errore quintam ſolvat, quia hæ quinque res ejuſdem ſunt naturæ.*

ח חמשה חומשין הן האוכל תרומה ותרומת

8. Quintuplex quinta pars eſt, ut, ſi quis comederit oblationem primam, aut oblationem

מעשר de

מעשר ותרומת מעשר של דמאי החלה והבכורים מוסיף חומש והפודה נטע רבעי (ס״א) ומעשר שני שלו מוסיף חומש הפודה את הקדשו מוסיף חומש הנהנה בשוה פרוטה מן ההקדש מוסיף חומש והגוזל את חבירו שוה פרוטה ונשבע לו מוסיף חומש :

de decimis dubiis, aut placentam, aut primitias, addet partem quintam. Si quis redemerit arbores anni quarti, atque decimas ſuas ſecundas, addet quintam partem. Si quis ſancta ſua redemerit, addet quintam partem. Si quis pretium Prutæ e Sanctis utilitatem ceperit, addet quintam partem. Si quis proximo ſuo ſurripuit pretium Prutæ, eique juraverit, addet quintam partem.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל תרומה *Si quis comederit oblationem primam*, hic eſt is qui comedit oblationem primam magnam inſcius. תרומת מעשר *Et oblatio de decimis*, decimæ de decimis. תרומת מעשר של דמאי *Et oblatio de decimis dubiis*, nam is qui fructus emerit a plebejo, debet ſeparare oblationem de decimis, at non oblationem magnam, quia quiſque de illa admonitus erat. החלה והבכורים *Et placentam & primitias*, omnes hæ quinque res ſunt eædem, quia omnes vocantur תרומה *oblatio*. נטע רביעי *arbor anni quarti*, illa exponitur e voce קדש *ſanctitas*, quæ uſurpatur de decimis ſecundis, nimirum, ut addatur quinta pars, & hæ duæ quoque enumerantur pro una, quia omnes ex eodem exponuntur verſu, quandoquidem e decimis earum ſenſus colligitur. Et dicit auctor שלו *ſuas* ſcil. decimas, vult dicere, quando tantum ſuæ ſunt, tum addet quintam, eo quod ſcriptum eſt Lev. 27. 3. איש ממעשו id eſt, *quisque de ſuis decimis*. הקדשו *conſecratum ſuum*, non quod ad alios pertinet, quia ſcriptum eſt in Lege המקדיש id eſt, *qui ipſe conſecravit*. הנהנה *qui utilitatem cepit*, inſcius, tenetur ſacrificio prævaricationis, & additione quintæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia fere clara quæ in hac occurrunt Miſna; & quocunque in loco hic dicatur de parte quinta, intelligi debet illa quinta cujus in Lege fit mentio, & ſunt nonnulli qui ex illis conſequentias fecerunt, quas jam expoſuimus in tractatu Orla, & Biccurim primæ partis Miſnæ; cæterum prævaricationis jura exponentur in tractatu Meyla.

§. 9. *Enumerantur ea in quibus nec defraudatio, nec dupla, quadrupla, nec quintupla ſolutio locum habet. Cuſtos gratuitus liber eſt a jurejurando, ſi rei cuſtoditæ deſit quippiam; ita etiam a ſolutione liber eſt is qui mercede aliquid portat.*

ט אלו דברים שאין להם אונאה העבדים והשטרות והקרקעות וההקדשות אין להן תשלומי כפל ולא תשלומי ארבעה וחמשה שומר חנם אינו נשבע ונושא שכר אינו משלם רבי שמעון אומר קדשים שהוא חייב באחריותן יש להן אונאה ושאינו חייב באחריותן אין להן אונאה רבי יהודה אומר אף המוכר ספר תורה בהמה ומרגליות אין להם אונאה אמרו לו לא אמרו אלא את אלו :

9. Hæ ſunt res in quibus non obtinet defraudatio, ſervi, chirographi, agri, res ſanctæ; neque in iis obtinet ſolutio dupla, neque ſolutio quadruplex vel quintuplex. Cuſtos gratuitus non jurabit, & is qui mercede portaverit, non ſolvet. R. Schimeon dicit, in rebus ſanctis ad quarum cautionem quis tenetur, obtinet defraudatio; ſed ad quarum cautionem non tenetur, in iis non obtinet defraudatio. R. Jehuda dicit, etiam ſi quis librum Legis vendiderit, quadrupedem, & margaritam, non obtinet in iis defraudatio; dixerunt ei, nullas præter has dixerunt res.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו דברים שאין להם אונאה וכו׳ *Hæ ſunt res in quibus non obtinet defraudatio* &c. quia ſcriptum eſt Levit. 25. 14. וכי תמכרו ממכר לעמיתך או קנה מיד עמיתך id ergo quod acquiritur de manu in manum excludit agros, quia non ſunt bona mobilia; excluduntur quoque ſervi, quia aſſimilantur agris. Sic etiam in chirographis non obtinet defraudatio, quia ſcriptum eſt ibidem ממכר תמכרו ejuſmodi ergo res quæ ipſa omnino vendita eſt, atque emta, exceptis chirographis, qui tantum faciunt ad probandam aliquam rem cujus argumentum continetur in illis. Neque in rebus ſanctis obtinet defraudatio, quia ſcriptum eſt Levit. 25. 14. איש את אחיו ergo in fratre defraudatio obtinet, non in rebus ſanctis.

תשלומי כפל *Solutio duplex*, hæc in illis non obtinet, quia de eo qui litem furis ad ſenatum defert, ſcriptum eſt Exod. 22. 8. על כל דבר פשע quod in genere dicitur, deinde dicitur, *pro bove, pro aſino, pro agno* &c. quod in ſpecie dicitur; & poſtea על כל אבדה *pro omni re perdita*, quod denuo in genere eſt, at vero generale & particulare & generale pronunciantur tantum Senſu particulari; & quemadmodum ſenſus particularis expoſitus eſt de re quæ movetur, & cujus ſubſtantia eſt ממון *bonum* quod quis poſſidet, ita etiam quævis res quæ movetur & cujus ſubſtantia eſt *bonum*, excludit agros qui ſunt immobiles, & ſervos quoque, quia ſimiles ſunt agris; nec non chirographos, quia, etiamſi moveantur, ſubſtantia eorum non eſt *bonum*. Neque res ſanctæ ſunt *bonum*, quia ſcriptum רעהו *proximo ſuo*, non ſanctitatibus. ולא תשלומי ארבעה וחמשה *neque ſolutio quadruplex vel quintuplex*, ſi quis ſurripuerit, mactaverit, aut vendiderit bovem, aut agnum, ſanctum, quia Deus ſolutionem quadruplicem & quintuplicem ſtatuit, & non triplicem pro agno, & quadruplicem pro bove; nam quandoquidem hæ res in lege ſunt excluſæ a ſolutione duplici, ergo deeſt una ſolutio, nam ſolutio duplex in eo qui mactavit, aut vendidit, intrat in ſolutionem quadruplicem & quintuplicem. ונושא שכר אינו משלם *Et qui mercede portaverit, non ſolvet*, quia ſcriptum eſt Exod. 22. 6. כי יתן איש אל רעהו quod generale eſt; & deinde חמור או שור או שה quod particulare eſt; &

R. MOSCHE EIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Levit. 25. 14. כי תמכרו ממכר וגו׳ id ergo quod de manu in manum acquiritur, excludit agros, quia non moventur, & ſervos quoque, quia agris æquiparantur, uti Lex dicit. Lev. 25. 46. לרשת אחזה quod excludit chirographos debitorum, nam cum Lex dicit ממכר *venditio*, hic ejuſmodi res quæ ipſa vendita eſt, & emta, excipit eam quæ ipſa non eſt vendita & emta, niſi propter probationem rei quæ in illis continetur. Cæterum exponetur deinceps in hac ſecunda Miſnæ parte, quare in his rebus homo non tenetur ad ſolutionem quadruplicem & quintuplicem, & quare gratuitus cuſtos & qui mercede portat, liberi ſunt, deciſio non eſt ſecundum R. Schimeonem, neque ſecundum R. Jehudam.

poſtea

poſtea וכלל כוזהו לשכור quod denuo generale eſt; ſed generale, particulare, & generale pronunciatur in particulari, quemadmodum particulare expoſitum de re quæ movet ſe &c. Et res ſanctæ excluduntur per id quod dicitur רעהו *proximo ſuo*, & non rebus ſanctis. קדשים שהוא חייב באחריותן *in ſanctis rebus ad quarum cautionem de damno tenetur*, ſi dixerit, *ego voveo holocauſtum*, idque ſeparaverit, at deinde vitio affectum fuerit, & venditum ab ipſo fuerit. יש להן אונאה *obtinet in illis defraudatio*, nam ſi res conſecrata mortua aut ſurrepta fuerit, tenetur ad cautionem damni, quia ſua res eſt, de qua dici poteſt ואל תונו איש את אחיו Levit. 25. 14 Cæterum res conſecratæ ad quarum cautionem de damno non tenetur, ſunt hujuſmodi, ſi exempli gratia dixerit, hoc eſto in ſacrificium holocauſticum. *Sic etiam, ſi quis vendiderit librum Legis*, quia pretio ejus non ſtatuta eſt menſura vel modus. *quadrupedem & margaritam*, quia poſſeſſor de iis libenter habet par, nam is cui bos eſt qui ad aratrum valet, alium quærit quem cum eo jungat in eodem jugo, nam ſi ſub jugo cum bove forti junxerit debilem, corrumpitur bos fortis, ſic etiam cum margarita pretioſa in auro jungere vult ei parem; deciſio non eſt juxta R. Jehuda; nec juxta R. Schimeon.

§. 10. *Defraudatio quoque obtinet in dictis, ſicuti liquet e loco Levit. 25. 17. Fraudatio in verbis ea eſt, qua aliter in corde ſentit quam ſe verbis exprimit, cujuſmodi aliquot formulæ in Miſna, & apud Maimonidem exprimuntur.*

י כשם שאונאה במקח ובממכר כך אונאה בדברים
לא יאמר לו בכמה חפץ זה והוא אינו רוצה ליקח אם
היה בעל תשובה לא יאמר לו זכור מעשיך הראשונים
אם הוא בן גרים לא יאמר לו, זכור מעשה אבותיך
שנאמר וגר לא תונה ולא תלחצנו :

10. Quemadmodum defraudatio obtinet in emtione, & venditione, ſic etiam in verbis obtinet defraudatio. Ne dicat ei, *quanti conſtat hæc res?* Si ipſe emere noluerit. Si reſipuerit quis, ne dicat ei, *memor eſto priorum tuorum operum.* Si quis fuerit filius peregrini, ne dicat ei; *memor eſto operum patrum tuorum*, ut ſcriptum eſt Deut. 22. 20. *Peregrinum ne opprimas, neque affligas.*

R. OB. DE BARTENORA.

כן אונאה בדברים *Sic etiam in verbis defraudatio obtinet*, uti ſcriptum eſt Levit. 25. 17. Quæ dicuntur de verborum defraudatione, quorum bonitas vel malitia non cognoſcitur, ſed latet in corde illius qui loquitur, & qui ſcit an bona vel mala intentione agat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod de verborum defraudatione extat peculiaris verſus Levit. 25 17. לא תונו איש את עמיתו ויראת מאלהיך Et rigoroſius agit ibi Deus de defraudatione verborum, quam de bonorum defraudatione, uti vides. Præterea, quod homo in his cautelam adhibere poteſt, nimirum, ſi mercibus adſtet & dicat, quod eam emere vult, attamen non emit, ſed poſtea dicat quod eam emere non vult. Aut, ſi roget Sapientem quendam in re quadam ſublimi, ut ea declaretur ſibi, ut ipſum confundat, dicens, putabam te Sapientem eſſe. Aut, ſi roget ipſum ut ſibi enumeret computum earum rerum in quibus continentur opprobria proximi, dicens, ego non attendi ad ea quæ vos Sapientes cogitabatis, eo quod ſcriptum eſt Levit. 25. 17. ויראת מאלהיך Nam Deus novit intentionem tuam, & id quod cogitaſti in corde tuo. Et hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, quicquid cordi traditum eſt de eo dictum eſt. ויראת מאלהיך Ita quoque in Lege invenies quod omni in loco quo dictum eſt ויראת מאלהיך ſit res quam judices humani judicare nequeunt.

§. 11. *Fructus cum fructibus non commutandi ſunt; de vino tamen id permiſerunt, dummodo reddatur melius, & emtor non decipiatur: idcirco ſi venditor emptori dixerit, ego tibi fructus vendo e tali agro, vel vinum e tali vinea vel dolio, non licet venditori ea poſtea commutare ex alio loco.*

יא אין מערבין פירות בפירות אפילו חדשים בחדשים
ואין צריך לומר חדשים בישנים באמת ביין התירו
לערב קשה ברך מפני שהוא משביחו אין מערבין
שמרי יין ביין אבל נותן לו את שמריו מי שנתערב
מים ביינו לא ימכרנו בחנות אלא אם כן הודיעו ולא
לתגר אף על פי שהודיעו שאינו אלא לרמות בו
מקום שנהגו להטיל מים ביין יטילו :

11. Non commutant fructus cum fructibus, nequidem novos cum novis; neque neceſſe eſt dicere novos cum veteribus. Vere permiſerunt de vino miſcere forte cum tenui, quia illud melius reddit. Non miſcent vini fæces cum vino, ſed fæces ſuas ei dare poteſt. Si quis cum vino ſuo miſcuerit aquam, non licet ei id vendere in tentorio, niſi id ſignificaverit aliis; ſed non negotiatori, etſi ei indicaverit, quia hoc omnino fit ad decipiendum eum. Ubi ſolent aquam vino affundere, affundant.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מערבין פירות בפירות *Non miſcent fructus cum fructibus*, ſi quis dixerit proximo ſuo, ego tibi vendo fructus talis agri, non licet ei iſtos commutare cum fructibus alius agri. ואין צריך לומר חדשים בישנים *Et non eſt neceſſe dicere novos cum veteribus*, ſi ei veteres vendiderit, non miſcet cum eis novos, quia veteres ſunt ſicci, & plus farinæ ſuppeditant quam novi. מפני שהוא משביחו *eo quod illud tum melius reddit*, ſcil. vinum vilius melius reddit additione pretioſioris; idcirco ſi ei vendiderit tenue, commiſcet illud cum craſſiori ſive meliori; at ſi ei vendiderit melius, non miſcet cum eo tenue. אין מערבין שמרי יין ביין *non miſcent fæces vini cum vino*, non licet miſcere fæces vini unius dolii cum vino alterius dolii. *Sed dabit ei fæces ſuas*, fæces ejuſdem vini. *Non Vendet illud in caupona*, minutim. *Niſi id ſignificaverit*, dicens unicuique quod aqua cum eo miſta eſt. *Neque negotiatori*, non vendet junctim mercatori, etſi ei rem indicaverit, quia illud tantum emit ad decipiendum ipſum, & in caupona minutim vende-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקום שנהגו להטיל מים ביין ישילו *In quo loco ſolent vino affundere aquam, in eo affundant*, hoc tantummodo intelligendum eſt inter torcularia.

vendere. *Ubi ſolent vino affundere aquam, affundant*, tantum inter torcularia affundere licet, nam quia hoc moris eſt illic, idcirco non timendum eſt de defraudatione, quia omnia vina ſolent eſſe ejuſmodi.

§. 12. *Negotiatori rei frumentariæ licet vel e quinque areis proventum emere, quia unicuique conſtat eum in alienis creviſſe agris, & a diverſis hominibus accepiſſe. Sic etiam primario ænopolo vel e quinque torcularibus vinum emere licet, & cuppæ ſuæ infundere, dummodo non cogitaverit de mixtura aliqua facienda. Nuces a caupone non diſtribuenda ſunt parvulis. Fabæ molitæ an purificandæ? Exponuntur voces* פיטם *&* מגורה *nec non* פרכס.

יב התגר נוטל מחמש גרנות ונותן לתוך מגורה
אחת מחמש גיתות ונותן לתוך פיטם אחד ובלבד
שלא יהא מתכוין לערב רבי יהודה אומר לא יחלק
החנוני קליות ואגוזים לתינוקות מפני שהוא מרגילן
לבא אצלו וחכמים מתירין ולא יפחות את השער וחכמים
אומרים זכור לטוב לא יבור את הגריסין דברי אבא
שאול וחכמים מתירים ומודים שלא יבור מעל פי
מגורה שאינו אלא כגונב את העין אין מפרכסין לא
את האדם ולא את הבהמה ולא את הכלים :

12. Negotiator accipere poteſt de quinque areis, idque ponere in horreum unum; de quinque torcularibus, idque imponere uni cuppæ, dummodo non intendat commixtionem. R. Jehuda dicit, non dividet caupo triticum toſtum nec nuces parvulis, quia eos aſſuefacit ut veniant ad ſe. Sapientes permittunt, ne pretium minuatur; & dicunt Sapientes, ſit commemoratum in bonum. Non licet purificare fabas molitas, ſunt verba Aba Schaul. Sapientes permittunt. Et concedunt quod ſuper horreo non licet purificare, quia hoc omnino fit ad defraudandum viſum. Non exornant hominem, nec pecus, nec vaſa.

R. OB. DE BARTENORA.

התגר נוטל מחמש גרנות *Mercator accipere poteſt de quinque horreis*, eo quod unicuique notum eſt quod non creverunt in agro ſuo, & quod de multis emit hominibus, ideoque ſub hac præſumtione alii ab ipſo emunt. מגורה notat repoſitorium proventus. גורן notat locum quo proventum triturant, mercatores autem emere ſolent a poſſeſſoribus agrorum tempore arearum frumentum, idque reponere in horreum. פיטם eſt cuppa magna.

ובלבד שלא יתכוין לערבן *Dummodo non intenderit commixtionem eorum*, publicando ſe emiſſe e loco excellenti, & emendo magnam copiam illius optimi ad miſcendum cum eo aliud frumentum de alio loco; ſed vicinis putantibus quod totum frumentum eſt de uno loco. ולא יפחות את השער *nec diminuat pretium*; ut vendat minoris, quia hoc modo emtores ad ſe allicit, & proximo ſuo præcidit victum. זכור לטוב *ſit commemoratum in bonum*, quia hoc medio ii qui habuerint fructus, minoris vendere debebunt; & ſic deciſio eſt. גריסין ſunt fabæ molitæ; earum non licet purificare furfures, quia, cum meliores apparent, pretium earum aſcendit ultra pretium furfuris qui exinde deſumptus eſt. *Sapientes permittunt*, quia emtor poterit conſpicere, & explorare quantus ſit valor furfuris ex fabis purificati, quæ cum aliis commixtæ ſunt; cæterum bene habet quod purificatarum fabarum pretium aſcendit propter opus earum; deciſio eſt juxta Sapientes. *Et concedunt quod non licet ſuper ore horrei*, in ſuperficie horrei, ut appareant bonæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פיטם eſt cuppa magna; ſed hæc declarabitur in tractatu Celim. Erat autem in cortice fabæ aliquod ſignum, ex quo ſciebant an ſtatim coqueret vinum, an vero non niſi multo labore coqueret, uti conſtat e cauſis fabarum. Aba Schaul vetat purificationem fabarum, nempe, ut removeatur cortex earum. Sapientes permittunt, quia ille nihil intulit in iſta ſi ſed horrei ſuperficiem purificare non licet, & intus relinquere cortices, eo quod viſum decipit. פרכס notat præparare; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque ſecundum Abam Schaul.

Cap. 5. §. 1. *Exponuntur voces Hebraicæ* נשך uſura, *quæ ex Lege Moſis prohibita eſt, ſed* תרבית *de uſura quæ e Sapientum conſtitutione prohibita eſt. Prima vox de pecunia mutuo data, altera vero agit tam de nummis quam de fructibus mutuo datis, unde uſuram capiat.*

פרק ה איזהו נשך ואיזהו תרבית איזהו נשך
המלוה סלע בחמשה דינרין סאתים חטין בשלשה
מפני (ס״א) שהוא נושך ואיזהו תרבית המרבה בפירות
כיצד לקח הימנו חטין בדינר זהב הכור וכן השער
עמדו חטין בשלשים דינרין אמר לו תן לי חטין שאני
רוצה למוכרן וליקח בהן יין אמר לו הרי חטיך
עשויות עלי בשלשים (דינרים ס״א) הרי לך אצלי
בהן יין ויין אין לו :

Cap. 5. Quid eſt נשך? & quid eſt תרבית? quid eſt נשך? Hoc, ſi quis mutuo dederit Selam pro quinque denariis, duo ſata tritici pro tribus; quia mordet? & quid תרבית? Si quis multiplicaverit fructus; quomodo? ſi emerit ab ipſo pro denario argenteo Corum tritici, & ſic fuerit pretium; & poſtea aſcenderit triticum triginta denariis, dixit ei, da mihi triticum meum, nam volo id vendere, & pro eo emere vinum, dixit ei, ecce triticum tuum æſtimetur a me triginta denarios, & ecce tibi apud me pro illis vinum; at ei non erat vinum.

R. OB. DE BARTENORA.

אי זהו נשך שהוא נושך *quid eſt* נשך*? id quod mordet*, quia ab illo ſumit quod non accepit. המרבה בפירות *qui multiplicaverit fructus*, qui multiplicaverit fructus in lucrum, tam in nummis quam in fructibus mutuo dandis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod נשך vocatur eſt uſura ex Lege prohibita, ſed תרבית eſt uſura quæ prohibita eſt ex conſtitutione Sapientum. Cæterum id quod ſub conditione dicitur, nempe, *ſi ei non fuerit vinum*, oſtendit quod ſi ei non fuerint iſtæ mer-

uſuram accipit; quia bona ſua multiplicat. Sed in fine Miſnæ exponitur quod uſura ex Sapientibus vetita ſit, quia eſt modus emendi & vendendi. בדינר זהב *pro denario aureo*, qui facit viginti quinque denarios argenteos. וכן השער *& ſic pretium fuerit*, quo in foro vendebatur, jam autem ei licet dare nummos, ſub conditione ut ei det hoc triticum hoc pretio per totum anni tempus, juxta menſuram nummorum illius, quemadmodum Miſna dicit hoc capite, ſi pretium aſcenderit, tum contrahunt; nam, etſi is non habet, alius tamen habet; & hic venditor illud triticum jam emere poteſt his nummis.

עמדו חטים בשלשים דינרים ואמר לו *Si triticum triginta denariis conſtiterit, & dixerit ei*, & hoc licet, ſi dixerit triticum; at ſi contraxerit cum eo ut ei det pro vino, vetitum eſt, quia forſan vinum fiet carius, quoniam ei non eſt vinum. Et quamvis cum ipſo convenerit pro pretio quod tunc temporis valebat vinum, & jam aſcenderit pretium, quoniam ei non dat pretium, dicere poſſumus quod vinum emere poteſt pro nummis quos recepit, niſi quod ei computavit pretium tritici pro debito, & pro debito contraxit cum eo ut ei det vinum, quod vetitum eſt, ſi ei non ſit vinum; nam ſi ei fuerit vinum, acquiſiviſſet illud ſtatim is qui contraxit ſuper debito ope vini, & ſi tum carius factum fuerit, in ſua poteſtate carius factum eſt.

merces, non licet ei ut computetur ſuper iis pro debito, ſed hoc intelligendum quando debitum ſuper iis non habuerit, & dixerit illi, da mihi nummos meos qui ſunt in poteſtate tua, nam ego iis triticum emere volo; & reſpondit ei, ego habeo triticum, abi & computa ſuper me pro pretio ejus valente, ſi triticum fuerit, licet, ſin minus, prohibitum eſt. Et quod auctor dicit, *ſi emerit ab eo*, vult, ſi acceperit pro debito ab ipſo, nempe, ſi ſuper debitore computaverit triticum pro eo quod habebat in poteſtate ſua. Verum ſi quis proximo ſuo dederit nummos, ut emat iis tot menſuras tritici pro pretio iſto tempore valente, non majori neque minori, hoc licitum eſt; & quamvis ei non ſit triticum, tamen tenetur ei dare quoties id petierit, etſi emerit plures, aut receperit in ſe maledictionem, quæ eſt, *is qui punivit viros generationum antediluvianarum &c.* (vide Miſnam ſecundum capitis quarti,) & retractabit ſententiam ſuam, ita exponitur in Talmude Jeruſolymitano.

§. 2. *Si quis proximo ſuo quicquam mutuo dederit, iſtius beneficii cauſa non gratis habitabit in domicilio illius, neque minori ab ipſo conducet pretio, quia iſta actio uſuram redolet. Merces conducta quidem augeri poteſt, quia eam aliquamdiu expectare debet elocator. Sed res vendita non eſt augenda, quia* אבקת רבית *pulvis uſuræ eſt.*

ב המלוה את חבירו לא ידור בחצרו חנם
ולא ישכור ממנו בפחות מפני שהוא רבית מרבין
על השכר ואין מרבין על המכר כיצד השכיר
לו את חצרו ואמר לו אם מעכשיו אתה נותן לי
הרי הוא לך בעשרה סלעים לשנה ואם של חדש
בחדש בסלע לחדש מותר מכר לו את שדהו ואמר
לו אם מעכשיו אתה נותן לי הרי היא שלך באלף
זוז אם לגורן בשנים עשר מנה אסור :

2. Si quis proximo ſuo mutuo dederit, ne habitet in atrio ejus gratis, neque conducat ab eo minori pretio, eo quod uſura eſt. Multiplicant ſupra mercedem conductam, at non multiplicant ſupra venditionem, quomodo? ſi locaverit alii atrium ſuum, eique dixerit, *ſi tu ſtatim mihi ſolvas, tuum erit pro decem Selis per annum*; ſin autem de menſe in menſem, pro Sela ſingulis menſibus, licet. Si vendiderit ei agrum ſuum, neque dixerit, *ſi ſtatim mihi ſolvas, tuus erit pro mille Zuzis; ſi pro area, pro duodecim Minis*, vetitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מרבין על השכר *multiplicant ultra rem conductam*, propterea quod nummos conductitios aliquod tempus expectare debet elocator. ואין מרבין על המכר *At non multiplicant ultra rem venditam*, propter dilationem mercedis conductitiæ; ratio eſt, quia conductor tantum in fine ſolvit, idcirco ſi ab ipſo receperit Selam in menſem, qui duodecim ſunt Selæ per annum, hoc non fit propter dilationem nummorum, quia in fine menſis demum ei nummos pro conductione ſolvere tenetur. Et quod dixit, *ſi ſtatim mihi ſolveris, tuum erit pro decem Selis*, intelligendum eſt, ſi per anticipationem dederit nummos pro conductione, & infra pretium ſuum conduxerit. Cæterum in caſu venditionis, ſolvere debet ſimulac attraxerit merces; & ſi ei dixerit, ſi ſtatim mihi ſolves, tuum erit pro mille Zuzis, id pretium ejus ſit; & ſi poſtea multiplicaverit rem venditam, quando ei ſolvit in area, hoc factum eſt propter dilationem nummorum. *Si ille vendiderit agrum* &c. Idem jus in bonis mobilibus obtinet in quibusvis mercibus, nam ſi ei ultra pretium vendiderit propter dilationem nummorum, vetitum eſt, & pulvis uſuræ ex inſtituto Sapientum vetitus dicatur; & nulla uſura exigua quam ſolvit, e poteſtate ſua educi poteſt per judices, nam uſura definita quæ de Lege eſt, non educi poteſt per judices.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna quoque ſatis clara eſt, quod ſimilis in mobilibus obtinet uſura, nempe, ſi merces vendiderit ultra pretium, & expectaverit aliquantiſper pretium, & quamvis tantum intra breve temporis ſpatium hoc factum ſit, eſt tamen אבק ריבית *pulvis uſuræ*, (id eſt, non omnino uſura e Lege prohibita, ſed e Sapientum inſtituto.) Sic etiam, quicquid huic ſimile eſt, pulvis uſuræ eſt, & non educitur per judices.

§. 3. *Exponitur jus agri media in parte ſoluti, & quæritur ad quem pertineant illius fructus. Deinde quoque proponitur caſus de agro ſuper quo aliquid mutuo datum eſt, ſub conditione per tres annos reſtituendi nummos.*

ג מכר לו את השדה ונתן לו מקצת דמים ואמר לו
אימתי שתרצה הבא מעות וטול את שלך אסור הלוהו
על שדהו ואמר לו אם אי אתה נותן לי מכאן ועד
שלש שנים הרי היא שלי הרי היא שלו וכן היה
ביתוס בן זונין עושה על פי חכמים :

3. Si ei vendiderit agrum, & partem quandam nummorum ſolverit, eique dixerit, *quando velis, adducito nummos & ſumito tuum*, prohibitum eſt. Si ei ſuper agro mutuo dederit, dixeritque, *ſi mihi abhinc uſque ad tres annos non ſolveris, meus erit*; ipſius erit; & ſic fecit Baitus fil. Zunin dicto Sapientum.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא מעות וטול את שלך אמר *Adducito nummos & ſumito tuum, prohibitum eſt*, adducito reliquam nummorum partem quam debes, & ſumito tibi agrum; hoc facere non licet. Et hoc intelligendum eſt, ſi venditor dixerit emtori, quando reliquos adduxeris nummos, acquiſiviſti ſtatim; idcirco hoc facere prohibitum eſt, nam ſi venditor interim comederit fructus, quando hic adduxit nummos, fiet ut hic ager ei acquiſitus ſit, inde a die venditionis, & alter comederit fructus propter dilationem nummorum. Si vero emtor comederit ſtatim fructus, fieri poteſt ut non adducat reliquos nummos, & alter reddat id quod recepit, & fiat ut hæc res vendita ei non acquiſita ſit; nam ei dixerat, quando adduxeris, acquires ſtatim, & is non adduxerit, ergo primi nummi fuerunt inſtar mutui in poteſtate venditoris, & hic emtor comederit fructus pro lucro ſuo. הרי הוא שלו *Ecce ipſius ille eſt*, hoc intelligendum eſt, ſi dixerit, acquires ab hoc momento ſi abhinc uſque ad tres annos non ſolvero tibi, quod non eſt ratio probabilis, ſed acquiſitio omnimoda, nam ſub conditione omnimodæ venditionis poſſedit agrum ab eo tempore pro illis nummis, & hic in ſe recepit, quod, ſi reddiderit nummos ſuos uſque ad tres annos, recipiet eos; & fructus in manu tertii alicujus depoſiti erunt, ſi debitor reddiderit nummos creditori uſque ad tres annos, dabit fructus debitori; ſin minus, dabit fructus creditori cui ager acquiſitus fuit inde ab hora mutui, & illud mutuum erat ſolutio agri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis emerit agrum & quandam nummorum partem ſolverit, jus fructuum eorum ad quem pertinent neceſſario exponendum eſt. Sic etiam, ſi venditor dixerit emtori, quando reliquam meam nummorum partem adduxeris, acquiſivit fructus pro venditore. At ſi dixerit, quando adduxeris nummos, ſtatim acquiſivit, & fructus ambobus vetiti ſunt per totum illud tempus; & depoſiti ſi erant in poteſtate tertii, & emtor impleverit contractum ſuum, dantur illi fructus, at ſi non impleverit contractum, omnes fructus erunt pro venditore.

§. 4. *Patrifamilias non licet cum tabernario lucrum partiri ſi merces iſtæ cariores factæ fuerint quas ab ipſo emit, niſi tabernario inſuper addiderit mercedem quæ plerumque in operarium confertur, quia iſtorum hominum pecuniæ partim mutuo, partim ex depoſito ſumtæ ſunt. Porro nec gallinis ova ponere, nec vitulos, nec aſellos media ex parte æſtimare licet.*

ד אין מושיבין חנוני למחצית שכר ולא יתן מעות ליקח בהן פירות למחצית שכר אלא אם כן נותן לו שכרו כפועל אין מושיבין תרנגולין למחצה ואין שמין עגלין וסייחין למחצה אלא אם כן נותן לו שכר עמלו ומזונו אבל מקבלין (ס"א) עגלין וסייחין למחצה ומגדלין אותן עד שיהו משולשין וחמור עד שתהא טוענת :

4. Non conſtituunt cauponem pro media lucri parte, neque nummos dare licet ad emendum illis fructus pro media parte lucri, niſi ei dederit mercedem ejus ut operario. Non ſupponunt gallinis ova pro media parte, neque vitulos, neque aſellos æſtimant pro media parte, niſi laboris, & victus mercedem ei dederit. Sed vitulos & aſellos pro media parte recipere poſſunt, quos educunt donec tertiani facti fuerint; aſinam vero, donec imprægnata fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מושיבין חנוני למחצית שכר *Non conſtituunt tabernarium pro dimidio mercedis*, non dicet paterfamilias tabernario, ecce jam fructus in foro venduntur quatuor Satis in Sela, & tu numulis in taberna vendis, & lucraris Satum, ecce tibi fructus tui, revertere ad tabernam tuam & eos vendito illic, & lucrum dividemus. Ratio autem eſt, quia fundamentum nobis eſt, quod nummi quos unus ab alio accipit ad negotiandum, media ex parte ſunt mutui, & media ex parte depoſitarii; qui vero in ſe recepèrit dimidium lucri, is etiam in ſe recepit cautionem dimidii ſummæ principalis in cauſis damni, ſi pereant vel viliores factæ fuerint merces; idcirco dimidium illud, quandoquidem tenetur ad caſum amiſſionis illius, eſt mutuum in poteſtate illius, quia ei in ſummam æſtimatum eſt juxta pretium in foro valens, & jus illius eſt ut dimidium mercedis accipiat, quomodo fiet ut laboret pro dimidio patrisfamilias quod eſt depoſitum in poteſtate ſua, in ſolutione pro dilatione nummorum mutuo datorum; idcirco prohibitum eſt, niſi ei dederit mercedem operis ejus quod peregit in illa media parte, ut operarius qui ceſſat ab opere, ſi ſit opifex aut faber ferrarius, quantum petere velit ut opus grave intermittat, & peragat opus facilius.

אין מושיבין תרנגולים למחצה *Non conſtituunt gallinas pro dimidio*, ad ova taxanda pro poſſeſſore gallinarum, ut iis ſupponantur pulli in majorem procreationem pro dimidio lucri quod pulli valuerunt ultra pretium ovorum; nam, quandoquidem ille in ſe recepit cautionem dimidii pretii ovorum, ſi perierint aut mortui fuerint, dimidium illi mutui eſt; quomodo fiat, ut hic educat dimidium aliud in ſolutione dilationis nummorum ejus. ומזונו *& alimoniam ejus*, ſcil. eam quam ſuppeditat pullis. ואין שמין עגלים וסייחים למחצה *& non taxant vitulos & aſellos*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכרו כפועל *Mercedem ſuam ut operario*, ut operario ab illo opere quieſcenti, quotidie id quod ei debetur, quamdiu ſocietatem exequetur, ſi vero ei majorem dederit partem in lucro quam in damno, licet, ut, ſi contraxerit cum eo expreſſe, quod ei tantum lucri cedet ſi ei fuerit damnum, & ſi pars lucri major fuerit quam damni pars, neceſſario hoc reſiduum eſt quod ei dat loco mercedis pro labore ſuo; at ſi nihil expreſſe determinaverit, dimidium lucrabitur is qui in negotio occupatus fuerit, & tertiam perdet partem ſi ei in negotio damnum fuerit. Sed hæc omnia intelligenda ſunt quando caupo nihil in ſummam principalem contulerit, at ſi quicquam contulerit, etiam denarium pro mille, & de reſiduo ei dederit quantulamcunque partem, ex æquo cum ipſo dividet, & hic non obtinebit uſura, quia is negotiatur pro ſe ope denarii illius, & quia non unice deſtinatus eſt huic miniſterio. Sic etiam prohibitum eſt dare unum ex ovis, & ſecundum gallinarum, & pullos dividant ex æquo, quando pullorum educationi operam dedit. Pari modo non æſtimant vitulos atque aſellos quantum tunc valebant, & traduntur paſtori ut eos alat donec pingues facti ſint, & tum lucrum ex æquo divident, niſi paſtor pro labore & alimonia mercedem acceperit, aut ſi ei plus in lucro dederit, aut ſi ei pars fuerit in ſumma principali vitulorum & aſellorum, quemadmodum expoſuimus. Et hoc vult auctor quando dicit מקבלין *recipiunt*, nimirum, quod in ſocietate recipiunt; & portio illius qui educationi pecoris operam dedit, firma erit, & nihil perdit, etiam ſi mortuum fuerit pecus; & hoc eſt commodum pro labore ſuo. Et ſic nos auctor docet, quod, ſi ſocius unus ab alio ſe velit ſeparare, hoc fieri non poterit, niſi poſt tres an-

pro *media parte*, dicens, jam illi valent tanti, recipito eos in te ad educandum eos duos annos, pro dimidio lucri & pro dimidio damni ſi mortui fuerint. אבל מקבלים עגלים וסייחין *Sed recipiunt vitulos, & aſellos*, minores, ſine æſtimatione, nam ſi mortui fuerint, nihil ſolvit, & ſi in vivis manſerint, ex æquo dividunt. עד שיהו משולשין *Donec ſacti fuerint tertiani*, id eſt, donec fuerint in tertio educationis anno, tum dividere poſſunt, & in aſino, donec onus ferat, ſic moris erat educare eos ante diviſionem.

nos integros; aſinum vero donec onus ferre poterit.

§. 5. *Agitur de animantibus quæ dimidia ex parte poſſunt æſtimari, ſcil. quod lucrum ex iis perceptum, vel e natis, æqualiter dividi poſſit, ſi duo ſocii unum animans emerint, idque poſtea vendere velint.*

ה שמין פרה וחמור וכל דבר שהוא עושה ואוכל למחצה מקום שנהגו לחלוק את הולד מיד חולקין מקום שנהגו לגדל יגדלו רבן שמעון בן גמליאל אומר שמין עגל עם אמו וסיח עם אמו ומפריזין (כ"א ומפרין) על שדהו ואינו חושש משום רבית:

5. Æſtimant vaccam, & aſinum, & quicquid operatur & edit, pro media parte. Ubi ſolent natum e veſtigio dividere, ibi dividant; ubi ſolent educare, ibi educent. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, æſtimant vitulum cum ſua matre, & aſellum cum ſua matre: & augent agrum ſuum, & non curat quicquam propter uſuram.

R. OB. DE BARTENORA.

Vaccam magnam æſtimant, nec non aſinum magnum, qui apti ſunt ad ferendum onus & ad operandum, quorum opera cedunt in uſum eorum qui eos recepit. למחצה *pro dimidia parte*, ut lucrum quod e pretio lucrati ſunt, ut & e natis, æqualiter dividant. לחלוק את הולד מיד *ad dividendum natum e veſtigio*, quum venerit tempus diviſionis, in pecore parvo triginta dies, & in magno quinquaginta dies. שמין עגל עם אמו *æſtimant vitulum cum matre*, & non requiritur ut ſolvatur quicquam pro labore & alimonia vituli, ſed pro matre: deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis. ומפרין *& augere faciunt*, radicem habet פרה: ſunt qui legunt מפרים & מפרין ſic פרוה תשב יהולכם Quorum ſenſus eſt, quod dilatat & auget agrum, nempe, ſi is qui campum conduxit, locatori dixerit, tu pro conductione agri tui ſingulis annis accipere ſoles decem Coros, des mihi mutuo ducentas Zuzas in impenſas agri ſtercorandi, arandi, & ſerendi, ego tibi pro conductione dabo duodecim Coros ſingulis annis, & pecuniam tuam tibi reddam; hoc licet, quia ſe res habet perinde ac ſi plus quam duos Coros ei dediſſet, quia agrum bonum ab illo conduxit, cujus conductio carior eſt conductione agri mali.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ומפרין על שדהו *Et augent ſuper agro ſuo*, ac ſi dixiſſent, ſi Ruben a Schimeone conduxerit agrum pro decem tritici Coris per annum, & Ruben dixerit Schimeoni, da mihi tot denarios pro impenſis hujus agri, ego tibi dabo duodecim Coros ſingulis annis, licet; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, dicentem, æſtimant vitulum cum matre ſua.

§. 6. צאן ברזל Grex ferreus *notat facultates quarum uſum fructum duntaxat percipere licet, ipſis facultatibus reſtitutis; tales ergo facultates uni Iſraëlitæ ab altero recipere non licet abſque damno compenſando, ſi quid perierit, cum ſit uſura. Iſraëlitæ, proſelyti, & gentilis diverſa conditio in uſura.*

ו אין מקבלין צאן ברזל מישראל מפני שהוא רבית אבל מקבלין צאן ברזל מן העכו"ם ולוין מהן ומלוין אותן ברבית וכן בגר תושב מלוה ישראל מעותיו של עכו"ם מדעת העכו"ם אבל לא מדעת ישראל:

6. Non recipiunt gregem ferri ab Iſraëlita, eo quod uſura eſt; ſed a gentilibus gregem ferri licet recipere, & ab illis mutuo accipere, & illis mutuo dare cum uſura. Sic etiam comparatum eſt cum inquilino proſelyto. Iſraëlita mutuo dare poteſt nummos gentilis cum uſura ſciente gentili, ſed non ſciente Iſraëlita.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מקבלין צאן ברזל *Non recipiunt oves ferri*, tota bonorum cautio eſt de eo qui bona illa recepit in ſe, eaque ut nummos ſecum æſtimavit, & quamdiu non dederit ei nummos ſuos, dividunt lucrum; etſi ſuperfluum ſit, nam ſupra jam dixit auctor, *non conſtituunt tabernarium pro media parte lucri*, quia in ſe recepit dimidium damni; & quanto magis hic, ubi totam in ſe recepit cautionem; hoc dixit propter finem Miſnæ, *ſed recipiunt gregem ferri a gentili.*

מדעת הנכרי *Sciente gentili*, ſi Iſraëlita mutuo ſumpſerit nummos gentilis cum uſura, eoſque illi reſtituere voluerit, & interim ei obviam venerit alius Iſraëlita, dixeritque illi, da mihi eos, ego tibi ſolvam, quemadmodum tu ſolvis gentili; tum ſi eum apud gentilem conſtituerit, etſi Iſraëlita mutuo dederit illi ex mandato gentilis, licitum eſt; ſi vero non conſtituerit eum apud gentilem, vetitum eſt, eo quod ſe res habet perinde ac ſi ipſe alii Iſraëlitæ cum uſura mutuo det.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צאן ברזל *Gregem ferri*, ſi contraxerit cum eo quod damnum ei non imputabitur. Cæterum hujus phraſeologiæ caſum jam expoſuimus in tractatu Cetuboth. מלוה ישראל מעותיו של נכרי מדעת נכרי וכו׳ *Mutuo dare poteſt Iſraëlita nummos gentilis*, ſi gentilis mutuo dederit nummos Iſraëlitæ cum uſura, & eos gentili reddere voluerit, non poterit eos alii dare Iſraëlitæ, eique dicere, ſolves gentili ſicuti ego tibi ſolvo; ſed requiritur ut hos nummos det gentili, & gentilis reddat, atque alii Iſraëlitæ mutuo dabit; & hoc licet, gentili haud inſcio.

§. 7. *Mentio fit earum rerum de quibus contractum inire poſſunt, ſi quis eas anticipando emere velit, antequam prodierint, vel pretium earum fixum fuerit, ita ut venditor in uſuram non incurrat. Exponuntur voces Hebraicæ* מעבים *&* מקטן.

ז אין 7. Non

ז אין פוסקין על הפירות עד שיצא השער יצא השער פוסקין ואף על פי שאין לזה יש (ס״א ליג) לזה היה הוא תחלה לקוצרים פוסק עמו על הגדיש ועל העבים של ענבים ועל המעטן של זתים ועל הביצים של יוצר ועל הסיד משיששקעו בכבשן ופוסק עמו על הזבל כל ימות השנה רבי יוסי אומר אין פוסקין על הזבל א״א אם כן היהה לו זבל באשפה והכמים מתירין ופוסק עמו כשער הגבוה רבי יהודה אומר אף על פי שלא פסק עמו כשער הגבוה יכול לומר תן לי כזה או תן לי את מעותי :

7. Non contrahunt ſuper fructibus niſi dum prodierit pretium, ſi prodierit pretium, contrahunt, nam etſi hic non habeat, ille tamen habet. Si ille primus fuerit meſſorum, contrahet cum eo ſuper meta, & ſuper vaſe calcatorio uvarum, & ſuper vaſe oleario, & ſuper luto figuli, & ſuper calce, donec immiſſa fuerit in furnum. Contrahere etiam poteſt cum eo ſuper ſtercore omnes anni dies. R. Joſe dicit, non licet contrahere ſuper ſtercore, niſi ſtercus ſit in fimeto. Sapientes permittunt, & contrahere cum eo poteſt pro pretio vili. R. Jehuda dicit, etſi non contraxerit cum eo juxta pretium vile, tamen dicere poteſt, da mihi pro pretio hoc, aut da mihi nummos meos.

R. OB. DE BARTENORA.

היה הוא תחלה לקוצרים *Si ille meſſorum primus fuerit*, & ei fuerit meta, & quamvis pretium nondum ſtatutum ſit, tamen cum eo contrahere poteſt ſuper quacunque re voluerit, nam, quandoquidem ei fructus eſt, non obtinet hic uſura, quia ſtatim ei acquiritur meta illa, imo etiamſi non attraxerit; nam cum ei nondum ſit, tantum pulvis uſuræ ex inſtituto Sapientum eſt, at quando ei eſt, non decreverunt. על העבים *Super cupa uvarum*, eſt enim עבים cupa magna in qua coacervant uvas ante calcationem, & in hac incaleſcunt ut vinum ex illis bene exprimatur; olivarum ejuſmodi vas vocatur מעטן. Deinde quoque contrahere poſſunt *ſuper luto figuli*, ſi terram conglutinaverit indeque confecerit teſtas pro ollis, tum cum illo contrahere poteſt ſuper illis ollis quocunque voluerit pretio, etſi pretium nondum divulgatum ſit. ועל הסיד *Et ſuper calce*, contrahere cum eo poteſt quocunque voluerit pretio, poſtquam ligna & lapides in furnum immiſerit, ad parandum exinde calcem. וחכמים מתירין *Et Sapientes permittunt*, controverſia eſt inter doctorem primum & Sapientes. nam doctor primus dicit quod contrahere poteſt per totum annum, at R. Joſe contradicit ei, & putat quod tam tempore æſtatis quam hyemis requiritur ut venditori ſit ſtercus in fimeto. Sapientes tantum æſtate permittunt, quia, etſi ei non ſit ſtercus, aliis tamen eſt; nam omnes habent ſtercus, quia in hyeme jam putrefactum eſt, ſed non tempore æſtivo, deciſio eſt juxta Sapientes. כשער הגבוה *Pretio vili*, ſi pretium factum fuerit vilius quam nunc eſt, dabis mihi juxta pretium vile. גבוה *Altum* idem eſt quod זול *vile*, vult dicere auctor, quod fructus altos & multos dant pretio vili. תן לי כזה או תן לי את מעותי *Da mihi pro hoc, aut da mihi nummos meos*, quia nondum attraxit, idcirco reddere poteſt, & non obtinet hic maledictio, *a qui punivit generationes antediluvianas &c.* quoniam non dedit nummos ſuos ut ſtatim recipiantur, ſed poſt tempus, & interim pretium mutatur, quia intentio hominis abſolute eſt ut contrahat pretio vili; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כשער הגבוה *Pretio vili*, id eſt, viliori quam illius ſpeciei pretio, & dabit ei de optimo illius ſpeciei; deciſio non eſt juxta R. Joſen, neque juxta R. Jehudam.

§. 8. *Quæritur an paterfamilias operariis mutuo dare poſſit triticum pro tritico ad ſerendum & edendum, prius affirmatur, ſi id fiat in locis ubi moris eſt ut operarii ſemen conferant ad ſerendum agrum; ſin minus, non licet. Poſterius vero negatur, quia id uſuram redolet.*

ח מלוה אדם את אריסו חטין בחטין לזרע אבל לא לאכול שהיה רג מלוה את אריסו חטין בחטין לזרע ביוקר והוזלו או בזול והוקרו נטל מהן כשער הזול ולא מפני שהלכה כן א״א שרצה להחמיר על עצמו :

8. Mutuo dare quis poteſt operariis ſuis triticum pro tritico ad ſerendum, ſed non ad edendum; nam Rabban Gamaliel mutuo dabat operariis ſuis triticum pro tritico ad ſerendum, ſi carum erat, & deinde vilius factum, aut vile & deinde carius, recipiebant illud juxta pretium vile; non quod ita ſit deciſio, ſed in ſe graviorem conditionem recipere voluit.

R. OB. DE BARTENORA.

חטין בחטים לזרע *Triticum pro tritico, ad ſerendum*, unum Satum pro altero Sato, licet operario mutuo dare, at ſub conditione ſi id ſerat; ratio eſt, quia in locis illis ubi operarius ſolet ſuppeditare ſemen, ſi ei non ſit ſemen ad conſerendum agrum, adimit ei agrum poſſeſſor; & cum operarius ab agri poſſeſſore mutuo acceperit, & ſeminaverit, & deinceps triticum carius factum fuerit, eique dederit triticum, hæc non habetur mutui datio, ſed eſt ut is qui ingreditur agrum ab hoc tempore, ſub illa conditione ut agri poſſeſſor primus capiat ſemen ab ea parte quæ ad operarium pertinet, & operarius capit reſiduum pro ſolutione operis ſui, & ſub hac conditione ille recepit agrum, ut minus recipiat quam alii operarii juxta ſeminis quantitatem, & hic non obtinet uſura. *Nam Rabban Gamaliel mutuo dabat operariis* &c. vult, quod propterea neceſſe erat hanc Miſnam adduci, quia Rabban Gamaliel in ſe receperat graviorem conditionem, ut, ſi pretium

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Hac tamen conditione ut moris ſit in illo loco operarium dare ſemen, nam agri poſſeſſor charitatem operario exhibere ſolet in mutuatione, at ſi moris ſit ut poſſeſſor agri ſuppeditet ſemen, vetitum eſt ei mutuo dare triticum pro tritico, niſi operarius qui illud ſeminavit, nondum inceperit agriculturam, at ſi jam aliquid peregerit, vel tantillum quoque, vetitum eſt ei mutuo dare, eo quod operis conditio jam confirmata eſt, & agri poſſeſſor nequit reſcindere illam, & tenetur operario ſuppeditare ſemen.

deſcen-

deſcenderet, ab illo caperent operarii juxta pretium vile; quapropter nos hæc docet Miſna quod res ita non fiebat, quia ita deciſio juris erat, ſed quia in ſe graviorem volebat conditionem ſuſcipere.

§. 9. *Non licet mutuo dare ſub conditione, idcirco ſi quis aliquam frumenti menſuram mutuo petierit, ſub ea conditione, quod in area eam reddet, id ei prohibitum eſt, quia interea temporis frumentum carius fit, vel vilius. ita ut ſive is qui mutuo dat, ſive is qui accipit, in occaſionem uſuræ poſſint incidere.*

ט לא יאמר אדם לחבירו הלויני כור חטים ואני אתן לך לגורן אבל אומר לו הלויני עד שיבא בני או עד שאמצא מפתח והלל אוסר וכן היה הלל אומר לא תלוה אשה ככר לחברתה עד שתעשנו דמים שמא יוקרו חטים ונמצאו באות לידי רבית :

9. Ne quis dicat proximo ſuo, des mihi mutuo tritici Corum, tum ego tibi ſolvam in area. Sed dicat ei, des mihi mutuo donec venerit filius meus, aut donec invenero clavem. Hillel prohibet; Et ſic dicebat Hillel, ne mulier mutuo det amicæ ſuæ panem, niſi dum eum fecerit in panem, ne triticum fiat carius, & inveniantur qui in uſuræ occaſionem incidant.

R. OB. DE BARTENORA.

הלויני עד שיבא בני *Da mihi mutuo donec venerit filius meus*, nam cum ei fructus eſt, bene habet; nam Sapientes non decreverunt, niſi dum ei non eſt; & quamvis ei non ſit plus quam unum Satum, mutuum tamen accipere poteſt ſuper eo multis Coris, quia de ſingulis Coris dicamus, hic erit pro eo, quia non acquiſitum eſt ei qui mutuo dedit, & debitor illud vendere poteſt atque comedere; & quando mutuo accepit, quodlibet Satum licite mutuo accepit. *Et ſic dicebat Hillel*, &c. Deciſio non eſt juxta Hillelem, ſed juxta Sapientes, dicentes, ſimpliciter mutuo accipiunt & ſimpliciter ſolvunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta Hillelem, ſed ſimpliciter mutuo dant, & ſimpliciter ſolvunt, at ſub ea conditione ut ei ſit quævis ſpeciei iſtius menſura, vel ut ſolvat de ea pro pretio valente; at ſi ei non fuerit quævis iſtius ſpeciei quantitas, & non expreſſerit eam, tum, ſi triticum carius factum fuerit, ſolvet ſecundum pretium quod valebat eo tempore quo mutuum datum erat; at ſi vilius factum fuerit, ſolvet ei quantitatem quam ei mutuo dedit.

§. 10. *Quæritur quænam opera alius pro alio vice verſa præſtare poſſit, quæ vero non; & ſolutio ad quæſtionem iſto nititur fundamento, quod æqualia opera licet uni pro altero vice verſa præſtare, ſed non inæqualia, quia tum ſpecies uſuræ eſt. Præterea dierum & tempeſtatis conditio hac in parte conſideranda eſt, quatenus ii ſecundum anni curſum ſunt longiores vel breviores. Exponitur caſus de uſura anticipata & poſtpoſita; item verborum uſura. Porro vox* גריד *de diebus æſtatis,* רביעה *vero de hyemalibus explicatur.*

י אומר אדם לחבירו נכש עמי ואנכש עמך עדור עמי ואעדור עמך ולא יאמר לו נכש עמי ואעדור עמך עדור עמי ואנכש עמך כל ימי גריד אחד כל ימי רביעה אחד לא יאמר לו חרוש עמי בגריד ואני אחרוש עמך ברביעה ר'ג אומר יש רבית מוקדמת ויש רבית מאוחרת כיצד נתן עיניו ללוות הימנו והיה משלח לו ואומר בשביל שתלויני זו היא רבית מוקדמת לוה הימנו והחזיר לו את מעותיו והיה משלח לו ואומר בשביל מעותך שהיו בטלות אצלי זו היא רבית מאוחרת רבי שמעון אומר יש רבית דברים לא יאמר לו דע כי בא איש פלוני ממקום פלוני :

10. Dicere poteſt homo proximo ſuo, extirpa mecum, tum ego tecum extirpabo, vel, ſarrito mecum, tum ego ſarriam tecum; ſed non dicit ei, extirpa mecum, & ego ſarriam tecum, ſarrito mecum, & ego extirpabo tecum. Omnes dies æſtatis & omnes dies hyemales iidem ſunt. Non dicet ei, arato mecum æſtate, & ego arabo tecum hyeme. Rabban Gamaliel dicit, obtinet uſura anticipata, & uſura poſtpoſita, quomodo? Si intenderit ab illo mutuo accipere, eique donum miſerit, dixeritque, *ut mihi des mutuo*; hæc uſura anticipata eſt; ſi ab ipſo acceperit mutuo, & nummos ei reddiderit, miſeritque donum, ac dixerit, *propter nummos tuos qui otioſi ſunt in poteſtate mea*, hæc uſura poſtpoſita eſt. R. Schimeon dicit, eſt uſura verborum; non dicet ei, *Scito quod venit talis homo e tali loco.*

R. OB. DE BARTENORA.

נכש notat extirpare malas herbas quæ inter frumentum creſcunt, ſic עדור item notat quod חפר effodere. לא יאמר לו נכש עמי ואעדר עמך *Non dicet ei, extirpa mecum, & ego effodiam tecum*, nam interdum una res difficilior eſt altera, & tum obtinet ſolutio propter expectationem.

כל ימי גריד אחד *Omnes dies ſicci iidem ſunt*, & tum non curamus an unus dies altero major, vel longior ſit ſic etiam omnes dies humidi iidem cenſentur, & in iis dicere licet, *effodito mecum hoc die ſicco, & ego effodiam tecum alio die ſicco*; idem fieri poteſt in diebus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גריד notat ימות החמה *Dies æſtatis* ſive veris. Et רביעה notat ימות הגשמים *dies pluviarum*; & terra tempore veris facile ſarculo fodi poteſt, & præparari propter exigua ejus inquinamenta, & longitudinem dierum. נכש notat effodere circa radices arborum, quemadmodum terram exarare ſolent ad ſeminandum. Cæterum id quod Rabban Gamaliel & R. Schimeon dicunt, omnino cum deciſione juris conforme eſt. Sed neceſſe eſt ut ſcias, quod hæ res, & hiſce ſimiles ſunt ejuſmodi a quibus abſtinendum eſt.

humi-

humidis, & pluvioſis. נריר notat dies ſolares, ſiccos, & calidos. רביעה notat dies pluviarum. Non dicet ei, *arato mecum tempore ſicco, & ego arabo tecum tempore pluviarum*, quia dies pluviarum nocent agri culturæ.

§. 11. *Trium præceptorum negantium ſenſus exponitur, quæ occurrunt Levit. 25: 37. Exod. 22: 24. Levit. 19: 14. Quæ transgredi poſſunt tam ab eo qui dat mutuo, quam ab eo qui accipit; tum etiam qui in cauſa eſt ut frater ipſius det mutuo.*

יא ואלו עוברין בלא תעשה המלוה והלוה והערב והעדים וחכמים אומרים אף הסופר עוברים משום לא תתן ומשום בל תקח ממנו ומשום לא תהיה לו כנושה ומשום ולא תשימון עליו נשך ומשום ולפני עור לא תתן מכשול ויראת מאלהיך אני יי׳ :

11. Atque hi tranſgrediuntur præceptum negativum, qui mutuo dat, & qui mutuo accipit, fidejuſſor, & teſtes. Sapientes dicunt, etiam ſcribæ; & tranſgrediuntur præceptum Levit. 25: 37. *Non dabis; Non accipies ab eo.* Et illud Exod. 22: 24. *Non eris illi ut mutuo dans*; &c. *Non imponetis ei uſuram.* Nec non illud Levit. 19: 14. *Et coram cœco non pones offendiculum, & timebis Deum tuum, ego Dominus ſum.*

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו עוברין בלאו תעשה וכו׳ *Et hi transgrediuntur præceptum negativum*, qui mutuo dat, hæc omnia tranſgreditur; qui vero mutuo accipit, tranſgreditur præceptum negativum לא תשיך, nam verbum eſt tranſitivum, hoc ſenſu, non facies accipere uſuram, ſive, non eris in cauſa ut frater tuus accipiat uſuram; Et præceptum, *coram cœco non pones offendiculum*; fidejuſſor nec non teſtes tranſgrediuntur præceptum, *Non impones ei uſuram.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt, is qui mutuo accipit, tranſgreditur præceptum Deut. 23. 10. לא תשיך ſenſus eſt; non dabis in uſuram; & præceptum, *Coram cœco non pones offendiculum.* Fidejuſſor & teſtes tranſgrediuntur tantum, *non impones ei uſuram*; ſic etiam ſcriba.

Cap. 6. §. 1. *Proponitur caſus de operario a domino miſſo conductum alios operarios, unumquemque pro denariis quatuor quotidie, at ille interim eos conduxit tribus; qui approbatur licet operariis obnitentibus. Exponuntur voces* חקיר *ſive* הקיר & פריפרין.

פרק ו השוכר את האומנין והטעו זה את זה אין להם זה על זה אלא תרעומת שכר את החמר (ס״א) ואת הקדר להביא פריפרין וחלילים לכלה או למת ופועלין להעלות פשתנו מן המשרה וכל דבר שאבד וחזרו בהן מקום שאין שם אדם שוכר עליהן או מטען :

Cap. 6. Si quis conduxerit opifices, & unus alterum in errorem induxerit, tum uni cum altero nihil rei eſt præter querelam. Si aſinarium conduxerit, & aurigam, ad adducendum thalamum nuptialem, & tibias pro ſponſa, aut pro mortuo, vel operarios ad adducendum linum e loco macerationis & quicquid perit, & reſtituerint eos, tum in loco ubi nemo eſt, conducit pro eis, aut decipit eos.

R. OB. DE BARTENORA.

והטעו זה את זה *Si in errorem unus induxerit alium*, ſi unus ex operariis quem miſit dominus ad conducendum alios, deceperit eos, ut, ſi dominus ſive paterfamilias dixerit ei, ut ſingulos conduceret quatuor denariis quotidie, & ille conduxerit eos tribus denariis, nihil ei præter jurgium aliquod cum iſtis intercedit, quia jam contenti erant, eoſque pro tribus acceperat denariis; ſed operarii ei dicere poſſunt, an tua nihil refert illud, *ne prohibeas nobis bonum patrisfamilias ejus*? Alia expoſitio, *ſi unus in errorem induxerit alterum*, ſi conditionem abnuerint, & patrisfamilias opera peragere noluerint, ea qua conducti erant mercede; vel paterfamilias conditionem abnuerit, dicens operariis, *nolo vos admittere tempore matutino*, antequam venerint operatum. הקדר legendum eſt הקרר *auriga.* פריפרין notat ligna polita ad conficiendum thalamum. מי משרה notat aquas macerationis in quibus linum macerabatur. *In loco ubi nemo erat*, ubi non inveniebat operarios quos conduceret, ut linum periret. שוכר עליהן *conducit pro illis*, conducit alios operarios pro quantitate mercedis eorum, non pluris. או מטען *aut decipit eos*, dicet eis, quod unum Zuzam magis dabit, ſed non dabit eis poſtea præter id de quo in principio cum illis convenit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוכר עליהן או מטען *conducit pro eis, aut decipit eos*, in quantitate mercedis eorum, ut, ſi conduxerit eos Zuza, decipiet eos, & dicet illis, dabo vobis duas Zuzas; aut alios conducet duabus Zuzis, & detrahet illis unam Zuzam. Si vero addiderit, non plus illis detrahere poterit quam mercedis quantitatem. Sed hæc omnia intelligenda quando non invenerit alios homines qui opera ejus pro illa mercede faciunt. Et hoc eſt quod auctor vult quando dicit, *in loco ubi nemo eſt.* Sed id quod dicit, והטעו זה את זה *Si unus alterum in errorem induxerit*, vult, quod ille retractare debet, aut illi.

§. 2. *Opificum a patrefamilias conductorum, ſi renuerint conditionem*, eorum manus inferior eſt, ידן על התחתונה *id eſt, litem amittunt, ſi illi retroceſſerint ab inchoato opere ad quod fixa mercede conducti erant. Et ſi deinde alii acceſſerint, non contenti priorum mercede, paterfamilias priorum operariorum mercedi aliquid detrahere poteſt, & hoc in poſteriores conferre.*

ב השוכר את האומנין וחזרו בהן ידן על התחתונה אם בעל הבית חזר בו ידו על התחתונה כל

2. Si quis conduxerit opifices, & illi deinde renuerint, manus eorum inferior eſt. Si paterfamilias renuerit, manus illius inferior eſt; quiſquis mutaverit ſententiam, illius manus inferior

כל המשנה ידו על התחתונה וכל החוזר בו ידו על התחתונה :

ferior eſt, & quiſquis renuerit, illius manus inferior eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השוכר את האומנין *Si quis conduxerit opifices*, ea conditione, ad tale opus, & tot vel tot nummis, nimirum, tale opus pro tot nummis, & opifices illi retroceſſerint ab opere, abſoluta tantum aliqua illius parte. ידם על התחתונה *manus eorum inferior eſt*, ſi merces operariorum carior facta fuerit, & non repertus fuerit qui abſolvat opus pro illa mercede quæ illis obtigiſſet pro eo quod operari debuiſſent, retinebit paterfamilias in poteſtate ſua tantum de mercede priorum operariorum, quantum ſufficit ad expendendum donec peractum fuerit opus pro ea mercede qua contraxit cum illis. Cum autem operariorum merces vilior facta fuerit, æſtimabit paterfamilias id quod fecerint, & ſolvet illis juxta pactum; ſi dimidium fecerint, ſolvet mediam mercedis partem; & illi dicere non poterunt, jam hic ſunt alii pro nobis operarii ad abſolvendum opus tuum, tu vero nobis ſolve totam mercedem noſtram ultra id quod illis debes. אם בעל הבית חוזר בו ידו על התחתונה *Si paterfamilias retroceſſerit, manus ejus ſuperior eſt*, ut det illis prout operati fuerunt, &, ſi vilior facta fuerit merces operariorum, ſolvet illis juxta contractum, excepto eo quod debet impendere in abſolutionem operis. כל המשנה ידו על התחתונה *Quiſquis mutaverit, ejus manus ſuperior eſt*, ſi tinctori lanam dederit ut tingat eam colore rubro, & ille eam tinxerit nigro. Si vero lucrum majus ſit impenſis, non dabit illis mercedem integram, ſed nummos impenſarum pro lignis & aromatum colorantium; at ſi impenſæ majores fuerint quam lucrum, dabit illis lucrum. וכל החוזר בו ידו על התחתונה *& quiſquis renuerit, ejus manus inferior eſt*, docet nos auctor, quod, ſi quis agrum vendiderit proximo ſuo mille Zuzis, & ducentas de illis ſolverit, & venditor deinde ſententiam mutaverit, manus emtoris ſit inferior; &, ſi velit, ei dicere poterit, dato mihi nummos meos; &, ſi velit, ei dicere poterit, dato mihi de agro juxta quantitatem nummorum quos mihi debes. Sin autem emtor ſententiam mutaverit, venditoris manus ſuperior eſt, &, ſi velit, ei dicere poterit, ſume nummos tuos, &, ſi velit, ei dicere poterit, ſume de agro juxta ſummam nummorum tuorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis conduxerit operarios ad demetendum agrum ſuum (exempli gratia) pro duobus denariis, iiſque dederit unum denarium, & illi renuerint, poteſtas eſt in manibus eorum, &, ſi velint, ei nummos reddere poſſunt, vel ei dicere, faciemus opus tuum juxta id quod nobis impoſuiſti; & ſi partem aliquam illius agri demeſſuerint, æſtimabit quantum pars illa quam demeſſuerunt, valebit, quæ ſi plus quam denarium conficiat, non dabit iis plus quam denarium, quem illis jam dedit; & dicet illis, abſolvite opera veſtra, & reliquam agri partem demetite, tum ego vobis ſolvam integram mercedem veſtram; & hoc vult auctor quando dicit, *ſi retroceſſerint, manus eorum inferior eſt*. Verum ſi paterfamilias retroceſſerit, manus illius inferior eſt, & dabit illis id quod opus eorum valuerit, ſi plus quam denarium meriti fuerint.

כל המשנה ידו על התחתונה *Quiſquis mutaverit, ejus manus inferior eſt*, quemadmodum expoſuimus, quod, ſi emerit agrum, & partem nummorum ſolverit, & venditor retroceſſerit, poteſtas eſt in manibus emtoris, ſi voluerit, recipere poteſt nummos ſuos, & ſi voluerit, recipere poteſt juxta quantitatem nummorum de optima parte agri quem emit. Si vero emtor retractaverit emtionem, res ſe contra habet; at ſub ea conditione ut dicat ei, pignus meum acquiret, & tum ille acquirit juxta quantitatem nummorum. Cum autem petierit venditor ab emtore id quod ei de nummis reliquum eſt, & ille diſtulerit ſolutionem ſuam, non confirmabitur venditio, niſi dum impleverit ſolutionem ſuam.

§. 3. *Aſini alicui conducti jus exponitur, nam ſive quis eum conduxerit ad equitandum, ſive ad onus ferendum, & aſinus mortuus fuerit; conductor tenetur. Si vero cœcus factus fuerit, vel in miniſterium ejus receptus, damnum cedit conductori, ſi poſſeſſor ei aſinum in ſpecie aſſignaverit; at ſi in genere duntaxat aliquem ei aſinum porrexerit, iſque obierit, tenetur poſſeſſor alium ei ſubſtituere. Exponuntur voces Hebraicæ* בריקה *&* אנגריא.

ג השוכר את החמור להוליכה בהר והוליכה בבקעה בבקעה והוליכה בהר אפילו זו עשר מילין וזו עשר מילין ומתה חיב השוכר את החמור והבריקה או שנעשית אנגריא אומר לו הרי שלך לפניך מתה או נשברה חיב להעמיד לו חמור השוכר את החמור להוליכה בהר והוליכה בבקעה אם החליקה פטור ואם הוחמה חיב להוליכה בבקעה והוליכה בהר אם החליקה חיב ואם הוחמה פטור אם מחמת המעלה חיב :

§. 3. Si quis conduxerit aſinum ad ducendum eum in montem, & duxerit eum in vallem; aut ſi in vallem, & adduxerit eum in montem, etiam per decem miliaria utroque modo, & mortuus fuerit aſinus, tenetur. Si quis conduxerit aſinum, & cœcus factus fuerit, aut in miniſterium regis receptus fuerit, dicet poſſeſſor, *ecce tuum*; ſi mortuus fuerit aut contractus, tenetur ſiſtere alium aſinum. Si quis aſinum conduxerit ad ducendum eum in montem, & duxerit eum in vallem, ſi vacillaverit, liber eſt, at ſi incaluerit, tenetur. Si ad deferendum in vallem, & duxerit eum in montem, ſi vacillaverit, tenetur, at ſi incaluerit, liber eſt: ſi hoc factum fuerit propter aſcenſum, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

בהר והוליכה בבקעה בבקעה והוליכה בהר *in montem, & duxerit eum in vallem, in vallem, & duxerit eum in montem*, in cacumen montis, & quamvis via ſit lævis, & recta, tenetur tamen quando mortuus fuerit propter aërem, quia non vacillavit, neque incaluit; nam, quoniam aliquid mutavit, dicere ei poteſt, mortuus eſt aſinus eo quod aerem ferre non poterat in monte, aut quod vallis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſſeſſor poteſt conductori dicere, *ecce tibi tuum*, quando eum conduxerit ad onus ferendum, & deſtinaverit ei aſinum; & ſi conduxerit ab eo ad equitandum, aut ad ei imponendum onus; at ſi ei tantum dixerit de aſino in genere, & non dedicaverit ei aſinum, tenetur ei alium aſinum ſiſtere, & hic eſt ſenſus verborum, חיב להעמיד לו חמור *Tenetur ei ſiſtere aſinum*, ſed conſiderandæ ſunt hæ cir-

lis aërem ferre non poterat; idcirco auctor hic non diſtinguit inter vacillationem, atque calorem viæ, quemadmodum in fine diſtinguit. אם החליקה פטור *Si vacillaverit, liber eſt*, quia via in monte magis diſpoſitus eſt ad vacillandum, eo quod montis cacumen in omnes circumjacentes partes declinare ſolet.

אם החמה חייב *Si incaluerit, tenetur*, nam vallis fervido gaudet aëre, cum montibus undiquaque cingatur, ut ventus in ea non regnet. Cum autem incaluerit aſinus propter aſcenſum in montem, tenetur, quia aſcenſus hoc ei attulit, & ideo homo inſidens ei mutavit illum in aſcenſu in montem. הבריקה ſenſus eſt, ſi cœcus factus fuerit per feſtucam oculum invadentem; alia expoſitio, ſi pedes infirmati vermibus fuerint. אנגריא eſt coactio ad miniſteria regis.

אומר לו הרי שלך לפניך *Dicet ei, ecce tuum*, ſi poſſeſſor dixerit ei, hic aſinum tibi conduco, & ille conduxerit eum ad onus ferendum, at ſi conduxerit eum ad inſidendum ei, non poterit ei dicere, *ecce tuum*, ne decidat ſub eo aſinus in ponte, vel dejiciat eum in foſſam aliquam. Pariter, ſi ei conduxerit ſimpliciter aſinum, etiamſi onus exiguum ſit, non poterit ei dicere, *ecce tuum*, ſed tenetur ei alium ſuppeditare; & ſi non ſuppeditaverit ei alium, nihil ei dare tenetur de mercede itineris, qua aſino uſus eſt. מתה או נשברה *Si mortuus fuerit aut confractus fuerit*, tum elocator tenetur animal mortuum vendere pro canibus, & nummos addere, eique alium aſinum conducere; aut conducet ei alium pro nummis animalis mortui, nam hic aſinus ei ſubjectus eſt, vel reddet ei mercedem ejus.

circumſtantiæ, nempe, ſi ei appropriaverit aſinum, dixeritque, hunc ego conduco tibi, & ille in via mortuus fuerit, ſi animal illud mortuum valuerit tantum quanto aliud emi poſſit, conducet illius pretio animal aliud quod eum deferat ad locum illum de quo cum poſſeſſore contraxit. Si vero animal mortuum non tantum valuerit ut eo aliud conduci poſſit, computabit quantum in via inceſſit, & ſolvet ei juxta viæ ſpatium. Si viator ab aſinario abſolute conduxerit aſinum, omnino aſinarius ei aſinum ſiſtere tenetur, & ſi non ſubſtituerit ei alium aſinum, nihil ei ſolvere tenetur pro conductione. Senſus verbi הבריקה eſt quod aſinus mordere nequit præ oculorum ægritudine אנגריא ἀγγαρεία eſt adactio ad miniſterium regis. Notum eſt quod plura occurrunt offendicula in montis quam vallis itinere, ſic etiam, quod in valle magis incaleſcit animal quam in monte, propter exiguos in locis iſtis ventos.

§. 4. *Vaccæ a quoquam conductæ jus ita ſe habet, ſi quis conduxerit vaccam cum inſtrumentis aratoriis ad arandum in monte, & araverit in valle, atque confractus fuerit vomer, conductor ab omni damno immunis eſt. Sin contra fecerit, tenetur, quia montium terra durior eſt quam vallium, & propterea inſtrumenta aratoria in valle eſſe bona poſſunt, quæ non item in monte. Eadem reſponſio eſt ad leguminum & proventus trituratiocem.* קנקן *quid ſit, exponitur.*

ד השוכר את הפרה לחרוש בהר וחרש בבקעה
אם נשבר הקנקן פטור בבקעה וחרש בהר אם
נשבר הקנקן חיב לדוש בקטנית ודש בתבואה
פטור לדוש בתבואה ודש בקטנית חיב מפני
שהקטנית מחלקת :

4. Si quis conduxerit vaccam ad arandum in monte, & araverit ea in valle, & fractus fuerit vomer, liber eſt. Si in valle, & araverit ea in monte, & fractus fuerit vomer, tenetur. Si ad triturandum legumina, & trituraverit proventum, liber eſt. Si ad triturandum proventum, & trituraverit legumina, tenetur, quia legumina efficiunt vacillationem.

R. OB. DE BARTENORA.

השוכר את הפרה וכו׳ *Si quis conduxerit vaccam &c.* & omnia inſtrumenta aratoria ad poſſeſſorem vaccæ pertinuerint, & nati ejus araverint una. חייב *Tenetur*, quia montes difficilius arantur quam valles, propter lapides. *Si trituraverit proventum, liber eſt*, ſi vacillaverit vacca.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנקן notat vomerem aratri; & dicit פטור *liber eſt*, quod is qui conduxit, non ſolvet vaccæ poſſeſſori, ſed operarius qui aravit & vomerem manu tenens fregit, ſolvet poſſeſſori vaccæ.

§. 5. *Pecora non ſunt onere affligenda præter id quod congruum eſt, idcirco ſi quis aſinum aliudve animal conduxerit ea conditione ut ferat triticum, attamen hordeum tulerit, conductor tenetur quia onus præter pactum aggravavit; ſin ſecus fecerit, liber eſt, quia allevatio licita eſt. Et ſic de cæteris hoc in caſu judicandum eſt. Explicatur vox* לתך.

ה השוכר את החמור להביא עליה חטים והביא
עליה שעורים חיב תבואה והביא עליה תבן חיב מפני
שהנפח קשה למשאו להביא לתך חטים והביא לתך
שעורים פטור ואם הוסיף (סא) על משאו חיב וכמה
יוסיף על משאו ויהא חיב סומכוס אומר משום רבי
מאיר סאה לגמל שלשה קבין לחמור :

5. Si quis conduxerit aſinum ut eo adducat triticum, & adduxerit eo hordeum, tenetur; ſi proventum, & adduxerit eo ſtramen, tenetur, quia inflatio illius difficilis eſt inſtar oneris. Si ut adducat dimidium tritici, & adduxerit dimidium hordei, liber eſt. Si addiderit ſupra onus, tenetur. At quantum addere poteſt ſupra onus ſuum ut teneatur? Somchos dicit, nomine R. Meyr, Satum pro camelo, tres Cabos pro aſino.

R. OB. DE BARTENORA.

והביא עליה שעורים *Et adduxerit eo hordeum*, nam hordeum levius tritico. חייב *Tenetur*, ad compenſationem damni, ſi addiderit tres Cabos, nam non dicimus, quandoquidem hordeum levius eſt, addere poterit uſque ad

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si contraxerit cum eo ut aſinus advehat triticum, at ille advexerit hordeum, tenetur, etſi enim onus hordei ſit oneris tritici inſtar, quantitas menſuræ tamen eſt major. Si aſinus advexerit minus quam menſuram hordei, etſi men-

quantitatem ponderis לתך *medii Cori* tritici, quod eſt aſinini onus; nam inflatio menſuræ difficilis eſt inſtar oneris, etſi onus hordei non tam grave eſt quam onus tritici, ecce jam poſuit inflationem hordei ut tritici, & inflatio menſuræ eſt inſtar ponderis. לתך eſt dimidium Cori, & Corus facit triginta Sata. *Somchus dicit* &c. deciſio eſt juxta Somchum; at ſi minus quam iſtam addiderit quantitatem, liber eſt, ſi aſinus perierit, & ſolvere tantum debet additionis mercedem.

menſura illius ſit major quam menſura tritici, tamen liber eſt; quia menſura non erit major niſi cum pondus illius ſit ut pondus tritici. Cæterum tres Cabi ſupra onus aſini, & unum Satum ſupra onus cameli, eſt trigeſima pars ultra id de quo contraxit cum eo. Et ſi minus addiderit, nihil debet, ſed ſolvet tantum mercedem pro qua addidit; nam non tenetur eam ſolvere; deciſio eſt juxta Somchum.

§. 6. *De opificibus qui opera quædam domi ſuæ perficienda receperunt, quæritur an* cuſtodes gratuiti *dicantur, cujuſmodi ad damni reſtitutionem tenentur, ſi quid de rebus ipſis commiſſis perierit. An vero* cuſtodes gratuiti *dicantur, qui ad iſtas circumſtantias non tenentur, niſi ad jusjurandum.*

ו כל האומנין שומרי שכר הן וכולן שאמרו טול את שלך והבא מעות שומר חנם שמור לי ואשמור לך שומר שכר שמור לי ואמר לו הנח לפני שומר חנם :

6. Omnes opifices ſunt cuſtodes mercedis; & quicunque dixerit, *accipe tuum, & adfer nummos*, eſt cuſtos gratuitus. (Qui dixerit) *cuſtodi mihi, & ego cuſtodiam tibi*, eſt cuſtos mercenarius. (Qui dixerit) *cuſtodi me*, & alius ei reſponderit, *depone coram me*, eſt cuſtos gratuitus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האומנין *Omnes opifices*, qui in ſe receperunt opera peragere in domiciliis ſuis. שומרי שכר *cuſtodes gratuiti*, ut teneantur ad furtum, & damnum, nam pro hac utilitate quam capit pro mercede operis, eſt in eo aliquid e cuſtode gratuito. וכלן שאמרו טול את שלך *& omnes qui dixerunt accipe tuum*, nam jam abſolvi opus illud pro mercede mea, & nolo retinere ab mercedem & poſtquam deduxeris, adduces nummos, tum dehinc & deinceps eſt cuſtos gratuitus.

שמור לי ואשמור לך *Cuſtodi mihi, & ego cuſtodiam tibi*, cuſtodi me hodie & ego cuſtodiam te cras, at ſi dixerit, *cuſtodi mihi hoc, & ego cuſtodiam illud tibi*, & hæc omnia eodem tempore, cuſtodia poſſeſſoris eſt, ideoque liber eſt. Si dixerit, *depone coram me, eſt cuſtos gratuitus*, at ſi dixerit, *pone coram te, aut pone ſimpliciter*, neque cuſtos gratuitus eſt, quia in ſe non recepit cuſtodiam ullo modo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si dixerit, adducito nummos tuos & accipe tuum, tum cuſtos gratuitus eſt; at ſi dixerit, depone coram te, aut pone ſimpliciter, nihil debet, nequidem jusjurandum ad quod tenetur cuſtos gratuitus, quia in ſe non recepit cuſtodiam ulla ex parte, neque cuſtodiam gratuitam. Si vero dixerit, cuſtodi me, & ego cuſtodiam te, eodem tempore, hæc cuſtodia eſt per poſſeſſores, & non tenetur ſolvere, quemadmodum etiam exponetur impoſterum. Sed erit cuſtos gratuitus, quando dixerit, cuſtodi me hodie, & ego te cuſtodiam.

§. 7. *Porro de iis qui ſuper aliquo pignore mutuo dederint, quæritur an cuſtodes mercenarii cenſendi ſint, an verò gratuiti, ſi pignus perierit. Tum etiam, an pauperis pignus alii denuo elocari liceat, ut contractum ſuper ipſo ineat.*

ז הלוהו על המשכון שומר שכר רבי יהודה אומר הלוהו מעות שומר חנם הלוהו פירות שומר שכר אבא שאול אומר מותר אדם להשכיר משכונו של עני להיות פוסק עליו והולך (והר"ף) מפני שהוא כמשיב אבידה :

7. Si ei mutuo dederit ſuper pignore; eſt cuſtos mercenarius. R. Jehuda dicit, ſi ei mutuo dederit nummos, eſt cuſtos gratuitus; ſi ei mutuo dederit fructus, eſt cuſtos mercenarius. Aba Saul dicit, licet homini elocare pignus pauperis, ut contrahat ſuper eo, quia eſt inſtar illius qui reddit rem amiſſam.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוהו על המשכון שומר שכר *Si ei mutuo dederit ſuper pignore, eſt cuſtos mercenarius*, idem eſt ſive prius ei mutuo dederit, & deinde pignus ſumpſerit, ſive vice verſa factum fuerit; & merces hæc eſt merces ex præcepto. הלוהו מעות שומר חנם *Si mutuo ei dederit nummos, cuſtos gratuitus eſt*, nam R. Jehuda non habet rationem mercedis ex præcepto in caſu juris. הלוהו פירות שומר חנם *Si mutuo dederit fructus, cuſtos gratuitus eſt*, quia fructus putreſieri ſolent; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. מותר אדם להשכיר *Licet homini elocare*, nimirum aliis. משכנו של עני *Pignus pauperis*, quod in poteſtate illius eſt. להיות פוסק עליו *ut contrahat cum eo*, ad contrahendum cum eo ſuper mercede conductionis, ut detrahat debito, & hoc intelligendum eſt de pignore, cujus multa eſt conductio, at exiguum damnum, quemadmodum ligo eſt; & ſecuris & ſimilia inſtrumenta; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Perinde eſt ſive ei prius mutuo dederit, & deinde ſumpſerit pignus, ſive prius ſumpſerit pignus, & deinde mutuo dederit. Et quod Aba Schaul dicit מותר אדם להשכיר משכנו של עני *Licet homini elocare pignus pauperis*, id intelligendum eſt quando pignoris elocati majus lucrum fuerit, quam illius quod in ipſa ſubſtantia perit, uti ſunt inſtrumenta ferrea quibus fodiunt terram, & ſimilia; deciſio non eſt juxta R. Jehudam; ſed juxta Aba Schaul.

§. 8. *Proponitur caſus de dolio ex uno in alterum locum tranſlato, & inter transferendum confracto. Quod ſi fractum fuerit, tam gratuitus quam mercenarius cuſtos tenentur jurejurando, poſterior ex Lege, prior ex inſtitutis Sapientum.*

ח המעביר חבית ממקום למקום ושברה בין שומר חנם בין שומר שכר ישבע רבי אליעזר אומר זה וזה ישבע ותמה אני אם יכולין זה וזה לישבע :

8. Si quis dolium aliquod de loco in locum tranſtulerit, idque confregerit, tam cuſtos gratuitus, quam cuſtos mercenarius jurabit. R. Eliezer dicit, unus atque alter jurabit, at ego miror quomodo unus atque alter jurare poſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

בין שומר שכר בין שומר חנם ישבע *Sive ſit cuſtos mercenarius, ſive gratuitus, jurabit*, ne quis diceret, jurabit quod non prævaricatus eſt in cauſa dolii, & hoc modo liber erit. רבי אליעזר אומר זה וזה ישבע *R. Eliezer dicit, uterque jurabit*, vult dicere, ego quoque a meis didici magiſtris, uti dicit R. Meyr, quod uterque jurare debet, at ego miror quomodo jurejurando ſe purgare poſſint? nam quomodo cuſtos gratuitus liberari poſſit per jusjurandum, quia non prævaricatus eſt, cum tamen ſine prævaricatione tenetur, quia hic non eſt caſus violentiæ, ſed furti & rei amiſſæ inſtar eſt, quæ proxime accedunt ad prævaricationem & violentiam; præterea, ſi confregerit dolium in loco non declivi, etſi cuſtos gratuitus, quomodo jurare poteſt quod non prævaricatus eſt, ecce utique certum eſt quod prævaricatus eſt? R. Meyr putat, quod hoc jusjurandum non rite ſe habet, ſed quod ſit ex conſtitutione Sapientum, nam ſi non liberum pronuncies a ſolutione eum qui dolium transfert ex uno loco in alium, medio jurisjurandi, nemo eſſet qui dolium proximi ex uno loco in alium transferre vellet, idcirco ordinarunt ut juraret quod præter mentem illud fregit, ut liber ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jurabit juſjurandum Legis quod non prævaricatus eſt, & hoc modo liber erit. R. Eliezer miratur hunc ritum, & dicit, quomodo hoc fieri poteſt ut ſimili in caſu juret cuſtos gratuitus atque cuſtos mercenarius? nam cuſtos mercenarius, etſi prævaricatus ſit, tenetur; ſic etiam cuſtos gratuitus, ſi fuerit declivis ille locus per quem dolium transferret; aut ſi teſtes fuerint qui teſtati ſunt quod non prævaricatus eſt, non tenetur ad jusjurandum. Et id quod R. Eliezer dixit, rectum eſt, ſed dixerunt, quod hoc ſit jusjurandum Sapientum, nam ſi ita non dixeris, nemo fuiſſet qui dolium proximi ex uno loco transferret in alium. Cæterum conſtitutio Sapientum continet tantum ritum de cuſtode gratuito, quocunque id fiat modo; & cuſtos gratuitus eſt is qui mercede tranſtulerit dolium, idque in loco publico confregerit, ubi fieri poteſt ut teſtes adſint, & tum ſolvere tenetur, niſi adduxerit teſtes, quod non prævaricatus eſt quando transferebat dolium.

Cap. 7. §. 1. *Operarii ab quoquam conducti mercede licet ampliſſima, nihilominus tamen cogi nequeunt ut maturius opus ſuum inchoënt quam plerumque alii incipere ſolent: neque ut in multam veſperam continuent. Porro quod ad victum & obſonia, omnia ſecundum provinciæ morem agenda ſunt. Menſa Abrahami amplior Salomonis menſa, licet Salomonis innumerabiles aluerit tribuum Judæ & Iſraëlis copias.*

פרק ז השוכר את הפועלים ואמר להם להשכים ולהעריב מקום שנהגו שלא להשכים ושלא להעריב אינו רשאי לכופן מקום שנהגו לזון יזון לספק במתיקה יספק הכל כמנהג המדינה מעשה ברבי יוחנן בן מתיה שאמר לבנו צא ושכור לנו פועלין הלך ופסק להם מזונות וכשבא אצל אביו אמר לו בני אפילו אם אתה עושה להם כסעודת שלמה בשעתו לא יצאת ידי חובתך עמהן שהן בני אברהם יצחק ויעקב אלא עד שלא יתחילו במלאכה צא ואמור להם על מנת שאין לכם עלי אלא פת וקטנית (ס״א) בלבד רבן שמעון בן גמליאל אומר לא היה צריך לומר הכל כמנהג המדינה :

Cap. 7. Si quis conduxerit operarios, eiſque dixerit, ut primo mane incipiant, & ad veſperam perducant, & hoc in loco ejuſmodi quo non ſolent mature incipere, neque in veſperam protahere, non poteſt eos cogere. Ubi comedendum proponere ſolent, dare comedendum poteſt. Ubi ſolent ſuppeditare obſonia, ibi ſuppeditet, omnia juxta conſuetudinem provinciæ. Contigit aliquando ut R. Jochanan filius Mattiæ dixerit filio ſuo, exito & conducito nobis operarios, ivit ille & contraxit cum illis de alimonia; & quando venit ad patrem ſuum, dixit ei, mi fili, etſi illis inſtruas menſam Salomonis in tempore ejus, non ſatisfacies debito tuo, quia ſunt filii Abrahami, Iſaci, & Jacobi; ſed antequam inceperint opus ſuum, exito, & dicito illis, ea conditione ne ſit vobis apud me quicquam præter panem & legumina. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, non erat neceſſum dicere, omnia juxta conſuetudinem provinciæ.

R. OB. DE BARTENORA. השוכר הפועלים וכו *Si quis conduxerit operarios* &c. & quamvis eis majorem dederit mercedem, quam quis alius qui etiam operarios habet, non tamen eis dicere poteſt, quod vobis majorem dedi mercedem, ea factum eſt intentione ut mature inciperetis & ad veſperam uſque mecum perficeretis, quia illi patrifamilias dicere poſſunt, adaugeas mercedem noſtram ut opus tuum optime perficiamus. מתיקא idem eſt quod לפתן *obſonium*, ſive edulia quævis quæ pani adjunguntur. בשעתו *in tempore*, in tempore regni ſui, nam prius rex fuit & poſtea idiota. הכל כמנהג המדינה *Omnia juxta conſuetudinem provinciæ*, hoc nos docet auctor quod iis in locis ubi operarii comedere & bibere ſolent tempore matutino in domicilio patrisfamilias antequam incipiant opus, ſi dixerit eis paterfamilias, conferte vos ad opera veſtra in agro, tum ego vobis eo deducam cibum, & illi dixerunt patrifamilias, nequaquam, ſed jam comedamus domi antequam egreſſi fuiſſemus, ſecundum conſuetudinem provinciæ. *Factum eſt ut R. Jochanan filius Mattiæ dixerit*, in Gemara exponitur quod huic Miſnæ nonnulla deſunt verba, hoc ſenſu, ſi contraxerit cum operariis de alimonia, multiplicat illis alimoniam, nimirum, quoniam paterfamilias non tenebatur conditionem cum illis inire, quia juxta conſuetudinem provinciæ comedere debebant, & contraxit cum illis ſuppeditare alimoniam, ſcil. alimenta præcipua. Et contigit etiam ut R. Jochanam filius Mattiæ &c. (Sequitur denuo Miſnæ expoſitio) *Quia*

ſunt filii Abrahami, Iſaci & Jacobi, nam menſa Abrahami amplior erat Salomonis menſa, quia Abraham tres boves tribus propoſuit hominibus; ſed ad menſam Salomonis erat Judæ atque Iſraëlis cognatio in tanta multitudine, in quanta arena reperitur ad oram maris. *Antequam inceperint opus*, quia hic nihil præter verba factum eſt, nam poſtquam inceperint, non poterit retractare ſententiam; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

§. 2. *Operariis quibusdam licitum eſt vi Legis Moſaica inter operandum comedere de eo quod incrementum ſuum e terra habet, antequam ex eo decimæ vel ulla aliâ dona a patrefamilias data ſint. Quemadmodum enim bovi trituranti os obturari non debet, ita nec homini in proventu terræ operanti. Quibusdam vero non ita conceſſum eſt, qui in Miſna diſtinguuntur.*

ב ואלו אוכלין מן התורה העושה במחובר
לקרקע בשעת גמר מלאכה ובתלוש מן הקרקע
עד שלא נגמרה מלאכתו בדבר שגדולו מן הארץ
ואלו שאין אוכלין העושה במחובר לקרקע בשעה
שאין גמר מלאכה ובתלוש מן הקרקע מאחר שנגמרה
מלאכתו ובדבר שאין גדולו מן הארץ׃

2. Et hi comedunt e Lege, ſi quis operatur in eo quod ſolo conjunctum eſt in tempore perfectionis, & in eo quod ſolo conjunctum eſt antequam perfectum eſt opus, in re cujus incrementum eſt e terra. Hi vero non comedunt, ſi quis operetur in eo quod ſolo conjunctum eſt in tempore quo nondum perfectum eſt opus, & in eo quod e ſolo evulſum eſt poſtquam opus perfectum eſt, & in re cujus incrementum non eſt e ſolo.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו אוכלין מן התורה *Et hi comedunt e Lege*, hi operarii comedere poſſunt vi Legis de re in qua operantur. בשעת גמר מלאכה *In tempore perfectionis operis*, quando jam evulſa ſunt, uti dicit Lex Deut. 23. 25. ואל כליך לא תתן ergo quando imponis vaſi patrisfamilias, comedere potes, quod eſt inter evellendum.

ובתלוש מן הקרקע *Et in eo quod e terra evulſum eſt*, ſi operetur in re avulſa, comedat de tali re antequam opus illius perfectum eſt pro decimis, aut antequam opus illius perfectum eſt quod ad Placentam, ſi ſit res de qua ſolet placenta ſeparari; vel decimæ, quia Lex dicit Deut. 25. 4. לא תחסום שור בדישו Et quia non dixit, non triturabis cum obturato, inde infertur quod obturantem obturato æquiparare voluit, nimirum, quod ſicuti bos obturatus comedere poteſt de eo quod evulſum eſt inter operandum, ſic etiam obturans, qui eſt homo, comedet de evulſo inter operandum. Et quemadmodum trituratio proprie eſt res cujus incrementum eſt e terra, & cujus opus nondum perfectum eſt quod ad decimas, & in tempore conſummationis operis comedat de eo operarius, ſic etiam omnis res cujus incrementum eſt, & quæ nondum ritè perfecta eſt quod ad decimas, licita eſt ut de illa comedat operarius dum opus illius perficitur; eo tamen excepto, qui mulget & qui colligit acervum, & qui caſeum parat, quæ non ſunt ejuſmodi quorum incrementum non eſt e terra. Excepto etiam eo qui ſeparat dactylos, & ficus ſiccos qui conjuncti ſunt invicem, eo quod opus eorum quod ad decimas attinet, perfectum eſt. Excluditur etiam is qui extirpat allium & cepas, quando removet minores ut cæteris ſpatium accreſcendi concedat quia hoc non eſt tempus perfectionis operis illius, nam omnes hæ actiones eædem ſunt, ideo non comedet de illis fructibus operarius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de operario cui permiſit comeſtionem Deut. 23. 25. ואל כליך לא תתן Ex hoc loco colligimus, quod, ſi operarius aliquid imponat vaſis patrisfamilias, comedere poſſit; at, ſi non imponat vaſis patrisfamilias, comedere nequit, idcirco ei comedere non licet niſi dum opus perfecerit. Cæterum, ſi res illa in qua operatur, ſolo conjuncta ſit, comedere poteſt in tempore operis ſui; & hoc colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 4 לא תחסום שור בדישו quemadmodum igitur bos comedere poteſt inter operandum de eo quod e Solo evulſum, pari modo operarius comedere poteſt. Et hujus rei probatio eſt id quod Lex dicit, *bovi trituranti non obturabis os*; nam non dixit, non triturabis cum bove obturato; vult ergo; ne fiat obturatio ullo modo, neque in bove, neque in homine.

§. 3. *Superiore Miſnæ in genere dictum eſt quod operariis e proventu terræ licitum ſit comedere dum in iis occupantur; in hac vero quæritur quousque hoc ſit extendendum, an in quovis opere hoc ipſis licitum ſit, an vero in aliquibus duntaxat.*

ג היה עושה בידיו אבל לא ברגליו ברגליו אבל
לא בידיו אפילו בכתפו הרי זה אוכל רבי יוסי ברבי
יהודה אומר עד שיעשה בידיו וברגליו׃

3. Si operatur manibus ſuis, & non pedibus; vel pedibus, & non manibus, etiamſi ſiat humeris ſuis, tamen comedat. R. Joſe filius R. Jehudæ dicit, donec operatus ſit manibus pedibuſque ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיעשה בידיו וברגליו *Donec operatur ſit manibus pedibuſque ſuis*, ſicuti bos manibus & pedibus operatur, ſic etiam operarius manibus & pedibus ſuis operatur, obturans enim ſuperiori Miſna aſſimilatus eſt obturato; deciſio non eſt juxta R. Joſen filium R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe filius R. Jehudæ dicit, ſicuti bos operatur manibus ſuis, pedibuſque, ſic etiam operarius, donec operetur manibus pedibuſque; deciſio non eſt juxta R. Joſen filium R. Jehudæ.

§. 4. *Operariis de proventu terræ licitum eſſe inter operandum comedere, oſtenſum eſt duabus Miſnis ſuperioribus. Hic tamen ipſis ea cautio adhibenda eſt ne quid comedant ex iſto proventu in quo non occupantur. Adjicitur caſus de aſino, cui licet de proventu comedere donec exoneratus fuerit.*

ד היה עושה בתאנים לא יאכל בענבים
בענבים

4. Si opereтur in ficibus, non comedet de uvis, ſi in uvis, non comedet de ficibus; ſed conti-

בענבים לא יאכל בתאנים אבל מונע את עצמו עד שמגיע למקום חיפות ואוכל וכולן לא אמרו אלא בשעת מלאכה אבל משום השב אבידה לבעלים אמרו פועלין אוכלין בהליכתן מאומן לאומן ובחזירתן מן הגת ובחמור כשהיא פורקת :

continebit ſeipſum donec venerit ad locum bonorum, & tum comedet. Et hæc omnia dicta tantum ſunt de tempore perfectionis operis. Sed propter reſtitutionem rei amiſſæ poſſeſſoribus reſtituendæ dixerunt, operarii comedunt ordine ſuo ab una linea ad alteram, & in reditu ſuo a torculari; aſinus autem quando exoneratur.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני השב אבידה לבעלים *Propter rem perditam domino reſtituendam*, ne operarius deſiſtat ab opere ſuo, & comedat. *Dixerunt, operarii comedunt in circuitibus ſuis, ab una linea ad alteram*, quando abſolverit unam lineam, & inceperit alteram, & quamvis tum non ſit tempus operandi, tamen melius eſt pro poſſeſſoribus. ובחמור כשהיא פורקת *& aſinus, quando exoneratus eſt*, quando incedit, de onere ei impoſito edere poteſt, donec exoneratus fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de operario Deut. 23. 25. ואכלת ענבים quæ verba traditione exponuntur hoc ſenſu, *uvas* comedes, non aliud quid; permiſerunt tamen torculariis in ſuis calcandi ordinibus comedere de uvis, & in reditu a torculari, quia hoc tempore otioſi erant; ſiquidem enim fieri nequit ut non comedant, melius habet ut comedant dum otioſi ſunt, & non inter operandum, ne inter comedendum ab opere deſiſtant; & hoc prodeſt patrifamilias. ובחמור כשהיא פורקת *Et aſinus quando exoneratur*, vult dicere, quod quadrupedem non cohibent ne comedat ab onere ipſi impoſito, quamdiu illud ipſi impoſitum eſt uſque ad exonerationem illius, & ab eo tempore ipſum ab eſu cohibent.

§. 5. *Quemadmodum operario e ſuperioribus licitum erat de proventu patrisfamilias comedere dum ei dat operam ſuam; ſic etiam requirebatur ut comeſtionis menſura præſcriberetur, quantum ſcil. comedere ipſi liceat, ne quid paterfamilias detrimenti caperet.*

ה אוכל פועל קישות אפילו בדינר וכותבת אפילו בדינר רבי אלעזר בן חסמא אומר לא יאכל פועל יותר על שכרו וחכמים מתירים אבל מלמדים את האדם שלא יהא רעבתן ויהי סותם את הפתח בפניו :

5. Comedere poteſt operarius cucumeres, etiam pro denario, & dactylos, etiam pro denario R. Elieſer filius Chiſmæ dicit, operarius non comedet plus quam illius mercedem. Sapientes permittunt; ſed hominem docent, ne ſit famelicus, & portam claudat ante faciem ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו בדינר *Etiam denario*, etiamſi denarium valeat. לא יאכל פועל יותר על שכרו *Non comedet operarius ultra mercedem ſuam*, eo quod Lex dicit, Deut. 23. 25. כנפשך Ergo juxta menſuram mercedis, pro qua anima illius tradita eſt ad aſcendendum ſcalam, vel ad arborem aſcendendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus Miſnæ doctor dicit, quod hominem hæc non docent; Sapientes contrarium ſtatuunt; & deciſio eſt juxta Sapientes.

מלמדין את האדם *Docent hominem*, in modum conſilii dicunt ei; doctor primus contrarius eſt Sapientibus, & dicit quod non docent; deciſio eſt juxta Sapientes. *Et portam clauderet ante faciem ſuam*, ne quis eum conduceret.

§. 6. *Non ſolum operario in proventu occupanti, ſed & liberis ipſius minorennibus, & judicio diſcretionis nondum præditis licitum eſt comedere; pro cæteris domeſticis paciſci poteſt cum patrefamilias, cum ii caſum de condonando debito intelligant.*

ו קוצץ אדם על ידי עצמו על ידי בנו ובתו הגדולים על ידי עבדו ושפחתו הגדולים על ידי אשתו מפני שיש בהן דעת אבל אינו קוצץ על ידי בנו ובתו הקטנים ולא על ידי עבדו ושפחתו הקטנים ולא על ידי בהמתו מפני שאין בהן דעת :

6. Operarius paciſci poteſt pro ſe & pro filio ſuo filiaque ſua minorenni, aut pro ſervo ſuo ſervaque ſua minorenni, & pro uxore ſua, quia cognitione ſua præditi ſunt. Sed non paciſci poteſt pro filio & filia ſua minorenni, nec pro ſervo ſuo & ſerva minorenni, nec pro pecude ſua, eo quod nulla cognitione præditi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

קוצץ *Paciſcitur*, ut nummos recipiant, & non comedant. על ידי עצמו eſt idem quod בשביל עצמו *Propter vel pro ſe.* מפני שיש בהן דעת *Eo quod in illis ſcientia eſt*, nam cum intellectu polleant, condonare poſſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si qui ſcientia præditi ſunt, comedere nequeunt juxta pactum operarii, etſi omnes ſint operarii. Qui vero nulla præditi ſunt ſcientia, comedere poſſunt, quia illi non intelligunt caſum de condonando debito, & Deus ipſis dedit jus in cibos, nam operarius comedit de eo quod Dei eſt, ideo nobis hypotheſis eſt, quod pro illo acquiſivit Deus jus in cibos, at non pro uxore, liberiſque ſuis.

§. 7. *Quamvis operariis de proventu patrisfamilias comedere ſit conceſſum, id tamen in plantis & arboribus anni quarti non permittitur, quia earum fructus ſancti ſunt, & Jeruſolymæ a poſſeſſoribus comedendi, vel pretium eorum remittendum, poſtquam redempti fuerint.*

ז השוכר את הפועלים לעשות בנטע רבעי שלו הרי אלו לא יאכלו אם לא הודיען פודה ומאכילן נתפרסו עיגוליו נתפתחו חביותיו הרי אלו לא יאכלו אם לא הודיען מעשר ומאכילן :

7. Si quis conduxerit operarios ad operandum in plantis anni quarti, illi edant; & ſi non indicaverit, poteſt eas redimere, eiſque comedendum dare. Si palathæ ejus diffiſſæ fuerint, & dolia ejus operta fuerint; illi ne comedant; & ſi non indicaverit illis, decimare poteſt; illiſque comedendum dare.

R. OB. DE BARTENORA.

בנטע רבעי *In plantis anni quarti*, in fructibus arboris anni quarti, quos comedere non licet præterquam Jeruſolymis, vel redimendi ſunt, & nummi Jeruſolymam adducendi. נתפרסו עיגוליו *Si diffiſſæ fuerint palathæ*, & operarios conduxerit qui eas conglutinent, aut dolia ſive apothecas apertas obſignent. *Illi ne comedant*, eo quod opus eorum jam perfectum eſt, & decimis deſtinata ſunt, atque adeo res illibata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ſuo loco ritum arboris anni quarti, & ritum rerum illibatarum in tractatibus primæ partis Seraim, quarum ſi tu memineris rerum, omnia erunt clara.

§. 8. *Cuſtodibus evulſorum fructuum ex ritu regionis licet de iſtis comedere quamdiu in iis vigilant; ſed non vi Legis Moſaicæ. Verum hortorum cuſtodibus nullo jure de fructibus terræ adhærentibus comedere licitum eſt; nam hac in parte cuſtodes differunt ab iis qui in proventu demetendo operantur. Exponuntur quatuor cuſtodum genera. Locus Exod. 22. 6. illuſtratur.*

ח שומרי פירות אוכלין מהלכות מדינה אבל לא מן התורה ארבעה שומרין הן שומר חנם והשואל נושא שכר והשוכר שומר חנם נשבע על הכל והשואל משלם את הכל ונושא שכר והשוכר נשבעים על השבורה ועל השבויה ועל המתה ומשלמין את האבידה ואת הגניבה :

8. Fructuum cuſtodes comedunt juxta ritum provinciæ, ſed non vi Legis. Quatuor cuſtodum genera ſunt, cuſtos gratuitus, qui mutuo petit, qui mercedem recipit, & qui conducit: cuſtos gratuitus jurabit pro omnibus; qui mutuo petit, ſolvet omnia; qui mercedem recipit, & qui conducit, jurabunt pro pecude confracta, & pro captiva, & pro mortua, & ſolvet rem amiſſam vel furto ablatam.

R. OB. DE BARTENORA.

שומרי פירות *Cuſtodes fructuum*, cuſtodes torcularium, ac frumenti acervorum, fructuumque evulſorum, ſed cuſtodes hortorum & paradiſorum non comedunt, neque ex Lege Moſis, neque ex ritu provinciæ, quia cum cuſtode res aliter habet quam cum operario. מהלכות המדינה *Ex conſuetudine provinciæ*, quatenus ita uſus voluit. נשבע על הכל *Jurabit pro omnibus*, pro omnibus caſibus quorum mentio facta eſt apud cuſtodes, quatenus obligati ſunt ad eos, jurabit, quod ita res ei evenit, & tum liber erit. משלם את הכל *Solvet totum*, id quod furto ablatum eſt, & amiſſum, nec non violentiæ caſus. הנושא שכר וכו *Qui mercedem recipit* &c. omnia hæc eliciuntur e Deut. 22. 6. uſque verſum nonum, quæ ſectio tota intelligenda eſt de cuſtode gratuito, quod ita ſe liberat a furto & re amiſſa; ſequens vero ſectio, quæ incipit a verſu nono, intelligi debet de cuſtode gratuito, nam ibi cuſtodem gratuitum obligat ad id quod furto ablatum, vel amiſſum eſt, uti ſcriptum eſt de illo, אם גנב יגנב מעמו ישלם לבעליו hinc nihil colligimus niſi furtum; unde colligimus rem amiſſam? hoc nos docet ex eo quod dicit אם גנב יגנב quod late & quovis modo ſumendum eſt. Sic etiam per conſequentiam a minore ad majus, ſi furtum, quod proximum eſt violentiæ, tenetur, quanto magis res perdita quæ proxima eſt prævaricationi. Conductor autem, quoniam tota utilitas non eſt ſua, ſubjicitur juri cuſtodis mercenarii. Cæterum mutuo dantis ritus exponitur Exod. 22. 13. 14.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שומרי פירות *Cuſtodes fructuum*, qui fructus cuſtodiunt dum evulſi ſunt, at ſi cuſtodiant eos dum adhuc ſolo adhærent, quales ſunt hortorum cuſtodes, illis comedere non licet, neque ex Lege, neque ex ritu provinciæ. Horum quatuor cuſtodum jura in Lege expoſita ſunt, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Exod. 22.6. וכי יתן איש אל רעהו כסף או כלים וגו' Quæ verba traditione exponuntur quod illa intelligenda ſint de cuſtode mercenario, nec non conductore, eo quod illi duo unus ſunt; verſu autem nono ſatis clare ſermo fit de eo qui mutuo petit, quando dicitur כי יתן איש אל רעהו חמור או שור וגו'.

§. 9. *Caſus* אונס violentiæ *proponitur, atque de ipſo quæritur ob quot feras immanes, vel ob quænam animalia ſenefica, caneſve rabidos, dici poſſit violentiam quandam pecudi factam eſſe? quæ ſi illata ſit, cuſtos mercenarius, vel conductor non tenentur ad reſtitutionem illius quod perit.*

ט זאב אחד אינו אונס שני זאבים אונס רבי יהודה אומר בשעת משלחת זאבים אף זאב אחד אונס שני כלבים אינו אונס ידוע הבבלי אומר משום רבי מאיר מרוח (ס"א) אחת אינו אונס משתי רוחות אונס הליסטים הרי זה אונס הארי והדוב והנמר והברדלס והנחש הרי זה אונס אימתי בזמן שבאו מאליהן

2. Lupus unus non eſt violentia, at duo lupi ſunt violentia. R. Jehuda dicit, quando emittuntur lupi, etiam unus lupus eſt violentia. Duo canes non ſunt violentia. Jedoah Babylonius dicit in nomine R. Meyri, ab una plaga (ſi veniant) non eſt violentia, at ſi a duabus, eſt violentia. Latro eſt violentia. Leo, urſus, pardus, baſiliſcus, & ſerpens, ecce hi ſunt violentia; ecquando? quando ſponte veniunt,

מאליהן אבל אם (סא) הוליכן למקום גדודי חיות וליסטים אינו אונס :

niunt, at ſi ea detulerit ad locum turmatim ferarum & latronum, non eſt violentia.

R. OB. DE BARTENORA.

זאב אחד אינו אונס *Lupus unus non eſt violentia*, & cuſtos mercenarius atque conductor tenentur, eo quod ſcriptum eſt de illis Exod. 22. 12. טרפה לא ישלם eſt ergo טרפה *Diſcerptum* quod ſolvere debet ſi perierit, & טרפה quod non debet ſolvere. בשעת משלחת זאבים *In tempore emiſſionis luporum* quando fera immanis diſſoluta eſt, & irruit in unum hominem; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta Jedoam Babylonium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod cuſtos mercenarius & conductor liberi ſunt a violentia, eo quod Lex dicit illis Exod. 22. 12. הטרפה לא ישלם Neque tenentur ad confractionem compenſandam, vel captivam redimendam, idcirco referuntur in illis res quæ violentia habentur, deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque ſecundum Jedoahm Babylonium.

§. 10. *Perſequitur auctor violentiæ caſum, qui vel a cuſtode mercenario ſive paſtore, vel ab ipſa pecude aliquando effici poteſt, ut, ſi paſtor eam nimio frigori, vel nimio æſtui, vel fami expoſuerit, vel ſi pecus altiſſimum montem aſcenderit, atque deſuper ceciderit*; *vel ſi* more ſuo *id eſt nulla vi adhibita obierit. Exponuntur voces* כנף *&* צוק.

י מתה כדרכה הרי זה אונס סגפה ומתה אינו אונס עלתה לראשי צוקין ונפלה הרי זה אונס העלה לראשי צוקין ונפלה ומתה אינו אונס מתנה שומר חנם להיות פטור משבועה והשואל להיות פטור מלשלם נושא שכר והשוכר להיות פטורין משבועה ומלשלם :

10. Si pecus mortua ſit more ſuo, violentia eſt; ſi afflixerit ipſam, & mortua fuerit, non eſt violentia. Si cacumina montium aſcenderit, & ceciderit; violentia eſt. Si aſcenderit in cacumina montium, & ceciderit, ac mortua fuerit, non eſt violentia. Paciſci poteſt cuſtos gratuitus ut ſit liber a jurejurando, & is qui mutuo petit, ut a ſolutione liber ſit; & qui pro mercede aliquid fert, & conductor, ut liberi ſint a jurejurando & ſolutione.

R. OB. DE BARTENORA.

Vox כנף idem notat quod ענה *afflixit*, vult ergo dicere, ſi pecudem expoſuerit fami, aut æſtui in æſtate, aut frigori in hyëme. עלתה לראשי צוקין *Si aſcenderit cacumina montium*, quia tum majus induit robur quadrupes quam ille, cum in cacumina montium aſcendit alterum. *Conditionem inibit cuſtos gratuitus, ut liber ſit a jurejurando*, & hæc eſt conditio contra Legem, niſi ei dicat, nolo eſſe tuus cuſtos niſi hoc modo, & cuſtos non ſubjectus eſt cuſtodiæ niſi donec attraxerit quadrupedem; ad illud *donec attraxerit* jam expoſitum eſt, ſub ea conditione intelligendum eſſe ne ad jusjurandum obligatus ſit, & non ſubjectus ſit juxta legem cuſtodum, niſi ex parte, & obligatus ſit ad quod ſe obligavit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כנפה *Si afflixerit ſe*, Chaldaicum eſt, ſic in Targum ad Num. 30. 14. לכנפא נפש *ad affligendum animam*. Cæterum, quod Miſna dicit, *ſi aſcenderit montium cacumina, & ceciderit, violentia eſt*, quando pecus ipſo paſtore fortior eſt, intelligi debet, & ille ceciderit dum feram removere volebat; at ſi ei ſiverit aſcenſum, etiamſi non elevet eam, non eſt violentia. צוק eſt nomen montis alti, de quo jam egimus in tractatu Joma. Et tibi etiam conſtat quod mercenarius cuſtos & conductor tenentur ad ſolutionem amiſſi & furto ablati; & tenentur etiam ad jusjurandum pro violentia, propterea dicit, quod, ſi conditionem inierint de non ſolvendo id quod ſolvere debebant, & non juraverint de eo pro quo jurare tenentur.

§. 11. *Pactum quod contra Legem Moſaicam initum, fruſtra factum cenſetur extra rem pecuniariam. Sic etiam id quod ante initam conditionem jam completum eſt; opus tamen illius ratum ſit. Pactum quod in fine ſuo impleri poteſt, etſi ab initio inceptum ſit, eſt id quod ante opus initum eſt; & locatum cenſetur.*

יא כל המתנה על מה שכתוב בתורה תנאו בטל וכל תנאי שיש מעשה בתחלתו תנאו בטל וכל שאפשר לו לקימו בסופו והתנה עליו מתחלתו תנאו קים :

11. Quiſquis pactus fuerit contra id quod in Lege ſcriptum eſt, ejus pactum irritum eſt. Et omne pactum quod in principio fuerit opus, irritum eſt. Contra omne pactum quod in fine ſuo impleri poteſt, ſi ſuper eo pactus fuerit ab initio ſuo, ratum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המתנה על מה שכתוב בתורה *Quiſquis pactus fuerit contra id quod in Lege dicitur*, tota hæc Miſna eſt R. Meyri, qui ſentit contra id quod Lege ſcriptum eſt, etiam in re pecuniaria, pactum ejus irritum; at ita non eſt deciſio, nam ſi in re pecuniaria factum ſit, etſi pactus fuerit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, pactum ejus ratum eſt.

וכל תנאי שיש מעשה בתחלתו *Et omne pactum in quo eſt opus in principio illius*, quado præceſſit opus quod fieri debuerat ad pactum quod ab illo prætendit, ut, ſi dixerit, hoc opus tuum eſt ſi talem rem feceris, irrita eſt conditio quia ſimilis non eſt pacto quod fecerunt filii Gad & filii Ruben, vide Num. 32. & hoc eſt pactum ante opus.

תנאי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quiſquis conditionem aliquam inierit contra id quod ſcriptum eſt in Lege, ejus conditio fruſtranea merito haberi debet; at ſi conditio inita fuerit in re pecuniaria, uti expoſuimus. Miſna vero hæc tractat de ejuſmodi re quæ non pertinet ad pecuniam & bona. כל תנאי שהמעשה בתחלתו *Omnis conditio cujus opus fuit in principio*, nimirum, quando opus in quod conditio cecidit, factum eſt ante conditionem, ut, ſi divortium dederit uxori ſuæ, dixeritque ei, *ecce hoc tuum divortium*, & poſtea denuo dixerit, *ſi talis vel talis ſit conditio*, non erit rata.

וכל שאפשר לקימו בסופו *Et quicquid impleri poteſt in fine ſuo*, ſi conditionem inierit in re quam facere poteſt,

at

הנאו בטל *Pactum ejus irritum eſt*, & opus ratum eſt, etſi non impletum ſit pactum.

וכל שאפשר לו לקיימו בסופו *Et quicquid in fine ſuo poteſt confirmari*, ſi pactum ante opus initum ſit, ratum eſt; at ſi illud complere non poterit, irritum eſt, opus vero ratum: quia omnino auxeſis quædam eſt; cum in corde ejus nulla ſit intentio de pacto, præterquam ut proximum ſuum verbis irritet, & vexet.

at ſi conditionem inierit in re quæ fieri nequit, ut, ſi dixerit uxori ſuæ, *hoc tuum eſt divortium ſub ea conditione ut cœlum aſcendas*, aut, *ut deſcendas in abyſſum*, aut, *ut ingluſtias cannam centum cubitorum*, omnes hæ conditiones ſunt irritæ, & divortium hoc legitimum eſt; & hæc omnia ſunt fundamenta firmiſſima ac veriſſima, quæ ſequi debemus in omni jure ac ritu.

Cap. 8. §. 1. *Proponuntur aliquot caſus de eo qui vaccam mutuo petierit, atque ſimul ipſius poſſeſſorem, vel utrumque mercede conduxerit. Vel, ſi quis prius poſſeſſorem vaccæ petierit mutuo, vel conduxerit, & poſtea vaccam, eaque obierit, an tum is qui conduxit vel mutuo petiit, immunis ſit a damno compenſando, necne?*

פרק ח השואל את הפרה ושאל בעליה עמה
או שכר בעליה עמה שאל הבעלים או שכרן ולאחר
כך שאל את הפרה ומתה פטור שנאמר אם בעליו
עמו לא ישלם אבל שאל את הפרה ואחר כך
שאל את הבעלים או שכרן ומתה חייב שנאמר
בעליו אין עמו שלם ישלם :

Cap. 8. Si quis vaccam mutuo petierit, & una poſſeſſorem ejus; aut una conduxerit poſſeſſorem ejus. Aut ſi poſſeſſorem mutuo petierit; aut conduxerit, & deinceps mutuo petierit vaccam, ac mortua fuerit, immunis eſt, uti ſcriptum eſt. Exod. 22. 15: *Si poſſeſſor ejus cum illa, non ſolvet.* Verum ſi mutuo petierit vaccam, & deinde mutuo petierit poſſeſſorem, aut conduxerit eum, & mortua fuerit, tenetur, uti ſcriptum eſt. Exod. 22, 13. *Si poſſeſſor ejus cum illa, ſolvendo ſolvet.*

R. OB. DE BARTENORA.

השואל את הפרה ושאל בעליה עמה *Si quis juvencam mutuo petierit, & poſſeſſorem cum ea*, ſi vaccæ poſſeſſor ſit apud eum qui mutuo petit, ut faciat opus illius, ſive mutuo petitus ſit apud eum, ſive conductus, ſive in opere illo vaccæ, ſive ad aliud faciendum opus, ſi mortua fuerit vacca, liber eſt; ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 14. אם בעליו עמו לא ישלם hoc ſenſu, ſi bovis poſſeſſor ſit cum eo qui eum mutuo petit, aut conductus ſit ad faciendum opus illius, eo nempe in tempore quo vaccam ſuam mutuo dabat, non ſolvet.

אבל שאל את הפרה וכו׳ *At ſi vaccam mutuo petierit &c.* ſi in tempore violentiæ cum illa eſſet, & non in tempore mutuationis, tenetur, quia non eſt mutuatio cum poſſeſſore ut liber eſſe poſſit, niſi cum eo fuerit poſſeſſor in tempore mutuationis uti ſcriptum eſt Exod. 22. 13. בעליו אין עמו שלם ישלם. & hoc ſenſu intelligendus eſt verſus, *ſi poſſeſſor illius non fuerit cum eo in tempore mutuationis, etſi cum eo fuerit in tempore confractionis, & mortis, ſolvendo ſolvet.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Literaliter colligimus ex eo quod dicitur Exod. 22. 14. אם בעליו עמו לא ישלם rem ita intelligendam eſſe, ſi poſſeſſor ejus cum ea peticrit eo in tempore quo mutuatio fiebat. Præterea in hiſce ritibus nobis hypotheſis eſt, quod ſi poſſeſſor una cum vacca illa eſſet, non requiritur ut cum ea ſit in tempore fractionis & mortis illius; ſi vero non fuerit cum ea in tempore mutuationis, etſi una cum ea fuerit in tempore fractionis & mortis illius, tenetur, & de hoc non dicimus אם בעליו עמו *Si poſſeſſor ejus cum eo.* Denique etiam nobis hypotheſis eſt, quod, ſi mutuo petierit vaccam, & poſſeſſorem quoque illius mutuo petiit, liber ſit etiamſi prævaricatus ſit.

§. 2. *Secundus de vacca proponitur caſus, quod ſi quis eam mutuo petierit, & ſimul per medium diem eandem mercede conduxerit; vel uno die mutuo acceperit, & altero mercede conduxerit, vel eam petierit mutuo & obierit, tum is qui mutuo petiit vel conduxit, ad damnum reſtituendum tenetur, ſi dixerit*, ex parte neſcio, *cum mutuo dans prius dixit*, mutuo data mortuo eſt, *vel*, mortua eſt quum mutuo dabatur.

ב השואל את הפרה שאלה חצי היום ושכרה
חצי היום שאלה היום ושכרה למחר שכר אחת
ושאל אחת ומתה המשאיל אומר שאולה מתה ביום
שהיתה שאולה מתה בשעה שהיתה שאולה
מתה והלה אומר איני יודע חייב השוכר אומר
שכורה מתה ביום שהיתה שכורה מתה בשעה
שהיתה שכורה מתה והלה אומר איני יודע פטור זה
אומר שאולה וזה אומר שכורה ישבע השוכר
ששכורה מתה זה אומר איני יודע וזה אומר איני
יודע יחלוקו :

2. Si quis mutuo petierit vaccam, eamque medium diem mutuo acceperit, & conduxerit eam medium diem, vel ſi eam mutuo acceperit hodie, & conduxerit in craſtinum diem, vel ſi mutuo acceperit illam, ac mortua fuerit, mutuo dans dicit, *mutuo data mortua eſt, vel eo quo mutuo data eſt die, mortua eſt, vel eo tempore quo mutuo data eſt, mortua eſt*, alius autem dixerit, *neſcio*, tenetur. Si conductor dixerit, *conducta mortua eſt*, vel, *eo die quo conducta eſt, obiit, vel eo tempore quo conducta eſt, obiit*, alius vero dixerit, *neſcio*, liber eſt. Si unus dixerit, *mutuo data*, & alter dixerit, *conducta*, jurabit conductor mortuam eſſe conductam; ſi unus dixerit, *neſcio*, & alter dixerit, *neſcio*, tum dividant.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

המשאיל אומר שאולה מתה *Mutuo dans dicit, mutuo data mortua eſt*, & tu teneris ad caſum violentiæ ejus. *Et alter dixerit, neſcio*, & fieri potuit ut conducta mortua ſit, & liber ſim a caſibus violentiæ: *tenetur.* Miſna hæc confirmari nequit juxta id quod litteraliter ex ea conſtat, quia nobis fundamentum eſt, quod, ſi unus dixerit, eſt mihi in poteſtate tua Mina; & alter dixerit, neſcio, jurabit juſjurandum ex inſtitutione Sapientum, quia neſciebat, & liber eſt; idcirco in Gemara exponitur, inter illos intelligendum eſſe caſum de jurejurando Legis, nempe, quod ei dixit, duas vaccas tibi tradidi, unum diem mutuo, & alterum diem ex conducto, atque ambæ mortuæ fuerint in tempore mutuationis, & illi dixerit is qui eas mutuo accepit, unum eſſe verum, ſcil. quod mortua eſt in tempore mutui, ſed de altera nihil ſcio; & in hoc caſu ex parte confeſſio erat, & obligatus eſt ad juſjurandum, &, quoniam non poteſt jurare, ſolvet.

ישבע שוכר ששכורה מתה *Jurabit conductor quod conducta mortua eſt*, neque hoc juxta literalem ſenſum intelligi poteſt, quia nobis fundamentum eſt, quod, ſi quis ab aliquo petierit triticum, & ei confeſſus fuerit hordeum, etiam a valore hordei liber eſt; ſic quoque hic quod confeſſus eſt ei, id ab ipſo petebat, & quod petit ab ipſo id non confeſſus eſt ei; quinam hic juramenti locus? Idcirco in Gemara exponitur, quod juſjurandum hoc fit per verborum circuitum, nam dixit ei, jura mihi jusjurandum, quoniam tu mihi jurare debes quod mortua eſt vacca more ſuo, naturaliter; & quandoquidem jurabit quod more ſuo mortua eſt, jurabit quoque per circuitum, quod conducta mortua eſt.

יחלוקו *Dividunt*, Miſna hæc eſt juxta Symmachum, qui dicit quod bona dubia dividenda ſunt; ita vero non eſt deciſio, ſed deciſio eſt, cum qui aliquid e poteſtate proximi ſui educere voluerit, prius debere jus ſuum demonſtrare quo id facere poſſit, jurabit igitur poſtulatus quod inſcius eſt, & tum erit immunis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eſt unum e fundamentis noſtri juris, quod, ſi quis mutuo petierit, dixeritque, eſt mihi in poteſtate tua Mina, & alter dixerit, neſcio, liber ſit, nempe, quod neque ſolvere, neque jusjurandum Legis jurare tenetur, ſed jusjurandum e conſtitutione Sapientum, quia neſciebat. Verum, ſi dixerit, quinquaginta Zuzæ tibi ſunt in poteſtate mea, at illas quinquaginta neſcio, tenetur, nimirum, quod omnia ſolvere tenetur, quia obligatus eſt ad jusjurandum, quia ex parte confitetur (ſicuti expoſitum eſt capite ultimo tractatus Cetuboth) nequit jurare quia dubius eſt de parte illa de qua jurare tenetur; tenemus enim pro fundamento, quod, is qui tenetur ad jusjurandum & non poteſt jurare, ſolvere debet. Et quandoquidem hæc fundamenta ſunt deciſiones, idcirco id quod hic in Miſna dicitur, *ſi mutuo dans dixerit, mutuo data mortua eſt, & alter dixerit, neſcio, tenetur*, non eſt deciſio, niſi eo quo diximus modo, nimirum, ſi confiteatur ex parte, dixeritque, *ex parte neſcio*, tum tenetur, ut, exempli gratia ſi is qui mutuo dat, dixerit, *duas tibi dedi vaccas, unum diem mutuo, & unum diem mercede*, & ambæ mortuæ fuerint in tempore mutuationis, & is qui eas mutuo ſumpſerit, dixerit, una earum mortua eſt tempore mutuationis, de altera vero mihi nihil certi conſtat, tum is qui mutuo ſumpſit, duas debebit vaccas, & hoc modo in cæteris conſequentiam facias. Exponimus quoque in fine tractatus Cetuboth, quod, ſi quem proximus peteret triticum, & confeſſus ei fuerit hordeum, immunis eſt, & non tenetur ad juſjurandum Legis, quia ei confeſſus eſt id quod ab eo petebat, neque hordei pretium, de quo ei confeſſus fuerat, e poteſtate ejus educere tenetur. Et quandoquidem hoc unum eſt ex iis quæ tenemus fundamentis, idcirco id quod auctor hic dicit, quod conductor jurabit conductam eſſe mortuam, intelligendum eſt de jurejurando per modum גלגול *devolutionis*, nimirum, quod jurabit conductor juſjurandum cuſtodum, quod eſt juſjurandum Legis, quod vacca naturaliter obiit; & jurabit etiam ſuper eo quod dicitur, *conducta mortua eſt*, aut quod tempore conductionis mortua eſt. יחלוקו *divident*, eſt opinio Symmachi, dicentis, quod ubicunque bona dubia ſunt, dividendum ſit; ſed opinionem ejus rejectam eſſe jam oſtendimus. Sed irrefragabile eſt argumentum, ei qui aliquam rem e poteſtate proximi educere velit, incumbere ut jus ſuum prius ad hoc demonſtret; & ſi de jure illius non ſatis conſtat, is qui poſtulatur, juret juſjurandum Sapientum ſe neſcire, vel juret per modum devolutionis, ſe neſcire.

§. 3. *Tertius de vacca caſus proponitur, ſi quis eam mutuo petierit, eamque poſſeſſor miſerit per filium ſuum, ſervum, aut legatum. Vel ſi contra poſſeſſor eam per filium, ſervum, vel legatum illius qui mutuo petiit, miſerit, eaque obierit in via, liber eſt a compenſatione damni is qui mutuo petiit, quia is non conſtituit iſtos ductores, quibus poſſeſſor eam commiſit deducendam.*

ג השואל את הפרה ושלחה לו ביד בנו ביד
עבדו ביד שלוחו או ביד בנו ביד עבדו ביד שלוחו של
שואל ומתה פטור אמר לו השואל שלחה לי ביד
בני ביד עבדי ביד שלוחי או ביד בנך ביד עבדך
ביד שלוחך או שאמר לו המשאיל הריני משלחה
לך ביד בני ביד עבדי ביד שלוחי או ביד בנך ביד
עבדך ביד שלוחך ואמר לו השואל שלח ושלחה
ומתה חיב וכן בשעה שמחזירה :

3. Si quis vaccam mutuo petierit, eamque miſerit medio filii ſui, medio ſervi, medio legati; aut medio filii, medio ſervi, medio legati qui eam mutuo petiit, & mortua fuerit, liber eſt. Si dixerit ei is qui mutuo petiit, mitte illam ad me per filium meum, per ſervum meum, per legatum meum, aut per filium tuum, per ſervum tuum, per legatum tuum. Aut ſi is qui mutuo dat, ei dixerit, ego ad te mittam illam per filium meum, per ſervum meum, per legatum meum, aut per filium tuum, per ſervum tuum, per legatum tuum; & is qui mutuo petierit illam, dixerit, mitte, & is illam miſerit, & mortua fuerit, tenetur. Sic etiam ſe res habet quando eam reſtituerit.

R. OB. DE BARTENORA.

ביד בנו *Per manum filii ſui*, ſi is qui mutuo dat, vaccam miſerit ad eum qui mutuo petiit, per filium ſuum, & ſervum atque legatum, aut per filium, ſervum, & legatum illius qui mutuo petiit, liber eſt, ſi mortua fuerit in via. Cæterum ſervus illius qui mutuo petiit ſecundum non-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod manus (miniſterium) ſervi Canaanæi eſt ut manus domini ſui; & quod hic dicit auctor quod propter miniſterium ſervi tenetur, intelligendum eſt de ſervo Ebræo. וכן בשעה שמחזירה *Et ſic etiam quando eam reſtituerit*, hoc intelligendum eſt ſi reſtituerit eam intra

nonnullos cenſetur incola domi illius; ſed non quod fecit cum legatum cum teſtibus, nam ſi fuerint teſtes quod eum conſtituiſſet legatum, is qui vaccam mutuo petierit, tenetur ad caſus violentiæ, ab eo quo ipſi traditur momento. Alii vero dicunt, quod, etiamſi dominus eum conſtituerit legatum cum teſtibus, non tenetur propter miniſterium ejus ad violentiæ caſus, cum ita ei dixit, hic homo eſt homo fidelis, ſi volueris per illum mittere, mitte. *Si dixerit ei is qui mutuo petierit vaccam, mitte eam mihi per manum filii tui, per manum ſervi tui*, per hunc ſervum intelligitur ſervus Ebræus, quoniam manus ſervi Cananæi eadem eſt cum domini ſui, perinde ac ſi non exiſſet e poteſtate illius qui mutuo dat, & quaſi is ipſe qui mutuo dat, vaccam detuliſſet, & is qui eam mutuo petiit, liber eſt, ſi in via illi acciderit violentiæ caſus. *Sic etiam quando ei reſtituerit*, ſi miſerit vaccam is qui eam mutuo petierit per filium ſuum, ſervum, & legatum ſuum, aut per filium, ſervum, & legatum illius qui mutuo dederit, non exit e poteſtate illius qui illam mutuo dedit, niſi dum ad mutuo dantem pervenerit, & ſi vaccæ in via obtigerit violentiæ caſus, tenetur. Et ſi ei dixerit is qui mutuo dedit, *mitte eam mihi* &c. aut ſi is qui mutuo petiit, ei dixerit, *ego mittam illam &c.* is qui mutuo dedit ei reſponderit, dicens, *mitte*, & miſerit, at caſus ei violentus in via obtigerit liber eſt. Cæterum Miſna hæc intelligenda eſt quando vaccam reſtituit intra dies mutuationis, & quod tum tenetur ad caſum violentum; verum ſi poſt dies mutuationis eam reſtituerit, ſubjectus eſt juri cuſtodis mercenarii, & non juri illius qui mutuo petiit, & ſi eam miſerit per filium, ſervum, & legatum ſuum, aut per filium, ſervum, & legatum illius qui mutuo eam dedit, atque caſus ei violentus in via obtigerit, liber eſt.

intra dies mutuationis, nam tum non licet ei per alium mittere vaccam, niſi id fiat cum venia domini; at ſi poſt dies mutuationis eam miſerit, & per alium eam miſerit, ac mortua fuerit, liber eſt; quia poſt dies mutuationis eſt cuſtos mercenarius; & hæc intelligas volo.

§. 4. *Quartus de vacca cum aſino commutata, & ancilla vendita agit caſus, & in eo quæritur an vaccæ vel ancillæ natus ad emtorem, an vero ad venditorem pertineat, ſi E. G. emtor dixerit venditori*, antequam eam tibi vendidi, peperit, *& contra venditor dixerit*, poſtquam eam emi, peperit. *Porro huic annectitur caſus de duobus ſervis, uno adulto, altero parvulo; & tandem tertius de agro magno & exiguo, prolatis quibuſdam tam ab emtore quam a venditore.*

ד המחליף פרה בחמור וילדה וכן המוכר שפחתו וילדה זה אומר עד שלא מכרתי וזה אומר משלקחתי יחלוקו היו לו שני עבדים אחד גדול ואחד קטן וכן שתי שדות אחת גדולה ואחת קטנה הלוקח אומר גדול לקחתי והלה אומר איני יודע זכה בגדול המוכר אומר קטן מכרתי והלה אומר איני יודע אין לו אלא קטן זה אומר גדול וזה אומר קטן ישבע המוכר שהקטן מכר זה אומר איני יודע וזה אומר איני יודע יחלוקו:

4. Si quis vaccam cum aſino commutaverit, eaque pepererit, ſic etiam ſi quis vendiderit ancillam ſuam, & illa pepererit, & unus dixerit, antequam eam vendidiſſem, peperit & alter dixerit, poſtquam eam emiſſem, dividant: ſi alicui duo fuerint ſervi, unus adultus, alter parvulus, nec non duo campi, unus magnus, alter parvus, & emtor dixerit, magnum emi, venditor vero dixerit, neſcio, emtor acquiſivit magnum. Si venditor dixerit, parvum vendidi, & alter dixerit, neſcio, parvus tantum ei cedit. Si unus dixerit magnum, & alter dixerit parvum, venditor jurabit ſe vendidiſſe parvum. Si unus dixerit, neſcio, & alter dixerit, neſcio, dividant.

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר שפחתו וילדה *Si quis vendiderit ancillam ſuam, eaque pepererit*, nam ſervus Cananæus acquiritur argento, & quando quis nummos dederit, ſibi acquiſivit ſervam, quocunque illa fuerit in loco, ſi non conſtiterit an nummos ſolverit antequam pepererit; & tum natus ad illum pertinet; aut ad dominum, poſtquam pepererit. Vacca vero non acquiritur argento, ſed attractione, & quando attraxerat eam, ſciebat an jam pepererat necne, ideo requirebatur, ut auctor diceret, המחליף *Si quis commutaverit*, nam medio commutationis alter acquiſivit quovis in loco, quia unus attraxit, propterea neſciebat an peperiſſet necne. יחלוקו *Divident*, Miſna hæc ſe habet juxta ſententiam Symmachi, ſed deciſio non eſt juxta ipſum: זה אומר גדול *Si hæc dixerit, magnum* &c. Si unus dixerit pretium ſervi magni, & alter dixerit pretium ſervi parvi, nam ſi abſolute ſit ſervus, tum nobis fundamentum eſt quod non jurant ſuper ſervo; præterea id quod ab eo petiit, non confeſſus eſt ei, & id quod confeſſus eſt, non petiit ab eo, & hic non eſt locus jurisjurandi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non opus erit denuo referre fundamenta quæ jam dixi in hoc ipſo capite, nimirum, eum qui e poteſtate proximi quicquam educere velit, prius debere ſuum jus demonſtrare, &, eum qui aliquem petierit triticum, at illi confeſſus fuerit hordeum, liberum eſſe; quæ ſi intellexeris, ſcies hanc Miſnam pertinere ad Symmachum. ישבע המוכר *Jurabit venditor*, mediante devolutione jurisjurandi, uti expoſuimus; eſt autem unum e fundamentis quæ tenemus, quod non licet jurare ſuper quæſtione ſervorum, niſi mediante devolutione, uti in campis.

§. 5. *Sermo eſt de oleis quas nonnemo in ligna vendidit, & earum ramos cecidit, attamen in agro reliquit, ubi malas produxerunt olivas, quamvis in ſpatium Sati non produxerit quartarium olei. Annectitur caſus de inundatione qua oleæ in alterius fundum dimanarunt una cum glebis adhærentibus, ubi ſit partitioni locus ex æquo.*

ה המוכר זיתיו לעצים ועשו פחות מרביעית לסאה הרי אלו של בעל הזיתים עשו רביעית לסאה זה אומר זיתי גדלו וזה אומר ארצי גדלה יחלוקו שטף

נהר

5. Si quis vendiderit oleas ſuas in ligna, & illæ minus accreverint quam quartarium in quolibet Sato, ecce hæ ad poſſeſſorem olearum pertinent. Si quartarium confecerint in quolibet Sato, atque unus dixerit, oleæ meæ produxerunt, & alter dixerit, terra mea produxit, dividant. Si fluvius inundaverit oleas, eaſque poſue-

נהר זיתיו ונתנם לתוך שדה חבירו זה אומר זיתי גדלו וזה אומר ארצי גדלה יחלוקו :

poſuerit in agro proximi ſui, & unus dixerit, oleæ meæ produxerunt, & alter dixerit, terra mea produxit, dividant.

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר זיתיו לעצים *Si quis vendiderit oleas ſuas in ligna*, ſi cæciderit ramos ad comburendum eos, & in agro reliquerit, ubi malas produxerunt olivas, quarum ſatum non poteſt olei quartarium conficere. הרי אלו של בעל הזיתים *Ecce h.e ad poſſeſſorem olearum pertinent*, quia menſuram infra quartarium non curant homines; & per *quartarium* intelligitur menſura illa quæ præter ſucciſionem & expreſſionem provenit. Cæterum Miſna hæc tractat de tempore illo quo oleas ſuas vendiderit ad ſimpliciter ſuccidendum; at ſi ei dixerit, ut ſtatim ſuccideret, etiamſi minus quam quartarium protulerint, cedunt agri poſſeſſori; ſi vero dixerit, ſuccidere potes dum libuerit., etſi minus quam quartarium protulerint, ad olearum poſſeſſorem pertinent.

וזה אומר ארצי גדלה יחלוקו *Et ille dixerit, terra mea produxit, dividant*, in Gemara exponunt hoc intelligendum eſſe, quando fluvius dimovit oleas una cum glebis adhærentibus, in quibus conſervari poſſunt; idcirco liberæ ſunt a jure præputii, & tribus primis annis dividunt, nam etſi ſolum hujus viri eas produxit, tamen eas comedere non potuiſſet niſi ipſius fuiſſent glebæ, præputii cauſa; verum poſt tres annos omnes fructus cedunt agri poſſeſſori, quia ei dicet, ſi ego plantaſſem illas, non comediſſet de illis poſt tres annos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit יחלוקו *dividant*, eſt juxta deciſionem, nam commodum cedit utrique ſimul, dummodo ei ſimpliciter dixerit, *ſuccidito*. Si vero minus fructuum quam quartarium protulerint, nemo id curat; ſi plus, dividunt. Verum ſi dixerit *ſuccidito ſtatim*, etſi oleæ minus quam quartarium protulerint, ſunt poſſeſſoris agri; ſi contraxerit cum emtore, eique dixerit, *ſuccidito quando lubuerit*, etſi plus quam quartarium protulerint, ſunt poſſeſſoris arborum.

שטף נהר זיתיו *Si fluvius inundaverit oleas ejus*, hoc intelligendum eſt quando una cum glebis, & pulvere ipſis adjunctis eradicatæ ſunt, quibus ipſæ arbores ſuſtentari poſſent & radices conſervari; & tum fructus quos per integros tres annos protulerunt, cedent ambobus, ſed poſtea omnes cedunt agri poſſeſſori, quando tres palmos altæ fuerint, & radices olearum in glebis illis adhærentibus fuerint contentæ.

§. 6. *Incipiunt caſus aliqui de locatione domiciliorum, nam ſi quis proximo ſuo domum locaverit hyeme abſque definito tempore, conductorem ex ea educere nequit a feſto Tabernaculorum uſque ad Paſchatis feſtum. Neque æſtate, niſi triginta dies ante rem ſignificaverit.*

ו המשכיר בית לחבירו בימות הגשמים אינו יכול להוציאו מן החג ועד הפסח בימות החמה שלשים יום ובכרכים אחד ימות החמה ואחד ימות הגשמים שנים עשר חדש ובחנויות אחד עיירות ואחד כרכים שנים עשר חדש רבן שמעון בן גמליאל אומר חנות של נחתומים ושל צבעים שלש שנים :

6. Si quis proximo ſuo locaverit domum in diebus hyemalibus, non poterit eum educeré a feſto Tabernaculorum ad feſtum Paſchatis. Si in diebus æſtatis, triginta dies; at in civitatibus tam in diebus ſolaribus quam pluvioſis, duodecim menſes. Si tabernas locaverit, ſive in parvis ſive magnis civitatibus, duodecim menſes. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, tentorium piſtorum & tinctorum, tres annos.

R. OB. DE BARTENORA.

המשכיר בית לחבירו בימות הגשמים *Si quis locaverit domum ſuo proximo hyeme*, ſimpliciter, ſine temporis ſignificatione, in hyeme non poterit educere ex ea proximum a feſto tabernaculorum uſque ad feſtum Paſchatis. בימות החמה שלשים יום *In diebus æſtatis triginta dies*, vult dicere, ſi eduxerit eum ante feſtum Paſchatis, requiritur ut triginta dies æſtatis ei indicet, nimirum a quinto decimo die menſis Elul, nam abhinc uſque ad feſtum Tabernaculorum ſunt triginta dies, ſive initium hyemis. Verum ſi ei inde a quinto decimo die menſis Elul non indicaverit, non poterit educere eum uſque ad Paſcha. Hinc colligimus, eum qui conduxerit domicilium tempore æſtatis ſimpliciter, obligatum eſſe ut ei indicet triginta dies antequam eum educat ex illo. בכרכים *In magnis civitatibus*, ad quas unusquiſque ſe commoratum confert, & ubi non reperiuntur domus plerumque quæ conducuntur, illic neceſſe eſt ut indicet ei duodecim menſes ante exitum illius tam hyemis quam æſtatis tempore. Et ſicuti requiritur ut poſſeſſor indicet, ſic etiam requiritur ut conductor indicet, בעיירות triginta dies, & in כרכים duodecim menſes, & ſi non indicaverit, exire nequit, niſi ei ſolvat mercedem. *Tentorium paſtorum atque tinctorum tres annos*, quia illi aliis diu non credere debent merces ſuas, deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בימות החמה שלשים יום *In diebus ſolis triginta dies*, ſenſus eſt, quod educere proximum nequit niſi ei triginta dies ante dies pluviarum indicaverit, & ſi non indicaverit ei, non educet, niſi dum tranſierit tempus pluviarum. Sic etiam quando dicit *duodecim menſes*, vult, quod ei indicabit, & dicet, quære tibi domicilium, ſed non poterit educere illum niſi dum duodecim tranſierint menſes, poſtquam ei indicavit; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

§. 7. *Secundus de domiciliis locatis caſus, quo locator obligatus eſt ad partes aliquas domus reparandas, vel denuo faciendas. In quo porro hæc regula obſervanda eſt, ut omne id quod medio opificis fieri debet, a locatore præſtetur; cætera vero ab ipſo conductore.*

ז המשכיר בית לחבירו המשכיר חייב בדלת בנגר ובמנעול ובכל דבר שמעשה אומן אבל דבר שאינו מעשה אומן השוכר עושהו הזבל של בעל הבית

7. Si quis domum locaverit proximo ſuo, locator tenetur ad januam faciendam, peſſulum, & ſeram, nec non ad omne id quod opus artificis; ſed id quod non eſt opus artificis, conductor facere poteſt. Stercus ad

poſ-

הבית ואין לשוכר אלא היוצא מן התנור ומן הכירים בלבד :

poſſeſſorem domus pertinet; ſed ad conductorem nihil pertinet niſi id quod e furno exiit, & furnulo tantum.

R. OB. DE BARTENORA.

נגר Notat peſſulum quo januam obſerant, quem olim ſuper liminari januæ infigebant. הזבל לבעל הבית *Stercus ad poſſeſſorem domus pertinet*, ſi ſtercus provenerit e bobus qui aliunde advenerunt; nam ſi boves ad conductorem pertineant, ſtercus ad conductorem pertinet. *Id quod e furno exiit*; cinis qui factus eſt ſtercus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזבל לבעל הבית *Stercus ad poſſeſſorem domus pertinet*, quando introduxerint beſtias quæ non pertinent ad conductorem, & domum ſtercoraverint, ſed beſtiarum ſtercus ad conductorem pertinentium, ei cedit.

§. 8. *Tertius de locatione domûs casus, in quo quæritur, an, ſi quis domum proximo ſuo in annum locaverit, atque annus intercalatus fuerit, conductori, an vero locatori intercalationis ſpatium proſit? Tum etiam utri emolumentum cedat, ſi domus in menſem elocata ſit, facta intercalatione?*

ח המשכיר בית לחבירו לשנה נתעברה השנה
נתעברה לשוכר השכיר לו לחדשים נתעברה השנה
נתעברה למשכיר מעשה בציפורי באחד ששכר
מרחץ מחבירו בשנים עשר זהב לשנה מדינר זהב
לחדש ובא מעשה לפני רבן שמעון בן גמליאל
ולפני רבי יוסי ואמרו יחלוקו את חדש העיבור :

8. Si quis domum locaverit proximo ſuo in annum, & annus intercalatus fuerit, pro conductore intercalatus eſt. Si in menſem elocaverit, & annus intercalatus fuerit, pro domus poſſeſſore intercalatus eſt. Contigit aliquando in urbe Zippori ut unus conduxerit lavacrum a proximo ſuo duodecim denariis aureis in annum, uno denario aureo in menſem, venit autem caſus ad Rabban Schimeonem filium Gamalielis & ad R. Joſen, & dixerunt, dividant menſem hyperbolymæum.

R. OB. DE BARTENORA.

נתעברה לשוכר *Si intercalatus fuerit, pro conductore eſt*, non accreſcet locatori merces menſis, quia menſis hyperbolymæus ingreditur annum. *Contigit in urbe Zippori*, in Gemara argumentantur quod hic caſus eſt contra id quod dixit auctor, nam principium Miſnæ dicit, quod omnia cedunt aut conductori, aut poſſeſſori domus, & tamen caſum adduxit contrarium ut dividerent; & reſpondit quod huic Miſnæ quædam deſunt, & ſic tradit, ſi dixerit ei pro duodecim denariis aureis in annum, pro uno denario in menſem, dividant, quia neſcimus an prima amplexi ſint verba, an vero ultima. & contigit etiam in urbe Zippori &c. deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis & R. Joſen; ſed brevitatem verborum ſequi debemus, & ſolum eſt in poſſeſſione domini, idcirco omnia cedunt poſſeſſori domus, ſive prima verba fuerint breviora, ſive ultima verba fuerint breviora.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, nec juxta R Joſen; ſed quoties dixerit denarium in menſem, etſi dixiſſet, tantum dabo in annu n, omnia cedunt poſſeſſori domus; nam fundamentum nobis eſt quod ſemper ſequi debemus pauciſſima verba; fundus autem eſt in poſſeſſione domini ſui, idcirco dixerunt quod omnia cedunt poſſeſſori domus, quocunque id fiat modo.

§. 9. *Quartus de locatione domus caſus proponitur, & in eo quæritur an conductor, an vero elocator denuo extruere debeat, ſi illa cecidierit? Ad quod determinandum requiritur ut conſtet an elocator in ſpecie omnem domicilii ſtatum indicaverit, necne.*

ט המשכיר בית לחבירו ונפל חייב להעמיד לו
בית היה קטן לא יעשנו גדול גדול לא יעשנו קטן אחד
לא יעשנו שנים שנים לא יעשנו אחד לא יפחות
מהחלונות ולא יוסיף עליהן אלא מדעת שניהם :

9. Si quis locaverit proximo ſuo domum, & illa deciderit, tenetur denuo erigere domum; ſi ſit parva, non faciet eam magnam, ſi magna, non faciet eam parvam; ſi una, non faciet duas, ſi duæ, non faciet unam. Non diminuet de feneſtris, neque addet illis, niſi amborum conſenſu.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב להעמיד לו בית *Tenetur denuo ædificare ei domum*, &c. hoc intelligendum quando elocator ei monſtraverit domum quandam, dixeritque, talem ego tibi loco domum; at ſi ſimpliciter dixerit, domum tibi loco, dabit ei tantum locum qui vocatur בית *domus*, ſive magna ſit, ſive parva.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus hoc intelligendum eſt quando elocator alii monſtraverit domum quandam, dixeritque, talem tibi domum loco, idcirco obligatus eſt conſtituere ei domum ut menſura longitudinis & latitudinis ſit ſicuti domus illius quam ipſi monſtravit. Verum ſi ei dixerit elocator, hanc domum tibi loco, & illa domus ceciderit, non tenetur eam denuo ædificare. Si vero dixerit ei *domum* ſimpliciter, concedet ei locum qui vocatur בית *Domus*, ſive major hac fuerit, ſive minor fuerit.

Cap. 9. §. 1. *Incipiunt varii caſus de agris proprietariorum pro dimidia vel tertia parte fructus excolendis ab operariis. In quibus potiſſimum iſta regula obſervanda eſt, ut in proventu dividendo omnia fiant ſecundum provinciæ morem.*

פרק ט המקבל שדה מחבירו מקום שנהגו לקצור
יקצור

Cap. 9. Si quis receperit agrum a proximo ſuo, in loco ubi metere ſolent, metat, in

יקצור לעקור יעקור לחרוש אחריו יחרוש הכל
כמנהג המדינה כשם שחולקין בתבואה כך חולקין
בתבן ובקש כשם שחולקין ביין כך חולקין בזמורות
ובקנים ושניהם מספקין את הקנים :

in loco ubi extirpare ſolent, extirpet, ubi arare ſolent poſtea, aret, omnia juxta morem provinciæ. Sicuti dividunt in proventu, ita etiam dividunt in palea, & in cannis. Sicut dividunt in vino, ita quoque in palmitibus dividunt, & in cannis, & ambo ſuppeditant cannas.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה *Si quis receperit agrum*, in culturam, pro media, aut tertia, aut quarta, vel pro mercede conducti, pro tot Coris in annum. לחרוש אחריו *Ad arandum poſtea*, poſt meſſem, aut poſt extirpationem, ad convertendum malas herbas & zizaniam quæ in illis reperiuntur, ut pereant. קנים *Cannæ*, quæ ſuſtentant vites. שניהם מספיקין את הקנים *Ambo conferunt cannas*, vult dicere rationem nimirum, quare dividunt in cannis, quia ambo contribuunt in cannis novis ſingulis annis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cannæ quas ambo ſuppeditare debent, ſunt cannæ quibus vites ſubſtentantur, quas in fine temporis dividunt, ac ſi dixiſſet, quare dividunt cannas? quia ambo conferunt cannas.

§. 2. *Secundus de agris a proprietario certis conditionibus recipiendis proponitur, & agrorum ſtatus diverſimode conſideratur, prout illi ſteriles vel fertiles eſſe ſolent. Et cum agri vario modo recipi ſoleant a poſſeſſoribus, conductorum aliquot & agricolarum genera a Maimonide exponuntur, cujuſmodi ſunt* חוכר, שוכר, *&* מקבל: *tum etiam vox* מנכה.

ב המקבל שדה מחבירו והיא בית השלחין
או בית האילן יבש המעין ונקצץ האילן אינו מנכה
לו מן חכורו אם אמר לו חכור לי שדה בית
השלחין זה שדה בית האילן זה יבש המעין ונקצץ
האילן מנכה לו מן חכורו :

2. Si quis receperit agrum a proximo ſuo, & ille fuerit ager ſiticuloſus, aut arboribus conſitus, & fons exſiccatus fuerit, atque arbor ſuccisa, non diminuet ei de cultura illius. Si dixerit ei, locato mihi hunc agrum ſiticuloſum, aut hunc campum arboribus conſitum, & fons exſiccatus fuerit, & arbor ſuccisa, diminuet ei de cultura illius.

R. OB. DE BARTENORA.

בית השלחין Eſt ager ſiticuloſus qui non contentus eſt irrigatione aquarum pluviarum. בית האילן eſt ager arboribus conſitus, qui propter arbores tanti æſtimatur ut conductor ſine labore e fructibus partem capiat. יבש המעין *Si exaruerit fons*, qui erat in agro illo, & e quo ager irrigabatur.

לא מנכה לו מחכורו *Non diminuet de cultura ejus*, ſi tot vel tot Coris quotannis receperit agrum in culturam, nam in principio non aperuerat intentionem ſuam, quod propter fontem aut arbores ipſi accreverat culturæ merces. חכור לי שדה בית השלחין *Locato mihi in culturam agrum ſiticuloſum*, indicaverat ei quod propter agri ſiccitatem auxerat ei mercedem, & ab eo conduxerat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Operæ pretium eſt ut intelligas tria hæc vocabula, nimirum, חוכר, שוכר, *&* מקבל; ſit igitur שוכר is qui agrum conductum recipit, ut eum certo exaret pretio, & tot nummis. מקבל eſt qui agrum ſibi conductum recipit pro certa fructuum parte, nimirum, quando contrahit cum poſſeſſore pro media, tertia, aut quarta fructuum quos terra profert. חוכר eſt is qui agrum recipit pro quadam tritici aut alius frumenti parte in illo ſata, ut agri poſſeſſor tot modios illius ſpeciei ipſi concedat, ſive ager multum ſive parum protulerit. Sic etiam מקבל recipere ſolet in genere, ut שוכר & ut חוכר, & ſic etiam dicit Miſna המקבל *qui receperit*, id eſt, qui conduxerit, perinde ac ſi dixiſſet; qui receperit agrum in culturam, aut conductum pecunia. Et quod in hac & antecedenti Miſna dicit המקבל *qui receperit*, id quoque intelligendum de eo qui conduxerit, ob rationem jam expoſitam. Et quod auctor dicit, *ſi conduxerit agrum ſiticuloſum*, eo nos vult docere, quod, etiamſi intentio ſit ut ager ſit uti jam eſt, quamdiu eſt in poteſtate illius, non diminuet de conductione illius. מנכה idem eſt quod פוחת *diminuit*.

§. 3. *Tertius de agris elocandis caſus eſt, ſi is qui a poſſeſſore agrum pro quadam frumenti parte receptum, incultum reliquerit; quo in caſu conſiderandum quantum iſte ager ſi excultus fuiſſet, proferre poſſet, ut agricola ex contractu ſuam poſſeſſori partem ex alio frumento exhibeat optimo.*

ג המקבל שדה מחבירו והובירה שמין אותה
כמה ראויה לעשות ונותן לו שכך כותב לו אם
אוביר ולא אעביד אשלם במיטבא :

3. Si quis receperit agrum a proximo ſuo, eumque reliquerit incultum, æſtimant eum quantum profere poſſit, & conductor debeat dare; nam ſic ſcribet ei, *ſi ego relinquam incultum, & non operer, ſolvam optimis meis bonis.*

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה *Si quis acceperit agrum*, pro media, tertia, aut quarta parte. והובירה *Et eum reliquerit incultum*, ut non aret neque conſerat eum. ולא אעביד *Et non laboraverit*, ſi non fecerit opera ei convenientia. אשלם במיטבא *Solvam bonis optimis*, juxta menſuram quam producere poſſet ſi conſitus aut aratus fuiſſet, uti conveniebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod מקבל ſit is qui conduxit agrum pro parte quadam frumenti quod produxerit. Si verò eum reliquerit incultum, & non ſeminaverit eum, æſtimat quantum poſſet producere, ſi ſatus eſſet, & ſolvet ei partem de qua contraxerunt inter ſe; & hoc ſatis clarum eſt.

§. 4. Quartus de agro elocando caſus, ſi quis eum a locatore colendum receperit, attamen ipſum a zizaniis purificare noluerit, quia ei ſufficere videtur dummodo poſſeſſori eam det frumenti quantitatem quam ei ſtipulatus eſt, licet ager depravetur.

ד המקבל שדה מחבירו ולא רצה לנכש ואומר לו מה איכפת לך הואיל ואני נותן לך חכורך אין שומעין לו מפני שיכול לומר לו למחר אתה יוצא ממנה ומעלה לפני עשבים :

4. Si quis a proximo ſuo receperit agrum, eumque noluerit purificare a zizania, dixeritque locatori, quid tua refert, quoniam tibi ſolvo mercedem conducti, non audiunt ipſum; quia ei dicere poteſt locator, cras exis ab illo, & pro me herbas producis.

R. OB. DE BARTENORA.

לנכש *Ad extirpandum*, ad purgandum frumentum a lolio, quod agri naturam depravat, & proventus incrementum impedit. מה אכפת לך *Quid tua refert*, ſi defecerit portio mea cum herbæ produxerint ſpinas, ſi ego tamen tibi dedero mercedem conducti, ſive tot modios frumenti de quibus convenimus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לנכש notat agrum purificare, nam quando creſcit ſementis, una quoque creſcere ſolet Zizania, quam ſi removerint, ſementis augetur in proventum, nam ager omnem ſuam vim ſementi largitur, & hæc eſt res agricolis notiſſima; & quia conductor hic ſolvit certam & definitam quantitatem, poterat ei dicere, ego nolo eum purificare, neque tu me ad hoc obſtringere poteris, quandoquidem tibi inde nullum cedit damnum, ſi ego exiguum collegero proventum, niſi damnum impoſterum accedat agro tuo.

§. 5. Sequitur quintus de agro locando caſus, qui talis eſſe deciditur, ut ſi quis eum a proprietario pro aliqua frumenti parte receperit colendum, etſi non multum proferat frumenti, tamen conductor agro excolendo operam det, dummodo acervi quantitatem protulerit. Exponuntur voces כרי *&* רחת:

ה המקבל שדה מחבירו ולא עשתה אם יש בה כדי להעמיד כרי חיב לטפל בה אמר רבי יהודה מה קצבה בכרי אלא אם יש בה כדי נפילה :

5. Si quis receperit agrum a proximo ſuo, & parum produxerit, attamen tantum produxerit ut inde confici poſſit acervus, tenetur ei operam dare. Dixit R. Jehuda, quæ limitatio pro acervo? Si in eo fuerit illius quod ſeverit menſura.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה מחבירו *Si quis receperit agrum a proximo ſuo*, pro media, tertia, aut quarta parte, pro cultura. ולא עשתה *Et non fecerit*, non niſi parum proventus produxerit, ut agricola non amplius in eo operari teneatur, quia in eo non tantum continetur, quantum eſt opus illius; ſi fuerit in eo tantum quantum ſufficit ad conficiendum acervum proventus, quæ eſt menſura qua contegi poteſt רחת *ventilabrum*, ſive duorum ſatorum menſura, tum ei neceſſario operam dare tenetur. מה קצבה בכרי *Quæ limitatio pro acervo?* non eſt hæc limitatio, ſed indicium eſt ut ager magnus ſit uſque dum quantitatem acervi faciat, & ager exiguus uſque dum acervi quantitatem efficiat; at occupatio quam requirit ager magnus, non eſt æqualis occupationi quam requirit parvus. כדי נפילה eſt quantitas illius quod ſeminavit in agro ſeminis, quam ſi protulerit ager in proventu ſuo, tenetur ei operam dare; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרי notat acervum ſive metam proventus qui in altitudine ſua vannum contegere poteſt, eſtque duorum ſatorum menſura, qua agricola hac in parte ſatisfacit debito ſuo. R. Jehuda dicit, quod hæc ſit ignota quantitas, quia inſtrumentum quod vocatur רחת poteſt eſſe longum aut breve. Cæterum כדי נפילה notat menſuram ſeminis quod in agro ſevit; & hoc jus obtinet in eo qui agrum recepit, ſi conduxit pro certa frumenti parte, quod crevit in eo; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 6. In ſexto caſu de agro elocato quæritur, an ſi conductor agrum colendum receperit pro aliquot frumenti modiis, de mercede conducta quicquam detrahi poſſit proprietariis, ſi ager uredine tactus, vel provinciali ſive generali regionis plaga affectus fuerit. Exponitur quid ſit מכת מדינה:

ו המקבל שדה מחבירו ואכלה חגב או נשדפה אם מכת מדינה היא מנכה מן חכורו אם אינו מכת מדינה אין מנכה לו מן חכורו רבי יהודה אומר אם קבלה הימנו במעות בין כך ובין כך אינו מנכה לו מחכורו :

6. Si quis agrum receperit a proximo ſuo, eumque comederint locuſtæ, vel uredine tactus fuerit, vel plaga provinciæ affectus fuerit, diminuit de mercede conducta. Si vero non fuerit plaga provinciæ, non diminuet ei de mercede conducta. R. Jehuda dicit, ſi receperit illum ab ipſo pro nummis, ſive hoc ſive illo modo, non diminuet de mercede culturæ.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה מחבירו *Si quis agrum receperit a proximo ſuo*, ſi receperit culturam ejus pro tot vel tot modiis. מכת מדינה *Plaga provinciæ*, quando locuſtæ comederint eam, aut maxima agrorum pars uredine tacta fuerit, aut ſiſſa. אינו מנכה לו *non diminuet ei*, quia infortunium ei hoc effecit. בין כך ובין כך *Sive hoc, ſive illo modo*, etiamſi ſit plaga provinciæ, non diminuet ei, quia ſuper nummis non decreverint decreta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus hoc comprehendit in genere tam ea quæ ad מוכר, quam quæ ad חוכר attinent. מכת מדינה *Plaga provinciæ*, quando maxima pars agrorum illius provinciæ corrupta fuerit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 7. *In*

§. 7. In ſeptimo de agro elocato caſu ſtatuitur, quod ſi conductor ea conditione agrum colendum receperit, ut proprietario cedat decem tritici Coros, proprietarius iſta tritici ſpecie quamtumvis agri uredine corrupta, debeat eſſe contentus.

ז המקבל שדה מחבירו בעשרה כור חטים לשנה לקתה נותן לו מתוכה היו חטיה יפות לא יאמר לו הריני לוקח מן השוק אלא נותן לו מתוכה :

7. Si quis receperit agrum a proximo ſuo pro decem Coris tritici quotannis, & ille corruptus fuerit, dabit ei de eo quod in illo eſt; ſi vero triticum illius bonum fuerit, non dicet ei, emam in foro, ſed ei dabit de eo quod in agro eſt.

R. OB. DE BARTENORA. לקתה *Et corruptus fuerit*, quando triticum uredine tactum fuerit, dabit illi decem tritici Coros, quando contraxit cum eo de hoc tritico uredine tacto; & alter ei dicere non poterit, ego triticum bonum a te deſidero.

§. 8. In octavo caſu aſſeritur quod ſi quis agrum colendum receperit pro aliqua proventus parte, ei non licet illum tritico conſerere, ſi de hordeo pactus ſit proprietario, nec contra. Fundamentum rei eſt, quod conductori nunquam licet conſerere agrum ſpecie, quæ agrum magis exhaurit, quam ea de qua cum proprietario pactus eſt.

ח המקבל שדה מחבירו לזרעה שעורים לא יזרענה חטים חטים יזרענה שעורים רבן שמעון בן גמליאל אוסר תבואה לא יזרענה קטנית קטנית יזרענה תבואה (נ״א בהיפך) רבן שמעון בן גמליאל אוסר :

8. Si quis a proximo ſuo receperit agrum ad conſerendum cum hordeo, ne conſerat cum tritico; ſi tritico, conſerat cum hordeo. R. Schimeon filius Gamalielis vetat. Si proventu, ne conſerat cum legumine; ſi legumine, conſerat cum proventu; Rabban Schimeon filius Gamalielis prohibet.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה מחבירו לזרעה בשעורים *Si quis acceperit agrum a proximo ſuo ad conſerendum illum hordeo*, ad colendum eum pro tanta tritici, hordei, aut argenti ſumma. לא יזרענה חטים *ne conſerat eum tritico*, quia triticum magis terram depravat quam hordeum. *Rabban Schimeon filius Gamalielis vetat*, quia agro nocet ſi quis cum conſerat hoc anno hac ſpecie, illo anno illa ſpecie; & quantum ad deciſionem juris attinet, illa ſe habet juxta naturam agri, & loci ſitum; ſi contraxerit cum poſſeſſore de re quæ agro paululum nocet, non poterit contractum immutare, eumque conſerere tali ſpecie quæ multum nocet; ſed contrarium licitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ ritus ſe varie habent variis terræ regionibus; fundamentum rei eſt, quod, ſi quis contraxerit cum poſſeſſore ut aret agrum ejus atque conſerat quadam frumenti ſpecie, poterit in eo ſerere ſpeciem quæ agro minus nocet quam illa de qua cum poſſeſſore contraxit; at non poterit ſerere eam quæ agro magis nocet. Et hoc agere poſſunt teſtimonio eorum qui naturam agri illius ſati perſpectam habent, quales ſunt ii qui illum arare & ſeminare ſolent.

§. 9. In nono caſu deciditur quod ei qui in paucos annos agrum conduxerit, non licet iſtum conſerere lino, quia lini radices aliquot in agro annos remanere ſolent. Nec ligna Sycomori tali conductori cedunt, licet intra annos conductitios in agro creverint, quia intra paucos annos perfici nequeunt. קורת שקמה *exponitur.*

ט המקבל שדה מחבירו לשנים מועטות לא יזרענה פשתן ואין לו בקורת שקמה קבלה הימנו לשבע שנים שנה ראשונה יזרענה פשתן ויש לו בקורת שקמה :

9. Si quis receperit agrum in paucos annos, ne conſerat cum lino; neque ei jus eſt in ligna ſycomori. Si receperit eum in ſeptem annos, anno primo illum conſeret lino, & jus habebit in ligna Sycomori.

R. OB. DE BARTENORA.

לשנים מועטות *In annos paucos*, intra ſeptem. לא יזרענה פשתן *non conſeret eum lini ſemine*, quia ſemen lini pluriſmum terræ nocet, & radices ejus in ſolo remanent ad ſeptem annos uſque. שקמה notat ficum ſylveſtrem, ſive Sycomorum, cujus radices amputare ſolent in tigna ædificiorum, & hæ denuo creſcere ſolent; at non fiunt in קורות *tigna* intra tres annos. Idcirco, ſi infra ſeptem annos receperit agrum, non licet amputare radices Sycomori, quia non intrat conditionem agri cum intentione iſtarum radicum fruendarum, quia intra tam paucos annos non poſſunt adoleſcere in tigna; at ſi agrum receperit in ſeptem annos, anno primo cum conſerit ſemine lini, & ſuccidit lignum ſycomori illius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lini radices magna in copia relinquuntur in agro, ideo agrum in paucos annos conductum non licet conſerere ſemine lini. קורות שקמה notat lignum Sycomori quod intra annos elocationis in agro crevit.

§. 10. Decimus atque ultimus de agro elocato caſus abſolvitur, quod ſi quis conduxerit agrum לשבוע אחת in ſeptimanam unam (annorum,) *annus ſeptimus Remiſſionis contineatur intra iſtum ſeptenarium numerum; & conductori cedit hæc diminutio. Si vero ſimpliciter in ſeptem annos conduxerit, annus ſeptimus ſive Remiſſionis non includitur.*

י המקבל שדה מחבירו לשבוע אחת בשבע מאות

10. Si quis a proximo ſuo receperit agrum in ſeptimanam (annorum) pro ſeptingentis Zuzis,

זוז

זו השביעית מן המנין קבלה הימנו שבע שנים בשבע מאות זו אין השביעית מן המנין :

zis, tum annus ſeptimus eſt intra computum. Si quis in ſeptem annos pro ſeptingentis receperit Zuzis, tum annus ſeptimus non eſt intra computum.

§. 11. *Negotio de agrorum elocatione confecto, ordo poſtulabat ut de operariorum mercede agretur, & quamdiu ea poſſit exigi? cum autem operariorum varia ſunt genera, ut, diurni, nocturni, atque horarii &c. propterea tempus mercedis eorum variè determinatur, quemadmodum ex hujus & ſequentis Miſnæ conſtitutionibus apparebit.*

יא שכיר יום גובה כל הלילה שכיר לילה גובה כל היום שכיר שעות גובה כל הלילה וכל היום שכיר שבת שכיר חדש שכיר שנה שכיר שבוע יצא ביום גובה כל היום יצא בלילה גובה כל הלילה וכל היום :

11. Merces diurna exigi poteſt per totam noctem; merces noctis exigi poteſt per totum diem; merces horarum exigitur totam diem totamque noctem. Mercenarius ſeptimanæ, mercenarius menſis, mercenarius anni, mercenarius ſeptem annorum, ſi die exierit, totum diem exigere poteſt; ſi nocte exierit, exigere poteſt totam noctem, totumque diem.

R. OB. DE BARTENORA.

שכיר יום גובה כל הלילה *Mercenarius diurnus exigere poteſt totam noctem*, quæ diem illum ſequitur, uti ſcriptum eſt Levit. 19. 13. לא תלין פעלת שכיר אתך עד בקר quæ intelligi nequeunt de operario nocturno, quia merces non ſolvitur niſi in fine demum, uti ſcriptum eſt Levit. 25. כשכיר שנה בשנה hinc elicimus, quod merces anni ſolvere debet in principio alterius anni; ſic etiam mercenariis diei non obligatur ſolvere conductor niſi uſque ad ſolis occaſum. Cæterum quando Lex dicit, Deut. 24. 15. ביומו תתן שכרו verba neceſſario de mercenario nocturno intelligenda ſunt, cui dominus obligatus eſt ſolvere manè diei ſequentis, quando opus illius abſolutum eſt. Sic etiam id quod Levit. 19. 13. לא תלין פעלת שכיר אתך עד בקר intelligi nequit de mercenario nocturno, quia dominus tantum ad diem craſtinum obligatus eſt. *Mercenarius horarum exigere poteſt totum diem, totamque noctem*, vult, mercenarium horarum exigere ſuam poteſt mercedem per totum diem; & mercenarius horarum noctis, exigere totam poteſt noctem. *Si die exierit*, ſi conductio ejus abſolvatur manè, aut diem, exigere totum poteſt diem; & poſtquam ſol occidit, trangreſſus eſt præceptum. *Si exierit nocte*, ſi conductio ejus perficiatur nocte, exigere poteſt totam noctem, totamque diem. nam cum opus ſuum diſtulit poſtquam obortæ fuerint tenebræ, habetur mercenarius noctis, & dominus propter illum non tranſgreditur præceptum manè, niſi uſque ad diem ſequentem dum ſol occidit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

E literali ſenſu colligimus in illis verbis quæ dixit Deus Levit. 19. 13. לא תלין פעלת שכיר אתך עד בקר ſermonem eſſe de mercenario diei, quod illam totam noctem exigere poteſt; & in illis quæ dicit Deut. 24. 15. ביומו תתן שכרו ſermonem eſſe de mercede noctis, quod illa exigi poteſt totum diem. Cæterum id quod in hac Miſna dicitur, *merces horarum exigi poteſt totum diem totamque noctem*, vult, quod mercenarius horarum diei totum diem exigere poſſit, & merces horarum noctis exigi poteſt totam noctem totumque diem.

§. 12. *In hac Miſna tam hominis mercenarii diurni quam pecoris conducti tempus ſolvendi mercedem determinatur ſecundum illud Legis præſcriptum, quod die erit ſolvenda merces, & quod proprietarius cum mercede non pernoctabit. Porro quæritur an proprietarius mercenarium ad tabernarium vel nummularium remittere poſſit ad ſolutionis tempus aliquantulum differendum?*

יב אחד שכר אדם ואחד שכר בהמה ואחד שכר כלים יש בו משום ביומו תתן שכרו ויש בו משום לא תלין פעולת שכיר אתך עד בקר אימתי בזמן שתבעו לא תבעו אינו עובר עליו המחהו אצל חנוני או אצל שולחני אינו עובר עליו שכיר בזמנו נשבע ונוטל עבר זמנו אינו נשבע ונוטל אם יש עדים שתבעו הרי (כ״א) זה נשבע ונוטל גר תושב יש בו משום ביומו תתן שכרו ואין בו משום לא תלין פעולת שכיר אתך עד בוקר :

12. In mercede hominis, in mercede quadrupedis, & in vaſis conductis locum habet præceptum Deut. 24. 15. *Die ſuo ſolvet mercedem ejus.* Et præceptum Levit. 19. 13. *Non dormiet tecum opus mercenarii uſque ad mane.* Quando hoc intelligendum eſt? quando petierit illud; at ſi non petierit, non tranſgreditur (dominus ejus.) Si eum remiſerit ad cauponem, aut ad numularium, non tranſgreditur dicta Legis. Mercenarius in tempore ſuo jurabit, & recipiet; ſi tranſierit tempus illius, non jurabit, & ſimul recipiet; ſi teſtes dixerint quod mercedem in tempore ſuo petierit, jurabit & recipiet. Proſelytis inquilinus comprehenditur in præcepto Deut. 24. 15. *Die ſuo ſolves mercedem ejus*; & non comprehenditur in præcepto Levit. 19. 13. *Non dormiet tecum opus mercenarii uſque ad mane.*

R. OB. DE BARTENORA.

אחד שכר אדם ואחד שכר בהמה וכו׳ *Sive merces hominis, ſive merces quadrupedis* &c. Sicuti ſcriptum eſt Levit. 19. 13. לא תלין פעלת שכיר אתך עד בקר ergo quodcunque opus tecum fuerit, etiam opus quadrupedis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jusjurandum mercenarii eſt juſjurandum Legis, at ea conditione ſi conduxerit eum dominus quidam præſentibus teſtibus; at ſi teſtibus haud præſentibus eum conduxerit, quoniam dicere poteſt, non conduxi te, fide dignus

dis & vaſis, comprehenditur ſub præcepto hoc *non pernoctabit &c.*

לא תבעו אינו עובר עליו *Si mercedem non petierit, non tranſgreditur illud*, nimirum præceptum illud *non pernoctabit tecum* &c. Si id fecerit de induſtria, ſine conſenſu mercenarii. והמחהו *Si remiſerit illum*, ſi mercedem ejus diſtulerit, & tranſtulerit illam ad tabernarium, dixeritque, dato huic operario fructus pro denario, ego tibi ſolvam; aut ſi numulario dixerit, dato ei denarium, non tranſgreditur præceptum *non pernoctabit tecum* &c. ſed non ita, ſi rem non detulerit ad tabernarium. *Mercenarius tempore ſuo jurabit, & recipiet*, nam paterfamilias aliquando variis negotiis diſtrahitur, ut putet ſe ſolviſſe illi; cum tamen non ſolverit, idcirco removerunt juſjurandum a patrefamilias, & impoſuerunt illud operario. *Si tranſierit tempus illius*, etſi paterfamilias negotiis ſuis diſtractus ſit quando advenerit tempus obligationis ſuæ, in ſe rem ſuſcipit, ideo non eſt ſuſpectus paterfamilias quod tranſgreditur præceptum *non pernoctabit tecum opus mercenarii uſque ad mane.* גר תושב *proſelytus inquilinus* eſt is qui in ſe recepit non amplius ſervire idololatriæ, attamen cadavera comedit. *Non habet locum in illis præceptum, non dormiet tecum* &c. quia in principio verſus ſcriptum eſt רעך *proximus* ſive *amicus tuus*, is ergo, non autem proſelytus inquilinus.

dignus eſt, dicendo, ego ſolvam tibi mercedem tuam; & jurabit juſjurandum Sapientum quod ei ſolvit mercedem ſuam, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo tractatus Schevuoth. והמחהו *Si remiſerit illum*; ſenſus eſt, ſi tabernarium conſtituerit in locum ſuum ut ſolvat.

§. 13. *Negotio de mercenario ſolvendo confecto, auctor Miſnicus tranſit ad aliquot de pignoribus caſus, cujuſmodi ſunt quod domum proximi intrare non licet poſtulatum pignus; quod inſtrumenta pauperi inprimis neceſſaria ſtatim reſtituet; ſi ei ſint alia præter ea. Quod a vidua tam divite quam paupere non licet pignus ſumere. Explicantur loca Deut. 24. 11. & Deut. 24 17.*

יג המלוה את חבירו לא ימשכנו א׳א בבית דין ולא יכנס לביתו ליטול משכונו שנאמר בחוץ תעמוד היו לו שני כלים נוטל אחד ומניח אחד ומחזיר את הכר בלילה ואת המחרישה ביום ואם מת אינו מחזיר ליורשיו רבי שמעון בן גמליאל אומר אף לעצמו אינו מחזיר א׳א עד שלשים יום ומשלשים יום ולהלן מוכרן בבית דין אלמנה בין שהיא ענייה בין שהיא עשירה אין ממשכנין אותה שנאמר ולא תחבול בגד א׳מנה החובל את הריחים עובר בלא (כ״א) תעשה וחייב משום שני כלים שנאמר לא יחבול ריחים ורכב ולא ריחים ורכב בלבד אמרו א׳א כל דבר שעושין בו אוכל נפש שנאמר כי נפש הוא חובל :

13. Si quis proximo ſuo mutuo dederit, ne exigat ab illo pignus niſi mediante ſynedrio; neque domum ejus intrabit ad ſumendum pignus, uti ſcriptum eſt Deut. 24. 11. *Foris ſtabis* &c. Si ei duo ſint vaſa, ſumet unum, atque unum relinquet, & reſtituet culcitram nocte, & aratrum die; ſi vero mortuus fuerit, non reddet hæredibus ejus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, neque eidem reddet niſi poſt triginta dies, & poſt triginta dies & deinceps vendet illa mediante Synedrio. A vidua non exigunt pignus, ſive pauper ſive dives ſit, uti dicitur Deut. 24. 17. *Veſtimentum viduæ in pignus ne accipias.* Si quis in pignus acceperit molas, tranſgreſſus eſt præceptum negativum, & duobus vaſis tenetur, uti ſcriptum eſt Deut. 14. 6. *Non oppignorabis molam inferiorem, neque ſuperiorem*, & non tantum molam inferiorem, & molam ſuperiorem dixerunt, non oppignorabis, ſed & quamvis rem quacum faciunt cibum animarum, uti ſcriptum eſt, *Nam animam oppignorat.*

R. OB. DE BARTENORA.

המלוה את חבירו *Si quis mutuo dederit proximo ſuo*, & tempus ſolutionis advenerit, attamen non ſolverit. לא ימשכנו *non oppignorabit illum*, non exigat pignus ab illo invito, etſi in foro ſit, niſi ope legati Synedrii, quia pignus ex mandato Synedrii ſumere poteſt, ולא יכנס לביתו *& non intrabit domum ejus*, ne quidem legatus Synedrii intrabit domum illius, quanto minus ipſe creditor.

היה לו שני כלים *Si ei duo ſint vaſa*, & debitum tantum valuerit quantum duo vaſa, & creditor ambo oppignoraverit, unum auferet & alterum relinquet, & quando uno indiguerit, reddet illud, & alterum remanebit, uti auctor explicat, quod culcitra nocte, & aratrum die reſtitui debet. מת *Si mortuus fuerit*, debitor, non reddetur pignus hæredibus ſuis, quia hic non locum habet præceptum de pignore reddendo, quia ſcriptum eſt Deut. 24. 13. השב תשב לו ergo *ei* ſive pauperi, non hæredibus ſuis. *Uſque ad triginta dies*, qui ſunt dies a Synedrio conceſſi ad ſolvendum & reſtituendum; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. *Sive pauper, ſive dives ſit*, nam eſt qui dicit, quod non oppignorant pauperem; nam, cum pignus neceſſario reddi debet, fieri poteſt ut vidua intret domum creditoris, & exeat cum illo, & apud vicinos malam famam excitet. Sed de vidua divite hoc dici nequit, ideo ſtatuiſſemus quod eam oppignorare poſſunt, ideo nos docet doctor primus, id quod ſcriptum Deut. 24. 17. לא תחבול בגד אלמנה tam de divite quam de paupere intelligendum eſſe. *Propter duo vaſa*, nimirum ריחים *&* רכב *inferiorem & ſuperiorem molæ partem.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Deut. 24. 12. ואם איש עני הוא לא תשכב בעבטו vult dicere, non ibit homo cubitum tenendo ſecum pignus pauperis; ſed reddet ei id ſine quo ſubſiſtere nequit, & pro quo non habet quod commutare poteſt, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 26. כי היא כסותו לבדה Deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis. Prohibitum quoque eſt pignus exigere a vidua propter malam ſuſpicionem, quod commoratur aliquamdiu cum illa, ut in peccatum incidere poſſet; idcirco in hac cauſa æquales ſunt pauper & dives.

Cap. 10. §. 1. *Incipit auctor aliquot de domiciliis caſus enarrare, quorum primus in hac Miſna occurrit de domicilio quodam quod deciderit, cujus inferius habitaculum ad unum, ſuperius vero ad alterum pertinet; hoc in caſu ambo inter ſe domus materiam dividunt, ſi neſciant quinam lapides ad inferiorem, & quinam ad ſuperiorem pertineant partem.*

פרק י הבית והעליה של שנים שנפלו שניהם חולקים בעצים ובאבנים ובעפר ורואים אלו האבנים הראויות להשתבר אם היה אחד מהן מכיר מקצת אבניו נוטלן ועולות לו מן החשבון :

Cap. 10. Domus & tabulatum duorum ſi ceciderint, ambo dividunt ligna, lapides, & pulverem; & inquirunt quoque quinam lapides diſpoſiti eſſent, ut frangi poſſent. Si unus eorum cognoſcere poterit partem lapidum ſuorum, accipiat eos, & cedent ei in rationes.

R. OB. DE BARTENORA.

הבית והעליה של שנים *Domus ac tabulatum duorum hominum*; ſi domus ad unum & tabulatum ad alterum pertineat. *Ambo dividunt*, quia non conſtat quinam lapides ſunt partis ſuperioris ſive tabulati; & quinam ſunt partis inferioris.

ורואים אלו אבנים הראויות להשבר *Et inquirunt quoque quinam lapides diſpoſiti eſſent, ut frangi poſſint*, nam ſi domus inde a fundamentis conciderit, intelligi poteſt quod inferiores lapides fracti ſunt. Si vero ex alto pariete deinceps multi ceciderint lapides, ſuperioris partis lapides fracti eſſe cenſentur; & inferiores ſunt integri, qui ceciderunt e loco inferiori. Principium Miſhæ dixit, *ambo dividunt*, quod intelligendum eſt quando nocte ceciderit paries, & lapides ſtatim remoti fuerint, quum ſciri non poſſit an ceciderint cum fractione fundamenti, & inferiores fracti fuerint, an vero de alto ceciderint pariete extra locum ſuum, & ſuperiores fracti fuerint. *Si unus ex illis cognoverit partem lapidum ſuorum*, & integri fuerint lapides, tum ſumat eos; & hoc intelligendum eſt quando alter confeſſus fuerit partem eorum; & de altera parte dixerit, ſe neſcire, nam cum confeſſus ſit partem, obligatus eſt ad juſjurandum Legis, & non jurabit; quicunque vero fuerit ad juſjurandum obligatus, & jurare non potuerit, ſolvet ſi dixerit de illis omnibus, neſcio, jurabit quod neſcit, & dividet cum ſocio ſuo æquabiliter.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando caſus demonſtratio adferri poteſt, & dignoſci id quod ad patremfamilias attinet, & quod ad poſſeſſorem tabulati attinet, tum ſequimur demonſtrationem illam. Si vero de illa non conſtiterit, dividunt. נוטלין ועולות לו מן החשבון *auferant eos, & cedent ei in rationes*, hoc intelligendum eſt quando poſſeſſor eorum indicaverit in parte quadam ratiocinii, eique in alia dixerit parte, neſcio, juxta fundamentum quod tibi in hoc tractatu expoſuimus, quod quiſquis obligatus ſit ad juſjurandum, at jurare non potuerit, ſolvat.

§. 2. *Secundus hic eſt, ſi quis alicui locaverit tabulatum, idque confractum fuerit per quatuor palmos in quadrum, domus proprietarius id reficere tenetur; ſin minus, conductor tabulati deſcendere poteſt, & tam diu infra habitare donec proprietarius fracturam refecerit. Exponitur vox* מעזיבה.

ב הבית והעליה של שנים נפחתה העליה ואין בעל הבית רוצה לתקן הרי בעל העליה יורד ודר למטה עד שיתקן לו את העליה רבי יוסי אומר התחתון נותן את התקרה והעליון את המעזיבה :

2. Domus & tabulatum duorum, & ſi tabulatum confractum fuerit, & domus poſſeſſor id noluerit corrigere, tabulati dominus deſcendet, & infra commorabitur donec id correxerit. R. Joſe dicit, poſſeſſor inferior dabit tectum, & inferior ſolum.

R. OB. DE BARTENORA.

הבית והעליה של שנים *Domus & tabulatum duorum*, ſi quis proximo ſuo locaverit tabulatum domus ſuæ, dixeritque hoc tabulatum ſupra domum meam tibi loco. נפחתה העליה *Si fractum fuerit tabulatum*, per quatuor palmos in quadrum, tum, ſi voluerit hoc tabulato uti, requiritur ut dimidio ſuperiori utatur, atque dimidio inferiori, & ſi poſſeſſor domus noluerit reparare tabulatum, poſſeſſor tabulati deſcendet & omnino inferius habitabit, quia domus ſubjecta eſt tabulato, at non imponimus ei qui in tabulato habitat, ut partim in tabulato, partim in domo habitet inferius. מעזיבה notat pavimentum luteum in tabulato conſtructum. R. Joſe vero putat quod ſit pavimentum ad complanandas foveas, ſed complanatio fovearum attinet ad eum qui ſuperius habitat Sapientes vero ſentiunt quod pavimentum inſervit corroborationi tecti, at corroboratio tecti neceſſario fieri debet per eum qui inferius habitat, deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc loquitur de eo qui locavit tabulatum, & conductori dixerit, tabulatum ſupra domum tibi conduco; idcirco conductor deſcendet & commorabitur cum eo in domo. Cæterum ſi dixerit tabulatum, & nullam domus mentionem fecerit, non tenetur corrigere. Si vero dixerit ſimpliciter, tenetur elocare ei tabulatum, eo modo quo diximus de conductione quadrupedum. Verum controverſia R. Joſis & Sapientum eſt de מעזיבה, quod lutum & pulverem notat quibus tectum conſtruere ſolent. R. Joſe dicit, quod מעזיבה inſervit complanandis foveis, idcirco tabulati dabit מעזיבה. Sapientes dicunt, quod מעזיבה fit ad corroborationem tecti, & propterea poſſeſſorem domus debere eam præſtare; ſi vero poſſeſſor tabulati ædificare voluerit; ædificet domum, & habitet in ea donec ſolverit omnes ſumptus.

§. 3. *Tertius caſus de domo quæ ceciderit, cujus inferior & ſuperior pars ſuum habet proprietarium & incolam, quorum ope domus iſta denuo ædificari debeat. Si vero ſuperioris partis proprietarius renuerit ædificationem mutuam, inferioris partis proprietarius totam domum ædificare debet ſuis impenſis, & tamdiu eam inhabitare donec impenſarum ſuarum factus fuerit compenſationem.*

ג׳ הבית והעליה של שנים שנפלו אמר בעל העליה לבעל הבית לבנות והוא אינו רוצה לבנות הרי בעל העליה בונה את הבית ודר בתוכה עד שיתן לו את יציאותיו רבי יהודה אומר אף זה דר בתוך של חבירו צריך להעלות לו שכר

אלא

3. Domus & tabulatum duorum ſi ceciderit, & poſſeſſor domus dixerit poſſeſſori tabulati ut ædificet, at ille ædificare noluerit, poſſeſſor tabulati ædificabit domum, & habitabit in ea donec illi ſolverit ſuos ſumptus. R. Jehuda dicit, etiam hic habitat in loco proximi, & neceſſe eſt ut ſolvat ei mercedem; ſed tabula-

ti

אלא בעל העליה (בונה את הבית ואת העליה) ומקרה את העליה וישב בבית עד שיתן לו את יציאותיו :

ti poſſeſſor ædificabit tabulatum, & in domo habitabit donec ei ſumptus ſuos ſolverit.

R. OB. DE BARTENORA.

הבית והעליה של שנים *Domus & tabulatum duorum*, domus ad unum pertinet, & tabulatum ad alium. *Si poſſeſſor tabulati dixerit poſſeſſori domus ut ædificet*, nimirum parietes & tectum inferius quæ ille ædificare debet. *Domum ædificabit*, & tectum inferius ſuper quod contexit, & habitabit in domo uſque dum ei ſolverit omnes impenſas poſſeſſor inferioris domus, & deinde exibit ex illa, atque tabulatum ſuum ædificabit. *R. Jehuda dicit, etiam hic habitat in domo proximi ſui*, ſi ita ſe res habet, fiet ut poſſeſſor tabulati, quando alter ei reddiderit ſumptus ſuos, habitet totum hocce tempus in loco proximi ſui, quamvis alter nihil perdiderit; nam ſine hoc non ædificaſſet; nihilominus uſus eſt loco inferiori, nam ſi domus hæc non fuiſſet, non habuiſſet locum ubi habitaſſet; & putat, quod ſi unus non perdiderit quicquam, & alter nullam ceperit utilitatem, ſolvere debet; *ſed omnino ædificat*, reparet tabulatum, & contegat tectum ſuperius, & quicquid neceſſarium fuerit, tum habitabit in domo inferiori, quomodo fit ut hic non capiat utilitatem, quia tabulatum ſuum habet paratum ad habitandum in illo, & alter nihil perdidit, quia non ædificaſſet, neque aptum fuiſſet ei in habitaculum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit שניכם *duorum*, vult, domicilium pertinere ad unum, & tabulatum ad alterum, & unum conduxiſſe ab altero; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 4. *Quartus agit de torculari in petra extructo, ſupra quod hortus, hujus ſi confractum fuerit tabulatum ut in eo non amplius quicquam conſeri poſſit, horti proprietarius deſcendere poteſt, atque inferius ſerere, donec fornix torcularis refectus ſit ab illius proprietario. Porro agitur de arbore quæ ſponte corruerit in locum publicum. Exponitur verbum* נפחת *&* כיפין :

ד וכן בית הבד שהוא בנוי בסלע וגינה אחת על גביו ונפחת הרי בעל הגינה יורד וזורע למטה עד שיעשה לבית בדו כיפין הכותל והאילן שנפלו לרשות הרבים והזיקו פטור· מלשלם נתנו לו זמן לקוץ את האילן ולסתור את הכותל ונפלו בתוך הזמן פטור לאחר הזמן חייב :

4. Sic etiam ſi domus torcularis ædificata fuerit in petra, & hortus unus ſtructus fuerit ſupra eam, & ruptum fuerit tabulatum, deſcendet horti poſſeſſor & ſeminabit inferius; donec fornicem in torcularis ſui domo fecerit. Si paries & arbor ceciderint in loco publico, & nocuerint, a ſolutione liber eſt poſſeſſor. Si ei tempus arborum amputandi conceſſerint, & parietem deſtruendi, & ceciderint, intra tempus liber eſt, ſed poſt tempus tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

בית הבד *Domus torcularis*, eſt domus ſive locus in quo olivæ exprimuntur. *Si unus hortus fuerit ſuper eam*, & torcular pertineat ad unum, hortus vero ad alterum. ונפחת *Et rupta fuerit domus*, per quatuor palmos in quadrum, & non aptus fuerit ut conſeratur, ut erat in principio. כיפין notat tectum rotunde factum in modum arcus, cui poſſeſſor horti imponit pulverem, & conſerit. *Liber eſt a ſolutione* quia corrigere non poterat ad quod vi cogebatur. *Si ei conceſſerint tempus*, ſi ipſi Synedrium tempus conceſſerit, nimirum triginta dies quibus deſtruere & ſuccidere poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quocunque in loco dicatur נפחת, ſenſus eſt, quod horto illo nequit uti eo modo quo uſus eſt in principio, propter rupturam illam, niſi cum moleſtia; & quotieſcunque dicitur נותנין *dant*, intelligitur tempus triginta dierum, quod eſt tempus quo annuente Synedrio ſuum opus exequi poteſt.

§. 5. *Si alicujus paries in proximi ſui hortum inciderit, iſtius lapides proximo obtrudere nequit, licet in fundum illius ceciderint, ſed ipſi eos illinc removere debet. Porro movetur quæſtio an paterfamilias mercenario ſuo in ſtraminibus ſimilibusque rebus occupanti, ſolvere poſſit mercedem, cum pretium argenti ſit ut ipſum argentum? quod tamen negatur, quia mercenario ſolvendum ea ipſa re ſuper qua cum patrefamilias convenerit.*

ה מי שהיה כותלו סמוך לגינת חבירו ונפל ואמר לו הגיעך אין שומעין לו משקבל עליו אמר לו הילך את יציאותיך ואני אטול את שלי אין שומעין לו השוכר את הפועל לעשות עמו בתבן ובקש ואמר לו תן לי שכרי וא"ל טול מה (נ"א ממה) שעשית בשכרך אין שומעין לו משקבל עליו ואמר לו הילך שכרך ואני אטול את שלי אין שומעין לו המוציא זבל לרשות הרבים המוציא מוציא והמזבל מזבל אין שורין טיט ברשות הרבים ואין לובנין לבנים אבל גובלים טיט ברשות הרבים אבל לא

5. Si alicujus paries horto proximi junctus fuerit, & ceciderit, eique dixerit, te attinet, non audiunt eum. Si poſtquam receperit in ſe, dixerit ei, ſumito impenſas tuas, & ſumam meum, non audiunt illum. Si quis conduxerit operarium ad operandum cum illo in ſtramine, & palea, dixeritque is, da mihi mercedem meam; & dominus reſponderit, ſume id quod feciſti in mercedem tuam, non audiunt eum. Si poſtquam receperit in ſe, dixerit, ſume mercedem tuam, & ego ſumam quod meum eſt, non audiunt illum. Si quis ſtercus ſuum eduxerit in locum publicum, is qui eduxerit, eduxerit, & is qui ſtercoraverit, ſtercoraverit. Non ſubigunt lutum in loco publico, neque lateres faciunt. Sed ſubigunt lutum in loco publico, ſed non lateres. Si quis ædi-

לא לבנים הבונה בו"ה המביא אבנים מביא הבונה בונה ואם הזיק משלם מה שהזיק רבן שמעון בן גמליאל אומר אף מתקן הוא את מלאכתו לפני שלשים יום :

ficaverit in loco publico, & adduxerit quis lapides, adduxerit, & ſi quis ædificaverit, ædificaverit, & ſi quis damnum intulerit; ſolvat damnum quod intulit. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam corriget opus ſuum ante triginta dies.

R. OB. DE BARTENORA.

תפל *Et ceciderit*, in hortum proximi ſui. הרעך *Pertinet ad te*, id eſt, acquire lapides, & remove eos pro te. אין שומעין לו *non auſcultant ipſum*, ſi hic noluerit, non acquirit eos, & alter tenetur eos removere. בתבן ובקש *In ſtramine & palea*, ad colligendum de ſuo, aut de communi. *Non audiunt ipſum*, etiamſi nobis ubicunque ſit fundamentum quod argenti pretium ſit inſtar argenti, non tamen ita ſe res habet cum operario, quia ſcriptum eſt Levit. 19. 13. *Opus operarii non pernoctabit tecum* &c. quod intelligendum eſt de ea re quacum cum ipſo conditionem iniviſtis. *Is qui eduxerit, eduxerit, & is qui ſtercoraverit &c.*, quando hoc fit, educet fimum in locum publicum, & tum paratus erit is qui fimum ad ſtercorandum recipit, & non licebit ei detinere illud. *Subigunt lutum*, ut ſtatim eo ædificium conſtruant. *Is qui ædificaverit, ædificaverit*, recipiet lapides a manu illius qui eos adduxit, & ædificabit. מתקן *corriget*, corriget in loco publico omnes triginta dies, & non obligatur ad compenſandum; deciſio non eſt ſecundum Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Schimeon filius Gamalielis putat quod ei concedunt tempus, & ſi damnum intulerit interea temporis, liber eſt; & ſi damnum intulerit poſt illud tempus, tenetur; ſed ita non eſt deciſio, verum omne damnum quod ab ipſo venerit, ſolvere tenetur ſemper.

§. 6. *Quæritur de olere quod inter duos hortos crevit, utrum id pertineat ad horti proprietarium inferioris, an vero ad ſuperioris horti proprietarium, quandoquidem id e terra ſuperioris horti ſuccum ſuum attrahit, aërem vero inferioris haurit, in quem ſe inclinat.*

ו שתי גנות זו על גב זו והירק בנתים רבי מאיר אומר של עליון רבי יהודה אומר של תחתון אמר רבי מאיר אם ירצה העליון ליקח את עפרו אין כאן ירק אמר רבי יהודה אם ירצה התחתון למלאת את גנתו אין כאן ירק אמר רבי מאיר מאחר ששניהן יכולין למחות זה על זה רואין מהיכן ירק זה חי אמר רבי שמעון כל שהעליון יכול לפשוט את ידו וליטול הרי הוא שלו והשאר של תחתון :

6. Si duo horti conſtructi fuerint, unus in altero, & olus in medio. R. Meyr dicit, ſuperioris eſt. R. Jehuda dicit, inferioris eſt. Dixit R. Meyr. Si ſuperioris (poſſeſſor) terram ejus ſumere vellet, non eſſet hic olus. Dixit R. Jehuda. Si (poſſeſſor) inferioris implere vellet hortum ſuum terra, non eſſet hic olus. Dixit R. Meyr, quandoquidem unus impedire poteſt alterum, conſiderant unde hoc olus vivit. Dixit R. Schimeon, ad quicquid ſuperioris horti poſſeſſor) poteſt extendere manum ſuam, & ſumere, id ad ipſum pertinet; & quod reſtat, ad inferioris pertinet.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי גנות *Duo horti*, duorum hominum vicinorum, quorum unius horti ſolum eſt altum, alterius vero ſolum depreſſum. והירק בנתים *Et olus in medio*, in loco edito, ut unius poſſeſſoris hortus ſit altior alterius horto. של עליון *ſuperioris eſt*, ad ſuperioris horti poſſeſſorem pertinet, quia olus e terra ejus humores extrahit. של תחתון *inferioris eſt*, ad poſſeſſorem inferioris horti pertinet, quia ſuper aërem ejus inclinat. מאחר ששניהם יכולין למחות *Quoniam ambo impedire poſſunt*, quia hic non eſt hoc olus, poſſeſſor horti ſuperioris ſumit terram ſuam, & inferioris quoque ſuam ad implendum hortum ſuum. *Conſiderant unde olus vivit*, ex quo loco ſuccum attrahit & creſcit; at illius loci poſſeſſori datur. *Quouſque ſuperioris horti poſſeſſor poterit extendere manum, & accipere, ad ſe pertinet*, uti dixit R. Meyr, quoniam vivit e terra illius. *Id quod reliquum eſt, ad inferioris horti poſſeſſorem pertinet*, quia ſuperioris poſſeſſor id fecit commune pro poſſeſſore inferiori, quia ei ignominiæ eſt veniam petere ut proximi ſui hortum intret, & accipiat; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שיכול לפשוט את ידו *Quicquid manu ſua extendere poterit*, eo nimirum modo ne ſe periculo exponat; & non eo uſque, ut parum abſit quin caderet; ſed euſque tantummodo, ut ſit extra periculum; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

Finis Tractatus Codicis Secundi de Damnis.

Cap. 1. §. 1. In hac Miſna quæritur quomodo nonnulli ſocii atrium quoddam dividant ope alicujus interſtitii, ſi id ſit atrium cui non eſt peculiaris Lex de diviſione præſcripta, ut, ſi quiſque ſocius non habeat ſpatium quinque cubitorum, ſed quando id ex conſideratione, & conſenſu ſociorum vicinorumve dividendum ſit, nemine refragante, ut tum ſcil. quiſque dimidiam partem de fundo ſuo concedat pro interſtitio. Exponuntur voces Hebraicæ; גויל, גוית, & כפיסן :

פרק א השותפין שרצו לעשות מחיצה בחצר בונין את הכותל באמצע מקום שנהגו לבנות גויל גזית כפיסין לבינים בונים הכל כמנהג המדינה בגויל זה נותן שלשה טפחים וזה נותן שלשה טפחים בגזית זה נותן טפחים ומחצה וזה נותן טפחים ומחצה בכפיסין זה נותן טפחים וזה נותן טפחים בלבנים זה נותן טפח ומחצה וזה נותן טפח ומחצה לפיכך אם נפל הכותל המקום והאבנים של שניהם :

Cap. 1. Si qui ſocii voluerint facere interſtitium in atrio, parietem extruere debent in medio. Ubi ſolent exſtruere lapidem impolitum, & politum, laterem medium, vel lateres, exſtruunt omnia juxta morem provinciæ. Si lapidem impolitum; unus dabit tres terræ palmos, & alter tres palmos; ſi lapidem politum, unus dabit duos palmos & dimidium, & alter duos palmos & dimidium, ſi medios lateres, unus dabit duos palmos, & alter duos palmos; ſi lateres, unus dabit palmum & dimidium, & alter dabit palmum & dimidium; idcirco, ſi ceciderit paries, locus & lapides ad utrumque pertinent.

R. OB. DE BARTENORA.

השותפין שרצו לעשות מחיצה בחצר *Si qui ſocii velint interſtitium aliquod facere in atrio*, loquitur de pariete cui non eſt jus diviſionis, quia non habet menſuram quatuor cubitorum pro unoquoque ſocio, ideo dicit auctor, *ſi velint*, quod intelligendum eſt quando ambo voluerint, ſed unus alterum conſtringere non poteſt; at ſi in atrio obtineat jus diviſionis, unus alterum ad diviſionem conſtringere poteſt. Jam vero nos docet auctor, quod, quoniam dividere voluerunt, & quiſque illam partem quæ ipſum attigit, in poſſeſſionem cepit, ſicuti inter ſe convenerunt, ædificant in medio parietem, ut unus det dimidium latitudinis parietis de ſua loci parte, eodemque modo alter. גויל notat lapides rudes atque impolitos. גזית notat lapides ſerra politos. כפיסן notat אריח ſive dimidium lateris, quod eſt menſura palmi cum dimidio; later vero trium eſt palmorum.

הכל כמנהג המדינה *Omnia juxta morem provinciæ*, quo nos vult docere quod iis in locis ubi interſtitium facere ſolent ope ramorum vitis, aliorumque arborum, faciunt juxta morem provinciæ; at ea conditione ut interſtitium illud adeo denſe ſit ut neuter per illud perſpicere poſſit, quia damnum quod viſu fit, vocatur damnum; altitudo parietis atque interſtitii non debet eſſe infra quatuor cubitos. וזה נותן שלשה טפחים *Hic dabit tres palmos*, quia paries lapidum impolitorum requirit palmum magis quam paries lapidum politorum, propter lapidum acumina exterius prominentia, quæ non ſunt lævigata.

בכפיסים וזה נותן טפחיים *In mediis lateribus ille dabit duos palmos*, quia parietis craſſities mediorum laterum craſſitiem laterum integrorum exſuperat unum palmum, quia medius later ponitur ab hac parte, & alter medius later ab illa parte, qui ſunt tres palmi, & unus palmus in medio, ubi conjunctionis gratia lutum ponitur. Cæterum parietis, qui ex integris fit lateribus, integer later ponitur in craſſitie illius, eſtque trium palmorum menſura, & in medio non requiritur lutum. *Locus & lapides ad utrumque pertinent*, hoc nos docet, quod, ſi lapides ceciderint in poteſtate unius eorum, vel anteverterit unus eorum, eoſque ad poteſtatis ſuæ locum detulerit, intelligere poſſemus quaſi alter eſſet is qui probationem adferre debet quando educit aliquid e poteſtate proximi; ideo hæc nos monuit auctor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Atrium de quo hic ſermo, eſt ejuſmodi atrium in quo non obtinet jus diviſionis, propterea non dividunt niſi amborum conſenſu. Verum ſi in eo obtineat jus diviſionis, & unus eorum dividere velit, alterum ad hoc obligare poſſunt; & quandoquidem dividere volunt, & quiſque eorum tali latere contentus ſit, nimirum, ſi pede ſuo poſſeſſionem ceperit in fundo, ſimilive modo, neuter eorum retractare poteſt, ſed eum conſtringere poſſunt ad ædificandum juxta provinciæ morem. Præterea requiritur ut parietis altitudo quatuor ſit cubitorum, ne unus videat alterum, quia viſio damnum eſt; requiritur etiam ut paries ſit integer, ſine foraminibus, ne unus alteri per viſum inferat damnum. גויל notat lapidem rudem & non politum. גזית eſt lapis politus & lævigatus. כפיסין ſunt medii lateres. לבנים ſunt lateres integri. Ratio autem quare requiritur ut parietes qui e mediis lateribus ædificandi ſint, debeant eſſe latiores palmum quam paries ædificatus e lateribus integris, eſt, quia omnino neceſſarium eſt ut relinquatur ſpatium inter medios lateres, ut in eo ponatur lutum, atque hæc eſt quantitas cum calce qua parietem illinunt; omnia juxta morem provinciæ. Si vero hic provinciæ mos ſit ut dividant ope cannarum ac ſpinarum, eum ad id conſtringere poſſunt, dummodo illud interſtitium ſit denſum & clauſum, ne alter alterum videat.

המקום והאבנים של שניהם *Locus & lapides ad utrumque pertinent*, etſi ſint in poteſtate unius eorum; & non dicimus hoc in caſu, eum qui aliquid e poteſtate vult educere, debere prius demonſtrationem juris adferre, quandoquidem res ſunt in poteſtate amborum.

§. 2. Pergit auctor de caſu interſtitii alicujus conſtruendi reſpectu diviſionis hortorum, ſi nempe quis ſimpliciter hortum vendiderit, & non dixerit emtori eum cum alio quodam horto conjungi: tum uti in ſuperioribus diviſio quædam facienda eſt ope maceriei. Contra ſe res habet in valle alicui vendita, ubi quodvis ſignum exterius erectum ſufficit.

ב וכן בגנה מקום שנהגו לגדור מחייבין אותו אבל בבקעה מקום שנהגו שלא לגדור אין מחייבין אותו

2. Sic etiam in horto, eo in loco ubi ſolent maceriem circumducere, ipſum obligare poſſunt. Sed in valle, eo in loco ubi non ſolent facere maceriem, non obligare eum poſſunt, ve-

אלא אם רצה כונס לתוך שלו ובונה ועושה חזית מבחוץ לפיכך אם נפל הכותל המקום והאבנים שלו אם עשו מדעת שניהן בונין את הכותל באמצע ועושין חזית מכאן ומכאן לפיכך אם נפל הכותל המקום והאבנים של שניהם :

rum, ſi voluerit, colligere poteſt intra ſuum, & ædificare, & exterius ſignum aliquod facere, idcirco, ſi ceciderit paries, locus & lapides ad ipſum pertinent. Si ambo convenerint inter ſe, parietem in medio ædificant, & ſignum faciunt ab utraque parte; ideo, ſi paries ceciderit, locus ac lapides ad utrumque pertinent.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן בגנה *Et ſic etiam in horto*, ita vult dicere, ſic etiam ſe res habet cum horto ſimplici, ut is ſit inſtar loci ubi ſolent maceriem ſtruere, & obligant eum qui emerit ibi locum aliquem, ut maceriem faciat; ſed cum valle ſimplici ſe res habet inſtar loci quo non ſolent ſtruere maceriem, non obligant eum, at ſi voluerit alter maceriem facere, colligere poteſt intra locum qui ad ſe pertinet, & ſignum ei aliquod imprimat, ut ſcire poſſit quod paries ſit ipſius. Signum vero hoc a Gemara exponitur eſſe quatenus parietis ſummitas illinitur calce in menſura cubiti, & hoc a parte illa quæ proximum ſpectat, at non illinit partem illius, ne aliam quoque partem illinat quæ ad ſeipſum ſpectat, dicatque quod paries ſit amborum. Sed quando calce illeverit partem proximi ſui, & non illeverit ſuam, ſignum inde eſt quod paries ſit ipſius; & ſi alter parietem abraſerit, abraſio illa dignoſci poteſt. *Signum faciunt ab utraque parte*, ut indicio ſit quod ambo parietem fecerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ſapplenda eſt, ac talis eſt explicatio ejus, ſi quis vendiderit ſimpliciter hortum, & non dixerit quod ille conjungatur cum alio horto, obligant emtorem ut diviſio fiat ope maceriei, etiam in loco ubi non ſolent facere maceriem. Verum ſi quis veſtem ſimpliciter vendiderit, emtorem non obligant ut maceriem faciat, non obligant eum ne quidem in loco ubi ſolent facere maceriem, quia vallis ſimpliciter ſe habet ut locus in quo non ſolent facere maceriem. חזית idem eſt quod מחזה *Viſus*, ſive res quæ conſpicitur eum in finem ut inde conſtet ad quem pertinet paries, qui ſuperius calce obductus eſt in menſura cubiti a parte proximi. Ratio autem quare hoc לחוץ *exterius* fieri debet, nimirum a parte proximi, eſt, ne alter dicat quod paries ad ambos pertinet, ſi nullatenus calce obductus ſit. Si vero calce obduxerit illam partem quæ ſeipſum reſpicit, nimirum interiorem, alter ab altera parte calce obducere poteſt, & dicere quod ad ambos pertinet. Si vero dixeris, quod alter hanc calcem abradet, quoniam illa eſt a parte ſua, & dicet quod illius parietis pars aliqua ad ſeipſum pertinent; hoc non procedet, quia locus abraſus ſatis cognoſcitur; reliquum Miſnæ argumentum intelligi poteſt ex iis quæ in antecedentibus expoſita ſunt.

§. 3. *Quæritur an is qui a tribus plagis maceriem circum agrum ſuum duxerit, qua eum a proximi ſui agro diſtinguat, propterea mulctari queat, cum ei exiguum inde commodum accedat, quia ager a quarta plaga apertus eſt; ſi vero hanc quoque clauſerit, ei ſolvendum eſt pro commodo ipſius.*

ג המקיף את חבירו משלש רוחותיו וגדר את הראשונה ואת השניה ואת השלישית אין מחייבין אותו רבי יוסי אומר אם עמד וגדר את הרביעית מגלגלין עליו את הכל :

3. Si quis proximum ſuum a tribus plagis circumdederit, & primam pariete clauſerit, ſic etiam ſecundam & tertiam, non condemnant eum. R. Joſe dicit, ſi porro etiam quartam pariete clauſerit, omnia in ipſum devolvunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מחייבין אותו *Non obligant eum*, quia nullum ei commodum accidit, cum ager ejus adhuc apertus ſit, at ſi quartam ſtruxerit maceriem, tum certo ei commodum advenit, & tum eum obligant ut dimidium pretii cannarum minoris ſolvat; ſed non dimidium impenſarum ſuarum, quia ſibi dicere poteſt, mihi cannarum paries ſufficit, & nolo impenſas maceriei lapidum.

מגלגלין עליו את הכל *Devolvunt in ipſum omnia*, dimidium impenſarum ſuarum juxta quantitatem maceriei; & hæc eſt differentia inter doctorem primum & R. Joſen; deciſio non eſt juxta R. Joſen. Neque requiritur ut dicamus, ſi is qui circumdatus eſt, fuerit is qui ſtruxerit parietem quartum, nam intentio ejus ſatis clara eſt, quod contentus eſt macerie illa quam fecit proximus ipſius, quia omnia ad eum devolvunt & dimidium impenſarum illius ſolvere debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יוסי אומר אם עמד וגדר את הרביעית מגלגלין עליו את הכל *R. Joſe dicit, ſi ſteterit & macerie clauſerit quartum latus, omnia in eum devolvunt*, hoc perinde intelligendum eſt, ſive hic qui fecit hanc maceriem quartam, ſit is qui tria latera macerie clauſit, ſive iſte vir qui circumdatus eſt a tribus lateribus, ſit is qui circumdedit latus quartum, quia latus quartum ædificatum eſt, & commodum illud perfectum, juxta ſententiam R. Joſis, omnia deferunt in illum. Cæterum caſus devolvendi hoc modo ſe habet, inquirunt quantum impendit in quatuor lateribus claudendis, & deinde dimidium ſolvit; & hoc ædificium eſt, ſi ad latus loci publici ſit. Quamdiu vero nondum ædificaverit latus quartum, nihil debet, quia ipſi nihil commodi accidit, quoniam ager ejus apertus eſt, ut erat antea; deciſio eſt juxta R. Joſen.

§. 4. *Caſus juris proponitur de pariete atrii ad ſocios pertinentis, qui cum juxta eum aliis ædificare tenentur uſque ad quatuor cubitorum altitudinem. Si vero nonnemo dixerit ſe partem ſuam donaſſe, liber eſt ab ædificatione, niſi contrarium probatum fuerit. Sed ultra quatuor cubitos nemo ædificare tenetur, quia hæc altitudo ſufficit ad proſpectum aliorum vicinorum impediendum.*

ד כותל חצר שנפל מחייבין אותו לבנותו עד ארבע אמות בחזקת שנתן עד שיביא ראיה שלא נתן

4. Si paries atrii ceciderit, obligant eum ad ædificandum illum uſque ad quatuor cubitos; & in ſuſpicione eſt quod dedit, niſi donec probaverit quod non dedit; ſed a quatuor cubitis & ultra non

נתן מארבע אמות ולמעלה אין מחייבין אותו כמך
לו כותל אחר אף על פי שלא נתן עליו את התקרה
מגלגלין עליו את הכל בחזקת שלא נתן עד שיביא
ראיה שנתן :

non obligant eum. Si alium adjunxerit parietem, etſi tectum ſupra illum non poſitum ſit, omnia ad ipſum deferunt, eſtque in præſumptione quod non dedit, niſi dum probaverit quod dedit.

R. OB. DE BARTENORA.

כותל חצר *Paries atrii*, quod ad aliquos ſocios pertinet. עד ארבע אמות *Uſque ad quatuor cubitos*, eo quod hoc ſpatium ſufficit ad evitandum viſus damnum. בחזקת שנתן *In ſuſpicione quod dedit*, ſi hic dimidium impenſarum petierit, & ille dixerit, jam dedi meam partem, fide dignus eſt, donec is qui petiit, adduxerit teſtes qui teſtati ſunt quod petiit, & non ſolvit ipſi; nam jus hoc omnibus manifeſtum eſt quod ipſum adjuvare debent; & hic non habuiſſet quo de ſuo ædificare poſſet, ſed ad Synedrium illud attuliſſet.

כמך לו כותל אחר *Si ei alium adjunxerit parietem*, poſtquam unus ædificaverit altius quam quatuor cubitos, & noluiſſet illum adjuvare altitudine ſua, ſi alter parietem alium ædificaſſet e regione hujus parietis, ad contegendum & illi tectum imponendum, etſi adhuc ei nondum impoſuiſſet tectum, tum ei dimidium altitudinis imponunt, quia oſtendit ſe contentum eſſe eo quod alter erexit.

בחזקת שלא נתן *In ſupicione quod non dedit*, ſi primus venerit & expoſtulaverit ab illo coram Synedrio, poſtquam ſuum parietem adjunxerit parieti primo, dixeritque, da mihi partem tuam in eo quod erexi, & alter dixerit, jam tibi dedi partem meam, non eſt fide dignus niſi cum teſtibus, quia hoc jus non eſt manifeſtum, nam quatenus eum Synedrium obligavit, eatenus demum obligatur ſolvere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si paries amborum hominum fuerit in ſocietate, unusquiſque eorum obligatus eſt ædificare, quando alteruter voluerit; ſi vero unus ædificaverit, & alter dixerit quod ei partem ſuam dedit, fide dignus eſt, donec alter probaverit quod nihil ipſi dedit. Ratio eſt, quod, cum ambo ædificare tenentur, & hoc cuilibet notum eſt, intelligi debet illum ſolviſſe partem ſuam. Sin autem unus augere voluerit partem ſuam ſupra quatuor cubitos in parietis altitudine, licet ei; ſed ſocium ſuum obligare nequit ut ſecum ædificet. Sed ſi poſtquam ſocius ejus ædificaverit alium parietem, atque ultra quatuor cubitos eum erexerit prope parietem quem erexit alius quiſpiam, ejuſmodi in caſu ipſum obligant ad ſolvendum dimidium illius quod impendit ſocius ejus in altitudine illa parietis alterius quem ædificavit, quia intentionem ſuam ſatis indicavit quod acquieſcit in eo quod ſocius ejus ſupra quatuor cubitos erexit; & quamvis adhuc nullam ex illo pariete ceperit utilitatem, quia tectum nondum appoſitum erat, ſed quia hæc erat intentio ejus, ſuam tenetur partem dare; & ſi dixerit quod jam dedit id quod ipſi impoſuerunt, non eſt fide dignus; quia ei dicere poſſumus, quomodo ſciebas quod ſolvere debebas ut ei ſolveres antequam in jus vocatus eſſes?

§. 5. *Si quiſquam ex atrii incolis renuerit mutuam portæ conſtructionem, ad eam cogi poteſt, inprimis ſi id atrium aliquo modo conjunctum ſit cum loco publico. Sic etiam neceſſarium eſt ut quæque civis contribuat ad portas muroſque urbis reficiendos, ſi ea confinis ſit hoſtium terræ, & jam civis duodecim menſium fuerit, vel domicilium in urbe emerit.*

ה כופין אותו לבנות בית שער ודלת לחצר
רבן שמעון בן גמליאל אומר לא כל החצירות ראויות
לבית שער כופין אותו לבנות לעיר חומה ודלתים
ובריח רבן שמעון בן גמליאל אומר לא כל העיירות
ראויות לחומה כמה יהא בעיר ויהא כאנשי העיר
שנים עשר חדש קנה בה בית דירה הרי הוא
כאנשי העיר מיד :

5. Cogunt eum ad ædificandum domum portæ, & januam pro atrio. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia atria non ſunt apta ad domum portæ. Cogunt eum ad ædificandum pro civitate murum, januas, & repagula. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, non omnes civitates aptæ ſunt pro muro; quamdiu erit in civitate ut ſit inſtar civium? Duodecim menſes. Si emerit in eo domum habitationis, ſtatim eſt inſtar civium.

R. OB. DE BARTENORA.

כופין אותו *Cogunt eum*, incolam atrii qui noluerit alios incolas atrii adjuvare, ad ædificandum pro atrio domum portæ, ut portæ cuſtos illic in umbra morari poſſet, & amovere homines a loco publico ne in atrium conſpicerent.

ודלת *Et januam*, pro introitu atrii.

לא כל החצרות ראויות לבית שער *Non omnia atria apta ſunt ad domum portæ*, atrium quod non junctum eſt cum loco publico, non opus habet domo portæ; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis; nam etiamſi atrium non conjunctum ſit cum loco publico, nihilominus interdum homines illic urgere ſolent, & tum intrare. *Omnes civitates non aptæ ſunt ad murum*, civitas quæ non circa inimicorum terminos ſita eſt, non opus habet muro; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis, nam, etſi non ſita ſit prope hoſtium terminos, opus habet muro, quia fieri poteſt ut exercitus eo veniant. *Erit inſtar incolarum civitatis*, ut cum civibus jugum ſubeat. *Duodecim menſes*, nam cum incolæ ſæpe locum mutant, idcirco triginta dies demum impenſas & tributa conferant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod civitates hoſtibus proximæ ſunt illæ quæ muro gaudent, portis, & repagulis; at civitates quæ hoſtibus non ſunt proximæ, non indigent his rebus. Sapientes dicunt, fieri poſſe ut eo tranſeat exercitus, & ſpoliet incolas. כופין אותו *Cogunt eum*, id eſt, unus incola iſtius civitatis ad hoc cogit alterum; deciſio eſt juxta Sapientes.

§. 6. *Quo de atriis, agris, hortis, tricliniis, arcibus, balneis, torcularibus atque id genus aliis rite dividendis exponitur. Sic in atrio dividendo ſaltem quatuor cubitorum ſpatium requiritur. In agro dividendo novem Caborum pro unoquoque ſocio. In horto, dimidii Cabi pro qualibet ſocio. In cæteris vero infra memoratis dividendis tantum requiritur ſpatii, ut ſi id in duo ſecetur, tamen utrumque dimidium poſſit retinere nomen totius. Scripturæ Sacræ in uno volumine contentæ non ſunt dividendæ.*

ו אין חולקין את החצר עד שיהא בה ארבע אמות לזה וארבע אמות לזה ולא את השדה עד שיהא בה תשעה קבין לזה ותשעה קבין לזה רבי יהודה אומר עד שיהא בה תשעה חצאי קבין לזה ותשעה חצאי קבין לזה ולא את הגינה עד שיהא בה חצי קב לזה וחצי קב לזה רבי עקיבא אומר בית רובע ולא את הטרקלין ולא את המורן ולא את השובך ולא את הטלית ולא את המרחץ ולא את בית הבד עד שיהא בהן כדי לזה וכדי לזה זה הכלל כל שיחלק ושמו עליו חולקין ואם לאו אין חולקין אימתי בזמן שאין שניהם רוצים אבל בזמן ששניהם רוצים אפילו בפחות מכאן יחלוקו וכתבי הקדש אף על פי ששניהם רוצים לא יחלוקו :

6. Non dividunt atrium niſi donec ſint quatuor cubiti pro hoc, & quatuor cubiti pro illo. Neque agrum, donec in eo ſint novem Cabi pro hoc, & novem Cabi pro illo. R. Jehuda dicit, donec in eo ſint novem medii Cabi pro hoc, & novem medii Cabi pro illo. Neque hortum, donec in eo fuerit dimidius Cabus pro hoc, & dimidius Cabus pro illo. R. Akiba dicit, locus quartarius. Neque triclinium, neque arcem, neque columbarium, neque palliolum, neque lavacrum, neque torcular, donec in iis ſit quantitas pro hoc atque illo. Hæc regula generalis eſt, quicquid dividitur, & cujus nomen in eo eſt, id dividant; ſin minus, non dividant. Quando hoc intelligendum eſt? Quando ambo noluerint, at ſi ambo voluerint, etiam in minori re quam in hac dividant. Sed Scripta Sacra, etſi ambo voluerint, non dividant.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חולקין את החצר *Non dividunt atrium*, unus ſocius nequit obligare alterum ad dividendum atrium, niſi dum quatuor fuerint cubiti pro quolibet ſocio, portis exceptis, nam quælibet atrii domus opus habet quatuor cubitis pro beſtiis onere levandis, & præter hos quatuor cubitos requiritur ut in atrio ſint quatuor cubiti pro quolibet ſocio ad alia miniſteria, & tum in atrio comprehenderetur jus diviſionis.

רבי יהודה עד שיהא בה תשעה חצאי קבין *R. Jehuda dicit, donec in eo fuerint novem medii Cabi*, unus loquitur juxta naturam loci ſui, & pariter alter, & non repugnant, nam in loco R. Jehudæ ager novem dimidiorum Caborum proferebat tantum proventus, quantum proferebat ager novem Caborum integrorum in loco ubi habitabant Sapientes.

בית רובע *Spatium quartarii*, eſt ſpatium in quo quarta Cabi pars ſeri poteſt: deciſio juris eſt, quod diviſionis jus non obtinet in agro qui exaratur & conſeritur, niſi pro quolibet ſocio reliquus ſit ager qui per unum diem exarari & conſeri poteſt. טרקלין & מורן ſunt genera palatiorum.

כדי לזה וכדי לזה *Quantum ſufficit pro uno atque altero*, quemadmodum ipſe ſtatim explicat, quod, poſtquam diviſerint & quilibet ſuam ceperit partem, in omni parte quam quiſque eorum habebat, ſit locus aptus qui vocatur טרקלין aut מרן, ut in parte ejus rei maneat nomen quod continetur in toto.

בזמן שאין שניהם רוצים *Quando ambo noluerint*, non poterat unus obligare alterum ut nolens dividat, ſed cum obligare poterat hoc in caſu, nimirum ſi dicat, vende partem tuam mihi pro eo quod valet, aut acquire mihi partem. וכתבי הקדש *Et ſcripta Sacra*, uti ſunt Lex, Prophetæ, & Hagiographa. לא חולקין *Non dividunt*, hoc intelligendum eſt ſi in uno fuerint volumine compacta, at ſi in multis voluminibus ſeorſim compacta fuerint, dividant, ſi velint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Agri per ſocios quoſdam emti in Babylonia, ſimilibusque regionibus, non ſubjecti ſunt juri de diviſione, donec in iis fuerint quatuor cubiti pro uno atque altero ſocio, nimirum in atrio ſociorum, poſtquam ante portam cujuslibet domus reliquerit quatuor cubitos pro miniſterio; hinc colligimus quod, ſi duæ domus in uno fuerint atrio, una e regione alterius, non dividet, niſi donec a porta unius domus fuerint ſedecim cubiti; at hoc intelligendum eſt quando ambo ſocii non convenire poſſunt; verum ſi ambo conveniunt, dividere poſſunt, etſi in atrio quatuor fuerint cubiti pro uno atque altero. R. Jehuda non contradicit Sapientibus, ſed loquitur juxta naturam loci ſui, nam in loco R. Jehudæ ager novem mediorum Caborum tantum proventus proferebat, quantum ager novem Caborum integrorum in loco ubi Sapientes habitabant.

בית רובע *Locus quartarii*, vult dicere locum menſuræ quartarii, ſive quarta pars loci Cabi. Cæterum jam expoſuimus capite Secundo tractatus Cilaim, quod menſura loci quartarii comprehendit centum & quatuor cubitos cum quinta parte. Novem vero Cabi comprehendunt tria millia, ſexcentos & quinquaginta cubitos, & novem medii Cabi comprehendunt mille, octingentos & ſexaginta quinque cubitos; & deciſio juris eſt, quod agros in ſocietate non licet dividere, niſi in quolibet agro conſerendo & exarando operarius conſumere debeat diei ſpatium. טרקלין & מורן ſunt palatiorum genera.

כדי לזה וכדי לזה *Quantum ſufficit pro uno atque altero*, id eſt, quarumlibet partium rei illius nomen vocabit, ut, ſi palatium tam magnum fuerit, ut cuilibet ſocio tanta pars obtingere poſſit quæ vocetur טרקלין; & tantundem aliis. Si vero ipſe ager dividi poterit, aut propter mutationem partium illius, aut quia forma illius irrita ſit, ſi dividatur propter paucitatem ſuam, ſicuti expoſuimus, unus non poterit alterum ad diviſionem adigere; ſed eum alio modo cogere, eique dicere, eme partem meam, aut vende mihi tuam partem pro eo quod valet, & hic eſt caſus אגור & גוד עד, id eſt, eme tu meam partem, aut vende mihi tuam partem. *Scripta ſancta, etſi ambo velint, non poſſunt dividere*, quando in uno volumine compacta fuerint, at ſi in diverſis voluminibus, & dividere voluerint, ut unus capiat unum librum, & alter alterum, non cohibentur.

Cap. 2. §. 1. Regula in puteis, foveis, ſpeluncis, aquaductibus, & fullonum piſcinis effodiendis ſervanda, ne quis juxta proximum foveam faciat, niſi in fine termini agri ſui relinquat ſpatium trium palmorum, ita ut ab uno puteo ad alterum ſex palmorum diſtantia ſit. Si vero ager proximi non ſit confinis, non obligatur ad ejuſmodi interſtitium. Porro alia quædam huic regulæ ſubſunt, quod tres palmos removenda ſint a fundo proximi, ne ei aliquod inde incommodum fiat, quod omnino hic evitandum.

פרק ב לא יחפור אדם בור סמוך לבורו של חבירו ולא שיח ולא מערה ולא אמת המים ולא נברכת כובסין:

Cap. 2. Non effodiat homo puteum prope puteum proximi, neque ſpeluncam, neque aquæductum, neque piſcinam fullonum, niſi a pariete proximi

כובסין אלא אם כן הרחיק מכותל חבירו שלשה טפחים וסד בסיד מרחיקין את הגפת ואת הזבל ואת המלח ואת הסיד ואת הסלעים מכותלו של חבירו שלשה טפחים וסד בסיד מרחיקין את הזרעים ואת המחרישה ואת מי רגלים מן הכותל שלשה טפחים ומרחיקין את הרחים שלשה מן השכב שהן ארבע מן הרכב ואת התנור שלשה מן הכליא שהן ארבע מן השפה :

proximi qui trium palmorum diſtantiam reliquerit, & calce obduxerit. Removent ſcoriam ab olivis, & ſtercus, ſalem, calcem, ac lapides, & parietes proximi tres palmos, & calce obducit. Removent ſemina, & vomerem, & urinam a pariete tres palmos; & molas tres palmos a mola inferiori, qui ſunt quatuor a mola ſuperiori, removent; & furnum tres palmos a fundamento, qui ſunt quatuor a parte ſuperiori.

R. OB. DE BARTENORA.

בור notat puteum rotundum. שיח notat puteum oblongum. מערה notat ſpeluncam tecto coopertam. נברכת של כובסין Eſt foſſa quadrata, in qua colliguntur aquæ pluviæ, & factæ ad pannos lavandos.

לבורו של חבירו *A puteo proximi ſui*, vult dicere, a pariete putei proximi ſui; craſſities vero parietis putei non debet eſſe infra tres palmos, quomodo fiet ut a cavitate putei uſque ad cavitatem putei proximi ſint ſex palmi. Et prohibitum eſt unicuique quicquam quod damnum inferre poteſt, directe conjungere cum termino proximi, ſed ſpatium aliquod juſtum relinquere debet in medio, etſi proximus illic non habeat parietem; quia fieri poteſt ut proximus deinceps ædificet in illius termini latere, ut hoc modo ei damnum inferatur.

וסד בסיד *Et calce obducit*, parietes foveæ. גפת notat ſcoriam olivarum poſtquam in torculari expreſſæ ſunt. סלעים notat petras vel lapides e quibus ignis provenit, quia hæ res omnes nocent muro, vel parieti; ſed hactenus non ſtricte locutus eſt de pariete putei, ſed de omnibus in genere. זרעים *Semina* nocent parietibus, & terram rubigine obducunt. המחרישה *Vomer*, etſi non ſint ſemina, ut, ſi exaraverit agrum arborum cauſa, quod parietibus obeſt. מי רגלים *aquæ pedum*, urina; quæ diſſolvit lateres e luto ſicco confectos, idcirco, ſi quis urinam reddiderit propè parietem luteum, neceſſe eſt ut trium palmorum ſpatium relinquat; ſi vero e lapidibus duris factus ſit, non eſt ut ſpatium faciat.

רחים *Molæ*, nocent parietibus, quia terram commovent rotarum curſu. שכב eſt mola inferior. רכב Eſt mola ſuperior, & unum palmum brevior eſt quam inferior. כליא Eſt nanus, quem e luto & lapidibus faciunt, cui furnum imponunt, inferius latus, ſuperius anguſtus, & margo ſuperior כליא cui inſiſtit furnus, eſt inſtar furni; & idcirco neceſſe ut fundamentum ſeparet a pariete tres palmos inferius, qui ſunt quatuor ab margine illius ſuperiori, quia calor furni nocet parieti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נברכת של כובסין Notat aquas in quibus fullones macerant pannos cum rebus quibuſdam quæ eos dealbant. בור של חבירו *Puteum proximi ſui*, vult dicere, parietem putei proximi ſui; at paries putei non eſt infra tres palmos; hinc tibi declaratur quod requiritur ut inde a putei cavitate unius ad cavitatem putei alterius proximi ſint ſex palmi, & quiſque ſeparet de termino qui inter illos dividit, ſpatium trium palmorum, & tum effodiet puteum ſuum. Et hoc juxta fundamentum quod tenemus, quod nimirum non licet quicquam adjungere lateri termini, & quod vetitum eſt quicquam ex illis rebus adjungere extremitati termini, niſi eam quam dicimus menſuram ſeparaverit, etſi paries proximi ei non ſit affinis, quia fieri poteſt ut proximus ædificet parietem in termini fine, & ſubjectus ſit his damnis. Si vero proximi ager non ſitus ſit prope puteos, licet ei excavare puteum ſuum in latere termini, ſine interſtitio.

נברכת של כובסים ואמת המים *Piſcina fullonum & aquæ ductus*, neceſſe erat ut hæc diceret auctor; ne quis diceret quod tantum requiruntur tres palmi, quia illic ſemper aqua fluit, ſed non ita in piſcina fullonum; & ſi dixiſſet auctor tantum de piſcina fullonum, & non de aquæductu, diceremus quod propter piſcinam fullonum tantum tres palmi ſeparandi ſunt, quia aquæ illius quietæ ſunt, & a pariete imbibuntur; ſed propter aquæductum, in quo aquæ fluunt, diceremus quod non erat neceſſe palmorum ſpatium; propterea nos docet auctor quod in ambobus idem jus obtinet.

גפת Notat ſcoriam olivæ poſtquam ex ea oleum expreſſum eſt; & hæ res parietem debilitant, ſi illum tangant, idcirco neceſſario calce obducendus eſt. Et quod dicit המחרישה *Et vomer*, quoque intelligendum eſt ne propter arbores agrum exaret; at ſi propter ſemina exaret, ſatis res conſtat, quia jam diximus quod ſemina ſeparant. Et quod dicit auctor מרחיקין את הזרעים *Separant ſemina*, quoque intelligendum eſt de ſeminibus quæ creverunt ex aquis pluviis; verum ſi ſemina ex aquæductu irrigata ſint, clarum eſt; quia jam diximus, quod aquæductum ſeparant. מי רגלים *aquæ pedum*, urina, etiamſi hominis, nam vetitum eſt homini urinam reddere ad latus parietis proximi, niſi ſe tres palmos illinc removerit, ſi paries conſtet ex lapidibus uſtis. Sed a pariete lapideo ſe removebit tantum palmum; & ſi paries conſtet e lapidibus duris, non eſt ut ſe ab illis removeat, quia ei non nocet humor ille. Molas quoque a pariete ſeparant, quia molarum ſtrepitus damnum infert ædificiis. שכב Eſt mola inferior, & latior quam ſuperior; ſic etiam comparatum eſt cum furno, qui, quo ſuperior eſt, eo anguſtior.

§. 2. *Non licet cuiquam furnum ſuum in domicilio conſtituere, niſi in eo ſit concavum aliquod quatuor cubitorum ab ore ſive foramine illius uſque ad operculum, ne ignis incendat tectum. Si vero in tabulato quis eum conſtituat, requiritur ut trium palmorum pavimentum ſit inferius; ſed pro* כירה furnulo *unicus palmus ſufficit, quod ſi non fecerit, mulctandus eſt.*

ב לא יעמיד אדם תנור בתוך הבית אלא אם כן יש על גביו גובה ארבע אמות היה מעמידו בעליה צריך שיהא תחתיו מעזיבה שלשה טפחים ובכירה טפח ואם הזיק משלם מה שהזיק רבי שמעון אומר לא אמרו כל השיעורין האלו אלא שאם הזיק פטור מלשלם :

2. Non conſtituet homo furnum intra domum, niſi ſupra eum fuerit altitudo quatuor cubitorum. Si conſtituerit eum in tabulato, neceſſe eſt ut infra eum ſit pavimentum trium palmorum; ſi furnulum, unum palmum. Si damnum intulerit, ſolvet damnum quod intulit. R. Schimeon dicit, non dixerunt has menſuras omnes, niſi quod liber ſit a ſolutione, ſi damnum intulerit.

R. OB. DE BARTENORA.

גובה ארבע אמות *Altitudo quatuor cubitorum*, in cavitate, ab ore furni uſque ad tectum, ne ignis apprehendat tectum. שיהא תחתיו מעזיבה ג׳ טפחים *Donec ſub eo fuerit pavimentum trium palmorum*, eſt lutum ſuper luto tres palmos, ne tabulatum inferius aduri poſſit, & ſupra illum altitudo quatuor cubitorum. כירה *Furnulus*, nam foraminibus illius ollas imponunt, & intra eum non tantum ignem incendunt, quantum in furno. ואם הזיק *Et ſi damnum intulerit*, poſtquam illic fuerint hæ omnes quantitates, attamen nocuerit, ſolvat damnum quod intulit, nihilominus tamen in omnibus hiſce menſuris prohibent ei, quia fieri poteſt ut domus incendatur, & non ſit ſolvendo; deciſio non eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus aliquoties in tractatu de Sabbato quod כירה ſit ſtructura ad coquendum facta, cui duas imponunt ollas; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

§ 3. *Quemadmodum in ſuperioribus cautum fuit ne vicinis per domicilia eorumque ſupellectilia quid commodi creetur, ſic in hac Miſna prohibetur ne id fiat per artificia quæ fœtorem vel ſtrepitum aliquam excitare poſſunt, vel per officinas atque tabernas ſenſibus aliquo modo nocentes; quæ & id genus alia removenda ſunt.*

ג לא יפתח אדם חנות של נחתומין ושל צבעין תחת אוצרו של חבירו ולא רפת בקר באמת ביין התירו אבל לא רפת בקר חנות שבחצר יכול למחות בידו ולומר לו איני יכול לישן מקול הנכנסין ומקול היוצאין עושה כלים יוצא ומוכר בתוך השוק אבל אינו יכול למחות בידו ולומר לו איני יכול לישן לא מקול הפטיש ולא מקול הריחים ולא מקול התינוקות :

3. Non aperiet homo tentorium piſtorum, neque tinctores ſub armario proximi; neque bovile. Vere de vino hoc permiſerunt, ſed non de bovili. Tentorium in atrio ſi quis ædificet; proximus id impedire poteſt, eique dicere, *dormire nequeo præ ſtrepitu eorum qui intrant, & præ ſtrepitu eorum qui exeunt.* Si quis fecerit vaſa, exibit & in foro vendet, ſed non poterit impedire manum illius, & dicere ei, dormire nequeo propter mortarii ſonum, neque propter molarum ſtrepitum, neque ptopter vocem parvulorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ביין התירו *De vino permiſerunt*, quia fumus qui e tentorio piſtorum & tinctorum exit, non nocet vino, quia calor conducit vino terræ Iſraëlis. Sed iis in locis ubi vino nocet calor, etiam ſubter promptuario vini, non aperiunt tentorium piſtorum, neque tinctorum. חנות שבחצר *Tentorium quod in atrio eſt*, ſi unus ex incolis atrii aperire voluerit tentorium in atrio, alii atrii illius incolæ hoc impedire nequeunt.

ולא מקול התינוקות *Neque præ clamore parvulorum*, in Schola diſcentium, etiamſi ſit clamor qui provenit propter alios, tamen eum impedire nequit, quia Lex augetur; ſi vero non doceat Legem parvulos, ſed officia quædam, aut arithmeticam, ipſum impedire poteſt & dicere, dormire nequeo propter parvulos qui continuo ingrediuntur atque egrediuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ביין התירו *De vino permiſerunt*, vult, quando vini promptuarium ad proximum pertinet, ſub eo tentorium piſtoris facere poteſt, atque tinctoris, ſed non bovile, quia vini odori nocet. Et hoc ita ſe habebat in civitate & tempore hujus doctoris, quod calor non nocebat vino; ſed ubicunque calor vino nocet, hoc facere prohibitum eſt. Ratio autem quare eum in manu ſua nequit prohibere, in parvulorum introitu, etſi intrent & exeant, eſt, ut Lex in Iſraële augeatur. Propterea hoc jus tantum intelligi debet de eo qui docet parvulos Legem; at ſi doceat ipſum arithmeticam, impedire illum poteſt, & dicere, dormire nequeo præ ſtrepitu eorum qui intrant & exeunt.

§. 4. *In parietibus, & feneſtris conſtruendis hæc jura obſervanda ſunt, ne quis parietem ædificet prope alterius parietem ad viam vel proſpectum impediendum, niſi quatuor cubitorum interſtitium relinquat. Idem in feneſtris ſtruendis obſervandum eſt, ne vicini ſecum proſpiciat.*

ד מי שהיה כותלו סמוך לכותל חבירו לא יסמוך לו כותל אחר א״א אם כן הרחיק ממנו ארבע אמות החלונות מלמעלן מלמטן ומכנגדן ארבע אמות :

4. Si alicujus paries junctus fuerit parieti proximi, ne jungito eum cum alio pariete, niſi quatuor cubitos ſeparaverit ab illo. Sic etiam pro feneſtris; ſuperius, inferius, & e regione, quatuor cubitos.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיה כותלו סמוך לכותל חבירו *Si alicujus paries fuerit prope parietem proximi*, in forma literæ Gamma, & alium voluerit conſtruere parietem e regione parietis proximi, ita ut tres illos parietes faciat in formam literæ ב, proximus eum impedire poteſt, donec ſeparaverit e regione illius quatuor cubitos, ut ſpatium quod eſt inter duos parietes, ſit latum, & multi in eo poſſint calcare, quia fundamenta parietum corroborantur quando ſolum parieti proximum pedibus calcatur. Sed hæc intelligenda ſunt de pariete qui in horto factus eſt, aut in atrio civitatis novæ, in qua nondum magna hominum copia calcavit, ut ſolum nondum quantum oportet, induratum ſit mediante pedum calcatione. Sed a pariete atrii civitatis veteris non requiritur ut ſeparet; ſic etiam, ſi in pariete proximi fuerint quatuor cubiti, & plus, non requiritur ut ſeparet, quia paries qui minor

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna explicatu difficilis eſt, ſed explicatio ejus hæc eſt; ſi Ruben habuerit parietem, & Simeon ædificaverit alium parietem prope illum; & deinceps Schimeon alium ædificare voluerit parietem alteri conjunctum, ut is ſit e regione parietis Rubenis, Ruben hoc impedire poteſt, niſi quatuor cubitorum ſpatium interſit, & hoc intelligendum eſt ſi in pariete Rubenis quatuor fuerint cubiti, aut plus; verum ſi pars illius parietis, cui ſuum adjunxit Simeon, noncomprehenderit quatuor parietes, licet ei e regione illius parietis ædificare ſine ſeparatione, nam ratio ob quam illum impedire poterat, eſt, quando irrita ſit calcatio pedum infra quatuor cubitos; at ſi calcatio ultra quatuor cubitos irrita fiat, non poterit ipſum impedire. Cæterum calcationis caſus hic eſt, quatenus hominum calcatio inter parietes ſolum reddit craſſius ac durius, & hoc

minor eſt quatuor cubitis, non opus habet corroboratione.

והחלונות מלמעלן מלמטן וכנגדן ארבע אמות *Sic etiam pro feneſtra, ſuperius, inferius, & e regione earum, quatuor cubitos;* ſi feneſtra ſit ſupra parietem, & proximus fecerit feneſtram e regione parietis ejus inferius, ſi ab ſummitate parietis quam ædificavit uſque ad feneſtram in altitudine minus quam quatuor ſuperfuerint cubiti, tenetur diminuere parietem, ne in ſummitate parietis ſiſtat, & conſpiciat per feneſtram. מלמטן *Inferius earum*, ſi feneſtra facta ſit inferius in pariete, coget proximum ſuum ut altiorem reddat parietem quem ædificavit e regione altitudinis quatuor cubitorum feneſtræ, ne conſpiciat per illam. וכנגדן *Et e regione earum*, neceſſarium eſt ut parietem a feneſtra ſeparet quatuor cubitos, ne lux illius obſcuretur.

hoc in commodum parietis, ideo de hoc caſu in Gemarâ dixerunt, דושא דהתם מעלי הבלא *Calcatio illinc profert aquam*, & hæc jura intelligenda ſunt de pariete hortenſi, aut de pariete atrii civitatis novæ; ſed parietem atrii in civitate antiqua conjungere poteſt ſine interſtitio, quia ſolum illius jam ſatis induruit. Cæterum jura feneſtrarum ſe habent eo quo tibi dicam ſenſu, nimirum; ſi feneſtra ſit in pariete proximi, damnum ſive viſus incommodum tollere debet, quia nobis fundamentum eſt, quod damnum viſus ſive proſpectus vocetur damnum, idcirco inter parietem & feneſtram interſtitium quatuor cubitorum ſeparare tenetur, ne lumen obſcuretur. Si vero inferius ſit feneſtra, dicet ei qui e regione iſtius parietis ædificat, eleva parietem tuum quatuor cubitos, ne per feneſtram proſpicere poſſis. Sic etiam, ſi feneſtra ſit ſuperius in pariete, dicet ei qui ædificat e regione iſtius parietis, eleva parietem tuum quatuor cubitos, ne te ſiſtas in ſummitate parietis & proſpicias in domum meam, & hoc eſt quod auctor vult, quando dicit, *ſuperius, & inferius, & e regione earum, quatuor cubitos.* Sin autem ædificaverit in latere feneſtræ parietem unum ab uno latere, ſegregabit illum a feneſtra quatuor cubitos, ut, ſi ſe in illum ſiſtat, non proſpiciat per feneſtram; vel ſummitatem parietis acutiorem & magis declivem faciat, ne in ea ſiſtere & proſpicere poſſit. Et ſi duos ædificet parietes ab utroque feneſtræ latere, interponet quatuor cubitorum menſuram, & feneſtra erit in medio, juxta hanc figuram.

§. 5. *De columbariorum, ſcalarum, parietumque ſtructurâ agitur, tam in atriis intra urbem quam extra eam, ne columbæ feris rapiantur, vel ruri ſemina vicina corrumpant; idcirco quinquaginta cubitorum diſtantiam ab urbe determinarunt juriſperiti. Exponunt vocabula Ebræa* שובך, שגר היונה, *atque* מזחילה :

ה מרחיקין את הסולם מן השובך ארבע אמות כדי שלא תקפוץ הנמיה ואת הכותל מן המזחילה ארבע אמות כדי שיהא זוקף את הסולם מרחיקין את השובך מן העיר חמשים אמה ולא יעשה אדם שובך בתוך שלו אלא אם כן יש לו חמשים אמה לכל רוח רבי יהודה אומר בית ארבעת כורין מלא שגר היונה ואם לקחו אפילו בית רובע הרי הוא בחזקתו :

5\. Scalam quatuor cubitos a columbario ſeparant, ne aſſiliat martes; parietem vero quatuor cubitos a canali, ut ſcalam elevet. Columbarium a civitate quingentos cubitos ſeparare debent; neque homini in ſolo ſuo columbarium facere licet, niſi undiquaque quinquaginta cubiti ſint. R. Jehuda dicit, ſpatium quatuor Cororum eſt plena emiſſio columbarum; & ſi emerit etiam in ſpatio quartarii, eſt tamen in ſua juris poſſeſſione.

R. OB. DE BARTENORA.

מרחיקין את הסולם *Separant ſcalam*, ſi cui ſit columbarium in atrio prope parietem, qui eſt inter duo atria, & proximus illius ſcalam circa parietem ponere velit, ſcalam quatuor cubitos ſeparare debet a columbario, ne martes e ſcala in columbarium inſiliat, & columbas occidat.

מזחילה notat magnum canalem qui poſitus eſt in longitudine parietis, in quem tectorum aquæ decidunt, & ſi paries ejus ſe extendat in ſuperficiem atrii proximi, & ſuper eo fuerit canalis, tum neceſſe eſt, (ſi parietem ædificare voluerit ad latus illius) ut ſeparet de eo quatuor cubitos, ut illic erigeretur ſcala ad aſcendendum, & canalem corrigendum, ad purificandum illum a pulvere & lapidibus qui in eum ceciderint.

מרחיקין את השובך מן העיר חמשים אמה *Separant columbarium ab urbe quindecim cubitos*, quia columbæ deſtruunt ſemina hortenſia. *Niſi quinquaginta cubiti ſint ad quamvis plagam*, ne columbæ damnum inferant agro proximi. בית ארבע כורין *Spatium quatuor Cororum*, ſpatium Cori ad quodvis latus, & Corus eſt triginta Satorum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. מלא שגר היונה *Plena columbarum emiſſio*, plenus columbarum volatus ab alarum motu ita dictus. ואם לקחו *Et ſi emerint eam*, emiſſionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שובך idem eſt quod מגדל היונים *Columbarium.* שגר היונה notat volatum columbarum, ſive turbam columbarum ſimul volantium; ſic שגר אלפיך id eſt עדרי הצאן *Greges ovium.* ואם לקחו אפילו בית רובע *Et ſi eam emerit, etiam in loco quartarii*, qui eſt locus decem cubitorum cum quinta parte cubiti propemodum, tum non tenetur ſeparare interſtitium aliquod, ſed rem relinquere poteſt uti antea erat, & hoc eſt quod vult quando dicit, הרי הוא בחזקתו *Ecce illa tamen eſt in ſua poſſeſſionis jure.* Cæterum jam noſti quod Corus triginta continet Sata. R. Jehuda vero dicit, quod ſpatium Cori ſeparare debet ad quodvis latus; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. מזחילה notat magnum canalem per quem aquæ & pluviæ deſcendunt.

§. 6. *Superiori Miſna jam determinatum erat quinquaginta cubitorum ſpatium quod inter unum columbarium atque alterum, & alterius ſolum requirebatur, propterea in hac Miſna auctor dicit, quod pullus columbæ intra quinquaginta cubitos inventus a ſuo columbario, pertineat ad poſſeſſorem; ſin extra id ſpatium, ad inventorem; quia poſſeſſoris dominium illic deſinit.*

ו ניפול הנמצא בתוך חמשים אמה הרי הוא של בעל השובך חוץ מחמשים אמה הרי הוא של מוצאו נמצא בין שני שובכות קרוב לזה שלו קרוב לזה שלו מחצה על מחצה שניהם יחלוקו :

6 Pullus columbinus intra quinquaginta cubitos inventus, pertinet ad poſſeſſorem columbarii; at ſi extra quinquaginta cubitos, inventori cedit. Si inventus ſit inter duo columbaria, tum ſi huic proximus, huic cedit; ſi illi proximus, illi cedit; ſi in medio ſit, dividant.

R. OB. DE BARTENORA.

ניפול est idem quod גוזל *Columbæ pullus.* הנמצא בתוך חמשים אמה *Inventus intra quinquaginta cubitos*, ſcil. intra quinquaginta cubitos a columbario. בין שני שובכות *Inter duo columbaria*, intra quinquaginta cubitos duorum columbariorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ניפול eſt idem quod אפרוח *Pullus columbinus*; reliqua ſatis clara ſunt.

§. 7. *Propoſitis quibuſdam legibus quibus prohibetur ne quod cuiquam in civitate incommodum fiat per ædificia cujuſcunque illa ſint naturæ. Pergit auctor ad ea quæ extra urbem in agris obtineant, & propterea vetat ne quiſquam arborem plantet niſi viginti quinque cubitos ab urbe receſſerit, vel quinquaginta cubitos, ſi ſiliquam plantet, vel ſycomorum, utpote proſpectum urbis magis impedientes. Et ſi arbor propius ſit urbi, excidenda eſt ſoluta illius proprietario mercede.*

ז מרחיקין את האילן מן העיר עשרים וחמשה אמה ובחרוב ובשקמה חמשים אמה אבא שאול אומר כל אילן סרק חמשים אמה אם העיר קדמה קוצץ ואינו נותן דמים ואם האילן קדם קוצץ ונותן דמים ספק זה קדם וספק זה קדם קוצץ ואינו נותן דמים :

7. Arborem ab urbe vigimi quinque cubitos ſeparant; ſed arborem ſiliquam, & ſycomorum quinquaginta cubitos. Aba Schaul dicit, omnem arboren infrugiferam, quinquaginta cubitos; ſi vero urbs prius ædificata ſit, ſuccidet, & non ei ſolvetur pretium; ſi vero arbor antecedat, ſuccidet, & pretium ei ſolvetur. Si dubium ſit utra antiquior, ſuccidet, at non ei ſolvetur pretium.

R. OB. DE BARTENORA.

מרחיקין את האילן מן העיר עשרים וחמש אמות *Separant arborem ab urbe viginti quinque cubitos*, quia hoc eſt civitatis decus & pulchritudo, quod magnum circum ſe habet ſpatium ab arboribus vacuum, ut illa a longinquo ab omni parte ſpectari poſſit. בחרוב ובשקמה חמשים אמה *Arbor ſiliqua & ſycomorus quinquaginta cubitos ſeparari debet*, quia arbores illæ denſiſſimis gaudent ramis.

כל אילן סרק *Omnis arbor infrugifera*, quia illa civitati dedecori eſt. ונותן דמים *Et dabit pretium*, is ad quem civitas pertinet. ספק זה קדם וספק זה קדם קוצץ ואינו נותן דמים *Si dubium ſit utra antiquior ſit, ſuccidet, & non ſolvet pretium*, nam fas eſt, ſive hæc, ſive illa antecedat, ut ſuccidatur arbor, & poſtquam ſucciſa eſt, poſſeſſori arboris dicere poſſunt, proba quod arbor præceſſit, & pretium accipe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare arbor per ſpatium aliquod ab urbe ſeponi debet, eſt, ut conſpectus civitatis eo formoſior appareat; & hoc eſt quod volunt, quando dicunt, משום נוי העיר *Propter pulchritudinem civitatis*; deciſio eſt juxta Aba Schaul. אם האילן קדם קוצץ ונותן דמים *Si arbor antecedat, ſuccidet & pretium ſolvet*, vult dicere, quiſquis eam ex incolis urbis ſucciderit, pretium ſolvet poſſeſſori arboris.

ספק זה קדם וספק זה קדם קוצץ ואינו נותן דמים *Si dubium ſit utra antecedat, ſuccidat, & non ſolvet pretium*, nam arbor ſuccidi debet quocunque e duobus id fiat modo, ſive præceſſerit arbor, ſive civitas præceſſerit, & quando ſuccidit, ei dicere poſſunt, proba quod anteceſſit, & pretium accipe; propterea dicimus quod ſuccidet & pretium non ſolvet.

§. 8. *Differentia inter aream fixam & non fixam exponitur, prior ab urbe quinquaginta cubitos ſeparanda, ne per eam urbi damnum inferatur. Porro quoque pro plantis & novali ſeparandum eſt ſpatium aliquod. Explicantur voces* גורן קבוע *&* ניר.

ח מרחיקין גורן קבוע מן העיר חמשים אמה לא יעשה אדם גורן קבוע בתוך שלו אלא אם כן יש לו חמשים אמה לכל רוח ומרחיק מנטיעותיו של חבירו ומנירו כדי שלא יזק :

8. Aream fixam ab urbe ſeparant quinquaginta cubitos; & nemo aream fixam in fundo ſuo faciet, niſi ad quamlibet plagam ſint quinquaginta cubiti. Separabit quoque de plantis proximi ſui, & de novali illius, ne damnum inferat.

R. OB. DE BARTENORA.

גורן קבוע *Area fixa*, area in qua magnus eſt cumulus quem ventilant in palea, vocatur *area fixa*; quando autem non eſt cumulus magnus ut in eo non ſit tanta copia qua diſpergi poteſt gleba cum palea, ſed ventus inflat in acervum, & gleba ſponte ſua diſpellitur, vocatur *area non fixa*.

חמשים אמה לכל רוח *Quinquaginta cubiti ad quamvis plagam*, propter glebam & ſtipulam, quæ civitati nocent, quando ventilat. ניר *Novale* eſt ager quem in vere exarant, ut ſpinæ & herbæ pereant. כדי שלא יזק *Ne damnum inferat*, rationem dat & dicit, quamobrem area quinquaginta cubitos ſeparari debet a plantis proximi, & illius novali, ne gleba noceat plantis & novali, quia gleba efficit ſtercus, & nocet novali, atque exſiccat plantas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare horreum ſeparare debemus a civitate, eſt, ne palea & gluma ad civitatem perveniat. כדי שלא יזיק *Ne damnum inferat*, ratio eſt quia horreum plantarum ſeparat a proximo ſuo & novali, & tum nota eſt ſeparatio, nimirum quinquaginta cubitorum, ne damnum inferat, nam plantis damnum infert, & ei quod exaratum eſt, ſed novale ſtercorabit.

§. 9. *Quemadmodum in ſuperiori Miſna area quinquaginta cubitos ab urbe conſtituenda erant, ita in hac pariter totidem cubitos ſeparanda ſunt ab urbe cadavera, ſepulchra, & coriarium. Officina coriaria ad orientalem Jeruſolymæ plagam duntaxat ædificanda erat.*

ט מרחיקין את הנבלות ואת הקברות ואת הבורסקי מן העיר חמשים אמה אין עושין בורסקי אלא

אלא

9. Cadavera & ſepulchra ſeparant, & coriarium, quinquaginta cubitos a civitate. Neque officinam coriariam faciunt niſi ad orientalem

lem

אלא למזרח העיר רבי עקיבא אומר לכל רוח הוא עושה חוץ ממערבה (ס״א ומרחיק חמשים אמה) :

lem urbis plagam. R. Akiba dicit, ad quamvis plagam facere poteſt excepta occidentali.

R. OB. DE BARTENORA.

את הנבלות ואת הקברות *Cadavera & ſepulchra*, propter foetorem, בורסקי eſt locus in quo pelles præparant. אלא למזרח העיר *niſi ad orientem urbis*, quia orientalis ventus non nocet niſi quando propter plagas venit, nam quando ordinario venit modo, calorem adfert, & amœniter ſpirat, idcirco ad civitatem non defert fœtorem.

חוץ ממערבה *Excepta occidentali*, ad quamlibet plagam faciet, & quinquaginta cubitos ſeparabit, plaga excepta occidentali, in qua omnino non faciet officinam coriariam, quia ad illam plagam orandum eſt, quoniam Divina præſentia eſt ad occidentem; deciſio non eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בורסקי Notat domum in qua corium adaptant, & quod auctor ſigillatim dicit ad *orientalem plagam*, id duas continet mea ſententia rationes, quarum prima eſt, quod ventus orientalis raro admodum ſpirat in plagis occidentalibus, ſive in terra Iſraëlis, & in iis quæ ſequuntur illam plagam; ſic etiam in Babylonia, & circa eam ad plagam orientalem per integri menſis ſpatium. Secunda eſt, quia fieri poteſt ut ventus orientalis coriorum fœtorem corrigat, & damnum hoc non contingat homini. R. Akiba non curat prohibitionem ad cæteras plagas, præterquam ad plagam occidentalem, quia eſt plaga verſus quam noſtras orationes habere ſolemus, eo quod templum eſt ad occidentem, & hoc eſt quod R. Akiba dicit, Divinitas eſt ad occidentem, deciſio non eſt juxta R. Abibam.

§. 10. *Macerationis lini loca ab oleribus ſeparanda, quia linum bis nocet; & propter eandem cauſam quoque porrum a cepis. Similiter quoque ſinapi elongandum eſt ab examine apum, quia ad ei acrimoniam infert.*

י מרחיקין את המשרה מן הירק ואת הכרישין מן הבצלים ואת החרדל מן הדבורים רבי יוסי מתיר בחרדל :

10. Macerationis locum ab oleribus ſeparant, & porrum a cepis, & ſinapi ab examine apum. R. Joſe permittit in ſinapi.

R. OB. DE BARTENORA.

המשרה Notat locum in quo linum macerant, quod oleribus nocet illi proximis. כרישין *Porrum* in dialecto Gemaræ dicitur כרתי, & hoc porrum nocet cepis ipſi proximis. החרדל מן הדבורים *Sinapi ab examine apum*, quia melli nocet & ei acrimoniam adfert. *R. Joſe permittit in Sinapi*, quia ei dicere poteſt, quia mihi dicis, ſepara tuum ſinapi ab examine meo apum, tu ſepara tuum examen apum a ſinapi meo, quia apes ſinapi mei flores comedunt; deciſio eſt juxta R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יוסי מתיר בחרדל *R. Joſe permittit in ſinapi*, non eſt hæc opinio ejus qua Sapientibus concedit quod macerationis locum & porrum ſeparant, ſed R. Joſe putat ſeparandum eſſe id quod nocet, & quod neque poſſeſſor macerationis, neque poſſeſſor viciarum, neque poſſeſſor ſinapi, ſed is cui damnum contigit, ſeparare debeat inter ſe & inter eum qui ipſi damnum intulit, ſi poſſit; & hac in parte deciſio eſt juxta R. Joſen, ſi damnum ab eo qui illud intulit, immediate venerit ad eum cui illatum eſt; nam R. Joſe concedit quod is qui hoc modo damnum intulit, tenetur damnum removere. Sapientes vero putant, quod is qui damnum infert, ſeparare debet, idcirco dicunt, *ſeparant macerationis locum* &c. dixit illis R. Joſe, certum eſt quod ſinapi & examina apum invicem damna inferunt, nam ſicuti ſinapi damnum infert apum examini, quia melli nocet, idque acidum reddit, ſic etiam apum examina damnum inferunt ſinapi, idque comedunt; etiam juxta Sapientum ſententiam, ſinapi ab examine apum ſeparari non debet. המשרה notat locum in quo linum macerant, & oleribus nocet propter corruptionem aquarum. כרישין notat porrum in dialecto Miſnica, & in Gemara dicitur כרתי, & ſic etiam in lingua Arabica; diminuit autem calorem ceparum ipſi proximarum.

§. 11. *Definitis ſuperius ſpatiis quæ inter unum atque alterum ædificium locumve relinquenda erant, auctor ſe confert ad arbores etiam per aliquod ſpatium a puteis ſeparandas; & cum una arbor altiores agere ſolet radices quam altera quibus putei concava deſtruuntur, idcirco pro natura arboris ſpatium illud diverſimode definit. Exponuntur voces Hebraicæ* חרוב *&* שקמה.

יא מרחיקין את האילן מן הבור עשרים וחמש אמה ובחרוב ובשקמה חמשים אמה בין מלמעלה בין מן הצד אם הבור קדמה קוצץ ונותן דמים ואם האילן קדם לא יקוץ ספק זה קדם וספק זה קדם לא יקוץ רבי יוסי אומר אף על פי שהבור קודמת לאילן לא יקוץ שזה חופר בתוך שלו וזה נוטע בתוך שלו :

11. Arborem a puteo ſeparant viginti quinque cubitos; ſed arborem ſiliquam & ſycomorum quinquaginta cubitos, ſive ſuperius ſive ad latus (putei) Si anteceſſerit puteus, ſuccidet, & ei pretium ſolvetur; ſi arbor anteceſſerit, non ſuccidet; ſi dubium fuerit uter anteceſſerit, non ſuccidet. R. Joſe dicit, etſi puteus anteceſſerit arborem, non ſuccidet, quia unus effodit in ſuo, & alter plantavit in ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

ובחרוב ובשקמה חמשים אמה *Arborem vero ſiliquam & ſycomorum quinquaginta cubitos*, propter abundantiam radicum earum. בין מלמעלה *Sive ſuperius*, quando unus eorum ſuperior eſt in altitudine montis, & alter puteus in declivitate illius. בין מן הצד *Sive ad latus*, in ſolo æquali.

ונותן דמים *Et pretium ſolvet*; nam, quandoquidem cum permiſſione plantavit, ita ut per longum temporis ſpatium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ובחרוב ובשקמה חמשים אמה *Sed arborem ſiliquam & ſycomorum quinquaginta cubitos*, quia harum arborum radices ſe in terra latius diffundunt. חרוב vox nota eſt, & in lingua Arabica quoque dicitur חרב. Et שקמה Arabice dicitur גמיז, eſtque ficus ſylveſtris. בין מלמעלה בין מן הצד *Sive ſuperius ſive ad latus*, vult dicere, ſive puteus ſit ſuperior & arbor inferior, ſive puteus ſit inferior & arbor ſuperior; quia radices illius veniunt ad ſolum putei,

tium non intulerit damnum, Sapientes eum non obligant ad ſuccidendum ſine ſolutione pretii propter damnum particularis hominis. R. Joſe dicit, etſi puteus anteceſſerit &c. deciſio eſt ſecundum R. Joſe.

& diſſolvunt pulverem ejus. לא יקוץ *Non ſuccidet*, quia dubium bonorum in graviorem conditionem exponitur pro eo qui aliquid poſtulat, & in leviorem pro eo a quo poſtulatur; deciſio eſt juxta R. Joſen.

§. 12. *Si quis arbores plantare velit prope agrum proximi frumento vel arboribus inſtructum, requiritur ut quatuor cubitorum intervallum in medio relinquat, ne arboribus vel frumento commiſceantur, & heterogenea producant. Paries vero ſi intermedius ſit, non requiritur alia ſeparatio. Si arborum radices in terram proximi ſe extenderint, effodiendæ ſunt per tres palmos, ne aratrum impediant.*

יב לא יטע אדם אילן סמוך לשדה חבירו אלא אם כן הרחיק ממנו ארבע אמות אחד גפנים ואחד כל אילן היה גדר בנתים זה סומך לגדר מכאן וזה סומך לגדר מכאן היו שרשים יוצאים לתוך של חבירו מעמיק שלשה טפחים כדי שלא יעכב את המחרישה היה חופר בור שיח ומערה קוצץ ויורד והעצים שלו :

12. Non plantabit quiſquam arborem prope agrum proximi, niſi ab eo quatuor cubitos ſeparaverit, ſive vitem, ſive aliam quamcunque arborem. Si in medio fuerit paries ab una parte, unus parieti adjunget ab una parte, & alter parieti adjunget ab altera parte. Si radices ſe extenderint in ſolum proximi, effodiet tres palmos, ne impediant vomerem. Si quis effoderit puteum, & ſpeluncam, ſuccidet & effodiet, & ligna ipſi cedent.

R. OB. DE BARTENORA.

סמוך לשדה חבירו *Prope agrum proximi*, ſive ager frumento conſitus ſit, ſive arboribus. אלא אם כן הרחיק ממנו ארבע אמות *Niſi quatuor cubitos ſeparaverit ab illo*, quæ menſura eſt pro cultu vineæ, (videſis tractatum de heterogeneis) ne, quando exararet arbores ſuas, opus fuiſſet aratrum ſuum tranſmittere per fundum proximi ſui; & hoc intelligendum eſt de terra Iſraëlis, ubi aratrum longum eſt, ſed in Babylonia cæteriſque regionibus, ubi aratrum breve eſt, duorum cubitorum ſeparatio ſufficit; & hæc menſura tantum obtinet inter vites & arbores. Verum ſi quis arboretum facere velit prope vites, etiam in Babylonia cæteriſque terris, quatuor cubitos ſeparare debet.

מעמיק שלשה טפחים *Effodiet tres palmos*, agri poſſeſſor in cujus agrum ſeſe diffuderunt radices arborum proximi, excidet eas in trium cubitorum profunditate ſine ullo ſcrupulo. והעצים שלו *Et arbores ei cedunt*, poſſeſſori agri ſcil. ſed hæc ita intelligenda ſunt ſi locus quem effodit, diſtet ſedecim cubitos ab arbore proximi, aut longius; ſin minus, ligna cedunt arboris poſſeſſori, quia arbores uſque ad ſedecim cubitos ſuccum attrahunt, & non ulterius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor, quod ſi in agro proximi fuerit arbor, non licet alii prope eum plantare, ſed quatuor cubitos ſeparare debet: item, ſi vites fuerint in agro proximi, non licet prope vitem illam plantare aliam vitem, niſi quatuor cubitos ſeparaverit. Sed hæc limitatio tantum in terra Iſraëlis obtinet, nam in cæteris terris tantum duos cubitos ſeparant, quia in ſolo pingui ſe latius diffundunt radices. Si ergo proximi ager vitibus conſitus ſit, & prope eum arboretum facere velit, undiquaque ſeparabit quatuor cubitos.

מעמיק שלשה טפחים *Effodiet tres palmos*, vult dicere, quod agri poſſeſſor, ſi radices ſe diffuderint in agrum ſuum, effodiet tres palmos, & excidet id quod invenerit; ſi vero agri poſſeſſor in agro ſuo puteum vel ſpeluncam effodere velit, excidet quicquid invenerit de arborum radicibus proximi, & ipſi cedent ligna; at ea conditione ut puteus quem effodit, ſeparatus ſit ab agro proximi ſedecim cubitos, & ſi inter ipſum & proximi arborem ſit minus ſpatii, ligna ad poſſeſſorem arboris pertinent.

§. 13. *Arbores ſupra agros vicini ſe inclinantes ſuccidendæ ſunt in altitudine ſtimuli vomeri admoti; ſiliquæ vero & ſycomori e regione perpendiculi ſuccidendæ ſunt. Ita quoque in agris ſiticuloſis omnis arbor e regione perpendiculi ſuccidi debet. Exponuntur voces Ebraicæ מרדע, מלמד, & מחרישה.*

יג אילן שהוא נוטה לשדה חבירו קוצץ מלא המרדע על גבי המחרישה ובחרוב ובשקמה כנגד המשקולת בית השלחין כל האילן כנגד המשקולת אבא שאול אומר כל אילן סרק כנגד המשקולת :

13. Si arbor inclinet in agrum proximi, ſuccidet ei menſuram ſtimuli ſuper aratro; ſed arborem ſiliquam & ſycomorum (ſuccidet) e regione perpendiculi. In agro ſiticuloſo omnis arbor e regione perpendiculi. Aba Schaul dicit, omnis arbor infrugifera e regione perpendiculi.

R. OB. DE BARTENORA.

קוצץ מלא המרדע *Succidet plenitudinem ſtimuli*, arborum ramos ſuccidet uſque ad altitudinem ſtimuli vomeris, ne impediant ipſum eo dirigere aratrum. מרדע eſt idem quod מלמד *Stimulus*. *Arborem ſiliquam & ſycomorum*, quarum umbra copioſa eſt, & nocet agro. כנגד המשקולת *E regione perpendiculi*, ſcil. quicquid inclinat in agrum, ſuccidet; משקולת notat funiculum perpendiculi cui appendunt pondus aliquod plumbeum. בית השלחין notat agrum ſiticuloſum.

כל האילן כנגד המשקולת *Omnem arborem e regione perpendiculi*, etſi non ſit ſiliqua arbor neque ſycomorus, ſuccidet tamen e regione perpendiculi, quia umbra officit agro ſiticuloſo. *Aba Schaul dicit &c.* redit auctor ad principium Miſnæ ubi primus doctor dixerat quod ſuccidat men-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרדע *Stimuli*, notat lignum aliquod מלמד dictum, cui ad quamlibet extremitatem ſunt duo dentes ferrei ſive ſtimuli, quo bove inter arandum inſtigant. מחרישה *Vomer*, cui in extremitate ſua dentes ſunt ferrei; ſenſus itaque eſt, perinde ac ſi dixiſſet, altitudo ſtimuli quando is eſt ſuper vomere, cujus extremitas ferrea eſt.

בית השלחין *Ager ſiticuloſus*, cui non eſt rivus, & cui arborum umbra nocet, quia ei rorem impedit; idcirco dicit auctor; *omnis arbor e regione perpendiculi*, id eſt, ramos æqualiter ſuccidet e regione termini duorum agrorum. Aba Schaul contrarium ſtatuit quantum ad arborum ſiliquam & ſycomorum attinet e regione perpendiculi, propter exiguam utilitatem, nam arbor

menſuram ſtimuli aratorii, etiamſi arbor infrugifera ſit, excepta arbore ſiliqua, & ſycomoro, & Aba Schaul dicit quod omnis arbor infrugifera ſuccidenda ſit ad perpendiculum; ſed deciſio non eſt juxta Aba Schaul. bor סרק dicitur quæcunque arbor infrugifera, ut cedrus & abies, & ſimiles; deciſio eſt juxta Aba Schaul.

§. 14. Arbores ſupra locum publicum ſe inclinantes ſuccidi debent eo uſque ut camelus illac tranſire poſſit cum homine ei inſidenti. Cæterum doctor Jehuda ſtatuit requiri ſpatium quo camelus cum lini onere ei impoſito tranſire poſſit. R. Schimeon omnem arborem ad perpendiculum ſuccidendam cenſet.

יד אילן שהוא נוטה לרשות הרבים קוצץ כדי שיהא גמל עובר ורוכבו רבי יהודה אומר גמל טעון פשתן או חבילי זמורות רבי שמעון אומר כל האילן כנגד המשקולת מפני הטומאה :

14. Si arbor inclinet in locum publicum, ſuccidet menſuram ubi camelus tranſire poteſt cum eo qui ipſi inſidet. R. Jehuda dicit, ubi camelus lino aut ſarmentorum faſciculus oneratus incedere poteſt. R. Schimeon dicit, omnis arbor ad perpendiculum ſuccidatur, propter immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

Si arbor in locum publicum inclinet, ramos ſuccidet inferiores, eo quidem ſpatio in quo camelus cum homine inſidente poterit tranſire. גמל טעון פשתן *Camelus lino onuſtus*, & non requiritur juxta R. Jehudam ut ſpatium quod conficit camelus cum eo qui ipſi inſidet, de arbore ſuccidat, quia is qui camelo inſidet, ſe inclinare poteſt, ut camelus ſub eo tranſire poſſit.

מפני הטומאה *Propter immunditiem*, quia fieri poteſt ut rami quaſi tentorium faciant ſuper mortuo in quantitate olivæ, ſimilive modo, & homo polluatur ſi eo tranſeat; deciſio tantum eſt juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יהודה אומר גמל טעון פשתן *R. Jehuda dicit, ubi camelus lino onuſtus incedere poteſt*, ſine homine ei inſidente, quæ minor eſt menſura quam ea quam ſtatuunt Sapientes Cæterum quod R. Schimeon dicit, מפני הטומאה *Propter immunditiem*, vult immunditiem tentorii, nam fieri poteſt ut tentorium faciat ſuper quantitate olivæ Cadaveris, aut ſuper ſimilibus rebus quæ tentorium polluunt, ita ut pollui poſſet is qui ſub illis ramis tranſierit, ſicuti ſuo loco exponetur in tractatu Oholot; deciſio eſt juxta doctorem primum tantum.

Cap. 3. §. 1. Incipit auctor jura poſſeſſionum reſpectu domiciliorum, puteorum, foſſarum, columbariorum, balneorum, ſpeluncarum, torcularium, agrorum ſiticuloſorum, ſervorum, eorumque locorum quæ ſemper ferunt fructus, & ſtatuit ea ab emtore poſſideri poſſe per integros tres annos, licet contractuum literas amiſerit, dummodo probaverit ſe per iſtud tempus ſemper agri illius fructus comediſſe. Explicantur aliquot voces Hebraicæ, cujuſmodi ſunt גורות, חזקה, בית הברים, שדה בעל, בית השלחין,

פרק ג חזקת הבתים והבורות והשיחין והמערות והשובכות והמרחצאות ובית הבדין ובית השלחין והעבדים וכל שהוא עושה פירות תדיר חזקתן שלש שנים מיום ליום שדה הבעל חזקתה שלש שנים ואינה מיום ליום רבי ישמעאל אומר שלשה חדשים בראשונה שלשה באחרונה ושנים עשר חדש באמצע הרי שמונה עשר חדש רבי עקיבא אומר חדש בראשונה חדש באחרונה ושנים עשר חדש באמצע הרי ארבעה עשר חדש אמר רבי ישמעאל במה דברים אמורים בשדה לבן אבל בשדה אילן כנס את תבואתו מסק את זיתיו כנס את קיצו הרי אלו שלש שנים :

Cap. 3. Poſſeſſio domiciliorum, puteorum, foſſarum, ſpeluncarum, columbariorum, & lavacrorum, torcularium, agrorum ſiticuloſorum, ſervorum, & illius quod ſemper fert fructus, poſſeſſio durat tres annos integros; ſed agri rigui poſſeſſio durat tres annos, at non integros. R. Iſmael dicit, tres menſes in principio, & tres menſes in fine, & duodecim menſes tempore in medio, qui ſunt octodecim menſes. R. Akiba dicit, unum menſem in principio, unum in fine, & duodecim in medio, qui ſunt quatuordecim menſes. Dixit R. Iſmael, de quo dicta ſunt hæc verba? De agro albente; ſed in agro arboribus conſito, ſi proventum collegerit, & olivas decuſſerit, & collegerit fructus æſtivos, hi tres anni cenſentur.

R. OB. DE BARTENORA.

חזקת הבתים וכו׳ *Poſſeſſio domiciliorum* &c. Si quis perdiderit chirographum ſuum, & teſtes adduxerit quod res illas quarum in hac Miſna facta eſt mentio, poſſedit, fide dignus eſt ſi dixerit quod in poteſtate ipſius emtæ ſunt, & non dicimus ei, oſtende chirographum tuum e quo conſtare poteſt quod tibi venditæ ſunt, nam tres annos homo ſervare ſolet chirographum ſuum, & non diutius. Cæterum adverſario dicimus, ſi non vendidiſſes ei agrum tuum, reclamare eum debuiſſes, & dicere coram duobus teſtibus, *notum ſit vobis quod talis vi ſurripuit agrum meum*, & res ad eorum aures perveniſſet; nam amicus tuus habet amicum, & amicus amici tui etiam habet amicum; & cum non reclamaſti, tibi ipſi damnum intuliſti.

שובכות

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Trium horum annorum hæc eſt ratio, quia homo ſervare ſolet rerum venditarum ac dono datarum chirographum anno primo, ſecundo, & tertio, at non diutius; ſi vero perdiderit chirographum, non tamen perdidit bona ſua, propterea, ſi Ruben probaverit quod hujus agri fructus comedit tres annos continuos, ager iſte in poteſtate illius confirmatus eſt. Et quamvis ager iſte liquido pertineat ad Schimeonem, & Schimeoni ſint teſtes quod ager iſte ad ipſum pertinet, Ruben tamen fide dignus eſt ſi dixerit ſe emiſſe illum a Schimeone; & Rubeni dicere non poſſumus, oſtende chirographum tuum, quia illum perdidit. Sed Schimeoni dicere poſſumus, ſi agrum illi non vendidiſti (uti dixiſti) quare ei permiſiſti eſum fructuum? Si vero dixerit, non mihi venit in mentem quia longe abfui,

tum

שובכות ſunt columbaria in quibus columbas nutriunt. בית השלחין *Ager ſiticuloſus*, in quo fons aquarum eſt unde irrigatur, qua de cauſa ſemper profert fructus. בית הבדים *Domus torcularis*, in qua olivas exprimunt ad conficiendum oleum. ועבדים *Et ſervorum*, etſi nobis hypotheſis ſit quod in pecude non obtinet חזקה *Jus poſſeſſionis*, ſive, quod ſtatim in illis non obtinet חזקה; nam ſi grex vel ſervus cognoſcantur quod ad unum pertinent hominem, & ingrediantur domum alterius, & illa in cujus domum ingreſſi ſunt, dixerit, ego emi eos & poſſeſſione acquiſivi, hæc non eſt poſſeſſio, quia ab uno domicilio ad aliud ire ſolent; at ſi tres annos poſſederit ſervum, non requiritur ut oſtendat chirographum venditionis. שדה בעל ſic dicitur ager qui aquis pluviæ humectatur, at propterea ſemel in anno fructus profert.

רבי ישמעאל אומר שלשה חדשים וכו׳ *R. Iſmaël dicit, tres menſes &c.* nam datur proventus qui intra tres menſes creſcit, ut hordeum, avena, & lentes; quomodo fieri poteſt ut poſſeſſor intra octodecim menſes ter comedat proventum ſuum. R. Akiba dicit, quod fructus datur qui intra triginta dies, uti ſunt olera, propterea, ſi agri illius proventus quatuordecim menſes comederit, eſt poſſeſſio. R. Iſmaël putat, quod in eſu olerum non obtinet poſſeſſio, ſed in eſu proventus aut fructuum tantum.

במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba?* nam in agris riguis octodecim menſes requiruntur. שדה לבן *Ager albens* eſt ager cujus fructus colliguntur ſimul eodemque tempore, ideo tres anni requiruntur. שדה האילן *Ager arborum*, illius fructus colliguntur diverſis temporibus, uvæ hoc tempore, & olivæ illo tempore, fici vero alio tempore. כנס את תבואתו *Si collegerit proventum ſuum*, vinum vitium, & ſucciderit olivas, & collegerit fructus æſtivos, & ficos, eoſque exſiccaverit & in domum collegerit, hæc eſt poſſeſſio, ac ſi tres anni eſſent; deciſio non eſt ſecundum R. Akiba, neque ſecundum R. Iſmaël.

tum ei reſpondere poſſumus intra trium annorum ſpatium fieri non potuit quin tibi innotuerit, quod talis homo tuum poſſidet agrum, & poſtquam tibi res innotuiſſet, reclamare debuiſſes quocunque in loco fuiſſes; nam fundamentum nobis eſt quod reclamatio hominis abſentis habeatur reclamatio, & quod fieri non poſſit quin ipſi innotuiſſet, nam ei dicere poſſumus, amicus tuus ſuum habet amicum, & ille iterum ſuum habet, & ſic porro. Cæterum reclamationis caſus ita ſe habet, dicat duobus hominibus, *notum ſit vobis quod ego tali homini non vendidi talem agrum, neque dono dedi, ſed ille (ut mihi dictum eſt) vi comedit illius fructus*; at cum hoc non fecerit, confirmatur poſſeſſio. Sed hæc intelligenda ſunt in terra ubi eſt exercitus propter bella; at ſi viæ propter hoſtes vel latrones occluſæ ſint, dicere poteſt, *non ſum rei iſtius conſcius.* Cæterum quod dicitur jus poſſeſſionis obtinere in ſervis, eſt deciſio juris; nam quamvis dixerint quod in גורות non obtineat חזקה *Poſſeſſio*, ſive in omnibus animalibus quæ ſeipſa movent, hoc tamen intelligi debet quando de ſervo vel bove conſtiterit quod ad talem hominem pertineant, & ſi nos poſtea viderimus eos in domo alterius, tum alteri illi nulla eſt poſſeſſio in illos, quia dicere poſſumus quod ille ad domicilium hujus viri ſe contulit. Sed dixerunt, *poſſeſſio ſtatim in illis non obtinet*, verum obtinet in illis poſſeſſio poſt tres annos.

שמנה עשר חדש *Octodecim menſes*, continuos, ſic etiam quatuordecim menſes, juxta ſententiam R. Akibæ; cæterum uniuſcujuſque ratio eſt ut tres comedat proventus. R. Iſmaël dicit, etiam olera quæ producuntur intra triginta dies.

אבל בשדה האילן *Sed in agro arborum*, vult dicere, quod ſi cum arboris ſemine remanſerit & totum illius proventum collegerit, res ſe habet perinde ac ſi omnes fructus de toto agro tritico conſito comederit; ſic etiam ſi olivas decuſſerit ex eodem agro, res ſe habet perinde ac ſi omnes fructus de toto olivarum agro comederit; item, ſi collegerit fructus æſtivos, ſe res habet ac ſi comederit omnes; eodemque modo comparatum eſt cum ficis & uvis, & confirmatur ei poſſeſſio iſtius agri, ſi comederit de eo tres fructus, etſi eos uno comederit anno; deciſio non eſt juxta R. Iſmaël, neque juxta R. Akibam, niſi in eo quod dixit, *tres annos*.

§. 2. *Trium regionum vario reſpectu poſſeſſionis conditio deſcribitur, cujuſmodi ſunt Judæa, regio cis Jordanem, & Galilæa, nempe ſi quis habitat in Judæa & in Galilæa poſſeſſionem habeat, non eſt hæc illius poſſeſſio, nec eam a poſſidente reclamare poteſt tempore belli & perſecutionis, niſi donec in eandem venerit regionem.*

ב שלש ארצות לחזקה יהודה ועבר הירדן
והגליל היה ביהודה והחזיק בגליל בגליל והחזיק
ביהודה אינו חזקה עד שיהא עמו במדינה (ס"א)
אמר רבי יהודה לא אמרו שלש שנים אלא כדי
שיהא באספמיא ויחזיק שנה וילכו ויודיעוהו שנה
ויבא לשנה אחרת :

2. Tres terræ ſunt in poſſeſſione ſua, Judæa, cis Jordanem, & Galilæa; ſi quis habitet in Judæa, & poſſeſſionem habeat in Galilæa, vel ſi in Galilæa, & poſſeſſionem habeat in Judæa, non eſt poſſeſſio, niſi donec cum eo ſit in una provincia. Dixit R. Jehuda, non dixerunt tres annos, niſi ſit in Hiſpania, & poſſideat eam unum annum, & ſecundo alii veniant & indicent, & poſſeſſor ſe anno tertio eo poſſit conferre.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש ארצות לחזקה *Tres terræ ſunt in poſſeſſione*, tres ſunt terræ in terra Iſraëlis in caſu poſſeſſionis inter ſe diviſæ, hoc ſenſu ſi quis poſſeſſionem aliquam habeat in illis terris, & poſſeſſor ſit in alia regione, poſſeſſio illius non eſt poſſeſſio, quia ex una terra ad alteram non reperiuntur milites præſidiarii; etſi enim non ſit tempus belli, eſt tamen temporis belli inſtar; & ſi agri poſſeſſor reclamaſſet, nemo fuiſſet qui id ei qui agrum poſſidet, indicaſſet; idcirco is qui agrum poſſidet, chirographo ſuo rem oſtendere debuiſſet, at quandoquidem eum non aſſervavit, perdidit poſſeſſionem.

עד שיהא עמו במדינה אחת *Donec cum eo ſit in una provincia*, ſi ambo ſint in Judæa, aut ambo in alia parte cis Jordanem, etſi ambo non ſint in una civitate; ſed quia plerumque commercium fieri poteſt, debuiſſet reclamare; at cum non reclamavit, ideo perdidit. R.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor conditionate dixit עד שיהא עמו *donec cum eo ſit*, intelligendum eſt de temporibus belli, nam eo tempore quo Miſna compoſita eſt, viæ erant intercluſæ. Per יהודה *Terram Judææ* intelligit, etſi non ſit cum ipſo in illa provincia, quemadmodum diximus quod reclamatio hominis abſentis habeatur reclamatio, & coram duobus hominibus, quando non obtinent bella, etſi ille ſit in Hiſpania, & hic qui poſſidet, ſit Jeruſolymæ, erit poſſeſſio, etiam juxta ſententiam primi doctoris. R. Jehuda putat quod etiam in tempore belli ſit poſſeſſio in tres annos, at putat etiam quod ſi cum ipſo ſit in provincia, ſtatim habet poſſeſſionem, & non requiruntur tres anni, neque brevius tempus; ſed quoniam eſt coram illo, ſtatim eſt poſſeſſio; deciſio non eſt juxta R. Jehudam ullo in caſu.

Jehuda

Jehuda dicit, non dixerunt tres annos &c. putat R. Jehuda quod ratio poſſeſſionis non eſt, quia uſque ad tres annos homo tenetur ſuum cuſtodire chirographum, & non ulterius; ſed quod ratio poſſeſſionis ſit, quia nemo ſinit ut agri ipſius fructus vel per unam horam edantur, & ipſe ſileat. Cæterum quod trium annorum tempus ſtatuerunt, ejus ratio eſt, quod ſi eſſet in Hiſpania &c. at ſi in eadem cum ea eſſet civitate, ſtatim poſſeſſio eſt; & in his tribus terris, in quibus non ordinario reperiuntur præſidiarii milites, ad minimum per tres annos poſſeſſio eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 3. *Quæritur de quibuſdam rebus, quomodo iſtæ* חזקה Poſſeſſio *dici debeant? Ad quod auctor reſpondet quando dicit*, omnis poſſeſſio quæ non comprehendit rationem, ea non eſt dicenda poſſeſſio, *puta rationem qua quis demonſtrare poterit, agrum proximi ipſius ad ipſum pertinere, quibuſcunque id demonſtraverit rationibus, cujuſmodi in hac Miſna variæ occurrunt. Porro recenſentur ii quorum nulla poteſt eſſe firma poſſeſſio. Exponuntur voces Hebraicæ, ut* אומנין, אריסין, נאמן, שותפין, *& formula logica* כיון:

ג כל חזקה שאין עמה טענה אינה חזקה כיצד אמר לו מה אתה עושה בתוך שלי והוא אמר לו שלא אמר לי אדם דבר מעולם אינה חזקה שמכרת לי שנתת לי במתנה אביך מכרה לי אביך נתנה לי במתנה הרי זו חזקה והבא משום ירושה אינו צריך טענה האומנין והשותפין והאריסין והאפוטרופין אין להן חזקה אין (ס"א) לאיש חזקה בנכסי אשתו ולא לאשה חזקה בנכסי בעלה ולא לאב בנכסי הבן ולא לבן בנכסי האב במה דברים אמורים במחזיק אבל בנותן מתנה והאחין שחלקו והמחזיק בנכסי הגר נעל וגדר ופרץ כל שהוא הרי זו חזקה:

3. Omnis poſſeſſio in qua non eſt ratio, non eſt poſſeſſio; quomodo? ſi quis dixerit alicui, *quid tu facis in meo?* & ille reſponderit, *quia nunquam mihi quis dixit quippiam*, non eſt poſſeſſio; vel ſi reſponderit, *mihi vendidiſti*, vel, *mihi dono dediſti*, vel, *pater tuus mihi vendidit*, *& dono dedit*, hæc eſt poſſeſſio. Qui vero propter hæreditatem venerit, is non tenetur dare rationem. Opifices, ſocii, hortulani, & epitropi non habent poſſeſſionem. Maritus non habet ullam poſſeſſionem in bonis uxoris ſuæ, nec uxor in bonis mariti, nec pater in bonis filii, nec filius in bonis patris. De quo dicta ſunt hæc verba? De eo qui poſſidet; ſed in eo qui dono dat, & in fratribus qui diviſerunt, & in eo qui poſſidet quid in bonis peregrini, & in eo qui obſeravit, fecit parietem, & diſrupit quantulumcunque, poſſeſſio obtinet.

R. OB. DE BARTENORA.

כל חזקה שאין עמה טענה *Omnis poſſeſſio cui non eſt ratio*, qua inferre poſſet quare poſſideat agrum proximi, non eſt poſſeſſio. הבא משום ירושה *qui venit ex hæreditate*, quando agrum poſſedit tres annos vi hæreditatis paternæ, quæ ad patrem pertinebat eo quo moriebatur tempore. אינו צריך טענה *Non indiget ratione*, ut exponere debeamus quomodo ille ad patris pervenerit poteſtatem; ſed probare debet quod vicini viderint patrem in eo habitaſſe unum diem. האומנים *Opifices*, qui vaſa adaptabant, & hi non habebant poſſeſſionem in vaſis aliorum, nam dicere non poterant, ego illa emta poſſideo, etiamſi vaſa ſint quæ nec vendi nec mutuo dari ſoleant; ſed hoc intelligendum eſt quando vas coram nobis ſit in poteſtate opificis, at ſi non ſit in poteſtate opificis nobis præſentibus, & alius e loco publico advenerit, dixerit opifici, eſt mihi vas apud te quod tibi dedi ut pararetur, redde mihi iſtud; & opifex reſponderit, dicens, verum eſt quod illud vas eſt in mea poteſtate, ſed tu mihi illud vendidiſti, tum opifex jurejurando fide dignus habetur; nam ſi velit, dicere poſſet, non fuit apud me unquam talis res, aut, ego tibi reddidi illam. Sic etiam, ſi opifex dixerit, tanta mercede mecum conveniſti pro paratione, & alius dixerit, minori mercede contraxi tecum, ſi vas ſit in poteſtate opificis nobis præſentibus, poſſeſſor vaſis fide dignus eſt; ſin autem vas non ſit coram nobis in poteſtate opificis, opifex fide dignus eſt jurejurando, etſi præſentibus teſtibus id tradiderit, nam ſi velit, dicere poſſet, ego tibi vas reddidi.

והשותפין *Et ſocii*, qui agrum habent in ſocietate, & quorum unus tres annos comedit agri fructus, tum non eſt poſſeſſio; ſed hoc intelligendum eſt quando in agro non obtinet jus diviſionis, at ſi jus diviſionis obtineat, & unus eorum tres annos agri fructus comederit, eſt poſſeſſio.

והאריסים *Et mercenarii*, qui agrum colendum recipiunt pro media, tertia, aut quarta parte; ſi talis conductor comederit agri fructus per tres annos, non eſt poſſeſ-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבא משום ירושה *Qui vero venit propter hæreditatem*, eſt is qui agrum illum a patre hæreditario jure poſſidet, & ſi conſtiterit quod pater illo uſus eſt tres annos, vel quod ipſe tres annos uſus eſt illis, aut quod trium annorum partem illo uſus eſt, & filius reliquam trium annorum partem, poſſeſſio confirmatur filio.

אריסין ſunt ii qui agrum pro media, tertia, aut quarta parte colunt. אפוטרופין ſunt Orphanorum tutores; ſed obſerva id quod auctor dicit, *opifices non habent poſſeſſionem*, non tantum de agris, ſed etiam de mobilibus bonis, & in his diverſa occurrunt jura, quemadmodum tibi dicam, nimirum, quod opifices, ſi vas aliquod ſit in poteſtate ipſius, & nonnemo ei dixerit, vas illud quo tu operaris aut quod tu paras, meum eſt, nam ego tibi illud dedi parandum, teſteſque adduxerit qui teſtati ſunt illud vas ad ipſum pertinere; & ſi tum opifex ei dixerit, vere quidem ad te pertinebat, ſed ego emi illud a te, non eſt fide dignus, ſive ei vas coram teſtibus tradiderit, aut ſine teſtibus. Et ſi quis ab opifice petierit, eique dixerit, talem rem a me habes in poteſtate tua, nam ego tibi illam dedi ut pro me in illa faceres tale opus, & opifex reſponderit, ego illam a te emi, opifex fide dignus eſt, ſive eam coram teſtibus ſive ſine teſtibus dederit, quoniam vas non erat præſens, nam ſi cum teſtibus illud dediſſet, dicere potuiſſet, ego poſtea illud tibi reddidi; & ſi abſque teſtibus dediſſet, ei dicere potuiſſet, non habui talem rem. Eſt unum e fundamentis noſtris ratio כיון *quandoquidem*, uti aliquoties expoſuimus, & tali in caſu recipimus rationem כיון ab opifice, ſic etiam ſi quis viderit vas ſuum in poteſtate opificis, eique dixerit, ego illud tibi dedi ut paretur, at negaverit id opifex, & dixerit, nihil mihi dediſti, opifex fide dignus eſt; verum ſi dixerit, emtum eſt in poteſtate mea, ſive dixerit, tu mihi illud vendidiſti, non eſt fide dignus, quoniam teſtes ſunt qui teſtantur quod vas ad ipſum pertinet. Et in hujuſmodi dicimus, quod opificibus non eſt poſſeſſio, & non recipimus ab iis rationem כיון *Quandoquidem*, nam dicere potuiſſet, nunquam habui talem

poſſeſſio. Sed hoc intelligendum eſt de אריסים qui antea a patre jam conduxerunt, & propterea filio ſunt inſtar tutoris; ſed ſi ſit conductor ſive אריס cui agri poſſeſſor prima vice conduxerit, & ille tres annos comederit fructus, eſt ei poſſeſſio.

ואין לאיש חזקה בנכסי אשתו *Et marito non eſt poſſeſſio in bonis uxoris ſuæ*, etſi maritus contractum conſcripſerit uxori ſuæ adhuc dum deſponſa erat, nullum mihi in tua bona erit jus nec repetitio, neque in tuos fructus, tum fructus jure comedere non poteſt; & poſtquam probaverit quod tres annos comedit fructus, non eſt poſſeſſio, nam uxor marito ſuo relinquere ſolet ut bonorum fructus comedere poſſit per fas aut nefas.

ואין לאשה חזקה בנכסי בעלה *Neque uxori poſſeſſio eſt in bona mariti ſui*, etſi maritus ei deſtinaverit agrum in alimoniam, & illa tres annos comederit fructus ex agro alio mariti, nihilominus non eſt poſſeſſio, nam quiſque uxori ſuæ concedere ſolet ut bonorum fructus comedat, etiam ejuſmodi in rebus in quas illa nullam habet poteſtatem.

ולא לאב בנכסי הבן *Neque patri in bona filii*, quia illi ambo inter ſe ſunt inſtar tutorum: במה דברים אמורים *de quo dicta ſunt hæc verba?* quando non eſt poſſeſſio in ejuſmodi re de qua lis eſt, quia proximus ejus inferet, quod illa bona violenter rapuit.

אבל בנותן מתנה *Sed in eo qui dono dat*, nobis præſentibus, dixeritque ei cui dono dedit, ito, poſſideto, & acquirito ea ſcil. quæ ſuperius in Miſna dicta ſunt, quibus non eſt poſſeſſio, ab eo tempore quo poſſederint, quemadmodum reliqui donorum acceptores, acquiſiverunt, & is qui dono dedit, non poterit revocare ea quæ dono dedit. Uxor autem quæ dono dederit vel vendiderit marito ſuo bona uſuaria, tum, poſtquam ea poſſederit maritus, etiam ea acquiſivit, & uxor dicere nequit, pacis gratia ego id feci; nam de bonis gregis ferrei, aut de agro quem maritus ei deſtinavit in dotem, dicere poſſumus quod venditio illius non eſt venditio, nec donatio ejus donatio, quoniam illa dicere poſſit, ut marito hanc gratiam præſtarem, id feci, eo quod marito illorum bonorum pars. Sed de bonis uſuariis, quorum nulla pars marito eſt, dicere nequit uxor, ego id feci ut marito hanc gratiam præſtarem. Similiter, ſi quis de bonis ſuis quicquam vendiderit uxori ſuæ, & nummi quibus uxor bona illa acquiſiverat, non abſconſi fuiſſent in poteſtate ipſius, venditio rata eſt, & bona uxoris erunt, maritus autem fructus comedet. Sin autem nummi illi in poteſtate uxoris abſconditi fuiſſent, venditio irrita eſt, quia dicet, ut detegat nummos quos uxor habet in poteſtate ſua, dixi ego quod ipſi vendidi.

והאחין שחלקו *Et fratres qui diviſerunt*, & quiſque eorum poſſederit partem ſuam, tum renunciare nequeunt. והמחזיק בנכסי הגר *Et qui poſſederit bona peregrini*, qui mortuus eſt ſine hæredibus, tum quiſquis anteverterit in poſſeſſione bonorum ejus, is acquiſivit. נעל *clauſit*, qui januam clauſit. וגדר *Et qui parietem ſtruxit.* ופרץ *Et qui fracturam fecit.*

talem rem; ergo hoc in caſu non habet locum ratio מיגו. Sin autem paterfamilias adduxerit teſtes qui teſtantur vas ad ipſum pertinere, educendum eſt e poteſtate opificis, etſi dicat, tu nihil mihi dediſti; hæc ſunt jura legitima quæ hoc in caſu exponuntur in Gemara. Cum autem hæ res ita ſe habent, ſi controverſia orta ſit inter opificem & patremfamilias de mercede, & opifex dicat, tanto pretio tecum conveni, & paterfamilias dixerit quod minori pretio cum eo convenit, opifex non eſt fide dignus, ſi vas coram nobis ſit, ſed paterfamilias fide dignus eſt. Verum ſi vas non ſit coram nobis, opifex eſt fide dignus, etſi ei vas tradiderit coram teſtibus, nam, quoniam ei dicere potuiſſet, ego tibi illud reddidi, & tanto pretio mecum contraxiſti. Et quod hoc in caſu dicimus נאמן *Fide dignus*, intelligendum eſt poſtquam juravit ſumendo aliquam rem pretioſam in manu, nam ipſum ad juſjurandum adigimus ex fundamento מיגו *Quoniam*, juxta conſtitutionem Sapientum cum jurejurando mercenarii, ut opifex juret & recipiat.

אריסין *Mercenarii*, puta eos qui patris mercenarii jam fuerunt, quibus filius omnia ſua bona tuto committere audet, quia ei ſunt inſtar tutorum, idcirco non eſt poſſeſſio. Cæterum ſi ſit mercenarius in agro ipſius patrisfamilias, & omnes fructus comederit tres annos, poſſeſſio confirmata eſt in poteſtate ipſius. Maritus vero non habet poſſeſſionem in bonis uxoris ſuæ, nimirum in *bonis uſuariis*, ſed bona gregis ferrei ipſi jam conſcripta ſunt in hæreditatem; & quamvis uxori conſcripſerit maritus ejus dum ipſi adhuc deſponſa erat, quod non comederet fructus, atque confirmata eſſet hæc conditio, & ei non ſunt fructus, quemadmodum expoſuimus in tractatu Cetuboth. Nihilominus ei non eſt poſſeſſio, ſi ratiocinatus fuerit, & teſtes adduxerit quod tres annos comedit fructus, nam uxor marito ſuo bona concedere ſolet; imo & talia in quibus maritus non habet poteſtatem. Sed ſi chirographum vel teſtes adduxerit, & exinde probaverit maritus, quod uxor ei bona quædam uſuaria vendidit, venditio illa rata eſt, & uxor dicere nequit, quod id fecerit in gratiam mariti. Similiter, ſi uxor in ſe receperit cautionem bonorum uſuariorum una cum marito, quemadmodum illa dicere hoc poſſit de bonis mariti ſui, & de bonis gregis & ferri, nimirum, de bonis mariti, uti eſt ager quem maritus conſcripſit uxori in dotem, nam maritus non habet poteſtatem in bona uſuaria, quia uxor dicere poteſt, propter afflictionem qua me afficiebat maritus, id feci. Uxor autem non habet poteſtatem in bona mariti, nempe in omnia ejus. Et quamvis maritus ei deſtinaverit locum quendam ut illa ex eo capiat alimoniam ſuam, illaque de alio comederit agro per tres annos, non cedit illi in poſſeſſionem; nam quiſque uxori ſuæ largiri ſolet ejuſmodi rebus frui in quas illa nullum habet jus. Verum ſi illa ex chirographo vel teſtibus probationem adduxerit quod maritus illas res uxori vendidit, ſi nummi quibus illa emit, eſſent abſconditi in poteſtate ſua, venditio irrita eſt; nam illi dicere poſſet, quia nummos vidi apud illam, vendidi illi, ut ego eos acciperem. Si vero de nummis res palam eſſet, venditio rata eſt, & maritus comedere poteſt fructus. Si vero maritus quicquam dono dederit uxori ſuæ, non habet fructus de illo dono.

Omnia autem illa quæ diximus, quod unus non habet poſſeſſionem in bona alterius, intelligenda ſunt de ipſo agro, ut cum acquirat cum illa poſſeſſione. Verum cæteræ res quibus eſt poſſeſſio, quum unus convenerit cum altero, ut onerare parietes, & aperire canalem & aquæductum, & aperire feneſtras, habent poſſeſſionem, maritus in bona uxoris, & uxor in bona mariti, & ſic in cæteris. במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba?* id eſt, quod diximus, poſſeſſionem non habere locum, intelligendum eſt ſi dixerit quod rem aliquam emit vel dono dedit, vel ſcripturas amiſerit & poſſeſſionis ſuæ probationem attulerit, & agri poſſeſſor negaverit dictum ejus, de hoc caſu dicimus, quod non audiunt ipſum. Sed ſi maritus quicquam uxori ſuæ dono dederit, aut uxor marito, & illud cum poſſeſſione acquiſiverit, poſſeſſio eſt, ſicuti illius fundamenta poſuimus in tractatu Cidduſchin, nimirum, ſi res aliqua fuerit in ipſo agro, quod eam ſimul acquirit. נעל & occluſerit, nimirum locum aliquem in agro. וגדר *Et parietes ædificaverit.* ופרץ *Et diffregerit.* Eſt unum e fundamentis noſtris, quod ſi peregrinus non habeat hæredes, illius hæreditas acquiritur ab eo qui anteverterit; & ſi quis juxta unum eorum quos diximus modorum, poſſederit, acquiſivit. Sic etiam fratrum eorum qui diviſerunt, confirmatur diviſio, & retractare nequeunt, quandoquidem quiſque eorum poſſedit partem ſuam.

§. 4. *Sermo eſt de eo qui tres annos comederit fructus ex agro ei locato, quod teſtati ſunt duo teſtes qui poſtea falſarii deprehenſi ſunt, quique idcirco proprietario omne debitum ſolvere debent. Si vero de quolibet anno extiterint teſtes, debitum inter dividant. Tandem de tribus fratribus teſtantibus cui unus acceſſerit teſtis, agitur.*

ד היו שנים מעידין אותו שאכלה שלש שנים ונמצאו זוממים משלמין לו את הכל שנים בראשונה ושנים בשנית ושנים בשלישית משלשין ביניהם שלשה אחים ואחד מצטרף עמהם הרי אלו שלש עדיות והן עדות אחד להזמה (נ"א לי"ג) :

4. Si duó teſtati fuerint quod aliquis fructus comedit tres annos, & inventi fuerint mendaces, omnia ei ſolvunt. Si duó ſint de primo anno, & duo de ſecundo, & duo in tertio, dividunt inter ſe. Si tres fuerint fratres & unus ſe junxerit illis, illi tria teſtimonia ſunt unum teſtimonium pro mendacio.

R. OB. DE BARTENORA.

משלשים ביניהם *Dividunt inter ſe*, quælibet ſocietas ſolvet tertiam partem, nam tres ſunt ſocietates pro tribus annis. *Tres fratres*, pro quolibet anno teſtatur unus frater, & alius cum fratre, nam hic unus teſtatur cum illis omnibus, quo modo hic tria ſunt teſtimonia, nam id quod unus teſtatus eſt, non atteſtatus eſt alter, ideo teſtimonium eorum legitimum eſt.

והן עדות אחת להזמה *Et illi ſunt teſtimonium unum pro mendacio*, pro caſu falſario ſunt illi teſtimonium unum, ut, ſi comperiantur mendaces, tertiam inter ſe dividant partem; ſed non comperiuntur mendaces niſi uſque dum omnes comperti fuerint mendaces.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משלשים ביניהם *Dividunt inter ſe*, vult dicere, quælibet turba ſolvet ſextam pecuniæ partem; & quomodo? *Si una turba ſe junxerit cum illis*, ſi Moſes teſtatus fuerit Rubeni quod agri fructus primo comedit anno, & deinceps idem Moſes teſtatus fuerit Simeoni quod agri fructus ſecundo comedit anno; & tandem idem ille Moſes teſtatus fuerit Levi quod is comederit agri fructus anno tertio; teſtimonium hoc ratum eſt, & poſſeſſio valet tribus his teſtimoniis conjunctis.

§. 5. *Perſequitur auctor* jus poſſeſſionis, *atque in hac Miſna diſtinguit inter ea in quibus id obtineat, in quibus vero non; etenim licet quis aliquas res per tres poſſederit annos, quo ſpatio nonnullas conductor acquirit nullo ei adverſante proprietario, tamen non omnes hoc modo acquiruntur, quarum diſtinctio hic proponitur.*

ה אלו דברים שיש להן חזקה ואלו דברים שאין להן חזקה היה מעמיד בהמה בחצר תנור וכירים וריחים ומגדל תרנגלין ונותן זבלו בחצר אינה חזקה אבל עשה מחיצה לבהמתו גבוה עשרה טפחים וכן לתנור וכן לכירים וכן לריחים הכנים תרנגלין לתוך הבית ועשה מקום לזבלו עמוק שלשה או גבוה שלשה הרי זו חזקה :

5. Hæ ſunt res in quibus poſſeſſio obtinet, & illæ ſunt res in quibus poſſeſſio non obtinet; ſi quis pecudem in atrio poſuerit, fornacem furnulum, molam, caveam gallinarum, & ſtercus eorum in atrio depoſuerit, non eſt poſſeſſio. Verum ſi pro pecude ſua interſtitium aliquod fecerit decem palmos altum, & ſic etiam pro furno, & furnulo, & molis, ſi gallinas collegerit intra domum, & ſi locum fecerit pro ſtercore tres palmos profundum, aut tres illum, hæc eſt poſſeſſio.

R. OB. DE BARTENORA.

שיש להן חזקה *In quibus eſt poſſeſſio*, ſi quis poſſideat fundum ſui proximi hoc ſenſu tres annos; poſſeſſio eſt. היה מעמיד בהמתו בחצר *Si quis beſtiam ſuam in atrio conſtituerit*, loquitur hic doctor de atrio ſociorum, qui inter ſe non ſunt ſolliciti de collocatione beſtiarum in atrio, & propterea non eſt poſſeſſio, etiamſi pro hac re tres poſſederit annos. *Sed ſi pro beſtia ſua interſtitium fecerit* &c. nam de hac re certò ſolliciti ſunt, idcirco ſi tres ſiluerit annos & non impediverit, certum eſt quod ſit poſſeſſio. Rabbenu Moſes exponit, quod pro ſocio qui ſollicitus eſt de confectione interſtitii, ſi ſocius ejus interſtitium fecerit & non impediverit, ſtatim eſt poſſeſſio; ſed pro alio homine, etſi interſtitium faciat & non impediat ipſum, non eſt poſſeſſio niſi poſt tres annos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod hic dicit, intelligendum eſt de atrio ſociorum, qui ſolliciti ſunt de confectione interſtitii; at ſi quis interſtitium fecerit in atrio proximi, non cedit illi poſſeſſio in illo loco uſque ad tres annos.

§. 6. *Recenſentur in hac Miſna ejuſmodi res quæ reſpectu uſus & loci ipſarum dici poſſunt* poſſeſſiones, *vel non; ita E. G. de canali quæritur an ea tam firma eſſe poſſit alicujus poſſeſſio, ut ea propter vicini incommodum inde removeri non debeat, cum illius locus in quo poſita eſt, quidem ſit poſſeſſio, at non canalis; & ſic de cæteris. Exponuntur aliquot voces, ut* מזחלה, מלבן, זיז, חלון המצרי, מרזב:

ו המרזב אין לו חזקה ויש למקומו חזקה המזחילה יש לה חזקה סלם המצרי אין לו חזקה ולצורי יש לו חזקה חלון המצרית אין לה חזקה ולצורית יש לה חזקה איזו היא חלון המצרית כל שאין ראשו של אדם יכול ליכנס לתוכה רבי יהודה אומר אם יש לה מלבן אף על פי שאין ראשו של אדם יכול ליכנס לתוכה הרי זו חזקה הזיז עד טפח יש לו חזקה ויכול למחות פחות (פ"א) מטפח אין לו חזקה ואין יכול למחות :

6. Canali non eſt poſſeſſio, ſed loco ipſius poſſeſſio eſt; canali magno eſt poſſeſſio. Scalæ Ægyptiæ non eſt poſſeſſio, ſed Tyrio eſt poſſeſſio. Feneſtræ Ægyptiæ eſt poſſeſſio, ſed quænam eſt feneſtra Ægyptia? in quam homo nequit immittere caput ſuum. R. Jehuda dicit, ſi ei quadratum ſit etſi homo in id nequeat immittere caput ſuum, tamen ei poſſeſſio eſt. Tigno uſque ad palmum eſt poſſeſſio, ſed manu ſua impedire poteſt; ſi palmo minus ſit, non eſt ei poſſeſſio, neque impedire poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מרזב Eſt canalis parva quam extremitati canalis magnæ imponunt, quæ extenditur ſupra totum tectum; *ei non eſt poſſeſſio, ſed loco illius eſt poſſeſſio*, ſi illic ſit canalis parva, & atrii poſſeſſor eam removere velit, non poterit, quia is de cujus tecto aquæ defluunt verſus illam canalem, jam habet poſſeſſionem, at ſi mutare velit, nempe, ſi canalis conſtituta ſit in latere meridionali, & eam conſtituere velit in latere ſeptentrionali, non poterit hoc impedire poſſeſſor canalis, eo quod ipſi non infert damnum, neque poſſeſſionem ſibi vendicat, quia ſemper eſt in hoc latere.

מזחלה notat canalem magnam quæ totam tecti longitudinem comprehendit, eſtque ſolo affixa, idcirco ei eſt poſſeſſio. סולם המצרי *Scala Ægyptia*, eſt parva & non fixa in ſolo, de qua nemo ſollicitus eſt ſi in proximi atrio quis eam conſtituerit, ad aſcendendum per eam in tectum ad columbarium, idcirco ei eſt poſſeſſio.

חלון המצרית *Feneſtra Ægyptia*, eſt feneſtra parva in quam homo nequit immittere caput ſuum. אין לו חזקה *Non eſt ei poſſeſſio*, & ſi atrii poſſeſſor e regione feneſtræ ædificare voluerit, eamque occludere, feneſtræ poſſeſſor dicere nequit, jam mihi in eam poſſeſſio eſt; ſed alter eam occludere poteſt, quia ipſi dicet, non conſenſi niſi quatenus in eo nullum erat damnum; nihilominus ſi ille in principio voluiſſet quando eam aperiebat, impedire potuiſſet ut non aperuiſſet, imo etiam ultra quatuor cubitos alta eſſet; nam ei dicere potuiſſet, fieri poteſt ut ſcamnum aliquod ponas prope feneſtram, & introſpicias per illam; ſic etiam poſtquam ei conſenſerit eamque aperuerit, non eſt ei poſſeſſio.

ולצורית יש לה חזקה *Et Tyriæ eſt poſſeſſio*, eſt feneſtra in quam homo immittere poteſt ſuum caput, etiamſi ultra quatuor cubitos alta ſit, aut feneſtra quæ facta eſt pro luce, etiamſi admodum parva ſit, aut feneſtra infra quatuor cubitos, quælibet harum feneſtrarum, ſi ei conſenſerit, & aperuerit, poſſeſſionem habet; & poſtea non poterit ædificare e regione illius, & neque occludere eam, quia in damnis obtinet poſſeſſio, præterquam in fumo & pulvere, vel fœtore, in quibus tribus damnis non eſt poſſeſſio, etiamſi per multos quis annos poſſederit ea. Sed in damno viſus obtinet poſſeſſio; verum non requiritur poſſeſſio pro trium annorum damno, niſi ab eo tempore quo damnum fuerit tantum ut is cui damnum illatum, dicere poſſit, jam tibi conſtitit de damno, attamen non impediviſti, eſt itaque poſſeſſio.

מלבן eſt ædificium exterius, inſtar ſuperliminaris ſupra atque infra. זיז Notat lignum vel lapidem qui exit e pariete ſuo ad aërem atrii proximi ſui, hic ſi fuerit palmaris menſuræ, vel majoris, habet poſſeſſionem, & poſſeſſor atrii non poterit ædificare e regione illius, neque occludere illud Sis, quandoquidem ei eſt poſſeſſio.

ויכול למחות בו *Et impedire poteſt*, quando poſſeſſor parietis educere voluerit Sis quod eſt menſuræ palmaris, & majoris, atrii poſſeſſor ipſi eductionem impedire poteſt. פחות מטפח *Si ſit intra palmum*, tum non habetur res humi affixa, idcirco non eſt poſſeſſio, & e regione ipſius ædificare poteſt proximus, idque occludere; & quando poſſeſſor parietis in principio illud educere voluerit, non poterit hoc ei impedire atrii poſſeſſor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרזב Eſt canalis parva; *non eſt ei poſſeſſio, ſed loco ejus poſſeſſio eſt*, id eſt, ſi Rubeni ſit canalis parva per quam aquæ tranſeunt in domicilium Simeonis, Ruben nequit dicere Simeoni, non removebitur hæc canalis ex hoc loco, quandoquidem illic eſt in poſſeſſione; ſed Simeon illam removere poteſt e loco ſuo, eamque in alio ponere loco, quia ei dicere poteſt, nihil tibi juris in me eſt, ſed aqua tua defluit e tecto tuo in atrium meum, & nihil tibi inde accedit damni ſive ab hoc ſive ab illo fluat latere.

מזחלה Eſt canalis lignea magna, quæ parieti impoſita eſt, per quam aquæ de tecto defluunt ne paries corrumpatur. Et quod auctor de ſcala & feneſtra dicit quod illis eſt poſſeſſio, & non poſſeſſio, intelligendum eſt ſi aperuerit talem feneſtram vel talem quis poſuerit ſcalam, quando dicimus quod illis non eſt poſſeſſio, non vult dicere quod eas jam poſſedit & opera ſua deſtruxit, ſed proximus illius ædificare poteſt prope feneſtram, ſi fuerit feneſtra Ægyptia, & ſcalam Ægyptiam removere. Et quando dicimus quod obtinet poſſeſſio, proximus non ædificabit prope illum parietem, niſi dum ſeparaverit ab eo aliquod ſpatium, uti ſuperius dictum eſt. מלבן eſt ædificium exterius exſtructum inſtar liminis inferius, & ſuperius.

זיז Eſt ædificium quod e pariete exit, cui ſi menſura palmi eſt, ipſi eſt poſſeſſio, & poſſeſſor ipſius impedire poteſt poſſeſſorem atrii ei proximum, ut non ædificet prope illius Sis, quia non removebit illud ut ædificio imponat. Sin autem ei non ſit menſura palmi, non eſt illi poſſeſſio, & poſſeſſor Sis nequit atrii poſſeſſorem impedire ut non ædificet, ne introſpiciat ad ipſum quando illic eſt. Jam expoſuimus quod ſit unum e fundamentis noſtris, quod damnum viſus vocetur damnum. Præterea nobis quoque fundamentum eſt quod in damnis obtinet poſſeſſio, præterquam in fumo, pulvere, & fœtore, ſimilibuſque aliis; & inter damna in quibus locum habet poſſeſſio, eſt damnum viſus; at in poſſeſſione damnorum non requiruntur tres anni, & hoc eſt id quod dicimus, *non obtinet jus poſſeſſionis in damnis*. Porro in illis quoque ſtatim non obtinet poſſeſſio, niſi uſque dum tamdiu continuaverit iſtud damnum ut is cui damnum illatum eſt, dicere poſſit, jam conſenſiſti, quoniam non impediviſti. Propterea ſi quis aperuerit feneſtram iſtiuſmodi in quam nemo caput ſuum introducere poterit, ultra quatuor cubitos, non obtinet poſſeſſio, quia proximus ei dicere poteſt, non conſenſiſti niſi eo quod mihi nullum in eo erat damnum, quoniam me videre non potes; idcirco, ſi e regione feneſtræ iſtius ædificare voluerit, eamque occludere, id facere poterit, & feneſtra poſſet id impedire, non poterit, quia illi poſſeſſionem non vendidit. Et Simeon illum impedire poteſt, ne feneſtram aperiat ab initio, etſi ultra quatuor ſit cubitos, quia ei dicere poteſt, ſcamnum aſcendere potuiſſes, & me videre; at ſi ipſi conſenſerit & feneſtram aperuerit, non obtinet poſſeſſio, & licitum illi eſt e regione feneſtræ ædificare. Verum ſi feneſtra fuerit infra quatuor cubitos, vel feneſtra Tyria, ut homo caput ſuum per eam immittere poſſit, etſi ultra quatuor ſit cubitos, aut ſi feneſtram aperuerit ut per illam veniat lux, etſi minor ſit & infra quatuor cubitos, in his tamen tribus feneſtris obtinet poſſeſſio; & cum Simeon conſenſerit Rubeni, Simeon non poterit ædificare feneſtram niſi dum quatuor ſeparaverit cubitos, quemadmodum expoſitum eſt capite præcedenti.

§. 7. *Cum non liceat alicujus proſpectui ullo modo impedimento eſſe, vel in illius loca privata introſpicere, idcirco in hac Miſna prohibetur, ne quiſquam ædificet feneſtram e qua in ſociale quoddam atrium proſpiciat. Ob eandem rationem nec cœnaculum in ſuperiori parte domus ædificandum, nec atrium ad alterius atrium aperiendum, nec feneſtram e regione alterius feneſtræ conſtruendam.*

ז לא יפתח אדם חלונותו לחצר השותפין לקח בית בחצר אחרת לא יפתחנה לחצר השותפין בנה עליה על גבי ביתו לא יפתחנה לחצר השותפין אלא אם רצה בונה את החדר לפנים מביתו ובונה עליה על

7. Nemo feneſtras ſuas aperiet verſus atrium ſociorum, ſi quis domum emerit in atrio alio, non aperiet illam verſus atrium ſociorum. Si cœnaculum ædificaverit ſupra domum ſuam, non aperiet illud verſus atrium ſociorum; at ſi voluerit,

על גבי ביתו ופותחה לתוך ביתו לא יפתח אדם
לחצר השותפין פתח כנגד פתח וחלון כנגד חלון
היה קטן לא יעשנו גדול אחד לא יעשנו שנים
אבל פותח הוא לרשות הרבים פתח כנגד פתח
וחלון כנגד חלון היה קטן עושה אותו גדול אחד
עושה אותו שנים :

rit, ædificare poteſt conclave in domo ſua, & cœnaculum ædificare ſupra domum ſuam, idque intra domum ſuam aperire. Nemo aperiet in atrium ſociorum unam portam e regione alterius, neque feneſtram e regione feneſtræ; & ſi minor erat, non faciet eam majorem, ſi una, non faciet duas. Sed aperire poteſt verſus locum publicum unam januam e regione alterius, & feneſtram unam e regione alterius, &, ſi minor erat, eam facere poteſt majorem; ſi una, facere poteſt duas.

R. OB. DE BARTENORA.

לחצר השותפין *Ad atrium ſociorum*, ad ejuſmodi atrium de quo multi participant, non licet aperire feneſtram, & quanto minus ad atrium proximi, propter damnum ſive incommodum viſus. לקח בית בחצר אחרת *Si emerit domum in atrio alio*, quod proximum eſt ei cujus ille eſt ſocius, tum non aperiet januam alterius atrii ad hoc, quia is eo modo in cauſa eſt ut habitatores iſtius domus ſæpius eo ingrediantur. בונה חדר לפנים מביתו *ædificet conclave intra domum ſuam*, quia tum nihil addit, ſed domum ſuam tantum dividit in duas; nam cæteroquin domum ſuam implere poſſet habitationibus, ſi vellet. פתח כנגד פתח *Janua e regione januæ*, nam ſcriptum eſt Num. 24 2. וישא בלעם את עיניו וירא את ישראל שוכן לשבטיו at quid vidit Bileam? vidit quod portas ſuas non ſtatuerent unam e regione alius. *Si minor ſit, non faciat eam majorem*, quia ei dicet proximus, ope minoris portæ ego mihi poſſum cavere a te, ſed ope majoris portæ nequeo mihi a te cavere. אחד לא יעשה שנים *Si unam, ne faciat duas*, nam dicet ei, ope unius portæ mihi cavere poſſum, ſed non ope duarum. *Ad aperiendum verſus locum publicum*, quia illi dicet, tandem tibi caveas oportet ab hominibus in loco publico incedentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus de feneſtris caſus ratio eſt ne quis introſpiciat in locum proximi ſui; ſi ſint duo domicilia & inter illa ſit locus publicus, unam feneſtram e regione alterius aperire poteſt, & portas augere, nam dicere poteſt vicino ſuo, ego non majus damnum infero meo proſpectu, quam uniuſcujuſque proſpectu in platea incedentis.

§. 8. *Quemadmodum rerum privatarum, ita quoque publicarum non minor habenda eſt ratio, propterea auctor in hac Miſna cavet ne loco publico quid detrimenti accedat per ſubſtructiones in terræ, vel per podia a domiciliis in locum publicum prominentia. Exponuntur voces Hebraicæ* גזוזטראות *&* זיזין:

ח אין עושין חלל תחת רשות הרבים בורות
שיחין ומערות רבי אליעזר מתיר כדי שתהא עגלה
מהלכת וטעונה אבנים אין מוציאין זיזין וגזוזטראות
לרשות הרבים אלא אם רצה כונס לתוך שלו ומוציא
לקח חצר ובה זיזין וגזוזטראות הרי זו בחזקתה :

8. Non faciunt civitatem ſub loco publico, puteum, foveas, nec ſpeluncam. R. Elieſer permittit, dummodo currus lapidibus onuſtus procedat. Non educet quiſquam tigna aut trabes in locum publicum; at, ſi voluerit, colliget intra locum ſuum, & educet. Si emerit atrium, & in eo fuerint tigna & trabes, ecce hoc manet in poſſeſſione ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

אין עושין חלל תחת רשות הרבים *Non faciunt cavitatem ſub loco publico*, etſi quis in ſe recipiat omnia damna quæ ipſius cauſa veniunt, quia homines de bonis ſuis nolunt litem movere, & ea amittere. *R. Elieſer permittit*, dummodo eam fortiter tegat cavitatem, ita ut currus lapidibus onuſtus ſuper illam trahi poſſit; & non ſuſpicamur fieri poſſe ut poſt aliquod tempus corrumpatur tectum illius; at deciſio non eſt juxta R. Elieſer. זיזין ſunt tigilla. גזוזטראות ſunt tigna magna, ne in illis offendant ii qui incedunt in loco publico. *Colliget intra locum ſuum*, ſtructuram colliget in ſolum ſuum juxta menſuram זיזין, atque educet. *Ecce hoc eſt in poſſeſſione ſua*, nam ratiocinamur pro emtore, & dicimus, fieri potuiſſe ut atrium vendiderit ipſi, & ideo collegit in locum ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גזוזטראות ſunt trabes magnæ e pariete prodeuntes, quæ tabulatum & pavimentum recipere poſſunt; & nobis fundamentum eſt quod pro hærede & pro emtore ratiocinari debemus; idcirco ſi quis eas emerit, eſt in poſſeſſione earum, nam ratiocinamur pro eo, dicimuſque, fieri potuiſſe ut prior ille qui ædificavit, fuerit in loco ſuo, uti oportet, & nos linquimus illud uti antea erat.

Cap. 4. §. 1. *Quæritur an ſi quis domum in genere vendiderit, etiam alia ſimul ædificia cum ipſa vendita cenſeantur, cujuſmodi ſunt ſtrata, tecta, & conclavia inferiora. Exponitur vox* יציע *&* חלל:

פרק ד המוכר את הבית לא מכר היציע
ואף על פי שהיא פתוחה לתוכו ולא את החדר
שלפנים ממנו ולא את הגג בזמן שיש לו מעקה גבוה
עשרה טפחים רבי יהודה אומר אם יש לו צורת פתח
אף על פי שאינו גבוה עשרה טפחים אינו מכור :

Cap. 4. Si quis vendiderit domum, non vendidit ſtratum, etſi aperta ſit intus, neque conclave quod interius eſt, neque tectum, quando lorica decem palmos alta fuerit. R. Jehuda dicit, ſi fuerit figura portæ, etſi non decem palmos altum ſit, non venditum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

יציע eſt ſpecies conclavis, quod circa parietes domus faciunt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חלל eſt fovea inter duos parietes, qualis hæc eſt figura,

ciunt exterius, ſicuti fiebat in templo, uti ſcriptum eſt 1 Reg. 6. 5. Nonnulli vero illud facere ſolent in craſſitie parietis, etiamſi apertum ſit verſus domum, & miniſterium illius fiat interius, nihilominus non cenſetur venditum. Sed hoc intelligendum eſt, ſi quatuor fuerit cubitorum, at ſi non quatuor fuerit cubitorum, illius non habetur ratio, & cenſetur una cum domo venditum. ולא את החדר שלפני מכנו *neque conclave quod intra illam eſt*, intra domum, etiamſi verſus domum apertum ſit, & per illud ingrediantur domum. *Neque tectum, quando lorica decem palmos alta fuerit*, cenſetur ſingulare quid, & non intercidit jus illius cum domo; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

ta; ſed pronomen מכנו referendum eſt ad domum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 2. *Perſequitur auctor caſum de venditione domiciliorum, & in eo quæſtionem movet an puteus & ciſterna comprehendantur ſub nomine domus, quia utriuſque uſus incolæ domus omnino neceſſarius eſſe videtur. Tum etiam de via ad puteum quæritur. Exponitur vox* בור *&* הדות :

ב לא את הבור ולא את הדות אף על פי שכתב לו עומקא ורומא וצריך ליקח לו דרך דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים אינו צריך ליקח לו דרך ומודה רבי עקיבא בזמן שאמר לו חוץ מאלו שאינו צריך ליקח לו דרך מכרן לאחר רבי עקיבא אומר אינו צריך ליקח לו דרך וחכמים אומרים צריך ליקח לו דרך :

2. Neque puteum, neque ciſternam, etſi conſcripſerit ei profunditatem & altitudinem, & tenetur pro ſe comparare viam, ſunt verba R. Akibæ. Sapientes vero dicunt, quod non tenetur ſibi viam comparare. Cæterum R. Akiba concedit, quando ei dixerit, *præter hæc*, quod tum non tenetur ſibi comparare viam. Si ea vendiderit alii, R. Akiba dicit, non opus eſt ut ſibi viam comparet. Sapientes dicunt, tenetur ſibi comparare viam.

R. OB. DE BARTENORA.

בור Eſt fovea in terra; הדות eſt ædificium lapideum ſuper ſolum in modum putei. אף על פי שכתב לו עומקא ורומא *Etſi conſcripſerit ei profunditatem & altitudinem*, is tamen non acquiſivit puteum neque ciſternam, quandoquidem uſus illorum ſeparatus eſt a domo, nam inſerviunt tantum ad aquam hauriendam, donec conſcribat in contractu, inde a profunditate abyſſi uſque ad coelum.

וצריך המוכר ליקח לו דרך *E venditor tenetur ſibi comparare viam*, requiritur ut venditor ſibi emeret viam emtoris, qua eat ad puteum & ciſternam, quia venditor vendit literaliter, & nihil ſibi reſervat. וחכמים אומרים אינו צריך *At Sapientes dicunt, non tenetur*, nam putant quod venditor oculo malo vendit, & ſibi reſervat viam qua ad puteum & ciſternam eunt, ſi vendat domum ſuam.

בזמן שאמר לו חוץ מאילו *Quando dixerit illi, his exceptis*, quia conditio non neceſſaria eſt, quæ venit ad viam augendam.

מכרן לאחר *Si vendiderit eos alii*, ſi puteum & ciſternam alii reliquerit, & ſibi domum reſervaverit, R. Akiba dicit, quod emtor non tenetur ab ipſo emere viam, quia venditor oculo vendit bono (liberaliter) & quando illi vendidit puteum & ciſternam, etiam illi viam vendidit; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בור notat foveam in terra, ſed הדות eſt ædificium ſupra terram, ciſternas uam profunditas & altitudo non proſunt, niſi ad acquirandum id quod conſpicitur ſupra terram, vel ſupra tectum; ſed non proſunt ad acquirendum puteum vel ciſternam, quando profunditatem & altitudinem ei indicaverit, niſi dum ei conſcripſerit, *acquiſita inde a profunditate abyſmi uſque ad altitudinem coeli.* Et quod auctor dicit מכרן לאחר *Si vendiderit ea alii*, non vult dicere quod puteum vendidit poſtquam ſimpliciter vendiderit domum; nam cum fieri poſſit ut ipſe non habeat viam, ſed is qui ab ipſo emit, habeat viam, quia emtori ſatis eſt ut ſit ſicut venditor. Sed vult dicere quod puteum vendidit & ciſternam antequam vendidiſſet domum, aut quod domicilium uni vendidit homini; & puteum atque ciſternam alteri. Ratio autem controverſiæ inter R. Akibam & Sapientes, hæc eſt. R. Akiba putat quod venditor oculo vendit bono, & nihil ſibi reſervat, idcirco ſibi viam comparare tenetur; Sapientes putant quod venditor oculo vendit malo, & ſibi reſervat aliquid, idcirco non tenetur ſibi comparare viam, uti diximus; deciſio eſt juxta R. Akibam.

§. 3. *Abſolvitur tertia quæſtio de venditione domus, quæ nimirum hæc eſt, an ſi quis in genere domum vendiderit, ſimul & mobilia & immobilia illius inſtrumenta vendidiſſe cenſeatur, idcirco dicitur*, etiam januam vendit, at non clavem; *& ſic in cæteris. Exponuntur vox* מכתשת *&* אצטרובל.

ג המוכר את הבית מכר את הדלת אבל לא את המפתח מכר את המכתשת הקבועה אבל לא את המטלטלת מכר את האיצטרובל אבל לא את הקלת ולא את התנור ולא את הכירים (נ"א מכר תנור מכר כירים) בזמן שאמר לו הוא וכל מה שבתוכו הרי כולן מכורין :

3. Si quis vendiderit domum, etiam vendidit januam, at non clavem. Si vendiderit mortarium fixum, non vendidit mobile. Si vendiderit aſtrolabium, non vendidit calathum, nec furnum, nec furnulum. Quando dixerit ei, *illam & quicquid in illa continetur*, omnia vendita ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מכר את הבית *Si vendiderit domum*, ſimpliciter. מכר את הדלת *Vendidit etiam januam*, quia omnia domui neceſſaria eique affixa comprehenduntur in domo. *Sed non clavem*, quia eſt res mobilis. *Mortarium infixum*, humi. קלת calathus eſt inſtrumentum aliquod quod circum molas faciunt ad farinam recipiendam, ne cadat in terram, eſique tale inſtrumentum mobile. *Neque furnum, neque furnulum*, eo quod ſunt mobiles; nonnulla exemplaria legunt, מכר תנור מכר כירים ſed tum ſermo eſt de ejuſmodi qui ſolo affixi ſunt. הרי כולן מכורין *Ecce omnia vendita ſunt*, omnes res quæ ad rem domeſticam pertinent, ſed

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכתשת Eſt inſtrumentum quo contundunt res craſſas, ſicuti eſt mortarium lapideum, & ſimile quid. אצטרובל *Aſtrolabium*, eſt lignum aliquod inſtar molarum ſuper quod erigunt molas, ut molant. קלת eſt orbiculus ligneus quem circum molas faciunt; ne quicquam ſpargatur de eo quod molitur.

ſed cateræ non cenſentur venditæ, etſi dicat, *& quicquid in eo continetur*, tamen multiplicavit tantum eas quæ ad domum pertinent, ut clavis, calathus, & ſimiles.

§. 4. *Cum in plagis orientalibus olim & in hodiernum uſque diem vulgaris admodum illa atriorum ſtructura, eorumque plurium vicinorum cohabitatio eſſe ſolet, idcirco auctor quoque atriorum in cauſa venditionis meminit, ut & earum rerum quæ plerumque in iis comprehenduntur.*

ד המוכר את החצר מכר בתים בורות שיחין ומערות אבל לא את המטלטלין בזמן שאמר לו היא וכל מה שבתוכה הרי כולן מכורין בין כך ובין כך לא מכר את המרחץ ולא את בית הבד שבתוכה רבי אליעזר אומר המוכר את החצר לא מכר אלא אוירה של חצר :

4. Si quis vendiderit atrium, vendidit etiam domicilia, puteos, foveas, & ſpeluncas, at non mobilia. Quando ei dixerit, *illud & quicquid in eo eſt*, tum omnia vendidiſſe cenſetur. Neque hoc neque illo modo vendet balneum, neque torcular quæ in eo continentur. R. Elieſer dicit, ſi quis vendiderit atrium, nihil vendidit præter aërem atrii.

R. OB. DE BARTENORA. מכר את הבתים *Vendidit etiam domicilia*, quæ verſus atrium aperta fuerunt. *Puteos, foveas, & cavernas*, quæ in domiciliis ſunt, etſi is qui domicilium vendidit, non vendiderit puteum, foveam, neque ſpeluncam, tamen reſpectu atrii ceſſant, id eſt comprehenduntur ſub eo. בין כך ובין כך *Sive hoc ſive illo modo*, etſi dixerit, & quicquid in illo continetur, tamen non vendidit balneum, neque torcular, quia non comprehenduntur ſub atrio; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer.

§. 5. *Torcularis domus conditio in caſu venditionis proponitur, atque iſta occaſione exponuntur torcularium inſtrumenta, quæ ipſi torculari annexa cenſentur, cujuſmodi ſunt* בתולות, מעבירין, גלגל, ים, ממל:

ה המוכר את בית הבד מכר את הים ואת הממל ואת הבתולות אבל לא מכר את העבירין (ס״א) ואת הגלגל ואת הקורה ובזמן שאמר לו הוא וכל מה שבתוכו הרי כולן מכורין רבי אליעזר אומר המוכר בית הבד מכר את הקורה :

5. Si quis vendiderit torcularis domum, etiam mare vendidit, molam, & ſtatumina. Sed non vendidit tabulas, nec rotam, nec tigillum; & ſi dixerit ei, *illam & quicquid in illa eſt*, tum omnia vendidiſſe cenſetur. R. Elieſer dicit, ſi quis vendiderit torcularis domum, vendidit etiam ligna.

R. OB. DE BARTENORA.

הים *Mare*, eſt lapis cui imponuntur olivæ quando eas molunt. ממל eſt mola ſuperior quæ contundit olivas. בתולות notat ſtatumina cedrina quibus tigna torcularis ſuſtentant. מעבירין ſunt aſſeres graves quos ponunt ſuper ſaccis, quibus imponunt olivas contuſas ad exprimendum illas. הגלגל *& rotam*, nam volvit lapidem molarem, & deprimit olivas contuſas ad exprimendum oleum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הים *Mare*, eſt lapis in qua molunt olivas. ממל eſt lapis quo olivas molunt ſuperius. בתולות *Virgines*, ſunt columnæ ſive ſtatumina cedrina in quibus ſuſpendunt tignum torcularis. מעבירין ſunt aſſeres graves quos ſuper olivas ponunt exprimendas, & illis ſuperponitur magnus lapis. והגלגל *Et rotam*, quæ volvit lapidem atque attollit, & olivas contuſas deprimit ut oleum exprimatur.

§. 6. *Quemadmodum ſuperiori Miſna inſtrumenta torcularis non cum ipſo torculari vendita cenſebantur, ſi quis in genere vendiderit, ita nec inſtrumenta balnei cum ipſo balneo vendita cenſentur. Exponuntur voces* נסרים *&* וילאות :

ו המוכר את המרחץ לא מכר את הנסרים ואת הספסלים ואת הוילאות בזמן שאמר לו הוא וכל מה שבתוכו הרי כולן מכורין בין כך ובין כך לא מכר לא את המגורות של מים ולא את האוצרות של עצים :

6. Si quis balneum vendiderit, non vendidit aſſeres, nec ſellas, nec cortinas. Si dixerit ei, *illud & quicquid in eo eſt*, omnia vendidiſſe cenſetur; ſive hoc ſive illo modo, non vendidit receptacula aquarum, neque lignorum repoſitoria.

R. OB. DE BARTENORA.

כספלים ſunt ſellæ in quibus ſedent; nonnulli legunt כפלים *bacillos*, quibus imponunt aquam ad lavandum. נסרים *aſſeres* ſuper quos ponunt veſtimenta. ולאות ſunt cortinæ ante portam: alia expoſitio, ſunt lintea quibus ſe abſtergunt in balneis. Cæterum nonnemo dicit, quod ſit pannus quo ſe tegunt in balneo. מגורות של מים *Receptacula aquarum*, aquæductus qui aquam ad balneum vehunt. אוצרות של עצים *repoſitiones lignorum*, quibus ſe calefaciunt in balneis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נסרים *Aſſeres*, quibus ſuperponunt veſtimenta. כספלים notat ſellas. וילאות *cortinas*, ſpecies cortinarum quibus in balneis tegunt pudenda.

§. 7. *Civitatem ſi quis vendiderit, etiam fixa illius omnia ædificia, totumque ſolum vendidiſſe cenſetur, exceptis duntaxat rebus mobilibus, niſi venditor emtori dixerit*, illam & quicquid in illa eſt tibi vendo. *Explicantur voces Hebraicæ* בית השלחין *&* כנער :

ז המוכר את העיר מכר בתים בורות שיחין ומערות

7. Si quis vendiderit civitatem, etiam vendidit domicilia, puteos, foveas, ſpeluncas, balnea,

ומעירות מרחצאות ושובכות ובית הבדין ובית השלחין
אבל לא את המטלטלין ובזמן שאמר לו היא וכל מה
שבתוכה אפילו היו בה בהמה ועבדים הרי כולן
מכורין רבן שמעון בן גמליאל אומר המוכר את
העיר מכר את הסנטר :

nea, & columbaria, torcularia, hortos, ſed non mobilia. Et quando dixerit ei, *illam & quicquid in ea eſt*, etſi in ea ſint pecora, & ſervi, illa omnia vendidiſſe cenſetur. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſi quis vendiderit civitatem, vendidit etiam cuſtodem.'

R. OB. DE BARTENORA.

מכר בתים *Vendidit domos*, quanto magis atria, quæ civitatis principalia opera ſunt. בית השלחין notat hortos, & paradiſos ad civitatem pertinentes. אבל לא המטלטלין *Sed non mobilia*, vaſa miniſterii, uti ſunt calathus, & clavis, ſimileſque, & quanto magis non vendidit triticum, neque hordeum. הרי כלן מכורים *Ecce omnia vendita ſunt*, etiam ſervi, & quadrupedia, quæ ſunt res mobiles, quanto magis triticum & hordeum, quæ ſunt mobilia, quæ tamen non movent ſe. סנטר notat cuſtodem civitatis; deciſio non eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בית השלחין ſunt rivi per quos fluunt aquæ ad irrigandum arbores civitatis. סנטר eſt civitatis cuſtos; deciſio non eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis.

§. 8. *Agri venditio quoque includit omnium rerum venditionem quæ in ipſo contineantur, cujuſmodi ſunt lapides, cannæ vinearum, & ipſe proventus ſolo infixus, ut & tentorium pro cuſtode extructum, atque ad genus alia. Exponuntur vocabula* בתולת שקמה *&* סדן של שקמה .

ח המוכר את השדה מכר את האבנים שהם
לצורכה ואת הקנים שבכרם שהם לצורכו ואת
התבואה שהיא מחוברת לקרקע ואת מחיצת
הקנים שהיא פחותה מבית רובע ואת השומרה
שאינה עשויה בטיט ואת החרוב שאינו מורכב ואת
בתולת השקמה :

8. Si quis agrum vendiderit, etiam vendidit lapides in uſum ipſius, & cannas vineæ quæ in ipſius fuerunt uſum, nec non proventum qui terræ affixus eſt. Sic etiam cannarum interſtitium quod ſpatio quartarii minus fuerit, & tentorium cuſtodiæ ſine luto exſtructum, & arborem ſiliquam cui non inſitum eſt, & virginem Sycomori.

R. OB. DE BARTENORA.

אבנים שהם לצורכה *Lapides in uſum ipſius*, ad parietes ſtruendos. קנים *Cannas*, ſuper quas traducunt vites. מחיצת הקנים *interſtitium cannarum*, ſi multæ cannæ ſimul creverint, & ſpatium quartario minus fuerit, ceſſat jus earum reſpectu agri. שומרה Eſt tentorum eorum quod ſolo affixum eſt. ואת החרוב *Et ſiliquam arborem*, in principio ſuo, quando adhuc ei nihil inſitum erat, quia poſtquam ſenuerit, denuo reviviſcere ſolet, & tum ei inoculant, atque tum ei nomen ſingulare eſt, & non ceſſat jus ipſius reſpectu agri; ובתולת השקמה *Et virginem ſycomori*, ita dicitur antequam rami illius ſucciſi ſunt, nam poſtquam conſenuerit, ſuccidunt ei ramos, & tum alii bene multi in loco eorum denuo excreſcunt, & tum vocatur סדן שקמה *truncus ſycomori*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבנים שהם לצורכה *Lapides qui ſunt in uſum ipſius*, pro parietibus conſtruendis. והקנים שהם לצורכו *Et cannas in uſum ipſius*, ad erigendum ſuper illas vites. מחיצת הקנים *Paries cannarum*, notat ſpatium illud in quo vites tantummodo plantatæ ſunt. שומרה eſt tentorium, e cannis exſtructum, in quo commorantur fructuum cuſtodes. בתולת השקמה *Virgo Sycomori*, ita dicitur ſycomorus antequam ſucciſa eſt, nam eam ſuccidere ſolent, & poſtquam ſucciſa eſt, denuo vires acquirit, & ipſum corpus accreſcit.

§. 9. *Superiori Miſna dictum eſt eum qui agrum ſuum vendiderit, etiam ea quæ in ipſo continentur vendidiſſe cenſeri; ſed in hac Miſna iſta hoc ſenſu limitantur, nimirum quod ejuſmodi res quæ non ad agri uſum pertineant, non cenſeantur cum agro venditæ; neque proventus jam evulſus vel demeſſus. Tum etiam de via ad agrum quæritur an ea ad emtorem, an vero ad venditorem pertineat. Et tandem quæſtio eſt an omnia quæ in agro comprehenduntur, cum agro conſecrata ſint ſi quis eum conſecraverit.*

ט אבל לא מכר לא את האבנים שאינן לצורכה
ולא את הקנים שבכרם שאינן לצורכו ולא את
התבואה שהיא תלושה מן הקרקע בזמן שאמר לו
היא וכל מה שבתוכה הרי כולן מכורין בין כך ובין כך
לא מכר לא את מחיצת הקנים שהיא בית רובע
ולא את השומרה שהיא עשויה בטיט ולא את
החרוב המורכב ולא את סדן השקמה ולא את הבור
ולא את הגת ולא את השובך בין חרבין בין ישובין
וצריך ליקח לו דרך דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים
אינו צריך ומודה רבי עקיבא בזמן שאמר לו חוץ
מאלו שאינו צריך ליקח לו דרך מכרו לאחר רבי
עקיבא

9. Sed non vendidit lapides qui non fuerunt in uſum ipſius, nec cannas vineæ, quæ non fuerunt in ipſius uſum, neque proventum e terra evulſum, & ſi dixerit ei, *illum & quicquid in eo eſt*, omnia vendita eſſe cenſentur. Sed ſive hoc ſive illo modo, non vendidit cannarum interſtitium ſpatii quartarii; neque tentorium cuſtodiæ e luto exſtructum, neque arborem ſiliquam inoculatam, neque ſycomori truncum neque puteum, neque torcular vini, neque columbarium, ſive vacuum, ſive plenum, & ſibi viam emere tenetur; ſunt verba R. Akibæ. Sapientes dicunt, non tenetur emere viam; & R. Akiba concedit, ſi dixerit ei, *his exceptis*, quod non tenetur viam emere. Si vendiderit eos alii, non tenetur emere viam, dicit R. Akiba. Sapientes dicunt, tenetur emere viam.
De

עקיבא אומר אינו צריך ליקח לו דרך וחכ״א צריך ליקח לו דרך במה דברים אמורים במוכר אבל בנותן מתנה נותן את כולם האחין שחלקו זכו בשדה זכו בכולם המחזיק בנכסי הגר החזיק בשדה החזיק בכולם המקדיש את השדה הקדיש את כולם רבי שמעון אומר המקדיש שדה לא הקדיש אלא את החרוב המורכב ואת סדן השקמה :

De quo dicta ſunt hæc verba? De eo qui vendidit, ſed de eo qui dono dedit, omnia dat. Fratres qui diviſerunt, ſi agrum acquiſiverint, omnia acquiſiverunt. Si quis poſſederit bona peregrini, & poſſederit agrum, poſſedit omnia. Si quis conſecraverit agrum, omnia conſecravit. R. Schimeon dicit, ſi quis agrum conſecravit, non niſi arborem ſiliquam inoculatam conſecravit, & truncum Sycomori.

R. OB. DE BARTENORA.

לא מכר את מחיצת הקנים *Non vendidit cannarum interſtitium*, quia omnes hæ res conſiderantur ut ager ſingularis. *Neque puteum* &c. etſi ei agrum vendiderit, hæc tamen non vendidit, & venditor viam emere tenetur ab emtore, ut per eam ad puteum, & torcular ſe conferat, quia venditor oculo vendit liberali, uti ſuperius expoſuimus.

נותן את כלן *Dat illa omnia*, etiam juxta eum qui dicit quod venditor oculo vendit avaro, & quod emtor viam emere tenetur, ſi quicquam de illis ipſi vendiderit, & ſibi reſervaverit agrum, tantum de venditore hoc dicimus, quia emtor declavare debebat, at cum non declaravit, is ipſe eſt qui damnum intulit. Sed qui dona recipit, non audet dicere ei qui dono dedit, exprime id quod mihi das; & non dicimus, quandoquidem non declaravit, ideo damnum intulit; ſed dicimus potius quod oculo liberali dedit, & is qui donum recepit, non tenetur viam emere. Sic etiam comparatum eſt de omnibus rebus de quibus ſuperius diximus quod non vendidit eas, quia non comprehenduntur ſub agro; item omnes illas res quæ non comprehenduntur ſub omni eo quod intra id continetur, ut eſt arbor ſiliqua, & Sycomorus, & puteus, & torcular, ſi agrum dono dedit, dedit inquam omnia, quia oculo dat liberaliſſimo. *Si acquiſiverint agrum, acquiſiverint illa omnia*, etiam puteum, & torcular, & columbarium, quæ fuerint in agro, quia unuſquiſque acquirit id quod ſuum eſt, & ab alio plane diſtinctus eſt. *Poſſedit illa omnia*, & arbor ſiliqua & ſycomorus non ceſſant reſpectu campi, ſunt tamen ut duo campi, quia inter eos non alius datur terminus, ita ut, ſi poſſederit unum eorum, acquiſiverit alterum. *Conſecravit illa omnia*, nam is qui conſecrat, oculo conſecrat liberali. *Non conſecravit niſi arborem ſiliquam &c.* de omnibus rebus de quibus in hac Miſna dicitur de eo qui vendidit, quod non vendidit, & de eo qui conſecravit quod non conſecravit, quia voluntas illius qui conſecravit eſt ut voluntas illius qui vendidit, excepta arbore inoculata, & trunco ſycomori, nam quamvis is qui vendidit, non vendiderit, ſi conſecraverit ſancta, ratio eſt, quia ex agro ſancto nutriuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſiam quæ eſt inter R. Akibam & Sapientes, jam diximus ſuperius. Cæterum quod Miſna dicit, eum qui dono dedit, dediſſe omnia, ideo aſſerit, quia nobis fundamentum eſt, eum qui dat, oculo bono ſive liberali dare, imo etiam juxta Sapientes, dicentes, quod venditor oculo malo ſive avaro vendidit, & is viam habet, quia emtor debebat declarare id quod emebat, ſed is qui donum recipit, non audet dicere, exprime id quod mihi dono das. Exponetur etiam deinceps quod peregrini ſine hæredibus mortui bona ſunt communia, & acquiri ab eo qui primus acceſſerit ad poſſeſſionem eorum. Cæterum expoſitio verborum R. Schimeonis eſt, eum qui conſecraverit agrum, non conſecraſſe fundum, ſed arborem ſiliquam inoculatam, quæ jam profert fructus, & ſycomori truncum; ſed agri lapides qui non pertinent ad ipſius uſum, & id genus alia, non conſecravit.

Cap. 5. §. 1. *Quemadmodum ſuperiori capite oſtenſum quod ſi quis rem continentem vendiderit, etiam omnia contenta vendidiſſe cenſetur, dummodo illa cedant in uſum illius. Ita auctor hoc capite notat quod ſi quis navem vendiderit, etiam omnia ad uſum navis neceſſaria vendidiſſe cenſetur, cujuſmodi ſunt malus & vela &c. Sed non merces atque id genus alia quæ non pertinent ad uſum navis Et hac occaſione explicantur inſtrumenta aliquot navis, ut,* מרצופים, אנטיקי, תורן, וילון, *&* פרדות;

פרק ה המוכר את הספינה מכר את התורן ואת הנס ואת העוגין ואת כל המנהיגין אותה אבל לא מכר לא את העבדים ולא את המרצופין ולא את האנתיקי ובזמן שאמר לו היא וכל מה שבתוכה הרי כולן מכורין מכר את הקרון לא מכר את הפרדות מכר את הפרדות לא מכר את הקרון מכר את הצמד לא מכר את הבקר מכר את הבקר לא מכר את הצמד רבי יהודה אומר הדמים מודיעין כיצד אמר לו מכור לי צמדך במאתים זוז הדבר ידוע שאין הצמד במאתים זוז וחכמים אומרים אין הדמים ראיה :

Cap. 5. Si quis vendiderit navim, vendidit etiam malum, vela, anchoras, & remos ipſius. Sed non vendidit ſervos; neque ſaccos mercium, neque ipſas merces. Quando autem ei dixerit, *illam & quicquid in illa eſt*, omnia vendita ſunt. Si vendiderit currum, non vendidit mulas; ſi vendiderit mulas, non vendidit currum. Si vendiderit jugum, non vendidit vaccas; ſi vendiderit vaccas, non vendidit jugum. R. Jehuda dicit, nummi demonſtrant, quomodo? Si dixerit ei, vende mihi tuum jugum ducentis Zuzis, conſtat autem quod non ſit jugum ducentis Zuzis. Sapientes dicunt, nummi non demonſtrant.

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר את הספינה *Si quis vendiderit navim*, ſimpliciter; תורן notat tignum altum cui imponunt vela. נס eſt velum quod malo appendunt. עוגין eſt ferrum aliquod cui funis alligatur, & quod tum in mare conjicitur, quo detinetur navis. מנהיגין ſunt rami quibus navim ad quemcunque locum applicare poſſunt. מרצופין ſunt ſacci quibus merces imponunt. אנטיקי ſunt ipſæ merces in navi. Cæterum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

התורן *Malus*, eſt lignum magnum & rotundum cui vela apponunt & velum in dialecto Gemara dicitur וילון in Scripturis ſacris קלע, & in lingua Arabica קלאע ſed עוגין ſunt *anchoræ*, e ferro confectæ, quas funibus colligant, & in mare conjiciunt ad navim reparandam. מרצופים ſunt ſacci in quibus merces elevant in naves, & confecti ſunt e pilis, corio, aut ſtupa, aut ligno. אנטיקי ſunt ipſæ merces

terum omnes hæ res de quibus hic dicitur, quod, ſi navim vendiderit, eas non vendidit, ſi dono dederit vel conſecraverit navem, non cadunt ſub dona vel conſecrationem; & non aſſimilantur puteo, nec torculari, de quibus in præcedenti capite egimus. Quia illa omnia ſunt immobilia & coincidunt de jure ſuo reſpectu conſecrationis, & donationis; hæ vero res nequaquam coincidunt. פרדות *Mulæ*, beſtiæ quæ currum trahunt; ſed hic caſus intelligi debet ſi tempore venditionis currui non junctæ fuerint; nonnulli autem exponunt hanc vocem de baculis vel tignis ligneis quorum ope trahitur currus, ſed a curru diſtinctis in tempore venditionis. צמר eſt jugum quod boves conjungit. אין הדמים ראיה *Nummi non demonſtrant*, & id quod dicimus ſextam pretii partem acquirere, & defraudatum redire, & venditionem irritam eſſe ſi major ſit ſexta parte, hoc intelligendum eſt de menſura illa qua homines decipere ſolent, quia emtor putabat rem tantum valere, eſtque hæc emtio decipiens, ſed in menſura in qua mens non decipitur, ut, ſi quis emerit jugum ducentis Zuzis quod valebat antea centum, dicimus quod illa dono dedit, & quod hic non obtinet defraudatio; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ces quas in narim elevant. קרון eſt genus curruum. פרדות ſunt ligna a curru ſeparata, quorum ope trahitur currus, at ea conditione ut ligna illa ſive tigna in tempore venditionis a curru ſeparata ſint; nonnulli exponunt vocem פרדות in plurali a ſingulari פרדה *mula* quæ currum trahere ſolet. צמר notat jugum cui boves imponunt colla, ut ſic conjungantur. Et quod dicimus quod *nummi non demonſtrant*, intelligendum eſt de confirmatione venditionis; attamen reſpectu juris deceptionis ipſi illatæ, aut venditionis irritæ, nummi demonſtrant; at ea conditione ut nummi ſint juxta illius pretium. Verum ſi magna fuerit differentia, non obtinet in illis caſus deceptionis, neque venditionis irritæ, nam in magna pretii differentia non ſolet errare. Et hoc magnum eſt fundamentum quod in memoria teneas. nam dicere debemus quod lubens ei dedit id quod a differentia pretii recedit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 2. *In venditione aſini in genere facta quæritur an inſtrumenta illius ſimul vendita ſint; non illa quæ equitatui neceſſaria omnino ſunt, ſed quæ oneri portando inſerviunt.*

ב המוכר את החמור לא מכר כליו נחום המדי אומר מכר כליו רבי יהודה אומר פעמים מכורין ופעמים אינן מכורין כיצד היה חמור לפניו וכליו עליו ואמר לו מכור לי חמורך זה הרי כליו מכורין חמורך הוא אין כליו מכורין:

2. Si quis vendiderit aſinum, non vendidit inſtrumenta illius. Nachum ille Medus dicit, vendidit etiam inſtrumenta illius. R. Jehuda dicit, aliquando vendita ſunt, aliquando non ſunt vendita; quo modo? Si aſinus coram illo fuerit cum inſtrumentis ſibi impoſitis, dixeritque emtor, *vende mihi huncce tuum aſinum*, tum inſtrumenta quoque vendita ſunt. (Si dixerit,) tuus aſinus eſt, inſtrumenta non ſunt vendita.

R. OB. DE BARTENORA.

לא מכר את כליו *Non vendidit inſtrumenta ipſius*, ea quæ equitatui inſerviunt, uti eſt ephippium, & tegumentum de quibus inſtrumentis nemo eſt qui non conſentit quod una cum aſino vendita cenſeantur, etſi in tempore venditionis ei non impoſita ſint; ſed diſſentiunt tantum de inſtrumentis oneri ferendo inſervientibus, uti eſt ſaccus, primus doctor putat quod non vendidit inſtrumenta ad onus ferendum pertinentia; deciſio eſt juxta doctorem primum, & non acquirit inſtrumenta oneris ſi quis aſinum emerit, etſi in tempore venditionis ei impoſita fuerint. זה *hunc*, hoc etiam intelligendum eſt uti aſinus erat, nempe cum inſtrumentis ſuis. חמורך *aſinum tuum*, ac ſi rogaret illum, eſtne tuus aſinus? vende mihi, & ſe res habet perinde ac ſi aſinum ei vendidiſſet ſimpliciter, & inſtrumenta illius non cenſentur vendita, etſi ei impoſita fuerint in tempore venditionis; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Inſtrumenta quæ equitatui inſerviunt, ut ephippium, illud & id genus alia una cum aſino vendita cenſentur, ſive in tempore venditionis illi impoſita ſint, ſive non ſint impoſita, ſed de inſtrumentis quæ oneri portando inſerviunt, controverſia eſt, Sapientes putant quod non vendita ſunt cum aſino, etſi ſuper illo fuerint in hora venditionis; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

§. 3. *Aſinæ venditio includit venditionem aſelli illius, ſed vaccæ venditio non includit venditionem filii illius, quia aſinæ lac ad nullam rem utile eſt, vaccæ autem lac omnino utile. Et cum locus continens comprehendat contenta ſua, idcirco fimeti venditio comprehendit fimum, putei aquam, alvearii apes, columbarii venditio ipſas columbas, & ſic in cæteris.*

ג המוכר (את החמור מכר את הסיח מכר את הפרה לא מכר את בנה מכר אשפה מכר זבלה מכר בור מכר מימיו) מכר כוורת מכר דבורים מכר שובך מכר יונים הלוקח פירות שובך מחבירו מפריח בריכה ראשונה פירות כוורת נוטל שלשה נחלין ומסרס חלות דבש מניח שתי חלות זתים לקוץ מניח שתי גרופיות:

3. Si quis vendiderit aſinam, vendidit etiam aſellum; ſi vendiderit vaccam, non vendidit filium ipſius; ſi vendiderit fimetum, vendidit etiam fimum. Si vendiderit puteum, vendidit etiam aquas ipſius. Si vendiderit alvearium, vendidit etiam apes. Si vendiderit columbarium, vendidit etiam columbas. Si quis a proximo ſuo emerit fructus columbarii, ad volatum aſſuefaciet primam pullitiem. Si fructus alvearii, tria accipiet apum examina, & dividet. Si placentas mellis, relinquet duas placentas. Si olivas ad ſuccidendum, duos relinquet ramos.

R. OB. DE BARTENORA.

סיח eſt pullus aſinarius, in Gemara exponitur Miſnæ ſenſum eſſe de eo qui dixerit alicui, mulam lactantem tibi ven-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc intelligenda ſunt ſi quis dixerit, vaccam lactantem tibi vendo, mulam lactantem tibi vendo; ſed notum

vendo, nam mulæ lac ad nullam aliam rem utile eſt; ergo certum eſt quod dicere vult, illam ſcil. aſinam tibi vendo cum pullo ipſius; at ſi dixerit, vaccam lactantem tibi vendo, non vendidit filium ſive natum ipſius, quia vacca æſtimatur cum lacte, ac ſi dixiſſet, vaccam & lac ipſius tibi vendo.

כבר אשפה *Si vendiderit ſimetum*, locum tres palmos altum, & ultra, aut profundum tres palmos, & ultra, ubi beſtiarum ſtercus collocare ſolent. מכר בור מכר מימיו *Si vendiderit puteum, vendidit etiam aquas ipſius*, hæc eſt opinio alicujus doctoris, ſed Sapientes ei contradicunt, dicendo, quod non vendidit aquas ſi vendiderit puteum; deciſio eſt juxta Sapientes.

פירות שובך *Fructus columbarii*, intellige omnes pullos quos per totum annum pepererunt columbæ. מפריח *Avolare facit*, emtor facit ut prima pullities ſive primum par avolet, & venditori relinquatur; quodlibet autem columbarium vocatur בריכה; & relinquet pullos cum matre ſua, ut matrem ſequantur, & cum illa avolent. פירות כורת *Fructus alvearii*, intellige apes quæ illo anno in alveariis natæ ſunt. נוטל שלשה נחילין *Sumet tria apum examina*, emtor tria accipiet apum examina nova, primum examen quod ex alveario evolavit, & colliget illud in ſuum alveare, eo quod primum examen omnium optimum eſt, & ultimum pejus, deinceps vero מפרס *dividit* ſive *tranſilit*, id eſt, unum accipiet apum examen, & alterum relinquet venditori, & hoc modo ſemper. חלות רבש *Placentas mellis*, intellige mel cum cera mixtum, factum in modum placentarum. מניח שתי חלות *Relinquet duas placentas*, ut apum examina ex illis alantur per totam hiemem. גרופות ſunt rami, qui denuo creſcunt.

tum eſt ſatis quod lac mulæ ad nullam rem utile eſt; & cum res ita eſt, quem in finem dixiſſet mulam lactantem, niſi ad vendendum illam cum pullo ſuo. Et quod auctor dicit, *ſi vendiderit puteum*, vendidit etiam aquas illius, eſt ſententia alicujus quæ jam exploſa eſt.

מפריח בריכה ראשונה *Primam avolare facit pullitiem*, quia ratio eſt, ut ad columbarium redeant, & in ipſo commorentur. נחילין notat apes teneras ſive apum examina, quæ colliguntur ad aliud alveare; & Miſna dicit, quod tria ſumet apum examina, unum poſt alterum, & poſtea ſimul ſumet apum examina, & ſecunda vice apes recenter natas relinquet, ut accreſcant cum patribus, & ut examina conſerventur; & hoc modo ſemper aget impoſterum. Et hoc vult, quando dicit מפרס *dividat*, a פרס: חלות רבש *Placentas mellis*, puta domicilia & cavernas apum, in quibus colligunt mel. שתי גרופות *duos ramos*, ſive menſuram duorum palmorum ſupra terram.

§. 4. *Si quis in genere emerit arbores a proximo ſuo, iſti emtioni terræ venditio non includitur. Hæ autem ſi accreverint in trunco, incrementum cedit emtori, ſi in radicibus, cedit agri proprietario; quia agri proprietarius commodum iſtud arboris poſſeſſori largiri debet, quod ramos illius amputare ei non licet, licet umbra eorum agro noceat.*

ד הקונה שני אילנות בתוך שדה חבירו הרי
זה לא קנה קרקע רבי מאיר אומר קנה קרקע
הגדילו לא ישפה והעולה מן הגזע שלו ומן השרשים
של בעל הקרקע ואם מתו אין לו קרקע קנה שלשה
קנה קרקע הגדילו ישפה והעולה מן הגזע ומן
השרשים שלו ואם מתו יש לו קרקע :

4. Si quis duas medio in agro emerit arbores a proximo ſuo, non acquiſivit fundum. R. Meyr dicit, acquiſivit fundum. Si creverint, non ſuccidet, & id quod e trunco creverit, ad ipſum pertinet, at quod e radicibus, ad poſſeſſorem agri. Si mortuæ fuerint, non cedit ipſi fundus; ſi tres emerit, cedit ei fundus; ſi creverint, ſuccidet eas. Sed quod e trunco creverit, atque e radicibus, ad ipſum pertinet, ſi mortuæ fuerint, ipſi cedit fundus.

R. OB. DE BARTENORA.

הקונה שני אילנות *Si quis duas emerit arbores*, ſimpliciter. לא קנה קרקע *non acquiſivit ſolum*, circum arbores nihil de ſolo acquiſivit. הגדילו *Si creverint*, ſi ramos ſuos extenderint. לא ישפה *Non ſuccidet*, agri poſſeſſor non ſuccidet ramos, etſi umbra eorum officiat agro ipſius, nam cum ad poſſeſſorem arborum non pertinet ager, poſſeſſor agri illi agrum ſuum ſubjecit in commodum ſuum quamdiu arbores ſubſiſtant. גזע eſt id quod de arbore conſpicitur ſupra terram, & ſole illuſtratur. שלו *ad ipſum pertinet*, nempe ad poſſeſſorem arboris, non quod ſtirpem relinquit quo creſcat, quia timemus ne terra ſe efferat, uſque dum arbor contegatur cujus pars e trunco ſe dilatavit in terram, ita ut trium inſtar ſint arborum, & emtor dicat, tres mihi vendidiſti arbores, ad me ſolum pertinet. ואם מתו *Et ſi mortuæ fuerunt*, ſi arbores exſiccatæ fuerint, non erit ipſi ſolum quo alias pro illis plantare poſſit.

קנה שלשה קנה קרקע *Si tres emerit, etiam ſolum emit*, quia habetur ut ager arboribus conſitus, ideo acquirit emtor ſolum quod inter quamlibet arborem eſt, infra, & extra, menſuram ſcil. qua opus habet fructuum collector cum caniſtro ſuo. Sed hoc intelligendum eſt quando inter unamquamque arborem non minus quam quatuor cubitorum ſpatium fuerit, nec ultra ſedecim cubitos, tum acquirit ſolum quod inter unamquamque arborem eſt, infra & extra eas, uti diximus; at ſi inter unamquamque arborem non fuerint quatuor cubiti, aut plus quam ſedecim, non cedit ei ſolum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא ישפה *Non ſuccidet*, vult dicere, quod emtor non debet ſuccidere ramum qui crevit; ſed ita non deciditur, quia timendum eſt ne dilatata fuerit radix in ſolo, & tertia inde creverit arbor, & tum emtor dicat venditori, tres mihi vendidiſti arbores, & ſolum ad me pertinet, idcirco emtor ſuccidere tenetur. גזע eſt id quod de arbore conſpicitur ſupra terram; radices vero ſub terra. Et quod auctor dicit, הגדילו ישפה *Si creverint, ſuccidet*, vult, nam venditor ei dicere poteſt, quandoquidem ad te pertinet ſolum, ego non habeo quod contradicam tibi; quare autem relinquis ramos qui ſe extendunt, & mei agri partem contegunt. יש לו קרקע *Ipſi cedit ſolum*, hujus ſoli quantitas eſt diſtantia illa quæ eſt ab una arbore ad alteram, & præter arbores illas etiam quantitas ubi ille qui fructus colligit, ſtare poſſit cum caniſtro ſuo. Et hoc intelligendum eſt, ſi diſtantia ab una arbore ad alteram quatuor fuerit cubitorum, & non ultra ſedecim cubitos; at ſi inter unam arborem atque alteram minus quam quatuor cubitorum diſtantia fuerit, aut plus quam ſedecim cubitorum, tantum illi de agro cedit pars illa quæ eſt circum arbores, ubi is qui fructus colligit, cum caniſtro ſuo ſtare poteſt.

§. 5. *Pecoris magni venditio in genere facta proponitur, quatenus unius membri venditio non dependet ab alterius venditione; quo in caſu ſemper ad provinciarum conſuetudinem reſpiciendum eſt.*

ה המוכר את הראש בבהמה גסה לא מכר את הרגלים מכר את הרגלים לא מכר את הראש מכר את הקנה לא מכר את הכבד מכר את הכבד לא מכר את הקנה אבל בדקה מכר את הראש מכר את הרגלים מכר את הרגלים לא מכר את הראש מכר את הקנה מכר את הכבד מכר את הכבד לא מכר את הקנה :

5. Si quis caput pecoris magni vendiderit, non vendidit pedes; ſi vendiderit pedes, non vendidit caput. Si vendiderit lacertum, non vendidit hepar; ſi vendiderit hepar, non vendidit lacertum. Verum ſi parvi pecoris caput vendiderit, etiam pedes vendidit; at ſi vendiderit pedes, non vendidit caput; ſi vendiderit lacertum, vendidit etiam hepar; ſi vendiderit hepar, non vendidit lacertum.

R. OB DE BARTENORA. לא מכר את הרגלים *Non vendidit pedes*, dicitur in Toſaphta, de quo dicta ſunt hæc verba? De loco in quo hic mos non obtinet, ſed tali in loco in quo iſte mos obtinet, omnia fiant juxta morem civitatis. קנה *Lacertum*, eſt idem quod ריאה *Pulmo*, qui ita vocatur eo quod ipſi multi ſunt calami.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. בהמה גסה *Pecus magnum*: בקר jumentum tantum eo nomine inſignitur.

§. 6. *Proponuntur in hac Miſna quatuor venditionum modi, quibus tam emtor quam venditor rem emtam reddere vel retinere debet, prout res vendita bona vel mala comperta fuerit, cujus rei exempla nobis duo adfert in tritico & ſycomoro vendendis. Exponitur vox* שחמתית :

ו ארבע מדות במוכרין מכר לו חטים יפות ונמצאו רעות הלוקח יכול לחזור בו רעות ונמצאו יפות המוכר יכול לחזור בו רעות ונמצאו רעות יפות ונמצאו יפות אין אחד מהם יכול לחזור בו שחמתית ונמצאת לבנה לבנה ונמצאת שחמתית עצים של זית ונמצאו של שקמה של שקמה ונמצאו של זית יין ונמצא חומץ חומץ ונמצא יין שניהם יכולין לחזור בהן :

6. Quatuor in venditionibus obtinent modi; ſi cui venditum ſit triticum bonum, & illud poſtea compertum fuerit malum, emtor renuere poteſt; ſi malum, & compertum fuerit bonum, venditor renuere poteſt; ſi malum, & compertum fuerit malum, vel bonum, & compertum fuerit bonum, neuter renuere poteſt. Si rubrum, & compertum fuerit album; ſi album, & compertum fuerit rubrum; ſi ligna oleæ, & comperta fuerint ſycomori; ſi ſycomori, & compertæ fuerint oleæ; ſi vinum, & compertum fuerit acetum; ſi acetum, & compertum fuerit vinum, ambo renuere poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע מדות *Quatuor modi*, quorum unus ab altero differt; *ſi ei bonum vendiderit triticum*, ſi contraxerit cum eo ut illi det triticum bonum, & id invenerit malum, eſt inſtar deceptionis, idcirco is qui deceptus eſt, renuere poterit, nimirum emtor; ſed venditor renuere nequit, etiamſi triticum multo carius factum fuerit.

אין אחד מהן יכול לחזור *Neuter eorum renuere poterit*, etſi triticum carius factum fuerit, vel vilius, tamen emtor dicere nequit, ego intendi bonum emere triticum, ſed ſi dixerit malum, id propterea dixit quod emtor triticum vocaverat malum. Sic etiam contra, venditor dicere nequit, ego intendi malum vendere triticum, attamen ſi dixerit bonum, ideo dixit quod venditor pro malo ſolet dicere bonum. שחמתית *Eſt triticum rubrum. Et album ſe compertum fuerit*, & unus hoc triticum duxerit melius, & alter illud duxerit melius, & ſimilia, hæc pro ambobus eſt emtio falſa, idcirco ambo renuere poſſunt; nam ſi vendiderit bonum & compertum fuerit malum, unusquiſque mavult bonum. *Et acetum eſſe compertum fuerit*, nam hic acetum, ille vero vinum mavult.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שחמתית *Eſt rubrum*; ratio eſt, quod, ſi triticum fuerit malum, & ei dixerit emtor, ego contentus ſum illo, venditor renuere nequit; at ſi vinum vendiderit, & id acetum eſſe compertum fuerit, aut contra, unusquiſque renuere poteſt, eo quod homines reperiuntur qui aceto præferunt vinum, & fieri etiam poteſt ut venditor egeat aceto, non vino.

§. 7. *Si quis alicui fructus vendiderit, atque eos attraxerit emtor, etſi non menſuraverit venditor, tamen eos acquiſivit emtor; ſin contra factum fuerit, non acquiſivit. Quatuor præcipua venditionis atque emtionis fundamenta a Maimonide exponuntur quibus hæc Miſna illuſtratur, quatenus res dicuntur attractione traditione, & elevatione ab emtore acquiri.*

ז המוכר פירות לחבירו משך ולא מדד קנה מדד ולא משך לא קנה אם היה פקח שוכר את מקומן הלוקח פשתן מחבירו הרי זה לא קנה עד שיטלטלנו ממקום למקום ואם היה במחובר לקרקע ותלש כל שהוא קנה :

7. Si quis proximo ſuo vendiderit fructus, & is attraxerit, & non menſuraverit, acquiſivit; ſi menſuraverit, & non attraxerit, non acquiſivit; ſi fuerit ſagax, conducet locum eorum. Si quis linum a proximo emerit, non acquiſivit niſi dum dimoverit e loco in locum; at ſi terræ adhæſerit, & evulſerit quantulumcunque menſuram, acquiſivit.

R. OB. DE BARTENORA.

משך *Si attraxerit*, e loco publico in ſemitam hominis unius,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis in caſibus venditionis & emptionis quod

unius; aut in atrium quod pertinet ad duos, acquiſivit, ſed attractio in loco publico, nihil prodeſt. ולא כדר *Et non menſuraverit*, etſi non menſuraverit; & hoc intelligendum eſt ſi contraxerit cum eo ab initio nummorum, pro tanta menſura; at ſi non contraxerit cum nummis, etſi menſuraverit & attraxerit, tamen non acquiſivit, quia rem venditam nondum cordi habent, nam venditor tantum de pretio adducere poteſt quantum voluerit, & emtor dicere poteſt, ego emere nolo niſi pretio vili. כדר *Si menſuraverit*, ſi venditor menſuraverit emtori in loco publico, etſi ſit in vaſis venditoris, tamen non acquiſivit, nam vaſa hominum non acquiruntur in loco publico. Si vero ipſe emtor menſuraverit; etiam in loco publico, acquiſivit elevatione.

אם היה פקח *Si fuerit Sagax*, ſcil. emtor. שוכר את מקומן *Conducet locum eorum*, ſi fuerint in loco poſſeſſoris, locus ipſius acquirit ipſi. Sed loquitur auctor de oneribus magnis quæ elevari non ſolent, idcirco acquirit attractione. עד שיטלטלנו *Donec dimoverit*, hæc eſt elevatio, utitur vero auctor hac phraſeologia, quia is qui elevat, dimovere ſolet e loco in locum.

אם היה מחובר לקרקע *Si ſolo adhæſerit*, in Gemara exponunt caſum hoc ſenſu, ſi emtori dixerit venditor, ito & præpara agrum quantulæcunque menſuræ, & acquirito quicquid eſt ſuper eo, nam cum eum conduxit ad operandum in agro, & ille in eo operam peregit quantulamcunque, acquiſivit conductio illius; conduxit etiam illam rem quam ei acquirere velit ope conductionis, idcirco, ſi evulſerit quantulamcunque rem, acquiſivit.

quod ſcitu perquam neceſſarium eſt, hoc ſi intellexeris, & hujus Miſnæ caſus intellexeris; nimirum, quod *attractio* acquirit in ſemita hominis unius, & in atrio quod duorum eſt hominum; *traditio* autem acquirit in loco publico, & in atrio quod duorum eſt hominum; ſed elevatio & attractio non acquirunt. Alterum fundamentum eſt, quod ubicunque diximus, *in omni loco acquirit*, ſit locus in quo mobilia acquiruntur traditione, ubi attractio nihil valet; at in loco in quo attractio valet, non acquirunt traditione. Tertium fundamentum eſt, quod ubicunque diximus, *in omni loco acquirit attractione*, etiam in loco ubi valet attractio, intelligendum ſit de rebus in quibus elevationi non datur locus; ſed ejuſmodi res, in quibus elevatio locus datur, non niſi elevatione acquiruntur. Similiter, ſi quis conduxerit locum in quo illi fuerint fructus, locus ille redit in eum ſtatum in quo antea erat, & ipſe acquirit illos fructus Quartum fundamentum eſt nobis, quod hominis alicujus vaſa acquirere poſſunt omnibus in locis ubi ea collocare licet; propterea non acquirunt vaſa in loco publico, neque in loco privato venditoris, niſi ei dixerit venditor, ito & acquirito; aut ſi emerit ab ipſo vas idque elevaverit antequam recepiſſet fructus ab illo homine emtos, nam propter lucrum quod in vaſe eſt ab ipſo vendito, non cogitat de loco ipſius. Cæterum fructus illi de quibus hac Miſna ſermo eſt, in loco publico conſtituti ſunt, propterea, ſi menſuraverit & non attraxerit, non acquiſivit, etſi ejuſmodi res in emtoris fuerit vaſe, nam in loco publico acquirere nequeunt, ut fundamento tenemus; quod intelligendum eſt ſi venditor fuerit is qui menſuravit, at ſi emtor menſuraverit, acquiſivit elevatione, uti diximus. Verum ſi venditor menſuraverit emtori in ſemina privata, acquiſivit. Et quod auctor dicit כשך *Si attraxerit*, vult dicere de loco publico in ſemitam privatam, nam attractio in loco publico nihil prodeſt. Scias etiam, quod etiamſi rem attraxerit eamque e loco publico eduxerit, non acquiſivit, quoniam fructus illi elevari potuerant, ſi non fuerint magna onera, uti diximus; idcirco de lino dicunt, *non acquiſivit niſi dum dimoverit*, nam etſi onera ſint magna, tamen per partes paulatim elevari poſſunt, ut non diſpergantur, idcirco non acquirunt attractione, ſed elevatione. Præterea nobis quoque fundamentum eſt, quod id quod ſuccidendum eſt, habeatur quaſi jam ſucciſum eſſet, idcirco linum quod ſolo adhæret, ſi in loco ſuo ſiccatum ſit, idque neceſſario evelli debeat, jus illius ſe habet ut jus mobilium. Cæterum Gemara jam expoſuit id quod dicitur, *ſi quantulamcunque evulſerit quantitatem, acquiſivit*, nimirum, ſi dixerit ei, acquirito mihi agrum quantulæcunque menſuræ, tunc acquiſivit quicquid in eo eſt. Propterea id quod acquiſivit, continet in ſe modum conductionis, quia id conduxit ad opera illius loci pro re certa, & quando fecerit opera de quibus cum eo contraxit, acquiſivit mercedem, illamque certam rem. Quæ omnia a nobis adducta teſtimonia velim memoriæ mandes.

§. 8. *Si vinum atque oleum cariora facta ſint antequam menſura qua menſurabantur, impleta fuiſſet, in poteſtate venditionis manent; ſi impleta jam menſura cariora facta fuerint, ad emtore jam acquiſita cenſentur. Si emtio facta ſit ope alicujus* סרסור *mediatoris, & menſura fracta ſit, damnum hoc mediatori imputandum eſt; & venditor pro emtore tres liquoris guttas ex eo quod lateribus menſuræ adhæret, effundere debet. Sed caupo ad hoc non tenetur.*

ח המוכר יין ושמן לחבירו והוקרו או שהוזלו אם עד שלא נתמלאת המדה למוכר משנתמלאת המדה ללוקח ואם היה סרסור בינהן נשברה החבית נשברה לסרסור וחייב להטיף לו שלש טפין הרכינה ומיצה הרי הוא של מוכר והחנוני אינו חייב להטיף שלש טפין רבי יהודה אומר ערב שבת עם חשכה פטור :

8. Si quis vendiderit vinum & oleum proximo ſuo, & illa cariora vel viliora facta fuerint, & hoc factum fuerit antequam impleta fuiſſet menſura, ad venditorem pertinent; ſi poſtquam impleta fuiſſet menſura, ad emtorem pertinent. Si fuerit mediator inter illos, & dolium fractum fuerit, id fractum eſt pro mediatore, & tres guttas effundere debet. Si inclinaverit illam & effluxerit, ad venditorem pertinet, & caupo non tenetur tres guttas effundere. R. Jehuda dicit, ſi in veſpera Sabbathi oborientibus menſuraverit tenebris, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא נתמלאת המדה למוכר *Si antequam impleta fuerit menſura, ad venditorem pertinet*, hoc intelligendum eſt de menſura quæ ad neutrum pertinet, nam paterfamilias illam duobus mutuo dederat, & venditori mutuo data erat donec eam impleviſſet; ſed ab hoc tempore & deinceps emtori mutuo data erat, propterea, antequam impleta fuiſſet menſura, nam vas mutuo datum erat venditori, non acquiſivit venditor; at poſtquam menſura adimpleta fuerit, nam vas mutuo datum eſt emtori, acquiſivit emtor, quia vaſa ipſius pro ipſo acquiſiverunt; ſed hæc intel-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והוקרו *Et cariora facta fuerint*, pretium auctum fuerit. סרסור eſt mercator qui emit a patrefamilias, & alii vendit; ſed hic caſus intelligendus eſt quando menſura ad סרסור pertinet, & in ſemita privata, aut in loco emtoris; & hæc mediteris volo cum iſtis fundamentis quæ ſuperius diximus. הרכינה *Si inclinaverit illam*, nempe menſuram, tum id quod effluxerit, ad tabernæ poſſeſſorem pertinet, nam poſſeſſores jam deſperarunt de liquore dolii recuperando. Et quod R. Jehuda dicit, *liber eſt*, vult, quod liber eſt a tribus guttis dandis propter

intelligenda ſunt in via privata, aut in loco emtoris. Si mediator inter illos fuerit, & dolium fractum fuerit, & donum ad ipſum ſcil. mediatorem pertinuerit. *Fractum eſt pro mediatore*, & non dicimus quod סרסור *mediator ille* ſit miniſter emtoris, & quod dolium fractum eſt pro emtore. חייב להטיף לו שלש טיפין *Tenetur effundere tres guttas*, venditor pro emtore tenetur effundere tres guttas de eo quod adhæret lateribus menſuræ, poſtquam vinum vel acetum ea illa expromptum fuerit. הרכינה ומיצה *Si inclinaverit illam, & effluxerit*, ſi menſuram in latera ſua inclinaverit, poſtquam vinum vel oleum expromſerit, & tres guttæ effluxerint, & id quod ſtillabat, ſe adjunxerit fundo vaſis in uno loco. *Ad venditorem pertinet*, nam venditor de illo recuperando jam deſperat. *Caupo non tenetur tres effundere guttas*, eo quod occupatus eſt, nam omni hora vendit. R. Jehuda dicit, quod non dixerunt cauponem liberum eſſe a tribus guttis effundendis, niſi in veſpera Sabbati obortis tenebris; deciſio non eſt juxta Jehudam.

ter temporis anguſtiam; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

§. 9. *Filio minorenni a patreſamilias ad cauponem miſſo cum pondiolo in manu, cui caupo menſuravit oleum & aſſarium reddidit pro pondiolo, quem filius amphora fracta perdidit, caupo tenetur ad damni compenſationem, quia pater familias duntaxat filium miſiſſe cenſetur, ut cauponi ſignificaret ſe oleo indigere.*

ט השולח את בנו אצל חנוני ופונדיון בידו ומדד לו באיסר שמן ונתן לו את האיסר שבר את הצלוחית ואבד את האיסר החנוני חייב רבי יהודה פוטר שעל מנת כן שלחו ומודים חכמים לרבי יהודה בזמן שהצלוחית ביד התינוק ומדד החנוני לתוכה חנוני פטור :

9. Si quis filium ſuum miſerit ad cauponem cum pondiolo in manu ipſius, & is menſuraverit ei oleum pro aſſario, eique reddiderit aſſarium, & amphoram fregerit, aſſariumque perdiderit, caupo tenetur. R. Jehuda eum liberat, quia ea conditione filium miſit. Concedunt etiam Sapientes R. Jehudæ, quod, ſi amphora fuerit in manu parvuli, & caupo in ea menſuraverit, caupo liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השולח את בנו *Si quis miſerit filium ſuum*, minorennem. ופונדיון בידו *Et pondiolum in manu ipſius*, quod valet duo aſſaria, ut pro uno aſſario mittat oleum, & alium aſſarium ipſi reddet; ſi hoc modo fecerit, & minorennis fregerit amphoram, & oleum diffluxerit, atque aſſarium quod ei dedit caupo, perdiderit, caupo tenetur ad compenſationem olei, amphoræ, & aſſarii, nam pater tantum ad cauponem miſit filium ſuum ut ei ſignificaret quod oleo indigebat, non quod illud per filium mitti vellet. In Gemara argumentantur hoc ſenſu, quamobrem caupo teneatur de amphora, quia de induſtria periit, cum pater ipſe miſit per filium ſuum? & reſpondetur, quod hoc intelligendum ſit quando caupo amphoram cepit ad menſurandum in illa oleum pro aliis, idcirco factus eſt raptor illius cauſa, & poſuit eam in loco, ſive poteſtate ſua donec eam reddat poſſeſſori ſuo; & quamvis eam reddiderit parvulo illi, tamen non immunis eſt a compenſatione damni. *R. Jehuda ipſum liberat, quia ea conditione filium miſit*, ut caupo per illum mitteret. *Caupo liber eſt*, a pretio amphoræ, deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hicce filius de quo in Miſna ſermo eſt, procul omni dubio parvulus eſt, ſive is qui duodecimum nondum attigit annum; Sapientes dicunt quod pater tantum filium ſuum miſit ad cauponem ut ipſum certiorem reddat, quod aliquem cum eo mittat qui aptus eſt ut mittatur, idcirco caupo tenetur ſi ei dederit oleum, aut ſi ipſi non ſit oleum, ſed illi dederit aſſarium ad emendum illo ab alio. Cæterum quod Sapientes cauponem obligarunt ad ſolutionem amphoræ, id intelligendum eſt quando illam e manu parvuli acceperit ad menſurandum cum illa pro aliis hominibus; quia eam ſine conſenſu poſſeſſoris mutuo accepit, ſed is qui ſine poſſeſſoris conſenſu quicquam mutuo accipit, tenetur ad cautionem illius, & propterea caupo tenetur ad cautionem amphoræ. Verum ſi caupo oleum indiderit dum adhuc erat in manu parvuli, & parvulus eam fregerit, liber eſt ab amphora ſolvenda; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

§. 10. *Majoribus negotiatoribus impoſitum eſt certo tempore menſuras & pondera ſua purificare, ſic etiam patriſamilias, ne quid menſuræ & ponderi adhæreat e liquoribus. Exponuntur voces* סיטון *σιτώνης*, מקנח *&* ממחה :

י הסיטון מקנח מדותיו אחת לשלשים יום ובעל הבית אחת לשנים עשר חדש רבן שמעון בן גמליאל אומר חלוף הדברים חנוני מקנח מדותיו פעמים בשבת וממחה משקלותיו פעם אחת בשבת ומקנח מאזנים על כל משקל ומשקל (סיא) :

10. Σιτώνης purificat menſuras ſuas ſemel ſingulis triginta diebus, & paterfamilias ſemel ſingulis duodecim menſibus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit contrarium; caupo purificat menſuras ſuas bis in ſeptimana, & pondera ſua lavat ſemel in ſeptimana, & bis lances purificat in quolibet pondere.

R. OB. DE BARTENORA.

סיטון Eſt negotiator qui multas merces ſimul emit, & deinceps minutim vendit cauponibus. מקנח מדותיו *Abſtergit menſuras ſuas*, propter vinum & oleum quod illis adhæret, quia menſura cæteroquin diminueretur. *Et paterfamilias*, qui non ſemper vendidit ut Siton, menſuras ſuas purificat ſemel in anno. *Bis in ſeptimana*, nam caupo non tenetur tres effundere guttas, ſicuti tenetur Siton & paterfamilias, ſed adhærere poteſt vaſi. *Et pondera ſua lavat*, lavet pondera ſua quibus menſurat liquores. *In quolibet pondere*, quoties menſurat, toties purificat bilances.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סיטון Eſt is qui emit merces a primis poſſeſſoribus, eaſque denuo vendit cauponibus. מקנח Eſt is qui rubiginem & id quod vaſi adhæret, abſtergit & removet. ממחה Eſt is qui aqua abluit.

§. 11. Men-

§. 11. Menſurarum purificatio de qua in ſuperiori Miſna mentio facta eſt, de liquidis, & non de ſiccis intelligenda, ſicuti hæc nos docet Miſna. Porro auctor in menſuris & ponderibus conditiones quaſdam definit, ut ſit palmi ſuperpondium de pondere libræ, quæ in liquidis decima, in ſiccis vero viceſima pars. Porro exponitur quid ſit גסה, מדה, דקה, מחק, *atque* גדוש.

יא אמר רבן שמעון בן גמליאל במה דברים אמורים בלח אבל ביבש אינו צריך וחייב להכריע לו טפח היה שוקל לו עין בעין נותן לו גירומיו אחד לעשרה בלח ואחד לעשרים ביבש מקום שנהגו למוד בדקה לא ימוד בגסה בגסה לא ימוד בדקה למחוק לא יגדוש לגדוש לא ימחוק :

11. Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, de quo dicta ſunt hæc verba ? de liquidis; at in ſiccis non requiritur. Et tenetur quoque contrà præponderare palmum; ſi menſuraverit ei oculo ad oculum, (æqualiter) dat ipſi ſuperpondia ſua, unum ad decem in liquidis, & unum ad viginti in ſiccis. Ubi menſura parva metiri ſolent, ibi ne metiatur quis magna; ubi magna, ibi ne metiatur parva. Ubi menſuram abradunt, ibi ne accumulent, ubi accumulant, ibi ne abradant.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב להכריע לו טפח *Tenetur præponderare palmum*, ſcilicet e pondere libræ, aut pluris; at ſi minoris ſit quam libræ, non requiritur ſuperpondium palmi. היה שוקל עין בעין *Si menſuraverit oculo ad oculum*, hoc intelligendum in loco ubi non ſolent præponderare, ſed ferrum bilancis æqualiter diſponere. נותן לו את גרומיו *Dabit ei ſuperpondia ſua*, ſingulis decem libris addet decimam libræ partem, nimirum unam de centum, quando liquidum quis vendiderit, ſed in ſiccis decimam addet libræ ſingulis viginti libris. דקה eſt menſura parva. גסה eſt menſura magna; & illa non menſurant, quia damnum eſt emtori, quia unum dat ſuperpondium, cum ei multa dare debebat. מחק *Abradere*, eſt removere id quod ſuper menſuram eſt. לא יגדוש *Non addet*, etſi addiderit pecuniam. לא ימחוק *Non abradet*, etſi de pecunia diminuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חייב להכריע לו טפח *Tenetur præponderare palmo*, ubi id facere ſolent, at ubi id facere non ſolent, menſurabit oculo ad oculum, nimirum, ferrum bilancium diſponet æqualiter. גרומין notat additamentum quod rei venditæ additur, & menſura illius eſt decima pars libræ, ſi quis decem vendiderit libras rerum liquidarum, & decimam partem libræ menſuraverit, quando decem libras rerum ſiccarum vendiderit. גסה eſt menſura magna, דקה vero menſura parva. מחק Notat menſuram abradere, ſive removere id quod ſuper menſuram eſt. גדוש Eſt accumulare menſuram, eique aliquid addere; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

Cap. 6. §. 1. Si quis alicui in genere vendiderit fructus, iique in ſatione non accreverint, licet vel ſemen lini ſit, non tenetur emtor damnum compenſare, cum emtor non dixerit an ad ſerendum, an vero ad conſervandum iſtud ſemen emit.

פרק ו המוכר פירות לחבירו ולא צמחו ואפילו זרע פשתן אינו חייב באחריותן רבן שמעון בן גמליאל אומר זרעוני גינה שאינן נאכלין חייב באחריותן :

Cap. 6. Si quis proximo ſuo vendiderit fructus, & illi non creverint, etſi ſemen lini ſit, non tenetur ad cautionem illius. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſi ſemina hortenſia quæ non comeduntur, tenetur ad cautionem eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר פירות לחבירו *Si quis vendiderit fructus ſocio*, in genere, & non dixerit an ad eſum, an vero ad ſemen conſervandum deſtinati erunt. אפילו זרע פשתן *Etſi ſemen lini ſit*, nam plurimi ad ſeminandum emere ſolent, idcirco dicere poteſt, ego vendidi ſemen in cibum, nam in bonis non ſequimur maximam partem. *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit* &c. in Gemara tota hæc corrigitur Miſna juxta ſententiam Rabban Schimeon filium Gamalielis, nam deſunt ei quædam verba hoc ſenſu; etiamſi ſemen lini ſit, tamen non tenetur ad cautionem illius, ſed ad ſeminum hortenſium, quæ non comedi ſolent, cautionem tenetur, ſunt verba Rabban Schimeonis fil. Gamalielis; nam Rabban Schimeon fil. Gamalielis dicit, ad ſeminum hortenſium, quæ comedi non ſolent, cautionem tenetur, eo quod emtio deceptoria eſt, quia certum eſt quod ad ſerendum illa vendidit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפילו זרע פשתן *Etſi ſemen lini ſit*, quod plerumque emitur ad ſeminandum; ſed omnes conveniunt de ſeminibus hortenſibus quæ non comeduntur, quod ad cautionem eorum tenetur, ſolvendo tantum pretium eorum. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſolvet pretium & quicquid perdiderit propter ſemen, perinde ac ſi dixiſſet auctor, tenetur ad cautionem impenſarum; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

§. 2. Si quis alicui vendiderit proventum terræ infixum, emtor de quolibet Sati ſpatio in ſe ſuſcipere ſolet quartarium pro pulvere proventui adhærente. Si ficus, decimam ſuſcipiat. Si vini promtuarium, deciınumque dolium acidum factum. Canthari Saronici *quinam ſint, exponitur. Exponitur vox* מתליעות, טנופת, *&* קוססות.

ב המוכר פירות לחבירו הרי זה מקבל עליו רובע טנופת לסאה תאנים מקבל עליו עשר מתליעות למאה מרתף של יין מקבל עליו עשר קוססות

2. Si quis vendiderit proximo ſuo, is recipiat in ſe quartarium impuritatis pro quolibet Sato. Si ficus, recipiat in ſe decem a vermibus arroſos pro centum. Si promptuarium vini, recipiat

קוססות למאה קנקנים בשרון מקבל עליו עשר פיטסאות למאה:

piat in ſe decem dolia acida pro centum. Si cantharos in Saron, recipiat in ſe decem cados pro centum.

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר פירות *Si quis vendiderit fructus*, proventum: וזה מקבל עליו *Is recipiat in ſe*, emtor recipiat in ſe quartarium inquinamenti ſive pulveris fructibus adhærentis pro quolibet Sato, hic enim modus in proventu obtinet, at non plus. עשר כתליעות *Decem arroſiones vermium*, pro quibuslibet centum, quod eſt unum de decem. קוססות Dolia vini acidi; ſi promptuarium contineat dolia magna, recipiat in ſe dolia magna; ſi vero contineat cantharos, recipiat in ſe decem cantharos; & hoc intelligendum eſt, ſi quis dixerit proximo ſuo, *hoc vini promptuarium tibi vendo ad coquendum*, ſive ad collocandum in illo decocta; at ſi dixerit, *promptuarium vini tibi vendo ad coquendum*, tenetur omnem vini copiam dare optimam, nam vinum ad decocta omnino aptum requiritur, & quod diu ſe conſervat, quia de illo exiguam quantitatem guſtare ſolent. Verum ſi in genere dixerit, *hoc vini promptuarium tibi vendo*, & non dixerit, ad coquendum, dabit ei vinum mediocre, cujuſmodi venditur in caupona. Si dixerit, *hoc promptuarium tibi vendo*, & non dixerit, vini, & omnia acida facta ſint, tamen acquiſivit. בשרון *In terra æquali*, in planitie. Recipiet in ſe decem cados, qui nondum decocti ſunt quantum neceſſe eſt, ſed vinum attrahunt & exterius emittunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טנופת Notat ſordes quæ fructibus cum pulvere adhærent. כתליעות notat vermium comeſtiones. קוססות *Dolia quæ acida facta ſunt*; ſi fuerit promtuarium doliorum, decem dolia quæ acida facta ſunt in ſe recipiat; ſi vero cantharorum promptuarium fuerit, decem in ſe recipiat cantharos. Et hoc intelligendum eſt, ſi dixerit ei, *hoc vini promptuarium ego tibi vendo ad coquendum*, ſive in uſum coquendi. Verum ſi in genere tantum ei dixerit, *promptuarium vini tibi vendo ad coquendum*, dabit ei vinum quod omnino bonum ſit. At ſi dixerit, *hoc vini promptuarium tibi vendo*, & non dixerit, ad coquendum, dabit ei vinum quod vendit caupo, quod non optimum eſt. Si vero ei dixerit, *promptuarium vini tibi vendo*, & non dixerit, ad coquendum, neque illud ſigillatim indicaverit, quia non dixit, *hoc promptuarium*, tum is etiam recipiat in ſe dolia decem acida, pro centum, ſicuti dixit Miſna. Cæterum ſi ei dixerit, *hoc promptuarium*, & non dixerit, vini, etſi omnia acida facta ſint, tamen acquiſivit. בשרון id eſt במישור *in planitie*, פטסיאות ſunt ficus quæ non coctæ ſunt quantum neceſſe eſt, at ea conditione ut ſint bona.

§. 3. *Vini alicui venditi & poſtea acidi facti damnum Venditor reſarcire non tenetur emtori, ſi id in vaſis ipſius acidum factum ſit. Sin autem de venditoris vino cuique conſtet quod id aceſcere plerumque ſolet, tenetur emtor, & venditio iſta cenſetur erronea.*

ג המוכר יין לחבירו והחמיץ אינו חייב באחריותו ואם ידוע שיינו מחמיץ הרי זה מקח טעות ואם אמר לו יין מבושם אני מוכר לך חייב להעמיד לו עד העצרת וישן משל אשתקד ומיושן משל שלש שנים:

3. Si quis vinum vendiderit proximo ſuo, idque acidum factum fuerit, non tenetur ad cautionem illius. Et ſi conſtiterit quod vinum ipſius aceſcere ſolet, ecce hæc emtio erronea eſt. Si dixerit ei, vinum conditum tibi vendo, tenetur operam dare ut ſe conſervet uſque ad Pentecoſten. Si vinum vetus, pertinet ad annum præteritum; ſi vero vetuſtiſſimum, trium annorum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו חייב באחריותו *Non tenetur ad cautionem illius*, ſcil. venditor, quia in tempore venditionis erat vinum; & hoc intelligendum eſt ſi acidum fuerit in vaſis emtoris, nam ſi fuiſſet in vaſis venditoris, ei dicere potuiſſet, *vides hic vinum tuum, vides hic cantharum tuum*, & venditor ei dicere nequit, quare illud tamdiu reliquiſti in cantharis? nam tu ipſe es in cauſa damni. Nam alter ei dicere poſſet, jam tibi dixi ab initio quod intentio mea erat tantum minutim de vino utilitatem capere. *Si conſtiterit quod vinum ipſius acidum factum fuerit*, quod non ſe conſervat, & alter ei dixerit quod vinum non deſiderabit niſi ad decocta inde conficienda, & illud reſervare ut aliquando minutim ipſo potiatur, hæc eſt emtio erronea; quia dicere debuiſſet quod vinum ipſius non erat durabile. יין מבושם *Vinum aromatibus conditum*, id conſervari ſolet uſque ad feſtum ſeptimanarum, ſed ab eo tempore & deinceps calor ei nocet. ישן *Vetus*, ſi ei vinum vendiderit ſub conditione quod vetus eſt, dabit ei de illo quod eſt ex anno præterito & huic proximo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אינו חייב באחריותו *Non tenetur ad cautionem illius*, dummodo vinum ſit in vaſis emtoris, & dicat ei quod id emit ab ipſo cum intentione coquendi per partes, & tum venditor non tenetur ad cautionem illius; at ſi vinum ſit in cantharis venditoris, dicet ei, *vides hic vinum tuum, vides hic cantharum tuum*, & tum venditor dicere nequit, quare reliquiſti illud donec corruptum ſit; quia illi jam dixit quod eo indigebat ad minutim decoquendum inde decocta.

§. 4. *Quandoquidem olim apud parentes in more poſitum erat ut domum aliquam ſponſalem ſtruerent pro filio, atque domum viduitatis pro filia ſi illa poſt obitum mariti ad patrios rediret lares, idcirco auctor hic iſtiusmodi ædificiorum menſuram deſcribit. Bovilibus quoque ſtatuitur ſua menſura, atque triclinio, tum etiam parvis magnisque domiciliis. Rabban Simeon filius Gamalielis ſtatuit, omnes menſuras definiendas eſſe ſecundum Templi Salomonis ſtructuram.*

ד המוכר מקום לחבירו לבנות לו בית (כ״א וכן המקבל מחבירו לבנות לו בית) התנות לבנו ובית אלמנות לבתו בונה ארבע אמות על שש דברי

4. Si quis locum vendiderit proximo ſuo ad ædificandum in illo domum ſponſalem pro filio ſuo, & domum viduæ pro filia ſua, ædificet quatuor cubitos ſuper ſex, ſunt verba R. Akibæ. R. Iſmaël dicit, bovile hoc eſt; ſi quis bovile

דברי רבי עקיבא רבי ישמעאל אומר רפת בקר הוא זה הרוצה לעשות רפת בקר בונה ארבע אמות על שש בית קטן שש על שמונה גדול שמונה על עשר טרקלין עשר על עשר רומו כחצי ארכו וכחצי רחבו ראיה לדבר היכל רבן שמעון בן גמליאל אומר הכל כבנין ההיכל :

bovile conficere velit, ædificet quatuor cubitos ſuper ſex; ſi domum parvam, ſex ſuper octo; ſi magnam, octo ſuper decem; ſi triclinium, decem ſuper decem, altitudinem ut dimidium longitudinis, & ut dimidium latitudinis ejus. Sit ſpecimen rei in templo, Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia juxta ædificium templi.

R. OB. DE BARTENORA.

בית חתנות לבנו *Domum nuptialem pro filio ſuo*, nam moris erat domum aliquam ſtruere pro filio quando uxorem ducebat. ובית אלמנותו לבתו *Et domum viduitatis pro filia ſua*, quando maritus ipſius mortuus fuerit, & illa domum patris redierit; ſed vivente marito ſolet eſſe cum marito ſuo, nam gener non ſolet habitare cum ſocero ſuo. רפת בקר *Tugurium jumenti*, ſed hoc paulo majus ſtruendum eſt. בית קטן *Domus parva*, domus parva eſt ea quæ eſt ſex ulnarum ſuper octo; quiſquis autem proximo ſuo vendiderit locum in genere, ad ſtruendum in illo domum, is debet eam ſtruere in ſex ſuper octo cubitis. *Magna domus*, ſi dixerit ſe ſtructurum magnam domum. טרקלין *Triclinium*, quod in habitationem magnatum ædificari ſolet. רומו כחצי ארכו וכחצי רחבו *Altitudo ut dimidium longitudinis illius, & ut dimidium latitudinis ipſius*, ad omnes præcedentes caſus hoc referendum eſt, nempe, in doma parva ſtructura in altitudine eſt ſeptem palmorum, in magna vero novem palmorum, & in palatio decem. ראיה לדבר היכל *Sit ſpecimen in templo*, templi longitudo erat quadraginta cubitorum, & latitudo viginti, & altitudo triginta, & hoc eſt dimidium longitudinis & latitudinis ipſius. *Omnia juxta ædificium templi*, nonnulli exponunt id quod Miſna dixit ſuperius, *altitudo ejus ut dimidium longitudinis, & ut dimidium latitudinis ipſius, probatio eſt pro negotio, templum*, a Rabban Schimeone filio Gamalielis dictum eſſe, nam Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, *omnia ſecundum templi ædificium.* Alii dicunt, quod Rabban Schimeon filius Gamalielis contradicit doctori primo, & per modum interrogationis, fortaſſis omnes ædificant juxta ædificium templi? ſed res omnino a conſuetudine loci dependet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רפת Eſt *tugurium pro jumento*; longitudo vero templi Salomonis erat quadraginta cubitorum, & latitudo viginti, & altitudo triginta cubitorum, & hoc eſt dimidium longitudinis & latitudinis. In Gemara dicunt, quod Rabban Schimeon filius Gamalielis fortaſſis confirmat opinionem doctoris primi, nempe, quod domus altitudo debet habere dimidium longitudinis & dimidium latitudinis ſuæ; vel quod fortaſſis primo contradicit doctori, dicendo per modum interrogationis, forſan requiritur ut omnia ædificia ſint ut ædificium templi; at res non ita eſt, ſed res eſt juxta conſuetudinem loci; verum templi menſuræ inſtitutæ ſunt a Deo benedicto.

§. 5. *De puteo quem quis in domo proximi ſui habuerit, ſtatuitur quod proprietario ſe ad eum conferre liceat eo tempore quo alii homines eo ſe conferre ſolent, ſcil. die & non nocte. Porro tam patrifamilias quam proprietario putei licet clavem facere, ne uni aqua ſurripiatur, alteri vero incommodetur intempeſtivo tempore.*

ה מי שיש לו בור לפנים מביתו של חבירו נכנס בשעה שדרך בני אדם נכנסין ויוצא בשעה שדרך בני אדם יוצאין ואינו מכניס בהמתו ומשקה מבורו אלא ממלא ומשקה מבחוץ וזה עושה לו פותחת וזה עושה לו פותחת :

5. Si cui puteus ſit intra domum proximi, intrare illam poteſt cum homines illam intrare ſolent, & exibit cum homines exire ſolent. Sed non introducet pecudem ſuam, neque ei bibendum dabit e puteo ſuo, ſed implebit eum, & extrà ei bibendum dabit. Unus & alter clavem ſibi facere poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בשעה שבני אדם נכנסים *Eo tempore quo homines illam intrant*, die, ne eum nocte ſurgere cogat. *Unus & alter ſibi clavem facere poſſunt*, putei poſſeſſor pro ſe faciet clavem, ne paterfamilias ſurripiat de aquis putei ſui. Et paterfamilias etiam pro ſe clavem faciet pro porta illa quæ aperitur in via ad puteum, ne aqua hauriri poſſit ipſo inſcio, & ne unquam putei poſſeſſor ipſius domum intret quando ipſe abeſt, & ne mulier in ſuſpicionem adulterii adducatur, propterea hæc ita conſtituerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per portam quam intrant, unus ad puteum ſuum, alter domum ſuam.

§. 6. *Si cui in horto vicini domus ſit, iſtum ei hortum intrare licet quando alii homines hortos ſuos intrare ſolent; eodemque modo exire poteſt. Sed in iſtum non licet merces intromittere, neque ex iſto alium ingredi hortum. In via ad hortum licet agri exterioris proprietario ſerere.*

ו מי שיש לו גינה לפנים מגינתו של חבירו נכנס בשעה שדרך בני אדם נכנסין ויוצא בשעה שדרך בני אדם יוצאין ואינו מכניס לתוכה תגרין ולא יכנס מתוכה לתוך שדה אחרת והחיצון זורע את הדרך נתנו לו דרך מן הצד מדעת שניהם נכנס בשעה שהוא רוצה ויוצא בשעה שהוא רוצה ומכניס

6. Si cui domus fuerit in horto proximi, intrabit illum quando homines intrare ſolent, & exibit quando homines exire ſolent. Non introducet in eum merces, neque intrabit per eum in agrum alium; poſſeſſor agri exterioris ſeminabit in via. Si illi viam aſſignaverint ad latus amborum conſenſu, ingredietur & egredietur quando ipſi libuerit, & in eum quoque merces introducere poterit; ſed non intrabit per eum in

ומכניס לתוכה תגרין ולא יכנס מתוכה לתוך שדה אחרת וזה וזה אינם רשאים לזורעה :

in alium agrum ; ſed neque unus neque alter ſeminare poterit.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שיש לו גנה *Si cui fuerit hortus*, & dominus exterior conceſſerit viam domino interiori per agrum ipſius. לא יכנס מתוכה לתוך שדה אחרת *Non ibit per illum in agrum alium*, nam cum ei magnum infert damnum quod per agrum illius ingreditur, teſtes ſumus ei quod viam conceſſit ipſi tantum in uſum horti, & non in uſum aliorum miniſteriorum. *Dominus exterior ſeminare poteſt in via*, nam, cum in medio agri illius ſit via, teſtes ſumus quod nequaquam ei conceſſit viam, & quod ille nullatenus in ea ſeminare poſſit. *Neque unus, neque alter in ea, ſerere poteſt*, nam quoniam via ad latus eſt, tantum ad introitum ipſius eam conceſſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare per illum hortum non intrabit in alium agrum, etſi illi aſſignata ſit via ad latus ambobus conſentientibus, eſt, quod aliis quoque viam aperit, cum tamen ei ſoli data ſit via in hortum.

§. 7. *Si per alicujus agrum tranſierit via publica, at is ſuſtulerit eam & tranſtulerit ad agri latus, id quod tranſtulerit tranſlatum eſto, & medium agri locum hoc modo non acquiſiviſſe cenſetur. Porro viis ſtatuitur menſura, nimirum viæ privatæ, publicæ, & non Regiæ, neque ſepulchrali.* מעמד *exponitur quid ſit.*

ז מי שהיתה דרך הרבים עוברת בתוך שדהו נטלה ונתן להם מן הצד מה שנתן נתן ושלו לא הגיעו דרך היחיד ארבע אמות דרך הרבים שש עשרה אמה דרך המלך אין לה שיעור דרך הקבר אין לה שיעור המעמד דייני צפורי אמרו בית ארבעת קבין :

7. Si per alicujus agrum tranſierit via publica, at ille tranſtulerit eam, definiveritque ad latus, tum id quod definiverit, definitum eſto, & quod ipſius eſt, id non acquiſivit. Via privata quatuor eſt cubitorum, via publica vero ſedecim cubitorum. Viæ regiæ non eſt menſura; viæ ſepulchrali non eſt menſura. מעמד dixerunt judices Zipporienſes eſſe quatuor Caborum locum.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיתה דרך הרבים עוברת בתוך שדהו *Si per alicujus agrum tranſierit via publica*, ſi locus ille publicus hanc ſibi de jure acquiſiverit libertatem inde a plurimis annis. ושלו לא הגיעו *Et quod ipſius eſt, non acquiſivit*, ſed ambæ viæ ad locum publicum pertinebunt, nam hypotheſis nobis eſt quod terminum qui ad locum publicum pertinet, non licet diſſolvere. דרך היחיד *Via privata*, ſi quis viam vendiderit proximo ſuo in agro ipſius, tenetur ei quatuor dare cubitos. דרך המלך אין לו שיעור *Viæ regiæ non eſt menſura*, nam rex cæteroquin parietem diſrumpet ex eo, & viam faciet. דרך הקבר *Via ſepulchralis*, per quam cadavera efferunt ad ſepulchra. אין לו שיעור *Non eſt ei quantitas*, ex conſtitutione Sapientum, propter honorem mortuorum; & non poſſunt diſrumpere parietem, ſicuti in via regia, ſed ii qui funus ſequuntur, per ſata tranſire poſſunt, & non obligantur ſe in hoc vel illud latus inclinare. בית ארבעת קבין *Spatium quatuor Caborum*, triginta trium cubitorum, & duorum cubitorum in latitudine, in longitudine quinquaginta cubitorum; ſpatium מעמד eſt quando ſeptem faciunt ſtationes, quum a ſepultura redeunt, reſpondentes ſeptem inanitatibus de quibus in principio Eccleſiaſtis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעמד Eſt locus in quo congregantur ad plangendum; cæterum jam expoſuimus locum menſuram Cabi continentem. Ratio autem cur id quod ipſius eſt, non tanget, & quare de illo viam removere nequit, eſt, quia nobis fundamentum eſt, quod terminum quo unuſquiſque utitur, non licet deſtruere.

§. 8. *Cum proximo conſanguineo incumbat mortuum ſepelire, vel ſaltem inchoare ſepulturam, idcirco in hac Miſna deſcribitur ſpatium quod effodiendum eſt reſpectu terræ conditionis, prout illa dura ſit vel mollis. Tum etiam quantum id ſpatium ſit pro ſepulchris in ſpeluncis effodiendis, atque pro atrio circum ſpeluncæ introitum conſtruendo.* כוך *Exponitur quid ſit.*

ח המוכר מקום לחבירו לעשות לו קבר וכן המקבל מחבירו לעשות לו קבר עושה תוכה של מערה ארבע אמות על שש ופותח לתוכה שמונה כוכין שלש מכאן ושלש מכאן ושתים מכנגדן וכוכין ארכן ארבע אמות ורומן שבעה ורחבן ששה רבי שמעון אומר עושה תוכה של מערה שש אמות על שמונה ופותח לתוכה שלשה עשר כוך ד׳ מכאן וד׳ מכאן וג׳ מכנגדן ואחד מימין הפתח ואחד מן השמאל ועושה חצר על פי המערה שש על שש כמלא המטה וקובריה (ס״א) ופותח לתוכה שתי מערות אחת מכאן ואחת מכאן רבי שמעון אומר ארבע לארבע רוחותיה רבן שמעון בן גמליאל אומר הכל לפי הסלע :

8. Si quis proximo vendiderit locum ad faciendum pro ipſo ſepulchrum, ſic etiam, ſi quis a proximo ſuo receperit ad ficiendum ſepulchrum, interius in ſpelunca faciet quatuor cubitos ſuper ſex, & aperiet in ea octo foveas, tres ab hac & tres ab illa parte, & duas e regione, longitudo fovearum erit quatuor cubitorum, altitudo autem ſeptem, & latitudo ſex R. Schimeon dicit, intra ſpeluncam ſex ſuper octo faciet cubitos, & tredecim foveas aperiet in medio illius, quatuor ab hac & quatuor ab illa parte, & tres e regione, & unam ad dextram portæ, & alteram ad ſiniſtram; at ſupra os ſpeluncæ atrium faciet ſex ſuper ſex cubitis in menſura feretri, at in medio illius aperiet duas ſpeluncas, unam ab hac & alteram ab illa parte. R. Schimeon dicit, quatuor ad quatuor latera. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia juxta petram.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל מחברו *Si quis receperit a proximo ſuo*, qui in ſe receperit ſepulchrum effodere proximi. *Quatuor cubitos ſuper ſex*, quatuor in latitudine, & ſex in longitudine. שמונה כוכין *Octo foveas*, octo ſepulchra, tria ab hac & tria ab altera parte ad duo latera, in longitudine ſpeluncæ, & duas e regione illius qui ſpeluncam intrat; & quodlibet ſepulchrum in longitudine quatuor cubitorum, & in latitudine ſex, & ſeptem in altitudine, quo modo fiet ut inter unum atque alterum ſepulchrum ad latera ſit cubitus unus cum dimidio, & inter duo e regione duorum cubitorum duo cubiti. הכל לפי הסלע *Omnia juxta petram*, ſi terra ſit dura, is qui in ſe receperit effodere ſepulchrum, non tenetur ultra ſex cubitos in longitudine, & quatuor in latitudine, effodere, uti dixit primus doctor; at ſi terra ſit lenis & flexilis, ſex ſuper octo effodere tenetur, uti R. Schimeon dixit; deciſio eſt juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוך Eſt ſepulchrum quod tegit corpus mortui, & hæc eſt figura illius, juxta doctorem primum, & ſecundum hanc figuram tibi exponetur forma ſpeluncæ juxta ſententiam R. Schimeonis. Cæterum quod Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, הכל לפי הסלע *Omnia juxta petram*, vult, juxta duritiem & lenitatem terræ, nam ſi terra ſit dura, is qui in ſe recepit effodere ſepulchrum, unam tantum parvam ſpeluncam ſive foveam effodere tenetur, quæ eſt ſex cubitorum ſuper quatuor; at ſi ſit mollis terra, effodiet ſpeluncam magnam, uti dixit R. Schimeon, deciſio eſt juxta doctorem primum.

Cap. 7. §. 1. *Deciditur peculiaris caſus de eo qui in genere alicui dixerit*, locum Cori terræ tibi vendo, *quod nempe tum menſuratio ſoli locum non habet, quantumvis in eo profundæ fuerint foveæ, vel petræ altæ. Exponuntur voces Hebraicæ* עפר, נקעין, *&* בית כור :

פרק ז האומר לחבירו בית כור עפר אני מוכר לך היו שם נקעים עמוקים עשרה טפחים או סלעים גבוהים עשרה טפחים אינן נמדדין עמה פחות מכאן נמדדין עמה ואם אמר לו כבית כור עפר אפילו היו שם נקעים עמוקים יותר מעשרה טפחים או סלעים גבוהין יותר מעשרה טפחים הרי אלו נמדדין עמה :

Cap. 7. Si quis dixerit proximo ſuo, *locum Cori terræ tibi vendo*, ſi illic fuerint foveæ decem palmos profundæ, aut petræ decem palmos altæ, non menſurantur cum eo; ſin minus, menſurantur cum eo. Si dixerit ei, *ſicut ſpatium Cori terræ*, etſi illic foveæ ultra decem palmos profundæ, aut petræ ultra decem palmos altæ, hæ menſurantur cum eo.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר לחברו בית כור עפר *Si quis dixerit proximo ſuo, locum Cori terræ* &c. menſura Cori eſt ſeptuaginta quinque millia cubitorum, nam tabernaculi ſpatium duo continebat Sata, & centum in longitudine & in latitudine quinquaginta; at Corus triginta continet Sata. עפר *Terræ*, intellige eam quæ ſationi apta eſt. Verum ſi dixerit ſimpliciter, ſpatium Cori, aut ſpatium Cori terræ, etſi omnino petroſa ſit, acquiſivit eam, quia eam forſan ædificio extruendo deſtinavit, vel fructibus expandendis. נקעים ſunt *fiſſuræ*, & ſi hæ decem palmos altæ fuerint, aut decem palmos altæ, & quatuor ſuper quatuor latæ; quod eſt locus honoratus, non menſurantur cum eo, & requiritur ut ei det locum Cori perfecti de ſolo lævi, quia nemo ſuam expendit pecuniam pro loco qui eſt inſtar duorum, aut trium locorum ſeparatorum. כבית כור *Ut locus Cori*, ſive terra ſit, ſive petra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נמדדין *Menſurantur*, menſurabit montis dorſum & agrum ab ipſo emtum, quando is non comprehendit decem palmos, in menſura Cori, quæ eſt ſeptuaginta quinque millia cubitorum.

§. 2. *Olim in terra Iſraëlis agri poſſeſſoribus aſſignabantur ſecundum funiculi menſuram, quæ omnium accuratiſſima erat, idcirco auctor vendendi caſum in hac Miſna tradit, quod ſi quis alicui dixerit*, Corum terræ tibi vendo in menſura funiculi, *emtori reſarciendum eſt id quod defecerit, vel venditori reddendum id quod redundaverit.*

ב בית כור עפר אני מוכר לך מדה בחבל פחת כל שהוא ינכה הותיר כל שהוא יחזיר אם אמר הן חסר הן יתר אפילו פחת רובע לסאה או הותיר רובע לסאה הגיעו יותר מכאן יעשה חשבון מה הוא מחזיר לו מעות ואם רצה מחזיר לו קרקע ולמה אמרו מחזיר לו מעות לייפות כחו של מוכר שאם שייר בשדה בית תשעה קבין ובגינה בית חצי קב וכדברי רבי עקיבא בית רבע מחזיר לו את הקרקע ולא את הרובע בלבד הוא מחזיר לו אלא את כל המותר :

2. (Si dixerit,) *locum Cori terræ tibi vendo in menſura funiculi*, & defecerit quantulumcunque, diminuet; ſi redundaverit quantulumcunque, reddet. Si dixerit, *ſive minus ſive plus fuerit*, etſi cuilibet Sato defecerit quartarius, vel redundaverit quartarius, acquiſivit. Si plus quam hoc, computum inibit. Quid ei reddet? Nummos, &, ſi velit, reddet ei agrum. Sed quare dixerunt quod ei reddet nummos? In beneficium venditoris, nam ſi in agro redundaverit ſpatium novem Caborum, & in horto ſpatium medii Cabi, & juxta verba R. Akibæ ſpatium quartarii, reddet ei ſolum; & non tantum quartarium reddet, ſed & omne reſiduum.

R. OB. DE BARTENORA.

מדה בחבל *Menſura cum fune*, vult dicere, menſura ſtricta, ego tibi vendo iſtum agrum Cori ſpatium continentem, eo modo quo fune metiri ſolent, non magis nec minus. פחת כל שהוא *Si defecerit quantulumcunque*, ita

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quòd ſi quartarius cuilibet Sato deſit vel redundet, ſit viceſima quarta pars. מדה בחבל *Menſura cum funiculo*, hoc reſpicit dimenſionem ſoli iſtius. הן חסר הן יתר *Sive minus ſive plus ſit*, hoc oſten-

ita ut in agro non ſit ſpatium Cori plenum; ſed deficiat quicquam, tum emtio rata eſt, & diminuet venditor juxta menſuram illius quod defecerit. הותיר כל שהוא *Si defecerit quantulumcunque*, ſi ager aliquantulum major fuerit quam ſpatium Cori, venditori reddet ſoli reſiduum, aut pretium ſoli, quemadmodum exponit deinceps. *Si dixerit*, ſi venditor dixerit emtori, ſpatium Cori terræ tibi vendo tanto pretio, ſive plus ſive minus fuerit, & non dixerit ei quicquam de menſura funiculi.

אפילו פיחת או הותיר רובע קב *Etſi defecerit vel redundaverit quarta pars Cabi*, quæ facit triginta quartarios pro ſpatio Cori, tum acquiſivit. Et quod Miſna dicit, *etſi deficiat quarta pars cuilibet Sato*, & non dicit, etſi ſeptem deficiant Cabi, & dimidium Cori, nihilominus etiam colligimus de venditione minori, nimirum, ſi dixerit, ſpatium Sati tibi vendo, ſive minus ſive plus fuerit, ſi defecerit vel redundaverit quartarius, quod acquiſivit, ſi vero dixerit, locum Cori, ſimpliciter, res ſe habet perinde ac ſi dixiſſet, ſive minus ſive plus fuerit. *Si plus quam hic*, ſi plus quam quartario quodlibet Satum redundaverit; *computum inibit*, computabit reſiduum quantum illud redundat ſuper ſpatium Cori, & quantum valet reſpectu computus pecuniæ, qua locum Cori vendidit.

ולכשאמרו יחזיר לו מעות *Et quare dixerint, reddet nummos?* nam de jure tantum ei campum reddere tenetur, nam emtor tantum ſpatium Cori vendidit, & Sapientes non inſtituerunt ut ei det nummos pro hoc reſiduo, niſi in beneficium venditoris, ut illam campi partem exiguam non perdat, quoniam ad nullam rem conducit. *Nam ſi in agro redundant novem Cabi*, quia tum ei conducit ſolum illud, uti diximus, quod ſpatium novem Caborum vocetur nomine agri, tum non reddet nummos, ſed venditor accipiet agrum ſuum; & colligimus ex hac Miſna, quod ſeptem Cabi & dimidium pro Coro, ſive quartarius Cabi pro quolibet Sato, ſit donatio; ſed a ſeptem Cabis & dimidio uſque ad novem Cabos inibit computum; ſi ſint novem Cabi aut magis, reddet agrum. *Et non tantum quartarium*, ita dicit, quando dicimus quod computum inibit, aut agrum reddet, non tantum reſiduum reddet, ſed & omnes triginta quartarios, qui de ſpatio Cori redundant, nam cum ager inter omne reliquum æſtimatur, nihil ei dono dat.

oſtendit quod contenti ſunt menſura illa quantulacunque, ſive fuerit aliquid magis ſive minus; deinde dicit auctor, quod, ſi contraxerit cum eo per menſuram funiculi, & quantulacunque defecerit menſura, aut ſi contraxerit cum eo aliquatenus, & plus quam quartarius redundaverit de quolibet Sato, emtor tenetur venditori ſolvere pretium iſtius reſidui, nam in ipſius arbitrio relinquitur æſtimatio emtionis totius agri; & ſi voluerit venditor ut ei reddat agrum pro illo reſiduo, facere poterit, & emtor ipſum obligare non poterit ad venditionem iſtius reſidui; quia beneficium hoc ad venditorem pertinet, quia iſta exigua agri pars ipſi non eſt uſui, cum in ea ſeminare nequit, idcirco emtor obligatur eum emere, ſed nihil perdit. Verum ſi reſiduum illud quod venditori redundat, iſtius fuerit quantitatis ut in eo ſeri poſſit, & vocari nomine agri, venditor non tenetur nummos reddere, ſed agrum tantum, & hoc vult auctor cum dicit, *ſi de agro redundet ſpatium novem Caborum &c. & deinde, & non tantum quartarius* &c. & hæc verba jam conſtruxit hoc ſenſu Gemara, dixitque intentionem eſſe hanc, non tantum reſiduum reddet, ſed & omnes quartarios integros; nempe, ſi vendiderit ei agrum ſativum decem Satorum, ſive minus ſive plus ſit, & poſt menſurationem compererit eum eſſe decem Satorum & decem quartariorum, ac reſiduum quid ſupra illos quartarios, emtor ei reddet iſtud reſiduum cum omnibus decem quartariis, & accipiet eum tantum ſecundum menſuram funis.

§. 3. *Perſequitur auctor aliquot venditionis agrorum diverſas formulas; ut, ſi quis dixerit alicui*, cum menſura funis tibi vendo ſive plus minusve fuerit, *vel hoc ordine*, ſive plus ſive minus fuerit cum menſura funis, *vel in hac formula*, in ſignis illius & terminis. *Quæ formulæ partim ſtrictam partim non ſtrictam menſuram indigitant.*

ג מדה בחבל אני מוכר לך הן חסר הן יתר בטל הן חסר הן יתר מדה בחבל הן חסר הן יתר מדה בחבל בטל מדה בחבל הן חסר הן יתר דברי בן ננס בסימניו ובמצריו פחות משתות הגיעו עד שתות (נ״א יתר משתות) ינכה :

3. (Si dixerit,) *cum menſura funis tibi vendo, ſive plus ſive minus ſit*, tum illa verba, ſive minus ſive plus ſit, irritam reddunt menſuram funis. (Si dixerit,) *ſive minus ſive plus ſit cum menſura funis*, menſura funis irrita reddit illa verba, ſive ſit minus ſive plus, ſunt verba filii Nanas. Si dixerit, *in ſignis ipſius & terminis*, & hoc fuerit minus quam ſextarius, acquiſivit; ſi uſque ad ſextarium, diminuet.

R. OB. DE BARTENORA.

מדה בחבל *Menſura quæ fit per funis*, &c. ſi quis dixerit proximo ſuo has duas loquendi formulas contrarias, nimirum, *menſuram per funem*, quæ ſtricte intelligenda eſt, &, *ſive minus ſive plus ſit*, quæ non ſtricte intelligenda eſt, tum irritum fecit ultimum illius dictum, quod eſt, *ſive ſit minus ſive plus*, primum dictum, quod eſt, *menſura per funem*; & quamvis cuilibet Sato quarta pars Cabi deficiat, aut redundet, tamen acquiſivit: *Sunt verba filii Nanæ*, qui putat quod ultima verba accipi debeant; Sapientes contrarium ſtatuunt, dicentes, quod minima verba ſequi debemus, tam prima quam ultima, quia illi dubitant an primum, an vero ſecundum dictum accipiendum ſit, idcirco emtor accipiet rem juxta minimas quantitates; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *In ſignis & terminis ſuis*, ſi dixerit ei, *locum Cori tibi vendo intra illa ſigna & terminos.* פחות משתות הגיעו עד שתות ינכה *Si minus quam ſexta, acquiſivit, ſi uſque ad ſextam partem, diminuet*, vult dicere, ſi ſpatio Cori defecerit ſexta pars, & quanto magis ſi minus quam ſexta pars deficiat, acquiſivit; at ſi minus quam ſexta pars, & uſque ad ſextam partem, diminuet de nummis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ינכה *Diminuet*, quantitatem illam quæ menſuræ deficit, diminuet de nummis; deciſio non eſt juxta filium Nanæ; ſed emtor ſumet in ſimili caſu minores quantitates, & hoc eſt quid dixerunt, *ſequitur id quod inlingue minimum eſt.* מצרים Sunt *termini* ſicuti notum eſt. Si dixerit locum Cori tibi vendo, cumque definiverit, tum locum habet id quod dicitur במצריו *In terminis ſuis*, nempe ad omnia latera illius conſiderant locum definitum, an ſit locus Cori, an vero ſexta parte minus vel plus; cæterum jus ſextæ partis, idem eſt cum jure illius quod minus eſt ſexta parte.

§. 4. *Si quis venditor dixerit in genere emtori*, dimidium agri tibi vendo, *inter ſe conſiderant agri conditionem, ubi ſit pinguis vel macer, & tum emtor ſibi habeat ſoluto venditori pretio. Si vero venditor ei in ſpecie dixerit*, dimidium

dium agri ad plagam meridionalem tibi vendo, *tunc emtor poſt æſtimationem iſtius dimidii duntaxat ſuam partem recipiat, relicto ſpatio pro pariete & fovea.*

ד האומר לחבירו חצי שדה אני מוכר לך משמנין ביניהן ונוטל חצי שדהו חציה בדרום אני מוכר לך משמנין ביניהן ונוטל חציה בדרום והוא מקבל עליו מקום הגדר חריץ ובן חריץ וכמה הוא חריץ ששה טפחים ובן חריץ שלשה :

4. Si quis dixerit proximo ſuo, *dimidium agri tibi vendo*, æſtimantur inter ſe, & deinde ſumet dimidium agri. (Si dixerit) *dimidium illius ad meridiem tibi vendo*, æſtimant inter ſe, & ſumet dimidium illius in meridie, & recipiet in ſe locum parietis, foveæ, & foveæ parvæ. Sed quanta eſt fovea? ſex palmorum, & fovea parva trium.

R. OB. DE BARTENORA.

משמנין ביניהן *Æſtimant inter ſe*, conſiderant quiſnam locus campi pinguior ſit, & accipiat eum venditor, quia hic emtoris poteſtas inferior eſt, & juxta quantitatem illius emtori dabit de loco vili ſecundum pretium loci pinguis, quem ſumpſit venditor; nam, ſi dixerit illi, dimidium campi mei tibi vendo, ipſi dixit, quantitatem pretii dimidii agri vendo. Si fuerit centum cubitorum campus, & centum valuerit denarios, & in illo triginta fuerint cubiti terræ pinguis, qui valuerint quinquaginta denarios, ſumet illum venditor, & emtori dabit ſeptuaginta cubitos de parte vili pro quinquaginta denariis. Hinc elicimus quod homo unum Cabum de meliori habere mavult quam duos de viliori, etſi amborum pretium ſit æquale.

חציה שבדרום אני מוכר לך *Dimidium ad plagam meridionalem tibi vendo*, non taxarunt totum agrum, ſed quantum dimidium agri ad meridiem valebat, ſive malum ſive bonum ſit, & juxta id quod dimidium valuerit ad meridiem, venditor dabit emtori, in quocunque latere fuerit, de viliſſimo quod habet, nam poteſtas emtoris inferior eſt; & fieri poteſt ut ei dicat, id quod dimidium ad meridiem valuerit tibi vendo in agro meo, in quocunque loco voluero. והוא מקבל עליו *Et ille recipit in ſe*, ſcil. emtor, nam ille locum dabit in hoc agri dimidio quod emit, ad ſtruendum parietem & foveam magnam cum parva, ambas poſt parietem exterius, ne animalcula proſiliant & agrum intrent; nam ſi foveam magnam & non parvam fecerit, quandoquidem fovea magna lata eſt, intrabunt eam & proſilient per ſecundam oram; ſi vero foveam parvam fecerit & non magnam, ponent ſe animalcula in ora, quoniam parva eſt, & proſilient; inter quamlibet foveam menſura palmi eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Agri pretium variat juxta pinguedinem vel maciem illius. משמנין *rationes ineunt*, conſiderant quantum totus valet ager, & quantum pretium convenit dimidio agri pro menſura maciei, quod dabit emtori; exempli gratia, ſi menſura agri centum ſit cubitorum, & in menſura triginta cubitorum ſit ſpatium quod triginta valet denarios, dimetietur ipſi triginta cubitos de ſeptuaginta, dabitque ei viginti denarios. Et ſi cum eo convenerit de ſpatio & in illo ſpatio (verbi gratia) fuerint iſti triginta cubiti boni, dimetietur ei viginti novem pro viginti novem denariis de iſtis triginta cubitis, quod eſt dimidium funis; & ſic hic caſus intelligi debet. Præterea emtor eſt is qui in ſe recipiet foveam, & foveam parvam, & hoc modo dabit ei dimidium; & requiritur ut faciat duas foveas, unam parvam & unam magnam, nam ſi tantum magnam feciſſet, martes vel ſimilia animalcula deſcendiſſent in ſolum, & per oram foveæ aſcenderent, campumque intrarent. Si tantum foveam parvam feciſſet, ſaliret per eam & ſic campum intraret; at cum duæ ſunt, nequit intrare parvam propter exiguam illius latitudinem, neque per eam proſilire poteſt propter duarum fovearum latitudinem; & intra quamlibet foveam eſſet latitudo palmi, & utraque exterius, & hæc omnia in dimidio emtoris, ſicuti expoſuimus.

Cap. 8. §. 1. *Poſtquam auctor ſuperiori capite Legis de agrorum venditione & emtione deſcripſiſſet, hocce capite hæreditatum jura præſcribit. Atque diſtinguit primo inter proximos conſanguineos quatenus alii ſunt qui tam aliis quam ſibi ipſis hæreditate acquirere poſſunt ſuorum conſanguineorum bona; alii vero qui ſibi ipſis duntaxat acquirere poſſunt. Contra alii qui aliis acquirere poſſunt, at non ſibi ipſis; alii qui nec ſibi ipſis nec aliis acquirere poſſunt.*

פרק ח יש נוחלין ומנחילין ויש (ס"א) נוחלין ולא מנחילין מנחילין ולא נוחלין לא נוחלין ולא מנחילין ואלו נוחלין ומנחילין האב את הבנים והבנים את האב והאחין מן האב נוחלין ומנחילין האיש את אמו והאיש את אשתו ובני אחיות נוחלין ולא מנחילין האשה את בנים והאשה את בעלה ואחי האם מנחילין ולא נוחלין והאחין מן האם לא נוחלין ולא מנחילין :

Cap. 8. Sunt qui hæreditate acquirere poſſunt ſibi, item & aliis, & ſunt qui ſibi hæreditate acquirere poſſunt, & non aliis; ſunt qui aliis hæreditate acquirere poſſunt, at non ſibi; ſunt qui nec ſibi nec aliis hæreditate acquirere poſſunt. Hi hæreditate acquirere poſſunt ſibi item & aliis, pater pro filiis, & filii pro patre; fratres a parte patris hæreditate acquirunt ſibi & aliis. Maritus pro matre ſua, & maritus pro uxore ſua, & filii ſororum hæreditate acquirunt ſibi, ſed non aliis. Uxor pro filiis ſuis, & uxor pro marito, & fratres matris hæreditate acquirunt pro aliis, at non pro ſe; fratres a parte matris neque hæreditate acquirunt pro ſe neque pro aliis.

R. OB. DE BARTENORA.

יש נוחלין ומנחילין *Sunt qui hæreditate acquirere poſſunt & aliis hæreditatem relinquere*, ſunt propinqui qui hæreditatem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tota hæc Miſna clara eſt; quod autem pater eſſe poſſit hæres, id traditione accepimus; ſic etiam id quod maritus

ditatem acquirunt a proximis ſuis mortuis, & quando illi mortui fuerint, etiam bona ſua his poſſidenda relinquunt. האב ארת הבנים *Pater hæreditatem relinquet liberis*, uti ſcriptum eſt Num. 27. 8. איש כי ימות ובן אין לו והעברתם את נחלתו לבתו Ergo quando patri fuerit filia, hæreditatem ab ipſo transſmovebis, at hæreditatem patris non transfe-res cum fratres ſunt. והבנים את האב *Et liberi hæreditate acquirunt a patre*, uti ſcriptum eſt Num. 27. 8. *Si quis mortuus fuerit & non habuerit filios*, ergo ubi eſt *filius* ibi filius præcedit. והאחים מן האב *Et fratres a parte patris*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 27. 11. ממשפחתו וירש אותה at familia patris vocatur משפחה *familia*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 1. 2. למשפחותם לבית אבותם Porro dicit Miſnæ auctor והאיש את אמו *Et homo pro matre ſua hæreditate acquirit*, ut ſcriptum eſt Num. 36. 8. וכל בת ירשת נחלה ממטות בני ישראל Sed quomodo fieri poteſt ut filia de duabus tribubus hæreditate acquirat? Quia hæc eſt illa cujus mater eſt ex una tribu & pater ex altera, & propterea de ambabus hæreditate acquirit; & cum Lex dixit ממות *tribus*, comparavit tribum matris cum tribu patris, nimirum, ſicuti in tribu patris filius præcedit filiam, ſic etiam in tribu matris filius præferendus eſt filiæ. *Et maritus pro uxore ſua*, uti ſcriptum eſt Num. 27. 12. לשארו hæc eſt uxor ipſius; & hoc ſenſu exponimus locum, & hæreditatem dabis ipſi proximi, & diminuimus, addimus, & declaramus; & intelligere potuiſſemus quaſi illa quoque ab ipſo hæreditate acquirere poſſit, idcirco dicit Lex וירש אותה Ille ergo hæreditate ab illa acquiret, at non illa ab illo.

tus hæreditate acquirere poteſt ab uxore ſua. Cæterum Legis ſignificatio de eo qui hæreditate quid relinquere poteſt iis qui e femore ſuo prodierunt, extat Num. 27. 12. לשארו & Levit. 18. 12. שאר אביך. Sed de hæreditate uxoris dicitur וירש אותם.

§. 2. *Deſcribitur hæreditatum ordo inter proximos conſanguineos, quatenus filius præferri debeat filiæ; filia fratribus; fratres fratribus patris. Porro de hæreditate generalem tradit regulam, nempe, cum quis in hæreditate præfertur, ejus quoque e fœmore prognatos præferri debere; patrem vero omnibus e fœmore ipſius natis præferri.*

ב סדר נחלות כך הוא איש כי ימות ובן אין לו והעברתם את נחלתו לבתו בן קודם לבת וכל יוצאי ירכו של בן קודמין לבת בת קודמת לאחין וכל יוצאי ירכה של בת קודמין לאחין אחין קודמין לאחי האב יוצאי ירכו של אחין קודמין לאחין האב זה הכלל כל הקודם בנחלה יוצאי ירכו קודמין והאב קודם לכל יוצאי ירכו :

2. Hæreditatum ordo hic eſt; ſi quis mortuus fuerit ſine filio, transſtuleris hæreditatem ad filiam; filius præferendus eſt filiæ, & omnes qui prodierunt e fœmore filii, præferendi ſunt filiæ. Filia præfertur fratribus, & ii qui prodierunt e fœmore filiæ præferuntur fratribus. Fratres præferuntur fratribus patris, & ii qui prodierunt e fœmore fratrum præferuntur fratribus patris. Hæc regula generalis, quiſquis præfertur in hæreditate, illius etiam e fœmore prodeuntes præferri debent; pater vero præfertur omnibus e fœmore ipſius prodeuntibus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הקודם לנחלה יוצאי ירכו קודמין *Quiſquis præferatur in hæreditate, ejus e fœmore prodeuntes etiam præferantur*, at ſi illi qui prodierunt e fœmore illius, mortui fuerint, hæreditas ad patrem revertitur, exempli gratia, ſi mortuus fuerit Ruben, & Chanoch, Paulus, Chetron, & Carmi ipſius filii hæreditatem acquirunt; ſi vero e filiis quis mortuus fuerit ante Ruben, & ille filius reliquerit filium aut filiam uſque ad centum generationes, iſti hæreditatem acquirent pro patre e bonis Rubenis patris ipſius, & accipiunt ut unus e filiis Rubenis. Verum ſi Rubeni non fuerint filii, nec filiorum filii, nec filiæ filiorum, tum filiæ Rubenis hæreditatem acquirunt; at ſi Rubeni non fuerint filiæ nec filii filiarum, nec filiæ filiarum uſque ad extremam generationem, tum Jacobus Rubenis hæreditatem acquiret ut ipſius filius. Sed ſi Jacobus non fuerit in vivis, tum Simeon, Levi, & Juda fratres Rubenis hæreditatem acquirent; at ſi nec illi vivant, tum filii Simeonis & Levi Rubenis hæreditatem acquirent. Quando autem non fuerint filii, nec filiorum filii, filiæ eorum hæreditatem acquirent, aut filii filiarum, aut filiæ filiarum illarum, nam maſculi ubique præcedunt fœminis in hæreditatibus. Si ergo Rubenis fratres ſine liberis mortui fuerint, vel nunquam ei fuerint fratres, Dina ipſius hæreditatem acquiret ut ſoror, & Jacobi filia, vel filii illius, vel filii filiorum illius, uſque finem mundi. Si Rubeni non fuerit ſoror, nec ſemen e femore, redibit hæreditas illius ad patrem patris ſui, qui eſt Iſacus. Et ſi Iſacus non ſit in vivis, hæreditas Rubenis redibit ad Eſavum filium Iſaci, qui eſt frater patris Rubenis. Si Eſavus non ſit in vivis, Rubenis hæreditas redibit ad Eliphazem filium Eſavi, aut ad filios illius, aut ad filios filiorum ipſius, aut ad filias illius, aut ad filias filiarum illius uſque ad finem omnium generationum illarum. Si Rubenis patri non fuerint fratres; nec ullus filiorum filius, Rubenis hæreditas redibit ad ſororem patris,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tria tibi in hæreditatibus ſcitu neceſſaria ſunt fundamenta, quorum primum eſt, quod, ſi quis liberis relictis mortuus fuerit, filii præferri debent in hæreditate; & ſi non fuerint filii, hæreditas ad patrem revertitur. Secundum fundamentum eſt, quod cuicunque obtigerit hæreditas, ſi adhuc ſit in vivis, ipſi eam acquirit; at ſi mortuus fuerit, hæreditatem ipſius concedimus hæredibus, poſtquam rationes iniverimus quantum ſit quod defuncto debebatur. Tertium fundamentum eſt, quod filii ſive maſculi præferuntur fœminis, quando propinquitas eorum mortuum æquali gradu tangit. Et hiſce tribus fundamentis innititur totum negotium unde conſtet quis hæreditate acquirere poteſt, vel non; ego autem tibi dabo exemplum juxta quod tibi exponetur uti fas, ſecundum fundamenta illa quibus hæreditatem acquirere poſſunt fratres, ſorores, patris frater, patris ſoror, & patrum patris, nimirum, ſi quis mortuus fuerit (exempli gratia) hæreditatem ipſius conſequetur pater patris avi ipſius; ſupponamus ergo quod Amram mortuus eſt, & quod ipſius hæreditatem conſequi debeat Moſes & Aaron, at non ſunt in vivis, ideo quærimus ipſorum filios, & ſi hos non inveniamus, quærimus filias eorum, & ſi nec eas inveniamus, hæreditas redibit ad Mirjam, eo quod non ſunt filii vel eorum filii; & ſi non inveniamus Mirjam, eo quod jam mortua erat, tum quærendum erit an reliquerit filium vel ex illo maſculum; & ſi neque hoc invenerimus, hæreditas revertitur ad Kehath Amrami patrem, ſi Kehath adhuc ſit in vivis, hæreditatem conſequetur; at ſi non ſit in vivis, rationem inimus quod Kehat ſit is qui mortuus eſt, & non Amram, & invenimus hæredes ipſius, nimirum hæredes Kehathi, eo modo quo fecimus cum ſemine Amrami, & invenimus Iſarem, Hebronem, & Uzielem, fratres Amrami, & illi hæreditatem Amrami conſequentur, eo quod ſunt hæredes Kehat, & hac via hæreditas cedit fratribus; ſi illi non ſint in vivis, quærimus ſemen eorum, primo maſculos & deinde fœminas, & ſi eorum quo-

tris, aut ad filios illius, & ad filios filiorum illius, aut ad filias illius, eo quo diximus ordine. Si patri Rubenis non fuerint fratres, neque fratrum filii, nec ſoror, nec filii nec filiæ ſororis, hæreditas Rubenis redibit ad Abrahamum patrem patris; & hoc modo ſemper ad Adamum primum. Pater ſemper præferendus eſt fratribus patris & filiis eorum, & patris fratres præferuntur ſororibus patris, & fratres ſororeſque patris præferuntur patri patris, & pater patris præferendus eſt fratribus patris patris, & fratres ſororeſque patris præferantur patri patris patris; & hoc modo ſemper.

quoque deficiat ſemen, quærimus filiam Kehath quæ Amrami ſoror eſt, quæ, ſi in vivis ſit, hæreditatem acquirit; ſi mortua, quærimus ſemen illius, primo maſculos & deinde fœmellas, & ſi eorum non invenerimus ſemen, & defecerit generatio Kehathi, hæreditas ad patrem redit, qui eſt Levi, & ſi Levi ſit in vivis, hæreditatem acquiret; ſi mortuus fuerit, tum rationes ineundæ ſunt quaſi Levi ſit is qui mortuus eſt, & inquirimus de ſemine illius, quod eſt Gerſon & Merari, & hi ſi vivant, hæreditatem acquirunt, nam filii Levi ſunt quibus competit hæreditatas, at ipſe eſt is cui competit hæreditas Kehathi, & propterea hæreditatem conſequentur fratres patris. Et ſi defecerint Gerſon & Merari, eorumque generatio tam maſculina quam fœminina, hæreditas ad Jochebed redit; & ſi illa defecerit, quærimus ſemen illius primo maſculinum & deinde fœmininum, at ſi id non invenerimus, hæreditas ad Jacobum redit. Et quærimus hæredes illius qui ſunt filii; & ſi eos non invenerimus neque generationem eorum, hæreditas ad Dinam redit; at ſi illam non invenerimus neque ſemen illius, hæreditas redibit ad Iſacum, & ſupputamus ac ſi Iſacus mortuus eſſet, & inquirimus de hæredibus ipſius quorum eſt Eſavus, & ſi is mortuus fuerit, ſemenque illius tam maſculinum quam fœmininum, hæreditas redibit ad Abrahamum, & maſculi præcedunt fœmins in toto hocce negotio, & hoc modo ſemper proceditur cum hæreditate, & hoc eſt id quod dixerunt, נחלה כשפשה והולכת עד ראובן Et hinc vides quomodo Abraham hæreditatem Amrami conſequi poſſit; ſic etiam, quod fratres non conſequuntur hæreditatem vivente patre, neque fratres patris patris vivente patris patre, neque fratres patris patris vivente avo patris patris: & hoc modo ſemper aſcendendum eſt; quæ fundamenta memoriæ mandes velim.

§. 3. *Allegatur exemplum de filiabus Zelophchadi quæ tres portiones in terra Iſraëlis hæreditate conſecutæ ſunt, primam ab ipſo patre, ſecundam & tertiam ab avo Hephero qui erat filius primogenitus; etſi terra nondum ſubacta, ſed promiſſa duntaxat fuiſſet.*

ג בנות צלפחד נטלו שלשה חלקים בנחלה: חלק אביהן שהיה עם יוצאי מצרים וחלקו עם אחיו בנכסי חפר ושהיה בכור נוטל שני חלקים:

3. Filiæ Zelophchadi acceperunt tres portiones in hæreditate, portionem patris earum, qui fuit cum illis qui egreſſi ſunt ex Ægypto, & portionem illius qui ipſis erat cum fratribus in bonis Hepheri, & qui erat primogenitus, accepit duas portiones.

R. OB. DE BARTENORA.

נטלו שלשה חלקים *Acceperunt tres portiones*, in hæreditate terræ Iſraëlis, & putat hic doctor quod terra Iſraëlis diſtributa ſit iis qui aſcenderint ex Ægypto, eo quod ſcriptum eſt Num. 26. 25. לשמות מטות אבותם ינחלו Et Zelophchado Hepheroque patri illius ambobus fuit pars in terra ſancta, eo quod ambo fuerunt egreſſi ex Ægypto, & filiæ Zelophchadi acceperunt partem patris ſui quæ ad ipſum de terra pertinebat, & partem quæ ad illum pertinebat de hæreditate patris Hepheri, & partem primogenituræ ipſius, nam primogenitus erat, & primogenitus duas accipiebat partes; & quoniam nondum occupaverant terram & primogenitus non accipiebat duas partes de eo quod ad ipſum pertinuiſſet poſt mortem, terra tamen Iſraëlis in poſſeſſionem data fuit antequam in eam veniſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnibus ex Ægypto aſcendentibus obtigit terræ ſanctæ portio, & ſi pater & filius ipſius aſcenderint, cuilibet cedebat porttio æqualis; & Zelophchad atque Hepher fuerunt ex iis qui aſcenderunt ex Ægypto, & Zelophchado ſua cedebat portio, & duæ portiones in hæreditate Hepheri, nam ipſe erat primogenitus, & terra Iſraëlis erat res poſſeſſa, & propterea partem primogenituræ in illa conſecutus eſt hæreditate.

§. 4. *Filiorum & filiarum in patris matriſque hæreditatem idem jus eſto, præterquam quod filius primogenitus duplicem accipiat portionem in paternis, & non in maternis bonis. Porro filiæ alimentantur duntaxat e bonis paternis.*

ד אחד הבן ואחד הבת בנחלה אלא שהבן נוטל פי שנים בנכסי האב ואינו נוטל פי שנים בנכסי האם והבנות נזונות מנכסי האב ואינן נזונות מנכסי האם:

5. Filii filiæque jus idem eſt in hæreditate, niſi quod filius accipit duas partes in bonis patris, & non in matris bonis duas accipit partes; & filiæ aluntur e bonis paternis, at non aluntur e bonis maternis.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד הבן ואחד הבת בנחלה *Filii filiæque jus idem eſt in hæreditate*, vult, quod tam filius quam filia æquales ſint in hæreditate bonorum maternorum, ſicuti in hæreditate bonorum paternorum, & non eſt differentia inter hæreditatem patris & matris, niſi quod primogenitus duas accipiat partes in hæreditate patris, & non duas partes in hæreditate matris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere auctor quod in hæreditate patris & matris omnes liberi ſunt æquales, nimirum, quod jus hæreditatis maſculorum & fœminarum in bonis maternis ſe habet ut jus hæreditatis in bonis paternis, ſcil. quod Lex maſculos prætulit fœminis; ſed non eſt differentia inter filios tam in hæreditate paterna quam materna, niſi quod primogenitus duas accipit partes e bonis paternis.

§. 5. *Contra Legis Moſaicæ præſcriptum nulla pacta vel teſtamenta conficienda ſunt, propterea ſi quis filium primogenitum a duplice portione excludere velit, vel reliquos filios ab æquali fratrum ſuorum hæreditate, res quaſi infecta cenſetur. Si vero verbo tenus bona diſtribuerit, & uni auxerit, alteri vero diminuerit, atque primogenitum*

tum æquali gradu habuerit, licet; quia hoc intelligendum eſt de bonis diſtributis, non jure hæreditario. Tandem ali-quot Teſtamenti formulæ examinantur.

ה האומר איש פלוני בני בכור לא יטול פי שנים
איש פלוני בני לא ירש עם אחיו לא אמר כלום
שהתנה על מה שכתוב בתורה המחלק נכסיו
לבניו על פיו ריבה לאחד ומיעט לאחד והשוה להן
את הבכור דבריו קיימין ואם אמר משום ירושה לא
אמר כלום כתב בין בתחלה בין באמצע בין בסוף
משום מתנה דבריו קיימין האומר איש פלוני יירשני
במקום שיש בת בתי תירשני במקום שיש בן לא
אמר כלום שהתנה על מה שכתוב בתורה רבי
יוחנן בן ברוקה אומר אם אמר על מי שהוא ראוי
לירושה דבריו קיימין ועל מי שאין ראוי לירושה אין
דבריו קיימין הכותב את נכסיו לאחרים והניח את
בניו מה שעשה עשוי אבל אין (כ״א) רוח חכמים
נוחה הימנו ר״ש בן גמליאל אומר אם לא היו בניו
נוהגין כשורה זכור לטוב :

5. Si quis dixerit, *filius meus N. primogenitus non accipiet duas partes*, &, *filius meus N. non acquiret hæreditatem cum fratribus ſuis*, nihil dixit, eo quod contra ſcriptum Legis pactus eſt. Si quis bona ſua verbaliter diſtribuerit filiis ſuis, & uni auxerit, alteri vero diminuerit, & primogenitum aliis æqualem fecerit, verba illius rata ſunt. Si vero dixerit, *propter hæreditatem*, nihil dixit; ſi ſcripſerit, ſive in principio ſive in medio ſive in fine, *propter dona*, verba illius rata ſunt. Si quis dixerit, *N. hæreditatem meam acquiret in loco ubi filia eſt*, vel, *filia mea hæreditatem acquiret in loco ubi filius eſt*, nihil dixit, quia pactus eſt contra Legis præſcriptum. R. Jochanan filius Berocæ dicit, ſi dixerit, *pro eo qui aptus eſt ad hæreditatem*, verba illius rata ſunt, at ſi, *pro eo qui non eſt aptus ad hæreditatem*, verba illius irrita ſunt. Si quis aliis conſcripſerit bona ſua, & reliquerit filios, id quod factum eſt, factum eſto; ſed Sapientum ſpiritus non requieſcit in ipſo. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, ſi filii ipſius ſe non gerant prout decet, memoratus ſit in bonam partem.

R. OB. DE BARTENORA.

לא אמר כלום *Non dixit quicquam*, nam cum ab hæreditate excludere nequit, niſi bona ſua reliquis liberis dono dederit. על פיו *Ore*, quia præceptum eſt propter mortem, & infirmi verba habentur ut ſcriptura, & traditiones, & non opus eſt קנין *acquiſitione quæ apprehenſione veſtis fit*, ideo dixit tantum verbis. שהשוה להן את הבכור *Quia æquiparavit illos primogenito*, reſpectu illius quod dono dedit. דבריו קיימין *Verba illius rata ſunt*, & hic nihil pactus eſt contra id quod ſcriptum eſt in Lege, nam homo bona ſua dono dare poteſt cuicunque voluerit.

ואם אמר משום ירושה *Si dixerit, per hæreditatem*, ſi uni filio auxerit & alteri diminuerit, in Lege hæreditatis, ut, ſi dixerit, filius meus N. campum menſuræ unius Cori hæreditate conſequetur, & filius meus N. conſequetur hæreditatem campi menſuræ Letech, & pro filio ſuo primogenito dixerit, quod hæreditatem conſequetur prout alius frater, nihil dixit, eo quod pactus eſt contra id quod ſcriptum eſt in Lege. *Si ſcripſerit, ſive ſit in principio, ſive in medio, ſive in fine* &c. ſupple, datus ſit iſte ager, ut eum hæreditate acquirat, hoc eſt in principio. יירשנו ותנתן לו *Hæreditate acquiret eum, & dabitur illi*, hoc eſt in fine; ſi dixerit, *hæreditate acquiret eundem agrum, & dabitur illi, & acquiret*, hæc eſt donatio in medio. אם אמר על מי שראוי ליורשו *Si dixerit, pro eo qui aptus eſt ad hæreditatem*, nimirum ut habeatur pro filio, aut pro filia, ſcil. is N. vel ea N. hæreditatem meam acquiret, tum verba illius rata habentur, eo quod ſcriptum eſt Deut. 21. 16. והיה ביום הנחילו את בניו Lex ergo patri dedit poteſtatem relinquendi hæreditatem ſuam cuicunque voluerit filiorum. R. Jochanan concedit quod ſi pro filia hæredem inſtituerit fratrem, & filiam pro filio dixerit, nihil dixit, quia filia inepta eſt ad hæreditatem ubi eſt filius, neque frater ubi eſt filia. Præterea quoque concedit R. Jochanan, quod, ſi pater reliquos æquiparaverit primogenito ſuo, nihil dixit, quia Lex dicit Deut. 21. 16. לא יוכל לבכר Deciſio eſt juxta R. Jochanan filium Berocæ. *Sed Sapientum ſpiritus non requieſcit in ipſo*, actio hæc Sapientibus non eſt grata, etſi liberi ipſius non ſint boni, nam fieri poteſt ut liberi boni ex ipſis gignantur; deciſio non eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jochanan Berocæ filius dicit, quod liberum ſit homini alicui fratrum ſuorum augere hæreditatem, ſi illi ſint ipſius hæredes, & ſic etiam augere poteſt hæreditatem alicui e filiis ſuis, ſi ipſius ſint hæredes, niſi unus eorum fuerit primogenitus, nam tum alii nihil addere poteſt, dicendo quod hoc ſit propter hæreditatem, &, ſi hoc fecerit, non auſcultant ipſum, ſed primogenitus ſuam primogenituræ capiet partem, quia ſcriptum eſt Deut. 21. 16. לא יוכל לבכר & ibidem de filiis dicitur ביום הנחילו Lex ergo patri dedit poteſtatem hæreditatem ſuam relinquendi cuicunque voluerit. Et quod auctor Miſnicus dicit, *in principio in medio & in fine*, vult, quod ſi nominaverit vocem מתנה *Donum*, & dixerit, *poſtquam ipſi hæreditatem reliquero*, aut ſi dixerit, *hæreditatem ei relinquam*, at poſtea, *ipſi dabitur*; aut ſi dixerit, quod ei hæreditatem reliquit & quod ei dabitur, tum, quandoquidem hoc verbum *dare* ſive ore protulit, ſive ſcriptis, verba illius rata ſunt; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis; ſed deciſio eſt juxta R. Jochanan filium Berocæ.

§. 6. *Proponuntur duæ formulæ quibus pater filium ſuum hæreditatis participem reddere poteſt, at non fratrem ſuum, niſi quatenus ex hæreditate aliquam portionem capiat ab altero fratre ſuperſtite, qui ipſum affirmavit fratrem ſuum. Porro de eo qui obierit, & cujus fœmori Teſtamentum alligatum fuerit, res agitur.*

ו האומר זה בני נאמן זה אחי אינו נאמן ונוטל
עמו בחלקו מת יחזרו נכסים למקומן נפלו לו
נכסים ממקום אחר יירשו אחיו עמו מי שמת
ונמצאת דייתיקי קשורה על ירכו הרי זו אינה
כלום

6. Si quis dixerit, *hic meus eſt filius*, eſt fide dignus; at ſi dixerit, *hic eſt frater meus*, non eſt fide dignus; ſed accipiet cum ipſo in parte ipſius; ſi mortuus fuerit, bona redeunt ad locum ſuum. Si bona provenerint ex alio loco, fratres illius juxta ac ipſe hæreditatem adeunt. Si quis mortuus fuerit, & teſtamentum ipſius fœmori alligatum

כלום זכה כה לאחר בין מן הורשין בין שאינן מן הורשין דבריו קימין :

gatum fuerit, nullius momenti eſt; ſi illud acquiſiverit pro aliquo, ſive ſit ex hæredibus, ſive non ſit ex hæredibus, verba illius rata ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

זה בני נאמן *Hic filius meus, fide dignus eſt*, ad hæreditatem acquirendam, & uxorem ſuam liberandam a leviro. זה אחי אינו נאמן *Hic frater meus non eſt fide dignus*, ut una cum fratribus acquirat hæreditatem, quia illi hoc non conceſſerunt. ונוטל עמו בחלקו *Sed accipiet cum ipſo in portione ipſius*, nimirum, ſi duo fuerint fratres extra illum de quo dubitatur, & tres agri dividendi fuerint, unus accipiet unum agrum & dimidium, & alter unum & dimidium, & is qui de fratre dubio aſſeruit quod ſit frater ipſius, dabit ei dimidium agri, at alter frater ei nihil dabit, eo quod ipſi dicere poteſt, proba, & deinde accipere poteris. מת *Si mortuus fuerit*, is de quo dubium erat.

יחזרו נכסים למקומן *Redeunt bona ad locum ſuum*, bona ſcil. ea quæ ipſi dedit frater, redibunt ad eum qui illa dedit; ſed reliqui fratres juxta ac ipſe hæreditatem non conſequuntur. נפלו לו *Si ceciderit illi*, ſi fratri illi de quo dubium eſt, obtigerunt bona ex alio loco, & ipſo vivente; aut ſi acquiſiverit bona, & deinde mortuus fuerit, fratres illius qui de fratre dubio affirmarunt, hæreditatem ſimul conſequuntur vi iſtius affirmationis; & hoc intelligendum eſt quando reliqui fratres non omnino negaverint, dicendo, certe non eſt frater noſter; ſed dicendo, nos eum non cognoſcimus. Verum ſi dixerint quod nequaquam ſit frater ipſorum, tantummodo is qui eum fratrem aſſeruit, hæreditatem conſequitur.

דיאתיקי *διαθήκη* Eſt teſtamentum ægroti, eſt vocabulum compoſitum ex למיקם, התהא, דא, id eſt, *ſit hoc in confirmationem.* קשורה על יריכו *Alligatum fœmori illius*, quod ibi poſuit ne quis diceret quod alius conſcripſerit illud; nihilominus tamen hoc nullius momenti factum cenſetur, quia tantum eum in finem id perfecit ut acquiratur per receptionem Scripturæ, at ſcriptura non valet poſt mortem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נאמן *Fide dignus eſt*, ut hæreditatem conſequatur, & uxor illius non teneatur leviri calceum exuere, neque affinitatem conjugii contrahere. Et quod de fratre dicit, *non eſt fide dignus*, intelligendum eſt in caſu levirationis & diſcalceationis; & ſed in caſu hæreditatis acquirunt bona ipſius.

ונוטל עמו בחלקו *Sed accipiet cum ipſo portionem ipſius*, hic alius eſt caſus qui non dependet a priori, nimirum, quod ſi quis affirmaverit aliquem eſſe fratrem ſuum, etiam cum ipſo hæreditatem patris dividere debet, uti dicam; ſi quis mortuus fuerit & quatuor reliquerit filios, & ſexaginta denarios, atque unus fratrum confeſſus fuerit quod ipſi quintus eſt frater, dixeritque, hic eſt frater, & quinque filios reliquit pater noſter dum moriebatur; at alii fratres dixerint, nos ignoramus an ſit frater noſter, nec ne, tum is qui affirmavit eſſe fratrem ipſius, capiet duodecim denarios, & tres denarios de ſua quarta parte dabit ei quem fratrem ſuum eſſe aſſeruit. Si vero mortuus fuerit is de quo dubium erat, tres illi denarii redeunt ad eum qui illos dedit; & hoc eſt id quod auctor vult, quando dicit, *redeunt ad locum ſuum.* Et ſi hic frater lucratus fuerit bona præter hos tres denarios, & deinde mortuus fuerit, omnes quatuor fratres hæreditatem illius conſequuntur, tam is qui ipſum pro fratre recepit, quam ii qui de ipſo dubitarunt, nam dicere poſſunt, tu nobis affirmaſti quod ſit frater noſter. Sed hoc intelligendum eſt quum fratres non negaverint quando unus dicebat quod erat frater ipſorum, dixerintque, nos ignoramus, & propterea illi quoque hæredes ſunt; ſin minus, ſolus qui eum fratrem declaravit, hæreditatem conſequitur. דיאתיקי Eſt vox compoſita ex דא, התהא, & למיקם (id eſt, *ſit hoc in complementum*) hoc autem *διαθήκη* eſt teſtamentum infirmi, ejuſque donatio & extrema voluntas.

§. 7. *Præſcribitur patri formula Teſtamentaria quando filio ſuo hæreditatem aſſignare voluerit. Sin autem pater alicui vendiderit ſua bona, ea vendita cenſentur uſque dum is obierit, tum enim ad hæredes redeunt. Si filius bona paterna vendiderit, emtori in ea nil juris eſt niſi donec obierit pater. Si pater proventum aut fructus evellere velit, atque eos aliis comedendos præbere, id ei licet. Liberis relictis tam majorennibus, quam quam minorennibus, hi e bonis mariti non aluntur ut illi, ſed bona æqualiter dividenda ſunt.*

ז הכותב נכסיו לבניו צריך שיכתוב מהיום ולאחר מיתה דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר אינו צריך הכותב נכסיו לבנו לאחר מותו האב אינו יכול למכור מפני שהן כתובין לבן והבן אינו יכול למכור מפני שהן ברשות האב מכר האב מכורין עד שימות מכר הבן אין ללוקח בהן כלום עד שימות האב האב תולש ומאכיל לכל מי שירצה ומה שהניח תלוש הרי הוא של יורשין הניח בנים גדולים וקטנים אין הגדולים מתפרנסין על הקטנים ולא הקטנים נזונין על הגדולים אלא חולקין בשוה נשאו הגדולים ישאו הקטנים ואם אמרו קטנים הרי אנו נושאים כדרך שנשאתם אתם אין שומעין להן אלא מה שנתן להם אביהן נתן :

7. Si quis filiis ſuis conſcripſerit bona ſua, requiritur ut ſcribat, *ab hoc die & poſt mortem*; ſunt verba R. Jehudæ. R. Joſe dicit, non requiritur. Si quis bona ſua conſcripſerit filio ſuo (pro hæreditate) poſt mortem, iſte pater nihil vendere poteſt, quia filio conſcripſit; neque filius vendere poteſt, quia ſunt in poteſtate patris. Si pater vendiderit ea, vendita cenſentur donec mortuus fuerit; ſi filius vendiderit, emtori nihil juris eſt in illa, niſi dum mortuus fuerit pater. Pater evellere fructus poteſt, & comedendum dare cuicunque voluerit, & quod evellendum reliquit, id hæredum eſt. Si filios reliquerit majores & minores, majores non aluntur ut minores, nec minores ut majores, ſed ex æquo dividunt bona. Si majores duxerint uxores, minores etiam ducere poſſunt; & ſi minorennes dixerint, nos etiam uxores ducemus ſicuti vos duxiſtis, non audiunt eos; ſed quod ipſis dedit pater, id datum eſto.

R. OB. DE BARTENORA.

צריך שיכתוב כהיום ולאחר מיתה *Requiritur ut ſcribat, ab hoc die & poſt mortem*, ita, ipſa agri ſubſtantia tibi acquiritur ab hoc die, & non comedes fructus illius niſi poſt mortem meam tantum; at ſi non ſcripſerit, *ab hoc die*, non dedit ei quicquam, quia poſt mortem non obtinet donatio.

אינו צריך *Non eſt neceſſe*, ut ſcribat, *ab hoc die*, nam cum in ſcripto jam expreſſum ſit, iſto die nobis dixit N. eſtote mihi teſtes, idcirco tempus ſcripti demonſtrat quod ab illo die incepit donatio; nam ſi hoc non dixeris, quare exprimetur tempus quod plerumque in ſcriptura exprimi ſolet? Deciſio ergo eſt juxta R. Joſen. לאחר מותו *Poſt mortem ipſius*, ab hoc tempore uſque ad tempus poſt mortem ipſius; pater nequit vendere ſine filio, quia ipſa agri ſubſtantia acquiſita eſt a filio, & filius nequit vendere ſine patre, quia fructus pertinent ad patrem. *Si vendiderit pater*, in genere, tum fructus emtori venditi cenſentur demum poſt mortem patris. *Pater*, qui bona ſua conſcripſerit filio ſuo ab hoc die & poſt mortem, evellere poteſt fructus eoſque ſe vivente dare poteſt cuicunque voluerit; verum id quod terræ contiguum reliquit in hora mortis, etſi id evellendum ſit, pertinet ad filium qui donum recipit. Verum ſi quis bona ſua conſcripſerit alii, etiam id quod terræ affixum reliquit in hora mortis, pertinet ad hæredes, quia hominis voluntas ſemper filio propior eſt quam alii. כתפרנסים *Aluntur*, quantum ad veſtitum & tegumentum attinet, nam ea quæ ad veſtitum natu majorum pertinent, cariora ſunt quam ea quæ ad minorum natu veſtitum pertinent. נזונין *Aluntur*, cibo & potu, nam minorum natu edulia ſunt cariora quam majorum, quia ſæpius comedunt & multa perdunt, propterea minores impediunt majores ne alantur e re familiari, & majores impediunt minores ab alimonia, ſed unuſquiſque alitur & ſuſtentatur a portione ſua. נשאו גדולים *Si duxerint majores*, ſi paraverint omnia quæ ad thalamum ſive ad nuptias neceſſaria ſunt e facultate rei familiaris poſt mortem patris, etiam minores natu ducere poſſunt uxores & impenſas facere e re familiari. ואם אמרו הקטנים *Et ſi dixerint minores*, poſt mortem patris, nos uxores ducemus ſicuti vos duxiſtis vivente patre, tum non audiunt illos, ſed quod pater ſe ipſo dedit vivente, datum eſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Filii natu majoris etiam majores momenti impenſas requirunt quam natu minores, quia pulchriori ac cariori gaudent veſtitu, aliiſque ſumptibus, quam minorennes; ſed natu minores majorem requirunt alimoniam, quia multoties comedunt, & multa quoque inter comedendum perdunt. Si vero majores natu uxores duxerint poſt mortem patris, natu minores etiam uxores ducere poſſunt e bonis ſocietatis. Et quod auctor dicit, אין שומעין להן *Non audiunt ipſos*, intelligendum eſt quando natu majores duxerint uxores vivente patre.

§. 8. *Si quis pater poſt obitum reliquerit filias majorennes & minorennes, nullos vero filios, majorennes non aluntur ut minorennes, nec contra, ſed bona paterna æqualiter dividenda ſunt. Poſtquam majorennes nupſerint, etiam minorennibus conceditur nubere. Filiarum res majoris momenti eſt quam filiorum.*

ח הניח בנות גדולות וקטנות אין הגדולות מתפרנסות על הקטנות ולא הקטנות נזונות על הגדולות אלא חולקות בשוה נשאו גדולות ישאו קטנות ואם אמרו קטנות הרי אנו נושאות כדרך שנשאתם אתם אין שומעין להן זה חומר בבנות מבבנים שהבנות נזונות על הבנים ואין נזונות על הבנות :

8. Si quis reliquerit filias magnas & parvas, magnæ non ſuſtentantur ut parvæ, neque parvæ aluntur ut magnæ, ſed ex æquo dividunt. Si magnæ nupſerint, nubant & parvæ. Si parvæ dixerint, *nos nubemus ſicuti vos nupſiſtis*, non audiunt eas. Hoc majoris momenti eſt in filiabus quam filiis, quia filiæ aluntur ut filii, & non aluntur ut filiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

הניח בנות *Si reliquerit filias*, & non filios, non filiæ aluntur a filiis ex conditione contractus matrimonialis, & filiæ minorennes non aluntur a majorennibus, nam, quando non ſunt hæredes filii, filiæ non comedunt ex conditione contractus matrimonialis; ſed æqualiter inter ſe dividunt, & unaquæque de ſuo comedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהבנות נזונות על הבנים *Nam filiæ aluntur ut filii*, ſi quis reliquerit filias natu majores & minores, omnes comedant ſine ſumptuum computu, etſi minorennes multa ſolent perdere; ſed aliter ſe res habet ſi tantum filias reliquerit, nam tum filiæ æqualiter inter ſe dividunt, & unaquæque comedit de ſuo.

Cap. 9. §. 1. *Si quis obiens reliquerit filios filiaſque, & bona multa, filiis cedit hæreditas, & filiæ aluntur. Sin autem bona exigua reliquerit, filiæ alimentantur, & filii mendicant, ſi nihil amplius ipſis reliquum ſit. Exponitur ſumma* bonorum multorum *&* bonorum exiguorum.

פרק ט מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסים מרובין הבנים ירשו והבנות יזונו נכסין מועטין הבנות יזונו והבנים ישאלו על הפתחים אדמון אומר בשביל שאני זכר הפסדתי אמר רבן גמליאל רואה אני את דברי אדמון :

Cap. 9. Si quis mortuus reliquerit filios & filias, & bona multa, filii hæreditatem conſequuntur, & filiæ aluntur. Si bona reliquerit exigua, filiæ aluntur, & filii mendicant. Admon dicit, an quia ſum maſculus, perdam? Dixit Rabban Gamaliel, arrident mihi Admonis verba.

R. OB. DE BARTENORA.

הנכסים מרובין *Bona multa*, tanta ſumma ut eâ tam filii quam filiæ ad adultam ætatem ali poſſint. נכסים מועטין *Bona exigua*, quæ non comprehendunt hanc dictam ſummam. בשביל שאני זכר הפסדתי *An ideo quod maſculus, perdam?* Interrogative, forſan quia maſculus ſum perdam? Sed non perdam, & nos alemur omnes ſimul; deciſio non eſt juxta Admonem. Cæterum viduam conſiderarunt cum filia in bonis exiguis ut filiam cum fratribus, nimirum, ſicuti filia cum fratribus (filia cui ſunt fratres) alitur & filii mendicant, ſic etiam vidua cui eſt filia, alitur, & filia mendicabit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quantitas *bonorum multorum* tanta eſſe debet ut omnes liberi ali poſſint donec filiæ adoleverint, ſi minus fuerit, vocantur *bona exigua*; deciſio non eſt juxta Admonem.

§. 2. *De*

§. 2. De filio obturato cujus genitalia ſint dubia, quæritur an is juri filiarum an vero filiorum in hæreditate adeunda obnoxius ſit, cum nulla acquiſitio confirmari queat niſi in homine perfecto, tam maſculo quam fœmella. Si vero pater neminem præter obturatum reliquerit hæredem, is ex aſſe ſit hæres, & non inſtituitur quæſtio an ad maſculos, an vero ad fœminas referri debeat.

ב הניח בנים ובנות וטומטום בזמן שהנכסים מרובים הזכרים דוחין אותו אצל נקבות נכסים מועטים הנקבות דוחות אותו אצל זכרים האומר אם תלד אשתי זכר יטול מנה ילדה זכר נוטל מנה נקבה מאתים ילדה נקבה נוטלה מאתים אם זכר מנה אם נקבה מאתים וילדה זכר ונקבה זכר נוטל מנה והנקבה נוטלת מאתים ילדה טומטום אינו נוטל אם אמר כל מה שתלד אשתי יטול הרי זה יטול ואם אין שם יורש אלא הוא יורש את הכל :

2. Si quis reliquerit filios & filias, & obturatum, bonaque fuerint multa, maſculi eum propellunt ad fœminas. Si bona fuerint exigua, fœminæ illum propellunt ad maſculos. Si quis dixerit, *ſi uxor mea pepererit maſculum*, accipiet centum Zuzas, & illa pepererit maſculum, accipiet centum Zuzas; *ſi fœminam*, accipiet ducentas Zuzas, & illa pepererit fœminam, accipiet ducentas Zuzas; *ſi maſculum*, centum Zuzas; *ſi fœminam*, ducentas, & illa pepererit maſculum & fœminam, maſculus centum, & fœmina ducentas accipiet Zuzas; ſi vero obturatum pepererit, nihil accipiet. Si dixerit, *quicquid pepererit uxor mea*, id accipiet, accipiat; & ſi non ſit hæres præter ipſum, totam conſequetur hæreditatem.

R. OB. DE BARTENORA.

טומטום *Obturatus*, de quo dubium eſt an ſit maſculus an fœmina. הזכרים דוחין אותו אצל הנקבות *Maſculi propellunt ipſum ad fœminas*, quia ei dicere poſſunt, proba quod fœmina es, & tum aleris nobiſcum. הנקבות דוחין אותו אצל הזכרים *Fœminæ propellunt ipſum ad maſculos*, quia ipſi dicent, proba quod fœmina eſt, & tum aleris nobiſcum. ילדה זכר נוטל מנה *Si pepererit marem, accipiet centum Zuzas*, etſi nobis hypotheſis ſit quod foetus non poſſit acquirere, hic tamen acquirit, quum infirmus aliquid dedit filio ſuo, nam voluntas patris proxima eſt filio. *Si maſculum pepererit ut fœminam*, gemellas. *Si pepererit obturatum, non accipiet*, hæc Miſna jam rejecta eſt; deciſio eſt quod obturatus accipiet duorum fratrum portionem minimam; *omnia hæreditate conſequitur*, ne diceremus quod ſit creatura ſingularis, & ineptus ad hæreditatem, ideo contrarium docet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis, quod ſi quis efficere velit ut embrio acquirat bona, id efficere nequeat, nam acquiſitio non confirmatur niſi in homine qui jam actu exiſtit; at cum fœtu vel embrione res aliter ſe habet. Et quod hic dicitur ipſum acquirere id quod ipſi dedit pater, intelligendum eſt, ſi hoc donum ſit ægrotantis donum, quod ſimplici verbo confirmari poteſt. Et quod auctor præterea dicit, *ſi pepererit obturatum, nihil accipiet*, id rejectum eſt, nam accipere poteſt minimam duorum fratrum partem. Et quia intelligere poſſemus quaſi homo obturatus ſit creatura ſingularis; & non perfecti hominis ſpecies, & propterea hæreditate conſequi non poſſe, ideo nos docet auctor rem ita non eſſe, ſed eum omnia hæreditate conſequi poſſe, ſi non ſit hæres præter ipſum.

§. 2. Si quis poſt obitum filios adultos & parvulos reliquerit, atque adulti auxerint bona paterna, tum incrementum iſtud omnibus ſine diſcrimine cedit liberis, quia id e communibus bonis profectum eſt. Si vero unus filius de ſua portione expenderit, ei duntaxat incrementum cedit.

ג הניח בנים גדולים וקטנים השביחו גדולים את הנכסים השביחו לאמצע אם אמרו ראו מה שהניח לנו אבא הרי אנו עושים ואוכלים השביחו לעצמן וכן האשה שהשביחה את הנכסים השביחה לאמצע אם אמרה ראו מה שהניח לי בעלי הרי אני עושה ואוכלת השבחה לעצמה :

3. Si quis reliquerit filios magnos & parvos, & magni adauxerint bona, adauxerunt ea in medio. Si dixerint, videte id quod nobis reliquit pater noſter, ecce nos operamur & comedimus, tum bona augent pro ſe ipſis. Sic etiam, ſi uxor adauxerit bona, ea adauxit in media parte. Si dixerit, videte id quod mihi reliquit maritus meus, ego operabor & comedam, adauxit.

R. OB. DE BARTENORA.

השביחו גדולים את הנכסים *Si natu majores amplificaverint bona*, quando adhuc erant in ſocietate domeſtica cum aliis fratribus. השביחו לאמצע *Amplificaverunt pro utraque parte*, hoc intelligendum eſt ſi bona auxerint iiſdem bonis, & nihil expenderint de ſuo, ſed e bonis paternis conduxerint operarios, & hoc modo bona auxerint. Verum ſi effoderint, & plantaverint, & de ſuo expenderint, tum incrementum illud quantulumcunque cedit ipſis.

וכן האשה שהשביחה את הנכסים *Sic etiam ſi uxor amplificaverit bona*, in Gemara exponitur quod hoc intelligendum ſit de muliere hærede, ut, ſi Ruben duxerit filiam fratris ſui Simeonis, & mortuus fuerit ſine filiis, & filiæ fratris ejus Simeonis conſecutæ fuerint hæreditatem ipſius,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando expenderint aliquam bonorum partem ad lucrandum quicquam, & bona aucta & amplificata fuerint, incrementum illud omnibus cedit liberis. Verum ſi unus expenderit de bonis ſuis tantum ad amplificandum bona paterna, incrementum cedit ipſi ſoli, etſi ad hoc non conſtitutus ſit. Et quod dicit, וכן האשה שהשביחה את הנכסים *Et ſic etiam ſi uxor amplificaverit bona*, hoc intelligendum eſt quando illa mariti hæreditatem juxta ac alii hæredes conſecuta ſit, ut, ſi illa fuerit filia Rubenis nupta cum Simeone, & Ruben mortuus fuerit relicta tantum uxore Simeonis, & deinceps mortuus fuerit Simeon, uxor illius una cum fratribus illius acquirit hæreditatem Simeonis. Et hic ultimus neceſſario memorandus erat caſus, quia cæteroquin intelligere poſſemus

ipſius, fiet ut uxor ipſius quæ eſt filia Simeonis fratris, hæreditatem ipſius conſequatur cum cæteris ſororibus ipſius; & quia intelligere poſſemus quaſi propter commodum iſtud, quod illi ex eo contigit quod ſit hera & bonorum auctrix, etſi illa dixerit, videte id quod mihi reliquit meus &c. Nihilominus contenta eſt, ut incrementum cedat omnibus; ideo nos docet auctor quod illa auget pro ſe ipſa. quaſi uxor Simeonis hac in parte fide digna eſſet, & bonorum domina, donaret, ideo contrarium nos docet auctor.

§. 4. *Quum e fratribus ſociis nonnemo ad munus regium obeundum adhibitus fuerit, & lucratus fuerit quicquam, lucrum iſtud omnibus cedit fratribus. Si volens in morbum inciderit, e bonis ſuis ſanari debet. Si aliqui fratres vivente ipſorum patre quicquam contulerint in* שושבנות ſymbolum nuptiarum, *idque compenſatum fuerit poſtea, emolumentum cedat omnibus fratribus.*

ד האחין השותפין שנפל אחד מהן לאומנות נפל לאמצע חלה ונתרפא נתרפא משל עצמו האחין שעשו מקצתן שושבנות בחיי האב חזרה שושבנות חזרה לאמצע שהשושבנות נגבית בבית דין אבל השולח לחבירו כדי יין וכדי שמן אין נגבים בבית דין מפני שהן גמילות חסדים :

4. Si e ſocietate fratrum aliquis acceſſerit ad miniſterium, id ceſſerit in medio. Si ægrotaverit & ſanatus fuerit, ſanatus eſt de ſuo. Si aliqui fratres quicquam contulerint in nuptiarum ſumptus vivente ipſorum patre, idque poſtea redierit, rediit in medio, nam impenſæ iſtæ exigantur per ſenatum. Verum ſi quis ad proximum miſerit cantharos vini, oleique, non exiguntur per ſenatum, quia dona gratuita ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

האחין השותפין שנפל אחד מהן לאומנות *Si e ſocietate fratrum aliquis acceſſerit ad officium* (regis) לאומנות id eſt לעבודת המלך *Ad miniſterium regis*, ſolent enim reges conſtituere aliquem e civitate ad vectigal per unum aut duos menſes exigendum. נפל לאמצע *id ceſſerit in medio*, id eſt, lucrum cedet omnibus fratribus, quia patris cauſa hoc lucrum venit; verum ſi propter honorem vel ingenii æſtimationem, rex eum acceperit in miniſteria ſua, tum id quod lucratus eſt, ipſi ſoli cedit.

חלה ונתרפא *Si ægrotaverit & deinde curatus fuerit*, ſi nolens ægrotaverit, nimirum, ſi ipſe non fuerit in cauſa ægritudinis ſuæ, tum curari debet e communibus bonis; at ſi præ frigore ægrotaverit, aut præ calore, a quibus ſibi ipſi cavere potuiſſet, tum Miſna noſtra dicit quod curabitur de ſuo. שושבנות *Societatem* ſive *ſodalitium* notat, illius unus modus eſt, ſi quis edulia aliaque dona mittat alicui pro domo nuptiali, & comedat cum eo, & contra alter idem fecerit quando uxorem duxit; & ſi pater ſimpliciter miſerit שושבנות per unum e filiis ſuis, & poſtea quam pater mortuus fuerit, redierit שושבנות, rediit pro omnibus fratribus, quia inſtar mutui eſt, quia id exigitur a ſenatu, nam is qui dedit שושבינות proximo ſuo, id repetere poteſt a ſenatu, ut ei reddatur quemadmodum accepit. Sed hoc intelligendum ſi conjugium primum factum fuerit ut ſecundum, nempe, ſi prius mater fuerit virgo, filia etiam virgo ſit, ſi vidua, vidua, ſi mater publice nupſerit, & filia publice nubat, ſi illa clam, & hæc clam; nam ſecundus ſponſus dicere poteſt primo, ego faciam tecum uti feciſti mecum. *Verum ſi quis proximo ſuo miſerit cantharos vini & olei*, ſi non in uſum nuptiarum, vel licet in uſum nuptiarum, ſed is non comederit cum ſponſo, hoc non vocatur שושבנות ſed מתנה *Donum*, & id non exitur a ſenatu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per אומנות Intelligitur officium ſive mandatum regis in aliquo munere ad miniſtrandum, ut, ſi quis expenderit pro ſervitio regis e communibus bonis, ut ei obtingat lucrum regis, lucrum illud cedet omnibus fratribus, quoniam lucrum hoc venit ex eo quod e bonis ſocietatis eduxit; at ſi pro ſe ipſo negotiatus fuerit, aut opus aliquod peregerit, & lucratus fuerit, tum lucrum illud ipſi ſoli cedit. Et quod dicitur eum curari e ſuis bonis, & non e bonis ſocietatis fraternæ, intelligendum eſt quando ipſe fuit in cauſa morbi, nimirum, ſi ſe ipſum ita geſſerit ut omnium ſententia conſtet quod inde morbum contrahet, ut, ſi comederit cibum inutilem ac nocentem, & continuaverit, vel aliquamdiu nimio calore & frigore uſus fuerit, nam hujus jus eſt inſtar juris illius qui propriis manibus ſibi vim intulit.

שושבינות Notat bona quæ unus mittit ad alterum in tempore nuptiarum, ſi Ruben (exempli gratia) duxerit virginem, & hoc conjugium fuerit cum ſua ſecunda uxore, & Simeon ei dederit denarium in tempore nuptiarum, ad ſublevandos earum ſumptus, & poſtea Simeon quoque duxerit uxorem, Ruben tenetur ipſi dare quemadmadmodum Simeon ipſe antea dedit; ſi vero illi non dederit, Simeon ad jus vocare poteſt Rubenem & ab ipſo repetere nummos. Ea tamen conditione ſi virginem duxerit, & hæc ſecunda illius ſit uxor, quia Ruben dicere poteſt, ego tecum faciam ſicuti tu mecum feciſti. Si vero Jacobus, exempli gratia, dederit שושבינות ad celebrationem alicujus nuptiarum, & poſtea Jacobus duxerit uxorem, & ille aliquis ipſius adfuerit nuptiis, & comederit ac biberit. Sed non dederit id quod dare debuerat, & Jacobus inde mortuus fuerit, illud שושבינות ad omnes filios redit. Si Ruben miſerit שושבינות alicui vivente patre, & non dixerit quod illud ſigillatim pro ſe ipſo mittebat, ſed quod id e paternis bonis ſimpliciter mittebat pro patre, & Jacobus deinde mortuus fuerit, uti diximus, tum quando redierit שושבינות, rediit ad fratres omnes. Verum ſi ille aut pater ipſius dixerit quod donum ſit e bonis Rubenis, fas eſt ut ad Rubenem redeat.

§. 5. *Qui dona quædam* סבלונות *Dicta ad ſocerum ſponſum miſerit, & apud ipſum cibum nuptialem comederit, vel denarii pretium, ea repeti nequeunt; ſin minus, non repetuntur. Dona multa ad ſponſum miſſa, repeti poſſunt, at non dona pauca.*

ה השולח סבלונות לבית חמיו שלח שם מאה מנה ואכל שם סעודת חתן אפילו בדינר אינן נגבין לא אכל שם סעודת חתן הרי אלו נגבים שלח סבלונות מרובים שיחזרו עמה לבית בעלה הרי אלו

5. Si quis miſerit dona ad domicilium ſoceri ſui, licet centum Zuzas illuc miſerit, & ibidem ederit cibum nuptialem, vel pro uno denario, non repetuntur; at ſi non ederit illic cibum nuptialem, repetuntur. Si dona multa miſerit, ut ea reducerent cum ſponſa ad domicilium mariti ipſius, repetuntur; ſi

אילו ניגבין סבלונות מועטין שתשתמש בהן בבית אביה אינן ניגבין :

ſi dona pauca, ut uteretur illis in domo paterna, non repetuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

והשולח סבלונות *Si quis miſerit munera*, ſolent ſponſi ad domicilium ſponſæ ornamenta quædam muliebria mittere poſt diem deſponſationis, & cantharos vini & olei, & aliquando ſponſus etiam eo ſe confert ut comedat cum ſponſa. אינן נגבין *Non exiguntur*, ſi ille vel illa mortua fuerit, aut ſi illam repudiare voluerit, nam ope amoris lætitiæ victus condonat; & hæc intelligenda ſunt ſi comederit pretium denarii, at ſi minus comederit, non condonat, ſed exiguntur dona.

שלח סבלונות מרובים *Si dona miſerit multa*, imo etiamſi fuerint parva, ſi dixerit, quod illa redibunt ad domicilium mariti ipſius, tum exigi poſſunt: Miſna autem locuta eſt modo ordinario, quo dona quæ miſſa ſunt ut redeant ad domicilium mariti, ſolent eſſe multa, ea vero quæ mittuntur ad ornatum ſponſæ in domo patris, ſolent eſſe pauca.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סבלונות Sunt onera quæ de manu in manum tradi ſolent; & quod dicit, *etiam pro denario*, id non dixit ad diminuendum, ſed ad determinandum, nimirum, ſi minus quam denarium comederit, donum exigi poteſt; deciſio juris eſt, cum qui miſerit, exigere poſſe, ſive magnum ſive parvum fuerit donum, ſive comederit ſive non comederit, ſive ille mortuus fuerit ſive illa mortua fuerit; vel omnia reddere præter id quod comederint vel biberint. Si vero votum fecerit ſe nullius rei uſum capturum, etiam reddet cibum & potum, & ſolvet uſque ad pretium oleris, ſive ipſum oleris pretium; & quicquid perierit vel conſumptum fuerit, jus illius ſe habet ut jus cibi & potus.

§. 6. *Sermo ſit de eo qui in agone mortis verſans aliis teſtamento conſcripſerit omnia ſua bona, reſervata ſibi agri quantulacunque menſuræ, cujus donatio rata ſit, & revocare eam nequeat poſtquam convaluerit; dummodo hæredes iſtorum bonorum* קנין possessionem *acceperint.* שכיב מרע *Exponitur quis ſit.*

ו שכיב מרע שכתב כל נכסיו לאחרים ושיר קרקע כל שהוא מתנתו קימת לא שיר קרקע כל שהוא אין מתנתו קימת לא כתב בה שכיב מרע הוא אומר שכיב מרע היה והן אומרין בריא הית צריך להביא ראיה שהיה שכיב מרע דברי רבי מאיר וחכמים אומרים המוציא מחבירו עליו הראיה :

6. Si quis morbo decumbens conſcripſerit aliis omnia ſua bona, & reliquerit agrum quantulæcunque menſuræ, donum illius ratum eſt; ſi non reliquerit agrum quantulæcunque menſuræ, donum illius non eſt ratum. Si non ſcripſerit, *morbo decumbens*, attamen ille dixerit quod ægrotabat, & illi dixerint quod ſanus erat, tenetur probare quod ægrotabat, ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, ſi quis e poteſtate proximi quicquam educere velit, tenetur probare (ſe hoc jure facere.)

R. OB. DE BARTENORA.

ושייר קרקע כל שהוא *Et reliquerit agrum quantulumcumque*, ſic etiam comparatum eſt ſi reſervaverit ſibi bona mobilia, quod donum ipſius ſit donum, & ſi a morbo reconvaluerit, ſententiam ſuam revocare nequit; & hoc intelligendum eſt ſi donum illud acquiſiverint per קנין, nam dona ægrotorum requirunt קנין acquiſitionem attactione veſtis ſive reconvaluerit ſive non reconvaluerit. Verum ſi ab ipſo non acquiſiverint mediante קנין, is qui donum recepit, tamen id non acquiſivit, etſi ægrotus ſit mortuus; & hoc intelligendum eſt quando ægrotus vult ut donum ipſo vivente acquiratur, at ſi dixerit, detur talis rei tali perſonæ poſt mortem meam, non requiritur קנין, etiam ſi reſervaverit ſibi. Cæterum ægrotus qui ſe vivente dona dedit, ſi nihil ſibi reſervaverit, & deinde reconvaluerit, ſententiam ſuam retractare poteſt, etſi ab ipſo acquiſiverint hæredes per קנין. Si vero mortuus fuerit, is qui recepit donum, etiam id ipſum acquiſivit, quinimo ſine קנין.

שלא כתב בה שכיב מרע *Si non ſcripſerit in eo, morbo decumbens*, nempe, quod infirmus decumbat in lecto, neque ſcripſerit formulam donationis hominis ſani, ſcil. quod ſanus incedebat in loco publico, & nihil ſibi reſervavit; & ſi dixerit, ægrotabam, ſed me facti pœnitet; at alius dixerit, recte valebas, ideo revocare nequis, tum tenetur probare quod ægrotabat, nam nos ſequimur præſens tempus doni, cum enim jam recte valet, probare debet quod eo tempore quo donum dabat, ægrotabat. Sapientes dicunt quod non ſequimur tempus præſens, ſed quod is qui aliquid e poteſtate aliena educere velit, debet probare ſe ad hoc jus habere, ideoque is qui donum recipit, ſi id e poteſtate illius qui dedit, educere velit, id quod ab ipſo acquiſitum eſt, etiam debet pro-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis agrum reſervaverit, dicimus ſcopum illius fuiſſe ſe e morbo illo ſanitati reddendum fore, & hac de cauſa ſibi reliquit id quod reliquit, & propterea revocare nequit; at ea conditione ſi illius rei קנין *Poſſeſſionem*, alii acceperint, at ſi non acceperint קנין, revocare poteſt etiamſi reſervaverit ſibi aliquid. Et quamvis mortuus fuerit infirmus, tamen non acquiret donum illud ab hora confirmationis; ſicuti omne donum hominis ſani, quandoquidem illic non fuit קנין *Acquiſitio*; nam hypotheſis nobis eſt quod donum infirmi ex parte acquiri debet ope קנין, ſive reconvaluerit, ſive non, ſi ipſo vivente velit ut illa pars ab alio acquiratur. Verum ſi dixerit, talis res erit pro tali perſona poſt mortem meam, verba illius rata ſunt. Sciendum tibi eſt quod ſi ſibi reſervaverit aliqua mobilia quantulacunque, jus illius ſe habet ut jus iſtius qui ſibi reſervaverit agrum aliquem. Cæterum ſi nihil ſibi reſervaverit, revocare poteſt id quod dedit, etſi mediante קנין hæredes ab ipſo acquiſiverint.

שכיב מרע *Decumbens morbo*, eſt is qui laborat; at ſi per teſtamentum aut mandatum hoc petierit propter mortem, revocare poteſt quicquid dederit, ſi a morbo reconvaluerit, etſi ſumpſerit קנין, ſibique aliquid reſervaverit. Verum ſi mortuus fuerit, omnis cui dederit quicquam, acquiſivit, etſi ab illo non ſumpſerit קנין. Cæterum caſus illius qui mandat quicquam propter mortem, talis eſt, ut ſibi certo perſuaſum ſit quod ex iſto morbo non reconvaleſcet. Sapientes dicunt, quod probare debet quod in poteſtate cbruthi erat e ſcriptura cum teſtibus, & quod ægrotabat quando illa ſcribebat. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt, quod, ſi mortuus fuerit ægrotus, & cum dono illius inventum fuerit קנין, tum donum illud irritum eſt, ſive ſit omnium bonorum, ſive quorundam tantum donum,

probare quod recte valebat illo tempore; deciſio eſt juxta Sapientes.

num, quia dicimus quod fieri potuit ut ope ſcripturæ tantum voluerit confirmare hæreditatem, at poſt mortem non obtinet ſcriptura; niſi id factum fuerit ad majorem confirmationem, nimirum, ſi in ſcriptis expreſſerit, & nos ſummus. קנין *poſſeſſionem*, ab ipſo huic dono additam, aut ſi mediante alio homine donum illud acquiri curaverit, tum deſiſtere non poteſt, etſi omnia dederit bona ſua, etiamſi obtinuerit illic קנין, quandoquidem per manum alterius ei acquirere fecit, & hoc modo jam confirmatum eſt, & קנין venit ad majorem confirmationem; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

§. 7. *Quæritur de eo qui bona ſua abſque ſcriptis diſtribuerit in agone mortis, an ſe res perinde habeat ac ſi id in ſcriptis conſignaſſet, vel ipſius res tradidiſſet hæredibus. Porro agitur de bonis quorum damnum eſt compenſandum ſi perierint, cujuſmodi argento, ſcriptis & poſſeſſione acquiruntur, contra vero ea quorum damnum non eſt compenſandum, attrahendo duntaxat acquiruntur.*

ז המחלק נכסיו על פיו רבי אליעזר אומר אחד בריא ואחד מסוכן נכסים שיש להן אחריות נקנין בכסף ובשטר ובחזקה ושאין להן אחריות אין ניקנין אלא במשיכה אמרו לו מעשה באמן של בני רוכל שהיתה חולה ואמרה תנו כבינתי לבת, והיא כשני עשר מנה ומתה וקימו את דבריה אמר להן בני רוכל תקברם אמן וחכמים אומרים (ס"א רבי אליעזר אומר) בשבת דבריו קימים מפני שאין יכול לכתוב אבל לא בחול רבי יהושע אומר בשבת אמרו קל וחומר בחול כיוצא בו זכין לקטן ואין זכין לגדול רבי יהושע אומר לקטן אמרו קל וחומר לגדול:

7. Si quis verbis diſtribuerit bona ſua, R. Elieſer dicit, perinde eſt ſive recte valeat, ſive periclitetur, bona quibus eſt cautio de futuro damno, acquiruntur argento, ſcripto, & poſſeſſione; illa vero quibus non eſt cautio de futuro damno, acquiruntur tantum attractione. Dixerunt ei, contigit ut mater filiorum aromatarii ægrotans dixerit, date peplum meum filiæ meæ quod duodecim valet minas; & impleverunt verba illius. Ipſe reſpondit illis, filios aromatarii ſepeliet mater. Sapientes dicunt, in Sabbato verba illius rata ſint, eo quod tum ſcribere nequit, at non die profeſto. R. Jehoſua dicit, de Sabbato id dixerunt, quanto magis die profano. Similiter, faciunt ut acquirat minorennis, & faciunt ut acquirat majorennis. R. Jehoſua dicit, de minorenni dixerunt, quanto magis majorenni?

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר אחד בריא ואחד מסוכן *R. Elieſer dicit, perinde eſt ſive recte valeat ſive periclitetur*, R. Elieſer non putat quod verba ægrotantis ſe habent ut ſcripta, & ut res tradita, & quamvis ille hoc præceperit propter mortem, putat tamen auctor, quod donum illius non ſit donum, niſi ope קנין, ſicuti donum illius qui recte valet; deciſio eſt juxta R. Elieſer. כבינתה in Targum occurrit pro רדידי Cant. 5. 7.

תקברם אמם *Sepeliet eos mater*, vult, non debet ex illis adferri probatio, eo quod impii erant, & pœna affecerunt Sapientes illos filios, ad matris donum filiæ confirmandum, etiamſi id fiat injuſte. אבל לא בחול *Sed non die profeſto*, ſi ægrotans bona ſua diviſerit die profeſto. קל וחומר בחול *Quanto magis die profeſto*, & ſic deciſio eſt. Verba ægrotantis tam die profeſto quam Sabbato ſunt inſtar ſcripti, & rei traditæ, & non requiritur קנין. Et ſi dixerit ut de ipſo accipiant קנין, id facere poſſunt tam die profeſto quam Sabbato, ne mens illius perturbetur,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſecundo tractatus Ciddu ſchin modos illos quibus acquiſitio fundi confirmatur. nec non acquiſitio mobilium. R. Elieſer dicit, neminem poſſe ullam rem acquirere niſi hiſce modis, etſi is qui fecit ut alius acquirat, id peregerit attractione, & non tantum verbo.

אבל לא בחול *Sed non die profeſto*, vult, ſi ægrotans diſtribuerit bona ſua die profeſto; & deciſio juris eſt, quod ægrotantis verba habeantur ut ſcripta, & ut res tradita, & quod res perinde ſe habet ſive die profeſto, ſive Sabbato id dixerit; neque requiritur קנין, uti diximus. Verum ſi ille velit ut ab ipſo קנין accipiant, קנין accipere poſſunt etiam die Sabbati, ne mens illius perturbetur quando ipſi id oneris impoſuerimus ut teſtes conquirere debeat qui ſcribere & firmare poſſunt; deciſio eſt juxta Sapientes, & quod acquirere poſſunt pro natu majori; vox כבינתה *Peplum* in Targum occurrit pro Hebraica רדידים *Theriſtra* Eſa. 3. 23.

§. 8. *Aliquot caſus de hæreditate domiciliorum deſcribit auctor; quorum primus hic occurrit de domo quæ patri & filio ſimul obrigerit, vel in eundem & qui ipſum hæredes fecere, dum ſecum habebat bona contractus dotalis, uxoris, & debitum creditoris ipſius.*

ח נפל הבית עליו ועל אביו או עליו ועל מורישיו והיתה עליו כתובת אשה ובעלי חוב יורשי האב אומרים הבן מת ראשון ואחר כך מת האב בעלי החוב אומרים האב מת ראשון ואחר כך מת הבן בית שמאי אומרים יחלוקו ובית הלל אומרים נכסים בחזקתן:

8. Si domus inciderit in ipſum & in patrem ipſius, aut in ipſum & in eos, qui ipſum faciunt hæredem, & apud ipſum fuerit contractus matrimonialis uxoris ſuæ, & creditoris, atque patris hæredes dixerint, *filius prius & deinde pater mortuus eſt*; at creditores dixerint, *pater prius & deinde filii mortui ſunt*; ſchola Schamai dicit, dividant. Schola Hillelis dicit, bona ſunt in poſſeſſione ſua.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

הבן מת ראשון *Filius prius mortuus eſt*, & creditor exigere ab illis nequit bona, quia illa nunquam poſſedit filius. *Et poſſeſſores dixerint, pater prius mortuus eſt*, & filius poſſedit bona aliquod momentum, & obligata ſunt creditori pro dote uxoris matrimoniali; *dividant*, nam Schola Schamai putat, quod ſcriptum exigendum ſe habet ut id quod jam exactum eſt, & quod tam hæredes patris quam creditores ſine diſcrimine ſunt hæredes, idcirco dividant. Et Schola Hillelis dicit, bona ſunt in poſſeſſione hæredum; & illi ſunt poſſeſſores. & creditor educere poteſt e poteſtate eorum, & probationem afferre debet quod pater mortuus eſt prius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod patris hæredes dicunt, quod filius prius & deinde pater mortuus eſt, id non majoris eſt utilitatis pro ipſis quam pro hæredibus filii, eo quod filii hæredes acquirunt hæreditatem avi ſui quando mortuus eſt, quemadmodum fundamento ſtatuimus capite præcedenti; verum illi hoc dicunt creditoribus ſuis tam filii quam patris hæredes, nam illi acquirunt bona uti hæredes patris. Et quod Schola Hillelis dicit, בחזקתן *In poſſeſſione ſua*, vult, quod ſunt in poſſeſſione hæredum patris.

§. 9. *Secundus de hæreditate domicilii caſus deſcribitur, quum domus in maritum & uxorem ſuam jure hæreditario inciderit, & mariti hæredes dixerint uxorem obiiſſe prius, & poſtea maritum, & contra hæredes uxoris dixerint maritum prius obiiſſe & poſtea maritum. Phraſeologiæ* נכסי מלוג *&* נכסי צאן ברזל *explicantur.*

ט נפל הבית עליו ועל אשתו יורשי הבעל אומרים האשה מתה ראשונה ואחר כך מת הבעל יורשי האשה אומרים הבעל מת ראשון ואחר כך מתה האשה בית שמאי אומרים יחלוקו ובית הלל אומרים נכסים בחזקתן כתובה בחזקת יורשי הבעל נכסים הנכנסים והיוצאין עמה בחזקת יורשי האב:

9. Si domus inciderit in ipſum & in uxorem ſuam, & hæredes mariti dixerint, *uxor eſt mortua prius*, & *deinde mortuus eſt maritus*; & hæredes uxoris dixerint, *maritus mortuus eſt prius*, & *deinde uxor*. Schola Schamai dicit, dividant. Schola Hillelis dicit, bona ſunt in poſſeſſione ſua, contractus matrimonialis eſt in poteſtate hæredum mariti, & bona quæ intrant & exeunt cum illa, ſunt in poteſtate hæredum patris.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה מתה תחלה *Uxor mortua eſt prius*, tum hæredibus uxoris nihil cedit, quia maritus mortuus eſt poſterius, & uxoris ſuæ hæreditatem acquiſivit. נכסים בחזקתן *Bona ſunt in poſſeſſione ſua*, ſcilicet bona pecudis ferreæ ſive immobilia ſunt in ſua poſſeſſione; cæterum Schola Hillelis non expoſuit, an eſſent in poteſtate hæredum uxoris ad quem pertinebant, an vero in poteſtate mariti cui incumbebat cautio de futuro damno, idcirco bona pecudis ferreæ dividunt. Cæterum כתובה *dos matrimonialis* eſt centum aut ducentarum Zuzarum cum additamento, manens in poteſtate & poſſeſſione hæredum mariti; bona autem illa quæ intrant & exeunt cum uxore, ſunt bona depilationis, ſive uſuaria, quæ, cum illo intrant & exeunt, & ſi diminuta fuerint aut accreverint, rationibus uxoris attribuenda ſunt, & ſunt in poſſeſſione hæredum uxoris, quo modo fiat ut hæredes uxoris capiant omnia *bona depilationis* ſive נכסי מלוג, & dimidium נכסי צאן ברזל *Bona pecudis ferreæ*, quæ uxori manent incorruptæ vi contractus matrimonialis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in aliquibus locis libri prioris de mulieribus quod nomen כתובה *dos matrimonialis* ſit pretium centum & ducentarum Zuzarum, qui eſt contractus matrimonialis cum additamento quod maritus de ſuo addiderit. Illa autem bona quæ dicuntur ingredi & egredi, ſunt נכסי מלוג *Bona depilationis*, ſive uſuaria, de quibus ſupra egimus loco citato.

נכסים בחזקתן *Bona ſunt in poteſtate ſua*, hæc ſunt נכסי צאן ברזל *Bona gregis ferrei* (quorum ſummam principalem maritus in contractu matrimoniali reſtituere promittit, & propterea ut ferrum durabile uxori manent incorruptæ) cæterum Gemara non exponit in cujus ſunt poteſtate, ſed deciſio juris eſt, quod dividunt. Et dehinc elicimus quod hæredes uxoris capiunt omnia bona depilationis (ſive illa quæ uxor ſibi reſervabat, & eorum fructus percipiendos mariti concedebat, quæ ſi perierint, non tenebatur maritus ſolvendo, quia in contractu matrimoniali non conſignata ſunt) & dimidium bonorum gregis ferrei tantum. Quænam vero ſint bona depilationis jam expoſuimus aliquoties in tractatu ſeptimo, & aliis multis in locis; ſic etiam, quænam ſint ea quæ vocantur bona gregis ferrei.

§. 10. *Tertius de hæreditate domus eſt caſus, ſi ea filio atque matri ſimul obtigerit jure hæreditario, quæritur an filio matreque mortuis ea æqualiter dividenda ſit ab hæredibus, an vero ea integra ad maternos paternoſve conſanguineos pertineat.*

י נפל הבית עליו ועל אמו אלו ואלו מודין שחלוקו אמר רבי עקיבא מודה אני בזה שהנכסים בחזקתן אמר לו בן עזאי על החלוקין אנו מצטערין אלא שבאת לחלק עלינו את השוין:

10. Si domus ceciderit in ipſum & in matrem ipſius, hæc & illa Schola concedit quod dividunt. Dixit R. Akiba, ego hoc concedo quod bona ſunt in poſſeſſione ſua. Dixit illis Ben Azai, de controverſiis affligimur, niſi venias ad arguendum contra nos in iis in quibus conveniunt.

R. OB. DE BARTENORA.

נפל הבית עליו ועל אמו *Si ceciderit domus in ipſum & in matrem ipſius*, & ipſi non fuerit filius alius præter hunc, tum hæredes uxoris dicere poſſunt, uxor prius mortua eſt, & filius illius conſequetur hæreditatem, at nos ſumus filii hæredes; & hæredes uxoris e familia paterna dicere poſſunt, filius prius mortuus eſt, at nos uxoris hæreditatem conſequemur. אלו ואלו מודים *Hæc & illa concedit*, Schola Schamai & Hillelis concedunt quod dividere poſſunt; nam cum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod R. Akiba dicit בחזקתם *In poſſeſſione ſua*, vult, quod ſunt in poſſeſſione hæredum matris; deciſio eſt juxta R. Akibam.

cum hi & illi veniant vi hæreditatis, duplex in re dubium eſt & propterea dividunt. Res enim hic aliter ſe habet quam ſi domus in ipſum & in uxorem ipſius cecidiſſet, quia illic duo ſunt bonorum genera, unum in quo maritus eſt poſſeſſor, alterum in quo uxor eſt poſſeſſor; ſed hic omnia in poſſeſſione uxoris ſunt, quia erat vidua, & ambo veniunt jure hæreditatis, propterea dividunt. מודה אני בזה *Concedo ego in hoc*, eo quod juxta Scholam Hillelis hic quoque dicere poſſumus quod bona ſunt in poſſeſſione ſua, nimirum, in poſſeſſione hæredum a parte patris, nam uxor, poſtquam mortuus eſt maritus ipſius ipſa vivente, cenſetur e familia patris ipſius, & pecunia etiam ipſa vivente in poſſeſſione paternæ ſtirpis, propterea hæredes ipſius a parte patris acquirunt hæreditatem ipſius; deciſio eſt juxta R. Akibam. על חלוקין אנו מצטערין *Super controverſiis nos affligimur*, ſupra controverſia præcedenti inter Scholam Schamai & ſcholam Hillelis quæ non convenerunt in opinionibus ſuis, nos affligimur; nam tu dicis R. Akiba quod in hoc caſu etiam contrariæ ſunt, & contrariatis doctori primo qui dicit quod conveniunt.

Cap. 10. §. 1. *Utriuſque libelli repudii conditio reſpectu teſtium deſcribitur, nempe tam extenſi ſive vulgaris, quam colligati, nam extenſi teſtes conſignant intus; colligati vero exterius, ſive a tergo. Libelli colligati origo ab utroque commentatore allegatur. Exponuntur voces Hebraicæ* גט פשוט *&* גט מקושר.

פרק י גט פשוט עדיו מתוכו ומקושר עדיו
מאחוריו פשוט שכתבו עדיו מאחוריו ומקושר שכתבו
עדיו מתוכו שניהם פסולים רבי חנינא בן גמליאל
אומר מקושר שכתבו עדיו מתוכו כשר מפני שיכול
לעשותו פשוט רבן שמעון בן גמליאל אומר הכל
כמנהג המדינה :

Cap. 10. Libelli repudii extenſi teſtes debent eſſe intus, colligati vero teſtes a tergo illius. Extenſus in quo teſtes conſignarunt a tergo illius, & colligatus in quo teſtes conſignarunt interius, ambo illegitimi ſunt. R. Chanina filius Gamalielis dicit, colligatus in quo teſtes conſignarunt, legitimus eſt, eo quod nonnemo illum facere poteſt extenſum. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia juxta urbis conſuetudinem.

R. OB. DE BARTENORA.

גט פשוט *Libellus extenſus*, ſimplex, qui non eſt colligatus neque conſutus; & præterea omnis libellus vocatur גט. Et quod auctor dicit, עדיו מתוכו *Teſtes interius*, eſt uti nos facere ſolemus: מקושר מאחוריו *Colligati a tergo*, exterius, hoc modo, ſcribit unam regulam aut duas, & tum convolvit in plano, & deinde colligabit, & unus teſtis ſignabit exterius ſuper convoluto, & poſtea duas alias regulas, aut plus interius, & convolvet ſuper plano, & ſecundus teſtis ſignabit in convoluto exterius, & eodem modo tertius teſtis. Inſtituerunt autem Sapientes libellum colligatum propter ſacerdotes iracundos qui ob leviſſimam cauſam libellos repudii uxoribus ſuis ſcribebant & poſtea retractare volebant, attamen reducere eas non poterant, propterea illis ordinarunt libellum repudii colligatum, qui non tam cito ſcribi poteſt, quia interim ira ejus quieſcere potuerat. Et ſicuti libellum repudii colligatum ordinarunt in conjugio diſſolvendo, ita quoque in cæteris idem fecerunt.

שניהן פסולים *Ambo illegitimi ſunt*, quia non fecerunt eos juxta conſtitutionem Sapientum. שיכול לעשותו פשוט *Quia eum extenſum facere potuiſſet*, nam ſi futuræ diſruptæ fuerint, erit libellus extenſus & ſimplex. *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia juxta conſuetudinem civitatis*, controverſia doctoris primi & Rabban Schimeonis filii Gamalielis eſt de loco in quo libellum extenſum & colligatum conficere ſolent. Si illic dixerit quis ſcribæ, ſcribe mihi libellum colligatum, & ſcripſerit ipſi extenſum, aut contrà, doctor primus putat quod hic refert, & quod propterea eſt illegitimus. Rabban Schimeon filius Gamalielis putat, quod, cum ſit conſuetudo civitatis ut utroque modo conficiantur, hæc non curat, eumque legitimum pronunciat; deciſio eſt juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גט Vocatur quilibet libellus, ſicuti aliquoties expoſuimus. גט מקושר *Libellus colligatus*; eſt libellus duplicatus, uti inſtrumenta duplicata quæ apud nos faciunt in oriente, ut pergamenum in quod ſufflant ad removendum muſcas. Cæterum conſtitutionis horum libellorum ratio eſt, quod olim proni erant ad divortia & repudia, idcirco inſtituerunt libellum repudii duplicatum ſive colligatum, ut in illis parandis detinerentur & interim ceſſaret ira inter conjuges dum colligabatur libellus. Et nullam eſſe differentiam voluerunt inter repudii & aliarum rerum libellum, & propterea etiam in emtionibus & venditionibus inſtituerunt hujuſmodi libellum colligatum, ſi quis id facere velit. Verum in hoc omnes conveniunt, quod ſi loci alicujus conſuetudo ita ferat, ut libellus colligatus tantum ſcribatur, & quis dicat ſcribæ, conſcribe mihi ſimpliciter libellum, & non dicat extenſum vel colligatum, & ſcriba ei extenſum conſcribat qui illegitimus eſt; ſi conſuetudo urbis ferat ut extenſus & colligatus ſcribi queat, & ille dixerit, ſcribe mihi libellum extenſum, aut ſi dixerit, ſcribe mihi libellum colligatum, & ſcriba contrario ſcripſerit modo quam ei dixerat, Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, legitimus eſt, quandoquidem conſuetudo civitatis ita fert ſicuti Scriba ſcripſit, & maritus hoc non curat; Sapientes dicunt, illegitimus eſt, niſi ſcripſerit uti dixit ipſi; deciſio eſt juxta Sapientes.

§. 2. *Obiter duntaxat proponitur caſus de libello repudii tam extenſo quam colligato, quatenus extenſus ſive ſimplex duos requirit teſtes, colligatus vero tres, uſque adeo ut ambo reprobi ſint, ſi in extenſo duntaxat unicus, & duo ſint in colligato. Porro aliquot formularum in libello repudii expreſſarum mentio fit, ſecundum quas tam mariti quam uxoris facultas diverſimode conſideranda eſt.*

ב גט פשוט עדיו בשנים ומקושר בשלשה פשוט
שכתוב בו עד אחד ומקושר שכתוב בו שני עדים
שניהם פסולים כתב בו זוזין מאה דאינון סלעין
עשרין אין לו אלא עשרין זוזין מאה דאינון תלתין
סלעין אין לו אלא מנה כסף זוזין דאינון ונמחק אין
פחות משתים כסף סלעין דאינון ונמחק אין פחות
משנים

2. Libellus extenſus duos habet teſtes, & colligatus tres. Si in extenſo ſignaverit unus, & in colligato duo teſtes, ambo illegitimi ſunt. Si in illo ſcriptum fuerit, *centum Zuzæ quæ ſunt viginti ſicli*, nihil ei cedit præter viginti. Si Zuzæ centum quæ ſunt triginta ſicli, nihil ei cedit præter centum. *Si argentum Zuzarum quæ ſunt*, & cætera expuncta fuerint, non cedit ei minus quam duæ. *Si argentum ſiclorum qui ſunt*, & cætera expuncta

משנים דרכמונות דאינן ונמחק· אין פחות משתים כתוב בו מלמעלה מנה ומלמטה מאתים מלמעלה מאתים ומלמטה מנה הכל הולך אחר התחתון אם כן למה כותבין את העליון שאם תמחק אות אחת מן התחתון ילמד מן העליון :

puncta fuerint, non cedit ei minus quam duæ. *Si, Darcanot qui ſunt*, & cætera expuncta fuerint, non cedit ei minus quam duæ. Si ſuperius in illo ſcriptum fuerit, *centum Zuza*, & inferius *ducenta*, aut contrà, tota res procedit juxta ſcriptum inferius. Si ita ſe res habet, quare ſcribunt ſuperius? ut, ſi una litera deleta fuerit inferioris, res diſcatur e ſuperiori ſcripto.

R. OB. DE BARTENORA.

פשוט שכתב בו עד אחד *Extenſus in quo ſignatus eſt unus teſtis*, vult dicere, ſicuti libellus extenſus in quo ſcriptus eſt unus teſtis, illegitimus eſt e Lege, ſic etiam colligatus in quo conſcripti ſunt duo teſtes, illegitimus eſt e Lege. אין לו אלא עשרים *Nihil cedit ei præter viginti*, & quamvis centum Zuzæ ſunt viginti quinque סלעים *Sicli*, poteſtas tamen poſſeſſoris libelli inferior eſt, & ſic exponimus libellum, centum Zuzarum minutiſſimarum quæ non pluris quam viginti valent ſiclos ſive Zela. אינו לו אלא מאה זוזין *Non cedit illi præter centum Zuzas*, quæ ſunt viginti quinque Selæ, nam hoc modo exponimus libellum, centum Zuzæ quæ ſunt triginta Selæ leves, & minus, quæ ſunt viginti quinque ex optimis. ונמחק *Et deletus fuerit*, numerus qui poſtea inſcriptus fuerit. מלמטה מאתים *Inferius ducentæ*, quando libelli verba duplicata fuerint. הכל הולך אחר התחתון *Tota res procedit juxta inferius ſcriptum*, ea tamen conditione ne ſcriptum ſit in ultima regula. למה כותבין את העליון *Quare ſcribunt ſuperius*, quandoquidem in fine libelli denuo duplicat, & cautionem de futuro damno hoc ſenſu ſcribit, hujus pecuniæ tantæ ſummæ cautionem in me recipio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos auctor quod ſicuti libellus extenſus e Lege eſt illegitimus cum uno teſte, ſic etiam libellus colligatus illegitimus eſt cum duobus teſtibus. Jam diximus ſuperius quod גט vocatur omnis libellus, & propterea in Miſna dicitur, *ſi in eo ſcriptum fuerit, teſtis unus* &c. Verum Zuzæ quarum hic fit mentio, ſunt denarii, & ex iis quatuor conficiunt Zelam, uti aliquoties diximus, quod Zela quatuor conficit denarios.

§. 3. *Marito conceditur facultas ut vel abſente ipſius uxore in uſum ipſius libellus divortii poſſit conſcribi; ſic etiam apocha remiſſionis uxoriæ. Dummodo ſcriba maritum & fœminam veſte norit, & maritus ſcribæ ſolvat pro opera illius. Sic etiam libellus obligationis pro creditore, debitore abſente, & pro venditore, emtore abſente ſcribi poteſt.*

ג כותבין גט לאיש אף על פי שאין אשתו עמו והשובר לאשה אף על פי שאין בעלה עמה ובלבד שיהא מכירן והבעל נותן שכר כותבין שטר ללוה אף על פי שאין מלוה עמו ואין כותבין למלוה עד שיהא לוה עמו והלוה נותן שכר כותבין שטר למוכר אף על פי שאין לוקח עמו ואין כותבין ללוקח עד שיהא מוכר עמו והלוקח נותן שכר :

3. Uxore etiam abſente pro marito ſcribi poteſt libellus repudii, & remiſſio dotis pro uxore marito licet abſente, dummodo (ſcriba) eos norit, & maritus ſolvet pretium. Pro debitore quoque libellus obligationis ſcribi poteſt, creditore licet abſente, ſed pro creditore ſcribi nequit niſi dum ei adſit debitor, & debitor ſolvet pretium. Pro venditore ſcribi poteſt libellus emtore licet abſente, at pro emtore niſi dum venditor ipſi adſit, & emtor ſolvet pretium.

R. OB. DE BARTENORA.

כותבין גט לאיש *Scribunt repudii libellum pro marito*, eumque obſignant, & tum maritus uxorem ſuam repudiare poteſt quando lubuerit, etſi uxor abſit ab illo, quia illa invita repudiatur. והשובר לאשה *Et apocham remiſſionis pro uxore*, in qua illa remittit dotem ſuam matrimonialem, quia ipſi damnum eſt, at lucrum pro marito; homini enim abſenti fiat beneficium.

ובלבד שיהא מכירן *Dummodo eos cognoſcet*, dummodo ſcriba & teſtes cognoſcant maritum & uxorem, tam in eo quod ad libellum repudii attinet, quem quod ad apocham remiſſionis debiti, nam ſi eos non norint, fieri poteſt ut ſcriba libellum repudii ſcribat in nomine uxoris alterius mariti quæ eodem appellatur nomine, & illius ope libelli repudiatur uxor quæ non repudiata eſt ab ipſo; idem obtinet in apocha.

והלוה נותן שכר *Et debitor ſolvit pretium*, etſi ſit commercium ſocietatis, ut dimidium ſit mutui & dimidium depoſiti; nihilominus is qui in ſe recepit עסקא *Negotiationem*, ſcribæ totum ſolvet pretium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod שובר notat apocham remiſſionis debiti, & quod auctor dicit *pro uxore*, indigitat libellum in quo uxor declarat ſe dotem ſuam matrimonialem donare marito ſuo; ea tamen conditione ut teſtes ſciant quod nomen uxoris ſuæ ſit illud quod dixit. Nam ſuſpicamur fieri poſſe ut divortii libellum ſcribat nomine uxoris mariti alterius quæ eodem gaudet nomine, & illo libello talis uxor repudietur, cum illa tamen non repudiata ſit. Sic etiam de apocha remiſſionis debiti requiretur ut conſtet quod illa facta ſit in nomine mariti ipſius, & de illa atteſtari poſſunt, & hoc vult, *dummodo eos* (ſcriba) *norit*. Verum quod dicit, *debitor ſolvit pretium*, intelligendum eſt etiam in ſocietate, nimirum, ſi illi dederit nummos ad negotiandum, & illi qui cum eo negotiabitur, nulli fuerint nummi, id ipſum eſt quod vocatur עסקא, & jus illius inter nos eſt dimidium mutui, & dimidium depoſiti; & quamvis dimidium ſolum ſit in jure mutui, ille tamen totum ſolvet pretium.

§. 4. *Deſponſationes & nuptiarum literæ ſponſo & ſponſa annuentibus duntaxat conſcribi poſſunt; ſponſo autem incumbit ſcribæ pro opera ipſius ſolvere. Sic etiam nec literæ de agricultura conſignari poſſunt niſi proprietarius & conductor annuerint. Pariter nec libellus electionis ſcribitur niſi ambo adverſarii annuerint.*

ד אין כותבין שטרי אירוסין ונישואין אלא מדעת

4. Non ſcribunt libellos deſponſationis nec nuptiarum niſi utroque annuente, & ſponſus ſolvere

שניהם והחתן נותן שכר אין כותבין שטרי אריסות וקבלנות אלא מדעת שניהם והמקבל נותן שכר אין כותבין שטרי בירורין וכל מעשה בית דין אלא מדעת שניהם ושניהם נותנים שכר רבן שמעון בן גמליאל אומר שניהם (כ״א) כותבין שנים לזה לעצמו ולזה לעצמו :

debet mercedem. Non ſcribunt libellum agriculturæ, nec acceptionis niſi utroque annuente, & is qui recipit, mercedem ſolvet. Non ſcribunt libellum electionis, nec ullum ſenatus conſultum, niſi ambobus annuentibus, & ambo mercedem ſolvere debent. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit: Duos ſcribunt, pro utroque ſigillatim.

R. OB. DE BARTENORA.

שטרי אריסות *Libelli agriculturæ*, ſunt tales quibus in ſe recipit agrum aliquem colendum pro media, tertia, aut quarta parte proventus. קבלנות Eſt conditio qua quis agriculturam recipit pro tot modiis quotannis, ſive parum ſive multum proferat. שטרי בירורין *Libelli electionis*, quibus unuſquiſque pro ſe eligit judicem, & in libello ſcribitur, talis elegit talem judicem, rationeſque illius tales & tales erant, ne ſine diſcrimine in vago ratiocinentur. כותבין שנים *Conſcribunt duos*, pro qualibet litigantium parte libellus ſingularis conſcribitur, eo quod omnium cauſæ in illo conſignatæ ſunt; ſed deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis; verum in uno libello ſcribebant cauſas litigantium partium, & quod talis homo elegerat judicem qui cauſam judicaret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אריסות Notat ſocietatem quorundam ad agri fructus percipiendos initam. קבלנות Notat conditionem illam qua quis agrum pro certa fructuum parte colendum accepit, idcirco mercedem debet conducens etſi agrum reliquerit incultum, ſicuti exponitur capite nono tractatus Baba Mezia. שטרי בירורין *Libelli electionis*, ſunt ejuſmodi libelli quibus litigantibus ab utraque parte ſatisfit coram quocunque judice, quemadmodum exponetur in tractatu ſequenti, unus pro ſe unum & alter pro ſe alterum virum eligere poteſt; & eodem modo etiam rationes ſuas conſcribere. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod pro litigantibus utriſque ſigillatim conſcribi debet libellus in quo continentur rationes; ſed ita non deciditur; verum unus tantummodo libellus conſcribi debet in quo cujuslibet rationes continentur, hoc argumento, talis contentus eſt tali coram tali judice, & talibus rationibus, & contra, talis contentus tali coram tali judice, & talibus rationibus.

§. 5. *Si quis debiti ſui partem ſolverit & creditor atque debitor apocham tradiderint alicui tertio, ut ſe excuſent a moleſtia ſcribendi, & debitor dixerit creditori in præſentia tertii*, ſi tibi non ſolvero abhinc uſque ad triginta dies, det illi (*tertius ſcil. det creditori*) libellum ipſius, *& is non ſolverit quum id tempus advenisſet, quæritur an libellus tradendus ſit?*

ה מי שפרע מקצת חובו והשליש את שטרו ואמר לו אם לא נתתי לך מכאן ועד יום פלוני תן לו שטרו הגיע זמן ולא נתן רבי יוסי אומר יתן רבי יהודה אומר לא יתן :

5. Si quis ſolverit debiti ſui partem, & libellum ſuum tradiderit in manum tertii alicujus, eique dixerit, *ſi tibi non ſolvero abhinc uſque ad tale tempus, des illi libellum ipſius*, & tempus advenerit, ſed ille non ſolverit. R. Joſe dicit, dabit; R. Jehuda dicit, non dabit.

R. OB. DE BARTENORA.

והשליש את שטרו *Et libellum ſuum in manum tertii alicujus tradiderit*, ſi creditor & debitor tradiderint libellum in manum tertii alicujus, ad excuſandum ſe de moleſtia ſcribendi apocham, & idcirco rem ad tertium aliquem detulerint. *R. Joſe dicit, dabit*, nam ille putat quod אסמכתא acquirit, nempe, ſi quis proximo ſuo quicquam promiſerit ea lege ut pro ipſo quicquam impoſterum faciat, & ille contentus fuerit eo tempore quo conditio inita fuit, quod ſe illud præſtare poſſe credebat, attamen implere non poterat quando tempus advenerat, hoc vocatur אסמכתא & ſecundum R. Joſen acquirit. Verum reſpectu deciſionis אסמכתא non acquirit, niſi quis ab alio קנין acceperit coram ſenatu aliquo excellenti cui libellos & cauſas ſuas tradat, & dicat, ſi non venero abhinc ad triginta dies, irrita ſint mea jura. Magiſtri vero mei exponunt quod omnes judices qui fuerunt puri & periti in jure אסמכתא, vocentur בית דין חשוב *Domus judices excellens*, in hoc caſu; ſed Maimonides dicit, quod ejuſmodi domus judicii excellens in terra Iſraëlis tantum haberi poſſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe putat quod ratio probabilis acquirere poſſit, ut, ſi quis dixerit, ſi talem rem feceris, aut ſi talis res tali fiat modo, ego me obligo tali homini tantum dare nummorum, & ſimile quid, id vocatur nomine אסמכתא & nil de hoc confirmatur, neque ullo modo utile eſt ad rem, niſi quis ſumat קנין ſuper hac conditione coram ſenatu ſpectato, & cauſam ſuam deferat ad talem ſenatum, dicatque, quando hoc factum fuerit, hoc & illud fiat ex iſtis poteſtatibus. Sed oportet ut res illa bene inſpiciatur, nam fieri poteſt ut illa ſit coacta, & ut propter vim aliquam non poſſit implere ſuum אסמכתא. Verum non reperitur ſenatus magnificus præter judices illos excellentes qui fuerunt in terra Iſraëlis, uti impoſterum exponemus.

§. 6. *Si alicujus libellus debiti fuerit deletus, de ipſo teſtes poſſunt teſtari, & ad ſenatum deferri, qui eum confirmabit. Si quis debitum ſuum ex parte ſolverit, apocha prima delenda eſt, & alia denuo conſcribenda ſecundum ſummam debiti quæ reſtat.*

ו מי שנמחק שטר חובו (כ״א מעמיד) מעידין עליו עדים ובא לפני בית דין ועושין לו קיום איש פלוני בן פלוני נמחק שטרו ביום פלוני ופלוני ופלוני עדיו מי שפרע מקצת חובו רבי יהודה אומר יחליף רבי יוסי אומר יכתוב שובר אמר רבי יהודה נמצא זה

6. Si quis deletus ſit libellus debiti, teſtari poſſunt ſuper ipſo teſtes, & ad ſenatum deferri, qui tum ipſum confirmabit hoc ſenſu, *hujus N. filii N. deletus eſt libellus tali die, & N. N. fuerunt teſtes.* Si quis debiti ſui partem ſolverit, R. Jehuda dicit, commutabit. R. Joſe dicit, ſcribet apocham. Dixit R. Jehuda, reperitur quod hic

ſuam

זה צריך להיות שומר שוברו מן העכברים אמר לו
רבי יוס כך יפה לו ולא יורע כחו של זה :

ſuam apocham cuſtodire debet a muribus. Dixit ei R. Joſe, ſic ei potius eſt, & non debilitabitur potentia hujus.

R. OB. DE BARTENORA.

כי שנמחק שטר חובו *Si alicujus deletus ſit libellus debiti*, & teſtes fuerint qui viderint quando deletus eſt ſponte, aut mediante aqua. מעמיד עליו עדים *Conſtituit ſuper ipſo teſtes*, quibus notum fuit quando libellus conſcriptus eſt, & quid in eo continetur, & hi coram ſenatu confirmant, & ſcribunt id quod continebatur in eo. יחליף *Commutabit*, delebit illum libellum, & alium ei conſcribet juxta computum reliquum. נמצא זה *Reperitur quod hic*, quod debitor libellum ſuum conſervare debet a muribus, quem ſi perdiderit, creditor totum debitum exigere poteſt. *R. Joſe dicit, ſic ei præſtat*, ſcil. creditori, nam debitor ſuam apocham cuſtodire debet, & accelerare ſolutionem, ne creditoris potentia debilitetur, ſi alium ei conſcripſerit libellum, quia tempus debiti dati erat prius, at jam venit poſterius, & e poteſtate emtorum nihil capere poteſt, niſi a tempore quo ſecundus libellus conſcriptus eſt; deciſio eſt juxta R. Joſen, quod apocham ſcribunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ולא יורע כחו של זה (ad verbum) *Et non pejor erit potentia hujus*, id eſt, potentia creditoris non debilitabitur nec diminuetur, quia tempus debiti anticipatum erat, at jam poſterius veniebat, & damnum quod hic eſt, ſatis notum eſt, nimirum, quod e poteſtate emtorum nihil capiet creditor niſi a ſecundi libelli tempore; deciſio eſt juxta R. Joſen, & apocham ſcribunt ſuper quovis caſu.

§. 7. *Proponitur caſus de patre mortuo qui duobus fratribus quorum unus dives, alter vero pauper eſt, reliquerat balneum & torcular ad ea conducenda. Tum etiam de duobus qui iiſdem gaudent nominibus in eadem urbe, quæritur an unus contra alterum educere poterit libellum debiti, vel alius quiſpiam. Exponuntur a Maimonide voces* ערב *&* קבלן :

ז שני אחין אחד עני ואחד עשיר והניח להן
אביהן מרחץ ובית הבד עשאן לשכר השכר לאמצע
עשאן לעצמן הרי העשיר אומר לעני קח לך עבדים
וירחצו במרחץ קח לך זיתים ובא ועשם בבית
הבד שנים שהיו בעיר אחת שם אחד יוסף בן
שמעון ושם אחד יוסף בן שמעון אין יכולין להוציא
שטר חוב זה על זה ולא אחר יכול להוציא עליהם שטר
חוב נמצא לאחד בין שטרותיו שטרו של יוסף בן
שמעון פרוע שטרות שניהן פרועין כיצד יעשו
ישלשו ואם היו משולשים יכתבו סימן ואם היו
מסומנין יכתבו כהן האומר לבנו שטר בין שטרותי
פרוע ואיני יודע איזהו שטרות כולן פרועין נמצא
לאחד שם שנים הגדול פרוע והקטן אינו פרוע
המלוה את חבירו על ידי ערב לא יפרע מן הערב
ואם אמר על מנת שאפרע ממי שארצה יפרע מן
הערב רבן שמעון בן גמליאל אומר אם יש נכסים
ללוה בין כך ובין כך לא יפרע מן הערב וכן היה
רבן שמעון בן גמליאל אומר הערב לאשה בכתובתה
והיה בעלה מגרשה ידירנה הנאה שמא יעשה
קנוניא על נכסים של זה ויחזיר את אשתו :

7. Si duobus fratribus, quorum unus pauper & alter dives eſt, pater reliquerit balneum & torcular olei; & fecerit ea ad conducendum, tum conductionis merces cedit ambobus. Si pro illis ipſis ea fecerit, dives dicet pauperi, *eme tibi ſervos qui lavent in balneo, eme tibi olivas & eas exprime in torculari.* Si duo fuerint in una urbe, quorum unus vocatur Joſephus filius Simeonis, & alter etiam Joſephus filius Simeonis, unus contra alterum educere nequit libellum debiti, neque alius quiſpiam ſuper illis educere poteſt libellum debiti. Si inter alicujus libellos inventus fuerit libellus Joſephi filii Simeonis ſolutus, utriuſque libelli ſoluti ſunt. Quomodo? Tria nomina educenda erunt, ſi tria nomina convenerint, ſcribant aliquod ſignum; ſi in ſignis convenerint, ſcribant, *hic eſt Sacerdos.* Si quis dixerit filio ſuo, *unus libellus inter meos libellos ſolutus eſt, at neſcio quinam*, omnes libelli cenſentur ſoluti, ſi compertum fuerit ut unus nomen habeat duorum, major cenſetur ſolutus, at non minor. Si quis proximo ſuo mutuo dederit mediante ſponſore, non ſolvet ſponſor; at ſi dixerit, *ea conditione ut exigere poſſim a quocunque voluero*, exigere poteſt a ſponſore. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſi bona ſint ei qui mutuo petiit, ſive hoc & illo modo, non exigit a ſponſore. Et ſic dicebat Rabban Schimeon filius Gamalielis, ſi quis fuerit ſponſor pro dote alicujus mulieris, & maritus eam repudiaverit, votum faciet ſe nihil commodi ab ea percepturum, ne cum fraude agat in facultatibus hujus, & uxorem reducat.

R. OB. DE BARTENORA.

קח לך עבדים *Eme tibi ſervos*, qui balneum tuum calefaciant, nam ſicuti nobis pater noſter illud reliquit, ſic impoſterum conſervari debet; quamvis capite primo diximus, quod in re in qua non obtinet jus diviſionis, nonnemo dicere poteſt alii, accipe aut ego accipiam, nimirum, vende mihi tuam partem, aut ego tibi vendam meam; hic tamen res aliter ſe habet, nam pauper frater dicere nequit, ego accipiam, quia ei non eſt quo emat. אין יכולין להוציא שטר חוב זה על זה *Non poſſunt educere libellum debiti*, unus-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יפרע מן הערב *Non ſolvat ſponſor*, vult dicere, quod non petet ab illo antequam petat a debitore; & quod Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod ſi debitori fuerint bona, non ſolvet ſponſor, in eo non controvertetur. Sed controverſia Sapientum eſt de קבלן, qui eſt is, qui dixerit, *da mihi & ego dabo tibi*: ſed ערב eſt is qui dixerit alicui, *Des illi mutuo & ego ero fidejuſſor*; aut, *des illi, & ego ero fidejuſſor*; aut, *mutuo des illi, & ego tibi reſtituam*; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

itum contra alium, quia unusquiſque eorum dicere poteſt, hic libellus quem tu habes in poteſtate tua, tibi a me redditus eſt quando mihi ſolveris pecuniam quam tibi mutuo dedi.

ולא אחר יכול להוציא שטר חוב עליהם *Neque alius quiſpiam ſuper illis educere poteſt*, quia unusquiſque eorum ad alium ipſum remittere poteſt. שלש *Tria nomina erunt vocanda*, conſcribet nomen patris patris ipſius (avi) אם היו משלשים *Si tria nomina vocaverint*, ſi nomina eorum, & nomina patrum eorum, & nomina patrum patrum eorum fuerint æqualia. יכתוב סימן *Scribet ſignum aliquod*, rubicundum, oblongum, aut breve. אם היו מסומנין *Et ſi ſignati fuerint*, ſi ſigna æqualia habuerint. יכתבו כהן *Scribant, ſacerdos*, ſi unus fuerit ſacerdos, & alter fuerit Iſraëlita. נמצא לאחד שם שנים *Si compertum ut uni ſit nomen duorum*, ſi unius debitoris duo inventi fuerint libelli, quibus conſtat quod bis ab illo mutuo accepit. *Minor non ſolutus eſt*, nam ille dicet, unus libellus eſt inter mea ſcripta, & non duo. לא יפרע מן הערב *Non accipiet ſolutionem a ſponſore*, prius non ſolvetur a ſponſore, donec debitorem ad jus vocaverit, & ipſum condemnent judices, & ſi non ſit ſolvendo, tum exiget ſolutionem a ſponſore. *Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſi ille cui fuerint bona mutuo acceperit, non exiget a fidejuſſore*, hinc non debet inferri, quod primus doctor putat quod etiamſi debitori fuerint bona, tamen a fidejuſſore exigi poteſt, ſed huic Miſnæ deſunt quædam verba quæ hoc ſenſu ſupplenda ſunt, *Si quis proximo ſuo mutuo dederit, mutuum mediante ſponſore, a ſponſore exigere non poteſt, & ſi dixerit, ea conditione ut exigam a quocunque voluero, exigere poteſt a ſponſore; de quo dicta ſunt hæc verba? quum debitori non ſint bona, at ſi ei fuerint bona, non exiget a ſponſore; & acceptor, etiamſi debitori ſint bona, exiget ab acceptore. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, tam ſponſor quam receptor, ſi debitori ſint bona, non exiget ab illis; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.* ערב eſt is qui dicit alicui, *des ipſi, ego ero ſponſor*: קבלן *Receptor* eſt is qui alicui dicit, *des illi, ego tibi ſolvam. Si quis fuerit ſponſor pro dote matrimoniali*, ſi marito non ſint bona, quo modo requiritur ut ſolvat ſponſor dotem matrimonialem, ſed non ſolvet dotem matrimonialem prius quam maritus primus votum fecerit ſuper multorum intentione, quod eſt votum quod diſſolvi nequit, quod nullam ex illa utilitatem capiet, & quod nunquam uxorem ſuam reducet; nam ſuſpicamur quod eam reducet, & conſumet dotem illius matrimonialem poſtquam eam a ſponſore exegerit. Sed quantum ad deciſionem juris attinet, ſponſor dotis matrimonialis non tenetur illam ſolvere, etſi marito non ſint bona, quia aliquod bonum opus fecit, & nihil illi remiſit. Et ſi quis dotis matrimonialis filii ſui ſponſor ſit, tenetur ad illam, nam pater pro filio ſe obligat. Et dotis matrimonialis receptor etiam tenetur, at uxor prius ab illo petere poteſt, etiamſi marito ſint bona; & hoc poſtquam maritus votum fecerit ſe nullam ex illa utilitatem percepturum. Scitu neceſſarium eſt, quod dotis matrimonialis fidejuſſor nullatenus tenetur, quocunque id fiat modo; cæterum dotis matrimonialis acceptor tenetur ſolvere, & ab illo prius exigi poteſt, verum hoc fiat, poſtquam maritus votum fecerit, ſe nullam ex illa utilitatem percepturum, & poſtea illam repudiaverit, uti dixit Rabban Schimeon Gamalielis filius.

§. 8. *Qui alicui mutuo dederit ope libelli, mutuum repetere poteſt e bonis obligatis, etſi in ipſo non conſcripta ſit cautio de futuro damno. Si mutuo dederit præſentibus teſtibus, repetat mutuum e bonis liberis. Sic etiam ſponſor e bonis liberis exigere poteſt, ſi is acceſſerit poſt libellorum ſubſignationem.*

ח המלוה את חברו בשטר גובה מנכסים משועבדים על ידי עדים גובה מנכסים בני חורין הוציא עליו כתב ידו שהוא חיב לו גובה מנכסין בני חורין ערב היוצא לאחר חתום שטרות גובה מנכסים בני חורין מעשה בא (ס״א) לפני רבי ישמעאל ואמר גובה מנכסים בני חורין אמר לו בן ננס אינו גובה לא מנכסים משועבדין ולא מנכסים בני חורין אמר לו למה אמר לו הרי החונק את אחד בשוק ומצאו חבירו ואמר לו הנח לו ואני נותן לך פטור שלא על אמונתו הלוהו אלא איזהו ערב שהוא חיב הלוהו ואני נותן לך חיב שכן על אמונתו הלוהו אמר (ס״א) רבי ישמעאל הרוצה שיחכים יעסוק בדיני ממונות שאין לך מקצוע בתורה גדול מהן שהן (ס״א) כמעין הנובע והרוצה שיעסוק בדיני ממונות ישמש את שמעון בן ננס: סליק

8. Si quis proximo ſuo mutuo dederit mediante libello, exigat e bonis ſubjectis; ſi mediantibus teſtibus, exigat e bonis liberis. Si eduxerit ſuper illo ſcripturam manus illius quod illi debet, exigat e bonis liberis; ſponſor qui exierit poſt ſigillationem libellorum, exigat e bonis liberis. Caſus delatus eſt ad R. Iſmaëlem, qui dixit, exigat e bonis liberis. Dixit ipſi Ben Nanas, non exigat de bonis ſubjectis, neque de liberis; dixit ei, quamobrem? dixit ei, ſi quis aliquem in loco publico mutuo apprehenderit, & offenderit eum proximus, & dixerit, omitte illum, ego tibi ſolvam, liber eſt, quia dicto illius non mutuo dedit illi. Sed quis eſt ſponſor qui tenetur? ſi dixerit, des mihi mutuo, & ego tibi ſolvam, tenetur, quia dicto illius mutuo dedit ipſi. Dixit R. Iſmaël, ſi quis velit eſſe Sapiens, mediteтur jura bonorum, nam non eſt in Lege locus major hiſce, nam ſunt inſtar fontis perennis; & ſi meditari velit jura bonorum, inſerviat Schimeoni filio Nanæ.

R. OB. DE BARTENORA.

המלוה את חברו בשטר *Si quis mutuo dederit per libellum*, etſi in eo non conſcriptum ſit אחריות נכסים *Cautio de futuro damno bonorum*, exigat e bonis ſubjectis ſive obligatis, nam hypotheſis nobis eſt, quod bonorum obligatio ſit error ſcribarum, niſi conſcripſerit id in libello, & habetur perinde ac ſi in eo ſcriptum eſſet. הוציא עליו כתב ידו שהוא חיב לו *Si ſuper eo eduxerit ſcripturam manus illius quod illi debet*, ſi non fuerit aliud teſtimonium, exigat e bonis liberis, & non de obligatis, nam cum ei non ſunt teſtes, non innoteſcit, & non cognoſcitur ab emtoribus, ut ſibi ab illo cavere poſſint. אחר חתום שטרות *Poſt*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod creditor exigere poteſt e bonis liberis ſponſoris, quando ſponſor fuerit ante ſigillum libellorum, & hoc, ſi ſponſor in eodem ſignatus ſit libello, & poſtea ſignarunt teſtes. Et ſi in eo conſcriptum ſit, *& talis teſtis eſt*, prope debitorem, tum creditor exigat a ſponſore e bonis ſubjectis; & ſi non acceperit קנין a ſponſore, nullatenus tenetur ad omnia illa quæ diximus. Et hoc ita ſe habet, quia deciſio juris eſt, quod omnis ſponſor tenetur ad קנין quocunque id fiat modo, niſi ſponſor fuerit coram Senatu, aut in illo tempore fuerit ſponſor quod pecunia ſoluta eſt. Sed citra duos hoſce modos

Poſt conſignationem libellorum, poſtquam teſtes in libello conſignarunt, ſcripſit, ego N. filius N. ſum ſponſor. גובה מן הערב מנכסי בני חורין *Exigat a ſponſore liberorum*, exigat a ſponſore bonorum tantum, nam cum teſtes non ſignarunt ſuper ſponſione, fiet ut ſit debitum orale. *Dixit ei Ben Nanas. &c.* nam putat quod non omnis ſponſor, poſtquam ſoluta eſt pecunia, ſit ſponſor, eo quod ipſi non mutuo dedit ſuper verbo ſponſoris illiuſque promiſſi. Et quamvis R. Iſmaël laudaverit filium Nanæ, deciſio tamen eſt juxta R. Iſmaël. Sponſor autem poſtquam pecunia ſoluta eſt, tenetur ad קנין; ſin minus, non tenetur; qui vero antea quam data eſt pecunia, ſponſor fuit, non tenetur ad קנין. dos, nullatenus tenetur niſi mediante קנין; deciſio eſt juxta R. Iſmaël.

Finis Tractatus Tertii Codicis de Damnis.

PRÆFATIO ad LECTOREM.

NUnquam quivi animum inducere, ut quicquam, quod non ſolidè didiciſſem, ſatis mihi ex uſu fore putarem. Ubi enim obtineret auditorum duntaxat fides, & opinio; ubi dubitatio non eſſet excluſa, neque cognitio ita ex omni parte inſtructa, ut & confuſio abeſſet, & eorum, quæ ad genus quodque pertinent, lateret nihil, ibi ſcientiam nullam inveniri, hactenus mihi perſuaſi. Atque etiam in ea me ſententia valde confirmavit, quòd ſæpe numero viri, cæteroquin doctiſſimi, ex malè perceptis quibuſdam eò videbantur prolapſi, ut, quæ falſa erant, pro veris defenderent. Ita profectò fit, ut quis, ſimiliter atque ei, qui fractæ innititur perticæ, non modò ſuſtentaculo non eſt pertica, ſed inſuper manum fodicat, ſic eo, quod minùs perfectè didicit, ſcire autem ſe opinatur, non modò non juvetur, ſed & dejuvetur maximè. Quamobrem utiliſſima ſine dubio eſt in omni genere ſtudiorum illa Sirachidæ præceptio: Cap. v. verſ. 15. Ἐν μεγάλῳ καὶ ἐν μικρῷ μὴ ἀγνόει μηδὲ ἕν. Quod quamvis maximum eſt, & ut aſſequamur, quæ hominum eſt imbecillitas, pæne impoſſibile: tamen intelligimus, cui maxima quæque propoſita ſunt, ejus animum ita debere comparatum eſſe, ut nihil, quod eò pertineat, data opera velit ignorare. quod ſanè fieri hoc ſeculo à non paucis, maximo & ipſorum & aliorum malo, proh dolor! videmus. Sed nos jam non id agimus, ut aliena facta notemus, ſed ut noſtri inſtituti rationes exponamus. Ad Theologicum ſtudium cum multa requiruntur, tum inter illa haud poſtremum eſt, ejus ſermonis, in quo Dei verbum editum eſt, non ſuperficialis notitia. Nam ſi verum eſt, quod ait S. Petrus; 1 Pet. 4: 11. εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ: profectò docenti de mente Dei loquentis conſtare debet. de qua ut illi conſtet, qui ipſam originariæ vocis vim non capiat, fieri neutiquam poteſt. Nam interpretationibus confidere, quid, quæſo, aliud eſt, quàm (ut celebris quidam Theologus non minùs verè, quàm facetè dicebat) *in alieno cerebro habitare*? Accedit, quòd nec eodem valore ſunt, quæ in ſua lingua dicuntur, & quæ in aliam linguam traducuntur: ita ut facile evenire queat, ut à vera mente interpretis aberrans, in abſurdam aliquam & falſam ſententiam agaris: vel non ita afficiaris converſis, atque primigenia te affectura fuiſſent. Denique, variantibus interpretibus, incertus eris, quem ſequaris. Quorſum hæc? Ut oſtendam, eos, qui, quod ad earum, quibus Spiritui ſancto myſteria ſalutis noſtræ conſignare viſum eſt, linguarum cognitionem ullo modo pertinet, negligendum ſibi non putant, nihil, niſi quod officii ſui eſt, facere. Sacros libros partim ſermone Ebræo, cui pauca Chaldaica interſerta, partim Græco ſcriptos eſſe, nemo eſt, qui ignoret. Ebræam linguam veteris inſtrumenti nullo modo rectiùs diſci, quàm aſſidua & attenta phraſium biblicarum inter ſe collatione, equidem haud eo inficias: Tamen, quia fieri non poteſt, quin ſint multa, quæ fratrem, ut doctiſſimus grammaticus Aben-Eſra loqui amat, non agnoſcant, eorum ſenſus apud eos, qui eadem ferè lingua uſi ſunt, veſtigandos eſſe, ipſa ratio ſuadet. quorum ipſorum auctoritas etiam in illis, quæ raræ ſunt in bibliis, atque adeò quæ frequentia, quòd illis ea lingua vernacula eſſet, nullius ponderis eſſe non debet: quando neque recentiorum Ebræorum ductu ad ſacras exponendas literas uti Chriſtianos puduit interpretes. Hi nimirum toto ætatis ſuæ curſu uni ei rei operam dederunt, ut ſacri contextus mentem vel ex uſu biblico, vel ex uſu antiquorum, vel ex eorundem teſtimoniis excuderent. quos qui ſe, ut par eſt, intelligere, ſine veterum cognitione, & ſine magna exercitatione poſſe putat, fallitur. Hoc eſt, candide Lector, quod me ad veterum Magiſtrorum ſcripta adeunda, & ab ipſis Judæis diſcenda primò commovit. Quanquam verò nondum eò uſque, quò volebam, progreſſum me, optimè ſcio; cur tamen inſtituti mei me non pœniteat, faciunt aliæ haud paucæ, quæ ex Talmude, & iis, quæ reliqua ſunt ab ipſius auctoribus, provenire poſſunt utilitates. Nullamne enim apud illos legis cerimonialis explicationem eſſe putamus? nullamne juris tum naturalis, tum poſitivi? Certè maximus quidam ſcriptor, quum de jure belli & pacis tractationem inſtitueret, in qua ſibi perſæpe legis divinæ tabulæ adeundæ eſſent, non dubitavit de antiquis Hebræorum magiſtris ita loqui: Hugo Grotius in proleg. ad tract. de jur. bell. & pacis. *Ad percipiendum librorum ad antiquum fœdus pertinentium ſententiam non parum conferre nobis poſſunt Hebræi ſcriptores, ii maximè, qui & ſermones & mores patrios habuere percognitos.* Traditiones verò humanæ πατροπαράδοτοι unde, niſi ex Doctrinali Judæorum, peti poſſunt? Hæc autem pertinent ſive ad pleniorem legis Moſaïcæ, quà ritualis, quà judicialis & moralis intelligentiam: ſive ad exoticarum legum illuſtrationem; ſive ad lumen hiſtoriarum de rebus Judaïcis: ſive, quod maximum eſt, ad confirmationem hiſtoriæ Euangelicæ, ubi plurima Judaici moris, legum & traditionum mentio eſt. Præterea nihilne eſſe putabimus, cognoſcere, quid antiqui de Chriſto & regno Dei ſenſerint? Qui ſi nobiſcum faciant, nulla re potius, quàm illorum auctoritate, hodiernorum Judæorum frangetur obſtinatio: ſin in diverſum abeant, error, niſi & ipſe, &, quæ ejus fundamenta ſint, probè perſpecta ſint, haudquaquam tolli poteſt. quod ipſum de omnibus illis, quæ nobis cum Judæis ſunt controverſa, ſentiendum eſt. Quod negotium profectò hoc ſeculo non ita agitur, ut decebat. Nos enim videmur Euangelium habere, quaſi eridos pomum eſſet; non, quod à Deo datum ſit gentibus εἰς τὸ παραζηλῶσαι τὸν αὐτοῦ λαόν. Quantum verò ad cæcitatem ejus vincendam momentum exiſtimandum eſt in eo fore, ſi ex ipſo Talmude ejus autoritas convellatur: veræque & ſolidæ teſtamenti veteris explicationes adhibeantur, & ex antiquis magiſtris roborentur? Quinimò quem judicium Dei adverſus illos vel ad dignam commiſerationem, vel juſtum horrorem commovebit; quis ſimile judicium (à quo utinam eſſemus penitùs immunes!) ut convenit, precibus & omni ope amoliri ſtudebit, niſi qui noverit, in quanta cæcitate miſeri illi verſentur? Poſſem hîc eſſe diſertus, ſi vellem oſtendere, quot modis à ſimilibus tenebris nobis metuendum ſit, ſi non illæ jam à longo tempore noſtros in plurimis & maximis oculos tegant. Sed novum eſt, quod molior, oſtendere

nempe cognitionem Thalmudis, Thalmudicorumque ſcriptorum, ad Novi Teſtamenti illuſtrationem inſignem lucem afferre. Id Græco ſermone perſcriptum eſſe, uti diximus, extra controverſiam eſt. In Græco autem ſermone eam adhibuiſſe loquendi rationem ſapientiſſimo conſilio, ſancti ſpiritus ductu, Apoſtolos, quæ ut perciperetur, non major Judæis, quam Græcis, labor eſſet, docti ſciunt. Quocunque ferè veniſſent Apoſtoli, primum in Judæorum Synagogis prædicabant. Illi erant *ἡ διασπορὰ, οἱ ἐν τῇ παροικίᾳ*, quos Ebræi גליות, *τὰς μετοικεσίας*, nominant. Hi quum primum inter Græcos habitare occœpiſſent, commercii conſuetudine, linguam eorum, cum quibus habitabant, neceſſe habebant addiſcere. Sic fiebat, quemadmodum aſſolet, ut detortis ad ſuæ linguæ morem vocum ſignificationibus plurimum ab antiqua Græcorum loquela deſciſcerent. Qua in re cum ſe Græci, quibus cum Ebræis congreſſus & negotium eſſet, illis accommodarent, nova & peculiaris dialectus conſtituta eſt, quam etiam, quum paulatim Ebræi ſermonis eis obreperet oblivio, retinuerunt. Hanc ipſam ob cauſam eo genere ſermonis verſio ſacri codicis ab utriuſque linguæ peritis Ptolomæi, ut videtur, Philadelphi temporibus conficienda fuit. quæ vel hoc ipſo à veteri & Oratoribus ac Poëtis uſurpato ſermone neceſſario diſſidet, quod compoſitionem, conſecutionem, comprehenſionemque ſententiarum, quæ in originali eſt ſimplex, nuda, gravis, & ſine fuco venuſta, ut exprimeret, effugere neutiquam potuit. Eſt enim profectò religioſi interpretis, non tam ſermonis, in quem transfert, quam ex quo traducit, rationem habere. Sed illi quoque ſatis habuerunt, illa dialecto Ebraica reddere, quæ jam tum Synagogæ, & ejus neceſſariis, familiaris erat. qua & poſtea Jeſus Jeſu nepos, quem Sirachidem vulgo nominamus, ſub Evergete, avi ſui *συνάρξασθαι τοῖς ἐν τῇ παροικίᾳ, οἷς*, *qui in peregrinatione ſive exſilio*, in Ægypto nimirum, verſabantur, communicavit. quod quum non animadverteret Græcè doctiſſimus Camerarius, elegantiam Græci ſermonis ab illo auctore ſine cauſa requiſivit. Hi homines, ut verbo dicam, erant Ἰουδαῖοι ἑλληνίζοντες. Unde in ipſis novi federis tabulis hos ipſos ἑλληνιστὰς ſuffragante ratione & doctiſſimorum auctoritate dictos cenſemus de quibus cum alia quædam haberemus dicere, hoc impræſentiarum duntaxat notabimus, dialectum illam, ſive *ἰδίωμα* malis dicere, quæ illos autores & uſurpatores habet, nullo melius nomine, quàm illo, quod à doctis eadem flexione, qua *ποιητικὸς* à *ποιητὴς* dicitur, ab ἑλληνιστὴς formatum eſt. ἑλληνιστικός. Neque hoc negabit, niſi cui ſedet *τὴν ὑπόθεσιν διαφυλάττειν*. Hoc te, Lector, monitum volebamus, ne offenderere ejus vocis a nobis non ſemel adhibita uſurpatione. Ad rem. His igitur hominibus quum Apoſtoli primum colloquerentur, eo idiomate uſi ſunt, cui illi aſſueverant, ne gentilis & philoſophia ſapientiaque humana & facultate rhetorica magis conſtare annunciatio, quam ex ipſo legis & prophetarum volumine deprompta videretur. Ita duo ſimul obtinebant, uti & Judæi, qui Ebraica callerent, genium vernaculi ſermonis agnoſcentes, mentem Græcorum & fontem facile perciperent; & Græci, quibus illa dialectus utcunque ſaltem cognita erat, ſine magno negocio & mentem eorum intelligerent, atque ad fontes Iſraëlis perducerentur. Quod cum ita ſit, nemo non perſpicit, quantum ponderis ſit in illo, quod quidam jactant, ſi tot ſint in novo fœdere Ebraiſmi, quot eſſe docti autumant, id ſcopo & intentioni Spiritus ſancti, qui intelligi voluit prædicationem Euangelii, adverſum fore. quod non ita eſt. quum nihil tum temporis commodius, ut maxima pars orbis terrarum eadem ſacra ſcripta intelligeret, potuerit fieri. Quanquam cum Hebraiſmum docti nominant, non tantum illam loquendi formulam indigitant, quæ à Græco ſermone ſit planè aliena, ſed etiam eam, quam quoquo modo ex Ebraica expreſſam eſſe liqueat: hac mente, ut phraſin Novi Teſtamenti eam eſſe intelligant, quæ verba compoſitioneſque verborum ita temperet, ut ſive per uſitata Græcis, ſive paucis nota, ſive planè ignota, ſimilitudinem Ebræi ſermonis effingat. Quod ita eſſe non tantum plurimæ voces & phraſes, quæ vel ad ſignificationum Hebræarum amplitudinem dilatatæ, vel ad earundem anguſtias contractæ ſint, ſed etiam totus character, totus contextus ſacri ejus ſcripti vincit. quem ſi in quamvis linguam coneris transfundere, cujus linguæ proprietatem aſſequatur, nullam, præter Hebræam, invenies. Sed hæc nos fortaſſe longius. quod profectò non fuiſſemus facturi, niſi nos adegiſſet quorundam bonorum virorum, eorumque amicorum cum primis ſententia. Eo autem hæc pertinent, ut appareat, quo quiſque, cujus verba in novo fœdere proponuntur, vixerit tempore, ejus temporis originariæ loquendi conſuetudini ea verba accommodata maximè eſſe videri. Quum autem Chriſti & Apoſtolorum ſeculo in uſu fuiſſe eam linguam, quæ apud Talmudicos eſt, ipſoſque illos non alia locutos eſſe, certis argumentis & doctorum virorum teſtimoniis comprobetur, ejus linguæ collationem ad Phraſin Novi Teſtamenti illuſtrandam multum facere neceſſe eſt. Certè ſi quis locos in Hebræum conetur transferre, experietur ipſe in multis Talmudica quam biblica propriora eſſe. Quid? quod parabolas, ſententias, proverbia ſæpiſſimè de medio ſumtas conferenti luce meridiana clarius liquere poteſt? Et nos ſparſim talia quædam in hiſce noſtris conatibus annotavimus, & plurima ſe legenti in conſpectum dabunt. Poſſent hic multa à nobis dici, ſed feſtinamus. Unum tamen exemplum quin apponamus, facere non poſſumus. 2 Corinth: 5. 19. leguntur hæc verba: *Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ*. i.e. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Contendit Socinus, *Reconciliationem per Chriſtum factam non Dei erga nos placationem, ſed noſtri erga illum converſionem, unde ſtabilis cum eo amicitia conſecuta fuerit, ſignificare.* Ignorat, vel diſſimulat, ea phraſi in Novo Teſtamento ubique hoc ſignificari, quando quis alteri ita reconciliatur, ut in ejus gratiam reſtituatur. Res clara eſt 1 Cor. 7. verſ. 11. Multò autem clariſſima eſt Matth. 5. verſ. 23. 24. In verbo, quod ejuſdem domicilii eſt, *διαλλάσσεσθαι*. Neget ita Græcis uſurpari ea vocabula. Poteſt fieri. nec cicum interduim (licet in contrarium exemplum ex Sophocle poſt Stephanum Grotius alleget) quando exemplis comprobatur ea ſignificatio, & fons locutionis iſtius oſtendi poteſt. Is nimirum hic eſt, quod, quam linguam in mente habebant ſacri ſcriptores, in ea vocabulum huic rei aptum, cui *τὸ διαλλάττειν* reſpondet, utrumque deſignat & *facere amare* & *facere amari*, ſive *placare* & *in gratiam reſtituere*. Illud eſt רצה. Negabit biblico uſu id verbum tantum valere. Nam. Job. xx: 10. eſſe: *Filii ejus* ירצו tenues i. e. abjectiſſimorum quorumque ambibunt gratiam. Aſſentior. Sed in ea lingua, quæ naſcente Euangelio obtinuit inter Judæos, latiorem ejus uſum eſſe, ajo. Do exemplum. In antiquo ſuper Exodum commentario, quem Schemos Rabbah vulgo nuncupant, paraſcha XLIII. folio, mihi, 151. col. 4. iſte verſiculus ex Proverbiis (ואיש חכם יכפרנה i. e. *vir ſapiens expiabit illam.* ſcil. iram Regis) ſic accommodatur ad Moſen: זה משה שעמד ולמד סניגוריא על ישראל ורצה אותם לאביהם שבשמים id eſt, ad verbum, *οὗτός ἐστιν ὁ Μωσῆς, ὅστις ἀνέστη καὶ ἐδίδαξε συνηγορίαν ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ κατήλλαξεν αὐτοὺς τῷ πατρὶ αὐτῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* ſi mavis Latinè: *Is eſt Moſes, qui ſurrexit & docuit advocationem ſuper Iſraële, & reconciliavit illos patri ipſorum, qui in cœlis.* Si tu hoc Latiniſticum malis dicere, haudquaquam repugno. Nam & *reconciliari eum, qui lædit, ſive, qui in alterius odium & iram incidit*, à probatis auctoribus dici, non memini a doctis obſervatum. Eſt igitur illud Helleniſticum loquendi genus, in quo genere hoc præcipue tenet, ut interpretamentum unum pro altero ponatur. Eam rem jam antea viri optimè de profanis & ſacris literis meriti exemplis evicerunt. Nobis viſum eſt, Latinorum allegatione exemplorum eam rem illuſtriorem facere. Novellæ de Græco verſæ ſunt. quam bene, ſciunt docti. Accidit illi interpreti, ut ſæpiſſimè, planè eadem ratione, unum pro altero interpretamentum poneret. Ita Auth. 146. præf. & c. 3. poſuit *gloriam* pro

ſen-

ſententia, *ſervare* pro *cavere*, quia δόξα illa, hæc Φυλάττε-σθαι apud Græcos ſignificant. Infinita ſunt talia. Sed tempus, ad alia ut ſtylum conferamus. Oſtendi hactenus breviter, Lector candide, quid me ad Talmudicorum ſcriptorum lectionem maximè impulerit, quid in eadem retinuerit. Ea autem ſtudia quum impeditiſſima ſint (Judæorum invidia, an noſtra incuria, non habeo dicere) uti me ipſum magis exercerem, Codicis alicujus verſionem moliri viſum eſt. Selegimus eum ex omnibus tractatum, quem Græco vocabulo, ſed corrupto, Sanhedrin, i. e. συνέδριον, vocitant; quod in eo prima & præcipua de Synedrii conſtitutione, poteſtate, judiciis &c. tractatio eſt. In quo quia & de capitalibus pœnis & de pœna exterminii agitur, alterum librum, qui reliquas pœnas pertractat, omittere religio fuit. Quanquam autem, Magiſtrorum ſententia, כולה נזיקין חדא מסכתא היא *omnes libri de damnis agentes, unicus tractatus eſt* (q. d. una tela, unum textum eſt. Ita enim tractatus Talmudicos appellant) tamen ob materiæ conformitatem & inſignitatem duos hoſce à reliquo illo ſyſtemate ſecrevimus. Quum autem duæ ſint totius Talmudis partes, quas Miſna & Gemara vocant, (ut illa δευτέρωσις, ita hæc τελείωσις dici poſſit) Auth. 146. c. 1. §. 1. quarum illa jus & morem veterem, ſententiaſque & conſtitutiones veterum Magiſtrorum, eorum, qui תנאים *Thannaim* i. e. δευτερωταὶ dicuntur, continet; hæc verò eadem diſputationibus elucidat; quibus aliqua hiſtorica, & ad explicationem ſacrarum literarum aliquo pacto pertinentia inſerta ſunt, (quæ pars tum illis iiſdem, tum etiam recentioribus, qui חכמי גמרא ſapientes τελειώσεως indigitantur, accepta fertur) nos quidem primam partem integram vertendam duximus. Alteram vero quia videbam ab ipſis Judæis ita tractatam, ut quidam, quorum eſt Alphes, homogenea; quidam heterogenea in unum quæque volumen compingerent: nos ea, quæ ad δευτερώσεων explicationem de illis eſſe neceſſaria, tum ſi quæ videbantur utilia à citerioribus Rabbinis afferri, in commentarios, ſed breves, conjicienda: ex cæteris verò, quæ vel ob phraſin, vel ob ſententiam, vel aliam quam ob cauſam arridebant, Judæorum exemplo, ſub titulo *Excerptorum*, convertenda, iiſque notas quaſdam ex gloſſatoribus adjiciendas eſſe duximus. Eum laborem ſi prelo pararem, & me in eo paulò diligentius verſaturum videbam, & quidam mei amantes aliis quoque profuturum putabant. Perſuaderi id mihi paſſus ſum, maximè quum cogitarem illud Clementis Alexandrini de Philoſophia prolatum: εἰ ϰαὶ ἄχρηστος, εἰ εὔχρηστος, ἡ τῆς ἀχρηστίας βεβαίωσις, εὔχρηστος. Nos quidem, neque enim oportet diſſimulare, valdè confirmavere eorum virorum, in quorum manus ut veniret noſtra opella nunquam optare auſi ſumus, judicia. quorum etiamſi laudes longè ſuprà merita mea eſſe ſcio, inſtitutum tamen ipſum probari ipſis vehementer gaudeo. Tu verò, benevole Lector, ſi quicquam te adjutum ſenties, id totum debes fautori meo ſummo, rei literariæ columini egregio, D. Sixtino Amamæ, abſque quo fuiſſet, neque nos hoc tempore hoc tibi dediſſemus, neque adeo dare potuiſſemus. cujus in me tanta exſtant merita, ut me illa ullo tempore poſſe penſare, deſperem. Cæterum, ſi quid forte brevitatis ſtudio à nobis præteritum conqueri poſſis, id vel ab aliis jam antea explicatum eſſe ſcias, vel etiam, quod omnes hujus philologiæ amantes ardentiſſimè exſpectant, ſummi viri D. Joannis Buxtorfii Lexicon, ut nihil amplius deſideres, præſtabit. In Miſna alicubi circulus nominibus Rabbinorum impoſitus eſt, quod in Veneto exemplari, cui gloſſa titulo Caph Nachath adjecta eſt, eo conſilio obſervatum, ut, diverſum ſentientibus Magiſtris, juxta quem ſit *halachah* i. e. cujus ſententia omnium approbatione recepta ſit, intelligeretur. De qua diverſitate plura addere chartæ ſpatio prohibemur. Tu, benigne Lector, noſtro conatui fave, & nos viciſſim, quantum potes, precibus apud Deum, &, ſi quid mea ſcire intereſt, monitione adjuva. Vale.

מסכת סנהדרין

פרק א דיני ממונות בשלשה גזלות וחבלות בשלשה נזק וחצי נזק תשלומי כפל ותשלומי ארבעה וחמשה בשלשה האונס והמפתה והמוציא שם רע בשלשה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מוציא שם רע בעשרים ושלשה מפני שיש בו דיני נפשות :

Tractatus de Synedriis.

Cap. 1. Judicia pecuniaria à tribus: de (1) rapinis & læſione, à tribus: de (2) damno vel dimidio damni, de reſtitutione dupli & quadrupli & quintupli, à tribus: de (3) vi, de ſeductione, de (4) diffamatione, à tribus *peraguntur*. ex ſententia R. Meïr. At Sapientes ajunt, diffamatorem à tribus & viginti *judicari*; quippe quia in hoc genere (5) capitale judicium incidere poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

דיני ממונות *Judicia pecuniaria*, cujuſmodi ſunt confeſſiones & mutuationes. בשלשה *A Tribus*, a tribus idiotis; cæterum Sapientes non ſtatuerunt tres מומחים *expertos* eſſe neceſſarios, ne occaſio adimeretur iis qui mutuo accipiunt, quia fieri poteſt ut debitor deneget, & non comperiat eos expertos ad obligandum ad judicium, ſed aut unus expertus, aut tres idiotæ. Sed furti & damni judicia per tres expertos judicantur, nam Exod. 22. ubi de cuſtodibus agitur, ter ſcriptum eſt אלהים, & hinc colligimus tres requiri expertos judicis.

נזק *De damno*, homo aut bos convictus ſi damnum intulerint, damnum ſolvant integrum. וחצי נזק *Et dimidium damni*, ſi bos convictus intulerit damnum; & quamvis hic caſus ingrediatur damnum læſionis, cùm dicere potuiſſet, ſolutio duplex & ſolutio quadruplex & quintuplex requiritur. & non ſolvet juxta damnum quod fecit, ſed plus ſolvet; dixit etiam auctor dimidium damni, nam non ſolvet juxta damnum quod intulit, quia minus ſolvet. Et quandoquidem auctor dicere debuit, dimidium damni, ideo quoque dixit, damnum integrum.

והמוציא שם רע *Et ſi ſparſerit malam famam*, dicens, non reperi tuam filiam virginem, & propterea ipſum condemna-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דיני ממונות *Judicia pecuniaria* etiam comprehendunt judicia de furto & læſione, ſine dubio, niſi quod omnia judicia pecuniaria, iis quæ de furto & læſione agunt exceptis, tres viri qui non ſunt מומחים *juriſperiti* expedire poſſunt, & unus eorum ſi ſit מומחה *expertus* inter multos, ita ut ſcientia illius legalis valde excellat, & apud plebem clariſſima ſit, & hoc norint Sapientes qui illum probaverunt, judiciumque illius acceptarunt. Furti autem & læſionis judicia a tribus tantum qui juriſperiti ſunt, peragi poſſunt; propterea auctor ſuum diviſit ſermonem, & non dixit, judicia pecuniaria, furti, & læſionis a tribus. Scias volo quod nullum Synedrium vocetur בית דין מומחה *Domus juris perita*, quæ judicare poſſit de furto & læſione, niſi ea quæ terræ Iſraëlis aſſinis eſt, & ab illius Synedrio ſit ſpectata.

נזק וחצי נזק *Damnum & dimidium damni*, etſi damnum & dimidium damni ingrediantur damna, hoc tamen ita dixit auctor, quia de damnis loqui volebat, quod is qui damnum intulit, plus ſolvet quam damnum quod intulit, ut ſit nimirum ſolutio duplex, quadruplex, & quintuplex; idcirco locutus eſt de caſu, in quo is qui damnum intulit, minus ſolvet quam pretium damni quod intulit, quod eſt dimidium damni.

demnaverint ad centum nummos argenteos ſolvendos.

מפני שיש בו דיני נפשות *Quia in hoc genere capitale judicium incidere poteſt*, nam ſi res vera fuerit, illaque fuerit adultera poſt deſponſationem, eam lapidibus petunt; cæterum judicium capitale peragitur a viginti tribus, ſicuti dicetur inferius; deciſio eſt juxta Sapientes.

damni. Et quandoquidem fecit mentionem dimidii damni, etiam damni integri mentionem fecit, etſi hoc ingrediatur damna. Et quandoquidem locutus de hiſce mulctis, etiam de cæteris mulctis locutus eſt, nempe, ſi quis alicui vim intulit, vel ſeduxerit, vel malam famam ſparſerit, qui eſt is qui dixit quod eam invenit virginem, cum de dicto illius non conſtitit. R. Meyr dicit, quod judicabitur a tribus, quia flagellationis tantum condemnatus eſt, condemnarunt eum ut ſolveret centum nummos argenteos, & hæc ſententia a tribus pronunciari poteſt, at ſi propter judicium capitale neceſſarium fuerit, illis tribus addunt viginti. Sapientes vero dicunt quod hoc non convenit, quia fieri poteſt ut de tribus primis dicant quod non ſunt periti, aut quod non illegitimi, & propterea eos addidiſſe judices. R. Meyr hæc non curat. Ratio autem quod hæc res peragi debet a tribus, continetur in eo quod dixit Deus Exod. 22: 8. עד אלהים יבא דבר שניהם Verum vox אלהים ad minimum duos notat judices; & fundamentum nobis eſt quod numerus judicum ſemper impar eſſe debet, ut, ſi inter eos oriatur in aliqua re controverſia, omnino neceſſarium ſit majorem numerum convenire, & minorem numerum in ſententia contraria, & tum nos ſequi debere majorem judicum numerum, ut præcepit Deus Deut 23 2. אחרי רבים להטות Propterea judicium ad minimum a tribus peragendum eſt; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

COCCEJUS. §. I. 1. גזלות Gloſſa Rabbi Salomonis, quid ſit גזל, ita explicat: כופר בפקדון המשתלח בו יד הוי גזלן וכן החוטף מיד חבירו כגון ויגזול את החנית מיד המצרי id eſt. *Qui depoſitum negat. Nam is, poſtquam manum ei injecit*, גזלן *dicitur*. Atque ſic quidem ſpecialiter accipiendum docet Lev. 5. 21. Abenezra, ut & phraſium oppoſitio. *Ita qui quid ex alterius manu vi eripit. ut in illo: Eripuitque haſtam e manu Ægyptii.* 2 Sam. 23. 21. אבל לוה ולא שילם לא מיקרי גזלן דמלוה להוצאה ניתנה *At ſi quis mutuum non ſolvat, is* גזלן *non eſt. Nam mutuum eo fine datur, ut expendatur.* In Bereſchith Rabba cap. 54. ad illud: על אודות הבאר אשר גזלו עבדי Geneſ. 21. 25. definiunt גזלן eum, qui בפרהסיא palam alteri quid eripit. Item: לפני מ"גנב לפני עשרה גזלן, In Erubin cap. 8 citante Aruch, גזלן is dicitur quoque, qui alienum ſolum occupat vel ædificio vel alio quovis modo. In hoc loco, ne latior ſignificatio ſpectari putetur, ſumitur גזלה pro illa alieni detentione, cujus judicium à tribus laicis peragi non poteſt. Nam omnia pecuniaria judicia, notante Majemonide, exceptis, quæ nominatim perecenſentur in Miſchna, à tribus laicis adminiſtrari poſſunt, vel uno etiam, cui, impoſitis illi manibus in terra Iſraël à Senioribus, collata poteſtas erat exercendi judicia pœnalia דיני קנסות. Is dicitur מומחה id eſt, *δόκιμος*, probatus, בחוק ובנוסה, quemadmodum docent Elias, R. Aſcher & Aruch. ſic dicitur: קמיע מומחה ſeu דאיתמחי Schabb. cap. 6. §. 2. ה״תני קמיע מן המומחה ſub. רופא, in Siphra fol. 46. col 2. חנוני ממחה משקלותיו פעם אחת בשבת *Tabernarius examinat pondera ſua ſemel quaque ſeptimana.* Talis judex dicitur etiam מומחה לרבים eò quod חכמתו ומעלתו בתורה מפורסמת אצל ההמון ait Majemonides, id eſt, *cujus ſapientia & eminentia in lege ſeu eruditione nota eſt vulgo.* Dicitur etiam מומחה לבית דין Bechoroth cap. 4. §. 4. item: מומחה מפי בית דין. item: שהמחוהו רבים עליהם fol. 23. fac. 1. Rabbenu Aſcher ait: דינו דגמיר וסביר id ſumtum eſt ex Gemara fol. 8 p. 1. ubi in gloſſa explicatur: גמיר ſcil. שמועות דינין מרבותיו & סביר i. e. יודע להוסיף ולישב טעמים בדעתו. Idem R. Aſcher adducit explicationem R. Scheriræ: דפקיע במשנה ובגמרא ובקיע נמי בשיקול הדעת ומעיין בדיני כבר שני ונכנסו לידו ויסנין פניאין ולא חזו לידו טעותא. i. e. *Qui in Miſchna & Gemara verſatus ſit & ponderanda ſententia exercitatus, aliquot annos interfuerit judiciis, probatuſque ſit vicibus aliquot, neque deprehendatur erraſſe.* Talis demum ad præſidendum judiciis pecuniariis ſine ſocio admittebatur: ſic tamen, ut, ſi quando erraſſet, nec veniam ab Æchmalotarcha impetraſſet, ſolvenda ei ſumma eſſet. Hinc dicunt in modò citata Gemara: האי מאן דבעי למידן דינא ואי טעא מבעי ליפטר ליפטר ליטקול רשותא מבי ריש גלותא, quiſquis cupit judicia peragere, ita ut, ſi erret, impunis ſit, veniam petat ab Æchmalotarcha. Quod ad originationem vocis מומחה attinet, eam Elias ducit à מחים quod eſt Pſal. 66: 15. unde & ממוחים q. d. medullata Eſ. 25. 6. Id forma vocis reſpuit. Idem rejicit etymologiam auctoris Aruch. à מחה *percuſſit, attigit.* Atqui iſta mihi multò melior videtur: ſive quod metalla percuſſu vel attritu probantur: ſive quod τὸ κόμμα probati argenti nota eſt. Sed ad rem. Laici (הדיוטות) ſive vulgares homines cauſas pecuniarias omnes dijudicare poterant: exceptis illis de rapina & læſione &c. quæ poſtulabant tres τῶν δοκίμων. Iſtud, ne, ſi tres δόκιμοι haberi non poſſent, illis, qui pecuniam mutuò vellent accipere, aditus intercluderetur. Hoc, quia in paraſcha שופטים Exod. 22. verſ. 6. 7 8. ter repetitur אלהים, ut obſervant Thalmudici fol. 3. pag. 2.

2 נזק ſubintellige שלם, v. g. ſi homo aut bos teſtatò noxius damnum dedit, damnum integrum rependitur. At ſi bos manſuetus, dimidium damni dati. De his potes Bava Camma.

3. האונס והמפתה ſubint. נערה בתולה אשר לא ארשה Is enim ſtupratam in matrimonium ducebat, & patri dotem dabat, videl. 50. argenteos. vid. Deut. 22. 28. 29. Exod. 22. 16.

4. המוציא שם רע, vide Deut. 22. 14 19.

5. Capitis judicium; nempe lapidatio. vide Deut. 22. 20. 21.

ב מכות בשלשה משום רבי ישמעאל אמרו בעשרים ושלושה עיבור החדש בשלשה עיבור השנה בשלשה דר"מ ר"שבג אומר בשלשה מתחילין ובחמשה נושאין ונותנין וגומרין בשבעה ואם גמרו בשלשה מעוברת :

2. (6) Flagellatio à (7) tribus: verbis R. Iſmaëlis refertur; à (8) viginti tribus: menſis (9) intercalatio, ut & anni, à tribus *decernitur.* ex ſententia R. Meïr. R. Simeon filius Gamalielis ait: Terni ordiuntur; quini de negocio inter ſe communicant; ſepteni rem conficiunt. Quod ſi tres viri confecerint, annus intercalatus eſto.

R. OB. DE BARTENORA.

מכות *Flagellationes*, quadraginta ſcil. בשלשה *A tribus*, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 1. ונגשו אל המשפט ושפטום Ex quo duos colligimus teſtes; ſed non eſt Synedrium æqualibus judicibus, idcirco unum inſuper illis addunt, qui tum ſunt tres. בעשרים ושלשה *Viginti & tribus*, quod probatur e voce רשע *improbus*, nam Num. 35. 31. dicitur אשר הוא רשע למות & Deut. 25. 1 והרשיעו את הרשע ſicuti ergo in uno loco judicium improbi peragitur cum viginti & tribus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Beraita, quomodo? Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, cum tribus incipiunt, cum quinque diſputant, & cum Septem decidunt; ſi unus dixerit quod res conſideranda ſit, & duo dixerint quod res non conſideranda ſit, unius dictum abrogatur ob minorem numerum; ſi duo dixerint quod res conſideranda ſit, & unus dixerit quod non conſideranda ſit, duos illis addunt. Diſputant de hac re ſi duo dixerint quod annus intercalandus ſit, & unus dixerit quod non interca-

landus ſit, illis duos addunt; & quando fuerint ſeptem, ventilant materiam illam donec quatuor in una re convenerint, idque fecerint; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

bus judicibus, ſic etiam in altero loco. עבור החדש *Intercalatio menſis*, conſecratio menſis; & quoniam de intercalatione anni locutus eſt, idcirco etiam de intercalatione menſis locutus eſt. מִשְׁלשָׁה מתחילין *Cum tribus incipiunt*, ad videndum an Synedrium ſuper hoc congregetur; ſi unus illorum trium dixerit quod requiritur ut Synedrium congregetur ad conſiderandum an annus intercalandus ſit propter æquinoctium vernale, & propter fructus, & duo dixerint quod non ſit neceſſarium, quia non dubium eſt quin intercalatio haud neceſſaria eſt, tum unius dictum abrogatur numero minori. Si duo dixerint, quod Synedrium congregare debet, & caſus conſiderari, & unus dixerit quod non debet congregari, ſequuntur ſententiam duorum, & duos inſuper addunt, & tum ſunt quinque qui materiam ventilant. Si duo dixerint quod annus debet intercalari, & tres dixerint quod non ſit neceſſarium, duorum dictum abrogatur propter minorem numerum. Si duo dixerint quod non ſit neceſſarium, & tres dixerint quod ſit neceſſarium, ſequuntur majorem numerum, & duos inſuper addunt, & ſunt ſeptem, & intercalant illum. Cæterum in Gemara exponitur quod illi tres, quinque, & ſeptem reſpondent benedictioni ſacerdotali ſeptenariæ, nam in primo verſu ſunt tres voces, & in ſecundo quinque, & in tertio ſeptem; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filiu m Gamalielis.

COCCEJUS. §. 6. Plagæ quadraginta una minùs. vide Deut 25. 1. 2. 3. & in tract. Maccoth, cap. ult.

7. Ex illis verbis loci allegati: ושפטום, bini ſcil. minimum. Jam nefas eſt judices pari numero eſſe. Quare adjungitur tertius.

8. In Gemara ratio hujus ſententiæ redditur ex collatis Deut. 25. 1. & Num. 35. 31. Sed hoc nihili eſt. Rabba cenſet: flagellationem vice aut inſtar capitalis eſſe.

9. עִבּוּר, ἐμβολισμὸς ſic vocatur, quia intercalato die vel menſe, menſis annuſvè quaſi impregnatur. docente Elia. De intercalatione diſputat Abenezra Exod. 12. 2. Ibi monſtrat, quum feſta in certos menſium dies & certum anni tempus fixa ſint; jam anni tempus, ut אביב קציר, אסיף à Solis motu, ut & ipſe annus, efficiatur: Lunæ autem, à qua menſes pendent, motus cum Solis curſu non admodum conveniat; Senatui olim poteſtatem factam, ut, tum propter tempus אביב (id eſt, בישול התבואות, *præmeſſium* vertit Scal.) tum propter alias cauſas, annis quibuſque novemdecim, qui habent menſes 235. dies autem 6939⅓ cum 595. partibus, quas חלקי ישראל appellat (Judæi per ſcrupula numerant, quorum 1080. horam faciunt. Minutum 2. noſtrum facit 18. ſcrupula) ſeptem annos intercalaret. Nam ſi ſingulis annis 12. menſes tribuas, ſeptem ſupererunt inter omnes diſtribuendi. Hoc menſium numero cum diebus comparato, invenientur 29. dies, quod ſpacium, cum horis 12. & ſcrupulis 793 ex computo R. Gamalielis, inter duas Lunæ cum Sole conjunctiones intercedit, ita ſingulis aſſignari, ut ſuperſint 125. propemodum dies. Hi igitur menſes intercalares conſtituent, ita ut alii quidem 29. alii 30. dies habeant. (Atque hujus rei putant rationem habitam 1 Sam. 20. 27. in his verbis: ויהי ממחרת החדש השני ubi Thargum. והוה ביומא דבתרוהי דהוא עיבור ירחא תנינא R. Eſaias ſic annotat. שני ימים היה ראש חדש שחדש שעבר היה מלא כמו שאנו עושים עכשיו ומקדשים ראש חדש שני ימים יום שלשים ויום א׳ ושלשים יום שלשים כדי לקדש בזמנו ויום ל״א למניינו וגו׳ Non abs re forte fuerit, recenſere hîc capita eorum, quæ ad hanc Miſchnam de intercalatione anni in Gemara traduntur. fol. 10. pag. 2. אין מעברין את השנה אלא במזומנין לה, *Non intercalatur annus, niſi per eos, qui ad hoc negocium delegati & citati ſint. Quum de intercalatione anni agitur; minimus ſenatorum princeps ſententiam rogatur;* (מתחילין מן הצד) *at de menſis, primus conſulitur baggadol, id eſt, qui cæteris & ætate & auctoritate præſtat.* Maim. in hilch. kid. chod. cap. 4. §. 10. Fol. 11. pag. 1. אין מעברין את השנה אלא אם כן ירצה נשיא, *Annus non intercalatur, niſi ex conſenſu principis.* Item: אין מעברין את השנה אלא אם כן היתה צריכה מפני הדרכים ומפני הגשרים ומפני תנורי פסחים ומפני גליות ישראל שנעקרו ממקומן ועדיין לא הגיעו אבל לא מפני השלג ולא מפני הצנה ולא מפני גליות ישראל שלא עקרו ממקומן id eſt. *Non intercalatur annus, niſi neceſſe habeat, propter itinera* (imbribus hyemalibus corrupta, ac nondum refecta) *pontes* (ſolutos vi fluminum, necdum reparatos) *furnos agnorum paſchalium* (qui, cum reparandi ſunt, ſole puro & calore ad exſiccationem indigent) *exſules ſedibus ſuis egreſſos, ſi nondum ad urbem pervenerint* (nam hi, ſi ob longinquitatem adeſſe ſacris non poſſint in tempore, deterrebuntur, quò minus feſta frequentent) *at non ob nivis copiam, aut frigus, aut exſules, qui ſedibus ſuis non fuerint egreſſi.* τὰς μὴ ἀφορμὰς οἴκοθεν (*Nam hæc non impediunt ſacra aut itinera.*) Item: אין מעברין את השנה לא מפני הגדיים ולא מפני הטלאים ולא מפני הגוזלות שלא פירחו אבל עושין אותן סעד לשנה: i. e. Annus non intercalatur ob hædos agnoſvè (*jejunos & macros nimium*) neque propter pullos avium involucres (*offerendos a puerperis & fluxu laborantibus, qui ſolent id differre in feſtum. Pro his autem adhiberi poſſunt columbæ parvæ*) ſed his utuntur tanquam cauſis adventitiis (*ſi nempe aliam ob cauſam intercalari annum neceſſe ſit, quando horum aliquid accedit, eò magis ad id faciendum impelluntur.*) Id hic declaratur edicto R. Simeonis filii Gamalielis: מהודעין אנחנא לכון דגוזליא רכיכין ואימריא ערקין וזמנא דאביבא לא מטא ושפרת מילתא באנפיי ואוסיפית על שתא דא תלתין יומין: i. e. *Notum vobis facimus, quòd, quum pulli adhuc ſint teneri & agni tenues, & tempus præmeſſis non venerit, mihi viſum ſit addere huic anno triginta dies.* (Nam pro arbitratu vel 30. dies vel menſem i. e 29. dies adjiciebant; ut illic docetur & inde à Maim. qid. chod. c. 7. 17) Adduntur illic pag. 2. edicta quædam R. Gamalielis, quæ non erit injucundum hic quoque legere. ſunt autem hoc tenore: I. לאחנא בני גלילאה עילאה ולאחנא בני גלילאה תתאה שלומכון יסגא מהודעין אנחנא לכון דזמן ביעורא מטא לאפרושי מעשרא מעטנא דזיתא, i. e. *Fratribus noſtris habitatorib. Galilææ ſuperioris & inferioris. Pax veſtra augeſcat. Notum vobis facimus, tempus abolitionis advenisse, ad auferendas decimas ex oleario.*

Scal. vertit l. 3 Iſag. canon. pag. 278. *tempus excuſſuræ (trituræ.)* Verum an ביעור hoc uſpiam ſignificat? Res ſic ſe habet, ut in codice Maaſer Scheni expoſita eſt cap. 5. § 6. ערב י״ט הראשון של פסח של רביעית ושל שביעית היה בעור כיצד היה ביעור נותנין תרומה ותרומת מעשר לבעליה ומעשר ראשון לבעליו ומעשר עני לבעליו ומעשר שני והבכורים מתבערים בכל מקום וגו׳ Senſus eſt: *Si quid in privatis ædibus ex ſacris ſupereſſet, uſque ad paraſceuen Paſchatis quarti & ſeptimi anni Schemitæ, id omne eliminabant; ita ut ἀπαρχὰς & decimarum decimas, decimas item primas, ut & decimas pauperum, cui oporteret, præberent; at decimas ſecundas & τὰ πρωτογεννήματα penitùs abolerent.* (gl. צריך לאברם מן העולם) Vide Deuter. 26. 12 13. & ibi Salom. Principiò autem, ut eſt §. 8. miſſis literis denunciabant patribus familiarum, qui in provinciis habitabant: *Feſtinate & rectificate redditus veſtros, antequam tempus abolitionis adſit.* Akiba tandem oſtendit: fructus, qui non attigiſſent tempus decimarum, ab abolitione liberos eſſe. Ultimo die feſti במנחה, quum donarium offerrent, confitebantur. Cujus וידוי confeſſionis formula ita incipiens: ביערתי הקדש abolui ſanctum; eſt ibid. §. 10 & ſeq. Eſt etiam ביעור primo anno heptaëteridos. Vid. Peſachim. cap. 4. 2.

II. לאחנא בני דרומא שלומכון יסגא מהודעין אנחנא לכון דזמן ביעורא מטא לאפרושי מעשרא מעומרי שובליא id eſt: *Fratribus noſtris incolis plagæ meridionalis. Pax veſtra multiplicetur. Notum vobis facimus, adeſſe tempus abolitionis, ad auferendas decimas à manipulis ſpicarum.*

III. לאחנא בני גלותא בבבל ולאחנא דבמדי ולשאר כל גלוותא דישראל שלומכון יסגא לעלם מהודעין אנחנא לכון דגוזליא רכיכין ואימריא ערקין וזמנא דאביבא לא מטא ושפרת מילתא באנפי ובאנפי

ובאפי תבירי מוסיפין על שתא רוו יומין תלתין Eodem folio pag. 2. על ג' דברין מעברין את השנה על האביב ועל פירות האילן ועל התקופה על שנים מהן מעברין ועל אחר מהן אין מעברין ובזמן שאביב אחר מהן הכל שמחין, *Tres ob res intercalatur annus, ob ſpicas virorem, ob fructus arborum, ob Solis converſionem: non ob ſingulas iſtas, ſed bina. Quum concurrit abbibh, omnes lætantur.* [qui Pentecoſte debebant primitias. תקופה ſignificat Hebræis converſionem Solis & anni. Hic peculiariter indigitatur תקופת תשרי Æquinoctium autumnale, circa quod feſtum tabernaculorum agi præceptum eſt. Exod. 34. 22. Neque enim tum homines curant Paſchatis prolationem, frugibus nondum veſcis, neque dilata novi proventus conceſſione. At verò ſi fruges maturæ ſatis ſint, & fiat *ἐμβολισμὸς* alias ob cauſas, mœret & ægrè fert quilibet, frugibus novis ſibi interdici. Hoc ſpectavit Thargum & R. Sal. in Sol. in explicatione Amos 8. 5.] Item: על שלשה ארצות מעברין את השנה יהודה ועבר ירדן והגליל וגו' Item: אין מעברי את הש' אלא ביום Item: אין מעברין את השנה אלא ביהודה, כשני ריעבן ut nec Id probant ex 2 Reg. 4. verſ. 2. Fol. 22. pag. 1. אין מעברין את השנה לפני ראש השנה וגו' אבל מפני הרחק מעברין אותה אחר ראש השנה כיר *Non fit intercalatio ante anni exordium &c.* (Ne ſcil. res oblivioni tradatur) *attamen ob preſſuram intercalatio fit poſt anni exordium primo quoque tempore.* Item: אין מעברין אלא אדר Nam ſi alius menſis duplicaretur, Adar non eſſet duodecimus, ſicut cenſetur Eſther. 3. 7. Item: אין מעברין את השנה לא משנה לחברתה ולא שלש שנים זו אחר זו *id eſt, non faciunt ἐμβολισμὸν hoc anno ſequentis, neque trium annorum continuo.* [non ita priore anno ineunt rationem intercalandi ſequentis, ut ſententiam deinceps non mutent.] Item: אין מעברין את השנה לא בשביעית ולא במוצאי שביעית איכתי רגילין לעבר ערב שביעית id eſt: *Non fit intercalatio heptaëteridos anno ultimo, nec primo. Quando ſoliti ſunt intercalare? Sexto anno hebdomadis annalis.* [Crudele enim videtur prolongare tempus agriculturæ ocio. Nam, veteri frumento abſumto, protollerent novarum frugum uſurpationem, ut menſis ad agrum colendum indulgeatur. Hoc tamen, ut & illud de שנת ריעבן Maimonid. in hilch. qid. chodeſch. c. 4. §. 16. ita accipiendum docet, ut iis annis vitetur *ἐμβολισμὸς*, ſi poſſit fieri. Nam ob æquinoctium, maturitatem fructuum & frugum quolibet anno debet fieri intercalatio. Item: אין מעבי' את הש' מפני הטומאה *Non fit intercalatio ob pollutionem.* R. Jehuda contrarium probat facto Ezechiæ regis 2. Paral. 30. Ibid. fac. b. אין מעברין את השנה ביום שלשים של אדר הואיל וראוי לקבעו ניסן Item: אין מעברין את השנה אלא אם כן היתה תקופה חסירה רובו של חודש *Non fit intercalatio, niſi ſi intervallum a ſolſtitio ad æquinoctium* (quod eſt 91. dierum) *poſtulet ultra dimidium menſis.* videlicet 16. dies, ut R. Jehuda; vel, ut alius vult, 21. Nam iſte totum feſtum tabernaculorum præcipi putat poſt æquinoctium; alter partim duntaxat. Exod. 34. 22. Nam ecce, quum feſtum incipiat die Thiſchri decimo quinto, Levit. 23. 24. ſi æquinoctium incidat in diem 17. unus ex profeſto feſti dies anticipabit æquinoctium, aut ſi incidat in diem 22. totum ante æquinoctium exigetur &c. Atque hac quidem menſis Adar geminatione feſta transferebantur, ut liquet; idque ob dictas cauſas. Quod ſi in menſibus quoque ferias transferri neceſſe eſſet משום מתיא ומשום ירקיא *ob funera aut olera*, ſive quam aliam cauſam, id conſequebantur faciendo cavum ex pleno, aut plenum ex cavo menſe. Judicium enim ſuum hac in re, non certam aliquam rationem figendorum feſtorum ſequutum videtur Synedrium, quamdiu id in terra Iſraëlitica floruit. Hoc tamen obſervabant, quod in cod. ערכין c. 2. §. 2. אין פוחתין מ"ד חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יותר על ח" i. e. *Non minus quatuor menſibus quotannis intercalant, nec amplius octo viſum fuit.* ſubintell. לחסר i. e. *cavos conſtituere.* ut explicatur in Gemara. ubi tamen narratur, aliquando 9. menſes cavos, ſeu 29. dierum, in uno anno factos eſſe. Hoc modo fit, ut, quemadmodum dicitur in Roſch Haſſchanah, עצרת פעמים חמשה פעמים ששה פעמים שבעה הא כיצד שניהן מלאים חמשה שניהן חסירין שבעה אחד מלא אחד חסר ששה i. e. *pentecoſte nunc in quintum, nunc in ſextum, nunc in ſeptimum diem* menſis Sivan accidat. *Quomodo? Si uterque* Niſan & Ijar *plenus, in quintum: ſi uterque cavus, in ſeptimum: ſi alter ſit plenus, alter cavus, in ſextum.* Quanquam non ſum neſcius, iſtic in Gemara ſententias diverſas unius aut alterius *τῶν μεσαχειτῶν* reperiri. Etiam noſtro ac patrum noſtrorum ſeculo magni auctores prodiderunt, jam tum ſtante adhuc templo deſitum eſſe, tempora à *Φάσει* Lunæ putari, ſed juxta hodiernam Judæorum conſuetudinem obſervatum cautumque eſſe, ne feſtum ſortium ageretur feria 2. 4. 7 (בדז) nec paſcha 2. 4. 6. (בדו) neque pentecoſte גהז i. e. 3. 5. 7. neque anni exordium 1. 4. 6. neque dies expiationis 1. 3. 6. Decretum Rabbinorum hac de re recitat Munſterus in Matthæo Ebraico pag. 364. & ſeq. Ibidem rationem reddit hoc modo: *Si principium anni obſervaretur feria prima, caderet dies palmarum in ſabbatum, in quo non liceret portare faſciculum ramorum. Sic ſi neomenia illa obſervaretur feria 4. aut 6. caderet feſtum propitiationis in feriam ſextam aut dominicum diem: & tunc cogerentur duo obſervare ſabbata &c.* Nolim equidem cuiquam præjudicare. Attamen facere non poſſum, quin, quæ paſſim obſervavi, ad rem facientia, ut opinor, Lectori æquo perpendenda & examinanda proponam. Sic inquiunt; vitari concurſum ſabbatorum. At annon concurrunt Sabbata, quando Paſcha feriam primam, Pentecoſte primam & ſextam occupat? Deinde id cod. Suc. cap. ult. §. ſic legimus: יום טוב הסמוך לשבת בין לפניה בין לאחריה וגו' *Feſtum ſi continuo antecedat vel ſequatur Sabbatum &c.* Idem luculentius eſt in cod. Jom tof. cap. 2. §. 1. 2. & paſſim. Quin etiam fit, ut iidem dies ocioſi geminentur. Ita caput menſis geminari, ſupra ex R. Eſaia annotavimus. Caput anni geminum Codex Sabbath cap. 19. §. 5. indicat. Fol. 20. pag. 2. In Gemara cap. 1. Roſch haſſchanah repetendi paſchatis & feſti tabernaculorum mentio eſt in his verbis: אמר רבי זירא אמר רב נחמן כל ספיקא לקמיה שדינן למיברא דהכיפור ושיתסר עבדינן ארביסר לא עבדינן וכולי' i. e. *Dixit S. Sira: R. Nachman, quum omnem dubitationem ipſi propoſuiſſemus, in hæc verba reſpondit: Decimum quintum & decimum ſextum diem feſtum agimus; non etiam decimum quartum.* Gloſſa id ita explicat. *Nihil neceſſe eſt, ut propterea, quia ambiguum eſt, an Senatus menſis exordium in diem viceſimum nonum contulerit, feſtum Paſchatis aut tabernaculorum die decimo quarto à triceſimo Adar aut Elul antevertamus. Sed ſextodecimo inſtauranda feſtivitas eſt, eo quod dubium eſt, an Senatus triceſimo primo præcedentium menſium initia Niſan aut Tiſri conſtituerit.* Fol. 21. pag. 1. Eodem capite exſtat ſententia Rabban Johanan: כל היכא דמטו שלוחי ניסן ולא מטו שלוחי תשרי ליעבדו תרי יומי i. e. *Quocunque pervenerint nuncii de menſe Niſan, ſi nondum venerint nuncii de Thiſri, celebrent duos dies.* Ibidem nominantur, qui 10. & 11. diebus Thiſri jejunaverint. Videſis Abeneſr. ad Levit. 23. verſ. 4. Maimonid. in hilchos kidduſch chodeſch. Scalig. in Iſag. Can. Quod autem Eſeteris illa regula certis feriis certa feſta agi vetat, conſiderandum eſt, an ſtante templo obſervatum ſit. In cod. Megil. cap. 1. §. 2. feſtum ſortium omnibus feriis ritè agi docetur. De Paſchate Abeneſra ad Levit. 23. 4. כי כמשנה גם בתלמוד ראיות שהיה פסח בבד"ו וגומ' i. e. *Ex Miſchna & Thalmude oſtendi poteſt, Paſcha in 2. 4. 6. feriam cecidiſſe.* In cod. Peſachim cap. 7. §. 10. *Oſſa, nervi, omninoque reſiduum* agni *cremantur ſexto decimo. Si is dies ſit Sabbathum, decimo ſeptimo. Nam hæc non impellunt Sabbathum aut feſtum.* Eadem habentur in Mechilta ad Exod. 12. paraſch. 6. fin. Igitur ſi XVI. Niſan poteſt eſſe Sabbathum: Paſcha, quod agitur XV., poterit eſſe feria VI. In cod. Chagigah cap. 2. §. 4. *Pentecoſte ſi cadat in Sabbatum &c.* Tum Paſcha quoque erit pridie Sabbati. In cod. Succ. cap. 4. § 3. יום שביעי של ערבה שחל להיות בשבת i. e. *Septimum ſalicum* (is eſt dies Palmarum, XXI. Thiſri) *incidens in Sabbatum.* Ita quoque caput anni erit feria prima, & dies Expiationis tertia. Cod. Sabb. cap. 15. §. 3. ר' ישמעאל אומר מקפלין את הכלים ומציעין את המטות מי"ה לשבת וחלבי שבת קריבים בי"ה i. e. *R. Iſmael auctor eſt, veſtes componi ac lectos ſterni à die Expiationis in Sabbatum* (gloſſa. כשחל י"ה בע"ש *quando D. E. in paraſceven Sabbati incidit*) *& adipes Sabbati offeruntur die Expiationis.* Si quis hæc antiquiſſimis & rudibus temporibus tantum obtinuiſſe dixerit, is oſtendat mutationis, quæ facta ſit ſtante templo, & indicium & cauſam. Accingamur jam

ad

ad deſcribendum proceſſum, quem Senatus in figendis menſium initiis, unde totum negotium dependet, obſervavit: ex quo, quid ſpectaverint, & quo ſeculo, comparebit. Judices, comperto per calculum, Lunam apparere poſſe, mane triceſimo die contrahebantur certo in loco; ubi teſtes exſpectabant antiquitus toto die, poſtea uſque ad tempus offerendi donarii (מנחה); iterumque poſt deſtructum templum, inſtituto Johannis fil. Zachæi, toto die. Roſch haſſchanah cap. 4. §. 4. Hi ſi veniſſent, primum Hieroſolymis in atrio, cui בית יעזק nomen erat, examinabantur, quando, qua figura, qua parte cœli Lunam conſpexiſſent, cap. 2. § 6 Id poſtea extra Hieroſolymam in Synagoga, ubi Synedrium eſſet, fiebat. cap. 4 §. 4. Huic examini comparata erat tabula R. Gamaliehs, quam quia maximus Scaliger prodidit fuiſſe *ψηφοφορίαν σεληνιακῶν συνόδων*, ut Lector de ea re judicet, aſſcribam ex cod. Roſch haſſchanah cap. 2. §. 8 דמות צורות לבנות היו לו לר"ג בטבלא ובכותל בעלייתו שבהן מראה את ההדיוטות ואומר הכזה ראית או כזה i. e. *imagines φάσεων lunarium fuerunt R. Gamalieli in menſa & in pariete, in cænaculo ipſius, quas oſtendens idiotis, rogabat; utrum hanc ſpeciem vidiſti, an illam?* Comperta apparitionis veritate, præſes judicii proclamabat, מקודש מקודש; atque eum totus populus ſequebatur. *Cap.* 2. § 7. Si judices vidiſſent, duo ex illis coram tribus aliis teſtabantur. *Cap.* 3. § 1. Si totus Iſrael vidiſſet Lunam, aut ſi ante tenebras, teſtibus examinatis, pronunciare nequiſſent, Mecuddas: menſis ſuperior plenus efficiebatur. *ibid.* Si teſtes nulli veniſſent, etiam XXXI. dies feſtus & primus menſis conſtituebatur. *Cap.* 4. §. 4. Quod ſi, vel maxima menſis parte exacta, ex longinquis locis teſtes ſuo tempore viſæ Lunæ veniſſent, ordo jam inſtitutus, niſi aliter fieri opus eſſet, retractabatur. *Maimonid. hilch. chod. cap.* 3 § 7. 8 Ob duos menſes teſtibus ſabbatum erat profanandum Niſan & Tiſri; quia his feſta digeruntur: attamen ſtante templo ob omnes menſes, propter rectificationem ſacrificii primo cujuſque menſis offerendi. *Ros haſ. ch. c.* 1. 4. Numeniæ fixæ olim quidem facibus, quas tantiſper in ſummis montibus quaterent, donec in longinquiori *φρυκτωρίᾳ* idem fieret, ſignificabantur. *Ros haſſch. cap.* 2. §. 2. 3. poſt decretum eſt, ut dimiſſis in omnes partes nunciis indicarentur. *ibid.* §. 2. idque ſenis menſibus; Niſan, propter paſcha: Af, ob jejunium: Elul, propter anni caput: Tiſri, propter feſtorum digeſtionem: Chiſleu, propter Encænia: Adar, propter feſtum ſortium. Stante templo etiam Ijar, ob Paſcha parvum. *R. H. cap.* 1 §. 3. Eò igitur incimo, ut cum doctiſſimo Ebræo Maimonide (*in kiddujch chod. cap.* 8. §. 1.) dicam; *quamdiu Synedrium fuit in terra Iſraëlis, ab eo, pro neceſſitate aliquando, alias juxta apparitionem Lunæ capita menſium & annorum fixa atque conſtituta fuiſſe. At ex quo tempore id abolitum eſt, Judæos certam quandam rationem, accommodatam luminarium motui medio* (מהלך האמצעי aut התיכון vocant etiam עיבור) *certiſque regulis aſtrictam ſequi.* In hac ratione Tiſri ſemper plenus eſt, Tebeth ſemper cavus; deinceps alternis pleni & cavi: Adar primus ἐμβόλιμος ſemper plenus. Marcheſvan & Chiſleu nunc ambo pleni, nunc ambo cavi, nunc ille cavus, hic plenus. Hoc ſi fiat, dicitur שנה חדשיה שלימין, ſi iſtud: חדשיה חסרין; ſi illud: שחדשיה כסדרן. Sed totam rationem hodierni Ebræorum Calendarii explicare ab inſtituto noſtro alienum eſt. Qui volet, videat ante omnes Maimonidem in ſæpius laudato tractatu & Scalig. in Canon. Iſag. Redeamus ad Miſchnam: ubi docetur, quod tres ſoliti ſint diſpicere, utrum neceſſe eſſet à Senatu annum intercalari. Horum ſi unus dicat, Senatum habendum eſſe; duo autem diſſentiant: ille ſuffragiis vincitur. Sin, uno diſſentiente, ſic cenſeant bini; adduntur bini: inter hos, ſi cæteris non approbantibus, duo ſint, qui Senatum habendum cenſeant, ſecundum plures concluditur: ſin, duobus diſſentientibus, cæteri intercalationem requirant; adjiciuntur item bini ut ſint ſeptem. Hi inter ſe diſceptant, dum plurium ſuffragiis, quid agendum ſit, ſtatuatur.

ג סמיכת זקנים ועריפת עגלה בשלשה דברי רבי שמעון ורבי יהודה אומר בחמשה חליצה והמיאונין בשלשה נטע רבעי ומעשר שני שאין דמיו ידועין בשלשה ההקדשות בשלשה הערכין המטלטלין בשלשה רבי יהודה אומר אחד מהן כהן והקרקעות בתשעה וכהן ואדם כיוצא בהן :

3. (10) Impoſitio manuum ſeniorum, itemque decollatio (11) junicis à tribus *peragitur.* ſententia R. Simeonis R. Jehuda quinos aſſignat. De calcei (12) extractione & (13) recuſatione tres *judicant*: totidem de planta (14) anni quarti, item de (15) ſecundis decimis, quarum ignotum precium eſt: de (16) ſacris: de (17) taxis ex ſupellectili ſolvendis. R. Jehuda ait: Unus horum (18) ſacerdos eſt. In prædiis, novem præter ſacerdotem *judicant.* De (19) homine ſimiliter *judicandum eſt.*

R. OB. DE BARTENORA.

סמיכת זקנים *Impoſitio manuum ſeniorum*, quæ fit ſuper capite juvenci qui offerebatur propter errores Eccleſiæ clam commiſſos; indigitatur etiam illis verbis excellentia judicis, nam maximus qui alios antecellit, ſecum duos conjungere debet, quando aliquem promovere velit ut vocetur רבי *Rabbi.* & judicia pœnarum exerceat; & dicitur voce סמיכה eo quod ſcriptum eſt Num. 27. 23. ויסמוך את ידיו עליו ויצוהו non quod impoſitio manuum omnino neceſſaria ſit, ſed ut vocetur nomine *Rabbi.* Verum non obtinet hæc promotio in doctoratu niſi in terra Iſraëlis tantum, & ſi in ea promoti ſint, ipſis judicandi poteſtas eſt ad pœnarum judicia exercenda etiam in locis terræ Iſraëlis finitimis, nam Synedrii poteſtas ſe quoque extendit extra terram Iſraëlis, ſi illud in terra Iſraëlis confirmatum fuerit. Sed Rabbenu Moſe ſcribit, quod ipſi videtur quod hoc tempore, quo nemo inter nos promotus eſt oraliter inde a diebus Moſis magiſtri noſtri, ſi omnes terræ Iſraëlis ſapientes convenerint ad unum promovendum, aut multos, ecce hi cenſentur promoti, & judicia pœnarum exercere poſſunt, & alios promovere, ſed hoc conſiderandum eſt.

ועריפת העגלה בשלשה *Et decollatio vitulæ a tribus peragitur*, quia Deut. 21. ubi de vitula percuſſa agitur, dicitur in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סמיכת זקנים *Impoſitio manuum ſeniorum*, eſt gradus excellentiæ in judicibus, ſicuti ſcriptum eſt Num. 27. 23. ויסמוך את ידיו עליו ויצוהו Cæterum hoc in caſu impoſitionem manuum non neceſſariam ſtatuimus, ſed ei qui dignus eſt ut annumeretur, dicet Synedrium quod ipſum dignati ſunt, *Tu Rabbi N. dignatus es illo honore & poteſtate judicandi judicia pœnarum*, & hoc modo vir ille promotus erit, & vocatur אלהים, omniſque generis jura exercere poteſt; ſed hoc in terra Iſraëlis tantum fiebat, propterea dixerunt Sapientes, non obtinet promotio extra terram Iſraëlis, nam requiritur, ut ille qui promovet & qui promovetur ſint in terra Iſraëlis; & cum promotus eſt in terra Iſraëlis, licet ei ut pœnarum judicia exerceat etiam extra terram Iſraëlis. Nam fundamentum nobis eſt quod Synedrium extra terram Iſraëlis etiam obtinet, ſicuti in ipſa terra Iſraëlis; ſed an tres judices promoti eſſe debeant, & tum aliquem judicare poſſint, dubium eſt. Cæterum in Gemara exponitur, quod eorum maximus debet eſſe promotus, & quod tum duos ſecum conjungere poteſt, & promovere quemcunque voluerit. Sed mihi videtur quod ſi omnes conveniant Sapientes eorumque diſcipuli, ut in ipſos conſtituant aliquem præſidem e conſeſſu, dummodo id fiat in

in plurali זקני quod ad minimum duos notat, ſed hoc non eſt ſenatus æqualium judicum, ideo unum inſuper addunt, & ita ſunt tres. *R. Jehuda dicit, a quinque*, & propterea id quod dicit וסמכו *Et imponent manus*, exponit de duobus, & זקני etiam de duobus, ſed quia quatuor judices æquales ſunt eo quod in neutram partem inclinant, ideo unus addendus eſt, & ita ſunt quinque. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

חליצה בשלשה *Calcei extractio a tribus*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 25. 9. ונגשה יבמתו אליו לעיני הזקנים qui duo ſunt ſeniores, ſed quia hic etiam æqualis eſt numeri ſenatus, unum inſuper addunt, & ſunt tres; duo autem alii qui addi ſolent, tantum ad rem publicandam adduntur. והמיאונים *Et de recuſatione*, ſi pupilla minorennis volens a matre & fratribus in matrimonium collocata ſit, denegare poteſt matrimonium & virum renuere, & propterea requiritur ut de illo judicent tres. Sed in tractatu Jevammoth dicitur quod ſufficit ſi denegatio fiat coram duobus.

נטע רבעי *Planta anni quarti*, ſi quis eam pro pecunia profanare velit, ſic etiam ſe res habet cum decimis ſecundis quarum pretium ignotum eſt, uti ſunt fructus putrefacti quibus non certum ſtatutum eſt pretium. ההקדשות *Res ſacræ*, ſi quis eas redimere velit, requiritur ut tres ſint æſtimatores. הערכין המטלטלין *Taxæ e ſupellectili ſolvendæ*, ſi quis dixerit, promitto pretium talis rei, & ei non fuerint nummi ad ſolvendum illud pretium quod in lege limitatum eſt Levit. 27 & propterea bona mobilia dare voluerit, requiritur ut tres ſint qui bona illa æſtiment.

רבי יהודה אומר אחד מהן כהן *R. Jehuda dicit, unus eorum ſit ſacerdos*, nam de taxis dicitur *ſacerdos*, Levit. 27. 19. Pergit auctor & dicit ובקרקעות *Et in prædiis*, ſi ei non fuerint mobilia, & idcirco fundum dare voluerit, requiritur ut decem homines illud taxent, & eorum unus ſit ſacerdos, ut ſolvat juxta pretium quod debet. והאדם כיוצא בהן *Et ſimiliter de homine judicandum eſt*, ſi dixerit, promitto pretium talis hominis, tum æſtimant ipſum quantum valet, ſi in foro vendatur, & ſolvet pretium illius, & in hac taxatione decem eſſe debent judices Iſraëlitæ, & unus eorum Sacerdos.

terra Iſraëlis, talis vir haberi debeat ראש ישיבה *Caput conſeſſus*, & quod promotus ſit & promovere poſſit quemcunque voluerit. Nam ſi hoc non ſtatueris, quomodo fieri poteſt ut hiſce temporibus habeatur Synedrium magnum, cum requiratur ut quilibet eorum ſit promotus; & Deus benedictus promiſit ut ſe haberent ſicuti fuerunt olim, ita dicitur Jeſ. 1. 26 Et hoc procul dubio fiet, quando Deus præparabit hominum corda, & multiplicabit mercedem eorum & deſiderium ad Deum benedictum, & ad Legem ipſius, ac perfectio illius ante adventum Meſſiæ noſtri, quemadmodum e multis Scripturæ locis patet. Præterea ſcriptum eſt Levit. 4. 15. וסמכו זקני העדה Hinc R. Jehuda dicit, colligit quod זקני *Seniores* ad minimum de duobus intelligendum ſit, ſic etiam וסמכו *Et imponent* de duobus; at ſenatus æqualibus conſtans judicibus non datur, ſed imparibus conſtare debet judicibus, idcirco unum inſuper addunt; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

חליצה בשלשה *Extractionem calcei tres judicant*, & hoc fit juxta rigorem præcepti; quod autem nos quinque adhibemus teſtes, id tantum fit ad rem publicandam. Cæterum jam expoſuimus capite decimo tertio tractatus Jevammoth, quod מיאון *denegatio* fieri poſſit coram duobus. כרם רבעי *Planta anni quarti*, vult dicere, redemptio plantæ anni quarti.

ומעשר שני שאין דמיו ידועין *Et decimæ ſecundæ quarum pretium ignotum eſt*, quando fructus putreſcere incipiunt, neceſſum eſt ut illi oſtendantur negotiatoribus qui illius diminutionis quantitatem norunt. ההקדשות בשלשה *res ſacræ a tribus*, ut, ſi quis aliquam rem ſanctificatam redimere velit, uti eſt id quod ſanctificatum eſt in reſtaurationem templi, tum requiritur ut tres ſint qui pretium illius quod ſanctificatum eſt, norunt. Sic etiam ſi quis dixerit quod pretium rei promittit, & ſacerdos venerit qui pretium exigat, & ei non fuerint nummi ſed mobilia, ſacerdos dicto trium hominum qui norunt rei pretium, agat. Et ſi illi nihil ſit præter fundum, ſumet de illo fundo pretium quantitatem decem hominum dicto, quorum unus eſt ſacerdos, & decem æſtimant fundum quanti valet. Similiter, ſi quis promiſerit pretium illius, requiritur ut res æſtimetur, perinde ac ſi eſſet ſervus qui publice venditur, etiam a decem hominibus quorum unus eſt ſacerdos, & tum ſolvere tenetur prout illi taxarunt, atque hæc eſt expoſitio illius quod dicit auctor והאדם כיוצא בהן *Et ſimiliter de homine judicandum eſt*, nimirum, quod homo æſtimari debet ſicuti æſtimantur agri.

COCCEJUS. §. 10. Duplex ἐπίθεσις τῶν χειρῶν hic intelligitur à Magiſtris: primum illa, de qua eſt Levit. 4. 13. 15. deinde illa, qua poteſtas judicandi cauſas mulctatitias, ſive דיני קנסות in aliquem confertur, & in Rabbinatus ſive Magiſterii dignitatem evehitur. Imitantur hac in re Moſen. vide Num. 27. 18. de quo loco eſt in Siphri. וסמכת את ידך עליו א״ל הן תורגמן ליהושע להיות כיו תעמידו מן הארץ שואל ודורש ומורה הוראות בחייך והושיבו אצלו על הספסל. item: Ex quibus verbis liquet, qua majeſtate & quo jure emineant inter populares Magiſtri noſtri. Iſta Semicha ſeu ἐπίσκηψις, ut ita dicam, non poterat fieri niſi in terra Canaan, quamvis poteſtas per eam collata, ultra ejus fines ſe porrigebat, (כנהדרי נוהגת בארץ ובחוצה לארץ) ut docemur in Gemara fol. 14. fac. a Hinc eſt, quod Judas ben Baba ſanguine ſuo iſtius poteſtatis traditionem mercari voluerit. Nam abſque eo fuiſſet, judicia pœnalia inter Iſraëlitas agi non potuiſſent. Ibid.

11. Vide Deuteron. 21. 2.

12. Vide Deut. 25. 9. quod autem vulgo huic actui adhibentur adhuc bini, id pertinere ajunt Thalmudici לפרסומי מילתא ad rei publicationem. Hi ſcilicet acclamabant, חלוץ הנעל.

13. Si quæ minorennis orba patre à matre fratribuſque viro deſponſata ſit; ſi nolit cohabitare, recuſationis judicium (quamquam vel extra judicium id poterat fieri, coram duobus tanquam teſtibus. Maimon) inſtituit, atque ita domum redit. vid. in Cod. Jebamoth cap. 13.

14. i. e. פריון נטע רבעי Si quis nempe recèns plantatæ arboris fructus quarto anno natos percipiendos pecunia vellet redimere. Sacri quippe erant. Levit. 19 25.

15. Qualia ſunt פירות שהרקיבו ויין שהקרים ומעות שהחלידו *fructus, qui putredinem contraxere, vinum aceſcens* ita exp. gl. שהחליד alias verbum Thalmudicum notat, *cute ſe induere*) nummi æruginoſi.

16. Si quis quamcunque rem ſacram velit redimere. Majem.

17. Gloſſa. צריך ג׳ לשומן i. e. tres requiruntur ad æſtimationem eorum שומא eſt taxa, ערך. Hinc R. Nathan in concordantiis ערך לשון שווי או שומא id eſt, ערך ſignificat valorem ſeu precium, aut æſtimationem.

18. Levit. 27. 19.

19. In Gemara explicant. אדם מי קדוש אמר ר׳ אבהו באומר דמי עלי דתניי האומר דמי עלי שמין אותו כעבד הנמכר בשוק ועבד איתקש לקרקעות i. e. *Homo num ſacer eſt? Ait R. Abhu. Hoc capiendum eſt de eo, qui profitetur, ſe tantum debere, quanti vendi poteſt. Ita enim accepimus: Si quis dicat; Precium mei incumbit mihi ſolvendum; illum æſtimant tanquam ſervum venalem in foro. Servus autem fundis æquiparatur.*

ד דיני נפשות בעשרים ושלשה הרובע והנרבע בכ״ג שני והרגת את האשה ואת הבהמה ואומר ואת הבהמה תהרגו שור הנסקל בעשרים ושלשה

4. Capitalia à tribus & viginti *exercentur* Itemque de homine & beſtia coitu mutuo maculatis. Nam dicitur; Levit 20 16. 15. *Et occides fœminam & beſtiam*: item: *Et beſtiam occidetis.* De bove lapidando

ושלשה שנאמר השור יסקל וגם בעליו יומת כמיתת בעלים כך מיתת השור האב והארי והדוב והנמר והברדלס והנחש בעשרים ושלשה רבי אליעזר אומר כל הקודם להורגן זכה רבי עקיבא אומר מיתתן בעשרים ושלשה :

lapidando totidem. Dicitur enim: Exod. 21. 29. *Bos lapidibus obruitor, atque inſuper dominus ejus interficitor.* Eadem ratio eſt necis utriuſque. Lupus, leo, urſus, panthera, (20) vipera, ſerpens à tribus & viginti neci adjudicantur. R. Elieſer ait: Qui illa animalia occupaverit interficere, rectè fecerit. R. Akiba tamen à tribus & viginti viris judicium eorum habendum autumat.

R. OB. DE BARTENORA.

והרגת את האשה ואת הבהמה *Et occides mulierem & beſtiam*, beſtiam ſcil. quæ coitum inivit, & talis comparatur cum muliere, nimirum, quod ſicuti mulier judicatur a tribus & viginti, ſic etiam beſtia a tribus & viginti. *Et Lex dicit, & beſtiam occides*, hoc etiam ſcriptum eſt de coitu quadrupedis, diſcimus igitur ex hoc loco quadrupedis coitum cum homine tam maſculinum quam fœmininum.

כמיתת הבעלים כך מיתת השור *Sicut nex dominorum, ita bovis nex eſt*, vult dicere, ſicuti homo judicari debet a tribus & viginti, ſi mortem meritus fuiſſet, ſic etiam bos. כל הקודם להרגן זכה *Quiſquis anteverterit ad occidendum, recte fecit*, ſi aliquem hominem occiderint, non requiritur ut ad ſenatum citentur. R. *Akiba dicit* &c. in Gemara exponitur quod controverſia inter doctorem primum & R. Akibam ſit de ſerpente, nam juxta ſententiam doctoris primi nex ſerpentis judicatur a tribus & viginti. Sed juxta R. Akibam Lupus, & Leo, urſus, panthera, & vipera adjudicantur neci a tribus & viginti; verum ſerpentem ſi quis anticipando interfecerit, rectè fecit, quia deſtructorem deſtruxit; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Probationem adfert auctor ex eo quod dicitur Levit. 20. 15. ואת הבהמה תהרגו nam ſi dixeris quod hæc verba nos docent quod pecus etiam mortis condemnatum eſt, & non ex hac conſequentia; hoc non erat neceſſarium ut diceret, quia jam expoſuit mortem pecoris, quando dicitur Levit. 20. 16. את האשה ואת הבהמה תהרגו *Cæterum quod R. Elieſer dicit, quiſquis illa animalia interficere occupaverit, rectè fecit*, intelligendum eſt ſi unum eorum interfecerit, is qui interfecit, rectè fecit pro Deo, ſine Synedrio. Sed R. Akiba putat quod ſerpens non adjudicatur neci a tribus & viginti, quod ab uno homine adjudicatur neci; ratio autem quare judicium capitale a viginti & tribus exercendum ſit, exponetur impoſterum; deciſio eſt juxta R. Akibam.

COCCEJUS. §. 20. Aruch: ברדלס idem quod אפא, primis ſeptem annis mas eſt, diciturque צבוע, at poſtquam mutatus eſt in fœminam dicitur נפריא. Fœmella marem malignitate ſuperat. אפא eſt אבעז abſorpto, ut ſolet, ע. In Gem. cap. 1. Baba Camma notatur, hoc generis, iſta ſexus eſſe vocabula. Sed de permutatione nihil.

ה אין דנין לא את השבט ולא את נביא השקר ולא את כהן גדול אלא בבית דין של שבעים ואחד ואין מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי בית דין של שבעים ואחד אין מוסיפין על העיר ועל העזרות אלא על פי בית דין של שבעים ואחד אין עושין סנהדריות לשבטים אלא על פי בית דין של שבעים ואחד אין עושין עיר הנדחת אלא בבית דין של שבעים ואחד ואין עושין עיר הנדחת בספר ולא שלשה עיר הנדחת אבל עושין אחת או שתים:

5. (21) Tribus, (22) pſeudoprophetes, ſacerdos magnus, non niſi à LXXI. judicum conſeſſu judicantur. Bellum (23) arbitrarium non niſi ex illorum autoritate ſuſcipitur. (24) Urbs atriumvè non niſi his jubentibus amplificatur. Synedria (25) tribuum non niſi horum nutu inſtituuntur. In nullam urbem ſententia (26) univerſalis apoſtaſiæ fertur, niſi ab hoc judicum collegio. Nulla urbs ob univerſalem idololatriam plectitur, ſi in (27) limitibus ſita ſit; neque adeo (28) ternæ eodem tempore, ſed una, vel ad ſummum binæ.

R. OB. DE BARTENORA.

את השבט *Tribum*, maximam tribus partem, quæ e ſuperbia idololatriæ ſervierunt, judicat Synedrium 71 virorum, uti ſcriptum eſt Deut. 17. 5. והוצאת את האיש ההוא ואת האשה ההוא virum ergo & mulierem educes ex urbe tua, at non tribum, niſi per Synedrium quod conſtat 71 judicibus.

ולא את הנביא השקר *Neque pſeudoprophetam*, hoc colligimus per argumentum a ſimilitudine vocum deſumptum, nam de ſeniore refractario Deut. 17. 8. dicitur דבר, & de pſeudopropheta dicitur דבר Deut. 20. 18. Quemadmodum igitur ſenior refractarius judicatur a 71 judicibus ut ibidem extat, ſic etiam pſeudopropheta judicatur a 71 judicibus. ולא את כהן גדול *Neque ſummum pontificem*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 18. 22. כל הדבר הגדול יביאו אליך res autem magnæ ad Moſen deferebantur, quia ille pro 71 judicibus pollebat.

ואין מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי בית דין של שבעים ואחד *Neque bellum arbitrarium ſuſcipitur, niſi ex auctoritate unius & ſeptuaginta judicum*, omne bellum præter bellum ſeptem gentium terræ Iſraelis, & bellum Amalekiticum, vocatur מלחמת הרשות *bellum arbitrarium*; & hoc non ſuſcipitur niſi ex auctoritate magni Synedrii, ſicuti ſcriptum eſt 1 Chron. 27. 34. *Et*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus tribus ſe habet hoc ſenſu, quando tota tribus, ob idololatriam propulſa fuerit, tum Synedrium magnum eam tantum judicat, eo quod ſcriptum eſt Deut. 17. 5. והוצאת את האיש ההוא וגו' ergo privati tantum homines uti eſt vir aut mulier, occidentur in civitatibus tuis per Synedrium viginti triumvirale, at non tota tribus, illam enim judicabit totum Synedrium magnum. Quod autem Pſeudopropheta judicandus ſit a Synedrio magno, colligimus e זקן ממרא *Seniore refractario*, per comparationem verborum, nam de ſeniore refractario ſcriptum eſt Deut. 17. 8. כי יפלא ממך דבר & de Pſeudopropheta extat Deut. 18. 20. אך הנביא אשר יזיד לדבר דבר habet ergo bis דבר דבר & quemadmodum ſenior refractarius judicabatur a Synedrio magno, ſicuti dicitur Deut. 17. 8 & in ſequentibus, ſic etiam de Pſeudopropheta. Cæterum de ſummo pontifice colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 18. 22. כל הדבר הגדול יביאו אליך perinde ac ſi dixiſſet דבר איש הגדול *Res viri magni*, at ſummo pontifice nemo major eſt, ſicuti dicitur Levit. 21. 10. הגדול מאחיו Verum belli arbitrarii jus colligimus ex eo quod dicitur ex hiſtoria Davidis, quod non exibant ad bellum arbitrarium niſi dum conſuluerat Synedrium magnum. מלחמת הרשות *Bellum arbitrarium* eſt bellum

Et poſt Achitophel erat Benaja filius Jojadæ. Hic Achitophel erat conſiliarius, & Benaja erat totius Synedrii maximus, & omnes eum ſequebantur.

אין מוסיפין על העיר *Non amplificant urbem*, ſcil. Jeruſolymam, cujus ſanctitas major eſt quam cæterorum terræ Iſraëlis locorum. ועל העזרות *Neque atria*, horum ſanctitas major eſt quam Jeruſolymæ ſanctitas; at ſanctitas innovari non debet niſi per Synedrium 71 judicum, quia ſcriptum eſt Exod. 25. 9. ככל אשר אני מראה אותך Nimirum, ſicuti tabernaculum conſecratum eſt dicto Moſis qui Synedrii magni dignitatem repræſentabat, ſic etiam facies præterito deinde tempore, & poſt amplificationem templi & atriorum, dicto Synedrii magni.

אין עושין סנהדריות לשבטים אלא על פי בית דין *Non inſtituuntur Synedria tribuum niſi ex dicto hujus Synedrii*, quemadmodum de Moſe invenimus quod conſtituit Senatum, nam Moſes erat vice 71 judicum. אין עושין עיר הנדחת *In urbem non fertur univerſalis apoſtaſiæ ſententia*, ſicuti dicitur Deut. 17. 5. והוצאת את האיש וגו׳ ergo virum aut mulierem educes ad ſenatum civitatis tuæ, at non totam civitatem ad Senatum educes civitatis tuæ, ſed ad ſenatum alium ſingularem. ספר ſunt limites terræ Iſraëlis extremi, ſive urbs quæ terram Iſraëlis a gentium terris ſeparat; nam Scriptura dicit, מקרבך *E medio tui*, & non e fine terræ. Et ratio eſt, ne veniant gentiles, & terram Iſraëlis

lum contra Amalekitas, & ſeptem nationes.

אין מוסיפין על העיר *Non amplificant urbem*, vult dicere quod Jeruſolymæ non addunt loca quæ ſunt ſanctitatis levioris ad conficiendum majorem ſanctitatem. Nam atriorum templi ſanctitas major eſt quam reliqua urbis pars, ſicuti exponetur capite primo tractatus Taarot; at ſanctitas innovari nequit niſi per Synedrium magnum, ſicuti Deus dixit Moſi Exod. 25. 9. ככל אשר אני מראה אותך את תבנית המשכן ואת תבנית כל כליו Hoc mandatum factum eſt Moſi & ipſius Senatui. Synedria vero tribuum inſtituta ſunt a Moſe & a Senatu illius, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 28. 21. ואתה תהיה ככל העם וגו׳ Ratio autem quare civitas quæ idololatriæ ſervivit & tribus quæ idololatriæ ſervivit, ſint ejuſdem juris, eſt, quia in tota civitate neminem occiderunt præter privatos. ספר Notat limites hoſtium terræ confines; hujus rei ratio eſt, quia, ſi terræ Iſraëlis limites deſtructi fuiſſent, hoſtes ipſam intraſſent, terramque Iſraëlis devaſtaſſent. Et quod auctor dicit אין עושין, non vult dicere quod incolas illius non occidunt, ſed dicere vult quod in ea non faciunt totum præceptum civitatis idololatricæ, & hoc eſt quod lex dicit Deut. 14. 16. והיתה תל עולם Et quod porro Miſna dicit quod tres civitates non deſtruunt, tantum intelligendum eſt de uno ſenatu unoque loco, nimirum, ne propinquæ ſint inter ſe.

devaſtent, idcirco civitatem non ponunt ut acervum perpetuum, uti eſt jus civitatis idololatricæ, ſed incolas illius tantum. *Neque tres civitates*, non propulſant tres civitates idololatricas per unum ſenatum unius loci, nempe, ſi inter ſe propinquæ ſint; ſed in duobus aut tribus locis occidunt.

COCCEJUS. §. 21. שבט שזרח כלו או רבו. *Tribus, quæ vel tota vel maximam partem ad idololatriam defecerit.* Ratio hujus Canonis petitur ex Deut. 17. 5. quia ſcilicet iſtic præcipitur, ut privati, ſi idolis cultum exhibuerint, in particularibus foris judicentur. Ergo tribus integra non niſi à Synedrio magno judicari poteſt, quod q. generale judicium eſt.

22. Id colligunt בהקש *per comparationem* ex judicio Doctoris refractarii, quem זקן ממרא appellant. de quo habebis capite undecimo. Vide Deut. 17. 8.

23. *Πόλεμος ἀνθαίρετος*. Ei opponitur מלחמת המצוה ſcilicet quod gerendum Iſraëlitis erat cum Amalekitis & ſeptem iſtis nationibus vi præcepti.

24. Urbis quam terræ Iſraëlis, atrii rurſus quam urbis major eſt ſanctitas. Jam ſanctitatis novæ inſtitutio debet ſecundum illud fieri: ככל אשר אני מראה אותך *omnino prout ego tibi monſtravero.* Exod. 25 9. Jam in locum Moſis LXXI. Senatorum conſeſſus ſucceſſit.

25. Moſes jubetur Iſraëlitis judices & moderatores conſtituere in omnibus portis ſuis, ſecundum tribus ſuas &c. Deuteron. 17. 18. ומשה במקום שבעים וחד קאי *Moſes autem eſt vice LXXI.* Tradit Joſephus antiq. Jud. l. 14. 10 & de bell. Jud. l. 1. c. 6. *diviſam a Gabinio Judæam omnem in quinque Synodos. Conſtituiſſe enim quinque ſynedria, Hieroſolymis, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, Sephoris.* quæ ſive ad

jus reddendum, ſive alio fine inſtituta ſint; ex Romanis ſive ex indigenis conſtiterint; magnam ea res reipublicæ Judaïcæ inclinationem tum temporis factam arguit. In citato loco, quod Junius vertit *moderatores*, eſt in Ebr. שוטרים quos ſic definiunt: גלוירים חובטין במקלות על פי השופטין לכל מי שאינו שומע להכריח המצות ut ait Abenæſra David de Pomis גלייר interpretatur, *ſtapertus*, intelligit miniſtrum *ἀναβολεα*. Conveniret ſanè Gallicum, *Geolier.* ita eſſet 1. *præfectus carceris.* 2. *lictor.* 3. *miniſter univerſe.* Sic igitur vertamus iſta Rabbinica, *Schoterim ſunt lictores, qui bacillis feriunt juſſu judicum inobedientes, ut, qui perverſe agunt, eos cogant officium facere.*

26. Ratio eadem hic valet, quæ nota 21. indicata eſt.

27. Quia dicitur: מקרבך è medio tui. Deut. 13 13. ספר eſt *limen*, *littus*, Rabb. & Tharg. An, quod his finibus dominium aut terra quaſi circumcidatur? Ratio Canonis eſt, ne ablato munimento in finibus, hoſtes commodius terram invadere poſſint.

28. Uno judicio, ſi propinquæ ſint. At ſi in diverſis partibus illæ urbes ſitæ ſint, nihil prohibet. Nam ſi propinquæ ſint, licet pœnæ ad unam duntaxat, attamen exemplum & emendationis fructus ad multas pertinebit.

ו סנהדרין גדולה היתה של שבעים ואחד וקטנה של עשרים ושלשה ומנין לגדולה שהיא של שבעים ואחד שנאמר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהן הרי שבעים ואחד רבי יהודה אומר שבעים ומנין לקטנה שהיא של עשרים ושלשה שנאמר ושפטו העדה והצילו העדה עדה שופטת ועדה מצלת הרי כאן עשרים ומנין לעדה שהיא עשרה שנאמר עד מתי לעדה הרעה הזאת יצאו יהושע וכלב ומנין להביא עוד שלשה ממשמע שנאמר לא תהיה אחרי רבים לרעות שומע אני שאהיה

6. Synedrium magnum Septuaginta & unum judices habuit: minus, tres & viginti. Unde conſtat LXXI. fuiſſe illius ſynedrii judices? Ex eo, quod dicitur: Num. 11. 16. *Congrega mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraëlis.* His Moſes junctus erat. En tibi LXXI. Attamen R. Jehuda ait: (29) LXX. fuiſſe. Unde autem, minus habuiſſe XXIII? Ex illo: Num. 35. 24. *Et judicabunt cœtus &c.* & *eripient cœtus.* Cœtus (30) judicat: cœtus (31) eripit. Habes vicenos. Qui vero probatur cœtum eſſe decem hominum? Ex illo: Num. 14. 27. *Quouſque cœtui huic malitioſo, &c.* Semove Joſuam & Calebum. At quæ ratio eſt adjungendi inſuper ternos? Ex illo, quod intelligendum datur in iſto: Exod. 23. 2. *Ne ſequaris plures ad mala.* Subaudio, eſſe mihi hos ſequendos in bonum. Si ita eſt, quare amplius additur: *poſt plures inclinando?*

Non

שאהיה עמהם לטובה אם כן למה נאמר אחרי רבים להטות לא כהטייתך לטובה הטייתך לרעה הטייתך לטובה על פי אחד הטייתך לרעה על פי שנים ואין ב״ד שקול מוסיפין עליהם עוד אחד הרי כאן עשרים ושלשה וכמה יהא בעיר ותהא ראויה לסנהדרין מאה ועשרים רבי נחמיה אומר מאתים ושלשים כנגד שרי עשרות : •

Non ſimiliter ut in bonum, ita in malum inclinatio eſt facienda. In bonum vel ex unius ſententia pronunciare licet: in malum non, niſi ſi duorum ſuffragia præponderent. Jam conſeſſus judicum non eſt, ut (32) pari conſtet numero. Ergo his unus inſuper additur. Habes XXIII. Quot incolas urbis eſſe oportet, ut Synedrio digna ſit? CXX. R. Nehemias: CCXXX. ut numero decurionibus reſpondeant.

R. OB. DE BARTENORA.

ומשה על גביהן הרי שבעים ואחד *Et Moſes bis junctus erat, en tibi* 71, nam ſcriptum eſt Num. 11. 17. ונשאו אתך id eſt, *tu eris cum illis. R. Jehuda dicit ſeptuaginta*, & exponit id quod Lex dicit אתך *Tecum*, notare tui (Moſis) ſimilem; non ut unus eorum ad judicandum ſedeat; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. עדה שופטת *Coetus judicans*, decem qui condemnant. ועדה מצלת *Et coetus eripiens*, decem qui abſolvunt; & hinc colligimus quod viginti neceſſarii ſunt, qui ſi contrarii ſint, decem ſunt qui condemnant & decem qui abſolvunt.

הטייתך לרעה על פי שנים *Inclinatio tua in malum per duos*, ita dicit Lex Exod. 23. 2. לא תהיה אחרי רבים לרעת ad condemnandum dicto unius, ut ſit ultra eos qui abſolverunt, ſed poſt multos ad declinandum, duobus opus eſt, etiam ad malefaciendum, ſi illi qui condemnarunt, duobus plures fuerunt quam ii qui abſolverunt, quomodo neceſſario erunt viginti & tres, nam per minores quam decem qui abſolvunt fieri nequit ut minores ſint, quia ſcriptum eſt Num. 35. 24. והצילו העדה *Et eripiet coetus*; ſicuti igitur condemnatio non obtinet per pauciores quam duodecim, & hic non eſt Senatus par, nam non conſtituunt Senatum e paribus judicibus, quia una media pars alteri oppoſita eſt, ſi dividatur, & tum non obtinebit inclinatio in bonum dicto unius, idcirco unum præterea addiderunt, qui ſunt viginti & tres. *Centum & viginti*, exponunt in Gemara, viginti & tres in Senatu parvo, & tres ordines viginti trium quorum unus ſedet ante alium, &, ſi addendi ſint aliqui judices, ex hiſce addunt; & decem otioſi, nimirum, decem homines ab omni opere vacantes, ſed continue Synagogæ præſentes; & duo ſcribæ ad conſcribendum condemnantium & abſolventium verba; & duo ſenatus miniſtri ad flagellandum reum, & ad vocandum partes litigantes; & duæ litigantium partes; duo teſtes, duo falſarii, & duo falſariorum falſarii, & duo eleemoſynarum exactores, & tertius aliquis ad diſtribuendum eleemoſynas, nam eleemſyna a duobus exigi debet, & a tribus diſtribui; & præterea unus medicus ad ſanandum, chirurgus & unus ſcriba, & unus ludimagiſter, qui ſunt centum & viginti. *R. Nechemias dicit, ducenti ut numero decurionibus reſpondeant*, qui ſunt viginti & tres decuriones, ut quilibet judex ſit decurio, nam non invenimus dominationem in Lege quæ minor eſt quam decurionum, deciſio non eſt juxta R. Nechemiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda non annumerabat Moſen magiſtrum noſtrum Synedrio, quia putat id quod ſcriptum eſt Num. 11. 17. ונשאו אתך במשא העם non velle indigitare quod cum ipſo judicabunt, ſed quod vice ipſius judicabunt. Sapientes dicunt, quod indigitat locus ut cum ipſo judicent; deciſio eſt juxta Sapientes. Cæterum quod auctor Miſnicus dicit עדה שופטת ועדה מצלת *Cœtus judicat & coetus eripit*, vult, unus coetus dicit, homo abſolutus eſt, & hoc eſt, *eripit*, alter dicit, homo condemnatus eſt, & hoc eſt, *judicat*. Sed non condemnatus erit niſi uſque dum ii qui condemnant, ſint plures quam ii qui abſolvunt, propterea duo judices inſuper addendi ſunt, ut ſint coetus qui judicare poſſit, & eripere, & duo qui judicant, nempe qui condemnant, ſed quia par judicum numerus eſt, unum inſuper addunt, & tum ſunt tres illis coetibus additi. Verum quod Sapientes dicunt, *viginti & quinque*, hoc exponitur in Gemara, & hic eſt illius computus, Synedrium parvum viginti & tribus conſtat judicibus; & tres ordines conſtant viginti & tribus, & decem otioſi e coetu, ii ſcil. quibus nulla alia occupatio eſt quam opus Dei, nimirum Legem Dei ſemper meditari & adeſſe eccleſiæ; & præterea duo ſunt judicum ſcribæ, & duo miniſtri, & duæ litigantium partes, duo teſtes, duo falſarii, & duo falſariorum falſarii, & duo eleemoſynarum exactores; & tertius ad diſtribuendum eleemoſynam, unus medicus, & unus ſcriba, & unus ludimagiſter, & hi ſunt centum & viginti. R. Nechemia dicit quod omnium præfectorum minimi in dignitate ſunt decuriones, & viginti & tres judices ſunt decuriones pro ducentis & triginta; deciſio non eſt juxta R. Nechemiam.

COCCEJUS. §. 29. Quod enim ibi exſtat verſ. 17. ונשאו אתך hoc ille cenſet accipiendum, מיוחסין ומנוקין כדומין לך i. e. מכל מום *quod Moſis debeant eſſe ſimiles, id eſt, nobiles & expertes omnis vitii.* aut, ut Majemonides clarius, אתך id eſt, במקומך, Simulacrum quoddam τῆς μεγάλης βουλῆς, animadvertere eſt in Joſepho, qui, præfectus Galilææ, LXX. viros legit, qui ſecum τὰς φονικὰς δίκας & alia graviora deciderent. *de bell. Jud. lib. 2. cap.* μϛ. *& de vita ſua pag.* 1004. *edit. Genev.* Idem prodit, zelotas, nequiſſimos homines, ſimulatione juſtitiæ, apud LXX. viros, qui in plebe maximè ſpectabiles eſſent, Zachariam innocentiſſimum juxta & præſtantiſſimum civem, cujus ſanguinem non minus quam opes ſitiebant, capitis poſtulaſſe. *vide de bell. Judaic. lib. 4. c.* 19.

30. שופטת id eſt, מחייבת *condemnans.*

31. מצלת id eſt, מזכה *abſolvens.*

32. Hæc quouſque vera ſint, audiamus ex Gemara Fol. 17. fac. a. כוף סוף לרעה על פי ב' לא משכחת לה אי י״א מזכין וי״ב מחייבין אכתי חד הוא אי י׳ מזכין וי״ג מחייבין תלתא הוו א״ר אבהו אי אתה מוצא אלא במוסיפין ודברי הכל ובסנהדרי גדולה ואליבא דרבי יהודה דאמר שבעים וא״ר אבהו במוסיפין עושין ב״ד שקול לכתחלה id eſt. *Quin nihilominus condemnatoria ſententia non deprehenditur duobus ſuffragiis propenſior. Nam ſi undecim abſolvant, duodecim damnent, adhuc uno tantum ſuffragio iſti ſuperabuntur. Sin decem abſolvant, tredecim damnent, terna ſuffragia ſuperabunt. Ait R. Abbu. Non potes* (ſecundum binos pronunciare) *niſi ubi judicum ſit additio* (vid. cap. 5. § 5. nempe, ubi unus dicit; ſibi non liquere. Is enim habetur, quaſi non adeſſet. Tunc enim, adjunctis duobus, ut ſint 24) damnantium ſententia duobus ſuffragiis poteſt vincere) *atque id quilibet agnoſcit: tum in Synedrio magno, atque hoc ex ſententia R. Jehudæ, qui ait: ſeptuagenos fuiſſe in eo judices.* (quamquam & alias id evenire poterat. Tradit enim Majemonides hal. Sanhedrin cap. 1. ſi diſſenſerint inter ſe Senatores magni conſeſſus, adſcitum fuiſſe unum ex Candidatis, qui in alterutram partem rem decideret. Quanquam neſciam, an ullum ſententiæ ſuæ fulcrum ex Miſchna afferre poſſit.) *Ait item R. Abbu: Quum augetur numerus judicum, principio æquali numero judices ut ſint, efficitur.* Addamus hîc, paucis omiſſis, quæ ad rem non faciunt, illa quæ in Gemara ſequuntur de qualitatibus Senatorum: אין מושיבין בסנהדרי אלא בעלי קומה ובעלי חכמה ובעלי מראה ובעלי זקנה ובעלי כשפים ויודעים בשבעים לשון שלא תהא סנהדרי שומעת מפי התורגמן: i. e. *Non cooptatur in Synedrium, niſi qui ſit egregia ſtatura, & ſapientia, & forma, ſenex, magiæ non rudis, callens ſeptuaginta linguas: ne opus ſit*

per

ולא מייבמין לאשתו רבי יהודה אומר אם רצה
לחלוץ או לייבם זכור לטוב אמרו לו אין שומעין
לו ואין נושאין אלמנתו רבי יהודה אומר
נושא המלך אלמנתו של מלך שכן מצינו בדוד
שנשא אלמנתו של שאול שנאמר ואתנה לך את בית
אדוניך ואת נשי אדוניך בחיקך :

ejus: jure leviratûs nullam ducit; neque conjunx ejus nubit. R. Jehuda ſic cenſet: Quod ſi velit calceamentum tradere aut affinem ducere, in bonam partem ei vertitur. In contrarium alii cenſent, non (10) audiri Regem, *ſi quid tale velit.* Nemo defuncti viduam ducit. R. Jehuda: Rex regis viduam ducit. Nam Davidem Saülis viduam matrimonio ſibi junxiſſe, colligimus ex iſto: 2 Sam. 12. 8. *Dedique tibi domum heri tui & uxores heri tui in ſinum tuum.*

R. OB. DE BARTENORA.

המלך לא דן ולא דנין אותו *Rex non judicat neque judicatur*, hoc de regibus Iſraëliticis intelligendum eſt, qui Sapientum verba non auſcultabant; ſed reges e ſtirpe Davidica judicabant & judicabantur, idcirco ſcriptum eſt Jerm. 21. 12. בית דוד כה אמר יהוה דינו לבקר משפט.

אם רצה אין שומעין לו *Si voluerit*, (calceum dare) *non audiunt eum*, nam ſi rex ab honore ſuo decedere velit, tamen ab eo decedere nequit, & ignominioſum illi eſt ſi calceum det exuendum a fratria, & illa coram ipſo expuat; quæcunque autem inepta eſt ad diſcalceandum, etiam ad conjugium levirationis contrahendum inepta eſt; & ita deciditur. R. Jehuda putat quod alterius regis viduam ducere poteſt, & hac in parte deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAÏMON.

Hoc tantum de Iſraëlitarum regibus intelligendum eſt, qui tranſgreſſores erant in regno ipſorum, non cordi habentibus humilitatem, neque ad Legis verba attendentibus. Sed reges ex ſtirpe Davidis judicabant & judicabantur, quia illi Legem intelligebant, & humilitas non erat mala in oculis eorum, ſubmittentes ſe Legi Dei, nam de regno ipſorum juxta Legem non diminuebatur humilitas; dixit Scriptura de Davidis familia Jerm. 21. 12. אמר יהוה דינו לבקר משפט David autem unus e Synedrii membris erat; deciſio eſt juxta R. Jehudam in eo quod dicit, regem poſſe alterius regis viduam ducere; ſed calceum dare exuendum, vel levirationis conjugium contrahere, ei non conceſſerunt; nam hoc opprobrium regi eſt ſi fratria coram illo expuat; & cum calceum dare nequit exuendum, neque levirationis conjugium contrahere poteſt. Nam hypotheſis nobis eſt, quod ſi rex excuſet honorem ſuum, tamen non excuſatus ſit, idcirco ei non concedunt.

COCCEJUS. §. 9. Hoc decretum de quibus intelligendum, & qua occaſione factum ſit, in Excerptis Beth Iſraël reperies Num. I.

10. Nam, נשיא שמחל על כבודו מחול מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול i. e. *Princeps ſi honorem ſuum remiſerit, remiſſus eſto: Rex ſi conceſſerit de honore ſuo, nihil egerit.* Chetub. cap. II. Turpe enim & indecorum eſſet, quampiam coram rege deſpuere, & calceum ei detrahere.

ג מת לו מת אינו יוצא מפתח פלטרין שלו
רבי יהודה אומר אם רוצה לצאת אחר המטה
יוצא שכן מצינו בדוד שיצא אחר מטתו של אבנר
שנאמר והמלך דוד הולך אחרי המטה אמרו לו לא
היה הדבר אלא לפיים את העם וכשמברין אותו
כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הדרגש:

3. Quod ſi quis propinquorum morte decedat, ex palatio non (11) prodit. R. Jehudas: Si velit ſequi funus, licet. Nam David Abneri funus proſecutus eſt. 2 *Sam.* 3. 31. Iſti doctori reſponſum eſt; Factum iſtud ad populi ſuſpicionem amovendam totum comparatum fuiſſe. Regi epulum funerale quum exhibetur, totus populus humi, ipſe in (12) lecto accumbit.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו יוצא מפתח פלטרין *Non exibit ex oſtio palatii*, quia regi indecorum eſt coram populo oſtendere triſtitiam ſuam. לפיים את העם *Ad ſatisfaciendum populo*, ut cognoſcant quod Joab non occidit Abnerem ex conſilio Davidis; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. דרגש Eſt *lectus*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פלטרין Notat palatium. לפיים את העם ad loquendum juxta populum, & ad demonſtrandum quod non intendit eum occidere. דרגש Eſt genus lecti & ſellæ, & major ſella eſt quam כסאל; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 11. Indecorum enim eſt, Regem populo monſtrare mœrorem ſuum.

12. Lugentes epulo reficere, ut civile & humanum, à Rabbinis dilaudatur. Morem tamen iſtum, non improbandum, ad luxuriem & oſtentationem, quæ multa optimè inſtituta depravat, ambitio deflexit. Id animadvertere licet ex ſecundo Joſephi de bello Judaïco, cap. 1. ubi de Archelai magnificentia ita loquitur: πενθήσας γὰρ ἑπτὰ ἡμέρας τὸν πατέρα, καὶ τὴν ἐπιτάφιον ἑστίασιν πολυτελῆ τῷ πλήθει παρασχὼν (ἔθος δὲ τοῦτο παρ' ἰουδαίοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑστιᾷν οὐκ ἄνευ ἀνάγκης. εἰ γὰρ παραλίποι τις, οὐχ ὅσιος) μεταλαμβάνει ἐσθῆτα λευκὴν, &c. *Quum patrem ſeptenos dies luxiſſet, populoque epulum funebre magnificum præbuiſſet, (mos ille multis apud Judæos inopiæ cauſa exiſtit; dum plurimi convivio excipiuntur, neque ſine neceſſitate. Nam, qui omiſerit, non habetur in pius) albam veſtem cepit, &c.* Vox דרגש quæ in textu noſtro occurrit, per מטה & Chald. ערסא i. e. *torus*, *lectus*, à Talmudicis exponitur.

ד ומוציא למלחמת הרשות על פי בית דין של
שבעים ואחד ופורץ לעשות לו דרך ואין ממחין
בידו דרך המלך אין לה שיעור וכל העם בוזזין
ונותנין לפניו והוא נוטל חלק בראש לא ירבה
לו

4. In bellum arbitrarium educit ex ſententia conſilii magni: diruit, nemine intercedente, faciendi itineris cauſa: via regia æſtimationem non habet: Totus populus ſpolia hoſtibus detracta ipſi offert, unde princeps (13) partem capiat. *Ne multiplicet ſibi uxores*, ultra octodecim. Rabbi Jehuda:

להן עוד אחד זה פוסל דיינו של זה וזה פוסל דיינו
של זה ד"רם וח"כא אימתי בזמן שמביא עליהן ראיה
שהן קרובין או פסולין אבל אם היו כשרין או מומחין
אינו יכול לפוסלן זה פוסל עדיו של זה וזה פוסל
עדיו של זה דברי רבי מאיר וחכמים אומרין אימתי
בזמן שהוא מביא עליהן ראיה שהן קרובין או פסולין
אבל אם היו כשרין אינו יכול לפוסלן :

adſciſcant. Pars quæque judicem ab adverſario delectum repudiandi jus habet: ait R. Meïr. At Sapientes: Quando? Si demonſtret argumento certo, eos ob propinquitatem vel aliam juſtam cauſam ad judicium haud idoneos eſſe. Quæ (3) ſi nulla ſit, aut etiam hi ex probatis ſint, rejici non poſſunt. Hic illius teſtes repudiat: verba R. Meïr. Sapientes: Quandonam hoc obtinet? Si probetur, eos propinquos, aut alioquin ad teſtandum ineptos eſſe. Quod ſi nihil tale ſit, rejici haud queunt.

R. OB. DE BARTENORA.

וזה בורר לו אחד *Hic ſibi deligit unum*, unus e partibus litigantibus deliget ſibi unum arbitrum ut ipſum judicet, & cauſam ipſius tueatur; ſic etiam ſecundus ſibi eliget arbitrum, & duæ litigantes partes ſibi alium tertium eligent arbitrum, & hoc modo vere procedet juris caſus, nam adverſarii accipient judicium & dicent quod ipſos vere judicaverunt, quia is qui condemnatus eſt dicet, ego ipſe elegi unum, & ſi ille meam defendere potuiſſet cauſam, defendiſſet, & tertio judici facile eſt amborum jus tueri, eo quod ambo ipſum elegerunt.

וחכמים אומרים שני דיינין בוררין להן עוד אחד *At Sapientes dicunt, duo judices inſuper tertium adſciſcunt*, adverſariis inſciis, ne tertius ille ſe inclinet ad aliquem eorum; deciſio eſt juxta Sapientes. וזה פוסל דיינו של זה *Hic ineptum declarabit judicem illius*, & dicere poteſt, non judicabor a judice illo quem tu elegiſti. בזמן שהביא עליהן ראיה *Quando adduxeris ſuper illis probationem*, nam hic probavit de judice quod alter ipſum elegit, ut hoc modo ipſum illegitimum declarat.

אבל אם הם כשרים ומומחים *Sed ſi illi fuerint legitimi & periti*, vult, ſi legitimi fuerint, ut non ſint conſanguinei aut illegitimi teſtes, etiamſi fuerint infimi generis homines, tamen ſunt inſtar peritorum, & repudiari nequeunt; deciſio juris in hoc caſu, eſt talis, quod ſi adverſarii aliquem adſciverint arbitrum qui eos judicet, ſive unum, ſive multos, & is cauſam eorum defenderit, & ſententiam pronunciaverit, judicium ipſius ratum eſt, & non audent ſe illi opponere, etſi a multis non approbatus ſit. Verum ſi conſtiterit quod erravit, & in rebus Miſnicis, aut in re quæ attinet Gemaram, res redit in eum ſtatum in quo antea fuit, & de illa judicant juxta naturam juris, & ſi non poterit judicium diſſolvi, ut, ſi is qui nummos receperit, contra jus falſque profectus fuerit ad urbem maritimam, judex liber eſt a ſolvendo, quia talem judicem in ſe receperunt, nam etſi in cauſa damni fuerit, tamen non intendunt damnum. At ſi erraverit in re quæ intellectum attinet, quæ eſt ejuſmodi res de qua diſſentiunt doctores Tannaim, Emoraim, & Geonim, & communem opinionem ſecutus fuerit juxta eorum mentem. & jus dixerit juxta ſententiam alicujus Sapientis quem ſequi non oportebat, ſi non acceperit dederitque manu ſua, irritum eſt judicium; & ſi illud reddere non poterit, ſolvet e re ſua familiari. Verum ſi acceperit & manu dederit, id quod factum eſt, factum eſto, & ſolvet e ſua re domeſtica. Cæterum arbiter qui ab adverſariis non receptus eſt, ſed ſe ipſum obtulerit, aut a rege conſtitutus, vel ab Eccleſiæ ſenioribus, niſi a multis approbatus fuerit, etſi a principe captivitatis veniam petierit, tamen judicii illius non habetur ratio, ſive erraverit, ſive non erraverit, & non ingreditur rationes judicum, ſed tyranni; & quilibet adverſarius, ſi judicium illius deſtruere velit, & coram Synedrio judicare, & ille erraverit & non acceperit, & manu dederit, ſequetur judicium ejus. Cæterum ſi diſſolvi nequeat, ſolvet e ſua re domeſtica juxta jus illius qui damni cauſa fuit; at ſi ſumpſerit & manu dederit, ſolvet e ſua re domeſtica, & recipiet denuo ab illo homine cui contra jus dedit. Qui vero probatus eſt a multis, & ab adverſariis receptus, aut a principe captivitatis veniam petiit, etſi eum non receperint adverſarii, quandoquidem eſt מומחה *Probatus*, ſi erraverit tam in rebus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio illius quod Sapientes dicunt duos aſciſcere tertium eſt, quia judex qui elegit unum e duobus litigantibus, cauſam illius tuebitur; ſic etiam ſecundus judex tuebitur cauſam alterius partis a qua electus eſt, & tertius in alterutram partem decidet, & non inclinabit in ullam partem, quia neutra pars illum elegit. Cæterum controverſia inter R. Meyrum & Sapientes non eſt de judicibus probatis & Sapientibus, ſed de iis qui non ſunt מומחים *Probati*, nam R. Meyr dicit. quandoquidem illi non ſunt probati, eorum judicio obmurmurare poteſt is ad quem cauſa pertinet. Sapientes dicunt, quandoquidem illi judices legitimi ſunt, habendi ſunt ut probati & repudiari nequeunt. Id autem quod Sapientes dicunt, *ſi legitimi & probati fuerint*, vult, perinde ac ſi dixiſſent, ſi fuerint legitimi, ſunt ſicut approbati, qui nequeunt improbari. Ea vero quæ Gemara in tota hacce dicit, hæc ſunt, quando partes litigantes ſibi elegerint judices, & judicium eorum acceperint, etſi illi judices non ſint probati ſed idiotæ, judicium tamen eorum ab illis receptum ſit, niſi in jure erraverint, quod tum irritum reddi poteſt. Verum in errore judicum in cauſa juris diverſi dantur modi, quorum hic non eſt loci; & ſi adverſarii non elegerint hoſce judices, neque acceperint, ſed illi ex ſe ipſis judicare voluerint, vel ſi illos conſtituerit rex, vel dominus aliquis, vel ſenior eccleſiæ, at non eos elegerint adverſarii, judicium eorum ratum eſt, quoniam non erarunt, ſicuti expoſuimus.

Senſus מומחים *Expertorum* in elligendus eſt de Sapientibus Legis, & in ejuſdem locis exponendis, verſatis, & unam rem elicientibus ex alia (ſicuti exponitur in Gemara) אנא דגמירנא וסבירנא id eſt, *ego novi & Legem oralem in memoria habeo*, & qui hinc inde e S. Scriptura varia argumenta elicere poſſunt. Quicunque autem tali homini ſimilis eſt, etiam ſolus poteſt, licet a ſummo judice in captivitate non petierit veniam, dummodo de illius ſcientia populo conſtiterit; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, מומחה לרבים *Probatus a multis*, ſi vero non ſit talis probatus, judicium illius non eſt ratum, etſi vere & rite judicaverit, & a ſummo judice ſub captivitate veniam petierit, tamen ipſi non eſt poteſtas adverſarios ad judicium ipſius obligare, & is quem judicavit, non tenetur accipere judicium ipſius. Sed ſi מומחה a præſide congregationis ſub captivitate veniam petierit, partes litigantes judicare poteſt, ſive hoc fiat earum conſenſu, ſive non, & nullus Iſraëlita judicium illius declinare poteſt in terra Iſraëlis. Sic etiam ראש ישיבה *Præſes conſeſſus* partes litigantes judicare poteſt, etſi noluerint: at hoc in terra Iſraëlis tantum; & hæc dicenda erant in hocce caſu.

וזה פוסל עדיו של זה וזה פוסל עדיו של זה *Hic repudiabit teſtes illius, & ille repudiabit teſtes hujus*, non eſt hæc controverſia R. Meyri cum Sapientibus de eo qui duos adduxerit teſtes de re aliqua teſtaturi, nam adverſarii eos renuent, & ipſum audient; quandoquidem hoc clarum eſt quod non audient ipſum niſi probaverit eos eſſe propinquos, aut teſtes ineptos. Sed controverſia R. Meyri cum Sapientibus hæc eſt, ſi Ruben ad jus citaverit Simeonem quod nummos ipſius poſſidet, & Ruben duos adduxerit teſtes qui teſtati ſunt rem ita ſe habere ſicut ipſe dixit, & poſtea etiam duos alios adduxerit qui etiam juxta teſtimonium duorum priorum teſtati ſunt. ſi Simeon dixerit, hi qua-

tuor

bus Miſnicis quam in conſiderationibus intellectus, & ſententiam ſuam retractare non potuerit, liber eſt a ſolvendo. Sed probatus qui a principe captivitatis veniam petiit, vi conſtringere poteſt adverſarios volentes nolentes, tam in terra Iſraëlis quam extra terram Iſraëlis; at qui a principe terræ Iſraëlis veniam petiit, tantum in terra Iſraëlis adverſarios conſtringere poteſt. מומחה enim is eſt qui in Lege ſcripta verſatus eſt, & in Lege orali, & per varias conſequentias rei veritatem elicere novit; & quando aliquam inter ſuos coætaneos comparavit famam, vocatur מומחה לרבים *Probatus a multis*, & ſolus judicare poteſt ſine venia a principe captivitatis impetrata. זה פוסל עדיו של זה *Hic repudiat teſtes illius*, controverſia R. Meÿri & Sapientum exponitur in Gemara hoc ſenſu, ſi is qui alium expoſtulat, dixerit, duo mihi teſtium conſortia ſunt in hac re, & primum adduxerit conſortium, & adverſarii dixerint quod non ſunt legitimi teſtes; R. Meyr dicet, quod ille & illi repudiari poſſunt, ſed quod hoc non attinet teſtimonium, quia adverſarius dixit quod ei aliud quoque teſtium conſortium erat, quod ſi quæſiverit & non invenerit, perdet. Sapientes putant, quod, etſi in principio dixerit, ſunt mihi duo teſtium conſortia, denuo dicere poteſt, non ſunt mihi præter hos, quomodo fiet ut is qui eos infirmare velit, teſtimonium illius tangat, & non ſint illegitimi illius dicto; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

tuor teſtes inepti ſunt, R. Meyr reſpondet, quod ipſum audiunt, & quod Rubeni dicimus, proba quod legitimi ſunt, nam non opus erat unum teſtem poſt alium adducere ſuper eadem re, ſed quia noſti quod inter eos nemo erat qui ad teſtimonium legitimus erat, & nos ignoramus quinam ſint legitimi, an primi, an vero ſecundi, idcirco tibi nonnullos legitimos approbare incumbit. Sapientes putant nihil referre quod unum poſt alterum adduxit teſtem, quia id non fecit eo quod unus eorum eſt illegitimus, ſed ad rationes ſuas eo magis confirmandas, & ad demonſtrandum quod res multis innotuit, & non audiunt Simeonem, niſi rem declaraverit quod in perſonis illis continentur illegitimi; deciſio eſt juxta Sapientes in omnibus.

COCCEJUS. §. 1. Nam is arbiter, qui à quolibet litigantium conſtitutus fuerit, ipſius, à quo nominatus eſt, cauſam tuebitur (יהפך בזכותו) ideò communi conſenſu tertium adſciſcunt, qui in alterutram partem decidat. ומה יצא הדין לאמתו רצ״ית: בעלי דינין לדינם ואמרי קושטא קא דייני לן שאנו הנודרים אותם! *atque hac ratione ſententia aqua & juſta exſiſtet. Nam auſcultabunt litigantes judicio illorum, dicentque: Rectè nobis pronunciarunt. Nam ipſi nos in illos compromiſimus.*

2. Neſciis partibus, ne ipſius in hanc quam in aliam potius partem favor propendeat.

3 אם היו כשרים *Si idonei fuerint.* Si neque ob propinquitatem, neque ob aliam cauſam rejici poſſint, habentur ad judicandum idonei, licet fuerint homines *ἀγροὶ & ἀπαρχλοι*, quos vocant יושבי קרנות.

ב אמר לו נאמן עלי אבא נאמן עלי אביך
נאמנין עלי שלשה רועי בקר רבי מאיר אומר יכול
לחזור בו וחכמים אומרים אינו יכול לחזור בו היה
חייב לחבירו שבועה ואמר לו דור לי בחיי ראשך
רבי מאיר אומר יכול לחזור בו וחכמים אומרים אינו
יכול לחזור בו:

2. Si ita dixerit: *Ego cauſam vel patri meo vel etiam tuo detulero fidens: imo etiam tribus bubulcis*; R. Meïr cenſet eum retractare poſſe: negant Sapientes. Si quis alteri teneatur juramentum præſtare, iſque ei ſic dixerit: *vove mihi per vitam capitis tui*; R. Meïr cenſet, eum poſſe retractare: (4) negant Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

נאמן עלי אבא *Fide dignus mihi eſt pater meus*, ut ſit judex, etſi juxta Legem ſit illegitimus judex ad me judicandum reſpectu abſolutionis & condemnationis, ſicuti dicitur 2 Chron. 25.4. :לא יומתו אבות על בנים נאמנים עלי ג׳ רועי בקר *Tres bubulci mihi fide digni ſunt*, ſcil. ad judicandum, nam paſtores jumenti legitimi ſunt ad teſtandum. רבי מאיר אומר יכול לחזור בו *R. Meyr dicit quod retractare poteſt* etiam poſt juris ſententiam & poſtquam judex acceperit teſtimonium, & dixerit, *tu N. abſolutus es. Non poteris retractare*, poſt ſententiam juris Sapientes tantum contrarii ſunt R. Meyro, nam ſi id eſſet ante ſententiam juris, Sapientes concedunt R. Meyro quod retractare poteſt; ſic etiam ſi ab illo acceperit קנין, quod talis hominis teſtimonium in ſe recepit, aut talis hominis judicium, etſi fiat ante ſententiam juris, tamen retractare nequit, nam poſt קנין nihil ſit; & ſic deciſio eſt. *Jura mihi per vitam capitis tui*, & tum dabo tibi id quod a me petis; nam non requiritur ut dicat, ego condono tibi id quod eſt in poteſtate tua; & ſi ei juraverit, aut קנין ab illo ſumpſerit, etiamſi nondum juraſſet, retractare nequit, juxta opinionem Sapientum; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia inter R. Meyrum & Sapientes intelligenda eſt poſt ſententiam juris, & ſententia juris dicitur poſtquam judex teſtimonium acceperit, & dixerit, *tu N. cauſam tuam adeptus es, at tu N. condemnatus es*, verum antea ſententiam ſuam revocare poteſt, etiam ſecundum opinionem Sapientum. Et ſi קנין *Pignus* ſumpſerit, quod in ſe iſtiuſmodi hominis teſtimonium recepit, ſuam nequit retractare ſententiam, vel judicium ejuſdem revocare. Nam Sapientes dicunt, poſt קנין nihil fit; neque differentia eſt, ſive dixerit ei, jura mihi per vitam capitis tui, & dabo tibi id quod a me petis, quoniam ipſum adjuravit judex eo quo ipſi dixit modo; aut ab ipſo ſumpſerit, קנין, quod jurejurando illius contentus erat, ſententiam ſuam revocare nequit.

COCCEJUS. §. 4. Quo ſenſu hoc capiendum ſit, diſputatur in Gemara. Alii ajunt: לפני גמר דין אבל לאחר גמר דין ד״ה אין יכול לחזור בו i. e. *Diſſenſio eſt, utrum ante conſummationem judicii* queat retractare. *Nam poſt eam, indubium eſt apud omnes, retractare non poſſe.* Alii diſſenſionem eſſe ajunt, poſt conſummationem judicii. Alii utroque caſu: alii כמחול לך: alii כאתן לך, Illud eſt, quum accuſator ait: *Si vel iſto judice, quamvis inidoneo, vel iſtis teſtibus, ſecundum te pronuncietur: remiſſum tibi eſto debitum.* Poſterius autem, ſi accuſatus dicat: *Si vel patre tuo judice, vel fratre tuo teſte cauſam obtinueris, ſolvam tibi*: alii in utroque caſu. Denique alii dubitationem eſſe in eo aſſerunt, poſſit ne ante ſtipulationem (quam vocant קנין) quum pars adverſa v. g. קנה מידו של תובע *adegit agentem, ut manu data ſibi firmaret, ſtaturum eum iſthoc judicio.* Quid autem fit גמר דין declarat Majemonides his verbis: לאחר שיקבל הדיין העדות ויאמר איש פלוני אתה זכאי איש פלוני אתה חייב: *poſtquam, auditis teſtibus, judex pronunciavit reo hunc liberum, alterum ſontem.* Atque illud extat in Gemara fol. 6. pag. 2.

ג ואלו הן הפסולין המשחק בקוביא ומלוים ברבית ומפריחי יונים וסוחרי שביעית אמר רבי שמעון בתחלה היו קורין אותן אוספי שביעית משרבו האנסין חזרו לקרותן סוחרי שביעית אמר רבי יהודה אימתי בזמן שאין להן אומנות א״א הוא אבל יש להן אומנות בלא הוא כשרין :

3. Iſti (5) rejectanei ſunt: (6) aleator, (7) fœneratores, qui (8) columbas volare docent: nundinatores fructuum (9) anni ſeptimi. R. Simeon: Quondam (10) coactores fructuum ſeptimi anni indigitabantur; poſtquam (11) afflictiones creverunt, nundinatores. R. Jehuda: Quando hoc obtinet? Si non aliam artem exerceant. Sed ſi, præter hanc, aliam artem colant, idonei ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו הן הפסולין *Et iſti ſunt rejectanei*, ad judicandum & ad teſtandum. המשחק בקוביא *Qui ludit aleis*, illegitimus eſt ad teſtandum, quia non occupatur in re quæ ad conſervationem mundi attinet, prohibitum enim homini eſt in aliqua re occupari quæ neque Legis ſtudium neque opera caritatis promovet, vel neque artes quæ ad conſervationem mundi pertinent.

ומלוים ברבית *Et fœneratores*, tam is qui mutuo dedit, quam is qui mutuo accepit, illegitimus eſt, nam fundamentum nobis eſt quod tam is qui mutuo dat quam is qui mutuo accipit tranſgrediuntur præceptum negans. ומפריחי יונים *Et qui columbas volare docent*, nonnulli exponunt quod ſit modus ludendi, nimirum, ſi quis alii dixerit, ſi columba tua anteverterit meam, dabo tibi tantam pecuniæ ſummam; alii exponunt, quod columbas ſuas docet alias invito allicere, & hoc incurrit peccatum furti, pacis gratia, ſed non eſt furtum perfectum.

וסוחרי שביעית *Et anni ſeptimi fructuum venditores*, qui illis fructibus mercaturam exercent; at Lex dicit Levit. 25. והיתה הארץ להם לאכלה Ergo ad comedendum, & non ad negotiandum. *Dixit R. Schimeon, in principio* &c. in Gemara R. Schimeonis verba hoc ſenſu exponuntur, *in principio fructuum collectores anni ſeptimi vocabant*, id eſt, anni ſeptimi fructuum collectores ad teſtimonium dicendum illegitimi erant, uti ipſi mercatores fructuum anni ſeptimi, ab eo tempore quo tyranni gentiles multiplicati ſunt qui pro tributo regis petebant quotannis tot proventus modios, ita ut Iſraëlitæ cogerentur anni ſeptimi fructus colligere ad tributum regis ſolvendum, tum denuo dixerunt quod mercatores fructuum anni ſeptimi tantum illegitimi ſunt; ſed anni ſeptimi fructuum collectores ad tributum regis ſolvendum ſunt legitimi ad teſtandum, eo quod pro ſeipſis non colligunt; & deciſio juris eſt, quod quiſquis commiſerit peccatum, ob quod ex auctoritate Synedrii condemnatus eſt mortis, aut exciſionis, aut flagellationis, illegitimus ſit ad teſtimonium, nam mortis reus vocatur רשע *Improbus*, uti ſcriptum eſt Num. 35. 31. אשר הוא רשע למות Et de iis qui flagellationis condemnati ſunt extat Deut 25. 2. והיה אם בן הכות הרשע Et Exod. 23. 1. dicitur אל תשת ידך עם רשע להיות עד חמס Quæ verba exponimus eo ſenſu quod teſtis improbus non teſtabitur. Si vero flagellatus fuerit, fit denuo legitimus, eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 3. ונקלה אחיך לעיניך etiamſi enim flagellatus ſit, tamen eſt inſtar fratris tui; & ſi nefario ſumpſerit bona, quamvis propterea non ſit condemnatus mortis, neque flagellationis, nihilominus tamen ad teſtandum illegitimus eſt, ut, ſi ſit fur, aut raptor, & qui fœneratur. Verum ſi bona ſumpſerit quæ ex prohibitione Sapientum vetita ſunt, illegitimus eſt ad teſtandum ex prohibitione Sapientum, cujuſmodi ſunt ii qui columbas volare docent, aut quicquam violenter arripiunt, & pretium illius ſolvunt, licet ipſe poſſeſſor id vendere nequeat, ſic etiam exactores & tranſgreſſores qui pro ſeipſis rapuerunt, nec non ii qui ab idololatris publice acceperunt eleemoſynam, hi omnes & iis ſimiles ex prohibitione Sapientum ad teſtandum illegitimi ſunt; & teſtimonium illorum non eſt illegitimum, niſi dum ſuper illis conclamatum ſit, & rem publicent. Verum ii qui ex Lege illegitimi ſunt ad teſtimonium, non ſunt conclamandi; & omnes illi qui e Lege vel conſtitutione Sapientum ſunt illegitimi, ſi de illis conſtiterit quod perfectam egerunt pœnitentiam, & quod reſtituerunt bona quæ vi rapuerunt, & firmiſſimis teſtimoniis fidem fecerunt quod in poſterum non peccabunt, demo fiunt legitimi. Aleatores vero, etſi non com-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoniam auctor ſuperius dixit, ſi unus eorum fuerit propinquus aut illegitimus, ideo hic exponit quinam ſit propinquus, & quinam ſit illegitimus, & dicit, המשחק בקוביא *Qui aleis ludit*, hic eſt luſus ſatis notus & dictus נרד (שרטנג qui ea ſit conditione ut pecuniam apponant ei qui talem artem perficere auſus eſt, & is recipiat pecuniam illam ea qua convenerint conditione in illo luſu; & hoc prohibitum eſt, quia operam dat rei quæ non conducit ad conſervationem mundi. Nam unum eſt e fundamentis Legis, quod nemini licet in hoc mundo operam dare præterquam uni ex hiſce duobus nimirum, vel Legi, ut anima ipſius perfectior reddatur in Sapientia, vel tali operi quod ad conſervationem mundi prodeſſe poteſt, vel in artibus aut mercaturis, quibus & parce operam dare oportet, ſed præcipue Legi, ſicuti Sapientes noſtri dixerunt, הוי מעט בעסק ועסוק בתורה *Parcus eſto in negotiis, ſed Legi operam dato.* Jam redibo ad Miſnam, quæ dicit. ומלוים ברבית *Et qui fœnore operam dant*, tam is qui mutuo dat quam is qui mutuo accipit ineptus eſt ad judicium.

ומפריחי יונים *Et qui columbas volare docent*, hi pecuniam accipiunt quæ ad *ipſos non pertinet*, quia maſculos alliciunt ope fœmellarum, & contra, ſicuti notum iis qui huic rei ſtudent. Cæterum verba R Simeonis tibi hoc ſenſu exponam, nempe, quod in principio illegitimi ad judicium habebantur ii qui anni ſeptimi fructus divendebant, vel colligebant; quando autem gentes prævaluerunt & in Iſraëlitas tyrannidem exercuerunt, eoſque cogebant quotannis ipſis ſuppeditare edulia, Iſraëlitæ eò pervenerunt ut anni ſeptimi fructus collegerint, eoſque Regi in tributum contulerint, & hinc dixerunt, quod venditores anni ſeptimi fructûs ad judicium legitimi erant, quoniam pro ſe ipſis non colligebant iſtos fructus, ſed quod anni ſeptimi fructus pro mercatore tantum illegitimi erant, & hoc eſt quod auctor vult, quando dicit, כשרבו אנסין חזרו לקרותן סוחרי שביעית *Quando multiplicati ſunt tyranni, denuo eos vocaverunt anni ſeptimi fructuum mercatores*. id eſt, denuo dixerunt, quod ejuſmodi mercatores tantum illegitimi erant ad teſtandum; & multa alia quæ omnia exponere, opus nimis prolixum foret. Verum hic tibi dabo fundamenta maximam horum caſuum partem continentia, nempe, quòd quiſquis crimen aliquod commiſerit ob quod condemnatus eſt flagellationis, illegitimus eſt ad teſtandum, etſi in delicto illo non contineatur conſideratio nummorum, ut, ſi quis ederit carnem cum lacte, aut de cadavere comederit, aut angulum barbæ detonderi præceperit, aut veſte lana & lino conſtante uſus fuerit, & id genus alia, nam Lex omnem illum qui flagellationis reus eſt, vocavit רשע *Malum*, ſicuti dicitur Deut. 25. 2. והיה אם בן הכות רשע Et cavit etiam Lex ne a *malo* teſtimonium recipiamus, ſicuti dicitur Exod. 23. 1. Et hinc traditione elicimus malum ad teſtimonium non eſſe adhibendum, poſtquam autem flagellatus fuerit, denuo ad teſtandum legitimus ſit, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 3. ונקלה אחיך לעיניך Etiamſi igitur flagellatus ſit, nihilominus tamen eſt frater tuus; & hoc primum fundamentum eſt. Secundum eſt, quod quiſquis nefario bona rapuerit, etiamſi non condemnatus ſit flagellationis, illegitimus ſit ad teſtimonium, ut, fur, & violentus, & is qui fœneratur; & in conſideratione de nefario rapiendis bonis continentur etiam ii qui columbas volare docent, violenti, & tributorum exactores, tranſgreſſores, paſtores, & ii qui ab idololatris eleemoſynam petunt; nam exactores ſibi ipſis exigere ſolent, & ſic etiam tranſgreſſores; & tributorum exactores atque paſtores lucrum quoque ſuum

commiſerint furtum, nequidem ex conſtitutione Sapientum, ad teſtimonium illegitimi ſunt, quia non occupantur in eo quod attinet conſervationem mundi, & illis non ſit timor Dei; & hoc intelligendum eſt quando nulli alii artificio operam dant præterquam huic, ſicuti dicit R Jehuda, & ſic deciſio eſt. Et quando denuo recipiuntur? Quum aleas ipſorum fregerint, & in ſe receperint quod ne quidem gratis ludere velint.

ſuum ex agris capiunt; eleemoſynam gentilium ſi quis Iſraelita comedat publice ſine neceſſitate, peccavit. Sed illi ex conſtitutione Sapientum ad teſtimonium illegitimi ſunt, idcirco non confirmatur in illis ineptitudo qua teſtimonium illorum ſit ineptum, niſi poſtquam interrogati ſint, & homines ſciant quod ſunt inepti; qui vero ad teſtimonium dicendum illegitimi ſunt ex Lege, ii non ſunt interrogandi; ſed teſtis mendax ad teſtandum ineptus eſt, quia aliquando flagellationis condemnatus eſt, aliquando autem ſolutionis, ſicuti expoſitum eſt capite tertio Cetuboth. Neque neceſſum eſt ut dicamus, quod ii qui peccatum a Synedrio morte piandum commiſerunt, illegitimi ſunt, etſi vocentur *mali*, & hoc eſt quod Lex dicit Num. 35. 31. אשר הוא רשע למות Cæterum reductio illa, qua illi qui ſunt e ſecundo genere, fiunt denuo legitimi, eſt, ut reſtituant bona quæ invitis poſſeſſoribus nefario abſtulerunt, &, ſi poterint, requiritur ut ipſam rem quam abſtulerant, reddant, & poſtquam penitus abſtinuerint a malis operibus, imo vero per modum permiſſionis, ut, ſi uſuram quam ſumpſit, reddiderit, & nullatenus de uſura contrahat, ne quidem cum gentili, etſi id licitum ſit; aleator autem non ludet aleis, etſi id fiat ſine conditione nummorum, neque columbas volare docebit, iiſve operam dabit, etſi id fiat in deſerto, ubi non timendum eſt de furto vel rapina; & hoc modo conſequentiam facies in cæteris. Quando autem de uno eorum conſtiterit quod pœnitentiam egit, & hoc de ipſo teſtati fuerint teſtes, quod ille quidem occaſionem perpetrandi hoc malum habuerat, ſed quod noluerat, denuo fit legitimus; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 5. Ut eſt in Thoſiphta, כל פסולי דכהניתא פסולי דרבנן נינהו *omnes qui hic rejectanei cenſentur, decreto Rabb. tales ſunt.*

6. Rationes alii alias reddunt in Gemara. Prima hæc eſt: משום דהויה אסמכתא ואסמכתא לא קניא i.e. *quia fortuna res geritur. Jam ſors non acquirit.* i. e. Ideo ſolet quis aſſentiri conditionibus luſûs, quia putat ſe victurum. אסמכתא David de Pomis: נדר או בטחון נכוב וריק *votum aut fiducia inanis & temeraria.* Nam ubi dominii mutatio non fit ex pleno conſenſu, ſed domino q. invito; rapina eſt. Alia: שאין עסוקין בישוב העולם, *quoniam non dant operam publico commodo.* Interdictum autem eſſe ajunt, niſi vel legi vel mercaturæ vel alii ſtudio aut artificio in commune utili incumbere. Hinc alii dicunt, ſi aliam præterea artem exerceat, à judicio agendo vel teſtimonio dicendo non arceri.

7. Atque idem ſtatutum eſt in eum, qui fænore accipit pecuniam. Utrumque enim habent, quaſi ſignatis tabulis abnegaret Deum Iſraëlis. *vide in Baba Mezia. cap. 5.*

8 Qui columbas ad volatus certamen edocent, quique item columbas illices alunt. *vide Scal. ad Manil. lib. V. pag.* 437. 438. Hi tamen omnes, ſi deſiſtant incepto, admitti deinceps poſſunt. Hinc aleatorum tum probari reſipiſcentiam ajunt, quando, fractis fritillis, ne pro nihilo quidem ludunt: & fæneratorum, משיקרעו את שטריהן וחוזרו בהן חזרה גמורה אפילו בנכרי לא מלוו *quando, conceptis codicillis, ita incipiunt averſari priſtinum morem, ut ne apud alienigenas quidem fænore occupent pecuniam ſuam.* Et ſic de cæteris.

9. Qui ad uſum, non ad quæſtum conceſſi ſunt.

10. Primò collectores in nulla ſuſpicione erant: ſed poſtquam inventi ſunt, qui, datâ pauperibus pecunia, colligendas fruges curarent quæſtus & lucri gratia, id nominis ſortiti ſunt: habitique utrique inteſtabiles. Quanquam alii aliter hæc explicant.

11. Quum exactores, Regum externorum edicto, certam frumenti ſummam ex agris cogerent. Qua neceſſitate compulſus R. Jannæus edictum propoſuit; פוקו וזרעו בשביעית משום ארנונא i.e. *Exite, ſeminate anno ſabbatico tributi nomine*, tum cœpti ſunt *collectores* admitti, ſoli verò nundinatores arceri. His enumeratis in Gemara adduntur, גזלנין, חמסנים (*i.e. qui, depenſa pecunia, rem non venalem, invito domino, auferunt*) paſtores, הגבאין & המוכסין. Primi quod nihil non vel lucri vel libidinis cauſa videantur facturi. Paſtores, quod deprehendantur pecora in alienos agros inigere. Tributorum exactores & telonas quod attinet מעיקרא כבור מאי דקיץ להו קא שקלי כיון דחזו דקא שקלי יתירא פסלינהו *Principio præſumebant, eos, quod fixum ipſis eſſet, capturos: poſtquam autem animadverſum eſt, amplius illos auferre, rejecti ſunt à judiciis.* Atque adeò tantum valuit contra hos ſuſpicio, ut, ne tum quidem, quando reſtituiſſet publicanus id, quod injuria abſtulit, ad teſtimonii fidem admitteretur; tum quia ignorare, cui debeat reſtituere, præſumitur; tum quia, dum verſatur in illo munere, tanquam ad ingenium rediturus ſuſpectatur, ut docet Thoſiptha. Præterea de his, (qui ſcil. ſunt פסולי דרבנן i.e. *decreto Magiſtrorum rejectanei:* non דאורייתא. i.e. *legis* præſcripto) additur: כלן צריכין הכרזה בבית דין חוץ מפלגי בית *requiri, ut pronuncientur ex judicum ſententia infames: de paſtore tamen diverſum ſentiri.* Item addunt: אוכלי דבר אחר פסולי לעדות Id in gloſſa explicatur; *qui accipiunt à Samaritano eleemoſynam.* neque enim דבר אחר hic poteſt eſſe חזיר *porcina*; ut animadvertit Thoſiphtha. Atque hi quidem omnes ad teſtandum non admittuntur, at non ſoli; Sed multi præterea, qui tamen plerique omnes his duabus regulis continentur, quas tradit hic Majemonides: *I. Quicunque dignum fuſtigatione crimen patraverit*; etiamſi in illo ad lucrum quæſtumque nullus reſpectus ſit, ut, qui carnem in lacte comedit, heterogeneis veſtitur &c. Ratio hæc eſt; quod omnis flagellationis damnas, רשע à lege dicitur. Attamen hi quoque pœna perſoluta, in dignitatem priſtinam poſtliminiò reſtituuntur. *II. Quicunque per nefas pecuniam ceperit*, licet flagellationis damnas non ſit, inteſtabilis eſt.

ד ואלו הן הקרובים אחיו ואחי אביו ואחי אמו
ובעל אחותו ובעל אחות אביו ובעל אחות אמו
ובעל אמו וחמיו וגיסו הן ובניהן וחתניהן וחורגו לבדו
אמר רבי יוסי זו משנת רבי עקיבא אבל משנה
ראשונה דודו ובן דודו וכל הראוי ליורשו וכל הקרוב
לו באותה שעה היה קרוב ונתרחק כשר רבי יהודה
אומר אפילו מתה בתו ויש לו בנים ממנה הרי זה
קרוב:

4. Hi cenſentur ex (12) propinquis: frater, patruus, avunculus, ſororius, maritus amitæ & materteræ, vitricus, ſocer, (13) uxoris ſororis vir. ipſi nempe cum filiis & generis ſuis: at privignus ſolus. R. Joſe ait, hanc eſſe R. Akibæ δευτέρωσιν: Miſnam a antiquam ſic habuiſſe: Patruus, patruelis, & quicunque hæreditatem ejus adire poteſt; & quicunque illi affinis eſt ipſo illo tempore. Si affinis fuerit, atque (14) ſoluta ſit affinitas, jam habilis eſt. R. Jehuda: nihilominus ſi, mortua filia, filii ex illa ſuperſtitent, propinquus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ובעל אחותו *Et maritus ſororis ejus*, quia maritus eſt inſtar uxoris ipſius. גיסו Et maritus ſororis uxoris ipſius. הן ובניהן וחתניהן *illi & filii eorum & generi eorum*, intelliguntur liberi quos habet affinis e ſorore uxoris ipſius; at ſi habeat liberos ex alia uxore, aut generos qui uxores duxerunt filias, quæ ſunt ei ex alia uxore, non cenſentur propinqui.

חורגו Eſt filius uxoris ipſius ex alia uxore, privignus, is ſolus privignus cenſetur, ſed non filius privigni neque gener privigni; at de uxore privigni non teſtabitur, quia uxor eſt inſtar mariti. Fratres vero inter ſe tam a parte patris quam a parte matris, ſunt primi cum primis; & filii ipſius inter ſe ſunt tertii cum tertiis; at tertius cum primo ad teſtandum ſemper illegitimi ſunt, & non requiritur ut dicamus quod tertius cum ſecundo eſſe debet; verum ſecundus cum ſecundo, nam non requiritur ut ſit ſecundus cum primo, ideo ambo illegitimi ſunt. Et ſicut numeras in maſculis, ſic etiam numerandum eſt in fœminis, & quæcunque uxor illegitima eſt pro te, illius etiam maritus pro te illegitimus eſt, & contra.

אבל משנה ראשונה דודו ובן דודו *Sed Miſna prima ita eſt, patruus ejus, & patruelis ejus*, ſed deciſio non eſt juxta Miſnam primam: וכל הראוי ליורשו *Et quicunque hæreditatem ejus adire poteſt*, hic Miſnæ finis ad R. Akibam pertinet. Et non ad Miſnam primam ſive antiquam. Et quando auctor dicit, *quiſquis ad hæreditatem adeundam aptus eſt*, intelligit propinquos a parte patris, ſed propinqui a parte matris, uti eſt frater matris, non eſt aptus ad hæreditatem illius adeundam, ſed ipſe aptus eſt ad fratris matris ipſius hæreditatem adeundam, & propterea de ipſa teſtari nequit.

היה קרוב ונתרחק *Si affinis fuerit, & poſtea alienatus*, ut, ſi gener illius ſit aptus ad hæreditatem illius adeundam vi uxoris ipſius, & poſtea hæc affinitas diſſoluta ſit antequam hoc venerit teſtimonium, deciſio non eſt a parte R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמיו Eſt pater uxoris ipſius: גיסו Eſt maritus ſororis ipſius: חתנו Eſt maritus filiæ ipſius. הם ובניהם וחתניהם *Illi & filii eorum & generi eorum*, intellige maritos filiarum ipſius, nam maritus filiæ apud patrem æquali gaudet propinquitatis gradu, & quod maritus & uxor ſunt caro una. Sic etiam filius alicujus & gener in eodem ſunt gradu propinquitatis ad teſtandum. Et quod dicimus, filius mariti ſororis uxoris, & gener illius, vult, quod inter ſe propinqui ſunt ad teſtandum, quando filius ille vel filia illa, ſit e ſorore uxoris ipſius. Sed filius mariti ſororis uxoris ipſius, & gener ipſius ex alia muliere quæ non eſt uxoris ipſius ſoror, alienior eſt.

חורגו *Privignus*, eſt filius uxoris e priori marito; & hic propinquus eſt; ſed non filius privigni; neque gener privigni. Præterea neque de re uxoris privigni ipſius teſtabitur, quia illa reſpectu propinquitatis ſe habet ut maritus ipſius. Cæterum fundamentum quod tibi exponam, quinam ſit propinquus ad teſtandum legitimus, & quinam illegitimus; tale eſt; ii qui ex una prima radice conſanguinitatis provenerunt, nimirum fratres, vocantur *primus cum primo*, & unus pro alio teſtari nequit. Secundus gradus eſt, filii ſororum patris inter ſe, aut filii ſororum matris inter ſe; aut filii fratrum matris cum filiis fratrum matris inter ſe; aut filii fratrum patris inter ſe, & vocantur *ſecundus cum ſecundo*, & unus pro altero teſtari nequit. Tertius gradus eſt, quod ſunt filii filiorum fratris cum filiis filiorum fratris, aut ſororis, & vocantur *tertius cum tertio*, & legitime unus pro altero teſtari poteſt. Et ſi teſtimonium tertii cum primo fiat, teſtimonium eorum quoque legitimum, ſicuti eſt teſtimonium alicujus de filio filii fratris ipſius; ſic etiam teſtimonium filii filii fratris de fratre patris patris ipſius, nam teſtimonium ſecundi cum tertio legitimum eſt. Maritus habetur ut uxor ipſius, & contra, reſpectu teſtimonii, ſicuti eſt homo cum marito ſororis, qui eſt primus cum primo, nam maritus reſpectu conſanguinitatis eſt ſicut uxor ipſius. Similiter, homo cum uxore fratris eſt *primus cum primo*. Ratio autem quare hoc non recenſuit Miſna, eſt, quia hoc in Lege expoſitum eſt & nos non colligimus prohibitionem teſtimonii propinqui niſi ex eo quod Deus prohibuit ut pater teſtetur de filio, & contra, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 24. 16. לא יומתו אבות על הבנים id eſt, non morientur patres pro filiorum teſtimonio: וכל הראוי ליורשו *Et quiſquis aptus fuerit ad hæreditatem ejus adeundam*, hæc verba non pertinent ad Miſnam antiquam, ſed finis Miſnæ juxta R. Akibam eſt. היה קרוב ונתרחק *Si eſſet affinis, & poſtea abalienatus fuerit*, hoc modo, ſi uxor illius mortua fuerit, vel eam repudiaverit, & deinde duxerit aliam; deciſio non eſt juxta Miſnam antiquam, neque juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 12. Majemonides hanc halacham ſic explicat: Quis propinquorum de altero teſtimonium dicere poſſit vel non poſſit, hoc fundamento clareſcit: *Qui ex una ſtirpe exierunt, fratres ſcilicet vocantur*, ראשון בראשון *Hi in ſe invicem teſtimonium dicere prohibentur. Atque hic gradus primus eſt. Secundus eſt eorum, qui ex fratribus ſororibuſque nati ſunt. Quos denotant Thalmudici his vocibus:* שני בשני, *Hi quoque adverſus ſe invicem teſtimonium non dicunt. Tertius eſt eorum, qui ex fratrum filiis generantur, quos indigitant:* שלישי בשלישי *Horum teſtimonium admittitur, ut &* עדות שלישי בראשון i. e. *teſtimonium tertii de primo, ut, v. g. nepotis mei de fratre meo, recipitur: & viciſſim. Item* שלישי בשני, *Deinde notandum, quod in teſtimonio dicendo* אשה כבעלה והבעל כאשתו *conjuges eodem loco ſint.*

13. גיסו explicatur בעל אחות אשתו,

14. Per mortem uxoris.

ה האוהב והשונא אוהב זה שושבינו שונא כל שלא דבר עמו ג׳ ימים באיבה אל לא נחשדו ישראל על כך:

5. Amicus atque inimicus. Amicus, ut paranymphus. Inimicus, ad quem tribus diebus verbum non fecerit odii cauſâ. Dictum ei eſt: Hæc (15) ſuſpicio in Iſraëlitam non cadit.

R. OB. DE BARTENORA.

שושבינו idem quod רעהו ſponſi amicus, paranymphus in nuptiis, is illegitimus eſt omnibus nuptiarum diebus. לא נחשדו ישראל על כך *Iſraëlitæ propterea non ſunt ſuſpecti*, ut inimicitiæ vel amicitiæ gratia falſo teſtarentur, & ita deciſio eſt. Sed Sapientes in teſtimonio perhibendo tantum contrarii ſunt R. Jehudæ; Verum in jure dicundo concedunt Sapientes quod illegitimus eſt ad judicandum; nam ſi adverſarius ipſius fuerit, rem illius non promovebit, & ſi amicus illius fuerit, non animadvertet vitia illius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שושבינו *Paranymphus*, uti ſunt ſodalitia quæ amicis faciunt in tempore nuptiarum, deciſio non eſt juxta R. Jehuda; ſed amicus & inimicus uterque legitimus eſt ad teſtimonium, ſed ad judicandum illegitimus eſt, nimirum, quod ei vetitum eſt judicare amicum & inimicum, ipſum odio proſequentem vel amantem. Præterea multi in Gemara veniunt caſus qui hoc fundamentum corroborant, qui non temere rejiciendi ſunt.

COCCEJUS. §. 15. Quod falſum teſtimonium perhibeant in gratiam vel odium alterius.

ו כיצד בודקין את העדים היו מכניסין אותן ומאיימין עליהן ומוציאין את כל האדם לחוץ ומשיירין את הגדול שבהן ואומרין לו אמור האך אתה יודע שזה חייב לזה אם אמר הוא אמר לי שאני חייב לו איש פלוני אמר לי שהוא חייב לו לא אמר כלום עד שיאמר בפנינו הודה לו שהוא חייב לו מאתים זוז ואחר כך מכניסין את השני ובודקין אותו אם נמצאו דבריהן מכוונין נושאים ונותנים בדבר שנים אומרים זכאי ואחד אומר חייב זכאי שנים אומרים חייב ואחד אומר זכאי חייב אחד אומר זכאי ואחד אומר חייב ואחד אומר איני יודע ואפילו שנים מזכין או מחייבין ואחד אומר איני יודע יוסיפו הדיינין :

6. Quomodo examinantur teſtes? Intro vocatis terrorem incutiunt: deinde, exactis omnibus, reliquum faciunt maximum natu teſtium; & ita dicunt illi: *Cedo, qui noſti, hunc illi debere?* Si reſponderit; (16) *Ipſe mihi dixit: Ego iſti debeo:* aut; *Alius id mihi recitavit:* nihil teſtatus eſt: uſque eo dum dicit; *Nobis* (17) *præſentibus faſſus eſt adverſario ſuo, ſe ipſi debere ducentas drachmas.* Poſtea alterum teſtem intro vocatum examinant. Si horum effata conſentire comperiantur, deliberant de cauſa. Si duo ipſum abſolvant, unus condemnet; abſolvitur. Si duobus damnantibus, unus abſolvat, condemnatur. Si unus abſolvat, alter damnet, alter proteſtetur, rem ſibi non liquere; omninoque bini abſolvant vel condemnent, unus hæreat, adduntur judices.

R. OB. DE BARTENORA.

ומאיימין עליהן *Et terrorem illis incutiunt*, notum illis faciunt quod illi ipſi qui teſtes falſos conducunt, poſtea ipſos contemnunt impioſque pronunciant, ſicuti ſcriptum eſt de Naboth 1 Reg. 21. 10. והושיבו שני אנשים בליעל נגדו Nam regis conſiliarii eos conducentes vocabant ipſos. בני בליעל *Filii perverſi.*

הוא אמר לי *Ipſe dixit mihi*, debitor mihi dixit: לא אמר כלום *Nihil dixit*, nam homines dicere ſolent, *ego debeo tali*, ne habeatur dives. הודה לו *Faſſus eſt illi*, ambo coram nobis erant, & ſcopus illius erat confiteri ipſi ad teſtandum in re.

ואחד אמר איני יודע יוסיפו הדיינין *Et unus dixerit, ego neſcio, addunt judices*, & quamvis contradixerit, ceſſabat tamen auctoritas illius eo quod erat unus, quando dicebat, ego neſcio, & cenſetur perinde ac ſi aſſenſus fuiſſet judicio, quo modo fieret, ut per duos judicatus ſit, at requiritur ut tres ſint, idcirco unus addendus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ומאיימין עליהן *Et terrorem illis incutiunt*, teſtimonii gravitatem illis proponunt, atque magnam falſi teſtimonii ignominiam; & gravem pœnam illius qui teſtatur. בפנינו הודה לו *Coram nobis faſſus eſt adverſario*, vult dicere, ſunt mihi teſtes quod mihi centum debet Zuzas, & id genus alia; aut, ille nobis dixit per modum confeſſionis & teſtimonii traditionem. Verum ſi per modum relationis verborum faſſus fuerit coram illis, & non dixerit, ſunt mihi teſtes, id ipſum notatur quando dicit, *ille mihi dixit, ego ipſi debeo*, & hoc teſtimonium nihil prodeſt.

יוסיפו הדיינין *Addunt judices*, duos addunt, & ita ſunt quinque. Et ſi præterea contigerit idem, & duo dixerint; *abſolutus eſt*, & duo dixerint, *condemnatus eſt*, & unus dixerit, *ego neſcio*; aut ſi quatuor dixerint, *abſolutus eſt*, aut, *condemnatus eſt*, & unus dixerit, *neſcio*, alios duos addunt; & hoc modo agebant ſemper, donec eſſet numerus qui ſuam dicebat opinionem, vel major numerus qui contrarium ſtatuebat.

COCCEJUS. §. 16. הלוה is, qui debiti poſtulatur. Cautam addit gloſſa Caph nachas: רגילין אינשי למימר פלוני נושה בי כדי שלא יחזיקוהו עשיר *Solent enim homines dicere; Iſte mihi mutuum dedit: ne divites eſſe probentur.*

17. Ut quidem eò fine nos adhibuerint, atque id à nobis petierint, ut teſtes ejus rei eſſemus. Nam ni ita fiat, poteſt evenire, ut quis, altero rogante, fateatur, ſe in ipſius ære eſſe; qui tamen, de ſolutione compellatus, poſſit excipere: משטה אני בך *jocabar tecum, quum debitum faterer.* Ideò requirunt, ut creditor teſtibus coram debitore: אתם עדיי, *vos mihi teſtes eſtote.*

ז גמרו את הדבר היו מכניסין אותן הגדול שבדיינין אומר איש פלוני אתה זכאי איש פלוני אתה חייב ומנין לכשיצא אחד מן הדיינים לא יאמר אני מזכה וחברי מחייבים אבל מה אעשה שחבירי רבו עלי על זה נאמר הולך רכיל מגלה סוד :

7. Re confecta, partes intro vocantur. Qui natu maximus eſt inter judices, partibus nomine compellatis, alteri quidem ait; *Tu innocens es:* alteri autem; *Tu obligaris.* Quare non licet cuipiam judicum egreſſo dicere: *Ego ſecundum te judicavi, collegæ mei te condemnarunt. Sed quid facerem? Collegæ mei numero me vicerunt?* Hoc qui fecerit, in eum competit illud: Prov. 11. 13. *Qui prodit arcanum, calumniator eſt.*

R. OB. DE BARTENORA.

מכניסין *Intromittunt*, ſcil. partes litigantes, nam poſtquam judices earum audiverint rationes, eas foras exire jubent, ut materiam ventilent, & partes litigantes non audiant quinam judex condemnat, qui vero abſolvit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכניסין *intro vocant*, adverſarios, nam poſtquam judices audiverint eorum rationes, judicant de illis adverſariis foras dimiſſis; ratio eſt, ne alicujus judicis benevolentiam captent quando judicio adſunt; & ne reſciſcat adverſarius quis eum condemnavit, ut judices amentur ab hominibus, & nemo ſciat quis condemnat & quis abſolvit; propterea dixerunt de eo qui ſecretum divulgaverit, & notum fecerit quis condemnavit vel abſolvit, הולך רכיל ומגלה סוד *calumniatorem agit & arcanum aperit:*

ח כל זמן שמביא ראיה סותר את הדין אמרו לו כל ראיות שיש לך הבא מכאן עד שלשים יום

8. Dum quis argumentum dicere poteſt, inſtauratur cauſa. Si edixerint: *Omnes tuas probationes affer abhinc triginta diebus:* ſi attulerit eis trigeſimum

יום הביא בתוך שלשים יום סותר לאחר לי יום אינו סותר אמר רשב"ג מה יעשה זה שלא מצא בתוך שלשים ומצא לאחר שלשים אמרו לו הבא עדים ואמר אין לי עדים אמרו הבא ראיה ואמר אין לי ראיה ולאחר זמן מצא ראיה ומצא עדים הרי זה אינו כלום אמר רשב"ג מה יעשה זה שלא היה יודע שיש לו עדים ומצא עדים לא היה יודע שיש לו ראיה ומצא ראיה אמרו לו הבא עדים אמר אין לי עדים הבא ראיה ואמר אין לי ראיה ראה שנתחייב בדין ואמר קרבו פלוני ופלוני והעידוני או שהוציא ראיה מתוך אפונדתו הרי זה אינו כלום :

mum diem, revocat judicium. Sin demum poſt elapſum trigeſimum diem, non item. R. Simeon filius Gamalielis: Quid faciet ille, qui demum poſt triceſimum diem repererit probationem? Juſſus teſtes aut rationes proferre, ſi negaverit ſibi teſtes aut rationes ſuppetere; poſt tempus autem repererit, (18) nihil agit (19). R. S. F. G. Quid, ſi neſciverit, teſtes rationesvè ſibi ſuppetere, & poſtea repererit? Juſſus producere teſtes aut rationes, negavit, ſibi eſſe teſtes & rationes. Is, ſe videns victum judicio, ſi dicat: *Age tu N. & tu N. teſtimonium mihi perhibete*: aut, ſi rationem ex (20) manica depromſerit, nihil efficit.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא ראיה *Adfer probationem*, ſcriptum in commodum tuum: הרי זו אינה כלום *Ecce hoc fruſtra eſt*, quia jam dixit quod non habet, & nos ſuſpicamur quod libellum falſum fecit, vel falſos teſtes conduxit; deciſio non eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis. קרבו פלוני ופלוני והעידוני *Age tu N. & tu N. teſtimonium mihi perhibete*, in hoc caſu Rabban Simeon fil. Gamalielis concedit, quod, cum eos cognoſcebat, attamen dicebat, non ſunt mihi, ſine dubio ſit falſarius. Verum ſi quis dixerit, ſunt mihi teſtes in civitate tranſmaritima, non audiunt ipſum ut jus hoc modo differretur donec ad civitatem tranſmaritimam miſerint; ſed jus decidunt ſicuti conſtat ex præſentibus; & quando deinceps adduxerit teſtes aut probationem, ſententiam priorem reſcindunt, & denuo juxta teſtes vel probationem judicant. אפונדתו eſt cingulum, & juxta alios veſtis interior.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis; פונדה eſt veſtis interior. Deciſio non eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis, nam ſi dixerit adverſarius, non ſunt mihi teſtes neque probatio, non audiunt ipſum ſi deinceps probationem attulerit, quia dicimus quod hi teſtes & probatio non ſufficiunt, quoniam antea dixit quod nullam habebat demonſtrationem. Verum ſi dixerit, ſunt mihi teſtes in alia civitate, vel ſcripturæ illic mihi ſunt, non audiunt ipſum, ſed ſententiam concludunt juxta præſentes; & poſtquam teſtes aut ſcripturæ allatæ fuerint, irrita erit ſententia, & judicabunt juxta apparentiam, quia in principio dixit, non ſunt mihi teſtes neque probatio.

COCCEJUS. §. 18. Nam חיישינן שמא זייף שטר או שכר עדי שקר *veremur, ne libellum confinxerit, aut teſtes falſos conduxerit.*

19. De hoc Simeone filio Gamalielis ajunt: כל מקום ששנה רשב"ג במשנתנו הלכה כמותו חוץ מערב וצידן וראיה אחרונה *Quæcunque traditio in Miſchna noſtra R. Simeoni filio Gamalielis tribuitur, praxin ſibi conſentientem habet, præter illas, quæ ſunt in tract. Bava bathra cap. 10. §. 7. & Gittin cap. 7. §. 5. & hanc ipſam, quæ in præſenti loco occurrit.*

20. In Ebræo eſt: מתוך אפונדתו, ut alii codices habent: פונדתו Id Maimon explicat: כמו חגור שלובש מתחת לכיסו Raſchi: חגורתו Idem occurrit & alibi, & in Berachoth, cap. 9. §. 5. לא יכנס להר הבית במקלו ובמנעלו ובפונדתו ובאבק שעל רגליו *Non aſcendet quiſquam in montem ſanctuarii ſcipione ſuo, aut indaſio, aut pulvere pedum.* Nam ibi in Caph nachath explicatur: כגר שלובשין תחת הבגדים לקבל הזיעה ואין דרך לצאת בו לבדו Quidam tamen dubiè per כיס & חגורה explicant. Huic quidem loco utraque ſignificatio competit: at aliis in locis non videtur ulla notio commodior eſſe, quam *marſupii*. Quid ſi ſit Latinum *funda*? Sicut autem ζώνη, ita & illud פונדה dicamus ſumi pro כיס & חגורה.

פרק ד אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות בדרישה ובחקירה שנאמר משפט אחד יהיה לכם מה בין דיני ממונות לדיני נפשות דיני ממונות בשלושה ודיני נפשות בכ"ג דיני ממונות פותחין בין לזכות בין לחובה ודיני נפשות פותחין לזכות ואין פותחין לחובה דיני ממונות מטין על פי אחד בין לזכות בין לחובה ודיני נפשות מטין על פי אחד לזכות ועל פי שנים לחובה דיני ממונות מחזירין בין לזכות בין לחובה דיני נפשות מחזירין לזכות ואין מחזירין לחובה דיני ממונות הכל מלמדין זכות חובה דיני נפשות הכל מלמדין זכות ואין הכל מלמדין חובה דיני ממונות המלמד חובה מלמד זכות והמלמד זכות מלמד חובה דיני נפשות המלמד חובה מלמד זכות אבל המלמד זכות אינו יכול לחזור וללמד חובה דיני ממונות דנין ביום וגומרין בלילה דיני נפשות

Cap. 4. In pecuniariis & capitalibus judiciis par ratio eſt (1) inquiſitionis & perveſtigationis. Q. D. Levit. 24. 22. *Unum* (2) *judicium ſit vobis.* Hoc a. inter utrumque genus intereſt, quod pecuniaria à tribus, capitalia a tribus & viginti adminiſtrantur: in illis, quam in partem ſuffragia colligi incipiant, nihil refert, in his tantum ab abſolventibus fit (3) exordium, neutiquam à condemnantibus: illa in quamvis partem, unico præponderante ſuffragio, deciduntur; in his ut fiat abſolutio, unico ſuffragio condemnantes ſuperari ſatis eſt; ut autem condemnationis ſententia obtineat, (4) duo vincere ſuffragia neceſſe eſt. Illa ſive abſolvendi ſive condemnandi cauſa (5) revocantur; hæc non niſi jam condemnati abſolvendi gratia. In illis quilibet ad indicium ſive innocentiæ ſive debiti admittitur: in his quivis ad indicium innocentiæ, non (6) omnes ad indicium culpæ. In illis qui abſolverit abſolvendumque indicaverit, quique item condemnaverit ſuffragio vel indicio, ut mutet ſententiam, permittitur: in his qui condemnandum aliquem cenſuerit, poteſt abſolvere: at non qui abſolverit, condemnare, (7) mutata ſen-

נפשות דנין ביום וגומרין ביום דיני ממונות גומרין בו ביום בין לזכות בין לחובה דיני נפשות גומרין בו ביום לזכות וביום שלאחריו לחובה לפיכך אין דנין לא בע״ש ולא בע״ט :

ſententia, poteſt. Illa judicia agitantur de die, & vel de nocte deciduntur; hæc de die agitantur, de die concluduntur. Illa in quamcunque partem eodem die deciduntur: in his die cœpti judicii ſententia abſolutoria perfertur, condemnatoria non niſi poſtridie. Quare nec pridie (8) Sabbati aut feſti exercentur.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות וכו׳ *In pecuniariis & capitalibus judiciis par ratio eſt* &c. ſicuti dicitur Levit. 24. 22. משפט אחד יהיה לכם Et de judiciis capitalibus dicitur Deut 13. 14. ודרשת וחקרת Et hoc Legis jus eſt; verum Sapientes dixerunt non extendendam eſſe inquiſitionem & perveſtigationem in bonis pecuniariis, ne porta debitoribus claudatur, niſi viderint quod jus fraudulentum eſt. Cæterum דרישה & חקירה ſunt interrogatio quæ in ipſo caſu fit, ut, quantum quis ipſi mutuo dedit, & quando dedit, & quomodo mutuo dedit, & in quo loco; ſed alius eſt inquirendi modus qui vocatur בדיקה, & qui non fit in ipſo caſu, ut, ſi rogaret quibus veſtibus indutus erat, & an illæ nigræ eſſent an vero albæ, an ſederet an vero ſtaret quando ei mutuo dabat. מתחין id eſt diſputant de caſu tam quod ad abſolutionem quam quod ad condemnationem.

סותרין id eſt deſtruunt judicii concluſionem poſtquam reſciverint quod erraruṅt.

ואין הכל מלמדין חובה *Et non omnes docent condemnationem*, ſi unus diſcipulorum dixerit, ſunt mihi quædam demonſtranda contra condemnationem, non audiunt ipſum. דנין ביום וגומרין בלילה *Judicant die & concludunt nocte*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 18. 22. ושפטו את העם בכל עת Et alio in loco Deut. 21. 16. והיה ביום הנחילו את בניו quo ſenſu? Dies eſt pro judicii principio, & nox pro judicii concluſione. דנין ביום וגומרין ביום *Judicant die & concludunt die*, uti ſcriptum eſt, Num. 25. 4. והוקע אותם ליהוה נגד השמש.

גומרין בו ביום בין לזכות בין לחובה *Concludebant eodem die tam ad abſolvendum quam condemnandum*, uti dicitur Jeſ. 1. 21. מלאתי משפט צדק ילין בה Porro dicit Miſna, *idcirco non judicant in veſpera ante Sabbatum*, die veneris, ne deciſio juris fierit in ipſo Sabbato; & poſt Sabbatum jus differri nequit propter judicii afflictionem ſive ſuſpenſionem; neque eodem die judicari poteſt, nam quatuor genera mortis non pellunt Sabbatum, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 35. 3. לא תבערו אש בכל מושבותיכם ביום השבת Hinc colligimus quod ii qui combuſtionis condemnati ſunt, non comburi debent die Sabbati, quia ignem cujus medio reus comburendus, incendere vetat Lex; idem ritus obtinet in cæteris mortis condemnationibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות בדרישה ובחקירה *In pecuniariis & capitalibus judiciis par ratio eſt inquiſitionis & perveſtigationis*, ex Lege, ſed ne debitoribus porta claudatur, dixerunt quod inquiſitio & perveſtigatio in pecuniariis judiciis prolongatur; ſed inquiſitioni in judiciis pecuniariis non innitendum eſt, niſi in illa cauſa ſit aliquid occulti, ſicuti dixerunt de caſu falſo. Differentia vero quæ eſt inter חקירה & דרישה atque בדיקה, hæc eſt, חקירה & דרישה ſunt illæ res quæ ſenſum juris indicant, ut, quantum quis mutuo dedit vel mutuo accepit, & in quo loco; בדיקה vero eſt quo inquirunt de caſu quem ipſa cauſa non indicat, ut, qua veſte indutus erat is qui mutuo dabat vel mutuo accipiebat, quando nummos recipit, ſi unus eorum ſederet & unus ſtaret, & nummi eſſent in panno ſerici aut in panno lanæ & id genus alia, quæ ſunt בדיקות *Inquiſitiones* quæ non proſunt in caſu juris.

ועל פי שנים לחובה *Et dicto duorum condemnationis*, ut, ſi undecim judices dixerint quod condemnatus eſt, ita ut numerus eorum qui condemnarunt ſit duobus major quam eorum qui abſolverunt, tum moriętur. Et ſi dixeris, quomodo hoc fieri poteſt, quandoquidem Synedrium conſtat viginti & tribus tantum, ſicuti expoſitum eſt ſuperius. & fieri non poteſt ut ii qui condemnarunt, ſint plures quam ii qui abſolverunt, niſi Synedrium quatuor & viginti judicibus conſtiterit? reſponſio eſt, quod, ſi undecim dixerint quod abſolutus eſt, & undecim quod condemnatus eſt, & unus neſciverit quod duo judices addendi ſunt, uti diximus, ii qui materiam ventilant, erunt viginti quatuor, & ab illis fieri poteſt id quod diximus, nempe, ut ii qui condemnant ſint duobus plures quam ii qui abſolverunt. Et ad hunc caſum referunt id quod Deus dixit Exod. 23. 2. לא תהיה אחרי רבים לרעות Nimirum, ſi multi fuerint ad inferendum malum, non audies eos, niſi ii qui additi ſunt, fuerint multi, & illi ſunt judices qui additi ſunt ad malum inferendum, duo ſcil. vel plures; & propterea non judicant veſperi ante Sabbatum, quia tum concluſio juris fieri poſſet die Sabbati, at die Sabbati non licet quemquam occidere, quia ſcriptum eſt Exod. 35. 3. לא תבערו אש בכל מושבותיכם vult dicere, quod in habitaculis Synedrii non comburi debet is qui combuſtionis condemnatus eſt; ſic etiam de reliquis pœnis die Sabbati nihil concludendum eſt.

COCCEJUS. §. 1. בדרישה ובחקירה habet textus Ebræus. Aliud inſuper vocabulum de examine teſtium adhibetur: בדיקה, quod habebis cap. ſequenti, nominatim §. 2. Si vocabulorum naturam ſpectes non aliter differunt, quam ut primum notet, inquiſitionem, *ἀνάκρισιν*: alterum ſcrutationem, *ἐξέτασιν*, tertium rimationem *τῶν ῥωχμῶν ἀνερεύνησιν, ἢ τῶν διακλεισμῶν ἢ ῥωχμῶν ἐξερεύνησιν.* At apud Talmudicos בדיקה hoc diſtat à דרישה חקירה, quod, ut ait Maimonides, החקירה והדרישה הם הדברים הכורים אל העין כרין כגון כמה הלוה לו והיכאה כוה *inquiſitio & ſcrutatio inſtituatur de rebus ad merita cauſæ pertinentibus. v. g. quam ſummam mutuam dedit?* & ſimil. ובדיקה היא בדברים שאינם מדים בענין כגון איזה בגד היה לובש המלוה *verum* Bedikah *eſt de rebus ad cauſæ eſſentiam non pertinentibus. v. g. quali veſte indutus fuerit creditor? & ſim.* Hæ rimationes in pecuniariis judiciis locum non habent, niſi quid occultum in cauſa verſetur, aut ſit דין מרומה *actio fraudulenta.* Tum etiam non nimis rigidè & accuratè percunctando fides teſtium in hiſce cauſis excuti debet, שלא תנעול דלת בפני לוין *ne forte* *mutuum petentibus adimas occaſionem & copiam accipiendi.* Nemo enim facilè pecuniam ſuam alteri credet, ſi illa à teſtibus adhibenda ſit ſuperſtitioſa diligentia, ut, ſi vel in minimo erretur, teſtimonium eorum neutiquam recipiatur.

2. Siquidem unum debet eſſe judicium, atque in capitalibus præceptum eſt; ודרשת וחקרת היטב Deut. 13. 14. ſequitur idem de pecuniariis eſſe dicendum.

3. Iſta פתיחה quibus formulis peragatur, diſputatur in Gemara. Mihi illa, quam expreſſi, ſententia magis arridet.

4. Quomodo hoc poſſit fieri & hic docetur à Maimonide, & à nobis explicatum ex Gemara eſt ſupra ad cap. 1. nota 32.

5. Agnito errore. Sed tamen cum hoc diſcrimine, quod is, שאינו מומחה, ſi erret, domo ſolvere teneatur: at מומחה לרבים, ſiquidem judex haberi poſſit בכוחה, retractatur judicium: ſin, illo ſtatur. Erroris quoque differitas eſt. Nam quandoque erratur בדבר משנה; quandoque בשיקול הדעת, quid autem hoc ſit, declaratur ſupra in Gemara fol. 6. p. 1. & hic fol. 33. pag. 1. his

ver-

verbis: וטעה בשיקול הדעת היכי דמי תנו' כגון תרי תנאי ותרי אמוראי דפליגי אהדדי ולא איתמר הילכתא לא כמר ולא כמר וסוגייא בעלמא אליבא דחד מינייהו ואזל איהו ועבד כאידך היינו שיקול הדעת i. e. *ſi quis erraverit in appendendis ſententiis. quomodo? &c. verbi gratia; duo doctores Miſchnici aut Thalmudici ſi diſſentiant inter ſe, neque definitum ſit, cujus ſententia in praxi teneat: quum neceſſe ſit alterutram obſervari in ſtilo judicii* (nam סוגייא eſt הילוך דינא) *tum iſte fecerit ſecundum alterius præceptum: id vocatur ſententiæ ponderatio.* τῆς γνώμης ταλάντωσις. Igitur טעה בדבר משנה חוזר טעה בשיקול הדעת אינו חוזר i. e., *ſi erraverit in re, quæ ſanctione majorum definita ſit; retractat judicium: ſi vero in ponderatione ſententiæ, non retractat, nec judicatum ſolvit.* Doctores autem, de quorum ſententiis hic agitur, non ejuſdem auctoritatis ſunt. Nam Thalmudici modeſtiores de ſe ipſis ſic profitentur: אנו אנן קטלי קני באגמא אנן *Ecce nos ſumus calamorum lacuſtrium cæſores*, id eſt homines viles & nullo numero, comparati vel cum citerioribus doctoribus.

6. Ut ſi Candidatus aliquis Magiſterii, quem vocant תלמיד חכם aut תלמיד חכמים, ſurgens dicat: *Habeo, quo demonſtrem illum ſontem eſſe*; non auditur.

7 Subintellige, dum ventilatur cauſa, בשעת משא ומתן: attamen בשעת גמר דין i. e. *quum conſummatur judicium*, poteſt.

8. Gloſſa hujus Canonis hanc rationem ex Gemara dicit: שנמצא גמר דינו בשבת ולשהותו אחר השבת א"א כפני עינוי הדין ולהרגו בו ביום א"א שאין די מיתות ב"ד דוחין את השבת שלא תבערו אש לסר על מחוייבי שריפה שאין שורפין אותם בשבת וה"ה לשאר חייבי מיתות i. e. *Nam alioqui deciſio judicii in Sabbato exſiſteret. Jam autem proferre diem morti damnati nefas eſt, propter afflictionem judicii. Neque eodem die ſuplicium capitis ab illo ſumi poteſt, ſiquidem quatuor ſupplicia capitalia Sabbatum non urgent. Nam præceptum hoc: Non accendetis, &c. Exod. 35. 3. evincit, uſtionem Sabbato non exerceri. Atque idem jus eſt reliquorum*, τῶν ἐπὶ θανάτῳ.

ב דיני ממונות הטומאות והטהרות מתחילין מן הגדול דיני נפשות מתחילין מן הצד הכל כשרין לדון דיני ממונות ואין הכל כשרין לדון דיני נפשות אלא כהנים לוים וישראלים המשיאין לכהונה :

2. In pecuniariis judiciis, item de pollutionibus & purificationibus, ætate & prudentia provectior primus ſententiam dicit: in capitalibus à (9) latere fit exordium. (10) Quilibet de pecunia judicare poteſt; de capite non niſi ſacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ, ii, qui (11) filiam ſacerdoti collocare poſſint.

R. OB. DE BARTENORA.

מתחילין מן הצד *Incipiunt a latere*, ab iis qui ſcientia inferiores ſunt, nam illi a latere aſſidebant, eo quod ſcriptum eſt Exod. 23 2. לא תעשה על ריב pro ריב lege רב *major*, ſenſus eſt, quod ei qui in ſenatu ſcientia cæteris major eſt, non ſit contradicendum ab iis qui ipſo in ſcientia inferiores ſunt; idcirco non audiunt verba illius præterquam in fine.

הכל כשרין לדון *Omnes ad teſtandum illegitimi ſunt*, etiam peregrinus, & hoc intelligendum eſt ſi matrem habeat Iſraëlitidem; ſic etiam ſpurius ad judicandum de judiciis pecuniariis legitimus eſt. *Sed non omnes legitimi ſunt ad judicandum de judiciis capitalibus*, uti ſcriptum eſt Exod. 18. 22. ונקל מעליך ונשאו אתך id eſt tibi ſimiles, ſicuti Moſes magiſter erat e familia illuſtri, ſic & Synedrium e familia illuſtri conſtare debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In judiciis capitalibus non audiunt ætate provectiorem vel majorem, niſi poſt omnes, nam ſi major loqui inceperit, prohibitum eſt reliquis ipſi contradicere Exod. 23. 2. לא תעשה על ריב pro ריב legito רב *Major*, nimirum, verbo illius qui major eſt in ſcientia, non contradices, idcirco non audiunt opinionem illius niſi in fine demum. Et quod auctor dicit, *omnes ad judicandum legitimi ſunt*, etiam peregrinus, intelligendum eſt quando mater ipſius fuit Iſraëlitis; & ſpurius quoque legitimus eſt ad judicandum de judiciis pecuniariis.

COCCEJUS. §. 9. Ab iis, qui ſedent ad latus præſidum. Nam grandiores natu & ſapientia facilè alios auctoritate in partes ſuas trahunt. Quare etiam ſententias patris & filii itemque doctoris & diſcipuli, non niſi pro una cenſeri volunt Magiſtri.

10. Etiam Mamſer & allophylus ſeu proſelytus; dummodo ſit matre ſatus Iſraëlitide.

11. נשא eſt ducere uxorem. השיא collocare, ſed ducendam dare. נשוי uxoratus, activa ſignificatione, ut כפוי טובה. David de Pomis. De hoc jure matrimonii contrahendi ſic loquitur Codex Kidduſchim cap. 4. §. 1. כהני לויי ישראלי מותרים לבא זה בזה *ſacerdotalis, Leviticus, Iſraëlita, jus inter ſe jungendæ affinitatis habent.* Et §. 4. *Qui volet uxorem ex ſacerdotali genere ducere, is neceſſe habet inquirere in quatuor matres ejus, quæ ſunt octo.* Nam quatuor in genere utroque, paterno & materno, ſpectantur. item §. 5. *Non inquirunt retro neque ab altari, neque juggeſto, neque à Senatu; omnes item, quorum parentes probantur eſſe ex judicibus & præfectis plebis, atque ex eleemoſynarum coactoribus, ſacerdotibus nuptum dant filias, neque inquiſitione opus eſt. Item qui adſcriptus fuerit regis militiæ.*

ג סנהדרין היתה כחצי גרן עגולה כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרין הדיינים עומדין לפניהן אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי המזכין ודברי המחייבין רבי יהודה אומר ג' אחד כותב דברי המזכין ואחד כותב דברי המחייבין והשלישי כותב דברי המזכים ודברי המחייבין :

3. Synedrium inſtar horrei dimidiati fuit; orbiculare, ut unus alterum contueri poſſet. Coram illis à dextra & læva ſtabant duo ſcribæ, qui abſolventium & condemnantium annotarent ſententias. R. Jehuda ait, tres: unus, qui abſolventium; alter, qui condemnantium; tertius, qui utrorumque verba conſignaret.

R. OB. DE BARTENORA.

כחצי גרן עגולה *Inſtar hordei dimidiati*, ut alius alium videre poſſet, ſicuti ſcriptum eſt Cant. 7. 3. שררך אגן הסהר שררך אגן Hic denotatur Synedrium quod conſtitutum erat in umbilico mundi, protegens totum mundum, & aſſimilatur lunæ, eo quod judices ſedebant in circulo inſtar lunæ dimidiatæ, & non circulo integro, quia requirebatur ut partes litigantes & teſtes intrarent ut loqui poſſent

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עגולה *Circularis*, Senſus verborum R. Jehudæ eſt, quod duo teſtes eſſe debent ultra eos qui abſolvebant; & duo teſtes ultra eos qui condemnarunt; deciſio eſt juxta Sapientes, & non juxta R. Jehudam.

ſent

ſent coram omnibus judicibus. *R. Jehuda ait, tres*, tres erant ut duo teſtes eſſent ultra eos qui abſolvebant, & duo ultra eos qui condemnabant; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 3. Medius ſedebat Naſi i. e. *princeps.* Ad dextram ejus vicarius, qui dicitur אב בית דין q. d. *pater ſenatûs.* Ad lævam is, qui κατ' ἐξοχὴν dicitur חכם i. e. σοφιστὴς diceret Joſephus. Vide mihi, quæſo, Lector, hac occaſione ordinem Synagogæ, quem potes perſpicere ex cap. III. tractatûs Horajoth, ubi ad Miſchnam extremam hæc habentur: ת"ר כשהנשיא נכנס כל העם עומדים לפניו ואינן יושבים עד שיאמר שבו כשאב ב"ד נכנס עושין לו בית שורות אחד מכאן ואחד מכאן ואין יושבין עד שיושב במקומו כשחכם נכנס אחד עומד ואחד יושב במקומו בני ת"ח ות"ח בזמן שרבים צריכין להם מפסיעין על ראשי העם אף על פי שגנאי הוא לת"ח שיכנס באחרונה יצא לצורך נכנס ויושב במקומו בני ת"ח שממונין פרנסין על הציבור בזמן שיש בהן דעת ללמוד נכנסין ויושבין בפני אביהן ואחוריהן כלפי העם אין בהן דעת לשמוע נכנסין ויושבין אחורי אביהן ופניהם כלפי העם רבי אלעזר ב"ר צדוק אומר אף בבית המשתה עושין אותן סניפין אמר מר יצא לצורך נכנס ויושב במקומו אמר רב פפא לא אמרן אלא לקטנים אבל לגדולים לא הורה למיבדק נפשיה מעיקרא דאמר רב יהודה אמר רב לעולם ילמד אדם עצמו להשכים ולהעריב לעשות צרכיו כדי שלא יתרחק והאידנא דנפיש חולי אפילו גדולים נמי רבי אלעזר ב"ר צדוק אמר אף בבית המשתאות עושין אותן סניפין אמר רבא בחיי אביהם ובפני אביהם מפני כבוד אביהן אמר רבי יוחנן בימי רשב"ג נשנית משנה זו רשב"ג נשיא ורבי מאיר חכם רבי נתן אב ב"ד כי הוה עייל רשב"ג הוו קיימי כולי עלמא מקמיה כי הוו עיילי רבי מאיר ורבי נתן הוו קיימי כ"ע מקמייהו אמר רשב"ג נ"א לא בעו למיהוי היכרא בעינא דליהוי היכירא בין דילי לדילהו תקין הא מתניתא ההוא יומא לא הוו התם למחר כי אתו חזו דלא קמו מקמייהו כדרגילא מילתא אמרי מאי האי אמרי הכי תקין רשב"ג א"ל ר"מ לרבי נתן אנא חכם ואת אב ב"ד נתקן מילתא נ"א כי לדידן כל דלין א"ל רבי נתן כאי נעביד ליה נימא ליה תני לן עוקצין דלא גמיר וכי לא ידע נימא ליה מי ימלל גבורות ה' ישמיע כל תהלתו למי נאה למלל גבורות ה' למי שיכול להשמיע כל תהלותיו ונעבריה ותהוי את נשיא ואנא אב"ד שמעינהו רבי יעקב ונומר id eſt. T. M. *Principi intranti omnes populus aſſurgit, neque reſident, priuſquam ipſe jubeat. Pater ſenatûs ubi intrat, duobus hinc inde ordinibus ſurgentibus excipitur:* (in verſus, κατὰ στίχους, humi ſedet omnis populus. Non ſurgent igitur, niſi inter quos tranſit) *Sapiens quando intrat, unus ſurgit, alter ſedet. Diſcipuli ſapientum* (notat legis ſtudioſos, etiam, qui ad annos הוראה id eſt, docendi pervenit, jamque titulum Rabbini accepit, atque etiam inter Senatores eſt) *eorumque filii, quando multitudo eorum indiget induſtria, paſſibus diductis per capita populi incedunt; quanquam indecens eſt, ut ſapientiæ cultor poſtremus ſynagogam ineat. Si, urgente neceſſitate, exierit, revertitur ad locum ſuum. Liberi Doctorum, qui cœtus conſtituti ſunt rectores, ſi per ætatem apti ſunt ad diſcendum, ingreſſi ſedent coram parentibus, tergum populo obvertentes. Sin per ætatem doctrinæ capaces non fuerint, ingreſſi conſident poſt parentes, facie ad populum ſpectante. R. Eleaſarus f. r. Zadoci ait: Etiam in conviviis cuneorum in morem ſenioribus interſeruntur.* סניף juncturam, an cuneum, an fulcrum, an anſulam, repagulum, an aliter vertendum, in ambiguo eſt. Exod. 25. 29. R. Sol. notat, Rabb. alios per hanc vocem קשוות alios מנקיות exprimere. Vide eum, & Menahoth cap. 11. §. 6. סנף eſt *jungere.* Affine Græco συναφὴς. *Quod in iſta traditione dicitur, ſi quem urgeat neceſſitas, exire, atque redire in locum ſuum; id de minorennibus intelligendum docet R. Papa. Nam adultiores quod attinet, annon ſeipſos antea explorare debuiſſent? Dicit enim R. Jehuda verbis Rab: Semper ſe aſſuefaciat homo, ut mane ac veſperi naturæ ſuæ ſatisfaciat, ut elongetur* (de die à concionibus. Recedendum enim erat longius ad foricam) *Hoc autem tempore, quo morbi increbreſcunt, adultioribus quoque hoc conceditur. Dictum R. Eleaſari de adhibendis ad convivia liberis doctorum, intelligendum vivis parentibus illorum atque atque præſentibus, honoris cauſâ, fieri. Ait R. Johannes, ſub R. Simeone filio Gamalielis hoc ita inſtitutum eſſe. R. S. F. G. princeps erat: R. Meir Sapiens. R. Nathan pater Senatus. Intranti R. Simeoni F. G. omnis mundus aſſurgebat. Similiter intrantibus illis. Tum R. F. G. A. L. Hi nolunt diſcrimen eſſe inter me & ipſos. Volo eſſe diſcrimen inter me & illos. Inſtituit igitur, ut, quemodo jam deſcriptum eſt, quilibet exciperetur. Eo die non aderant,* quo id conſtitutum eſt. *Poſtridie intrantes vident non ita ſibi, ut Principi aſſurgi. Ibi R. Meir ad R. Nathan: Ego Sapientis, tu Patris perſonam geris. Age igitur comminiſcamur aliquid contra hoc.* Sic gloſſ. Mallem: *pro nobis*; vel, *Secundum nos.* aut juxta lectionem Beth Iſraël; *quodcunque nobis* ſuppetet. *Nathan, Quid faciemus? inquit. R. Meir: De pedunculis jubeamus ipſum diſſerere; in qua re rudis eſt. Quum hæſitabit, dicemus illi: Quis eloquetur Dei virtutem, prædicabit omnes ejus laudes? Nimirum, qui omnes Dei laudes recenſere valeat, illum decet, loqui potentias Dei. Sic removebimus illum à principatu: & tu quidem princeps eris; ego autem pater Senatûs. Hoc conſilium audierat quidam R. Jacob, &c.* Tres hæ dignitates in Gloſſa ita deſcribuntur: הנשיא הוא היה בעל הדרשה ללמד תורה ברבים *Naſi ſeu Princeps, qui interpretandæ publicè Legis auctoritatem habet.* אב ב"ד הוא גדול שבדיינין שהדינין נפסקין על פיו *Pater Senatûs is judicum anteceſſor, cujus ore lites deciduntur.* החכם הוא גדול שבחכמים שנושאין ונותנין עמו בהלכה ויודע טעמי תורה ויושב לשמאלו של נשיא *Sapiens is dicitur, qui inter doctores præcellit, cum quo de agendis communicatur, peritus ſenſuum & rationum legis. Id ad lævam Principis ſedet.* Tria hæc munera moriens R. Jehuda Sanctus ita diſtribuit, ut Gamalielem filium ſuum principem conſtitueret, Sapientis perſonam alteri filio Simeoni legaret, præſidem autem Senatus R. Chaninam faceret. Verba hæc ſunt in Chethuvoth cap. 12. שמעון בני חכם גמליאל בני נשיא חנינא בר חמא ישב בראש *Simeon filius meus eſto Sapiens; Gamaliel filius meus eſto Princeps; Chanina fil. R. Chamma præſideto.* quem honorem tamen ille non ſuſcepit vivo R. Aphas, qui illo major erat biennio & ſemeſtri. De his ſatis. Cæteri judices deinceps ordine ad dextram & ſiniſtram ſedebant. Nam Maimonides hic deprehenditur erraſſe, qui ait, quo quiſque cæteris anteſteterit, ita ad ſiniſtram Principis propius ſediſſe. Nam Princeps medius erat, ad dextram Pater Senatus, ad lævam Sapiens, qui tertius dignitate erat, &c.

ד וג' שורות של ת"ח יושבין לפניהן כל אחד ואחד מכיר את מקומו היו צריכים לסמוך סומכין מן הראשונה א' מן השניה בא לו לראשונה ואחד מן השלישית בא לו לשניה ובוררין להן עוד אחד מן הקהל ומושיבין אותו בשלישית ולא היה יושב במקומו של ראשון אלא יושב במקום הראוי לו :

4. Tres (12) ordines candidatorum coram illis ſedebant. Horum quiſque ſuum ſervabat locum. Si quem promoveri (13) neceſſitas exigeret, ex primo ordine is capiebatur. Tum (14) primus ſecundi ordinis in primum aſcendebat, ex tertio item in ſecundum; denique ex cætu delectus aliquis in tertio ordine non quidem in loco primi, ſed ſibi conveniente, collocabatur.

R. OB. DE BARTENORA.

ושלש שורות *Et tres ordines*, quilibet ordo conſtabat viginti & tribus Sapientibus, quia, ſi diſſentirent judices & maxima

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo hujus tractatus, quod coram Synedrii viginti tribus judicibus ſedebant tres ordines, &

maxima pars condemnaret, & minima pars abſolviſſet, & cum inclinatio in malum non procederet dicto unius, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 23. 2. לא תהיה אחרי רבים לרעות & quod in omni ordine erant viginti tres, juxta ſcientiæ & ingenii modum locum tenentes.

Neceſſe eſſet addere binos uſque ad ſeptuaginta & unum, quia nunquam addunt ultra unum & ſeptuaginta judices, idcirco requirebatur ut coram illis ſederent quadraginta & octo ad complementum ſeptuaginta & unius; & præterea non erat bona politia ordinem ſtudioſorum Sapientum conſtare pluribus quam ordinem judicum, idcirco tres faciebant ordines. וכל אחד ואחד מכיר את מקומו *Et quiſque ſuum cognoſcebat locum*, nam juxta ſcientiam eorum conſidebant, idcirco requirebatur ut unuſquiſque ſuum locum cognoſceret. היו צריכין לסמוך *Si quem promoveri neceſſum erat*, nimirum, ſi unus judicum mortuus fuiſſet. ולא היה יושב במקומו של ראשון *Sed non ſedebat in loco primi*, is qui a congregatione eligebatur, non ſedebat in loco primo, ſed in loco qui ipſi conveniebat, in fine ordinis, nam diſcipulorum minimus ex ordinibus major erat congregationis maximo.

COCCEJUS. §. 12. Quorum ſinguli XXIII. candidatos habebant. Majem.

13. Ut, ſi quis Senatorum diem ſuum obierit: ait gloſſa. In Maim. hilch: Sanh. cap. 1. eſt אם נחלקו, Sed ſi de ſummo Senatu loquitur, non eſt verum.

14. כי נידי כלהו נידי וליכא לתו עד האידנא הורה יתיבנא ברישא השתא מותביתו לי בדנבי אמרי ליה הכי הוי זנב לאריות ואל תהי ראש לשועלים i. e. *quum loco moventur, omnes moventur. Et ne quis cogites, Hactenus ſedi in capite; nunc autem me collocatis in cauda, id eſt, inferiore loco: ideò dicunt ei: Eſto potiùs cauda leonibus, quam caput vulpibus.*

ה כיצד מאיימין את העדים על עדי נפשות היו מכניסין אותן ומאיימין עליהם שמא תאמרו מאומד ומשמועה עד מפי עד ומפי אדם נאמן שמענו או שמא אי אתם יודעים שסופנו לבדוק אתכם בדרישה ובחקירה הוו יודעין שלא כדיני ממונות דיני נפשות דיני ממונות אדם נותן ממון ומתכפר לו דיני נפשות דמו ודם זרעיותיו תלויין בו עד סוף העולם שכן מצינו בקין כשהרג את אחיו נאמר בו קול דמי אחיך צועקים אינו אומר דם אחיך אלא דמי אחיך דמו ודם זרעיותיו דבר אחר דמי אחיך שהיה דמו מושלך על העצים ועל האבנים לפיכך נברא אדם יחידי ללמדך שכל המאבד נפש א' מישראל מעלה עליו הכתוב כאלו אבד עולם מלא וכל המקיים נפש א' מישראל מעלה עליו הכתוב כאלו קים עולם מלא ומפני שלום הבריות שלא יאמר אדם לחבירו אבא גדול מאביך ושלא יהו אפיקורסים אומרים הרבה רשויות בשמים ולהגיד גדולת של הק'בה שאדם טובע כמה מטבעות בחותם אחד וכולן דומין זה לזה ומלך מלכי המלכים הק'בה טבע כל אדם בחותמו של אדם הראשון ואין אחד מהן דומה לחבירו לפיכך כל אחד ואחד חייב לומר בשבילי נברא העולם ושמא תאמרו מה לנו ולצרה הזאת והלא כבר נאמר והוא עד או ראה או ידע אם לא יגיד ונשא עונו ושמא תאמרו מה לנו לחוב בדמו של זה והלא כבר נאמר באבוד רשעים רנה :

5. Quæ ratio erat terrorem incutiendi teſtibus? Teſtes rei capitalis intrò vocatos admonebant, nequid ex (15) conjectura aut rumore dicerent, etiamſi ex ore teſtis aut hominis fide digni audiſſe ſe affirment. Item: Forte ignoratis nos perveſtigaturos (16) tandem vos eſſe inquiſitione & indagatione. Ne ſitis neſcii, aliter ſe habere judicia, quæ de pecunia, quam quæ de capite habentur. Nam in illis, pecuniâ datâ, peccatum piari poteſt. In his, ſi quid deliqueris, ſanguis rei & ſeminum ejus ad finem uſque ſeculi tibi imputatur. Ita enim de Caïno legimus, quum interfeciſſet fratrem ſuum: Geneſ. 4. 10. *vox ſanguinum fratris tui clamantium.* Non, *ſanguinis*, ſed *ſanguinum fratris tui*: ſc. ipſius & ſeminum ejus. Aliorum ſententia eſt, dici *ſanguines*, (17) quia ſanguis ejus in ligna lapideſque diſperſus fuerit. Propterea homo ſolitarius conditus eſt, ut docereris, ſi quis animam ex Iſraële unam perdat, haberi à Scriptura, quaſi integrum mundum deſtruxiſſet: itemque qui unam ſervet, quaſi totum mundum conſervaſſet. deinde ob pacem hominum, ne quis ſe præſtantiore patre genitum gloriaretur: adhæc ne quis (18) profanus anſam multorum (19) deorum aſſerendorum haberet: denique ad indicandam Dei eminentiam. Nam homo quidem uno ab annulo, licet multa, non niſi conſimilia ſigna exprimit; at ille rex regum eminentiſſimorum, ſanctus ille benedictus, omnium hominum formas à primi hominis (20) typo expreſſit, ita tamen, ut (21) nemo unus alteri conſimilis reperiatur. Quamobrem quilibet ſic debet cogitare, ſua cauſa mundum eſſe conditum. At enim dicetis fortaſſe: Quid opus eſt, ut ego me in tantas anguſtias intrudam? An neſcitis id, Q.S.E: Levit. 5. 1. *Si ipſe teſtis ſit, aut videris, aut ſciat; niſi indicaverit, &c.* Forte excipietis, quid opus eſt, ut rei fiamus ſanguinis hujus? At ſcriptum eſt: Prov. 11. 10. *Ob interitum improbi jubilum.*

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מאיימין את העדים *Quomodo terrorem incutiunt teſtibus*, ne falſo teſtentur. מאומד *Ex conjectura*, quando ratio docet rem ita eſſe. דיני ממונות *Judicia pecuniaria*, ſi teſtimonio ſuo effecerit ut unus nefario condemnatus ſit pecuniarum, reddetur ipſi & condonabitur. לפיכך נברא יחידי *Idcirco ſolus creatus eſt*, ad monſtrandum quod ex uno

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מאומד *Ex conjectura*, quantum e ratione & ſignis quibuſdam conjicere licet, ſigillum Adami primi eſt formæ humanæ ſpecies, per quem homo eſt homo, & in quo omnes homines ſunt communes, & quamvis omnes iſtam receperint formam, different tamen in ſuis ſpeciebus, ſicuti videmus. מינים *Specifici* ſunt ii qui exeunt e regalis Legis

cujuſ-

uno homine tota humana ſocietas provenit. רשויות הרבה *Poteſtates multi*, multi dii quorum unuſquiſque ſuum hominem creavit. מה לנו ולצרה הזאת *Quid nobis cum hac moleſtia*, quare conjiciemus nos in tantam moleſtiam ad teſtandum veritatem? *Nonne jam ſcriptum eſt, & teſtis* &c. & obligati eſtis ad indicandum id quod vidiſtis. *Et forſan dicetur, quid deliquimus ut condemnati ſimus propter ſanguinem hujus?* nam negativum præceptum tranſgredi malumus. *Si non indicaverit* &c. Et ſcriptum eſt *quando pereunt iniqui, jubilatio eſt*, & ſi hic ſit malus, hic nullatenus delictum eſt.

cujuſcunque ſint populi; & jam expoſuimus hanc vocem non niſi de Sadducæis & Baitoſæis uſurpari.

COCCEJUS. §. 15. אמד eſt *æſtimare, taxare, conjicere*. Hinc אומד & אומדנא *æſtimatio, conjectura*. quæ eſt rei quædam q menſuratio. Eſt enim à מדד, quid autem ſit מאומד explicant in Gemara. Verba habebis in Excerptis num. VI.

16. Planè eodem modo ſonat hoc in Ebræo, ut illud ad Hebr. 6. 8. ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν q. diceres Ebr. אשר סופה להסיק.

17. His דם eſt נפש, Hi ſic philoſophantur: Animam Habelis non potuiſſe cælo recipi, quia nulla adhuc anima in cælum intraſſet: neque etiam inferno, quia corpus ſepultum nondum fuerit. Nam priuſquam corpus ſepeliatur, animæ quietem non contingere.

Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.

Ideo anima Abelis in ſanguine ſuper ligna lapideſque diſſipata eſt, miſerum! Præclaram hanc expoſitionem habes in Bereſchith Rabba cap. 22.

18. צדוקים, חיצים, מינים, אפיקורסים Rabbinis idem eſt.

19. רשויות plur. à רשות id eſt, licentia, facultas, poteſtas. notat hic אלוהות (nam ita in plurali appellant gentilium deos) per metonymiam adjuncti. Ita ἐξουσίαις pro ἐξουσιάζουσι dicitur Rom. 13. 1. In Gemara adhuc plures redduntur rationes, quare homo unicus principio ſit conditus: ut; ne improbi ſe putarent improbo parente creatos, atque ideò ab ejus moribus ſibi non eſſe deſciſcendum: neu defraudatores & raptores putarent nefas non eſſe, qui ad ſe non attinerent, vexare & ſpoliare.

20. *Ita vocat animam rationis compotem, tam formam, per quam homo eſt homo: qua homines ſinguli ex æquo participant, licet accidentibus varientur.* Maimon.

21. Diſſimilitudo illa eſt בקול במראה ובדעת i. e. *in voce, facie, & ſenſu animi. In voce & facie, ut vitandos illicitos conjugii cœtus: in animi ſenſu, raptorum & defraudatorum cauſâ, &c.* Hæc in Gemara.

פרק ה היו בודקין אותן בשבע חקירות באיזו שבוע באיזו שנה באיזה חדש בכמה בחודש באיזה יום באיזו שעה באיזה מקום רבי יוסי אומר באיזה יום באיזו שעה באיזה מקום מכירין אתם אותו התריתם בו העובד עבודת כוכבים את מי עבד ובמה עבד:

Cap. 5. Septem quæſtionibus teſtes examinantur. qua heptaëteride, quo anno, quo menſe, quoto die menſis, quo die, qua hora, quo loco? R. Joſe ait: quo die, qua hora, quo loco, (1) noſtiſnè illum, (2) præmonuiſtiſnè illum? quum de idololatra quæſtio eſt; quem quo cultu affecerit?

R. OB. DE BARTENORA.

היו בודקין אותן *Examinabant eos*, poſtquam illis terrorem incuſſiſſent, examinabant eos ſeptem חקירות inquirendi modis ſecundum ſeptem loquendi modos quos enumerat Lex de iis qui mortis condemnati ſunt, ut, ודרשת וחקרת ושאלת qui ſunt tres, & verbum שאלה non ingreditur huncce inquiſitionum numerum, nam ex eo docemus inquirendi modos qui dicuntur בדיקות. Cæterum Deut. 17. 4. dicit Lex והוגד לך ושמעת ודרשת היטב hi duo alii ſunt inquirendi modi, & hic habemus quinque; & Deut. 19. 8. dicit, ודרשו השופטים היטב qui iterum duo ſunt, & in ſumma ſeptem.

באיזו שבוע *In qua heptaëteride*, anni jubilæi. באיזו שנה *In quo anno*, ſeptennii. remiſſionis באיזה יום *In quo die*, heptaëteridis: באיזו שעה *Qua hora*, nam hæ ſeptem חקירות falſarios homines adducunt ac convincunt falſitatis; & fieri poteſt ut non ſint qui eos convincere poſſint per totum diem, ſed ut teſtes ſint qui eos convincere poſſint illa hora. R. Joſe dicit quod tres tantum requiruntur חקירות, nimirum, quo die, qua hora, & quo loco; ſed deciſio non eſt juxta R. Joſen, nam etſi dicant teſtes, heri ipſum interfecit, tamen eum ſeptem examinant חקירות, ut perturbentur & confiteantur ſi quid inepti ſit in teſtimonio eorum. מכירין אתם *Noſtiſne illum?* illum qui occiſus eſt, forſan gentilis eſt; ſed hæc non eſt e חקירות qua is in diſcrimen falſitatis adduci poteſt, ſed ut cæteræ בדיקות quæ tantum adhibentur ad teſtimonium falſum, nam fieri poteſt ut unus non conveniat cum verbis ſocii ſui, & tum ille & illi erunt liberi. במי עבד *Et quem coluit?* Peor an Mercurium? ובמה עבד *Et quo coluit?* ſacrificio an adoratione?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe dicit quod non quærendum ſit ab illis quo anno, qua ſeptimana, & quo menſe, & quoto menſis die, ſed, quo die, qua hora, & quo loco tantum. מכירין אתם איתו התריתם *Noſtiſne illum? præmonuiſtiſne illum?* Hæc non continentur in modis inquirendi qui vocantur חקירות ודרישות ſed ejuſmodi ſunt in quibus non obtinet teſtimonium quo חקירות & דרישות neceſſario forent, quia de veritate eorum conſtat. Cæterum ſeptem horum inquirendi modorum obligatio obtinet, eo quod Lex de iis qui mortis condemnati ſunt, dicit, ודרשת וחקרת ושאלת & poſtea, והוגד לך ושמעת ודרשת היטב ודרשו השופטים In quibus verbis continentur ſeptem inquirendi modi ut de rei veritate conſtet, & omnia agantur quæ ad inquiſitionem pertinent; deciſio non eſt juxta R. Joſe. Et quamvis teſtes dixerint, heri interfecit ipſum, tamen neceſſe eſt ut illis dicamus, qua ſeptimana, quo anno, &, quo menſe, quo die, & qua hora; & hoc eſt quod dixerunt, transferunt teſtes ex uno loco in alium ut intellectus eorum perturbetur, & redeant ad ſe, vult dicere, quod cauſando in longum ducunt quæſtiones, expiſcando ex iis per varias rationes veritatem, & ſi in teſtimonio quicquam inepti inventum fuerit, ſententiam mutant.

COCCEJUS. §. 1 Id ita plenius in Gemara: מכירין אתם אותו נכרי הרג ישראל הרג התריתם בו קיבל עליו התראה התיר עצמו למיתה המית בתוך כדי דיבור *noſtiſne illum* (qui occiſus eſt) *id eſt, utrum allophylum an Iſraëlitam occidit? præmonuiſtis illum? recepitne in ſe admonitionem veſtram?* (his verbis: *Scio interdictum mihi eſſe, ne faciam.*) *ſeipſum morti mancipavit?* (his verbis, *Scio mihi pœnam mortis ſtatutam eſſe: nec alia conditione patrabo flagitium.* Nam ni ſeipſum morti addixerit, haud occiditur.) *occiditne eo temporis intervallo, quo quis alterum affari poſſet?* quo quis alterum ſalutare poſſet. nam dici poſſet, ſi moratus ſit paulò diutius; excidiſſe ipſi præmonitionem) Hæc omnia quomodo probent ex Scriptura, explicare nimis tædioſum eſt.

2. Mirum ni verbum התראה eſt à תורה ſicut להתחיל à תחלה. Hinc התראה, cujus ille finis eſt, להבחין בין שוגג למזיד *ut internoſcatur, an errore, an data opera quis quid faciat.*

ב כל המרבה בבדיקות הרי זה משובח מעשה ובדק בן זכאי בעוקצי תאנים ומה בין חקירות לבדיקות חקירות אחד אומר איני יודע עדותן בטלה בדיקות אחד אומר איני יודע ואפילו שנים אומרים אין אנו יודעים עדותן קימת אחד חקירות ואחד בדיקות בזמן שמכחישין זה את זה עדותן בטלת :

2. Quiſquis in quæſtionibus rimationibuſque multus eſt, maximam laudem meretur. Factum aliquando eſt, ut (3) filius Zachæi in ficuum pedunculos inquireret. Quid intereſt inter perveſtigationes & rimationes? In illis, ſi alter teſtium ignorantiam ſuam profiteatur, teſtimonium illorum (4) non recipitur. In his etiamſi uterque neget, ſibi conſtare, teſtimonium tamen horum non labefactatur. Quod ſi alter alteri contradicat, tum in perveſtigationibus tum in rimationibus par ratio eſt. Nec enim teſtimonium accipitur.

R. OB. DE BARTENORA.

Filius Zachæi eſt Rabban Jochanan Zachæi filius, qui olim erat diſcipulus coram magiſtro ipſius judicans, idcirco vocatur Zachæi filius. בעוקצי תאנים *In pedunculis ficuum*, nam teſtati erant de illo quod occiderat virum ſub ficu, & Zachæi filius judicaverat, & examinaverat an pedunculi illi a quibus ab arbore dependebant, denſi, an vero teneri eſſent.

אמר אחד איני יודע עדותן בטלה *ſi unus dixerit, ego neſcio, teſtimonium eorum irritum eſt*, quia iſtius examinis ope non in diſcrimen falſitatis adduci queunt, & quamdiu lex de falſariis affirmari nequit in uno teſtium, tamdiu teſtimonium eſt irritum, etſi centum teſtes ſint, nam teſtes non prius in diſcrimen falſitatis adducuntur, quam omnes in illud adducti fuerint. בדיקות *Inquiſitiones*, etſi omnes dicant, neſcimus, falſitas tamen affirmari poteſt, nam teſtium falſitas tantum dependet ab חקירה *Examinatione*, dicendo, vos etiam nobiſcum eratis alio in loco tunc temporis. עדותן בטלה *Teſtimonium eorum irritum eſt*, teſtimonium eorum totum irritum eſt, & ille & illi liberi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Filius Zachæi eſt Rabban Jochanan filius Zachæi; at is non fuit ille qui examinabat, ſed caſus hic coram magiſtro ipſius Hillele Seniore contigit, uti tum ille erat diſcipulus, & Hillel quærebat a teſtibus, *quo loco?* illique reſponderunt, in tali loco ſub ficu, dixit autem Hilleli Rabban Jochanan filius Zachæi; quærere debes de forma ficorum & quibus petiolis ab arbore dependebant, an petioli eſſent breves an longi, denſi an teneri? & hæc omnia ad teſtes detinendos, uti diximus, quæ verba Hilleli grata fuerunt, & propterea interrogavit ſicuti Rabban Jochanan fil. Zachæi ſuaſerat, & illo tempore tantum vocabatur Zachæi filius, & caſus ſemper relatus eſt in nomine filii Zachæi, & Rabbenu Jehuda ſanctus eum deſcripſit in corpore Miſnico, ſicuti ab aliis acceperat.

אפילו שנים אומרים *Et quamvis duo dixerint*, vult, etiam in חקירות quæ omnium præcipuæ ſunt, ſi duo dixerint, ſcimus, & alter dixerit, neſcio, teſtimonium eorum ratum eſt; ita rem expediunt in Gemara. Ratio autem quare ſi unus teſtium dixerit בחקירות *in examinibus*, neſcio, teſtimonium eorum irritum eſt, & ſi omnes in בדיקות dixerint, neſcimus, teſtimonium eorum ratum eſt, & hoc eſt quod tibi dicam, & ita eſt; nam hypotheſis nobis eſt quod omne teſtimonium cujus teſtes in diſcrimen ſceleris adduci nequeunt, non ſit teſtimonium, & teſtium falſitas coargui nequit niſi quando tempus & locus in quo caſus accidit, ſignati fuerint, ut ii qui falſo egerint, dicere poſſint, nobiſcum fuiſtis tunc temporis in tali loco, ſicuti inpoſterum exponetur; ſeptem vero חקירות inſerviunt ad ſignandum tempus & locum, & ſi in חקירות dixerit, neſcio, non poterit in iis locum habere impoſtura, & propterea teſtimonium eorum nullius eſt momenti, & dicimus quod ſit teſtimonium falſum, & quod in חקירה dixit neſcio, factum eſt, ne de illis confirmetur falſitas.

COCCEJUS. §. 3. בן זכאי, Is eſt Rabban Johannes filius Zachæi. Is annos octoginta natus in principatu ſucceſſit Simeoni, qui juſſu Titi interfectus eſt. Idem Jafne præſedit. & jam quadraginta annis ante ipſius principatum judicia capitalia deſierant. Idem inter diſcipulos Hillelis minimus natu fuit, atque de illo tempore accipi vult Gemara, quod hic dicitur בן זכאי, quum ait fol 41. pag. 1. תלמיד היושב לפני רבו הוה ואמר מילתא ומסתברא להו טעמיה וקבעוה בשמיה כי הוה לסר בן זכאי הוה קרו ליה כתלמיד היושב לפני רבו כי הוא ליה הוה קרו ליה ר׳ יוחנן בן זכאי כי קרו ליה בן זכאי על שם דמעיקרא וכי קרו ליה רבן יוחנן בן זכאי על שם השתא quæ, ut facilia, non indigent interpretatione.

4. Ratio eſt: דהוא לה עדות שאי אתה יכול להזימה id eſt, *exſiſtit enim teſtificatio, quæ vera an fraudulenta ſit, argumento nullo evinci poteſt*. At in בדיקות etiamſi uterque teſtis neget ſibi conſtare: quandoquidem ad ſubſtantiam cauſæ nihil faciunt, teſtificatio firmo ſtat talo, שאתה יכול להזימה.

ג אחד אומר בשנים בחודש ואחד אומר בשלשה בחודש עדותן קימת שזה יודע בעיבורו של חדש וזה אינו יודע בעיבורו של חדש אחד אומר בשלשה ואחד אומר בחמשה עדותן בטלה אחד אומר בשתי שעות ואחד אומר בשלש שעות עדותן קימת אחד אומר בג׳ ואחד אומר בחמש עדותן בטלה רבי יהודה אומר קימת אחד אומר בחמש ואחד אומר בשבע עדותן בטלה שבחמש חמה במזרח ובשבע חמה במערב :

3. Si alter dixerit; *Secundo die menſis*: alter, *Tertio die menſis*; teſtimonium eorum firmum eſt. Nam hic præſumitur noſſe, menſem intercalatum eſſe, ille ignorare. Si dicat unus, *Tertio*; alter, *Quinto*: nihili eſt teſtimonium. Si unus dixerit, *hora Secundâ*; alter, *Tertiâ*; recipitur teſtimonium. Unus ſi dicat, *Tertiâ*: alter, *Quintâ*: teſtimonium rejicitur. At R Jehuda recipiendum cenſet. Si unus dicat; *Quintâ*: alter, *Septimâ*, teſtimonium rejicitur. Nam quinta Sol verſus orientem, ſeptima autem occidentem verſus ſitus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שזה יודע בעבורו של חדש *Nam hic cognoverat menſem intercalatum eſſe*, is qui dixit, die ſecundo, ſciebat quod men-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dicimus teſtimonium eorum eſſe ineptum ſi differentia diei ſit, intelligendum eſt tantum de medii menſis

menſis præteritus erat completus, & quod dies menſis primus, qui eſt dies trigeſimus, fuerat e menſe præterito; & hoc intelligendum eſt uſque ad dimidium menſis, ſed a dimidio menſis & ulteriùs teſtimonium eorum eſt invalidum, quia certum eſt quod dimidium menſis non tranſiit quin hoc quiſque noverit, quando Synedrium conſecraverit novilunium. R. *Jehuda recipiendum cenſet*, quia homo in his omnibus errare poteſt. *Sol in oriente*, inde a ſpatio naſcentis lunæ uſque ad medium cœli vocatur *oriens*, & inde a medio cœli uſque ad locum occidentis ſolis, vocatur *occidens*.

ſis ſpatio; at ſi dixerit unus, decimo ſexto menſis, & alter dixerit decimo ſeptimo, teſtimonium eorum ineptum eſt, etſi de die Septimanæ conveniant, quia fieri non poteſt ut dimidium menſis tranſeat & quiſque ignoret quod dies erat menſis primus: מזרח *Oriens* dicitur inde ab angulo orientis uſque ad medium cœlum, & inde a medio cœlo uſque ad angulum occidentis vocatur מערב *occidens*. Sed jam expoſuimus in tractatu Berachot cap, 1. 2. quid ſint שעות הזמניות *Horæ temporales*.

ד ואחר כך מכניסים את השני ובודקין אותו אם נמצאו דבריהן מכוונין פותחין בזכות אמר אחד מן העדים יש לי ללמד עליו זכות או אחד מן התלמידים יש לי ללמד עליו חובה משתיקין אותו אמר אחד מן התלמידים יש לי ללמד עליו זכות מעלין אותו ומושיבין אותו ביניהם ולא היה יורד משם כל היום כלו אם יש ממש בדבריו שומעין לו ואפילו הוא אומר יש לי ללמד על עצמי זכות שומעין לו ובלבד שיהא ממש בדבריו :

4. Deinceps intro vocant alterum teſtium, eumque examinant. Si depoſitiones eorum inter ſe conſentiant, ſuffragia rogant facto exordio ab abſolventibus. Quod ſi aliquis teſtium dicat, ſe habere, quo rei innocentiam demonſtret: aut candidatus, ſe habere, quo probet, ipſum teneri impoſito crimine, his quidem ſilentium imponitur: at ſi quis Candidatus, ſe habere argumenta innocentiæ, aſſerat; is ad judicum evocatus ſubſellia, inter illos conſidet; neque inde deſcendit toto die: & ſi quid attulerit, quod momenti alicujus ſit, audiunt ipſum. Quod ſi ipſe reus ſe ajat habere, quo ſe defendat, auditur; dummodo ſolidum quid afferat.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצאו דבריהם מכוונים *Si verba eorum convenerint*, nam tum requiritur ut cauſam agant, פותחין בזכות *Incipiunt cum abſolutione*, dicendo, ſi non tranſgreſſus es, ne timeas. *Si dixerit teſtium unus, habeo quo rei innocentiam demonſtrem*, etiamſi abſolutio ſit, & quanto magis ſi condemnatio ſit, ei ſilentium imponunt, ſicuti ſcriptum eſt Num. 35. 30. עד לא יענה *Teſtis non reſpondet*, neque ad abſolvendum neque ad condemnandum, & ſi teſtium unus dixerit, habeo quo condemnationem demonſtrem, ei ſilentium imponunt, ſicuti ſcriptum eſt Num. 33. 30. אחד לא יענה בנפש למות igitur ad mortem ſontis non reſpondebit, contra vero ad abſolutionem illius reſpondebit. אינו יורד משם כל היום *Non deſcendit illinc totum diem*, etſi in verbis illius nihil contineatur ſolidi; at ſi in illis reperiatur quicquam ſolidi, nunquam eo deſcendet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אינו יורד משם כל היום *Non deſcendit illinc totum diem*, hoc intelligendum eſt quando in verbis illius non fuerit quicquam ſolidi, at ſi in illis quicquam ſolidi contineatur, nunquam illinc deſcendet, neque teſtem ullo modo audiunt tam reſpectu condemnationis quam abſolutionis, quia Lex dicit Num. 35 30. ועד אחד לא יענה Et ibidem בנפש למות quæ referenda ſunt ad אחד *Unum*, hoc ſenſu, unus teſtis non reſpondebit pro anima ut moriatur; idcirco non interficietur niſi dum plures fuerint ii qui condemnant quam ii qui abſolvunt; duo aut plures, ſicuti expoſuimus capite præcedenti.

ה אם מצאו לו זכות פטרוהו ואם לאו מעבירין דינו למחר מזדווגין זוגות זוגות וממעטין במאכל ולא היו שותין יין כל היום ונושאין ונותנין בדבר כל הלילה ולמחרת משכימין ובאין לבית דין המזכה אומר אני מזכה ומזכה אני במקומי והמחייב אומר אני מחייב ומחייב אני במקומי המלמד חובה מלמד זכות אבל המלמד זכות אינו יכול לחזור וללמד חובה אם טעו בדבר שני סופרי הדיינין מזכירים אותם אם מצאו לו זכות פטרוהו ואם לאו עומדים למנין י"ב מזכין וי"א מחייבין זכאי שנים עשר מחייבין וא' עשר מזכין ואפילו אחד עשר מזכין ואחד עשר מחייבין ואחד אומר איני יודע ואפילו עשרים ושנים מזכין או מחייבין ואחד אומר איני יודע יוסיפו הדיינים עד כמה מוסיפין שנים שנים עד שבעים ואחד שלשים וששה מזכין ושלשים וחמשה מחייבין זכאי שלשים וששה מחייבין ושלשים וחמשה מזכין דנין אלו כנגד אלו עד שיראה אחד מן המחייבין דברי המזכין :

5. Comperto innocentem eſſe; abſolvunt: ſin; judicium ejus in craſtinum differunt, binique conveniunt, atque diminuto cibo, vino non guſtato toto die, inter ſe de cauſa conferunt; poſtridie matutino curiam adeunt. tum is, qui abſolvit, ſic ait: *Ego abſolvo & in ea ſententia perſevero*: qui condemnat; *Ego condemno & in ea ſententia perſevero.* Qui condemnaverat, ei licet abſolvere: at qui abſolverat, ei non eſt licitum, mutata ſententia, pœnæ reum adjudicare. Si qua in re hæſitent errentvè, ſcribæ illis, quid actum ſit, ſuggerunt. Si rei innocentia manifeſta ſit, abſolvunt: ſin minus, conſurgunt ad numeranda ſuffragia. Si duodeni liberent, undecim puniunt, liber eſt. Si duodecim pœnæ adjudicent, undecim reatu liberent; aut ſi XI. abſolvant, & XI. condemnent, & unus dicat, (5) *Non liquet mihi.* aut ſi vel XXII. abſolvant aut condemnent, uno hæſitante, augebunt numerum judicum. Quouſque? Binos adſciſcunt, uſque dum ſint LXXI. Si triginta quinque condemnent, liber abit. Si XXXVI. condemnent; XXXV. liberent, inter ſe rem diſceptant, (6) donec ex punientibus aliquis, animadverſis contrariæ ſententiæ momentis, in illam tranſeat.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מעבירין את הדין עד למחר *Differunt judicium in craſtinum*, propter judicii pernoctationem. *Si duo condemnaverint, & undecim abſolverint*, nam dicto unius non debet fieri inclinatio in malum, idcirco addunt judices; & quamvis viginti duo abſolvant, aut condemnent, & unus dicat, neſcio, tamen addunt judices, nam illius qui dixit, neſcio, non habetur ratio, perinde ac ſi non eſſet; & judicia capitalia non judicantur niſi per viginti & tres judices. *Duo contra duos*, ſi illi duo qui additi ſunt, diviſi fuerint ab utraque parte, etiamſi non ſit inclinatio in bonum dicto unius, neque inclinatio in malum dicto duorum, nihilominus requiritur ut duo inſuper addantur, & hoc modo ſemper uſque ad ſeptuaginta & unum. *Donec ex punientibus aliquis* &c. nam eſt inclinatio in bonum dicto unius; eodem modo ſe res habet ſi unus eorum qui abſolvebant, acceptaverit verba eorum qui condemnabant dicto unius. Similiter ſi unus eorum qui abſolvebant, tranſierit in ſententiam eorum qui condemnabant, nam hypotheſis nobis eſt quod dum ſententia juris pronunciatur, etiam is qui demonſtrat abſolutionem, demonſtrare poteſt condemnationem; ſed hæc non alia de cauſa dixit, niſi quod doctor abſolutionem intendebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & fundamentorum ipſorum jam fecimus mentionem, quod inclinatio in bonum fiat dicto unius, at in malum dicto duorum aut plurium.

COCCEJUS. §. 5. Fol. 15 fac. a. hæc habes illa de re: מהו דתימא האי דקאמר איני יודע כמאן דאיתיה דמי ואי אמר מילתא שמעינן ליה קמ״ל דהאי דקאמר איני יודע כמאן דליתיה דמי ואי אמר טעמא לא שמעינן ליה, *Quod dicat, illius, qui ſe ignorare dicit, habere tamen rationem, ut præſentis; & ſi dicat aliquid, audiri: ſubaudimus, quod is, qui ſe ait ignorare, habeatur quaſi abſens eſſet, &, ſi ſententiam dicat* מראה פנים לחובה ומראה פנים לזכות ומשום הכי מספקא ליה *ſi pro reo & contra ipſum argumenta dicat, atque ita oſtendat, ſibi dubiam atque ambiguam cauſam eſſe, non audiatur.* Sic intelligo; ejus, qui dicit, ſibi non liquere, rationem haberi, ad judicium faciendum, non ad ſententiam dicendam.

6. Si non conveniret inter illos, prodibat graviſſimus judicum atque in hæc verba pronunciabat: נזרקן הדין quibus innuebat, illo tempore cauſam ob difficultatem & rationum æquilibrium decidi non poſſe, ideoque amplius pronunciandum eſſe.

פרק ו נגמר הדין מוציאין אותו לסוקלו בית
הסקילה היה חוץ לבית דין שנאמר הוצא את
המקלל אחד עומד על פתח בית דין והסודרין
בידו ואדם אחד רוכב הסוס רחוק ממנו כדי שיהא
רואהו אמר אחד יש לי ללמד עליו זכות הלה
מניף בסודרין והסוס רץ ומעמידו ואפילו הוא אומר
יש לי ללמד על עצמי זכות מחזירין אותו אפילו
ארבעה וחמשה פעמים ובלבד שיהא ממש בדבריו
מצאו לו זכות פטרוהו ואם לאו יוצא ליסקל וכרוז
יוצא לפניו איש פלוני בן פלוני יוצא ליסקל על
שעבר עבירה פלונית ופלוני ופלוני עדיו כל מי
שיודע לו זכות יבא וילמד עליו :

Cap. 6. Confecto judicio, damnatum (1) educunt v. g. ut lapidibus obruatur. Locus lapidationis (2) extra locum judicii fuit. Nam dicitur: Levit. 24. 14. Educ blaſphemum. Unus officialium ſtat ad oſtium curiæ, tenens manu ſudarium: unus item, equo inſidens, tantum inter ipſum & ſe intervalli relinquit, ut commodè videre eum poſſit. Tum ſi quis ſe offerat, qui, damnatum inſontem eſſe, doceat; iſte ſudarium quatit: eques, concitato curſu, damnatum retrahit. Quinetiam ſi ipſe quid pro ſua innocentia oſtendenda ſe habere aſſerat, (3) quater quinquieſvè reducitur: dummodò in verbis ejus ſit ſolidi quippiam. Si hoc modo innocentia ejus comprobetur, liberum dimittunt: ſin minus, prodit lapidandus, antecedente præcone atque in hæc verba conclamante: *Vir iſte N. N. filius N. N. prodit lapidandus, ob* (4) *culpam hanc.* (Nam illa quoque exprimitur) *ſuntque ejus facti teſtes N. N. & N. N. Quicunque ipſum inſontem docere poteſt, accedens rationes ſuas exponat.*

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ לבית דין *Extra Synedrium*, procul a Synedrio, nam fieri poteſt, ut, dum ad lapidationis locum ducitur, inveniatur abſolutio qua liberetur. והסודרין בידו *Et ſudaria in manu ipſius*, ad agitandum, nam hoc agitationis ſignum eſt. ובלבד שיהא ממש בדבריו *Dummodo quid ſolidi inveniatur in verbis illius*, at ſi nihil ſolidi in verbis illius inveniatur, prima & ſecunda vice tantum ipſum reducunt, quia mentis perturbatione forſan diſtractæ fuerunt rationes illius, quæ deinceps incidere poſſunt; ſed ulterius ipſum non reducunt; Duo Sapientes diſcipuli, conſtitui ſolent qui expiſcantur num quid ſolidi contineatur in verbis, & tum quater & quinquies ipſum reducunt. *N. & N. teſtes ſunt*, quod tale commiſit peccatum, tali hora, & tali in loco, nam fieri poteſt ut ſint qui eos reos agant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare lapidationis locus erat extra Synedrium, eſt, ne judices viderentur proni ad occidendum, nam dum ad locum lapidationis ſons duceretur, interea temporis accedere poterat qui abſolutionem demonſtraret. סודרין *Sudaria.* Dicit vero autor quod ſi ſolidi quicquam in verbis ipſius reperiatur, etiamſi id quater vel quinquies fiat, reduci poſſit; ſed prima & ſecunda vice eum reducunt quando alii adverſantur ei. Verum ſi ille dixerit, habeo quo abſolutionem meam demonſtrem, etſi in verbis ejus nihil ſolidi contineatur, tamen reducunt eum; nam dicimus quod timoris ergo oblitus eſt rationes ſuas, & poſtea eas recordari poteſt quando Synedrio denuo ſiſtitur. Et in quæſtione dicet, & teſtati ſunt contra illum teſtes, qui ſunt N. & N. quod talem rem perpetravit, tali die, & tali hora, & tali in loco, forſan quis erit qui eos reos agat; & ſicuti faciunt in lapidatione, ſic etiam faciunt in omnibus aliis Synedrii pœnis.

' COCCEJUS. §. 1. Antequam educeretur, amarus quidam potus ei exhibebatur. היוצא להרג משקין אותו קורט של לבונה בכוס של יין כדי שתטרף דעתו id eſt. *Ei, qui ducitur ad mortem,*

præbetur granum thuris in poculo vini, ut alienetur mens ejus.

2. חוץ לשלש מחנות, extra tria caſtra. Nam urbem Hieroſolymam in tria caſtra diſtinguunt. איכא עזרה מחנה שכינה הר הבית מחנה לויה וכל העיר מחנה ישראל i.e. *Erat atrium, caſtra Dei: mons ſanctuarii, caſtra Levitica: tota urbs, caſtra Iſraëlis.* Ita in omnibus urbibus locus ſupplicii extra muros erat. Cauſa intercapedinis eſt: כי היכי דלא מיתחזי ב"ד רצחין אי נמי כי היכי דתיהוי ליה הצלה, *ut ne Senatus videretur cædibus delectari. vel etiam, ut, dum ducitur, argumento innocentiæ reperto, liberaretur.*

3. Quicquid afferret, reducebatur bis: דלמא סתמה בעתותא נסתמו טענותיו i. e. *forte enim ob terrorem intercluſæ ſunt cauſationes ipſius.* exinde מסרינן לידה זוגא דרבנן אי איכא ממש בדבריו אין אי לא לא *addebant ei par ſapientum. Si quid, quod ad rem eſſet, afferret, reducebatur: ſin minus, non.*

4. Locum tempuſque commiſſi criminis alii addi volunt, hanc ob cauſam; דילמא איכא דידעי ואתו ומזים להו *forte enim erit, qui conſcius ſit, atque is teſtes falſi convincere poterit.*

ב היה רחוק מבית הסקילה עשר אמות אומרים לו התודה שכן דרך כל המומתין מתודין שכל המתודה יש לו חלק לעולם הבא שכן מצינו בעכן שאמר לו יהושע בני שים כבוד ליהוה אלהי ישראל ותן לו תודה ויען עכן את יהושע ויאמר אמנה אנכי חטאתי ליהוה אלהי ישראל וכזאת וגומר ומנין שכיפר לו וידוי שנאמר ויאמר יהושע מה עכרתנו יעכרך ה׳ ביום הזה היום הזה אתה עכור ואי אתה עכור לעולם הבא ואם אינו ידע להתודות אומרים לו אמור תהא מיתתי כפרה על כל עונותי רבי יהודה אומר אם היה ידע שהוא מזומם אומר תהא מיתתי כפרה על כל עונותי חוץ מעון זה אמרו לו אם כן יהו כל אדם אומר כך כדי לנקות את עצמן:

2. Quando decem cubita abeſt à loco lapidationis, jubetur confiteri. Nam id in omnibus, qui neci dantur, (5) obſervatur, ut confiteantur. Quiſquis n. confitetur, illi in futuro ſeculo ſors erit. quippe de Achane proditum memoriæ eſt, dixiſſe illi Jehoſuam: Joſ. 7. 19. *Fili mi; tribue nunc gloriam Domino Deo Iſraëlis, & ede ipſi confeſſionem. Et reſpondit Achan: Sane ego peccavi in DOMINUM Deum Iſraëlis, atque ſic &c.* Unde conſtat expiaſſe eam confeſſionem peccatum ejus? Q. D. *Et inquit Joſua: Quid turbaſti nos? Turbabit te Dominus hoc die.* Hoc die turbaberis, non in futuro ſeculo. Quod ſi neſciat, quomodo edenda confeſſio ſit, ſic jubetur dicere: *Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis.* R. Jehuda: Si ſciat, ſe teſtium (6) mendacio gravatum, ſic dicet: *Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis, hoc uno excepto crimine.* At enim id ſi admittatur, quilibet, ut (7) ſe purget, ſimiliter faciat.

R. OB. DE BARTENORA.

היה רחוק מבית הסקילה וכו *Diſtabat a loco lapidationis*, &c. nam circa lapidationis locum forſan mens illius perturbaretur & confiteri non poſſet. תן לו תודה *Da illi confeſſionem*, etſi nemo morte afficiatur ſuo teſtimonio, occiſio Achanis tamen fuit actio ſpecialis pro illo tempore. שהוא מזומם *Quod teſtium mendacio gravatus eſt*, quod teſtes illius erant mendaces. לנקות את עצמן *Ad purgandum ſe*, ab hominibus qui malam famam ſparſerunt de judicibus & teſtibus; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſum erat ut confiteretur procul a lapidationis loco, ne mens illius perturbaretur, & loqui non poſſet quando appropinquaſſet ad locum mortis. Cæterum ſcias velim quod mors quam Jehoſua inflixit Achan, fuit mandatum ſpeciale pro illo tempore, nam Lex noſtra neminem condemnat mortis propria ipſius confeſſione, neque prophetæ alicujus dicto, quod tale peccatum commiſit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 5. Neque tamen id ita fieri neceſſe eſt, quaſi abſque eo foret, occidi non poſſet. Nam ita tenent Magiſtri, neminem ex propria confeſſione aut prophetæ vaticinio eſſe neci dandum. Quod autem ad Achanem attinet, הוראת שעה היא *Id extra ordinem factum eſt.*

6. מזומם, זמם eſt flagitium meditari & dolo agere. עדים dicuntur זוממין qui malitioſe teſtimonio ſuo alterum evertere ſatagunt. מזימים ſunt, qui dolo teſtes falſos aggrediuntur, ut illorum mendacium in lucem protrahant. הזים eſt teſtium malitiam argumentis detegere. מזומם eſt teſtium ſcelere ad pœnam perpulſus.

7. Id ne fiat, ſummopere cavent, כדי שלא להוציא לעז על בתי דינין ועל העדים *ne infamia aſpergantur Senatus & teſtes.*

ג היה רחוק מבית הסקילה ארבע אמות מפשיטין אותו בגדיו האיש מכסין אותו מלפניו והאשה מלפניה ומאחריה דברי רבי יהודה וחכמים אומרים האיש נסקל ערום ואין האשה נסקלה ערומה:

3. Quando à loco lapidationis abeſt quatuor cubita, veſtes ei detrahuntur. Maris anteriora velantur: mulieris & poſteriora. Sic cenſet R. Jehuda. At Sapientes ſic pronunciant: Marem nudum lapidibus obrui, mulierem non item.

R. OB. DE BARTENORA.

מפשיטין את בגדיו *Detrahunt ei veſtes*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 24. 14. ורגמו אותו *Et lapidibus obruent ipſum*, illum ipſum ergo lapidibus obruent; non veſtes. מלפניה *Anteriora ipſius*, aliqua ex parte; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Contegunt hominem ſubter umbilicum; ratio autem quare nudus obruebatur lapidibus, erat ut eo citius moreretur; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ד בית הסקילה היה גבוה שתי קומות אחד מן העדים דוחפו על מתניו נהפך על לבו הופכו על מתניו אם מת בה יצא ואם לאו השני נוטל את האבן ונותנה על לבו אם מת בה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שנאמר יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: כל הנסקלין נתלין דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים אינו נתלה אלא המגדף והעובד ע"א האיש תולין אותו פניו כלפי העם והאשה פניה כלפי העץ דברי ר' אליעזר וחכמים אומרים האיש נתלה ואין האשה נתלית אמר להן ר' אליעזר והלא שמעון בן שטח תלה נשים באשקלון אמרו לו שמונים נשים תלה ואין דנים שנים ביום אחד כיצד תולין אותו משקיען את הקורה בארץ והעץ יוצא ממנה ומקיף שתי ידיו זו על גב זו ותולה אותו רבי יוסי אומר הקורה מוטה על הכותל ותולה אותו כדרך שהטבחין עושין ומתירין אותו מיד ואם לן עובר עליו בלא תעשה שנאמר לא תלין נבלתו על העץ כי קבור תקברנו ביום ההוא כי קללת אלהים תלוי כלומר מפני מה זה תלוי מפני שבירך את השם ונמצא שם שמים מתחלל:

4. Locus lapidationis altus erat geminam hominis longitudinem. Teſtium alter inde reum detrudebat, ut in (8) lumbos caderet. Si converſus in pectus eſſet, in lumbos convertebatur. Hoc caſu mortuus ſi eſſet, ſatisfactum legi: ſin; alter lapidem ſublatum in pectus immittebat. Si hoc ictu moreretur, ſatisfactum: ſin; à toto Iſraële lapidibus cædebatur. Q. D. Deut. 17. 7. *Manus teſtium primò in illum ſit, &c. manus totius populi deinceps.* Lapidati omnes ſuſpenduntur. verba R. Elieſeris. At Sapientes ajunt: Non ſuſpenditur niſi blaſphemus & idololatra. Mas ſuſpenditur, faciem populo obverſus. Mulier, faciem converſa ad arborem. V. R. Elieſ. At S. A. Mas ſuſpenditur, non item mulier. Quibus R. Elieſer: Atqui annon R. Simeon filius Schetach mulieres ſuſpendit Aſkalone. Quinimò reſponſum eſt ab ipſis, octoginta ſuſpendit vice una: quum tamen ne bini quidem judicentur die uno. Quomodo (9) fit ſuſpendium? Trabs in terram depangitur: ex qua lignum exſtet: dein (10) revinctis manibus (11) ſuſpenditur. R. Joſes ait: Trabs ad parietem inclinata deſtituitur, tum ſuſpenditur, conſimiliter atque à laniis fieri conſuevit. Eveſtigio autem ſolvitur. Si pernoctet, interdicti violatio eſt. Q. D. Deut. 21. 23. *Ne ſinas pernoctare cadaver ejus in ligno: ſed omnino ſepelias eum eodem die. Nam execratio Dei eſt ſuſpenſus, &c.* q. d. quare hic ſuſpenſus eſt? quia male dixit Deo, quo pacto nomen Dei profanationi eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

היה גבוה שתי קומות *Geminam hominis ſtaturam altus*, projecit reum illinc in terram. הפכו על מתניו *Si converſus in pectus*, quia magis ignominioſum eſt ſi in faciem decidat. מגדף *Blaſphemus*, ſicut Jobi. 2. 9 מברך את יהוה Præterea, idololatra etiam dicitur מגדף *blaſphemus*, uti ſcriptum eſt Num. 15. 30. Et illa ſectio de idololatra tractat.

ואין דנין שנים ביום אחד *Et duo non judicant uno die*, in uno Synedrio, quia ad uniuſcujuſque abſolutionem reverti nequeunt; ſed mulierum iſtarum ſuſpenſio tantum pro iſtius temporis ratione facta eſt, quamobrem de illa nihil colligimus ad alias pœnas; deciſio non eſt juxta R. Elieſerem. משקיעים eſt idem quod נועצים *Infigunt.* והעץ יוצא ממנו *Et lignum ex illa egreditur*, inſtar clavi egredientis e ligno prope caput illius. ומקיף שתי ידיו זו על גב זו *Et conjungit duas manus*, ſicuti ſcriptum eſt. Eſter. 9. 25. ותלו אותו *Et ſuſpendebant ipſum*, manibus ſuis. הקורה מוטה על הכותל *trabs ad parietem inclinata*, non erat terra infixa, ſed una extremitas inclinata in terram & altera in parietem. R. Joſis ratio eſt, quia trabs ſit patibulum in qua ſuſpenſus eſt, ſepeliebatur cum eo, & Lex dicit קבור תקברנו *ſepeliendo ſepelies*; tale ergo erit patibulum cui nihil deeſt niſi ſepultura, excepto eo cui deeſt ſepultura & effoſſio. Sapientes putant quod effoſſio nullius eſt momenti, & quod Lex nihil excipit præterquam ut trabs non ſit infixa terræ ab initio; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lapidatio aut impulſio fit e loco alto, ut ille cadat in petram vel petra cadat in illum, cujus rei idem dolor eſt, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 19. 13. סקל יסקל או ירה יירה Cæterum blaſphemus ſolus ſuſpendebatur, & idololatra etiam vocatur blaſphemus, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Num. 15. 30. והנפש אשר תעשה ביד רמה מן האזרח ומן הגר את יהוה הוא מגדף. Quæ verba exponunt in Siphri, quod de idololatra tractant, mulieres vero hæ propter præſtigias ſuſpenſæ ſint; quod autem omnes uno die morte affectæ ſunt, factum pro occaſione illius temporis; & ſic etiam cum ſuſpenſione comparatum eſt. Cæterum jus non debet doceri e caſu particulari iſtius temporis, ſicuti pro fundamento poſuimus in præfatione hujus tractatus; deciſio non eſt juxta R. Elieſerem.

COCCEJUS. §. 8. משום דלא מצו לאפוכי בזכותייהו nam ita non poſſent rei ſe defendere. Mulierum autem iſtud ſuſpendium fuit הוראת שעה extraordinarium & ſingulare quiddam. Ita enim fit aliquando, שב"ד מכין ועונשין שלא מן התורה ולא לעבור על דברי תורה אלא כדי לעשות סייג לתורה *ut Senatus flagris cædat & ſupplicio afficiat, præter legis præſcriptum: non ut legem violet, ſed ut eam ſepe quaſi communiat*, quò diligentius obſervetur. Hoc idem habetur in Jebamoth cap. x. Qua de cauſa proditum memoriæ eſt, ſub Græcorum imperio, qui Sabbato equo vectus eſſet, loris cæſum, aliumque item, quod in propatulo ſubter ficu cum uxore congreſſus eſſet (הטיח את אשתו) lapidibus obrutum eſſe. Atque hoc quidem ea de cauſa, ne ob perſecutiones graves auctoritas legis & Senatus apud homines profanos (פרוצים) eviloſceret.

9. Suſpendium lapidatorum præceptum tenetur Deut. XXI 22. 23. Non igitur כדרך שהמלכות עושה *ſicut à regibus fieri ſolet*, vivos ſuſpendunt, ſed mortuos; idque vergente ad occaſum ſole, ita ut כדי אחר קושר ואחר מתיר לקיים מצות תלייה *uno ligante alter ſolvat, ad præcepto de ſuſpendio ſatisfaciendum.*

10. Junctis. Id enim Ebræa vox præter alia ſignificat Rabbinis. ſic in Sabbat. cap. 11. 5. אם אינן (ר"ל הספינות) קשורות אף על פי שמוקפות אין מטלטלין מזו לזו id eſt, *Si illæ (naves ſcilicet) colligatæ non ſunt, licet junctæ, nihil ex una in aliam efferetur.* ſic & alibi. Uſurpant ſic & Syri.

11. Ex manibus cadaver ſuſpenditur.

ה אמר ר׳ מאיר בשעה שאדם מצטער מה הלשון אומרת כביכול קלני מראשי קלני מזרועי אם כן כביכול המקום מצטער על דמם של רשעים שנשפך קל וחומר על דמם של צדיקים ולא זו בלבד אלא כל המלין את מתו עובר בלא תעשה הלינו לכבודו להביא לו ארון ותכריכים אינו עובר עליו ולא היו קוברין אותו בקברות אבותיו אלא שני בתי קברות היו מתוקנין לבית דין אחד לנסקלין ולנשרפין אחד לנהרגין ולנחנקין :

5. R. Meïr: Quum homo dolet, quid (12) lingua fatur? Si ita fas eſt loqui: *Caput mihi* (13) *dolet: brachium mihi dolet.* Quum hoc modo, (14) humanitus loquendo, Deus affligitur ſe ob ſanguinem improborum, multo magis ob ſanguinem juſtorum. Neque hoc tantum, verum etiam, quicunque ſinit cadaver mortui ſui pernoctare, interdictum violat; niſi id faciat honoris cauſa, ut paret ei capulum & involucra. Lapidatus non ſepelitur in ſepulcris majorum ſuorum. Duo autem ſepulcreta à Senatu conſtituta fuerunt; unum lapidatis & uſtis: alterum gladio & laqueo interemtis.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שאדם מצטער *Quando homo affligitur*, quando ob delicta ſua punitur. מה הלשון אומרת *Quid lingua fatur?* qua lingua divinitas queritur & plangit de ipſo. *Caput mihi dolet*, ſicut ei qui delaſſatus eſt. *Et hoc non tantum*, quod præceptum negativum trangreſſus eſt, nimirum, ſi pernoctaverit.

ולא היו קוברין אותו בקברות אבותיו *Et non ſepeliebant eum in ſepulchris patrum ipſius*, nam juſtus cum injuſto non ſepelitur, nec is qui gravioris mortis condemnatus eſt una cum eo qui levioris mortis condemnatus eſt; eſtque hoc jam traditione receptum quod duo ſint, non quatuor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes dicunt quod in arbore plantata non licet ſuſpendere, juxta id quod dicitur in Lege תקברנו *Sepelies ipſum*, per eum ergo cui nihil deeſt præter ſepulturam excipitur is cui deeſt ſepultura; nam hypotheſis nobis eſt quod patibulum ad quod ſuſpenſus eſt reus, una cum ipſo ſepeliri debet, ut & palus terræ infixus. Et quia reo adhuc deeſt effoſſio ſive ſepultura, propterea dicit R. Joſe, quod trabs ſuper parietem inclinata erit, & non terræ infixa. Sapientes dicunt, quod ſepultura nullius eſt momenti.

מה הלשון אומרת *Quid lingua fatur?* vult, namque verba quædam homo dicere ſolet quando reſpondere vult quod labor ipſius illi moleſtus eſt, nulla eſt utilitas in hoc negotio, neque ſi relinquatur. Verba vero illa quæ dicebant in temporibus R. Meyri, erant hæc. קלני מראשי קלני מזרועי dolet mihi caput meum, dolet mihi brachium meum; eodem ſenſu loquitur ſcriptura, quod in morte hujus peccatoris ſit deſtructio eſſentiæ, idcirco non conſentaneum eſt ut in vita conſervetur, & hoc dicat pro eo qui mortis condemnatus eſt, quanto magis pro eo qui innocenter occiſus eſt, & hæ duæ ſepulturæ traditione acceptæ ſunt, ſed ex Lege nulla ipſis eſt demonſtratio.

COCCEJUS. §. 12. Putant condolere hominibus cujus planctum iſta formula explicant.

13. In Ebræo eſt: קלני מראשי, in quo exponendo torquent ſe ipſi Rabbini. Plerique id arripiunt, quod קלני ſit q. אני קל q. d. *non levis ſum ex capite.* Sed malim, ני pro affixo accipiens, ita declarare: Ego ſum levior meo capite q. d. ita mihi dolet caput, atque ita mihi ponderoſum eſt, ut illud ſuſtinere nequeam ני cum adjectivis participiiſque ſic jungi, ſi quis, fors, ignoret, is ſciat, eodem exemplo dici: תמהני id eſt, *miror.* זכורני *memineris ſum.* מקובלני παρείληφα. id eſt, *traditum mihi eſt.*

14. כביכול ὡς ἐπὶ δυνατοῦ q. d. ita de Deo loqui nobis liceat, *ac ſi id de ipſo dici poſſet.*

ו נתעכל הבשר מלקטין את העצמות וקוברין אותן במקומן והקרובים באים ושואלים בשלום הדיינים ובשלום העדים כלומר דעו שאין בלבנו עליכם כלום שדין אמת דנתם ולא היו מתאבלין אלא אוננין שאין אנינות אלא בלב :

4. Quando (15) abſumta caro eſt, oſſa coacervata in privata ſepulcra inferuntur. Propinqui judices ut & teſtes ſalutant. quaſi dicerent. *Perſuaſum vobis ſit, nos nullo modo vobis ſuccenſere, quippe qui recte judicaveritis.* Propinquos ſuos morte affectos non (16) plangunt, ſed (17) lugent. Luctus enim cordis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתעכל הבשר *Abſumpta eſt caro*, & tum ei jam condonatum eſt morte & ignominia. *Oſſa coacervata in privata ſepulchra inferuntur*, & non lugebantur, ut ignominia eorum ipſis eſſet pro expiatione; cæterum eſt qui dicit, quia luctus decreſcit quando ſepultura occluditur, nunc vero non lugebit eos, quia eorum nondum expiatio facta eſt niſi dum conſummata fuerit caro, & quandoquidem propellitur luctus dum reus affligitur, propterea deinceps quoque propellitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Propinqui adveniunt quando ſententia dicta eſt & reus occiſus eſt, & non licet lugere eos qui juſſu Synedrii occiſi ſunt, quia peccata demum condonata ſunt quando caro conſumpta eſt, at luctus perfici ſolet ſtatim quando ſepultus eſt mortuus, verum cum propinqui illius qui ſuſpenſus eſt iſto tempore a luctu ſunt propulſi, deinceps quoque propulſi manent.

COCCEJUS. §. 15. Quum putredine ſoluta caro oſſa deſtituerit. נתעכל in Ebræo eſt. Eliæ in Thiſbi eſt עכל *concoquere, digerere.* vide & Aruch. videtur ab אכל deſcendere. Et ſanè alii codices habent נתאכל.

16. Cauſa eſt: כדי שתהא בזיון כפרה להן, *ut ignominia ipſis piamento eſſet.* Sive, ut quidam volunt, לפי שהאבלות חלה כשיסתם הגולל והם לא נגמרה כפרתן עד שיתעכל הבשר והואיל ואידחי האבלות אידחי *quia luctus demum locum habet, ex quo os ſepulcri lapide fuerit occluſum. Horum autem expiatio perfecta non eſt, ante carnis putredinem. Quoniam igitur impeditus eſt luctus initio, & impoſterum omittitur.* Luctus hic intelligitur, qui externo habitu & geſtu declaratur. quomodo ſæpe in ſcripturis capitur אבל, qui à Senatu morte affecti ſunt, non lugentur: at qui juſſu regis conſiliique regii interfecti ſunt, eorum bona quidem fiſco regis inferuntur, at nec luctu hi carent, neque ſepulcris majorum prohibentur. *Maimonid. hilch. Ebel. cap.* 1. Luctus hoc ferè ritu peragitur: Veſtis,

Veſtis, defuncto neceſſario, ſic præceptore, principe &c. atque audito exceſſu ejus, conceſpitur: ploratus planctuſque fit: lugens alienis veſcitur epulis, phylacteria deponit, abſtinet carne & vino: quum infertur funus in ſepulcrum, antecedit diſcalceatus, exſerto humero. Ibi conducti adſunt ſiticines & qui lectum faciant. Hic eſt, quod Joſephus ſuper morte ſua falſo nunciata *πλείσυς μισθωσάμενοι αὐλητὰς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς, ἀλ.* lib. 3. cap. λ. prodit. Vide Tremell. ad Matth. 9. 23. Id ex hiſtoria Euangelica notum quoque eſt. Sepulto, ſolennis conſolatio agitur: exin xxx. dieb. novacula, veſte nitida, nuptiis abſtinet: primis ſeptem diebus non tondetur, ſed alit comam; veſtes non eluit, neque lotas induit, neque candidas & nitidas; præter faciem & manus non lavat, niſi ad detergendam ſpurcitiem; neque ungitur; non utitur venere; diſcalceatus, operto capite ambulat; neminem ſalutat; in toro ſublimi non ſedet niſi Sabbato aut feſtis diebus: opus intermittit, neque legi operam dat, niſi ſi in publicis cœtibus ejus requiratur ſcientia, atque tum aſſidenti proximè ſubmiſſa voce ſenſa ſua aperit, qui dictet interpreti, per quem populo explicentur. Ipſe enim interpretem tum non adhibet. Plura de his legere licet apud Maim. in hilchos Ebel. Schiccard. de jur. reg. Hebr. c. vi.

17. Quod hic dicitur אוננין Chaldaice uſitato vocabulo, ex biblico ſermone diceretur מתאננים. Radix utraque conjungitur Eſa. 3. 26. אנו ואבלו Ibi tamen Kimchius אנו ab אנאה format; unde eſt אניה & תאניה Thren. 2. 5.

פרק ז ארבע מיתות נמסרו לבית דין סקילה שריפה הרג וחנק ר׳ שמעון אומר שריפה סקילה חנק והרג זו מצות הנסקלין :

Cap. 7. Quatuor (1) ſupplicia capitalia Senatui tradita ſunt: (2) lapidatio, uſtio, (3) interemtio, quæ fit gladio, (4) ſtrangulatio. R. Simeon ait: uſtio, lapidatio, ſtrangulatio, occiſio. Hactenus de præceptis ad primum genus ſupplicii pertinentibus actum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע מיתות נמסרו לבית דין *Quatuor ſupplicia capitalia ſenatui tradita ſunt*, lapidatio gravior eſt combuſtione, & hæ duæ graviores interemptione quæ fit ope gladii, & illæ tres graviores ſtrangulatione. Et hinc colligimus pro eo qui duorum ſuppliciorum capitalium condemnatus eſt, quod graviori affici debet. R. *Schimeon dicit* &c. Sed deciſio non eſt juxta R. Schimeon. *Hactenus de præceptis ad primum genus ſupplicii pertinentibus*, quæ nimirum capite ſuperiori expoſita ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia de quatuor mortis generibus quibus Synedrium punit, reſpectu ordinis eorum hæc eſt, quia in morte graviori anticipare ſolent eamque ante leviorem mortem perficere. Sapientes & R. Schimeon diſſentiunt de combuſtione & lapidatione, quænam eorum gravior ſit, ſic etiam de ſtrangulatione & occiſione quæ fit gladio, utilitas vero illius quo quærimus quænam ſit *mors gravior?* eſt, quia is qui duorum capitalium ſuppliciorum condemnatus eſt, graviori afficiendus ſit, juxta omnium ſententiam. ומצות הנסקלין *Hæc ſunt præcepta eorum qui lapidibus obruendi ſunt*, ſignificat ea quæ ſuperiori capite de hoc caſu dixit; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

COCCEJUS. §. 1. Ex quatuor ſuppliciis regi non niſi gladius conceditur *Maimon. hilch. Sanh. cap.* XIV. Ordine a. verborum gravitas ſuppliciorum hic indicatur, ut primum ſit omnium graviſſimum, & ſic deinceps. Id haud temerè alias à Magiſtris obſervatur: unde ajunt, כל מקום ששנו חכמים דרך מנין אין מוקדם ומאוחר id eſt, *ubicunque Sapientes tradiderunt per modum recenſionis, quid primum, quid poſtremum dicerent, inſuper habuerunt*, quæ loca excipit Gemara non aſſeribo, ut aliena & nimis prolixa. Neque verò ſine cauſa ſolliciti ſunt de diſcrimine ſuppliciorum. Nam, ſi quis duum ſcelerum poſtuletur, graviore pœna plectitur.

2. Lapidatio in blaſphemum & idololatram ſtatuta eſt, crimina omnium maxima. Merito igitur hæc maxima pœna cenſetur. Similibus rationibus de gravitate cæterorum diſputant.

3 Hoc ipſis vult הרג, tamen notio verbi הרג generalior eſt; quippe quod aliis ſuppliciis quoque commodatur: ut lapidationi, Deut 13 9.

4 Aliter in Targum Ruth cap. 1. 17. ארבע דיני מותא לחייביא רגימת אבנא ויקידת נורא וקטילת סייפא וצליבת קיסא i. e. *Quatuor judicia mortis in nocentes: injectio lapidum, crematio ignis, interfectio gladii, ſuſpenſio ligni.* Ita *καλά πέδας* verſa hæc ſonant.

ב מצות הנשרפין היו משקעין אותו בזבל עד ארכובותיו ונותנין סודר קשה לתוך הרכה וכורך על צוארו זה מושך אצלו וזה מושך אצלו עד שפותח את פיו ומדליק את הפתילה וזורקה לתוך פיו ויורדת לתוך מעיו וחומרת את בני מעיו ר׳ יהודה אומר אף הוא אם מת בידם לא היו מקיימין בו מצות שריפה אלא פותחין את פיו בצבת שלא במוכתו ומדליק את הפתילה וזורקה לתוך פיו ויורדת לתוך מעיו וחומרת את בני מעיו אמר ר׳ אליעזר בן צדוק מעשה בבת כהן אחת שזינתה והקיפוה חבילי זמורות ושרפוה אמרו לו מפני שלא היה בית דין של אותה שעה בקי :

2. De urendis hæc ſtatuta accepimus. Damnatus fimo immergitur uſque ad genua. Tum linteum durum molli involvitur. In collo ejus circumdatur; atque in diverſa hinc inde à duobus trahitur: eò uſque donec os hiſcat. Quo facto, (5) filum candefactum ori ejus illiquatur, quod in viſcera ejus deſcendens cibum uſtulet. R. Jehuda ait: Enimverò ſi moriatur in manibus illorum, non fuerit in illo peractum præceptum uſtionis. Ergo aperiunt os ejus forcipe, ipſo invito, & metallum candens ori illiquant, &c. R. Eleaſar filius Sadok ait: memoriæ proditum eſt, filiam ſacerdotis quandam, quæ ſcortata erat, aggeſtis circumquaque faſcibus cremiorum combuſtam eſſe. Illi reſponſum eſt: Ideò id factum eſſe, quod Senatus ejus temporis (6) rudis ſtatutorum fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

היו משקעין אותו בזבל *Immergebant eum fimo*, ne in hanc vel

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פתילה Eſt metallum fuſile, & illi comburebantur plumbo

הבא על אשת אב חיב עליה משום אשת אב
ומשום אשת איש בין בחיי אביו בין לאחר מיתת
אביו בין מן האירוסין בין מן הנשואין הבא על כלתו
חיב עליה משום כלתו ומשום אשת איש בין בחיי
בנו בין לאחר מיתת בנו בין מן האירוסין בין מן
הנשואין והבא על הזכור ועל הבהמה והאשה
המביאה את הבהמה אם אדם חטא בהמה מה
חטאת אלא לפי שבאה לאדם תקלה על ידה לפיכך
אמר הכתוב תיסקל ד״א שלא תהא בהמה עוברת
בשוק ויאמרו זו היא שנסקל פלוני על ידה :

ſui. R. Jehuda ait: Non tenetur, niſi quod mater ſit duntaxat. Qui rem habet cum uxore patris, duplici nomine reus eſt, quod & patris uxor, & maritata eſt: ſive patre vivo, ſive eo defuncto, ſive duxerit eam (pater) domum, ſive deſponderit ſibi, nihil refert. Qui rem habet cum nuru ſua, duplici item reſpectu tenetur, quod cum nuru, maritata: perinde autem eſt, ſive vivat filius, ſive obierit, ſive duxerit, ſive deſponderit. Qui coit cum maſculo & jumento; quæque ſuccumbit jumento. Si homo peccavit, quid peccavit beſtia? Sed quia per illam homini exitium procuratur, propterea edicit ſcriptura: Lapidetur, aut: ne quum jumentum agitur per plateas, dici poſſit: Hæc eſt illa beſtia, ob quam lapidibus obrutus eſt N. N.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן הנסקלין *Hi ſunt qui lapidantur*, de quibuſdam clare expreſſa eſt lapidatio, de quibusdam vero non expreſſa eſt lapidatio, ſed de illis dicitur דמיהם בם *Sanguis eorum ſuper illis*, aut, דמיו בו *Sanguis illius ſuper illo*; at quocunque in loco dicatur hæc phraſæologia, de lapidatione illa tantum intelligenda eſt, & hoc colligimus ex iis quæ dicuntur de Pythone & ariolis Levit. 20. 27. מות יומתו באבן ירגמו אתם דמיהם בם *Moriendo morientur, lapidibus obruentur, ſanguis eorum ſuper illis.*

והנותן מזרעו למולך *Si quis de ſemine ſuo dederit Molecho*, putat hic doctor quod cultus Molechi non ſit idololatria, ſed ſtatutum gentile tantum, ideo doctor Miſnicus tradidit de idololatria & de datione ſeminis pro Molecho ſigillatim.

והמקלל אביו ואמו *Et qui patri matrique maledixerit*, maledictio graviorem meretur pœnam quia maledictio duo comprehendit peccata, ut ignominiam patris matriſque, & prolationem nominis Dei in vanum; nam Miſna dicit quod non condemnatus eſt niſi dum parentibus maledixerit cum nomine Dei. והמסית *Et ſeductor*, qui privatos aliquot ſeduxerit. המדיח *Qui ad apoſtaſiam impellit*, civitatem idololatricam. והמכשף *Et magus*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22. 17. מכשפה לא תחיה Et ſtatim ſubſequitur כל שוכב עם בהמה מות יומת ſicuti igitur is qui cum quadrupede concubuerit, ſit lapidandus, ſic etiam is qui magum agit, lapidandus eſt.

הבא על האם וכו׳ *Si quis rem habuerit cum matre ſua* &c. is tenetur ad duo ſacrificia offerenda expiatoria, nam de omnibus inceſtibus in Lege dicitur כרת *Exciſio* & סקילה *lapidatio*, eſt itaque differentia ſacrificiorum expiationis pro peccato, etiam in eodem corpore, & ſic deciſio eſt.

בין מן הארוסים *Sive a deſponſationibus*, nam quoniam illi deſpondit, ipſius eſt uxor, ſicuti dicitur Levit. 24. 5. ואיש כי יקח אשה ab eo igitur momento quo eam duxit, vocatur uxor illius, & conjugium fit ope קדושין *Sponſalium*, ſicuti per ſententiam æqualem colligimus ex emtione agri Ebronis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoties in Lege dicitur דמיהם בם *Sanguis eorum in illis*, toties lapidatio intelligenda eſt, lapidationem vero pro eo qui cum quadrupede rem habuit, colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 20. 15. מות יומת ואת הבהמה תהרגו Et de ſeductore ſcriptum eſt Deut. 13. 19. כי הרג תהרגנו ſicuti ergo ſeductor lapidandus eſt, ita quoque beſtia lapidanda eſt, & ſicuti beſtia mori debet, ſic etiam homo mori debet qui cum ea peccavit; notum eſt ſatis quod ſi quis cum maſculo rem habuerit, lapidandus ſit, & ſit is qui vocatur נרבע בבהמה Et hoc eſt quod Deus voluit in eo quod dixit, שכב עם הבהמה *Si quis concubuerit cum beſtia*; ſic etiam comparatum eſt cum muliere quæ cum quadrupede rem habuit, tam modo ordinario quam extraordinario. Sed ecce jam mihi occurrit locus in quo continentur fundamenta caſuum quorundam hinc inde in Miſna occurrentium, quæ omnia in hoc loco recolligam, ut ab unoquoque ſimul percipi poſſint; inſuper etiam mentionem faciam caſuum illorum quæ in Miſna exponuntur, ut totum eorum ſcopum oſtendamus. Primum itaque dico, quod quicquid ego in hoc loco dixero de איש גדול *Viro magno*, intelligendum de adoleſcente tredecim annorum uniuſque diei, cui in pudendis duo ſunt pili, & hic dicitur perfecte adultus juxta Legem. Sic etiam puellam duodecim annorum & unius diei, cui duo in pudendis ſunt pili, vocamus גדולה *Magnam*. Quando autem non ad hanc pervenerint ætatem, vel ad eam pervenerint, at non duo illis fuerint pili in pudendis, vocamus eum קטן *parvulum*, & eam קטנה *Parvulam*; & quiſquis de illo dixerit quod meretur עונש *pœnam*, aut עונשים *pœnas*, intelligit flagellationem, vel unam e mortibus quæ a Synedrio infliguntur. Hiſce præmiſſis, incipiam ea quæ promiſi ſuperius. Scias ergo quod inter inceſtuoſum coitum quem ineunt more naturali & inter eum quem præter naturam ineunt, nulla ſit differentia; ſic etiam ſi quis coeat cum mare, vel cum quadrupede. Cæterum מערה vocatur is qui totam mentulæ coronam ſive caput intromittit; מכניס vero is qui totam mentulam intromittit; at ſi quis coronæ partem tantum immiſerit, ſe habet ut is qui agit ope membrorum, & emiſſio ſeminis nil facit ad condemnationem pœnarum, ſed quoniam membrum virile intulit, propterea tenetur pœna, etſi illud ſtatim retraxerit. Et non eſt ulla inceſtuum differentia in qua vir præferendus eſt mulieri, vel contra, & hoc eſt quod vocant משכב המוך *concubitus converſus*; & ſic etiam cum cæteris ad concubitum inclinandi modis comparatum eſt, quocunque modo coitus admiſſus ſit, ut ſimul ac membrum virile intulerit, pœnam mereatur. Et ſi quis cum muliere rem habuerit ipſi propter inceſtum prohibita, atque aliud præter virile membrum immiſerit, non tenetur ad pœnam, etiſi emiſerit ſemen, nam de hac re diſſentiunt, & in Gemara non deciſa eſt, propterea homo non puniendus eſt niſi propter rem claram de qua nullum eſt dubium; nihilominus tamen eſt res fœda, & is qui eam peregerit, vocatur a Sapientibus משמש מת *Miniſtrans mortuos*, nimirum, quia membro ad coitum inepto & quaſi mortuo utitur. Verum ſi quis concubuerit cum muliere ipſi propter inceſtum prohibita, illaque mortua, nullo reatu tenetur juxta omnium ſententiam, & hoc eſt quod Sapientes vocant מעשה הורדוס *Opus Herodis*. Qui vero ope membri virilis cum muliere propter inceſtum illi prohibita rem habuerit, oſculatus fuerit, amplexus fuerit, vel membrum aliquod attigerit ea quidem intentione ut deliciis quibuſdam fruatur, ut ii qui delectantur manu aut pede, hujuſmodi laſciviæ actionem Sapientes vocarunt נואפים ביד וברגל *adulterantes manu & pede*. Similiter, ſi quis luſerit cum ea quæ illi propter inceſtum prohibita eſt, & nutu oculi indicaverit laſciviam ſuam, prohibitum illi eſt, & propterea flagellandus eſt. Cæterum omnia hæc duobus continentur præceptis negativis e Lege petitis, quorum unum comprehenditur in iis quæ dicuntur Levit. 18. 6. לא תקרבו לגלות ערוה perinde ac ſi Deus dixiſſet, cauti eſtote & ſeparate vos ab occaſionibus illis

qui-

quibus facile dilabimini ad detegendam nuditatem vobis prohibitam. Secundum præceptum eſt quod dicitur eodem capite verſu 30. לבלתי עשות מחוקות התועבות Sed non obtinet condemnatio exciſionis niſi ob coitum dictum, nempe, ob coitum maſculinum præter naturam. Sic etiam vetitum eſt odorem membri muliebris odorari, & viſu ſe delectare in figura illius cum intentione coëundi; ſed propterea non tenetur pœna exciſionis, etſi dictum ſit לא תנאף *Non fornicaberis*, quod exponunt, non capies utilitatem ex אף *Facie* nam propter expoſitionem allegoricam nemo verberandus eſt. Licitum eſt ſponſam intueri in tempore benedictionis nuptialis, etſi ſit uxor maritata quæ propter inceſtum prohibita eſt; at poſtea non licet eam intueri, niſi præter intentionem cognoſcendi formam illius. Sed mulieris liberæ ſive cœlibis formoſitatem intueri licet, ſi abſque inceſtu quis ea frui poſſit, & hic non obtinet prohibitio niſi honeſtatis & abſtinentiæ gratia, & hæ ſunt e rebus licitis dummodo quis ex illis non incidat in id quod illicitum eſt; ſed homines ſe longe ab hujuſmodi actionibus removere ſolent, etiamſi licitæ ſint, ne, ſi illa mulier nubat viro, cum illa agat ſicuti antea. Ita exponunt illud Job. 31. 1. ברית כרתי לעיני ומה אתבונן על בתולה Attamen non prohibitum eſt. Verum ſi illam luſtraverit an ſatis pulchra ſit ut eam ducat in uxorem, licet; nam & hoc præcipit Lex, & quoque facere ſolent, viri Legis periti. Qui vero coiverit cum muliere cœlibe, condemnatus eſt flagellationis; ſed coitus cum muliere cœlibe ipſi ob inceſtum vetita ope membri alicujus ad procreationem apti, & id genus alia de quo ſuperius dictum eſt, non meretur pœnam flagellationis; quia ipſe coitus naturalis demum meretur pœnam flagellationis. Nihilominus tamen hæc omnia illicita ſunt, & ex conſtitutione Sapientum flagellationem meretur is qui cum cœlibe clanculum verſatur. Sic etiam homini prohibitum eſt ut ſolus ſit cum cæteris mulieribus ipſi propter inceſtum prohibitis, niſi cum maſculo & quadrupede. Nam ita dixerunt Sapientes, Iſraëlitæ non ſunt ſuſpecti de maſculo neque quadrupede reſpectu coitus, quia populus iſte purificatus non fertur deſiderio in haſce duas res turpes, quæ fiunt præter naturalem uſum. Si vero quis ſolus fuerit cum aliqua muliere ipſi propter inceſtum prohibita, aut cum muliere cœlibe ipſi ob inceſtum non prohibita, ambos flagellant, muliere maritata tantum excepta, nam ſi quis cum illa ſolus eſt, etſi prohibitum ſit, neuter flagellatur, quia de liberis non diſpergitur mala fama quod ſpurii ſunt. Licet homini ſolum eſſe cum matre aut filia ipſius tantum, ſed cum cæteris mulieribus ipſi ob inceſtum prohibitis non licet eſſe ſolum; ſed omnia horum caſuum jura jam expoſuimus in tractatu Ciddusſchin capite ultimo.

Qui vero Legem Moſis profitentur, quando oſculantur propinquas ſuas, non iis cum cupidine quadam id faciant, uti eſt ſoror ipſorum, vel ſoror matris patriſque, & filia filiæ, & filia filii, nam hoc prohibitum eſt. Sed propterea non condemnati ſunt flagellationis quando non intenderint laſciviam, nihilominus tamen prohibitum eſt. Contigit aliquando ut Sapientum aliquis oſculatus fuerit filiarum ſororis ſuæ ipſo natu majoris manus, & veniente ſtudioſo quodam inde ſe ſubduxerit, quia vidit quod in eo non continebatur modus permiſſionis. Dixerunt illi Sapientes, de te dixerunt; נזירא כחור כחור לכרמא לא תקרב *Nazyraus in circuitum vineæ non veniet.* Et in omnibus mulieribus ipſi propter inceſtum prohibitis talia viro illicita ſunt, præterquam in filia, quam oſculari poteſt; nam matri licitum eſt oſculari filium ſuum uſque dum duodecim habuerit annos, ſed poſtea illi prohibitum eſt propter inceſtum. Sic etiam patri licet oſculari filiam ſuam donec novem habuerit annos, at poſtea prohibitum. Sic etiam viro prohibitum muliere uti qui ipſi cibum & potum ſuppeditet, vel manus lavet, id id genus alia, ſive vetula ſit ſive tredecim annorum uniuſque diei, ſive ſit manumiſſa ſive ſerva magna aut parva, virgo aut coitum paſſa, ſive illi propter inceſtum prohibita ſive non, præter matrem & filiam uti diximus, in quibus non conſiderantur. Et hoc eſt quod dixerunt Sapientes, אין משתמשין באשה כלל *Nullatenus muliere ad miniſterium utuntur*; ratio prohibitionis eſt ne in malam incidat cogitationem; ſed propterea non tenentur ad pœnam flagellationis. Et Sapientes jam multa monuerunt de mala cogitatione, ut homines procul arcerent ab occaſione tranſgreſſionis, & prolixi fuerunt in iis deterrendis a laſcivis cogitationibus, ne quis ſemen emitteret in vanum, & declararunt hæc omnia prohibita; ſed propter ejuſmodi actiones neminem flagellationis condemnarunt. Porro actus ille turpis quem mulieres inter ſe faciunt, eſt abominationis actus, attamen illis non injuncta eſt pœna, neque ex Lege neque e Sapientibus, neque una earum vocatur זונה *Scortum*, neque marito vel ſacerdoti prohibita eſt; & hoc eſt quod Sapientes vocarunt נשים מסוללות זו בזו *Mulieres invicem ſe titillantes & pilos confricantes*, qui actus cum ſit ſpecies coitus, cui tamen non impoſita eſt pœna, enumerarunt eum Sapientes inter abominationes Ægyptiacas, & quæſiverunt in caſu quodam, *quænam erant Ægyptiorum opera?* vir ducebat virum, & mulier ducebat mulierem, & una mulier duobus nubebat viris. Licet autem marito cum uxore ſua coire præter naturalem uſum & quocunque voluerit modo; ita enim reſpondit nonnemo Sapiens mulieri alicui de hoc quærenti, Lex hoc permiſit. Verum Sapientes nonnulli decernere voluerunt hunc actum eſſe abominabilem, nimirum, non licere homini hoſce actus cum uxore ſua peragere, ne faciat ſicuti plebeji qui multo cum deſiderio oſculantur pudenda mulierum, & hac in parte Sapienti illi contrarii fuerunt, qui dixerat Legem hoc permiſiſſe. Sapientes vero in genere dicunt, quicquid marito cum uxore ſua lubuerit, id ei licitum eſſe; & Gemaræ deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum. Verum, etſi omnia hæc quidem licita ſint, ſicuti diximus, pii tamen atque ſancti homines hujuſmodi abominabiles actiones repudiant, & malos pronunciant, & impios qui illis delectantur; quia conjugii ſcopus eſt generis humani conſervatio, non carnalis illa conjunctio, qua de cauſa omnibus animalibus a natura datum eſt ut ſemen promoveant. Cujus rei clariſſimum teſtimonium eſt quod poſt emiſſionem ſeminis omnis appetitus & delectatio deſinit. Nam ſi delectatio tantum conjugii eſſet ſcopus, tam diu duraret quamdiu quis ſe delectare vellet, quod tamen ita non eſt. Propterea religioſi ſequuntur naturæ ſcopum, quod a Sapientibus laudatur, & hunc modum vocant מקדש עצמו בשעת תשמיש *Seipſum ſanctificare in tempore coitus*, & illam ſeminis abundantiam tantum emittere, & dicunt quod hoc modo honeſti & pii acquiruntur liberi; & propterea Sapientes aliquando laudarunt aliquem Sapientem cui erat uxor quæ manifeſtis maculis affecta erat, quas ille tamen ignorabat, quia, dum cum uxore ſua coibat, ſanctiſſimam de propagando genere humano cogitationem habebat juxta creatoris mentem. Et hoc non repugnat iis quæ ſupra diximus, nempe, quod quicquid maritus cum uxore ſua facere voluerit, id ei licitum ſit; nam caſus prohibitionis & permiſſionis non eſt odii, nec ſeparationis ſignum; ſed potius amoris & benevolentiæ, majoris honeſtatis & ſanctitatis gratia. Sic prohibuerunt Sapientes cum uxore ad lucernæ lumen coire, attamen non eſt ei ſtatuta pœna ſi id tali modo fecerit; ſimiliter prohibuerunt ne quis in platea vel horto cum uxore coëat, & ſimilibus in locis in quibus non habet domicilium fixum, & pœna flagellationis affecerunt eum qui id fecerit, & rem odioſam habuerunt ſi quis die cum uxore coëat & publice vel multas uxores, vel filiam plebeji ducat, vel affinitatem cum eo contrahat, vel uxorem ducat quæ non habet duodecim annos, vel filia minorennis nubat ſeni, aut vetula adoleſcenti, omnia hæc in Lege abominantur. Jam redibo ad perficienda illa fundamenta quæ retulimus. Quando igitur quis maſculus adultus adulterium commiſerit cum fœmina minorenni; & illa habuerit tres annos unum que diem & plus, ille tenetur pœna, & illa non tenetur niſi dum adulta ſit; at ſi fœmina adulta cum adoleſcente minorenni fornicata fuerit qui novem annos unumque diem & plus habet, illa tenetur pœna, & ille non tenetur pœna niſi dum adoleſcat. Verum ſi vir adultus rem habuerit cum alio maſculo, vel ille ad ipſum adduxerit maſculum, ſi novem annorum uniuſque diei & pluris maſculus fuerit, lapidibus obruetur ille vir adultus, & minorennis non morietur niſi dum adoleverit Si mulier quadrupedem ad coitum ipſum adduxerit, quadrupes non lapidabitur. Sic etiam, ſi quis coiverit cum quadrupede vel quadrupedis coitum admiſerit, ſi fuerit adoleſcens novem annorum uniuſque diei & pluris, interficietur quadrupes, & in adoleſcente demum obtinebit

tinebit pœna mortis quando adoleverit. Sed quadrupedum ætatis non habetur ratio, & tam majorum quam minorum annorum par ratio eſt, tam agentium quam coitum patientium, tam maſculorum quam fœminarum. Si quis autem minorennis nondum novem habens annos unumque diem, coitum iniverit, coitus illius non cenſetur verus coitus, & reſpectu pœnæ ſe res habet perinde ac ſi nihil feciſſet; nihilominus tamen prohibitum eſt, ſive illa ſe geſſerit agentem ſive patientem, ſive maſculus ſit, ſive fœmina. Quiſquis autem non habuerit novem annos & unum diem, ejus coitus non cenſentur verus coitus, & res ſe habet perinde ac ſi nihil factum fuiſſet reſpectu pœnæ, verumtamen prohibitum eſt, & non tenetur ob coitum illius, ſive agentem ſive patientem ſe geſſerit. Similiter, ſi fœmina non habuerit tres annos & unum diem, coitus illius non cenſetur verus coitus, ſive cum ex homine ſive e beſtia admiſerit. Scitu tibi neceſſarium eſt quod fœmina quæ a beſtia coitum paſſa eſt, non marito ſuo inepta ſit, licet ſit ſacerdos; verum jam expoſuimus quod Synedrium maſculum caſtigat, ſi adultus ſit, & fœminam quoque ſi adulta ſit. Cæterum quod expoſuimus, etſi id neſcierit Synedrium, & non eos caſtigaverit, eo quod non erant teſtes, peccata tamen eorum coram Deo benedicto conſcripta ſunt, & ipſe caſtigabit eum qui malum fecerit, ſicuti viſum fuerit illius infinitæ Sapientiæ. Cæterum traditione accepimus, Deum benedictum neminem exciſionis reum punire niſi poſt vigeſimum ætatis annum, ſive maſculus ſit ſive fœmina. Præterea quoque tibi ſciendum eſt, quod uxor mariti nondum adulta; non ſit uxor maritata; ſic etiam neque uxor mariti ſurdi, aut ſtulti, ſi nupta ſit ei cum jam erat ſurdus, aut ſtultus. Verum ſurda aut parvula mulier mariti adulti, quam deſpondet pater illius, cenſetur uxor maritata; at enim ſurda & ſtulta non cenſetur uxor maritata in cauſa mortis & ſacrificii. Denique ſcias volo, quod ſi quis cum filia & matre ipſius adulteraverit, aut cum duabus ſororibus, cæteriſque propinquis, res ſe habet perinde ac ſi adulteraſſet cum duabus mulieribus alienis, ſive conſanguinitatis vinculo ſe non contingentibus, nam propinquitas illa cujus in Lege mentio facta eſt, non intelligenda eſt quando alterutra fuerit uxor mariti; & poſtquam adulteraverit, licitum illi eſt unam earum in uxorem ducere, ſub conditionibus tamen illis quas ad caput undecimum tractatus Jebammot obſervavimus. Si quis autem adulterium commiſerit cum propinquis uxoris ipſius, cujuſmodi ſunt mater ipſius, ſoror, & filia ipſius, aliæque, uxor ei non eſt prohibita, etſi exciſionis aut mortis condemnatus ſit. Verum ſi uxor ſciens volens adulteraverit, prohibita eſt marito ipſius, ſive cum Iſraëlita ſive cum gentili; at ſi invito coitum paſſa fuerit, marito ipſius licita eſt, præterquam ſi ſacerdotis uxor ſit. Hæc ſunt quæ dicenda erant de inceſtuum arcanis, atque carnalium conjunctionum depravationibus, & iis quæ abominabilia, prohibita, vel accepta ſunt; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 9. Hoc genus mortis intelligunt, quoties, licet non ſpecificato ſupplicio, additur: דמיהם בם Sed audi Aben Eſram ad Levit. 20. 9. דמיו בו כמו דמו בראשו והנסקלים גם הנחנקים דמיהם בם וכלל אומר בכל המיתות כי צריכים אנחנו למסורת אבותינו כי לא נוכל להוציאם להמיתם מהכתוב וכלי i. e. *Sanguis ſuus ſuper eum.* q. d. *ſanguis ſuus ſit in capite ejus. De lapidandis & ſtrangulandis pariter exaudimus, ſanguinem eorum eſſe ſuper ipſis. Summatim dicendum eſt de omnibus ſuppliciis capitis, nos opus habere patrum noſtrorum traditionibus: quandoquidem ad mortem illos ex Scriptura educere non poſſumus.* Non poſſum autem mihi temperare, quin tibi lector, annumerem capita eorum; quæ Majemonides hic commentatur. Facem illa allucent multis dictis Thalmudicorum, & quid de adulterio, fornicatione, caſtimonia ſentiant Judæi, declarant. ἑκὰς δ' ἑκὰς ἐϛε βέβηλοι Principio vero quoſdam terminos explicat. 1. *quis* גדול, *vel* גדולה; id eſt, *adultus, adulta? R. Mas tredecim annorum & diei unius: qui duos produxerit pilos. Femella duodecim annorum & diei unius: quæ duos produxerit pilos. Infra illam ætatem & ſine iſthoc ſigno* קטן וקטנה *minorennes cenſentur.* 2. ענש *in ſequentibus eſt pœna flagri; aut capitis.* De re ipſa hæc tradit. *In inceſtu nihil inter ſit, ſive mixtio fiat, prout ſolet, ſive aliter. idem de* ערוה בזכר ובבהמה *habendum eſt.* מערה *dicitur* המכניס כל העטרה משמש, *autem* המכניי כל האבי כלו הכנסה קצרה עטרה הנה, *at vero* הוא כמו שבא דרך אברים *Ad ſupplicium alicui irrogandum non requiritur* הוצאת שכבת זרע *ſed tantum* הכנסת האבר *Quis ſit coëuntium ſitus, nihil refert. Hic incidit* משכב הפך *Pœna non afficitur, qui alio membro, præter* הזכרות, *ſtuprum commiſerit. Hoc dicitur* כשמש סרח *q. d.* כאבר כת, *Sunt* כנאפים כיר ורגלי *qui perſonam interdictam* (אחרת) מן העריות) *ſubagitant, aut contrectatione laſciva aut oſculo libidinoſo, nutuque impudico eam violant. Ii flagris cæduntur. Hæc enim eſt vis præcepti Levit.* 18. 6. לא תקרבו לגלות ערות *non accedetis ad retegendam nuditatem. cujus dicti ſenſus eſt:* הזהרו ותהרחקו מן הדברים המקריבים ומביאים לגלות ערוה *Atque adeo his legibus omnia irritamenta libidinis probibentur, ut ne formam quidem perſonæ interdictæ intueri liceat* בכתכון להנאה *cum animo, voluptatem ſuam explendi.* quod ſolent vocare, זן עיניו מן הערוה id eſt, *paſcere oculos illicito ſpectaculo.* Plautus diceret: *Oculis epulas dare.* Ideoque perpulchrè Rabbini verbum נאף dici putant, quaſi נהנה לאף id eſt, *ex forma faciei voluptatem cepit.* Hæc enim eſt μοιχεία ἡ δι ὀμμάτων. *Attamen hi non plectuntur. Interim cœlibi interdictum non eſt frui voluptate ex aſpectu:* אלא על דרך צניעות והפרישות *niſi ob modeſtiam & ſanctimoniam. Eſtque hoc* מן הדברים המותרים כדי שלא יבא לידי איסור *ex illis, quæ permiſſa ſunt, ut vetitum evitetur: quibus ipſis tamen ſancti homines curate abſtinent. quo pertinet Job.* 31. 1. *Qui conſtuprat innuptam flagellandus eſt. At* חשמיש אברים *cæteraque non, item ut in* ערוה id eſt, *interdicta, etiam in* הפנויה *id eſt libera, flagri ſupplicium important. Nihilominus ob* ייחוד פנויה i. e. *ſolitarium cum innupta commercium Magiſtri plagarum ſupplicium irrogant. Quidam Rabbi, quoties ex oratorio domum rediret, chirothecis aut etiam manibus ſororis ſuæ oſculum figebat. Is deſtitit tandem, poſtquam vidit,* שאין בו צד היתר *nullo reſpectu id licitum eſſe. Quo pertinet illud, quod fertur: Naſiræe, ex omni parte ad vineam ne accedito.* Extat in Avoda Sara. cap. 1. לך לך אמרין נזירא סחור סחור לכרמא לא תקרב *Talia in omnibus* עריות *illicita ſunt. Pater tamen filiam, filium mater indulgentius oſculis & amplexationibus accipere poſſunt: ille uſque ad annum nonum: hæc uſque ad annum duodecimum.* In Kidduſchim c. IV. *Neque adeo muliere inde à tertio ætatis anno ad ullum miniſterium, qualia ſunt exhibendi cibi & potus, manuum lavandarum & ſim. uti licet, ſive ſit adoleſcentula, ſive adultior, ſive ſerva, ſive libera: ſive virgo, ſive nupta. Idque ideo* שלא יבא לידי הירהור, *ne in perverſas cogitationes incidat. Sed tamen hoc flagri pœna non eſt ſancitum. Ita abominandi, licet non puniantur, maſtrupatores,* המקשן עצמן, *& qui ſemen eliciunt voluptatis cauſa. Similiter de obſcœna mulierum commixtione cenſendum eſt. Hæ vocitari ſolent:* נשים המסוללות זו בזו, *Maritum autem quod attinet,* כה שירצה לעשות באשתו עושה *Pii tamen atque honeſtatis amantes viri, omnia talia, quæ libidinis obſcœnæ argumenta ſunt, abominantur; beſtiales voluptates aſpernantur,* & quantum in ipſis eſt, τὸν γάμον τίμιον, verba Apoſtoli, καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον ἔχειν καὶ διαφυλάττειν, *nihil aliud quam propagationem humani generis intendentes. Tales merito vocantur* מקדשין עצמן בשעת תשמיש *Ideo neque ad lucernam opus conjugii peragunt, neque ſub dio, nec de die; & ſim. Nec ducunt aut nubunt ante ætatem idoneam. Nec incongruas nuptias conciliant inter ſenem & adoleſcentem. Si quis puellam violet tres annos natam, ipſe pœnæ ſubjacet: illa non ante ætatem adultiorem. In ſimilibus ſimilis ratio eſt. In dictis caſibus ſi ſint teſtes & præmonitio, Senatus erit, exigere ſupplicium ab adulteis: ſin, Deus puniet, idque inde à vigeſimo ætatis anno. Muliere adultera interdictum eſt viro; niſi ſi vi compreſſa ſit, &c.* De his ſatis: quibus, quia nonnullam utilitatem habitura videbantur, lectorem in tranſitu fraudare nolui. Chriſtiani eſt, ſinceram præceptorum divinorum

vinorum mentem, quam à ſummo magiſtro didicimus, motibus exprimere; ſeduloque id operam dare, ne licentiæ potius quam veræ libertatis auctor Chriſtus ab hoſtibus ſuis habeatur.

ה המגדף אינו חייב עד שיפרש השם א׳ר יהשע בן קרחה בכל יום דנין את העדים בכינוי יכה יוסי את יוסי נגמר הדין לא היו הורגים בכינוי אלא מוציאים כל אדם לחוץ (melior lectio) ושואלין ומשידין את הגדול שבהן ואומרים לו אמור מה ששמעת בפירוש והוא אומר והדיינין עומדין על רגליהם וקורעין ולא מאחין והשני והשלשי אומר אף אני כמוהו :

5. Blaſphemus non tenetur, niſi (10) expreſſit nomen. R. Joſua filius Carchæ: Toto die teſtes examinantur adhibito tecto nomine: v. g. *Percutiat Joſe Joſen.* Conſummato judicio morte non afficiunt ob ſolum tectum nomen; ſed exactis omnibus interrogant vetuſtiſſimum teſtium, dicendo: Ediſſere, quodcunque audiviſti, expreſſè. Tum ille hoc refert. Judices autem (11) ſtant erecti, veſteſque diſcerpunt, non (12) reſarciendas. Dein ſecundus tertiuſque ait: *Ego idem, quod ille, audivi.*

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיפרש את השם *Niſi expreſſerit nomen*, ut maledicat nomini cum nomine, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24. 16. ונוקב שם & in fine verſus iterum בנקבו שם ſenſus ergo eſt, ut uni nomini per aliud maledicat. בכל יום *Omni die*, quamdiu in teſtibus examinandis occupati ſunt, judicant eos cognominibus; nempe, quiſquis rem invertit, & loquitur quaſi alii maledicat, vocatur iſta phraſeologia כני in lingua Sapientum. יכה יוסי את יוסי *Percutiat Joſe Joſen*, audivi ego quod hoc fit propterea quod nomen quatuor literarum eſt, unde ad numerum emergit nomen אלהים, propterea nomen Joſe accipiebant pro quatuor literarum nomine. נגמר הדין *Si judicium conſummatum fuiſſet*, cum Synedrium dixiſſet, *condemnatus eſt*, non poterant eum dicto hujus teſtimonii quod audiverunt, occidere, quia ab ore eorum teſtium maledictionem tantum per cognomina audiverunt. מוציאין כל אדם לחוץ *Omnes ire foras jubebant*, quia ignominia eſt, ſi nominis maledictio audiatur publice. ולא מאחין *Et non reſarciunt*, nunquam; non conſuunt ſutura Alexandrina, quomodo ruptura non cognoſcitur, ſed alia ſutura licita eſt. אף אני כמוהו *Etiam ego, quod ille*, (audivi,) & non requiritur ut Dei verba repetat. והשלישי אומר *Et tertius dicet*, ſecundum eum qui dicit, uti duorum teſtimonium eſt unum teſtimonium, ita & trium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ולא מאחין *Et non reſarciunt*, notat rupturam conjungere perinde ac ſi texta eſſet, ita ut non cognoſcatur ruptura, ſed eam conſuere licitum eſt. Ratio autem quare ſufficit, quando dicit, *ego idem quod ille, audivi*, ita ſe habet, ne ſecunda vice dicat blaſphemiam nominis Dei. Et quod auctor dicit והשלישי *Et tertius*, vult, quod tres ſunt inſtar duorum, & requiritur ut teſtimonium eorum omnium ſit unum; dictum R. Jehoſuæ filii Corchæ veriſſimum eſt.

COCCEJUS. §. 10. Id eſt, maledicat nomen per nomen id eſt, Deum nomine illo, quod proprium indigitant, שם עצם, appellatum. Huc afferunt Levit. 24. 16. ונוקב שם בנקבו שם, verbum enim נקב triplicem notionem ſuſtinet. 1. לישנא דבריך הוא id eſt, *notat exſecrationem.* Num. 23 12 (2) notat מיכרו *tenebrare, perforare.* 2 Reg. 12. 10: Hac ſignificatione volunt interdictum eſſe, ne quis cultro ſcindat nomen in membrana ſcriptum. argumento Deut. 12. 3 4. Verum hæc ſignificatio, ajunt, hic locum non habet, quia כעין שם בשם: Prima vero ſatis explicata eſt jam per illa: אלהים לא תקלל Ergo ad tertiam decurrendum, quæ eſt פרוש *exprimere* ſecundum literas ſuas, ut Num. 1. 17. Quod autem idem ſit נוקב & מקלל probant ex Levit. 24 ubi quum verſ. 11. conjuncta fuiſſent, ויקוב & ויקלל, poſtea verſ. 14. dicitur: הוצא את המקלל ש״ם חדא היא, id eſt, quo ſubintelligi datur, idem id eſſe. R. Meir in extenſione præcepti à reliquis Magiſtris diſſentit. Hi enim tantum ob nomen proprium (המיוחד) morte plecti blaſphemum: at ne quis cætera cognomina blaſphemia ſua violaret, id באזהרה i. e. increpatione & admonitione, quod exterminii reus is ſit, ſancitum volunt. At R. Meir utrumque mortis pœna ſancitum contendit. Exterminii (כרת) reatum colligunt ex illis verbis: ונשא חטאו Confer Targum Hieroſolymitanum Deuteron. XXXII. אמר משה נביא ו׳ להון לרשיעיא דמדכרין שמא קדישא בגדפין ארום לחד מן מלאכי מרומא לית אפשר למדכרא שמא מפרשא עד זמן דאנון אמרין קדוש קדוש קדוש תלת זמנין ומנהון יליף משה ולא הוה מדכר שמא מפרש עד זמן דהוה מתנין פוסידה כעשרין וחדא מלין דאנון תמנין וחמשא אתין תימי i.e. *Ait Moſes: væ iis, qui in exſecrationibus proferunt nomen ſanctum; ſiquidem nulli angelorum ſupernorum licet id enunciare, niſi quando τὸ τρισάγιον præmiſerit. à quibus didicit Moſes, ut non uſurparet nomen Dei expreſſum, antequam xxi. vocibus & xxxxv. literis os ſuum initiaſſet.* Complectitur autem hoc præceptum non tantum Iſraëlitas, ſed & Samaritanos & gentiles. Niſi quod hos gladio puniendos dictitant. Nam כל מיתה אמורה בבני נח אינה אלא בסייף, quamvis alii dicant בחנק. Vide de his etiam in libro Siphra p. 53. Quæ autem hic accongeruntur in Gemara de ſeptem præceptis filiorum Noæ intempeſtivum eſſet aſſcribere. De nominum divinorum differentiis, & religione atque decretis Rabbinorum circa illa diligentiſſime doctiſſimeque ſcripſit cl. vir D. Sixtinus Amama Ebraic. literarum profeſſor, præceptor meus & fautor maximopere honorandus, in diſſertatione ſua de nomine Tetragrammato, quam vide.

11. Aſſurgunt reverentiæ cauſa. Id diſcunt exemplo Eglonis regis Moabitarum. Jud. 3 20. Mos diſcindendarum veſtium probatur ex 2 Reg. 18. 37. Hinc nata eſt regula: אחד השומע ואחד שומע מפי שומע חייב לקרוע *Qui blaſphemiam audit vel ab ipſo auctore, vel ex alio, tenetur veſtem diſcerpere. Teſtes, quum recitant, non lacerant. Nam id jam antea factum ab ipſis eſt.* ex 2 Reg. 19. 1. Item: *Quiſquis audit* אזכרה *nomen Dei ex ore allophyli, non tenetur lacerare.* De Rabſake alia ratio erat. Is enim ישראל מומר היה *ex Iſraëlita factus erat apoſtata.*

12 לא מאחין ענין חיבור כעין אריגה שאין הקריעה נכרת אבל התפירה מותרת i. e. *non concinnant aut copulant veluti textu, ita ut ruptura agnoſci non poſſit. At conſuere licet.* ſic Maimon. ad hunc locum. Iſta concinnatura peculiariter Alexandrina dicitur (אחוי איחוי אלכסנדרי eſt labra veſtis inter ſe ſociare atque unire. ab אח *frater* dictum) illâ vetitâ, non interdicitur לשולל; למלל וללקט ולעשותם כמין סולמות i. e. *raptim* (& ſparſis acus punctibus inſtar caninorum dentium, unde qui ita ſarcit dicitur מכלב) *aut ſolutius* (atque diſtantibus labris, ut filum intercurrens referat cirros aut peniculamentum iſtud, quod in ora telæ è ſtaminis filis trama deſtitutis relinqui ſolet, & מלל dicitur) *aut non continua vel etiam ita ſpiſſa & craſſa ſutura, ut ſcalæ formam exprimat, conſuere.* Ita viſa mihi ſunt exponenda iſta Hebraica, quæ habentur apud Maimonidem in hilch. Ebel. cap. 9. confer Aruch. Ratio autem quod veſtis vel diſſuta vel male conſuta geſtetur, eſt, ut ſemper ob oculos & animum verſetur mœroris aut indignationis mnemoſynon.

ו העובד

6. Ido-

ו העובד ע״א אחד העובד ואחד הזובח ואחד המקטר ואחד המנסך ואחד המשתחוה ואחד המקבלו עליו לאלוה והאומר לו אלי אתה אבל המגפף והמנשק והמכבד והמרבץ והמרחיץ הסך והמלביש והמנעיל עובר בלא תעשה הנודר בשמו והמקים בשמו עובר בלא תעשה הפוער עצמו לבעל פעור זו היא עבודתו הזורק אבן למרקוליס זו היא עבודתו :

6. Idololatra. Perinde eſt, ſive quis idolo (13) cultum ſuum exhibuerit, ſive ſacrificium obtulerit, ſive ſuffitum fecerit, ſive libaverit, ſive adoraverit, ſive illud ſibi Deum fecerit, atque ipſum his verbis ſalutaverit: *Tu es Deus meus.* At qui amplexatur, oſculatur, convertit, collocat, lavat, ungit, veſtit, calceat, violat interdictum. Qui votum concipit in nomine ejus, quique id exſolvit in nomine ejus, violat interdictum. Qui ſe nudat coram Bahal (14) Phehor, is ordinarium illi cultum defert. Eadem ratio eſt, ſi quis (15) Mercoli lapidem jaciat.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד העובד *Perinde eſt ſive quis idolum coluerit*, ſi idolum coluerit eo modo quo in ſpecie coli velit. ואחד הזובח וכו׳ *ſive mactaverit &c.* quamvis illius cultus ſe non habuerint ſicuti unus e quatuor cultuum modis, tamen condemnatus eſt; at propter cæteros cultuum modos non condemnatur niſi donec coluerit modo ordinario והמקבלו עליו לאלוה *ſive illud ſibi Deum fecerit*, etſi id ſimpliciter verbo factum fuerit, quia hoc comparatur cum mactatione, ſicuti id invenimus Exod. 32. 8. ויזבחו לו ויאמרו אלה אלהיך *Et ſacrificabunt ei & dicent, hi ſunt Dii tui.*

והאומר לו אלי אתה *Et qui dixerit, Deus meus tu es*, ipſo præſente, finis enim doctoris verborum nobis declarat principium; nam ſi principium tantum tradidiſſet, dixiſſemus hoc tantum intelligendum eſſe idolo ipſo præſente, & non abſente, ideo principium tradidit quod tractat de præſentia ipſius, unde infertur quod principium tractat de abſentia ipſius, & quamvis ita ſit res, tamen condemnatus eſt. עובר בלא תעשה *Tranſgreditur præceptum negativum*, quod dicit, לא תעבדם *non ſervietis eis*, qui locus ſuperfluus eſt. והנודר בשמו *Et qui votum facit in nomine ipſius*, dicens, omnium fructuum uſus mihi prohibitus ſit in nomine talis idoli. והמקיים Idem eſt quod והנשבע *Et qui juraverit*, is tranſgreditur præceptum negativum quod extat Exod. 23. 13.

הפוער עצמו לבעל פעור *Qui ſeipſum denudat coram Baal Peor*, alvum exonerat coram ipſo. זו היא עבודתו *Is ei cultum ordinarium defert*, etſi intenderit ipſum ignominia afficere, quandoquidem hicce eſt illius cultus, tamen tenetur ad ſacrificium pro peccato. והזורק אבן למרקולים *Si quis Mercurio lapidem projiciat*; qui lapidum jactu colebatur, qui vero lapidem ab ipſo removebat, is etiam condemnatus erat, quia hoc modo quoque coli ſolet. זו היא עבודתו *Hicce eſt cultus illius*, etſi intenderit ipſum lapidibus petere, tamen tenetur ſacrificio pro peccato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחד העובד *Perinde eſt ſive quis idolo cultum ſuum exhibuerit*, verborum hic eſt ſenſus, perinde eſt ſive quis idolo cultum ſuum exhibuerit cum re quacum illud coli ſolet; ſive mactaverit, ſive adoleverit, ſive libaverit, ſive adoraverit, etſi fecerit more inſolito, quia ob illas quatuor cultus ſpecies, ſi aliqua ex illis uſus ſit, condemnatus eſt, etſi non exhibuerit idolo cultum tali re qua cæteroquin cultum ſuum exhibere ſolebat; niſi quando ſacrificaverit tali re qua ſacrificare non ſolet, aut ſi ei adoleverit ſuffitum quo plerumque coli non ſolet. Sed propter reliquos cultus non tenetur, niſi donec ei exibuerit cultum ſpecialem, quo coli ſolet, uti eſt detectio coram Peor, & coram Mercurio projicere lapidem. Scito autem quod quiſquis idolis cultum exhibuerit e timore aut amore, liber ſit; at ſi propter Deum in ſe receperit, tenetur. המגפף idem eſt quod המחבק *Qui amplexatur* uti e Targum conſtat. Hi vero cultus de quibus dicit quod ob eos tranſgreditur præceptum negativum; etiam comprehenduntur in eo quod ſcriptum eſt Exod. 23. 24. לא תעבדם Non *inſervies iis.* Sed non tenetur flagellatione, quia prohibitio illius non eſt prohibitio expreſſe declarata; at is qui in nomine ipſius votum fecerit, aut juraverit, tenetur flagellatione ſicuti ſcriptum eſt Exod. 23. 13. ושם אלהים אחרים לא תזכירו etſi is qui coram Peor ſe detexerit, vel coram Mercurio lapidem jecerit, intenderit idoli illius ignominiam ſpernere, tamen ſacrificio pro peccato tenetur. Neque differentia eſt inter eum qui coram Mercurio lapidem jecerit & inter eum qui ab illo lapidem removerit, quia in utroque modo cultus eſt.

COCCEJUS. § 13. Diſſenſio hic quædam Magiſtrorum eſt: (fol. 61. b.) העובד ע״א מאהבה וביראה אביי אמר חייב רבא אמר פטור אביי אמר חייב דהא פלחה רבא אמר פטור אי קבליה עליה כאלוה אין ואי לא לא i. e. *Quod enim attinet, qui idolo cultum exhibuerit ex amore aut timore hominis; Abbai ait, eum teneri; Rabba, liberum eſſe. Iſte, quia ſane cultum exhibuit. Hic, quia, niſi ipſum pro Deo receperit, coluiſſe non videtur.* Inſuper hic incidit העלם דבר & שגגת מעשה, ut ſi cinimùs εἰδωλεῖον conſpiciens, putet eam eſſe ædam ſacram Deo, atque ita genibus flexis reverentiam exhibeat; id eſſet שגגת מעשה *ignoratio facti.* אלא דחזא אנדרטא והשתחוה לו אי קבליה עליה באלוה מזיד הוא אי לא קבליה עליה באלוה לא כלום הוא אלא לאו מאהבה ומיראה i. e *Sed ſi quis conſpicatus ſtatuam, incurvaverit ſe; ſiquidem eam Deum ſibi fecerit, pervicaciter peccat: ſin, nihil de ipſo aliud dici poteſt, quam quod neſas commiſerit, quod neque ex amore neque timore committendum fuerat.* Rabba negat eſſe verum: Sed eam eſſe שגגת מעשה *ignorantiam facti.* At באומר מותר *in illo, qui id ſibi licere ait*, vel quod de idolis nihil præceptum, vel quod certos tantum ritus interdictos putet, quod eſt קיום מקצת וביטול מקצת id eſt, *legem ex parte ſtabilire, ex parte tollere*; in illo, inquam, eſſe העלם דבר *juris ignorantiam.* Plures actus cultus idolo exhibiti בהעלם אחד *ex ignorantia una*, unam culpam important: & increpitatione באזהרה caſtigantur. Inter actus religioſos eſt השתחואה, quam Talmudici definiunt: כפיפת קומה *Flexio corporis.*

14. 15. De his dæmoniis conſule reverendi D. MATTHIÆ MARTINII præceptoris mei patris vicem obſervandi, etymologicum in *Phegor*, & *Mercurius.*

ז הנותן מזרעו למולך אינו חייב עד שימסור למולך ויעביר באש מסר למולך ולא העביר באש העביר באש ולא מסר למולך אינו חייב עד שימסור למולך ויעביר באש בעל אוב זה פיתום המדבר משחיו וידעוני

7. Qui dat ex ſemine ſuo (16) Molecho, non venit lapidandus, niſi & per ignem traduxerit: nam ſi alterum tantum fecerit, evadit hanc pœnam. Qui ſpiritum habet, is eſt Pythomantis, qui loquitur ex (17) axillis ſuis.

וידעוני זה המדבר בפיו הרי אלו בסקילה והנשאל בהם באזהרה :

Hariolus is eſt, qui loquitur ore ſuo. Hi omnes lapidantur : at qui conſulit increpatur (18).

R. OB. DE BARTENORA.

עד שימסור למולך *Donec tradiderit Molecho*, donec ſacerdoti Molecho miniſtranti ſemen tradiderit. ויעביר באש *Et per ignem traduxerit*, ab una ignis parte ad aliam: quod autem non prius tenetur quam ſemen ſuum tradiderit & traductum fuerit, id probatur ex Levit. 18. 21. ומזרעך לא תתן להעביר למולך Et Deut. 18. 10. ſcriptum eſt. *Non invenietur in te qui filium vel filiam ſuam per ignem tranſire facit*, ſicuti ergo una traductio eſt per ignem, ſic etiam altera eſt ea quæ fit per ignem. אוב זה פיתום *Obb idem eſt quod Piton*, eſt modus quo coram cadavere poſt conſummationem carnis ſuffitum faciunt, futura petunt, illudque reſpondet. המדבר משחיו *Qui loquitur ore ſuo*, ſunt ſicuti ii qui facere norunt ut cadaver ore loquatur inferius. ידעוני Idgnoni, eſt animal aliquod ידוע dictum quod roſtri, manuum, & pedum formam cum hominibus communem habet, & juxta umbilicum ſuum conjunctum eſt cum funiculo e radice egrediente, & terræ adhærente, unde vitam trahit. Quando autem quis illud animal venari velit, in funiculum emittunt ſagittam donec diffindatur, & tum e veſtigio moritur; in lingua Sapientum vocatur בר נש דטור *Homo montanus*. והנשאל בהם *Et qui conſulit*, qui conſulit de rebus futuris, is trangreditur illud præceptum negativum Levit. 19. 32. אל תפנו אל האובות *Non reſpicietis ad Obboth*, ſive hariolos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc per ignem traductio de qua auctor loquitur, non eſt ipſa combuſtio, ut multi putant, ſed vult, quod ignem incendunt in nomine iſtius Dei, qui eo modo colebatur, & hoc vocatur Molech. Parentes enim aliquem filiorum ſuorum tradebant Sacerdoti illi idolo miniſtranti, qui filiolum iſtum per ignem traducebat ab hac in illam partem; & quia hoc fecerat, condemnatus eſt lapidationis. Præterea una e conditionibus eſt, qua partem ſeminis tradere ſolebant ut per ignem traduceretur, eo quod ſcriptum eſt Levit. 18. 22. מזרעך *E ſemine tuo*, & non, totum ſemen tuum. Et ſi quis hoc fecerit in nomine alius idoli, non condemnatus eſt mortis, quia hoc Molechi cultus eſt; & hoc eſt quod conſtat e Gemara. בעל אוב *Baal Obb*, hujus idololatriæ genus ſatis notum eſt e ſacra Scriptura, quod non confundendum eſt cum eo quo mortui conſuluntur, nam is qui mortuum conſulit, nullam actionem committit corporalem, ſed eſt modus eorum qui res futuras invenire ſtudent, & hoc fit quando quis jejunat & dormit in ſepulchris, & verba profert, & juxta imaginationem ſuam futura prædicit. Cætum Baal Obh, cujus in Scripturis mentio fit, celebrabatur operibus quibuſdam, quorum unum eſt quo hominis mortui cadaver ſumunt poſt carnis conſummationem, idque aſſervant & ei adolent, & alloquuntur quomodo ex illo quaſi e mortuo verba proveniunt, & hic eſt modus conſulendi Baal Obh. Quicquid autem commentatores dicant, quod loquitur & audit in hocce caſu, id eſt auditus falſus juxta imaginationem, ſicuti multis hominibus in locis ſolitariis contingere ſolet. ידעוני Idgnoni, nonnulli dicunt modum conſulendi ita fieri ut os aliquod immittatur ori, quo fit ut ſponte loquatur; ידוע eſt nomen avis. Et quod auctor Miſnicus hic dicit, המדבר משחיו quod ore ſuo loquitur, vult, quod videtur perinde ac ſi per axillas loqueretur.

COCCEJUS. §. 16. In honorem Molechi, quem volunt eſſe ſolem, ſe ſuoſvè per ignem agebant. Hujus cultus non unam imaginem nobis Rabbini ex archivo traditionum aut conjecturarum ſuarum depromſerunt, his verbis fol. 64: pag. 2. דרך העברה היכי דמי אמר אביי שרגא דליבני במיצעי נורא מהאי גיסא ונורא מהאי גיסא רבא אמר כמשוורתא דפוריא i. e. *per modum traductionis. Cujuſmodi illa eſt? Ait Abbai: Ordo laterum in medio erat. Ignis hinc inde ardebat. Rabba ait: Ut qui ſaltant in feſto ſortium.* ne ambulet, ſed ſaliat, quemadmodum pueri feſto ſortium ſolent, trans foveam, igne ſubter accenſo, ſaltare. Non abhorret ab hac ſuperſtitione iſte mos colendi Apollinis, id eſt Solis, quem Virgilius XI. Æneid. his verſibus exprimit:

Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis, Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

17. Ex variis partibus vocem ſibi reddendam a mortuo procurabant, ut capite, axillis, articulis, *αἰδοίῳ*. Horum quædam, ut primum genus, etiam Sabbato à maleficis perfici poterant, non etiam reliqua. vide Gemar.

18. Ex hoc cenſu ſunt 1. חובר Deut. 18. 11. qui ſocietatem cum dæmonibus init per ſacrificia & ſuffitus: ſive qui animalia incantat magna parvavè. unde eſt חבר גדול & חבר קטן, quo pertinet dictum Abbæi: האי מאן דמסיר זיבורא ועקרבא אע"ג דקא מיכוון דלא דורש אל המתים 2. לוקי אמר (neque n. hic idem eſt cum בעל אוב) cujus hæc deſcriptio eſt: זה מרעיב עצמו והולך ולן בבית הקברות כדי שתשרי עליו רוח הטמאה *Abſtinentia cibi eſuriem provocat, dein pernox in polyandrio decubat, quo ſpiritus immundus ejus pectori inceſtat.* Tum

Multa modis ſimulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.

3. מעונן, is eſt המעביר שבעה מיני זכור על העין, ſecundum alios, האוחז את העינים, aut à voce עונה derivato vocabulo, המחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח לימודי ערבי שביעית חיטין יפות עיקורי קטניות מהיות רעות id eſt, *qui reputat tempora & horas, atque hodie auſpicatum eſt prodire: cras mercari: ſexto anno Schimittæ triticum bonum eſt: vulſa legumina non corrumpuntur.* 4. מנחש id eſt, τῶν ἐπιτηρητὴς ἐνοδίων συμβόλων, Φημῶν, οἰωνῶν, κληδόνων ϗ τοιούτων Φλυάρων μυρίων ἄλλων. ut qui dicit: פתו נפלה כפיו מקלו נפלה מידו בנו קורא לו מאחריו עורב קורא לו צבי הפסיקו בדרך נחש מימינו ושועל משמאלו אל תתחיל בי שחרית הוא ראש חדש הוא מוצאי שבת הוא *Excidit offa ex ore: ſcipio de manu: puer revocat: corvus accrocitet: hædus viam abſcindit ambulantis a dextris anguis, vulpes à ſiniſtris occurrit: ne mihi primus verba facias: mane eſt: calendæ ſunt: primus hebdomadis eſt.* & ſim. Nam verbum נחש eſt *eventus eorumque ſigna obſervare; augurari, ominari, conjicere experientia aut ſagacitate*; quomodo de ſe Joſeph patriarcha uſurpat, Gen. 44. 5. ſic 1. Reg. 20. 33. etiam *uſu & experientia diſcere*. Geneſ. 30. 27.

ח המחלל את השבת בדבר שחייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת המקלל אביו ואמו אינו חייב עד שיקללם בשם קללם

8. Qui violat Sabbatum, nim. in re, (19) quæ cum, qui ſciens volens patraverit, (20) exterminio addicit: cum autem, qui errore, ad ſacrificium piaculare obligat. Qui maledixerit patri matrive, non tenetur hac pœna, niſi maledixerit illis adhibito nomine illo. Quod

קללם בכינוי רבי מאיר מחייב וחכמים פוטרים :

Quod ſi per cognomen, R. Meir damnat; at Sapientes pœna hac liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיקלל בשם *Donec maledixerit nomine ipſo*, cum aliquibus Dei nominibus. בכנוי *Per cognomen*, miſericordis, gratioſi, longanimi, & id genus alia cognomina quæ Deo attribuuntur in Sacris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ſe habet juxta ſententiam R. Akibæ, quod profanatio Sabbathi ſit, ob quam ex arrogantia violatam non tenentur exciſione, & ex errore violatam, ſacrificio pro peccato, & quod terminorum prohibitio ſit, quæ ex ſententia R. Akibæ juxta Legem eſt. Sapientes vero dicunt: terminorum prohibitionem eſſe ex inſtitutione Sapientum, & profanationem Sabbati tantum intelligi de operibus ex arrogantia perpetratis, ob quæ merentur exciſionem, & ſacrificium pro peccato ex errore patrato, ſicuti ſuo loco exponetur; deciſio eſt juxta Sapientes.

COCCEJUS. §. 19. מכלל דאיכא מידי לחלול שבת הוי ואין חייבין לא על שגגתו חטאת ולא על זדונו כרת מאי היא תחומין ואליבא דר׳ עקיבא הבערה ואליבא דר׳ יוסי id eſt, *Ergo eſt quippiam, quo Sabbatum velut profanatur, quod neque ſi quis per errorem fecerit, piaculo; neque ſi ſciens volens, exſcidio animæ tenetur. Quodnam illud? Profectio ad terminos Sabbati.* (Iter Sabbati) *idque de ſententia Akibæ. Ignis accenſio, idque de ſententia R. Joſæ.* Quæ fit in ſanctuario. Vide R. Sol. ad Exod. 35. 3. & Mechilta fol. ult. col. 3. At opera, quæ ad pœnam capitis obligant, quadraginta una minus habent ſtirpes: quæ אבות מלאכות dicuntur & recenſentur in cod. Sabb. cap. VII. §. 2.

20. Ubi deficiunt teſtes & præmonitio.

ט הבא על נערה המאורסה אינו חייב עד שתהא נערה בתולה מאורסה והיא בבית אביה באו עליה שנים הראשון בסקילה והשני בחנק :

9. Qui ſtuprum infert adoleſcentulæ deſponſatæ, non tenetur, niſi ſit (21) adoleſcentula virgo deſponſa, atque adhuc ſit in domo (22) patris ſui. Si cum duobus miſceatur, prior eſt lapidandus: poſterior ſtrangulandus.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שתהא נערה בתולה *Niſi ſit adoleſcentula Virgo*, & non infra duodecim annos & unum diem, neque בוגרת, quæ duodecim habet annos & ſex menſes cum uno die: dicit בתולה *Virgo*, & non בעולה *Deflorata*, & ſi deflorata fuerit præter uſum naturalem, adhuc virgo eſt, & quamvis cum decem viris concubuerit præter uſum naturalem, omnes tamen lapidationis condemnati ſunt. מאורסה *Deſponſa*, non, nupta. והיא בבית אביה *Et illa adhuc ſit in domo patris*, nam ſi eam pater tradiderit legatis mariti, tum is qui cum ea coiverit, non tenetur lapidatione, ſed ſtrangulatione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod filia vocatur נערה *Puella* ab eo tempore quo duos circa pudenda accepit pilos poſt duodecim annos uſque ad ſex menſium complementum. הראשון בסקילה והשני בחנק *Prior lapidandus*, *poſterior ſtrangulandus eſt*, quando prior cum illa concubuerit juxta uſum naturalem, & ſi decem cum illa rem habuerint citra uſum naturalem, dum illa adhuc virgo erat, omnes condemnati ſunt lapidationis.

COCCEJUS. §. 21. Quæ minor non ſit annis XII. & die uno: neque ſit בוגרת id eſt, ὑπεράκμος: quæ ſupra XII. annos, ſex menſes diem unum habeat.

22. Nam ſi à patre legatis ſponſi ad illum domum deducenda tradita ſit, non hac, ſed adulterii pœna tenetur: quæ eſt ſtrangulatio.

י המסית זה הדיוט המסית את ההדיוט אמר לו יש יראה במקום פלוני כך אוכלת וכך שותה כך מטיבה כך מריעה כל חייבי מיתות שבתורה אין מכמינין עליהן חוץ מזו אמר לשנים והם עדיו מביאין אותו לבית דין וסוקלין אותו אמר לאחד הוא אומר יש לי חברים רוצים בכך אם היה ערום ואינו מדבר בפניהם מכמינין לו עדים אחורי הגדר והוא אומר לו אמור לו מה שאמרת לי ביחוד והלה אומר לו והוא אומר לו היאך נניח את אלהינו שבשמים ונלך ונעבוד עצים ואבנים אם חוזר בו מוטב ואם אמר כך היא חובתינו וכך יפה לנו העומדין מאחורי הגדר מביאין אותו לב״ד וסוקלין אותו האומר אעבוד אלך ואעבוד נלך ונעבוד אזבח אלך ואזבח נלך ונזבח אקטיר אלך ואקטיר נלך ונקטיר אנסך אלך ואנסך נלך וננסך אשתחוה אלך ואשתחוה

10. Seductor, is eſt laïcus ſeducens laïcum, his verbis: *Eſt deus in iſto loco, cui talis cibus, talis potus præbetur, à quo talia bona vel mala exſpectantur.* Ex omnibus, qui morti adjudicantur in lege, nulli inſidiæ collocantur, hoc excepto. Nam ſi ad binos ſic locutus ſit, illique teſtimonium de eo dixerint, in judicium vocatus lapidatur. Si ad unum quempiam, is dicet: *Socios habeo, qui idem volent.* Si ille cautus ſit, neque coram ipſis talia dicat, (23) teſtes poſt parietem abſconduntur. Tum, qui ab ipſo ad idololatriam invitatus fuerat, jubet eum repetere (24) in ſecreto, quod ei dixerat. Is ſi repetat, ille dicet: *Quomodo relinquemus Deum noſtrum, qui eſt in cælis, ut abentes colamus ligna & lapides?* Si pœniteat illum, bene eſt. At ſi dixerit; *Hoc tenemur facere, hoc decet nos*: teſtes occultati poſt parietem abductum ad judices lapidibus cædunt. Qui dicit: *Colam, ibo culturus, eamus & colamus: ſacrificabo, ibo ſacrificatum, eamus ſacrificatum: ſuffiam, ibo ſuffitum facturus, eamus & ſuffitum faciamus: libabo, ibo libatum, eamus libatum: adorabo, ibo adoratum,*

ואשתחוה נלך ונשתחוה המדיח זה האומר נלך ונעבוד ע״א :

ratum, eamus adoratum; hac lege tenetur. Impulſor is eſt, qui dicit: Eamus exhibituri cultum idolo.

R. OB. DE BARTENORA.

המסית Seductor, is eſt privatus ſeducens privatum, nam ſi propheta ſeduxerit, ſtrangulandus eſt; & per vocem הדיוט idiota non tam imperitus quam quidem privatus intelligendus eſt, nam non invenimus aliquam eſſe differentiam inter eum qui prophetam atque eum qui idiotam ſeduxerit, ſed hæc vox opponitur ei qui ſeduxerit multos, cujuſmodi ſunt ii qui civitatem aliquam Iſraëliticam ad idololatriam ſeduxerint, qui ſtrangulandi ſunt. כמכמינין idem quod מארבים inſidias ponentes. ואינו מדבר לפניהם Et coram ipſis non locutus fuerit, quando ſeductor dixerit ſe loqui non poſſe propter judicii timorem. בינוד clam, quaſi diceret, nemo erat nobiſcum, & jam mihi dicere potes id quod mihi jam dixiſti. האומר אעבוד וכו Qui dixerit, colam &c. in quacunque hoc dixerit lingua, ſeductor eſt, & condemnatus eſt. המדיח Impulſor, ſi multos ſeduxerit vel impulerit, nondum condemnatus eſt, niſi donec dixerit in numero plurali, eamus & colamus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זה הדיוט המסית את ההדיוט Is eſt laicus ſeducens laicum, nam propheta qui ſeduxit mortuum ſuum, condemnatus eſt ſtrangulationis; & qui ſeduxerit multos, cujuſmodi ſunt civitatis idololatricæ ſeductores, pro quibus non abſcondunt teſtes, ſed eos tantum abſcondunt pro eo qui idiotam ſeduxerit, & ſi quis omnia hæc protulerit verba idiotæ, ſeductor eſt, at ſi multis ea protulerit, non eſt idololatra, niſi cum illis in numero plurali locutus, dicens, eamus & colamus tale idolum, nam ita Lex in hoc caſu dicit, eamus & colamus &c.

COCCEJUS. §. 23. In conclave intimum deducitur, inque eo lucerna accenditur, ut teſtes ejus loquentis faciem videre & ſonum audire poſſint.

24. Poteſt etiam verti: Expreſſius, clarius, apertius. Ita בינוד pro בכיוד uſurpatur in cod. Schekalim. cap. VI. §. 2. ונגנז וידעו בייחוד שם הארון atque certo compererunt, iſtic (בלשכת דיר העצים in conclavi ſtrui lignorum deſtinato, ſub terra) conditam eſſe arcam fœderis.

יא המכשף זה העושה מעשה ולא האוחז את העינים רעיא משום ר׳ יהושע שנים לוקטין קישואין אחד לוקט פטור ואחד לוקט חייב העושה מעשה חייב האוחז את העינים פטור :

11. Magus is eſt, qui rem patrat, non qui ludit oculos. R. Akiba ait nomine R. Joſuæ: Duo carpunt cucumeres, quorum alter hac pœna tenetur, alter non. Is qui rem perpetrat, tenetur: qui oculos ludit, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה מעשה Qui rem patrat, qui proprie rem patraverit, is lapidationis pœna tenetur. ולא האוחז את העינים Et non is qui ludit oculos, demonſtrans hominibus perinde ac ſi rem patret, attamen nihil faciat. שנים לוקטין קישואין Duo carpunt cucumeres, per magiam in præſentia noſtra factam, unus qui carpſit, mortis condemnatus eſt, & alter qui carpſit, liber eſt; at quomodo? qui rem patravit, & proprie carpſit per magiam, is tenetur; qui vero oculos ludit, & nobis demonſtravit quaſi omnes ad unum locum colligerentur, attamen cucumeres ſe revera non commoverint e loco ſuo, is liber eſt a morte.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit, פטור Liber eſt, ita intelligendum eſt quod licet liber ſit, nihilominus tamen prohibitum ſit, ſicuti de rebus Sabbaticis dicitur quod libere peraguntur, cum tamen is qui eas peregerit, tenetur pœna flagellationis.

פרק ח בן סורר ומורה מאימתי נעשה בן סורר ומורה משיביא שתי שערות ועד שיקיף זקן התחתון ולא העליון אלא שדברו חכמים בלשון נקיה שנאמר כי יהיה לאיש בן בן ולא בת בן ולא איש הקטן פטור שלא בא לכלל מצות :

Cap. 8. Filius degener & rebellis. Qua ætate filius rebellis & contumax judicatur? (1) Ex quo duos pilos produxerit, uſque dum barba inferiore veſtitus fuerit, non autem ſuperiori. Ita enim caſtius loqui amant Sapientes. Q. D. Si fuerit cuipiam filius. filius, non filia; filius, non vir. Parvulus liber eſt. non enim is præceptis comprehenditur.

R. OB. DE BARTENORA.

בן סורר ומורה משיביא שתי שערות Filius degener & rebellis? ex quo duos pilos produxerit, & tredecim annos unumque diem habuerit, nam ante hoc tempus duo capilli non habentur pro ſigno. ועד שיקיף זקן התחתון Uſque dum barba inferiori veſtitus ſit, barba hæc de qua Sapientes locuti ſunt, eſt barba inferior, quæ membri virilis caput undique cingit. ולא העליון Et non inferiori, nam ſuperior proprie eſt barba. בן ולא איש Filius, & non vir, ex quo inferiori barba veſtitus eſt, vir eſt; & quamvis a teneris vocetur filius, tamen ante duorum pilorum acceſſum non condemnatus eſt, nam minorennis liber eſt, eo quod præceptis nondum initiatus, idcirco condemnatio ejus eſt poſtea, ita Lex dicit, ſi fuerit cuipiam filius, id eſt, ſi ſit filius proxime ad virum accedens, condemnat eum Lex in principio ſtatus illius virilis, at poſt inferioris barbæ acceſſum, fit vir perfectus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod pilos circum pudenda vocant זקן honeſtatis gratia dicitur; ſed jam noſti quod ſi duo ad pudenda ſint pili, ſit tredecim annorum & unius diei puella, & quæ hac ætate minor eſt, vocetur minorennis, & ei non ſint duo pili, quem caſum jam aliquoties expoſuimus in tractatu Jebammoth. Et poſtquam tres menſes impleti fuerint poſt duorum pilorum acceſſum, non ſit בן סורר ומורה Filius degener & rebellis, etſi inferius nondum barbatus ſit, nam Lex dicit בן Filius, & non pater. Sed poſt tres menſes fieri poteſt ut habeat filium, nam cum ei duo ſint pili, fieri poteſt ut ab ipſo imprægnetur uxor, & poſt tres menſes cognoſcatur conceptio. Et quia hoc tempore pater eſſe poteſt, non erit filius degener & rebellis, quamvis poſt duorum capillorum acceſſum non ſtatim circumdetur barba.

COCCE-

COCCEJUS. §. 1. Mirè hanc legem enervatum eunt ſuis traditionibus Rabbini, quod ſatis Miſchna edocet. Tempus, quod pœnæ hujus capax eſt, ultra tres menſes non eſt: nempe ex quo pili progerminare cœperint, uſque dum veſtiti pubertate fuerint.

ב מאמתי חייב משיאכל טרטימר בשר וישתה חצי לוג יין האיטלקי ר׳ יוסי אומר מנה בשר ולוג יין אכל בחבורת מצוה אכל בעיבור החדש אכל מעשר שני בירושלים אכל נבלות וטרפות שקצים ורמשים אכל דבר שהוא מצוה ודבר שהוא עבירה אכל כל מאכל ולא אכל בשר שתה כל משקה ולא שתה יין אינו נעשה בן סורר ומורה עד שיאכל בשר וישתה יין שנ׳ זולל וסובא ואף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר שנ׳ אל תהי בסבאי יין זוללי ש ר למו :

2. Quando reus eſſe incipit? Si comedat carnis dimidiatam minam, vinique Italici ſextarium dimidiatum bibat. R. Joſe ait, integram carnis minam, & integrum ſextarium vini. Verum ſi comederit in convivio ex præcepto inſtituto, in intercalatione menſis; ſi in urbe Hieroſolymis ederit decimas ſecundas, ſi morticina, diſcerpta, abominabilia, reptilia voraverit, remque omnem, quæ lege permiſſa vel vetita ſit, adeoque cibi omne genus comedat, potuſque omne genus bibat, ni carnem voret, vinum bibat, filius contumax & rebellis non declaratur. Q. D. verſ. 20. *Solet vorare et ebibere*. Quamvis enim huic ſanctioni expreſſa ratio non ſuppetat, at, quo id innuatur, ſuppetit: Q. D. Prov. 23. 20. *Ne ſis in potoribus vini, & prodigis carnis.*

R. OB. DE BARTENORA.

טרטימר *Eſt media Mina*; & hoc intelligendum eſt ut caro partim cocta, partim non cocta ſit, ſicuti prædones illam comedere ſolent. *Vinique Italici*, quod excellens ac delicatum eſt; de quo loquitur, ſi id partim aqua, partim ſine aqua bibat. *R. Joſe ait* &c. Deciſio non eſt juxta R. Joſe. *Si comederit in convivio præcepti*, quod ex præcepto inſtitutum eſt. אכל בעבור החדש *Si comederit in intercalatione menſis*, etſi hoc convivium non ſolet parari niſi pane & legumine tantum, is autem adduxerit carnem & vinum, tamen quandoquidem in re præcepti occupatus fuit, non aſſueſaciet ſe. אכל מעשר שני בירושלים *Si decimas ſecundas comederit Jeruſolymis*, quoniam comedit juxta modum præcepti, ſicuti Lex de decimis ſecundis præcipit, *jumento, grege, vino, & mero*, ideo ſe ipſum non aſſueſaciet. אכל נבלות וטרפות שקצים ורמשים *Si comederit morticina, diſcerpta, abominabilia, & reptilia*, quia Lex dicit Deut. 21. 20. איננו שומע בקולנו ideo hic non eſt talis, eo quod ne quidem curat vocem creatoris. דבר שהוא מצוה *Res quæ eſt ex præcepto*, ex præcepto Sapientum; docet nos conſolationem lugentium, nam de principio Miſnæ diceremus, quod Sacerdotum ſocietas ſancta edentium ſit convivium præcepti, vel ſocietas agni Paſchalis comedendi: ודבר שהוא עבירה *Et rem tranſgreſſionis*, docet nos eccleſiæ jejunium, cujus prohibitio eſt ex inſtituto Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טרטימר Eſt dimidiata Mina; cæterum una eſt e conditionibus ut caro illa male cocta ſit, & vinum male temperatum; & quod dicit auctor דבר שהוא מצוה *Res quæ ex præcepto* (Sapientum) eſt, ſicuti eſt conſolatio lugentium. אכל שהוא עבירה *Res quæ peccatum eſt ſi comederit*, ut, ſi comederit eo tempore quo cœtus jejunabat, quia Lex dicit Deut. 21. 20. איננו שומע בקולנו ergo quamdiu nondum propria ipſius inobedientia eſt, ſed patris matriſque tantum, non inobedientia Legis; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

ג גנב משל אביו ואכל ברשות אביו משל אחרים ואכל ברשות אחרים משל אחרים ואכל ברשות אביו אינו נעשה בן סורר ומורה עד שיגנוב משל אביו ויאכל ברשות אחרים רבי יוסי ב״ר יהודה אומר עד שיגנוב משל אביו ומשל אמו :

3. Si furatus ex paterno domi comederit, ex alieno apud alios, ex alieno domi; non declaratur filius contumax & rebellis, niſi ſi furatus patri apud exteros voret. R. Joſe ait: [illegible] ſuffuretur patri & matri.

R. OB. DE BARTENORA.

גנב משל אביו ואכל ברשות אביו *Si furatus fuerit ex paterno & comederit domi patris ſui*, etſi illi ſit facile negotium de paternis furari, quandoquidem tamen comedit in poteſtate patris, timet ne pater eum videat, ideoque non aſſueſaciet ſe. משל אחרים *Ex alieno*, non facile hoc ei negotium eſt, nam ſingulis momentis ex alieno furari poterat, ut ſe non aſſueſaciat. עד שיגנב משל אביו *Donec furatus fuerit e paterno*, quod illi ſingulis momentis facile eſt. *Et comederit in poteſtate aliorum*, nam illic non timet patrem, ideoque hoc modo procul dubio ſeipſum aſſueſaciet. ומשל אמו *Et ex materno*, de bonis maternis in quæ pater non habet poteſtatem, ut, ſi quis ei bona quædam dono dederit ea conditione ut maritus illius in ea non habeat poteſtatem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen filium Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe dicit neceſſe eſſe ut furatus ſit de nummis cibi patri matrique parati, aut de matris bonis, ſi illi ſint bona in quæ pater non habet poteſtatem, & hoc fieri ſolet, ſi quis illi dono quædam dederit quorum marito nulla eſt poteſtas. Præterea una eſt ex circumſtantiis, ut ipſe iſtis bonis emerit quibus furatus eſt carnem & vinum pretio vili, & comederit ea in iſtis locis eo quo diximus modo; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen filium R. Jehudæ.

ד היה אביו רוצה ואמו אינה רוצה אביו אינו רוצה ואמו רוצה אינו נעשה בן סורר ומורה עד שיהו שניהם רוצים רבי יהודה אומר אם לא היתה אמו ראויה לאביו אינו נעשה בן סורר ומורה היה אחד מהם

4. Alterutro parendum nolente, non declaratur filius immoriger & rebellis, uſque dum ambo id petant. R. Jehuda. Si mater ejus patri non conveniat, non declaratur talis. ut &c, ſi alteruter parentum ſit mancus, aut claudus, aut

מהם גידם או חיגר או אלם או סומא או חרש אינו נעשה בן סורר ומורה שני ותפשו בו אביו ואמו ולא גידמין והוציאו אותו ולא חיגרין ואמרו ולא אלמין בננו זה ולא סומין איננו שומע בקלנו ולא חרשין מתרין בו בפני שלשה ומלקין אותו חזר וקלקל נדון בכ'ג ואינו נסקל עד שיהו שם שלשה הראשונים שנאמר בננו זה זהו שלקה בפניכם ברח עד שלא נגמר דינו ואחר כך הקיף זקן התחתון פטור ואם משנגמר דינו ברח ואחר כך הקיף זקן התחתון חייב :

aut mutus, aut cæcus, aut ſurdus; Q. D. Deut. 21. verſ. 19. *Et apprehendent eum pater & mater ipſius.* Ergo ne ſint manci. *Educentque eum:* ergo non claudi. verſ. 20. *Dicentque*: ergo non muti. *filius hic noſter*: ergo non cæci. *non audit vocem noſtram*: ergo non ſurdi. Si admonitus aut loris cæſus coram triumviris ad ingenium redierit, viginti tribus judicandus ſiſtitur. At lapidibus non obruitur, niſi iſtic adſint tres illi priores judices. Q. D. *Filius hic noſter.* Ipſe ille ſcilicet, qui veſtro juſſu flagris laceratus eſt. Si aufugerit, nondum conſummato judicio, atque poſtea demum barbam inferiorem produxerit, liber eſt: At ſi conſummato judicio aufugerit, & poſtea barbam inferiorem produxerit, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

ראויה לאביו *Conveniens patri ejus*, ſimilis patri in voce, viſu, & ſtatura, eo quod ſcriptum eſt Deut. 21. 20. איננו שומע בקולנו Et quia ſcriptum eſt בקולנו *Noſtræ voci* in ſingulari numero, & non בקולותנו *Vocibus noſtris*, infertur inde quod uterque unam habet vocem. Et quoniam neceſſe eſt ut ambo æquales ſint voce, etiam neceſſe eſt ut ambo æquales ſint viſu & ſtatura; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. גידם id eſt in manu læſus, decurtatus. בננו זה *Noſter hic filius eſt*, hoc dicunt eum indigitando, & monſtrando. ולא חרשין *Et non ſurdi*, ſi dixerit eis, non accipio a vobis, non auſcultant ipſum; & quamvis deinde videant quod præceptum eorum non confirmat, nihilominus tamen Lex dicit Deut. 21. 20. N*on auſcultat noſtram vocem*, quod intelligendum eſt quod in tempore vocis prolatæ dicunt parentes quod immoriger eſt, quia cum audiverunt dicentem, non accipio a vobis. מתרים בו בפני שלשה *Monent ipſum coram tribus*, monent eum coram duobus ne ſeipſum aſſueſaciat, & ſi tum non obediverit, flagellant eum coram triumviris, ſicuti Miſna dixit capite primo, *Flagellatio coram tribus*, nam id quod Lex de filio immorigero & rebelli dicit, Deut. 21. 20. ויסרו אותו *Et caſtigabunt ipſum*, intelligendum eſt de flagellatione, nam hic extat בן סורר ומורה & Deut. 25 2. extat והיה אם בן הכות הרשע *Et fiet, ſi impius flagelletur.* Dicit porro Miſna, *noſter hic filius eſt, hic eſt qui coram vobis flagellatus eſt*, etſi neceſſaria ſit demonſtrativa vox זה *hic*, ut conſtet quod parentes non ſunt cœci, nam ſi Lex nos tantum doceret quod hic eſt is qui flagellatus fuit coram vobis, dixiſſet, noſter filius hic eſt, dixit autem בננו זה *Filius noſter hic eſt*, ad docendum nos duo. *Et poſtea demum barbam inferiorem produxerit, liber eſt*, nam ſi jam id feciſſet, non eſſet mortis reus. *Verum ſi aufugerit poſtea conſummato judicio*, tum inſtar hominis mortui eſt, & condemnatus, licet poſt multos annos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם לא היתה אמו ראויה לאביו *Si mater ejus non conveniat patri*, quantum ad viſum & ſtaturam attinet, eo quod Lex dicit, אביו ואמו *Pater ejus & mater ejus.* ומתרים בו בפני שלשה *Et monent ipſum coram tribus*, vult dicere, quod increpant ipſum, & quod vapulat coram tribus, quia increpatio ejus ſit coram duobus, ſicuti cæteræ increpationes. Hypotheſis nobis eſt, quod is cujus ſententia mortis eſt, ſit homo mortis, & occidendus ſit quando inveniatur; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ה בן סורר ומורה נידון על שם סופו אמרה תורה ימות זכאי ואל ימות חייב שמיתתן של רשעים הנאה להן והנאה לעולם לצדיקים רע להן ורע לעולם יין ושינה לרשעים הנאה להן והנאה לעולם ולצדיקים רע להן ורע לעולם פיזור לרשעים הנאה להן והנאה לעולם ולצדיקים רע להם ורע לעולם כנוס לרשעים רע להן ורע לעולם ולצדיקים הנאה להם והנאה לעולם שקט לרשעים רע להן ורע לעולם ולצדיקים הנאה להן והנאה לעולם :

5. Filius immoriger & rebellis judicatur propter id, (2) ad quod tandem deveniet. Dicit enim Lex: Moriatur potius immunis à tanto flagitio, quam poſtquam ſe eo obſtrinxerit. Nam mors improborum & ipſis & mundo prodeſt; juſtorum autem & ipſis mala eſt & mundo. Vinum & ſomnus improborum juvant & ipſos & cæteros: piorum, ipſis & reliquis malum important. Diſſipatio improborum ipſis & aliis utilis eſt: proborum cum ipſorum & aliorum damno conjuncta eſt. Congregatio improborum ipſis & mundo toti damnoſa eſt: proborum & ipſis & toti mundo affert emolumentum. Quies improborum ipſis reliquiſque detrimento: proborum & ipſis & reliquis commodo eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נידון על שם סופו *Judicatur propter finem ſuum*, quando bona paterna conſumpſerit, & quæſiverit id ad quod ſe aſſueſecerit, at non invenerit, ideoque ſe ad vias ſiſtet & furabitur, ideo dicit de ipſo Lex quod innocens morietur, & non condemnatus. הנאה להם *Prodeſt ipſis*, quia denuo non peccant. והנאה לעולם *Et prodeſt mundo*, nam tota terra in quiete eſt. *Mala eſt ipſis*, eo quod dignitates addunt. ורע לעולם *Et mala pro mundo*, quia protegunt generationem ſuam, & alios increpant. *Vinum & ſomnus improborum*, quamdiu bibunt & dormiunt, non peccant, neque malum inferunt. לצדיקים רע להם *Piis nocet*, eo quod Legi non ſtudent. ורע לעולם *Et mala mundo*, nam quando

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נידון על שם סופו *Judicatur propter finem ſuum*, vult dicere, quod Lex teſtatur de eo qui in diebus adoleſcentiæ ſuæ primæ nimia concupiſcentia affectus eſt, ſine dubio tandem fiet fur & ſanguinem effundet ut bona capiat, iiſque faciat id quod ſolet; Deus vero benedictus præcipit ut propterea moriatur, & ipſe ante occidatur quam alios occidat.

do illi a Legis meditatione vacant, pœna venit in mundum. פיזור *Diſſipatio*, qua unus ab alio diſſipatus eſt, ut unus alium conſilio adjuvare non poſſit.

COCCEJUS. §. 2. שסוף סגמר ניכסי אביו ומבקש לימודו ואינו מוצא ויוצא לפרשת דרכים ומלסטם את הבריות *Tandem enim abliguritis bonis paternis, cum prout aſſueverat, genio indulgere amplius non poſſit, inſidebit compita & latrocinia exercebit.*

ו הבא במחתרת נידון על שם סופו היה בא במחתרת ושבר את החבית אם יש לו דמים חייב אם אין לו דמים פטור :

6. Conſimiliter qui cum perfoſſorio ingreditur alienam domum judicatur ob id, (3) in quod prolapſurus erat. Si cum perfoſſorio venerit, arcamque perfregerit, ſi ſit ei ſanguis, tenetur: ſi non ſit ei ſanguis, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא במחתרת *Si quis cum perfoſſorio ingrediatur*, quem juxta Legem impune occidere licet. נידון על שם סופו *Judicatur propter finem ſuum*, nam intenderat occidere patremfamilias, ſi oppoſuerit ſe ad eripiendum bona illius. אם יש לו דמים חייב *Si ſit ei ſanguis, tenetur*, ut, ſi pater intraverit cum perfoſſorio ad eripiendum pro filio, nam certum eſt quod pater erga filium amore ducitur, idcirco filio non licet ipſum occidere; & ſi pater dolium fregerit, tenetur ad ſolutionem illius. *Si non ſit ei ſanguis, liber eſt*, & quicunque intraverit cum perfoſſorio, ſi paterfamilias ipſum occiderit, non eſt ei ſanguis, & dolium fregerit, liber eſt a ſolutione, nam, quia ille tenetur animæ ipſius, liber eſt a ſolutione, quia nobis fundamentum eſt, quod nemo ſolvere & mori ſimul tenetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſi quis ingrediatur cum perfoſſorio, eum intendere, ut, ſi paterfamilias reſtiterit ad eripiendum bona e poteſtate ipſius, eum occidat, & propterea ipſum occidere licet; neque refert ſive intraverit cum perfoſſorio, vel per viam atrii & tecti; ſed Lex loquitur de eo quod plerumque fieri ſolet. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Ketuboth, aliiſque in locis, quod nobis fundamentum eſt, quod homo non debet ſolvere & mori ſimul; propterea, ſi quis ingrediatur cum perfoſſorio, & in ingreſſu fregerit dolium, atque illic non fuerint teſtes, tum ſanguis illius licitus eſt, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 2. אין לו דמים *non ſunt ei ſanguines*, liber eſt a ſolutione dolii. Verum ſi id fregerit in egreſſu ſuo poſtquam per viam ſuam redire ſtatuerat, non licet occidere eum ſi illic fuerint teſtes, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 2. דמים לו ideo tenetur pretium dolii ſolvere.

COCCEJUS. §. 3. חזקה אין אדם מעמיד עצמו על ממונו והאי מימר אמר אי אזילנא קאי לאפאי ולא שביק לי ואי קאי לאפאי קטילנא ליה והתורה אמרה אם בא להרגך השכם להורגו : id eſt, *Certum eſt, neminem hominem de bonis ſuis conceſſurum. Iſte igitur ſic cum animo ſuo decernit. Si vadam, dominus adium mihi obſiſtet, neque ſinet me. Si obſiſtet mihi, occidam eum. Jam lex ait: Qui te invadit, animo cædem faciendi; occupet cædem licet.* Monet Majemonides, quando effractor jam parat abitum, ſi teſtes haberi poſſint, occidi jure non poſſe: ſed ad reſtitutionem obligari. Confer Exod. 22. 1. 2.

ז ואלו הן שמצילין אותן בנפשם הרודף אחר חבירו להרגו ואחר הזכור ואחר הנערה המאורסה אבל הרודף אחר בהמה והמחלל את השבת והעובד ע״א אין מצילין אותן בנפשן :

7. Iſti ſunt, (4) quorum cæde facta licet evadere: Qui alterum perſequitur animo occidendi: quive inſectatur maſculum, quive puellam deſponſatam. Sed qui ſectatur beſtiam, Sabbatum violat, idolo divinos honores defert, haud ſunt occidendi, ne peccent.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו הן שמצילין אותן בנפשם *Et iſti ſunt liberandi licet cum periculo mortis*, ſenſus eſt, hi impediendi ſunt a malo licet quis eos occidat, nam cuilibet conceſſum eſt eos impune occidere, ut a peccato liberentur. הרודף אחר חבירו להרגו *Qui ſocium perſequitur animo occidendi*, ſicuti de puella deſponſa ſcriptum eſt Deut. 22. 26. כי כאשר יקום איש על רעהו ורצחו נפש כן הדבר הזה comparat ergo puellam deſponſam cum homicida, nimirum, ſicuti puella deſponſa cum vitæ periculo eripienda eſt, ſic etiam ab homicida alios liberare debemus licet homicida occidatur, de puella deſponſa colligimus ex eo quod dicitur Deut. 22. 27. צעקה הנערה המאורסה ואין מושיע Hinc ſequitur, quod ſi quis ſit qui eam ſervet, eam ſervare debet cum omnibus rebus quæ ſervari poſſunt.

ואחר הזכר *Et poſt maſculum*, hoc colligimus ex eo quod dicitur Deut. 22. 26. ולנערה לא תעשה דבר Sed נער ſcriptum eſt cum He defectivo, quod maſculinum eſt. Eodem modo ſe res habet cum omnibus illis qui exciſionis & mortis condemnati ſunt a Synedrio propter inceſtum, ſcilicet quod ſalvi evadunt cum periculo vitæ, eo quod ſcriptum eſt Deut. 22. 26. חטא מות ubi per vocem חטא intelligendi ſunt ii qui exciſionis condemnati ſunt, per מות autem ii qui mortis condemnati ſunt a Synedrio.

אבל הרודף אחר בהמה *Sed qui ſectatur beſtiam*, quamvis illi cum inceſtuum reis comparantur, והמחלל השבת והעובד

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes illi qui propter inceſtum a Synedrio condemnati ſunt exciſionis aut mortis, impediri debent a malo licet quis occiderit eos; ſed auctor Miſnicus tres tantum numeravit, quia ſæpius explanati ſunt, nam de evaſione puellæ deſponſæ, de qua Deut. 22. 27. ואין מושיע לה dicitur, elicimus inde ſequi, quod, ſi quis ſit qui eam ſolvet cum omni eo quocum eam ſolvere poteſt, licet cum morte hominis eam comprimentis, ſalvabit. Jam vero maſculi ſtatum docemus e ſtatu puellæ deſponſæ, quia Lex de illa dicit Deut. 22. 26. ולנערה לא תעשה דבר Præterea e ſtatu illius etiam docemus conditionem homicidæ, quia dicitur Deut. 22. 26. כי כאשר יקום איש על רעהו ורצחו נפש כן הדבר הזה Et ex his colligimus conditionem eorum qui exciſionis & mortis a Synedrio condemnati ſunt. Sed omnes hi caſus de inceſtibus intelligendi ſunt; at de aliis peccatoribus, uti ſunt ii qui adipem comederint, aut ſanguinem, aut præſtigiator, aliique, non eſt ut dicamus quod impediri debent licet occidantur. Verum de Sabbatho & idololatria neceſſario dicendum erat, licet ad inceſtuum caſus non pertineant, propter horum duorum peccatorum gravitatem, quæ totius Legis fundamenta ſunt; & ſi quis Iſraëlita in illis prævaricatus fuerit, habendus eſt ut gentilis omni modo, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus Erubin. Et ne putaremus quod hos quoque impedire debemus licet occidantur, uti Sapientes quidam putant, propterea nos auctor contrarium docet, quod in hoc caſu cum illis ſicuti cum

והעכר עבודת זרה *Et qui ſabbatum violat, & idolum colit*, etſi ambo negent fidei fundamentum, tamen illi non evadunt ſalvi cum animabus ſuis; & quanto magis alii exciſionis & mortis a Synedrio condemnati ultra cauſam inceſtus, non evadent ſalvi; & non licet eos ullo modo occidere niſi donec coram teſtibus peccaverint, & condemnati fuerint mortis a Synedrio.

cum aliis ſe res habet. Lex autem de homicida & maſculo tradit, ut excipiat quadrupedem, idololatriam, & Sabbatum. Senſus vero *evaſionis* hic eſt, quo obligati ſumus huncce hominem qui infenſe ab alio perſequitur, liberare, quocunque id fiat modo, licet cum morte perſecutoris, etſi adhuc nondum peccaverit inſectator, & hic eſt ſenſus vocis נפש *anima*, nempe anima inſectatoris. Cæterum poſtquam perſecutor jam peccaverit, non licet cuiquam eum interficere, præterquam Synedrio præſentibus teſtibus, eo quo ſupra expoſuimus ſenſu. Verum aliter ſe res habet, ſi cum quadrupedem viderimus inſectantem, vel Sabbatum profanantem, vel idololatriam colentem, nam tum obligati ſumus eum admonere, cohibere, & liberare cum omnibus iis quibuſcum poterimus, citra mortem; nam eum interficere non licet niſi donec coram teſtibus peccaverit poſtquam admonitus fuerit, quum a Synedrio occidendus eſt. Sic etiam comparatum eſt cum cæteris peccatis, homicida & inceſtibus exceptis, ſicuti expoſuimus.

COCCEJUS. §. 4. Aut: qui, cæde ipſorum facta, liberandi ſunt, id eſt, impediendi, ne ſcelus perpetrent. Ita enim volunt intelligi. Probant ex Levit. 19. 16. לא תעמד על דם רעך *Non ſtabis* (otioſus & iners) *ad ſanguinem proximi*; quum is de vita periclitatur. Utrumque autem criminoſum eſt, ſe & aliam negligere. Quouſque autem vita amanda & tuenda ſit, docet Gemara fol. 74. pag. 1. Audiamus egregiam regulam: א״ר יוחנן משום ר׳ שמעון נימנו וגמרו בעליית בית נתזה בלוד כל עבירות שבתורה אם אומרין לאדם עבור ואל תהרג יעבור ואל יהרג חוץ מעבודת אלילים וגילוי עריות ושפיכות דמים *Ait R. Johannes verbis R. Simeonis: Suffragiis rogatis decreverunt in cænaculo Netaſæ, Lyddis: De omnibus delictis, quæ vetat lex, ſi jubeatur homo delinquere aut mori, delinquet potius, quam moriatur, præter idololatriam, inceſtum & homicidium.* Sed his merito obnunciatur ab Elieſere: *Diliges Dominum Deum tuum* בכל נפשך ובכל מאדך id eſt. *vel cum diſpendio vitæ atque ſubſtantiæ tuæ.* De homicidio non faciendo amore vitæ propriæ extat hoc apophthegma Rabbæ: ההוא אתא לקמיה דרבה ואמר ליה אמר לי מרי דוראי זיל קטליה לפלניא ואי לא קטילנא לך אמר ליה לקטלך ולא תיקטול מי יימר דדמא דידך סומק טפי דילמא דמא דההוא גברא סומק טפי. Inepta eſt ratio. Putat enim Iſraëlitæ ſanguinem Deo multo cariorem eſſe, quam ut ob delictum vitandum effundendus ſit. At gentili non conſtare in quo precio, & quam rubicundus ſit apud Deum ſanguis ſuus. Ideoque præceptum tenaciſſimè obſervandum illi eſſe, quicquid de vita ipſius fiat. Quam tamen libertatem Iſraëlitæ concedunt, ea non ulterius ſe porrigit, quam ad peccandum בצינעא, *clam*, non etiam בפרהסיא, id eſt, *palam* ſeu præſentibus, minimum, decem hominibus, ne nomen Domini blaſphemetur. Ideò ſi quis jubeatur ליקטול אספסתא בשבת *Pabulum metere Sabbato*: quum id publicè faciendum eſt, &, לעבורי מילתא קא בעי, *is, qui jubet, non aliam ob cauſam hoc poſtulat, quam ut Iſraëlitam cogat delinquere, obſecundandum non eſt.* Nam in privatum uſum & clam ſine ſcandalo liceret. Objicientibus Eſtherem, quæ publicè alienigenæ nupſit, reſpondent: דקרקע עולם היתה id eſt, *Extra dubium eſſe, quod illa non agens, ſed patiens fuerit.* בן נוח Filius Noæ, qui ex Iſraëlis poſteris non ſit, iſto modo ſanctificare nomen Dei non tenetur. Probant exemplo Syri Naamanis. 2. Reg. 25.

פרק ט ואלו הן הנשרפין הבא על אשה ובתה ובת כהן שזנתה יש בכלל אשה ובתה בתו ובת בתו ובת בנו ובת אשתו ובת בתה ובת בנה חמותו ואם חמותו ואם חמיו ואלו הן הנהרגין הרוצח ואנשי עיר הנדחת רוצח שהכה את רעהו באבן או בברזל וכבש עליו לתוך המים או לתוך האור ואינו יכול לעלות משם ומת חייב דחפו לתוך המים או לתוך האור ויכול לעלות משם ומת פטור שיסה בו את הכלב שיסה בו את הנחש פטור השיך בו את הנחש ר׳ מחייב וחכמים פוטרים המכה את חבירו בין באבן בין באגרוף ואמדוהו למיתה והקל ממה שהיה ולאחר מכן הכביד ומת חייב ר׳ נחמיה אומר פטור שרגלים לדבר:

Cap. 9. Hi urendi ſunt: Qui init mulierem (1) & filiam ejus: filia ſacerdotis ſcortata. Quando dicitur: Mulier & filia ejus; intelligitur quoque filia ipſius atque filia filii filiævè, filia uxoris ejus, itemque neptis ejus, ſocrus ejuſvè mater; ut & mater ſoceri. Iſti ſunt, qui gladio puniuntur: Homicida, incol.. urbis ad idololatriam prolapſæ. Homicida, qui proximum ſuum percuſſit lapide, ferrove; aquævè immerſerit, unde exire nequeat; ſive in ignem intruſerit, ut inde exire non poſſit, ac moriatur: is tenetur. Quod ſi quem impulerit in aquam aut ignem, ſi inde exire aliquis potuiſſet, ille autem moriatur; liber eſt. Si canem ſerpentemvè in quem incitaverit quiſpiam, non tenetur. Si ſerpentem, qui mordeat, applicet, Rabbi teneri ait; ſapientes liberant. Si quiſpiam proximum percuſſerit lapide pugnovè, & letalis iſta plaga æſtimata ſit; ſi melius habere cœperit, poſtmodum ingraveſcat, ita ut moriatur, reus eſt. R. Nehemias ait: Liber eſt. Nam res hæc ſuppeditat rationem evadendi ſupplicii.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן הנשרפים וכו׳ *Hi comburendi ſunt &c.* ſi quis inierit mulierem, cujus filiam ipſe duxerat, quæ eſt ſocrus ipſius. *Et filia Sacerdotis*, ſic etiam filia Sacerdotis quæ adulteravit, condemnata eſt combuſtionis. יש בכלל אשה ובתה *Comprehenditur ſub muliere & filia ejus*, vult, de muliere & filia ejus extat clare pœna combuſtionis Levit. 20. 14. Et inde colligimus de omnibus quæ comburendæ ſunt. בתו *Filia ejus*, e muliere vi compreſſa, nam non eſt filia uxoris ſuæ ob quam condemnatus eſſet, ſicuti ob filiam uxoris, quia illa non eſt filia uxoris ſuæ. *Et filia filii ipſius*, e muliere vi compreſſa. *Et filia uxoris ſuæ*, ſive illa ſit filia ipſius, ſive privigni ipſius. וחמותו *Et ſocrus ipſius*, etſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיסה *Si incitaverit*, id eſt, ſi ſignum aliquod fecerit coram quadrupede iſto ſive voce ſive manu unde ipſi illatum ſit damnum. השיך *Mordere fecit*, nimirum, ſi quadrupedem illum commoverit, & dentes ſuas admoverit corpori illius; deciſio eſt juxta Sapientes.

etſi auctor in principio clare dixerit, *ſi quis inierit mulierem & filiam ipſius*, quod non colligitur per explicationem allegoricam; quandoquidem autem loquitur de iis quæ comprehenduntur ſub matre ſocrus ipſius, quæ per explicationem allegoricam colliguntur, idcirco etiam de illis loquitur cum voce חמותו *Socrus ejus*. *Vel aquæ immerſerit*, ſi proximi ſui caput apprehenderit, & aquæ immerſerit, ita ut caput ſuum elevare non poſſit. השיך *Mordere fecit*, ſi ſerpentem manu apprehenderit ac portaverit, denteſque ſerpentis proximo ipſius admoverit. *R. Jehuda condemnat*, quia putat venenum ſerpentis eſſe ſub dentibus, & quia ſerpentis dentes proximi ipſius carni admoverit tactu, ſe res habet perinde ac ſi ipſum interfeciſſet, ideoque condemnatus eſt. *Sapientes liberant*, nam illi putant quod ſerpens ſponte evomit venenum, & quod propterea non interficiet ipſum, niſi ipſe ſolus fuerit in cauſa, ideoque liber eſt; deciſio eſt juxta Sapientes. ואמדוהו למיתה *Et illa letalis æſtimata ſit*, at ſi in principio non æſtimetur letalis, etiam juxta Sapientes liber eſt. הקל ממה שהיה *Si melius habere cœperit*, ſi plaga levior æſtimata ſit quam antea erat. שרגלים לדבר *Quia res ſunt pedes*, quibus ſupplicium effugere poſſit.

COCCEJUS. §. 1. Levit. 18. 17. & 20. 14. Poſterius maximè ſpectatur hic. Non lubet convectare nugas Magiſtrorum, quæ eis ex mala interpretatione vocis אתהן propullularunt. Optimè Aben Eſra id explicat per, אותו או אותה.

ב נתכוון להרוג את הבהמה והרג את האדם לנכרי והרג את ישראל לנפלים והרג בן קיימא פטור נתכוון להכותו על מתניו ולא היה בה כדי להמית על מתניו והלכה לה על לבו והיה בה כדי להמית על לבו ומת פטור נתכון להכותו על לבו והיה בה כדי להמית על לבו והלכה לה על מתניו ולא היה בה כדי להמית על מתניו ומת פטור נתכוון להכות את הגדול ולא היה בה כדי להמית הגדול והלכה לה על הקטן והיה בה כדי להמית את הקטן ומת פטור נתכוון להכות את הקטן והיה בה כדי להמית את הקטן והלכה לה על הגדול ולא היה בה כדי melius להמית להכות את הגדול ומת פטור אבל נתכוון להכותו על מתניו והיה בה כדי להמית על מתניו והלכה לה על לבו ומת חייב נתכוון להכות את הגדול והיה בה כדי להמית את הגדול והלכה לה על הקטן ומת חייב רש"א אפילו נתכוון להרוג את זה והרג את זה פטור:

2. Si quis in animo habuerit ferire beſtiam; atque interemerit hominem: ſive peregrinum, & interfecerit Iſraëlitam: ſive apoſtatam, & ceciderit filium fœderis, liber eſt. Si intenderit femur cujuſpiam percutere, ubi ictus lethalis non fuiſſet; & telum pectori inciderit, letalem plagam fecerit, mortuuſque ea plaga fuerit, liber eſt. Si intenderit pectus letali plaga ferire, ictuſque in femur delatus letalis non ſit, etiamſi moriatur alter, liber eſt. Si intenderit ferire adultum ictu haud letali, iſque impactus parvulo fiat lethalis, quamvis hic moriatur, liber eſt. Si intenderit cædere parvulum plaga lethali, eaque illata adulto mortifera non ſit, ut ut moriatur, liber eſt. Verum ſi intenderit quempiam ferire in lumbis tam fortiter, ut illo ictu interfici potuiſſet; iſque deferatur in pectus, vitamque ei eripiat, tenetur. Intenderit adulto letalem plagam infligere, atque ea parvulo inflicta ipſum occiderit, tenetur. R. Simeon ait: Etiamſi in animo habuerit hunc interficere, atque interimat illum, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והיה בה כדי להמית על לבו ומת פטור *Si intenderit pectori inferre lethale vulnus, & mortuus fuerit, liber eſt*, nam duo neceſſaria ſunt nobis, nimirum, quod intendit lethale vulnus inferre, & quod etiam lethale vulnus intulit. *R. Schimeon dicit, etiamſi in animo habuerit hunc interficere, & illum interimat, liber eſt*, hæc non referenda ſunt ad finem doctoris primi, dicentis, *ſi intenderit adulto lethale vulnus inferre, atque eo parvulo inflicto ipſum occiderit, tenetur*; nam ſi ad hæc verba retuliſſet, dixiſſet, R. Schimeon abſolvit, & non requirebatur ut denuo exponeret, *etiamſi intenderit occidere unum & interfecerit alium*, quia doctor primus id jam clare dixit, quare ergo addit vocem אפילו? Sed R. Schimeon redit ad principium, ubi dicit, *ſi intenderit occidere beſtiam, & occiderit hominem, liber eſt*, unde colligitur, quod, ſi intenderit interficere hunc, & interfecerit illum, condemnatus eſt; & de his R. Schimeon loquitur quando dicit, etiamſi in animo habuerit hunc interficere, atque interimat illum, liber eſt; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia R. Schimeonis eſt ſuper eo quod infertur e ritu primo, nimirum, *ſi quis in animo habuerit ferire beſtiam, & occiderit hominem, liber eſt*, inde infertur, quod, ſi intenderit occidere hominem, & occiderit alium hominem, condemnatus eſt. R. Schimeon contradicit, & putat quod etiam liber ſit, ſi occiderit alterum quando intenderit occidere unum; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

ג רוצח שנתערב באחרים כולן פטורין רבי יהודה אומר כונסן אותן לכיפה כל חייבי מיתות שנתערבו זה בזה נידונין בקלה הנסקלין בנשרפין רש"א נידונין בסקילה שהשריפה חמורה וחכ"א נדונין בשריפה שהסקילה חמורה אמר להן ר"ש אלו לא היתה שריפה חמורה לא ניתנה לבת כהן שזנתה אמרו לו אלו לא היתה סקילה חמורה לא ניתנה למגדף

3. Homicida ſi admiſceatur, (2) aliis, omnes liberi ſunt. R. Jehuda ait: (3) Carceri induntur cuncti. Omnes qui mortis rei ſunt, ſi permiſceantur, leviori afficiuntur ſupplicio. Si lapidandi urendis, R. Simeon ait: Lapidantur. Nam uri gravius eſt. At Sapientes ajunt: Uruntur. Lapidatio enim gravius ſupplicium eſt. His objecit R. Simeon: Niſi ignis ſupplicium gravius eſſet, neutiquam in filiam ſacerdotis ſcortantem ſtatutum eſſet. Illi reſponſum eſt: Niſi lapidatio gravior pœna eſſet, haud irrogaretur blaſphemo,

למגדף ולעובד ע"א הנהרגין בנחנקין רש"א בסייף וחכמים אומרים בחנק :

mo, & idololatræ. Cædendi ſtrangulandis: R. Simeon ait; at Sapientes: Laqueo.

R. OB. DE BARTENORA.

רוצח שנתערב באחרים *homicida ſi admiſceatur aliis*, ſi duo ſint homines & ab illis proveniat ſagitta, & hominem quendam interimat, ambo liberi ſunt, etſi eorum unus ſit notus pro homine pio, & is certe non emiſerit ſagittam, nihilominus tamen alterum non condemnant illa ſuſpicione.

רבי יהודה אומר כונסין אותן לכיפה R. *Jehuda ait, quod carceri induntur*, deſunt quædam in hac Miſna, quæ ita ſupplenda ſunt, & bos mortis condemnatus ſi cum aliis mixtus eſt, omnes lapidandi ſunt, nam hi omnes neceſſario uſu prohibiti ſunt, licet mille ſint, eo quod unus cum illis mixtus eſt, idcirco omnes lapidibus obruuntur, ut præceptum lapidationis impleatur in eo qui eſt condemnatus. *Cogunt eos in carcerem*, & non requiritur ut lapidibus obruantur, ſed ſufficit ſi modo carceri includantur, & fame moriantur; deciſio non eſt juxta R. Jehudam. *R. Schimeon dicit, gladio*, quia ſtrangulatio gravius mortis ſupplicium eſt. *Sapientes dicunt laqueo*, eo quod ſupplicium gladii juxta ipſos gravius eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba R. Jehudæ dicta ſunt de intentione verborum occultorum, nimirum, ſi lapis vel ſagitta projectus fuerit inter multos homines, & occiderit aliquem, at non conſtiterit quiſnam erat qui ſagittam vel lapidem projecerat, omnes liberi ſunt, & de hoc caſu nulla eſt controverſia. Verum ſi bos occiderit, & mortis condemnatus fuerit, & commixtus fuerit cum aliis bobus, omnes lapidandi ſunt. Sed R. Jehuda contrarium ſtatuit, quod in carcerem eos cogunt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, nec juxta R. Schimeon.

COCCEJUS. §. 2. Reis: non כשרים inſontibus. Atque adeò ſi ille, cujus cauſa nondum deciſa eſt, aliis immiſceatur, ita ut dignoſci nequeat: neque judicium ejus conſummatur, neque ullus eorum plectitur. Hæc eſt quorundam Magiſtrorum ſententia. R. Jehuda, ſi teſtes auditi, cauſaque cognita & diſceptata ſit, cunctos arcæ robuſtæ indi cenſet.

3. כיפה Explicat R. Jehuda: מושב מלא קומתו clarius מאכר שעושין בבירת הסהר גבהו כשיעור קומת הארם שוה בשוה ואין לו שם מקום להתפשט ולא ליישן id eſt, *Clauſtrum in carcere altitudine æquant hominis menſuram examuſſim, ita arctum, ut porrigendi ſe ad ſomnum capiendum facultas nulla ſit.* Et hodieque in uſu ſunt tales arcæ, in quibus, qui induntur, neque erecti ſtare, neque ſedere, neque adeò cubare poſſint. Hæ rectè כיפות à flexu neceſſario corporis dicerentur. Rabbi Salomo per hanc vocem explicat המהפכת Jerem. 29. 26. ubi Targum כיפתא Non nemo ducit à כפת, vincire. Sed non aſtipulatur forma. Quid ſi referamus ad כוף, quod eſt *torquere & ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι*, Talmudicis uſitatiſſimum? Placet ad כפף reducere, cui etymologiæ origo vocis Ebrææ à Jeremia uſurpatæ concinit.

ד מי שנתחייב בשתי מיתות ב"ד נדון בחמורה עבר עבירה שנתחייב שתי מיתות נדון בחמורה רבי יוסי אומר נדון בזיקה הראשונה שבאה עליו :

4. Qui duplici ſupplicio tenetur, graviori plectitur. Si quis flagitium commiſerit, quod diverſas pœnas commereatur, graviori plectitur. R. Joſes ait: Plectitur pro ratione (4) primi reſpectus, quo deliquit.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שנתחייב בשתי מיתות *Qui duplici ſupplicio tenetur*, ſi commiſerit peccatum leve, & condemnatus fuerit ſupplicii levioris, & deinde commiſerit peccatum grave, intellexiſſemus quaſi hic eſſet homo mortis, quandoquidem jam mortis condemnatus eſt, ideo nos docet quod gravioris condemnatus eſt.

עבר עבירה שיש בה שתי מיתות *Si commiſerit peccatum duplicem mortis pœnam continens*, ſi fuerit ſocrus & uxor maritata, condemnabitur mortis combuſtionis, quæ gravior eſt, eo quod ſocrus illius eſt; at non inſtar uxoris maritatæ quæ non punitur laqueo.

נדון בזיקה הראשונה *Plectitur pro ratione primi reſpectus*, juxta prohibitionem qua primum neceſſario admoneri debuiſſet, & ſeparari ab illa, condemnatus eſt, ſed non ob prohibitionem quæ ei contigit poſtea, etſi gravior ſit, nam R. Joſe putat quod una prohibitio non cadit in alteram, ne quidem prohibitio gravis in levem. Si vero duxerit filiam viduæ quæ primum erat ſocrus ipſius, tum non maritata erat, ſed deinceps, condemnabitur mortis combuſtionis; at ſi uxor maritata fuerit, & deinde facta fuerit ſocrus ipſius, condemnabitur laquei, ſicuti uxor maritata qualis erat prius; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio auctor loquitur de homine qui peccatum commiſit, & condemnatus fuit mortis levis, & deinde commiſit peccatum grave, nam aliter intellexiſſemus quod condemnatus eſſet mortis levis, nam homo mortis eſt, & quod non attenderet ad id quod poſtea fecit, ideo nos docet quod condemnatus eſt mortis gravioris. Caſus autem prohibitionis primæ is eſt quem tibi exponam, ſi ſocrus ipſius ſit uxor patris, & ab ipſo concubitum paſſa ſit, ab ea parte qua ſocrus ipſius eſt, condemnatus eſt combuſtionis; at a parte illa qua uxor eſt patris ipſius, condemnatus eſt lapidationis. Si vero ſit ſocrus illius antequam eam duxiſſet pater ipſius, comburetur; at ſi pater eam prius duxerit, & ſocrus ipſius facta ſit poſtquam patris uxor facta ſit, condemnabitur lapidationis; & hoc modo conſequentiam facere poteſt; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

COCCEJUS. §. 4. Ut verbi gratia: חמותו ונעשית אשת איש נדון בחמותו אשת איש ונעשית חמותו נדון באשת איש id eſt, *ſi ſocrum violaverit, quæ alteri ſe conjugaverit, ob ſocrum violatam plectitur*, igne ſcilicet: *ſi uxorem alterius, quæ ſocrus ejus facta ſit, ob adulterium plectitur, laqueo.* Id vocant זיקה ראשונה i.e. באיסור שהוחזק התלה להזהר ולפרוש ממנו *ob interdicti rationem, qua principio tenebatur a patrando crimine ſe abſtinere.*

ה מי שלקה ושנה ב"ד מכניסין אותו לכיפה ומאכילין אותו שעורין עד שכריסו מתבקעת ההורג נפש שלא בעדים מכניסין אותו לכיפה ומאכילין אותו לחם צר ומים לחץ :

5. Si quis loris cæſus reciderit, juſſu judicum arcæ inditus, (5) hordeo cibatur, donec venter ejus rumpatur. Si quis ſine (6) teſtibus cædem fecerit, inditus arcæ cibatur pane ærumnæ & aqua anguſtiæ.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מי שלקה ושנה *Si quis loris cæſus reciderit*, ſi bis cæſus fuerit ob peccatum quod meretur excidium, nam omnes qui excidii condemnati ſunt, cæduntur, ſi peccatum iſtud tertia vice faciant. מכניסין אותו לכיפה *Induunt ipſum arcæ*, eſt locus hominis ſtaturam conficiens, non plus; & primum ei comedendum porrigunt panem anguſtiæ & aquam afflictionis donec viſcera ejus debilitata ſint, & poſtea ei panem hordeaceum dant comedendum, qui viſcera implet donec venter rumpatur. שלא בעדים *Sine teſtibus*, quando non erat teſtimonium quod mortis condemnatus eſt, nihilominus de hoc conſtabat Synedrio quod res vera erat ipſum aliquem interfeciſſe, niſi quod teſtes ſibi contradixerant in examine; aut quod illic non erat admonitio ſufficiens.

ומאכילין אותו לחם צר ומים לחץ *Et dant ei comedendum panem anguſtiæ & aquas afflictionis*, primum, at deinceps ei panem hordeaceum comedendum porrigunt donec diſrumpatur venter ipſius, ſicuti in Miſnæ principio dicit; quod ergo in uno loco deficit, id in altero aperit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיפה Notat locum in quo homines tenentur vinculis carceri incluſis cujus altitudo eſt inſtar hominis mediocris ſtaturæ, ubi non datur locus dormiendi neque extendendi ſe. Quod autem dicimus, מי שלקה ושנה *Si quis cæſus reciderit*, vult, quod loris exciſionis cæſus ſit, & quod idem peccatum denuo fecit, ut, ſi comederit aliquoties adipem, at ſi diverſa excidia, non, nam quiſquis condemnatus eſt excidii, cæditur loris, ſicuti jam diximus, & fundamentum exponetur deinceps. Sed ſi qui ex præcepto negativo meriti ſint ut loris cædantur, eos cædunt quoties tranſgrediuntur, licet millies. Et quod Miſna dicit שלא בעדים *Sine teſtibus*, vult, quod non ſit teſtimonium quod eum mortis condemnat, nimirum, quando non confirmatur teſtimonium ut eo mortis condemnetur, etſi de re ſatis conſtet, ſicuti eſt defectus admonitionis, aut dubia in examine orta, & ſimilia; quiſquis autem hocce modo condemnatus eſt, ei dant panem anguſtiæ & aquam afflictionis donec debilitatæ fuerint vires, & caro corrupta fuerit, & poſtea ei porrigunt panem hordeaceum donec venter illius diſcindatur.

COCCEJUS. §. 5. Contractis primum cibi potuſque defectu viſceribus, ut mox dicet.

6. Ut ſi unicus adſit teſtis: ſi præmonitio ſufficiens non præceſſerit, iſve ad præmonitionem ſemel iterumque repetitam ſiluerit, vel capite annuerit; (הרכין בראשו) vel teſtes in בדיקות vacillaverint, quamvis in חקירות ſteterint, &c.

ו הגונב את הקסוה והמקלל בקוסם והבועל ארמית קנאין פוגעין בו כהן ששמש בטומאה אין אחיו הכהנים מביאין אותו לבד אלא פרחי כהונה מוציאין אותו חוץ לעזרה ומפציען את מוחו בגזירין זר ששמש במקדש רע"א בחנק וחכמים אומרים בידי שמים :

6. Si qui ex ſacra (7) ſupellectile quid furetur; maledicat per (8) idolum: concumbat cum pagana, (9) zelotæ (10) incurrunt in eum. Si quis ſacerdos in impuritate ſacra obierit, non fratres ejus ſacerdotes eum in judicium adducunt: ſed (11) juvenes ſacerdotum extra atrium protracti cerebrum fuſtibus elidunt. Peregrinus ſi ſacra fecerit in ſanctuario, R. Akiba hunc laqueo plectit: At Sapientes ejus pœnam (12) Deo relinqui judicant.

R. OB. DE BARTENORA.

הגונב את הקסוה *Si quis e ſacra ſupellectili furetur*, e vaſis quæ miniſterio templi inſerviunt. המקלל בקוסם *Qui maledicit per idolum*, qui nomini Dei maledixit in nomine idololatriæ. קנאין פוגעין בו *zelotæ incurrunt in eum*, zelotæ gloriæ Dei ipſum occidunt; & hoc intelligendum eſt ſi mulier fuerit idololatriæ filia, & in ipſo actus momento, & coram decem Iſraëlitis, at ſi una ex his deficiat conditionibus, prohibitum eſt eum interficere; ſed pœna illius declaratur Malachi. 2. v. 11. ובעל בת אל נכר יכרת יהוה לאיש אשר יעשנה Cædunt vero ipſum quater quadraginta plagis e conſtitutione Sapientum, ſcil. propter menſtruum, propter gentiliſmum, & propter ſcortationem. פרחי כהונה ſunt ſacerdotes juniores quibus pili in barba creſcere incipiunt.

רבי עקיבא אומר בחנק *R. Akiba dicit, laqueo plectit*, dicit Lex in hoc caſu Num. 18. 7. והזר הקרב יומת & iterum Deut. 13. 5. והנביא ההוא או חולם החלום ההוא יומת Quemadmodum ergo in uno loco intelligitur mors laqueo ſubeunda, ſic etiam in altero.

וחכמים אומרים בידי שמים *At Sapientes dicunt, per manus cœli*, nam Deut. 13. 3. dictum eſt יומת *Morietur*, & Num. 17. 28. dictum eſt כל הקרב הקרב אל משכן יהוה ימות ſicuti in hoc loco intelligitur pœna quæ a Deo infligitur, ſic etiam in illo; deciſio eſt juxta Sapientes. Sed mors a Deo inflicta non tam gravis cenſetur quam ea quæ excidio infertur, quia excidium continet pœnam poſt mortem, niſi reſipuerit ſicut convenit; at poſt mortem a Deo inflictam non ſequitur alia pœna. Raſchi autem exponit capite ſecundo tractatus de Sabbatho, quod mors a Deo inflicta, ſit dierum abbreviatio, ut non vivat ſolitarius. Cæterum undecim ſunt genera mortis a Deo inflictæ in caſibus Templi & ſanctitatum, (1) ſi quis comederit rem illibatam. (2) Si ſacerdos immundus comederit oblationem primam mundam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קסוה notat vas aliquod in miniſterium templi. המקלל בקוסם *Qui maledicit, per idolum*, qui Deum blaſphemat in nomine idololatriæ. והבועל ארמית *& qui cum pagana concumbit*, qui cum filia idololatrica concumbit publice coram decem Iſraëlitis, aut pluribus, & in ipſo actus momento, ſicuti Pinchas. Sed poſtquam cum ea concubuerit, & ab illo ſe ſeparaverit, aut ſi non fuerit in eccleſia Iſraëlis, aut illa non fuerit idololatrica, prohibitum eſt eum interficere, nam propter filiam idololatricam condemnatus eſt excidii, licet in Lege illius non ſit facta mentio, & hic caſus non ſit numeratus inter excidia, tamen traditio eſt, & expoſitum eſt Malach 2. 11. ובעל בת אל נכר יכרת יהוה לאיש אשר יעשנה Et jam expoſuimus eum qui cum pagana concubuerit, teneri multis plagis, at omnes e conſtitutione Sapientum. Et ſi nos rogaverit zelota an occidat eum necne, licet in ipſo actus momento, non edocemus ipſum; at ſi extenderit manum ipſius eumque occiderit, non infligitur ei pœna. Sic etiam ſi adulter in ipſo actus momento occiderit zelotam ut eripiat vitam ſuam, non condemnatus eſt mortis, quia ipſum perſequitur Zelota ut occidat; at Lex non decrevit ut eum occidat niſi eo quo diximus modo. Dicit Lex Num. 18, 6. והזר הקרב יומת quod R. Akiba de morte quæ laqueo infertur, exponit. Sapientes vero putant, quod intelligenda ſit mors quæ manu Dei infligitur, hæc autem quæ manu Dei infligitur levior eſt morte excidii, nam excidii condemnatus relinquit ſuper ſe pœnam poſt mortem, ſicuti exponetur capite ſequenti; at mortis condemnatus moriendo accipit expiationem. Præterea quoque ii qui mortis a Deo inflictæ condemnati ſunt, e Lege cædendi ſunt quando de peccato conſtiterit per teſtes & admonitionem, quemadmodum ii qui condemnati ſunt excidii, dummodo tranſgrediantur præceptum negativum. Cæterum ii qui condemnati ſunt mor-

dam. (3) Si is qui non eſt e genere ſacerdotali, comederit oblationem primam. (4) Si idem ille adminiſtraverit res ſanctas. (5) Si immundus adminiſtraverit res ſanctas. (6) Si is qui die quidem lotus fuerit, at nondum occaſum ſolis habuerit, adminiſtraverit res ſanctas. (7) Sacerdos ſine veſtibus adminiſtrans. (8) Qui nec manus nec pedes lavit. (9) Qui ebrius eſt. (10) Qui aperto capite ſanctuarium intravit. (11) Qui expiandus eſt. De quibusdam Lex clare expreſſit mortem a Deo inflictam, de quibusdam vero Sapientes nobis traditione reliquerunt, re per conſequentias & ſimilitudines demonſtrata.

mortis a Deo inflictæ, hi ſunt, ſi quis comederit rem illibatam. Si ſacerdos immundus comederit oblationem primam mundam, ſi is qui non eſt ſacerdos, comederit oblationem primam, vel adminiſtraverit ſancta, & ſi quis ab immunditie ſua lotus, at non habuerit occaſum ſolis, adminiſtraverit ſancta, vel id fecerit is qui veſtibus orbatus eſt, vel expiatione indigens, vel is qui nec manus lavit nec pedes, vel vinum bibens, vel comam alens; nam de eo qui immundus comederit oblationem primam, dicitur Levit. 22. 9. ומתו בו כי יחללוהו Et de re illibata dicitur Levit. 22. 15. ולא יחללו את קדשי בני ישראל Et quemadmodum ſacerdotis profanatio in oblationibus primis vetita eſt ſub pœna mortis, ſic etiam quæ de illibatis profertur, vetita eſt ſub pœna mortis. De pœna extranei qui comedit oblationem primam, ſcriptum eſt Levit. 22. 9. ומתו בו כי יחללוהו & deinde, וכל זר לא יאכל קדש De extraneo qui adminiſtravit res ſanctas clare dictum eſt Num. 18. 17. והזר הקרב יומת De immundo qui adminiſtravit, dictum eſt Levit. 22. 2. וינזרו מקדשי בני ישראל ולא יחללו Et hæc profanatio eſt inſtar illius de qua dictum eſt ומתו בו כי יחללוהו Cæterum quod is qui die quidem lotus, at non habuerit occaſum ſolis, ſit condemnatus ejuſdem mortis, traditione recepimus ex eo quod dicitur Levit. 21. 6. קדשים יהיו לאלהיהם ולא יחללו Sed de eo qui veſtibus ſacris caret ſcriptum eſt. Exod. 29. 9. וחגרת אותם אבנט וגו' & poſtea והיתה להם כהנה eo igitur tempore quo veſtibus indutus, ei incumbit miniſterium ſacerdotale, ſin minus, habetur pro extraneo. De eo qui expiatione indiget, ſcriptum eſt, Levit. 12. 8. וכפר עליה הכהן וטהרה unde probatur quod antequam ſacrificium expiationis adduxerit, vocetur immundus; & jam expoſitum eſt quod immundus non miniſtrabit in ſanctis, & quod mortis pœnam incurrit ſi miniſtraverit. De eo qui nec manus nec pedes lavit, ſcriptum eſt Exod 30. 20. ירחצו מים ולא ימתו De eo qui vinum bibit ſcriptum eſt Levit. 10. 9. יין ושכר אל תשת אתה ובניך וגו' De eo qui comam alit ſcriptum eſt Levit. 10. 6. ראשיכם אל תפרעו ובגדיכם לא תפרמו ולא תמותו Deciſio non eſt juxta R. Akibam.

COCCEJUS. §. 7. Id eſt, כלי שרת, ſumtum ex Num. 4. 7. קשות הנסך Onkelos: קסות ניסוכא.

8. Hac formula: יכה קוסם את קוסמו id eſt, *πλήξαι τὸ μαντικὸν τοῦτο εἴδωλον τὸν τὸ μάντευμα αὐτοῦ κατα-γεγονότα.* Putat nimirum maledicens, Deum verum eſſe oraculi auctorem: atque eum poſſe à ſimulachro vel dæmone lædi. יכה קוסם לו ולקונו ולמקנו id eſt, *percutiat idolum iſtum & dominum ejus, & qui ipſi bona ſua poſſidendi tribuit.* qui ſanè Deus eſt.

9. Timentes Domini, qui flagrant zelo gloriæ divinæ. Quanta ſcelera hujus tituli obtentu patraverint nefarii homines Hieroſolymis, docet Joſephus in libris *ἁλώσεως.*

10. Illique vitam adimunt. quod tamen oportet fieri in ipſo facto; præſentibus, minimùm, decem Iſraëlitis. Zelotarum autem hoc jus eſt: הבא לימלך אין מורין לו ולא עוד אלא שאם פירש זמרי והרגו פינחס נהרג עליו נהפך זמרי והרגו לפנחס אין נהרג עליו שזמרי רודף הוא *Si quis zelotes veniat conſilium expetiturus, nemo ipſi impertit. atque etiam, ſi Zimri diſceſſiſſet, & tum demum eum interfeciſſet Phinehas, interficiendus ipſe fuiſſet. aut, ſi converſus Phinhaſum occidere occupaſſet, judicium capitis ei ſubeundum non fuiſſet. Nam iſte ipſius imminebat cervicibus.*

11. פרחי כהונה q. d. *οἱ ἀνθοῦντες τῆς ἱερωσύνης.* veſticipes. Gloſſa enim Caph nachas ita explicat: כהנים בחורים שמתחיל זקנם לפרוח id eſt, *ſacerdotes juvenes, quorum barba incipit efflorеſcere.*

12. מיתה בידי שמים, levius id quidquam eſt, quam כרת, *exterminium.* Nam exterminii poſt mortem pœna luitur. Mors *θεήλατος* cum vita reatum aufert. Subjacent huic illa peccata, quæ flagellationem merentur, ſi adſint teſtes & præmonitio: ut ſi peregrinus ſacra faciat, aut qui eodem die lotus eſt; aut qui debet piacularem hoſtiam: aut qui illotis manibus pedibuſvè: quivè ebrius, nudovè capite, &c.

פרק י אלו הן הנחנקין המכה אביו ואמו וגונב נפש מישראל וזקן ממרא על פי בית דין ונביא השקר והמתנבא בשם ע"א והבא על אשת איש וזוממי בת כהן ובועלה המכה אביו ואמו אינו חייב עד שיעשה בהן חבורה זה חומר במקלל מבמכה שהמקלל לאחר מיתה חייב והמכה לאחר מיתה פטור הגונב נפש מישראל אינו חייב עד שיכניסנו לרשותו ר' יהודה אומר עד שיכניסנו לרשותו וישתמש בו שנ' והתעמר בו ומכרו הגונב את בנו רבי יוחנן בן ברוקא מחייב וחכמים פוטרים גנב מי שחציו עבד וחציו בן חורין רבי יוחנן בן ברוקא מחייב וחכמים פוטרין:

Cap. 10. Iſti ſtrangulantur. Qui (1) patrem matremvè pulſaverit: qui animam ex Iſraële furatus fuerit: presbyter edicto Senatus obnitens: mendax vates: & qui vaticinatur in nomine idoli: qui cum (2) alterius uxore concumbit: qui filiam ſacerdotis (3) falsò detulerint: & qui (4) cum ea concubuerit. Pulſator parentum non tenetur, niſi livorem in illis effecerit. Hoc gravius eſt in eo qui maledicit, quam qui pulſat: quod qui exſecratur illos poſt funera, reus ſit; qui vero eos mortuos ferit, haud tenetur. Plagiarius non tenetur, niſi animam furto ſurreptam ad ſe deduxerit. R. Jehuda ait: niſi in poſſeſſionem ſuam deduxerit, abuſuſque ea ſit. Q. D. Deut. 24. 7. Et abuſus fuerit eo, aut vendiderit eum. Si quis furetur filium ſuum, R. Johannes filius Boruka cenſet teneri: at Sapientes liberant. Si quis furetur eum, qui (5) dimidia ex parte ſervus eſt, dimidia ex parte liber, R. Johannes filius Beruka teneri ait, at Sapientes liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

וזקן ממרא על פי בית דין *Et presbyter edicto ſenatus obnitens*, qui contradixerit Synedrii in conclavi Gazyt conſidentis ſententiis. וזוממי בת כהן *Et falſi teſtes filiæ ſacerdotis*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nam Sapientes dixerunt quod is qui parentem ceciderit, non condemnatus ſit antequam eis vulnus intulerit, colligimus inde quod ſi quis mortuum læſerit, liber ſit, quia

eo

dotis, etſi illi filiam comburii condemnaverunt, tamen teſtes mortis ſimpliciter condemnati ſunt, cujus condemnatus eſt is qui filiam ſtupraverit, quæ eſt ſtrangulatio, quia ſcriptum eſt Levit. 21. 9. היא באש תשרף *illa* itaque, & non qui ſtupraverit eam, comburetur.. Falſorum teſtium pœna colligitur ex Deut. 19. 19. כאשר זמם לעשות לאחיו fratri ergo ita facies, non ſorori. ובועלה *Et qui ſtupraverit eam*, ſcil. filiam ſacerdotis nuptam, at ſi deſponſam ſtupraverit, illa & adulter condemnati ſunt lapidationis. *Si quis maledixerit poſt mortem, tenetur*, quia ſcriptum eo in ſtatu non aptus eſt ad vulnus recipiendum. Et huic caſui adjunxit auctor id quod dicit, *hoc gravius eſt in eo qui maledicit, quam qui pulſat* &c. Cæterum R. Jehuda ſtatuit, *donec in poſſeſſionem ſuam deduxerit, abuſuſque ſit ea*, ſcil. pretium Prutæ Sapientes dicunt, quandoquidem abuſus ſit ea, etſi infra numuli Prutæ pretium ſit, tamen condemnatus eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam, nec juxta R. Iſmaëlem filium Jochananis filii Berocæ.

eſt Levit 20. 9. אביו ואמו קלל quæ verba redundant niſi includatur quod poſt mortem tenetur. והכהו לאחר מיתה פטור *Et qui læſerit, poſt mortem liber eſt*, nam ſi patri vulnus intulerit, tum demum tenetur, at poſt mortem id fieri nequit *niſi in poſſeſſionem deduxerit*, uti ſcriptum eſt Exod. 21. 16. ונמצא בידו *At manus* eſt poteſtas ipſius uti ſcriptum eſt Num. 21, 27. ויקח את כל ארצו מידו Porro dicit auctor ונשתמש בו *Et abuſus fuerit illa*, etiamſi numuli pretium faciat iſte abuſus; doctor primus eum condemnat licet abuſus non conficiat numuli Prutæ pretium, & deciditur juxta doctorem primum. *Si quis furetur filium ſuum*, Sapientum ratio qua eum abſolvunt, hæc eſt, quia Lex dicit Exod. 21. 16. ונמצא בידו quæ verba ſuperflua ſunt, quia Deut. 22. 28. jam dictum eſt כי ימצא איש וגו׳ Sed hoc factum eſt ut inde colligatur quod excludi debeat is qui inventus eſt; deciſio eſt juxta Sapientes. *R. Jehuda condemnat*, quia Lex dicit Deut. 24. 7. מאחיו מבני ישראל dicit itaque *fratres*, ad excludendum ſervos: & מבני ישראל & non בני ישראל, nam ſi ita dixiſſet Deus, excluſiſſemus eum qui partim ſervus, partim manu miſſus eſt, at cum dicit מבני ישראל *E filiis Iſraëlis*, denotatur exceptio poſt exceptionem quæ auxeſin notat qua includuntur plures. Sapientes putant id quod dicitur מאחיו *E fratribus ſuis*, non excludere ſervos, qui illi in præceptis ſunt fratres, ſed quod verba בני ישראל excludunt ſervos, & מבני ישראל excludere eos qui partim ſervi, partim liberti ſunt; deciſio eſt juxta Sapientes.

COCCEJUS. Hoc caput alicubi ultimo loco ponitur. Neque nulla ratio eſt. Nos ſecuti ordinem vulgatiorem ſumus. Ita quum de tribus ſuppliciis capitis actum ſit, quartum ſubjungimus. Sequenti agetur de pœna excluſionis ex futuro ſeculo. quanquam ibi de apoſtatis quoque agitur: verum non quatenus gladii pœnam merentur maximè, ſed quia & futuræ vitæ exſortes ſunt.

§. 1. Ex regula, quam habes cap. 7. not. 8. Quærunt, quid ſit faciendum לשליח lictori, ſi pater veniat flagris lacerandus? Reſpondetur: לכל אין הבן נעשה שלוח לאביו להכותו ולקללו חוץ ממסית שהרי אמרה תורה לא תחמול ולא תכסה עליו id eſt, *Neutiquam filio miniſterium imponitur patris cædendi vel diris devovendi, præter τὸν πλάνον. Nam ei parcere nefas eſt.* Deut. 13. 8.

2. Kimchius tamen ad Ezech. 16. 40. agnoſcit ſupplicium adulterii eſſe lapidationem. Idem docetur Joh. 8. 5. Monitum hoc & à Cl. v. d. SIXT. AMAMA in Antibarb. Bibl. libr. 3. pag. 961.

3 Quare his non fiebat, quod accuſatæ machinati erant? Quia Deut. 19. 19. dicitur, *quemadmodum machinatus fuerat adverſus FRATREM ſuum.* Ergo quod ſupplicium illi, qui ſacerdotis filiam vi conſtupraſſet, idem, iis qui ſtupri falſo inſimulaſſent, irrogabatur.

4. Si nupſerit. Si deſponſata ſit, uterque καταλεύσιμος. Diſſentiunt tamen Rabbini. Alii enim dicunt urendam בין בעולה בין ארוסה *ſive deſponſa, ſive domum deducta ſit*, inter quos & Aben-Eſra. De נשואה *libera* ſermonem non eſſe Levit. 21. 9. omnes conſentiunt. vid. R. Sol. Qui cum poſtremis ſentiunt neceſſario ſupplicium ignis gravius habent, quam lapidum. Id enim in vulgarem puellam, quæ deſponſa ſtuprum admiſerit, ſtatuitur. Deut. 22. 24. De hac re vide Gemaram primo capite ſeptimo.

5. In lege eſt: מאחיו מבני ישראל è fratribus ſuis filiis Iſraël. Sub fratribus poſſent & ſervi intelligi, qui ſunt אחים במצוות *fratres in præceptis.* Tenentur enim, quibuſcunque fœminæ, legibus. Quum igitur adjicitur, *filiis Iſraël*, diſceptant, an ſub hac voce quoque comprehendantur ſemiliberi. Nam ſervos excipi non dubitant. Per ſemiliberos intelligi putem ſervos alienigenas nondum planè manu emiſſos. Nam כלו משוחרר וגר לא כמעט מבני ישראל id eſt, *plene liberatus & proſelytus à filiis Iſraël non excipiuntur.* ut docet Thoſiphtha. fol. 86. pag. 1. In Qiddúſchin refertur, quæ inter Iſraëlitas conditions & nativitatis ſit differitas. *cap.* 4. §. 1. Decem genera hominum (יוחסין) aſſcenderunt ex Babylonia: Sacerdotales, Levitæ, Iſraëlitæ, nati ineptis ad ſacerdotium, proſelytis; libertini; nati ſpuriis; Nethinæi; qui matrem agnoſcerent, patrem autem incertum haberent; denique expoſititii. Ebræa ſic habent, ſi quis requirat: כהני לויי ישראלי חללי גירי חרורי ממזירי נתיני שתוקי אסופי Libertinis matrimonia cum Levitico genere concedebantur. iidem cum Nethinæis &c. nuptias contrahere poterant. Ergo licet hi media quadam conditione fuiſſe videantur, non eſt tamen, quare ſemiſervi cenſendi & ex Iſraëlitarum numero excludendi ſint. Hic quum me non explicarem: ſubvenit Maimonides in Hilchos Abhadim c. 7. ubi ſic ait: *Si quis manu miſerit dimidia ex parte ſervum ſuum codicillo, non acquirit ſervus dimidiatus; ſed, ut antea, ſervus reputatur. Sed ſi, accepto v. g. dimidiato ipſius precio, eum juſſerit eſſe dimidia ex parte liberum, maxime ſi vendiderit illam aut donaverit, pro reliqua parte, acquirit, & ſemiliber, ac ſemiſervus eſt. Item, ſi quis duorum ſervus ab altero dominorum manumittatur &c.* Adde ex cod. Gittin cap. IV. §. 5. & cod. Edujos cap. 1. §. 13. *Qui ex ſemiſſe liber & ſervus eſt, hoc die hero, altero ſibi inſervit. ita domus Hillelis. At contra domus Schamæi: Vos quidem hero caviſtis, at non ipſi ſervo. Nam, quum liberis opera danda ſit, neque ancillam, neque liberam ducere poterit. Adigitur ergo herus, ut eum manu emittat: ſcribitque libellum in dimidium precii. Subſcripſit ſecta Hillelis verbis Schamæi.*

ב זקן ממרא על פי בית דין שני כי יפלא ממך דבר למשפט וגומ׳ שלושה בתי דינין היו שם אחד שיושב על פתח הר הבית ואחד יושב על פתח העזרה ואחד יושב בלשכת הגזית באים לזה שעל פתח הר הבית ואומר כך דרשתי וכך דרשו חבירי כך לימדתי וכך לימדו חבירי אם שמעו אומרים להם

2. Senior qui edicto Senatus refragatur: Q. D. Deut. 17. 8. Si quod negocium vires tuas excedat ad judicandum &c. Tria judicum collegia iſtic fuerunt; unum ſedens juxta aditum montis ſanctuarii: alterum ſedens ad oſtium atrii, tertium ſedens in (6) conclavi ex cæſo lapide ſtructo. Primo adibatur iſtud, quod ad aſcenſum montis ſanctuarii ſedebat; tum ſic agebat Senior: Ego hunc ſenſum ex ſacra pagina (7) depromſi; ſocii mei iſtum: ego ſic docui, ſocii mei hoc modo. Si illi, quid in illa cauſa ſtatuendum eſſet;

לדם ואם לאו באין להם לאותן שעל פתח העזרה ואמר כך דרשתי וכך דרשו חבירי׳ כך לימדתי וכך לימדו חבירי׳ אם שמעו אומרין להם ואם לאו אלו ואלו באים לב״ד הגדול שבלשכת הגזית שממנו יוצאה תורה לכל ישראל שנאמ׳ מן המקום ההוא אשר יבחר ה׳ חזר לעירו ושנה ולימד כדרך שהיה למד פטור ואם הורה לעשות חייב שנ׳ והאיש אשר יעשה בזדון אינו חייב עד שיורה לעשות תלמיד שהורה לעשות פטור נמצא חומרו קולו :

ſet, traditione accepiſſent, hoc illis communicabant. Sin minus, pariter ad judices juxta atrii oſtium ſedentes pergebant. His, expoſita difficultate, ſi quid conſtaret, docebantur: ſin minus, omnes conjunctim ad Synedrium magnum recurrebant. Nam ab illo egreditur lex omni Iſraëli. Q. D. Deut. 17. 10. E loco illo, quem deliget Deus. Reverſus in urbem ſuam ſi tradat doceatque ſicut dicit, (8) liber eſt: ſi autem facere præceperit, reus ſit. Q. D. Et vir, qui fecerit præfracte. Non ſcilicet tenetur, niſi faciendum præceperit. Diſcipulus, ſi faciendum præceperit, liber eſt. Nam quod in hoc graviſſimum eſt, in illo leviſſimum (9).

R. OB. DE BARTENORA.

ושלש בתי דינין היו שם *Et tria Synedria illic erant*, ſcil. Jeruſolymæ de quibus loquitur Lex quum dicit Deut. 17. 8 וקסת תליה Porro Miſna dicit, אחד יושב פתח הר הבית *Unum ſedebat juxta aditum montis ſanctuarii*, circa portam orientalem quæ intra antemurale continebatur ante atrium mulierum. alterum judicium ſedebat ſupra primum, quando atrium mulierum tranſibant, & ad portam atrii Iſraelitarum perveniebant; tertium ſedebat in conclavi Gazyt quod in atrio extructum erat, partim in loco ſancto & partim in profano.

באים לזה שעל פתח הר הבית *Adibant illud quod erat ad aditum montis ſanctuarii*, ſenior ille qui urbem ſuam contra ſenatus ſententiam docuerat, Jeruſolymam una cum ſenatu ſuo arceſſebatur ad Synedrium illud quod extructum erat ad aditum montis templi, eo quod hoc primum in itinere ſuo offendebant.

ואם שהורה לעשות *Si facere præceperit*, ſi diſcipulus nondum ad gradum illum perveniſſet quo docere poterat, & Senatui urbium ſe oppoſuerit, & Synedrium magnum conſuluerint de caſu illius, at ille denuo in civitate docuerit ut antea, tamen immunis eſt, quia nemo doctrinæ ipſius fidem habere debet; Lex autem neminem præter Sapientem in Senatorem promotum dicit, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 17. 8. כי יפלא ממך ubi ſermo eſt de expertiſſimo ſenatore.

נמצא חומרו קולו *Nam quod in hoc graviſſimum eſt, in illo leviſſimum eſt*, gravitas peccati quod commiſit in eo quod docuit extra jus faſque, quia nondum eam ætatem vel gradum attigerit quo Senatui contrariari poſſit, ſit levitas ut liberetur a morte; nam ſi ſit ſenior qui ad illum ordinem pervenit quo judicium pronunciare poſſit, & tum ſe oppoſuerit Synedrii decretis, mortis condemnatus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senior qui contra ſcriptum rebellavit eſt is qui dixerit, ſic ego expoſui, ſed ita expoſuerant mihi ſocii mei, ſic ego docui, ſed ita me docuerunt collegæ mei, & quod auctor dicit, אם שמעו אומרים להם *Si audiebant, dicebant eis*, vult, ſi Senatus ille cognoviſſet judicium iſtud, & jus Legis ſuper eo audiviſſet, pronunciabant ſeniori refraganti id quod cognoſcebant, & iis qui contradicebant, & ſciebant quis vera dixerat. Si vero Senatus rem non cognoſcebat; rogabant illos qui ſe ſuperiores erant, donec ad Synedrium magnum res perveniſſet, & ſi Synedrium magnum quid de hoc caſu traditione accepiſſet, manifeſtabant id quod acceperant. Si vero nihil de hoc caſu traditione accepiſſent, jus dicebant juxta veriſſimas conſequentias e Lege petitas, donec omnes vel maxima judicum pars conveniſſent rem ita ſe habere, qui vero illis contradicebat, vel aliud quid e Legis conſequentiis colligebat, is erat זקן ממרא *Senior rebellis*, nam Deus dixit Deut. 17. 11. על פי התורה יורוך ועל המשפט אשר יאמרו לך תעשה Hæc autem res quam Senatores ex veris Legis conſequentiis collegerint, & ad hunc caſum traduxerint, a Deo præcepta eſt ut perficiatur uti Lex dicit, תעשה *Facies*; & poſt, לא תסור מן הדבר אשר יגידו לך ימין ושמאל per quæ intelligitur traditio quam unus ſenatus ab alio ore tenus accepit, & tunc dicebant, כך קבלנו *Ita accepimus*, ideo in Lege dicitur אשר יגידו לך *Quod indicabunt tibi*, quatenus in tali jure nihil præter indicium continetur quod traditione acceptum indicatur. Cæterum fieri nequit ut ſenior rebellis afficiatur morte, niſi donec contra ſenatum judicaverit in ejuſmodi ſententiis quibus ſi arroganter quis refragetur, condemnatus ſit excidii, ſin inſciens, ſacrificium pro peccato debeat, vel ſi jus ipſius conſequatur, ut, ſi dixerit de arbore quadam quod illa ad jus præputii tenetur, vel non, quia de hac controverſia oritur peccatum, de quo ſi id arroganter quis perpetraverit, tenetur excidio, ſin inſciens, ſacrificio pro peccato; nam ſi quis ope fructuum iſtiuſmodi arboris ſibi deſponderit, juxta opinionem illius qui dixit quod præputio induta eſt, non cenſetur deſponſa; ſi vero cum ea coiverit, immunis eſt; at juxta eum qui dixit arborem non indutam eſſe præputio, deſponſa habetur, & qui coiverit cum ea inſciens, tenetur ſacrificio pro peccato; qui vero ſciens, tenetur excidio. Sic etiam ſi refractarius dixerit plagam aliquam mundam vel immundam, conſequuntur inde talia peccata ob quæ in impuritatibus ad templum ejuſque ſanctitates ſpectantibus, homo tenetur excidio, ſi ea ſciens, vel ſacrificio pro peccato, ſi ea inſciens perpetraverit; atque hoc modo in cæteris facias conſequentias. Scito autem quod hicce caſus ſit difficillimus, & propterea aliquoties repetendus. Cæterum ſi quis ejuſmodi peregerit opera quæ ex tota traditione vel e parte ipſius vetita ſunt, unde demum conſequuntur talia peccata quæ ſi quis ſciens perpetraverit, tenetur excidio, vel ſi inſciens, ſacrificio pro peccato; aut ſi expoſitioni alicui traditione acceptæ ſe oppoſuerit, dicens, quod in illa nulla ſit intelligentia neque mentis conſideratio, etſi e contradictione illi tantum præcepti alicujus negantis vel affirmantis prohibitio eveniat, morte mulctabitur, quia hæreticus eſt. Senior vero refractarius habetur in quinque phylacterii capſulis ſtatuendis, etiam in hoc præcepto affirmante, quia in illo conjunguntur conditiones quæ in aliis non inveniuntur, ſicuti exponitur in Gemara. Sed in prologo hujuſce libri jam expoſuimus fundamenta quædam hanc materiam valde illuſtrantia, quæ deprompſimus ex iis quæ traditione recepimus, vel e veriſſimis conſequentiis. Verum nemo cenſetur ſenior refractarius niſi donec auctoritatem jus dicendi conſecutus fuerit, ut verba illius ab aliis audiri poſſint, quod ad judicandum idoneus erat, uti ſcriptum eſt Deut. 17. 8. כי יפלא ממך דבר ergo eo cui res non eſt judicatu mirifica, ſed res mirifica ſolet eſſe difficilis, diſcipulus autem ſi nondum ad facultatem judicandi pervenit, ei non licet judicare, etſi jus ſit veriſſimum quia in eo non eſt contradictio, & quandoquidem trangreſſus eſt & cum rebellione docuit, id quod majus eſt quam ſi duo peccata patraſſet, nimirum prohibitio docendi & prohibitio rebellionis, at liber eſt a morte; hic autem Miſnæ ſermo oſtendit quod non ſit mortis condemnatus.

COCCEJUS.

COCCEJUS. §. 6. Quod in atrio בתוך העזרה exſtructum erat.

7. דורשי Id verbum eſt Rabbinis (1) ſubtili quadam indagine argumentum vel ſignum rei latens in verbis eruere. (2) ſpecialius, ſenſus myſticos conſectari. (3) ſenſum Scripturæ ſive literalem ſive allegoricum publicè explanare. Hinc דרש רמז dicitur, quum, quod innui atque indigitari aliquo modo in hoc loco videtur, arguitè, alio loco collato, enucleatur. Quo pertinet illud non infrequens: אין ראיה לדבר אלא זכר לדבר id eſt, *quamvis certa ἀποδείξει probari non poſſit, exſtat rei hujus ſignum aliquod*, quod ejus memoriam nobis refricet, aut de illa indaganda admoneat. Item מדרשים ſunt commentarii, quæ in allegoriis & latentibus ſenſibus explicandis verſantur: in quibus hoc obſerves, exemplis vel veris vel fictis aut parabolis maxime textum illuſtrari, & in quos quo ſenſu verba illius rectè quadrent, demonſtrari. בתי המדרש ſunt auditoria, ubi publicè à Doctoribus lectiones & interpretationes ſcripturæ peraguntur.

8. Non intelligitur hic aliud negocium, quam שזדונו כרת ושגגתו חטאת id eſt, quod per proterviam exterminii, per ignorantiam piaculi obligationem injicit. vel ut R. Jehuda ait: דבר שעיקרו מדברי תורה ופירושו מדברי סופרים Is reſpicit hæc verba: על פי התורה אשר יורוך Deutero. 17. 11. In primo genere eſt eſus fermentati in Paſchate. in altero phylacteria. Circa ſupplicium hæc cautio adhibetur. Si Senex & judices utrique *ἐκ παραδόσεως* nitantur, non punitur: nec, ſi utrique privata opinione & judicio: nedum ſi iſte *ἐκ παραδόσεως*, hi *δόξῃ*. Si vero his traditionem citantibus, ipſe ſibi aliter videri dicat, interficitur. Eleaſarus tamen quidam, judicium Senatus. præ accepta à majoribus doctrina, ſub pœna capitis ſequendum tradit: neque quempiam liberat, niſi qui faciendum non doceat. quem ſequitur Maimon. in hilch. Mamrim. Aquabia Mahalaleelis in quatuor capitib. diſſenſit à Sapientum collegio, nec tamen plexus eſt: ſive quod præceptorum ſuorum auctoritate niteretur: ſive quod ad factum ipſe non prorupit aut exſtimulavit alios. Senatum ſummum hac exceptione convenit audire (1) in iis, quæ majores à Moſe accepta de manu in manus poſteris ſuis tradiderunt. Agnoſcuntur autem talia (דבר קבלה) hoc infallibili ſigno, quod de illis nulla uſpiam diſſenſio eſt. (2) in legis interpretatione, quam ex ſuo ſenſu dictaverint. (3) in ritibus, conſuetudinibus, ſcitis legis communiendæ cauſa factis. In duobus his poſterioribus, quod major pars ſenatorum ſtatuerit, id obtinet. Poſſunt tamen quædam horum convellere alius ſeculi judices: atque etiam conſuetudines, decreta, ſcita; ſi iſtos priores vincant numero & ſapientia; niſi ad legis obſervantiam urgendam ea inſtituta introducta ſint, aut obſervatio illorum per totum Iſraëlem diffuſa ſit. Atque adeò ſi quid oneris populo imponat Senatus, cui ferendo maxima pars non ſit: aut decreto facto non recipiatur atque obſervetur: ſive poſt tempus apud plurimos in deſuetudinem abeat, ſcitum aboletur. Senatus ſæpe extra ordinem aliquid facit, quod aliis non eſt ſemper imitandum: aliquando interdicit, quod de lege licet, hoc fine, ut quæ de eodem genere illicita ſunt, non habeantur pro licitis, ſed majori cautela vitentur. Dum in liſcath haggaſith in ſanctuario Synedrium ſedebat, ob iſtam auctoritatem ejus, non fuit diſſenſio in Iſraële, quæ non ſtatim tolleretur. Illo ſublato, natæ ſunt diſſenſiones. Quæ tamen ne animos hominum in ſuſpenſo teneant, tutiſſimum eſt, ut in re quæ ad legem pertinet, ſententiam quamque duriſſimam & graviſſimam ſequaris: in ſcitis Scribarum leviſſimam eligas. Hæc ſunt apud Maimonid. in dicto tractatu.

9. Docere, antequam ei id competat, nempe ante 40. annum ætatis, ut docet R. Salomo, graviſſimum eſt in diſcipulo: id comparatum cum peccato Senioris, leve eſt. aut, id ei liberationis cauſa eſt. Senſus eodem recidit.

ג חומר בדברי סופרים מבדברי תורה האומר אין תפלין כדי לעבור על דברי תורה פטור חמש טוטפות להוסיף על דברי סופרים חייב:

3. Gravius peccatur circa verba ſcribarum, quam verba legis. Si quis dicat; Phylacteria nihili ſunt, ita ut tranſgrediatur legem, (10) liber eſt. Quinque capſulæ ſunt in phylacterio: ita ut addat verbis Scribarum, reus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר אין תפילין פטור *Si quis dixerit, phylacteria nihili ſunt*, quia hæc non eſt doctrina, cum Lex hoc expreſſe dicat. חמש טוטפות *Quinque phylacteriis capſulæ*, in hoc doctrina eſt, etiamſi hæc doctrina tantummodo Sapientum verbis addat, tamen condemnatus eſt, nam ex traditione Sapientum recepimus quod in Phylacterio quatuor ſint capſulæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פטור *Liber eſt*, quando is confeſſus fuerit quod ad verba Sapientum obligatur, ſed irrita reddiderit doctrina ſua, ſicuti Miſnicus auctor dicit, כדי לעבור על דברי תורה *Ita ut tranſgrediatur Legis verba*, id eſt, donec confeſſus fuerit quod peccatum ſit, & propterea non eſt mortis condemnatus per Senatum, quia non occidendus ſit is qui præceptum affirmans irritum reddidit rebellione ſua; at ſi dixerit, non dantur phylacteria, exiſtentiam eorum omnino negando, occidendus ſit, quia hæreticus eſt, non quia ſenior rebellis eſt. Hunc caſum quam clariſſime intelligas volo, quia multi Sapientes in eo errarunt, & cogitarunt id quod in Gemara dictum eſt de ſeniore refractario, innuere quaſi non condemnatus ſit niſi donec talem rem dixerit & fecerit, & cum tali conditione, at ſi illæ circumſtantiæ non concurrant, liber ſit; cæterum hoc falſum eſt, nam ſenſus eſt, quod non ſit ſenior refractarius, & quod liber ſit a jure ſenioris refractarii, ſed mortis condemnatus eſt ob alias conſiderationes. Forſan tibi in animum induxeris, quod, ſi quis duas ſtatuat Deitates, vel alium Deo ſimilem, qualis ſine dubio negat id quod in Lege ſcriptum eſt, *Dominus Deus noſter Dominus unus eſt*, dicamus hominem non occidendum eſſe? aut cum non eſſe ſeniorem rebellem? Verum talis omnino morte afficiendus eſt, quia e gremio Iſraëlis egreſſus eſt, cujus populi unus eſt peccator, ſcil. ſenior ille refractarius; nam is qui Legis ſepimentum deſtruxerit, ſenior reſtractarius habendus ſit, neque is qui omnem traditionem negaverit, uti fecit Zadoc, & Baitos; ſed is qui ſententiam, ſuam Synedrii magni Sapientum decretis præferre velit, nam talem Lex condemnat mortis, propter Senatus excellentiam ſicuti is qui patri matrive maledixerit, mortis condemnatus eſt propter honorem patri matrique non exhibitum. Propterea nonnemo e Sapientibus dixit, quod ſi Senatus ſeniori refractario condonare velit, condonet; at res aliter ſe habet ob rationem quam diximus, ne ſcil. controverſiæ in Iſraële multiplicentur. Cæterum Zadducæi & Baitoſæi omnino traditionem negantes, & Legem Scriptam & in eam conſiderationes ſuas tantum admittentes, non ſunt ex hac claſſe, ſed ex ea ſunt claſſe quæ ſtatuit Legem non eſſe e coelo, uti capite decimo hujus codicis expoſuimus, quando Legis fundamenta recenſebamus. Sed illi morte afficientur propter negationem, ſicuti is qui Deum negaverit, vel Moſis magiſtri noſtri prophetiam, quiſquis enim unum e fundamentis iſtis negaverit, e gremio Iſraëlis egreditur. Hæc prolixe tractavi, quoniam in iis continentur fidei fundamenta quæ non unuſquiſque conſiderat.

COCCEJUS. §. 10. Liber quidem eſt à ſupplicio Doctoris refractarii, at non à pœna hæreſeos. Iſte enim legem abnegat. At ſi quis agnoſcens phylacteria eſſe præcepta à lege, at tanti non eſſe, ut omitti non poſſint, pœ-

nam capitis non ſubit. Nemo enim ob tranſgreſſionem præceptorum affirmativorum capite plectitur. Maimonides in Comm. Primum iſtud clarius in ſupra dicto tract. cap. III. Qui legem oralem abnegat, non eſt Senior refractarius, de quo in lege præcipitur: ſed ille inter hæreticos cenſendus, ejuſque nex omnibus commendata eſt. מין eſt Iſraëlita, qui idolum colit & alia contra legem facit ad irritandum Deum להכעים, Hunc & qui legem abnegat, tollere oportet qua virtute qua dolo. Aliter cum gentilibus, & qui parvum pecus paſcunt, agendum, quorum neque exitium, neque ſalus, ſi in diſcrimine ſint, procuranda. *Idem bil. Roceach cap.* 4. Nam poſtquam innotuit, eum abnegare legem oralem, depriment eum, non extollunt; ſicut cæteros ſectarios, atheos, qui negant legem è cœlo eſſe, proditores, apoſtatas. qui univerſi inter Iſraëlitas non habentur, neque opus habent teſtibus & præmonitione, neque (utpote judice, *αὐτοκατάκριτοι*) quique horum unum interfecerit, rem gratam Deo fecerit, & offendiculum de medio ſuſtulerit. Non tamen in horum filios idem jus eſt. Nam hi habentur, ut qui in pueritia in captivitatem abducti in gentiliſmo educantur, qui omnibus modis per benevolentiam ad pœnitentiam ſunt alliciendi. Hæc ibi.

ד אין ממיתין אותו לא בבית דין שבעירו ולא בבית דין שביבנה א׳א מעלין אותו לבית דין הגדול שבירושלים ומשמרין אותו עד הרגל וממיתין אותו ברגל שנאמ׳ וכל העם ישמעו ויראו ולא יזידון עוד דברי רבי עקיבא רבי יהודה אומר אין מענין את דינו של זה אלא ממיתין אותו מיד וכותבין ושולחין שלוחין בכל המקומות איש פלוני בן איש פלוני נתחייב מיתה בבית דין :

4. Non occiditur à judicibus Civitatis ſuæ: non à Synedrio, quod Jafne eſt: ſed ad ſummum Senatum, Hieroſolymam deducitur, atque iſtic in cuſtodia aſſervatur uſque ad feſtum, & in feſto interficitur. Q. D. Deut. 17. 13. Et totus populus audiet & timebit, neque amplius præfracte agent. verba R. Akibæ. R. Judas ait: Non reddunt acerbum ejus judicium dilatione longa, ſed quamprimum eum occidunt, literaſque conſcribunt, & nuncios undequaque dimittunt, hac formula: (11) Vir ille N. N. filius illius N. N. ex ſententia Senatus ſupplicio capitis affectus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא בבית דין שביבנה *Neque in Synedrio quod Jabne*, ſi a Synedrio conclavis Gazyt quæſiverint, atque illud jus dixerit, & poſtea illi ad civitatem ſuam redierint, multosque illic commorati fuerint dies, donec Synedrium Jabneh transmigratum fuerit, deinde autem jus dixerit ſicuti in principio dixerat, non in Jabne eum morte afficiunt, etſi illic Synedrium magnum conſtitutum ſit, & templum adhuc exſtet, quandoquidem Synedrium magnum non eſt in loco ſuo, qui eſt in conclavi Gazyt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum eſt quod non occidunt neque judicant niſi ope teſtium & admonitionis, nam in omnibus iis qui mortis aut excidii condemnati ſunt, non datur unus qui non opus habet præmonitione, ſive qui in antecceſſum non commonefaciendus ſit, præterquam ſeductor falſique teſtes, nam caſus de ſeductore in præmonitione non obtinet, ſicuti expoſuimus capite ſeptimo; ſic etiam falſis teſtibus, ſi illos præmonuerimus de eo quod illi teſtantur, deeſſet hoc jus, de quo Lex judicavit; deciſio eſt juxta R. Akibam.

COCCEJUS. §. 11. ארבעה צריכין הכרזה מסית ובן סורר ומורה זקן ממרא ועדים זוממין *Quatuor hominum genera præconio egent: Seductor, filius rebellis, doctor refractarius. teſtes falſi.*

ה נביא השקר המתנבא מה שלא שמע ומה שלא נאמר לו מיתתו בידי אדם אבל הכובש את נבואתו והמוותר על דברי נביא ונביא שעבר על דברי עצמו מיתתו בידי שמים שנאמ׳ אנוכי אדרש מעמו :

5. Vates mendax, is ſcilicet, qui vaticinatur, quod non audivit, & quod ipſi dictum non eſt, ab hominibus morte plectitur. Sed ſi quis prophetiam ſupprimat, aut addiderit ad verba prophetæ, ſuavè ipſius verba non obſervaverit, is à Deo punietur. Q. D. Deut. 18. 18. Ego requiram ab illo.

R. OB. DE BARTENORA.

מה שלא שמע *Quod non audivit*, quod in nullius unquam prophetæ prophetia dictum eſt. ומה שלא נאמר לו *Et quod ipſi non dictum ſit*, quod alii & non ſibi dictum eſt, at ipſe hoc ab alio audiverit, & dixerit ſibi hoc revelatum eſſe, tum hi duo pſeudoprophetæ habendi ſunt, & laqueo perimendi ſunt, uti ſcriptum eſt Deut. 18. 25. אך הנביא אשר יזיד לדבר דבר בשמי hæc intelligenda ſunt de eo qui vaticinatus fuerit id quod non audivit, id eſt quod dicitur Deut 18. 20. אשר לא צויתיו *Quod non præcepi ipſi*, ſed alii præcepi, is vaticinatur de eo quod ſibi non manifeſtatum eſt, ſed alii, & de hoc verſu viceſimo Deus dicit ומת הנביא ההוא *Et morietur iſte propheta*, quæ eſt mors ſtrangulationis, nam quæcunque mors in Lege ſimpliciter memorata eſt, ea eſt mors ſtrangulationis.

מיתתו בידי שמים *Mors ejus a Deo infligitur*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 18. 19. והיה הנביא ההוא אשר לא ישמע *Qui non audiverit*, id eſt qui vaticinium non indicaverit, neque audivit, neque audiet,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מה שלא שמע *Quod non audivit*, quod nunquam ſpiritu prophetico a Deo afflatus ſit. ומה שלא נאמר לו *Et quod ipſi non dictum ſit*, ſed quod alterius prophetiam divulgavit, dicens, hoc mihi Deus dixit, at Deus hoc alii revelaverit. Cæterum in prologo hujus libri jam expoſuimus prophetarum gradus, quando dixerint ſe eſſe prophetas, quomodo de veritate eorum conſtet.

והמותר על דברי הנביא *Vel qui prophetarum verbis addiderit*, qui prophetarum verba flocci habuerit, & mandata eorum non accurate obſervaverit. Dixit autem Deus Deut. 18. 19. והיה איש אשר לא ישמע דבר Senſus eſt, quiſquis non audiverit mea verba quæ vates in nomine meo locutus eſt, item, quiſquis e prophetis qui non audiverit verba mea quæ illi dixero, tranſgrediens ea quum ea dixerit aliis, vel intermittens ea aliis aperire, tranſgrediens in hoc præceptum Dei, de hujuſmodi omnibus dicit Deut. 18. 19. אני אדרש מעמו atque hæc mors eſt quæ divinitus infligitur; quænam vero ſit mors quæ

diat, de his tribus loquitur Lex verſu decimo nono אני ארוש מסגו quæ eſt mors quæ divinitus infligitur, jam expoſuimus capite nono.

ו המתנבא בשם ע״א ואומר כך אמרה ע״א אפילו כיון את ההלכה לטמא את הטמא ולטהר את הטהור הבא על אשת איש כיון שנכנסת לרשות הבעל לנשואין אף על פי שלא נבעלה הבא עליה הרי זה בחנק וזוממי בת כהן ובועלה שכל הזוממין מקדימין לאותה מיתה חוץ מזוממי בת כהן ובועלה:

6. Et qui prophetat in nomine idoli, his verbis: Sic dicit Jupiter &c. etiamſi nihil in receptis ſtatutis mutet, ſed quod impurum eſt vel purum, tale judicet. Qui concumbit cum uxore aliena, quando illa ad maritum domum deducta in matrimonium eſt, licet cognita ab illo non ſit. Is igitur ſtrangulatur, ut & falſi delatores filiæ ſacerdotis. Omnes enim, qui alienæ vitæ inſidias ſtruunt, ipſi in eandem pœnam incidunt, exceptis delatoribus filiæ ſacerdotis & ejus violatore.

R. OB. DE BARTENORA.

לרשות הבעל *In poteſtatem mariti*, ut, ſi pater eam mariti procuratoribus tradiderit, & ea adhuc fuerit in itinere, jam non amplius de illa dicitur, *in domicilio patris mei.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אף על פי שלא נבעלה *Etſi non cognita ſit ab eo*, quando illa ſit puella virgo, ne tibi animum induxeris quod illius cauſa lapidandus ſit, quia virgo eſt; ſed quia in mariti poteſtatem intravit, jam e virginis deſponſæ ſtatu illa diſceſſit, & continetur ſub jure uxorum, quarum ſtupratio plectitur laqueo; notum eſt, quod, ſi quis filiam ſacerdotis ſtupraverit, eandem pœnam meritus ſit quam ſi cum uxore alicujus adulteraſſet Levit. 21. 9. ובת איש כהן כי תחל לזנות Cæterum falſi teſtes de filia ſacerdotis adultero aſſimilantur, & non illi, uti ſcriptum eſt Deut. 19. 19. כאשר זמם לעשות לאחיו Fratri ergo, non ſorori, id eſt, quando teſtimonium comprehenderit virum & fœminam, conſiderant quo teneatur vir ex ipſorum teſtimonio, & hoc eſt quod illi tenentur; hæc vero ſacerdotis filia ſive ſit uxor alicujus viri Iſraëlitæ, vel ſpurii, vel Netinci, & quamvis in hoc conjugio peccatum ſit, nihilominus, cum ſit uxor alicujus, comburendus ſit ſi quis cum ea adulteraverit.

פרק יא כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא ואלו ישראלים שאין להם חלק לעולם הבא האומר אין תחיית המתים מן התורה אין תורה מן השמים ואפיקורוס ר׳ עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים והלוחש על המכה ואומר כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך כי אני ה׳ רופאך אבא שאול אומר אף ההוגה את השם באותיותיו:

Cap. 11. Omni (1) Iſraëlitæ (2) futuri ſeculi ſors eſt. Hi tamen ex Iſraëlitis vitæ æternæ exſortes erunt: Qui negat in vitam revocandos eſſe mortuos: legem eſſe à cœlo: (3) Epicureus. R. Akiba ait: Is quoque, qui libros (4) extraneos legit: qui (5) adſuſurrat plagæ hæc verba: Exod. 15. 26. *Omnem morbum, quem impoſui Ægyptiis, non imponam tibi. Nam ego Dominus medens tibi.* Abba Schaul: Is quoque, qui (6) nomen ſuis literis pronunciat.

R. OB. DE BARTENORA.

כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא *Cuilibet Iſraëlitæ pars eſt in futuro ſeculo*, etiam illis qui ob improbitatem ſuam a Synedrio condemnati ſunt mortis, cæterum עולם הבא *Mundus futurus* de quo hic ſermo eſt, eſt mundus qui poſt reſurrectionem mortuorum futurus eſt, quando vivi & ſtabiles corpore animoque reſuſcitabuntur, uti ſol, luna, & ſtellæ, ſicuti Gemara dicit ad hocce caput, mortui qui reviviſcent, non redibunt in pulverem ſuum; at in mundo futuro non erit eſca, nec potus, etſi adſint corpora, nam juſti geſtabunt coronas in capitibus ſuis, & delectabuntur luce divina. Et quandoquidem Iſraëlitæ omnes non ſunt dignitate æquales, idcirco dicit יש להם חלק *pars illis eſt.*

האומר אין תחיית המתים מן התורה *Qui dixerit, non eſt reſurrectio mortuorum e Lege*, in Gemara dicitur quorſum hæc omnia? reſpondet Toſaphta. ille negat reſurrectionem mortuorum, idcirco ei nulla pars eſt in reſurrectione mortuorum, & inde elicitur quod mundus futurus, de quo in hac Miſna, non ſit mundus ille in quo animæ ſunt hoc tempore, ſed mundus reſurrectionis mortuorum. ואפיקורוס *Et Epicureus*, qui ſpernit Sapientes, & quanto magis is qui Legem ipſam ſpernit.

בספרים החיצונים Id eſt, *in libris hæreticorum*, uti ſunt libri Ariſtotelis Græci, ejuſque ſequacium, & eorum qui regum gentilium chronica, vel poëtarum carmina amatoria legunt, in quibus nulla utilitas, ſed merum damnum eſt.

והלוחש על המכה *Et qui ſubmiſſe loquitur ſuper vulnere*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicendum mihi hic eſt de multis fidei fundamentis præcellentibus; ſcias autem quod doctores Legis diſſentiunt de bonis quæ homini e præceptorum obſervantia Deus per Moſen magiſtrum noſtrum largitur, & de malis qui ei e tranſgreſſione contingunt, & hinc diverſæ hujus caſus ortæ ſunt ſententiæ, & vehementer ſe in opinionibus confuderunt, ita quidem ut vix unum invenias virum cui res bene expoſita ſit. Horum una claſſis putat quod per *bonum Legis* intelligatur Paradiſus, qui eſt locus ubi edunt ac bibunt ſine corporis labore & defatigatione, & ubi lapidum pretioſorum domicilia ſunt, lecti e ſerico, fluvii vino affluentes, olea grati odoris, & id genus alia, at per *malum Legis* intelligitur Gehenna, quæ eſt locus jugiter ardens, in quo comburuntur corpora, & peccatores excruciantur tormentis, quæ omnia enarrare hic non eſt loci. Et hi ſententiam ſuam e Sapientum verbis confirmare conantur, & e quibuſdam Sacræ Scripturæ locis eam literaliter adſtruentibus.

Altera doctorum claſſis putat quod per bonum illud quod ſperamus, intelligendi ſunt dies Meſſiæ, quod in illis omnes homines erunt angeli, & in æternum viventes, ſtaturam augentes, & multiplicantes donec totum mundum in æternum inhabitaverint, & quod iſte Meſſias vivet auxiliante Deo benedicto, & quod eo tempore terra producet linum textum, panem coctum, & id genus alia nunquam futura. Per malum vero intelligi quod illo tempore nemo hominum invenietur, nec dignus erit ut videatur, quod probare putant e nonnullorum Sapientum opinionibus, & ſcripturæ locis ad literam hoc ipſum affirmantibus.

nere, ille qui ſimul ſpuit, eſt is qui non habet partem in futuro mundo, quia nomen Dei non invocandum ſit ſuper ſputum. אף ההוגה את יהוה באותיותיו *Etiam is qui nomen Dei tetragrammaton pronunciat literis ſuis*, iiſdem quibus ſcribitur literis.

Tertia claſſis ſtatuit quod felicitas quam poſt mortem ſperamus, eſt reſurrectio mortuorum, nimirum, quod homo poſt mortem reſuſcitabitur, & cum propinquis & familia ſua comedet & bibet in æternum. Et quod pœna ſit quod nonnulli non reſuſcitabuntur poſt mortem, quam ſententiam quoque e verbis Sapientum & ſacra ſcriptura literaliter probare putant. Quarta claſſis putat quod e præceptorum obſervantia conſequitur nobis corporis quies, & hujuſce mundi deliciæ, ut pinguedo & terræ fertilitas, abundantia bonorum, poſſeſſio liberorum, ſanitas corporis, pax & tranquillitas ſub rege Iſraëlis, & dominium in eos qui Iſraëlitas affligebant. Et pœnam, quæ procedit ex Legis inobedientia, eſſe ſtatuunt harum omnium felicitatum mundanarum indigentiam, & infortunium, quod probare conantur ex multis Sacræ Scripturæ locis de maledictionibus loquentibus, ut & e variis ejuſdem hiſtoriis. Quinta claſſis omnia hæc conjungit, & dicit quod ſpes noſtra ſit ea qua ſperamus venturum eſſe Meſſiam, & mortuos reſuſcitaturum, ut paradiſum intrent, ibique edant, bibant, & in æternum bene vivant. Sed mirandum hocce punctum, volo dicere, mundus futurus vix in ullius mentem cadit, nec ipſius fundamentum fere quiſpiam intelligit, vel dicere poteſt quo ſenſu hoc intelligendum ſit quod per illum ſumma exprimitur felicitas, vel qui diſtinguere poteſt inter finem & cauſam quæ ad finem deducit. Verum quod omnes in genere quærunt, tam docti quam indocti, eſt, quomodo reſuſcitabuntur mortui, nudi an veſtiti? & an reſuſcitabuntur iiſdem in quibus mortui ſunt corporibus, cum omni ornatu, & pulchritudine, & priſtina corporis figura? vel tantum ejuſmodi veſtimentis quæ corpus tegunt; & an divites ac pauperes futuri ſint quum advenerit Meſſias? & an in temporibus iſtis homines ſint debiles & fortes? & ſimilia bene multa. Tu vero qui in hoc libro ſtudes, animum adverte ad ea quæ tibi dicam, & tum quid verum ſit, intelliges; conſideres ergo quaſi parvulus aliquis ad magiſtrum adductus eſſet, ut eum doceret Legem, cujus hoc maximum bonum eſt, ut aſſequatur perfectionem illius Legis, attamen iſte parvulus propter tenerrimam ſuam ætatem nondum aptus eſt ut intellectu ſuo excellentiſſimum legis bonum comprehendat, neque perfectionem illius quæ inde conſequitur, proinde abſolute neceſſarium erat ut magiſter ipſo ſcientior ad ſtudium legis incitet per ejuſmodi res quæ juventutem oblectant, & ipſi dicat, lege & diſce, tum dabo tibi nuces, & ficus, vel dulcia quædam, quibus promiſſis parvulus iſte legit & diſcit, non ipſo lectionis amore, quia præſtantiam illius non aſſequitur, ſed eam æſtimat propter id quod ipſi promiſſum, & lectionem quaſi operam ac laborem conſiderat, cui operam dat ut tandem boni illius quod ipſi promiſſum eſt, particeps fiat. Verum quando poſtea doctior evaſerit, aliaſque res deſideraverit, admonent ipſum & deſiderium excitant, & magiſter ei dicit, lege, nam ego tibi dabo calceamenta pulchra, & veſtitum novum, & hac de cauſa parvulus leget & addiſcet, non propter doctrinam ipſam, ſed propter veſtimenta & calceamenta quæ in oculis ipſius Lege cariora ſunt, & apud ipſum lectionis unica cauſa movens eſt. Sed quando ſcientia major fuerit, & iſtæ res non amplius ipſi arriſerint, ſpernet eas, & ad majora animum adjiciet, & tum ei magiſter dicet, diſce hoc caput, ego tibi dabo nummum unum atque alterum, quibus lectionem ſuam promovebit ulterius. Verum cum poſtea hi nummi exigui apud ipſum fuerint pretii, iis non erit contentus, deſiderabit ea quæ ſunt excellentiora, & tum magiſter ei dicet, diſce ut tandem aliquando fias judex & eccleſiæ caput, & te honore proſequantur homines; & ſurgant coram te, ſicuti coram hoc & illo viro qui ſtudiis ſuis ad illam pervenit dignitatem, quomodo finis ſtudii ipſius erit dignitas atque excellentia. Sed hæc omnia & id genus alia minime ſtudioſum divinæ Legis decent, ſed requiritur ut alium ſibi præter hæc proponat ſcopum & dicat, quamobrem ſtudebimus, niſi ut adipiſcamur hunc honorem? at hæc vera inſania eſt & ignorantia; & de tali ſtudio dixerunt Sapientes quod id non fiat in nomine ipſius, nimirum, quod obſervatio præceptorum, & meditatio in Lege non fiat propter illam ipſam rem, ſed aliam ob cauſam. Et propterea Sapientes exhortati ſunt alios, dicendo, nemo conficiet coronam ut ſe ea honoret, neque ſecurim ut ea amputet, quorum hic eſt ſenſus ſicuti tibi exponam, ſcilicet quod nemo ſibi honorem hominum, nec bonorum acceſſionem proponere debet a ſtudio Legis, neque ut ea victum quærat, ſed illius ſcopus unus eſſe debet ut Sapientiam adaugeat. Sic etiam neque veritatis ſcopus eſſe debet niſi ut acquirat ipſam veritatem, at Lex eſt veritas, & finis ſcientiæ eſt obſervatio illius. Prohibitum quoque eſt homini adulto ut dicat, quando iſta præcepta obſervavero quæ bona & laudabilia ſunt, & a peccatis me abſtraxero quæ Deus vetuit, quidnam erit præmium quod recipiam? quia hæc eſt actio puerilis, puer enim dicere ſolet, quid mihi dabis quando hoc percepero? & illi reſpondetur, hæc vel illa res tibi dabitur, nam quando videmus exiguum illius intellectum quo nec menſuram nec finem lectionis intelligit, & quod alium quærit finem, reſpondemus illi juxta ignorantiam ſuam, ſicuti dixit Sapiens aliquis, *reſponde ignoranti juxta ignorantiam ſuam.* Cæterum Sapientes quoque jam hoc monuerunt, quod nemo finem cultus Divini vel ipſius præceptorum obſervantiam ſibi proponere debet propter rem aliquam, & hoc eſt quod vir doctus dixit qui rerum veritatem aſſecutus eſt. Antigonus e Socho dicebat, *non eritis ſicut ſervi qui dominis ſuis ſerviunt præmii gratia, ſed eritis ut ſervi Domino ſuis ſine mercede ſervientes*, quo vult, quod veritati credendum ſit propter ipſam veritatem; & hoc eſt quod dicitur, Deo ſerviendum eſſe propter amorem. Et Sapientes noſtri dixerunt, *In præceptis illius (ſcil. Dei) delectatio maxima eſt*, dixit R. Elieſer, ergo in ipſis præceptis delectatio eſt, non in præmiis eorum; & hæc clariſſima eſt demonſtratio de eo quod diximus. Sed majus quid eſt quod de hoc dicunt in Siphri, forſan dices, ego diſcam Legem ut fiam dives, & vocer Rabbi, & mundi futuri præmium accipiam, idcirco dicit Scriptura Deut. 19. 9. לאהבה את יהוה אלהיך Quicquid ergo feceris, id in amorem Dei facies. Et hoc ſenſu caſus iſte exponitur; atque ego tibi exponam quod Legis ſcopus ſit & Sapientum hypotheſis, a quibus oculos ne amoveas niſi velis eſſe omnium ignorantiſſimus qui ea perverterunt, & in ignorantia ſua confuderunt falſiſſimis imaginationibus. Hæc autem ſumma fuit in Abrahamo patre noſtro excellentia, quod ille ex amore Deo ſerviebat, quo modo res demum recte fit. Quia vero Sapientes noverunt quod hicce caſus difficillimus ſit, & eum non quiſque aſſequatur, vel ſi eum aſſequatur, tamen non perveniet ad principium illius, ut ſciat quid ſit prima veritas; nam nemo quicquam facit niſi ex eo ipſi accidat utilitas, vel damnum ab ipſo propulſetur, ſin minus, ejuſmodi opus vanum & inutile æſtimat, ſed quomodo dicet ei qui Legem profitetur, fac iſta opera, & non fac propter timorem & pœnam Dei, neque ad bonum aliquod præmium aſſequendum? hæc eſt res omnium difficillima quia pauci homines aſſequuntur veritatem ut ſint inſtar Abrahami patris noſtri; & propterea plebi permiſerunt, ut in fide confirmetur, præcepta facere in ſpem præmii, & a peccatis ſe abſtrahere propter timorem pœnæ, & propterea eam exhortati ſunt & ſpem illius confirmarunt, donec veritatem agnoſcat, & quænam ſit via perfecta, ſicuti fieri ſolet cum parvulo quando docetur, ſicuti exemplo docuimus. Reprehenderunt autem Antigonum propter doctrinam ipſius, dixeruntque, admoniti eſtote verbis veſtris, ſicuti exponetur in tractatu Abhot. Plebs autem non perit quando præcepta per timorem pœnæ obſervat, vel propter præmii ſpem, quia inſcia eſt & indocta, & hoc ipſi prodeſt quamdiu nondum Legis mentem recte aſſecuti ſunt, & Deo ex amore ſerviant. Et hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, ſemper homo Legi operam det, etſi id non fiat in nomine ipſius, nam eo quod Legi ſtudet non in nomine ipſius, fit ut eam faciat in nomine ipſius. Et requiritur ut intelligas Sapientum verba ſequentia dividi in tres claſſes, quarum prima eſt eorum, qui, ſicuti e tractatibus vidi, credunt Sapientum verba juxta literalem ſenſum, &

non admittunt ſenſum allegoricum ac myſticum, omnia illa quæ fieri nequeunt apud illos ſunt neceſſaria & vera. Verum illi hoc ſtatuunt, quia non intelligunt hanc ſcientiam, atque illi procul ſunt a vera ſapientia, & nulla in iis perfectio eſt quaſponte incitentur, neque invenerunt quemquam qui ipſos excitaret, & propterea putarunt Sapientum ſcopum in verbis eorum non eſſe verum & bonum, præterquam id quod illi juxta opinionem ſuam ſtatuebant literali ſenſu. Et quamvis eorum verborum ſenſus literalis tam abſurdus ſit ut ratio eum refutet, vel talis, ut, ſi ipſi plebi referretur, illum miraretur, & diceret, quomodo fieri poteſt ut quiſquam inveniatur qui hæc vera credat? & quanto magis qui hæc bona dicat? ſed hæc claſſis deploranda eſt propter meram ſuam ignorantiam, nam illi putant quod honorant & extollunt Sapientes, cum contra eos quam maxime vituperant. Nam quam vere Deus vivit, hæc claſſis Legis gloriam deſtruit, ejuſque ſplendorem obſcurat, & facit id quod Legi divinæ omnino contrarium eſt, quia Deus de Lege perfecta dixit Deut. 4. 6. אשר ישמעו את כל החקים ואמרו רק עם חכם ונבון הגוי הגדול הזה Et hæc claſſis Sapientum verba tali ſenſu narrat, ut, ſi eam audiret vel ipſa plebs diceret, omnino ignorantiſſima & inſipida eſt hæc exigua gens. Cæterum maxima pars eorum qui hoc ſtatuunt, ſunt דרשנים ſive *concionatores*, qui plebi declarant ea quæ nec ipſi intelligunt, cujuſmodi potius ſilentio prætereunda fuiſſent, ſicuti ſcriptum eſt Job. 13. 5. מי יתן החרש תחרישון ותהי לכם לחכמה vel ut dicerent, nos non intelligimus Sapientum mentem in hoc caſu, neque expoſitionem illius; verum illi ſibi imaginantur, & plebi detegere volunt quod falſo concipiunt, non quod Sapientes ſentiunt, & exponunt plebi emblemata e tractatu Berachot, & e capite Chelek, aliaque difficilia juxta literam. E ſecunda claſſe quoque multi ſunt qui verba Sapientum vel legerunt, vel audiverunt, & literaliter intellexerunt, & opinati ſunt Sapientes omnia juxta literam intellexiſſe, & propterea eos vituperant atque ignominia afficiunt, defectum monſtrantes in iis quæ nullo laborant defectu, & Sapientes ſubſannant, dicentes, quod omnium hominum ignorantiſſimi ſunt. Cæteri vero qui tam abſurde decepti ſunt, ii ſunt qui ipſis medicinæ ſcientiam attribuunt, & aſtrologiæ judiciariæ vanitates tractant, in Sapientum numerum referri volunt, & philoſophi acutiſſimi perhiberi; ſed quam longe hi ab humanitate Sapientum philoſophorum abſunt. Ideoque hi prioribus ignorantiores ſunt, & genus hominum abominabile eſt, quia magnis & præcellentibus ſe opponunt Sapientibus. Verum ſi hi ignorantiſſimi homines meditati fuiſſent donec intellexiſſent quomodo ordinandæ eſſent res metaphyſicæ, & quomodo plebi exponendæ eſſent e Sapientibus, & philoſophiæ practicæ materias intellexiſſent, tunc etiam intellexiſſent an Sapientibus conſtaret de verborum ſuorum ſenſu. Tertiæ autem claſſis pauciſſimi ſunt, ita ut ne quidem claſſis vocari poſſint, ſed ſicuti dicitur de ſole quod is ſit ſpecies cum ſit unus ſol; & hi ſunt ejuſmodi quibus de Sapientum gravitate conſtat, nec non de recta eorum verborum intelligentia, quibus res veras ſignificant, licet opiniones eorum in multis tractatibus diſperſæ ſint, & perfectiones ſuas demonſtrant & veritatem aſſequuntur, unde conſtat quod intellexerunt ea quæ fieri nequeunt, & neceſſariam rerum exiſtentiam, & quod ſciverunt quod Sapientes non protulerunt vanitates, ſed quod & improprie & myſtice intelligi debet eorum verborum ſenſus, & quod illi locuti ſunt de quibusdam quæ fieri nequeunt, ænigmatice & parabolice, quia hic magnorum Sapientum modus loquendi eſt; & propterea quis inter maximos Sapientes incepit librum ſuum a dicto illo Prov. 1. 3. להבין משל ומליצה דברי חכמים וחידותם Et notum eſt iis qui linguam Hebraicam intelligunt, quod חידה *ænigma* ſit id cujus ſenſus occultus eſt, non revelatus, ſicuti dicit R. Simſon, *proponam vobis ænigmata* &c. nam Sapientum verba in rebus profundis ænigmata ſunt & parabolæ, & quomodo accuſemus eos quod compoſuerint res ſuas parabolice, eaſque cum rebus vulgaribus compararint, quandoquidem videmus quod maximus Sapientum ænigmata ſua conſcripſit in ſpiritu ſancto, nimirum Salomo in proverbiis, & canticis, & ex parte in Eccleſiaſticis. Et ſicuti nobis difficilis eſt verborum illius ſenſus, eaque e literali ſenſu ad myſticum traducere, ut ſenſus bene conveniat, licet ſcriptura ſancta ſit, quandoquidem interpretantur ſcripturæ locos, eoſque a literali abducunt, & in exemplum proponunt, quod verum eſt, uti invenimus in expoſitione loci 2 Sam. 23. 20. הוא הכה את שני אריאל מואב qui totus parabolicus eſt; ſic etiam id quod dicitur 2 Sam. 23. 2. ירד והכה את הארי בתוך הבור parabolicum eſt. Et quod ſcriptum eſt 2 Sam. 23. 15. מי ישקני מים מבור בית לחם Et reliqua hiſtorica, quæ omnia parabolice intelligenda ſunt. Pariter de hiſtoria Jobi in genere dixerunt nonnulli quod parabolice intelligenda ſit, at non expoſuerunt quare parabola hæc conſcripta ſit. Eodem ſenſu nonnulli dixerunt de mortuis Jecheskielis quod parabolice intelligenda ſint, & id genus alia. Si vero quis ſit in ſententia eorum qui in prima & ſecunda claſſe memorati ſunt, non aſſequetur mea verba, neque hos caſus, quia nulla res ei arridebit, ſed omnia reprobabit, nam quomodo cibi leves & exiguæ quantitatis & mediocriter præparati ſapere poſſunt homini qui malis uti aſſuevit? ſed nocebunt ei, & renuet eos. Cæterum tibi jam conſtat id quod homines illi dixerunt qui cepas, allium & piſces edere aſſueverant Num. 11. 6. נפשנו קצרה Si vero quis ſit in ſententia eorum qui in tertia claſſe continentur, & inveniat quædam quæ ratio ipſa refutat, ſcias quod ea parabolice & ænigmatice intelligenda ſint, animum adverte & meditare ut tandem ad verum eorum ſcopum pervenias, ſicuti ſcribit ille Sapiens Eccleſ. 12. 10. למצוא דברי חפץ וכתוב יושר דברי אמת Et poſtea operam dato libro meo & tum tibi auxiliante Deo ero adjumento. Jam vero ſermonem faciam de iis quæ dicere volebam. Scias ergo quod ſicuti cæcus non cognoſcit colores, & ſurdus non aſſequitur vocum melodiam, & eunuchus delectamenta copulæ conjugalis, ſic etiam corpora non aſſequuntur animorum delectamenta ſpiritualia. Et ſicuti piſces non ferunt elementum ignis, quia generantur ex aqua ipſi contraria, ſic etiam mundus hicce corporalis non aſſequitur mundi ſpiritualis delectamenta; nam nobis nulla delectatio eſt niſi ope corporis & ſenſuum, cibi & potus, & quicquid ad his alienum eſt, id non aſſequimur, neque conſideramus niſi poſt longam demum meditationem. Et hoc ita ſe habet quia vivimus in mundo corporali, & nulla præterquam externa atque imperfecta delectamenta percipimus. Verum animæ delectamenta ſpiritualia ſunt & in æternum permanentia, quibus cum corporalibus nulla eſt convenientia. Et non convenit nobis Legis doctoribus, neque divinis philoſophis, ut dicamus quod angeli, ſtellæ, & ſphæræ nulla delectatione tenentur, ſed vero ſimile eſt quod magnis delectationibus fruuntur, in quo exiſtentiam Dei benedicti aſſequuntur & contemplantur, quomodo in continua quadam delectatione verſantur. Sed non afficiuntur delectatione corporali, neque eam comprehendunt, quia ſenſibus a nobis differunt, quibus non eadem quæ nos comprehendunt, ſicuti nosipſi, poſtquam purificati aſcenderimus ad hunc gradum poſt mortem, non comprehendimus illiusmodi delectationes corporales, neque illis afficimur; ſed nobiſcum perinde ac cum regibus fieri ſolet, qui regni atque dominii ſui res magnas curant, & obliviſcuntur luſus pueriles, eaque quæ ante imperium tractant in juventute ſua cum inferioris conditionis hominibus in locis publicis, eo quod inter excellentiora & viliora diſcernere neſciebant, quemadmodum nos pluris corporalia quam ſpiritualia æſtimare ſolemus. Cæterum quando harum duarum delectationum caſum quis recte reputaverit, inveniet unius defectum & alterius excellentiam, etiam in hocce mundo, nam plurimos invenies homines qui corpus animumque maximopere laboribus & curis affligunt, ut aliorum favorem honoremque aſſequantur, quæ non eſt delectamentum in cibo & potu conſiſtens, ſic etiam multi ſe potius ab inimicis vindicare volunt quam corporalibus delectamentis frui. Nonnulli quoque ſe a peccatis abſtinere ſolent propterea, ne ab aliis ignominia afficiantur, ſed bonam ſibi comparent famam. Si vero hoc ita ſe habet in hoc mundo corporali, quanto magis in mundo ſpirituali, ſive mundo futuro, ubi animæ noſtræ Deum benedictum contemplantur ſicuti jam contemplantur corpora ſuperiora. Et hæc delectatio dividi nequit in partes, neque referri poteſt, neque illius comparatio inveniri poteſt, ſed ſe habet ſicuti propheta dicit, quando bonum illud ſpirituale præſtans atque magnificum ipſi videbatur, Pſal. 31. 20. מה רב טובך אשר

עטרות לראשן Et Sapientes noſtri dixerunt, in mundo futuro non eſt cibus neque potus, neque lotio neque unctio in eo locum habet, ſed juſti coronas in capitibus gerent, atque divino ſplendore perfundentur, per id quod dicunt, juſtos in capitibus ſuis coronas geſtaturos, intelligitur animæ æternitas cum intellectu ſuo ſtabili, qui eſt creator benedictus, ita ut is & intellectus eadem res ſit, ſicuti ſtatuerunt omnium maximi philoſophi; & per divinum ſplendorem intelligitur, quod animæ ſingulis momentis aſcendent in exiſtentia Creatoris benedicti contemplanda, ſicuti animæ ſanctæ atque angeli ſemper in cognoſcenda Dei exiſtentia ulterius pergunt. Vides igitur quod ultimus ſit finis ut aſcendamus ad ſocietatem illam ſuperiorem, & fruamur illo honore, gloria, & animæ immortalitate æterna, ſicuti expoſuimus, in cognitione Creatoris benedicti, qui cauſa & firmitas eſt quare mens humana ſemper ſapientia accreſcit, & hoc ſummum bonum eſt, cum ei non ſit aliud quocum comparari poſſit, nam quomodo comparari poſſet cum infinito? & hoc eſt quod dicitur, Deut. 22. 7. למען ייטב לך והארכת ימים ſcilicet in mundo omnino longo ſive infinito. Cæterum extremum malum & maxima vindicta hæc eſt qua anima exſcindetur & peribit, ita ut non amplius ſuperſit, & hæc eſt illa excifio de qua in Lege Num. 15. 31. הכרת תכרת הנפש ההיא quæ verba ita expoſuerunt Sapientes, הכרת dicitur de exciſione ex hoc mundo, תכרת autem de exciſione e mundo futuro. Et 1 Sam. 25. 29. dicitur והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים Hinc vides quod quiſquis deliciis corporalibus uſus eſt, veritatem abominatus eſt, & mendacium dilexit, excindetur ex illa dignitate, & ut materia exciſa remanebit. Propheta vero jam expoſuit quod mundus futurus non comprehenditur ſenſibus corporeis. Et hoc eſt quod dictum eſt, *oculus non vidit, o Deus, præter te*, quæ verba ita expoſuerunt, quod omnes prophetæ, omnino de diebus Meſſiæ prophetarunt. Cæterum mundus futuri hic eſt ſtatus, oculus non vidit, o Deus, *præter te*! At bona promiſſa, pœnæ, & cætera mala in Lege præſcripta, tibi in ſequentibus exponam; dicit autem Lex, ſi hæc præcepta feceris, ego te adjuvabo ut illa obſerves, atque ab omnibus te liberabo impedimentis, nam nemo præcepta facere poteſt quando ægrotat, ſitit, aut eſurit, neque in temporibus belli, & propterea promittit, quod, ſi has res atque id genus alia omittant, erunt ſani & tranquilli, & tandem mundi futuri vitam beatam conſequentur, nam ſicuti in omnibus hiſce quas enumeravimus rebus non eſt verus finis ex Legis obſervantia, ſic etiam, ſi qui Legem tranſgreſſi fuerint, hæc eorum pœna erit ut omnia illa in Lege memorata contingant mala donec non amplius præcepta illius obſervare poterunt, ſicuti Lex dicit Deut. 28. 47. Atque his bene perpenſis, invenies rem ita ſe habere, quaſi tibi diceret, ſi præceptorum aliquam partem feceris cum amore & diligentia, te adjuvabo ut ea obſerves omnia, ſi modo a te removeris omnia obſtacula; ſi vero vel minimum ex illis tibi reſervaveris, impedient te quo minus omnia obſervare poſſis, imo ab omnibus te prohibebunt, adeo quidem ut mundi futuri tibi nulla ſit pars. Et hoc eſt quod Sapientes noſtri volunt, cum dicunt, quod præcepti præmium eſt præceptum, & præmium peccati eſt peccatum.

גן עדן *Hortus Edenis* eſt locus quæ terra gaudet omnium fertiliſſima, in qua plurimi continentur rivi arboreſque frugiferæ, quam Deus in futurum manifeſtabit hominibus, atque viam pariter eo ducentem, ut illic delectentur; & forſan invenient ibidem loci mirificæ utilitatis plantas, ſapore & dulcedine excellentes, præter eas quæ inter nos reperiuntur. Et hæc omnia non ſunt a ratione aliena, & ſupponi poſſunt etſi non exprimantur in Lege; at cum illa Lex deſcribat, quanto magis credenda ſunt. גיהנם vero eſt locus tormenti & pœna pro improbis; ſed Gemara non exponit pœnarum genera, nonnulli vero exponunt quod ſol eos aduret, quia propheta dicit Mal. 4. 1. הנה יום יהוה בא בוער כתנור Alii vero dicunt quod erit calor internus qui corpora aduret intus, & hoc probare conantur ex eo quod dicitur Jeſ. 33. 11. רוחכם אש תאכלכם Cæterum mortuorum reſurrectio eſt unum e fundamentis Legis Moſis magiſtri noſtri, & qui hoc non credit, ei nullius religionis Judaicæ pars eſt; verum reſurrectio juſtis tantum competit, ſicuti dicitur in Bereſchit Rabba, pluviarum potentia pro piis & impiis eſt, ſed reſurrectio mortuorum pro juſtis tantum eſt. Sed quomodo reſuſcitari poſſunt impii quoniam in vivis jam mortui ſunt? Et ita Sapientes dixerunt, impii in vivis quoque mortui vocantur, & juſti poſt mortem vocantur vivi; nam ſciendum eſt tibi quod homo certe debeat mori, & poſt diſſolutionem illam denuo colligetur. Verum per *dies Meſſiæ* intelliguntur tempora monarchiæ quæ Iſraëli reſtituetur & quibus in terram ſanctam revertentur Iſraëlitæ, atque illud regnum erit omnium maximum, regnique Sedes erit in Zione, nomen illius magnificabitur, & memoria illius erit plenitudo gentium, multo majoris ſplendoris quam regnum Salomonis, & cum omnibus gentibus erit pax, nam omnes Iſraëlitis inſervient præ magna ipſorum juſtitia & miraculis ab ipſis perpetratis. Quiſquis autem ſe contra Iſraëlitas oppoſuerit, eum deſtruet Deus benedictus, & poteſtati eorum tradetur. Nam omnes ſcripturæ loci hujuſmodi proſperitatem demonſtrant. Sed de univerſo orbe nihil ab hocce rerum ſtatu mutabitur, præterquam quod monarchia redibit ad Iſraëlitas. Et hoc eſt quod Sapientes dixerunt, non eſt differentia inter hunc mundum & Meſſiæ dies præterquam in monarchiæ ſubactione. Præterea in diebus Meſſiæ erunt divites & pauperes, potentes & impotentes aliorum reſpectu, niſi quod tum faciliori negotio victus quæri poſſit, ita ut ſi quis modo paullum operetur, magnam aſſequatur mercedem; & hoc volunt Sapientes quando dicunt, terram producturam eſſe panem & veſtimenta ſerica; nam homines dicere ſolent quod unus inveniet rem paratam, alter vero panem coctum, aliaque elixa, quod probare videtur locus Eſa. 61. 5. ובני נכר אכריכם וכרמיכם unde liquet quod tum temporis locum habebit ſatio & meſſis. Propterea ira accenſus eſt hic Sapiens, qui hæc verba diſcipulo ſuo dixerat quando illa non intellexerat, & cogitaverat illa literaliter intelligenda eſſe, & propterea pro ingenii illius modulo reſponderat, non ſecundum veritatem rei, quod probatur ex eo quod ſcriptum eſt Prov. 26. 4. אל תען כסיל כאולתו Commodum vero noſtrum illo tempore eſt quod requieſcimus a regnis alienis ſubigendis, quod nobis impedit omnia obſervare præcepta; & idcirco Sapientia augebitur, ſicuti ſcriptum eſt Eſa. 11. 9. כי מלאה הארץ דעה Et bella quoque ceſſabunt, uti dicitur Michæ 4. 3. לא ישא גוי אל גוי חרב Et magna etiam in illis diebus invenietur perfectio qua mundi futuri vitam merebimur. Mortuo autem noſtro Meſſia, regnabit filius ipſius, & filius filii ipſius &c. Nam mortem ipſius propheta meminit Jeſ. 42. 4. Et regnum ipſius longum tempus durabit illuſtriſſimo modo, & hominum vitæ prolongabuntur. Neque mirandum eſt quod Meſſiæ regnum in multa ſe extendet ſecula, nam Sapientes dixerunt, quod congregatio bona non cito diſſipatur. Nos itaque non ſperamus Meſſiæ dies propter abundantiam proventus, vel divitias, vel vini uſum cum inſtrumentis conjunctum ſicuti ignorantiſſimi homines putarunt. Verum prophetæ & ſancti homines vehementer Meſſiæ dies deſiderarunt, quia illo tempore habebuntur juſtorum congregationes, boni mores, ſapientia, & Regis juſtitia ejuſdemque maxima rectitudo, & ad Deum acceſſio, uti ſcriptum eſt Pſal. 2. 7. Et omnia quoque Moſis præcepta ſine ulla pigritia, moleſtia, & tædio obſervabuntur, ſicuti ſcriptum eſt Jerem. 31. 34. & Ezech. 36. 26. Et ſimilis argumenti dantur multi Scripturæ loci, quorum meditatione pii homines in mundum futurum aſcendere poſſunt. Et hoc ſenſu Sapiens ille qui cognitionem veritatis habebat, intellexit ultimum rerum finem, & reliquit id quod extra illum eſt, quando dixit, *cuilibet Iſraëlitæ pars eſt in ſeculo futuro.* Si vero hic ſit rerum finis, non convenit ei qui Deo ſervit ex amore, ut ei ſerviat ad conſequendum mundum futurum, ſicuti ſuperius expoſuimus, ſed Deo ſervire eo quo tibi dicam modo, nimirum, ſi quis crediderit veram ſcientiam e Lege Moſis derivari eamque prophetis a Deo revelatam eſſe, ut inde docerent virtutes eſſe amplectendas, vitia & peccata fugienda, cum decet bonæ mentis hominem eſſe, virtutes exercere & peccata abominari, ut hominis officium præſtitiſſe & a brutis ſe diſtinxiſſe cenſeatur. Quum vero homo perfectus factus fuerit, tum hoc naturæ ipſius proprium erit ut anima ſua ſine ullo impedimento vivat & in æternum permaneat, quod eſt mundus futurus, ſicuti diximus;

diximus; & hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſal. 32. 9. Quemadmodum ergo id quod beſtias impedit ab erumpendo, eſt res extrinſecus accedens, uti eſt capiſtrum & frenum, & eo modo cum homine agere non convenit; ſed cauſa quæ eum impedit a diſſolutionibus, a ſeipſo provenire debet, id eſt, forma humana quum perfecta eſt eum impediet a rebus quæ ab ipſo ulteriorem perfectionem cohibere volent, cujuſmodi ſunt vitia, & promovebit ipſum ad virtutes conſequendas. Et hæc ſunt quæ colligere potui e verbis Sapientum ſuper nobiliſſima hac materia. Sed præterea tractatum componam in quo omnes expoſitiones e Gemara ſuper hac re colligam, & in iis explicabo ea quæ veritati proxima ſunt, & demonſtrationes adferam e doctorum Gemaricorum verbis, atque exponam ea quæ ſecundum literam intelligenda ſint, vel parabolice, vel per ſomnia, & ad ſimpliciſſimas ea reducam rationes, multaſque eo modo tibi detegam veritates, & ſcrupulos removebo qui in fundamentis quibuſdam te offendere poſſent, quo minus in aliis conſequentiam faceres. Sed non erit culpandum in ſermone meo quod nonnulla ſtatuam quæ Sapientibus quibuſdam contrariantur, quia hoc feci propter eos quibus materia hæc minus nota eſt, nam pauci ſenſum illius aſſequuntur. Vox אפיקורס Chaldaica eſt, & notat eum qui Legem Moſis & illius doctores contemnit, & propterea eo nomine vocantur omnes illi qui Legis fundamenta abnegant, & Sapientes vel eorum diſcipulos contemnunt. ספרים החיצונים putant nonnulli quod libri hæreticorum ſunt, & ſic etiam liber Ben Sira, qui fuit auctor qui vanitates quaſdam phyſiognomicas compoſuit in quibus nec ratio nec utilitas continetur, ſed merum temporis inane diſpendium, cujuſmodi ſunt illi qui Arabum regum hiſtorias comprehendunt, vel familiarum ipſorum cognationes, & libri muſici, atque id genus alii, in quibus nulla continetur corporea utilitas.

והלוחש על המכה *Et qui muſſitat ſuper vulnere*, dummodo id fiat ſputo, quia in eo ſitum vilipendium Dei benedicti. אף ההוגה את יהוה באותיותיו *Etiam is qui nomen Domini literis ſuis pronunciaverit*, nimirum per quatuor ipſius literas, quod eſt nomen quatuor literarum ineffabilium. Præterea quoque de hac re dixerunt, eum qui hoc fecerit non habere partem in futuro ſeculo. Et dixerunt quoque Sapientes, qui faciem proximi publice rubore perfundit, & proximum ſuum cognominibus vocat, vel ignominia illius ſibi honorem adferre ſtudet, non habet partem in mundo futuro; quia nemo vel unam ex illis rebus perficiet, etſi peccata ſint levia juxta opinionem hominum, niſi ei cui anima defectiva eſt, quæ non habet perfectionem nec mundum futurum meretur. Cæterum requiritur ut hic dicamus, quod Legis noſtræ articuli illiuſque fundamenta ſunt tredecim.

Primum fundamentum eſt ut credamus creatoris benedicti exiſtentiam, hoc ſenſu, quod ſit Ens aliquod ſumme perfectum, quod omnium entium (ſit venia verbo) cauſa eſt, in quo exiſtentiæ eorum confirmatio eſt, & a quo conſervatio eorum dependet; & hoc eſt, ſi in alicujus mentem cadat defectus exiſtentiæ ejus, omnium rerum exiſtentium exiſtentia deficiet, & nullum ens erit reliquum quod exiſtentia ſua ſe conſervare poterit; & ſi nobis imaginaremur omnium entium defectum præter hoc ſummum, non idcirco dei benedicti exiſtentia deficeret, nec diminueretur. Neque unitas & dominium alicui competunt præterquam Deo benedicto; nam ille perfectus eſt in exiſtentia ſua, & ſufficiens in eſſentia, & nulla re ad exiſtendum indiget præter ſe: quicquid enim præter ipſum eſt, uti ſunt corpora & ſphæræ; & id quod inter eas eſt, vel extra, id omne neceſſarium ſuam exiſtentiam ab hoc mutuari debet; & hoc fundamentum deſignatur Exod. 20. 2

Secundum fundamentum eſt Dei benedicti unitas, nimirum, ut credamus eum qui omnium cauſa eſt, unum eſſe, non unum in genere, neque unum in ſpecie, neque ut unum individuum quod in multas dividitur unitates, neque unum ut corpus extenſum, quod unum numero eſt, & in infinitum dividi poteſt; verum Deus benedictus unus eſt in ſimpliciſſima unitate, ita ut non ſit unitas inſtar ipſius. Et ſecundum hoc fundamentum petitum eſt ex Deut. 6 4.

Tertium fundamentum eſt ut omnem ab ipſo removeamus corporeitatem, nempe, ut credamus huncce unum non eſſe corpus, nec potentiam in corpore, neque quod ei conveniunt accidentia corporum, ſicuti eſt motus & quies, neque ei convenire partem ſubſtantiæ, nec accidens, & propterea Sapientes ab illo exemerunt unionem & diviſionem, dixeruntque, ſuperius (in cœlis) non datur ſeſſio, nec ſtatio, nec diviſio, nec unio; & propheta dixit Jeſ. 40. 25. ואל מי תדמיוני ואשוה יאמר קדוש Nam ſi eſſet corpus, ſimilis eſſet corporibus, quicquid autem ei adſcribitur in ſcripturis ſanctis, ut, incedere, ſtare, ſedere, loqui, & ſimilia, id omne improprie intelligendum eſt. Et ita Sapientes noſtri dixerunt, Lex loquitur juxta captum noſtrum humanum, de quo multa dixerunt Sapientes noſtri; hoc fundamentum tertium denotatur Deut. 4. 15. כי לא ראיתם כל תמונה vult dicere, non aſſecuti eſtis quod ei ſit figura, nam Deus non eſt corporeus, non potentia in corpore, uti diximus.

Quartum fundamentum eſt de æternitate, nimirum, ut huncce unum credamus eſſe omnino æternum, & quicquid præter ipſum fuerit, non eſſe æternum, quam ſententiam plurimi ſcripturæ loci confirmant; & quartum hoc fundamentum deſignatur Deut. 33. 27.

Quintum fundamentum eſt, quod Deus benedictus ſit adorandus & magnificandus, & præcepta ipſius obſervanda; at hoc non præſtandum eſſe ei qui ipſo inferior eſt, cujuſmodi ſunt angeli, ſtellæ, ſphæræ, elementa, & id quod de illis compoſitum eſt, eo quod omnes actiones ſuas ab ipſo accipiunt, & nulli abſoluta eſt voluntas liberumque arbitrium præterquam ſoli Deo benedicto. Sic etiam nullis creaturis ſerviendum eſt ut ope earum ad Deum accedamus, ſed ad ipſum ſolum attentio noſtra ſit, relictis omnibus quæ extra eum ſunt; & hoc quintum fundamentum contra idololatriam valet, de quo in Lege paſſim.

Sextum fundamentum de prophetia, nempe ut homo credat quod in hac forma humana reperiuntur nonnulli qui præcellentibus virtutibus perfectiſſimo modo donati ſunt, & ita diſpoſiti ſunt ut anima ipſorum rerum intelligentiam veram accipere poſſit, quæ intelligentia poſtea cum intellectu agente conjungitur, unde eximia ei oboritur emanatio, qualem acceperunt prophetæ per ſpiritum prophetiæ. Hujus vero fundamenti expoſitio multo diffuſior eſt, ſed non eſt ſcopus noſter illud demonſtrare, quia omnem continet ſcientiam; verum enarrando illud tantum ſtatuemus; cæterum multi Scripturæ loci teſtantur de prophetis & prophetiis.

Septimum fundamentum eſt de prophetia Moſis magiſtri noſtri, id eſt, ut credamus ipſum eſſe omnium prophetarum patrem qui ante vel poſt ipſum fuerunt, eoſque ipſo eſſe inferiores dignitate, & ipſum e toto genere humano ſelectum qui ingenio ſuo cognitionem Dei majorem in modum conſecutus eſt ultra majores vel poſteros ipſius, & quod e ſtatu humano aſcendit ad angelicum, ita ut non remanſerit velum quod non ruptum fuerit, & per quod ille non intraverit, neque impeditus fuerit ullo impedimento corporeo, neque ullus in eo defectus commixtus fuerit; ſed quod potentia imaginaria, ſenſus, & impreſſiones ſenſuales & appetitus ab ipſo remoti ſunt, pura tantum mente relicta, & hoc ſenſu de Moſe dicitur quod cum Deo loquitur ſine angelis mediantibus. In animo habebam caſum hunc mirificum exponere, & occultos quoſdam Legis locos aperire, ut & Legis oralis ſenſum exponere, & alia in hunc ſcopum, niſi vidiſſem quod hi caſus multis indigent demonſtrationibus, propoſitionibus, & exemplis, & niſi prius exiſtentiam Dei & angelorum, animarum, earumque potentiam expoſuiſſemus, uſque dum perveniſſemus ad formas illas in quibus prophetæ dixerunt ſe Deum angeloſque ipſius vidiſſe, inter quæ continetur שיעור קומה *Menſura ſtaturæ*, ejuſdemque expoſitio; & quamvis breviſſime dixerim, tamen in hoc caſu non ſufficerent centum folia, idcirco ea ſuo loco relinquam, aut in libris allego.

allegoricis quos componere promiſi, aut in libris propheticis in quibus laboro, aut in libro quem componam de horum fundamentorum expoſitionibus. Et poſtquam ad hujus ſeptimi ſenſum rediero, dicam quod prophetia Moſis magiſtri noſtri in quatuor differt a prophetia omnium prophetarum, quarum prima differentia eſt, quod nullus propheta qualiſcunque ille fuerit, a Deo allocutus ſit niſi mediante quodam, at Moſes a Deo allocutus ſit nullo mediante, ſicuti teſtatur Lex Num. 12. 8. פה אל פה אדבר בו Secunda eſt, quod nullus propheta habuit prophetiam niſi dormiendo, ſicuti dicitur in diverſis Scripturæ locis בחלום הלילה בחזיון לילה *In ſomnio noctis, in viſione noctis*, & id genus alia. Vel etiam dic, poſtquam ſomnus occupaverit hominem omnibus ipſius ceſſantibus ſenſibus, mente interim ſe ab occupationibus remittente, veluti in ſomno, & hic caſus vocatur במחזה ומראה *Viſio & apparitio*, & de hoc dicitur במראות אלהים *In viſionibus Dei*; Moſi vero die obtingebat prophetia inter Cherubinos, ſicuti promiſerat illi Deus Exod. 25. 21. Differentia tertia eſt quod prophetæ, quando ei prophetia obtingebat, etiamſi id fiebat in viſione, & mediante angelo, dilatabantur vires, & viſcera conturbabantur tanto cum horrore ut quaſi mentis corporiſque diſceſſio fieret, ſicuti exponitur in libro Danielis, quocum in viſione locutus eſt Gabriel, Dan. 10. 8. Cæterum cum Moſe magiſtro noſtro res aliter comparata eſt, nam ei prophetia ſine ullo tremore adveniebat, ſicuti dicitur Exod. 33. 11 ודבר יהוה אל משה פנים אל פנים כאשר ידבר איש אל רעהו quæ volunt, quod ſicuti nemo tremore afficitur e ſermone amici, ſic etiam Moſes magiſter noſter non afficiebatur tremore aliquo etiamſi coram cum Deo ageret; hoc autem in eo fieri poterat propter intellectus vinculum quod cum ſpiritu divino commune habebat, uti ſuperius diximus. Quarta differentia eſt, quod prophetæ non afficiebantur ſpiritu prophetico pro lubitu ipſorum, ſed ex Dei beneplacito, quia multi dies imo anni tranſibant in quibus non corripiebantur a ſpiritu prophetico; nam propheta aliquot dies annoſque expectare debebat prophetiam, & a Deo quærebat ut ipſi negotium prophetiæ manifeſtari vellet, quia aliter nihil ipſi innoteſcebat. Erant enim multi qui ſe præparabant, & purificabant, ſicuti de Elia ſcriptum eſt 2 Reg. 3. 15. ועתה קחו לי מנגן & tum ei obtingebat prophetia; ſed non erat neceſſarium ut ſpiritu prophetico indueretur quoties in adventum illius ſe præparabat. Sed Moſes magiſter noſter ſingulis momentis dicere poterat, *conſurgite ut manifeſtem vobis id quod præcepit Dominus.* Et Levit. 16. 2. de ipſo dicitur דבר אל אהרן אחיך ואל יבא בכל עת אל הקדש ad hæc verba ita docuerunt Sapientes, Aharoni vetitum erat quovis momento locum ſanctum ingredi, at non Moſi.

Octavum fundamentum eſt quod integra Lex per Moſen magiſtrum noſtrum lata, ex ore Dei ipſi dictata ſit, modo quodam quem nos vocamus דבור, quem nemo aſſecutus eſt præter Moſen ipſum, ita ut Moſes ſcribæ alicujus officium hac in parte obierit, qui divino ipſi dictante ſpiritu omnium temporum ſeriem præceptorumque enarrationes accurate deſcripſit, & propterea vocatus eſt מחוקק *legiſlator*, quamobrem omnia ipſius Legis verba ejuſdem ſunt auctoritatis, ut nullus admittatur præſtantiæ gradus inter ea quæ in Lege occurrunt, ut, *& Filii Cham, Cuſch, & Miſraim*, &, *nomen uxoris ipſius erat Mehetabel*, &, *Timna fuit concubina Eliphazis*; &, *ego ſum Dominus Deus tuus*; &, *audi Iſraël, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt*; quia omnia ex ore Dei hauſit, & omnes Dei leges ſunt quæ integræ, ſanctæ, & puræ ſunt. Qui vero dixerit quod Moſes illa proprio inſtinctu conſcripſit; is a prophetis & Sapientibus noſtris omnium hæreticorum maximus eſt, quia exiſtimat quod in Lege res ludicræ tractantur, & quod in hujuſmodi nulla ſit utilitas, ſed a Moſe tantum animi gratia excogitata. Et hoc eſt quod Sapientes volunt quum dicunt, quiſquis non credit Legem eſſe e cœlo, is ſtatuit quod tota Lex ex ore Dei provenit, uno excepto verſu quem Deus Moſi non dictavit, qui hic eſt, Num. 15. 31. כי דבר יהוה בזה Verum certiſſimum eſt quod unuſquiſque Legis ſermo in ſe continet ſcientias occultas & mirificas, quas nemo facile aſſequitur, quarum longitudo exſuperat terram, & latitudo ſpatioſior eſt ipſo mari; nos autem oportet Davidis veſtigiis inſiſtere a Deo Jacobi uncti, qui ita precatus eſt Pſal. 119. 18 גל עיני ואביטה נפלאות ſic etiam Lex oralis traditione recepta ex ore Dei dictata eſt, quamobrem nos hodie illa tenemus de figuris tabernaculorum, de Rama Lulabh, de buccina, de Phylacteriis eorumque peniculamentis, quod Moſes illa a Deo & nos a Moſe fideliter accepimus; & hoc fundamentum illius quod dicitur Num. 16. 28.

Nonum fundamentum eſt quod hæc Lex a Deo compoſita ſit, non ab alio, & quod propterea illi nihil ſit addendum, neque quicquam detrahendum, neque legi ſcriptæ neque Legi ore traditæ, quemadmodum dicitur Deut 12. 32. לא תסיף עליו ולא תגרע ממנו ſed nos ea jam prolixius tractavimus in prologo Miſnico.

Decimum fundamentum eſt quod Deus omnia humana opera novit, ut nihil eum fugiat, non ſecundum ſententiam eorum qui dicunt, Deus reliquit terram juxta id quod propheta dicit Jerm. 32. 19. גדול העצה ורב העליליה וגו׳ & Gen. 6. 5. & Gen. 18. 20.

Undecimum fundamentum eſt quod Deus retribuet ei qui Legis præcepta obſervaverit, & puniet eum qui tranſgreſſus fuerit mandata ipſius; maxima autem pro eo qui Legem obſervaverit, erit beatitudo mundi futuri, & maxima pœna erit excidium. Sed jam diximus antea ea quæ in hunc ſenſum ſpectabant; verum Scriptura de hoc fundamento ita teſtatur Exod. 32. 32. ועתה אם תשא חטאתם ואם אין מחני נא Et reſpondit ei Deus כי אשר חטא לי אמחנו מספרי Hinc demonſtratio petitur quis obediens ſit & quis peccet, ut unus puniatur & alter mercede afficiatur.

Duodecimum fundamentum eſt de Meſſiæ diebus, nimirum quod credendum ſit Meſſiam certo venturum eſſe, &, ſi adventus ipſius tardetur, tamen eum expectet ſine determinatione temporis, & eorum Scripturæ locorum qui de adventu illius teſtantur. Sapientes dixerunt, rumpatur ſpiritus eorum qui finem & ſigna Meſſiæ venturi computant. Præterea credendum eſt præſtantiam & dignitatem Meſſiæ ſuperaturum omnium regum, ſecundum omnium prophetarum inde a Moſe uſque ad Malachiam vaticinia. Quiſquis autem de hoc dubitaverit vel excellentiæ illius quicquam detraxerit, Legem negat quæ id clare promittit in prophetia Bileami, & Deut. 30. Comprehendit quoque hoc fundamentum quod nullus veniet Iſraëlis rex niſi e familia Davidis & ſemine Salomonis; qui vero hoc negaverit, is Dei benedicti ejuſque prophetarum verba negat.

Decimum tertium fundamentum eſt de reſurrectione mortuorum, de quo egimus; quiſquis autem hæc omnia fundamenta vera crediderit, is ingreditur gremium Iſraëlis, & fratrem ac proximum ſuum toto corde amare tenetur juxta omnia quæ præcepit Deus, & mundi futuri particeps erit quot & quantacunque licet fecerit peccata ex infirmitate mentis, poſtquam in hoc mundo pœnam eorum ſubierit. Si vero quis unum ex hiſce fundamentis negaverit, is e gremio Iſraëlis delapſus eſt, & fundamentum fidei negavit, & habendus eſt hæreticus, Epicuræus, & is qui plantas excidit, propterea omni ipſum odio & malo proſequi debemus, ſicuti dicitur Pſal. 139. 21. הלא משנאיך יהוה אשנא Hæc prolixius pertractavi & a tractatus mei ſcopo longe receſſi, quod ideo feci quia in eo multum utilitatis fidei ſitum eſſe animadverti, & multa in libris late diffuſa in unum collegi, quæ ſæpiſſime relegas volo, & diligenter operam des; & ſi te ſefellerit cor tuum, vel te ſenſum illius aſſequutum eſſe ſemel vel decies viſus fueris, Deo notum eſt quod falſus es, propterea lectionem accelerare nolito, nam ego hæc non compoſui prout mihi res videntur, niſi poſt diuturnam meditationem, poſtquam opiniones claras & veras animadverterim, & ea quæ credenda ſunt cognoverim, & ſuper quolibet ſenſu demonſtrationes adhibuerim juxta ſanæ mentis ratiocinia; faxit Deus benedictus ut impleatur deſiderium meum & incedam in via recta.

COCCEJUS.

COCCEJUS. §. 1. Etiam illi, qui ſupplicio capitis affectus eſt. Expiat enim peccatum, uti ajunt, mors corporis. Rationem hujus Miſchnæ afferunt ex Eſai. 60. 21.

2. עולם הבא eſt ſeculum τῆς μισθαποδοσίας. Quæ illius conditio futura ſit, inter Judæos alii aliter ſentiunt: uti narrat R. Moſes. *Sunt enim, qui ſentiant, juſtos in paradiſo quodam omnibus rebus ad amœnitatem corporis inſtructiſſimo fore: labore & moleſtia vacuos inter epulas agitaturos: improbos autem in incendio tartareo graviſſima corporis tormenta perpeſſuros. Alii hac ſpe ſunt, Meſſiam, quum venerit, pacatiſſimum ſeculum allaturum, ita ut in deliciis omnibus in perpetuum ſint victuri, terra ipſa veſtes textas, & panem coctum præbente. Denique fœcundis matrimoniis juſtos ſimili propagine orbem eſſe repleturos. Summam pœnarum, quas lex improbis comminatur, hanc eſſe, in tali conſortio non eſſe. Tertii ſunt, qui putent, juſtos ad priſtinæ vitæ uſum & conditionem reverſuros. Id maximam mercedem eſſe. Graviſſimum ſupplicium, non reviviſcere. Præter hos ſunt qui dicant, præmium pœnamque hujus vitæ limitibus terminari. Plurimi quoque hæc omnia conjungenda cenſent.* Addit Rabbi, *omnes hos decipi, neque ſcire, quid demum ſit ſummum bonum. Opus virtutis ſummum bonum eſſe. Id propter ſeipſum expetendum eſſe. Homines vero, pueris ſimiles, ad id non poſſe niſi per præmia & mercedes adduci. Legem ſe noſtris accommodare ſenſibus, & temporalem & æternam mercedem promittendo. Ejus mentem aliam non eſſe, quam omnia, quæ ad virtutis exercitium requiruntur, ſuppeditanda probis; ſubducenda improbis eſſe: donec hi ad ſummam virtutem, illi ad deſperatam malitiam progrediantur. Conſequens eſſe, ut probi omnibus liberati corporeis labibus & impedimentis, qualia ſunt cibus, potus, & ſimilia his, ad ſummum illud gaudium, quod in Dei viſione conſiſtit, in æternum poſſidendum admittantur. Hanc eſſe τὴν ἀνάστασιν. Summam pœnam eſſe, illud exterminium, quod lex comminatur, ut anima hominis mali non ſit viva. Abſurdum eſſe dictu, malos victuros, qui viventes mortui ſint. Dies Meſſiæ nihil aliud eſſe, quam regnum Chriſti corporale, ſub quo nihil futurum ſit diverſum à more cæterorum ſeculorum, niſi libertas & pax inuſitata & ἀφθονία atque εὐπορία omnium rerum.* Judæi in his nihil admodum deſiderant, niſi quod vellent Magiſtrum ſuum explanatius dixiſſe, non ſolas animas juſtorum, ſed ipſa quoque corpora beatitate æterna fruitura. Deinde an improbos æterni cruciatus maneant, perſiſtentibus ipſorum animabus, revocandiſque in vitam corporibus, non ſatis apertè videtur dixiſſe. Atque etiam de hac re ipſi non idem ſentiunt Gemaræ Doctores quid hac de re tradant, in Excerptis videbimus.

3. Hoc nomine, quod à פקר deductum volunt, indigitatur is, qui non credit fundamenta religionis, ſpernit ſapientes &c. Fundamenta tredecim ſunt. Ea breviter indicabo. 1. *Eſſe Deum, perfectiſſimam ejus eſſe eſſentiam, eumque omnium, quæ ſunt, cauſam eſſe.* 2. *Unum illum eſſe. Non tamen ut genus, neque ut ſpecies, neque ut ſpecies ſpecialiſſima, neque ut corpus in infinitas partes diviſibile: ſed ita ut omnem multitudinem & compoſitionem excludat.* 3. *Eundem eſſe incorporeum & nullis corporeis accidentibus obnoxium.* 4. *Eſſe omnium primum.* 5. *Eum dignum cultu, honore atque obſervantia eſſe.* 6. *Eſſe prophetiam.* 7. *Moſen prophetarum patrem eſſe.* 8. *Legem eſſe a cœlo & omnes ejus partes, ita ut nihil in illa ſit non divinum.* 9. *Ejus explicationem* (העתק) *eſſe à Deo, ita ut nihil addi demive poſſit.* 10. *Deum omnia facta hominum noſſe: atque omnia gubernare.* 11. *Eum præmia pœnaſque tributurum recte aut ſecus factorum.* 12. *Venturum Meſſiam. Ideo eum exſpectandum: ſed tempus adventus ejus non eſſe indagandum.* 13. *Reviſcturos mortuos. Cuncti Iſraelitæ, niſi hæc fundamenta abnegent, vitam æternam poſſidebunt.* Hæc volui ex Maimonidæ commentario breviter indicare. Totum illum aſſcribere & vertere, nimis prolixum & non neceſſarium erat. Stylus ejus eſt perquam facilis, ita ut in verſione labor nobis ſumendus non fuerit. Videat illum, cui lubet, & qui habet.

4. Inter illos ponitur etiam Ben Sira: cujus proverbia extant illuſtrata à principe philologiæ ſacræ I. DRUSIO. Legere autem non omninò prohibetur; (Nam quare ipſi ſententias ejus, eas quidem, quas maximè culpant, aſſcriberent?) ſed legere cum tali æſtimio, ut verbi divini ſtudio antehabeas.

5. Superſtitioſum enim id eſt, &, maximè quia hæc dicentes deſpuebant, ſumma cum irreverentia divini nominis conjunctum. Rabbenu Aſcher hæc addit: דוקא היכא דמזכיר שם שמים ומיהו איסורא איכא אפילו אינו מזכיר שם שמים ואפילו בלא רקיקה כדאיתא בפרק ידיעות הטומאה ריב״ל מכוין להני קראי וגאני והיכי עביד הכי והאריב״ל אסור להתרפאות בדברי תורה להגן שאני ואלא כי קאמר אסור דאיכא מכה אסור ותו לא והתנן הלוחש על המכה אין לו חלק לעולם הבא הא איתמר עלה אמר ר׳ יוחנן ברוקק לפי שאין מזכירין שם שמים על הרקיקה והא דאמר בשילהי כמה אשה לאישתא צמירתא לימא וירא אליו מלאך ה׳ וגו׳ אלמא מותר להתרפאות בדברי תורה אישתא צמירתא חולה שיש בו סכנה הוא id eſt, *Simpliciter, ubi fit mentio nominis divini. Eſt tamen interdictum & quando nomen Dei non commemoratur, nec deſpuitur, ſicut eſt in capite II. cod. Schebuoth. R. Johannes filius Levi ordine recitabat iſtos verſus* carmen contra dæmonas & plagas, quod ex verbis certis Pſalmorum, 30. 91. 3. conſarcinatum in dedicatione ſancti, ut quum atrio urbive acceſſio adjecta eſſet, ſolebat cantari) *quando cubitum iret. Quid autem erat, cur ita faceret? quippe quum idem dixerit, nefas eſſe per verba legis ſanari. Aliud eſt, ſi quis illis adverſus incurſum dæmonum muniatur.* כדי שתגן עליו זכות קריאתו *ut eum protegat meritum recitationis.* Rambam. *At quod dicit vetitum eſſe, in vulnere nefas eſt, cæteroquin non. Accepimus enim: Qui admurmurat vulneri, non eſt ei ſors in futuro ſeculo. Quod ecce de vulnere dicitur. Ait R. Johannes: Miſna illa de illo capienda eſt, qui deſpuit.* (Hoc vult, opinor; iſta regula non omne genus vetiti, ſed tantum certum aliquod, cui pœna ſit exterminium, contineri) *Nam nomen Dei ad ſputi ejaculationem non memoratur. Quod autem in fine capitis VI. cod. Sabbath dicitur: Super febri ardente dicat:* צמירתא alias eſt *calculus* in Bava Mezia cap. VII. אישתא eſt *febris.* Aruch: אישתא צמירתא eſt קדחת שאוחזת שלשה ימים רצופין ואין נחלצת מן הכיני Haud ſcio annon voluerit καῦσον dicere. *Apparuit illi angelus Domini, &c. ex quo ſane apparet, licere verbis legis ſanari: alia ratio eſt. Nam talis morbus eſt, ut in periculum vitæ homines adducat.* Quod in vita pericula iſta certorum verborum admurmuratio permittitur, cordatiores Rabbini negant ideo fieri, quia putent in illis verbis vim ullam eſſe ad morbos ſanandos: quum lex ad animæ medicinam non corporis hominibus data ſit; ſed ut ægris, qui id fieri expetunt ob ſuperſtitionem, ſatisfiat, atque anxietas & ſollicitudo aliqua ex parte adimatur. *Maimonid. hilch. Avoda Sara, cap. 11.*

6. Tetragrammaton. Vide cl. v. d. S. AMAMÆ diſſertationem de Nomine יהוה, num. 38.

ב ג׳ מלכים וארבעה הדיוטות אין להן חלק לעה״ב ג׳ מלכים ירבעם אחאב ומנשה ר׳ יהודה אומר מנשה יש לו חלק לעה״ב שנ׳ ויתפלל אליו ויעתר לו וישמע תחנתו וישיבהו ירושלים למלכותו אמרו

a. (7) Tres reges & quatuor idiotæ vitæ æternæ exſortes erunt. Tres reges, Jeroboamus, Achabus, Manaſſes. R. Jehuda ait: Manaſſi erit ſors in futuro ſeculo. Q. D. 2. Paral. 33. 13. *Et ſupplex illi factus eſt, & exorari ſe paſſus eſt Deus, atque auſcultavit deprecationem ejus, reductumque Hieroſolymam reſtituit regno ſuo.* Reſponſum ei eſt: Reſtituit illum regno, ſed non vitæ

לו למלכותו השיבו ולא לחיי העוה״ב השיבו ארבעה הדיוטות בלעם ודואג ואחיתופל וגיחזי :

æternæ. Quatuor idiotæ: (8) Bileamus; Doëgus; Achithophel; Gechaſi.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה מלכים וארבע הדיוטות *Tres reges, & quatuor idiotæ,* etſi fuerint viri magni & docti, tamen ipſis non eſt mundi futuri pars, eo quod fides eorum non eſt perfecta; & quamvis Bileam fuerit e gentium tribu, & nos dixerimus Miſna antecedenti, *omni Iſraëlitæ pars eſt in futuro ſeculo?* res tamen Bileami meminit, quia ſtatuimus quod pii gentiles mundi futuri participes ſunt, ideo nos docet auctor quod Bileam non ſit e piis gentilibus quibus mundi futuri pars eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Auctor Miſnicus horum virorum mentionem fecit propter magnum illorum ſcientiæ gradum, ne quis de illis cogitaret quaſi ipſis deberetur mundi futuri felicitas, & propterea docet quod Legis fideique fundamenta perverterunt, & futuri mundi felicitate orbati ſunt. Bileami vero mentionem fecit, etſi non erat Iſraëlita, eo quod pii inter gentes quoque in mundo futuro beatitudinem conſequentur; at cum Bileamus erat ex impiis gentibus, ideo ei nulla pars eſſet mundi futuri.

COCCEJUS. §. 7. Non hi ſoli. Sed hi tanquam cæterorum exemplaria proponuntur.

8. Licet is Iſraëlita non fuerit. Nam חסידי אומות העולם *pii e gentibus* participes vitæ æternæ erunt, inquit Maimonides.

ג דור המבול אין להם חלק לעולם הבא ואין עומדין בדין שנאמ׳ לא ידון רוחי באדם לעולם דור הפלגה אין להם חלק לעולם הבא שנא׳ ויפץ ה׳ אותם משם על פני כל הארץ ויפץ ה׳ אותם בעולם הזה ומשם הפיצם היה בעולם הבא אנשי סדום אין להם חלק לעולם הבא שנאמ׳ ואנשי סדום רעים וחטאים לה׳ מאד רעים בעולם הזה וחטאים לעולם הבא אבל עומדין בדין רבי נחמיה אומר אלו ואלו אין עומדין בדין שנאמ׳ על כן לא יקומו רשעים במשפט זה דור המבול וחטאים בעדת צדיקים אלו אנשי סדום אמרו לו אינם עומדין בעדת צדיקים אבל עומדין בעדת רשעים דור המדבר אין להם חלק לעולם הבא ואין עומדין בדין שנאמ׳ במדבר הזה יתמו ושם ימותו דר״ע רבי אליעזר אומר עליהם הוא אומר אספו לי חסידי כורתי בריתי עלי זבח עדת קרח אינה עתידה לעלות שנאמ׳ ותכס עליהם הארץ בעולם הזה ויאבדו מתוך הקהל בעולם הבא דר״ע ר׳ אליעזר אומר עליהם הוא אומר ה׳ ממית ומחיה מוריד שאול ויעל עשרה שבטים אינן עתידין לחזור שני וישליכם אל ארץ אחרת כיום הזה מה היום הולך ואינו חוזר אף הם הולכים ואינם חוזרים דר״ע ר׳ אליעזר אומר מה היום מאפיל ומאיר אף עשרת השבטים שאפל להן כך עתיד להאיר להן :

3. Qui diluvio periêre, vitæ futuræ exſortes erunt. neque etiam (9) ſiſtentur judicio. Q. D. Gen. 6. 3. (10) *Non judicabit ſpiritus meus de homine in æternum.* Seculum diſſipationis exſors erit futuræ vitæ. Q. D. Gen. 11. 8. *Et diſpulit DOMINUS ipſos inde ſuper faciem omnis terræ. Et diſpulit illos Dominus,* id de hoc ſeculo: *inde diſpulit eos;* hoc de vita futura capiendum eſt. Viris Sodomæ nulla pars erit in vita æterna. Q. D. Gen. 13. 13. *Viri Sodomai erant mali & peccatores Domino valde.* Ex eo, quod mali & peccatores dicuntur, gemina ipſorum pœna tum in hoc, tum in futuro ſeculo, ſubintelligenda venit. Attamen (11) ſtant in judicio. R. Nehemias ait: neutri horum ſiſtuntur judicio. Q. D. Pſalm. 1. 5. *Propterea non ſtabunt impii in judicio:* hoc eſt ſeculum diluvii: *& peccatores in cœtu juſtorum:* hi ſunt Sodomæi. Reſponſum illi eſt: Non quidem ſtant inter juſtos, at ſtant tamen in cœtu improborum. Seculum, quod in deſerto periit, exſors erit vitæ futuræ, neque ſtabit in judicio. Q. D. Num. 14. 35. *In deſerto hoc abſumentur, atque ibi morientur.* V. R. Akibæ. R. Elieſer ait: De iis dicit: Pſal. 50. 5. *Congregate mihi pios meos, qui mecum pepigerunt fœdus ſuper ſacrificio.* Cœtus Corachi non emerget iterum: Q. D. Num. 16. 33. *Et cooperuit illos terra;* (ſcil. Ea temporalis pœna eſt) *perieruntque e medio cœtus* (Ea æterna pœna eſt) V. R. Akibæ. R. Elieſer ait: *DOMINUS occidit, & vivificat, detrudit in infernum, & educit.* Decem tribus non revertentur. Q. D. Deut. 29. 28. *Et abjecit eos Deus in terram aliam, ſicut dies hic.* Dies abit non redit: atque etiam illi abeunt, non redeunt. V. R. Akibæ. R. Elieſer ait: Velut dies inducit tenebras & viciſſim lucem: ita etiam decem tribus, quas modo caligo tenet, futurum eſt, ut luce nova colluſtrentur.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ידון רוחי באדם *Non litigabit ſpiritus meus cum homine,* quia non ſurgent in judicio, nec ſpiritu affecti erunt ad vivendum cum juſtis, quibus pars mundi futuri eſt. כורתי בריתי עלי זבח *Pangentes fœdus ſuper ſacrificio,* qui cum Deo creatore fœdus pepigerunt ſuper ſacrificiis & pacificis, uti ſcriptum eſt Exod. 24. 5. 7. Porro Miſna dicit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi aliquoties dixi quod omnis controverſia quæ inter Sapientes eſt, non ſit realis, ſed quod ea ſit tantum nuda ſententia de quadam re, & non ſit modus quo juxta unum eorum jus decidatur. Et hujus ſenſus mentio jam facta eſt in hoc tractatu, quia ſuperius tractavit auctor de iis qui a Synedrio morte affecti ſunt, vel mortis & exci-

cit, אין עתידין לחזור N *n redibunt*, ſcil. e loco in quem tranſmigrarunt; quod autem dicimus Jeremiam eos reduxiſſe & Joſiam fil. Ammonis in eos regnaſſe, non intelligendum eſt quaſi omnes rediiſſent, ſed pars eorum.

excidii condemnati ſunt, ideo te hoc loco docet, quod, ſi homo peccaverit, & mortis alicujus genere affectus ſit, non cogitabis ei non eſſe partem in mundo futuro, ſed contra; propterea hæc verba adjungit, *& hi ſunt quibus mundi futuri pars eſt* &c. & ad tractatus hujus ſcopum redit, quo oſtendat quinam ſint illi qui occiſi ſunt gladio, & quomodo occiſi ſint, uti ſequitur deinceps.

COCCEJUS § 9. Ultima quippe de his & peremtoria ſententia pronunciata eſt. Neceſſe igitur non eſt, ut judicio ſiſtantur, tanquam re adhuc integra.

10. In Caph nachath hæc habetur nota, לא דין ולא רוח שאין עומדין בדין ואין להם רוח לחיות עם הצדיקים id eſt, *nec judicium nec ſpiritus. Nam in judicio non ſtabunt & ſpiritus non erit illis, ut vivant cum juſtis.*

11. Fortaſſe enim per pœnas uſque ad יומא דדינא רבא diem magni judicii toleratas ſatisfactum erit pro peccatis ipſorum; ut jam in juſtorum ſortem tranſſcribi poſſint. Habent Judæi ſuum quoque Purgatorium.

ד אנשי עיר הנדחת אין להם חלק לעולם
הבא שנ' יצאו אנשים בני בליעל מקרבך וידיחו את
יושבי עירם ואינם נהרגין עד שיהו מדיחיה מאותה
העיר ומאותו השבט ועד שיודח רובה ועד שידיחוה
אנשים הדיחוה נשים או קטנים או שהודח
מיעוטה או שהיו מדיחיה מחוצה לה הרי אלו
כיחידים וצריכין שני עדים והתראה לכל א' וא' זה
חומר ביחידים מבמרובים שהיחידים בסקילה לפיכך
ממונם פלט והמרובים בסייף לפיכך ממונם אבד :

4. Cives urbis depulſæ carent ſorte futuri ſeculi. Q. D. Deut. 13. 33. *Exierint viri nequam e medio tui atque impulerint cives ſuos.* Non occiduntur, niſi ſi ſeductores ejus urbis ex illa orti ſint, & quidem eadem ex tribu, & plerique cives ad apoſtaſiam impulſi ſint, fecerintque id viri. Nam ſi fœminæ ſeduxerint, aut adoleſcentes; aut pars minor civium defecerit: aut ſi ſeductores extranei fuerint: tum privatis & ſingulis æquiparantur, requiunturque cum teſtes bini, tum præmonitio in ſingulis. Hoc gravius eſt in ſingulis quam in univerſitate: quod ſinguli lapidatione puniuntur, ideoque opes eorum evadunt: multi autem gladio, ideoque opes eorum pereunt.

R. OB. DE BARTENORA.

יצאו אנשים בני בליעל *Exierunt homines filii Belial*, filii qui non ſurgent in mortuorum reſurrectione, & detrudentur ut ii qui ad idololatriam ſeduxerunt. עד שיהיו מדיחיה מאותה העיר *Donec ſeductores fuerint ex iſta civitate*, uti ſcriptum eſt Deut. 13. 14. וידיחו את יושבי עירם ſeduxerunt igitur cives urbis ſuæ, non alius urbis. ומאותו השבט *Et ex eadem tribu*, uti ſcriptum eſt Deut. 13. 14. מקרבך *In medio tui* id eſt de eadem tribu. *Et donec maxima urbis pars ſeducta fuerit*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 13. 14 יושבי עירם Per *habitatores civitatis* intelligitur maxima populi multitudo. הרי אלו כיחידים *Hi ſunt ut privati*, ut privati aliqui idololatræ, & lapidationis condemnati ſunt, ſed bona eorum ſalvantur. וצריכין שני עדים *Et duo teſtes requiruntur*, cives urbis indigent duobus teſtibus & præmonitione pro unoquoque, nam propter illos Synedrio plures ſenatores addebant; & quiſquis idololatriæ ſerviverat duobus teſtibus id confirmantibus, & antea præmonitione facta, eum ſeparabant, donec animadvertiſſent an illi ſimul maximam populi multitudinem conficere poſſent, & tum eos ad Synedrium magnum mittebant, quod jus eorum pronunciabat, mortis gladio condemnabat, & bona confiſcabat; ac ſi comperiebatur quod maximam populi multitudinem non conficiebat iſte idololatrarum numerus, lapidationis condemnabat, & bona ſalvabantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si ii qui à Synedrio mortiſ ſint condemnati, fuerint privati aliqui, bona eorum cedunt hæredibus; at ſi multi fuerint, nimirum magna civium urbis idololatricæ multitudo, dicente Lege pereant omnia bona eorum.

ה הכה תכה את יושבי העיר וגו' החמרת
והגמלת העוברת ממקום למקום הרי אלו מצילין אותה
החרם אותה ואת כל אשר בה וגו' מכאן אמרו
נכסי צדיקים שבתוכה אובדין שבחוצה לה פליטין
ושל רשעים בין שבתוכה בין שבחוצה לה הרי
אלו אובדין :

5. *Cadendo cades incolas urbis illius*, &c. Ibid. verſ. 15. (12) Agaſonum & camelariorum turbæ, locum identidem mutantes, ipſam pœnæ eripiunt. *Devove illam, & quicquid in illa.* Hoc loco nititur id, quod ſtatuunt Sapientes: Opes juſtorum, quæ in illa ſunt, pereunt: quæ extra illam, evadunt: improborum a. ſive in illa, ſive extra illam reperiantur, pereunt.

R. OB. DE BARTENORA.

החמרת והגמלת *Aſinarii & camelarii*, intellige aſinariorum & camelariorum ſodalitium in urbe triginta dies commorantium, qui inter urbis habitatores recenſendi ſunt. אלו מצילין *Hi eripiendi ſunt*, ſi maxima civium pars ſit idololatrica, & minor pars non ſit idololatrica, & aſinarii aut camelarii qui non ſunt idololatræ, minorem partem effecerint, uſque dum ea ad maximam partem impleta fuerit, eripiendi ſint, ne eorum bona pereant, quia pœnæ idololatræ privati tantummodo ſunt ſubjecti. Sic etiam ſe res habet, quando illi urbem idololatricam perfecerint, & ſeducti fuerint ab illa ad maximam illius partem efficiendam; ſed hæc doctor Miſnicus non monuit, quia caſum in bonam partem dixiſſe ſufficiebat; vel propterea, quod hoc veri ſimilius putabat quod camelariorum & aſinariorum religio non ſolet convenire cum urbanis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per voces החמרת והגמלת *Aſinarios & camelarios* hic intelliguntur ii qui viatoribus in itinere præſidio adſunt, eo quod plerumque aſinis & camelis oneribus ferendis utuntur.

COCCEJUS. §. 12. Nam ſi triginta diebus ſubſiſtant illic, in habitatoribus cenſentur.

ו ואת כל שללה תקבוץ אל תוך רחובה אם אין לה רחוב עושין לה רחוב היתה רחובה חוצה לה כונסין אותה לתוכה ושרפת באש את העיר ואת כל שללה ולא שלל שמים מכאן אמרו ההקדשות שבה יפדו והתרומות ירקבו מעשר שני וכתבי קדש יגנזו כליל לה׳ אלהיך אמר ר״ש אמר הקדוש ברוך הוא אם אתם עושין דין בעיר הנדחת מעלה אני עליכם כאלו אתם מעלים עולה כליל לפני והיתה תל עולם לא תבנה עוד לא תעשה אפילו גנות ופרדסים דברי ר׳ יוסי הגלילי רבי עקיבא אומר לא תבנה עוד לכמו שהיתה אינה נבנית אבל נעשית גנות ופרדסים ולא ידבק בידך מאומה מן החרם שכל זמן שהרשעים בעולם חרון אף בעולם אבדו רשעים מן העולם נסתלק חרון אף מן העולם:

6. Omneque ſpolium ejus coacervabis in forum ejus. Si forum non habeat, faciunt ei forum. Si id extra eam ſit, quicquid in eo, intra urbem cogunt. Et exures igne urbem illam & omne ſpolium ejus: non autem ſpolium cœli, ſeu res ſacra. Hinc iſta ſanctio eſt: Res ſacræ quæ ſunt in illa, redimuntur; ablationes putreſcent: decimæ ſecundæ & ſcripta ſacra recondentur. Holocauſtum DOMINO Deo tuo. Ait R. Simeon: Sic dicit Deus: ſi jus feceritis in civitatem prolapſam ad idololatriam, id reputabo, quaſi holocauſtum mihi oblatum à vobis ſit. Eritque acervus æternus, non ædificabitur amplius, ne in hortos quidem & pomaria cedet. V. R. Joſæ Galilæi. R. Akiba ait: Non ædificabitur amplius ad priſtinam formam: at hortos & pomaria iſtic inſtitui licet. Neque hærebit in manu tua quicquam. Nam quamdiu improbi in mundo ſunt, iræ divinæ fervor mundo incumbit. His è medio ſublatis, fervor iræ divinæ ceſſat quoque.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה רחובה חוצה לה *Si platea ſit extra eam*, ſi locus ubi cives congregari ſolent, ſit extra urbem, congregant eos intra urbem, quia requiritur ut intra eam fiat platea. הקדשות שבתוכה יפדו *Res ſanctæ ſi in ea ſint*, *redimuntor*, & ne comburantor, verum ut cæteræ ſanctitates redimuntor. תרומות ירקבו *Oblationes primæ putreſcento*, in Gemara exponunt quod hæc de oblatione prima in poteſtate ſacerdotis intelligenda ſint, cujus bonum eſt, & in eam cadit hic prohibitio civitatis idololatricæ; attamen oblationes primæ non comburendæ ſunt ut ſpolia ſive ſupellectilia reliqua, ſed putreſcent; & ſi in poteſtate Iſraëlitæ ſint, ſunt bona Dei, & ſacerdoti alius civitatis dabuntur. *Decimæ ſecundæ*, etſi ad Iſraëlitam pertineant, quia eas comedere poteſt, tamen non comburentur, quia de illis in Lege dicitur vox קדש *ſanctitas*. *Non erant in ea horti*, *nec paradiſi*, quia vox עוד in Lege ita intelligenda ſit ut nihil amplius reſtet de eo quod antea fuit ex habitaculis; ſed hortos conſtruere licet; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרומות ירקבו *Oblationes primæ putreſcento*, ſi in ſacerdotis poteſtatem pervenerint, acquiſivit eas, eo quod ſunt bona ipſius; at ſi in poteſtate Iſraëlitæ ſint, dantor ſacerdoti alius urbis, eo quod Dei ſunt; deciſio eſt ſecundum R. Akiba.

Finis Tractatus de Synedrio Jeruſolymitano.

Tractatus

מסכת מכות

Tractatus de Pœnis.

פרק א כיצד העדים נעשים זוממין מעידין אנו באיש פלוני שהוא בן גרושה או בן חלוצה אין אומרין יעשה זה בן גרושה או בן חלוצה תחתיו אלא לוקה ארבעים מעידין אנו באיש פלוני שהוא חייב לגלות אין אומרין יגלה זה תחתיו אלא לוקה ארבעים מעידין אנו באיש פלוני שגירש את אשתו ולא נתן לה כתובתה והלא בין היום ובין למחר סופו ליתן לה כתובתה אלא אומדין כמה אדם רוצה ליתן בכתובתה של זו שאם נתאלמנה או נתגרשה ואם מתה ירשנה בעלה :

Cap. 1. Quomodo (1) teſtes (2) pro falſariis puniuntur? Si dicant; *Teſtamur adverſus* (3) *N. N. quod ſit* (4) *filius expulſæ, aut filius ejus matris, cui calceus traditus ſit*: non (5) ſtatuunt judices, ut (6) ille vel ille pro tali habeatur vice alterius, de quo teſtati erant falſo, ſed infligunt ipſis (7) XL. plagas. Si ſic; *Teſtamur de iſto, quod* (8) *exſilii pœnam demeritus ſit*: non jubent teſtem ipſum exſulare, ſed is XL. plagis cæditur. Si ſic; *Teſtamur de iſto, quod repudiaverit uxorem ſuam non rennumerata ipſi dote*: atque (9) annon ſive hodie, ſive cras tandem dabit ei dotem ſuam? Æſtimant, (10) quantum quis det pro dote ejus, ſi vidua fiat aut matrimonio exigatur; atque ſi diem obierit, maritus ejus adeat hæreditatem.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד העדים נעשים זוממין *Quomodo teſtes pro falſariis puniuntur?* vult dicere, teſtes quos deprehenderint falſarios, & in quibus confirmari non poterit id quod fratribus ſuis facere ſtuduerint, quomodo illi pro falſariis habeantur? reſp. ſi dicant, teſtamur N. Sacerdotem, quod ſit filius expulſæ, ſive quod mater ipſius coram nobis expulſa, antequam natus erat, idcirco prophanatus eſt. אין אומרין *Non dicimus*, ſi falſarii deprehenſi fuerint, atque ſacerdotes.

יעשה זה בן גרושה *Hic fiet repudiatæ filius*, in locum ipſius, ad confirmandum de eo id quod cogitavit fratri ſuo facere, eo quod Lex dicit Deut. 19. 19. ועשיתם לו כאשר זמם לו ipſi ergo & non ſemini illius ita facies; at ſi ipſum profanatum declaraverimus quoniam ſacerdos eſt, inde fiet ut ſemen illius in perpetuum illegitimum fiat; & ſi dixeris quod ipſum tantum, non ſemen illius reddamus illegitimum, hoc non eſt ſicuti cogitaverat facere fratri ſuo, quia is in animo habebat ipſum & ſemen ipſius illegitimum reddere. *Sed is cæditur quadraginta plagis*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 1. והצדיקו את הצדיק והרשיעו את הרשע ſed quare impium condemnant? an ideo quod ipſum impium declaraverint, cædetur plagis? non, ſed ſi teſtes qui juſtum condemnarunt, atque alii teſtes venerint & juſtum declaraverint eum qui ab initio erat juſtus, & hos impios declaraverint, tum dicitur illud, *& fiet ut impius plagis cædatur.* אין אומרין יגלה זה תחתיו *Non dicunt, hic exſulabit pro ipſo*, nam de eo qui inſciens aliquem occiderit, ſcriptum eſt Deut. 19. 5. הוא ינוס Is ergo fugiet, & non illius teſtes falſi. *Quod repudiaverit uxorem ſuam*, coram nobis, tali die, & is dixerit quod eam non repudiavit, eique non debet dotem matrimonialem. *Atqui non hodie ſive cras tandem dabit ei dotem ſuam?* vult, quid ei ſolvent? ſi dixerit quod tota dos ſolvenda ſit, annon fieri poteſt ut ille moriatur, vel uxorem repudiat hodie vel cras, & tandem ei det dotem, quomodo fiet ut ei nihil detractum ſit, vel perierit. *Æſtimant quantum quis det pro dote illius*, ex dubio nempe, ſi vidua facta ſit aut repudiata, recipiet dotem emtor, & ſi illa mortua fuerit, uxoris bona hæreditatis jure adibit maritus, & dotem quam dedit, emtor perdet, & hoc ſolvent teſtes marito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si teſtes declararemus profanos quia teſtantur de illo qui profanatus eſt, liberos ipſius declaraſſemus profanatos, & Lex dicit Deut. 19. 19. ועשיתם לו כאשר זמם ipſi ita facies, non ſemini ipſius. Sic etiam falſi teſtes non condemnati ſunt exterminii, quia ſcriptum eſt Deut. 19. 5. הוא ינוס אל אחת הערים is eo confugiet & vivet, non autem teſtes illius falſi; ſed flagellis cædendi ſunt, ſicuti dicitur Deut. 25. 5. Ex hoc verſu traditione colligimus, quod, ſi teſtes juſtum teſtimonio ſuo condemnaverint, & reum abſolverint, poſtea vero alii teſtes contra teſtati fuerint, malum flagellanteum qui condemnavit juſtum, & hoc eſt quod dicitur Deut. 25. 2. אם בן הכות הרשע nimirum, ſi res ob quam condemnati ſunt, talis fuerit ut teſtes eam implere non poſſint, de hujuſmodi monet locus Deut. 5. 20. לא תענה ברעך עד שקר & propterea ipſum flagellis afficiunt, ita exponit Gemara.

COCCEJUS. §. 1. Agitur hoc capite de pœna teſtimonium falſum dicentis. De ea generalis lex eſt: *Omnino facietis ei, quemadmodum molitus erat facere fratri ſuo.* Deut. XIX 19. Hæc talio, quamvis in aliis idem genus pœnæ & ſupplicii requirat, in quibuſdam tamen id non obſervatur, ut, qui dolo malo falſum teſtimonium in ſacerdotalem virginem dixerit, quod ſcortata ſit, non, ut illa, crematur, ſed, ut adulter, laqueo necatur. Fit etiam ut falſator fuſtigatione plectatur, licet is, cui crimen intenderat, ei ſupplicio non ſubjacuiſſet.

2. Ebr. *fiunt falſatores*, ſcilicet non argumento, aut ſententia, ſed pœna.

3. Qui quidem ex ſacerdotali gente ſit.

4. Præcipit lex, ne ſacerdotes filii Aharon (ſub quibus intelligunt Rabb. Levitas. *vide Sipra fol.* 46. *col.*4.) ducerent expulſam. *Levit.* XXI. 7. neque ſacerdos ſummus viduam. *ibid. verſ.* 14. utrumque ſub pœna plagarum XL. una minus. Expulſæ æquiparant Scribæ eam, quæ calceum detraxit leviro, quam forma paſſiva, ſignificatione activa, (quod inſolens non eſt) חלוצה appellitant. *vide paſſim in cod. Jebamoth, nominatim cap.* 2. §. 4. *Siphra fol.* 47. *cap.* 2. Idque ipſum ſanciunt pœna verberis, quod iis, qui decretis præſulum contraveniunt, ſolet irrogari, & מכת מרדות dicitur. *Maim. hilch. Iſſure biah. cap.* 17.

5. Quia illa pœna in poſteros ejus redundaret. Jam dicit lex: *Facietis EI.* Ipſi, non ſemini ipſius.

6. De teſtibus ſacerdotibus hoc quoque intelligendum eſt.

7. Numerus rotundus, pro XXXIX.

8. Quod imprudens quempiam occiderit.

9. Hoc vult; poſſe fieri, ut ille deinceps repudiet, aut moriatur, & reſtituenda ſit uxori dos, atque ita damnum non faciat ob illorum teſtimonium; ideoque puniendos falſos teſtes non videri.

10. Hic Gemara ſatis conciſe & obſcure: כיצד שמין אמר רב חסדא בבעל רב נתן בר אושעיא אומר באשה אמר רב פפא באשה ובכתובתה Quæ ut percipiantur, annotanda quædam ſunt. *Maim. hilch. Iſchuth. cap.* 16. Opes, quas affert mulier marito, ſive prædia ſint, ſive ruta cæſa ſeu mobilia, ſive ſervitia, licet dotali inſtrumento perſcripta ſint, di-

cuntur, non כתובה id eſt, dos, ſed נדוניא, quod ſi maritus in ſe receperit illorum bonorum evictionem (אחריות) in ipſius poteſtatem transferuntur, ipſiuſque emolumento vel damno augentur minuunturvè. Tum vocantur נכסי צאן ברזל, Si non receperit horum evictionem, manent in poteſtate mulieris, ipſique augentur & minuuntur. Tum dicuntur נכסי מלוג, Sub quo nomine veniunt & illa, quæ non intulit, atque in dotali inſtrumento perſcripta non ſunt, quæque hæreditate aut dono ad ipſam poſt initum matrimonium pervenerunt. Dotem uxor non niſi poſt mortem mariti ſub juramento, detracto cultu ejus, recipit; & quidem non ex fundo melioris notæ, quem vocant שדה עידית ſed ex deterrimo, quem vocant זיבורית: at, miſſo nuncio, ſine juramento. Illam receptionem vocant נכייתא: *Hæc Maim. d. l.* Jam liquida eſt R. Salomonis commentatio, quæ ſic habet: *Dotis jus dubium & incerti eventus eſt penes virum & uxorem. Hanc; ut ſi repudietur aut vidua fiat, omnem recipiat. Illum; ut, ſi uxori ſuperſtiti, hæres ſit. Melius autem eſt jus viri, quam mulieris.* חדא שהוא אוכל תמיד פירות הקרקע המיוחד לכתובתה ועוד שהוא מוחזק ועומד והיא כחסרא נכייתא *Primo, quod fructus prædii dotalis ſemper percipit. Deinde, quod vir in poſſeſſione eſt: mulier exactione opus habet. Vir igitur majori, quam illa vendet jus ſuum. Raf Chaſda ſentit id ſolvi à teſtibus, quanti jus mariti vendi poſſet: R. Nathan, quantum de dote ſupereſt, detracto eo precio, quo mulier uſumfructum* (טובת הנאה) *& jus ſuum venderet: R. Papa huic aſſentitur, niſi quod excipit peculium mulieris, quod* נכסי מלוג *Ebræis dicitur.* vide Bahal Aruch de hac voce. *Quanquam enim & quoad propria mulieris bona, quorum, illa viva & ſtante matrimonio, fructus percepturus, &, ipſa defuncta, hæreditatem aditurus fuiſſet, teſtimonio ſuo damnum ipſi allaturi fuiſſent: id tamen non tenentur penſare, quia de dote, non de peculio, teſtatos ſe, & an propria bona habuerit mulier, ignoraſſe, cauſari poſſunt.* Idem cenſet R. Aſcher de bonis, quorum evictionem in ſe recepit maritus נכסי צאן ברזל, Nec malè quadrat, quod ajunt, voluiſſe R. Chaſdam, in æſtimatione ſpectari mariti vivacitatem & mores; R. Nathan uxoris: R. Papam, & hoc & qualitatem dotis & dotalis prædii. Ut ut ſit, ſecundum R. Paſam eſt praxis. *Vide R. Salomonem & R. Aſcer & Maimon. hilch. Eduth. cap. XXI. in init.*

ב מעידין אנו באיש פלוני שהוא חייב לחבירו אלף זוז על מנת ליתנן לו מכאן ועד שלשים יום והוא אומר מכאן ועד עשר שנים אומדים כמה אדם רוצה ליתן ויהו בידו אלף זוז בין נותנן מכאן ועד שלשים יום בין נותנן מכאן ועד עשר שנים מעידין אנו באיש פלוני שחייב לחבירו מאתים זוז ונמצאו זוממין לוקין ומשלמין שלא השם המביאן לידי מכות מביאן לידי תשלומין דר"ם וח"א כל המשלם אינו לוקה:

2. Si ſic; *Teſtamur, iſtum debere alteri M. drachmas, hac lege, ut ſolvat eas ante tricesimum diem;* ille autem dicat, *abhinc decimo anno:* æſtimant (11) quantum quis det, ut ſint in manu ejus M. drachmæ, ſive eas reddat triceſimo die, ſive decimo anno. Si ſic; *Teſtamur, iſtum alteri debere CC. drachmas:* atque inveniantur mendaces, vapulant & ſolvunt. Neque enim quæ 12. cauſa illis flagra imponit, ad ſolutionem quoque obligat. verba R. Meir. At Sapientes ajunt: Qui ſolvit, non vapulat.

R. OB. DE BARTENORA.

Neque enim Lex eſt quæ ei flagra imponit & ad ſolutionem ſimul obligat, flagra imponit lex, quum dicit, *non dices falſum teſtimonium contra proximum tuum*; ſolutionem vero, quum dicit, *facietis ei ſicut machinatus fuerat.* Porro dicit auctor, *Sapientes ajunt, qui ſolvit, non vapulat*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 2. על רשעתו *Pro ſcelere ipſius*, ergo ob unum ſcelus & non ob plura condemnatus erit, & hoc eſt quod Sapientes dicunt, quod ſolvet & non vapulabit, ſed non dicunt quod vapulabit & non ſolvet, hinc infertur, quod omni in caſu in quo duæ res continentur, nempe, plagæ & ſolutio, non dicimus quod vapulabit & non ſimul ſolvet, ſed quod ſolvet & non vapulabit; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex eo quod dicitur quod is qui ſolverit, non cædetur plagis, & non, quod is qui plagis cæſus eſt, non ſolvet, exponetur tibi fundamentum a nobis conſtitutum, nimirum, quod, ſi quis peccatum commiſerit ob quod condemnatus eſt plagarum ab una parte, & ſolutionis pecuniæ ab altera parte, ſolvat, & non cædatur plagis; ſed hoc de teſtibus falſis tantum intelligendum eſt, & de eo qui proximo ſuo damnum intulit, ſicuti in tractatu Ketuboth expoſitum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

COCCEJUS. §. 11. Qui alteri mutuum dat ſine præfinitione temporis, quo reſtituat, ante triceſimum diem non poteſt. Nomen autem X. poſt anno ſolvendum, an à ſeptimo anno, qui *annus remiſſionis* dicitur, expungatur, diverſæ referuntur eorundem auctorum ſententiæ, affirmans & negans. Si dicamus remitti, teſtes falſos omnem ſummam læſo exſolvere oportebit. Scheblith cap. x. §. 2. Si tamen mutuum ſub pignore datum ſit, aut quis tabulas ſuas Senatui tradiderit, id debitum non tollitur. Atque etiam qui in X. annos crediderit, veriſimilius eſt, non aboleri id debitum per annum ſeptimum. Nam cui nec dum competit actio, is eam remittere non poteſt. Hoc igitur caſu æſtimatur, quanti interſit debitoris, ſi, quod X. anno pendendum erat, poſt XXX. diem cogatur ſolvere. Ea ſumma à teſtibus debitori ſolvitur. Sic explicat Maimonid. in hilch. Eduth. d. l. quanquam verba Miſnæ ſic ſonent, ut accipi poſſint de dubia die.

12. Pœna flagri ex illo: *Non dices in proximum tuum teſtimonium falſum.* Pœna ſolutionis ex illo: *Facietis ei, ſicut machinatus fuerat.*

ג מעידין אנו באיש פלוני שהוא חייב מלקות מ׳ ונמצאו זוממין לוקין שמונים משום לא תענה ברעך עד שקר ומשום ועשיתם לו כאשר זמם דר"ם וחכ"א אין לוקין אלא ארבעים משלשין בממון ואין משלשין במכות כיצד העידוהו שהוא חייב לחבירו ר׳ זוז ונמצאו זוממין משלשין ביניהם אבל אם העידוהו

3. Si; *Teſtamur, iſtum mereri xl. ictus flagri;* & comperiantur mendaces: octoginta plagas accipiunt: idque vi duplicis interdicti: Exod. 20. *Non dices in proximum tuum teſtimonium falſum:* &; Deut. 19. *Facies ipſi, ſicut machinabatur.* verba R. Meir. At Sapientes ajunt: Non (13) feriuntur niſi xl. ictibus. (14) Tripertitò pecunia ſolvenda ipſis injungitur, at non tripertito plagas dividunt. Quomodo? Si teſtentur, iſtum alteri debere CC. drachmas, inveniantur que mendaces, trientem quiſque ejus ſummæ ſolvit. Sed ſi, mereri

העדות שהוא חייב מלקות מ' ונמצאו זוממין כל אחד ואחד לוקה ארבעים :

reri plagas; deprehenſo ſcelere, quilibet XL. plagis mulcatur.

R. OB. DE BARTENORA.

Non dices in proximum tuum teſtimonium falſum, nam quando in teſtibus impleri nequit id quod facere cogitaverat, ut, quando teſtati ſunt quod filius repudiatæ erat, teſtes vapulabunt ex præcepto, *non dices teſtimonium* &c. hic autem ubi eſt præceptum non dices &c. & præceptum *facies ipſi ſicut machinabatur*, vapulabit octoginta plagis; deciſio non eſt juxta R. Meyr. *Tripartito pecuniam ſolvunt*, falſi teſtes qui ſolutionis condemnati ſunt, ſolvent pecuniam juxta teſtium numerum, & ſi tres fuerint teſtes iique falſarii, quilibet tertiam ſolvet pecuniæ partem quam ei perdere volebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משלשין בממון *Tripartito pecuniam ſolvunt*, juxta teſtium numerum computant iſtius pecuniæ ſolutionem, & poſtea unuſquiſque ſuam ſolvit partem. Lex vero dixit de iis qui mortis condemnati Num. 35. 31. אשר הוא רשע למות & de iis qui plagarum rei ſunt, dicit Deut. 25. 2. אם בין הכות הרשע hinc colligitur, quod, ſicuti unuſquiſque eorum occidendus ſit, ſic etiam quiſque eorum vapulabit quadraginta plagis; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

COCCEJUS. §. 13. Ratio horum eſt, Q.D. Deut. XXV. 2. *pro ſcelere ipſius*. non *pro ſceleribus*.

14. Si tres teſtes ſint: Nam quot teſtes ſint, in tot portiones multa ſolvenda dividitur.

ד אין העדים נעשים זוממין עד שיזומו את עצמן כיצד אמרו מעידין אנו באיש פלוני שהרג את הנפש אמרו להן היאך אתם מעידין שהרי נהרג זה או ההורג היה עמנו אותו היום במקום פלוני אין אלו זוממין אבל אמרו להם היאך אתם מעידין שהרי אתם הייתם עמנו אותו היום במקום פלוני הרי אלו זוממין ונהרגין על פיהם :

4. Teſtes ſceleris non damnantur, niſi ſi (15) ipſos ſe ſceleris aſtringant. Quomodo? ut ſi dixerint; *Teſtes nos ſumus, iſtum homicidium perpetraſſe*: iiſque objiciatur: *Quomodo vos poteſtis ejus rei teſtes eſſe, ſiquidem occiſus ille aut qui percuſſit illo die nobiſcum fuit in iſto loco?* hi non ſunt ſceleris rei. Sed ſi objectum ſit ipſis; *Quomodo poteſtis vos teſtes eſſe, quippe qui* (16) *nobiſcum fueris is illo die iſto in loco?* mendaces ſunt, & occiduntur juxta teſtimonium eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיזומו את עצמן *Donec ſeipſos ſceleris adſtringant*, quatenus ſeipſos falſarios arguant in ſuo caſu, non in caſu homicidæ, ſicuti impoſterum exponitur; & hoc colligimus e textu Deut. 19. 18. והנה עד שקר העד quamobrem requiritur ut falſitas comperiatur in ipſis perſonis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex Deut. 19. 18. והנה עד שקר העד dicit *teſtis falſus*, at non teſtimonium falſum, ad denotandum quod neceſſe eſt ut teſtimonium ſit ſuper ipſis teſtibus, non ſuper eo quod illi teſtati ſunt, nam hoc teſtimonium falſum eſt, & utriuſque verba rejiciuntur, perinde ac ſi omnino nulli eſſent teſtes. Quod auctor dicit, *& occiduntur ſecundum teſtimonium eorum*, vult, quod teſtes interficiendi ſint dicto illorum qui eos falſarios declaraverint, etſi duo ſint contra duos, quia teſtimonium hoc de ipſis teſtibus dictum eſt, & non de ipſa teſtimonii ſubſtantia, neque ad confirmandum neque ad deſtruendum, quia dicunt, nos ignoramus an hic occiderit, ſicuti vos dicitis, neque nobis de teſtimonio eorum quicquam conſtat. Sed nos teſtari poſſumus quod tali in loco nobiſcum fuiſtis, & eo die, ideo verbis eorum auſcultant, teſteſque occidunt.

COCCEJUS. §. 15. Animadvertendum eſt, quid interſit inter הכחשה & הזמה, de quo Maimonid. hilch. Eduth. cap. 18. ההכחשה בעדות עצמה ואת אומרת היה הדבר הזה וזאת אומרת לא היה הדבר הזה או יבא מכלל דבריהם שלא היה והזמה בעדים עצמן ואלו העדים שהזימום אינן יודעים אם נהיה הדבר או לא היה id eſt, *Hacchaſchah ſive contradictio eſt circa ipſum teſtimonium: ſi unum par teſtium dicat rem factam, alterum neget: aut ſi ex utrorumque verbis conſequatur, rem factam non eſſe. Haſſamah autem eſt ſive mendacii evictio, quum, quicquid de facto ipſo ſit, teſtes circa ſe ipſos mentiti probantur.* Hæc, niſi præſentibus prioribus teſtibus, non fit. Illa, & abſentibus. Adeo ut ſi ſecundi teſtes in abſentia priorum de ſcelere eorum teſtati ſint, atque antea moriantur, quam illi præſentes eſſe poſſint, non mendacii evictio, ſed contradictio habenda ſit. Quando teſtes ſibi contradicunt, teſtimonium rejicitur. Nam quo ſtandum ſit, haud apparet. Neque, ut in ſuffragiis, contradicentibus, multitudo ſequenda eſt: ſed omnes repellendi ſunt: Hæc Maimonides.

16. Gemara docet, *quod ſi qui teſtentur, in orientali plaga arcis homicidium a quoquam commiſſum eſſe, ipſique probentur tum temporis ad occidentem fuiſſe: ſi acies hominis ab orientali ejus parte ad occidentalem pertingere poſſit, non haberi pro falſariis: Item ſi qui teſtantes, mane primo hebdomadis Soræ cædem factam, probentur eodem die veſperi Nèerdæ fuiſſe, ſi quis Sora Neherdam a mane ad veſperam pervenire poſſit, non damnari. Item ſi primi teſtentur primo hebdomadis cædem factam; alii rurſus, eos hac die ſecum fuiſſe, cædemque poſtridie perpetratam; atque etiam ſi pridie Sabbati cædem factam doceant: priores morte multari.* דבעידנא דקא מסהד גברא לאו בר קטלא הוא *quia, quo tempore in reum teſtimonium dicebant, mortem non ſit commeritus. Ita in cæteris & in pecuniariis,* אי בעידנא דקא מסהדי גברא בר תשלומין הוא אין משלמין *ſi, quo tempore ajebant ipſum debitorem multæ factum eſſe; factus ſit, ipſi non multantur.*

ה באו אחרים והזימום באו אחרים והזימום אפילו מאה כולם יהרגו ר' יהודה אומר איסטסית היא זו אינה נהרגת אלא כת הראשונה בלבד :

5. Hos ſi alii convincant mendacii, atque illos viciſſim alii, licet centum ſint, omnes interficiendi ſunt. R. Jehuda ait: (17) Iniquum hoc quidem eſſet. Sed (18) non interficitur niſi prima manus teſtium duntaxat.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו מאה *Etſi centum ſint*, licet centum ſint catervæ idem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſitio hujus Miſnæ hæc eſt, ſi nonnulli teſtati fuerint quod

idem teſtimonium præbentes, & una caterva has omnes declaraverit falſarias, omnes occidendæ ſint catervæ. *R. Jehuda ait, iniquum hoc quidem eſſet*, vult, hæc caterva falſaria & perverſa eſt, quod illa conſilium cœpit falſarios declarare omnes illos qui hoc teſtimonium præbuerint; aliter, forſitan teſtimonium hoc frigidum eſt quia commaculat omnem qui id attigerit? idcirco prima teſtium caterva tantum occidenda ſit, nam R. Jehuda dicit, quod, poſtquam prima caterva falſa declarata fuit, jam non amplius recipiendum eſt teſtimonium catervæ ſecundæ quæ poſtea teſtatum advenerit, & ſi falſo teſtata fuerit, non occidenda ſit, quia de illa intelligendum ſit illud Deut. 19. 19. *facies ipſi ſicut machinatus fuerat*, nam dicto ipſius non occideremus ipſum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

quod Ruben occidit Simeonem, & poſtea venerit Kehat & Chuſim qui hos teſtes peregerint falſarios, tandemque alii advenerint atque idem quod primi, præbuerint teſtimonium, nempe quod Ruben occidit Simeonem. Kehat autem & Chuſim hos teſtes ſecundarios etiam falſarios peregerint, eodemque modo tertianos & quartanos, etiamſi mille acceſſerint, unus poſt alterum, omneſque idem teſtimonium præbuerint, ſed duo teſtes illos omnes falſarios declaraverint, tum omnes occidendi ſunt horum duorum teſtium dicto. R. Jehuda dicit per modum admirandi, הלא איסטסית היא *Nonne falſaria eſt hæc* ſcil. teſtium caterva? derivatur autem vox איסטסית ab איסטים quæ eſt tinctura qua colorem hyacinthinum tingunt, Arabice נלג; ac ſi diceret, quod teſtimonium eorum qui alios falſarios declararunt ſit inſtar tincturæ cujuſdam, quam, quiſquis eam attigerit, commaculatur, quemadmodum doctor dicit, quod quiſquis hoc teſtimonium dixerit, is occidetur, ſed caterva teſtium prima tantum occiditur, & non admittit teſtimonium eorum qui poſtea venerint; deciſio non eſt juxta R. Jehudam; nam ſi ſecundæ catervæ teſtimonium expoſitum fuerit, & nemo acceſſerit qui eos falſarios declaraverit, Ruben cum primis teſtibus falſariis occidendus fuiſſet. Sic etiam, ſi teſtes advenerint, qui Kehat & Chuſim peregerint falſarios: Ruben occidetur, Kehat, & Chuſim, primi vero teſtes liberabuntur, & hoc modo in cæteris facias conſequentiam.

COCCEJUS. §. 17. Vocis originariæ neque una eſt apud omnes ſcriptio, neque interpretatio. vid. Aruch & David de Pom. Maimonides ſcribit איסטסים & deducit ab איסטים, quod ſit *color Indicus*. Eſt ipſum *Iſatis*. *Videri rem hanc ſimilem cadabo pleno hujuſmodi liquore, quem quiſquis tangat, coloretur.* Aruch legit אכססים, atque hanc ait eſſe mentem, quod videantur conjuraſſe, ut, qui de homicidio iſto teſtimonium dicerent, eum falſi inſimulent. Eſt, opinor, Græcum ϛάσις. R. Alphes à סטה deducit, id eſt, *declinatio, perverſitas, pravitas.* Nam & alicubi אכססית ſcribitur.

18. *Non obtinet R. Jehudæ ſententia, ſed Sapientum. ita, ut ſi primi teſtes teſtati ſint, quod Ruben Simeonem occiderit: hoſque Levi & Dan fraudis inſimulaverint: itidem, ſi ſecundum tertiumve par teſtium conſenſerit in teſtimonio cum primis; atque hos quoque teſtentur Levi & Dan præſentes non fuiſſe, &c. ex horum teſtimonio omnes interficiantur. Quod vero ſi ſecundum par teſtium, quos audiendos negat R. Jehuda, non invenerit, qui mendacii evincant, recipitur teſtimonium; ſed cum homicida Rubene primi teſtes interficientur. aut ſi hi, qui primos teſtes doli mali inſimulabant, Levi & Dan, doli mali convincantur, ipſi hi cum homicida necantur.* Hæc Maimonides in Commentario. Quæ partim in Gemara exemplo firmantur. ההיא איתתא דאתאי כהדי ואישתקור אייתי סהדי ואישתקור אזלא אייתי כהדי אחריני דלא אישתקור אמר ריש לקיש הוחזקה זו אמר ליה ר' אליעזר אם היא הוחזקה כל ישראל מי הוחזקו, *Mulier citaverat teſtes. Hi falſi convincebantur. Iterum alios, qui & ipſi falſi criminatores habebant. Produxit tertios, quorum fidem nemo accuſaret. Reſch Lakiſch ait, ſatis argumenti eſſe*, quod ipſa teſtes conduxiſſet. *R. Eleaſer contra: Num ſi illa ſuſpecta eſt, Iſraël omnis ſuſpectus eſt?*

ו אין העדים זוממין נהרגין עד שיגמר הדין שהרי הצדוקין אומרים עד שיהרג שנ' נפש תחת נפש אמרו להם חכמים והלא כבר נאמר ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו והרי אחיו קיים אם כן למה נאמר נפש תחת נפש יכול משעה שקבלו עדותן יהרגו ת"ל נפש תחת נפש הא אינן נהרגין עד שיגמר הדין :

6. Teſtes mendaces non occiduntur, (19) niſi lata jam de reo ſententiâ. Nam quod Saducæi dicunt, niſi morte affectus ſit: Q. D. Exod. 21.23. *Anima pro anima*: reſponſum illis eſt à Sapientibus; Annon præceptum exſtat: Deut. 19. 19. *Et facies ipſi, quemadmodum machinatus fuerat facere fratri ſuo?* Scilicet (20) fratre ejus vivo. At ſi ita, quare dicitur: *Animam pro anima.* Fortean ex eo tempore, quo teſtimonium eorum receptum eſt? Nota dictum: *Animam pro anima.* En igitur non ſunt interficiendi, niſi perlatâ in reum mortis ſententiâ.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיגמר הדין *Donec ſententia lata ſit*, iſtius hominis qui condemnatus eſt, & occiſus dicto eorum qui poſtea declarati ſunt falſarii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si morte affectus ſit is contra quem teſtati fuerint, & poſt mortem ipſius teſtes falſarii declarati fuerint, non interficientur, uti dictum eſt, Deut. 19. 19. כאשר זמם לעשות לאחיו unde liquet quod frater in vivis eſt.

COCCEJUS. §. 19. Maim. hilch. Eduth. cap. XX. princ. *Falſi teſtes non occiduntur, nec vapulant, nec ſolvunt, niſi uterque aptus ſit ad teſtandum, uterque convincatur, & quidem judicata cauſa. Sed ſi unus convincatur, aut uterque ante conſummationem judicii, aut, licet judicata cauſa, ſi unus ſit propinquus aut rejectaneus; aut ſumto ſupplicio capitis de reo, non occidentur. At vero, verberibus punito reo, cæduntur & hi: pecunia privato, ea reſtituitur, hique damnum, quod incurriſſet, compenſant. Si teſtes ita continuaverint teſtimonium, ut ſalutis a diſcipulo dicendæ præceptori ſpacium non intercedat, pro uno jugo (כת) habentur: atque omnes convinci oportet. Sin; pro multis habentur paribus aut collegiis teſtium, quorum uno cadente, non cadit alterum: nec ad pœnam falſi irrogandam univerſorum convictio requiritur.*

20. Eo abripit Rabbinos ſtudium ἀνθολκῆς, ut, quia Saducæi, niſi interfecto reo, teſtem negant interfici poſſe, eorum odio, non niſi ſuperſtite reo plecti aſſerant. quaſi vero machinatio non fuerit, vel crimen non habeat, quando, quod machinati, obtinuerunt.

ז על פי שנים עדים או שלושה עדים יומת המת אם

7. Deut. 17. 6. *Ex ore* (21) *duorum aut trium teſtium in-*

אם מתקיימת העדות בשנים למה פרט הכתוב בשלשה אלא להקיש שלשה לשנים מה ג' מזמין את השנים אף שנים יזמו את השלשה ומנין אפילו מאה תלמוד לומר עדים ר"שא מה שנים אינן נהרגין עד שיהיו שנידם זוממין אף שלשה אינן נהרגין עד שיהו שלשתן זוממן ומנין אפילו מאה ת"ל עדים ר"עא לא בא השלישי אלא להחמיר עליו ולעשות דינו כיוצא באלו ואם כן ענש הכתוב לנטפל לעוברי עבירה כעוברי עבירה על אחת כמה וכמה ישלם שכר לנטפל לעושי מצוה כעושי מצוה :

interficiatur, qui mori meretur. Si ſtat duorum teſtimonium, quid opus erat Scripturam ſpeciatim ternos definire? Non aliam ob cauſam, niſi ut trium teſtificationem cum duorum ex æquo compararet. Nam uti tres convincunt binos, ita tres bini. Undenam, quod vel (22) centenos? Q. D. *Teſtes* infinitè. R. Simeon ait: Quid duo? non occiduntur, niſi uterque ſit ſcelere alligatus: ita nec tres, niſi univerſi ſceleris ſint convicti. Undenam, quod vel (23) centum? Q. D. *Teſtes*, infinitè. R. Akiba ait: Mentio tertii non fit, niſi ut æqualis pœna cum cæteris ipſi mentienti imponatur. Atque ſi quidem eadem pœna vindicat Scriptura in eum, qui complicem ſe facit aliis in patrando crimine, qua in auctores ipſos; quanto magis, qui factoribus legis agglutinatur, eandem cum illis mercedem reportabit?

R. OB. DE BARTENORA.

ומנין אפילו מאה *Undenam quod vel centenos?* quod ducenti falſarii declarari poſſunt, quando ſimul teſtantur. *Quid duo? non occiduntur, niſi uterque ſit ſceleris alligatus*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 19. 19. הנה עד שקר העד Dixit nonnemo, quocunque locorum dicatur עד *teſtes*, intelligendum eſt de duobus, niſi donec textus unum in ſpecie nominaverit.

עד שיהיו שלשתן זוממין *Donec omnes tres ſceleris convicti ſint*, hoc intelligendum eſt, ſi unuſquiſque teſtatus fuerit de quantitate verborum poſtquam ſua verba abſolverit. Verum ſi duo teſtati fuerint, & deinceps alii teſtati fuerint, duæ ſunt teſtium catervæ pro tota re. *R. Akiba dicit, mentio tertii non fit, niſi ad aggravandum de ipſo*, ne dicas, quandoquidem ſine tertio teſtimonium erat firmum, non pronunciabunt de ipſo ſententiam ſceleris, ideo Lex te docet quod is etiam multabitur. *Quanto magis, qui factoribus Legis agglutinatur, eandem cum illis mercedem reportabit?* nam retributio boni ſuperat mali retributionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus verborum R. Akibæ hic eſt, quod teſtimonium impletur duobus teſtibus, ſi vero illis adjungatur tertius, interficietur cum illis, ſi tres falſarios declaraverint, & ſi ille ſolus falſarius declaratus fuerit, non interficietur, neque condemnatus erit mortis niſi quod peccatoribus adjunctus ſit; verba R. Akibæ & R. Simeonis vera ſunt, & nemo eſt qui illis contradicat, & quilibet caſus eſt clarus. Quod autem dicimus quod omnes illi neceſſarii pronunciandi ſint, id intelligendum eſt ea conditione ut quiſque eorum teſtetur in medio verborum ſocii ſui, & in totum unum ſit teſtimonium, perinde ac ſi omnes teſtarentur unum idemque teſtimonium ſimul.

COCCEJUS. §. 21. Unus teſtis ad teſtimonii dictionem non admittitur: Maimon. hilch. Eduth. c. 5. niſi in Sota, id eſt, muliere adulterii rea, ne bibat aquas amaras, & in junice decollanda, ne id fiat. Cæterum unicus teſtis, qui quidem ad dicendum teſtimonium non ineptus ſit, eatenus in pecuniariis admittitur, ut is, in quem dicit, ad juramentum adigatur. Ideò עד אחד שיודע בחבירו עון דבר שאינו ראוי להשביעו לא יעיד עליו ואם העיד לוקה משום ואפיק שם ביש id eſt, *teſtis unicus ſi conſcius ſit alterius delicto, ſi id ad juramentum non obſtringat reum* (vid. Maimon. hilch. Tohen. cap. 5.) *ne proferat, ſi proferat, loris cæditor.* Huc pertinet, quod eſt in Peſachim cap. X. (En Iſraël fol. 95 col. 4.) *Tres odit Deus: qui aliud ore profert, aliud in corde gerit reconditum: qui conſcius teſtimonium detrectat dicere: tertium:* הרואה דבר ערוה בחבירו ומעיד בו יחידי *qui quum crimen viderit in proximo, ſolus teſtatur.* כי הא דטוביה חטא אתא זיגוד ואסהיד ביה קמיה דרב פפא נגדיה רב פפא אמר טוביה חטא וזיגוד מנגד א"ל אין אית לחוך קמסהדת ביה שם רע בעלמא קא מפקת עליה *Exemplo eſt, quod quum Tobias peccaſſet, venit Zigod, dixitque adverſus ipſum teſtimonium coram R. Papa. Is juſſit illum loris concidi. Tum ille: Tobias peccavit, & Zigod vapulabit? Sane quidem; inquit R. Papa. Nam quia ſolus teſtari auſus es, liquido diffamationis culpa teneris.* Hinc natum adagium, de quo vide Druſ. Adag. Ebr. dec. 5. ad. 2. Animadvertendum hac occaſione eſt in notis F. Junii b. m. ad Deut. 19. verſ. 16. not. 6. quod dicit: *Etſi in omnibus aliis cauſis minimum duo teſtes ex lege requiruntur: tamen in religionis negocio unus teſtis ad quæſtionem habendam ſufficit.* Si hoc vult; uno indice, inquiri de facto debere: & in aliis æque criminibus, ſi inquiſitio inſtitui poſſit, quod res pluribus præſentib. geſta ſit, dubium non eſt, quin debeat fieri. *Adeo vult Deus magiſtratibus conſervationem doctrinæ commendatam eſſe. Eſt autem appendix legis, quæ habetur ſupra* 17. 2. At vero quod lex cap. 17. verſ. 6. vetat quempiam ex unius teſtimonio interfici, id cum lege de puniendo falſorum deorum cultore ita connexum copulatumque eſt, ut ejus gratia maximè dici videatur. Quid, quod *Laanoth bo ſarah* cap. 19. v. 16. non eſt: *teſtificari apoſtaſiam*? Nam quid prohibet, omnem ἀνομίαν hoc nomine inſigniri? Aben Eſra, unde id D. Junius didiciſſe videtur, dicit: לענות בו סרה' כמו ע"ז id eſt, *ad teſtificandum adverſus ipſum defectionem: v. g. idololatriam.* Et quis ſcit, annon ille hoc voluerit. *Teſtem falſum aperte a Deo deſciſcere?* Nam ſane, quod ſciam, ענות עון או חטא באיש *de quopiam peccatum aut delictum reſpondere*, non dicitur: ſed ut verſ. 18. שקר ענה *mendacium reſpondit*, ita hic, *defectionem reſpondere*, de ipſo teſtimonio accipiemus. Adhæc, ſi maxime de religione ſermo ſit, unde colligetur, unum iſtic ſufficere teſtem? Non video. Accedit, quod de cauſis quibusvis, de quibus alter alterum in jus vocare poteſt, ſermo eſt. quod ex his verbis apparet: *Et ſtabunt viri, quibus lis, &c. verſ.* 17.

22. 23. Quando ſociant teſtimonium, ita ut pro uno teſtium jugo vel collegio vel grege aut manu habendi ſint. אמר רבא והוא שהעידו כולם בתוך כדי דיבור א"ל רב אחא מדפתי לרבינא מכדי תוך כדי דיבור היכי דמי כדי שאילת תלמיד לרב מאה טובא הוו אמר ליה כל חד וחד בתוך כדי דיבור של חבירו *ait Rabba: Hoc ipſum ſit, quando univerſi teſtantur intra id intervallum, quo quis ſermonem facere poſſit. Rabbina rogatus à R. Acha Daptenſi, ſpacium hoc cujuſmodi ſit? reſpondit: quod ſufficiat diſcipulo ad ſalutandum vel rogandum præceptorem. At, inquit, centum nimium multi ſunt. Quando, inquit ille, quiſque teſtificationem ſuam cum alterius continuat iſthoc temporis intervallo.* Ita pro uno teſtimonio habebitur, atque pœna falſi locum non habebit, niſi convictis omnibus, neque ſtabit tamen teſtificatio, deprehenſo uno falſatore vel propinquo, &c. Ni ita junxerint, poſteriorum teſtium integra eſt fides, deque primis convictis ſupplicium ſumi poteſt.

ח מה שנים נמצא א' מהן קרוב או פסול עדותן בטלה אף שלשה נמצא א' מהן קרוב או פסול עדותן בטלה מנין אפילו מאה ת"ל עדים אמר רבי יוסי בד"א בדיני נפשות אבל בדיני ממונות תתקיים העדות בשאר רבי אומר אחד דיני ממונות וא' דיני נפשות בזמן שהתרו בהן אבל בזמן שלא התרו בהן מה יעשו שני אחין שראו באחד שהרג את הנפש :

8. Quid bini ? Si reperiatur inter illos unus vel ob neceſſitudinem vel alia de ratione rejectaneus, fides teſtimonio non eſt : ita ſi inter tres eadem ratione. Undenam, ſi vel in (24) centum ? Q. D. *Teſtes.* Ait R. Joſe : Hoc de quo genere cauſarum dicitur? De capitalibus. At vero in pecuniariis judiciis teſtimonium per reliquos firmum erit. Rabbi ait : Par ratio eſt in capitalibus pecuniariiſque judiciis, dum præmonuerint illos. At ſiquando non præmonuerint illos, quid facient fratres duo, qui quem ſpectaverint homicidium committentem ?

R. OB. DE BARTENORA.

במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba* › *de capitalibus*, eo quod ſcriptum eſt Num. 35. 25. והצילו העדה Sed nos ſequimur abſolutionem. *Par ratio eſt in pecuniariis judiciis*, ubi teſtimonium quoque irritum eſt. *At ſi non præmonuerit illos*, loquitur de judiciis capitalibus, & vult, quando dicitur quod teſtimonium irritum ſit, hoc intelligendum eſſe quando propinquus aut illegitimus ſe adjunxerit ab initio, ut ſint ex iis qui præmonuerunt eum qui peccatum commiſit ; at ſi non præmonuerit ipſum, & non intenderit rei teſtimonium præbere, aliorum teſtimonium non eſt irritum propter hujus oſtenſionem, deciſio eſt juxta Rabbi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus verborum Rabbi hic eſt, ſi propinquus advenerit non ut de homine illo teſtaretur, ſed ut videret quid faceret, & neſciverit quod illic erat propinquus aliquis, viderit autem id quod vidit, teſtimonium duorum teſtium legitimorum ope, qui ſunt e teſtium numero, ſed cæterorum non habemus rationem ; deciſio eſt juxta Ribbi.

COCCEJUS. §. 24. Maimon. hilch. Eduth. cap. V. במה דברים אמורים בזמן שנתכונו כולן להעיד *De quo caſu hoc capiendum eſt? Quando omnes ad teſtimonium dicendum ſe comparaverunt.* Gem. fol. 6. pag. 1. Quare ſi multi teſtes in judicio producantur הכי אמרינן להו למיחזי אתיתו או לאסהודי אתיתו אי אמרי לאסהודי אתו נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטלה אי אמרי למיחזי מה יעשו שני אחין שראו באחד שהרג את הנפש *ſic dicimus ipſis : utrum ſpectandi gratia an teſtandi acceſſiſtis? Si dicant, animo teſtandi, ſi unus inventus ſit neceſſarius aut rejectaneus, nulla eſt teſtificatio. Si dixerint, ſpectandi gratia, quid facient duo fratres, qui una homicidii ſpectatores fuerint ?* Quod ſi nemo à teſtimonio rejici poſſit, ſive teſtandi ſive ſpectandi animo acceſſerint, ubi præceſſerit admonitio, fertur ſententia. *Vide Maimon. d. l. Plura, qui volet, leget apud R. Aſcher.*

ט היו שנים רואין אותו מחלון זה ושנים רואין אותו מחלון זה ואחד מתרה בו באמצע בזמן שמקצתן רואין אלו את אלו הרי אלו עדות אחת ואם לאו הרי אלו שתי עדיות לפיכך נמצאת אחת מהן זוממת הוא והן נהרגין והשנייה פטורה רבי יוסי אומר לעולם אינו נהרג עד שיהו פי שני עדיו מתרין בו שנ' על פי ב' עדים ד"א ע"פ ב' עדים שלא תהא סנהדרין שומעת מפי התורגמן :

9. Si (25) de diverſis bini ſpectarint feneſtris, aliuſque in medio præmonuerit ; quando ſe mutuo conſpexerint, una teſtificatio eſt ; ſin, duæ ſunt teſtificationes. Quare ſi unum par inveniatur mentitum eſſe, iſte præmonitor cum ipſis interficitur, alterum par impune eſt. R. Joſe ait : Nemo unquam interficitur, (26) niſi ore ſuo uterque teſtis admonuerit, Q. D. *Ex ore duorum teſtium.* Quod dicto & aliud quippiam innuitur, videlicet ne Senatus (27) per interpretem audiat teſtes.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחד המתרה בו באמצע *Aliuſque in medio præmonuerit*, is qui præmonuit, conjungitur cum caterva, nam is vidit eam, & ea vidit ipſum inter præmonendum ; idcirco, ſi ambæ catervæ eum viderint in duabus feneſtris, omnes inter ſe conjunguntur ad unum teſtimonium præbendum. *Iſte præmonitor cum ipſis interficitur*, iſte occidetur quia una adhuc ſocietas eſt, quæ nondum ſceleris convicta eſt, illi vero interficientur qui ſceleris convicti ſunt. *Ne Senatus per interpretem audiat teſtes*, nam requiritur ut teſtium ſermonem intelligant judices ipſi, non per interpretem ; & ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic qui præmonuit ipſum, quando vidit teſtes, adjunget ſe illis ; at ſi eos non vidit, non ſe adjunget illis ; propterea, quando is qui præmonuit, binos viderit teſtes in hac feneſtra, & binos in feneſtra alia, & ſic omnes viderint præmonitorem, illi ſe conjungant ad unum teſtimonium ; deciſio eſt juxta R. Joſen. Quod præterea auctor dicit, quod Senatus per interpretem non audiet, veriſſimum eſt & huic innitendum eſt.

COCCEJUS. §. 25. Si teſtes duo de diverſis feneſtris proſpectaverint, monitorque ipſos ſimul, aut hi monitorem viderint, ſociatur teſtimonium. Sin, eſt עדות מיוחדת *teſtimonium unius hominis.* Ita ſi unus poſt alium caput è feneſtra extulerit, & partem facti quiſque viderit, non recipitur teſtimonium. & ſim. quod ſi bini utraque feneſtra deſpexerint, quid ſtatuendum ſit, ex Miſna clarum eſt. *vide Maimon. d. tract. cap. IV.* ubi adſtruitur hæc generalis regula. עדי נפשות צריך שיהו שניהם רואים את העושה עבירה כאחד וצריכין להעיד כאחד ובבית דין אחד אבל דיני ממנות אין צריכין לכן *Teſtes rei capitalis oportet pariter facinus ſpectaſſe, pariter teſtari, coram eiſdem judicibus. Teſtes cauſa pecuniariæ nihil neceſſe eſt.*

26 Exciditur inimicus, ſi cædem fecerit : magus, veneficus & ſimil.

27. תנהו לעזו דאתו לקמיה דרבא אוקי רבא תורגמן בינייהו והיכי עביד הכי והתנן שלא תהא סנהדרין שומעת מפי התורגמן רבא מידע הוה ידע מה דקא אמרי ואהדורי הוא דלא הוה ידע Hoc vult, Rabbam quandoque jus reddentem barbaris interpretem appoſuiſſe ; non quod non intelligeret, ſed quia lingua ipſorum ipſis reſpondere nequiret.

י מי שנגמר דינו וברח ובא לפני אותו בית דין אין סותרין את דינו כל מקום שיעמדו שנים ויאמרו מעידים אנו באיש פלוני שנגמר דינו בבית דין של פלוני ופלוני עדיו הרי זה יהרג סנהדרין נוהגת בארץ ובחוצה לארץ סנהדרין ההורגת אחד בשבוע נקראת חבלנית ר' אלעזר בן עזריה אומר אחד לשבעים שנה ר"ט ור"עא אילו היינו בסנהדרין לא נהרג אדם מעולם רשב"גא אף הן מרבין שופכי דמים בישראל :

10\. Si quis confecto judicio aufugerit, reductus in idem judicium ſi ſit, non inſtauratur cauſa. Ubicunque duo exſtiterint, qui teſtari poſſint adverſus alterum, ejus cauſam iſtis judicibus, iſtis teſtibus, judicatam eſſe; occiditur. Synedrium (28) obtinet in terra ſancta, & extra ejus fines. Synedrium (29) ſi quem interficiat unum heptaëteride, vocatur perditorium. R. Elieſer filius Aſariæ ait: Si unum LXX. annis. R. Tarphon & R. Akiba ajunt: Si inter fuiſſemus nos Senatui, (30) nemo unquam homo interfectus fuiſſet. R. Simeon filius Gamalielis: Etiam (31) hi multiplicant homicidas in Iſraële.

R. OB. DE BARTENORA.

Synedrii ſenatoribus in terra Iſraëlis promotis de judiciis capitalibus judicandi poteſtas conceſſa eſt, tam in terra Iſraëlis quam extra eam, quamdiu Synedrium magnum ſedebat in conclavi Gazyth, uti ſcriptum eſt Deut. 17. 12. Eo igitur tempore quo ſacerdos in altare offerebat, judices erant qui de judiciis capitalibus judicabant, quo vero non erat ſacerdos, eo quoque non erat judex.

נקראת חבלנית *Vocatur perditorium*, quia requiritur ut in judiciis capitalibus ſint cauti & quærant abſolutionem. *Si nos interfuiſſemus Senatui, nemo unquam homo interfectus fuiſſet*, nam per teſtes inquiſiviſſent de rebus quas ignorabant, an talis homo eſſet homicida, dicendo, vidiſtiſne an diſcerptum aliquod occiderit, an vero ſanum hominem? Si dixeris, quod hominem ſanum occidit, forſan illic ubi eum percuſſit, foramen aliquod fuit. *R. Simeon filius Gamalielis dicit, etiam hi multiplicant in Iſraële homicidas*, atque hoc modo impii non conſumentur, & multum ſanguinis effundetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo tractatus Sanhedrin, quod promotio doctoratus ſolemnis in terra Iſraëlis tantum obtinet, & quod tali doctori liberum eſt judicare in terra Iſraëlis & extra eam in judiciis pœniſque capitalibus. Cæterum non judicant de pœnis capitalibus extra terram Iſraëlis, niſi eo ipſo tempore quo judicia capitalia in terra Iſraëlis pronunciant; nam non judicabant niſi dum Synedrium magnum erat in conclavi Gazyt, uti ſcriptum eſt Deut. 17. 12. לבלתי שמוע אל הכהן או אל השופט Dum ſacerdos erat qui dona in altare offerebat, judicium capitale vigebat, quum judices in conclavi Gazyth congregabantur, nimirum, in templo proprie. Cæterum quod diminuendæ mortis mentionem fecit, requiritur ut Senatores ſumma cum attentione aſſideant in judiciis, & ſi illa abſolvere nequeant, & teſtimonium confirmatum fuerit contra eum qui mortem meritus eſt, interficiendi ſunt, licet mille fuerint homines, quando hoc juxta Legem conſtiterit.

COCCEJUS. §. 28. Intra fines terræ ſanctæ in quoque diſtrictu & urbe conſtituuntur judices: extra eam non in quibuſvis municipiis, ſed tantum in eparchiis. *Sic Gem.* Promoti in terra ſancta agunt judicia civilia & criminalia extra terram, dum Synedrium eſt in terra Iſraël, atque etiam reſidet in templo. Hinc expulſo Senatu, ceſſent capitis judicia. Factum hoc XL. annis ante templi everſionem. De quo alibi. *vid. Maim. in comm. & hilch. Sanh. cap. XIV.*

29\. Ὑπερβολικώτερον hæc dicuntur, ſi non & ſtatuuntur. R. Moſes Maimonides certè quidem mollius interpretatur in hilch. Sanh. cap. XIV. צריכין בית דין להתיישב בדיני נפשות ולהמתין ולא יאוצו וכל בית דין שהרגו נפש בשבע שנים הרי אלו חבלנין אף על פי כן אם אירע להם להרוג בכל יום ויום הורגין *Neceſſe eſt, ut judices tergiverſentur & tardent in cauſis capitalibus, ne præcipitent ſententiam ferre, adeoque quod judicum collegium unum occiderit ſeptennio hominem, perditorium eſt. Nihilominus, quotieſcunque quis dignus morte invenietur, occidatur.* Scilicet *Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.*

30\. Ita quæſtionibus teſtes exagitaſſemus, ut conſtare non potuiſſent.

31\. Rectè. Nam ſi tanta impunitas ſcelerum foret, quis timeret ſibi à Senatus vindicta. quo pertinet R. Chaninæ vicarii Sacerdotum: Pirke Avoth. cap. III. §. 2. הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו *Ora pro ſalute regis. Nam abſque ejus terrore foret, alter alterum vivum devoraret.* In probos crudelis eſt, qui erga improbos mitis. *Nos barbari*, inquit Varro, *quod innocentes in gabalum ſuffigimus homines; vos non barbari, quod noxios abſolvitis?* Utrumque barbarum & immane; *utrumque Deus exſecratur, & qui abſolvit nocentem, & qui innocentem damnat.* Prov. 17. 15. De teſtibus hactenus ſparſim non pauca dicta ſunt: ad quæ, amice lector, hoc [illegible]μετρον, ex Maimonidæ tractatu, cui hilchos eduth ſive conſuetudines in teſtimonio dicundo, titulus eſt. 1. Teſtes non niſi præſente litigante audiuntur, niſi is æger ſit; aut iter ſit teſti atque reus citatus non compareat. *cap.* 3. 2. Teſtes oportet proprio ore teſtimonium dare in cauſis pœnalibus. Scripta teſtificatio in pecuniariis locum tantum habet. *cap. eod.* 3. Vir magnus in rebus vilibus & in minori judicio non tenetur teſtimonium dare. *cap.* 1. Sacerdos ſummus non niſi in regem & coram magno Synedrio teſtimonium dicit. *cap. eod.* 4. Cædes ſi ſit commiſſa inſpectantibus judicibus rei capitalis, hi non poſſunt ipſum morti addicere: ſed poſſunt coram aliis judicibus teſtari. quia dicit lex: *judicabit cœtus; & abſolvet cœtus. cap. 5. annotat. ad lit.* 1. Quare etiam ſi, quum ſententiæ judicum rogantur, omnes uno ore condemnent, neque ullus ſit, qui pro reo liberando quid afferat; liberatur. *hilch. Sanhed. cap.* 9. 5. Decem hominum genera à teſtimonio dicundo rejiciuntur: mulier, & qui dubii ſexus ſunt: ſervi & ſemiliberi: minor XIII. annis: delirus, ſtolidus, fatuus, inſanus; epilepticus (נכפה): חרש ſive is lingua, ſive auribus captus ſit: cæcus: ſceleratus, de quo ad Sanhed. cap. 3. §. III. not. 12. ultra eos, qui illic cenſentur, obſervandum eſt, non recipi teſtimonium eorum, qui in terra Iſraël alunt parvum pecus (מגדלי בהמה דקה) quale eſt grex capellarum. Numquid, quia *novella ſata carpendo corrumpunt, non minimum vites atque oleas; atque eius ſaliva fructibus venenum eſt?* Quare etiam legibus Colonicis cautum erat: *Colonus in agro ſurculario ne capra natum paſcat.* quod meminit Varro de re ruſtica lib. primo. Accenſetur עם הארץ id eſt, homo de fece plebis, qui nec credendorum nec jurium omninoque turpis & honeſti notitiam aut curam habet. cap. 11. Nam כל תלמיד חכם בחזקת כשר עד שיפסל כל עם הארץ בחזקת שהוא פסול עד שיוחזק שהוא הולך בדרכי הישרים id eſt, *omnis ſtudioſus legis præſumitur probus, donec contrarium probetur: omnis rupex præſumitur inteſtabilis, donec probetur mores honeſtos colere.* Octava claſſis eſt hominum contemtibilium, ut qui in publico fruſtum panis vorant, nudique opus faciunt; aut qui eleemoſynam ethnici palam percipit. His enim pudor non eſt. Nona neceſſariorum. Decima, quorum intereſt. Supervacuum eſt numerare proditores,

tores, ſectarios, atheos, apoſtatas. Nam hi quidem gentilibus inferiores ſunt. Gentes non מעלין nec מורידין id eſt, neque ſublimantur neque deprimuntur, ſed pro iis habentur, qui ſunt: atque etiam, qui inter ipſos probi exſiſtunt, futuri ſeculi erunt participes. At hi uſque deprimuntur, & futuræ vitæ exheredes ſunt. (*Hæc capitibus* 9 10. 11.) 6. Proſelyti non continentur בדין קרובים ſub jure neceſſariorum: adeoque gemini fratres, ſi proſelyti fiant, in ſe teſtimonium mutuo dicere poſſunt. *cap.* 13. 7. Cavendum ſedulo, nequis cum rejectaneis, maximè qui propter facinus arcentur, ad dictionem teſtimonii ſe ſiſtat. Nam & ipſi hoc ignominioſum erit, rejici cum aliis: & nocebit cauſæ. *cap.* 10. 8. Si quis, ſe à judiciis arceri, contendat, ei non creditur, niſi per duos alios id probetur. *cap.* 12. 9. Rejectanei per ſupplicium flagri, ſolutam mulctam ſeu damni compenſationem atque pœnitentiam integram & notoriam reſtituuntur. *cap. eod.* 10. Teſtis ſi neget ſibi conſtare, petente actore aut reo, jurat. (*eod. Schevuoth. cap* 4. §. 3.) 11. Codicilli ſic confirmantur; ſi judices teſtium ſcripturam agnoſcant, aut ſi teſtes coram judicibus ſignent, aut recognoſcant; aut, his defunctis, alii eſſe ſcripturam ipſorum teſtentur; (inter quos poſſunt eſſe fratres, liberi, diſcipuli. *cap.* 7.) aut id collatis aliis tabulis fiat manifeſtum. *cap.* 6 12. Falſi evictio fit ex circumſtantia temporis & loci potiſſimum, *cap.* 1. 13. Etiam in tabulis, ſi proſiteantur teſtes, ſe eo die & loco, qui in tabulis exſtat, ſignaſſe & deprehendantur alibi tum fuiſſe. Sin, non rejiciuntur tabulæ, ideo quia, qui dies in eis ſcriptus eſt, eo probentur abfuiſſe. v. g. Scriptum ſit in tabulis: Hieroſolymis Calendis Niſan. Probentur teſtes eo die fuiſſe Babylone: nihil refert. שאיפשר שכתבוהו ואיחרוהו וכשהיו בירושלים באי באדר כתב שטר זה שם ואיחרו זמנו וכתבו זמנו בניסן *Poteſt enim fieri, ut ſcripto codice, tempus addere diſtulerint: & præſentibus illis Hieroſolymis Calendis Adar ſcriptus ſit libellus, tempus autem poſt menſem domum additum. cap.* 19. Hoc variè variis de cauſis fieri poteſt, adeo ut teſtes ante diem ſuum obiiſſe aliquando deprehendantur. Pluribus hoc cur dicerem, lector, non parva cauſa erat. 14. Teſtes rei capitalis, ſi mendacium dixiſſe probentur, licet nondum de dolo malo coram convicti ſint, quamvis, quem occiſum dixerant, vivus ſanuſque compareat, non accipiunt plagas XL: ſed judices jubent ipſos feriri מכת מרדות verbere rebellionis (an caſtigationis? prout viſum fuerit. *cap.* 18. 15. Qui teſtes falſi pœnam luerunt, miſſis literis in omnibus judiciis annunciari oportet, ex lege Deut. 19. 20. *cap. eod.* 16. Teſtis officium eſt, ne latam ſententiam approbet: neque partium cauſam agat. Contingit hoc tamen in pecuniariis. *cap.* 5. 17. Damnatos capitis, teſtes interficiunt. 18 Homicidam, quem teſtes non interfecerint, quivis interficit. *bi'ch. Sanh. cap.* 13. 19. Qui damnatus vi reſiſtit, quo minus uſitatum ſupplicium de eo ſumatur, neque vinciri poſſit, teſtes quoquo modo poſſunt de medio tollunt. 20. Reliquum populum manus ei injicere fas non eſt. Si teſtes mutilaverit: liber abit. Si hi mutili fuerint ab initio, in eum populo omni jus eſt. *cap.* 14. *eod. tract.*

פרק ב אלו הן הגולין ההורג נפש בשגגה היה
מעגל במעגלה ונפלה עליו והרגתו היה משלשל
בחבית ונפלה עליו והרגתו היה יורד בסולם ונפל
עליו והרגו הרי זה גולה אבל אם היה מושך במעגלה
ונפלה עליו והרגתו היה דולה בחבית ונפסק החבל
ונפלה עליו והרגתו היה עולה בסולם ונפל עליו והרגו
הרי זה אינו גולה זה הכלל כל שבדרך ירידתו גולה
ושלא בדרך ירידתו אינו גולה נשמט הברזל מקתו
והרג רבי אומר אינו גולה וחכ"א גולה מן העץ המתבקע
רבי אומר גולה וחכמים אומרים אינו גולה:

Cap. 2. Hi exſulant. Qui quem (1) imprudens interfecerit. Si hoc (2) cylindrum impellente, is in quem ceciderit eumque exanimaverit: hoc dolium fune demittente, illud elapſum quem oppreſſerit: per gradus deſcendens, in quem irruerit, eique vitam ademerit, exſulat. Sed ſi, hoc cylindrum attrahente, is relapſus in quem ceciderit; hoc dolium fune ſurſum verſum trahente, id rupto fune, quem oppreſſerit; per gradus aſſcenſum moliens delapſuſque alium offenderit, mortemque ei intulerit, non exſulat. Summa; quod per deſcenſum factum eſt, ob id exſulat: quod non per deſcenſum, ob id non exſulat. Si ferrum ex (3) manubrio excuſſum quem interfecerit, Rabbi ait, (4) non exſulare: at Sapientes ajunt, exſulare. Si ferrum à ligno, dum finditur, repulſum ſit, Rabbi ait, exſulare, negant Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

מעגל Eſt lapis rotundus lævigatus, quem ſuper calcem vel lutum devolvunt ad complanandum foramina. היה משלשל בחבית *Si demitteret dolium fune*, ſi dolium deſuper demitteret, ſed ſi traheret ope cylindri ſurſum, & ceciderit alius in ipſum quo occidebatur, non exſulat. *Quod per deſcenſum factum eſt, ob id exſulat*, uti ſcriptum eſt Num. 35. 23 Requiritur ergo modus cadendi; Dicit vero auctor וכל *Et omnis*, idem eſſe jus etiamſi deſcenſus ſit in neceſſitatem aſcenſus. *Si ferrum e manubrio excuſſum ſit*, cui infixum eſt; *dicit non exſulabit*. Rabbi illud. Deut. 19. 5. exponit de ligno quod finditur, non de ligno cui ferrum infixum eſt. Sapientes autem putant מן העץ intelligendum eſſe de ligno cui ferrum infixum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes, nam lignum fiſſum eſt vires virium ipſius, id eſt ſecundæ vires, at propter vires virium ipſius non tenetur exſulare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעגל *Cylindrus*, eſt lapis lævigatus quo opifices ſuperficium lævigant donec ſplendeant; & quod auctor Miſnicus dicit, *quicquid per deſcenſum factum eſt, ob id exſulat*, tali ſenſu intelligendum eſt licet deſcenſus ſit in uſum aſcenſus, uti ſcriptum eſt Num. 35. 23. ויפול עליו וימות Rabbi dicit, id quod ſcriptum eſt Deut. 19. 5. ונשל הברזל מן העץ Intelligi quando lignum fiſſum eſt; Sapientes dicunt illud מעצו intelligendum eſſe de ligno quo operantur ope manus.

COCCEJUS. §. 1. Lex hac de re exſtat Exod. 21. 13. ואשר לא צדה והאלהים אנה לידו ושמתי לך מקום אשר ינוס שמה *Si quis tamen non quæſiverit, ſed Deus ipſe objecerit manui ejus; conſtituam tibi locum, quo ille confugiat.* Item Num. 35. verſ. 11 12. 13. 14. 15. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28 32. Deut. 18. à verſ. 2. ad 14. Ubi Scriptura variis vocabulis definit, in cujus gratiam conſtituendæ ſint ſint urbes receptus, Rabbini ſuo more per oppoſita, &c. id explicant, ut quum dicitur בשגגה *Per errorem*, vulgo accipi docet Gemara, פרט למזיד *ut opponatur, qui pervicaciter* cædem patraverit. Sed quia מזיד פשיטא בר קטלא הוא פרט לאומר *pervicax notorie reus mortis eſt*, malunt alii מותר *opponi eum, qui licitum cenſet.* Abhæus diverſus ab aliis abit, qui flagitium licere ſibi autumat, propiorem invito (לאנוס) quam pervicaci ſtatuens. Quum dicitur, בבלי דעת *ſine ſcientia*; excludi cenſent ſaltem cui aliter evenerit,

rit, atque intenderat: ut, qui, ictu in beſtiam directo, hominem offenderit. Ubi dicitur, בפתע *derepente*, accipiunt פרט לקרן זוית *ita ut excludatur is, qui cum cultro ex platea hac circa angulum domus dextrorſum vel ſiniſtrorſum pergens de improviſo in quempiam inciderit.* Ubi dicitur, בלא איבה *ſine ſimultate*; excipi inimicum. ubi, הדפו, *impulerit*: ſi corpore ſuo eum offenderit. השליך עליו *projecerit in eum*: includi demiſſionem, quæ ad ſublevationem neceſſaria eſt (ירידה שהיא צורך עלייה) ut lignicida corpus flectat in pronum, ut ſecurim fortiter ligno impingendam eò ſublimius efferat. בלא צדייה (quod deducunt à צד latus) excludi illum, cui ictus in hoc latus directus in alterum latus deferatur. לא צדה *non quæſiverit*; excludi, qui volens per duo cubita, per quatuor jactum impulerit. Vide Maim. hil. Rotſeach cap. VI. Quum cuipiam per ſcalam aſſcendenti gradus frangatur, deſcenſio ſit an aſſcenſio quærunt: & diſcrimen ſtatuunt, ſi אתליע à vermibus arroſus fuerit, aut דלא מיהדק qui non ſatis arctè aptatus fuerit. Item lanius (קצב) uitum demittens ſecurim ante ſe, an poſt ſe, an utroque modo, ſi quem læſerit, exſilium mereatur?

2. Olim planis (שוין) non, ut nos, declivib. ſeu faſtigiatis (משופעין) tectis utebantur. Ea luto incruſtabant. Id lapide terete in longitudinem aliquantulum porrecto æquabant. Ei lapidi erant anſulæ, quibus apprehenderetur. Sic Toſiphtha. Parum diſſident reliqui commentatores. Sunt enim, qui lignum eſſe dicunt. Sunt, qui tecta plana, ſed luto altius in medio accongeſto clivata paululum fuiſſe, ad aquæ defluxum.

3. Id eſt, בית יד שהוא תקוע בו q.d. *domus manus ſive manubrium, in quo ferrum fixum eſt.*

4. Quia in lege Deut. 19. 5. non manubrium (עץ המתבקע) intelligatur, ſed lignum, quod quis vult findere. dictumque alias fuiſſe, מעצו *à ligno ſuo*. Neque obſtare, quod verbum נשל communiter pronuncietur נשל, ut interſeratur inter primam & ſecundam literam הברה של אלף או של הא id eſt, vocalis A. Nam poſſe, ſcripturam ſequendo, legi נשל, Hoc volunt, quum dicunt, יש אם למסורת i.e. כמו שנמסר כתבת של תיבה למשה אנו צריכין לדורשה *Eſt mater Traditioni, id eſt, quemadmodum ſcriptura dictionis Moſi tradita eſt, ita opus eſt, nos illam explicare.* vide Bahal Aruc in אם, Confer Cappell. de antiq. punctorum l. 2. cap. 8. Sic R. Sol. Qui hic ſe opponunt Rabbi, dicunt יש אם למקרא, *Eſt mater lectioni* i. e. lectio recepta nobis attendenda eſt. Ita erit: *Dejecerit* (lignicida) *ferrum de ligno.* Secundum illum. *Elidatur ferrum à ligno.* Maimonides *in hilch. Rotſeach. extrem. cap. VI.* pronunciat, cui de manubrio ferrum delapſum ſit; ſi lignum fiſſum in alterum exſiluerit, non exſulare. quia id non ſit מכחו vi ipſius primò factum, ſed מכח כחו ex vi roboris ſui conſequenter. Quod declaratur in Gemara hoc exemplo: מאן דשדא פיסא לדיקלא ואתר תמרי ואזול תמרי וקטיל id eſt, עפר רגב גוש *ſi quis projiciat glebam in palmam, decutiatque dactylos, hique delapſi quem exanimens.*

ב הזורק אבן לרשות הרבים והרג הרי זה גולה
רבי אליעזר בן יעקב אומר אם משיצאתה האבן
מידו הוציא הלז את ראשו וקבלה הרי זה פטור זרק
את האבן לחצרו והרג אם יש רשות לניזק ליכנס
לשם גולה ואם לאו אינו גולה שנאמ׳ ואשר יבא
את רעהו ביער מה היער רשות לניזק ולמזיק
ליכנס לשם יצא חצר בעל הבית שאין רשות
לניזק ולמזיק ליכנס לשם אבא שאול אומר מה
חטבת עצים רשות יצא האב המכה את בנו והרב
הרודה את תלמידו ושליח ב״ד:

2. Qui lapidem in (5) publicum (6) projiciens quempiam occiderit, exſulat. R. Elieſer filius Jacobi ait: Si poſtquam lapis emiſſus è manu ipſius fuerit, alter capite prolato exceperit, liber eſt. Jactaverit lapidem in atrium ſuum, cædemque fecerit; ſi læſo eo intrandi (8) jus eſt, exſulat: ſin; non exſulat. Q. D. Deut. 19. 5. *Et qui cum altero in ſilvam ierit.* Nimirum ſilva publicus locus eſt, ut jus ſit lædenti & læſo in illam ingredi. Excipitur igitur atrium privatum, in quod intrandi jus alteri non eſt. Abba Saul ait: Quid lignicidium? Liberæ facultatis eſt. Non (9) tenentur igitur pater, qui ferit filium; magiſter, qui diſcipulum caſtigat; miniſter Senatus.

R. OB. DE BARTENORA.

זרק את האבן לרשות רבים *Si quis lapidem projecerit in locum publicum*, quamvis hoc ad petulantiam quam proxime accedat, quia cogitare debuiſſet quod in loco publico plerumque congregati ambulant homines; hic autem ſermo eſt de fimeto in loco publico extructo in uſum noctis, & non in uſum diei, contingere autem ſolet aliquando ut quis in eo ſedeat, & propterea exſulabit, quia non eſt prævaricator, neque in ipſo eſt omnimoda vis.

והוציא הלה ראשו וקבלה פטור *Et alter caput extulerit, ac receperit, liber eſt*, hinc excipitur is qui ſeipſum periculo exponit. אם יש רשות לניזק *Si ſit licentia ad evadendum*, ſi paterfamilias ei licentiam intrandi conceſſerit. מה חטבת עצים רשות *Quid lignicidium? Libræ facultatis eſt*, nam ſi voluerit intrare ut diſcindat, etſi voluerit, non intrabit. *Excipitur igitur pater qui ferit filium*, quia præceptum fecit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cogitare poſſemus quaſi hic actus nimis ſuperbus eſſet, quod projicit in locum públicúm, & propterea ipſum non exſulaturum, ideo nos docet auctor quod exſulabit, dummodo projecerit in locum ubi nemo eo tempore conſiſtere ſolet, niſi pro re nata; & propterea eum non ducimus ex arrogantia projeciſſe, ſed ipſi exſulandum eſſe. R Elieſer filius Jacobi dicit probatur ex eo quod ſcriptum eſt, Deut. 19. 5. ומצא את רעהו excludi eum qui ſe offert; deciſio eſt juxta R. Elieſer filium Jacobi, & juxta Aba.

COCCEJUS. §. 5. רשות eſt ἐξουσία, *facultas, poteſtas.* Eſt & proprietas, ſive quod in poteſtate cujuſquam eſt. Hinc רשות היחיד privata poſſeſſio. Vide Bahal Aruc. רשות הרבים locus publicus. Differt ab utroque כרמלית id eſt, locus nec plenè publicus, neque plenè privati dominii. ut; ארצטבא id eſt, *στοάς. vide cod. Sabb.*

6. Hoc qui faciat, poſſit videri non longè abeſſe ab eo, qui ſciens prudens delinquit. Veruntamen; ſi fecerit eó tempore & loco, ubi homines adeſſe non aſſolent, & forte fortuna quempiam læſerit, exſulat. *Maimonid.*

7. הלה & הלז & הלזה Rabbinis eſt: *Iſte.*

8. Impetratum à patrefamilias.

9. Quia in officio faciendo occupati fuerunt, ubi ſi quid præter ſpem & animi propoſitum evenerit, non imputatur.

ג האב גולה על ידי הבן והבן גולה ע״י האב הכל
גולין ע״י ישראל וישראל גולין על ידיהן חוץ מעל
ידי גר תושב וגר תושב אינו גולה אלא על ידי גר
תושב

3. Pater cauſa filii, filius cauſa patris exſulat, quilibet cauſa Iſraëlitæ, Iſraëlita cujuſvis cauſa; excepto (10) inquilino advena. Inquilinus non exſulat, (11) niſi inquilini cauſâ. Cœcus

תושב הסומא אינו גולה ד״ר יהודה ר״מ אומר גולה השונא אינו גולה ר׳ יוסי בר יהודה אומר השונא נהרג מפני שהוא כמועד ר׳ שמעון אומר יש שונא שאינו גולה כל שהוא יכול לומר לדעת הרג אינו גולה ושלא לדעת הרי זה גולה:

non exſulat. verba R. Jehudæ. at R. Meir contrarium cenſet. (12) Oſor non exſulat. R. Joſes filius R. Jehudæ ait: Oſor occiditur. Eſt enim, velut teſtato & evicto propoſito. R. Simeon: Eſt inimicus, qui non exſulat. De quocunque poteſt dici, quod ſciens occiderit, non exſulat. de quo non poteſt dici, quod ſciens; exſulat.

R. OB. DE BARTENORA.

האב גולה על ידי הבן *Pater exſulat propter filium*, niſi id fecerit Legis diſcendæ gratia, aut virtutis, aut officii. *Omnes exſulant propter Iſraëlitam*, etiam ſervus, aut idololatra gentilis. *Excepto inquilino advena*, nam ſi is ex errore Iſraëlitam occiderit, non exſulabit, ſed occidetur.

הסומא אינו גולה *Cæcus non exſulat*, quia ſcriptum eſt Num. 35. 23. בלא ראות quod cœcum excipit. *R. Meyr dicit, exſulabit*, quia putat illud dictum בלא ראות includere cœcum; deciſio non eſt juxta R. Meyr. השונא *Oſor*, eſt is quocum nemo loquitur tres dies propter odium; deciſio non eſt juxta R. Joſen, nec juxta R. Simeon, ſed quod oſor non interficietur, nec aufugiet, quia ſuſpicitur de induſtria ferme peccaſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si pater ceciderit filium ſine Legis diſciplina, & ſine bonis moribus, & ſine opere in illius ſuſtentationem, atque illum interſecerit, exſulabit; at ſi ceciderit eum ob ejuſmodi res neglectas, non exſulabit; & hæc ipſa conſideratio obtinet in magiſtro diſcipulum puniente, & in legato a Synedrio miſſo.

הכל גולין על ידי ישראל *Omnes exſulant propter Iſraëlitam*, hinc colligimus hoc quoque de gentilibus & ſervo intelligendum eſſe. חוץ גר תושב *excepto inquilino advena*, vult, quod inquilinus advena, ſi occiderit Iſraëlitam, non exſulabit, ſed interficietur. Verum ſi Iſraëlita occiderit inquilinum advenam, exulabit; Lex autem de eo qui imprudens aliquem occiderit, dicit בלא ראות, hinc R. Jehuda ſtatuit ei qui viſu præditus eſt, exulandum eſſe. R. Meyr vero putat quod exulare debet, etſi non polleat viſu; oſoris vero peccatum nimis magnum eſt quam ut exilio expiari poſſit, ideo non exulabit; deciſio non eſt juxta R. Simeonem, nec juxta R. Meyr, nec juxta R. Joſen filium R. Jehudæ.

COCCEJUS. 10. גר תושב. Eum ſic definit Maimonides *in bilch. Iſſure biah. cap. XIV.* וזה גר שקיבל עליו שלא יעבוד עבודה זרה עם שאר המצות שנצטוו בני נח ולא מל ולא טבל הרי זה מקבלין והוא מחסידי אומות העולם *Eſt Goi ſeu peregrinus, qui renunciavit idololatriæ, reliquaque præcepta filiorum Noæ in ſe recepit, quique nec circumciſus nec baptiſatus eſt. Hic recipitur; eſtque ex probis gentium mundi.* Dicitur תושב ſive *inquilinus*, quia non alia conditione licet illi habitare in terra Iſraël. Opponitur גר צדק q. d. *advena juſtitiæ qui per* מילה וטבילה *circumciſionem & baptiſmum* in populum Dei cooptatur.

11. Nam ſi Iſraëlitam occiderit, capite plectitur. *vide Maimon. bilch. Rozeach cap. V.*

12. Quo ſigno is agnoſcatur, docet Sanhed. cap. III. §. 5. nempe, qui cum altero ſimultatis cauſa tribus diebus verba non fecerit.

ד להיכן גולין לערי מקלט לשלש שבעבר הירדן ולשלש שבארץ כנען שני את ג׳ הערים. התנו ותומ׳ עד שלא נבחרו שלש שבא״י לא היו שלש שבעבר הירדן קולטות שני שש ערי מקלט תהיינה עד שיהו שלשתן קולטות כאחד:

4. Quorſum fugiunt exſules? Ad (13) urbes receptus tres ultra Jordanem; tres, quæ ſitæ ſunt in terra Canaan. Q. D. Num. 35. 14. *Tres urbes conſtitueris*, &c. Donec ternæ illæ in terra Iſraël delectæ non erant, ternæ illæ ultra Jordanem non recipiebant. Q. D. Ibid. v. 13. *Sex urbes receptus erunt.* Ex quo ternæ iſtæ conſtitutæ fuerunt, pariter recipiebant.

R. OB. DE BARTENORA.

לערי מקלט *Ad urbes receptus*, etiam quadraginta & duæ civitates Levitarum omnes recipiunt homicidam, verum ſex illæ civitates quarum in Miſna facta eſt mentio, ſemper in libertatem vendicant, tam cum qui ſciens quam qui inſciens eo aufugit; quadraginta vero & duæ civitates tantum liberant, ſi cum intentione libertatis obtinendæ eo aufugerit homicida, & liber eſt, ſi eum deprehendat ſanguinis redemptor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes quadraginta duæ civitates Levitarum etiam occiſoribus recipiendis deſtinatæ erant, niſi quod hæ ſex in Miſna memoratæ recipiebant tam eos qui de induſtria quam eos qui inſcii eo confugerant, & libertati eos reddebant ſi in aliquam ex illis perveniſſent, cogitando quod iſta recipiebat; at ſi non cogitaſſent quod recipiebat, non liberabatur, ſed redemtor ſanguinis eum illic occidere poterat.

COCCEJUS. §. 13. Omnes reliquæ civitates Levitarum, quæ XLII erant, occiſoribus receptui erant, item ut reliquæ VI. Cum hoc tamen diſcrimine; quod (1) cæteræ neſcios juris & qui non receptus & ſecuritatis cauſa eo venerant, non protegebant, ut VI. illæ eximiæ. (2) in aſylis peculiariter delectis mercedem commorationis percuſſor non ſolvebat: in reliquis vero eam patrifamilias pendere tenebatur. *Maimonid. hilch. Rothſeach. cap. VIII.* Tectum aræ (גג של מזבח) in templo (æde ſeculorum) quoque eſt receptui ſacerdoti, qui ſacris operatur, שהעבודה בידו *Idem d. l. c. v.* Conditio horum oppidorum ſic in Gemara declaratur *fol. 10. p. 1.* ערים הללו אין עושין אותן לא טירין קטנים ולא כרכים גדולים אלא עיירות בינתיות ואין מושיבין אותן אלא במקום מים ואם אין שם מים מביאין להם מים ואין מושיבין אותן אלא במקום שוקים ואין מושיבין אותן אלא במקום אוכלוסין נתמעטו אוכלוסיהן מוסיפין עליהן נתמעטו דיוריהן מביאין להם כהנים לוים וישראלים ואין מוכרין בהן לא כלי זיין ולא כלי צידה ד״ר נחמיה וחכמים מתירין ושוין שאין פורסין בתוכן מצודות ואין מפשילין חבלים כדי להיכם שלא תהא רגל גואל הדם מצויה שם id eſt, *Ad aſyla non deligunt caſtella neque urbes magnas, ſed oppida mediocria: conſtituuntur eadem non niſi locis aquoſis, aut quo aqua deduci poſſit, nec niſi ubi ſit copia rerum venalium; nec niſi populoſis. Si populus eorum habitatoreſque diminuantur, novi illo ex ſacerdotibus, Levitis, Iſraëlitiſque cæteris deducuntur. Non veneunt ibi arma aut venationis inſtrumenta, ex ſententia R. Nehemiæ; quod tamen Sapientes permittunt. In hoc tamen conſentiunt, neque retia iſtic expandi neque reſtes fieri, uti ne pes vin-*

vindicti eò acceſſum habeat. Cavet quoque Gemara (*fol: eod. pag.* 2. *fin.*) ne in aſylo plures ſint percuſſores, quam cives, neque deſit Senatus. *Maimon. d. tr. cap. VII.* De nominibus & diſpoſitione aſylorum habebis in Excerptis.

ה ומכוונות להן דרכים מזו לזו שני' תכין לך הדרך ושלשת' וגומ' ומוסרין לו שני ת'ח שמא יהרגנו בדרך וידברו אליו ר' מאיר אומר אף הוא מדבר על ידי עצמו שנ' וזה דבר הרוצח :

5. (24) Itinera expedita illis munita habebant, de hac urbe ad illam. Q. D. Deut. 19. 3. *Parato tibi viam ad eas, &c.* Duos illi adjungebant legis ſtudioſos; ne forte (vindex) in via ipſum occideret: ut cum ipſo loquerentur. (15) R. Meir: Ipſe quoque pro ſe verba faciebat. Q. D. Deut. 19. 4. *Atque hæc oratio homicidæ.*

R. OB. DE BARTENORA.

ומכוונות להן דרכים *Et vias illis præparabant*, nam vias ita muniebant ut per eas recta in urbes tendere poſſent, ne occiſor in via impediatur. In triviis ſcriptum erat מקלט *Evaſio*, ut cognoſceret viam occiſor & illuc converteret. וידברו אליו *Et loquebantur ad ipſum*, dicebant ſanguinis redemptori, *nolito redemptoris ſanguinis partes agere, ex errore accidit hoc ei infortunium.* אף הוא מדבר *Etiam ipſe loquitur*, non requiritur ut Sapientes pro ſanguinis redemptore loquantur, ſed ipſe pro ſe loquatur; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וידברו אליו *Ut cum ipſo loquerentur*, vult, quod ſanguinis redemptorem interrogabant an homicidam inveniſſet, & dicebant ipſi quod ex errore occiſus erat, & quod in pace occidere non licet, atque id genus alia ei dicebant ad iram redemtoris extinguendam. R. Meyr putat quod non opus ſit hæc dicere, ſed quod ipſe operam dabit ad ſe liberandum; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

COCCEJUS. §. 14. Lata ne minus XXXII. cubita. Hermæ (איסטליות στῦλοι, *ut eſt in Bammidb. rab. par.* 23.) in compitis erant, quibus inſcriptum erat, *Miclat*, id eſt, *Aſylum*, ut percuſſor ſciret, quà ſibi fugiendum eſſet. Vias oportebat à lamis, petris, eminentiis, immunes eſſe. Quotquot annis menſis Adar quintadecima emittebantur, qui eas hyemalibus corruptas imbribus, repararent; ponteſque, ſi flumina intercurrerent, labefactos aut excuſſos reſtituerent. *Maimon. d. tr. cap. VIII.*

15. Annectit Gemara: מאי לאו דמתחו ביה ואי קטיל בר קטלא הוא אלא כדתניא וידברו אליו דברים הראויים לו אומרים לו אל תנהג בו מנהג שופכי דמים בשגגה בא מעשה לידו, *quidnam? Non, ut monerent ipſum; quod, ſi hunc peremiſerit, capite pœnas daturus ſit: ſed, ut traditum eſt, loquentur cum illo, quæ ei apta ſunt: ut; Ne faciatis ut homicidæ; imprudens fecit.* Mitigare verbis debebant vindicis furorem. Nam ſanè poterat vindex illum inter viam, dum fugit, dum reducitur, dum remittitur, impunè interficere, ex plerorumque ſententia; quæ nititur hoc fundamento: quod illa verba, ולו אין משפט מות *Et ipſi non eſt judicium capitis*, ad vindicem; illa autem: כי לא שנא הוא וגו׳ *nam non oderat, &c.* Deut. 19. 6. ad principium verſus: *Ne perſequatur*, referenda ſint. Eam ſententiam probat Maimon. *d. tr. cap. V.*

ו ר' יוסי ב'ר יהודה אומר בתחלה אחד שוגג ואחד מזיד מקדימין לערי מקלט וב'ד שולחין ומביאין אותו משם מי שנתחייב מיתה בב'ד הרגוהו שלא נתחייב מיתה פטרוהו מי שנתחייב גלות מחזירין אותו למקומו שנ' והשיבו אותו העדה אל עיר מקלטו וגומ' אחד משוח בשמן המשחה ואחד המרובה בבגדים ואחד שעבר ממשיחתו רבי יהודה אומר אף משוח מלחמה מחזיר את הרוצח לפיכך אמותיהן של כהנים מספקות להן מחיה וכסות כדי שלא יתפללו על בניהן שימותו נגמר דינו ומת כהן גדול הרי זה אינו גולה אם עד שלא נגמר דינו מת כהן גדול ומנו אחר תחתיו ולאחר מכן נגמר דינו חוזר במיתתו של שני :

6. R. Joſes filius R. Jehudæ ait: olim ſive quis volens, ſive imprudens cædem feciſſet, ad urbem receptus antevertebat; & Senatus miſſis miniſteriis publicis eum inde retrahebat. Qui à Senatu ad mortem damnabatur, occidebatur; qui non condemnaretur, liber dimittebatur; qui exſilium mereri judicabatur, in locum priſtinum deportabatur. Q. D. Num. 35. 25. *Et remittet eum cœtus ad urbem receptus ejus, &c.* Æquali jure Sacerdos (16) unctus oleo unctionis, & (17) cultu ſacerdotali inveſtitus, & (18) qui abiit miniſterio ſacerdotali, atque, ex ſententia R. Jehudæ, etiam qui (19) belli cauſa unctus eſt, (morte ſua) reſtituunt homicidas. Propterea matres ſacerdotum victum atque amictum illis ſufficiunt, ne filiorum ſuorum mortem precibus accelerarent. Si conſummato homicidæ judicio Sacerdos moriatur, (20) non exſulat. Sin vero ante cauſæ deciſionem is decedat, ſurrogatoque in ipſius locum alio, cauſa finiatur, hujus morte poſtliminio in patriam reſtituitur.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחד המרובה בגדים *Sive veſtibus multiplicatus*, nam poſtquam oleum unctionis abſconditum fuit, non initiabatur pontifex maximus niſi octo veſtimentis indutus eſſet. ואחד שעבר ממשיחתו *Sive abierit ex unctione ſua*, ſi pontifici maximo acciderit immunditiea die expiationis, & alium in locum ipſius ſubſtituerint; homicida autem in priſtinum ſtatum revertatur dummodo alteruter mortuus ſit ſacerdos, etſi unus in vivis ſit, quia Num. 35. ter dicitur כהן גדול *Sacerdos magnus.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כהן שעבר כמשיחתו *Sacerdos qui abiit ex unctione ſua*, talis eſt cui macula aliqua contigit, vel pontifex maximus cui immunditiea aliqua accidit die expiationis. Lex autem ter de eo qui aliquem occiderit, dicit, כהן גדול Cæterum R. Jehuda dicit quod de ſacerdote ad bellum uncto etiam intelligi debet homicidam poſt obitum ipſius liberum eſſe, quia de ipſo dicitur illud Num. 35. 25. Verum Sapientes

ר'

hunc

ר' יהודה אומר אף משוח מלחמה *R. Jehuda dicit, etiam is qui unctus eſt in bellum*, quia verſu triceſimo ſecundo ſcriptum eſt לשוב לשבת בארץ עד מות הכהן Sapientes ita non exponunt quia non extat in hoc verſu כהן גדול *Pontifex maximus*; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Ne filiorum ſuorum mortem precibus accelerarent*, & illi prævaricati erant, quia miſericordiam Dei non implorare debuiſſent in liberos ſuos, ne quid illis contingeret infauſti. *Si conſummato homicidæ judicio*, nam ſi poſtquam judicium homicidæ conſummatum fuiſſet, exſulaturus eſſet, cenſetur perinde ac ſi exſulaſſet. hunc verſum non de ſacerdote ad bellum uncto intelligi volunt, quia de ipſo non dicitur *ſacerdos magnus*. Si vero unus ex illis mortuus fuerit, redeat homicida, licet alter in vivis ſit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. §. 16. Ita ἐχρίσθησαν omnes ſummi Sacerdotes uſque ad Joſiæ tempora, ſub quo oleum unctionis abſconditum eſt.

17. Qui inde à temporibus Joſiæ miniſtrarunt, non unctione, ſed cultu ſacerdotali, qui erat in octo partibus, initiabantur atque dignoſcebantur. de quibus vide Exod. cap. XXIIX. & XXXIX.

18. Cui vitium accidit: aut qui vicem Sacerdotis impurati obierat, eoque ſanato in ordinem ſuum rediit.

19. Ut militum animos ad fortitudinem & alacritatem verbis accendat: & ſi quæ alia negocia in expeditione ſacerdotis præſentiam requirant, ea procuret.

20. Quia non exſilium, ſed mors Sacerdotis expiat cædem. Sententia hæc eſt Abhæi. *fol. 11. pag. 2.*

ז נגמר דינו בלא כ"ג ההורג כ"ג וכ"ג שהרג אינו יוצא משם לעולם ואינו יוצא לא לעדות מצוה ולא לעדות ממון ולא לעדות נפשות ואפילו ישראל צריכים לו ואפילו שר צבא ישראל כיואב בן צרויה אינו יוצא משם לעולם שנ' אשר נס שמה שם הוא דירתו שם הוא מיתתו שם הוא קבורתו כשם שהעיר קולטת כך תחומה קולט רוצח שיצא חוץ לתחום ומצאו גואל הדם רבי יוסי הגלילי אומר מצוה ביד גואל הדם ורשות ביד כל אדם ר' עקיבא אומר רשות ביד גואל הדם וכל אדם אין חייבין עליו אילן שהוא עומד בתוך התחום ונופו נוטה חוץ לתחום או עומד חוץ לתחום ונופו נוטה לתוך התחום הכל הולך אחר הנוף הרג באותה העיר גולה משכונה לשכונה ובן לוי גולה מעיר לעיר:

7. Qui in interregno damnatus ſit, aut Sacerdotem ſummum occiderit, aut ipſe Sacerdos ſummus, ſi cædem patraverit, numquam egreditur aſylo: non ad teſtificationem (21) præcepti, aut rei pecuniariæ vel capitalis, etiamſi populus Iſraël ipſius ope indigeat, v. g. ſi vel exercitus imperator ſit, ut Joab filius Tſeruja, non abit inde. Q. D. Ibid. *Quo confugit.* Ibi erit ipſius commoratio, ibi obitus, ibi ſepultura. Sicut urbs, ita territorium ejus recipit. Homicida ſi limitibus urbis (22) egreſſus ſit, deprehenderitque eum (23) vindex ſanguinis, R. Joſe Galilæus ait: Præceptum eſt in manu vindicis; facultas in manu cujuſvis. R. Akiva: Facultas eſt penes vindicem, cæteri non tenentur ad pœnam illius nomine. Arbor ſi ſita ſit intra urbis fines, ramis extra illos prominentibus (ſub ramis tutus eſt): aut extra fines, ramis intra illos exſtantibus, ſtirps ramos ſequitur. Si in ea ipſa urbe cædem fecerit, ex vico in vicum tranſit: at Levita de urbe in urbem.

R. OB. DE BARTENORA.

בלא כהן גדול *Sine Pontifice maximo*, quando nullus exiſtit pontifex maximus. לא לעדות מצוה *non ad teſtificationem præcepti*, ut ad teſtificationem novilunii. וכל אדם *& omnis homo*, præter ſanguinis redemptorem, quia enim ipſum occidit extra urbem receptus ſui, non tenetur propter ipſum quem occidit, uti ſcriptum eſt Num. 35. 27. אין לו דם Sanguinis vero redemptori licet ipſum occidere; deciſio eſt juxta R. Akibam. Sed hæc ita intelligenda ſunt ſi de induſtria exierit, verum ſi inſciens exierit, occidetur quiſquis eum occiderit. הכל הולך אחר הנוף *in omnibus ſequimur ſitum rami*, in Gemara exponunt legendum eſſe אף אחר הנוף *Etiam poſt ramum*, nam ſi ramus ſit intra terminum, & ramus ſe extendat extra terminum, quia ſi ſub ramum intraverit, liberatus eſt, quoniam arboris radix continetur intra terminum, & propterea de ramo judicamus juxta radicis ſitum. Verum ſi radix ipſius ſit extra terminum, & ramus intra eundem, tum, ſicuti ſub ramo eum occidere nequit, ſic etiam in radice eum occidere nequit, quia de radice judicamus ſecundum ramum, ad aggravandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt ſecundum R. Akibam, quando exierit ex urbe receptus ſui de induſtria, at ſi inſciens exierit, occidetur quiſquis eum occiderit, הכל הולך אחר הנוף *In omnibus ſequimur ramum*, Gemara hæc verba inſtituit, & exponit quod ſitum rami quoque ſequi debemus hoc in caſu, nimirum, ſi radix illius intra terminum ſit, & ramus extra terminum ſe extendat, tum, quoniam homicida intravit ſub ramum ipſius, liberatus eſt, quia radix ipſius intra terminum eſt, & propterea ramus illius quoque liberat. Pariter ſi radix ipſius fuerit extra terminum, & ramus intra, liberat.

COCCEJUS. § 21. Ut de viſa ſuo tempore, id eſt nocte XXX. nova Luna.

22. Per contumaciam. *Gem. fol. 12. pag. 1.*

23. גואל הדם *vindex ſanguinis*, is eſt, definiente Maimonide, כל הראוי לירושה id eſt, *quicunque (occiſi) hæreditatem poteſt adire.* Ex lege tenetur is in homicidam vindicare. Gem. fol. 12. Nepos patris ſui percuſſorem avum ulciſcitur. Ubi non eſt hæres qui vindicet, aut ſi vindici voluntas & animus vel facultas deſit interfectorem perſequendi, Senatus ab illo ſupplicium ſumit. Nec Senatui, nec Vindici lytrum ab homicida, ne moriatur, nevè exſulet, accipere licet. Num. XXXV. 31. 32. Neque enim vita interemti eſt poſſeſſio Senatus aut illius hominis. ſed Dei; qui ejus interfectionem vult ſanguine percuſſoris lui. *Maimon. ſæpe laudato tract. cap. 1.* Occidit vindex, in quos Senatui jus ſupplicii non eſt. ut ſi in cæde verſetur lata culpa, aut tanta inconſiderantia & temeritas, ut propior ſit voluntario homicidæ, quam invito: item ſi cædis ſit unicus teſtis, neque adfuerit, qui præmonitione ſua à facinore abſterreret, ſi inciderit in manus vindicis, impune de medio tollitur. Quare huic cura & cautela adhibenda eſt, ut ejus manus evadat. *Ibid. cap. VI.*

ח רוצח שגלה לעיר מקלטו ורצו אנשי העיר
לכבדו יאמר להן רוצח אני אמרו לו אף על פי כן
יקבל מהן שנאמ' וזה דבר הרוצח מעלים היו שכר
ללוים דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר לא היו מעלים
להן שכר וחוזר לשררה שהיה בה דברי רבי מאיר ר'
יהודה אומר לא היה חוזר לשררה שהיה בה :

8. Homicida, qui confugit ad aſylum, ſi incolæ eum honore volent afficere, dicet illis: (24) *Homicida ego ſum.* Si illi contra; *Nihilo minus*: recipiat. Q. D. *Atque hæc oratio homicidæ.* Mercedem (25) Levitæ conferebant: verba R. Jehudæ. R. Meir ait: Non afferebant ſecum mercedem Levitæ. In dignitatem priſtinam (26) reſtituebatur. verba R. Meir. Negat R. Jehuda.

R. OB. DE BARTENORA.

מעלים היו שכר ללוים *Mercedem Levitæ conferebant*, in quadraginta & duabus urbibus etiam occiſorem liberantibus, mercedem poſſeſſori tribuebat pro conductione domus in qua habitabat. R. *Meyr dicit, n n afferebant mercedem*, ſed deciſio non eſt juxta R. Meyr. Verum hæc intelligenda ſunt de quadraginta duabus urbibus, at de ſex urbibus receptus omnes conveniunt quod poſſeſſori domus non ſit tribuenda merces. R. Jehuda dicit quod in priſtinam dignitatem non reſtituebatur, eo quod ſcriptum eſt Levit. 25 41. ושב אל משפחתו ואל אחוזת אבותיו ישוב Verum occiſor ad familiam ſuam quidem revertetur, ſed non ad dignitatem quam poſſederunt patres ipſius; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia eſt de quadraginta duabus urbibus, ſed non de quinque urbibus receptus, in quibus habitabant abſque mercede conductionis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam in duabus ſententiis.

COCCEJUS. §. 24. Neminem honores indebitos ſibi arrogare, vel oblatos admittere æquum eſt. Quo pertinet illud veluti proverbio ab Ebræis uſurpatum *ex codice Schebiith cap. ult.* חדא וחכים בחד כבלא ומוקרין ליה בגין הדין צריך למימר בחד כבלא אנא חכים id eſt, *Is, qui unum caput juris didicit, ſi honore afficiatur propter duo, unum ſe ſcire, profiteri debet.*

25. Habitationis. Utrum de 6. Aſylis eximiis, an de 42. reliquis Levitarum oppidis diſſenſio ſit in Miſna, dubitant Doctores Talmudici. Alimoniam ſervo in exſilium miſſo, (nam hoc quoque ad rem pertinet) definit Maimonides, non præberi ab hero: ſervum tamen hero acquirere. *d. tract. cap. VII.*

26 Ad eorum, qui negant, ſententiam accedit Maimon. *ibid.*

פרק ג ואלו הן הלוקין הבא על אחותו ועל
אחות אביו ועל אחות אמו ועל אחות אשתו
ועל אשת אחיו ועל אשת אחי אביו ועל הנדה
אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט
ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לנתין ולממזר
אלמנה וגרושה חייבין עליה משום שני שמות
גרושה וחלוצה אינו חייב אלא משום אחד
בלבד :

Cap 3. (1) Hi (2) vapulant. Qui concumbit cum ſorore ſua, Lev. 18. 9. 11. & 20. 17. vel amita, ibid. 18. 12. 13. & c. 20. 19. vel matertera, vel ſorore uxoris, ibid. 18. 18. vel glore, v. 16. & c 2. 21. vel uxore patrui, c. 18. 14. & 20 20. vel cum menſtruata: c. 18. 19. vel cum vidua, ſi ſit ſacerdos ſummus; c. 21. 14. vel cum repudiata & cui calceus traditus eſt, ſi ſit ſacerdos gregarius; ibid. v. 7. vel cum ſpuria & Nethinæi generis, ſi ſit Iſraëlita; Deut. 23. 2. Lev. 19. 20. vel cum Iſraëlitide, ſi ſit ſpurius vel Nethinæus. Ob viduam & eandem repudiatam tenentur duplici (3) nomine: ob repudiatam eandemque à leviro rejectam non tenentur niſi unico duntaxat nomine.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו הן לוקין *Et hi vapulent*, non tantum hi, nam multos omiſit qui flagellandi ſunt, ſed locutus eſt auctor de eo qui excidendus eſt, ut eo nos doceret quod etiam vapulant ii qui condemnati ſunt excidii. Et præterea de vidua & repudiata locutus eſt, ut nos doceret quod ob viduam & repudiatam condemnati ſint ex duobus præceptis; & deinde de re illibata & decimis primis, a quibus nondum ablatæ ſunt primitiæ, quia de illis in Lege non clare extat præmonitio, item de rebus ſanctis nondum redemptis. Quia autem de rebus ſanctis ſive conſecratis locutus eſt, idcirco etiam de decimis ſecundis loquitur, quia is qui ob utrumque tenetur flagellis, ob redemptionis defectum tenetur; & ſic in plurimis eſt aliquid novi. *Nethinæa* e Gibeonitarum genere, & pœna flagellationis propter Nethineam ſtatuitur ex præcepto Legis, quod extat Deut. 7. 3. לא תתחתן בם.

אלמנה וגרושה *Vidua & repudiata*, quæ vidua facta fuerit ex alio marito, & deinde repudiata, ob talem tenentur duplici flagellatione ex duobus præceptis, quæ ambo in Lege expoſita ſunt cum præmonitione. גרושה וחלוצה *Repudiata & ea quæ calceum exuit*, propter has non tenetur ex duobus præceptis, quia illa quæ calceum exuit, non memoratur, ſed nos elicimus eam ex auxeſi quadam uti Sapientes dicunt, de repudiata tantum ſermo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſario tibi intelligenda ſunt hæc fundamenta quæ tibi in hoc loco dicam cujuſmodi ſunt, quod omnes qui excitionis condemnati ſunt duntaxat, aut mortis per manum Dei, ſi condemnatio illa fiat ex præcepto negativo, teſtimonio & præmonitione antea adhibita, cædendi ſint, & poſtquam pœnitentiam egerint, liberati ſunt ab excidio; qui vero excidii condemnati ſint, ii omnes in Lege memorantur. Qui mortis a Deo infligendæ condemnati ſunt, ii partim quoque in Lege clare indigitantur; ſed nos omnium eorum jam mentionem fecimus in tractatu Sanhedrin capite nono. Et in ſimilibus caſibus dicimus, quod nemo condemnatus eſt duarum pœnarum ſimul, ut, ſi flagellatus fuerit, non mulctabitur pœna excidii neque mortis a Deo infligendæ. Notum eſt quod Lex tota continet mandata & admonitiones, ſed mandata eadem ſunt cum præceptis affirmativis, & admonitiones eædem cum præceptis negativis. Phraſeologiæ autem in Lege occurrentes de admonitionibus quæ eadem ſunt cum præceptis negatis, quatuor ſunt, ut, לא, אל, השמר, פן; dixerunt Sapientes noſtri, quoties dicatur, השמר, פן, אל, negativum tantum continetur præceptum; iſta autem præcepta negativa in prima diviſione dividuntur in quatuor partes, ſub prima parte continentur ii qui excidii condemnati ſunt; ſub ſecunda parte ii qui mortis condemnati ſunt a Deo in-

mo ſit, unde elicimus eam quæ calceum exuit? reſp. ex eo quod dicit והאשה *Et mulier.*

inſligendæ; & jam diximus quod hi duo flagellatione tenentur. Sub tertia parte continentur ii qui mortis a Senatu inſligendæ condemnati ſunt, quia nobis fundamentum eſt quod majori pœna afficientur. Sub quarta parte continentur ii qui ex præceptis negativis condemnati ſunt, cujuſmodi ſunt ea in quibus præmonitio tantum occurrit, & in hac parte ſunt præmonitiones ob quas flagellatione tenentur, ut & aliæ admonitiones ob quas nemo flagellatione tenetur, ſi eas tranſgreſſus ſit, etſi actum commiſerit in quo peccatum continetur; at Deus ipſum punit in eo quod is novit. Intelligas vero ea ob quæ condemnati ſunt flagellationis, vel non condemnati, hoc ſenſu; omnia præcepta negativa in Lege occurrentia in ſeptem partes dividuntur, propter ſex nemo flagellatione tenetur, ſed propter unam tantum. Quando autem hic loquor de præceptis negativis, intelligo אזהרות *admonitiones*, ſive in quatuor phraſibus ſupra memoratis, ſive in admonitione quæ a præcepto affirmativo infertur. Sub prima parte continetur negativum ex admonitione de morte Synedrii latum, aut ex admonitione de excidio, propter quod non tenentur flagellatione, ut, *ne quis ducat patris ſui uxorem*, &, *ne meretrix ſit inter filios Iſraelis*; & quemadmodum dicitur Exod. 20. 3. לא יהיה לך אלהים אחרים atque id genus alia. Nam præceptum negativum procedit ex admonitione ſuper illo fundamento, quo ſtatuimus quod Lex neminem mortis vel excidii condemnat niſi donec in illo caſu præceptum negativum contineatur expreſſum, & hoc eſt quod Sapientes dicunt, Scriptura non injungit pœnam niſi prius admonuerit. & propterea nos nullam injungimus pœnam, niſi poſt admonitionem. Sub parte ſecunda continetur præceptum negativum quod ſi quis tranſgreſſus fuerit ad ſolvendum, non flagellabitur ob idipſum, ut, *non furaberis*, *non falſo ages cum proximo tuo*, *non rapies*, *& quando proximo tuo vendideris*, *vel ab ipſo emeris*, *non affliges ipſum*, quiſquis enim hoc negativum tranſgreſſus fuerit, tenetur ſolvere nummos. Sub tertia parte comprehenditur negativum in quo non eſt actus, ut, *ne agas detrectatorem in populo tuo*, *ne maledicas ſurdo*, *neque opprimes virum cum proximo ſuo*, ſcilicet in verborum fallaciis, & id genus alia; ob omne negativum in quo non continetur actus, non tenentur flagellatione, excepto eo qui juraverit, commutaverit, & maledixerit proximo ſuo per nomen Domini, his tribus exceptis non vapulabunt ob hoc præceptum negativum. R. in Toſaphta ad Berachot dicitur, omne præceptum negativum in quo continetur actus, obligat ad quadraginta plagas, & cætera omnia Legis præcepta continentur ſub admonitionibus, & ſi quis ea trangreſſus fuerit, perinde fecit ac ſi regis alicujus mandatum trangreſſus ſit. Hinc tibi conſtare poteſt differentia de qua multis in locis ſermo eſt, ſcilicet, quando dicitur לוקה, *vapulabit*, aut, כופג את הארבעים *Adjicietur quadraginta*, & quando dicitur הרי אלו באזהרה *En hæc ſunt in admonitione*, ſcito hoc & in memoria habeto. Sub quarta parte continetur negativum quod tranſit in affirmativum, ob hoc non tenentur flagellatione, niſi affirmativum quod in eo eſt, non impletum ſit, ſicuti Lex dicit Deut. 22. 6. לא תקח האם על הבנים quod negativum eſt; ſi vero quis matrem una cum liberis ſumpſerit, dicit ibidem, שלח תשלח את האם Et hoc affirmativum eſt præceptum, &, ſi matrem dimiſerit, non tenetur flagellatione, propterea non tenetur flagellatione ſi matrem pulloſque ſimul ſumſerit, quia matrem dimittere poteſt, & hoc modo affirmativum implebit. Si vero pullos ſumpſerit dum moriebatur eorum mater, vel eam necaverit alius quiſpiam, & is præceptum affirmativum implere non poterit, tum tenetur flagellatione; & quanto magis ſi ipſe interfecerit matrem, aut eam mactaverit, irritum reddidit præceptum affirmativum ut juxta omnium ſententiam ſine dubio condemnatus ſit. Similiter, ſi Lex dicat, *non demetes agri tui angulum*, *& vineam tuam non racemabis*, *& uvas deciduas non colliges*; at ſi quis hæc tranſgreſſus fuerit, & fecerit, dicit ei Lex, *pauperi & peregrino relinques*, nimirum poſtquam meſſem coëgit, relinquet hæc: Porro dicit Lex, *ſi agri tui manipulum oblitus fueris*, *non redibis illum recollectum*, *peregrino*, *orphano*, *& viduæ cedet*; & deinceps; *non intrabis domum illius ad pignus ſumendum*, *reddendo reddes ei pignus*, *quando ſol occiderit*, *ei reddes*, quorum omnium jus ſe habet ut illius præcepti quod nidi dimiſſionem præcipit. Sub quinta parte continetur negativum quod procedit ex affirmativo, ſicuti Lex dicit de ſummo pontifice Levit. 21. 11. והוא אשה בבתוליה יקח quæ verba docent quod prohibitum ſit ipſi a viro compreſſam ducere in uxorem, nam cum dictum ſit de ipſo, *non ducet*, ideo ſi tranſgreſſus ſit, & compreſſam duxerit, non vapulabit, quaſi viduam aut repudiatam duxerit, vel meretricem, aut profanatam. Sic etiam id quod Lex de Ægyptio & Idumæo dicit Deut. 23. 9. *liberi ipſis in tertia generatione domum venient in congregationem Domini.* Hinc colligimus quod prima & ſecunda generatio non veniet in congregationem, at ſi tranſgreſſa ſit, tamen non vapulabit, quia de negativo non expreſſe dictum eſt, ſicuti dictum eſt Deut. 23. 4. *Non veniet ſpurius*, *nec Ammonita*, *nec Moabita.* Sub ſexta parte continetur negativum illud generale, *non vapulabunt*, eſtque negativum quod non clare traditum eſt, ſed quod ex alio colligitur, ſicuti Sapientes dicunt multis in locis, non clare expreſſum eſt ſed ex conſequentiis colligendum eſt, & ex hoc genere eſt illud Levit. 23. 14. ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו ſi vero quis comederit קלי *toſtum*, non bis vapulat, ſemel ob hoc præceptum *panem non comedes*, & ſemel ob illud *toſtum non comedes.* Sic etiam, ſi comederit כרמל *ſpicam virentem*, & tranſgreſſus fuerit præceptum illud *non comedetis ſpicam virentem.* Eodemque modo neque Nazyræus, ſi comederit acinorum nucleos vel eorum cutem, (vide Num. 6. 4.) non bis vapulabit ob unum præceptum quod clare exprimitur, & ob alterum quod verſus quarti membrum ſecundum eſt, *de nulla re quæ fit e vite vinifera*, *vel ipſis nucleis acinorum & cute comedito.* Nam quod de cute dicit, non eſt negativum generale. Verum ſi Lex expreſſe dixiſſet, de omni eo quod fit e vite vini non comedet, ab acinorum nucleis uſque ad cutem eorum non comedet, condemnatus fuiſſet duplicis flagellationis ob eſum acinorum nucleorum, & eodem modo ob cutem; & ob uvas virentes, & ob uvas ſiccas, ob unumquemque duplicis flagellationis. Cæterum quoniam propter præceptum negativum generale, non vapulant, idcirco non propter quodlibet verbum. Sed propter unum negativum tenetur; propterea id quod ſcriptum eſt Exod. 12. 9. אל תאכלו ממנו נא ובשל מבושל perinde eſt ac ſi dixiſſet, non comedes de illo niſi elixum, at ſi illud comederit crudum, non tenetur flagellatione duplici, una propter eſum crudi, & una propter præceptum, *non comedetis niſi elixum*, quia hoc negativum ſecundum procedit e generali negativo, eſtque negativum generale; & tenetur una flagellatione ob eſum crudi & cocti. Intelligas autem recte hunc caſum, quia omnium difficillimus eſt. Et ſub hac parte quoque continetur, quando aliquod negativum comprehendit duos & tres prohibitiones, cujuſmodi hæc eſt, Levit. 19. 26. לא תאכלו על הדם quod negativum multas continet res, nam elicimus inde non comedendum eſſe pecus antequam illius anima exeat. Præterea, non comedendum eſſe e carne ſacrificii dum ſanguis illius adhuc in ſcutella eſt, nimirum, ante ſanguinis ſparſionem in altare; inſuper, lugentium cibum non porrigendum eſſe ſuper iis qui Senatusconſulto interfecti ſunt; tandem inde elicimus quod Senatoribus edere non licet eo die quo quis interfectus eſt. Gemara autem de his omnibus dicit, quod propter nullam horum præceptorum tranſgreſſionem pœna flagellationis tenentur, & hoc eſt præceptum negativum e generalibus, id eſt, in quo multæ continentur prohibitiones, quarum nulla declaratur qua dicere poſſemus quemquam propterea ſemel vapulare, ſicuti per comparationem diximus de proventu novo & de Paſchate, & hoc multo facilius intelligi poteſt quam exempla ſuperius data. Sub ſeptima parte continetur negativum ſimplex, cujuſmodi eſt in quo non continetur quicquam de his ſex dictis rationibus; & propter illius tranſgreſſionem tenentur, de veſtibus variegatis, de heterogeneis, de cadavere, de carne cum lacte, de ſcriptura ſtigmatis (Levit. 19. 28.) de cæſura pro mor-

tuo

tuo carni imprimenda, & id genus alia. Hinc tibi exponetur, eos qui vapulabunt eſſe tales qui condemnati ſunt mortis a Deo infligendæ; & condemnatos excidii ex tranſgreſſione præcepti negativi, at condemnati ex præcepto negativo, quando in illo præcepto negativo non quicquam continetur ex illis quæ diximus, excepto eo qui juraverit, commutaverit, vel proximo maledixerit in nomine Domini, etiam vapulabunt, licet negativum ſit in quo non continetur actus. Sic etiam ſe res habet cum negativo quod venit ex affirmativo, niſi affirmativum in ipſo contentum impleatur, vapulabunt. Hoc modo tibi exponetur quod omnes qui in hoc capite allegantur, ſunt ii qui condemnati ſunt mortis a Deo infligendæ, vel excidii, vel præcepti negativi alicujus. Cæterum non eſt auctoris ſcopus in hoc capite mentionem facere eorum omnium qui vapulant, ſed nonnullorum tantum meminit, horum aliquos allegavit juxta exemplum & comparationem, aliquos etiam propter jus aliquod addititium iſti negativo quod in Lege juxta literam non exponitur, vel propter contradictionem quæ in eo eſt. Horum vero fundamentorum ope quæ propoſuimus cognoſcere potes omnes qui flagellationis condemnati ſunt, tam ii qui memorati ſunt quam ii qui non ſunt memorati. Cæterum teſtium ſceleris convictorum verba cenſentur ut actus, quia requiritur ut teſtimonium eorum indicetur in Senatu.

COCCEJUS. §. 1. Gloſſa Caph nachath ex R. Sol. מנא איכא דלוקין בר מאילין אלא תנא חייבי כריתות לאשמועינן דיש מלקות בחייבי כריתות ותנא אלמנה גרושה לאשמועינן שאלמנה גרושה חייבין עליה משום ב׳ שמות ותנא טבל ומעשר א׳ שאין אזהרתם מפורשת: i. e. *Plures ſunt, qui flagri pœna obligantur, præter iſtos. Verum hic indigitantur* (1) *qui rei ſunt exterminii; ut intelligatur, flagrum in reos exterminii competere.* (2) *vidua eademque repudiata, ut intelligatur, duplici ratione ipſius nomine pœnæ ſubjacere.* (3) *fructus nondum rectificati & decimæ primæ, quia interdictum de his expreſſum non eſt.* Maimonides hilch. Sanhedrin cap. XVIII. & XIX. cum generatim atque univerſe, tum ſigillatim, quæ facinora pœnam flagri mereantur, deſcribit. Nobis ſufficiet quædam faſtigia & capita delibaſſe. Succumbit huic ſupplicio, qui violat (1) interdictum, quod Exciſionem animæ comminatur, morti autem corporis non addicit. *v. g. qui adipem, ſanguinem, fermentatum in Paſchate edit.* (2) interdictum, quod mortis θανάτου comminatione ſancitur. *v. g. ne quis veſcatur fructibus non rectificatis: ne quis ſacerdotum pollutus pura ablatione.* (Notavimus ad cap. IX. Sanh. not. 12. ex mente Maimon. intereſſe inter Exciſionem כרת, & mortem θάνατον, מיתה בידי שמים, ille igitur per hanc intelligit mortem repentinam, inſoliti & horrendi exempli, quam מיתה משונה appellitant, & præmaturam. Quam tamen alii Rabbini quoque מיתת כרת vocant. ut in illo, מת בחמשים זו היא מיתת כרת *Si quis quinquagenarius decedat, mors exterminii eſt.* Moed Caton cap. 3. Seu potius עד חמשים id eſt, *ante L. annum.* Sic eſt in Kimchio ad Eſa. 38. 10. Quid per כרת ab interpretibus intelligatur, diſci poteſt ex cl. d. AMAMÆ Antibarb. pag. 954. &c.) (3) interdictum operis (לאו שיש בו מעשה) *v. g. de veſtibus ex lana linoque non texendis.* Nam interdictum, quod non eſt de opera, *ſed v. g. de ſermone, affectu, &c.* ſi violetur, ad flagra non obſtringit. Vapulat tamen perjurus (נשבע ומימר) & qui diris devovet ſe vel proximum per Nomen. (4) interdictum, quod transfertur ad mandatum, (לאו שניתק לעשה) ni mandatum fecerit. *v. g. qui matrem pullis incubantem aufert, ni captam dimiſerit.* (5) interdictum denique quodvis aliud, quod non pœna capitis aut compenſatione damni dati, ſeu dupli, quadruplive, &c. reſtitutione ſancitum ſit, neque ſit (לאו בכללות) interdictum plura complectens: niſi quando Scriptura aut majorum inſtitutio id in plura interdicta tribuerit. (Quod interdictum omnis cauſæ vel pœnam aggravantis vel à corporis ſupplicio liberantis expers eſt. id לאו גרידא dicitur, q. d. *interdictum circumciſum. Maim. in comm.*) Neque prætermittendum, neminem, ſicut neque in re capitali, ſuo ſolius indicio huic pœnæ ſubjici. Nam perpetuo licet ſuſpicari eum, qui de ſeipſo indicium faciat, ad id faciendum vel animi morbo & mentis quadam alienatione, vel vitæ tædio impelli. In illum, qui flagellatus ob crimen aliquod, in eodem iterum deprehendatur, quod ſtatuatur; ſupra in Sanhedr. cap. IX. §. 5. vidimus. Id Maimonides hoc capite ad tertio iteratam facinoris perpetrationem reſtringit.

2. Vocabulum ex Lexicis notum. Hinc מלקות & aliquando מלקות ארבעים, *ſupplicium 40 plagarum.* Quando Rabbi volunt indicare, quempiam hoc ſupplicio teneri, ſæpe dicunt הוא סופג מ׳ *accipit & admittit quadragenas*, velut aquam ſpongia. Nam ibi verbi hujus uſus proprie eſt. Eſt inſuper aliud ſupplicium plagarum, quod extra fines terræ Canaan tum ob contumaciam & violationem præceptorum, itemque neglectam teſtium admonitionem, atque etiam ob violationem interdictorum, quæ à Scribis poſita ſunt, irrogabatur. Hæc proprie fuſtigatio eſt. Baculo enim verbera infligebantur. Certus plagarum numerus in hoc genere nuſquam comparet. Nam is gravitati criminis attemperatus erat. Atque ex arbitrio judicum id totum pendebat. poteratque ad necem quoque Sontis procedi. *vide Maimon. d. tr. cap.* 16. *&* 18. *& alibi paſſim. Aruch in* מרד, *Infra in Excerptis cap.* 1. *Gem. Sanhedr. num. IX. not.* 3. Rabbini, duo hæc genera quando inter ſe comparant, sic dicunt: מלקות דאורייתא & מכת מרדות דרבנן.

3. Gloſſ. Caph nach. ב׳ אזהרות שניהם מפורשין בפקרא i. e. *duplicis interdicti, quorum utrumque lege explicatum eſt.*

ב הטמא שאכל את הקדש והבא אל המקדש טמא האוכל חלב ודם ונותר ופיגול וטמא השוחט והמעלה בחוץ והאוכל חמץ בפסח והאוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים והמפטם את השמן והמפטם את הקטורת והסך בשמן המשחה והאוכל נבלות וטרפות שקצים ורמשים אכל טבל ומעשר ראשון שלא ניטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שלא נפדו כמה יאכל מן הטבל ויהא חייב רש״א כל שהוא

2. Item pollutus, Levit. 7. 20. 21. & 22. 4. &c. conf. 12. 4. qui ſacrum comederit, Num. 5. 3. & 19. 13. quique in ſacrarium ſe immundus intulerit, qui adipem, Lev. 7. 23. ibid. v. 26. & 17. 10. ſanguinem, c. 7. 15. &c. & 19. 6. 7. reſiduumque & abominabile & immundum comederit. c. 7. 19. & 11. 34. Qui jugulaverit, c. 17. 2. 3. 8. 9. Deut. 12. 13. aut obtulerit foris, Exod. 12. 25. fermentatum Paſchate comederit, Lev. 23. 29. 30. cibum ſumſerit, opuſque fecerit die Expiationis, Exod. 30. 33. oleum (4) paraverit, ibid. v. 38. ſuffimentum confecerit, ibid. v. 33 unxerit ſe oleo ſacro, Levit 17. 15. 16. morticina & diſcerpta, Lev. 11. Deut. 14. abominabilia & reptilia ederit. Qui Levit. 27. 30. Num. 18. 21. Levit. 22. 15. fructus non (5) decimatos Num. 18. v. 26. decimaſvè primas à quibus capta non ſit ablatio, Deut. 14. 23.

שהוא וחכ"א כזית אמר להם ר"ש אין אתם מודים לי באוכל נמלה כל שהוא חיב אמרו לו מפני שהיא כברייתא א"ל אף חטה אחת כברייתה :

decimas ſecundas, Lev. 27. 13. rem ſacram non redemtam ederit. Quantum de non decimato edet, ut fiat reus? R. Simeon ait: Quantumvis. Sapientes: quod oleæ magnitudinem æquet. Ad illos R. Simeon, Num, inquit, non fatemini, ſi quis de formica quantumcunque edat, teneri? Sane quidem, inquiunt illi: verum ea eſt quaſi integra (6) creatura. Imo, regerit ille, grana ſingula tritici quaſi integra creatura ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המפטם את השמן *Qui paraverit oleum*, qui oleum præparavit quod oleo unctionis ſimillimum eſt. והסך בשמן המשחה *Et qui ſe unxerit oleo unctionis*, cujuſmodi confecit Moſes magiſter noſter. אכל טבל *Si comederit rem illibatam*, de quo admonetur Levit. 22. 15 ubi ſermo eſt de rebus a quibus primitiæ adhuc auferendæ ſunt, cujuſmodi vocantur טבל *Mixtura.*

ומעשר ראשון שלא נטלה תרומתו *Et decimæ primæ a quibus non ablatæ ſunt primitiæ*, cujus præceptum etiam obligat ſub pœna mortis, ſicuti rei illibatæ, quemadmodum ſcriptum eſt Num. 18. 27. Porro dicit auctor, ומעשר שני שלא נפדו *Et decimæ ſecundæ non redemptæ*, decimæ ſecundæ pollutæ, & quamvis illæ ſint Jeruſolymæ, tamen eas comedere non licet, niſi donec redemptæ fuerint; qui vero eas ante redemptionem comederit, vapulabit, & præmonitio illius colligitur ex illo Deut. 26 14. לא בערתי ממנו בטמא Quaſi dixiſſet, ſive ego ſim mundus & illud immundum, ſive ego immundus & illud mundum; unde elicitur quod decimæ ſecundæ pollutæ redimi debent Jeruſolymis? ex eo quod dicitur Deut. 14. 24. כי לא תוכל שאתו vult dicere Lex, non poteris eas comedere, uti ſcriptum eſt Gen. 43. 34. וישא משאת מאת פניו Pergit auctor, dicens, והקדש שלא נפדה *Et res ſanctæ quæ nondum redemptæ ſunt*, de his non extat peculiare præceptum negativum, ſed admonitio ejus petitur e Truma per argumentum e ſimilitudine rerum deſumptum. Et quamvis Lex dicat de illa, ומתו בו *Et morientur propter illam*, tamen non monetur ob utilitatem e ſanctis perceptam, neque ob negativa admonitione exceptus eſt. באוכל נמלה כל שהוא חיב *Si de formica quantulumcunque comederit, teneatur*, ob illa verba, reptile quod ſe movet ſuper terra, etſi illi non ſit olivæ quantitas, etiam unum tritici granum eſt inſtar quantitatis illius; deciſio non eſt juxta R. Schimeon, nam nullum animal vocamus בריה *creaturam*, niſi tale cui anima eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Res illibata & decimæ primæ de quibus nondum ablatæ ſunt primitiæ, imponunt pœnam mortis a Deo infligendæ, uti dicitur de Truma decimarum Num. 18. 32. ולא תשאו עליו חטא בהרימכם חלבו ממנו ואת קדשי בני ישראל לא תחללו Cæterum jus decimarum primarum de quibus nondum ablatæ ſunt primitiæ, & jus primitiarum de quibus nondum ablatæ ſunt decimæ, unum idemque eſt, & ſunt inſtar rei illibatæ, uti dicitur Num. 18. 27. ונחשב לכם תרומתכם כדגן מן הגרן In decimis ſecundis & ſanctis non redemptis duntaxat unum continetur negativum, uti ſcriptum eſt Deut. 12. 17. Præterea ſcias quod nemo flagellatione tenetur propter decimas non redemptas, niſi eas comederit poſtquam Jeruſolymam advenerint, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 12 18. & 15. 20. Propterea non tenetur flagellatione is qui comederit decimas in urbibus niſi donec Jeruſolymam intraverint, uti dixerunt, ex quo condemnati ſunt? quando faciem domus viderint; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeonem. Nam non dicimus, quod ſit inſtar creationis illius, ſed inſtar creationis animæ tantum.

COCCEJUS. §. 4. פטם eſt רסן *πιλεῖν*. Aruc. הסבשם והממלח כל הבשמים לעשות הקטרת id eſt, *qui ad ſuavitatem componit & contemperat aromata ad faciendum ſuffimentum.* Allegat Targum Hieroſolymitanum, in quo hoc רקח ſū פיטם reſpondeat. Sed non reperio.

5. טבל compoſitam eſſe volunt vocem ex לא i. e. *non* & טב *bonus.* Sunt enim fructus, de quibus primitiæ, ablatio magna, decimæ primæ & ſecundæ; decimæque primæ, à quibus ablatio ſive decimæ de decimis ſepoſitæ atque perſolutæ non ſunt. תבואה שלא נתקנה בוראי *proventus non liquido rectificatus*, ait Aruch. cujus etymologia ſtolida eſt. Mihi ſit veriſimilius, inde dici, quod ſancta his adhuc eſſent immerſa.

6. בריה ſive ברא in ſtatu emphatico ברייתא eſt *κτίσις*. quod plerumque de hominibus, maxime in plurali בריות, uſurpatur. Hic tamen, docente Gemara fol. 17. pag. 1. intelligitur animans. Toſiphta paulò generalius, quod conciſum in partes nomen ſuum non retinet. Non libet ulterius hoc perſequi.

ג האוכל ביכורים עד שלא קרא עליהן קדשי קדשים חוץ לקלעים קדשים קלים ומעשר שני חוץ לחומה השובר את העצם בפסח הטהור הרי זה לוקה ארבעים אבל המותיר בטהור והשובר בטמא אינו לוקה ארבעים :

3. Qui Deut. 26. primitias comederit antequam ſuper illis recitaverit (carmen lege præſcriptum, Hieroſolymis): Lev. 10. ſancta ſanctorum extra peripetaſmata: Deut. 12. 17. ſacra leviora & decimas ſecundas extra muros. ibid. Qui agni paſchalis puri os fregerit; Exod. 12. 46. quadragenas plagas accipit: non etiam, qui de puro reliquum facit, aut polluti os frangit.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא קרא עליהן *Donec ſuper illis nondum legerit*, ſectionem Legis quæ extat Deut. 26. ſed poſtquam legerit, non vapulabit, ſi primitivos fructus comederit, eo quod ſacerdotis bona ſunt; & hæc R. Akiba verba ſunt. Verum Sapientes dicunt quod fructuum primitivorum depoſitio in atrio impedit, non lectio, ita ut ſi quis eos comederit poſtquam in atrium templi deportati fuerint, etiamſi non legerit, tamen non vapulet; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis comederit fructus primitivos poſtquam ſuper illis ſectionem e Lege perlegerit, non vapulabit, quia ſacerdotis bona ſunt, ſicuti ſuo loco expoſuimus; atque hæc ſunt R. Jehudæ verba. Sapientes vero dicunt, quod, cum eos in atrio depoſuerit, non vapulabit ob eſum illius, etſi non legerit. Primitivorum fructus quoque jus ſe habet ut jus decimarum ſecundarum, nimirum, quod non condemnetur qui eos comederit extra Jeruſolymam, neque ſa-

Sapientes. Cæterum hujus rei præmonitio petitur ex Deut. 12. 17. Dixit autem dominus aliquis per תרומת ידיך illic intelligendos eſſe fructus primitivos; quia de Truma non deferri debet ad aliquem locum. Sed neque ob fructus primitivos quiſquam tenetur flagellatione, niſi comederit eos poſtquam Jeruſolymam intraverint, antequam eos in atrium templi adduxerint; at ſi eoſdem in civitatibus terræ Iſraëlis comederit, antequam intraverint Jeruſolymam, non vapulabit.

קדשי קדשים חוץ לקלעים קדשים קלים ומעשר שני חוץ לחומה *Sancta ſanctorum extra perипetaſmata, ſacra leviora & decimas ſecundas extra muros*, horum omnium præmonitio petitur ex Deut. 12. 17. Nam omnis comeſtio extra locum ſuum conſtitutum peracta vocatur אכילת שערים *comeſtio portarum.* De decimis ſecundis pollutis & non redemptis auctor jam dixit ſuperius, hic autem loquitur de decimis ſecundis puris quas nonnemo extra muros Jeruſolymæ comedit; ſed hoc duntaxat intelligendum eſt quando extra muros comederit poſtquam Jeruſolymæ faciem viderint fructus primitivi quod tum vapulabit. Verum ſi quis decimas ſecundas comederit in civitatibus, antequam Jeruſolymam intraverint, non vapulabit, eo quod ſcriptum eſt Deut. 15. 20. *Coram Domini facie eos comedes*: & poſtea dicitur, *non poteris eos comedere in civitatibus tuis.*

המותיר אינו לוקה *qui aliquid reliquum fecerit, non vapulabit*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 12. 10. לא תותירו ממנו עד בקר ubi Lex tradit præceptum affirmativum poſt negativum, quaſi dixiſſet, ſi tranſgreſſus es præceptum negativum, obſervato affirmativum, tum non vapulabis. Præterea, illud *nihil reliquum feceris*, eſt negativum in quo non continetur actus, at ob negativum quod non continet in ſe actum, non vapulat quisquam. והשובר עצם בפסח טמא *Et qui agni Paſchalis immundi os fregerit*, is non vapulabit, eo quod ſcriptum eſt Exod. 12 46. ועצם לא תשברו בו quod de puro, non de impuro intelligendum eſt.

ſacerdos neque peregrinus, niſi donec viderint Jeruſolymam; ſi vero eos comederint poſtquam Jeruſolymam, & templi atrium viderint, antequam in atrium templi apportati fuerint, vapulabit, uti ſcriptum eſt Deut. 12 17. Ubi intelliguntur fructus primitivi. Jam expoſuimus capite tertio tractatus Trumoth, id quod Lex dicit Deut. 12. 17. ותרומת ידיך intelligendum eſſe de fructibus primitivis, quia in hoc verſu nihil omiſſum eſt de iis quæ de loco in locum Jeruſolymam adducenda ſunt, ſed omnia comprehendit. Sed primitivorum fructuum non meminit, qui tamen de loco in locum efferri debent; & dixit ותרומת ידיך *& oblatio prima manus tuæ*, at oblatio prima non offerenda eſt ex uno loco in alium; & cum ita ſe res habet, de primitivis fructibus dicendi ſcopus eſt. Quando autem res ſanctas comederit extra locum comeſtioni deſtinatum, tranſgreſſus eſt id quod ſcriptum eſt Deut. 12. 17. *Non poteris comedere in portis tuis.* Cæterum quod hic dicit, *& decimas ſecundas extra muros*, poſtquam ſuperius jam dixiſſet de decimis ſecundis rebusque ſanctis non redemptis, hæc non eſt rei duplicatio, ſed hoc intelligendum eſt quando decimæ puræ ſunt, & etiam purus eſt is qui eas comederit, atque eas extra Jeruſolymam comederit, poſtquam templi faciem jam vidiſſent, uti expoſuimus ſuperius. Et quod in antecedenti Miſna auctor dixit, *Decimæ ſecundæ & res ſanctæ non redemptæ*, intelligit de decimis immundis quas comederit quiſpiam immundus ante redemptionem earum, licet eas Jeruſolymæ comederit, nam ſi decimæ ſecundæ Jeroſolymis pollutæ fuerint, eas comedere non licet, niſi donec redemptæ fuerint; & hoc eſt quod dixerunt, unde tenemus quod decimæ ſecundæ pollutæ redimendæ ſunt Jeruſolymæ? reſp. quia ſcriptum eſt Deut. 14. 24. כי לא תוכל שאתו Verum illud שאת de victu tantum dicitur, ſicuti ſcriptum eſt Gen. 43. 34. וישא משאת מאת פניו אליהם Cæterum præmonitio de eſu decimarum ſecundarum in immunditia dictum eſt Deut. 26. 14. ולא בערתי ממנו בטמא hinc traditione colligimus, quod nemo vapulabit, ſi ipſe purus ſit & primitivi fructus impuri, & contra. Neque vapulabit ob decimarum ſecundarum comeſtionem in immunditia, niſi donec eas Jeruſolymis comederit, nam de primogenito macula affecto dictum eſt Deut. 12. 17. *In portis tuis comedere non poteris*, & ita quoque Deut. 12. 12. de decimis. Traditione hæc ita exponuntur, ut ne quidem cum additamento comedi queant Jeruſolymæ in portis tuis, nimirum, quod decimæ ſecundæ in immunditie Jeruſolymis comedi nequeunt, ſicuti primogenitum comedi nequit in immunditie in portis tuis. Cæterum Deus dixit Exod. 12. 10. לא תותירו ממנו עד בקר quod eſt negativum in quo non continetur actus. Et quod ſcriptum eſt Exod. 12. 46. ועצם לא תשברו בו illud de Paſchate puro intelligendum eſt, non de impuro.

ד הנוטל אם על הבנים רבי יהודה אומר לוקה ואינו משלח וחכ"א משלח ואינו לוקה זה הכלל כל מצות לא תעשה שיש בה קום עשה אין חייבין עליה:

4. Qui aufert matrem ſuper pullis, Deut. 22. 6. R. Jehuda ait, vapulat, & non dimittit. at Sapientes: Dimittit, nec vapulat. Hæc generalis regula eſt: Nullo interdicto, in quo ſit faciendi præceptio, quiſquam ad ſupplicium obligatur.

R. OB. DE BARTENORA.

לוקה ואינו משלח *Vapulat, & non dimittit*, quia R. Jehuda putat id quod dicitur Deut. 22. 7. שלח תשלח את האם denotare inde a principio ſtatim dimittendam, & quamvis ſcriptum ſit verſu ſeptimo *dimittendo dimittes*, poſtquam verſu ſexto dictum eſſet, *non ſumes matrem ſuper pullis*, hoc tamen non vult dicere quaſi mater dimittenda ſit ſi eam ceperit, ſed quod non ſumet eam; cæterum dimittat matrem antequam eam ceperit, & hoc non eſt negativum quod provenit ex affirmativo. *Sapientes dicunt, dimittit, nec vapulat*, illi intelligunt fieri dimiſſionem poſt acceptionem illius, eſtque hoc præceptum negativum ex quo affirmativum provenit; deciſio eſt juxta Sapientes. *Nullo interdicto in quo ſit faciendi præceptio, quiſquam ad ſupplicium obligatur*, nam Lex dicit, ſi quis tranſgreſſus fuerit, confirmet affirmativum, ut, *non ſumes matrem cum pullis*, at ſi eam quoque ſumſeris, dimittendo dimittes matrem; & præceptum Deut. 24. 10. *Non intrabis domum illius ad oppignorandum pignus ejus*, ſi vero intraveris & ſumpſeris pignus, reddendo reddes illi pignus, ob omnia hæc, ſi confirmaverit poſtea affirmativum, non vapulabit. Verum ſi non confirmaverit affirmativum, ut, ſi matrem ſumpſerit cum pullis eamque mactaverit, aut obierit, vel ſi pignus domus illius ſumpſerit, & combuſtum fuerit, quia affirmativum nequit confirmare, ideo vapulabit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda putat quod ob negativum cum affirmativo conjunctum tranſgreſſor vapulabit; at ita non eſt deciſio, fundamentum eſt id quod tibi dixi, nimirum, quod nemo ejus cauſa vapulat niſi affirmetur affirmativum quod in eo comprehenditur.

ה הקורח קרחה בראשו והמקיף פאת ראשו והמשחית פאת זקנו והשורט שריטה אחת על המת חייב שרט שריטה א' על ה' מתים או ה' שריטות על

5. Lev. 21. 5. Deut. 14. 1. Qui (7) calvitiem in capite ſuo facit, & (8) qui angulos capitis ſui circumtondet: Lev. 19. 27. barbæque angulum corrumpit, qui ſe ſecat una cæſura ob defunctum,

על מת אי חייב על כל אי ואחת על הראש שתים
אחת מכאן ואחת מכאן ועל הזקן שתים מכאן ובי
מכאן וא, מלמטה ר' אליעזר אומר אם נטלו כולו
כאחד אינו חייב אלא אחת ואינו חייב עד שיטלנו
בתער ר' אליעזר אומר אפילו לקטו במלקט או
ברהיטני חייב :

tenetur. Una ſecuerit ſe cæſura ob quinos demortuos, aut quinis cæſuris ob unum, ob quamlibet tenetur. In capite bis, ſemel ſcil. in utroque latere, peccatur. In barba quinquies: videlicet bis in utroque latere, ſemel inferius. R. Elieſer ait: Si totam una vice dejecerit, una culpa eſt. Nec tenetur, niſi novacula auferat. R. Elieſer ait: Etiamſi (9) forpice vel aſcia demetat, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

קרחה הקורח *Qui calvitium facit*, quia ob unumquodque calvitium tenetur, ſic etiam propter quamlibet inciſuram, & quemlibet barbæ angulum; & hoc ita non fit in eo qui comederit diverſos adipes, idcirco hæc præcepta vetuit Miſna. Verum cætera præcepta negativa in quibus non continetur quicquam novi, non retulit. קרח *qui calvitium fecit*, ſcil. ob mortuum, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 21. 5. לא תשימו קרחה בין עיניכם על המת Et quamvis de ſacerdotibus nihil ſcriptum ſit quod attinet calvitium mortui gratia, tamen id colligimus e ſimilitudine vocum קרחה, nimirum, quod ſicut Iſraëlitæ illud vetitum eſt ob mortuum, ſic etiam ſacerdoti vetitum eſt ob mortuum; ſed calvitii quantitatem ſtatuunt fabæ freſſæ magnitudinem eſſe.

והמקיף פאת ראשו *Et qui angulos capitis ſui circumtondet*, qui tempora æqualiter circumtondet poſt aures & frontem ſuam, etſi tonſio fiat ope forficis tonſoriæ, ubi nihil השחתה *damni* eſt, tamen condemnatus eſt ex præcepto de angulo capitis, quia de barba tantum mentio facta eſt *damni*, quæ ope novaculæ tantum detonderi ſolet; verum de angulo capitis ſcriptum eſt הקיף cujus ſenſus eſt quod tenetur quocunque modo circumtonderi. *Si quinque cæſuras fecerit ob unum mortuum*, nam ſcriptum eſt Levit. 19 5 ושרט לנפש לא תתנו hinc colligimus quod tenetur ob unamquamque cæſuram, & propter quemlibet mortuum, etſi unica in Lege tantummodo ſit admonitio, & omnes quinque cæſuræ uno tempore factæ ſint, tamen condemnatus eſt. *in capite bis*, ſemel propter dextrum & ſemel propter ſiniſtrum latus. *In barba bis ab una parte, & bis ab altera parte*, in loco ubi genæ conjunguntur oſſibus ad dextram & ſiniſtram partem, & deinde in extremitate barbæ, quæ ſunt tres cæſuræ, & in loco ubi tempora conjunguntur oſſi, ſemel ad dextram & ſemel ad ſiniſtram, quæ ſunt quinque, & in gena ſuperiori cum temporibus conjuncta, & in gena inferiori ad dextram, & in gena ſuperiori & inferiori ad ſiniſtram, ecce duæ ab hac & duæ ab altera parte, & in extremitate barbæ, quæ ſunt quinque. *Una tantum culpa eſt*, nam quia unum eſt negativum, perinde eſt ac ſi quis duas olivas adipis comediſſet in una admonitione. *Niſi novacula auferat*, hoc referendum eſt ad barbæ angulum, de quo in Lege conſcriptum eſt quod ad tonſionem, & damnum. מלקט eſt inſtrumentum in modum forcipis confectum, ad evellendos pilos. רהיטני in Scriptura dicitur מעצד, eſtque inſtrumentum quo opifex lævigat ligna ad conficiendam tabulam; deciſio non eſt juxta R. Eliezerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 21. 5. לא יקרחו קרחה ut condemnet tranſgreſſorem ob quodlibet calvitium, & ſi depilaverit capillos ſuos ob mortuum tantum donec detonderit e cute capitis ſui, in quantitate fabæ freſſæ, vapulabit. Et quamvis Lex nihil dixerit de calvitio ſacerdotum propter mortuos, tamen hoc per argumentum ſimilibus vocibus petitum colligimus ex eo quod dictum eſt de Iſraëlitis Levit. 21. 5. ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת & ex eo quod dictum eſt Levit. 19. 28. ושרט לנפש לא תתנו ad condemnandum tranſgreſſorem ob quamlibet inciſuram, & ob quamlibet animam, at propter barbam quinquies tenetur, propter pilos qui ſunt in genæ ſuperiori parte tenetur ſemel, & propter pilos in inferiori genæ parte ſemel, quæ ſunt duæ flagellationes ad latus dextrum, itidem duæ ad latus ſiniſtrum, & tandem ſemel propter pilos in extremitate barbæ. Præterea ſcitu neceſſarium tibi eſt, quod ille qui tondet manu ſua, ſit is qui vapulet propter angulum & propter barbam; ſed is qui tonſus eſt non tenetur niſi tonſorem adjuverit qui ipſum totondit, nam tum illi ambo vapulabunt. רהיטני eſt inſtrumentum ferreum quo radicitus evellunt pilos. מלקט eſt idem quod מלקחים *Forceps*, deciſio non eſt juxta R. Elieſerem.

COCCEJUS. §. 7. Qui volſella vel unum pilum canum extraxerit, tenetur hac pœna. Gem. fol 20. 2.

8. Gem. ead. pag. זה הסטירה צדעיו לאחורי אזנו ולפדחתו i.e. *qui tempora ſua depilat, ita ut ſimilia ſint fronti, & ei, quod eſt poſt auriculas, glabro.* vide R. Sol. in comm. ad Leviticum. Maimon. hilch. Avoda Sara cap. XI. לא יגלח כן הצדדין ויניח השיער באמצע *non a lateribus tondebitur, relicta in medio coma quæ dicitur* בלורית, quam vocem hoc modo explicat & Raſchi in fine Sota. (Permiſſum tamen hoc iis, qui in exſilio regum & principum familiaritate gaudent. *Maim. d. loco.*) Herodotus Melpom. cap. CLXXV. de Macis. *λόφυς κείρονται. τὸ μὲν μέσον τῶν τριχῶν ἀνιέντες αὔξεσθαι, τὰ δὲ ἔνθεν ϗ ἔνθεν κείροντες ἐν χροΐ.* id eſt, *criſtas tondendo efficiunt. Nam in medio capillos ſinentes creſcere; utrinque in cute raduntur.* Malè Valla, niſi fallor, *ſummum capitis verticem radunt, &, in orbem.* Talmudicum iſtud בלורית, voce *λόφος*, *criſta*, vel *caprona* verterem.

9. R. David de Pomis vertit, *forfex*. Gloſſa Caph nachath: מלקחים ללקט השער id eſſet *volſella*, quod eſt propius vocis origini. Attamen Maimon. in comm. alteram vocem ita explicat; quod ſit *inſtrumentum ferreum eradicans pilos atque evellens ab radice.*

ו הכותב כתובת קעקע כתב ולא קעקע קעקע
ולא כתב אינו חייב עד שיכתוב ויקעקע בדיו
ובכחול ובכל דבר שהוא רושם ר"ש בן יהודה משום
ר"ש אינו חייב עד שיכתוב שם השם שנ' וכתובת
קעקע לא תתנו בכם אני יהוה :

6. Qui ſcribit ſcripturam ſtigmatis. Levit. 19. 28. (10) Scripſerit & non inciderit, inciderit & non coloraverit, haud tenetur, uſque dum tinxerit & inciderit. Iſtud, atramento, ſtibio aliave ulla re colorante. R. Simeon filius Jehudæ verbis R. Simeonis ait: Non tenetur, niſi (11) nomen aliquod ibi inſcripſerit. Q. D. Ibid. *Et ſcripturam ſtigmatis non facietis in vobis. Ego DOMINUS.*

R. OB. DE BARTENORA.

כתובת קעקע *Scripturam ſtigmatis*, quam cultro effodit in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon dicit quod non tenetur niſi dum ſcripſerit

in carne, inſtar literarum, & deinde tinctura quædam adimplet, ut eo altius veſtigia agat. כתב על בשרו בדיו ובכחול *Si ſcripſerit atramento aut ſtibio*, ſi ope tincturæ alicujus inſcripſerit carni, & cultro effoderit, aut effoderit & cæſuras non impleverit tinctura atramenti vel ſtibii, non tenetur. עד שיכתוב ויקעקע *Niſi donec ſcripſerit & inciderit*, utitur auctor phraſeologia ſcripturæ, dicentis Levit. 19. 28. כתובת קעקע antecedit ergo ſcriptura & deinde ſequitur ſtigma; attamen ſtigma ſemper antecedere debet, & deinde ſequi ſcriptura; & Lex dicere vult, & ſcripturam intra ſtigma non dabitis vobis. עד שיכתוב שם *donec expreſſerit nomen*, in Gemara exponitur hoc intelligendum eſſe de nomine idololatrico, & ita Lex exponitur, non dabitis inter vos nomen idololatricum, nam ego ſum Dominus, & neminem conjunges mecum; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ſerit nomen idololatricum ſuper carne ſua, perinde ac ſi dixiſſet Lex, non conjunges mecum aliquam rem, neque ad quemquam appropinquabis præterquam ad me, atque hæc eſt intentio ipſius; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon.

COCCEJUS. §. 10. Cultro incidebant carni literarum notas. inciſuras atramento, ſtibiove inficiebant.

11. Alicujus idoli: non Dei.

ז נזיר שהיה שותה ביין כל היום אינו ח״ב א״א אחת אמרו לו אל תשתה אל תשתה והוא שותה חייב על כל אחת ואחת:

7. Num. 6. Naſiræus ſi toto die ſe ingurgitet vino, una culpa tenetur. Si quis ſemel iterumque monuerit; ne bibat; ipſeque nihilominus potitet, toties ſupplicium commeretur.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו ח״ב אלא אחת *Una tantum culpa tenetur*, eo quod bibit inter loquendum poſt præmonitionem; & ſi coram ipſo fuerit vas aliquod in quo multi ſunt vini quartarii, dixerintque ipſi, non bibes ex hoc vaſe in quo tot ſunt menſuræ, quia toties vapulabis, tum condemnatus eſt ob quamlibet menſuram, etſi eum ſemel tantum præmonuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præmonuerunt quoque ipſum. dixeruntque, hoc quod tu bibis, habet ſuam menſuram, & ob quamlibet illius menſuram condemnatus eris flagellationis; & tum vapulabis pro ratione menſuræ; ita exponitur in Talmude.

ח היה מיטמא למתים כל היום אינו חייב א״א אחת אמרו לו אל תיטמא אל תיטמא והוא מיטמא חייב על כל אחת ואחת היה מגלח כל היום אינו חייב א״א אחת אמרו לו אל תגלח אל תגלח והוא מגלח חייב על כל אחת ואחת היה לבוש בכלאים כל היום אינו חייב א״א אחת אמרו לו אל תלבש אל תלבש והוא פושט ולובש חייב על כל אחת ואחת:

7. Si polluatur ob funus die toto, ſemel reus eſt. Si ſemel iterumque admonitus, multiplicata culpa eſt. Tondeatur toto die, una culpa eſt; ſi admonitus ſæpius, multiplex. Toto die Lev. 19. 19. heterogeneis veſtiatur, una: admonitus deponat [vel ſolvat, vel ad deponendum ſe componat] & reſumat, [religetque & exuere intermittat] multiplex culpa eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והוא פושט ולובש *Et ipſe exuat & induat*, non quod omnino ſe denudavit, ſed. quoniam eduxit caput, & deinde reſtituerit, vapulabit. in Gemara dicitur, quod hoc non ſit intelligendum, quando ſe denudaverit. verum ſi inter unam atque alteram præmonitionem per tantum temporis ſpatium intra quod ſe induere & exuere poteſt, exſpectaverit, perinde eſt ac ſi exuerit & deinde iterum induerit; idcirco tenetur ob unamquamque præmonitionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Propter quemlibet pilum tenetur Nazyræus flagellatione, ſi detonderit ipſum, ſicuti exponetur ſuo loco. פושט ולובש *Exuat & induat*, non autem ſi penitus removerit pilos, ſed. quoniam caput ſuum denudaverit, & deinde id ipſum in priorem ſtatum redegerit, & tam diu heterogeneis ſe contexerit quamdiu ſe induere & exuere poteſt, tenetur ob unamquamque præmonitionem, etiſi non exuerit ſe.

ט יש חורש תלם אחד וחייב עליו משום ח׳ לאוין החורש בשור ובחמור והן מוקדשין בכלאים בכרם ובשביעית ביום טוב וכהן ונזיר בבית הטומאה חנניה בן חכינאי אומר אף הלובש כלאים אמרו לו אינו השם אמר להם אף לא הנזיר הוא השם:

9. Eſt, qui unum ſulcum agat, & fiat reus violati octuplicis interdicti. Qui arat junctis bove & aſino, ſi ſacri ſint, in agro heterogeneis conſito, in vinea, anno ſabbatico, feſto, ſacerdos aut Naſiræus loco contaminato. Chanania filius Chachinai ait: Etiam qui heterogeneis amictus. Reſponſum illi eſt: Non eſſe idem nomen. Quibus ille: Neque, quod Naſiræus, ad idem nomen quicquam attinet.

R. OB. DE BARTENORA.

תלם Notat aliquam agri lineam: hanc autem ſi quis fecerit, tenetur octo præceptis negativis, quando nimirum de ſingulis admonitus fuerit. והן מוקדשין *Et ſacri ſint*, bos in uſum altaris, & aſinus in reſtaurationem templi, in bove continetur negativum illud, *non ares bove primogenito*; in aſino continetur præceptum prævaricationis, & negativum iſtud, *non ares bove & aſino ſimul*, atque ita ſunt tria negativa.

בכלאים בכרם *Heterogeneis vineæ*, nam arando contegit triticum, hordeum, & nucleos acinorum pulvere, & tranſgreditur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Aſinus conſecratus eſto quando ille in reparationem templi conſecratus fuerit, & noſti quoque id quod ſcriptum eſt Deut. 15. 19. לא תעבוד בבכור שורך Et docet nos Lex in omnibus rebus ſanctis quod iis uti non licet; & propterea tenetur ſi uſus fuerit ſanctitatibus, & per bovem ac aſinum una flagellatione, eo quod pecore heterogeneo aravit; & alia flagellatione tenetur, quia rebus ſanctis uſus eſt.

בכלאים בכרם *in agro heterogeneis conſito*; duplici flagellatione tenetur, eo quod heterogenea ſeminavit, & quia vineæ

greditur præceptum, *non ſeres in vinea tua heterogenea;* nam fundamentum nobis eſt, cum qui ſe heterogeneis contexerit, vapulare, etſi ea non ſeminaverit, ſed terram tantummodo ſuper illa conjecerit; atque ita ſunt quatuor negativa. Maimonides autem heterogenea vineæ exponit per duo negativa, quorum unum eſt de heterogeneis ſeminis, quia ſunt duæ ſeminis ſpecies, ut triticum & hordeum; alterum vero de heterogeneis vineæ propter acinorum nucleos; & non enumerat ſanctitates bovis & aſini niſi per unum præceptum negativum. ובשביעית *Et in anno ſeptimo*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19. 19. שדך לא תזרע *Agrum tuum non conſeres.* ויום טוב *Et in die feſto*, nam ſcriptum eſt Exod. 35. 24 כל מלאכת עבודה לא תעשו *omne opus ſervile non facietis.* *Sacerdos*, *Nazyræus loco condemnato*, *in ſepulchris*, & tum tranſgreditur præceptum illud Levit. 21. 1. לנפש לא יטמא בעמיו quod dictum eſt de ſacerdotibus: & deinde etiam tranſgreditur præceptum Num. 6. 6 ועל נפש מת לא יבא quod de Nazyræo dictum eſt. אף הלובש כלאים *Etiam is qui heterogenea induit*, quando arat. אינו השם *non eſt idem nomen*, præceptum negativum de heterogeneis non veſtiendis, non datum eſt propter ſulcos. אף לא הנזיר *Neque Nazyræus*, etiam ſacerdos & Nazyræus quos vos enumeratis pro negativis, non memorati ſunt propter arationem, ſed propter locum immundum; primus autem doctor præcepta de Sacerdote Nazyræo inter negativa de ſulco enumerat, quia bobus arare nequit niſi quis eos ducat.

neæ heterogenea ſevit, ſicuti exponitur in Siphri. Reliqua vero negativa clara ſunt, & in iis omnibus non continetur prohibitio, quod cadit in prohibitionem; verum multæ ſunt prohibitiones quæ uno tempore multiplicantur. Et propterea non abſtinent a multis aliis cum his negativis conjungendis. Fundamentum namque eſt nobis, cum qui ſe heterogeneis veſtiverit, teneri, idcirco, quum pulverem reſtituerit pede ſuo ſuper [illegible] quod ſeminavit inter ambulandum, tenetur præcepto, *Non conſeres vineam tuam Heterogeneis.*

י כמה מלקין אותו ארבעים חסר אחת שנאמ' בכספר ארבעים מנין שהוא סמוך לארבעים ר' יהודה אומר ארבעים שלימות הוא לוקה והיכן הוא לוקה את היתירה בין כתפיו :

10. Quot verberibus afficitur ſons? Quadraginta uno minus. Q. D. Deut. 25. 2. 3. *Numero quadragenarii*, id eſt, numero, qui (12) proximus eſt quadragenario. R. Jehuda ait: Quadraginta, pleno numero, infliguntur ipſi. Quanam igitur parte accipit ictum abundantem? Inter ſcapulas.

R. OB. DE BARTENORA.

מנין שהוא סמוך לארבעים *Numerus qui proximus eſt quadragenario*, id eſt numerus poſt quem dici poteſt *quadraginta*, nimirum triginta & novem; ſi vero Lex dixiſſet ארבעים בכספר putaſſemus quod quadraginta integræ plagæ requirebantur, cum autem dixit בכספר ארבעים vult intelligendum eſſe numerum poſt quem dici poteſt, *quadraginta*, nempe triginta & novem.

והיכן הוא לוקה יתירה *Quanam igitur parte accipit ictum abundantem?* nam iſte numerus in tres partes dividi nequit, quia triginta & novem in tres partes dividi poſſunt, una pars anterius, & duarum reliquarum una in unum humerum, & altera in alterum humerum; ſed ubi quadrageſima infligitur? inter humeros ipſius; verum deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si Lex dixiſſet tantum ארבעים בכספר *Quadraginta numero*, conveniret ut numerus eſſet completus, at cum dixit בכספר ארבעים *numero quadraginta*, vult, quod non vapulabit niſi cum limitatione quadam, & juxta certum numerum quem ferre poteſt, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 3. כדי רשעתו בכספר ubi Lex flagellationes limitat. Et quod verſu quarto dicit ארבעים יכנו dicere vult, uſque ad quadraginta, ſicuti traditione accepimus a Sapientibus, quod quandoquidem flagellationes infligendæ ſunt juxta naturam ſontis, & quadragenis nihil addendum eſt, non infligenda ſint quadraginta flagellationes, & unam intermittendam eſſe, ne quid addatur, ſicuti exponitur, quod præceptum de non addendo innuat diminutionem plagarum. R. Jehuda aliter ſentit; ſed deciſio non eſt juxta ipſum.

COCCEJUS. §. 12. Gemara. מ"ט אי כתיב ארבעים בכספר הוה אמינא ארבעים מניינא השתא דכתיב בכספר ארבעים מניין שהוא סוכם את ארבעים אמר רבא כמה טפשאי שאר אינשי דקיימי מקמי ספר תורה ולא קיימי מקמי גברא רבה דאלו בספר תורה כתיב ארבעים ואתו רבנן בצרו חדא *Quare?* *Si ſcriptum eſſet*, Quadraginta in numero, *dicerem intelligi*, quadraginta numero: *nunc vero, quia ſcriptum eſt*, cum numero quadraginta, *intelligo numerum, qui numerat XL. Ait Rabba: Quam ſtulti ſunt reliqui mortales, qui coram libro legis aſſurgunt, & non coram viro eminenti* (ſic vocant Sapientes, maximè capita Synagogæ. de quo forte alibi) *Nam ecce in lege ſcriptum eſt, XL. & venerunt Magiſtri noſtri & detraxerunt unam.* Egregiè! Alii pro ſigno habent, quod אחך in numeris valet XXXIX. Veriſſima ratio diminuti numeri eſt, quam revelat Maimon. hilch. Sanhed. cap. 17. ne, ſi lictor per errorem unam plagam addidiſſet, legem tranſgreſſus videretur. Nam ultra XL. ictus procedere, lege prohibitum eſt: pauciores autem irrogare, non item eſt nefas.

יא אין אומדין אותו אלא במכות הראויות להשתלש אמדוהו לקבל מ' לקה מקצת ואמרו אינו יכול לקבל ארבעים פטור אמדוהו לקבל שמנה עשרה משלקה אמרו יכול הוא לקבל מ' פטור עבר עבירה שיש בה שני לאוין אמדוהו אומד אחד לוקה ופטור ואם לאו לוקה ומתרפא וחוזר ולוקה :

11. Non addicitur plagis, niſi quæ trifariam dividi poſſint. Si XL. ferre poſſe æſtimatus ſit, &, parte tolerata, videatur reliquas ſuſtinere non poſſe, dimittitur. Si XIIX. addictus ictibus, poſtquam eos recepit, appareat, & reliquas potuiſſe perferre, liber abit. Crimen ſi commiſerit, in quo ſit duplicis interdicti violatio, ſi una æſtimatione ad plagas damnatus ſit, iis acceptis, abit liber. Si diverſa; vapulat, &, poſtquam ſanatus fuerit, reliqui ictus ipſi irrogantur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין אומדין אותו אלא במכות וכו *Non addicitur plagis &c.* nam quoties quis flagellandus ex decreto Synedrii, toties prius conſiderandæ erant illius vires, ne moreretur iſtis flagellatio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt illud quod dicitur Deut. 25. 3. ארבעים יכנו non eſſe ſenſum quadraginta, & non minus infligendas eſſe, ſed quadraginta & non plures, idcirco dicitur Deut.

gellationibus, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 25. 3. לא יוסיף unde colligitur, quod diminuant, ſi requiratur diminutio. *Niſi quæ trifariam dividi poſſunt*, ſed nunquam addunt quicquam conſideratione virium ipſius. אמדוהו לקבל ארבעים *Conſiderant an quadraginta ferre poſſit, uno minus*, utitur auctor phraſeologia Legis. אמדוהו אומד אחד *Conſiderant eum una conſideratione*, pro duplici flagellatione, ut, ſi conſiderant ipſum an perferre poſſit quadraginta duas plagas. ואם לאו *Sin minus*, ſi ipſum tantum ſemel conſideraverint quod plagas ferre poſſit ob tranſgreſſionem præcepti negativi.

Deut. 25. 3. לא יוסיף *Non addet*; vapulabit autem una minus quadraginta plagis prout reus ſufferre poteſt, ne moriatur, quia vires illius conſiderandæ ſunt ſecundum malum quod fecerit. Et propterea in hoc indulgendum eſt, ſcilicet, ſi illi qui naturam hominum cognoſcunt, dixerint, quod viginti plagas ſufferre poteſt, tum hypotheſis nobis eſt quod octodecim tantum afficietur, etſi viginti poſſit ferre; & ſic in cæteris judicandum eſt.

אמדוהו אומד אחד *Conſiderant illum una conſideratione*, ſenſus eſt, ſi duarum plagarum condemnatus ſit, vel plurium, & ipſum conſideraverint (exempli gratia) quod quadraginta duas ferre poſſit, hoc modo ſe liberabit ab omnibus, quoniam principium conſiderationis fuit quod pro omnibus tot perferre potuit. Si vero conſideraverint ipſum unam tantum flagellationem perferre poſſe, relinquunt ipſum donec ſanatus fuerit a plagis ei inflictis, & deinceps ſecunda vice vapulabit prout ferre poſſit. Eodemque modo faciet quando peccatum commiſerit in quo multa continentur præcepta negativa, & juxta hoc jus convenit ut in tempore quo de ipſo conſiderant, attendant an perferre poſſit omnes plagas, an vero unam aut alteram.

יב כיצד מלקין אותו כופת שתי ידיו על העמוד הילך והילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו והאבן נתונה כאחריו חזן הכנסת עומד עליה ורצועה של עגל בידו כפולה אחת לשנים ושנים לארבעה ושתי רצועות עולות ויורדות בה :

12. Quomodo ſit flagellatio? Aſtringit [quis] ambas ejus manus ad columnam. Tum miniſter publicus veſtem ejus arreptam [detrahit], ſive rumpatur ſive diſſuatur, uſque dum denudet pectus. Lapis ponè illum collocatus eſt, in quo ſtat lictor, manu tenens (13) lorum bubulum complicatum, primo ut ex ſimplici ſit duplex, iterum, ut ex duplici fiat quadruplex. In illo duo lora ſunt, quæ aſſcendant & deſcendant.

R. OB. DE BARTENORA.

על העמוד *Ad columnam*, quæ terræ infixa eſt, & tantæ altitudinis ut reus ei inniti poſſit. חזן Eſt eccleſiæ miniſter & Synedrii legatus. נפרמו *Si diſſuantur*, fila ſuturæ diſrumpunt. מאחוריו *A tergo*, ſcil. illius qui vapulat. *Lorum bubulum*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 3. ארבעים יכנו *Quadraginta inſliges ei*, & deinde ſequitur verſu quarto. *bovi aranti non obturabis os.* כפולה אחת לשנים ושנים לארבעה *Unum duplicatum in duo, & duo in quatuor*, ſcil. quatuor lora una cum altero conſuta. ושתי רצועות *Et duo lora*, tenuia ex aſino, quæ ſurſum deorſum pendebant ut minuta lora ephippii, ratio autem hæc eſt, ex eo quod ſcriptum eſt Jeſ. 1. *Cognoſcit bos emtorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Dixit ergo Deus, veniet qui cognoſcet Domini ſui præſepe, & puniet eum qui non cognovit præſepe Domini ſui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Duo hæcce lora ex corio bubulo fiunt, nam quia opera beſtialia peregit, idcirco beſtiarum corio plectendus eſt, ſicuti exempli gratia Jeſaias dicit capite primo, *cognoſcit bos emtorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui* &c.

COCCEJUS. §. 13. Perinde eſt, ſive unum lorum tribus plicis aut flexuris, ſive duo lora, ſingula ſingulis plicis compoſita ſint, (quemadmodum opinatur R. Sol.) ut quatuor lora efficiantur. Quo animadverſo, labat, quod dicitur; *ſingulos ictus triplices fuiſſe*. Nam quadruplices forent.

יג ידה טפח ורחבה טפח וראשה מגיע על פי כריסו ומכה אותו שליש מלפניו ושתי ידות מלאחריו ואינו מכה אותו לא עומד ולא יושב אלא מוטה שני והפילו השופט והמכה מכה בידו אחד בכל כחו :

13. Manubrium palmi longitudinem habet: latum eſt palmum: extremitas ejus ad os ventris pertingit. Hic cum ferit trifariam, ita ut trientem ictuum adverſo, beſſem averſo infligat. Non ferit ſtantem, neque ſedentem, ſed inclinatum: Q. D. Deut. 25. 2. *Et proſternet eum judex.* Qui ferit, una manu cædit, quantum poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ידה טפח *Manubrium palmi longitudinem habet*, יד hic id eſt quod בית יד *Manubrium*, cui lorum appendet in longitudine palmi ורחבה טפח *Et latitudo illius palmi eſt*, latitudo lori vitulini eſt unius palmi, & caput illius pertingit ad os ventris, idcirco requiritur ut foramen aliquod ſit in baculo loro annexo, ut eccleſiæ miniſter lorum illud extendere & contrahere poſſit, quando ictum infligit. Nam non ſolent quemquam flagellare niſi ejuſmodi loro quod ad os ventris pertingit, ſive ad umbilicum.

ומכה אותו שליש מלפניו *Et infligit ei trientem ictuum adverſo*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 25 2. והכהו לפניו כדי רשעתו ergo ab anteriori parte ferietur juxta quantitatem malitiæ ſuæ, & a poſteriori parte duplo plus. לפניו *Ante ipſum* notat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Manubrium baculi quo ictus infligebatur habebat, aliquod foramen a quo lora dependebant, hinc contrahere & extendere poterat lora eccleſiæ miniſter, quoties vellet, nam nemini ictus infligebatur, niſi lora uſque ad umbilicum pertingerent. Quando autem miniſter feriebat, lora elevabat ambabus manibus, & una infligebat ictus, quia hoc inter flagellandum perfectior modus eſt. Qui vero flagellationem perficiet, is debet eſſe vir gnarus, mediocribus viribus, non puſillanimus, nec vindictæ cupidus, ut ſontem feriat ex vindicta. Præterea neceſſarium eſt ut ictuum triens infligatur cordi, & ictuum triens alterum uni humero, tertium denique alteri humero; & hoc colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 25. 2. והכה מלפניו כדי רשעתו *Et percutiet eum ab anteriori parte ſecundum impietatem* ipſius,

nqtat locum qui eſt ſuper corde : אחוריו *Poſt ipſum* notat locum inter humeros ; nam in uno atque altero humero ictuum triens infigi debet. מכה בידו *Ferit manu ſua*, una ſcil. ſed quum lorum elevat, elevabit illud ambabus. בכל כחו *Totis viribus*, uti ſcriptum eſt Deut. 25. 5. מכה רבה. *ipſius*, ergo non a poſteriori parte eum feriet juxta impietatem ipſius.

יד והקורא קורא אם לא תשמור לעשות וגומ' והפלא ה' את מכותך ואת מכות וגומר וחוזר לתחלת המקרא ושמרתם את דברי הברית הזאת וגומ' ומסיים והוא רחום יכפר עון וגומ' וחוזר לתחלת המקרא ואם מת תחת ידו פטור הוסיף לו עוד רצועה אחת ומת הרי זה גולה על ידו נתקלקל בין בריעי בין במים פטור ר' יהודה אומר האיש בריעי והאשה במים:

14. Et (14) præco clamat: Deut. 28. 58. 59. *Si non obſervaveris, ut facias, &c. mirabiles faciet DOMINUS plagas tuas & plagas ſeminis tui, &c.* atque id repetit ab initio. *Et cuſtodietis verba federis hujus &c.* finitque: *Et ipſe eſt miſericors, &c.* itidemque ab initio iterat. Si moriatur ſub manu ejus, liber eſt. Si unum lorum addiderit, & tum moriatur, exſulat. Sons ſi conſpurcet ſe fimo aut obſcœno liquore, liber eſt. R. Jehuda ait: Mas fimo: femella lotio.

R. OB. DE BARTENORA.

והקורא קורא *Et lector legebat, uti ſcriptum eſt* Deut 25. 4. כקריאת התורה hinc colligimus plagas infligi debere inter legendum; & hæc lectio conſiſtebat ex iis quæ dicuntur Deut. 28. 58. Cæterum judicum maximus legebat. & qui eum dignitate ſequebatur, is numerabat ictus, & tertius ad unumquemque ictum dicebat, *ferito*; deinde quoque neceſſe erat ut lector finiret lectionem ſuam ſimul cum plagis, & ſi eam prius abſolviſſet, repetere debebat ut celeriter cum plagis eam abſolveret.

ואם מת תחת ידו פטור *Et ſi mortuus fuerit ſub manu ipſius, liber eſt*, quia ipſum flagellavit cum licentia. הוסיף *Et addiderit*, ſi erraverit in numerando. נתקלקל *Si conſpurcatus fuerit*, ſi propter plagas emiſerit excrementa; *liber eſt*, quia ſcriptum eſt Deut. 25. 4. *Et frater tuus evileſcat coram oculis tuis*; at quando excrementa emiſit, jam evileſcit. *Et fœmina aquis*, quia ignominia illius major eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

COCCEJUS. § 14 Qui inter judices præſtabat, hos verſus recitabat. Alter numerabat plagas. Tertius jubebat lictorem ferire, hoc verbo: *Hakkehu*, id eſt, *Cæde illum*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Judicum maximus prælegebat hos Legis textus in Miſna memoratos, quando flagellabant aliquem, & qui ipſum dignitate excipiebat, is numerabat plagas, & tertius miniſtrum flagellantem incitabat, ut feriret, dicendo, *ferito dum ferit*. Si vero magnus eſſet plagarum numerus, lectio in duobus hiſce verſibus protrahebatur; at ſi exiguus eſſet numerus, lectio accelerabatur, & lectio peragebatur juxta plagarum numerum ut ambo ſimul finirent; & ſi plagarum inflictio finita eſſet ante lectionem, lectio repetenda erat.

נתקלקל *Si conſpurcatus fuerit*, id eſt, ſi inter flagellandum excrementa emiſerit, & ignominia illius jam perfecta fuerit, tum dicit Lex Deut. 25. 4. ונקלה אחיך לעיניך quandoquidem igitur ignominia affectus erat, propterea jam perfecta erat; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

Plura de hoc ſupplicio vide in abbreviaturis D. Buxtorfi, in ep. dedic.

טו כל חייבי כריתות שלקו נפטרו מידי כריתתן שנ' ונקלה אחיך לעיניך כשלקה הרי הוא כאחיך דברי ר' חנניא בן גמליאל אמר ר' ח'בג מה אם העובר עבירה אחת נוטל נפשו עליה העושה מצוה אחת על אחת כמה וכמה שתנתן לו נפשו ר' שמעון אומר ממקומו הוא למד שנ' ונכרתו הנפשות העושות וגומ' ואומר אשר יעשה אותם האדם וחי בהם הא כל היושב ולא עבר עבירות נותנין לו שכר כעושה מצוה ר' שמעון בר'בי אומר הרי הוא אומר רק חזק לבלתי אכול הדם כי הדם הוא הנפש וגומ' ומה אם הדם שנפשו של אדם קצה ממנו הפורש ממנו מקבל שכר גזל ועריות שנפשו של אדם מתאוה להן ומחמדתן הפורש מהן על אחת כמה וכמה שיזכה לו ולדורותיו ולדורות דורותיו עד סוף כל הדורות:

15. Omnes rei exterminii poſtquam vapularunt, ab exterminio liberi ſunt. Q. D. Deut. 25. 4. *Et frater tuus evileſcat coram oculis tuis.* Poſtquam vapulavit, quaſi frater eſt. verba R. Chananiæ filii Gamalielis. Ait R. Chan. fil. Gamal. Quod ſi, qui unam culpam in ſe admiſit, anima ſua multatur, quanto magis, qui unum præceptum effecerit, anima ſua donabitur? R. Simeon ait: Id quidem ex ſuo loco diſcere eſt. Q. D. Levit. 18 29. Ibid. v. 5. *Et exſcindentur animæ, quæ fecerint, &c. Quæ faciet homo & vivet in illis.* En omni, qui deſidens nihil contra præceptum committit, datur merces, quaſi præceptum impleſſet. R. Simeon filius Rabbi ait: Ecce dicit Scriptura: Deut. 12. 23. *Tantum obfirma te, ne comedas ſanguinem. Nam ſanguis eſt anima, &c.* Quid? qui ſanguine, re, quam abhorret hominis anima, abſtinet, mercedem accipit: quanto magis, qui rapina & inceſtu, quæ anima hominis concupiſcit & expetit, ſe non contaminat, proderit ſibi & progeniei ſuæ, poſteriſque propaginis ſuæ uſque ad finem omnium generationum?

R. OB. DE BARTENORA.

נפטרו מידי כריתתן *liberantur ab excidio*, ſi reſipuerint. *Quod ſi quis unam culpam in ſe admiſit, anima ſua multatur*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus quod plagæ cum pœnitentia admiſſæ expiant excidii pœnam; כל היושב ולא עבר עבירה *Omnis qui deſidens*

tur, quanto magis qui unum præceptum effecerit, anima ſua donabitur? nonnulli exponunt hoc dici de iis qui excidii pœnæ condemnati ſunt, quando flagellati ſunt, nempe, ſi reus in ſe ſuſceperit judicium Senatus, & præceptum obſervaverit poſtquam cæſus eſt, quanto magis anima donabitur, & ab excidio liber erit, quia retributio multo præſtantior eſt pœna. Alii exponunt, peculiare quid eſſe id quod dictum eſt, ad magnam præceptorum pœnam denotandam, ex conſequentia pœnæ peccatorum. *R. Simeon ait id e ſuo loco diſci*, de iis qui excidio tenentur loquitur Lex Deut. 12. 23. Et ex ipſo colligimus, quod ei qui deſidet & non peccat, attribuitur merces perinde ac ſi *dens nihil contra præceptum commiſiſſet*, vult dicere, quod id facere potuiſſet & nihil eum impedire potuiſſet, præterquam Legis obſervantia duntaxat, uti ſanctus Joſephus fuit, aliique; nec te fugit id quod dicit Lex, nempe, quod ſanguis non ſit comedendus, & quod Deus ſuam benedictionem promittit ei qui hoc præceptum obſervaverit, vide Deut. 12. 25. Quanto magis Deus benedicet ei qui ſe abſtraxerit a magnis deliciis corporeis, ad quas homo natura ſua fertur. Lex autem nos admonet ne animam noſtram aſſuefaciamus quicquam addere ei ad quod natura ducimur, decilio non eſt juxta R. Chananya.

præceptum aliquod feciſſet, nam de inceſtu ſcriptum eſt Levit. 18. 29. ונכרתו הנפשות *Et exſcindentur animæ*, & quinto verſu dicitur, *quæ ſi quis fecerit, vivet in eis*, & poſtea ſequitur, *ne appropinquetis ad detegendam nuditatem.* Hinc vides eum qui deſedit & non detexit nuditatem, vocari in Lege עושה מצוה *faciens præceptum*, & dici de ipſo, *& vivet in illis*, ſicuti Lex condemnat eum qui peccaverit; ſed hoc intelligendum eſt de illo cui data occaſione obtigit peccatum, attamen cupidinem peccandi repreſſit, ſicuti Joſephus ille juſtus, aliique fecerunt.

יו רבי חנניא בן עקשיא אומר רצה הקדוש ברוך הוא לזכות את ישראל לפיכך הרבה להם תורה ומצות שני יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר :

15. R. Chanania fil. Akaſiæ ait: Voluit Deus Iſraëlem meritis augere. (15) Propterea multiplicavit illis legem & præcepta. Q. D. Eſai. 42. 21. *DOMINUS delectabatur propter juſtitiam ejus, magnificabat doctrina & reddebat magnificum.*

R. OB. DE BARTENORA.

לפיכך הרבה להם תורה ומצות *Propterea multiplicavit illis Legem & præcepta*, ſicuti eſt caput de abominationibus, & reptilibus, ad multiplicandum præmium, quando ab illis ſeparaverint ſe, etiamſi ſine admonitione illa non comediſſent hæc animantium genera, quia anima humana illa abominatur ex ſe. למען צדקו *Propter juſtitiam ejus*, ad juſtificandum Iſraëlem meritiſque augendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Unum hoc eſt e fundamentis Legis, quod, ſi quis unum de ſexcentis & tredecim præceptis confirmaverit prout decet, & cum iis nullo modo cupiditates mundanas commiſcuerit, ſed ex amore omnia fecerit, meritus ſit vitam futuri mundi. Et de hoc locutus eſt R. Chanania fil. Acaſiæ, quandoquidem præcepta multa ſunt, fieri non poteſt ut homo non unum ex iis per vitam ſuam obſervet juxta conſtitutionem & perfectionem eorum, & tali obſervato præcepto, anima ipſius adipiſcetur vitam beatam. Et hoc fundamentum probatur ex eo quod quæſivit R. Chanina fil. Teradionis, quis ego ſum in vitis mundi futuri? & reſpondit ipſi reſpondens, forſan hiſtoria ad te pervenit? vult dicere, quod præceptum eleemoſynæ ipſi oblatum erat modo perfectiſſimo, & juxta omne id quod fieri poteſt, & commeruiſſe ipſum mundi futuri vitam. Cæterum explicatio illius verſus יהוה חפץ למען צדקו hæc eſt, ut Iſraël juſtificetur & Lex glorificetur.

COCCEJUS. §. 15. Nam ſi quis Iſraëlita ex DCXIII. præceptis legis unum aliquod, ut par eſt, ſine ulla admixtione humanæ intentionis, ex amore fecerit, heres vitæ æternæ futurus eſt. *Maimon. in comm.*

Finis Tractatus de Pœnis.

מסכת שבועות

Tractatus de Jurejurando.

פרק א שבועות שתים שהן ארבע ידיעות הטומאה שתים שהן ארבע יציאות השבת שתים שהן ארבע מראות נגעים שנים שהן ארבעה :

Cap. 1. Juramenta duo ſunt, quæ ſunt inſtar quatuor. Notitiæ immunditiæ duæ ſunt, quæ ſunt inſtar quatuor. Eductiones Sabbathi duæ ſunt, quæ pro quatuor habentur. Demonſtrationes plagarum duæ ſunt, quæ valent quatuor.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועות שתים *Juramenta duo*, ſcriptum eſt Levit. 5. 4. כי תשבע לבטא בשפתים להרע או להיטיב ſi dixerit, *Comedam*, illud fit ad benefaciendum; ſi dixerit, *non comedam*, id fit ad malefaciendum, quia ſeipſum affligit. Eodem modo comparatum eſt de omni re de qua dicitur ita aut non in futurum, nam ſive illud *ad malefaciendum*, ſive *ad benefaciendum*, de futuro intelligendum eſt. שהן ארבע *Quæ ſunt quatuor*, etiam alia duo includenda ſunt, quæ non deſcripta ſunt, & hæc ſunt הין & לאו *ita* & *non* de eo quod præteriit, ut, ſi dixerit, *comedi*, *& non comedi*, & contra.

ידיעות הטומאה *Notitiæ immunditiæ*, hæc innuuntur Levit. 5. 2. או נפש כי תגע בכל דבר טמא quæ verba loquuntur de immunditie ſanctuarii ac rerum ſanctarum. שתים *duæ ſunt*, quæ conſcriptæ ſunt Levit. 5. 2. ונעלם ממנו והוא טמא quod de immunditie illi occulta intelligendum eſt, & de ignorantia illa qua comedit carnem ſanctam, quæ eſt una ignorantia, aut intra ſanctuarium, quæ ſunt duæ. שהן ארבע *Quæ ſunt quatuor*, duo inſuper includendi ſunt caſus condemnationis, nempe ignorantia ſanctarum rerum, & ignorantia ſanctuarii, dum immunditiei ſuæ conſcius erat.

יציאות השבת *Eductiones Sabbathi*, quæ ſunt eductiones e loco publico in locum privatum, & contra, ſicuti colligimus ex Exod. 36. 6. ויצו משה ויעבירו קול במחנה וג' ergo non ducetis e loco privato in locum publicum, nec contra. שתים *Duæ ſunt*, una pro eo qui ſtat in platea & manum ſuam extendit intra, & accipit atque educit, altera eductio pro eo qui intra ſive in loco privato ſtat, & inde educit in locum publicum, & contra. שהן ארבע *Quæ ſunt quatuor*, duæ inſuper aliæ eductiones introducendi includendæ ſunt, etſi non conſcriptæ ſint, quemadmodum enim Lex locuta eſt de duabus ditionibus locorum quantum ad eductionem attinet, ſic etiam de introductione loqui vult, quatenus unus ſtat in loco privato & manum ſuam extendit in locum publicum, qua aliquid introducit; altera introducendi eductio includenda eſt pro eo qui in loco publico ſtat atque inde educit in privatum. *Plagarum colores duo ſunt*, nam conſcriptum eſt Levit. 13. 2. שאת & בהרת. Et quando auctor dicit, *quæ ſunt quatuor*, intelligendum eſt quando duo alii colores a שאת & בהרת dependentes, includuntur, quorum in Lege non facta eſt mentio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבועות שתים שהן ארבע *Juramenta duo ſunt quæ ſunt quatuor*, nam homo jurare ſolet ſuper eo quod præteriit, & ſuper eo quod futurum eſt, atque hæ duæ ſunt juramentorum ſpecies; dividitur autem juſjurandum ſuper eo quod præteriit in duas partes, ſi quis hoc vel illo modo fecerit, vel non fecerit; ſic etiam ſi juraverit ſuper eo quod futurum eſt, ſi hoc vel illo modo fecerit, vel non fecerit. Cæterum immunditiarum notitias exponit Miſchna capite ſequenti.

יציאות השבת *Eductiones Sabbathi*, hic notant רשויות השבת *Poteſtates ſive juriſdictiones Sabbathi*, quæ ſunt duæ, ſcil. juriſdictio privata & publica, quarum unaquæque ſuam habet introductionem & eductionem, quæ jam expoſitæ ſunt capite primo tractatus de Sabbatho; ſed harum in hoc loco nullam fecit mentionem, niſi quod propter tranſgreſſionem illius quis lapidationis condemnari poſſit; verum in tractatu de Sabbatho exponitur quinam condemnati vel immunes ſint. Colores vero plagarum ſunt בהרת *Puſtula*, שאת *Tumor*, qui ſunt principales, & uterque habet ſuum ſecundum colorem; ſed hæc clarius exponentur capite primo tractatus Negaim.

ב כל שיש בה ידיעה בתחלה וידיעה בסוף והעלם בנתיים הרי זה בעולה ויורד יש בה ידיעה בתחלה ואין בה ידיעה בסוף שעיר הנעשה בפנים ויום הכיפורים תולה עד שיודע לו ויביא בעולה ויורד :

2. In quâcunque re fuerit notitia ab initio, & notitia in fine, ſed ignorantia in medio ejus: ecce in hac erit obligatio ad majus minuſve munus (pro qualitate perſonæ.) In quâcunque re fuerit notitia ab initio, non autem notitia in fine; eam hircus, qui fit intus (id eſt, cujus ſanguis ſpargitur intra velum) & dies expiationis ſuſpendunt, donec innotuerit ei (homini;) tum demum adducat majus minuſve munus (pro qualitate perſonæ.)

R. OB DE BARTENORA.

כל שיש בה ידיעה בתחלה *In quacunque re fuerit notitia ab initio*, hoc referendum eſt ad immunditiei notitias, & quia illius pauca ſunt verba, idcirco auctor illa declarat prius, & poſtea juramenta quæ cum aliis bene multis connectuntur, cæterum de eductionibus Sabbathicis & plagarum coloribus ſigillatim dicitur in tractatibus ſuis, ideo in hoc tractatu non exponuntur; ſed hic tantum adducuntur ex ſimilitudine quadam quæ eſt inter has res, in quibus duo ſunt quæ ſunt quatuor.

ידיעה בתחלה *Notitia in principio*, quum ipſi notum erat quod pollutus erat: ידיעה בסוף *Notitia in fine*, poſtquam comederat ſancta ex errore, vel templum intraverat atque exierat, ipſi notum erat quod comederat aut intraverat in immunditie ſua: והעלם בנתיים *Et ignorantia in medio*, quando ſancta comederat in immunditiæ ignorantia, vel in rei ſanctæ ignorantia; vel templum intraverat neſciens quod templum erat, vel quod immundus erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primum incipit auctor cum expoſitione notitiarum immunditiei, ut abſolvat ea quæ non ſcopum hujus tractatus ſpectant, & deinde ad tractatus ſcopum revertatur, qui eſt de jurejurando. Quod autem de Sabbatho & plagis ſuperius fecit mentionem, ratio illius eſt, quod de ſingulis peculiaris extat tractatus. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt quod immunditiei pœna in templo & rebus ſanctis, ſit excidii, ſi de induſtria admiſſa ſit; at ſi ex errore, ſacrificii. dixit enim Deus benedictus Levit. 5. 6. והביא את אשמו ליהוה וגו׳ Si vero ei non ſuffecerit ad offerendum ſacrificium e grege, dicit Lex verſu 11. ואם לא תשיג ידו & verſu ſeptimo ואם לא תגיע ידו Atque hoc eſt *ſacrificium aſcendens & deſcendens.* Sed non tenetur ad ſacrificium niſi donec in principio cognoverit & in fine, atque in medio ignoraverit; ratio autem petenda eſt ex eo quod dicitur Levit. 5. 3. ונעלם ממנו והוא ידע *Et ignotum fuerit ei, at poſtea innotuerit*; quod dicit, *Et ignotum fuerit illi*, indi-

ודי

cat

הרי זה בעולה ויורד *Ecce hic tenetur ad ſacrificium aſcendens & deſcendens*, ſcil. quod aſcendit pro divite & deſcendit pro paupere, id eſt, quod ſolvendum eſt juxta conditionem perſonæ, dives adducet ſacrificium pro peccato e pecore, pauper autem ex avibus, atque omnium pauperrimus adducet decimam Ephæ partem e farina, quod peccatoris donum eſt de quo ubique ſermo fit. שעיר שנעשה בפנים *hircus qui fit intus*, nempe hircus ille diei expiationis cujus ſanguis intus ſpargebatur תולה *ſuſpendit*, ad avertendum pœnas, donec ei innotuerit ſe ſancta comediſſe in immunditie, & deinde adduxerit ſacrificium aſcendens & deſcendens. cat illius rei notitiam ei antea non fuiſſe; & quod dicit, *& poſtea innotuerit*, indicio eſt quod ei innotuit id quod antea ipſum latebat; hinc tibi conſtare poteſt de cognitione principii, cognitione finis, & de ignorantia in medio. Cæterum caſus de hirco diei Expiationis penitus comburendo hic nimis prolixus narratu eſt, & in Gemara potius quam in Commentariis noſtris demonſtretur.

ג אין בה ידיעה בתחלה אבל יש בה ידיעה
בסוף שעיר הנעשה בחוץ ויום הכפורים מכפר שנאמר
מלבד חטאת הכפורים על מה שזה מכפר זה מכפר
מה הפנימי אין מכפר אלא על דבר שיש בה ידיעה אף
החיצון אין מכפר אלא על דבר שיש בה ידיעה :

3. In quàcunque re non fuerit notitia ab initio, verum fuerit in ea notitia in fine; eam hircus, qui fit extra, & dies expiationis expiant ſecundum ſcripturam: præter ſacrificium pro peccato diei expiationis. Pro quo unus (hircus) expiat; pro eo etiam expiat alter. Quid ergo (expiat) interior? non expiat niſi pro re, in qua eſt notitia. Ergo etiam exterior non expiat, niſi pro re, in qua eſt notitia (rei.)

R. OB. DE BARTENORA.

אין בה ידיעה בתחלה *Si in ea non ſit notitia ab initio*, ſi nunquam de hac immunditie quicquam ei innotuiſſet, nunquam ad ſacrificium obligatus erit, nam ſacrificio non eſt locus niſi quis ab initio immunditiei notitiam habuerit.

שעיר הנעשה בחוץ *Hircus qui extra paratur*, qui in altari exteriori offertur præter diei Expiationis additiia ſacrificia, dies autem Expiationis ipſe expiat peccata ope hirci qui extra offertur, uti ſcriptum eſt Levit. 28. 22. שעיר חטאת אחד מלבד חטאת הכפורים Nam per חטאת הכפורים intelligitur hircus qui intus offertur; ſed ipſe textus ambos conjunxit, ut te doceret, quod id quod expiat unus, id & alter expiat, & quod ſicuti ille qui intus offerebatur, non offerebatur niſi ſuper rebus quarum homo notitiam habebat, quæ eſt notitia ab initio, ſicuti colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 18. 9. לכל חטאתם quod intelligendum eſt de eis qui obligantur ad expiationem, quando rei notitiam habent in fine, nam fieri nequit ut quis ad expiationem obligetur, niſi in principio rei notitiam habuerit, ſic etiam hircus qui extra offertur, non expiat niſi ſuper eo cujus quis cognitionem habet, quia eſt cognitio in fine & non in principio, ut nondum obligetur ad expiationem; & hæc eſt expiatio integra ſine ulla ſuſpenſione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc fieri poteſt in parvulo aliquo inter gentiles captivo abducto, ita ut non præceſſerit notitia quod prohibitum ſit Iſraëlitis templum intrare dum quis pollutus ſit, etſi unmunditiem ſuam ignoret quum templum intrabat, ſed poſtea ipſi innotuerit quod immundus erat dum intrabat, & quod vetitum eſt templum intrare dum quis immundus eſt, & hoc eſt non habere notitiam in principio. Hircus autem qui die Expiationis offertur extra, eſt hircus expiationis, qui comedebatur die Expiationis egredeunte; ſed hæc ſuo loco jam pertractata ſunt.

ד ועל שאין בה ידיעה לא בתחלה ולא בסוף
שעירי הרגלים ושעירי ראשי חדשים מכפרין דברי
רבי יהודה רבי שמעון אומר שעירי הרגלים מכפרין
אבל לא שעירי ראשי חדשים ועל מה שעירי ראשי
חדשים מכפרין על הטהור שאכל את הטמא רבי
מאיר אומר כל השעירים כפרתן שוה על טומאת
מקדש וקדשיו היה רבי שמעון אומר שעירי ראשי
חדשים מכפרין על הטהור שאכל את הטמא ושל
רגלים מכפרין על שאין בה ידיעה לא בתחלה ולא
בסוף ושל יום הכפורים מכפר על שאין בה ידיעה
בתחלה אבל יש בה ידיעה בסוף אמרו לו מהו שיקרבו
זה בזה אמר להם יקרבו אמרו לו הואיל ואין
כפרתם שוה האיך קריבין זה בזה אמר להן כולן
באין לכפר על טומאת מקדש וקדשיו :

4. Præterea, in quacunque re non fuerit notitia, neque ab initio, neque in fine: pro ea hirci feſtorum, itemque hirci noviluniorum expiant; hæc R. Jehuda. R. Schimeon dicit; hirci feſtorum quidem expiant; ſed non hirci noviluniorum. Pro quo itaque hirci noviluniorum expiant? pro mundo, qui comedit immundum. R. Meir inquit; omnium hircorum expiatio æqualis eſt, pro immunditia ſcil. ſanctuarii ejuſque ſanctorum. R. Schimeon dixit; hircos noviluniorum expiare pro mundo, qui comedit immundum; & (hircos) feſtorum expiare pro eo, in quo non eſt notitia, nec ab initio, nec in fine; atque (hircum) diei expiationis expiare pro eo, in quo non eſt notitia ab initio; ſed in quo eſt notitia in fine. Interrogarunt eum; quidnam ergò illud eſt, quando offerunt unum pro altero? Reſpondit illis; offerant. Dixerunt ei; at poſtquam expiatio iſtorum inæqualis eſt, quare offerunt unum pro altero? Reſpondit illis; omnes offeruntur ad expiandum pro immunditia ſanctuarii, atque ſanctorum ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

שעירי הרגלים *Hirci feſtorum*, in omnibus feſtis dicitur de hircis expiationis in ſacrificiis addititiis. ושעירי ר"ח מכפרים *Et noviluniorum hirci expiant*, nam de hirco noviluniorum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל השעירים כפרתן שוה *Omnium hircorum expiatio æqualis eſt*, intellige feſtorum omnium hircos, nec non hircos noviluniorum, & hircum qui extra offertur die Expiationis.

viluniorum extat in Lege לחטאת ליהוה peccatum ergo ejuſmodi cujus homo notitiam non habet, id Dei eſt, & hoc eſt quod dicitur, cujus non habet notitiam in principio neque in fine. Cæterum hircos feſtorum de hirco novilunii docemus e conſequentia quadam, nam cum Lex in omnibus feſtis ſcribere potuiſſet שעיר, & tamen ſcripſit ושעיר *Et hircus*, idcirco fecit ut is qui caſum primum expiat, idem utrumque expiaret, ſcil. quod ille hircus expiat id quod hic expiat.

כל השעירים כפרתן שוה *Omnium hircorum expiatio æqualis eſt*, omnium ſcil. addititiorum ſacrificiorum, tam hircorum feſtalium, quam noviluniorum, & illius qui extra offertur die Expiationis, æqualis eſt expiatio, ut expient tam ſuper peccato cujus homo non habet notitiam in principio, ſed in fine, quam ſuper illo cujus non habet notitiam in principio neque in fine, & ſuper puro qui comedit impurum; & hoc pertinebat ad immunditiem quæ uni atque alii contigit. Sed de hirco qui fiebat intus die Expiationis non diſſentiunt, & omnes conveniunt quod iſte ſuſpendit peccati expiationem cujus quis in principio notitiam habet, & non in fine, uti diximus. *R. Simeon dixit &c.* denuo ad verba R. Simeonis referenda ſe confert, quare dicere voluit, *dixerunt ei*, &c. *Quare offerunt unum pro altero?* ſi hircus pro die Expiationis ſeparatus, ſit perditus, atque alius in locum ipſius oblatus ſit, & prior die feſto poſtea inventus, aut in novilunio, poteſtne is offerri pro hirco iſtius diei? *Reſponderunt ei, quoniam expiatio iſtorum æqualis eſt*, &c. R. Meyr dixit R. Schimeoni, bene habet ſi dixeris, quod omnium iſtorum æqualis eſt expiatio, offeratur, nam omnes una expiatione expiant; at ſecundum opinionem tuam, is qui ſeparatus erat ad expiandum ſuper eo qui non habuit peccati ſui notitiam in principio, ſed in fine, quomodo offeretur die feſto ad expiandum ſuper eo qui non habuit notitiam in principio, neque in fine, aut in novilunio ad expiandum ſuper eo qui comedit impurum? Reſp. *omnes offeruntur ad expiandum pro immunditie Sanctuarii, ejuſque ſanctitatum*; & cum in hoc ſint æquales hirci, etſi expiatio eorum diverſa ſit, tamen eos offerre poteſt. nis. Sed in hac controverſia non dicimus deciſionem eſſe juxta hunc aut illum, quia eſt res quæ Deum attinet. Nam doctores diſſentiunt in conſequentiis & textuum ſimilitudinibus, ſed hujus non eſt loci dicere de conſequentiarum caſibus. Et jam diximus, quod de nulla ſententia e qua non conſequitur actus aliquis de quo inter Sapientes controvertitur, dicimus, deciſio eſt juxta hunc aut illum. Cæterum quod dicitur, *quare offerunt unum pro altero*; vult, quod novilunii hircus, ſi oblatio illius retardetur, in aliquo feſto offeratur, atque ita venire poſſit pro feſti hirco; ſic contra, ſi hirci feſtalis oblatio retardetur, in quodam novilunio offerri poteſt, & venire pro hirco novilunii, nam unusquiſque eorum eſt ſacrificium expiationis quod extra offertur.

ה רבי שמעון בן יהודה אומר משמו שעירי ראשי חדשים מכפרין על הטהור שאכל את הטמא מוסיף עליהן של רגלים שמכפרין הטהור שאכל את הטמא ועל שאין בה ידיעה לא בתחלה ולא בסוף מוסיף עליהן של יום הכפורים שהן מכפרין על הטהור שאכל את הטמא ועל שאין בה ידיעה לא בתחלה ולא בסוף ועל שאין בה ידיעה בתחלה אבל יש בה ידיעה בסוף אמרו לו מהו (נ"א אומר היה רבי) שיקרבו זה בזה אמר להן הן אמרו לו אם כן יהו של יום הכפורים קריבים בראשי חדשים אבל האך של ראשי חדשים ביום הכפורים לכפר כפרה שאינה שלה אמר להן כולן באין לכפר על טומאת מקדש וקדשיו:

5. Rabbi Schimeon fil. Jehudæ dicit, nomine illius (prioris Rabbi Schimeonis;) hirci noviluniorum expiant pro mundo, qui comedit immundum: plus præſtant illis (hirci) feſtorum, quippe qui expiant pro mundo, qui comedit immundum, proque eo, in quo non eſt notitia, nec ab initio, nec in fine: Adhuc plus præſtant illis (hirci) diei expiationis, quippe qui non ſolum expiant pro mundo, qui comedit immundum, ſed etiam pro eo, in quo nulla notitia, nec ab initio, nec à fine: Item pro eo, in quo nulla notitia ab initio; eſt tamen in eo notitia in fine. Interrogavere eum; quid ergo eſt? quod offerunt unum pro altero. Reſpondit illis; benè habebit. Exceperunt adverſus ipſum, ſi vel maximè (hirci) diei expiationis offerantur in noviluniis: quomodo autem (hirci) noviluniorum offerentur in die expiationis ad expiandum expiatione, quæ non eſt eorum? Dixit illis; omnes hirci ſolent offerri ad expiandum pro immunditie ſanctuarii, ac ſanctorum ejus.

R. OB. DE BARTENORA. משמו *In nomine illius*, ſcil. R. Schimeonis; at R. Schimeon in genere nominatus, eſt R. Schimeon filius Jochai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Quoniam jam dixit quod dies Expiationis iis aliquid addat, quia is expiat ſuper eo qui immundi notitiam non habuit in principio, ſed in fine, ideo dicit, *ad expiandum expiatione, quæ non eſt eorum?*

ו ועל זדון טומאת מקדש וקדשיו שעיר הנעשה בפנים ויום הכפורים מכפרין ועל שאר עבירות שבתורה הקלות והחמורות הזדונות השגגות הודע ולא הודע עשה ולא תעשה כריתות ומיתות בית דין שעיר המשתלח מכפר:

6. Porro pro ſuperbia (ſeu peccato ſtudio commiſſo) immunditiei ſanctuarii, & ſanctorum ejus, hircus, qui fit intus (id eſt, cujus ſanguis ſpargitur intra velum,) & dies expiationis expiant. Tandem pro reliquis tranſgreſſionibus, de quibus in lege, tum levibus, tum gravibus, tam peccatis ſtudio commiſſis, quam ex errore, tam quæ nota facta, quam quæ non nota facta, tam quæ contra præceptum affirmativum quam quæ contra negativum ſunt, tam quæ exciſionem, quam quæ pœnam capitalem forenſem merentur, hircus emiſſarius expiat.

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

תעל זדון טומאת מקדש *Pro ſuperbia immunditiei Sanctuarii*, ſimpliciter hoc accipiendum eſt: Scriptum in Gemara. *Hircus qui fit intus, & dies expiationis expiant*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 16. 16. ומפשעיהם לכל חטאתם ubi per ומפשעיהם *Et a prævaricationibus ipſorum*, intelliguntur peccata ex ſuperbia commiſſa. *Levia vero & gravia* &c. tota hæc Miſna ita exponitur in Gemara; tam levia quam gravia, ſive quis ea fecerit ex ſuperbia ſive ex errore, ſive dubii eorum notitiam habuerit, ſive non habuerit, nimirum, ſive innotuerit ei quod dubium adipis ad ipſum pervenit, idque comedit, ſive ei non innotuerit quod dubium adipis ad ipſum pervenit; & hæc ſunt levia, affirmativa & negativa; atque hæc ſunt gravia, excidia & mortis pœnæ a Synedrio inflictæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt de hirco qui intus offerebatur, Levit. 16. 16. וכפר הקדש מטמאת בני ישראל וגו׳ Levia vero peccata vocantur præcepta affirmativa & negativa, excepto tantum præcepto illo, *non jurabis*, *gravia* vero ſunt excidia & mortis pœnæ per Synedrium ex præcepto, *ne jures*, inflictæ; nam hoc præceptum e gravibus eſt, etſi negativum duntaxat ſit, & hæc repetit auctor, eo quod exponere vult id quod dixit, *tam ſtudio commiſſis quam ex errore*, id eſt, ſive quis peccata illa de induſtria, ſive ex errore commiſerit, hircus qui ad Azazel mittitur, expiat, etſi peccatorum levium non egerit pœnitentiam, ſed gravium tantum, hircus tamen cum pœnitentia expiat.

ז אחד ישראלים ואחד כהנים ואחד כהן משיח מה בין ישראלים לכהנים ולכהן משיח אלא שדם הפר מכפר על הכהנים על טומאת מקדש וקדשיו רבי שמעון אומר כשם שדם השעיר הנעשה בפנים מכפר על ישראל כך דם הפר מכפר על הכהנים כשם שוידוי של שעיר המשתלח מכפר על ישראל כך וידוי של פר מכפר על הכהנים :

7. Sive ſint Iſraëlitæ, ſive Sacerdotes, ſive Sacerdos unctus, nil refert. Quidnam ergo eſt diſcriminis inter Iſraëlitas, Sacerdotes, Sacerdotemque unctum? duntaxat hoc, quod ſanguis juvenci expiat pro Sacerdotibus, pro immunditia ſanctuarii, ac ſanctorum ejus. R. Schimeon dicit; quemadmodum ſanguis hirci, qui fit intus (id eſt, cujus ſanguis ſpargitur intra velum) expiat pro Iſraëlita: ſic ſanguis juvenci expiat pro Sacerdotibus. Quemadmodum confeſſio hirci emiſſarii expiat pro Iſraëlitâ: ſic confeſſio juvenci (ſeu ſuper juvenco) expiat pro Sacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד ישראלים ואחד כהנים וכו׳ *Sive Iſraëlita, ſive ſacerdotes* &c. ſuper quibus omnibus expiat hircus emiſſarius reliqua peccata, & non eſt differentia inter eos, niſi quod ſanguis juvenci expiat immunditiem ſacerdotum in Templo ejuſque rerum ſanctarum, nam ſicuti hircus expiat ſuper Iſraëlem intus, quod eſt peccati ſuſpenſio ſuper eo qui iſtius habuit notitiam ab initio, & non in fine, & ſuper peccato ex ſuperbia commiſſo in Templo & in ejuſdem rebus ſanctis, ita etiam expiatio hirci exterioris, & juvencus ſacerdotis maximi qui die Expiationis offerebatur, expiat ſuper ſacerdotes. *R. Schimeon dicit* &c. vult dicere, ſicuti tu concedis de ſanguine hirci intus offerendi quod expiat ſuper Iſraële, cujus expiatio fit ſine ulla confeſſione, quia ad hircum intus offerendum non dicitur confeſſio, niſi ad hircum emiſſarium. Sic etiam ſanguis juvenci ſine ulla confeſſione expiat ſuper ſacerdotes immunditiem Templi & rerum ſanctarum, ut & ſuper confeſſionem juvenci qui venit in locum confeſſionis hirci emiſſarii, ad expiandum ſuper ſacerdotes in cæteris peccatis, at illi ipſi non expiantur hirco emiſſario

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere quod hi omnes viri æquales ſunt reſpectu expiationis hirci emiſſarii, & non eſſe differentiam inter ſacerdotes, Iſraëlitas, & ſacerdotem unctum, niſi in immunditie ſanctuarii, illiuſque rerum ſanctarum. R. Simeon dicit, illos quoque in expiatione hirci emiſſarii differre, qui ſolus Iſraëlem expiat.

פרק ב ידיעות הטומאה שתים שהן ארבע נטמא וידע ונעלמה ממנו הטומאה וזכור את הקדש נעלם ממנו הקדש וזכור את הטומאה נעלמו ממנו זה וזה ואכל את הקדש ולא ידע ומשאכל ידע הרי זה בעולה ויורד נטמא וידע ונעלמה ממנו טומאה וזכור את המקדש נעלם ממנו מקדש וזכור את הטומאה נעלם ממנו זה וזה ונכנס למקדש ולא ידע ומשיצא ידע הרי זה בעולה ויורד :

Cap. 2. Notitiæ immunditiei duæ ſunt, quæ ſunt quatuor. Si quis pollutus fuerit, ſciveritque, ſed mox fuerit immunditiei oblitus, memor tamen, eſſe rem ſanctam; aut oblitus fuerit, eſſe rem ſanctam, memor tamen immunditiei: aut latuerit eum utrumque, & comederit ſanctum, ita ut ignoret, ſed, poſtquam comederit, cognoverit: ecce tum hic (obligatur) ad majus minuſve munus. Si quis pollutus fuerit & noverit; ſed mox oblitus fuerit immunditiei, memor tamen, eſſe rem ſanctam; aut oblitus fuerit, eſſe rem ſanctam, memor tamen immunditiei; aut latuerit ipſum utrumque, & intrarit ſanctuarium, nec ſciverit, poſtquam vero egreſſus cognoverit: ecce (obligatur etiam) hic ad majus minuſve munus (pro qualitate perſonæ.)

R. OB. DE BARTENORA.

ידיעות הטומאה *Notitiæ immunditiei*, ſi pollutus fuerit, & eodem momento ipſi innotuerit quod pollutus erat, vel poſtea. ונעלמה ממנו הטומאה *& latuerit ipſum immundities*, atque in illa ignorantia comederit rem ſanctam, hæc una eſt; ſi vero templum intraverit, duæ ſunt, uti ſcriptum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando conſideraveris notitias, invenies octo, quarum prima, quum innotuerit ipſi quod erat immundus, & poſtea ipſum latuerit immundities, atque Templum ingreſſus fuerit, & deinde in atrio cognoverit denuo quod immundus erat; hæ duæ ſunt notitiæ. Tertia eſt, quum cognoverit

tum Levit. 5. 2. ונעלם ממנו והוא טמא unde intelligitur quod immunditiès ipſum latebat. Et quia non tenetur, niſi dum ipſi innotuerit ab initio quod pollutus erat, & deinceps oblitus fuerit, propterea vocantur ידיעות *notitiæ*. Si vero ei ignota fuerit res ſancta, vel templum, & rem ſanctam comederit, vel templum ingreſſus fuerit dum immunditiès ei in mentem veniebat, tum aliæ duæ ſunt notitiæ, quæ in Lege non deſcriptæ ſunt.

ונעלם ממנו זה וזה *Si utrumque ipſum latuerit*, hoc non pertinet ad numerum notitiarum, ſed hoc nos docet quod etiam eo tempore quo comedebat rem ſanctam, vel templum intrabat, non cogitabat de immunditie neque de re ſancta, & propterea offerre tenetur ſacrificium aſcendens & deſcendens.

verit quod erat in templo, & latuerit ipſum poſtea, atque in illa ignorantia intraverit templum, ſed deinde ei rurſus innotuerit quod pollutus erat dum intrabat, hæc eſt notitia quarta. Quinta eſt, quum ei conſtat quod res quædam ei ſancta erat, at poſtea oblitus ſit, atque ipſam comedat dum erat immundus, tum, ſi deinde ei rurſus in mentem veniat quod rem ſanctam comedit, hæc ſit notitia ſexta. Septima eſt, quum innotuerit quod erat immundus, at poſtea oblitus fuerit, atque res ſanctas comederit, ſed poſtea rurſus ipſi inciderit quod immundus erat dum comedebat, hæc octava eſt notitia. Ex his autem octo notitiarum modis duæ ſunt immunditiæ corporis, ſcil. ſi recordatus fuerit quod erat immundus, & deinde oblitus fuerit, feceritque id quod fecerit, & poſtea illi innotuerit quod pollutus erat. Harum notitiarum duæ obtinent in ſanctuario, ut, ſi quis ſit in ſanctuario & non recordetur quod in eo eſt, ſed deinceps ei in mentem veniat quod in eo eſt. Præterea duæ earum ſunt notitiæ in carne ſancta, ut, ſi innotuerit alicui quod erat res ſancta, & poſtea oblitus fuerit, atque comederit, & deinceps ei in mentem venerit quod rem ſanctam comedit. Cæterum dixit auctor quod ſunt quatuor etſi ſint octo, uti diximus, quia primam tantum enumeravit notitiam, nam tali notitia fieri poteſt ut ad ſacrificium obligetur, quando in fine ipſi demum innotuerit; ſed notitias in fine non computavit, nam quamdiu non præceſſerit notitia, tamdiu non obligatur ad ſacrificium, etſi in fine illius notitiam habuerit, perinde ac ſi dixiſſet, immunditiei notitiæ ab initio duæ ſunt quæ ſunt quatuor; ſed duæ ſunt, quia illæ omnes dependent ab immunditie ſanctuarii, & rerum ſanctarum; & quatuor ſunt, ut, notitia immunditiei corporis ab initio in caſu Sanctuarii ejuſdemque rerum ſanctarum, & notitiæ ſanctuarii ab initio, & cognitio carnis ſanctæ ab initio, & notitia immunditiei corporis ſui ab initio in caſu carnis ſanctæ. Et quod dicit, *Si utrumque ipſum latuerit*, hoc non referri debet ad numerum notitiarum, ſed jus docet quod ad ſacrificium obligatur, etſi non habuerit notitiam in ipſo actu neque immunditiei, neque rei ſanctæ. Jam tibi conſtat quidnam ſit ſacrificium aſcendens & deſcendens, ſcil. quod id offertur juxta hominis conditionem & bona; & hoc eſt quod dicitur, Levit. 5. 11. ואם לא תשיג Et in expoſitione hujus Miſnæ prolixus fui, quia in Gemara difficillima ſunt, idcirco id quod hic dixi, erit inſtar clavis ad reſerandum id quod illic dicitur.

ב אחד הנכנס לעזרה ואחד הנכנס לתוספת העזרה שאין מוסיפין על העיר ועל העזרות אלא במלך ונביא ואורים ותומים ובסנהדרין של שבעים ואחד ובשתי תודות ובשיר ובית דין מהלכין ושתי התודות אחריהם וכל ישראל אחריהם הפנימית נאכלת והחיצונה נשרפת וכל שלא נעשה בכל אלו הנכנס לשם אין חייבין עליה :

2. Idem eſt, ſive quis intrat in atrium ipſum, ſive intrat in appendicem atrii; ſiquidem nihil addi ſolet urbi, vel atriis, niſi juſſu Regis, Prophetæ, Urim & Thummim, & Sanhedrin ſeptuaginta & unius viri, & per duo ſacrificia Euchariſtica atque carmen. Ubi domus judicii præit, & ſacrificia Euchariſtica poſt illos ſequuntur, omneſque Iſraëlitæ poſt hæc. Interius (Euchariſticum) comedi ſolet, at exterius comburi. Quæcunque vero appendix non fit ſecundum omnia iſta, tum, ſi ingreditur eum, non reus fit ſuper eâ.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד הנכנס לעזרה *Idem eſt, ſive quis intrat in atrium ipſum*, in primum ſcil. *Sive intrat in appendicem atrii*, quam illi poſtea addiderunt. *Siquidem nihil addi ſolet urbi &c.* ideo conſecrata eſt appendix perinde ac primum atrium. *Niſi juſſu Regis*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 25. 9 ככל אשר אני מראה אותך את תבנית המשכן ואת תבנית כל כליו וכן תעשו qui eſt textus ſuperfluus, ad docendum nos, ita conſecrationem fieri in generationibus futuris; Moſes autem ſuo tempore erat rex & propheta, & frater ipſius ſacerdos maximus, eratque ibidem Urim atque Tummim, & ſeptuaginta ſeniores, eodemque modo fieri debet in generationibus futuris.

ובשתי תודות *Et per duo ſacrificia Euchariſtica*, cum duobus panibus euchariſticis, quos ferebant uſque ad finem termini quem conſecrabant, ibidemque unum comedebant, & alterum comburebant, & ſacerdotis dicto comedebatur & comburebatur; & hoc eſt quod Miſna dicit, *interius comeditur, at exterius comburitur.* Cæterum de Nehemia filio Hachaliæ hoc colligitur Nehem. 12. 31. Pſalmus vero quem dicebant eſt tricceſimus. Templi autem ſecundi, etſi in eo non eſſet Urim, neque Tummim, neque rex, tamen conſecratio illa qua Salomo templum in principio conſecravit, etiam pro tempore futuro facta eſt; & quod Nehemia filius Hachaliæ fecit, id tantum in ſimplicem rei memoriam factum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Exod. 25 9. ככל אשר אני מראה אותך וגו׳ vult dicere, quodcunque Sanctuarium demum ædificabitur, hoc modo ædificetur. Et jam noſti quod Moſes fuit Rex, & is cenſetur pro uno e regibus, & prophetiæ addictus, & de ipſo dicitur Deut. 33 5. *Et fuit Rex in Jeſchuron.* Synedrium vero e ſeptuaginta conſtabat ſenioribus, & ſic etiam Urim & Tummim ad id ipſum pertinebat. Et auctor probationem attulit ad duas revelationes illius quod ſcriptum eſt Nehem. 12. 31. & Pſal. 30. Deinde duo Euchariſtica abiverunt quo voluerunt unum poſt alterum, quando autem ad finem ſuum pervenerunt, conſtiterunt, & unum eorum comeſtum eſt, alterum vero combuſtum, & hoc eſt quod per unum prophetam dictum eſt, *comeſtum eſt*, & per alterum, *combuſtum eſt.* Sed hæc duo euchariſtica ſunt panis tantum ſine agnis, quia & illi quoque ſint ſpecies euchariſticorum ſacrificiorum, quemadmodum ſuo loco exponetur. Ratio autem quare templum ſecundum conſecratum fuit, etſi non habuerit Urim, neque Tummim, neque Regem, eſt, quia ſua potitur ſanctitate uſque ad omnium generationum finem, nempe illa ſanctitate qua conſecratum fuit tempore Salomonis; nam quod Ezras fecit, id tantum in rei memoriam factum eſt.

ג נטמא בעזרה ונעלמה ממנו טומאה וזכר את המקדש נעלם הימנו מקדש וזכר לטומאה נעלם ממנו זה וזה והשתחוה או ששהא כבדי השתחואה בא לו בארוכה חייב בקצרה פטור זו היא מצות עשה שבמקדש שאין חייבין עליה :

3. Si quis pollutus fuerit in atrio; ſed ignota fuerit ipſi immundities; & meminerit ſanctuarii: aut ignotum fuerit ipſi, eſſe in ſanctuario, & memor fuerit immunditiei; aut ignotum fuerit ipſi utrumque; & incurvatus fuerit, aut commoratus tanto tempore, quantum incurvatio requirit, aut ſi egreſſus fuerit via longiori, reus erit, ſin via breviori, liber erit. Hoc eſt præceptum affirmativum de ſanctuario, quando ſuper eo rei non fiant.

R. OB. DE BARTENORA.

נטמא בעזרה *Si in atrio pollutus fuerit*, & cogitaverit quod immundus erat, & in illa ignorantia adoraverit in parte templi interiore, etſi illic non detinuerit ſe; aut ſi adoraverit in parte exteriori, & ibidem ſe detinuerit dum adorare poterat, quod eſt ſpatium temporis quo quis attento animo legere poteſt verſum tertium 2 Chron. 2. 7. Quod porro auctor dicit, או שבא לו בארוכה *Aut egreſſus fuerit via longiori*, vult, quod ſi exierit per viam longam, & ibidem alia fuerit via brevior ad exeundum, etſi in principio non detinuerit ſe, tenetur: ובקצרה פטור *Sin breviori, liber eſt*, ſi non adoraverit, neque detinuerit ſe, & per viam breviorem exierit, liber eſt. זו היא מצות עשה שבמקדש *Hoc eſt præceptum affirmativum de ſanctuario*, nam hic obtinet præceptum illud Num. 5. 2. רשלחו מן המחנה כל' טמא Tandem dicit, *quod non fiant rei ſuper eo*, Senatus non obligatur ad juvencum pro peccato in ignorantia commiſſo, nam ſi erraverit in judicio, & docuerit illi exeundum eſſe per viam brevem, propter errorem iſtum non obligatur adducere juvencum pro ignorantia rei in congregatione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si incurvaverit ſe ad partem templi interiorem, etſi illic non cunctatus fuerit, aut ſi incurvaverit ſe ad latus exterius & cunctatus fuerit, aut ſi inter incurvandum tamdiu cunctatus fuerit, ut quis verſum iſtum 2 Chron. 7. 3. ſenſim, & non feſtinanter, neque tarde legere poſſit. Præceptum vero affirmativum eſt, quo ei dicimus, ito per viam brevem; & quod auctor dicit, *quod ſuper eo rei non fiant*, vult, quod Senatus non obligatur ad ſacrificium, ſi docuerint ipſum dixerintque quod non licet ipſi in ſanctuario ſtare dum immundus eſt, ſed quod ipſi exeundum eſt quocunque modo poterit, etiam per viam brevem; & quod tenetur viam abbreviare; hoc fundamentum quoque exponetur in tractatu Horajot.

ד ואיזו היא מצות עשה שבנדה שחייבין עליה היה משמש עם הטהורה ואמרה לו נטמאתי ופירש מיד חייב מפני שיציאתו הנאה לו כביאתו :

4. Quod vero eſt præceptum affirmativum de Menſtruata, quando ſuper ea rei fiant? Si quis coiverit cum munda, & illa dixerit ei, immunda facta ſum, ille vero ſtatim ſeparaverit ſe: tamen reus eſt. Quia tam prodeſt ipſi egreſſus ejus, ac ingreſſus ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

ואיזו היא מצות עשה שבנדה *Et quodnam eſt præceptum affirmativum de menſtruata?* ſcil. quod ſimile eſt ei quod de ſanctuario datum eſt, quum immundities ei contigit poſtquam cum licentia introivit. שחייבין עליה *ſuper eo rei fiant*, ſi erraverit Senatus in hac doctrina, obligatur adducere juvencum pro ignorantia ipſius. היה משמש עם הטהורה *Si coiverit cum munda*, quum intraverit in eam cum licentia, & illa poſtea ei dixerit, jam immunda facta ſum. ופירש מיד חייב *Si vero ſeparaverit ſe, tenetur*, ſed conſiſtet in loco iſto, nec dimovebit ſe, donec membrum virile deſideat, & poſtea ſeparabit ſe; atque hoc eſt præceptum affirmativum quod in menſtruata obtinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conſentaneum eſt ut juvencus maneat is qui antea erat, & non dimoveat ſe, & cornua illius terræ infixa ſint, donec membrum ipſum mortuum fuerit, & poſtea ſe ſeparaverit; ſeparatio autem eſt ex præcepto affirmativo. Cæterum quod auctor dicit, *rei ſunt ſuper ea*, vult, quod Senatus tenetur quum ſeparationem permiſerit, quod prohibitum eſt, & ſic etiam ipſe homo ad ſacrificium tenetur, omnia hæc ex præcepto affirmativo; nam non obligatus eſt ex præcepto affirmativo ſanctuarii, ſicuti exponemus in tractatu Horajot.

ה רבי אליעזר אומר השרץ ונעלם ממנו על העלם שרץ חייב ואינו חייב על העלם מקדש רבי עקיבא אומר ונעלם ממנו והוא טמא על העלם טומאה חייב ואינו חייב על העלם מקדש רבי ישמעאל אומר ונעלם ונעלם שתי פעמים לחייב על העלם טומאה ועל העלם מקדש :

5. Rabbi Elieſer dicit; ſi fuerit immundum reptile, & oblitus quis fuerit: tum propter ignorantiam reptilis immundi reus erit; ſed non reus erit propter ignorantiam ſanctuarii. Rabbi Akiba inquit; Si ignotum fuerit alicui (templum,) fueritque immundus: tum ob ignorantiam immunditiei reus erit; non verò reus erit ob ignorantiam ſanctuarii (ſeu loci ſancti.) R. Iiſchmaël ait; Et latuerit, & latuerit bis (dicitur;) ad reum faciendum, tam propter ignorantiam immunditiei, quam propter ignorantiam ſanctuarii.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר השרץ ונעלם ממנו *R. Eliezer dicit, ſi fuerit immundum reptile, & oblitus fuerit*, id quod ſcriptum eſt Levit. 5. 2. quaſi locus ſuperfluus eſt, quoniam in verſus principio jam ſcriptum eſt נפש אשר תגע בכל' דבר טמא at

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer dicit, id quod ſcriptum eſt Levit. 5. 2. בנבלת שרץ טמא poſteaquam dixiſſet ab initio, בכל דבר טמא comprehendit omnes immunditiarum ſpecies; vult dicere, quod immundus non tenetur ad ſacrificium, niſi donec aliqua ſpecie pol-

at ſerpens comprehenditur ſub omni re immunda. Verum locus iſte nos vult docere, quod, ſi cognoverit quod immundus erat certe, at ipſum latuerit, pollutusne ſit ſerpente, an vero cadavere quadrupedis, non obligatur ad ſacrificium, ſi rem ſanctam comederit, niſi donec ab initio ipſi innotuerit an ſerpente, an vero quadrupede mortuo pollutus fuerit. R. Akiba putat, quod, cum certo cognovit ſe immundum eſſe, etiamſi non clare cognoverit qua ſpecie pollutus ſit, an ſerpente, an vero quadrupede mortuo, tenetur; ſed utrumque liberat ab immunditie ſanctuarii; R. Iſmaël obligat; deciſio eſt juxta R. Iſmaël.

pollutus fuerit, nempe, an fuerit pollutus ſerpente; aut cadavere quadrupedis, aut alia immunditiei ſpecie. Verum ſi cognoverit quod pollutus erat, at ipſum latuerit qua immunditie, non obligatur ad ſacrificium. R. Akiba dicit quod tenetur, etſi aliarum rerum immundarum quoque intret numerum, quas hic narrare non eſt loci juxta commentarii noſtri ſcopum; deciſio eſt juxta R. Iſmaël.

פרק ג שבועות שתים שהן ארבע שבועה שאוכל ושלא אוכל שאכלתי ושלא אכלתי שבועה שלא אוכל ואכל כל שהוא חיב דברי רבי עקיבא אמרו לו לרבי עקיבא היכן מצינו באוכל כל שהו שהוא חיב שזה חיב אמר להן רבי עקיבא וכי היכן מצינו במדבר ומביא קרבן שזה מדבר ומביא קרבן שבועה שלא אוכל ואכל ושתה אינו חיב אלא אחת שבועה שלא אוכל ושלא אשתה ואכל ושתה חיב שתים :

Cap. 3. Juramenta duo ſunt, quæ ſunt quatuor. (Si quis dixerit;) *juramentum eſto, quod comeſturus ſim, & non comeſturus ſim; quod comederim, & non comederim.* (Si quis dixerit;) *juramentum eſto, quod non comeſturus ſim, comederit autem, quicquid etiam ſit;* reus erit: Ita Rabbi Akiba. Quæſiverunt ex Rabbi Akiba: ubinam invenimus de comedente, quantumcunque etiam ſit, qui reus eſt, quod hic ſit reus? Reſpondit illis Rabbi Akiba; Et ubinam invenimus de loquente ac offerente munus, quod hic ſit loquens ac offerat munus? (Si quis dixerit;) *eſto juramentum, quod non comeſturus ſim;* comederit autem biberitque: non reus erit, niſi ſemel. (Sin quis dixerit;) *juramentum eſto, quod nec comeſturus, nec bibiturus ſim;* comederit autem biberitque, reus erit bis.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועות שתים *Juramenta duo ſunt*, ſcil. comedam & non comedam, quæ ſunt duo quæ expoſuit Lex, dum dixit Levit. 5. 4. להרע או להיטיב quod intelligendum eſt de futuris, nimirum, *non comedam*, ad malefaciendum, *& comedam*, ad benefaciendum. *Quod comeſturus ſum, & non comeſturus ſum*, hæc duo ſunt quæ ex tradititione Sapientum addita ſunt. מדבר ומביא קרבן *Loquitur & oblationem adducit*, hic adducit ſacrificium quia verba ipſius irrita facta ſunt, & quandoquidem hoc factum eſt eo quod verba illius irrita ſunt, idcirco hæc quoque voti deſtructio eſt; nam is qui dixerit, *non comedam*, intendit prohibitionem cujuſcunque ſit quantitatis. *Jusjurandum quod non comedam, at comederit & biberit*, etſi potus comprehendatur ſub cibo, tamen non tenetur niſi uno, quia eſt inſtar illius qui comedit, & poſtea denuo comedit in una ignorantia. *Quod non comedam, neque bibam*, ſunt duo juramenta, & quamvis ab eo tempore quo dixit, *non comedam*, potum ſibi prohibuit, eo quod potus continetur ſub cibo; & quum poſtea dixerit, *ulterius non bibam*, diceremus quod juſjurandum non cadit in jusjurandum; hic tamen differentia eſt, nam, quandoquidem dixit prius, *non comedam*, & deinde dixit, *non bibam*, indicavit intentionem ſuam, quod cibus ille de quo in principio locutus eſt, eſt cibus tantum ſine potu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dixit, *non comedam, non bibam*, detexit ſcopum ſuum, quod id quod dixit, *non comedam*, intelligendum ſit de cibo abſque potu, idcirco bis tenetur.

ב שבועה שלא אוכל פת חטין ופת שעורין ופת כוסמין אינו חיב אלא אחת שבועה שלא אוכל פת חטין ופת שעורין ופת כוסמין ואכל חיב על כל אחת ואחת :

2. (Si quis dixerit;) *juramentum eſto, quod non comeſturus ſim*, interim tamen comederit panem triticeum, panem hordeaceum, & panem ſpeltæ: non reus erit, niſi ſemel. (Sin quis dixerit;) *juramentum eſto, quod non comeſturus ſim, ſive panem triticeum, ſive panem hordaceum, ſive panem ſpeltæ, comederitque tamen*: reus erit ſuper unoquoque.

R. OB. DE BARTENORA.

חיב על כל אחת ואחת *Obligatur ad unumquodque*, quoniam uſus eſt voce פת *Pane*, de qualibet ſpecie, ſenſus eſt quod dividendum ſit; nam ſi illas ſpecies ſibi prohibere voluiſſet duntaxat, non plures, ipſi dicendum fuiſſet, panis triticeus, panis hordeaceus, & panis e ſpelta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoniam vocem פת *panem* repetit, vult, quod non comedet panem triticeum, neque hordeaceum, neque e ſpelta; & hac repetitione detexit intentionem ſuam, quod ſeipſum obligavit juramento pro unoquoque.

ג שבועה שלא אשתה ושתה משקין הרבה אינו חיב אלא אחת שבועה שלא אשתה יין ושמן ודבש ושתה חיב על כל אחת ואחת :

3. (Si quis dixerit;) *Eſto juramentum, quod non bibiturus ſim, biberit vero varios potus:* non reus erit, niſi ſemel. (Si vero dixerit;) *juramentum eſto, quod non bibiturus ſim vinum, aut oleum, aut lac;* ſed biberit: reus erit ſuper unoquoque.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

שבועה שלא אשתה יין ושמן ודבש *Juramentum quod non bibam vinum, nec oleum, nec mel*, in Gemara exponitur hoc intelligendum eſſe, ſi amicus ipſius denegaret ipſi, & diceret, venito & bibito mecum vinum, oleum, & mel, eique reſpondiſſet, juſjurandum quod non bibam tecum, non ultra, quia juraverat ſuper eo quod ipſi negabat, at dicendo, vinum, oleum, & mel, intendit diviſionem ſacrificii pro quolibet juramento.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hoc caſu ad omnia obligari poteſt ad unum quodque juramentum, ſi ſocius illius dixerit ei, venito & bibito mecum vinum, oleum, & mel, & ille dixerit, juramentum quod non bibam vinum, oleum, nec mel; & idcirco ad quodlibet obligatus eſt, quia ei dicere potuiſſet, juramentum quod non bibam tecum; at non nominavit vinum, oleum, nec mel, niſi ad dividendum, propterea unoquoque tenetur.

ד שבועה שלא אכל ואכל אכלים שאינן ראוין לאכילה ושתה משקין שאינן ראוין לשתייה פטור שבועה שלא אכל ואכל נבילות וטריפות שקצים ורמשים חיב רבי שמעון פוטר אמר קונם אשתי נהנית לי אם אכלתי היום והוא אכל נבילות וטרפות שקצים ורמשים הרי אשתו אסורה :

4. (Si quis dixerit;) *Eſto juramentum mihi, quod non comeſturus ſim*, comederit vero cibos, qui non apti ſunt comeſtioni, atque biberit potus, qui inepti ſunt bibitioni: liber erit. (Si quis dixerit;) *Eſto juramentum, quod non comeſturus ſim*, comederit autem cadavera, & diſcerpta, abominanda & reptilia: reus erit. Rabbi Schimeon quidem liberum facit. Si quis dixerit; *Munus eſto uxor mea, ne commodum percipiat à me, ſi comedero hac die*; ſed comederit vel cadavera, vel diſcerpta, vel abominanda, vel reptilia: ecce tum uxor ejus prohibita eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואכל נבילות וטרפות שקצים ורמשים חיב *Et comederit cadavera, diſcerpta abominanda, & reptilia, tenetur*, eo quod in uſum cibi ſunt, niſi Deus illa vetuiſſet. *R. Schimeon abſolvit*, quia Sinaitico juramento dudum obligatus eſt; controverſia autem R. Schimeonis & doctoris primi eſt de eo qui res licitas incluſerit prohibitis, ut, ſi quis dixerit, juſjurandum quod non comedam mactata, nec diſcerpta &c. Doctor primus putat, quod, cum juſjurandum cadit in mactata, etiam cadat in diſcerpta, quia in prohibitione incluſiva una prohibitio cadit in alteram. R. Schimeon putat contrarium eſſe verum; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon. *Ecce tum uxor illius prohibita eſt*, quia edulia comedit, etiam juxta R. Schimeon; nam ratio quare in caſu primo abſolvit, non eſt quia ad comeſtionem idonea ſunt, ſed quia juſjurandum non cadit in rem prohibitam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum eſt quum res licitas incluſerit cum prohibitis, ut, ſi dixerit, juſjurandum quod non comedam dactylos, nec diſcerptum quid, nec ſerpentes. R. Simeon abſolvit, quia non admittit prohibitionem incluſivam; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה אחד דברים של עצמו ואחד דברים של אחרים ואחד דברים שיש בהן ממש ואחד דברים שאין בהן ממש כיצד אמר שבועה שאתן לאיש פלוני ושלא אתן שנתתי ושלא נתתי שאישן ושלא אישן שישנתי ושלא ישנתי שאזרוק צרור לים ושלא אזרוק שזרקתי ושלא זרקתי רבי ישמעאל אומר אינו חייב אא על העתיד לבא שנאמר להרע או להטיב אמר לו רבי עקיבא אם כן אין לי אלא דברים שיש בהן הרעה והטבה דברים שאין בהן הרעה והטבה מנין אמרו לו מריבוי הכתוב אמר לו אם ריבה הכתוב לכך ריבה הכתוב לכך :

5. Idem eſt, ſive ſint res alicujus propriæ, ſive res aliorum: ſive res in quibus ſolidi quid eſt, ſive res, in quibus nihil ſolidi. Quomodo? Si quis dixerit; *Eſto juramentum, quod daturus ſim aliquid viro N. & quod non daturus ſim: quod dederim, & quod non dederim: quod dormiturus ſim, & quod non dormiturus ſim: quod dormiverim, & quod non dormiverim: quod projecturus ſim lapillum in aquam, & quod non projecturus ſim: quod projecerim, & quod non projecerim*: tum R. Iſchmaël dicit; non reus ſit, niſi ſuper futuro, quia dicitur: *ad malefaciendum, aut ad benefaciendum*. Dixit ei R. Akiba; ſi ſic ſe habet, nihil inde habeo, niſi res, in quibus eſt malefactio, & benefactio. Unde ergo habeo verba, in quibus non eſt malefactio ac benefactio? Reſpondit ei; ex conſequentiâ Scripturæ. Dixit illi; ſi conſequentia Scripturæ ibi eſt, eſt & conſequentia Scripturæ hic.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד דברים של אחרים *Sive res aliorum*, ſicuti exponit, quod dabo N. שאין בהם ממש *In quibus nihil eſt ſolidi*, hoc duplici ſenſu intelligendum eſt in caſu dormiendi, & cognoſcitur inde quod in eis nullum ſit commodum, ut, ſi quis lapidem in mare conjecerit.

מריבוי הכתוב *E multiplicatione textuum Legis*, nam Levit. 5. 4. dicitur לכל אשר יבטא אדם Cæterum controverſia R. Akibæ & R. Iſmaëlis innititur ei quod R. Akiba exponit de tota Lege in multiplicationibus & diminutionibus; & R. Iſmaël exponit genera & ſpecies. R. Akiba illa

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Multiplicatio textuum quorundam Legis hæc eſt, Levit. 5. 4. dicitur או נפש כי תשבע לבטא בשפתים & poſtea verſu eodem להרע או להטיב quæ diminutionem indicant, & לכל אשר יבטא אדם בשבועה Eſt multiplicatio poſt multiplicationem. R. Akiba dicit, Lex multiplicavit & diminuit, & denuo multiplicavit. R Iſmaël dicit, in genere, in ſpecie, & denuo in genere loquitur; & e controverſia illius conſequitur id quod e fundamentis quæ facta ſunt; conſequitur, & ſyllogiſmi qui docent multiplicationem, diminutionem, aut genus & ſpeciem, ſicuti vides. Id autem

illa verba או נפש כי תשבע לבטא בשפתים indicare ait multiplicationem; לכל אשר להרע או להיטיב diminutionem; לכל אשר יבטא אדם denuo multiplicationem indicare; habes itaque multiplicationem, diminutionem, & multiplicationem, multiplicavit omnia; quid autem multiplicavit? multiplicavit omnes res præteritas ut futuras. Quid autem diminuit? diminuit res præcepti. R. Iſmaël declarat illa verba או נפש כי תשבע in genere; & להרע או להיטיב in ſpecie; & לכל אשר יבטא אדם in genere; at id quod in genere, in ſpecie. & in genere dictum eſt, in ſpecie judicatur, ſicuti ergo id ſpeciale declaratum in eſt futuro, ſic etiam omne id quod in futuro eſt, exponi debet; deciſio eſt juxta R. Akibam.

tem quod R. Iſmaël dicit, *reus non ſit niſi ſuper futuro*, vult, ſi juraverit ſuper rebus futuris, quod eas faciet, vel non faciet; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ו נשבע לבטל את המצוה ולא ביטל פטור לקיים ולא קיים פטור שהיה בדין שיהא חייב בדברי רבי יהודה בן בתירא אמר רבי יהודה בן בתירא מה אם (נ"א שבועת) הרשות שאינו מושבע עליה מהר סיני הרי הוא חייב עליה (נ"א שבועת) מצוה שהוא מושבע עליה מהר סיני אינו דין שיהא חייב עליה אמרו לו לא אם אמרת בשבועת הרשות שכן עשה בה לאו כהן תאמר בשבועת מצוה שלא עשה בה לאו כהן שאם נשבע לבטל ולא ביטל פטור :

6. Si quis juraverit intermiſſurum præceptum, nec tamen intermiſerit: liber erit. Si juraverit ſervaturum, & non ſervaverit; liber quoque erit: licet de jure foret, ut eſſet reus, ſecundum verba R. Jehudæ filii Bathiræ. Dixit enim R. Jehuda filius Bathiræ; quid? ſi eſt res libera, ſuper qua non eſt quis juramento obligatus de monte Sinai; & tamen reus erit ſuper ea: Si eſt præceptum, ſuper quo eſt juramento obligatus de monte Sinai; annon de jure erit, ut reus ſuper ea ſit? Sed dixerunt ei; non, ſi dixeris quid de juramento libero, quod æquè facere quis poteſt, & non poteſt, dices idem de juramento præcepti, in quo facere datur, & non facere. Siquidem ſi quis juraverit intermiſſurum (ſcil. præceptum,) & non intermiſerit: liber erit.

R. OB. DE BARTENORA.

נשבע לבטל׳ בשבועה פטור *Si juraverit intermiſſum præceptum*, liber eſt, propter juramentum intermiſſum, attamen vapulabit propter jusjurandum vanum. *Licet de jure foret, ut eſſet reus, ſecundum verba R. Jehudæ filii Betheræ*, hoc vult, quod ſecundum verba R. Jehudæ fil. Betheræ tenetur propter jusjurandum, nam R. Jehuda filius Betheræ dicebat, *quid? ſi eſt res libera* &c. Cæterum Lex dicit Levit. 5. 4. להרע או להיטיב *ad malefaciendum*, *aut ad benefaciendum*, quod intelligitur de ejuſmodi re in qua obtinet vox *ſi*, aut, *non*; deciſio non eſt juxta R. Jehudam filium Betheræ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Levit. 5. 4. להרע או להיטיב tenetur ergo jurejurando in re ejuſmodi in qua nequit facere bonum cum in ea debebat facere malum aut contra, quæ ſunt res voluntariæ, & in iis locum habere poteſt particula *non*, &, *ſi*, jurabit quod faciet, ſi fieri poſſit, aut jurabit quod non faciet, ſi fieri poſſit. Quod auctor dicit, *ſi juraverit intermiſſurum præceptum, & non intermiſerit; liber erit*, vult, quod liber eſt a ſacrificio juramenti intermiſſi; attamen tenetur flagellatione, propter jusjurandum vanum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ז שבועה שלא אוכל ככר זו שבועה שלא אוכלנה שבועה שלא אוכלנה ואכלה אינו חייב אלא אחת זו היא שבועת בטוי שחייבין על זדונה מכות ועל שגגתה קרבן עולה ויורד שבועת שוא חייבין על זדונה מכות ועל שגגתה פטור :

7. Si quis dixerit; *juramentum eſto, quod non comeſturus ſim panem hunc; juramentum* (iterum) *eſto, quod non comeſturus ſim illum; juramentum* (tertium) *eſto, quod non comeſturus ſim illum*, attamen comederit: tum non reus eſt niſi ſemel (ſeu pro uno juramento.) Hoc eſt juramentum promiſſionis, ſuper quo rei fiunt propter malitiam (ſeu peccatum ex induſtria commiſſum) quidem plagarum; at propter errorem ejus, oblationis majoris minoriſve. Juramentum vanum eſt, ſuper quo rei fiunt, propter peccatum ex induſtria commiſſum, plagarum; at propter errorem (ex ignorantia ortum) liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועה שלא אוכל׳ ככר זו וכו׳ *jusjurandum quod non comedam hunc panem &c.* quum dixerit, *non comedam*, & poſtea dixerit, *non comedam iſtud*, ſemel duntaxat tenetur, eo quod jusjurandum non cadit in jusjurandum. Verum ſi prius dixerit, *non comedam*, & poſtea dixerit, *non comedam*, attamen integrum comederit, bis tenetur; nam, quando dixerit, *non illud comedam*, non tenetur niſi donec comederit integrum panem, & quando deinceps dixerit, *non comedam*, quandoquidem de illo comederit quantitatem olivæ, tenetur, idcirco juramentum ultimum locum habet, & tenetur, ſi comederit de illo quantitatem olivæ, & quando poſtea eum integrum comederit, tenetur ob jusjurandum primum. *Jusjurandum quod illum non comedam, jusjurandum quod illum non comedam*, etſi e primo juramento, quo cum non comeſturum dixit, colligamus quod jusjurandum non cadit in jusjurandum, tamen nobis tertium dixit jura-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si dixerit, juramentum eſto quod non comedam iſtud, & poſtea dixerit, jusjurandum eſto quod non comedam, attamen comederit, bis tenetur. Quum dixerit, non comedam, tum non tenetur niſi dum omnia comederit; & ſi deinceps dixerit, non comedam, etſi comederit de illo quantitatem olivæ, propterea tenetur quum de illo comederit quantitatem olivæ, ſi vero illum penitus comederit, bis tenetur; & hoc intelligendum eſt, ſi prius dixerit, non comedam, uti diximus.

juramentum, ad nos docendos quod non ſit obligatio quæ obtinet in juramentis ultimis, attamen juramenta ſunt & non exeunt in vanum, & locum habent ſi fieri poſſit, nam cum Sapientem conſuluerit ſuper primo, ſecundum ipſius locum ingreſſum eſt, & in re prohibita eſt propter juramentum ſecundum. Sic etiam, ſi ſuper duobus juramentis conſuluerit Sapientem, tertium locum habet, quia Sapiens iſte votum eradicat, & tum res ſe habet ac ſi non feciſſet votum, & ſecundum præpoſtere locum invenit, quia cum primo comparatum eſt perinde ac ſi non factum fuiſſet, quia Sapiens illud diſſolvit; pariter ſi duo diſſolverit Sapiens, perinde eſt ac ſi non eſſent, & tertium præpoſtere locum habet.

ח איזו היא שבועת שוא נשבע לשנות את הידוע לאדם אמר על העמוד של אבן שהוא של זהב ועל האיש שהוא אשה ועל האשה שהוא איש נשבע על דבר שאי אפשר אם (ס"א) לא ראיתי גמל שפורח באויר ואם לא ראיתי נחש כקורת בית הבד אמר לעדים בואו והעידוני שבועה שלא נעידך נשבע לבטל את המצוה שלא לעשות סוכה ושלא ליטול לולב ושלא להניח תפלין זו היא שבועת שוא שחייבין על זדונה מכות ועל שגגתה פטור :

8. Quodnam vero juramentum vanum? Si quis juraverit, ad perſuadendum (contrarium ejus,) quod alicui (maximè) notum eſt. (E. g.) Si quis dixerit de ſtatua lapidea, quod ſit aurea; aut de viro, quod ſit mulier, & de muliere, quod ſit vir. Aut ſi quis juraverit ſuper re impoſſibili. (E. g.) ſi non vidi camelum in aëre volantem; aut, ſi non vidi Serpentem, ſicut trabs torcularis eſt. (Aut,) ſi dixerit teſtibus; venite, & teſtimonium mihi perhibete: (Illi verò dixerint) per juramentum, quod non teſtimonium tibi perhibituri ſimus. (Aut) ſi juraverit quis, quod non ſervaturus ſit præceptum; quod non exſtructurus ſit tabernaculum; vel quod non ſublaturus ſit ramum palmæ; vel quod non applicaturus ſibi ſit Thephillin. Hoc eſt juramentum vanum, ſuper quo rei fiunt, propter peccatum ex propoſito commiſſum, plagarum, ob peccatum vero ex errore commiſſum, liber quis erit.

R. OB. DE BARTENORA.

אם לא ראיתי גמל פורח באויר *Si non vidi camelum per aërem volantem*, quum dixit, omnes totius mundi fructus mihi prohibiti ſunto ſi non vidi &c. נחש כקורת בית הבד *Serpentem ſicut trabs torcularis eſt*, qui formam trabis torcularis habet, tum ſi dixerit, ſicuti craſſities trabis torcularis, non eſt jusjurandum vanum, eo quod multa ſunt. שבועה שלא נעידך *Juramentum quod tibi non perhibebimus teſtimonium*, hæc reſciſſio eſt præcepti, eo quod teſtimonium prohibere tenetur, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 5. 1. ואם לא יגיד ונשא עונו.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הידוע לאדם *Quod alicui notum eſt*, requiritur ut hæc res tribus aut pluribus hominibus nota ſit; & quod dicit, *ſi non vidi*, vult, ſi dixerit, omnes totius mundi fructus mihi prohibiti ſunto, ſi non vidi camelum in aëre volantem, & id genus alia. Cæterum quod dicit, *ſicuti trabs torcularis eſt*; vult, ſi dixerit, ſicuti figura trabis, cujuſmodi plerumque in ſerpentibus non invenitur, niſi in corporis magnitudine, & hoc non eſt jusjurandum vanum. Et hoc modo tibi exponam quod juramentorum vanorum modi ſunt tres, quorum primum eſt ſi juraverit ſuper eo quod differt ab eo quod extat; aut juraverit ſuper eo quod fieri nequit, quod eſt exiſtentia; aut ſi juraverit ſuper eo cui non neceſſario teſtimonium perhibendum eſt, ut, ſi juraverit de viro quod ſit vir, & ſuper muliere quod ſit mulier.

ט שבועה שאוכל ככר זו שבועה שלא אכלנה הראשונה שבועת בטוי והשניה שבועת שוא אכלה עבר על שבועת שוא לא אכלה עבר על שבועת בטוי :

9. (Si quis dixerit;) *juramentum eſto mihi, quod comeſturus ſim panem hunc; & juramentum eſto mihi, quod non comeſturus ſim illum*: tum prius eſt juramentum promiſſionis, poſterius vero juramentum vanum. Si comederit illum; tranſgreſſus eſt juramentum vanum. Si non comederit, tranſgreſſus eſt juramentum promiſſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

אכלה עבר על שבועת שוא *Si comederit, tranſgreſſus eſt juramentum vanum*, ita vult dicere, ſi comederit, tranſgreſſus eſt duntaxat juramentum vanum; ſi comederit illum, etiam tranſgreſſus eſt juramentum pronunciationis, nam poſtquam juraverit quod comedet hunc panem, tenetur eum comedere, & quando deinceps juraverit quod illum non comedet, juravit ut præceptum irritum reddat, & vapulabit propter juramentum vanum, tam ſi comederit, quam ſi non comederit; ſi vero non comederit illum, bis tenetur, propter juramentum vanum, & propter juramentum pronunciationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt, quod, cum juravit quod comedet, tenetur ex præcepto illum comedere, ſicuti tenetur conficere tabernacula, & geſtare Lulabh, eo quod juramentum complere tenetur. Quod autem poſtea juravit, ſe non comeſturum, perinde eſt ac ſi juraſſet quod non conficiet tabernaculum, nec Lulabh geſtabit. Cæterum quod dicit auctor, *ſi non comeſturus ſum illum, tranſgreſſus eſt juramentum promiſſionis*, vult, etiam juramentum promiſſionis tranſgreſſus eſt, nam in duobus caſibus juramentum vanum tranſgreſſus eſt.

י שבועת בטוי נוהגת באנשים ובנשים וברחוקים ובקרובים (ס"א) בכשרין ובפסלין בפני בית דין ושלא בפני בית דין מפי עצמו וחייבין

10. Juramentum promiſſionis cadit in viros & fœminas; in longinquos ac propinquos; in legitimos & illegitimos, coramque judicio fit, & non coram judicio, etiamque per ſeipſum: & rei fiunt propter ſuperbiam ejus (id eſt, pec-

וחייבין על זדונה מכות ועל שגגתה קרבן עולה ויורד :

catum ex petulantia commiſſum) plagarum , propter errorem vero ejus, Korban ſeu muneris majoris minoriſve.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועת ביטוי נוהגת באנשים ונשים *Juramentum pronunciationis cadit in viros & in fœminas*, quia ei dicendum erat de juramento teſtimonii quod obtinet in viris, & non in fœminis &c. idcirco dixit de juramento pronunciationis quod in omnibus obtinet. בקרובים וברחוקים *In propinquos & in longinquos*, ut, ſi dixerit, dabo N. tam longinquo quam propinquo. בכשרים ובפסולין *In legitimos atque in illegitimos*, in legitimos ad teſtimonium, & in illegitimos. מפי עצמו *Per ſeipſum*, quum ipſe ore ſuo pronunciaverit juramentum, at ſi alii eum fecerint jurare, dicendo, comediſti, aut non comediſti, & ille reſponderit, dicendo, non comedi, attamen comederit, vel contra, liber eſt, niſi reſponderit voce Amen; & ſi reſponderit Amen poſtquam eum ad juramentum adegerint, perinde eſt ac ſi juraverit ſuo ore, & tenetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפי עצמו *Per ſeipſum*, hæc eſt conditio de juramento promiſſionis, verum ſi alius eum ad juramentum adegerit quod comedet, aut non comedet, non obligatus eſt præſtare id quod juravit, niſi ei reſponderit voce Amen, nam non eſt differentia, ſive ipſe juraverit, ſive alius juraverit ei, & ipſe dixerit Amen, uti exponemus deinceps.

יא שבועת שוא נוהגת באנשים ובנשים ברחוקים ובקרובים בכשרים ובפסולים בפני בית דין ושלא בפני בית דין ומפי עצמו וחייבין על זדונה מכות ועל שגגתה פטור אחת זו ואחת זו המושבע מפי אחרים חייב כיצד אמר (ס"א) לא אכלתי היום ולא הנחתי תפילין היום משביעך אני ואמר אמן חייב :

11. Juramentum vanum cadit in viros fœminasque; in longinquos & propinquos; in legitimos atque illegitimos, coramque judicio fit, & non coram judicio, etiamque per ſeipſum. Rei autem fiunt propter factum ex malitia commiſſum, plagarum; propter errorem vero liber quis. Sive illud (juramentum promiſſionis) fuerit, ſive hoc (vanum,) ſi quis adjuratur ab aliis, reus eſt. Quomodo verò? Si adjuraverit quis alterum, ut juret; non comedi die hoc, ſi non indui Thephillin die hoc; & hic dixerit, Amen: reus erit.

R. OB. DE BARTENORA.

ברחוקים ובקרובים *In longinquis & in propinquis*, ſi de viro juraverit quod ſit mulier, ſive propinquus ſit, ſive longinquus. *Sive illud fuerit, ſive hoc*, ſive juramentum vanum, ſive juramentum pronunciationis, ſi ore aliorum ad juramentum adactus ſit, tenetur, quando reſponderit Amen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Virorum atque fœminarum fecit mentionem, cæterarumque diſtinctionum, quia deinceps dicere vult de teſtimonii juramento, quod non obligantur propter id ipſum, neque mulieres, neque propinqui, nec illegitimi, etſi reſponderint Amen, ſicuti expoſuimus ſequenti capite.

פרק ד שבועת העדות נוהגת באנשים ולא בנשים ברחוקים ולא בקרובין בכשרין ולא בפסולין ואינה נוהגת אלא בראוין להעיד (ס"א) בפני בית דין ושלא בפני בית דין מפי עצמו ומפי אחרים אין חייבין עד שיכפרו בהן בבית דין דברי רבי מאיר והחכמים אומרים בין מפי עצמו ובין מפי אחרים אינן חייבין עד שיכפרו בהן בבית דין :

Cap. 4. Juramentum teſtimonii cadit in viros, ſed non in fœminas; in longinquos, ſed non in propinquos (ſeu cognatos;) in legitimos, ſed non in illegitimos: non cadit etiam niſi in idoneos ad teſtimonium perhibendum. Tam qui coram judicio, quam qui non coram judicio: tam qui per ſe (ultrò) jurat, quam qui ab aliis adjuratur; non rei fiunt, uſque dum negaverint, quod eſt, coram judicio: ita R. Meir. Sed Sapientes dicunt; ſive per ſemetipſum jurat; ſive ab aliis adjuratur: non rei fiunt, uſque dum negaverint, quod eſt, coram judicio.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועת העדות נוהגת באנשים ולא בנשים *Juramentum teſtimonii cadit in viros, ſed non in fœminas*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 1. והוא עד *Et ipſe ſit teſtis*. Loquitur ergo Lex de eo qui ad teſtandum idoneus eſt, ut mulier ad teſtandum inepta eſt, ſicuti dicitur Deut. 19. 17. ועמדו שני האנשים viri ergo, non mulieres, & hic locus de teſtibus loquitur, nam hic ſcriptum eſt שני *duo*, & illic ſcriptum eſt שנים *duo*, vide Deut. 17. 8. Pergit auctor, ולא בקרובים *Et non in propinquos*, quia ad teſtandum illegitimi ſunt, eo quod ſcriptum eſt Deut. 24. 16. לא יומתו אבות על בנים ſcil. propter filiorum teſtimonium; idem obtinet in cæteris propinquis. ולא בפסולין *Neque in illegitimos*, cujuſmodi ſunt ii qui mortis condemnati ſunt, & flagellationis, & prædones, nam Lex dicit Exod. 23. 1. אל תשת רשע עד Atque hujuſmodi vocantur רשעים *mali*. *Neque cadit niſi in eos qui ad teſtandum idonei ſunt*, ad excipiendum regem, qui non teſtatur; & præterea ex inſtitutis Sapientum inidonei ſunt ii qui alea ludunt, vel columbas alunt. *Coram Senatu, & non coram Senatu, ex ore ſuo*, ſi ore ſuo juraverit, dicendo, juſjurandum quod non ſciam teſtimonium tuum, tenetur, ſive coram Senatu juraverit, ſive non; *Et ex ore aliorum*, ut, ſi dixerit, ego adjuro vos ut veniatis, & teſtemini, at illi dixerint ipſi, ignoramus teſtimonium tuum, tum non tenentur niſi donec coram Senatu negaverint, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 1. אם לא יגיד ונשא עונו itaque ubi indicaverit coram Senatu, ibi prodeſt; hic autem locus de eo qui ore aliorum juravit, loquitur; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואינה נוהגת אלא בראוין להעיד *Et non cadit niſi in idoneos ad teſtandum*, ad excludendum regem, & ad teſtimonium ineptos e Sapientum inſtitutis, quod liberi ſunt, etſi legitimi ſint ad teſtimonium e Lege; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ב וחייבין על זדון השבועה ועל שגגתה עם זדון העדות ואינן חייבין על שגגתה ומה הן חייבין על זדון השבועה קרבן עולה ויורד :

2. Et rei ſiunt, propter malitiam juramenti, & propter errorem ejus, qui cum malitia teſtimonii conjunctus eſt. Non autem rei ſiunt propter errorem ejus (ſimplicem.) Cujuſnam autem ſiunt rei propter malitiam juramenti; (Reſp.) Korban, id eſt, muneris majoris minoriſve (pro qualitate perſonæ.)

R. OB. DE BARTENORA.

וחייבין *Et tenentur*, ad ſacrificium quod aſcendit & deſcendit pro conditione hominis. על זדון השבועה *Pro ſuperbia jurisjurandi*, quia de hoc non ſcriptum eſt, *Et latuerit ipſum.* ועל שגגתה עם זדון העדות *Et propter errorem ejus, qui cum teſtimonii malitia conjunctus eſt*, quum ſciebant hoc jusjurandum prohibitum eſſe, ſed ignorabant quod obligati erant ad ſacrificium illius cauſa. ואין חייבין על שגגתה *Et non tenentur propter errorem ejus*, ſi omnino erraverint, putantes quod teſtimonium non intelligebant, & poſtea convenerint; nam coacti ſunt, & de illis non debet dici illud, *& ſi falſo juraverit.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex non locuta eſt de jurejurando teſtimonii, *ſi latuerit ipſum*, idcirco tenetur ſacrificium pro ſuperbia adducere. *Et propter errorem ejus, qui cum malitia teſtimonii conjunctus eſt*, ſi cognoverit quod hoc juramentum ſit prohibitum, & quod teſtimonium exponi debet, & quod juramentum hoc ſit falſum, ſed ignoraverit an ad ſacrificium obligatus eſſet, necne, tum ad ſacrificium obligatur. Verum ſi in omnibus erraverit, & ignoraverit an juramentum teſtimonii ſit prohibitum, necne, & juraverit quod teſtimonium ignorabat, ad nullum obligatur.

ג שבועת העדות כיצד אמר לשנים בואו והעידוני שבועה שאין אנו יודעין לך עדות או שאמרו לו אין אנו יודעין לך עדות משביע אני עליכם ואמרו אמן הרי אלו חייבין השביע עליהן חמשה פעמים חוץ לבית דין ובאו לבית דין והודו פטורין כפרו חייבין על כל אחת ואחת השביע עליהן חמשה פעמים בפני בית דין וכפרו אינן חייבין אלא אחת אמר רבי שמעון מה טעם הואיל ואינן יכולין לחזור ולהודות :

3. Juramentum teſtimonii quomodo fit? Si quis dixerit ad duos; *venite perhibeteque mihi teſtimonium*: (illi vero dixerint;) *Eſto juramentum, quod nullum teſtimonium tibi perhibere ſciamus*: aut ſi dixerint ad eum; *nullum teſtimonium ſcimus perhibere tibi.* (Ille vero porro dixerit;) *adjuro vos*, dixerintque Amen, ecce tum iſti rei erunt. Si adjuraverit eos quinquies extra judicium, & venerint iſti in judicium, atque confeſſi fuerint, liberi erunt. Sin negarint: rei erunt ſuper unoquoque. Si adjuraverit eos quinquies coram judicio, & iſti negaverint: tum non rei erunt, niſi ſemel. Dixit R. Schimeon; quæ ratio eſt? (Reſp.) quia non licet illis redire, & confiteri, (poſtquam ſemel negarunt)

R. OB. DE BARTENORA.

ובאו לבית דין והודו פטורין *Et illi in judicium venerint, & confeſſi fuerint, liberi ſunt*, etiamſi extra Senatum negaverint ad quodlibet jusjurandum, eo quod negatio extra Senatum facta, non cenſetur negatio. כפרו *Sin negarint*, in Senatu: חייבין על כל אחד ואחד *Tenentur pro unoquoque*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 5. והיה כי יאשם לאחת מאלה ergo ad obligandum pro unoquoque. מה טעם *quam ob rationem?* vult dicere, quare ſemel duntaxat tenentur, etſi tacuerint, & in fine negaverint, & quare non dicimus quod negatio in illis ſit ut unoquoque teneantur, nam quoniam negaverunt Senatui prima vice, jam denuo confiteri nequeunt, quia jam indicarunt quod nullum teſtimonium cognoſcebant, at jam rurſus indicare non poterant; propterea, etſi in fine duntaxat negaverint, omnia tamen juramenta nullius ſunt momenti, primo excepto, nam ſi id quod in principio tacuerunt, ſit negatio, jam non idonei ſunt ut eos ad juramentum adigere poſſint; ſi vero non ſit negatio, tum jam adjurati ſunt; & quodnam jusjurandum ſuper jurejurando hoc eſt? neceſſario igitur id quod ſcriptum eſt Lev. 5. 5. לאחת *Pro uno* vult obligare pro unoquoque, at hoc in jurejurando extra Senatum, & negarunt coram Senatu; at juramenta extra Senatum, quum eos adjuraverat ut venirent & teſtarentur coram Senatu, non fruſtra facta ſunt, & idonea ſunt diviſu, nam ſi illic in principio negaverint, conveniret ut denuo adjuraret eos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Denegatio hæc in Senatu tantum habet locum, quia ſcriptum eſt Levit 5. 1. אם לא יגיד ונשא עונו tali ſcil. in loco ubi indicatio prodeſt, quod eſt coram Senatu, tenetur propter juramentum quod juravit præter Senatum. Cæterum ratio R. Simeonis clara eſt, nam quoniam illi negarunt, nequeunt teſtari poſtea, & ad nullum jusjurandum quod poſtea juraverunt, obligantur, eo quod illi teſtimonium hoc præbere nequeunt.

ד כפרו שניהם כאחד שניהם חייבין בזה אחר זה הראשון חייב והשני פטור כפר אחד והודה אחד הכופר חייב היו שתי כיתי עדים כפרה הראשונה ואחר כך כפרה השניה שתיהן חייבות מפני שהעדות יכולה להתקיים בשתיהן :

4. Si negaverint ambo iſti ſimul: tum ambo illi rei ſunt. Sin unus poſt alterum: tum prior reus eſt; alter vero liber. Si negaverit unus, confeſſus vero fuerit alter: tum is, qui negavit, reus eſt. Duæ ſi fuerint turbæ teſtium, & prima negaverit, itidemque poſtea negaverit ſecunda: tum ambæ ſunt reæ; propterea quod teſtimonium potuerat confirmari per ſingulas earum.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

כאחת כפרו שניהם *Si negaverint ambo iſti ſimul*, in medio ſermone: *Sin unus poſt alterum*, quum inter unum atque alterum non fuerit intervallum temporis aliquod. הראשון חייב *Prior tenetur*, ſecundus vero liber eſt, nam, quandoquidem primus negavit, ſecundus jam non amplius valet ad teſtandum, eo quod ſolus eſt. שתיהן חייבות *Ambæ ſunt reæ*, in Gemara hoc ſenſu argumentantur, quare prima tenetur, utique ibi eſt ſecunda caterva, quid damni ei intulerunt primi teſtes negatione ſua? & reſpondent, quod Miſna hæc tractat de caſu in quo e ſecunda caterva teſtes erant ſanguine propinqui, a parte uxorum ipſorum, quæ tunc temporis ægrotabant, & propterea illegitimi erant ad teſtandum, quum caterva prima teſtimonium negaſſet. Nam cæteroquin dicere potuiſſemus, quandoquidem nobis hypotheſis eſt quod plurimæ in agone mortis verſantes, moriuntur, cenſentur perinde ac ſi eſſent mortui, & caterva prima foret libera, quia ibidem erat ſecunda; ideo nos auctor docet quod tunc temporis ſaltem non erant mortuæ, quomodo fiet ut dum teſtimonium negabant, prima tantummodo eſſet caterva, & propterea tenentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כאחת *Simul*, vult dicere, in medio ſermone, quod eſt illud temporis ſpatium quo diſcipulus magiſtrum ſuum ſalutare poteſt hac formula, pax tibi magiſter mi; at ſi in er unam atque alteram negationem longius interceſſerit ſpatium, tum dicitur de illis, *unus poſt alterum*. Cæterum quod dicit, *ambæ illæ reæ ſunt*, duas comprehendit conditiones, nempe, ſi ſecunda caterva idonea ſit ad teſtandum, prima non tenetur e negatione ſua, nam illæ verba veriſſima non reſcindent. eo quod dicere poſſunt, ſciebamus quod alia erat teſtium catervæ, dum petebatur teſtimonium. Verum quod hic dicit, quod ambæ obligatæ ſunt, juxta Gemaram intelligendum eſt, quando ſecunda caterva propinquis conſtabat perſonis a parte mulierum, & mulieres ægrotabant dum caterva prima negabat, quæ mortuæ ſunt poſtea, & tum ſecunda caterva negabat quoque teſtimonium, atque ita quis intelligere poſſet quaſi prima caterva eſſet libera, quia illa dicere poſſet, ſciebamus quod altera teſtaretur, & propterea negamus, quia mulieres. ob quas illegitimi erant mariti, valde ægrotabant, & plurimæ morte proximæ erant; quia vero ſciebamus eas morti proximas eſſe, & maritos fore ad teſtandum aptos, negamus teſtimonium: Propterea auctor nos docet quod ab illis hanc rationem non accipiemus, quia, dum negabant, irriti facti ſunt, & non erant præter ipſos qui eodem temporis momento teſtari poterant, quoniam ſecunda turma tunc temporis e conſanguineis conſtabat.

ה משביע אני עליכם אם לא תבואו ותעידוני שיש לי ביד פלוני פקדון ותשומת יד וגזל ואבידה שבועה שאין אנו יודעין לך עדות אין חייבין אלא אחת שבועה שאין אנו יודעין שיש לך ביד פלוני פקדון ותשומת יד וגזל ואבידה חייבין על כל אחת ואחת משביע אני עליכם אם לא תבואו ותעידוני שיש לי ביד פלוני פקדון חטין ושעורין וכוסמין שבועה שאין אנו יודעין לך עדות אין חייבין אלא אחת שבועה שאין אנו יודעין לך עדות שיש לך ביד פלוני חטין ושעורין וכוסמין חייבין על כל אחת ואחת :

5. (Si quis dixerit;) *Adjuro ego vos, niſi adveniatis, mihique teſtimonium perhibeatis, quod habeam apud hunc N. depoſitum & concreditum, & raptum, remque amiſſam*: (tum ſi illi reſponderint ei;) *juramentum* (eſto nobis,) *quod nullum tibi ſciamus teſtimonium*, non niſi ſemel rei ſunt. (Sin vero dixerint;) *juramentum eſto, quod non ſciamus, eſſe tibi in manu τȣ N. depoſitum, aut concreditum: aut raptum, aut rem amiſſam*: tum rei ſunt ſuper unoquoque. (Si quis dixerit;) *adjuro vos, niſi accedatis, atque teſtimonium perhibeatis mihi, quod ſit mihi apud hunc N. depoſitum tritici, & hordei, & ſpeltæ*: (illi vero dixerint ad eum;) *juramentum eſto nobis, quod nullum teſtimonium pro te ſciamus*, non ſunt rei, niſi ſemel: ſin; *juramentum eſto nobis, quod non ſciamus pro te teſtimonium, eſſe tibi apud hunc N. triticum, aut hordeum, aut ſpeltam*: tum rei ſunt ſuper unoquoque.

R. OB. DE BARTENORA.

תשומת יד *Depoſitio manus*, concreditum, quod in poteſtate illius depoſuerat. ואבידה *Et rem amiſſam*, nam invenerat rem illius amiſſam. *Triticum, hordeum, & ſpelta*, in principio nos docet de una ſpecie & quæſtionibus diverſis; in fine autem nos docet quæſtionem unam de omnibus in depoſitis, & de ſpeciebus diverſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Indicat nobis auctor Miſnicus quod non ſit differentia inter varietatem ſpecierum de quibus quærunt, aut inter rerum varietatem de quibus quærunt, etiamſi de una ex illis quæſtio ſit, ut, ſi dixerit, eſt mihi teſtimonium vobiſcum quod apud N. mihi ſit triticum, hordeum, & ſpelta in depoſito. Vel ſi dixerit illis, eſt mihi vobiſcum teſtimonium quod apud N. ſit mihi tanta tritici copia, partim depoſita, partim concredita, partim rapta, & partim amiſſa: tum in duobus hiſce negationis modis in teſtando jus æquale eſt.

ו משביע אני עליכם אם לא תבואו ותעידוני שיש לי ביד פלוני נזק וחצי נזק תשלומי כפל תשלומי ארבעה וחמשה ושאנס איש פלוני את בתי ופתה את בתי ושחבלני בני ושחבל בי חברי ושהדליק את גדישי ביום הכפורים הרי אלו חייבין :

(Si quis dixerit;) *adjuro vos, niſi veniatis ac perhibeatis mihi teſtimonium, quod obtigerit mihi per hunc N. damnum, & dimidium damni*, (quodque mihi ab iſto debeatur) *compenſatio dupla, compenſatio quadrupla, & quintupla*; item, *quod vitiarit hic N. filiam meam, & deceperit (blandiendo) filiam meam*; item, *quod percuſſerit me filius meus, & quod vulneraverit me proximus meus, quodque accenderit acervum meum frugum in die expiationis*: ecce tum iſti rei ſunt.

R. OB. R. MO-

R. OB DE BARTENORA.

נזק חצי נזק *Damnum & dimidium damni*, dimidium damni quod ſolvendum ob lapilli læſionem, quod in bonis valet, & non pœna; nam diximus quod in teſtimonio pœnæ non obligati ſunt. *Compenſatio dupla, quadrupla, & quintupla*, propter ſummam principalem. *Quod vitiavit hic N. filiam meam, & deceperit blandiendo filiam meam*, propter pudorem & damnum, quod bonis conſtat. *Quod percuſſerit me filius meus*, licet ſine vulnere, & tum non eſt condemnatus mortis; & cum hic non obtinet pœna mortis, multatur bonis. ושחבל בי חברי ביום הכפורים *Et quod vulneravit me proximus meus in die Expiationis*, hoc dixit, quia, etiamſi excìſionis condemnatus ſit, nihilominus tamen bonis quoque multatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ita intelligenda ſunt, ut, quando de re aliqua teſtati fuerint, eam per hoc teſtimonium quis recuperare poſſit, idcirco ſi negaverint, tenentur. Verum obligatio cedit illis per teſtimonium de bonis. Quod autem ex teſtimonio dimidii damni obligati ſint, vult, quod ex dimidio damni lapilli a pede beſtiæ projecti obligati ſint, quod eſt bonorum; eodem modo comparatum eſt cum ſolutione quintupla & quadrupla, propter ſummam principalem: & ſic, quum vitiaverit quis filiam alicujus, vel blandiendo deceperit, propter pudorem & propter damnum. Cæterum jam expoſuimus in tractatu Sanhedrin, eum qui patrem matremve læſerit, non condemnatum eſſe mortis, niſi vulnus inflixerit, propterea quum læſerit filius ipſius, & non intulerit vulnus, in bonis duntaxat multatur, uti pro dolore & pudore virginis ſtupratæ, quemadmodum expoſuimus capite octavo tractatus Bava Cama.

ז משביע אני עליכם אם לא תבואו ותעדו שאני כהן שאני לוי שאיני בן גרושה שאיני בן חלוצה שאיש פלוני כהן שאיש פלוני לוי שאינו בן גרושה שאינו בן חלוצה שאנס איש פלוני את בתו ופיתה את בתו ושחבל בי בני ושחבל בי חברי ושהדליק גדישי בשבת הרי אלו פטורין :

7. (Si quis dixerit:) *adjuro vos, niſi veniatis, mihique teſtimonium præbeatis, quod ſim Sacerdos*, (aut) *quod ſim Levita*: (aut) *quod non ſim filius repudiatæ*, (aut) *quod non ſim filius alicujus, cujus calceus exutus a Leviro*: aut, *quod vir N. ſit Sacerdos*, aut, *quod vir N. ſit Levita*: *nec ſit filius expulſæ*; *nec ſit filius alicujus, cui Levir calceum exuit*: (aut) *quod hic N. vitiarit filiam ejus & perſuaſerit* (blandiendo) *filiæ ejus*; aut, *quod vulneraverit me filius meus*, aut, *quod percuſſerit me proximus meus*, aut, *accenderit acervum meum frugum in Sabbatho*: ecce iſti ſunt liberi.

R. OB. DE BARTENORA.

שאני כהן *Quod ego ſum ſacerdos*, tum liberi ſunt, quia teſtes non obligantur niſi quum negaverint rem in qua bonorum poſtulatio continetur. *Quod hic N. filiam ejus vitiarit, vel blandiendo perſuaſerit*, filia τȣ̃ N. & ipſius filia & filia τȣ̃ N. Sacerdotis qui dixit ſuperius, quod iſte N. ſit ſacerdos, aut Levita, aut quod non ſit repudiatæ filius, & de hoc dicit; aut ſi adjuraverit eos, quod iſte N. vitiavit filiam τȣ̃ N. quocum hucuſque locutus erat, liberi ſunt, quia requiritur ut e poſtulatoris ore proveniant. In Gemara autem exponitur de eo qui cum procuratione venit, quod, ſi fuerit poſtulatio bonorum alterius, teneatur, ideo nos docet auctor, quod procurator hic non cenſetur pro parte quadam bonorum, ſicuti in cæteris bonis; nam cum bona illa quæ petit, nunquam pervenerunt in poteſtatem ipſius, ideo ſuper iis nequit conſcribere procurationis ſcriptum. *Quod vulneraverit me filius meus*, tum damnum eſt ipſa plaga; & liberi ſunt, nam ſi teſtimonium ipſi perhibuerint, mortis condemnatus fuiſſet, non in bonis mulctatus. *Quod percuſſerit me proximus meus, & quod incenderit acervum meum frugum in Sabbatho*, nam tum ambo mortis condemnati ſunt, ſed a ſolutione bonorum liberi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex hiſce rebus omnibus, ſi illi in aliqua re teſtimonium præbuerint, nullatenus recipiet bona, eo quod nobis fundamentum eſt, quod homo non ſimul ſolvere & mori debet, & hoc aliquoties audivimus Id autem quod filius debet ei quem læſit, non ad ipſum pertinet, ſed ad filium, & propterea, ſi negaverint, liberi ſunt, nam id quod Lex dixit Levit. 5. 1. והוא עד או ראה או ידע אם לא יגיד ונשא עונו traditione recepimus quod de poſtulatione bonorum ſermo ſit. Cæterum quod dicit, aliquem blandiendo perſuaſiſſe filiæ, perinde eſt ac ſi dixiſſet, illum percuſſiſſe filium, quæ eſt poſtulatio quæ non comprehendit bonorum mulctam, quia non propter alium jurabit, & propterea liberi ſunt, etſi is qui illos adjuravit, cum procuratione iſtius Sacerdotis conſtitutus ſit. Verum ſi quis procurator conſtitutus ſit in poſtulatione bonorum, tum tenentur, ſi negaverint; nam unum e fundamentis juris eſt, quod ſi teſtes illi quos adjuravit procurator, negaverint, tenentur, etſi teſtimonium ad ipſos non pertinet, ſed ad eum qui ipſum procuratorem conſtituit.

ח משביע אני עליכם אם לא תבואו והעידוני שאמר איש פלוני ליתן לי מאתים זוז ולא נתן לי הרי אלו פטורים שאין חייבין אא על תביעת ממון כפיקדון :

8. (Si quis dixerit;) *adjuro vos, niſi veniatis ac perhibeatis mihi teſtimonium, quod dixerit hic N. ſe daturum mibi ducentos Suſim*, nec tamen dederit mihi: ecce iſti liberi ſunt, quia non rei fiunt niſi ob exactionem pecuniæ, ſicut depoſiti.

R. OB. DE BARTENORA.

פטורין *Liberi ſunt*, quia de jurejurando teſtimonii ſcriptum eſt כי תחטא & de jurejurando depoſiti quoque ſcriptum eſt כי תחטא quemadmodum ergo depoſiti jusjurandum fit ſuper poſtulatione pecuniæ quam habet cum proximo ſuo, ita etiam teſtimonii jusjurandum neceſſario fiat ſuper poſtulatione pecuniæ quam cum illo habet. Quod autem poſtulavit, dicendo, vir N. dabit mihi ducentas Zuzas, non eſt pecuniæ poſtulatio, quam poſſidet una cum proximo ſuo; nam etiamſi res fiat juxta verba ipſius, quando

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex dixit Levit. 5. 1. ונפש כי תחטא ושמעה קול אלה והוא עד או ראה או ידע Et ſic etiam de depoſiti negatione dicit Levit. 4. 2. נפש כי תחטא quemadmodum igitur depoſitum eſt poſtulatio bonorum quæ poſſidet, ita etiam requiritur ut teſtimonium ſit in bonis quæ poſſidet; ille vero hic ea poſtulat, ut teſtimonium ei perhibeant de bonis quod in ea non habet poteſtatem, etſi ei teſtimonium perhibuerint juxta id quod dixit, nam non debet ei hoc perhibere adverſarius illius, licet id fiat in bonis, quum dixe-

quando ei dixerit proximus, quod ei daret ducentas Zuzas, proximus tamen ipſius ei nihil debet hoc dicto. dixerit, dabo ei, idcirco liberi ſunt, ſi denegaverint. Et hoc modo judicandum eſt de omni teſtimonio quod petient adverſarius, niſi proſit ei poſtulatio., quando teſtes ei teſtimonium perhibuerint, judices nequeunt ullo modo ab iſtis teſtibus petere teſtimonium.

ט משביע אני עליכם כשתדעון לי עדות שתביאו ותעדוני הרי אלו פטורים מפני שקדמה שבועה לעדות :

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שקדמה שבועה לעדות *Quia præceſſit jusjurandum ante teſtimonium*, nam quia ſcriptum eſt Levit. 5. 1. ושמעה קול אלה והוא עד teſtimonium ergo debet antecedere jusjurandum, & non contra.

9. (Si quis dixerit;) *adjuro vos, ut, ſi teſtimonium pro me ſcitis, adveniatis, ac teſtimonium perhibeatis mihi*: ecce tum iſti ſunt ſoluti, quia præceſſit juramentum ante teſtimonium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſcriptum eſt Levit. 25. 1. ושמעה קול אלה והוא עד ergo neceſſum eſt ut teſtimonium antecedat jusjurandum & negationem.

י עמד בבית הכנסת ואמר משביע אני עליכם שאם אתם יודעין לי עדות שתבואו ותעידוני הרי אלו פטורין (נ״א ל״צ עד שיהיה מתכוון להם):

R. OB. DE BARTENORA.

פטורין *Liberi ſunt*, eo quod Levit. 5. 1. ſcriptum eſt והוא עד *Et ipſe fuerit teſtis*, ergo donec ſpeciatim nominaverit teſtes ipſius.

10. Si quis ſteterit in Synagoga, atque dixerit; *adjuro vos, ut, ſi teſtimonium pro me ſcitis, adveniatis, & teſtimonium mihi perhibeatis*: ecce tum iſti ſunt liberi, donec determinaverit illos; (quos teſtes cupit.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Requirebatur ut auctor hæc ſpeciatim diceret, eo quod Levit. 5. 1. ſcriptum eſt והוא עד *Et ipſe fuerit teſtis*; ergo donec ſpeciatim meminiſſet teſtium ipſius.

יא אמר לשנים משביע אני עליכם איש פלוני ופלוני שאם אתם יודעין לי עדות שתבואו והעידוני שבועה שאין אנו יודעין לך עדות והם יודעין לו עדות עד מפי עד או שהיה אחד מהן קרוב או פסול הרי אלו פטורין :

R. OB. DE BARTENORA.

עד מפי עד פטורין *Si teſtis ex ore teſtis, liberi ſunt*, nam ſi teſtimonium illi præbuiſſent, nulla fuiſſet utilitas.

11. Si quis ad duos dixerit; *adjuro vos, te N. & te N. ut, ſi teſtimonium ſcitis pro me, advenientes teſtimonium detis mihi*; (illi vero reſponderint;) *eſto juramentum, quod nullum teſtimonium ſciamus pro te*, cum tamen ſciant teſtimonium pro ipſo, (ſed) teſtis ex ore teſtis, aut unus ex illis cognatus eſt, aut illegitimus: ecce tum iſti ſunt liberi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus Miſnæ clarus eſt, nam ſi non indicaſſet, non profuiſſet teſtimonium ipſius, propterea liberi ſunt, ſi negaverint.

יב שלח ביד עבדו או שאמר להן הנתבע משביע אני עליכם שאם אתם יודעין לו עדות שתבואו ותעידוהו הרי אלו פטורים עד שישמעו מפי התובע :

R. OB. DE BARTENORA.

עד שישמעו מפי התובע *Donec audierint ex ore exigentis*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5. 1. אם לוא יגיד *Si non indicaverit*, ubi vox לוא cum (ו) & (א) ſcribitur, quod ita intelligendum, ſi exigenti non indicaverit, feret delictum ipſius, at ſi alii non indicaverit, immunis eſt.

12. Si quis miſerit (ad eos) ſervum ſuum, aut is, à quo aliquid exigitur, dixerit ipſis; *adjuro vos, ſi ſcitis teſtimonium pro iſto, ut adveniatis, ipſique reddatis teſtimonium*: ecce iſti ſunt liberi, donec audierint ex ore exigentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 5. 1. אם לוא יגיד & vox לוא non ſcribi ſolet cum (ו) ante (א), unde colligimus Traditione, quod hoc factum eſt ad duas res notandas, nempe ſubſtantiam & negationem, perinde ac ſi dixiſſet, ſi exigenti non indicaverit, feret delictum ipſus; at ſi non indicaverit ei a quo exigitur, illum liberando, liber eſt.

יג משביע אני עליכם מצוה אני עליכם אוסרכם אני הרי אלו חייבין בשמים ובארץ הרי אלו פטורין באלף דלית ביוד ה״י בשדי בצבאות בחנון ורחום בארך אפים ברב חסד ובכל הכנויין הרי אלו חייבין המקלל בכולן חייב דברי רבי מאיר וחכמים פוטרין המקלל אביו ואמו בכולן חייב דברי רבי מאיר וחכמים

13. (Si quis dixerit;) *adjuro vos; præcipio vobis; obligo vos*: ecce iſti tenentur. (Sin;) *per cælum & per terram*: tunc liberi ſunt. (Si dixerit; adjuro vos) *per Aleph, Daleth, per Jod, He, per omnipotentem, per Zebaoth, per gratioſum & miſericordem, per longanimem aut per multum beneficum, aut per quæcunque (Dei) cognomina*: tum ecce iſti ſunt rei. Si quis maledixerit per ullum iſtorum: ipſe reus eſt: ita R. Meir. Sed Sapientes abſolvunt. Si quis maledixerit Patri ſuo, aut Matri ſuæ per ullum iſtorum; reus eſt: verba ſunt Rabbi

וחכמים פוטרין המקלל עצמו וחבירו בכולן עובר
בלא תעשה יככה אלהים וכן יככה אלהים זו היא
אלה הכתובה בתורה אל יכך ויברכך וייטב לך רבי
מאיר מחייב וחכמים פוטרין :

Rabbi Meir. Verum Sapientes abſolvunt. Si quis maledixerit ſibimetipſi, & proximo ſuo; per ullum iſtorum: tunc tranſgreditur præceptum negativum. (Si quis dixerit;) *percutiat te Deus, & ſic percutiat te Deus*; tum hæc eſt maledictio ſcripta in lege. (Sin;) *ne percutiat te*, aut, *benedicat tibi*, aut, *benefaciat tibi*: R. Meir obligat; Sapientes autem abſolvunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מצוה אני עליכם וכו' *Præcipio vobis &c.* Si dixerit, præcipio cum juramento, & obligo vos cum juramento. המקלל בכולן *Si quis maledixerit per omnia*, ſi quis nomini Domini maledixerit per unum eorum; R. Meyr ipſum condemnat lapidationis. Sapientes abſolvunt, quia ob nomen particulare duntaxat lapidatio infligitur, uti ſcriptum eſt Levit. 24 16. בנקבו שם יומת Et propter cognomina transgreditur præceptum illud admonitionis Exod. 22. 27. אלהים לא תקלל Cæterum in juramento teſtimonii conveniunt Sapientes cum R. Meyro, quod propter cognomina æque ac propter nomen particulare tenetur, nam de juramento teſtimonii ſcriptum eſt Levit. 5. 1. ושמעה קול אלה.

המקלל עצמו *Qui ſibi maledixerit*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 4. 9. השמר לך ושמר נפשך מאד Sed quoties dicitur השמר, toties negationis præceptum ſit. וחבירו *Et proximo ſuo*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 19. 14. לא תקלל חרש cujus ſenſus eſt, nequidem ſurdo maledictionem ſuam non audienti, maledicendum eſſe, & quanto minus aliis hominibus qui maledictionem audire poſſunt.

יככה אלהים וכן יככה אלהים *Percutiat te Deus, & ſic percutiat te Deus*, ſi teſtibus dixerit, percutiat te Deus niſi mihi teſtimonium perhibueris, vel ſi quis audiverit quod legebat in libro Legis de maledictionibus, dicentis, *percutiat te Deus*, ipſe vero dixerit teſtibus, & ſic te percutiat Deus niſi mihi teſtimonium præbueris. At ſi dixerit, ne te percutiat Deus ſi mihi atteſtatus fueris, aut, benedicat tibi Deus ſi mihi atteſtatus fueris, & benefaciat tibi Deus ſi atteſtatus fueris mihi. In his omnibus R. Meyr obligat, nam e negatione infertur affirmatio, ne te percutiat Deus ſi mihi atteſtatus fueris, ſimul ac mihi non atteſtatus fueris, percutiat te; ſic etiam, benedicat tibi Deus ſi mihi atteſtatus fueris, ſimul ac mihi non atteſtatus fueris, tibi maledicat; ſed in his omnibus deciſio non eſt juxta R Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit, מצוה אני עליכם Præcipio ego vobis, eſt ac ſi diceret, præcipio vobis cum jurejurando, obligo vos cum jurejurando. Controverſia autem R. Meyri & Sapientum tantum eſt de attributis, & de gratia ac miſericordia Dei, de quibus poſtea ſermo fit. Cæterum de א, ד, י, & ה, & de שדי, & צבאות non requiritur ut dicamus, quod ſint nomina particularia; ſic etiam de אלהים. Id autem quod dicit, *ſi quis maledixerit per ullum iſtorum, tenetur*, vult, ſi quis per unum illorum cognominum blaſphemaverit nomen Domini, tenetur lapidatione. Sapientes dicunt, propter nomen particulare pœnam mortis incurrit, propter attributa, pœnam increpationis. Ratio autem quare non diſſentiunt in teſtimonii juramento, & quod dixerunt blaſphematorem teneri propter omnia attributa, eſt, quia ſcriptum eſt Levit. 5. 1. ושמעה קול אלה Sed prohibitum eſt homini ſibi ipſi maledicere, ſicuti ſcriptum eſt Deut 4. 9. השמר לך ושמר נפשך מאד Verum jam expoſuimus in fine tractatus Maccot, vocem השמר denotare negativum. Sic etiam homini prohibitum eſt maledicere proximo ſuo, uti ſcriptum eſt Levit. 19. 14. לא תקלל חרש hinc traditione colligimus, non maledicendum eſſe ei qui non fecerit opera ob quæ maledictione dignus eſt, ſed quod ſurdus ſit tali in re.

יככה אלהים וכן יככה אלהים *Percutiat te Deus; & ſic percutiat te Deus*, eſt formula qua homo ſibi ipſi aut proximo ſuo maledicere ſolet. R. Meyr putat hic, quod non ſit differentia inter אל יברכוהו & inter יקללוהו Cæterum quod dicit אל יכך *Ne percutiat te*, ſit diſcrimen inter *ne percutiat te*, & inter *benedicat tibi* & *benefaciat tibi*, ne in hoc dicto intelligatur maledictio. Cæterum capite ultimo tractatus Maccot jam expoſitum, eum qui ſibi maledixerit & proximo ſuo, vapulare, etſi præceptum ſit negativum in quo non continetur actio. Et jam expoſuimus fundamentum illud quod ob omne negativum in quo continetur actio, nemo vapulabit, niſi quis juraverit, vel commutaverit, vel maledixerit proximo ſuo in nomine Domini. Jus autem illius qui proximo maledixerit & ſibi maledixerit idem eſt. Verum de teſtibus falſariis extat Lex Deut. 19. 19. ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו Quæ verba jam expoſuimus; deciſio eſt juxta Sapientes in omnibus.

פרק ה שבועת הפקדון נוהגת באנשים ובנשים
ברחוקים ובקרובים בכשרים ובפסולין בפני בית דין
ושלא בפני בית דין מפי עצמו ומפי אחרים אינו
חייב עד שיכפור בו (ס"א) בבית דין דברי רבי מאיר
וחכמים אומרים בין מפי עצמו בין מפי אחרים כיון
שכפר בו חייב וחייב על זדון השבועה ועל שגגתה
עם זדון הפקדון ואינו חייב על שגגתה ומה (כ"א)
חייב על זדונה אשם בכסף שקלים :

Cap. 5. Juramentum depoſiti cadit in viros & fœminas; in longinquos (ſeu non cognatos) & in propinquos (ſeu cognatos;) in legitimos & illegitimos. Sive tamen in judicio, ſive non in judicio, juret quis, ſive propriis verbis; ſive in verba præeuntis: non erit reus, niſi quando negaverit illud in domo judicii: ita R. Meir. Verum enimvero Sapientes dicunt, ſive verbis propriis, ſive in verba præeuntis, poſtquam negavit illud, reus erit. Et reus quidem erit ob malitiam juramenti, atque ob errorem ejus, cum malitia depoſiti conjunctum. Non autem reus eſt propter errorem ejus (ſimplicem.) Cujus ergo rei reus erit propter malitiam? Sacrificii pro delicto, argenteos ſiclos duos æquantis.

R. OB. DE BARTENORA.

נוהגת באנשים ובנשים *Cadit in viros & in feminas*, quia de juramento teſtimonii antea dixit auctor, quod id in viros & non in fœminas cadit, ideo heic loci de his omnibus loquitur. ובקרובים *Et in propinquos*, nam poſſeſſor depoſiti propinquus erat ei apud quem erat depoſitum. *Si-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועל שגגתה *& propter errorem ipſius*, ſicuti expoſitum eſt de juramento teſtimonii, nempe, ſi ei innotuerit quod jusjurandum ſit prohibitum, at ei non innotuerit quod illius cauſa ad ſacrificium tenetur; de errore depoſiti res clara eſt, ſcil. ſi non recordatus fuerit quod depoſitum

ve in judicio, *ſive non in judicio*, ſi ore ſuo juraviſſet, vel ad juramentum reſpondiſſet Amen, deinde vero confeſſus fuerit, tenetur ad ſacrificium, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 5. 21. וכחש בעמיתו Cæterum quod auctor dicit מפי אחרים *Ex ore aliorum*, & non reſponderit Amen, ut, ſi dixerit, adjuro te quod mihi depoſitum reddes, & ille reſponderit, nihil tibi in mea poteſtate eſt, tum non tenetur niſi donec in judicio negaverit; deciſio eſt juxta Sapientes. וחייב עד׳ זדון השבועה *Et reus quidem erit ob malitiam juramenti*, quia de ipſo non ſcriptum eſt. ונעלם כמנו *Et ſi ei occultum fuerit*; cæterum *malitia juramenti* eſt quando depoſiti recordatur, & novit quod tenetur ad ſacrificium propter negationem ſuam. ועל׳ שגגתה עם זדון הפקדון *Et ob errorem illius cum malitia depoſiti conjunctum*, quum neſciebat ſe ad ſacrificium obligatum eſſe propter hoc juramentum, ſed recordabatur quod depoſitum erat in poteſtate ſua. וכסף שקלים *Et argenteos ſiclos*, quod comparatum duobus סלעים, nam de ſacrificii pro reatu ariete ſcriptum eſt Levit. 5. 15. בערכך כסף שקלים.

erat in poteſtate ſua, nam Lex dicit Levit. 5. 21. וכחש בעמיתו בפקדון & deinde והביא את אשמו ליהוה Per id quod dicitur וכחש בעמיתו indicatur quod depoſitum cognovit in momento jurandi; deciſio eſt juxta Sapientes.

ב שבועת הפקדון כיצד אמר לו תן לי פקדוני שיש לי בידך שבועה שאין לך בידי או שאמר לו אין לך בידי משביעך אני ואמר אמן הרי זה חיב השביע עליו חמשה פעמים בין בפני בית דין ובין שלא בפני בית דין וכפר חיב על כל אחת ואחת אמר רבי שמעון מה טעם מפני שיכול לחזור ולהודות :

2. Juramentum depoſiti quomodo ſe habet? Si quis dixerit alicui; *redde mihi depoſitum meum, quod tu habes*: (alter vero dixerit;) *Eſto juramentum, quod apud me nihil ſit de tuo*: aut dixerit ei; *nihil de tuo habeo.* (Aut ſi dixerit ille;) *adjuro te*, & hic reſponderit, *Amen.* Tum hic reus eſt. Si adjuraverit eum quinquies, ſive intra domum judicii, ſive extra domum judicii; atque negaverit: tum reus eſt ſuper unoquoque (id eſt, quinquies.) Dixit R. Schimeon; quæ eſt ratio? propterea quod poſſit redire (ad corrigendum,) atque confiteri.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שיכול לחזור ולהודות *Quia denuo confiteri poſſit*, poſt negationem illam, quo modo fiet ut ad quodlibet jusjurandum neges pecuniam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt, & R. Schimeonis ratio clara eſt, nam ſi confeſſus fuiſſet, profuiſſet illius confeſſio, etſi negatio illius in judicio præceſſiſſet, quia ſolvet id quod confeſſus fuit.

ג היו חמשה תובעין אותו אמרו לו תן לנו פקדון שיש לנו בידך שבועה שאין לכם בידי אינו חיב אלא אחת שבועה שאין לך בידי ולא לך חיב על כל אחת ואחת רבי אליעזר אומר עד שיאמר שבועה באחרונה רבי שמעון אומר עד שיאמר שבועה לכל אחד ואחד תן לי פיקדון ותשומת יד גזל ואבדה שיש לי בידך שבועה שאין לך בידי אינו חיב אלא אחת שבועה שאין לך בידי פקדון ותשומת יד וגזל ואבדה חיב על כל אחת ואחת תן לי חטין ושעורין וכוסמין שיש לי בידך שבועה שאין לך בידי אינו חיב אלא אחת שבועה שאין לך בידי חטין ושעורין וכוסמין חיב על כל אחת ואחת רבי מאיר אומר אפילו אמר חטה ושעורה וכוסמת (ס״א) חיב על כל אחת ואחת :

3. Si quinque exegerint ab illo, & dixerint; *reſtitue nobis noſtrum depoſitum, quod in tua poteſtate*, ille vero (dixerit;) *juro, nihil vobis eſſe apud me*: tunc non reus, niſi ſemel: Sin (dixerit,) *juro, quod nihil de tuo ſit apud me, neque de tuo*, (&c.) tum reus eſt propter quodvis. R. Elieſer dicit, (non reus erit,) donec dixerit τὸ *juro*, ultimo loco. R. Schimeon inquit; donec dixerit, *juro omnibus & ſingulis.* (Si quis dixerit,) *da mihi depoſitum, & concreditum, raptum & rem amiſſam, quæ in manu tua eſt*: (alter vero dixerit,) *Eſto juramentum, quod nihil de tuo habeam*: tum non eſt reus, niſi ſemel. (Sin vero dixerit;) *eſto juramentum, quod tibi nullum ſit apud me depoſitum, & concreditum, raptum, & res amiſſa*: tum reus eſt ob unumquodque. (Si dixerit;) *redde mihi triticum, & hordeum, & ſpeltam, quæ de meo ſub tua nunc eſt manu*; (& alter dixerit;) *juramentum eſto, quod nihil tibi ſit in manu mea*: tum non eſt reus, niſi ſemel. (Sin dixerit;) *juramentum eſto, quod nihil de tuo apud me, vel tritici, vel hordei, vel ſpeltæ*: tum reus eſt ſuper unoquoque. R. Meir dicit; quamvis dixerit; *triticum & hordeum, & ſpeltam*: reus tamen eſt ſuper omnibus & ſingulis.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועה באחרונה *Jusjurandum ultimo loco*, dicendo, nihil tibi eſt in poteſtate mea, neque tibi, neque tibi cum jurejurando, & tum jusjurandum ad omnes pertinet; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, nec juxta R. Schimeon. *Quamvis dixerit, triticum, hordeum & ſpelta &c.* nam R. Meyr putat eum qui a proximo ſuo petit triticum, dicere velle, ſpeciem tritici, & eo etiam ſenſu de hordeo & ſpelta, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 9. 32. והחטה והכסמת ergo perinde eſt ac ſi petiiſſet triticum, hordeum & ſpeltam. Sapientes putant quod dicere velit, granum tritici, hordei, & ſpeltæ; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr putat, quod ſi dixerit, triticum & hordeum, hoc dictum velit de ſpeciebus illius. Sapientes putant negationem illius de grano tritici duntaxat intelligendam eſſe; deciſio non eſt juxta R. Meyr, nec juxta R. Elieſer, nec juxta R. Simeon.

ד אנסת ופתית (ס״א) את בתי והוא אומר לא אנסתי ולא פיתיתי משביעך אני ואמר אמן חייב רבי שמעון פוטר שאינו משלם קנס על פי עצמו אמרו לו אף על פי שאינו משלם קנס על פי עצמו משלם בושת ופגם על פי עצמו :

4. (Si quis Pater dixerit;) *ſtupraſti & decepiſti filiam meam*, dixerit autem (alter;) *nec ſtupravi, nec decepi*: (tumque ille dixerit,) *adjuro te*, & hic reſponderit, *Amen*: reus eſt. R. Schimeon quidem liberum facit, quia non det pœnam per proprium os (hoc eſt, non condemnat ſemetipſum.) Reſponderunt ei, etiamſi non det pœnam per proprium os, reſtituit tamen pudorem & ignominiam per proprium os.

R. OB. DE BARTENORA.

שאינו משלם קנס על פי עצמו *Quia non luit pœnam per os proprium*, nam ſi confeſſus fuerit, non debet ſolvere, ſic etiam ſi negaverit, non negavit ei bona. אבל משלם בושת ופגם על פי עצמו *Tamen reſtituit pudorem & ignominiam per proprium os*, ideo negavit bona. Cæterum R. Simeonis ac Sapientum controverſia hæc eſt, R. Simeon putat, quod, ſi pater dixerit, ſtupraſti, aut decepiſti filiam meam, poſtulavit pœnam quæ eſt definita quinquaginta aureorum, at non poſtulavit pro pudore & damno virginitatis, quarum mulcta non definita eſt, nam nemo rem definitam deſerit, & petit indefinitam, idcirco ei negavit mulctam, & liber eſt. Sapientes vero putant quod pudorem & damnum virginitatis pater petiit, quia nemo intermittere ſolet ejuſmodi rem, quam ſi confeſſus fuerit, non ſit liber, & contra eam petit, quam ſi confeſſus fuerit, liber eſt, idcirco quando negaverit, bona ei negavit, & tenetur; deciſio non eſt juxta R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon putat quod fundamentum petitionis illius ſit pœna, quæ eſt res definita ac nota. Sapientes dicunt, quod fundamentum petitionis ſit pudor & damnum, nam ſciebat, quod, ſi de illis confeſſus ſit, ſolvere debeat; deciſio non eſt juxta Sapientes.

ה גנבת את שורי והוא אומר לא גנבתי משביעך אני ואמר אמן חייב גנבתי אבל לא טבחתי ולא מכרתי משביעך אני ואמר אמן פטור המית שורך את שורי והוא אומר לא המית משביעך אני ואמר אמן חייב המית שורך את עבדי והוא אומר לא המית משביעך אני ואמר אמן פטור אמר לו חבלת בי ועשית בי חבורה והוא אומר לא חבלתי ולא עשיתי בך חבורה משביעך אני ואמר אמן חייב אמר לו עבדו הפלת את שני וסימית את עיני והוא אומר לא הפלתי ולא סימיתי משביעך אני ואמר אמן פטור זה הכלל כל המשלם על פי עצמו חייב ושאינו משלם על פי עצמו פטור :

5. (Si quis dixerit ad aliquem;) *tu furatus es bovem meum*, ille vero dixerit; *non furatus ſum*: (tum ſi dixerit;) *adjuro te*, reſponderitque alter, *Amen*, reus eſt. (Sin dixerit;) *furatus quidem ſum, ſed non mactavi, neque vendidi*: (& ille dixerit;) *adjuro te*, hicque reſponderit, *Amen*: liber eſt. (Si dixerit;) *occidit bos tuus bovem meum*, ipſe autem negaverit, quod occiderit; tum, ſi dixerit ille; *adjuro te*, & hic reſponderit, *Amen*, reus eſt. (Si dixerit;) *occidit bos tuus ſervum meum*, & ipſe negando, quod non interfecerit, reſponderit, tum, ſi ille dixerit; *adjuro te*, reſponderitque hic, *Amen*, liber eſt. Si dixerit quis alicui; *percuſſiſti me, atque vulneraſti me*, & hic dixerit; *non percuſſi te, neque vulneravi te*: tum, ſi dixerit ille; *adjuro te*, & hic reſponderit, *Amen*, reus eſt. Si dixerit alicui ſervus ipſius; *dentes meos excuſſiſti, & excæcaviſti oculos meos*, & ille dixerit; *non excuſſi, neque excæcavi*: tum, ſi hic (ſervus) rurſus dixerit; *adjuro te*, atque reſponderit ille, *Amen*; liber eſt. Hæc eſto Regula: Quicunque condemnat ad reſtituendum ſemetipſum, is reus eſt: Et quicunque non condemnat ſemetipſum, is liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המית שורך את עבדי *Occidit bos tuus ſervum meum*, hæc pœna eſt, nam ſolvet triginta ſiclos aureos, etſi non pluris ſit, quam denarii. *Si ſervus domino dixerit, dentes meos excuſſiſti, pœna eſt*, nam dominus poteſt manumittere ſervum propter unius membri defectum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Totius Miſnæ fundamentum hoc eſt, ſi quis pœnam confeſſus fuerit, liber eſt; quoties autem in hac Miſna dicatur פטור *Liber eſt*, toties de pœna negationis hoc intelligendum eſt, nam etſi confeſſus fuerit, tamen obligatus eſſet, ſecundum hoc fundamentum.

פרק ו שבועת הדיינין הטענה שתי כסף וההודאה בשוה פרוטה ואם אין ההודאה ממין הטענה פטור כיצד שתי כסף יש לי בידך אין לך בידי אלא פרוטה פטור שתי כסף ופרוטה לי בידך אין לך בידי אלא פרוטה

Cap. 6. Juramentum judiciale quod attinet; ſi eſt accuſatio de duobus argenteis, & eſt confeſſio de tanto, quantum eſt obolus; & quandocunque non eſt confeſſio de ſpecie accuſationis: liber eſt. Quomodo? (Si quis dixerit;) *duo argentei ſunt mihi in poteſtate tua*, (& alter reſponderit;) *nihil habeo, quod ad te ſpectat, niſi obolum*: liber eſt. (At ſi dixerit;) *duo argentei & obolus mihi ſunt in poteſtate tua*; tum, ſi alter juraverit; *nihil quicquam de*

פרוטה חייב מנה לי בידך אין לך בידי
פטור מנה לי בידך אין לך בידי אלא חמשים
דינר חייב מנה לאבא בידך אין לך בידי
אלא חמשים דינר פטור מפני שהוא כמשיב
: אבדה

tuo poſſideo, præter obolum, reus eſt. (Item, ſi quis dixerit:) *libra mihi eſt in poteſtate tua*, (juraverit autem alter;) *nihil tibi eſt in poteſtate mea*: tum liber eſt. (At ſi dixerit;) *libra mihi eſt in poteſtate tua*; (& alter juraverit;) *nihil tibi eſt in poteſtate mea, niſi quinquaginta denarii*: tum reus eſt. (Si dixerit;) *libra patris mei eſt in poteſtate tua*: (alter verò reſponderit;) *nihil de tuo poſſideo, præter quinquaginta denarios*: tum liber eſt, quia eſt ſicut reſtituens rem amiſſam.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועת הדיינין *Jusjurandum judicum*, id eſt jusjurandum ad quod judices obligant vi confeſſionis in parte petitionis, ſed neceſſe eſt petitio non minoris quam duorum nummorum argenteorum ſit, quæ eſt tertia pars Denarii, nam denarius facit ſex nummos מעות dictos, eſtque pondus ſex granorum hordeaceorum argenteorum mediocrium, quomodo fiet ut duo מעות ſint triginta duo grana hordeaca.

וההודאה *Et confeſſio*; quæ ipſum obligavit ad jusjurandum, illa non erit minor pretio unius Prutæ; nam ſi id quod ei negaverit, minus fuerit quam duo argentei, vel id quod ei confeſſus eſt, minus fuerit quam pretium Prutæ, non obligatur ad jusjurandum Legis, ſed imponunt ei jusjurandum Sapientum. Qui vero ad jusjurandum Legis obligatur, rem aliquam in manum accipiet, cujuſmodi eſt liber Legis, vel Phylacteria, dum jurat. Qui vero ad jusjurandum Sapientum obligatus eſt, non tenetur hujusmodi rem manu apprehendere, ſed eccleſiæ miniſter, vel is qui eum ad jusjurandum adegit, accipiet illam rem manu ſua, dum proximus jurat. Sunt autem tres ex Lege jurandi formulæ, non plures, nempe, ſi quis partem poſtulationis confeſſus eſt, ſi quis teſti alicui teſtimonium præbuerit contra ipſum, quod jurabit ut teſti contradicat, & denique jusjurandum cuſtodum. ſed omnia hæc juramenta in Miſna memorata ſunt ex inſtitutione Sapientum, & conveniunt iis quæ inſtituit Lex, aſſumpta re aliqua in manum, & non eſt differentia inter juramenta Legis & inter ea quæ in Miſna dicuntur, niſi quod ſi quis ad juramentum Legis obligatur, attamen jurare recuſat, Senatus illius bona exigit omnia, ſi vero quis ad jusjurandum Sapientum obligatur, attamen jusjurandum renuit, excommunicant ipſum donec ſolverit, vel juraverit, ſi autem triginta dies fuerit in excommunicatione ſua, & nec ſolvere nec jurare voluerit, flagellant ipſum, excommunicatione abſolvunt, ſed nihil de bonis illius exigunt.

אין לך בידי אלא פרוטה פטור *Nihil tibi eſt in poteſtate mea præter Prutam, liber eſt*, quia non eſt confeſſio ſpeciei illius quam petit, nam iſte petierat argentum, & ille confeſſus erat cuprum. Sed hæc ita intelligenda ſunt, ſi nihil ab ipſo petierit præter pondus duorum nummorum argenteorum מעות dictorum, aut plus, at ſi ab ipſo monetam argenteam petierit, jam ei confeſſus eſt monetam.

שתי כסף ופרוטה *Duo argentei, & Pruta*, putat ille quod ſi ab ipſo petierit triticum & hordeum, at ei confeſſus fuerit unum ex illis, tenetur. מפני שהוא כמשיב אבדה *Eo quod ille eſt inſtar illius qui rem amiſſam reſtituit*, qui liber eſt a jurejurando, ſicuti dixit Miſna, ſi quis aliquid invenerit, non jurabit, propter ordinem mundi, id eſt ob conſuetudinem. Hoc autem intelligendum eſt quando filius non certo dixerit, patri meo in tua poteſtate eſt libra, & alter ei reſponderit, dicendo, non eſt ei in poteſtate mea præter quinquaginta Zuzas, tum ad Legis jusjurandum obligatus eſt, eo quod iſte non reſtituit rem amiſſam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתי כסף Facit triginta duo grana hordeacea argentea, ſive id quod illum valorem efficere poſſit; פרוטה autem facit dimidium grani hordeacei argentei. Si vero confeſſus fuerit id quod ab ipſo petierint, minus eſſe pretio Prutæ, liber eſt. Sic etiam, ſi negaverit id quod ab ipſo petierint, efficere duos argenteos, liber eſt. Et ſic dixerunt Sapientes, negatio petitionis duorum eſt argenteorum; & quod hic dicitur פטור *liber eſt*, vult, quod liber ſit a jurejurando Legis, attamen ad Sapientum jusjurandum tenetur; & quoties in Miſna dicatur in caſu jurisjurandi de bonis, חייב *Tenetur*; toties de jurejurando Legis intelligendum ſit, nam ritus jurandi juxta inſtituta Sapientum, cujus in Miſna fit mentio, peragitur quoque apprehenſa aliqua re in manum, nam quicquid Sapientes inſtituerunt, id inſtituerunt juxta Legem, at non eſt differentia inter utrumque niſi in jure tantum, nempe, quòd, ſi quis jusjurandum Legis recuſaverit, Senatus omnia illius bona arripit, & quantitatem bonorum quam negavit, & ſuper qua jurare noluit, exigit de eo quod eſt in poteſtate ipſius. Verum ſi quis jusjurandum Sapientum recuſaverit, bona illius tamen non diripiuntur, ſed excommunicatur donec juraverit, aut ſolverit; & ſi jam triginta dies fuerit excommunicatus, nec juraverit, vel ſolverit, vapulat ex decreto judicum propter malitiam ipſius, ſi vero adhuc perſeveret in denegatione & pertinacia ſua jurandi poſtquam vapulavit, dimittitur ab excommunicatione. Scias autem juramenta Legis triplicia eſſe, nempe, jusjurandum illius qui partim confeſſus eſt, & juramentum illius qui teſtem ſibi contrarium habet, & juramentum cuſtodum. Omnia vero juramenta quæ præter hæc in Miſna referuntur, ex inſtitutione Sapientum ſunt, ſed præſtantur tamen juxta ritum Legis, ſumendo ſcilicet in manum aliquam rem ſanctam. E. G. librum Legis.

מנה לאבא בידך וכו׳ פטור *Libra patris mei eſt in poteſtate tua &c. liber eſt*, hoc accipiendum eſt, ſi dixerit filius, fieri poteſt ut patri meo ſit libra in poteſtate tua, at ſi dixerit, certo ſcio quod patri meo ſit libra in poteſtate tua, & alter ei reſponderit, dicendo, quinquaginta ſunt, tenetur, & res aliter ſe habet ac ſi rem amiſſam reſtituat. Ritus autem jurisjurandi Legis hoc modo peragitur, is qui juraturus eſt, Legis librum manu apprehendit dum jurat, & hæc actio vocatur נקיטת חפץ Cæterum jurisjurandi a Sapientibus inſtituti ritus ita peragitur, ut liber Legis ſit in manu illius qui adverſarium ſuum ad jusjurandum adegit.

ב מנה לי בידך אמר לו בפני עדים
הן למחר אמר לו תנהו לי נתתיו לך פטור
אין לך בידי חייב מנה לי בידך אמר לו
הן אל תתנהו לי אלא בעדים למחר אמר לו
תנהו

2. (Si quis dixerit ad aliquem;) *tu libram de meo poſſides*, & ille reſponderit ipſi coram teſtibus; *ita eſt*: ille porrò poſtridie dixerit ei; *reſtitue eam mihi*, (& hic poſterior excuſarit ſe, dicens; *reſtitui tibi eam*: liber eſt; (at ſi dixerit;) *nihil habeo de tuo*; tum obligatus eſt. (Si quis dixerit alteri;) *tu poſſides libram meam*, & hic reſponderit ipſi; *bene*: dixerit autem ille, *ne reſtituas mihi eam, niſi*

תנהו לי נתתיו לך חייב מפני שצריך ליתנו לו בעדים:

niſi præſentibus teſtibus; poſtridie autem dixerit ei; *nunc reſtitue mihi eam*: (tum ſi hic recuſaverit, dicens;) *reddidi iſtam tibi*, reus eſt, quoniam debuerat reſtituere illam illi cum teſtibus.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לו בפני עדים *Si dixerit ei coram teſtibus*, & alter coram teſtibus ei reſponderit, dicendo, vos mei teſtes eſtis, nam porro dicere nequit, ego luſi tecum. פטור *Liber eſt*, a juramento Legis, attamen Sapientum juramentum ipſi imponunt. אין לך בידי *Non eſt tibi quicquam in poteſtate mea*, nunquam talem rem habui: ח״ב *Tenetur*, ad ſolvendum, at in juramento non eſt fide dignus, quia eſt in ſuſpicione falſarii; & hoc intelligendum eſt ſi in Senatu negaverit, at ſi in Senatu non negaverit, non eſt in iſta ſuſpicione quod falſarius haberi debeat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Priori Miſna jam tibi expoſui, quod omni in loco ubi dicitur פטור *Liber*, jurandum ſit jusjurandum Sapientum, Et clarum eſt id quod dicitur in hac Miſna ח״ב *Tenetur*, velle quod tenetur ad ſolutionem, ſed debitor non jurabit, quia eſt in ſuſpicione falſarii, & requiritur ut Senatui neget, & tum dicimus de ipſo quod falſarius eſt. Hæc autem jura omnia nituntur iſto juris fundamento, nempe, quod ſi quis proximo ſuo teſtibus quibuſdam præſentibus mutuo det, non tenetur illi ſolvere coram teſtibus, niſi hoc modo pactus ſit cum eo, ſicuti hoc loco exponetur. Sic etiam ſi quis alicui in depoſitum dederit coram teſtibus, non tenetur ei reſtituere coram teſtibus, niſi ita cum ipſo conſtituerit. Verum ſi debitor dixerit quod ei ſolvet, juramentum Sapientum ſolvet; eodem modo cum jure depoſiti comparatum eſt. Verum ſi quis in poteſtate proximi ſui ſcriptum depoſuerit, atque is dixerit, reſtituam tibi, etiam fide dignus eſt, attamen jurabit re ſancta in manum prehenſa, quod ſcriptum reſtituit. Quod autem eum non obligamus ad ſolvendum, eſt, quia cum dicere poſſit, coactum eſt depoſitum, & fide dignus erit, etiam dicere poſſet, reſtitui ipſi. Et notum eſt ſatis, quod, ſi dixerit, coactus ſum, juramentum cuſtodum jurare potuiſſet, idcirco, quum dixerit, reſtitui illud, idem jurabit jusjurandum; nam quare nullam ei obligationem remitteret, quia ea conditio rationis eſt ut ea ratiocinemur, quamobrem mentiretur.

ג ליטרא זהב יש לי בידך אין לך בידי אלא ליטרא כסף פטור דינר זהב יש לי בידך אין לך בידי אלא דינר כסף ומריסן ופונדיון ופרוטה חייב שהכל מין מטבע אחת כור תבואה יש לי בידך אין לך בידי אלא לתך קטנית פטור כור פירות יש לי בידך אין לך בידי אלא לתך קטנית חייב שהקטנית בכלל פירות טענו חטין והודה לו בשעורין פטור ורבן גמליאל מחייב הטוען לחבירו בכדי שמן והודה לו בקנקנים אדמון אומר הואיל והודה לו מקצת ממין הטענה ישבע וחכמים אומרים אין ההודאה כמין הטענה אמר רבן גמליאל רואה אני את דברי אדמון טענו כלים וקרקעות והודה בכלים וכפר בקרקעות בקרקעות וכפר בכלים פטור הודה במקצת הקרקעות פטור במקצת הכלים חייב שהנכסים שאין להן אחריות זוקקין את הנכסים שיש להן אחריות לישבע עליהן:

3. (Si quis dixerit;) *eſt mihi libra auri in poteſtate tua*: (& alter reſponderit ipſi;) *non eſt tibi in poteſtate mea niſi libra argenti*, liber eſt. (At ſi dixerit;) *denarius aureus eſt mihi in poteſtate tua*, (& reſponderit alter;) *nihil quicquam præter denarium argenteum, aut tremiſſem, aut Pondion* (id eſt, dimidium Zuz,) *aut obolum in poteſtate mea de tuo eſt*: tum reus eſt, quia omnia hæc ſunt ſpecies eadem de monetâ. (Si quis dixerit;) *corus proventus eſt mihi in poteſtate tua*, (& alter negaverit;) *nihil quicquam eſt tibi in poteſtate mea, præter dimidium modium leguminum*, liber eſt: (At ſi dixerit;) *corus fructuum eſt mihi apud te*; (& alter reſponderit;) *nihil quicquam præter dimidium modium leguminum tibi eſt in poteſtate mea*; reus eſt: quia modius leguminum ſub fructibus comprehenditur. Si quis accuſaverit aliquem propter triticum, & hic confeſſus fuerit ei hordeum: tum liber erit. Sed Rabban Gamaliel obligat. Si quis accuſaverit proximum ſuum propter cados olei, & hic confeſſus fuerit ei cados vacuos: tum Admon dicit; quandoquidem confeſſus eſt ei aliquid de ſpecie accuſationis, juret. Verumenimverò Sapientes dicunt; non eſt confeſſio de ſpecie accuſationis. Dixit Rabban Gamaliel; video ego verba Admonis. Si accuſaverit quis aliquem propter vaſa & ſola, & hic confeſſus fuerit vaſa, ſed negaverit ſola (id eſt, bona immobilia;) (aut confeſſus fuerit) ſola, negaverit autem vaſa: tum liber eſt. Si confeſſus fuerit aliquid de ſolis, liber erit: (Aſt ſi confeſſus aliquid fuerit) de vaſis, reus erit: quia facultates, ad quas non eſt reditus, trahunt ſecum facultates, ad quas datur reditus; ut juretur ſuper illis.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא ליטרא כסף פטור *Niſi libra argentea, liber eſt*, quia hic non obtinet confeſſio ſpeciei illius quod petit. לתך eſt dimidius Corus, ſive quindecim Sata. כדי שמן *Cadi olei*, cadi oleo pleni. והודה לו בקנקנים *Et confeſſus fuerit ei de cantharis*, de cantharis olei vacuis. הואיל והודה לו מקצת ממין הטענה *Quandoquidem ei confeſſus eſt aliquid de ſpecie accuſationis*, juret, perinde ac ſi ab ipſo petiiſſet

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod לתך facit quindecim Sata, & כור triginta Sata, omnium vero horum rituum fundamenta jam expoſuimus perfectius in tractatu Kidduſchin, & Ketubot capite ultimo, ibidemque diximus quod iſta fundamenta denuo non exponemus, ne nimium prolixi ſimus, & nemo erit qui impediat quo minus contemplentur, ſicuti in Miſna memorantur; atque ibi etiam expoſuimus

petiſſet triticum & hordeum, & alterutrum ei confeſſus fuerit; deciſio eſt juxta Admon, ſed non juxta Rabban Gamalielem qui in petitione tritici obligat, & confitetur de hordeo. *Liber eſt*, ſcil. a juramento Legis, neque propter vaſa, nam confeſſio fundi non adigit ipſum ad juramentum, quia in fundis non obtinet jus juramenti. *Si confeſſus fuerit aliquid de vaſis*, nam confeſſio & negatio ſine fundo obtinet, ideo tenetur ad jusjurandum ſuper fundo propter revolutionem juramenti. poſuimus quod deciſio non eſt juxta Rabban Gamalielem, ſed juxta Admonem.

ד אין נשבעין על טענת חרש שוטה וקטן ואין משביעין את הקטן אבל נשבעין לקטן ולהקדש :

4. Non jurant ſuper accuſatione ſurdi, ſtulti, aut minorennis, nec adjurant minorennem, ſed jurant ſuper minorenni & ſanctificato.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נשבעין על טענת חרש *Non jurant ſuper accuſatione ſurdi*, ſi ſcilicet ſurdus accuſaverit alium nutu; ſurdus autem de quo Sapientes ubique loquuntur, eſt talis qui non audit nec loquitur. *Sed minorennis accuſatio eſt*, quando minorennis ab aliquo quicquam quæſiverit, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22. 6. כי יתן איש אל רעהו Sed donum minorennis non cenſetur donum; ſurdus autem eſt inſtar minorennis. Præterea non licet jurare juramentum Legis ſuper quæſtione minorennis, ſed juramentum Sapientum duntaxat.

אבל נשבעין לקטן ולהקדש *Sed jurant ſuper minorenni & ſanctificato*, ſi quis exigat quicquam de bonis minorennis, non exiget niſi cum jurejurando. Sic etiam ſi quis conſecraverit bona ſua, & contra ipſum prodierit ſcriptum aliquod debiti, veneritque creditor ut exigat bona conſecrata, obligatur ad jusjurandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משביעין הקטן *Jurant ſuper minorenni*, & e bonis ipſius ſolutio fit, ſicuti exponetur in tractatu Ketobot, ſi quis aliquid exegerit de bonis pupillorum, non niſi ſub jurejurando exiget. Sed de jurejurando Legis dicitur, quod non jurandum eſt ſuper jurejurando minorennis, verum jusjurandum Sapientum jurare licet ſuper accuſatione minorennis; ſic etiam jusjurandum cuſtodum coram Senatu jurabit. Sed jusjurandum cuſtodum obtinet ſine petitione minorennis, quia minorennis non poſtulat cum poſtulatione manifeſta. Sic etiam jurant pro re ſancta, & ab illa exigere poſſunt, ut, ſi Rubeni in poteſtate Simeonis ſint bona antequam Simeon omnia ſua bona conſecraſſet, Ruben jurabit Legis jusjurandum, & de bonis illius exiget ſuum, ſicuti dicitur capite ſexto tractatus Erachin.

ה ואלו דברים שאין נשבעין עליהן העבדים והשטרות והקרקעות וההקדשות אין בהן תשלומי כפל ולא תשלומי ארבעה וחמשה שומר חנם אינו נשבע נושא שכר אינו משלם רבי שמעון אומר קדשים שחייב באחריותן נשבעין עליהן ושאינו חייב באחריותן אין נשבעין עליהן :

5. Res ſuper quibus non jurare ſolent, ſunt: ſervi, inſtrumenta contractuum, fundi, atque ſacrata. In iiſdem non habet locum retributio dupla, nec retributio quadrupla, vel quintupla. Qui cuſtodem agit gratis, non jurat. Qui mercedem accipit (ſeu Mercenarius) non reſtituit. R. Schimeon ait; ſuper ſanctis, ad quorum apprehenſionem quis obligatur, jurant: contra, ad quorum apprehenſionem nemo obligatur, ſuper illis etiam nemo jurat.

R. OB. DE BARTENORA.

העבדים והשטרות וכו׳ *Servi & contractuum inſtrumenta* &c. quia ſcriptum eſt Exod 22. 8. על כל דבר פשע quod generale eſt; & ibidem, על שור על חמור על שה על שלמה quod ſpeciale eſt; & ſuper *omni re perdita*, quod alterum generale eſt; at generale ſpeciale & generale pronunciantur in ſpecie, & ſicuti ſpeciale ſit mobile quid, & ſubſtantia illius ſit כמון *Opes*, ſic etiam quicquid mobile eſt, ſi ſubſtantia illius ſit opes, fundis exceptis, qui non ſunt mobilia. Præterea quoque ſervi excipiuntur, utpote fundo ſimiles, nec non contractuum inſtrumenta, nam etſi mobilia ſint, ſubſtantia eorum non eſt opes, quia ſuper his omnibus rebus non jurant, eo quod ſcriptum eſt Exod. 22. 6. כי יתן איש אל רעהו ergo quando proximo dederit, & non rebus ſanctis.

אין בהן תשלומי כפל *Non obtinet in illis compenſatio dupla*, nam in iis tantum quæ colligimus e ſenſu particulari, de quo agitur in hoc textu, compenſatio dupla fieri debet.

ולא תשלומי ארבעה וחמשה *Neque retributio quadrupla, neque quintupla*, nam uti non obtinet retributio duplex, ibi nec quadrupla nec quintupla, nam, quandoquidem non obtinet retributio duplex, triplex & quadruplex obtinet. Dixit autem Deus de quadrupla & quintupla retributione, & non de ſolutione tripla & quadrupla.

שומר חנם אינו נשבע *Cuſtos gratuitus non jurabit*, cuſtos gratuitus duntaxat tenetur ad jusjurandum quod dicitur Exod. 22. 8. ונקרב בעל הבית אל אלהים אם לא שלח ידו Nam in hoc textu agitur de cuſtode gratuito, & ſuper ſervis, fundis, & contractuum inſtrumentis non jurabit ſicuti colligimus ex Exod 22. 6. כי יתן איש אל רעהו quod in genere dictum eſt: כסף או כלים in ſpecie dictum eſt: לשמור

Ad

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis varios Legis locos recte conſideraverit, deprehendet quod illa res in quibus commemorantur juramenta, vel compenſatio dupla, quadrupla, aut quintupla, & cuſtodum jura, ſunt de aſino, bove, pecude, omnique quadrupede; & de panno, argento, & vaſis. Id autem quod ex omnibus verſibus Legis colligimus, eſt de quadrupedibus, vaſis, & argento, & hæc omnia ſunt ejuſmodi quæ dimoveri poſſunt, & quorum ſubſtantia eſt bona; & in vaſis quoque idem jus obtinet. Excipiuntur autem fundi, quia dimoveri nequeunt, ſervi vero aſſimilantur fundis, ſicuti expoſuimus in tractatu Kiddoſchin. Cæterum quod ad inſtrumenta contractuum, eo quod ſubſtantia illorum non continetur bonis, ſed quia ipſa neceſſaria ſunt ad probandum id quod comprehendunt, & ſi de probatione illorum conſtet, perinde eſt ſive quis ejuſmodi ſcriptum habeat, ſive non habeat. Cum autem Lex de jurejurando, de compenſatione dupla, & de cuſtodibus dicat רעהו *proximus ipſius*; dixit igitur Deus, *proximus ipſius*, & non, res ſancta, quæ Deo cedit, & quandoquidem homo in illis non debet compenſationem duplam, idcirco neque compenſatio quadrupla, neque quintupla in ipſis obtinet, quia hæ compenſationes tantum fiunt poſt compenſationem duplam, uti capite ſeptimo tractatus Baba Cama expoſuimus. Sed auctor nullam fecit mentionem quatuor cuſtodum, qui ſunt ii, qui mutuo petierit & qui mutuo acceperit, quia non eſt neceſſarium ut hoc dicatur, quoniam in fundis non obtinet jus de mutuo petendo, ſed in rebus ſanctis non obtinet mutuum maxima ex parte; ſic etiam nec conducuntur, nec in rebus ſanctis obtinet conductio. Præterea in ſequentibus quoque exponetur quod jus illius qui ſalarium

acci-

Ad cuſtodiendum, denuo in genere dictum eſt; jam vero generale ſpeciale & generale tantum in ſpecie judicantur, quemadmodum ergo ſpeciale eſt mobile quid, & ſubſtantia illius opes, ſic etiam quidquid movetur & cujus ſubſtantia eſt opes, excludit ſervos & fundos &c. Quicquid autem dicimus de illis quod non jurant, intelligendum eſt de jurejurando Legis, attamen ſemper jusjurandum Sapientum jurare debent. נושא שכר אינו משלם *Mercenarius non reſtituit*, nempe furtum & rem amiſſam de qua ſcriptum Exod. 22. 11. אם גנוב יגנב מעמו משלם לבעליו Servos vero & fundos, & inſtrumenta contractuum non reſtituunt, eo quod ſcriptum eſt Exodi 22. 6. *Quando dederit quis proximo ſuo*, quod in genere dictum eſt: *aſinus, bos, pecus, & quodvis quadrupes*, quod in ſpecie dicitur; *ad cuſtodiendum*, in genere denuo, ſicuti diximus ſuperius. Et de cuſtode gratuito & mercenario ſcriptum eſt Exod. 22. 5. רעהו quod de proximo, & non de re ſancta intelligendum eſt. Quod vero mutuo petit, & conducit, hic non nominatur, ad excipiendum ſervos, & fundos, & contractuum inſtrumenta, atque res ſanctas, eo quod in fundis non obtinet mutuatio, neque in contractuum inſtrumentis maxima ex parte, & quanto minus conductio locum habere poteſt in contractuum inſtrumentis. Sic etiam mutuatio & conductio non obtinent in rebus ſanctis, eo quod prohibitum eſt mutuo dare & conducere res ſanctas.

accipit, atque illius qui mutuo accipit, ſit æquale, deciſio non eſt juxta R. Simeonem. Clarum quoque eſt quod ſuper omnibus hiſce rebus non jurant jusjurandum Legis, ſed juramentum Sapientum ſuper illis jurant.

ו רבי מאיר אומר יש דברים שהן בקרקע ואינן כקרקע וחכמים מודים לו כיצד עשר גפנים טעונות מסרתי לך והלה אומר אינן אלא חמש רבי מאיר מחייב שבועה וחכמים אומרים כל המחובר לקרקע הרי הוא כקרקע אין נשבעין אלא על דבר שבמדה ושבמשקל ושבמנין כיצד בית מלא מסרתי לך וכיס מלא מסרתי לך והלה אומר איני יודע אלא מה שהנחת אתה נוטל פטור זה אומר עד הזיז וזה אומר עד החלון חייב:

6. Eſſe quasdam, inquit Rabbi Meir, res, quæ ſunt in fundo (ſolo,) nec (tamen habentur) ſicut fundus: ſed diſſenſere ab eo Sapientes. Quomodo? (Reſp. e. g. ſi quis ad alterum dixerit;) decem vites oneratas tradidi tibi, alter vero reſponderit; haud fuerunt plures quam quinque: tum R. Meir obligatum dicit juramentum. Verum Sapientes inquiunt; omne conjunctum fundo, ecce eſt ſicut fundus. Non jurant, niſi ſuper eo, in quo menſura, vel pondus, vel ſpecies (reperitur.) Quomodo? (Exempli gratia, ſi quis dixerit;) domum plenam tradidi tibi, aut marſupium plenum tradidi tibi, & alter reſponderit; ignoro, ſed id, quod hic reliquiſti, tolle: tum liber erit. Sin hic dixerit; uſque ad trabem, & iſte; uſque ad feneſtram: tum reus erit.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי מאיר אומר יש דברים שהם בקרקע *R. Meyr dicit, ſunt res quæ ſunt in ſolo, nec tamen ſunt ut ipſum ſolum*, de uvis vindemiandis controvertitur inter Sapientes & R. Meyr, nam R. Meyr putat quod uvæ vindemiandæ ſunt perinde ac ſi jam vindematæ eſſent. Sapientes vero putant quod uvæ vindemiandæ non ſunt ut vindemiatæ; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Hoc autem intelligendum eſt de cuſtodibus tantum, ſed quantum ad emtionem, venditionem, deceptionem, & confeſſionem attinet ex parte petitionis, nobis hypotheſis eſt quod res vindemianda eſt ſicut vindemiata, & ita deciſio eſt. עד הזיז *Uſque ad podicum*, זיז enim notat aſſeres e ſuperiori domus parte prominentes, (vide eorum figuras in tractatu Erubim) deciſio rei eſt, quod ad Legis jusjurandum non tenetur, niſi donec ab ipſo petierit rem menſuræ, aut ponderis, aut numeri, & confeſſus fuerit ei in parte menſuræ, aut in parte ponderis, aut in parte numeri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controverſia Sapientum & R. Meyri eſt de uvis quæ vindemiandæ ſunt; deciſio eſt juxta Sapientes, quando eas quis alii juxta legem cuſtodiæ tradiderit, ſed in caſu emptionis & venditionis, & ritibus deceptionis & confeſſionis ex parte, quando fundamentum petitionis continetur in lege cuſtodiæ, & cum fundamentum ipſius eſt quod ſunt mobilium inſtar, nam quicquid vindemiandum eſt, perinde eſt ac ſi vindemiatum eſſet. Hanc phraſeologiam memoriæ mandes volo, namque hoc eſt quod dicunt, non obligatus eſt niſi donec ab ipſo petierit rem menſuræ, & ponderis, numerique, aut in parte ponderis, ſi ab ipſo petierit rem quandam ponderis, aut in parte menſuræ, ſi petat ab ipſo rem menſuræ.

ז המלוה את חבירו על המשכון ואבד המשכון אמר לו סלע הלויתך עליו ושקל היה שוה והלה אומר לא כי אלא סלע הלויתני עליו וסלע היה שוה פטור סלע הלויתך עליו ושקל היה שוה והלה אומר לא כי אלא סלע הלויתני עליו ושלשה דינרים היה שוה חייב סלע הלויתני עליו ושתים היה שוה והלה אומר לא כי אלא סלע הלויתך עליו וסלע היה שוה פטור סלע הלויתני עליו ושתים היה שוה והלה אומר לא כי אלא סלע הלויתך עליו וחמשה

7. Mutuo ſi quid dederit quis proximo ſuo accepto pignore, perieritque pignus: ſi dixerit ille huic; *Sela* (hoc eſt, quatuor denarios ſeu duos ſiclos) *mutuo dedi tibi ſuper eo, & Schekel* (id eſt, unum ſiclum) *æquabat*; alter vero reſponderit; *non, ſed mutuo dediſti mihi Sela ſuper eo, & Sela etiam æquabat*, liber erit. (At ſi dixerit;) *Sela mutuavi tibi ſuper eo, ac Schekel æquabat*, alter vero reſponderit, *non ita, ſed mutuaſti mihi ſuper eo Sela, & tres denarios æquabat*: reus erit. (Aliud Exemplum: ſi quis dixerit;) *Sela mutuo mihi dediſti, & duos æquabat*; alter vero reſponderit; *Non ita, ſed Sela mutuo dedi tibi ſuper illo, & Sela æquabat*; liber erit. (At ſi dixerit;) *Sela mihi ſuper eo mutuaſti, & duos æquabat*, alter vero reſponſum dederit; *non ita, ſed Sela mutuavi tibi ſuper illo, & quinque*

חמשה דינרים הזה שוה חיב ומי נשבע מי שהפקדון אצלו שמא ישבע זה ויוציא הלה את הפקדון :

que denarios equabat : tum reus erit. Quisnam vero jurat? (Reſp. is qui depoſitum (habet) apud ſe. Fortaſſis enim jurabit alter, & iſte proferet depoſitum.

R. OB. DE BARTENORA.

המלוה את חברו על המשכן *Mutuo ſi quis dederit proximo ſuo accepto pignore*, tum propterea fit cuſtos mercenarius, ſive pignus ſumpſerit quum ei mutuo dabat, aut poſtquam ei mutuo dederit. Si vero amiſſum fuerit pignus, aut ſurreptum, & tantum valuerit quantum debitum, pignus exibit pro debito, & unus contra alterum non inferet quicquam. Sin debitum majus fuerit pignoris pretio, debitor ſolvet creditori id quod plus erat; at ſi pignus valuerit plus quam debitum, creditor ſolvet debitori, & ſi ex occaſione violentiæ amiſſum fuerit, quum cuſtos mercenarius liber eſt, etiam creditor liber, & jurabit quod vi perdidit pignus, & totum exiget debitum. שקל eſt dimidia pars סלע Selæ.

לא כי אלא עליו סלע הלויתני *Non, ſed Selam mihi mutuo dediſti ſuper eo*, & ſi tres denarios valeret, tenetur, quia in parte petitionis confeſſus eſt, nam Sela quatuor valet denarios, & quoniam debitor jurare debebat quantum pignus ipſius valebat, & creditor jurare debebat ſuper pignore, quod non erat in poteſtate ipſius, etſi ſolvat pretium illius, quia ſuſpicamur quod forſan oculos ſuos in illud conjecit, ideo Senatus primo creditorem ad jusjurandum adigit, quod pignus non eſt in poteſtate ipſius, & deinceps debitorem ad jusjurandum adigunt, quantum valebat, ne creditor prius juret, & ſummam non attendat, debitorque educat pignus, & illegitimum reddat ad teſtimonium & ad juramentum. Quod autem in fine Miſnæ dicitur, *quis jurabit?* vult, uter prius jurabit. *Is qui depoſitum habet apud ſe*, creditor qui pignus habebat in poteſtate ſua, jurabit quod non ſit in poteſtate ſua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt, quod ſi quis mutuo dederit ſuper pignore, propterea fit cuſtos mercenarius; ſed cuſtodum mercenariorum jura adhuc exponenda ſunt, propterea ſi amiſſum ſit pignus ex occaſione violentiæ, is qui in poteſtate ſua habebat pignus, jurabit jusjurandum Legis, quod coactus eſt, & poſſeſſor pignoris ſolvet de eo quod ille mutuo dedit pro integro, qui vero pignus apud ſe habet, is omnino jurare debet jusjurandum Legis in omnibus iſtis caſibus, quod pignus amiſſum eſt; & quamvis inter illos non ſit controverſia in eo quod valebat, etiamſi dixerit poſſeſſori pignoris, æſtima mihi pluris quam ipſum valere dicis, nam non dicimus fieri potuiſſe ut oculos in ipſum conjecerit. Verum ſi fuerit hæc ſuſpicio, ut, ſi pignus ſit fruſtum auri, vel argenti, vel ſimile quid, atque is dixerit, recipe quicquid valet, & eme fruſtum auri vel argenti, ſicuti tu habebas, quandoquidem in illis nulla erat differentia in æſtimatione, neque vaſa neque veſtimenta acupicta de quibus dicere poſſet, non inveni ſimilia juxta beneplacitum meum, tum hic nulla datur ratio qua dici poſſet, quod in pignus conjecerit oculos ſuos. Quando autem juraverit ſuper pignore quod habet in poteſtate ſua, juramento ipſius includitur quod non pluris quam Selam vel ſiclum valebat, vel pretium quod dixit, per rerum quandam revolutionem. Sic etiam poſſeſſoris pignoris jusjurandum, quando de pretio diſſenſio eſt, quod pignus non minoris valet quam dixerit ipſum valere; & ſic e patre meo audivi quod ſemper juramenta inſtituebat ea forma qua ea hauſerat a magiſtro ſuo Rabbenu Joſeph Levita. Quod vero auctor dicit in prima hujus Miſnæ parte, פטור *Liber eſt*, intelligendum eſt quod Sapientum jusjurandum debet jurare. *Quisnam vero jurat? is qui depoſitum apud ſe habet*, hoc ad partem Miſnæ ſecundam pertinet, quum dixerat, non, ſed unam Selam duntaxat mihi commodaſti ſuper illo, & æquabat tres denarios, tum pignoris poſſeſſor ad jusjurandum obligatus eſt, & denarium ſolvet, eo quod ex parte confeſſus eſt, & non jurabit niſi donec prius juraverit is qui depoſitum apud ſe habebat, juramentum Legis, quod depoſitum illud periit, & tum jurabit hic, ob rationem ſuperius datam, nam hæc ratio comprehendit totum pignus, ſed ratio qua fieri poteſt ut oculos ſuos in illud conjecerit, non comprehendit totum pignus, uti expoſuimus. Propterea doctor non attendit ad hanc diviſionem, ſed ad confeſſionem in parte attendit, aut ad negationem in toto; & ad negationem qua dixit, forſan hic jurabit & alter depoſitum auferet; jam tibi expoſui aliquoties quod Sela quatuor denarios valet.

פרק ז כל הנשבעין שבתורה נשבעין ולא משלמין ואלו נשבעין ונוטלין השכיר והנגזל והנחבל ושכנגדו חשוד על השבועה והחנוני על פנקסו השכיר כיצד אמר לו תן לי שכרי שיש לי בידך הוא אומר נתתי והלה אומר לא נטלתי הוא נשבע ונוטל רבי יהודה אומר עד שתהא שם מקצת הודאה כיצד אמר לו תן לי שכרי חמשים דינר שיש לי בידך והוא אומר התקבלת דינר זהב :

Cap. 7. Quicunque jurantes, quos Lex ad juramentum obligat, jurant ita, ut non reſtituant. Hi autem ſunt, qui ita jurant, ut recipiant; Mercenarius, ſpoliatus, vulneratus, & ille cujus adverſarius ſuſpectus eſt de perjurio, ac Numularius ſuper libello ſuo. Mercenarius quomodo (jurat?) Si dixerit alteri (mercenarius;) *da mihi mercedem meam, quæ ſub tua eſt poteſtate*, reſponderit autem, alter, *dedi*; ille vero inſtiterit, *non accepi*: tum jurat, & accipit. Dicat licet Rabbi Jehuda; uſque dum erit aliquid de iſto confeſſionis. Quomodo? Si dixerit ei (mercenarius;) da mihi mercedem meam quinquaginta denariorum, quam tu poſſides, iſque reſponderit; accepiſti denarium aureum.

R. OB. DE BARTENORA.

נשבעין ולא משלמין *Jurant, at non reſtituunt*, Lex non inſtituit poſtulanti ut juret & recipiat, ſed poſtulando inſtituit ut juret & non ſolvat, uti ſcriptum eſt Exod. 22. 10. ולקח בעליו ולא ישלם ergo is qui ſolvere debebat, jurabit. ואלו נשבעין ונוטלין *Hi autem jurant, & recipiunt*, nam Sapientes inſtituerunt ut jurarent & reciperent; ſed hæc omnia exponentur inferius in Miſna.

השכיר *Mercenarius*, huic Sapientes inſtituerunt ut juraret & re-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de eo qui ad jusjurandum tenetur ולקח בעליו ולא ישלם Hinc colligimus eum qui non ſolvit, jurare debere, & nemini licitum eſſe pro juramento quicquam accipere. Sapientes vero inſtituerunt jusjurandum ut jusjurandum Legis hoc in caſu, & quamvis exactores ſint, tamen jurare debent, & recipere poſſunt; & hoc in caſibus iſtiusmodi qui deinceps exponendi erunt. Mercenarius autem jurare poteſt & recipere, eo quod paterfamilias negotiis ſuis

& reciperet, quia paterfamilias variis occupationibus diſtrahitur, ut omnia vix attendat. Sed hoc intelligendum eſt ſi mercenarius in tempore ſuo petierit mercedem, nam merces diurna per totam noctem ſequentem exigi poteſt; at ſi poſt fixum tempus petierit, tum paterfamilias jurabit jusjurandum Sapientum, quod ſolvit, & deinde liber erit. Sic etiam ſi abſque teſtibus eum conduxerit, mercenarius non jurabit, neque recipiet, nam ſi voluiſſet, ei dicere potuiſſet, non conduxi te, & quoque ei dicere potuiſſet, *conduxi te & mercedem tibi ſolvi. Si ille dixerit, dedi* &c. Verum ſi dixerit, *bis contraxiſti mecum*, at is reſponderit, *ſemel duntaxat contraxi*, tum jurabit paterfamilias juramentum Legis, perinde ac ſi dixiſſet, non dabo ei plus quam unum. *R. Jehuda ait, uſque dum erit aliquid de iſta confeſſione*, deciſio non eſt juxta R. Jehudam, nec reſpectu mercenarii, neque reſpectu rapti, neque reſpectu condemnati.

ſuis detinetur, & mercenarius magis attendit ad rem. ſunt autem in hac re duæ conditiones, una eſt ut mercedem petat in tempore ſuo, altera ut mercenarius conductus ſit coram teſtibus; verum ſi abſque teſtibus conductus ſit, cum jam dicere poſſit mercenario, non conduxi te, tum fide dignus eſt dominus ſi dicat, ſolvi. Aut ſi mercedem petierit operarius poſt tempus ſuum, & dominus dixerit, ſolvi, jurabit dominus jusjurandum Sapientum. Vel etiam, ſi negatio facta fuerit in caſu conductionis, dominus jurabit jusjurandum Legis, quod de tali re cum ipſo contractum inivit, & ſolvet id quod dixit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ב הנגזל כיצד היו מעידין אותו שנכנס לביתו
למשכנו שלא ברשות הוא אומר כלי נטלה והוא
אומר לא נטלתי הרי זה (ס"א) נשבע ונוטל רבי יהודה
אומר עד שתהא שם מקצת הודאה כיצד אמר לו
שני כלים נטלת והוא אומר לא נטלתי אלא אחד :

2. Spoliatus quomodo (jurat?) Si qui teſtificati fuerint de aliquo, quod ingreſſus fuerit in domum ejus (ſpoliati) ad capiendum pignus ſine licentia: tum, ſi dicenti; vaſa mea abſtuliſti, reſponderit alter; non abſtuli, ecce hic jurat, & aufert. Etſi Rabbi Jehuda dicit; donec facta fuerit ex parte confeſſio. Quomodo? Si allocuti fuerint eum; duo vaſa abſtuliſti, & is reſponderit; nonniſi unum abſtuli.

R. OB. DE BARTENORA.

שנכנס לביתו למשכנו שלא ברשות *Quod ingreſſus fuerit domum ipſius, ad capiendum pignus ſine licentia*, hoc intelligendum eſt ſi eum viderint teſtes domum proximi introeuntem nullam rem manu tenentem, ſed exeuntem aliquid ſub ora veſtis occultantem. הרי זה נשבע ונוטל *Ecce hic juret & acquirat*, nam hoc ipſa res indicat, nam teſtes teſtimonium præbent, quod ſine licentia pignus cepit: ſed hoc intelligendum eſt ſi pignus petierit e re quam poſſidet, verum ſi vas argenteum petierit, vel ſimile quid, quod non cenſetur poſſidere, non abſolvitur res jurejurando ut poſtea recipiat, ſed jurabit is qui poſtulatur, & tum liber erit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ jus intelligendum eſt ſub duabus conditionibus, una eſt quod teſtes eſſe debeant qui eum rem aliquam domo educentem ſub ora veſtis viderint, attamen non viderint quod educebat, niſi quod ipſum domum proximi intrantem viderint omnium rerum vacuum, verum exeuntem cum aliqua re ſub ora veſtis, nemine illic præſente. Secunda conditio eſt, ſi paterfamilias a fure petat ejusmodi rem quam homines æſtimant, & pro tali re habent cujus parem poſſident; verum ſi paterfamilias dixerit ut jumeret filum margaritarum, lapidumve pretioſiſſimorum, & notum fuerit quod iſte talem rem non poſſidebat, tum non eſt fide dignus, & in hoc caſu non obtinet jusjurandum; verum adverſarius ipſius jurabit juramentum Legis vel Sapientum, juxta id quod confeſſus fuerit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ג הנחבל כיצד היו מעידים אותו שנכנס תחת ידו
שלם ויצא חבול ואמר לו חבלת בי והוא אומר לא
חבלתי הרי זה נשבע ונוטל רבי יהודה אומר עד שתהא
שם מקצת הודאה כיצד אמר לו חבלת בי שתים והלה
אומר לא חבלתי כך אלא אחת :

3. Vulneratus quomodo? Teſtati ſi fuerint de altero, quod (hic vulneratus) venerit in poteſtatem ejus integer (ſeu ſine vulnere,) exierit vero vulneratus, ipſeque dixerit ei; vulneraſti me, at alter regeſſerit; non vulneravi: ecce ille jurat, & aufert. Dicat licet Rabbi Jehuda; donec aliquid confeſſus fuerit. Quomodo? E. g. ſi dixerit ad eum; vulneraſti me bis, & alter reſponderit; non niſi ſemel vulneravi te.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה נשבע ונוטל *Ecce ille jurat, & aufert*, hoc intelligendum eſt cum damnum accidit in loco ubi is ipſe ſibi damnum inferre potuerat, idcirco jurare debet. Verum ſi accidit in loco ubi ipſe ſibi damnum inferre non poterat, & innotuit quod alius ipſi intulit, ut, ſi in dorſo morſus fuerit, ibidemque nemo alius extiterit qui id facere potuiſſet, tum recipiat mercedem vulneris abſque jurejurando.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando damnum factum fuerit in loco ubi fieri non poterat ut ſeipſum læderet, & ille monſtraverit vulnus in corpore ſuo ab alio illatum, ſed apud illos non fuerit quis tertius, diceremus fieri potuiſſe ut ei dixerit vulneratus, vulnera me ut hic alius condemnetur, & auferat ſine jurejurando. Impoſuerunt autem jusjurandum vulnerato & furto ablato, propter pœnam vulnerantis & furto auferentis, ne damna & ſolutiones inter homines multiplicentur; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ד ושכנגדו חשוד על השבועה כיצד אחת
שבועת העדות • ואחת שבועת הפיקדון
ואפילו שבועת שוא היה אחד מהן משחק
בקוביא

4. Porro quomodo (jurat is,) cujus adverſarius ſuſpectus eſt de perjurio? ſive fuerit juramentum teſtimonii, ſive juramentum depoſiti; imo ſive etiam juramentum vanum fuerit: ſi unus illorum fuerit aleator, aut mutuo dans cum uſura, aut ex volare facientibus columbas, (hoc eſt, aſſueſaciunt colum-

בקוביא ומלוה ברבית ומפריחי יונים וסוחרי שביעית שכנגדו נשבע ונוטל היו שניהן חשודין חוזרת השבועה למקומה דברי רבי יוסי רבי מאיר אומר יחלוקו :

columbas ſuas, ut alienas domum ſecum ducant; quod pro rapina habetur,) aut ex negotiantibus (ex fructibus) anni ſeptimi: tum adverſarius jurat auſertque. At uterque ſi fuerit ſuſpectus, tum juramentum redit in locum ſuum (ſequitur ordinem:) ita R. Joſe. R. Meir inquit; Partientur.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו שבועת שוא *Licet juramentum vanum ſit*, non ſolum ſi juramentum teſtimonii, & depoſiti ſit, in quibus obtinet negatio bonorum, quod pro Deo atque creaturis malum eſt, verum etſi juramentum vanum ſit, quod pro Deo duntaxat malum eſt, tamen adverſarius ipſius jurabit, & recipiet. Sed non tradidit hic auctor, שבועת בטוי *Juramentum temerarium*, quia hujusmodi juramentum obtinet in rebus futuris, ut, ſi dixerit quis, *comedam & non comedam*, dicere poſſumus, quod cum juravit, in veritate juravit, quia ſcopus illius erat illud implere, etſi figmentum illius malum ipſum induxerit ut tranſgreſſus ſit, tamen de juramento non eſt ſuſpectus. Cæterum enunciatio temeraria ſuper præteritis, ut, ſi dixerit nonnemo, *edi & non edi*, ſimile eſt juramento vano, eo quod juramentum vanum pronunciavit ore ſuo.

היה אחד מהן משחק בקוביא *Si unus eorum fuerit aleator*, loquitur de illis qui juxta Legem & Sapientum ſententiam illegitimi ſunt ad teſtimonium. מפריחי יונים *Qui columbas volare docent*, nonnemo exponit quod dicebant hoc ſenſu, ſi columba mea prævenerit tuæ, tantum tibi dabo, atque hic erat luſus eorum. Alii exponunt, quod columbæ quædam edoctæ erant ut alias ſecum traherent ad columbarium poſſeſſoris ſui, & in hoc continetur rapina, & pacis deſtructio. וסוחרי שביעית *Et negotiatores anni ſeptimi*, qui negotiantur cum fructibus anni ſeptimi; ſed Lex dixit de anni ſeptimi fructibus ut comederentur, non ut venderentur negotiatoribus. *Juramentum redit in locum ſuum*, nonnulli in Gemara exponunt quod redit ad juramentum in Sinai, nam Deus Iſraëli in Sinai juravit, dicendo, *non furaberis*, ſed Deus multabit eum qui negaverit ſocii ſui pecuniam, at Synedrium non obligavit ipſum ad jusjurandum, neque ad ſolutionem. Sed alii exponunt quod redeat juramentum ad eum qui debet juramentum, nempe ad eum qui confeſſus eſt in parte; at cum jurare nequit, quia ſuſpectus eſt, ideo ſolvet,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſive quis profanavit juramentum teſtimonii, ſive juramentum depoſiti, etſi non declaraverit ei, ſed juramentum vanum juraverit, non ſit in illo negatio bonorum, eo quod ſuſpectus eſt de juramento, & propterea illi non imponunt juramentum. Et ex hac Miſna exponitur quod quiſquis ineptus eſt ad teſtimonium dicendum, ſive ſit teſtimonium ex inſtitutione Sapientum, ſive Legis, ſuſpectus eſt de juramento. Hoc autem jus tantum in juramento Legis obtinet, nimirum tres jurisjurandi ſpecies, quarum fundamentum quod ad obligationem pertinet, ex Lege eſt, ſicuti expoſuimus capite præcedenti. Cæterum jusjurandum Sapientum non jurabit adverſarius, ut recipiat; id autem quod R. Joſe dicit, *juramentum ſequitur ordinem ſuum*, vult, quod juramentum redit ad ipſum qui ad juramentum obligatus eſt, & ſolvet id quod petierit ab ipſo ſine juramento, nam jurare tenetur, attamen jurare nequit, ideo ſolvet, & nihil contra eum qui ab ipſo poſtulaverit, inferre poteſt præter excommunicationem; deciſio eſt juxta R. Meyr, non juxta R. Joſen, qui dicit quod partientur.

ה והחנוני על פנקסו כיצד לא שיאמר לו כתוב על פנקסי שאתה חייב לי מאתים זוז אלא אמר לו תן לבני סאתים חטין תן לפועלי בסלע מעות הוא אומר נתתי והן אומרים לא נטלנו הוא נשבע ונוטל והן נשבעין ונוטלין אמר בן ננס כיצד אלו באין לידי שבועת שוא ואלו באין לידי שבועת שוא אלא הוא נוטל שלא בשבועה והן נוטלין שלא בשבועה :

5. Tandem Nummularius propter tabulam ſuam quomodo? Non, ut dicat; Scriptum eſt in tabula mea, te debere mihi centum Suſim. Sed, ſi dixerit quis ei (nummulario;) da filiis meis duo ſata triticorum, (aut) da operis meis pro Sela (id eſt, quatuor denariis, ſeu duobus ſiclis) nummos, (& ille) reſponderit; dedi: ſed hi (ſcilicet operæ) dixerint; non accepimus: tum ille jurat atque aufert, itidemque hi (operæ) jurant ac auferunt. Dixit Ben Nanas; quomodo & iſti devenient ad juramentum vanum, & hi devenient ad juramentum vanum? (Non ita fiat:) ſed iſte aufert ſine juramento, & hi auferunt ſine juramento.

R. OB. DE BARTENORA.

שניהם נשבעים ונוטלים *Ambo jurant & auferunt*, auferunt ſcil. a patrefamilias, quia tabernarius ei dicet, operarii non ſunt fide digni mecum in juramento, tu fiſus es ipſis, nam non dixiſti mihi quod cum teſtibus ipſis ſolvendum ſit. Sic etiam operarii dicere poſſunt tabernario, non credimus tabernario in jurejurando. Et quando ambo juraverint & receperint a patrefamilias, unus jurat coram altero, ut tabernarius erubeſcat propter operarios, aut contra. אילו ואילו באין לידי שבועת שוא *Hi atque illi devenient ad juramentum vanum*, nam unus illorum neceſſario falſo jurabit, & hoc modo fiet ut nomen Dei profanetur, ideo unus item & alter recipiet ſine juramento; deciſio non eſt juxta Ben Nanas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare juramentum conjicimus in tabernarium, clara eſt, quia is præcepit ei ut daret; præterea neceſſe eſt ut operarii filio ipſius jurent coram tabernario, ut unus propter alterum pudore afficiatur; deciſio non eſt juxta Ben Nanas.

ו אמר לחנוני תן לי בדינר פירות ונתן לו אמר לו תן לי את הדינר אמר לו נתתיו לך ונתתו באונפלי

6. Si dixerit quis tabernario; da mihi pro denario (qui valet ſex obolos) fructus, & ille (tabernarius) dederit illi: mox dixerit illi (tabernarius;) da mihi denarium, ſed ille reſponderit huic;

באונפלי ישבע בעל הבית נתן לו הדינר אמר לו תן לי את הפירות אמר לו נתתים לך והולכתן לתוך בתך ישבע חנוני רבי יהודה אומר כל שהפירות בידו ידו על העליונה אמר לשולחני תן לי בדינר מעות ונתן לו אמר לו תן לי את הדינר אמר לו נהתיו לך ונתתו באונפלי ישבע בעל הבית נתן לו את הדינר אמר לו תן לי את המעות אמר לו נתתים לך והשלכתם לתוך כיסך ישבע שולחני רבי יהודה אומר אין דרך שולחני ליתן איסר עד שיטול דינרו :

huic; dedi eum tibi, tu autem poſuiſti eum in loculos tuos: tum jurabit paterfamilias, quod dederit huic denarium. (At) ſi dixerit illi (tabernario;) da mihi fructus; hic autem reſponderit iſti; dedi eos tibi, tu autem detuliſti eos in domum tuam: tum jurat tabernarius. Rabbi Jehuda ait; cujusvis, cujus in poteſtate ſunt fructus, jus eſt potius. Si quis dixerit ad Trapezitam; da mihi pro denario nummos (æneos,) & hic dederit: & viciſſim dixerit ad illum; da mihi denarium. ſed ille reſponderit huic; dedi eum tibi, & tu poſuiſti eum in loculos tuos, jurat Paterfamilias. Sed ſi dederit huic denarium, dixeritque ei; da mihi nummos, ſed hic reſponderit illi; dedi eos tibi. & tu conjeciſti eos in marſupium tuum: tum jurat Trapezita. Licet Rabbi Jehuda neget, moris eſſe Trapezitæ, ut vel Aſſarium det, (cujus pondus hordeorum quatuor,) antequam denarium ſuum acceperit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונתן לו *Et ei dederit illos*, ſi fructus coacervati fuerint in loco publico, in quos neque tabernarius neque paterfamilias poteſtatem habet. אונפלי eſt crumena in qua nummi conduntur. *Jurabit paterfamilias*, juramentum quod Legis juramento ſimile eſt, & tum recipiet, nam quoniam tabernarius confitebatur quod vendiderat, & fructus erant extra tabernam ipſius, paterfamilias jurabit, & recipiet.

אמר לו נתתים לך והולכתן לתוך ביתך *Si dixerit ei, ego illos tibi dedi, at tu illos domum tuam detuliſti*, & præterea dixerit, hi fructus qui hic coacervati ſunt, ad me pertinent, ſed hic eos expoſui ut vendantur; & alter dixerit, hi ſunt fructus quos mihi vendidiſti denario; & quandoquidem emtor confitebatur emtionem, at tabernarius negabat, dicebatque ſe illos non vendidiſſe ipſi, jurabit tabernarius jusjurandum quod jurisjurandi Legalis inſtar eſt, & deinde recipiet. *R. Jehuda dicit, cujusvis, in cujus poteſtate ſunt fructus, jus eſt potius.* R. Jehuda ſecundo caſui contradicit, quod nimirum tam in uno quam in altero jurabit paterfamilias & recipiet, nam cum fructus eſſent extra tentorium, perinde eſt ac ſi eſſent in poteſtate patrisfamilias, quiſquis autem in poteſtate ſua habet fructus, ejus jus potius eſt, & jurabit atque recipiet.

אמר לשולחני תן לי בדינר מעות *Si dixerit trapezitæ, da mihi nummos æneos pro denario*, docet nos auctor controverſiam quæ eſt inter Sapientes & R. Jehudam de nummis æneis trapezitæ, & de fructibus tabernarii, nam ſi controverſiam de tabernario nobis duntaxat dixiſſet, diceremus, quod Sapientes de fructibus intellectum volunt, ſi dixerit tabernarius, ego tibi dedi fructus & tu illos domum portaſti, ideoque tabernarius jurabit, & recipiet, nam tabernarii ſolent tradere fructus antequam pecuniam aſſumat; at de trapezita, qui non ſolet expendere nummos æneos antequam denarios argenteos recipiat, diceremus quod R. Jehudæ concedunt Sapientes, quod paterfamilias juret & recipiat, quia trapezita non prius expendere ſolet nummos quam receperit denarios; verum de tabernario, qui fructus ſuppeditare ſolet antequam recipiat nummos, diceremus, quod eſſet in ſententia Sapientum; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אונפלי Eſt nomen vaſis in quod reponunt nummos. *Jurabit paterfamilias*, nempe juramentum Legis, ſicuti expoſuimus, & hoc intelligendum eſt quando fructus in acervum collecti fuerint in loco publico, & quilibet adverſarius quæſtionem ſuam propoſuerit; at ſi in poteſtate patrisfamilias fuerint iſti fructus, ad jusjurandum Sapientum duntaxat obligatus eſt, juxta fundamentum ſatis notum, ſcil. quod unicuique qui aliquid educit e poteſtate proximi, incumbit probationem adferre. Sic etiam per id quod dicitur, *tabernarius jurabit*, intelligitur jusjurandum Legis, quando fructus coacervati fuerint in unum acervum in loco publico, & paterfamilias dixerit, eme pro iſto denario quem tibi dedi, & tabernarius dixerit, iſte denarius eſt pro fructibus quos tibi dedi, ſed fructus coacervatos non vendidi tibi ullo modo, ſed ego illos in hoc loco depoſui donec eoſdem vendidero. Et ſi fructus eſſent in tentorio venditoris, nihil præter Sapientum jusjurandum debet, ſecundum illud fundamentum, quod nimirum is qui quicquam e poteſtate proximi educere velit, prius ſuum ad hoc jus probare debeat, quod ſi facere nequeat, liber erit, & jurabit jusjurandum juxta inſtitutionem Sapientum. Ratio autem quare de his fructibus non dicimus, quod ſunt bona dubia, eſt, quia in prima petitione illi confeſſus eſt quod ei vendidit ipſe, & quia in ſecunda petitione confeſſus eſt venditor, quomodo confeſſio ipſius in venditione, & quod fructus erant extra tentorium, obligat patrem familias ad jusjurandum, ut recipiat fructus. Emtoris vero confeſſio de emtione, & tabernarii negatio de venditione obligat tabernarium ad jurandum & recipiendum. R. Jehuda contradicit ſecundo caſui, & vult quod ſuper duobus caſibus paterfamilias jurabit, quoniam fructus erant coacervati, & non erant in poteſtate tabernarii, & proximi, patrisfamilias, atque hæc dicti iſtius expoſitio eſt. כל שהפירות בידו Cæterum cum denario apud trapezitam comparatum eſt eo quod expoſuimus ſenſu de tabernario & fructibus, cum iiſdemque conditionibus; verum auctor de hoc iterum locutus eſt propter caſum qui in Gemara occurrit, nimirum quia putaremus quod doctor primus concederet R. Jehudæ de trapezita, quia non ſolet expendere Aſſarios niſi donec receperit denarios, & quod idcirco juraret paterfamilias in ambobus caſibus. Et ſi nos auctor tantum docuiſſet jus de trapezita, diceremus, quod R. Jehuda de trapezita tantum diſſentiebat, qui non expendit Aſſarios donec receperit Denarios, ſed de tabernario, qui fructus vendit traditque antequam receperit denarios, diceremus quod conceſſit Sapientibus, tabernarium debere jurare, ideo nos monet auctor quod contrarii ſunt in juribus; deciſio non eſt juxta R. Jehudam in ambobus caſibus.

ז כשם שאמרו הפוגמת כתובתה לא תפרע אלא

7. Sicuti dixerunt de vitiante inſtrumentum dotale ſuum, quod ei nil ſolvatur niſi ſub juramento, & quod

אלא בשבועה ועד אחד מעידה שהיא פרועה לא תפרע אלא בשבועה מנכסים משועבדים ומנכסי יתומים לא תפרע אלא בשבועה והנפרעת שלא בפניו לא תפרע אלא בשבועה וכן היתומים לא יפרעו אלא בשבועה שבועה שלא פקדנו אבא ושלא אמר לנו אבא ושלא מצינו בין שטרותיו של אבא ששטר זה פרוע רבי יוחנן בן ברוקה אומר אפילו נולד הבן לאחר מיתת האב הרי זה נשבע ונוטל אמר רבי שמעון בן גמליאל אם יש עדים שאמר האב בשעת מיתתו שטר זה אינו פרוע הוא נוטל שלא בשבועה :

quod ei, contra quam teſtis unus teſtatus fuerit, quod ſit ſoluta, nil ſolvatur niſi ſub juramento: item quod de facultatibus, quæ creditoribus obligatæ, & de facultatibus pupillorum nil ſolvatur niſi ſub juramento; Item quod ei, cui ſolutum eſt non præſenti, nil ſolvatur niſi ſub juramento: Sic etiam pupillis nil ſolvitur, niſi ſub juramento. (E. g. ſi juraverint;) juramentum eſto, quod nil mandaverit nobis Pater noſter, & quod nil Pater noſter nobis dixerit, neque nos invenimus quicquam inter contractuum inſtrumenta noſtri Patris, quod obligatio hæc ſit ſoluta. Rabbi Juchanan ben Brukæ dicit; etiamſi natus fuerit filius poſt Patris obitum: tamen jurat, & aufert. Dixit Rabban Schimeon fil. Gamaliel; ſi adſunt teſtes, (qui dicere poſſunt,) quod Pater in hora mortis dixerit; ſcriptum hoc contractus non eſt ſolutum: tum aufert ſine juramento.

R. OB. DE BARTENORA.

הפוגמת כתובתה לא יפרע אלא בשבועה *Si qua inſtrumentum dotale partim receperit*, non niſi juramento reliquum exigere poteſt, ſi maritus dixerit quod illud integrum recepit. *Si unus teſtis teſtatus fuerit quod ſolutum eſt* &c. *& quæ exegerit marito abſente* &c. omnia hæc referenda ſunt ad id quod dictum eſt in principio, *ſicuti dixerunt*, ſicuti igitur neuter eorum exigere poteſt niſi juramento, ita quoque pupilli non exigunt niſi juramento, ſcil. pupilli qui a pupillis exigunt, non exigunt niſi juramento. Sed hæc ita intelligenda ſunt ſi pupilli iſti, qui exigunt, dixerint, neſciebamus an pater noſter ſolverit hoc debitum, necne; at ſi dixerint, pater noſter dixit nobis quod hos nummos non accepit mutuo, & quod debitum hoc nunquam debuit, tum pupilli iſti literas debiti educentes contra hos pupillos, exigere ab iſtis poſſunt abſque jurejurando; nam quisquis dixerit, non accepi mutuo, cum ipſo comparatum eſt ac ſi dixiſſet, non ſolvi, & illi teſtes nequeunt declarare falſarios, qui teſtantur patrem ipſorum mutuo ſumpſiſſe. Sed non dixerunt quod ope jurisjurandi ſaltem pupilli exigunt a pupillis, niſi quando creditor mortuus fuerit vivente debitore, at ſi contra factum fuerit, creditor jam obligatus erat ad jusjurandum coram filiis debitoris quod nihil exegit, nam is qui ab pupillis exigere velit, etſi id fiat ope literarum obligationis, tamen jurare debet; neque quisquam talia bona relinquere ſolet liberis ſuis ob qualia ipſis jurandum eſt, nam liberi jurare nequeunt juramentum ad quod tenebatur pater. Et quamvis ita ſit jus, ut, ſi judices judicaverint quod pupilli jurabunt jusjurandum quod pater ipſis non præcepit, & quod exigent de bonis aliorum pupillorum cum hoc juramento, *quicquid factum ſit infectum reddi nequit. Quod nobis non præcepit pater noſter*, quod nobis non dixit dum verſabatur in agone mortis. *Et quod nobis non dixit pater noſter*, antea, nam obligationis ſcripto jam ſolutum erat: *hic jurabit*, quod inter paterna ſcripta non invenit ſcripto obligationis ſolutum eſſe; ita deciſio eſt. *Rabban Simeon fil. Gamalielis dixit*, *ſi adſint teſtes* &c. deciſio eſt juxta Rabban Simeonem fil. Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jura hæc dotale inſtrumentum attinentia jam expoſuimus capite nono tractatus Ketubot. Et quod auctor in hac Miſna dicit, *Sic etiam cum pupillis comparatum eſt*, vult, quod pupilli a pupillis bona exigentes, non niſi juramento exigunt; at hoc ſub ea conditione, ut pupilli ab aliis pupillis exigentes dicant, neſciebamus an pater noſter bona hæc ſolverat, & nobis de hac re nihil conſtat. Verum ſi illi dixerint, pater noſter dixit quod nunquam alicui tale debitum debuit, & quod non mutuavit quicquam, tum pecunia illa ſine juramento exigetur e bonis ipſorum: nam hypotheſis nobis eſt quod ſi quis dixerit, non mutuo accepi, perinde eſt ac ſi dixiſſet, non ſolvi, quia teſtes mentiri non debent propter Sermonem ipſius. Hoc autem intelligendum eſt quum mortuus fuerit pater pupillorum, ad quem debitum hoc pertinere debuiſſet; at ſi contra ſe res habeat, ſcil. quod mortuus eſt is qui antea debebat, pecunia illa nunquam exigi poteſt, ſed tota interiit, nam quoniam is qui debebat, reliquit pupillos, creditor nequit exigere e bonis illorum, niſi poſtquam jusjurandum Legale juraſſet, uti dictum eſt, & quando mortuus eſt poſtea quam juraſſet, liberi ipſius pro ipſo jurare nequeunt, quia nemo juramentum in hæreditatem relinquit. Si vero judex judicaverit, quod liberi ipſius jurare debent, quod pater ipſis non præceperat, ſicuti Miſna dicit, quod exigunt e bonis illorum, tum id quod factum eſt infectum eſſe nequit; deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis, & juxta R. Jochanan filium Berocæ.

ח ואלו נשבעין שלא בטענה השותפין והאריסין והאפוטרופין והאשה הנושאת והנותנת בתוך הבית ובן הבית אמר לו מה אתה טועניני רצוני שתשבע לי חייב חלקו השותפין והאריסין אינו יכול להשביעו נתגלגלה לו שבועה ממקום אחר מגלגלין עליו את הכל והשביעית משמטת את השבועה :

8. Hi jurant ſine accuſatione, ſocii, hortulani, Oeconomi, mulier, cui res familiaris quoad accepta & expenſa commiſſa, & filius familias. Si tamen interrogaverit: de quo tu poſtulas me? (& hic reſponderit;) volo, ut tu mihi jures: obligatus erit. Si partiti fuerint ſocii, & hortulani, adjurare ullum nequeunt. Si volutum fuerit ſuper ipſum juramentum ex loco alio (cauſa & occaſione alia:) tum volvunt ſuper eum omnia. Annus tandem ſeptimus dimittit juramentum.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא בטענה *Sine accuſatione*, ſine certa accuſatione, ſed du-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא בטענה *Sine accuſatione*, id eſt, ſine accuſatione ma-

dubia, quæ infert, dicitque, forſitan aliquid de meis bonis, ſubtraxiſti quia omnes illi intelligere poſſent quaſi illis permiſſum ſit, eo quod operantur in bonis, idcirco Sapientes illis impoſuerunt jusjurandum. והאפוטרופין *Et tutores*, curatores qui alicujus bona curant, illiscum negotiando & lucrando; pupillorum vero tutor, ſi a Senatu conſtitutus ſit, jurabit, at ſi a patre pupillorum conſtitutus ſit, non jurabit.

והאשה הנושאת *Et mulier quæ negotiatur*, quæ a marito conſtituta eſt tabernaria vel bonorum curatrix. *Et filius familiar*, unus e fratribus qui bonis lucrum attulit poſt mortem patris. חלקו השותפין *Si partiti fuerint ſocii*, & non impoſuerint ei jusjurandum dum partiebantur. נתגלגלה לו שבועה ממקום אחר *Si volutum fuerit ſuper ipſum juramentum ex loco alio*, ſi poſtea inter illos exortum fuerit jusjurandum, hoc quoque juramentum devolvunt in ipſum; & ſicuti in ipſum devolvunt jusjurandum Legale, & id quod ei ſimile eſt, ſic etiam in ipſum devolvunt jusjurandum Sapientum. *Annus ſeptimus remittit juramentum*, hoc non ad juramenta ſociorum referendum eſt, quia annus ſeptimus non deſtruit hominum ſocietates in negotiis contrahendis, neque in jurejurando, ſed debita eorumque jusjurandum remittit.

manifeſta; nam טענת שמא *Accuſatio dubia* eſt ea qua ipſum non fallit in eo quod inter illos intercedit, atque ea conditione ut dubium quod eum decepit, ſit in duobus aut pluribus argenteis nummis; verum ſi deceptio dubia in paucioribus facta ſit, non tenetur ad jusjurandum. Cæterum jam expoſuimus capite quinto tractatus Gittin, quod tutor a Senatu conſtitutus tenetur ad jusjurandum; ſcias autem quod annus ſeptimus non diſſolvit Societatem nec jusjurandum, ſed quod debitum ejuſque juramentum remittit.

פרק ח ארבעה שומרין הן שומר חנם והשואל נושא שכר והשוכר שומר חנם נשבע על הכל והשואל משלם את הכל נושא שכר והשוכר נשבעין על השבורה ועל השבויה ועל המתה ומשלמין את האבדה ואת הגניבה:

Cap. 8. Quatuor ſunt, qui cuſtodiunt. (1.) Gratis cuſtodiens. (2.) Petens cuſtodiam. (3.) Mercedem cuſtodiæ accipiens. (4.) Mercede conducens. Qui gratis cuſtodit, jurat ſuper omnibus. Qui petiit cuſtodiam, reſtituit omnia. Qui mercedem cuſtodiæ accepit, & qui mercede conduxit, (hi, inquam, duo) jurant ſuper fracto, & ſuper abducto, & ſuper mortuo, atque reſtituunt rem amiſſam ac furto ablatam.

R. OB. DE BARTENORA.

נושא שכר *Qui recipit mercedem*, eſt is qui mercede cuſtodit, *Jurabit pro omnibus*, quod non prævaricatus eſt. *Reſtituet omnia*, in omnibus Miſnæ caſibus in quibus legitur, captiva, fracta, furto ablata, & res amiſſa; at ſi propter opus mortuus fuerit, non ſolvet, quia non petiit mutuo bovem ut conſtituat in thalamo; ſed hæc Miſna jam expoſita eſt capite ſeptimo tractatus Baba Mezia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cuſtodum jura ſunt tria, nam jus illius qui mercedem accipit, & illius qui mercedem ſolvit, idem eſt, & præterea jura de his dicta ſunt conformia Legi, & conſequitur inde quod is qui mercedem recipit, atque is qui eam ſolvit, jurare debent in caſu violentiæ, & non tenentur ad ſolutionem, nam fracta & mortua, violentia eſt, & qui mutuo petit, is tenetur violentia, niſi mortua fuerit in momento operis, uti expoſuimus capite octavo in tractatu Bava Mezya. Cæterum juramentum cuſtodum eſt juramentum Legale, & quamvis is qui mutuo petiit, omnia ſolvat, nihilominus tamen ante jurabit juramentum Legale, quod res illa periit, quia dici poteſt, forſan perdite eam amat, eo ſenſu quo expoſuimus capite ſexto hujus tractatus.

ב אמר לשומר חנם הכן שורי אמר לו מת והוא שנשבר או נשבה או נגנב או אבד נשבר והוא שמת או נשבה או נגנב או אבד נשבה והוא שמת או נשבר או נגנב או אבד נגנב והוא שמת או נשבר או נשבה או אבד אבד והוא שמת או נשבר או נשבה או נגנב משביעך אני ואמר אמן פטור:

2. Si quis interrogaverit cuſtodientem gratis: ubi bos meus? (& is) reſponderit ei, eſt mortuus: cum tamen fuerit fractus, vel captivus abductus, vel furto ablatus, vel amiſſus ſit: (aut ſi reſponderit) eſt fractus, cum tamen fuerit mortuus, vel captivus abductus, vel furto ablatus, vel amiſſus ſit: (aut,) eſt captivus abductus, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel furto ablatus, vel amiſſus ſit: (aut,) eſt furto ablatus, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus, vel amiſſus ſit: (aut) amiſſus eſt, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus, vel furto ablatus: (tum ſi dixerit;) adjuro te, & is reſponderit Amen, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פטור *Liber eſt*, nam ſi confeſſus fuiſſet, non debuiſſet ſolvere quicquam, quomodo hic non obtineret negatio bonorum, & licet falſo juraverit, tamen Lex ipſum non obligavit ad ſacrificium jurisjurandi, niſi quando negaverit bona; ſic etiam judex jusjurandum præſtare nequit, niſi ſuper re ejusmodi ob quam ſi confeſſus fuerit, tenetur ſolvere nummos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clara hæc ſunt, quia negavit in re ob quam, ſi eam confeſſus ſit, non erit obligatus ad ſolvendum nummos; & hoc ſenſu conſequentiam facere poteris in omnibus hiſce caſibus, & ſimilibus, quod ſi quis juraverit falſo ſuper re quadam, licet verum dixerit, tamen non erat obligatus ad ſolutionem nummorum, & liber erit etiamſi juraverit modo illegitimo, quoniam ei nullum cedit commodum e falſitate ſua. Quisquis autem juraverit falſo ſuper re ob quam ſi confeſſus fuerit, tenetur ſolvere nummos, reus eſt, quia veritatem negavit ut ſe a ſolutione nummorum liberaret. Sic etiam judex nemini jusjurandum præſtare debet, qui negaverit ejusmodi rem, ob quam ſi confeſſus fuerit, ſolvere tenetur.

ג היכן שורי אמר לו איני יודע מה אתה סח והוא שמת או נשבר או נשבה או נגנב או אבד משביעך אני ואמר אמן פטור היכן שורי אמר לו אבד משביעך אני ואמר אמן והעדים מעידין אותו שאכלו משלם את הקרן הודה מעצמו משלם קרן וחומש ואשם היכן שורי אמר לו נגנב משביעך אני ואמר אמן והעדים מעידין אותו שגנבו משלם תשלומי כפל הודה מעצמו משלם קרן וחומש ואשם :

3. (Item ſi interrogaverit,) ubi bos meus? (& alter) reſponderit ei; ignoro, quid tu fabuleris; cum tamen fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amiſſus: (tum ſi dixerit ad eum;) adjuro te, iſque reſponderit Amen, liber eſt. (Vel ſi interrogarit;) ubi meus bos? (& ille) reſponderit ei; amiſſus eſt: (tum ſi dixerit;) adjuro te, & ille reſponderit Amen; atque teſtes teſtati fuerint adverſus illum, quod comederit iſtum; reſtituat capitale; Sin confeſſus fuerit ultro; reddat capitale, & quintam partem atque oblationem pro reatu. (Si interroganti;) ubi bos meus? reſponderit; furto eſt ablatus: (tum ſi dixerit;) adjuro te ego, & is reſponderit Amen; ſimulque teſtes teſtati fuerint contra eum, quod furto abſtulerit eum: reddat retributionem duplam: quod ſi confeſſus fuerit ipſemet: reddat capitale, & quintam partem, atque oblationem pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לו אבד *Reſponderit ei, periit*, ſi cuſtodi gratuito dixerit, ubi eſt meus bos? & is ipſi reſponderit, amiſſus eſt, adjuro te, & reſponderit, Amen, & ſolvet principalem ſummam, ſi teſtes dixerint ſe ipſum comediſſe, at non duplum; ſi vero ſponte ei confeſſus ſit antequam venerint teſtes, ſolvet principalem ſummam, quintam partem, & ſacrificium pro reatu, ſicuti fieri ſolet in jurejurando depoſiti, quod non peragitur niſi donec confeſſus fuerit, & ab improbitate ſua receſſerit, atque expiationem nactus fuerit.

אמר לו נגנב משביעך אני *Si dixerit ei, furto ablatus, adjuro te*, nam cuſtos gratuitus qui liberaverit ſe, dicendo, quod furto ablatus eſt, & juraverit, & deinde venerint teſtes, ſolvet duplum, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 7. אם לא ימצא הגנב ישלם שנים nimirum, ſi non inventus fuerit bos, uti ille dixit, ſed is ipſe bovem furatus fuerit, duplum ſolvet; at ſi liberare ſe poterit, dicendo; quod amiſſus eſt, non ſolvet duplum. *Quod ſi ipſemet confeſſus ſit, reddat ſummam principalem, & quintam partem, & oblationem pro reatu*, at non compenſationem duplam, nam qui pœnam confeſſus fuerit, is liber eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cuſtos gratuitus ſi manum ſuam in depoſitum extenderit, & juraverit, tum ad ſummam principalem, quintam illius partem, & ad ſacrificium pro reatu tenetur, quando ſponte confeſſus fuerit, at ſi contra ipſum teſtati fuerint in hoc caſu, & ipſe negaverit, non debet quintam partem, neque ſacrificium pro reatu. Sic etiam ſi dixerit quod furto ablatus eſt, fueritque is ipſe bos qui furto ablatus erat, tenetur ad compenſationem duplam, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 22. 7. אם לא ימצא הגנב וגו׳ id eſt, ſi compertum fuerit quod ipſe ſit fur, duplum ſolvet ſi teſtes adſint; ſi vero ſponte ſua confeſſus fuerit, quintam ſolvet partem, ſummam principalem, & ſacrificium pro reatu; ſed hæc Miſna ejuſque fundamenta jam expoſita ſunt capite nono tractatus Bava Cama.

ד אמר לאחר בשוק היכן שורי שגנבת והוא אומר לא גנבתי והעדים מעידין אותו שגנבו משלם תשלומי כפל טבח ומכר משלם תשלומי ארבעה וחמשה ראה עדים שממשמשין ובאין אמר גנבתי אבל לא טבחתי ולא מכרתי אינו משלם אלא קרן :

4. Si quis dixerit ad aliquem in foro, ubi bos meus, quem furto abſtuliſti? iſque reſponderit; non furatus ſum, ſed teſtes teſtati fuerint, quod furatus fuerit illum: tum reddat compenſationem duplam. Si mactaverit, aut vendiderit: reddat compenſationem quadruplam, aut quintuplam. Si viderit teſtes plaudentes venientesque, (atque) dixerit; furatus ſum, ſed neque mactavi, neque vendidi: tum non niſi capitale reddere cogitur.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לאחר בשוק היכן שורי שגנבת *Si quis dixerit ad aliquem in foro, ubi bos meus eſt quem furto abſtuliſti?* hic non addit Miſna illud, *adjuro te*, de quo ſuperiori Miſna, nam ſine juramento tenetur ad ſolutionem duplam, eo quod hic proprie eſt fur, at de fure ſcriptum Exod. 22. 6. ישלם שנים ſed jusjurandum non requiritur. *Si viderit teſtes plaudentes venientesque*, hoc nos docet quod propter teſtium metum confeſſus eſt, attamen ipſi confeſſio prodeſt, & a compenſatione dupla liberatur. Et quandoquidem compenſatio dupla non habet locum, idcirco a mactatione liber eſt, ſi negaverit, & deinceps advenerint teſtes, teſtantes quod furatus eſt & mactavit, aut vendidit, nam ubi non obtinet compenſatio dupla, ibi nec obligatio quadrupla nec quintupla obtinet propter mactationem; nam de compenſatione quadrupla & quintupla locutus eſt Deus, non de tripla & quadrupla, & cum non ſit dupla, una deeſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod compenſatio dupla, & quadrupla ac quintupla, ſit pœna; præterea nobis fundamentum eſt, eum qui pœnam confeſſus eſt, liberum eſſe; & clare ſatis dictum eſt quod nemo ſuo dicto pœnam luet.

ה אמר לשואל היכן שורי אמר לו מת והוא שנשבר או נשבה או נגנב או אבד נשבר והוא

Si interrogaverit quis petentem cuſtodiam; ubi meus bos? (ac) is reſponderit illi; mortuus eſt, cum fuerit fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amiſſus: (vel dixerit;) fractus eſt,

cum

והוא שמת או נשבה או נגנב או אבד נשבה והוא שמת או נשבר או נגנב או אבד נגנב והוא שמת או נשבר או נשבה או אבד אבד והוא שמת או נשבר או נשבה או נגנב משביעך אני ואמר אמן פטור :

cum fuerit mortuus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amiſſus: (vel dixerit;) captivus abductus eſt, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut amiſſus: (vel dixerit;) furto eſt ablatus, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut amiſſus: (vel dixerit;) amiſſus eſt, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus: (tum ſi dixerit;) adjuro te, ac is reſponderit Amen, liber erit.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר לשואל היכן שורי *Si quis dixerit ad cuſtodem petentem ubi eſt bos meus?* nam etſi falſo juraverit, tamen hujus pœnæ condemnatus eſt, & tenetur ad jusjurandum negationis bonorum, propterea liber eſt a juramento.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hac quoque clara ſunt, nam non liberavit ſe hac ratione ab ulla re, ſed undiquaque tenetur ad ſolutionem, idcirco a jurejurando liber eſt.

ו היכן שורי אמר לו איני יודע מה אתה סח והוא שמת או נשבר או נשבה או נגנב או אבד משביעך אני ואמר אמן חייב אמר לנושא שכר והשוכר היכן שורי אמר לו מת והוא שנשבר או נשבה נשבר והוא שמת או נשבה נשבה והוא שמת או נשבר נגנב והוא שאבד אבד והוא שנגנב משביעך אני ואמר אמן פטור מת או נשבר או נשבה והוא שנגנב או אבד משביעך אני ואמר אמן חייב אבד או נגנב והוא שמת או נשבר או נשבה משביעך אני ואמר אמן פטור (זה הכלל כל המשנה מחובה לחובה ומפטור לפטור ומפטור לחובה פטור מחובה לפטור חייב נ"א ל"ג) זה הכלל כל הנשבע להקל על עצמו חייב להחמיר על עצמו פטור סליק :

6\. Item; ubi meus bos? (&) iſte reſponderit ei; neſcio, quid fabuleris, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amiſſus: (tum ſi dixerit;) ego adjuro te, & ille reſponderit Amen, tenetur. Si quis dixerit ad mercedem cuſtodiæ accipientem, aut ad mercede conducentem; ubi bos meus? & ille reſponderit ei; mortuus eſt, cum fuerit fractus, aut captivus abductus: (vel) fractus eſt, cum fuerit mortuus, aut captivus abductus: (vel) captivus abductus eſt, cum fuerit mortuus, aut fractus: (vel) furto ablatus eſt, cum amiſſus ſit: (vel) amiſſus eſt, cum fuerit furto ablatus: (tunc ſi dixerit;) adjuro ego te, & iſte reſponderit, Amen, liber eſt. (Sin) mortuus eſt, aut fractus eſt, aut captivus abductus eſt, cum fuerit furto ablatus vel amiſſus: (tum ſi dixerit;) adjuro ego te, & ille reſponderit; Amen, tenetur. (Sin;) amiſſus eſt, aut furto ablatus eſt, cum fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus: (tum ſi dixerit;) adjuro te, & iſte reſponderit; Amen, liber eſt. Hæc eſto Regula; Quicunque mutat obligationem in obligationem, & ſolutum in ſolutum, & ſolutum in obligationem, liber eſt: qui vero obligationem in ſolutam, eſt obligatus. Hæc (etiam) eſto Regula; Quicunque jurat ad leviorem reddendam ſibi ipſi rem, is reus eſt. Contra qui jurat ad aggravandum ſemet ipſum, is liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב *Tenetur*, nam negavit bona quæ ſi confeſſus fuiſſet, ad ſolutionem obligatus eſſet. מת או נשבר פטור *Si mortuus fuerit aut fractus, liber eſt*, nam ſi confeſſus fuiſſet, non ſolviſſet; ſic etiam ſi dixerit, furto ablatus eſt, amiſſus eſt, immunis eſt, quia ab una obligatione ad aliam aliter locutus eſt, & non negavit bona cum hoc jurejurando. Si vero dixerit, periit, furto ablatus eſt, mortuus eſt, fractus eſt, aut captivus abductus eſt, immunis eſt, quia a liberatione ad condemnationem veritatem mutavit, & perdidit cum jurejurando ipſius rem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & jam diximus fundamentum ipſorum, nam ſi confeſſus fuerit, obligatus eſſet ad ſolutionem. quoties autem dicitur hoc capite, *liber eſt*, aut, *reus eſt*, ſenſus eſt quod tenetur ad jusjurandum depoſiti, nam negavit ſummam principalem, & quintam partem, & ſacrificium pro reatu, ſicuti expoſuimus; liber autem eſt juramento depoſiti, ſed tenetur tamen ob jusjurandum temerarium, eo quod falſo juravit. Jam expoſitum eſt quod ob jusjurandi temerarii ſuperbiam tenentur flagellatione, & propter errorem, ſacrificio pro conditione hominis.

Finis Tractatus de Jurejurando.

מסכת עדיות

פרק א שמאי אומר כל הנשים דיין שעתן והלל אומר מפקידה לפקידה אפילו לימים הרבה וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה אלא מעת לעת ממעטת על יד מפקידה לפקידה ומפקידה לפקידה ממעטת על יד מעת לעת כל אשה שיש לה וסת דיה שעתה המשמשת בעדים הרי זו כפקידה ממעטת על יד מעת לעת ועל יד מפקידה לפקידה :

Tractatus de Controverſiarum Teſtificationibus.

Cap. 1. Schola Schamai dicit, omnibus mulieribus ſufficit hora ſua. Hillel dicit; ab inquiſitione ad inquiſitionem, licet per aliquot dies. Sapientes dicunt, neque juxta hunc neque juxta illum ſe res habet. Verum ab hora ad horam diminuitur per inquiſitionem ad inquiſitionem; & ab inquiſitione ad inquiſitionem per horam ad horam diminuitur. Omni mulieri cui conſuetudo eſt, ei ſufficit hora ſua; quæ vero mulier coitum paſſa eſt cum teſtibus, ea ſimilis eſt inquiſitioni, idcirco diminuitur illa ab hora ad horam, & per inquiſitionem ad inquiſitionem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנשים דיין שעתן *Omnibus mulieribus ſufficit hora ſua*, ſive tempus ſuum, ſenſus hic eſt, omnibus mulieribus quæ ſanguinem menſtrui ſui viderunt, ſufficit tempus ad polluendum pura inde a viſione menſtrui & deinceps, nam non dicimus quod antea fluxum ſanguinis jam paſſæ ſunt, eumque matricis parietes continuiſſe, ideoque immundam fuiſſe, quia omnes mulieres polluunt in exteriori parte pudicitiæ, etſi ſanguis non prodierit. Ratio autem quare Schamai non curat an forſan ante continuerit in ſe ſanguinem, eſt, quia tum homo ſemper anxius foret ullo tempore cum uxore ſua rem habere, & amoveret ſe potius ab ipſa; quomodo fieret ut conjugii officium inter Iſraëlitas intermitteretur.

מפקידה לפקידה *Ab inquiſitione ad inquiſitionem*, ſi hodie inquiſiverit, & puram ſe deprehenderit; at ſi poſtea denuo inquiſiverit uſque ad finem hebdomadis, & immundam ſe deprehenderit, timemus de eo quod attigerit inde a prima inquiſitione & deinceps, ne forſan eo die quo intermiſerit inquiſitionem ſanguinis, & matricis latera eum retinuerint. Idcirco intermiſſionem coitus hic non requirimus, quia in caſu puritatam immundam ipſam pronunciamus ab inquiſitione ad inquiſitionem, & non reſpectu mariti. Schamai putat maritum fore dubium & a coitu ſe abſtenturum, ſi uxorem pronuncient immundam in caſu puritatum.

וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה *Sapientes vero dicunt, res non eſt juxta hunc, neque juxta illum*, res non eſt juxta ſententiam Schamai, qui nimium mitigat & verbis ſuis non addit robur; nec juxta ſententiam Hillelis, qui nimium aggravat, nam certum eſt quod matricis latera tot dies non continent ſanguinem.

מעת לעת ממעטת על יד מפקידה לפקידה *A tempore ad tempus diminuitur per inquiſitionem ad inquiſitionem*, duo tempora mulieribus fixa ſunt pro puritatibus præpoſtere polluendis; horum vero levius ſequi debemus. Si ergo ab una inquiſitione ad alteram interceſſerit majus ſpatium quam ab uno tempore ad alterum, ſequimur illud *ab uno tempore ad alterum*, & polluet iſtas duntaxat puritates quas attigit pridie ante hoc tempus. Si vero illud ſpatium quod eſt *ab uno tempore ad alterum*, fuerit longius, eo quod eſt *ab inquiſitione ad inquiſitionem*, ut, ſi mulier inquiſiverit de ſeipſa mane, atque ſeipſam puram deprehenderit, ſed veſperi impuram, pollutas declaramus eas tantum quas attigit puritates ab inquiſitione matutina & deinceps; deciſio eſt juxta Sapientes. על יד eſt idem quod אחר *Poſt*, ita apud Nehemiam 3. 16. ואחריו החזיק.

וסת Notat fixum menſtrui acceſſum, qui fœminis ter accidere ſolet; ſi ergo tempore menſtrui de ſeipſa inquiſiverit, & mundam ſe deprehenderit, ſufficit ei tempus ipſius, & nos non ſuſpicamur forſan antea immundam fuiſſe, quia ſine dubio ei menſtruum accidit ſuo tempore.

המשמשת בעדים הרי זו כפקידה *Si quæ coitum paſſa ſit coram teſtibus, ea eſt inſtar inquiſitionis*, duo nobis hic dicit auctor, nam omnis mulier coram duobus teſtibus nubat,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc profert auctor ut R. Elieæri contradicat, qui dixit, *quatuor mulieribus ſufficit hora ſua*, ſicuti expoſitum eſt capite primo tractatus Nidda. Schamai autem putat quod non ſolum quatuor, ſed & omnibus mulieribus ſufficit hora ſua, nimirum, quando attigerint puritates, ſanguinemque conſpexerint, non dicimus, forſan antea viderunt ſanguinem & non ſenſerunt; &, quod puritates iſtæ quas attigerunt, pollutæ ſunt; atque hoc Legis jus. Hillel vero robur aliquod addidit verbis ſuis, dicendo, *ab inquiſitione ad inquiſitionem, licet per aliquot dies*, nam ſi, exempli gratia, de muliere inquiſitum ſit die primo ſeptimanæ; atque ipſa pura comperta ſit, & deinceps tranſigat uſque ad diem quintum ſine inquiſitione, ſed poſt illud tempus immunda comperta ſit, omnes puritates quas inde a prima inquiſitione attigit uſque ad ſecundam, habeantur immundæ, ſecundum Hillelis ſententiam, qua graviorem tenet conditionem. Schamai vero non ſequitur graviorem conditionem, quia fructificationis intermiſſæ rationem habet; nam ſi illam habuiſſemus pro immunda ab una viſitatione ad alteram, maritus ſemper cum uxore ſua verſaretur in dubia immunditie, & propterea reliquo temporis ſpatio non cum ipſa rem haberet.

וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה *Sapientes vero dicunt, neque juxta hunc, neque juxta illum ſe res habet*, nempe, quod ſi mulier de ſe ipſa inquiſiverit, & mundam ſe deprehenderit, atque deinceps multos dies ſine inquiſitione tranſegerit; poſtea vero denuo de ſe ipſa inquiſiverit, & immundam ſe compererit, omnes res puræ quas attigit ab eo tempore quo de ſe ipſa inquiſivit, immundamque ſe comperit, habeantur immundæ.

כפקידה לפקידה ממעטת על יד מעת לעת *Ab inquiſitione ad inquiſitionem diminuatur per tempus uſque ad tempus*, vult, ſi mulier de ſe ipſa inquiſiverit, & mundam ſe deprehenderit, & poſtea adhibita inquiſitione ſe immundam deprehenderit, omnes res puræ quas attigit inde a prima inquiſitione uſque ad ſecundam, immundæ ſunt; hac tamen conditione ſi ambæ inquiſitiones factæ ſint intra viginti horarum ſpatium. Sapientum vero hac de re ſententia, hæc eſt, ſi intra unam atque alteram inquiſitionem multi dies tranſierint, non diminuet niſi ab uno tempore ad aliud; ſi vero ab una inquiſitione ad alteram non tranſierint viginti quatuor horæ, diminuet tantum ab una inquiſitione ad alteram.

וסת Notat fixum aliquod immunditiei tempus, ut, ſi mulier ſingulis triginta diebus conſpiciat ſanguinem menſtrui, vel ſingulis duobus menſibus; idcirco, ſi ſanguinem conſpexerit, certo tempore, nihil diminuit.

המשמשת בעדים *Si quæ coitum paſſa ſit a marito cum teſtibus*, non vult dicere quod mulier aliquando coitum patitur cum teſtibus, & aliquando non; ſed vult potius, quod ſi mulier mariti coitum admittit, oportet ut cum teſtibus admittat, coitus vero teſtes ſunt panni quibus illa & ille poſt coitum ſe purificant, & ſi tum panni deprehendantur puri, id inquiſitionis ſimile eſt. Et hoc nos docere volebat, quia cæteroquin cogitare potuiſſemus quaſi iſti panni quibus ille & illa ſe abſterſerant, non cenſeantur pro inquiſitione,

bat, a quibus & de illius corporis conditione inquirendum eſt, ab uno ante, & ab altero poſt coitum.

ממעטת על יד מעת לעת ועל ידי מפקידה לפקידה *Diminuat a tempore ad tempus, & ab inquiſitione ad inquiſitionem*, aliter enim quis dicere potuiſſet, forſan in ſe unam habet ſanguinis guttam, inſtar grani Sinapi, & fluxum ſeminis eo conteget; & propterea non habenda eſt inquiſitio. Cæterum teſtimonium illius de conditione fœminæ ante coitum non eſt inſtar inquiſitionis; quandoquidem enim illa coitu commovetur, propterea non omnia foramina expurgat. quiſitione, licet puri comperti ſint; nam fieri potuiſſet ut aliquid ſanguinis adhæreret iſtis pannis, & in ſemen converteretur, attamen non conſpiceretur; idcirco nos docet quod hoc non ſuſpicandum ſit. Pannus vero quo illa ſe purificat ante actionem coëundi, non cenſetur pro inquiſitione, quia nos ſuſpicamur fieri poſſe ut ſanguis adſit, ſed quod illa præ magno coëundi deſiderio non uſa fuiſſet panno ſive induſio, quantum neceſſum erat. Cæterum nobis hypotheſis eſt, mulierem eſſe immundam quum ſanguis emanaverit ex matrice, licet extra corpus non prodierit, ſed intra illud ſe continuerit, eo quod ſcriptum eſt Levit. 15. 19. דם יהיה זובה בבשרה Verum hoc ſuo loco exponetur in tractatu Nidda. Quod autem dicit auctor, *diminuat a tempore ad tempus, & ab inquiſitione ad inquiſitionem*, opinio Sapientum eſt, quemadmodum expoſui, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב שמאי אומר מקב לחלה והלל אומר מקביים וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה אלא קב ומחצה חייבים בחלה ומשהגדילו המדות אמרו חמשת רבעים חייבין רבי יוסי אומר חמשת פטורין חמשה ועוד חייבין :

2. Schamai dicit, de Cabo ſeparanda eſt Placenta; Hillel dicit, de duobus Cabis. Sapientes dicunt, res non eſt juxta hujus vel illius ſententiam; ſed de Cabo & dimidio Placenta ſeparanda eſt. Quum vero majores fecerint menſuras, dixerunt, quinque quartarii tenentur. R. Joſe dicit, quinque quartarii liberi ſunt, ſed quinque & paulo plus tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

מקב לחלה *E Cabo pro placenta*, de maſſa farinæ menſuram Cabi continente aliquid ſeparandum eſt pro Placenta. קב ומחצה חייבין בחלה *Cabus & dimidia ipſius pars ad Placentam tenetur*, [illegible] eſt menſuræ ſeptem Logorum & ovi cum ipſius quinta parte, juxta menſuram in deſerto obtinentem, & Homer pro quolibet homine, ſive decima pars Ephæ, quæ ad Placentam tenetur, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 15. 20. ראשית עריסותיכם Atque hæc in deſerto obtinuit menſura; ſed poſtea Jeruſolymitanæ menſuræ ſextam partem addiderunt, quomodo factum eſt ut ſex iſtæ in deſerto inſtitutæ partes intraverint quinque partes Jeruſolymæ inſtitutas; Logus vero reliquus, ovum, & quinta illius pars conficiebat Logum Jeruſolymitanum; nam Logus in deſerto inſtitutus conficiebat ſex ovorum menſuram, quæ continebantur in quinque ovis magnis, quomodo fit ut Logo deficiat ovum magnum; ponas itaque ovum & ipſius quintam partem in loco ovi magni, nam quinta pars ovi quæ eſt ſexta exterius, huic ovo addita, fiet ſex ova magna, quæ faciunt Logum magnum, erunt ſex Logi magni, qui ſunt Cabus & dimidius.

משהגדילו המדות *Quando menſuræ majores factæ ſunt*, hæc eſt menſura Zipporenſis, qua ſextam partem addiderunt Jeruſolymitanæ menſuræ; hinc fiet ut ſex Logi ſint quinque, qui ſunt quinque quartarii Cabi; nam Cabus quatuor Logos comprehendit.

חמשה ועוד חייבין *Quinque & paulo plus tenentur.* Nam R. Joſe putat quod menſura deſerti erat major, & in viceſima parte ſuperabat illam quæ poſtea Jeruſolymis obtinebat; deciſio eſt juxta Sapientes. Nam Cabus Jeruſolymitanus & dimidium illius perficiunt ſex Logos Jeruſolymitanos, & hi ſeptem Logi & ovum cum ipſius quinta parte juxta menſuram deſerti; atque hæc Placentæ quantitas ſit. Præterea & hæc menſura ſit quadraginta & trium ovorum cum quinta illius parte. Rabbi Moſes harum menſurarum ac ponderum ratione accurate inita deprehendit, pondus quingentarum & viginti quinque drachmarum farinæ triticeæ eſſe illam quantitatem quæ ſeparanda eſt in Placentam. Drachmæ vero pondus in Ægypto & tota Iſraelitica terra nota eſt, nempe pondus ſexaginta & unius grani hordeacei præter propter.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cabus eſt ſexta pars Sati; ſed illius menſuram jam expoſuimus in tractatu Pea. *Quum vero majores fecerint menſuras*, ſi quarta pars adjecta fuerit menſuræ Cabi, nam רובע eſt quarta pars Cabi; & Placentæ maſſa conſtituta fuerit quinque quartariorum, ſive Cabi & illius quartæ partis de menſura illa magna, quæ eſt Cabi & dimidii de menſura priori in deſerto obtinente. Cæterum capite ſecundo tractatus Challa expoſuimus, quantitatem Placentæ cognoſci menſura, non pondere, propter magnam rerum menſuratarum differentiam in gravitate & levitate, una licet menſura ſit. Et ibidem expoſuimus, quod Placentæ menſura ſit menſura quæ decem digitorum ſpatium in quadrum continet, & trium digitorum & decimæ partis digiti ſpatium in altitudine ſua, cum decima decimæ & duarum millium una parte cum quinta digiti accurate. Si vero quis dicere velit, menſuram hanc eſſe paulo minorem, dicat unam menſuram continere ſeptem digitos duabus novenis partibus exceptis in altitudine ſeptem digitorum duabus novenis partibus exceptis. Sed jam aliquoties expoſuimus quod per digitos quibus menſurare ſolent, intelligatur pollex. Cæterum ego accuratum menſuræ calculum feci, & comperi quod רביעית *Quartarius*, cujus ubique in Lege mentio fit, contineat ferme viginti & ſex denarios vini, qui in lingua Arabica vocantur דרהם *Drachmæ*; aqua autem viginti & quinque drachmarum fere; & tritici viginti & unius drachmæ, & triticeæ farinæ novendecim drachmarum fere. Placentæ vero quantitatem in hac menſura deprehendi quingentarum & viginti drachmarum farinæ triticeæ præter propter; ſed omnes hæ drachmæ ab Ægyptiis provenerunt, ut & illæ omnes quibus metimur; deciſio non eſt juxta Sapientes.

ג הלל אומר מלא הין (נ"א הן) מים שאובין פוסלין המקוה אלא שאדם חייב לומר בלשון רבו ושמאי אומר תשעה קבין וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה אלא עד שבאו שני גרדיים משער האשפות שבירושלים והעידו משום שמעיה ואפטליון שלשת

3. Hillel dicit, plenitudo Hin aquarum hauſtarum balneum facit illegitimum; ſed homo tenetur linguam magiſtri ſui loqui. Schamai vero dicit, novem Cabi. Sapientes dicunt rem juxta neutrius ſententiam ſe habere; ſed, donec duo textores a porta ſimeti Jeruſolymitana venerint, atque in nomine Semajæ & Abhtalionis teſtari

שלשת לגים מים שאובין פוסלין את המקוה וקיימו
חכמים את דבריהם :

fuerint, quod tres aquarum hauſtarum Logi balneum reddunt illegitimum; confirmarunt Sapientes ſua verba.

R. OB. DE BARTENORA.

הין *Hin*, duodecim Logos facit. *Balneum reddunt illegitimum*, ſi iſta copia inciderit in balneum antequam quadraginta ſata illius perfecta fuerint. Sed ſi inciderit poſtquam menſura illa perfecta fuit, licet in balneum omnes aquas quæ in mundo ſunt, effuderit, jam non redditur illegitimum.

שחייב אדם לומר בלשון רבו *Nam quiſque tenetur linguam magiſtri ſui loqui*, vult dicere, quod vox הין *Hin* non ſit Miſnica, ſed Legalis; cæterum ita e magiſtris ipſorum audiverant Semaja & Abhtalion. Rabbi Moſes vero a patre ſuo accepit, quod Semaja & Abhtalion, cum eſſent juſtitiæ proſelyti, vocem *Hin* effari non poterant, pro Hin dicentes *In*; ſicuti nonnullos cognovi qui literas ע, ח, ה, pronunciare non poterant. Hillel vero dicebat *In*, ſicuti a magiſtris ſuis Semaia & Abhtalione audiverat.

גרדיים Sunt iidem qui אורגים *Textores*. משער האשפות *Ad portam ſtercoream*, hujus portæ mentionem facit doctor ex opificio ipſius & viciniæ; ut exinde nos doceat neminem ſe ſcholæ ſubtrahere debere, cum non ſit opificium inferioris dignitatis, quam textorum, e quibus neque Rex, neque pontifex maximus eligi poteſt. Præterea ex Hieroſolymæ portis nulla erat vilior quam ſtercorea; tamen illi teſtimoniis ſuis ſuperarunt omnes Iſraëlis Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Semaja & Abhtalion fuerunt Schamæi & Hillelis magiſtri, uti expoſitum eſt in tractatu Abot, & hi peregrini fuerunt, idcirco quarundam literarum Hebraicarum pronunciatio ipſis difficillima fuit, & non diſtinxerunt inter ה & א, dixeruntque אין pro הין; & ita quoque Hillel dicebat אין pro הין, quemadmodum ex illis audiverat. Atque hoc eſt quod Sapientes dixerunt, *Quisque tenetur magiſtri ſui linguam loqui*. Sunt exemplaria in quibus legitur מלא הין *Plenitudo Hin*; & differentiam quandam nonnulli ponunt inter הן & הין: primam lectionem didici a domino patre meo, qui illam hauſerat ex ore magiſtri ſui; *Hin* vero conficit tres Cabos: ſive dimidium Sati. *Logus* continet quartam Cabi partem, nam Cabus quatuor Logos comprehendit. Logi vero menſuram jam expoſuimus in tractatu Pea.

גרדיים ſunt *textores*; deciſio juris eſt ſecundum id quod textores teſtati ſunt: illius fundamenta etiam exponentur in tractatu Mikvaot. Incepit autem primam & ſecundam Miſnam ante hanc, etſi in illis non contineatur teſtimonium, quia Hillelis & Schamai controverſias comprehendit; at deciſio non eſt ſecundum utriuſque ſententiam in tribus hiſce Miſnis. Poſtea autem rationem dat quare eorum verborum mentio fit, licet juxta illos non decidatur; & id genus alia profert. Deinde adducit deciſiones in quibus continetur opinio Schamai cum Sapientibus conveniens, cui ſubjungit deciſiones in quibus Schamai a Sapientibus diſſentit; & tandem deciſiones in quibus Hillel atque Schamai conſentiunt. Ultimo autem capite redit ad teſtificationes ad ſcopum tractatus pertinentes.

ד ולמה מזכירין את דברי שמאי והלל לבטלה
ללמד לדורות הבאים שלא יהא אדם עומד על דבריו
שהרי אבות העולם לא עמדו על דבריהם :

4. Quare autem fruſtra mentionem faciunt verborum Schamai & Hillelis? ad docendum generationes futuras neminem ſententiæ ſuæ nimis tenacem eſſe debere, quia mundi patres ſententiæ ſuæ non fuerint tenaces.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא יהא אדם עומד על דבריו *Ne quis permaneat in ſententia ſua*, ne quis mordicus defendat opinionem ſuam. אבות העולם *Patres mundi*, hi fuerunt Hillel atque Schamai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא יהא אדם עומד על דבריו *Ne quis obſtinate maneat in ſententia ſua*, ſed recedat potius a ſententia ſua, quia mundi patres, cujuſmodi fuerunt Hillel & Schamai, non obſtinate in ſententia ſua perſtiterunt, ita nec cæteri Sapientes, uti dictum eſt.

ה ולמה מזכירין דברי היחיד בין המרובין הואיל
ואין הלכה אלא כדברי המרובין שאם יראה בית
דין את דברי היחיד ויסמוך (נ״א יסמוך) עליו שאין בית
דין יכול לבטל דברי בית דין חבירו עד שיהיה גדול
ממנו בחכמה ובמנין היה גדול ממנו בחכמה אבל לא
במנין במנין אבל לא בחכמה אינו יכול לבטל דבריו
עד שיהיה גדול ממנו בחכמה ובמנין :

5. Quare hominus unius mentionem faciunt inter plurimos, cum deciſio tamen ſit juxta plurimorum ſententiam? propterea, quod cum Synedrium videt verba unius, illis innititur, quia unum Synedrium non deſtruit verba alterius, niſi donec id ſcientia & numero præſtet. Si vero idem præſtat ſcientia, at non numero, vel contra, nequit infirmare verba illius, niſi donec ſcientia & numero præſtet.

R. OB. DE BARTENORA.

ויסמוך עליו *Et innititur ei*, quando juxta ſententiam unius viri egerit Synedrium, & plurimorum ſententiam reliquerit; tum alterum Synedrium nequit infirmare ſententiam prioris quod eſt unius ſententiam ſecutum. עד שיהא גדול ממנו בחכמה *Niſi donec iſto majus ſit in Sapientia*, ſi præſes Synedrii ultimi ſcientia ſuperet præſidem primi. ובמנין *Et numero*, ſi diſcipulorum ſenatorumve numerus Synedrii ultimi excedat numerum diſcipulorum aſſeſſorumque Synedrii primi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ ſenſus eſt, quod, ſi Synedrium aliquod ſecutum ſit unius hominis ſententiam, alterum Synedrium nequit contrarium ſtatuere, & juxta opinionem plurimonim decidere, niſi ſenatorum numero, & præſidis ſcientia præſtet Synedrio primo quod decidit juxta ſententiam unius.

ו אמר רבי יהודה אם כן למה מזכירין דברי
היחיד

6. Dixit R. Jehuda, quare mentionem faciunt verborum unius inter plurimos fruſtra? propterea,
quod

היחיד בין המרובין לבטלה שאם יאמר האדם כך אני מקובל יאמר לו כדברי איש פלוני שמעת :

quod ſi dixerit quis, *ita accipi*, ei dicunt, juxta verba τȣ̃ N. audiviſti.

R. OB. DE BARTENORA.

למה מזכירין דברי היחיד בין המרובין לבטלה *Quare mentionem faciunt unius verborum inter plurimos fruſtra?* id eſt, quare auctor mentionem facit ſententiæ unius viri ſecundum quam non decidit Synedrium, & quæ nullius eſt momenti? Ad hoc ita reſpondet, propterea, quod ſi quis dixerit, *ita accepi*, mirabitur quod ſecundum ſententiam ſuam receptam, non agunt, idcirco ei dicant, juxta verba τȣ̃ N audiviſti, at illius verba jam refutata ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam egit de utilitate verborum unius hominis inter plurimos, quia totum Synedrium decidere poteſt ſecundum ſententiam unius viri, dixit R. Jehuda, quare mentionem faciunt verborum viri unius rejectorum, ſive juxta quæ non decidit Synedrium? & reſpondet quod ratio ob quam illius mentionem faciunt, ſit, quod ſi quis illam traditionem receperit, & putaverit quod alii in hac cum ipſo conveniebant, at poſtea compererit contra ſe rem habere, & dubius factus fuerit, tum ei dicimus quod hæc ſit ſententia alicujus quæ refutata eſt.

ז בית שמאי אומרים רובע עצמות מן העצמים בין משנים בין משלשה ובית הלל אומרים רובע עצמות מן הגויה מרוב הבנין או מרוב המנין שמאי אומר אפילו מעצם אחד :

7. Schola Schamai dicit, quarta (Cabi) pars oſſium, tam duorum quam trium. Schola Hillelis dicit, quarta pars oſſium corporis de maxima parte ſtructuræ, aut de maxima parte numeri. Schamai dicit, licet unius oſſis ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

רובע עצמות *Quarta pars Cabi oſſium*, quarta pars Cabi oſſium cadaveris polluit in tentorio, minor vero quantitas non polluit niſi tactu & onere; ſed non in tentorio. Schola Schamai putat quartam Cabi partem etiam polluere, licet ea e multis cadaveribus deſumpta ſit.

בית הלל אומרים רובע עצמות מן הגויה *Schola Hillelis dicit, quarta parta Cabi oſſium e corpore*, nimirum, de uno cadavere, non de multis; præterea neque iſta quantitas de uno corpore polluit niſi donec in quarta Cabi parte contineatur maxima ſtructuræ humanæ pars, quæ eſt corporis magnitudo, ſive maxima pars numeri oſſium hominis, qui ſunt centum & viginti quinque oſſa, nam humanorum oſſium numerus ducenta & quadraginta octo conficit. אפילו מעצם אחד *Licet ex oſſe uno*, ſi unum cadaveris os conficiat quartam Cabi partem, polluit in tentorio; deciſio eſt juxta ſcholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt quod quarta Cabi pars oſſium cadaveris polluat in tentorio; Schola Schamai dicit, ſi hæc oſſium quantitas de multis ſit cadaveribus, polluit in tentorio. Schola Hillelis hic duas ponit conditiones, quarum una eſt, ut quarta pars Cabi ſit ex uno cadavere, & hoc eſt quod dicitur, מן הגויה *E corpore illius*. Altera eſt, ut quarta pars Cabi oſſium e pluribus quam uno cadavere ſit maxima pars numero, aut quantitate; maxima vero pars numero continet viginti quinque oſſa, nam oſſium humanorum numerus comprehendit ducenta & quadraginta octo, uti expoſuimus capite ſecundo tractatus Ahalot. Schamai dicit, licet quarta Cabi pars ſit unius oſſis, polluat tamen in tentorio; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis.

ח כרשיני תרומה בית שמאי אומרים שורין ושפין בטהרה ומאכילין בטומאה בית הלל אומרים שורין בטהרה ושפין ומאכילין בטומאה שמאי אומר יאכלו (כ'א) צריד ר' עקיבא אומר כל מעשיהם בטומאה :

8. Viciæ oblationis primæ, ita ſtatuente ſchola Schamai macerantur, & conteruntur in puritate, atque in impuritate comedendæ exhibentur. Schola Hillelis ſtatuit, quod in puritate macerantur, & conteruntur in impuritate. Schamai dicit, comeduntur aridæ; R. Akiba dicit, omnia illarum opera fiunt in impuritate.

R. OB. DE BARTENORA.

כרשינים *Vicia*, Arabica חרסנה, & cameli illis cibantur; ſed non ſunt hominum edulia niſi temporibus illis quibus ingraveſcit fames, & eas quibusdam temporibus comedunt homines neceſſitate, idcirco ab illis oblatio prima educitur, ſed ea non tam ſancta eſt quam cæteræ oblationes primæ. שורין *Macerant*, in aqua. ושפין *Et conterunt*, manibus. בטהרה *In puritate*, lotis manibus, uti ſe habet jus cæterarum oblationum primarum comedendarum; manus enim in immunditie contrahenda ſecundum efficiunt gradum, & oblationem primam reddunt illegitimam. ומאכילים *Et comedendas præbent*, quadrupedibus. בטומאה *In immunditie*, idcirco non curabit ſi polluerit vicias manu ſua dum eas quadrupedibus dabat comedendas; ſed quando illas nondum quadrupedibus dedit comedendas, non licet eas polluere. שורין בטהרה *Macerant in puritate*, nam maceratio in aquis diſponit eas ad immunditiem contrahendam; ſi vero in immunditie eas maceraverit, fiet ut eas ſimul ad immunditiem recipiendam diſpoſuerit, & ſimul immunditiæ earum venient, atque hoc eſt quod Schola Hillelis prohibet differentiæ cauſa, ut cognoſcant homines quod legumina hæc ſunt oblatio prima. צריד Eſt idem quod יבש *Aridum*, uti dicitur in Miſna, צריד של מנחות Ubi intelligitur locus donorum quo non pervenit oleum; ſic etiam hic comedunt ſiccum, ne ſit in eo liquor dum comedunt, ne ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ videantur. *Omnia opera in immunditie*, etiam maceratio; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרשינים *Viciæ* Arabice vocantur חרסנה; ſed non conducunt in cibum hominis. ומאכילין בטומאה *Et comedendas præbent illas in immunditie*, quadrupedibus illas comedendas præbent in immunditie, & manibus illas polluere licet. Hæc vero omnia intelligenda ſunt quando quadrupedi eas dederit comedendas; verum ſi in aquam illas conjecerit, vel manibus contriverit, in puritate duntaxat factum cenſetur, eaſque polluere licet ea hora.

בית שמאי אומרים יאכלו צריד *Schola Schamai dicit, comeduntur ſiccæ*, ſtatuit quod eas non macerant neque diſponunt ad immunditiem recipiendam, ſed quod eas molunt & comedendas præbent quadrupedibus, ut non polluantur; commolitio craſſa vocatur צריד: deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

ט הפורט סלע ממעות מעשר שני בית שמאי אומרים בכל הסלע (ס"א) מעות ובית הלל אומרים בשקל כסף ובשקל מעות רבי מאיר אומר (ס"א) אין מחללין כסף ופירות על הכסף וחכמים מתירין :

9. Si quis commutaverit Selam numulorum decimarum ſecundarum, Schola Schamai dicit, pro tota Sela numulorum. Schola Hillelis dicit, pro ſiclo argenteo, & pro ſiclo numulorum mutet. R. Meyr dicit, non profanant argentum & fructus cum argento. Sapientes permittunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורט סלע במעות מעשר שני *Si quis commutaverit Selam numulorum decimarum ſecundarum*, ſi cui ſint numuli ænei decimarum ſecundarum, eoſque commutare velit cum Sela argentea Jeruſolymam adducenda ob facilitatem oneris in via. בית שמאי בכל סלע מעות *Schola Schamai, pro tota Sela numuli commutantur*, ſi eos commutare velit, omnes illos commutet, & nummulos det pro omni Sela. Schola Hillelis dicit, dimidium duntaxat eorum commutet, nam ſimulac Jeruſolymam advenerit, ſtatim numulis indiget ad emendum ſibi neceſſaria, ſi vero omnes ad numularium ſe conferrent, cariores fierent numuli & decimæ ſecundæ diminuerentur, idcirco ſecum portet numulos ut habeat quod expendat; quum vero defecerint nummi, denuo aliquid argenti immutabit. שקל eſt dimidium סלע אז : *Non profanant fructus & argentum ſuper argento*, ſi cui ſit dimidium denarii argentei decimarum ſecundarum, & fructus decimarum ſecundarum, & fructus decimarum quæ dimidium denarii valent, non conjunget eos ut profanentur ſuper argento. Sapientes vero hoc modo permittunt, mediante fructuum conjunctione, cum non plus quam denarii argentei contineat; ſed denarium argenteum & fructus qui denarium valent, cum dimidio Selæ, ſive quod duos conficit denarios, juxta Sapientes licet profanare; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai permittit totius Selæ numulorum mutationem cum ære; ſed hoc extra Jeruſolymam. שקל eſt dimidium סלע אז R. Meyr dicit, ſi alicui, exempli gratia, fuerint decimarum ſecundarum fructus qui duos valent denarios, non licet ei iſtos fructus ſumere una cum denario decimarum ſecundarum, & dicere, *omnia hæc*, ſcilicet fructus & denarius profanantur ſuper hoc denario, eo quod denarius eſt argenteus; Sapientes hoc permittunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

י הפורט סלע של מעשר שני בירושלם בית שמאי אומרים בכל הסלע מעות ובית אומרים בשקל כסף ובשקל מעות הדנים לפני חכמים אומרים בשלשה דינרים כסף ובדינר מעות רבי עקיבא אומר בשלשת דינרי כסף וברביעית כסף ברביעים (ס"א) מעות ור"ט אומר ארבע אספרי כסף שמאי אומר יניחנה בחנות ויאכל כנגדה :

10. Si quis decimarum ſecundarum Selam commutaverit, Schola Schamai dicit, pro tota Sela mutet numulos. Schola Hillelis dicit, pro ſiclo, argentum, & pro ſiclo, numulos. Judicantes coram Sapientibus dicebant, pro tribus denariis argentum, & numulos pro denario. R. Akiba dicit, pro tribus denariis mutet argentum, & quarta argenti pars ex parte mutetur quarta cum numulis. R. Tarphon dicit, quatuor Aſperi argenti. Schamai dicit, ponat illud in tentorio, & comedat tantundem.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורט סלע של מעשר שני *Si quis decimarum ſecundarum Selam commutaverit*, ſi commutaverit Selam cum numulis ad illis cibi decimarum comparandi gratia expendendos. Schola Schamai dicit, ſi omnes Selas commutare velit cum numulis, commutet. Schola Hillelis dicit, ne commutet niſi dimidium, ne in civitate maneat donec omnes conſumpſerit, eoſque illic deponat uſque ad alterum Paſcha, & numuli pereant; ita ut ſi illos cum Selis commutare velit, numularius dupliciter lucretur, & decimæ ſecundæ pereant.

הדנין לפני חכמים *Judicantes coram Sapientibus*, ſunt hi Simeon filius Azai, Simeon filius Zomæ; & Chanan Ægyptius. בשלשה דינרי כסף ובדינר מעות *Pro tribus denariis numulorum*, Sela quatuor valet denarios, & quando Selam commutare voluerit, pro uno tantum denario numulos recipiet; tres vero denarii erunt argentei. וברביעית כסף וברביעית מעות *Et cum quarta parte argenti quartam numulorum commutat*, pro quarta parte denariorum argenteorum recipiet tantum quartam numulorum æreorum partem, & tres partes argenteas, quomodo fiet ut decimam ſextam partem numulorum Selæ recipiat. יניחנה בחנות ויאכל כנגדה *Ponat illa in taberna, & comedat tantundem*, cum numulis ne profanato quicquam, ne eos obliviſcatur & profanet; ſed deponat potius Selam in poteſtate tabernarii, & comedat tantundem donec conſumpta fuerit; deciſio eſt juxta Hillelis verba duntaxat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סלע Duos continet שקלים *Siclos*; *denarius* eſt quarta pars *Selæ*; רביעית Eſt quarta pars שקל *Sicli*, ſive dimidium denarii. אספרי *Aſperus* eſt drachma in lingua Græca; ſed adhucdum neſcimus quot Aſperi continentur in Sela. Si quis vero Jeruſolymæ commutare velit Selam numulorum ad emendum quædam neceſſaria, Schola Schamai permittit commutationem illius cum numulis. Schola Hillelis dicit, dimidium Selæ numulorum æreorum. הדנין לפני חכמים *Judicantes coram Sapientibus*, ſunt illi Simeon filius Azai, & Simeon filius Zomæ, & Simeon Ægyptius, atque Chanan cum Chanania qui dicunt quod denarium cum denario duntaxat commutare licet. R. Akiba dicit, octavus denarius commutetur cum numulis. Schamai dicit, fas eſt ut Sela detur tabernario & minutim expendat totam Selam ad ea quæ ipſi neceſſaria ſunt; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis. Miſna vero hæc cum duabus præcedentibus jam expoſita eſt capite ſecundo tractatus Maaſer Schem.

יא כסא של כלה שניטלו חפויו בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין שמאי אומר אף מלבן של כסא

11. Sellæ ſponſæ quarum tectum ablatum ſit, ſecundum Scholam Schamai polluunt; ſecundum Hillelem purificant. Schamai dicit, etiam quadratum Sellæ immundum eſt. Sella in mactra

טמא כסא שקבעו בעריבה בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין שמאי אומר אף העשוי בה :

fixa juxta Scholam Schamai polluit, ſed juxta Scholam Hillelis purificat. Schamai dicit, etiam Sella in ea facta.

R. OB. DE BARTENORA.

חופי *Tectum illius*, magiſtri mei expoſuerunt quod Sellæ ſponſæ ſolebant columnas aliquas ſive ſtylobatas infigere quibus ſuperſtruebatur tectum. Rabbi Moſes exponit quod erant picturæ ſive imagines quæ ex ligno aut lapidibus fiebant, quas Sellæ ſponſalitiæ appendebant. בית שמאי מטמאים *Schola Schamai dicit quod polluunt*, quia imagines iſtæ ad ſeſſionem aptæ ſunt. בית הלל מטהרין *Schola Hillelis dicit quod purificant*, quia non idoneæ ſunt ut quis iis inſideat. *Schola Hillelis eas puras pronunciat*, quia non apta eſt ut ſponſa ei inſideat, & confracta cenſetur. אף מלכן הכסא טמא *Etiam quadratum ſellæ immundum eſt*, vult, quod quadratum ſellæ ſeorſim & ſine columnis etiam immundum ſit, eoque magis ipſa ſella ſine columnis. מלכן eſt inſtar lateris quadrati, quod conſtruunt ſuper ſellam, eique inſident. כסא שקבעו בעריבה *Sella quam in mactra fixerunt*, ſi ſellam aliunde attulerit, eamque in mactra conſtituerit, ad conſidendum in ea; tum mactra non inquinat immunditie calcandi, quia pinſendi, & non ſedendi uſui deſtinata eſt. *Schola Schamai eam habet immundam*, eo quod mediante mactra non deſinit eſſe Sella. *Schola Hillelis puram habet*, ex immunditie calcationis, quia ſella mediante mactra deſinit eſſe ſella; verum ſella in ipſa mactra conſtituta, ſecundum Scholam Hillelis & Schamai pura eſt. שמאי אומר אף העשוי בה *Schamai dicit, etiam ea quæ facta eſt in illa*, etiam ſella quæ in ipſa mactra conſtituta eſt, immunda eſt immunditie calcationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sellæ quibus ſponſæ inſidere ſolebant, ex ebore, tædis, cæteriſque lignis pretioſis, quæ exſculpebantur in picturas & imagines, & חופין vocabantur, quaſi *contecta* a חופה *contegere*, quia hoc artificium aliquot ſellæ columnis imponebatur, atque adeo ſuperius contegebant, ita ut ſponſa ad majorem rei magnificentiam ſub figurato quodam cœlo conſideret. מלכן Notat ſcamnum quadratum & imaginibus inſtructum cui inſidet ſponſa; & cum hocce quadratum ab ipſa ſella ſecernatur, non aptum eſt ut alii ei inſideant. *Schamai dicit, etiam id quo factum fuerit*, nempe, licet ſella e mactra confecta fuerit, tamen immunda eſt. Quod autem hic dicit, *immunda eſt*, vult, quod ea ſit immunda ſi ei inſederit ſeminifluus. Schola Hillelis putat quod non ea inquinatur, ſicuti exponemus capite viceſimo ſecundo tractatus Kelim; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

יב אלו דברים שחזרו בית הלל להורות (ס״א) כדברי בית שמאי האשה שבאה ממדינת הים ואמרה מת בעלי תנשא מת בעלי תתייבם ובית הלל אומרים לא שמענו אלא בבאה מן הקציר בלבד אמרו להם בית שמאי אחת הבאה מן הקציר ואחת הבאה מן הזיתים ואחת הבאה ממדינת הים לא דברו בקציר אלא בהווה חזרו בית הלל להורות (ס״א) כדברי בית שמאי בית שמאי אומרים תינשא ותיטול כתובתה ובית הלל אומרים תינשא ולא תיטול כתובתה אמרו להם בית שמאי התרתם את הערוה החמורה לא תתירו את (ס״א) הממון הקל אמרו להם ב״ה מצינו שאין האחים נכנסין לנחלה על פיה (ס״א) אמרו להם בית שמאי והלא מספר כתובתה נלמוד שהוא כותב לה שאם תנשאי לאחר תטלי מה שכתוב ליך חזרו בית הלל להורות (ס״א) כדברי בית שמאי :

12. Hæc ſunt illa quæ Schola Hillelis docuit ſecundum ſententiam Scholæ Schamai, ſi mulier e regione tranſmaritima advenerit, dixeritque, *defunctus eſt maritus meus*, nubat. (Si dixerit) *mortuus eſt maritus meus*, leviro ſuo nubat. Schola Hillelis dicit, non audivimus niſi de ea quæ e meſſe venit tantum. Dixit ei Schola Schamai, uti ſe res habet cum ea quæ venit e meſſe, ſic etiam ſe res habet cum ea quæ venit ex olivis, & cum ea quæ venit e regione tranſmaritima; de meſſe autem tantum locuti ſunt hiſtoriæ gratia: atque ita Schola Hillelis amplexa eſt ſententiam Scholæ Schamai. Schola Schamai dicit, nubat & dotem ſuam recipiat. Schola Hillelis dicit, nubat & non recipiat dotem ſuam. Dixit ei Schola Schamai, permiſiſti inceſtum gravem, an non permittes faciliorem? Dixit ei Schola Hillelis, invenimus quod fratres non intrant hæreditatem ex illius dicto. Dixit ei Schola Schamai, ex inſtrumento dotali rem diſcimus, nam maritus ſcribebat uxori; *ſi cum alio nupſeris, recipito id quod tibi ſcriptum eſt*. Atque ita Schola Hillelis aſſumpſit ſententiam Scholæ Schamai.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא בבאה מן הקציר *Niſi ab ea quæ venit e meſſe*; contigit enim ut aliqui homines demeſſi fuerint triticum, & unus eorum a ſerpente, morſus fuerit, atque deinceps mortuus fuerit. Venit itaque illius uxor ad ſenatum, & rem indicavit; re ipſa ita a Senatu comperta, permiſit factum in tali duntaxat caſu. Cæterum ſi res in regione transmaritima contigiſſet, uxor non eſſet fide digna. אלא בהווה *Niſi ex eo quod contigit*, quaſi diceret, ita res contigit, & idem in aliis locis contingere poteſt. *Nam fratres non ingrediuntur hæreditatem*, non intrant hæreditatem mariti dicto uxoris, eo quod ſcriptum eſt Deut. 17. 6. על פי שנים עדים Cæterum in re nuptiali allevarunt doctores, quia in coelibatu manere nequit. מספר כתובתה נלמוד *Ex inſtrumento dotali diſcimus*, e verbis quæ inſtrumento dotali conſignata ſunt. *Quando nupſeris alii*, & illa jam nupſerit; & cum ita res facta ſit, recipiat dotem ſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, nam ab eo tempore quo Lex ei permiſit ut nuberet, dotem ſuam recipiat, nam e conditionibus inſtrumenti dotalis hoc eſt, *quando nupſeris alii, recipias id quod tibi ſcriptum eſt*, ſicuti in tractatu Ketuvot exponitur. Hæc enim Miſna jam expoſita eſt capite quinto Jevammot.

יג מי שחציו עבד וחציו בן חורין עובד את רבו

יום

13. Si quis partim ſervus ſit, & partim libertus, ſerviet domino ſuo unum diem, & ſibi ipſi

unum

יום אחד ואת עצמו יום אחד דברי (ס"א) בית הלל אמרו להם (ס"א) בית שמאי תקנתם את רבו ואת עצמו לא תקנתם לישא שפחה אינו יכול בת חורין אינו יכול ליבטל והלא לא נברא העולם אלא לפריה ורביה שנאמר לא תהו בראה לשבת יצרה אלא מפני תיקון העולם כופין את רבו ועושה אותו בן חורין וכותב שטר על חצי דמיו חזרו בית הלל להורות (ס"א) כדברי בית שמאי :

unum diem ſecundum Scholam Hillelis. Schola Schamai dicit, domino remedium attuliſti, & non ſervo; nam is ſervam ducere nequit, nec libertam; cœlebs manere nequit, cum mundus omnino creatus ſit ad fructificandum & multiplicandum, uti dictum eſt Jeſ. 45. 18. *Non fruſtra eum condidit, ad habitandum formavit illum.* Itaque in remedium mundi, dominum obligant ut eum manumittat, atque ut apocham debiti ei conſcribat ſuper dimidio pretii illius. Atque hac in parte Schola Hillelis aſſumpſit Scholæ Schamai ſententiam.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שחציו עבד וחציו בן חורין *Qui partim ſervus, & partim libertus eſt*, ſicuti duorum ſociorum ſervus eſt, qui ab uno manumiſſus eſt; vel etiam is qui dimidium pretii ſui ſolvit hero ſuo, ſed alterum dimidium adhuc debet. תקנתם את רבו *Remedium attuliſti domino ipſius*, ut nihil perdat. *Servam ducere nequit*, quia is partim libertus eſt. *Libertam ducere nequit*, quia partim ſervus eſt. *Dominum cogunt ut eum manumittat*, idem fiet licet centum ſociorum ſervus ſit, & eorum unus ipſum libertate donaverit, ſcilicet ut cæteri omnes quoque ipſum libertate donent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nihil intereſt ſive duorum ſociorum ſervus fuerit, & ab unius ſervitute ſe liberaverit, ſive herus ipſius pretii partem acceperit, & pro iſto pretio una ſervitutis pars liberata fuerit. Sic etiam, ſi multi fuerint & unus eorum aliquam ſervitutis partem remiſerit, cæteros cogunt ad libertatem promovendam; hujus Miſnæ expoſitio extat capite quarto tractatus Gittin.

יד כלי חרש מציל על הכל כדברי בית הלל ובית שמאי אומרים אינו מציל אלא על האוכלין ועל המשקין ועל כלי חרס אמרו להם בית הלל מפני מה אמרו להם בית שמאי מפני שהוא טמא על גב עם הארץ ואין כלי טמא חוצץ אמרו להם בית הלל והלא טהרתם אוכלים ומשקין שבתוכו אמרו להם בית שמאי כשטהרנו אוכלים שבתוכו לעצמו טהרנו אבל כשטהרת את הכלי טהרת לך ולו חזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי :

14. Vas teſtaceum omnia liberat ſecundum verba Scholæ Hillelis. Schola Schamai dicit, edulia, liquores, & vas teſtaceum duntaxat liberat. Dixit ei Schola Hillelis, quare? reſpondit ei Schola Schamai, quia is immundus eſt per plebejum; at vas immundum non diſcernit. Dixit ei Schola Hillelis, an non purificaſtis edulia, & liquores interius? reſpondit ei Schola Schamai, quum purificamus edulia, & liquores interius, pro eo purificamus; verum ſi purificaſti vas, purificaſti tibi, & ei. Atque hac in parte Schola Hillelis amplexa eſt verba Scholæ Schamai.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי חרס מציל על הכל *Vas teſtaceum liberat omnia*, vas teſtaceum quod fili ope circumdatum eſt, id ab immunditie liberat omne id quod in eo continetur, dum in tentorio cadaveris poſitum ſit, & non polluitur id quod in eo continetur, quia ſcriptum eſt Num. 19. 15 וכל כלי פתוח אשר אין צמיד פתיל עליו טמא הוא Hinc conſequitur quod ſi vaſi*adjunctum ſit filum, purum ſit una cum eo quod in ipſo continetur, ſive edulia ſint ſive liquores. De vaſis teſtaceis ſcriptum eſt Num. 19. 15. וכל כלי פתוח quod intelligendum eſt de eo quod apertione ſua polluitur, & non ſuperficie ſua.

אינו מציל אלא על אוכלין ומשקין ועל כלי חרס *Non liberat niſi edulia, & liquores, ac vas teſtaceum*, cætera vero vaſa non liberat, ſicuti deinceps exponitur. מפני שהוא טמא על גב עם הארץ *Quia immundum eſt cum plebejo*, nam quicquid ſit in poteſtate plebeji, tam vaſa quam edulia, & potus, omnia inquam iſta ſunt in ſuſpicione immunditiei, quia plebeji non intelligunt puritatis atque impuritatis caſus, ſed purum atque impurum perinde habent.

ואין כלי טמא חוצץ *Sed vas immundum non dividit*, non liberat ab immunditie niſi vas purum duntaxat; ſed vas immundum non liberat ab immunditie id quod in ipſo continetur, nec plebejorum vaſa liberant, cum in ſuſpicione immunditiei verſentur. לעצמו טהרנו *Pro ipſo purificamus*, pro plebejo ſolo purificamus, nam non timemus ne veniat vir doctus illiſque utatur, quia illi ſeparati ſunt a tactu plebejorum & præterea abſque hac cauſa omnia edulia illorum impura cenſentur; idcirco edulia, liquores, & vaſa teſtacea quæ balnea non poſſunt purificare, quan-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Num. 19. 15. וכל כלי פתוח אשר אין צמיד פתיל עליו טמא הוא Et ſi iſtud vas habeat conjunctionem fili, liberat omne id quod in eo continetur, edulia, liquores, & vas teſtaceum, cæteraque vaſa & pannum, & nihil ex eo quod in illo continetur, polluetur, neque in tentorio mortui, neque in tentorio ſerpentis, quemadmodum expoſuimus capite octavo tractatus Kelim. Traditione vero accepimus, iſtud vas de quo diximus quod liberat ope conjunctionis fili, eſſe vas teſtaceum. Cæterum jam noſti quod nobis ſit fundamentum, quicquid pertineat ad plebejum, id eſſe immundum cum plebejo, ut edulia, liquores, vaſa, & pannus, cujus rei jam fundamenta quædam jecimus in tractatu Chagiga; ſic etiam in aliquibus locis tractatus Taanit. Præterea nobis quoque fundamentum eſt quod vas immundum non exciditur juxta immunditiem, neque liberat id quod in eo continetur, ſed quicquid in illo continetur, id polluitur, & immundum eſt cum plebejo, etſi in tentorio mortui non pollutum ſit. Si enim dixerimus plebejo quod edulia, liquores, & vas teſtaceum ſub conjunctione fili in tentorio mortui cum illo liberat conjunctio fili, non foret dubium an immunda ſint, & immunda maneant, neque ſuſpicio foret ut ſtudioſus Sapiens illa commodato peteret, nam diſcipuli Sapientes norunt quod edulia plebeji, ejuſdemque liquores & vaſa teſtacea ſunt immunda, & nunquam pollui poſſunt; quia vaſa teſtacea non poſſunt purificari niſi frangantur, ſicuti exponetur in tractatu Kelim capite primo. Pariter, neque unquam edulia & liquores polluti purificari poſſunt, ſicuti exponetur in tractatu Machſhirin. Reli-

qua

quando continentur intra conjunctionem fili vaſis plebeji; dicimus ea eſſe pura, atque uſurpari poſſe ab iis qui illa cenſent pura eſſe. Nam non cogitandum eſt quod nonnemo vir pius illa commodato petet, & utetur, quia apud ipſum habentur immunda, & nunquam purificantur. Verum de lavacris timendum eſt ne aliquando ea commodato petat vir pius, atque abluat eadem, & ſine tertia & ſeptima ſparſione iis utatur, nam neſciebat quod in tentorio mortui polluta fuerunt, putans quod lotio ſola ſufficiebat ad liberandum illa ab immunditie, qua apud plebejum polluta ſunt, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, טהרת לך ולו *Purificaſti pro te, & pro ipſo*, nam tum vir iſte pius utetur illis, idcirco omnibus jus æquale tributum eſt, dixeruntque, lavacrum non liberatur conjunctione fili, ſive ad plebejum ſive ad virum doctum pertineat. Si vero quis ſtatuere velit quod vas teſtaceum plebeji nunquam ab immunditie liberare poſſit adjunctione fili, quia in ſuſpicione immunditiei verſatur, at vas immundum non liberat unquam; propterea hoc jus non reciperent plebeji, quia illi putabant quod vaſa eorum in puritate conſervabant, & quod alia ab impuritate liberabant.

qua vero lignea vaſa, & metallina, ac pannus, omnia hæc diſcipulus Sapiens a plebejo commodato petere poteſt, quia propter immunditiem illa in balneo abluere poteſt, & tum illis uti in ſanctis negotiis poſt occaſum ſolis. Sic etiamſi ſuſpicandum eſſet, ſi dixerimus quod vas teſtaceum omnia liberat, ſecundum Legis præſcriptum; nam ſi quis Sapiens a plebejo petat aliquod vas commodato, & plebejus ei dixerit, vas purum eſt, uti putabat plebejus quod liberabatur ab immunditie ope conjunctionis fili, ipſe vero neſciverit quod vas teſtaceum immundum adjuncto filo circumdatum non liberat ab immunditie quæ in illo eſt, atque illud ſtudioſus Sapiens ſumpſerit, atque putaverit quod illud vas non contraxerit aliam immunditiem præterquam immunditiem tactus plebeji, atque abluerit illud, occiſoque ſole eo uſus fuerit in rebus ſanctis; hoc ipſum vas immundum eſt mortuo abſque dubio, atque tertia & ſeptima ſparſione opus habet. Nam plebeji hominis vaſa quæ in tentorio mortui ſunt, non diſcinduntur; idcirco diximus quod hoc vas tantum liberat edulia, potus, & vas teſtaceum, quæ a plebejo nunquam commodato accipere ſolent quia apud ipſum immunda cenſentur, & balneo purificare poſſunt. Reliquo autem vaſa quæ vir pius a plebejo commodato accipere poteſt, ſi non conſtiterit quod in tentorio mortui polluta fuerant, non liberantur ab immunditie ope fili, & hoc eſt quod Schola Schamai dicere voluit, cum dixit, *quum edulia purificamus & liquores in eo contentos, pro ipſo purificamus, verum ſi vas purifices, id pro te purifices & pro ipſo*; nempe, quando a plebejo commodato petimus vas purum ex immunditie mortui, dabit nobis id quod putabat liberaturum ab immunditie vaſe teſtaceo filo circumdato. Et quandoquidem nos diſtinguere non poſſumus in jure, & dicere quod vas viri eruditi ab immunditie liberat alia vaſa. Sed quod hominis plebeji, vas edulia, potus, & vaſa teſtacea duntaxat ab immunditiei ſuſpicione liberat, idcirco de omnibus in genere decernimus eandem juris ſententiam, dicimuſque quod teſtaceum vas tam plebeji quam viri eruditi, eodem gaudet jure, quia a parte plebeji removetur damnum. Quando autem vaſa fuerint metallina, aut lignea, vel pannus, quæ ſunt in tentorio mortui una cum filo, ſcias quod non liberantur ab immunditie ſua, & ne cogites quod pura ſunt, & quis putet quod apud plebejum duntaxat immunda ſunt, quoniam illi plerumque polluti ſunt cadaveribus, ſicuti expoſuimus. Cæterum hæc declaratio idemque caſus etiam adducetur capite octavo tractatus Kelim, ubi hunc caſum abſolvam.

פרק ב רבי חנינא סגן הכהנים העיד ארבע דברים מימיהם של כהנים לא נמנעו מלשרוף את הבשר שנטמא בולד הטומאה עם הבשר שנטמא באב הטומאה אף על פי שמוסיפין טומאה על טומאתו הוסיף רבי עקיבא מימיהם של כהנים לא נמנעו מלהדליק את השמן שנפסל בטבול יום בנר שנטמא בטמא מת אף על פי שמוסיפין טומאה על טומאתו :

Cap. 2. R. Chanina ſacerdotum princeps de quatuor rebus teſtatus eſt; a diebus ſacerdotum non intermiſerunt combuſtionem carnis filio immunditiei pollutæ cum carne patre immunditiei polluta, licet una immunditiеs adjiciatur alteri. R. Akiba addidit: a diebus ſacerdotum non abſtinuerunt a combuſtione olei profanati per eum qui die lotus eſt, ſolo nondum occiſo, in candelabro immunditie mortui polluto, licet immunditiei ipſius addant.

R. OB. DE BARTENORA.

בשר שנטמא בולד הטומאה *Caro quæ polluta eſt filio immunditiei*, id eſt, quæ polluta eſt filio e filio immunditiei, ſive caro quæ eſt tertia immunditiei generatio e filio filii, quæque ſecundam immunditiei generationem attigit, quo facta eſt tertia, hanc ſine mora combuſſerunt cum carne immunditiei patre polluta, qui in immunditie primus eſt gradus. Quando autem hæcce caro quæ antea erat generatio tertia, tetigerit carnem immunditiei patre pollutam, tum ea denuo fit ſecunda generatio, quia primam attigit, & ſecunda facta, quomodo fit ut una immunditiеs addatur alteri, nam ab initio erat tertia, at jam ſecunda. Nihilominus tamen non abſtinuerunt a combuſtione illius cum alia immunditie graviori, nam cum hæc levior comburenda ſit, non curant an ea magis polluatur. Et quamvis edulia non polluunt edulia alia ſecundum Legem, ſicuti de edulium immunditie ſcriptum eſt Deut. 14. 10 טמא הוא *Immundum iſtud eſt*, ipſum itaque edule immundum eſt, ſed non polluit alia edulia. Sapientes tamen decreverunt, edulia inficere edulia.

שמן שנפסל בטבול יום *Oleum quod pollutum eſt eo qui de die lotus eſt*, nempe, ſi quod oleum oblationis primæ pollutum erat homine qui de die ob immunditiem ſuam lotus erat, ſed ſolus occaſum nondum expectaverat, ex quo tempore demum purus factus eſt, tum tertia immunditiei generatio eſt, quia is qui die lotus eſt, oblationem primam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſuimus jam in prologo libri Taarot, quinam ſint patres immunditiei, & quinam filii; ibidemque exponam, primum vocari quicquid attigerit patrem immunditiei; & *Secundum*, quicquid attigerit primum; *tertium*, quicquid attigerit tertium. Præterea quoque *primum* vocatur *filius immunditiei*, ſicuti is qui eum polluit vocatur *pater*. Et *ſecundum* vocatur *filius e filio immunditiei*; atque ita juxta ordinem augenda eſt vox *filius*. Primum vero, ſecundum, tertium, & ſequentes etiam filium immunditiei vocant, quia omnia illa ſunt illegitimi filii e patre immunditiei nati. Quando autem hic dicit auctor *filius immunditiei*, intelligit ſecundum immunditiei gradum. Et quod nos jam diximus, carnem quæ immunditiei filium attigit, fieri tertium immunditiei gradum; & ſi tertius tetigerit primum, denuo fit ſecundus, ſecundum id quod diximus, nempe, id quod attigerit primum, eſt ſecundum. Docet vero auctor hoc teſtimonio, quod tertium poſſit facere ſecundum; & hæc Sapientum adjunctio eſt; ex Lege vero nobis fundamentum eſt, quod edulia non polluunt edulia, quia de edulium immunditie ſcriptum eſt Deut. 14. 10. טמא הוא *immundum illud*. Quæ ita traditione exponimus, *illud* ſcilicet edulium genus immundum eſt, ſed aliud non reddit immundum. Sapientes vero dicunt quod edulia polluunt, & propterea ſecundum fit tertium, quemadmodum ſuo loco exponetur in libro Taarot. R. Akiba vero addidit, & teſtatus eſt quod tertium fit

ג אף הוא העיד על כפר קטן שהיה בצד ירושלם והיה בו זקן אחד והיה מלוה לכל בני הכפר וכותב בכתב ידו ואחרים חותמין ובא מעשה לפני חכמים והתירו לפי דרכך אתה למד שהאשה כותבת את גיטה והאיש כותב את שוברו שאין קיום הגט אלא בחותמיו ועל מחט שנמצאת בבשר שהסכין והידים טהורות והבשר טמא ואם נמצאת בפרש הכל טהור :

3. Etiam is teſtatus eſt de pago exiguo ad latus Jeruſolymæ, in quo erat ſenex aliquis qui omnibus paganis mutuabat, & manu ſua ſcribebat, alii vero ſignabant. Hic autem caſus ad Sapientes delatus eſt, qui eum permiſerunt. Itaque ex iſto facto inde colligas, quod uxor poſſit libellum repudii ſuum ſcribere, & maritus apocham ſuam, quia confirmatio libelli repudii duntaxat a ſigillatione dependet. Porro teſtatus eſt de acu in carne exiſtente, quod culter & manus mundi ſunt puri, caro autem immunda; & ſi in ſtercore inventus ſit, tota res munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וכותב בכתב ידו *Et manu ſua ſcribebat*, apocham debiti pro eo qui mutuo accipit, etſi ſcriptor teſtari debeat. ואחרים חותמים *Et alii ſignabant*, teſtes legitimi nomina ſua in libello ſignabant. האשה כותבת את גיטה *Uxor ſcribebat libellum repudii ſui*, & teſtes legitimi ſuo nomine ſignabant. והאיש כותב את שוברו *Et vir ſcribebat apocham ſuam*, illam apocham qua uxor a dote ſua deſiſtit.

שאין קיום הגט אלא בחותמיו *Nam libelllo repudii non eſt confirmatio, niſi per ſigilla illius*, teſtium nomina in libello repudii conſignata, ſunt confirmationis illius maximum firmamentum; idcirco, ſi in eo ſignaverint teſtes legitimi, legitimus eſt, licet manu uxoris conſcriptus ſit. ועל מחט *Et ſuper acu*, ſi innotuerit quod cadavere polluta fuerat, atque inventa fuerit in carne ſancta quum eam in atrio ſcindebant, at dubium fuerit an culter eam attigerit, an vero homo; culter autem & homo cenſentur puri, quia dubia eſt immundities in loco publico, atrium enim loci publici jus habet in caſu immunditiei; ſed dubia immundities in loco publico cenſenda eſt pura.

והבשר טמא *Et caro immunda eſt*, quia abſque dubio immunditiem attigit. Cæterum hæc Miſna tractat de pecude ſancta quod per fluvium traduxerunt paulo ante excoriationem, adhuc conſiſtente aqua ſuper ea, hinc caro diſpoſita eſt ad recipiendum immunditiem mediante iſta aqua; nam ſi ita res non eſſet, caro non eſſet immunda, etſi lavarint illam in loco mactationis in atrio. Nam omnis liquor partis mactatæ purus eſt, & carnem non diſponit ad immunditiem recipiendam, ſi vero quis argumentetur, dicendo, quomodo caro poteſt eſſe immunda, & manus mundæ, quandoquidem edulia immunda polluunt manus, ex inſtitutis Sapientum? in hoc non eſt magna difficultas, quia nobis hypotheſis eſt quod in Templo non obtinebat manuum immunditics; quia de Templo nihil decreverunt cum de manuum immunditie decernerent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שאין קיום הגט אלא בחותמיו *Nam non eſt confirmatio divortii, niſi in ſigillis illius*, nam ſcripturæ illius confirmatio poſita eſt in atteſtationibus teſtium, & non in ipſa ſcriptura, idcirco uxor ſuum repudii libellum ſcribere poteſt, & maritus apocham uxoris ſuæ, aut remiſſionis libellum quo remittit de dote ſua, nam tota res in teſtium ſubſignatione conſiſtit. Atque hæc tertia e R. Chaninæ Sacerdotum principis teſtificationibus eſt. Quarta vero teſtificatio eſt de acu in carne inventa, nempe, ſi in atrio pecus ſacrum mactatum fuerit, & caro diſſecta, ſed in carne acus inventa fuerit dum caro diſſecabatur, quæ cadaveris immunditie polluta fuerat, idque innotuerit ſacris operanti, ſed dubius fuerit an culter tetigerit acum iſtam, necne; tum hypotheſis nobis eſt, quod dubia immundities in loco publico ſit pura cenſenda, ſicuti aliquoties diximus, & pluribus expoſitum eſt in tractatu Taarot. Atrium vero ad loca publica pertinere cenſendum eſt, quia multi in ipſo homines communes capiunt utilitates, idcirco tam cultor quam homo quorum caro diſſecta eſt, puri habendi ſunt. Caro tamen ſine dubio immunda eſt, quia acus immunda in illa inventa eſt. Cæterum jam noſti quod nobis fundamentum eſt quod edulia non polluunt niſi poſt diſpoſitionem ad immunditiem; propterea hujus Miſnæ ſenſus nititur caſu de vacca ſacrificii pacifici, quæ fluvium tranſiit & mactata eſt dum aqua ſuper illa ſtillabat, nam vaccæ quæ fluvium tranſierit, corpus interius aqua repletum erat, & caro illius ad immunditiem recipiendam diſpoſita per iſtam aquam, poſtquam mactata fuiſſet. Atque hæc omnia erant neceſſaria, nam non dicimus hanc carnem aqua maceratam, qua uti ſolent in loco mactationis, quia aquæ iſtæ non diſponunt ad immunditiem, uti in hoc tractatu expoſuimus; & hoc eſt quod dixerunt, liquor loci mactationis purus eſt. Præterea nobis fundamentum eſt quod edulia immunda polluunt manus, ſicuti exponitur in tractatu Taarot, & Jadaim; atque hoc ex Sapientum inſtitutione. Et juxta hoc fundamentum, cum caro ſit immunda, etiam manus immundæ erunt, niſi aliud nobis ſit fundamentum quo ſtatuimus quod in Templo non obtinet manuum pollutio; & hoc eſt quod R. Akiba dixit, admittimus quod in templo non obtinet manuum pollutio, vult, quod Sapientes de manuum immunditie decreverunt in templo. Si vero hæcce acus immunda inventa ſit in ventre, omnia pura ſunt, quia ſanguinem non attigit ad immundam illam reddendam, neque ipſe venter pollutus fuit, quia liquor qui in ipſo continetur, fetidus eſt, & ad nullam rem utilis, atque e genere liquoris exit; nam cum hic non ſit diſpoſitio ad recipiendum immunditiem, non obtinet immundities, uti diximus; & hæ atteſtationes omnium veriſſimæ ſunt.

ד שלשה דברים אמר רבי ישמעאל לפני חכמים בכרם ביבנה על ביצה טרופה שהיא נתונה על גבי ירק של תרומה שהיא חבור ואם היתה כמין כובע אינה חבור ועל שבולת שבקציר וראשה מגעת לקמה אם נקצרה עם הקמה הרי היא של בעל הבית ואם לאו הרי היא (ס"א) של עניים ועל גנה קטנה שהיא

4. Tria dixit R. Iſmaël coram Sapientibus in vinea urbis Jabne de ovo lacerato oleri oblationis primæ indito, quod adjunctorium eſt; ſi vero id fuerit ſimile galeæ, non eſt adjunctorium. De ſpica meſſis cujus caput ad meſſem pervenit, dixerunt, ſi una cum meſſe amputata ſit, pertinet ad patremfamilias, ſin minus, ad pauperes pertinet. De horto exiguo qui vitium pergula circumdatus eſt, ſi in eo comprehendatur plenitudo vindemiatoris, & corbis illius ab una parte, & plenitudo vindemiatoris & corbis illius ab alte-

שורא מוקפת ערים אם יש בה כמלא בוצר וסלו מכאן ומלא בוצר וסלו מכאן תזרע ואם לאו לא תזרע:

ra parte, dixerunt, conſeritor, ſin minus, ne conſeritor.

R. OB. DE BARTENORA.

בכרם *In vinea*, ita collegium Sapientum vocatur, quia in modum vitium plantatarum conſidebant. על ביצה טרופה *De ovo lacerato*, quod in ſcutella laceratum erat, & cujus albumen atque vitellus ſimul commixta fuerant, & ſic in olus immiſſum, quod attigerat nonnemo de die quidem lotus. Sed qui occaſum ſolis adhuc expectabat, licet ovum profanum ſit, nam ſub oblatione prima non continetur ovum, & qui de die lotus eſt, is non illegitimum quicquam reddit in profanis, nihilominus tamen adjunctorium eſt, & olus ineptum eſt, perinde ac ſi de die lotus ovum attigiſſet. אם היה כמין כבע *Si fuerit in modum galeæ*, ſi ovum inflatum fuerit, & inſtar galeæ factum fuerit ſuper olere, & inferius perforatum. ועל שבלת שבקציר *Et de ſpica meſſis*, ſi in meſſe illius una remanſerit ſpica, quæ non demeſſa eſt, atque iſtius ſpicæ caput attigerit meſſem, tum, ſi ſpica iſta cum meſſe demeſſa fuerit, pertinet ea ad patremfamilias, meſſis enim illam liberat, quia de hac non dicitur Deut. 24. 19. לא תשוב לקחתו Sin minus, eſt ſpica oblivionis, & ad pauperes pertinet. עריס notat quinque vites ſuper ligno conſtructas. אם יש בה כמלא בוצר וסלו *Si in ea contineatur quantitas vindemiatoris & corbis illius*, ſi hortus ſit magnus in quo vindemiator eſt cum ſuo caniſtro, in quod uvas colligunt ab omnibus pergulæ lateribus. תזרע *Conſeritor*, hortus ſcilicet, ſi itaque vites a ſementi ſecreverit in tanto ſpatio quantum ad vineæ culturam pertinet, qui ſex palmi ſunt ad quodlibet latus, & quod reliquum eſt, conſeratur. ואם לאו *Sin minus*, quum hortus non tam magnus ſit. לא תזרע *Ne conſeritor*, etſi culturæ vineæ ſpatium ſeparaverit, quia ſementis ſimilis eſt vineæ, perinde ac ſi mixtura eſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכרם ביבנה *In vinea quæ erat in Jabne*, hoc nomine deſignabatur collegium Sapientum quod erat in urbe Jabne, atque iſtam ob rationem quod in modum linearum juxta quas vites plantari ſolent, conſidebant in conſeſſu eorum; Deus vero congregationem Iſraëlis vocat vineam, ſicuti ſcriptum eſt Eſa. 5. 1. כרם היה לידידי *Venia erat dilecto meo.* שהוא חבור *Quod eſt adjunctorium*, nam ſi res immunda attigerit iſtud ovum, perinde factum eſt ac ſi olus attigiſſet; at non dicimus quod olus polluitur ovo. כמין כבע *Inſtar galeæ*, ut galea ferrea quæ tempore belli capiti imponi ſolet, vult dicere, ſi fuerit in formam tentorii; atque hæc teſtificatio occurrit capite tertio tractatus Tevul Jom. Solet autem aliquando contingere ut ſpica quædam falcem fugiat in tempore meſſis, & ſpatium ſegetis undique demeſſum ſit. Dicit vero auctor, quod ſi ſpicæ caput allocutum ſit meſſem, dum nondum amputata eſſet, & ei conjuncta ſit, tum jus illius ſimile eſt juri reliquiarum meſſis, & ad patremfamilias pertinet. Sin autem iſta ſpica omnino ſeparata ſit a meſſe, ad pauperes pertinet, eo quod jus illius eſt ut jus ſpicilegii, & hæ teſtificationes jam adductæ ſunt capite quinto tractatus Pea. מוקפת עריס *Qui pergula circumdatus eſt*, quando circum hortum eſt vitium pergula; ſi vero extra iſtam pergulam reliquum ſit ſpatium illius qui vindemiat uvas & in caniſtrum colligit undiquaque, licitum eſt ab ordine vites circumdante ſeparare ſpatium culturæ vineæ, quod eſt ſex palmorum cum dimidio, & unus vitium ordo relinquendus eſt; quod vero reliquum eſt, id exarandum eſt, & conſerendum quavis frumenti ſpecie; atque ita ſementis erit in medio pergulæ ipſam circumdante. Si vero exiguus ſit iſte hortus; ita ut in eo non ſit ſpatium pro vindemiatore & caniſtro ad quodlibet latus, nihil conſeratur in medio, quantumvis ſpatium culturæ ad omnia latera dilataverit, nam ob parvitatem illius ſementis cum vinea apparet quaſi ei contigua ſit, quo modo inde miſcella fieret. Sed iſtiusmodi caſus jam expoſiti ſunt aliquoties capite quinto tractatus Kilaim; atque hæ omnes teſtificationes ſunt veriſſimæ.

ה שלשה דברים אמרו לפני רבי ישמעאל ולא אמר בהם לא איסור והתר ופירשן רבי יהושע בן מתיא המפיס מורסא (ס״א) בשבת אם לעשות לה פה חייב ואם להוציא ממנה לחה פטור ועל הצד נחש בשבת אם מתעסק שלא ישכנו פטור ואם לרפואה חייב ועל לפסים אירוניות שהם טהורות באהל המת וטמאות במשא הזב רבי אלעזר בן צדוק אומר אף במשא הזב טהורות מפני שלא נגמרה מלאכתן:

5. Tria dicta ſunt coram R. Iſmaël, is autem de iis non affirmavit neque negavit; ſed R. Jehoſua filius Mattiæ expoſuit ea. Si quis in Sabbato plagam expreſſerit, atque id factum fuerit ad foramen aliquod faciendum, tenetur; ſin autem ad humorem exprimendum id factum fuerit, immunis eſt. Sic etiam immunis eſt ſi quis ſerpentem in Sabbato cœperit, & ab illo non morſus fuerit; at ſi in medicinam eam cœperit; tenetur. De lebetibus urbanis, qui puri ſunt in tentorio mortui, & impuri in onere ſeminiflui, R. Eliezer Zadoci filius dicit, etiam in onere ſeminiflui puri ſunt, eo quod opus eorum non perfectum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ופירשן רבי יהושע *Sed expoſuit ea R. Jehoſua*, nempe, quando liber eſt, & quando tenetur is qui talia fecerit. אם לעשות לה פה חייב *Si id factum fuerit ad foramen aliquod ei faciendum, tenetur*, quia opus eſt haud neceſſarium, nam foramen eſt opus, hoc autem non indiget foramine, & Sapientum hic obtinet prohibitio, & propter dolorem quem patitur is qui plaga affectus eſt, nihil hic decreverunt, ideoque liber eſt ſi humorem expreſſerit.

אם מתעסק שלא ישכנו פטור *Si operam dederit ne mordeat eum, liber eſt*, quia ipſa beſtia capta non eſt neceſſaria, & ſi vir iſte noviſſet beſtiam illam non morſuram ipſum, non debuiſſet illam die Sabbati capere; ſed neque de hoc quicquam ſtatuerunt Sapientes; itaque hæc actio libera eſt.

לפסין אירוניות *Lebetes urbani*, ſunt vaſa teſtacea occluſa, & facta

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המפיס מורסא *Exprimens plagam*, humorem e vulnere ſuo exprimens. לפסין אירוניות *Lebetes urbani*, nam אירוניות eſt idem quod עירוניות. Hæc itaque dicta ſunt coram R. Iſmaële; at de eo qui plagam expreſſerit, vel ſerpentem in Sabbato cœperit, nihil affirmarunt nec negarunt. Sic etiam de lebetibus urbanis non dixerunt an mundi, an vero immundi habendi ſint. Expoſuit autem R. Jehoſua, dixitque, quomodo tenetur, & quo modo immunis eſt, pariter de lebetibus pronunciavit qua immunditie polluantur, qua vero non: dixit itaque, ſi quis humores e plaga expreſſerit, ſi intenderit plagæ foramen dilatare ſecundum medicorum intentionem, tenetur. Si vero intenderit e plaga humores exprimere, licitum id eſt ab initio, & hoc eſt quod auctor vult, dum dicit פטור *Liber eſt*. Sic etiam ſi quis in Sabbato ceperit, ſi intenderit operam dare ne eum mordeat, licitum eſt ab initio. Si vero

facta in modum globi interius excavati; poſtquam vero ejuſmodi lebetem furno impoſuerunt, dividunt eum in duos, atque adeo duo inde fiunt vaſa.

טהורות באהל המת *Puri ſunt in tentorio mortui*, cum nondum diviſi ſunt, nam vas teſtaceum non recipit immunditiem per ſuperficiem, ſed in concavitate ſua, uti ſcriptum eſt Num. 19. 13. וכל כלי פתוח Per foramen ſuum ergo polluit, & non per ſuperficiem ſuam, ſed huic vaſi non eſt foramen.

וטמאות במשא הזב *Et immundi ſunt onere ſeminiflui*, immunditie ſeminiflui ſe moventis, nam ſi moti fuerint lebetes aut ſeminiflui onere lati, immundi ſunt, licet eis non ſit foramen. מפני שלא נגמרה מלאכתן *Eo quod opus eorum non perfectum eſt*, nam diviſio in duos eſt perfectio operis eorum. Deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Zadoci, ſed coctio illius in furno eſt operis illius perfectio; propterea polluuntur onere ſeminiflui, etiam antequam diviſi fuerint.

vero cum ceperit ad curandam carnem ſuam, lapidandus eſt. לפסין עילנית ſunt vaſa teſtacea ſartaginibus ſimilia, quæ duo ſimul confici ſolent, & a ſe invicem divelli, quando decoctum in iis coctum fuerit, atque ſic duæ ex iis ſartagines fiunt, quemadmodum fieri ſolet in vaſis vitreis. Cæterum antequam diviſa fuerint, putat R. Jehoſua filius Mattiæ quod onere ſeminiflui polluuntur, nempe, ſi tulerit illa ſeminifluus, & commoverit, ſed quod in tentorio mortui non polluuntur. Hujusce rei ratio eſt, quod vas teſtaceum non polluitur mortuo, nec ſerpente, nec alia immunditie, niſi ob concavitatem illius, ſecundum id quod dictum eſt Num. 19. 15. וכל כלי פתוח Hunc vero locum de vaſe teſtaceo loqui ex Traditione colligimus. Præterea Sapientes dixerunt, ob aperturam illius polluitur, ſed non ob ſuperficiem illius; & hoc manifeſtum eſt. Sed hoc fundamentum jam aliquoties expoſuimus, & ulterius exponetur capite ſecundo tractatus Kelim, ſeminiflui immunditie excepta duntaxat, nempe, quando onere ſeminiflui pollutum fuerit vas, quia in eo non obtinet modus quo dicere poſſumus id factum eſſe ob illius aërem, quoniam non polluitur dum immundities id ingreditur, ut dicamus per aperturam id omnino factum eſſe; ſed dicamus potius quod ſeminifluus id polluat. Cæterum in Toſaphta dicitur, quod in vaſe teſtaceo non obtinet immundities niſi ob aërem illius, vel ſeminiflui motum. Horum fundamentorum gratia dicimus de hiſce lebetibus nondum a ſe invicem diviſis, quandoquidem illis nulla apertio ad aërem recipiendum, ut pila luſoria, non polluuntur in tentorio mortui, ſed onere ſeminifluorum polluuntur. Sed R. Eliezer filius Zadoci dicit, quod nec illa polluuntur onere ſeminiflui propter aliam rem, nimirum, quod licet non attenderimus aperturam in movendo ipſo a ſeminifluo, nihilominus tamen requiritur ut ſit vas cujus opus perfectum eſt; at hujus opus nondum perfectum eſt, quoniam ei reſtat aliquid faciendum poſtquam decoctum ſit in furno, quod eſt diviſio eorum, deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Zadoci; nam hypotheſis nobis eſt quod vas teſtaceum polluitur, quoniam coquitur, & coctio illius eſt operis ſui perfectio: R. Jehoſuæ expoſitio omnino vera eſt.

ו שלשה דברים אמר רבי ישמעאל ולא הודה לו רבי עקיבא השום והבוסר והמלילות שריסקן מבעוד יום שרבי אומר יגמור משתחשך ורבי עקיבא אומר לא יגמור :

6. Tria dixit R. Iſmaël, at ei non conceſſit R. Akiba, allium, omphax, & ſpicæ quas contregit dum adhuc dies erat. Nam R. Iſmaël dicit, perficiat poſtquam adveſperarit. R. Akiba dicit, ne perficiat.

R. OB. DE BARTENORA.

מלילות idem quod שבולים *Spicæ*, quæ non ſolent maturescere quantum oportet, & propterea lapide conterendæ ſunt ut humor ex iis exprimatur. יגמור *Perficiat*, quandoquidem illos contrivit a veſpera Sabbati, abſolvat & comedat in Sabbato; ſed non eſt ſimilis liquoribus qui exprimuntur, & prohibiti ſunt, ne quis eos exprimat; nam hic non obtinet Legis prohibitio, licet expreſſerit, eo quod liquor ex ſe venit. לא יגמור *Ne perficiat*, ad medendum poſtquam dies conſecratus ſit, quia prohibiti ſunt ut cæteri liquores qui defluunt; deciſio eſt ſecundum R. Iſmaël.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השום והבוסר והמלילות *Allium, omphax, & ſpicæ*, quando ſcilicet illa confregerit die veneris circa veſperam ad exprimendum exinde humorem, & Sabbatum intraverit dum illa confregerat. R. Iſmaël dicit, abſolvat contritionem manibus ſuis, & humores exprimat. Quamvis autem R. Iſmaël ſit R. Akibæ diſcipulus, deciſio tamen eſt ſecundum R. Iſmaël.

ז שלשה דברים אמרו לפני רבי עקיבא שנים משום רבי אליעזר ואחד משום רבי יהושע שנים משום רבי אליעזר יוצאת אשה בעיר של זהב ומפריחי יונים פסולים לעדות ואחד משום רבי יהושע השרץ בפי חולדה ומהלכת על גבי ככרות של תרומה ספק נגע ספק לא נגע ספקו טהור :

7. Tria dixerunt coram R. Akiba, duo in nomine R. Eliezeris, & unum in R. Jehoſuæ. Duo in nomine R. Eliezeris, exeat mulier cum civitate aurea, & qui columbas volare docent, ii ad teſtimonium inepti ſunt. Et unum in nomine R. Jehoſuæ, ſerpens in ore muſtelæ ſuper panes oblationis primæ incedentis, ſi dubium ſit an tetigerit necne, tum dubium cenſetur purum.

R. OB. DE BARTENORA.

בעיר של זהב *Cum civitate aurea*, Eſt corona aurea in forma urbis Jeruſolymæ; ſed non ſuſpicamur fieri ut mulier eam deponat, & conſpiciendam det, atque eandem quatuor cubitos ferat in loco publico. ומפריחי יונים *Et qui columbas volare docent*, nam hoc artificium eſt modus luſus, quo certare ſolent, dicendo, ſi columba mea anteverterit tuam, dabo tibi tantam ſummam. Alia expoſitio, ſunt ii qui columbas ſuas edocent ut alias ſecum adducant; at in hoc negotio continetur prohibitio furti pacis gratia; ſed non eſt furtum integrum. ספק נגע ספק לא נגע ספיקו טהור *Et dubium ſit an tetigerit necne, tum dubium illius cenſetur purum*, quia eſt immundities quæ tranſit, & non conſiſtit in uno loco, idcirco dubium illius eſt purum, etiam in loco privato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאה אשה בעיר של זהב *Exeat mulier cum civitate aurea*, id eſt, die Sabbati; cæterum *civitas aurea* eſt corona aurea in forma urbis Jeruſolymæ. Deciſio juris eſt, quod mulieri licet die Sabbato exire cum iſta urbe. Alia vero duo dicta ſunt vera, & juxta illa faciendum eſt.

ח שלשה דברים אמר רבי עקיבא על שנים הודו לו ועל אחד לא הודו לו על סנדל (סיא) של סידים שהוא טמא מדרס ועל שירי תנור ארבעה שהיו אומרים שלשה והודו לו ועל אחד לא הודו לו על כסא שנטלו שנים מחופיו זה בצד זה שרבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין :

8. Tria dixit R. Akiba, de duobus ei conceſſerunt, at non de uno. De ſolio calceamenti cæmentariorum, quod ſit immundum calcatione, & de furni reliquiis quatuor palmorum, quas trium eſſe dicebant, & conceſſerunt ei. Verum in uno non conceſſerunt ei, ſuper ſella cujus tabulis ſuſtulerunt duas, unam ad latus alterius; nam R. Akiba immundam pronunciat, Sapientes vero mundam.

R. OB. DE BARTENORA.

סנדל סידין *Sandalium cæmentariorum*, eſt calceus ligneus quem induunt ii qui calci operantur, ne pedes illorum calce adurantur, ſi vero feminiſluus eum induerit, eſt immundus calcatione. ועל שירי של תנור ארבע *En de reliquiis furni quatuor*, ſi maximus ſit furnus & polluatur, poſtea vero frangatur, tum non purus cenſendus ſit niſi donec in fragmentis illius non contineantur quatuor palmi, ſemper enim fragmenta illius immunditiem recipiunt, perinde ac ſi integra eſſet fornax, præterquam ſi fragmenta non contineant quatuor palmos. Quoties autem תנור *Furni* mentio fiat in Miſna, is ollæ magnæ ſine fundo formam habet, atque is cum luto in terra diſponitur, ita ut fundus illius ſit ipſa terra. שנים מחופיו *Duæ e tabulatis illius*, e tabulis quæ factæ ſunt ad conſidendum in illis. שרבי עקיבא מטמא *Nam R. Akiba immundam pronunciat*, quia is putat quod etiamſi non ſerviat ſeſſioni, tamen apta ſit ut malogranata ei poſſint imponi, & immundus cenſeatur pro vaſe receptionis. וחכמים מטהרין *Et Sapientes purum pronunciant*, nam illi putant cum in uſum ſedendi facta ſit, & non in recipiendi uſum, quandoquidem ceſſaverat principalis illius cauſa ob quam facta erat, ceſſaſſe etiam adjunctorium illius, & non pollui pro vaſe receptionis, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סנדל של סידין *Sandalium cæmentariorum*, eſt calceamenti genus ligneum quod Arabice vocant קבקאב, & induebatur ab iis qui calcibus parandis operam dabant, ne calce pedes comburerentur. Dicit autem quod ſi induerit iſtiusmodi ſcandalium feminiſluus, polluitur & fit cubile, & tenetur ad jus cubilis feminiſlui. ושירי תנור ארבע *Et de reliquiis furni quatuor*, vult, ſi deſtructus ſit furnus, & quatuor palmorum altitudo reliqua ſit, vel plurium, immunditiem recipit dum integer ſit, ſicuti exponetur capite octavo tractatus. Sic etiam de ſella, ſi duæ tabularum illius picturæ oblatæ ſint, & lignum apertum ſit, Sapientes dicunt formam illius jam periiſſe, eamque comprehendi ſub vaſorum fragmentis, & non recipere immunditiem. R. Akiba ſtatuit eam recipere immunditiem, quemadmodum antea recipere poterat, uti expoſitum eſt viceſimo ſecundo capite tractatus Kelim; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ט הוא היה אומר האב זוכה לבן בנוי ובכח ובעושר ובחכמה ובשנים ובמספר הדורות לפניו והוא הקץ שנאמר קורא הדורות מראש אף על פי שנאמר ועבדום וענו אותם ארבע מאות שנה ונאמר ודור רביעי ישובו הנה :

9. Is dicebat, pater filio in cauſa eſt pulchritudinis, fortitudinis, divitiarum, ſapientiæ, annorum, & epoche generationum ante ipſum, atque is eſt finis de quo Jeſ. 41. 4. *Vocat generationes ab initio.* Licet Gen. 15. 13. dictum ſit, *& ſervient illis atque affligent illos, quadringentos annos*; & Gen. 15. 16. *& quarta generatio huc revertetur.*

R. OB. DE BARTENORA.

האב זוכה לבן *Pater acquirit pro filio*, quia filii indoles proxime accedit ad indolem patris, illiusque pulchritudinem, fortitudinem, ſcientiam; annos vero acquirit homo e principio formationis ſuæ ſecundum naturam; ſed divitiæ ipſi a parentibus hæreditate acquiruntur. Cæterum per הכמה *Sapientiam*, cujus hic mentio fit, intelligimus bonum ratiocinium quod in homine eſt ſecundum illius naturam. Per שנים *Annos* intelligimus vitam longævam; videtur autem mihi quod ſi quis plus fuerit, habebit liberos formoſos, fortes, Sapientes, divites, & longævos.

ובמספר הדורות לפניו *Et epocha generationum ante ipſum*, aliquando Deus benedictus patri promittere ſolet quod ſemini ejus benefaciet in tertia, aut in quarta generatione, quod benefactum pater meretur. והוא הקץ *Atque hoc eſt finis iſte*, nam Deus iſtam rem limitavit ut iſto tempore, ut in tali generatione contingeret, ſicuti dictum eſt Gen. 15. 13. Exinde vides generationum epocham, quæ eſt quarta generatio, ſive quadringentorum annorum finis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נוי Eſt idem quod יופי *Pulchritudo*. ושנים *Et annorum*, in hac vita, vult dicere quod dies vitæ illius ad patris ſui vitam prope accedent, nam cum ei in temperamento ſimilis ſit, etiam in dierum numero ei ſine dubio ſimilis ſit; atque hoc ut plurimum contingere ſolet, ut & cæteræ res naturales. Eodem fere modo is qui vitio aliquo laborat, filio ſuo eſt in cauſa vitii; ſed filius cum patris ſui bonis ſuperſtes ſit pariter, ſi vir doctus ſit, plerumque filium ſuum docet. In Toſaphta autem R. Akibæ contrarii ſunt Sapientes, nam pater pro filio quinque res non acquirit niſi uſque ad iſtud tempus antequam attigerit præceptorum obſervandorum tempus; poſtmodum vero ſi mereatur, pro ſe meretur; ſin minus, pater illius in ipſum nihil confert culpæ.

ובמספר הדורות לפניו והוא הקץ *Et numeri generationum ante ipſum, atque hic eſt finis iſte*, vult, quod temporis conſtitutio in fine, ſive hominum numerus redeat ad annorum numerum, donec decretum Dei fiat; nam poſt tot generationes hominum quibus unus generatur ab alio, fieri debet id quod Deus promiſit. Propterea doctor a fine probationem attulit, nam Deus benedictus Abrahamo dixit, cum anni numerantur quadringenti, reducantur ad numerum perſonarum; & propterea dixit Gen. 15. 16. ודור רביעי ישובו הנה Atque ita factum eſt, nam Keat fuit ex iis qui ex Ægypto deſcenderunt, ut & ipſe Moſes; filii vero Moſis terram iſtam intrarunt in quem deſcendit Kehat, & hi quarta fuerunt generatio, nam id quod Deus benedictus dixit Gen. 15. 16. ודור רביעי ישובו הנה incepit ab eo tempore quo exiit e terra, ſive quum in Ægyptum deſcenderunt, ideo dicit ישובו הנה *Revertentur huc*, perinde ac ſi dixiſſet, ab eo tempore quo exierit ex hac terra Cananæa quarta generatio, revertetur in eandem.

י אף הוא היה אומר חמשה דברים של שנים עשר חדש משפט דור המבול שנים עשר חדש משפט איוב שנים עשר חדש משפט המצריים שנים עשר חדש משפט גוג ומגוג לעתיד לבא שנים עשר חדש משפט רשעים בגיהנם שנים עשר חדש שנאמר והיה מדי חדש בחדשו רבי יוחנן בן נורי אומר מן הפסח ועד העצרת שנאמר ומדי שבת בשבתו :

10. Etiam is dicebat quinque res duodecim menſium, nempe, judicium generationis diluvii duodecim menſium: Judicium Jobi duodecim menſium: Judicium Ægyptiorum duodecim menſium: Judicium Gogi & Magogi in futurum duodecim menſium: Judicium impiorum in inferno duodecim menſium, uti ſcriptum eſt Jeſ. 66. 23. *Et erit a menſe in menſem.* R. Jochanan filius Nuri dicit, a Paſchate ad Pentecoſten, uti dicit ibidem, *& a Sabbato ad Sabbatum.*

R. OB. DE BARTENORA.

שנאמר ומדי חדש בחדשו *Sicuti ſcriptum eſt, & de menſe in menſem*, quando alter venerit menſis in quo mortuus eſt impius, ex inferno prodibit & me adorabit, ſicuti ſcriptum eſt, *& de Sabbato in Sabbatum*, nempe, poſtquam tot dies fuerit in inferno quot a primo die Paſchatis (qui vocatur Sabbatum ſicuti dicitur Levit. 25. 15.) uſque ad Pentecoſten qui eſt alter dies Sabbati ſeptimi, exibit ex inferno, & ſe coram me proſternet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ומדי שבת בשבתו *Et a Sabbato in Sabbatum*, vult dicere, multis Sabbatis ſimul junctis & ſeinvicem continuo ſuccedentibus, & hoc eſt id quod dicitur Levit. 23. 15. וספרתם לכם ממחרת השבת Et primus feſti Paſchatis dies vocatur Sabbatum, & præcipit Deus ut poſt illud ſeptem Sabbata computent ad id ipſum relata, quæ ſunt quadraginta & novem dies, cum tot ſint a feſto Paſchatis ad Pentecoſten. Hæc autem attulit doctor licet ad hujusce tractatus propoſitum non pertineant, & in illis non contineatur teſtificatio, item multos alios caſus quibus nulla teſtificatio ineſt præterquam id quod Miſna dicit ſuis locis. Cæterum eſt ut tibi dicam, quod quicquid in hac Miſna occurrat, de eo teſtati ſunt id quod teſtati ſunt, & dixerunt de eo id quod dixerunt, & judicarunt id quod judicarunt, uno die & in congregatione diei unius, eſtque ille dies quo R. Eleazar filius Azariæ Scholæ præpoſitus eſt: & hoc eſt quod dixerunt, *iſto die teſtificationes ſanciverunt.* Sic etiam quoties dixerunt in Miſna בו ביום *Iſto die*, toties de hoc die res intelligenda eſt; idcirco in hoc tractatu invenies variorum caſuum jura; & hoc memoria teneto.

פרק ג כל המטמאין באהל שנחלקו והכניסן לתוך הבית רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאין כיצד הנוגע בכשני חצאי זיתים מן הנבילה או נושאן ובמת הנוגע בכחצי זית (והמאהיל על כחצי זית או נוגע בכחצי זית ס״א) וכחצי זית מאהיל עליו ומאהיל על כשני חצאי זיתים מאהיל על כחצי זית וכחצי זית מאהיל עליו רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאין אבל הנוגע בכחצי זית ודבר אחר מאהיל עליו ועל כחצי זית (או מאהיל על כחצי זית ודבר אחר מאהיל עליו ועל כחצי זית ס״א) טהור אמר רבי מאיר אף בזה רבי דוסא מטהר וחכמים מטמאין הכל טמא חוץ מן המגע עם המשא והמשא עם האהל זה הכלל כל שהוא משם אחד טמא משני שמות טהור :

Caput 3. Omnia iſta quæ in tentorio polluunt & dividuntur, ſi quis domum intulerit ea. R. Doſa filius Harchinæ pura pronunciat, Sapientes contra ſtatuunt. Sed quo modo? Si quis de cadavere attigerit portionem olivæ dimidium bis comprehendentem, vel tulerit ea; & de mortuo portionem quæ olivæ dimidium conficit, atque ſuper altero olivæ dimidio tentorium fecerit; & ſi quis tentorium fecerit ſuper portionem bis dimidium olivæ conficientem, & ſi quis tentorium fecerit ſuper dimidio olivæ, atque olivæ dimidium tentorium fecerit ſuper ipſo, R. Doſa Harchinæ filius mundum pronunciat; Sapientes vero immundum. Verum ſi quis tetigerit olivæ dimidium; & alia res ſuper hoc tentorium fecerit, & ſuper dimidio olivæ, purus eſt. Dixit R. Meyr, etiam in hoc R. Doſa Harchinæ filius mundum declarat; Sapientes vero immundum. Omnia immmunda ſunt, præterquam id quod tetigerit quis onere, & onere cum tentorio. Hæc regula generalis eſto, quicquid ſit unius nominis, id immundum eſto; duorum vero, mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המטמאין באהל *Omnia quæ in tentorio polluunt*, uti ſunt homo mortuus & cadaver putrefactum, nec non omnia quæ in principio ſecundi capitis tractatus Oholot referuntur. שנחלקו *Quæ dividuntur*, quorum portio in medias partes dividitur. להכניסן לתוך הבית *Ad ea in domum introducenda*, dum diviſæ eſſent partes eorum, in domum ea intulit, nam hoc eſt intra tentorium. *R. Doſa filius Harchinæ mundum pronunciat*, nam is putat quod illa dimidia non conjunguntur in menſura conſtituenda.

הנוגע בכשני חצאי זיתים מן הנבלה *Si quis tetigerit cadaver in duorum olivæ dimidiorum quantitate*, incipit auctor cum tentorio, attamen de cadavere exponit, ut doceat quod R. Doſa putat quod non conjungantur ad tactus onerisque immunditiem contrahendam, tam in homine mortuo quam in cadavere.

הנוגע

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Namque ſecundum R. Doſam dimidium olivæ non conjungitur ad complendum exinde immunditiei menſuram, in immunditie quæ tam onere ferendo quam alicujus rei tactu concipitur, tam in mortuo quam in cadaveribus. Cæterum in tractatu Oholot jam aliquoties expoſui, quod homo immundus fit quum ipſe tentorium fecerit ſuper mortuo, aut ſuper eo quod polluit mortuum in tentorio. Quando autem quis ſit in domicilio mortui hominis portionem quæ olivæ dimidium conficit, continentis, & aliquod e membris illius extra domicilium iſtud extulerit, alterumque olivæ dimidium attigerit, aut parte corporis ſui tetigerit dimidium olivæ, immundus eſt ſecundum opinionem Sapientum. Hinc liquet quod tangere & facere tentorium idem ſit ſecundum ſententiam eorum, & quod hæ duæ ſpecies ſunt

unius

הנוגע בחצי זית ומאהיל על חצי זית *Si quis attigerit dimidium olivæ, & tentorium fecerit ſuper dimidio olivæ*, nam qui tentorium fecerit ſuper mortuo, is immundus eſt, perinde ac ſi cum mortuo ſit in tentorio. Cæterum omnes hi caſus qui in principio hujus Miſnæ referuntur de conſtructione tentorii, intelligendi ſunt de immunditie conjuncta. quum inter immunditiem & tentorium non ſit altitudo palmi, idcirco Sapientes immundum pronunciant, quia tentorium ſimile eſt tactui. Sed finis Miſnæ, ubi dicitur, *at ſi quis tetigerit quantitatem dimidii olivæ, & alia res ſuper illa tentorium fecerit*, ſecundum Sapientes mundus eſt, & intelligi debet quando unius palmi altitudo ſit inter immunditiem & inter tentorium, nam in hoc Sapientes concedunt quod non conjungantur, quia tangere & tentorium facere duo ſunt diverſa nomina; at ea quæ duorum ſunt nominum, non conjunguntur. R. Doſa putat quod vel in contigua immunditia conjungantur. *Dixit R. Meyr, etiam in hoc R. Doſa filius Harchinæ mundum declarat*, R. Meyr primo doctori contradicit, qui dixit, ſi inter immunditiem & tentorium ſit altitudo palmi, concedunt Sapientes quod purum ſit, & non conjungantur. Præterea dicit quod in hocce caſu Sapientes contrariantur R. Doſæ, & dicunt quod tactus & tentorium unius ſunt nominis, idcirco in quantitate conjunguntur, & polluuntur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

חוץ מן הנוגע עם המשא *Excepto tactu cum onere*, ut, ſi tetigerit dimidii olivæ quantitatem, & dimidii olivæ quantitatem commoverit. והמשא עם האהל *Et onus cum tentorio*, quum dimidium olivæ portaverit, & ſuper dimidium olivæ tentorium fecerit. בשם אחד *Unius nominis*, ut tactus & tactus, onus & onus, tentorium & tentorium.

unius nominis. Poſtea vero dicit, *ſi quis tetigerit dimidium olivæ, & alia res ſuper iſto tentorium fecerit, & ſuper dimidio olivæ, mundus eſt*, hinc conſtat quod tangere & tentorium facere unius ſit nominis. Cæterum Gemara hanc controverſiam jam expoſuit ſecundum literam, dixitque tangere & tentorium facere eſſe duorum nominum, ſicuti hic dicitur, *ſed qui tetigerit dimidum olivæ, & alia res ſuper iſto tentorium fecerit, & ſuper dimidio olivæ, purus eſt.* Verum quod in principio dicitur, *qui tetigerit dimidium olivæ, & tentorium ſuper dimidio olivæ fecerit*, hoc ſenſu intelligendum eſt; ſi, exempli gratia, ſit arca quæ partem mortui dimidium olivæ ſupra ſe habet, atque ſupra hanc alia ſit arca, & inter unam alteramque non ſit ſpatium palmi, & tentorium fecerit ſuper dimidio olivæ, & alterum olivæ dimidium de mortuo tetigerit arcam ſuperius, polluta eſt, eo quod dimidium olivæ adjungitur loco quem dimidium olivæ tetigit ſupra quod tentorium factum eſt, & res ſe habet perinde ac ſi tetigerit mortuum in quantitate olivæ. Hoc autem jus ita intelligendum eſt, quia altius eſt quidem illo dimidio olivæ, attamen palmi menſuram non conficiens, quæ eſt minor quam tentorii menſura, ſicut in aliquot locis tractatus Oholot expoſitum eſt. Verum ſi inter duas arcas ſit ſpatium, aut plus, arca non polluitur, etiam ſecundum ſententiam Sapientum, quia tangere & tentorium facere ſunt duorum nominum, & hoc eſt quod dicunt, de immunditie juncta inter duas arcas ſermo eſt, quum non ſit inter eas altitudo palmi, & dimidium olivæ tetigerit arcam inferiorem, & dimidium olivæ fuerit in arca ſuperiori, cum in modum ut dimidium olivæ tentorium faciat ſuper arca inferiori, atque inter eas minus fuerit quam palmi ſpatium, polluitur, ſicuti diximus, nam omnia æſtimamus ſecundum tactum propter vicinitatem alterius dimidii olivæ & inter rem qua tentorium fecit ſuper eam. Verum ſi quis tentorium fecerit, & tetigerit, non conjunguntur ſecundum Sapientes, ſicuti dicit auctor, *verum ſi quis attigerit dimidium olivæ* &c. R. Meyr contrarius eſt, & dicit quod Sapientes putant tangere & tentorium facere conjungi; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Quod autem exinde colligimus, eum qui dimidii olivæ quantitatem tetigerit & ſuper dimidio olivæ tentorium fecerit, purum eſſe, niſi inter unum atque alterum dimidium ſit minus quam palmi quantitas, Sapientes impurum delcarant. Sic etiam ſi olivæ dimidium fecerit tentorium, atque inter hoc & illud ſuper quo tentorium fecerit, ſit minus quam palmi ſpatium; R. Doſa dicit purum eſſe, quia ſecundum ipſum hoc eſt tangere & tentorium facere. Sapientes vero dicunt quod ſit immundum, cum hæc ſit opinio ipſorum, ut, ſi quis duo dimidia olivarum tetigerit, quandoquidem inter unum olivæ dimidium atque alterum non ſit ſpatium tentorii, quod non eſt minus quam palmi, deciſio non eſt ſecundum R. Doſam filium Harchinæ in ullo caſu; ſed hæc Miſna quoque exponitur capite tertio tractatus Oholot.

ב אוכל פרוד אינו מצטרף דברי רבי דוסא בן
הרכינס וחכמים אומרים מצטרף מחללין מעשר שני
על אסימון דברי רבי דוסא וחכמים אומרים אין
מחללין מטבילין ידים לחטאת דברי רבי דוסא וחכמים
אומרים אם נטמאו ידיו נטמא גופו :

2. Edulia *Perud* dicta non conjungenda ſunt, ita R. Doſa filius Harchinæ. Sapientes vero dicunt, quod conjungenda ſunt. Profanant decimas ſecundas ſuper moneta non ſignata, ita R. Doſa: Sapientes dicunt quod non profanantur. Manus abluunt in expiationem, ita R. Doſa: Sapientes dicunt, ſi manus illius pollutæ fuerint, totum illius corpus pollutum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכל פרוד *Cibus Parud*, uti eſt nucum cumulus, piſtaciorum, & amygdalarum, dum inter ſe diviſa ſint, ſi in iis non ſit ovi quantitas, quæ eſt immunditiei in edulibus quantitas qua alia polluere poſſunt. אינו מצטרף *Non conjunguntur*, ſi polluta fuerint & res puræ hæc attigerint; dum accumulata erant, non conjunguntur inter ſe ad pura quædam polluenda, quandoquidem in quolibet eorum ſeorſim non continetur immunditiei quantitas qua edulia inficere poſſunt. אסימון *ἄσημον* argentum eſt rude quod monetæ alicujus ſignatæ quidem formam habet, ſed abſque figuris; hoc decimæ ſecundæ ne redimuntor.

מטבילין ידים לחטאת *Abluunt manus in expiationem pro peccato*, ſi quis attigerit potus & edulia immunda, ſimiliaque munus polluentia, & non totum corpus, manus duntaxat abluat, & tum legitimus ſit ad aquas expiatorias tangendas, & ad cinerem vaccæ rufæ ſpargendum ſuper immundo.

אם נטמאו ידיו נטמא גופו *Si manus illius pollutæ fuerint*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוכל פרוד Sunt edulia immunda & inter ſe diviſa, & in unum locum accumulata, ut nuces, & melones, ſi polluta ſint & accumulata, atque in iſto cumulo ſit ovi quantitas, quæ edulium pollutorum quantitas eſt, & in qua alia polluere poſſunt. R. Doſa dicit, quandoquidem confracta ſunt iſta edulia, licet corpus eorum ſit inſtar ovi, tamen non conjunguntur in quantitate ovi, neque alia edulia his pollui poſſunt ſi attigerint. אסימון *ἄσημον* eſt argentum rude, non ſignatum; ſed nobis hypotheſis eſt quod decimarum ſecundarum fructus non redimuntur niſi ope argenti ſignati, quemadmodum dicitur Deut. 14. 25. וצררת הכסף בידך *Et figuram imprimes argento manu tua.* Manus vero polluuntur iſtis tantum rebus quæ manus polluunt, & corpus manet purum, ut, ſi quis manu ſua tetigerit edulia immunda, & potus immundos; is manus ſuas aqua obluat, ut purificentur, ſicuti exponetur in tractatu Jadaim. Sed nonnulla de hac materia jam diximus in tractatu Chagiga; & licitum eſt adminiſtrare omnes ſancti-

riat, *pollutum eſt corpus illius*, & totum ipſius corpus abluendum eſt, nam Sapientes hunc aquis expiatoriis honorem tribuerunt, ut totum corpus pollutum eſſe cenſeatur, ſi pollutæ ſint manus illius; ſed hoc aliter ſe habet in oblatione prima & rebus ſanctis.

ſanctitates, præterquam vaccæ rufæ cærimoniam, quæ ſimpliciter vocatur חטאת *expiatio pro peccato*, uti dicitur Lev. 5. 11. חטאת היא Nam ſi manus pollutæ fuerint, totum corpus pollutum eſt, & ſe lavare tenetur. Cæterum hoc in tractatu Chagiga jam expoſitum eſt, atque una cum fundamentis ſuis exponendum erit capite decimo tractatus Para. R. Doſa dicit quod manus ſuas lavabit in expiationem, ne totum ipſius corpus polluatur, deciſio non eſt ſecundum R. Doſam in omnibus hiſce caſibus.

ג מעי אבטיח וקניבת ירק של תרומה רבי דוסא מתיר לזרים וחכמים אוסרין חמש רחלות גוזזות מנה מנה ופרס חייבות בראשית הגז דברי רבי דוסא וחכמים אומרים חמש רחלות כל שהן :

3. Viſcera melonum & abſciſſionem oleris oblationis primæ quod attinet, R. Doſa permittit ea extraneis: Sapientes vero prohibent. Si quinque oves tonſæ ſint, quælibet Mina & dimidii, tenentur in principio tonſuræ, ita R. Doſa. Sapientes dicunt, quinque oves cujuſcunque ſint menſuræ.

R. OB. DE BARTENORA.

מעי אבטיח *Viſcera melonum*, liquor & ſemina quæ in melonibus continentur. וקניבת ירק *Et abſciſſio oleris*, folia corrupta quæ de olere removenda ſunt. מנה מנה ופרס *Qualibet Minæ & dimidii*, quælibet ovis Minam & dimidium valens, ſi minus valeat, non cenſenda eſt tonſura, quia hoc minimum tonſuræ pretium eſt. כל שהן *Quantulæcunque ſint*, non exacte, nam Sapientes in principio tonſuræ non obligant ſi quinque oves non valeant ſexaginta סלעים *Selas*, ſed cum R. Doſa inſtituerit menſuram magnam, idcirco doctor menſuram parvam Sapientum vocavit *Quantulamcunque*; סלע *Sela* viginti & quatuor מעים *Mearum*, pondus eſt, *Mea* vero ſedecim granorum hordeaceorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעי אבטיח *Viſcera melopeponis*, ſemina & liquores quæ in illo continentur. וקניבת ירק *Et abſciſſio oleris*, ſegmenta foliorum & extremitatum oleris quæ projiciunt, quando id coquere volunt. מנה ופרס *Minæ & dimidii*, nempe, de unaquaque ove detondeat tantum lanæ quod centum & quinquaginta denarios conficere poteſt, qui ſunt triginta & ſeptem סלעים *Sicli* cum dimidiis. Quod autem Sapientes dicunt. כל שהן *Quantulæcunque ſint*, intelligendum eſt ſi quis totonderit quinque oves ſexaginta ſiclorum, dummodo quintam duodecim ſiclorum valeat quælibet ovis; ſed hoc ulterius exponetur in tractatu Chulin; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam vel in ullo caſu.

ד כל החוצלות טמאות טמא מת דברי רבי דוסא וחכמים אומרים מדרס כל הקליעות טהורות חוץ משל גלגילון דברי רבי דוסא וחכמים אומרים כולם טמאות חוץ משל צמרים :

4. Omnes cæmentariæ trullæ polluuntur immunditie mortui; ita R. Doſa: Sapientes dicunt, calcatione. Omnes implicationes mundæ ſunt, cingulis exceptis, ita R. Doſa: Sapientes dicunt, omnes immundæ ſunt, lanis exceptis.

R. OB. DE BARTENORA.

חוצלות Sunt trullæ cæmentariæ e junco ſimilive re factæ, circum illas cingente. טמאות טמא מת *Immundæ ſunt immunditie mortui*, eo quod receptaculo inſtructæ ſunt, ſed non polluuntur ſeſſu nec cubitu, quia ad iſtas commoditates inidoneæ ſunt. וחכמים אומרים מדרס *At Sapientes dicunt; conculcatione*, quia ſecundum ipſos idoneæ ſunt ad cubandum in illis. קליעות Sunt fila arcte complicata. טהורות *Mundæ ſunt*, quia non referunt texturas neque pannum. חוץ של גלגילון *Exceptis cingulis*, exceptis cinguli filis, quia ejuſmodi cingulum cenſetur pannus. כלם טמאות *Omnes immundæ ſunt*, eo quod omnes cenſentur panno ſimiles, iſtis vero exceptis complicationibus quas conficiunt ii qui lanam vendunt, ad colligandum ope illarum lanæ faſciculos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חוצלות ſunt trullæ cæmentariæ e juncis factæ, ſimilique materia, & hæ arcte implexæ erant cum margine illos undiquaque cingente, ſicuti in Gemara ad codicem Succa expoſitum eſt. R. Doſa dicit, quod iſtæ mortuo duntaxat polluuntur, & non conſeſſu ſeminiflui, eo quod non idoneæ ſunt ut quis illis inſideat. Sapientes vero dicunt quod idoneæ ſunt ad conſeſſum, & propterea quoque polluuntur calcatione ſeminiflui, & denuo conſeſſu. קליעות ſunt fila arcte implexa; R. Doſa dicit quod ejuſmodi res implexa non eſt ſimilis texturæ, nec panno, nec polluitur, niſi filum illud duntaxat quod cingulo immittitur. Sapientes ſtatuunt omnia fila immunda eſſe, iſtis exceptis filis quæ faciunt ii qui vendunt lanam ad colligendum iſtis faſciculos lanæ, eo quod hæc non referuntur inter vaſa, ſed inter funiculos; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam.

ה הקלע שבית קבול שלה ארוג טמאה ושל עור רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאין נפסק בית אצבע שלה טהורה בית הפקע שלה טמאה :

5. Si fundæ receptaculum ſit textum, immunda eſt; & ſi ex corio conſtet, R. Doſa filius Harchinæ eam mundam pronunciat; Sapientes vero immundam. Si contractus ſit illius locus ubi manum ponunt, munda eſt. Fiſſuræ vero locus immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

קלע Eſt funda qua lapides emittunt, ſicuti dicitur 1 Sam. 17. 49. בית קבול *Domus receptaculi*, eſt locus cui lapidem imponunt qui emittendus eſt. בית אצבע *Domus digiti*, eſt foramen aliquod magnum cui digitum imponunt. בית הפקע *Domus fiſſuræ*, eſt locus in quem manum immittit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלע Eſt funda qua lapides emittunt, ita 1 Sam. 25. 29. ויקלענה בתוך כף הקלע & figura illius ſatis nota eſt; in duabus vero extremitatibus ſuis duas habet chordas oblongas, quarum una in extremitate ſua habet cochleam in quam digitum mittunt, & iſte locus vocatur בית אצבע *Domus digiti.*

tit is qui fundam volvit in aëre, & lapidem e funda vult emittere.

giti. Altera vero extremitas eſt ea quam manu tenent dum lapidem emittunt; & quum fundam quis in aëre volvit, & lapidem vult emittere, ſolvitur illa e manu ipſius, & tum ſonus illius auditur perinde ac ſi quis flagello feriat, & propterea vocatur פקיע quia ſcilicet flagello ferit, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de Siclis, ubi Miſna dicit, בן בבי על הפקיע *Filius Baba ſuper Pekiang.* Fundæ vero locus cui lapidem imponunt, vocatur בית קבול *Domus receptionis*; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam.

ו השבויה אוכלת בתרומה דברי רבי דוסא וחכמים אומרים יש שבויה אוכלת ויש שבויה שאינה אוכלת כיצד האשה (ס״א) שאמרה נשביתי וטהורה אני אוכלת (שהפה שאסר הוא הפה שהתיר) ואם יש עדים שנשבית והיא אומרת טהורה אני אינה אוכלת :

6. Captiva comedat de oblatione prima, ita R. Doſa: Sapientes vero dicunt, eſt captiva quæ comedit, eſtque captiva quæ non comedit. Sed quo modo? Si mulier quædam dixerit, *pura ſum*, comedat, quia os quod vetat eſt os permittens. Si vero teſtati fuerint aliqui quod captiva fuit, & illa dixerit, *pura ſum*, ne comedat.

R. OB. DE BARTENORA.

השבויה *Captiva*, Sacerdotis uxor quæ in captivitatem abducta fuit. אוכלת בתרומה *Comedat de oblatione prima*, nam non ſuſpicamur quaſi fieri poſſet ut gentilis cum illa rem habuerit, atque exinde meretrix facta fuerit, & illegitima ad oblationem primam edendam. *Quia os quod vetat eſt os quod permittit*, ſicuti ei fidem habemus cum dixerit, captiva fui; ſic etiam ei fidem habemus, ſi dixerit, pura ſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando mulier dixerit, captiva fui, ſed in puritate verſata fui, fide digna eſt ſecundum hypotheſim quam habemus, quod os quod vetat ſit idem os quod permittit; ratio vero, quod illegitima erat pro Iſraëlita dum captiva eſſet, eſt, eo quod gentilis qui cum illa rem habuit, eam fecit meretricem, ſicuti expoſuimus capite ultimo tractatus Kidduſchin. Deciſio non eſt ſecundum R. Doſam.

ז ארבעה ספיקות רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרין כיצד הטמא עומד והטהור עובר הטהור עומד (ס״א) והטמא עובר טומאה ברשות היחיד וטהרה ברשות הרבים טהרה ברשות היחיד וטומאה ברשות הרבים ספק נגע ספק לא נגע ספק האהיל ספק לא האהיל ספק הסיט ספק לא הסיט רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרין :

7. Quatuor dubia R. Jehoſua immunda pronunciat, Sapientes vero munda: quo modo? Si immundus ſtet & mundus tranſeat, vel contra; aut, ſi immunditics ſit in loco privato, & munditics in loco publico, vel contra; ſi dubium ſit an tetigerit necne; ſi dubium ſit an tentorium fecerit necne, & dubium ſit an commoverit, necne; R. Joſua immundum, Sapientes vero mundum declarant.

R. OB. DE BARTENORA.

הטמא עומד *Si immundus ſtet*, ſi leproſus ſtet ſub tentorio, aut ſub arbore, ibique tranſierit purus, & dubium fuerit an tetigerit, an vero non tetigerit; aut dubium fuerit an tentorium fecerit necne; aut, an arbor tentorium fecerit, vel ſuper utroque tentorium fecerit, & mundus pollutus fuerit, an vero non fecerit tentorium nec pollutus fuerit mundus, hoc unum eſt dubium. Vel, ſi purus ſteterit, & leproſus tranſierit, iſtud ſecundum eſt dubium.

טומאה ברשות היחיד וטהרה ברשות הרבים *Si impuritas ſit in loco privato & puritas in loco publico*, ut, ſi tentorium ſit apertum verſus locum publicum, & dubium ſit an intraverit necne; vel, ſi puritas ſit in loco publico, & puritas in loco privato, hæc duo alia ſunt dubia. *R. Jehoſua immundum exponit*, nam is putat quod cum locus privatus intret dubium hujusce immunditiei, ſit dubia immunditics in loco privato, & illius dubium cenſetur immundum. *Sapientes purum declarant*, nam illi putant quod cum immunditics dubia in loco publico contineatur, ſit dubia immunditics in loco publico, & dubium ipſius immundum cenſendum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dubium primum eſt, ſi leproſus ſtet ſub umbra, & quispiam mundus illic tranſierit, dubiumque fuerit an tentorium intraverit leproſi, & ſe polluerit, ſicuti exponimus capite decimo tertio tractatus Negaim. Dubium ſecundum eſt, ſi quis purus ſtet ſub umbra, & leproſus ibidem tranſierit ſub iſtam umbram, dubiumque fuerit an leproſus ſteterit dum intrabat cum illo in tentorium, & pollueretur, an vero ſteterit, & non pollutus fuerit, uti capite ultimo tractatus Negaim expoſitum eſt, quod cum immundus tranſierit, non polluat niſi ſteterit: Et ſuper hocce caſu in fine Miſnæ dicit auctor, *ſi dubium ſit an tentorium fecerit necne.* Tertium dubium eſt, ſi res immunda ſit in loco privato, & pura in loco publico. Quartum dubium eſt, ſi res immunda ſit in loco publico, & munda in loco privato, atque nonnemo unam duarum rerum attigerit, aut portaverit, & neſciverit an mundam, an vero immundam tetigerit, aut quamnam portaverit, R. Joſua dicit, quandoquidem conjunctio facta eſt cum loco privato, immunda eſt; nam hypotheſis nobis eſt quod dubia immunditics in loco privato ſit immunda. Sapientes dicunt, quandoquidem dubia immunditics in loco publico conjuncta fuit cum dubia immunditie in loco publico, pura eſt; ſed hæc Miſna quoque exponetur in tractatu Taarot capite ſexto.

ח שלשה דברים רבי צדוק מטמא וחכמים מטהרין מסמר השלחני וארון גרוסות ומסמר של אבן שעות רבי צדוק מטמא וחכמים מטהרין :

8. Tria R. Zadoc immunda pronunciavit, Sapientes vero munda. Numularii clavum, arcam commolitarum fabarum, & clavum lapidis horarum. R. Zadoc immundos pronunciavit, Sapientes vero mundos.

R. OB. DE BARTENORA.

מסמר השלחני *Clavum numularii*, quem numularius lancibus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסמר השלחני *Clavum numularii*, numularius ſolet habere

cibus apponere ſolet. Noſtri vero magiſtri exponunt quod ſit clavus qui columnæ infixus eſt, qui coram numulario eſt ut ei imponatur tentorii ipſius tabula; hunc Sapientes mundum declarant, eo quod uſus illius eſt cum ſolo. אבן של שעות *Lapidis horarum*, eſt lapis cui ſunt lineæ aliquot in quibus horæ ſignatæ ſunt, & huic infixus eſt clavus quo horas indicant; horologium.

ארון של גריסות *Arca comminutarum fabarum*, qui fabas in molina molunt, ii quaſi arcam quandam ligneam habent; & de hac arca R. Zadoc dicit quod immunda ſit, quia jure vaſis potitur. Sapientes vero eam mundam ſtatuunt, cum ſit vas ligneum quod non confectum eſt ut dimoveri queat, ſed ut quieſcat. Sed R. Zadoc putat eam interdum ita fabricari ut dimoveri queat; deciſio non eſt ſecundum R. Zadoc.

here clavum in arca ſua a quo dependent lances. גרים Notat fabas molitas; & גריסות ſunt ii qui vendunt fabas molitas; cum vero fabæ molitæ repoſitæ ſunt in arcam, nondum rite diſpoſitæ cenſentur & de figura earum dubium eſt, donec de illa diſputent an ſit ſecundum vaſis figuram necne. אבן של שעות *Lapidis horarum*, eſt hic lapis quidam latus & lævis, ſolo infixus cum circulo, & in iſtius circuli medio eſt clavus ſuper erectis lateribus poſitus, qui ad ſummum in longitudine ſua vix quartam diametri partem conficit, huic circulo lineas rectas ſecundum vaſorum artificium imprimunt, & ſuper unaquaque linea ſignata eſt hora; e qualibet vero hora quum umbra iſtius clavi poſita eſt ſuper aliqua ex iſtis lineis, cognoſci poteſt quota ſit hora. Hujusce inſtrumenti nomen apud aſtrologos ſatis notum eſt, & Arabice dicitur אלבנאמה, deciſio non eſt ſecundum R. Zadoc: hæc quoque exponentur in tractatu Kelim capite duodecimo.

ט ארבעה דברים רבן גמליאל מטמא וחכמים
מטהרין כסוי טני של מתכות של בעלי בתים ותלוי
המגרדות וגלמי כלי מתכות וטבלא שנחלקה לשנים
ומודים חכמים לרבן גמליאל בטבלא שנחלקה לשנים
אחד גדול ואחד קטן הגדול טמא והקטן טהור :

9. Quatuor Rabban Gamaliel immunda declarat. Sapientes vero munda, nempe, vas metallinum patrumfamilias, catenulam ſcalpentium, & rudia vaſa metallina, & tabulam quæ dividitur in duas. Sapientes vero Rabban Gamalieli concedunt de tabula quæ in duas dividi poteſt, cujus una pars magna & altera parva, nam magna eſt immunda, at parva eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

טני Eſt vas aliquod metallinum in quod patresfamilias reponunt fragmenta vaſorum metallinorum; Rabban Gamliel immundum declarat operculum illius, quia putat quod illud etiam pro vaſe habendum ſit, cum operculum illius etiam habeat locum receptionis. Sapientes vero mundum pronunciant, nam illi putant operculum illud ad operiendum duntaxat factum eſſe, & propterea pro vaſe non habendum eſſe.

ותלוי המגרדות *Et catenulam ſcalpentium*, eſt clavus cui in balneis appenduntur inſtrumenta ſcalptoria, ut ii qui intrent, ſibi aliquot inſtrumentum ſcalptorium ſumant, eoque pedes & totum corpus ſcalpant. וגלמי כלי מתכות *Et vaſa rudia metallina*, quæ purificanda & lævigandа ſunt malleo; vel iſta quibus deeſt margo, vel auris, non immunda ſunt ſecundum Sapientes, niſi donec omnino confecta ſint. בטבלא שנחלקה לשנים *De tabula quæ in duas dividi poteſt*, tabula teſtacea cui ſunt margines, & quæ duabus conſtat partibus æqualibus, quarum una non eſt major altera; atque in hoc caſu Rabban Gamliel cum Sapientibus convenit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טני Eſt vas quod dimidium ſati continet, e ferro aut ære confectum, & patresfamilias hoc utuntur ad coquendum in illa res liquidas, medici vero ponunt in eo medicamenta ſua. המגרדות ſunt inſtrumenta raſoria e ferro aut ære, quæ balneis appenduntur, quisquis autem intraverit illa is unum capit ad radendum eo pedes ſuos, & habet catenulam quandam a qua dependet; & de hocce clavo quæſtio eſt an ſit vas metallinum & immunditiem contrahat necne. גולמי כלי מתכות *Vaſa rudia metallina*, eſt vas metallinum quod vaſis formam habet quidem, ſed quod nondum rite paratum eſt, nec lævigatum, quemadmodum ſtricte explicatum eſt capite undecimo tractatus Kelim; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamalielem: Miſna hæc quoque capite duodecimo tractatus Kelim adfertur.

י שלשה דברים רבן גמליאל מחמיר כדברי בית
שמאי אין טומנין את החמין מיום טוב לשבת ואין
זוקפין את המנורה ביום טוב ואין אופין פתין גריצין
אלא רקיקין אמר רבן גמליאל מימיהן של בית אבא
לא היו אופין פתין גריצין אלא רקיקין אמרו לו מה
נעשה לבית אביך שהיו מחמירין על עצמן ומקילים
על ישראל להיות אופין פתין גריצין וחרי :

10. Tria aggravavit Rabban Gamliel ſecundum ſententiam Scholæ Schamai. Non abſcondunt calida a die feſto pro Sabbato, neque lucernam inſtruunt die feſto, neque panes coquunt in modum tortarum, niſi in modum laganorum. Dixit Rabban Gamliel, a diebus quibus eram domi apud patrem meum, non coquebant panes in modum tortarum, ſed in modum laganorum. Dixerunt ei, quid faciemus domui patris tui? nam aggravavit ſuper ſe, & ſuper Iſraele allevarunt [illegible] panes coquendos in modum tortarum, & Chori.

R. OB. DE BARTENORA.

אין טומנין את החמין מיום טוב לשבת *Non abſcondunt calida a die feſto pro Sabbato*, quia Schola Schamai putat quod non licet coquere niſi quis ope panis mixturam fecerit, neque coquunt niſi mixturam fecerint ope coctilis, neque reponunt niſi dum calida abſconſa fuerint a veſpera diei feſti. Schola Hillelis dicit quod coquere, elixare, & reponere licet ſuper mixtura coctilis duntaxat.

ואין זוקפין את המנורה *Et non erigunt lucernam*, lucernam in partes diſſolutam non licet denuo conſtruere, quia perinde eſt ac ſi quis vas aliquod conficiat. Sed Schola Hil-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai dicit quod die feſto non coquunt pro Sabbato, niſi quis commiſſionem fecerit ope panis, & quod non coquunt niſi per aliquod coctile fecerint commiſſionem; neque calida reponenda eſſe in certum locum, niſi calida fuerint repoſita a veſpera diei feſti. Schola Schamai non obligat niſi quantum ad coctilium miſſionem attinet, & hoc modo licitum eſt coquere, elixare, & calida reponere. Rabban Gamaliel eſt in opinione Scholæ Schamai, quod nimirum vetitum ſit calida calefacere, eaque reponere ad utilitatem ex iis capiendam die Sabbati, niſi calida jam

Hillelis putat quod in vaſis non obtinet fabricatio. גריצין Notant panes craſſos.

אלא רקיקין *Niſi lagana*, Panes minutos; nam Schola Schamai putat quod die feſto non licet multum panis coquere ob nimiam moleſtiam. Schola Hillelis putat quod die feſto multum panis coquere licet, quia panis melius coquitur dum magna ſit copia. חרי *Chori*, eſt maſſa magna ſuper prunis cocta; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamliel, in omni eo in quo aggravavit ſecundum Scholam Schamai.

jam repoſita fuerint a veſpera diei feſti, ſicuti eſt natura commixtionis coctilium. Lucerna autem cujus hoc in loco mentio fit, talis eſt ut ea in partes diſſolvi poſſit; Schola Schamai prohibet conjungere iſtas partes, quia ſe res habet perinde ac ſi quis die feſto fabricet vaſa. גריצין ſunt panes craſſi. רקיקין ſunt panes parvi. Cæterum ſcopus non eſt ut panis ſit magnus, vel parvus, ſed ut ipſa maſſa ſit magna vel exigua, potius ſcopus eſt; nam Schola Schamai vetat magnam pinſere maſſam die feſto. Schola Hillelis hoc permittit, præterquam in feſto Paſchatis, nam tunc ſecundum omnes non plus quam placentæ חלה dictæ menſuram pinſunt; placentæ vero quantitatem jam expoſuimus in principio hujus tractatus. חרי eſt aliquod panis genus magnum, uti dicitur Gen. 40. 16. שלשה כלי חרי על ראשי *Tria caniſtra chori ſunt ſuper capite meo*; deciſio eſt ſecundum Rabban Gamalielem.

יא אף הוא אמר שלשה דברים להקל מכבדין בין המטות ומניחין את המוגמר ביום טוב ועושים גדי מקולס בלילי פסחים וחכמים אוסרים :

11. Is quoque tria dixit ad levandum, purgant lectos, & ſuffitum ponunt die feſto, & nocte Paſchatis faciunt hœdum armatum; Sapientes prohibent.

R. OB. DE BARTENORA.

מכברין בין המטות *Verrunt inter lectos*, quibus in locis edere ſolent, & lectulis incumbere ad menſam. ומניחין את המוגמר *Et ponunt ſuffitum*, ſuper prunis in ſuavem odorem; ſed vaſa ſuffitu luſtrare ſecundum omnium ſententiam prohibitum eſt. גדי מקולס *Hœdum armatum*, cujus crura & viſcera exterius dependent dum aſſatur, quod fiebat in memoriam agni Paſchalis, de quo ſcriptum eſt Gen. 48. 18. ראשו על כרעיו ועל קרבו Dicitur autem hicce hœdus מקולס *Galeatus* a קולס *Galea*; quia armatus erat inſtar herois qui armis ſuis inſtructus eſt. *Sapientes prohibent*, has tres res; & quidem verrere, ne quis foveas exæquet; & ſuffitum facere, cum hic non ſit neceſſarius in cibum hominum, ſed illius uſus præcipue ſit apud delicatos, vel apud eos qui male olent; & hœdum armatum prohibent quia ſe res habet perinde ac ſi quis ſancta comedat extra ſanctum locum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכברין בין המטות *Verrunt inter lectos*, licet ſolum ſit pulverium. ומניחין את המוגמר *Et ponunt ſuffitum*, incendunt ſuffitum in odorem ſuavem; ſed vaſa ſuffitu luſtrare vetitum eſt ſecundum omnes. ועושין גדי מקולס *Et parant hœdum armatum*, hoc modo, caput ſimul cum cruribus illius & viſceribus aſſant in modum agni Paſchalis, qui Jeruſolymis comedebatur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

יב שלשה דברים רבי אלעזר בן עזריה מתיר וחכמים אוסרין פרתו יוצאת ברצועה שבין קרניה ומקרדין את הבהמה ביום טוב ושוחקין את הפלפלין בריחים שלהן רבי יהודה אומר אין מקרדין את הבהמה ביום טוב מפני שהוא עושה חבורה אבל מקרצפין וחכמים אומרים אין מקרדין אף לא מקרצפין :

12. Tria R. Eleazar Azariæ filius permiſit, quas Sapientes prohibent; Vacca ſcilicet ipſius egrediebatur cum loro inter cornua ejus; & abradebant pecus die feſto, & piper molebant in molis ipſius. R. Jehuda dicit, non ſtrigilant pecus die feſto, eo quod vulnus infligit, ſed pectinant. Sapientes dicunt, non ſtrigilant, neque pectinant.

R. OB. DE BARTENORA.

פרתו יוצאה ברצועה שבין קרניה *Vacca illius exibat cum corrigiis inter cornua illius*, pulchritudinis ergo; nam ſecundum Sapientes onus hoc eſt, & non ornatus; ſed hæc vacca non pertinebat ad R. Eleazarem filium Azariæ, ſed ad mulierem quandam ei vicinam, & vocata eſt vacca R. Eleazaris, eo quod non feriret. מקרדין *Strigilant*. abradunt ope ſtrigilis minoris, cui ſunt dentes ferrei minuti; & hoc agere licitum eſt, licet beſtiam vulneret.

בריחים שלה *Molis ſuis*, in molis parvis quæ ad hoc negotium factæ ſunt. מקרצפין *Pectinant*, nam de raſione ligni timemus ob ferrum, deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ, niſi in pecude radenda tantum; nam in hoc ſequitur ſententiam R. Simeonis dicentis, rem ſine intentione factam, eſſe permiſſam; & deciſio eſt ſecundum ipſum. Sapientes ei contrariantur, & R. Jehudæ opinionem ſequuntur, qui dicit rem prohibitam eſſe ſi abſque ſcopo facta ſit; deciſio non eſt ita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרתו *Vacca ipſius*, permiſerat R. Eleaſar ut illa cum corrigia exiret, quia vacca iſta pertinebat ad vicinam quandam, cui hoc conceſſit ne feriret. Sive autem hæc corrigia in pulchritudinem facta ſit, ſive in ſignum ne cum aliis miſceretur, prohibita eſt penitus, eo quod oneri ſimilis cenſetur, ſicuti expoſitum eſt capite quinto tractatus de Sabbato.

מקרצפין *Pectinant*, majores muſcas removent, quia non vulnus inferunt beſtiæ in loco ubi conſederint. Sapientes vero prohibent muſcas grandes removere, quia non infligunt tumorem, ne quis amoveat eas quæ tumorem inferunt; nam illi ſtatuunt quod res ſine intentione facta, ſit prohibita, uti & R. Jehuda putat; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer, qui dicit rem licitam eſſe, ſi præter intentionem facta ſit. Cæterum hujuſce Miſnæ expoſitio capite ſecundo tractatus Beza jam allata eſt una cum duabus Miſnis.

פרק ד אלו דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל ביצה שנולדה ביום טוב בית שמאי אומרים תאכל ובית הלל אומרים לא תאכל בית שמאי אומרים שאור

בכזית

Caput 4. Hæc ſunt quorum Schola Schamai leviores inſtituit conditiones, Hillelis vero Schola graviores; ſi nimirum ovum die feſto poſitum ſit, Schola Schamai dicit, comedatur. Schola Hillelis dicit, ne comedatur. Schola Schamai dicit, fermentum olivæ quantitatem conficiens, & fermentatum dactyli quantitatem exæquans.

בכזית וחמץ בככותבת ובית הלל אומרים זה וזה בכזית :

quans. Schola Hillelis dicit, utrumque ſi olivæ quantitatem exæquet.

R. OB. DE BARTENORA.

ביצה שנולדה ביום טוב *Ovum quod die feſto natum eſt*, hoc intelligendum eſt de die feſto Sabbatum ſequente. Ratio autem quare Schola Hillelis dicat quod ovum iſtud non comedetur, eſt, quia omne ovum quod hodie poſitum eſt, heri jam perfectum ſit, quomodo fiet ut Sabbatum paret in uſum diei feſti; at Lex dixit Exod. 16. 5. והיה ביום הששי והכינו Simpliciter ergo dies feſtus eſt profanus, & dies profanus parat pro Sabbato, & pro die feſto, qui etiam vocatur Sabbatum. Sed dies feſtus non parat pro Sabbato, nec contra; ovi vero confectio, licet ea ope divina fiat, tamen vocatur הכנה *Confectio.*

שאור בכזית *Fermentum in quantitate olivæ*, in caſu comeſtionis omnes conveniunt utrumque in quantitate olivæ prohibitum eſſe eo quod Lex dicit Exod. 12. 19. שאור לא ימצא בבתיכם & deinceps finit voce חמץ quum dicit כי כל אוכל מחמצת ut doceret שאור & חמץ idem eſſe hac in parte. Quod autem diſſentiunt, id intelligendum eſt in caſu remotionis; nam Schola Schamai putat, quod cum Lex dixerit שאור & חמץ diſtinguendum ſit inter utriuſque quantitatem, & unum non colligendum ex altero, neque remotionem a comeſtione; Schola Hillelis dicit de remotione poſſe concludi ad comeſtionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si gallina paritura ſit ovum, non diſſentiunt de illa an prohibita ſit, quia ea tum eſt מוקצה *Separatum quid*, a quo abſtinendum ſit; ſed diſſentiunt doctores de gallina quæ comedi poteſt. Ratio vero ob quam Hillelis Schola prohibet, eſt, quia ovum quod hodie poſitum eſt, heri perfectum eſt; ſi itaque poſt Sabbatum incidat dies feſtus, hocce ovum quod die feſto poſitum eſt, perfectum eſt die Sabbato. Schola Hillelis dicit quod dies profanus rem paret pro Sabbato, & pro die feſto, at non dies feſtus pro Sabbato, nec contra. Prohibuerunt autem ovum omni die feſto poſitum, propter diem feſtum Sabbatum ſequentem. שאור Eſt fermentum quo maſſam ſubactam fermentant. Cæterum in caſu comeſtionis non diſſentiunt, cum omnes in hoc conveniant, quod in utroque genere reſpectu comeſtionis ſtatuatur olivæ quantitas. Sed diſſentiunt tantum in caſu remotionis, nam Schola Hillelis putat quod remotionem colligimus e comeſtione; Schola Schamai dicit quod omnino inter utrumque debeat eſſe differentia, cum Lex & שאור & חמץ mentionem fecerit.

ב (בהמה שנולדה ביום טוב הכל מודים שהיא מותרת ואפרוח שיצא מן הביצה הכל מודים שהוא אסור נ״א ל״ג) השוחט חיה ועוף ביום טוב בית שמאי אומרים יחפור בדקר ויכסה ובית הלל אומרים לא ישחוט אלא אם כן היה לו עפר מוכן ומודים שאם שחט שיחפור בדקר ויכסה שאפר כירה מוכן הוא :

2. Si pecus aliquod die feſto natum ſit, omnium conſenſu uſui licitum eſt. Pullus vero qui (die feſto) ex ovo prodiit, omnium conſenſu prohibitus eſt. Si quis mactaverit animal, aut avem die feſto, Schola Schamai dicit, fodiat paxillo, & contegat. Schola Hillelis dicit, non mactabit niſi ei ſit pulvis paratus. Conveniunt autem, quod ſi mactaverit, fodiendum ſit paxillo, & contegendum, nam pulvis furni jam paratus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מודים שהיא מותרת *Omnes conveniunt quod id licitum ſit*, hoc intelligendum eſt ſi ſciat pecudis iſtius menſes completos eſſe. האפרוח שיצא מן הביצה *Pullus qui exiit ex ovo*, quia avis repens eſt prohibita. השוחט *Qui mactaverit*, ſi quis animal aliquod aut avem die feſto mactare velit, & de hoc Senatum conſulat, quid ei reſpondebit? Schola Schamai dicit quod huncce hominem docere debeat ut ab initio mactet, & paxillo effodiat die heſterno terræ infixo, nimirum, ut paxillum e terra evellat ubi eum infixit, terram ſimul eruat, & contegat; dummodo paxillus terræ molli infixus ſit, ut contegi poſſit ſanguis, & non deſit terræ confoſſio.

שעפר כירה מוכן הוא *Nam cinis furni paratus eſt*, hoc non referendum eſt ad verba Scholæ Schamai & Scholæ Hillelis, ſed res ſingularis eſt, nimirum, quod cinis furni paratus ſit. Sed hoc intelligendum eſt duntaxat quum jam factus ſit cinis a die feſtum antecedente; ſin ipſo die feſto cinis factus ſit, prohibitus eſt, quia dici nequit quod illius intentionem habuit a die antecedente. Si vero adhuc caleat ut ope illius aſſari poſſit ovum, licitum eſt eo contegere; nam cum cinerem illum movere poſſit ad movendum ovum, ſumat quoque eundem, & contegat cum ipſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוחט *Qui mactaverit*, non vult, qui mactando transgreſſus fuerit; ſed hoc vult, ſi quis mactare velit & nos roget quomodo mactandum ſit die feſto, quid ei reſpondendum ſit? Schola Hillelis reſpondet quod non mactabit niſi dum ei ſit pulvis paratus, cum locus a veſpera feſti jam deſtinatus eſſe debeat. Cæterum quod auctor dicit, *conveniunt quod ſi mactaverit, fodiendum ſit paxillo, & contegendum*, intelligendum eſt ſub duabus conditionibus, quarum una eſt quod hicce paxillus terræ infixus eſſe debeat, & eum evellat ope iſtius infixionis quando eum extrahit; Secunda eſt quod terra debeat eſſe mollis, non dura nec craſſa. Quod autem Schola Schamai dicit quod ab initio fodiendum ſit & contegendum, id hiſce dixerunt conditionibus. Cæterum de cinere fornacis non diſſentiunt, ut dicant quod conveniunt; ſed verborum initium eſt, quibus nos docet cinerem jam paratum eſſe, & ope ejuſmodi cineris licitam eſſe mactationem; ſub hac tamen conditione, ut ſit cinis diei feſtum antecedentis. Verum ſi ignem accenderit die feſto ad coquendum ope illius, & cinis factus fuerit, non licet eo tegere, niſi tam calidus ſit ut ovum in eo coqui poſſit, nam cum aptus ſit ad coctionem, etiam ipſum movere licet, & ope illius contegere. Sed poſtquam frigefieri inceperit, non licet eum movere, quia natus eſt, quemadmodum hoc ex fundamento conſtituimus in principio tractatus Beza, ubi hæc Miſna expoſita eſt, ut & ea quæ præceſſit.

ג בית שמאי אומרים הפקר (ס״א) לעניים הפקר ובית הלל אומרים אינו הפקר עד שיופקר אף לעשירים כשמטה כל עומרי השדה של

3. Schola Schamai dicit, quod commune eſt pauperibus, id commune eſt. Schola Hillelis dicit, non eſt commune niſi donec factum ſit commune etiam divitibus, ſicuti in anno Remiſſionis. Si ſinguli agri manipuli confecerint

של קב קב ואחד של ארבע קבין ושכחו בית שמאי אומרים אינו שכחה ובית הלל אומרים שכחה :

Cabum, unus autem quatuor Cabos, eumque oblitus fuerit, Schola Schamai dicit, non eſt oblivio; Schola Hillelis dicit, eſt oblivionis manipulus.

R. OB. DE BARTENORA.

הפקר לעניים הפקר *Quod commune eſt pauperibus, id commune eſt*, ſi quis communis quicquam juris reddiderit, id juri communi obnoxium eſt, & non obligatur ad ſpicilegium, oblivionem, nec angulum, neque ad decimas, quia Lex de ſpicilegio & angulo dicit Levit. 19 10. לעני ולגר תעזב אתם Hinc colligitur aliam eſſe relictionem quæ eſt communis, & iſti ſimilis, nimirum, ſicuti hæc ſit pro pauperibus, & non pro divitibus, eodem modo ſit communis pro pauperibus. עד שיפקיר לעשירים כשמטה *Niſi donec commune factum fecerit pro divitibus ut in anno Remiſſionis*, eo quod ſcriptum eſt Exod. 23. 11. והשביעית תשמטנה ונטשתה Hinc colligitur quod alia ſit relictio quæ communis eſt, ſicuti in anno ſeptimo, ut enim anno ſeptimo omnia erant communia tam pauperibus quam divitibus, ſic etiam id quod commune eſt, pro pauperibus & divitibus debet eſſe commune. *Si ſinguli agri manipuli confecerint Cabum &c.* Sed unus confecerit quatuor Cabos, eumque oblitus fuerit, hic ſit oblivionis manipulus; ſi plus comprehenderit, non eſt oblivionis manipulus. Sic etiam, ſi ſinguli manipuli duos Cabos comprehenderint, & unus octo Cabos, eumque oblitus fuerit, hic ſit manipulus oblivione relictus; ſin plus, non eſt talis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo tractatus Pea, id quod commune eſt in uſum omnium, non teneri angulo nec decimis; qui vero quicquam commune fecerit in uſum pauperum duntaxat, de hoc dicit Schola Schamai, quod commune ſit, idque non obligatum eſſe ad angulum, & ſimilia; & hoc colligunt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 19. 10. לעני ולגר תעזב אתם Hinc dicunt illam eſſe relictionem pro pauperibus, & non pro divitibus. Schola Hillelis rem colligit ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 23. 11. תשמטנה ונטשתה Hinc dicunt alia datur relictio quæ, huic ſimilis eſt.

ד העומר שהוא סמוך לגפה ולגדיש ולבקר ולכלים ושכחו בית שמאי אומרים אינו שכחה ובית הלל אומרים שכחה :

4. De manipulo prope maceriem omiſſo, aut prope acervum, vel bovile vel inſtrumenta, Schola Schamai dicit, non eſt oblivionis manipulus. Schola Hillelis contra ſtatuit.

R. OB. DE BARTENORA.

גפה Eſt maceries, quæ lapidibus conſtructa eſt. וכלים *Et inſtrumenta*, ſcilicet aratoria. *Schola Schamai dicit, non eſt oblivionis manipulus*, controverſia inter Schamai & Hillel eſt de manipulo quem nonnemo accepit ad deferendum illum ad civitatem, ſed cum depoſuerit ad latus acervi, ibique oblitus fuerit, tum Schamai ſtatuit quod is non ſit oblivionis manipulus, cum jam acquiſivit ipſum; Hillel dicit, eſſe oblivionis manipulum. Aliter, *Schamai dicit, non eſt oblivionis manipulus*, licet non acceperit manipulum, tamen non cenſetur oblivione relictus; nam ſi eum poſuerit prope rem aliquam ſignatam, tum de illo inter ſe convenire debent. *Schola Hillelis dicit eſſe oblivionis manipulum*, quamdiu nondum ſumpſerit eum, ſed concedit Schola Hillelis quod non ſit oblivionis manipulus, ſi ſumpſerit eum & poſtea oblitus fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גפה Eſt ſepimentum agri. גדיש Eſt manipulorum meta. כלים Sunt inſtrumenta aratoria. Sed in Gemara jam expoſitum eſt quod doctores diſſentiunt quando quis manipulum ceperit, ut eum deferat, & poſtea ipſum alicubi depoſuerit, atque oblitus fuerit, Schola Schamai dicit, quoniam eum cepit, idcirco acquiſivit; quem vero oblitus fuerit poſtea, is non eſt oblivionis manipulus; Schola Hillelis contra ſtatuit. Verum ſi nullatenus eum ceperit, non diſſentiunt an ſit oblivionis manipulus. Cæterum hæc Miſna & quæ præceſſit, jam expoſitæ ſunt in tractatu Pea capite ſexto.

ה כרם רבעי בית שמאי אומרים אין לו חומש ואין לו ביעור ובה"א יש לו (חומש ויש לו) (וס"א ר"נ א"א יש לו) ביעור בית שמאי אומרין יש לו פרט ויש לו עוללות והעניים פודים לעצמן ובית הלל אומרים כולו לגת :

5. De vinea anni quarti Schola Schamai dicit, non tenetur ad quintam, neque ad remotionem: Schola Hillelis dicit, tenetur. Schola Schamai dicit, tenetur ad acinos deciduos, & ad racemationes, & pauperes pro ſe ipſis redimunt. Schola Hillelis dicit, omnia pro torculari.

R. OB. DE BARTENORA.

כרם רבעי *Vinea anni quarti*, cujus fructus redimendi ſunt ſi quis eos comedere velit extra Jeruſolymam; idem intelligendum eſt de omni arbore frugifera. אין לו חומש *Non tenetur ad quintam*, nam Lex de hac non connotat quod poſſeſſor addet quintam, quemadmodum notavit de decimis ſecundis.

אין לו ביעור *Neque ad remotionem tenetur*, vineæ iſtius fructus non removendus eſt e domo veſperi ante Paſcha in anno quarto & ſeptimo, quando decimæ removentur. *Schola Hillelis dicit quod tenetur*, nam illa putat ex ſimilitudine vocum קדש קדש quæ de decimis & plantis anni quarti dicuntur, colligendum eſſe, quod ſicuti decimæ ad quintam tenentur, ut & ad remotionem, ſic etiam anni quarti vinea tenetur ad quintam & remotionem e domo; Hillel vero hæc non colligit e paribus vocibus.

יש לו פרט ויש לו עוללות *Tenetur ad deciduos acinos & racemationes*, quia ejuſmodi vineam cæteroquin profanam eſſe

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod hic dixerunt de anni quarti vinea, id etiam de cæteris arboribus ad præputium obligatis intelligendum eſt; ſed exempli gratia de vinea tantum locutus eſt auctor. De quarti anni planta dixit Lex Levit. 19. 24. קדש הלולים Et de decimis dixit etiam Lex קדש ליהוה Hinc Schola Hillelis colligit unius ſanctitatis ſenſum ab altero ex ſimilitudine vocum; & jus decimarum exinde docent, nempe, ut addatur pars quinta, ſi quis eas ſibi redemerit, quemadmodum Lex dicit Levit. 27. 31. Præterea vinea anni quarti ad remotionem tenetur, nempe, quod ea e domo removenda ſit poſtquam negotium illius peractum fuerit, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus Maaſer Scheni ſive de decimis ſecundis; & hoc eſt quod Lex dicit Deut. 26. 13 בערתי הקדש מן הבית Et propterea non obligatur ad deciduos acinos, & racemationes, quia decimis aſſimilantur. Sed non calcant omnia, nec Jeruſolymæ comeduntur, uti decimæ ſecundæ, quemadmodum expoſitum

eſſe ſtatuebant. והעניים פודין לעצמן *Et pauperes ſibi redimant*, deciduos acinos & racemationes quas collegerint, eaſque comedant ſuo loco, & argentum adferant Jeruſolymam.

בית הלל אומרים כולו לגת *Schola Hillelis dicit, omnia pro torculari*, quia ex iis quæ de decimis dicta ſunt, id colligit, & putat quod decimæ ſecundæ ſunt bona Dei, ideo pauperes non ſunt earum participes; ſed deciduos acinos calcare licet cum cæteris uvis, & poſſeſſores debent omnia Jeruſolymam adducere.

ſitum eſt capite ſeptimo tractatus de Angulo. Schola Schamai putat quod de iſthac vinea nullum illiuſmodi jus intelligi debeat, quia in Lege de illa nihil dictum eſt. Cæterum conſtituerunt eam in bona poſſeſſorum, attamen Jeruſolymæ comedenda. Propterea pauperes pro ſe rediment acinos deciduos & racemationes ad comedendum eos in terra ſua, & nummi exinde reliqui ſunt ut conſumantur Jeruſolymis; hæc Miſna quoque extat capite ſeptimo tractatus de Angulo, & capite quinto de Decimis Secundis.

ו חבית של זיתים מגולגלים בית שמאי אומרים אינו צריך לנקב ובית הלל אומרים צריך לנקב ומודים שאם נקבה וסתמוה שמרים שהיא טהורה הסך בשמן טהור ונטמא ירד וטבל בית שמאי אומרים אף על פי שהוא מנטף טהור ובית הלל אומרים כדי סיכת אבר קטן ואם היה שמן טמא מתחלתו בית שמאי אומרים כדי סיכת אבר קטן ובית הלל אומרים משקה טופח רבי יהודה אומר משום בית הלל טופח ומטפח :

6. Dolium olivarum conditarum quod attinet, Schola Schamai dicit, non id perforandum eſt: Schola Hillelis dicit, perforandum eſt; conveniunt autem in hoc, quod ſi perforatum ſit, & feces foramen occluſerint, mundum ſit. Si quis unxerit ſe oleo puro, & deinceps pollutus fuerit, & deſcenderit ac ſe laverit, Schola Schamai dicit, licet ſtillaverit, tamen mundus eſt. Schola Hillelis dicit, ſit menſura unctionis membri parvi. Si oleum ab initio pollutum ſit, Schola Schamai dicit, ſit menſura unctionis membri parvi. Schola Hillelis dicit, liquoris qui humectat. R. Jehuda dicit in nomine Scholæ Hillelis, quod humectat atque humidum reddit.

R. OB. DE BARTENORA.

מגולגלים *Convolutarum*, conditarum ſale, ut diſponantur. אינו צריך לנקב *Non perforandum eſt*, dolium ſcilicet, etſi enim humor ex iſtis olivis exiens, ſuper eas natet, tamen is non diſponit illas ad immunditiem contrahendam, quia poſſeſſor non vult ut humor ille exeat; requiritur enim ut humor ſit ad beneplacitum ipſius, quemadmodum extat Levit. 11. 38. וכי יותן מים על זרע *Quum data fuerit aqua ſuper ſemine*, & e voce, *data fuerit* colligimus, quod ſicuti ex beneplacito dat quiſquis dat, ſic etiam ſi ab alio detur, ex beneplacito ipſius detur.

צריך לנקב *Perforandum eſt*, agendum eſt aliquid quo poſſeſſor oſtendat ſententiam ſuam, quod olivis innatat, non eſſe ex beneplacito, & quod vult ut exeat per foramen illud quod in dolio fecit. שהיא טהורה *Quod id mundum ſit*, nam cum dolio foramen fecerit, jam oſtendit non eſſe beneplacitum ipſius, & humor iſte non diſponit eas ad immunditiem contrahendam.

ואף על פי שהוא מנטף טהור *Et quamvis deſtillet, tamen mundus eſt*, licet oleum effluat e carne illius poſtquam laverit ſe, tamen purus eſt. כדי סיכת אבר קטן *Menſura unctionis membri exigui*, ſi ex oleo ſuper carne illius non ſit plus quam membri exigui ungendi copia, tum mundus ſit; ſi vero plus ſit quam hæc menſura, immundus ſit ob oleum quod pollutum eſt quando ille polluebatur, & ſuper cornua illius remanebat, atque polluebat, liquor vero in lavacris non accipit puritatem, ſed aqua tantum mediante fluxu qui השקה dicitur.

כדי סיכת אבר קטן *Si tantum ſit quantum ad parvum membrum ungendum ſufficit*, tum purum ſit, ſi vero plus ſit, immundus eſto. משקה טופח *Liquor qui humectat*, quando in palma tantum fuerit liquoris, ut, ſi ea alteram manus palmam tetigerit, humor adhæreat ei; cæterum quæſtionis deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat nobis fundamentum eſſe quo tenemus quod edulia non polluunt, niſi poſtquam diſpoſita fuerint ad munditiem recipiendam ope alicujus e ſeptem liquoribus, quemadmodum capite ultimo tractatus Machſirin expoſitum eſt, ubi etiam exponitur quod muria olivarum diſponit ad immunditiem recipiendam. Præterea unum e fundamentis eſt in diſpoſitione ad immunditiem, ne ea fiat invitis poſſeſſoribus, quemadmodum Deus benedictus præcipit Levit. 11 38 וכי יותן מים על זרע ubi dicitur יותן *Data fuerit*, unde Traditione colligimus, uti id quod quiſpiam det, ex beneplacito dare, ſic etiam id quod datum fuerit, & beneplacito datum eſſe. Cæterum quum ſal in olivas immiſſum fuerit, eaſque dolio impoſuerint ut condiantur, non dubium eſt quia illud condimentum exeat cum illis, & olivæ condiantur in eo; Schola Schamai dicit quod non requiritur ut dolium perforetur, ut diffluat aqua ex olivis prodeuntes, licet enim hæc eas comprimat & humectet, & ſit in eorum genere quæ ad immunditiem diſponunt, tamen cum ſcopus illius non ſit ut macerentur, neque in hoc ſit commodum illius, non diſpoſitæ ſunt olivæ ad immunditiem contrahendam. Schola Hillelis dicit, quamdiu dolium non eſt perforatum, tamdiu ex beneplacito macerantur; nam notum eſt quod aquæ eas conjungunt & macerant, & quod eæ ſunt ex iis rebus quæ ad immunditiem recipiendam diſponunt. Quod vero dicit, *mundus ſit*, vult, quod illarum aquarum ope olivæ non ſunt diſpoſitæ ad munditiem recipiendam, quandoquidem poſſeſſor foramen aliquod in dolio fecit, atque ſignificavit, quod nolebat ut maceratio conjungeret; & quamvis foramen fecibus obtuſum ſit, & aquæ conjunguntur, tamen non diſponunt ad immunditiem contrahendam, cum hoc non fiat ex beneplacito illius. *Etſi deſtillet*, nam oleum ex dolio deſtillat. Schola Hillelis dicit, ſi ſit oleum e corpore illius in ea quidem menſura ut parvum membrum ope illius ungi poſſit tantum, quod eſt digitus manus minimus; verum ſi major ſit copia, immundum eſt, ob oleum quod pollutum eſt quum hoc immundum fiebat, & ſuper corpus illius remanebat. Cæterum liquores illius immundi non purificantur aquis balnei, ſed aqua duntaxat, quemadmodum capite quarto tractatus Machſirin expoſitum eſt.

ז האשה מתקדשת בדינר ובשוה דינר כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים בפרוטה ובשוה פרוטה וכמה היא פרוטה אחד משמונה באיסר האיטלקי בית שמאי אומרים

7. Mulier deſpondetur denario, & pretio denarii, ita Schola Schamai. Sed Schola Hillelis ſtatuit Pruta, vel pretio Prutæ; ſed quanti valet Pruta? Octavam Aſſarii Italici partem. Schola Scha-

אומרים פוטר הוא את אשתו בגט ישן ובית הלל אוסרין איזהו גט ישן כל שנתייחד עמה אחר שכתבו לה המגרש את אשתו ולנה עמו בפונדק בית שמאי אומרים אינה צריכה ממנו גט שני ובית הלל אומרים צריכה ממנו גט שני אימתי בזמן שנתגרשה מן הנשואין אבל אם נתגרשה מן האירוסין אינה צריכה ממנו גט שני מפני שאין לבו גס בה :

Schamai dicit, liberet quiſque uxorem ſuam divortio veteri. Schola Hillelis prohibet. Sed quodnam eſt divortium vetus? Si maritus ſolus ſit cum uxore ſua poſtquam literæ divortii conſcriptæ ſint. Si quis uxorem ſuam repudiaverit & dormiverit cum deſponſa, Schola Schamai dicit, non opus eſt divortio ſecundo. Schola Hillelis dicit, opus habet. At quando? quando a nuptiis repudiata fuerit; ſi vero a deſponſatione repudiata fuerit, divortio ſecundo non opus eſt, quia cum ipſa nondum conſuetus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

תשורת דינר *Denario & pretio denarii*, pondus denarii eſt nonaginta ſex granorum hordeaceorum ex argento. פרוטה *Pruta*, eſt dimidium grani hordeacei ex argento. *Aſſarius* eſt pondus quatuor granorum hordeaceorum ex argento, & cognominatur *Italicus*, quia moneta erat Italica.

גט ישן *Divortio veteri*, quemadmodum inferius exponitur, nempe ſi maritus prius divortii literas conſcripſerit uxori ſuæ, & poſtea cum ipſa fuerit ſolus, Schola Schamai dicit quod id non prohibitum ſit propterea quod dicant alii, divortium præceſſiſſe filio ipſius, ſi divortii literæ per annum vel biennium inter ſcriptionem & dationem detentæ fuerint, & filius interea temporis natus fuerit, poſtea vero eam repudiaverit. Quum ergo viderint tempus divortii præceſſiſſe nativitatem filii, alii putabunt divortium uxori datum eſſe ab tempore ſcriptionis, & idcirco deturpatum eſſe, & natum eſſe filium e cœlibe; deciſio juris eſt quod maritus non repudiabit uxorem ſuam cum divortio veteri; & ſi id fecerit, & poſtea maritus in aliam urbem profectus fuerit, uxor de induſtria nubere poteſt alii.

ולנה עמו בפונדק *Et illa pernoctaverit cum eo in diverſorio*, ſi teſtes dixerint quod ſoli in loco ſolo fuerint, etſi non coiverint, Schola Hillelis putat teſtes loci ſolitarii etiam coitus teſtes eſſe, & neminem inire coitum illegitimum cum legitimum inire poſſit; & propterea ipſum deſponſaſſe ſibi ipſam coitu. Schola Schamai dicit, teſtes iſtos non prius coitus teſtes dici poſſe quam coitum viderint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo tractatus de ſponſalibus, quod denarius nonaginta ſex grana hordeacea argentea valet, qui Arabice דרהם dicitur. *Aſſarius* vero quartam Mehæ conficit; denarius autem ſedecim argenteos; & ſecundum hancce computum Aſſarii pondus erit quatuor granorum hordeaceorum ex argento. Audivi autem a domino patre meo, qui id audiverat ſemper a magiſtris ipſius, eſſe granum hordeaceum id quod Arabice חבה dicitur, & quo librant.

גט ישן *Literæ repudii veteres*, hæ ſunt, ſi quis uxori ſuæ conſcripſerit literas divortii, & poſtea denuo vixerit cum ipſa, manente cum ipſo divortio, & tandem eam omnino repudiaverit traditis uxori literis divortii primis Schola Hillelis prohibet, quia timendum eſt ne divortium præcedat nativitatem filii, quoniam fieri potuiſſet ut ei filius naſceretur poſt ſcriptionem libelli repudii. Schola Schamai hæc non curat; ſcias ergo deciſionem juris qui uxorem ſuam repudiaverit cum divortio veteri, eam de induſtria nubere poſſe alii ope iſtius divortii, ſicuti exponimus in tractatu de divortiis.

ולנה עמו בפונדק *Et pernoctaverit cum illa in diverſorio*, quod ita intelligendum eſt ſi duo illic fuerint teſtes quod iſto ſolus fuerit cum iſta; Schola Hillelis dicit, teſtes loci ſoli etiam coitus eſſe, perinde ac ſi coram ipſis coiviſſent; ſed neminem libenter illegitime congredi cum id fieri poſſit legitime, ope coitus præſentibus teſtibus. Schola Schamai dicit requiri teſtes coitus. Sed hæc Miſna jam a nobis expoſita eſt capite quinto de divortiis. Quod autem nos dicimus neminem inire coitum illegitimum, ita intelligendum eſt quod is in præſentia aliorum in nomine fornicationis congredi non ſolet, cum aliter facere poſſit; & hæc bene intelligenda ſunt quia magni ſunt momenti ad alia quoque comprehendenda.

ה בית שמאי מתירין את הצרות לאחים ובית הלל אוסרין חלצו בית שמאי פוסלים מן הכהונה ובית הלל מכשירין נתייבמו בית שמאי מכשירין ובית הלל פוסלין ואף על פי שאלו פוסלים ואלו מכשירין לא נמנעו בית שמאי מלישא נשים מבית הלל ולא בית הלל מלישא נשים מבית שמאי וכל הטהרות והטמאות שהיו אלו מטהרין ואלו מטמאין לא נמנעו להיות עושים טהרות אלו על גב אלו :

8. Schola Schamai æmulas permittit fratribus; Schola Hillelis vetat. Si calceum exuerint ſibi oblatum, Schola Schamai tamen eas ad ſacerdotium illegitimas declarat, ſed Schola Hillelis legitimas. Si leviratus conjugium inierint, Schola Schamai illas ad ſacerdotium aptas, Schola Hillelis vero ineptas declarat. Et quamvis hi ineptas, illi aptas declaraverint, tamen Schamæani non intermiſerunt conjugium cum Hillelæis, nec iſti contra. Sic etiam omnes puritates & impuritates quas hi puras, illi vero impuras dixerunt, non intermiſerunt ab utraque parte pro mundis habere.

R. OB. DE BARTENORA.

מתירין את הצרות לאחין *Permittit æmulas fratribus*, æmula quæ inceſtuoſa eſt, permittunt ut cum leviro nubat; nam Schola non habet rationem illius quod dicitur Levit. 18. 16. אשה אל אחותה לא תקח לצרר Hoc ſenſu, nec fratriam, nec æmulam illius, nec æmulæ æmulam ducet levir. חלצו *Si diſcalceaverint*, nempe æmulæ fratrum; Schola Schamai eas ad ſacerdotium ineptas dicit, quia diſcalceatio earum eſt recta diſcalceatio. *Schola Hillelis eas aptas declarat*, eo quod diſcalceatio earum ſupervacanea

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai dicit quod æmula calceum expedire debet, & ſecundum ſententiam illius repudiata erit quando calceum præbuerit exuendum levir illius, & inepta ad ſacerdotium. Sed ſecundum Scholæ Hillelis ſententiam non eſt repudiata, quia ſe res habet perinde ac ſi levir calceum exuendum præbuiſſet mulieri quæ non fuiſſet fratris ſui, vel quaſi repudiaſſet mulierem quæ ipſius mulier non fuiſſet, & quam illegitimam faciunt, quando æmula illius leviratus conjugium init, quia hæc ſcortatio eſt, ſed ſcortum prohibitum

pervacanea erat, perinde ac ſi extraneo calceum detraxiſſent.

נתיבמו *Si leviris nupſerint*, fratribus, tum Schola Schamai eas aptas ad ſacerdotium exponit, ſi per leviros ſuos viduæ factæ fuerint. *Schola Hillelis eas ineptas dicit*, quia communicarunt cum iis qui ipſis prohibiti erant, unde meretrices factæ ſunt, at meretrix ſacerdoti prohibita eſt. *Non intermiſerunt ab utraque parte pro mundis habere* licet filii æmularum quæ ſecundum Scholam Hillelis leviris nupſerunt, ſint ſpurii ſecundum Scholam Hillelis, quia hæ fratribus prohibitæ ſunt ob uxorem fratris ſub pœna excidii; at filii condemnatorum ſunt ſpurii: nihilominus tamen Hillelæi non intermiſerunt conjugia ſua cum Schammæanis; quia notas reddebant eas quæ ex æmulis prognatæ erant, ut abſtinerent ab illis. אילו על גבי אילו *Hi cum illis*, invicem ſcilicet vaſa ſua commodabant.

bitum eſt ſacerdoti, Schamæani & Hillelæi non ſeparabant ſe a conjugio contrahendo, quia hi ab illis non timebant ne quicquam licitum redderent illicitum, nec contra; ſed hæc Miſna jam a nobis expoſita eſt in principio tractatus Jevammot.

ט שלשה אחים שנים מהם נשואים לשתי אחיות ואחד מפנה מת אחד מבעלי אחיות ועשה בה מופנה מאמר ואחר כך מת אחיו השני בית שמאי אומרים אשתו עמו והלה תצא משום אחות אשה ובית הלל אומרים מוציא את אשתו בגט והליצה ואת אשת אחיו בחליצה ז היא שאמרו אי לו על אשתו ואי לו על אשת אחיו :

9. Si tres ſint fratres, quorum duo duxerunt duas ſorores, & tertius cœlebs, atque unus e maritis ſororum mortuus fuerit, & cœlebs quiſpiam cum illa ſponſalia fecerit, poſtea vero obierit frater ſecundus; Schola Schamai dicit, uxor illius ſecum eſto, altera vero abito pro ſorore uxoris ſuæ. Schola Hillelis dicit, dimittat uxorem ſuam ope divortii & diſcalceationis, & fratris ſui uxorem cum diſcalceatione; & hoc eſt quod dixerunt, væ ei præ uxore ejus, & væ ei præ uxore fratris ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

מופנה *Cælebs*, liberis deſtitutus. מאמר Idem quod קדושין *Sponſalia*: ſed leviratum non amplectuntur niſi ex inſtitutis Sapientum. אשתו עמו *Uxor illius cum ipſo eſt*, nam Schola Schamai putat eam quæ ſponſalia accepit, repudiatam eſſe, perinde ac ſi jam nupta eſſet. Quando autem leviro obtigerit ſoror poſtea, non eſt prohibita pro ſorore illius quæ ei obnoxia eſt; altera vero ſine diſcalceatione exibit pro ſorore uxoris ſuæ.

מוציא אשתו בגט *Educit uxorem ſuam divortio*, quia מאמר non tantum efficere poteſt quantum ſufficit ad eam nuptæ ſimilem reddendam; hæc vero illam prohibet ut non poſſit haberi pro ſorore illius quæ illi jure leviratus obnoxia, & divortio opus habet ob מאמר quod ex parte duntaxat קדושין *Sponſalia notat*, at קדושין abſque divortii literis non redduntur irrita. Et diſcalceatione quoque opus habet, cum מאמר non ſit perfecta ſponſalia, reſpectu leviratus adhuc ei obnoxia eſt; & propterea diſcalceatio neceſſaria eſt ut ea liberetur; ſed divortium præcedere debet, & deinceps diſcalceatio. אי לו על אשתו *Væ ei præ uxore ſua*, nam divortio dimitti debet. אי לו על אשת אחיו *Væ ei præ uxore fratris ſui*, nam ei calceum exuendum præbeat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מאמר Eſt idem quod קדושין *Sponſalia*; ſed ſponſalia non perfecte acquirunt in leviratu, ſecundum ſententiam Scholæ Hillelis, ut fratria ipſius liberetur pro ſorore uxoris ipſius; idcirco ei calceum præbebit ut a debito liberetur, atque ipſa omni homini licita ſit, divortium vero cum illa faciet ob ſponſalia, quia ſponſalium prohibitio non diſſolvit, ſed divortii litera tantum; & convenit ut primus ei divortii det literas, uti in Miſna dicitur, *dimittit uxorem ſuam cum divortio & diſcalceatione*; ſed hæc Miſna jam expoſita eſt capite tertio tractatus Jevammot.

י המדיר את אשתו מתשמיש המיטה בית שמאי אומרים שתי שבתות ובית הלל אומרים שבת אחת המפלת לאור שמונים ואחד בית שמאי פוטרין מן הקרבן ובית הלל מחייבין סדין בציצית בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין כלכלת השבת בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין :

10. Si quis uxorem ſuam voto excluſerit a congreſſu, Schola Schamai dicit, duas id ſeptimanas duret; Schola Hillelis dicit, unam ſeptimanam. Si quæ obortum fecerit in nocte octogeſima prima, Schola Schamai eam a ſacrificio liberat, Schola Hillelis eam obligat. Sindonem in peniculamento Schola Schamai liberat; Schola Hillelis obligat. Si ficorum caniſtrum voverit, Schola Schamai liberat; Schola Hillelis obligat.

R. OB. DE BARTENORA.

המדיר את אשתו מתשמיש המטה *Si quis voto ſe excluſerit ab uſu uxoris ſuæ*, ſi is dixerit, *uſus congreſſus tui mihi prohibitus ſit*; at ſi dixerit, *uſus congreſſus mei prohibitus ſit tibi*, non prohibita eſt uxor, quia is obligatus eſt ei ex Lege. בית שמאי אומרים שתי שבתות *Schola Schamai dicit, duas ſeptimanas*, ſi duarum ſeptimanarum votum fecerit, expectabit, quemadmodum de illa dicitur quæ fœmellam peperit, quod duas ſeptimanas immunda ſit. ובית הלל אומרים שבת אחת *Schola Hillelis dicit, ſeptimanam unam*, quemadmodum de menſtrua invenimus, quod ſeptem dies immunda ſit, & colligimus id quod plerumque contingere ſolet, nimirum quod indignatio illa qua maritus aliquando contra uxorem ſuam indignari ſolet, & voto ſe ab illa excludere, comprehendat iſtud tempus per quod menſtrua immunda eſt; & non illud per quod uxor quæ fœmellam peperit, immunda eſt, cum hic caſus ſit rarior.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si uni ſeptimanæ aliquid temporis addiderit, educat uxorem & ſolvat ei ſortem dotalem; vel voti ſui ipſum pœniteat, & jusjurandum ſuum ſolvat, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus Ketuvot. לאור שמונים ואחד *Die octogeſimo primo*, quando fœmellam pepererit. Cæterum hujus caſus fundamentum eſt, quod mulier quæ pepererit multos ſimul liberos, unum duntaxat ſacrificium debet, & ſi abortum fecerit, etiam ſacrificium debet, dummodo formam hominis habeat, ſicuti exponitur in principio tractatus Keritot. Lex vero de eo quæ fœmellam pepererit, dicit, poſt octoginta dies adducat ſacrificium; Si vero obortum fecerit in iſtis octoginta diebus, non debet ſacrificium, ſecundum omnium ſententiam, quia intra primi partus tempus res accidit, & obnoxia eſt juri mulieris quæ multos ſimul liberos peperit. Si vero octogeſimo & uno die pepererit, non dubium eſt, quin ad ſacrificium

Schola Schamai putat quod res colligenda ſit ex eo quod maritus ſit in cauſa voti, quo is dilationem congreſſus uxori præcipit, ex partu qui ei accidit ipſo mediante; & non ex eo quod illa ſit menſtrua, cum hoc ſponte ei contingere ſolet. Si vero ultra unam ſeptimanam voverit, ſecundum Scholam Hillelis, vel duas ſecundum Scholam Schamai, educet eam, atque ſortem dotalem ſolvat, licet camelarius ſit, qui ad trigeſimum diem ſaltem officium ſuum conjugale uxori præſtare tenetur; vel nauta qui ſingulis ſex menſibus idem officium uxori ſuæ præſtare debet.

המפלת לאור שמונים ואחד *Quæ abortum fecerit nocte octogeſima & una*, quæ fœmellam pepererit, & octogeſima & una nocte, quæ apta erat ad ſequenti die ſacrificium pro abortu ſuo offerendum. *Schola Schamai eam liberat a ſacrificio*, a partu ſecundo, etiam poſt complementum illius, cum ſit nox, & tempus ſacrificio aptum nondum exierit; nam nocte non eſt ſacrificandi tempus, uti Lex dicit Levit. 7. 38. ביום צותו Idcirco nox illa ſimilis eſt diei impletionis ſacrificii offerendi. *Schola Hillelis obligat* quandoquidem poſt complementum temporis, abortum fecit.

סדין בציצית *Sindon in peniculamento*, ſindon quam nocte induunt, eſt peniculamentum filis hyacinthinis inſtructum, quæ conſtant ▪ lana tincta in ſanguine limacis חלזון dicti, miſcella eſt in ſindone lintea; & cum præceptum illius die obtineat, accidit ut præceptum de peniculamento affirmans pellat negans, quod eſt לא תלבש שעטנז Deut. 22. 11. Sed cum nocte non obtineat præceptum de peniculamento, ſicuti Lex dicit Num. 13. 39. וראיתם אותו excluditur veſtitus nocturnus, & qui peniculamenta veſtiverit Sindone, is tenetur ex præcepto לא תלבש שעטנז Putat autem Schola Schamai quod de ſindone in peniculamento timeat, quod ne quidem de die geſtandum eſt, ob timorem de veſtitu nocturno cujus gratia contra præceptum de miſcellis peccat. Schola Hillelis putat quod hac in parte nihil timendum ſit. כלכלת השבת *Caniſtrum Sabbatinum*, caniſtrum fructibus plenum quod Sabbato dedicaverat, Schola Hillelis ſtatim ad decimationem obligat, etiam ante Sabbatum, nam cum id Sabbato dedicaverit, ſtatim decimationi deſtinatum eſt. Schola Schamai putat quod Sabbatum non deſtinat niſi poſtquam intraverit.

obligetur, quia ſecundus eſt partus, cum primi partus dies jam tranſierint. Sed controverſia inter doctores eſt de ea quæ nocte octogeſima & una abortum fecit, Schola Schamai dicit, rem ſe habere perinde ac ſi abortum feciſſet intra dies purificationis ſuæ, eamque non obligari niſi ad unum ſacrificium quod debet pro partu primo. Schola Hillelis eam ad duo ſacrificia obligat, ad unum ob primum partum, ad alterum propter abortum, quia ſe res habet perinde ac ſi uno & octogeſimo die abortum feciſſet; ſed hic caſus quoque adducitur in tractatus Keritot principio, ibidemque expoſuimus quare controverſia ſit de nocte octogeſima & una ſi mulier pepererit fœmellam, & non de ea quæ abortum fecerit in nocte quadrageſima & una, ſi maſculum pepererit, סדין *Sindon*, eſt linteum aliquod tenuiſſimum quo ſe homines tegunt. Schola Schamai dicit quod non tenetur ad peniculamentum, quia peniculamentum linteum cenſetur שעטנז, ob hyacinthinum quod e lana hyacinthina duntaxat conſtat; & hoc de die licitum eſt, quemadmodum dicitur Num. 15. 39. וראיתם אותו Unde colligimus ſecundum Traditionem quod nox excludat ejusmodi involucrum. Cæterum moris eſt ut nocte utantur ſindonibus, & induant eas noctu, atque ſi ex hyacinthino conſtiterint, verberibus dignus eſt, nam non dicimus, præceptum affirmans propellere negans, niſi die, nam ſe veſtire eſt præceptum quod die obtinet; Schola Hillelis decernit de veſtitu nocturno *Si caniſtrum ficuum Sabbatinum voverit*, ſi ficos Sabbato dedicaverit, & e ficis iſtis reliquum fuerit caniſtrum. Schola Hillelis dicit, quandoquidem fructus iſtarum ficuum pro Sabbato parati erant, fundamentum eſt nobis quod Sabbatum deſtinat decimationem, at hi jam decimationi deſtinati erant, neque de hocce caniſtro vel pro re nata comedere licet, niſi donec eduxerit decimas. Schola Schamai dicit quod non deſtinati ſunt decimationi per hanc dedicationem; ſed caſus jam allatus eſt capite quarto Maaſerot.

יא מי שנדר נזירות מרובה והשלים נזירותו ואחר כך
בא לארץ בית שמאי אומרים נזיר שלשים יום ובית הלל
אומרים נזיר בתחלה מי שהיו שתי כיתי עדים מעידים
(כ״א) אותו אלו מעידים שנדר שתים ואלו מעידות שנדר
חמש ב״שא נחלקה העדות ואין כאן נזירות ובית הלל
אומרים יש בכלל חמש שתים שיהא נזיר שתים :

11. Si quis Naziræatum magnum voverit, & compleverit Naziræatum ſuum; & poſtea ad terram venerit, Schola Schamai dicit, triginta dies Naziræus erit. Schola Hillelis dicit, Naziræus erit ut a principio. Si cui duæ ſint teſtium catervæ quæ de eo teſtantur, hi teſtantur quod duo promiſit, illi teſtantur quod quinque promiſit. Schola Schamai dicit, diviſum eſt teſtimonium, & hic non obtinet Nazyræatus. Schola Hillelis dicit, in quinque comprehenduntur duo, ut ſit Nazyræus duorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר כך בא לארץ *Et poſtea venerit in terram*, nam Nazyræatus in terra Iſraëlis tantum obtinet, ob gentilium terrarum immunditiem, qui vero extra terram Nazyræatus votum fecerit, eum obligarunt ut ſe in terram Iſraëlis conferret, atque ibidem impleret Nazyræatum ſuum. נזיר שלשים יום *Nazyræus triginta dierum*, impoſuerunt ei ut Nazyræatum ordinarium impleat, qui triginta eſt dierum. נזיר כתחלה *Nazyræus ab initio*, requiritur ut in terra Iſraëlis ſolitum obſervet numerum dierum quibus Nazyræatum vovit, & iſtorum dierum quos in uſu eſt extra terram Iſraëlis, nulla habetuř ratio, perinde ac ſi nullatenus eos obſervaſſet. אלו מעידים שנדר שתים *Si teſtantur quod votum fecit duorum*. Duorum ſcilicet Nazyræatuum. ואלו *Et illi teſtantur quod vovit quinque*, hoc ſenſu eo tempore quo vos dicitis duos, nos teſtamur quod quinque promiſit Nazyræatus, licet is dixerit quod nihil vovit. נחלקה העדות *Diviſum eſt teſtimonium*, quandoquidem unus contradicit alteri, ceſſavit teſtimonium eorum, ita ut nullo modo hic teſtimonium obtineat. Schola Hillelis dicit, quod quinque in ſe comprehendunt duos, idcirco ſit Nazyræus duorum Nazyræatuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes concedunt quod Nazyræatus obtinet extra terram Iſraëlis, qui vero Nazyræatus votum fecerit extra terram Iſraëlis, eum obligatum declaramus. Schola Schammai dicit quod ſimplicem Nazyræatum implere debet in terra Iſraëlis, qui eſt triginta dierum. Schola Hillelis dicit quod in terra Iſraëlis ſuſceptum Nazyræatum implere debet, licet centum annorum ſit. שיהיה נזיר שתים *Ut ſit Nazyræus duorum*, ut ſexaginta dies Nazyræatum continuet; ſed deciſio jam pronunciata eſt capite tertio tractatus de Nazyræis.

יב אדם שהוא נתון תחת הסדק בית שמאי אומרים

12. Si quis ſubter fiſſuram conſtitutus ſit, Schola Schamai dicit, non adducit immunditiem. Schola

אינו

la

אינו מביא את הטומאה ובית הלל אומרים אדם חלול הוא והצד העליון מביא את הטומאה :

la Hillelis dicit, homo perforatus eſt, & pars ſuperior trahit immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

אדם שהוא נתון תחת הסדק *Homo qui conſtitutus eſt ſub fiſſura*, ſi exhedræ tectum perforatum & in duo diviſum ſit, & vaſa ab una parte ſint in ea, immundities vero ab altera parte, tum vaſa habenda ſunt pura, quia aër dividit inter utramque partem, ne immunditie afficiantur, & fiſſura efficit ne immundities ad alteram partem tranſeat. Si vero quis illic ſtat in ſolo exhedræ e regione fiſſuræ, *Schola Schamai dicit, non trahit immunditiem*, nam nihil trahit immunditiem niſi id palmi foramen habeat. *Schola Hillelis dicit, homo eſt perforatus*, licet intra ſe contineat inteſtina ſua, tamen foramen interius cenſeatur palmi foramen habere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hicce caſus intelligendus eſt de exhedra perforata, & ab una parte polluta, & ab altera parte vaſis inſtructa, ſi hoc ita contingat, non dubium eſt quin vaſa ſint pura, quandoquidem tectum perforatum eſt, hocce dimidium exhedræ ſeparatum eſt. Si vero e regione fiſſuræ in terra ſit tentorium, quod palmi altitudinem habet, vel ultra, perinde eſt ac ſi aſcendat, idcirco claudendum eſt, cum ſit e regione fiſſuræ, & immundities cum vaſis communicet, & omnia tota ſubter tentorium unum veniant. Si igitur quis ſit ſub fiſſura exhedræ, Schola Schamai dicit, quod immundities non communicatur, quia rei occluſæ ſimilis ſit, ibidemque non ſit foramen quod a ſolo altum eſt. Schola Hillelis dicit quod perforatus ſit, & illius pars ſuperior ſit inſtar tentorii alicujus ſupra inferiorem partem ſolo agglutinata, & quod in altitudine foraminis majus quam palmæ ſit ſpatium, idcirco adfert immunditiem ad alteram exhedræ partem in qua vaſa ſunt; hæc Miſna etiam capite primo tractatus de Tentoriis occurrit.

פרק ה רבי יהודה אומר ששה דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל דם נבלות בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין ביצת הנבלה אם יש כיוצא בה נמכרת בשוק מותרת ואם לאו אסורה כדברי בית שמאי בית הלל אוסרין ומודים בביצה טריפה שהיא אסורה מפני שגדלה באיסור דם עכו״ם ודם טהרה של מצורעת בית שמאי מטהרין ובית הלל אומרים כרוקה וכמימי רגליה אוכלין פירות שביעית בטובה ושלא בטובה כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים אין אוכלין אלא (ס״א ל״ג) בטובה והחמת בית שמאי אומרים צרורה עומדת ובית הלל אומרים אף על פי שאינה צרורה :

Caput. 5. R. Jehuda dixit tres res e levibus Scholæ Schamai, & e gravibus Scholæ Hillelis. Sanguis cadaverum a Schola Schamai munda pronunciatur, ſed a Schola Hillelis immunda. Ovum cadaveris, ſi ſimile quid in foro vendatur, licitum eſt; ſin minus, prohibitum eſt ſecundum ſententiam Scholæ Schamai, at tamen Schola Hillelis prohibet. Conveniunt autem in ovo dilacerato quod prohibitum ſit, quia in prohibitione procreatum eſt. Sanguinem peregrini & ſanguinem mundum leproſi Schola Schamai purum pronunciat. Schola Hillelis dicit, ſalivæ & urinæ illius ſimile eſt. Comedunt anni ſeptimi fructus cum retributione & ſine retributione ſecundum Scholam Schamai. Schola Hillelis dicit, non comedunt cum retributione. Utrem quod attinet, Schola Schamai dicit, ſi colligatus ſtare poſſit; Schola Hillelis dicit, etſi non colligatus ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

דם נבלות בית שמאי מטהרין *Sanguis cadaverum a Schola Schamai purus pronunciatur*, omnino, quia non cenſetur ut cadaver. ביצת הנבלה *Ovum cadaveris*, nam ſi illud inidoneum fecerit inter mactandum, & in eo reperta fuerint ova poſt mactationem, licitum eſt. אם יש כיוצא בה נמכרת בשוק *Si in foro ſimile quid vendatur*, quando teſta ovi iſtius dura fuerit, & perfecta ut reliquorum ovorum teſtæ quæ in foro venduntur. ואם לאו *Sin minus*, ſi non perfecta ſit teſta. אסורה *Prohibitum eſt*, ovum ſcilicet, quia id viſceribus ſuis ſimile cenſetur.

דם נכרי בית שמאי מטהרין *Sanguis peregrini a Schola Schamai purus cenſetur*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 15. 2. דבר אל בני ישראל. Ergo filii Iſraëlis duntaxat fluxu ſeminis pollui poſſunt, at non gentiles. Sapientes tamen de illis decreverunt quod omnibus in rebus ut ſeminiflui habendi ſunt. Schola Schamai putat id quod decreverunt, de ſaliva & urina decretum eſſe, quæ ſunt res vulgares; ſed de ſanguine ſeminifluæ, quæ res non ita vulgaris eſt, nihil decreverunt Sapientes. Nam Sapientes experimentum ceperunt, & ſanguinem gentilis ſeminifluæ non dixerunt immundum, ut cognoſcatur quod immundities gentilis ſit ex decreto Sapientum, ne per iſtam comburatur oblatio prima, nec ſanctitates.

כרוקה וכמימי רגליה *Ut ſaliva & urina*, ſanguis gentilis immundæ ſimilis eſt ſputo & urinæ ipſius, quum humidus, & non ſiccus eſt. Sed hanc differentiam tantum conſtituerunt in gentili, nempe quod ſi Legalis immundities ſit, humidus & ſiccus ſimul pollui debuiſſet; jam vero cum ſi humidus ſit, duntaxat pol-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ביצת הנבלה *Ovum cadaveris*, ſi quis mactaverit avem, eamque inidoneam fecerit inter mactandum, & in ea invenerit ovum, idque perfectum fuerit, & cutis exterior induruerit ut ova quæ in foro venduntur, tum id licitum eſt ut edatur. At ſi vel minima in cute exteriori coagulatio ſit, prohibitum eſt, eo quod ſub viſceribus malum comprehenditur. Sed ovum dilaceratum prohibitum eſt, ob rationem quam dixit. Cæterum nobis fundamentum eſt, quod gentilis non polluit menſtruo ſuo, neque profluvio, quia ſcriptum eſt de profluvio laboranti Levit. 15. 2. דבר אל בני ישראל Ergo filii Iſraëlis profluvio polluuntur, at non gentiles. Sapientes vero de illis ſanciverunt quod in omni re habendi ſint ſeminiflui, & idcirco ex decretis Sapientum ſunt ſeminiflui. Schola Schamai ſanguinem gentilis purum pronunciat ſecundum fundamentum Lege ſtabilitum, & decretum Sapientum ponunt in ſaliva & urina illius, quæ res vulgaris eſt, ut ſit inſtar ſalivæ ſeminiflui, ejusdemque urinæ. Hoc modo cognoſcitur quod ſit res ex inſtitutis Sapientum, cum ſanguis illius ſit mundus; nam ſi eſſet ſeminiflua ex Lege, omnia immunda forent, & ſanguis illius ut ſanguis ſeminifluæ. Schola Hillelis dicit, quod permittimus ſanguinem illius cum ſaliva & urina, & omnia in una immunditie prohibemus, indicio eſt quod res a Sapientum inſtitutis dependet. Cæterum quod auctor dicit, *ut ſaliva & urina*, vult dicere quod polluit dum humet, & non, dum ſiccus eſt; ſed cum ſanguine menſtruæ res aliter habet, de quo in Lege, nam ille polluit ſive humidus ſive ſiccus ſit, ſicuti capite ſeptimo tractatus Nidda expoſitum eſt. *Sanguis purus leproſæ*, eſt ſanguis

quem

pollutur, cognoſcitur quod ſit immundities ex inſtitutis Sapientum.

ודם טהרה של מצורעת *Et ſanguis purus leproſæ*, eſt ſanguis puritatis a leproſa conſpectus inter pariendum poſt ſeptem dies partus maſculini, vel poſt quatuordecim dies fœminini partus. בטובה *Cum retributione*, quatenus is qui comederit, retribuat fructuum proprietario, qui ei conceſſit de fructibus ipſius comedere. ושלא בטובה *Et ſine retributione*, quando ei nihil retribuit. *Non comedunt ſine retributione*, nam fructuum proprietario retribuere debet, quia Deus eos fecit communes. חמת Notat utrem coriaceum. Si hic perforatus fuerit, atque eum obſtruxerit. צרורה עומדת *Colligatus ſtet*, non recepit immunditiem niſi colligatus ſit, & corium obdureſcat ſuper loco colligato, ita ut ſponte ſua ſtet, & contineat id quod ei impoſuerint. אף על פי שאינה צרורה *Etſi non ſit colligatus*, etſi non corrugetur corium, & non dureſcat ſuper loco colligato, nam quandoquidem utrem conſtringit, idcirco immunditiem recipit.

quem mulier leproſa vidit poſt ſeptem dies partus maſculini, & poſt quatuordecim ſi pepererit fœmellam; Miſnæ hujus explicatio quoque occurrit capite octavo Nidda. *Sine retributione*, ſi neceſſaria quoque ei ſuppeditaſſet, vel beneficium ei præſtitiſſet. חמת Eſt vaſculum coriaceum cui peregrinantes in itinere aquas imponunt. Schola Schamai dicit, quod ſi hic uter perforatus, & denuo conſtructus ſit, requiritur ut corium dureſcat in loco ligato, & conſtrictio hæc ita fiat ut uter continere poſſit id quod in ipſo poſitum ſit, & conſervet; & tum utrem immunditiem poſſe contrahere, quemadmodum ab initio. Schola Hillelis dicit, cum conſtrictus ſit, propterea immunditiem recipit, licet corium non contrahatur, nec dureſcat locus colligati foraminis.

ב רבי יוסי אומר ששה דברים מקולי בית שמאי
ומחומרי בית הלל העוף עולה עם הגבינה על השלחן
ואינו נאכל כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים אינו
עולה ואינו נאכל תורמין זיתים על שמן וענבים על
יין כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים אין תורמין
הזורע ארבע אמות שבכרם בית שמאי אומרים קידש
שורה אחת ובית הלל אומרים קידש שתי שורות
המעיסה בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין
מטבילין בחרדלית כדברי בית שמאי ובית הלל
אומרים אין מטבילין גר שנתגייר ערבי פסחים בית
שמאי אומרים טובל ואוכל את פסחו לערב
ובית הלל אומרים הפורש מן הערלה כפורש
מן הקבר :

2. R. Joſe dixit ſex res e levibus Scholæ Schamai, & e gravibus Scholæ Hillelis; cujusmodi ſunt quod volucria una cum caſeo in menſam ponere liceat, at non comedere ſecundum Scholam Schamai. Schola Hillelis dicit, ne ponatur nec comedatur. Separant olivas pro oleo, & uvas pro vino ſecundum Scholam Schamai; at non ita ſecundum Scholam Hillelis. Qui quatuor cubitos in vinea conſeruerit, is ſecundum Scholam Schamai unam lineam conſecraſſe cenſetur, duas vero ſecundum Scholam Hillelis. Maſſam farinaceam Schola Schamai liberat; Schola Hillelis obligat. Lavant in aquis pluviis ſecundum Scholam Hillelis non lavant. Si peregrinus in veſpera Paſchatis proſelytus factus, ſecundum Scholam Schamai ſe lavet, & comedat ſacrificium Paſchatis nocte; ſecundum Hillelem is qui a præputio ſe abſtrahit ſimilis eſt ei qui a ſepultura ſe abſtrahit.

R. OB. DE BARTENORA.

העוף עולה עם הגבינה *Volucria in menſam producunt una cum caſeo*, nam prohibitio illius ex inſtitutis Sapientum eſt. אינו עולה *Ne producatur*, ne quis caſeum cum carne beſtiæ ponat in ollam ferventem, quod ex Lege prohibitum eſt, cum hoc ſit coquere. אין תורמין *Non ſeparant*, (oblationem primam ſcilicet,) ſi quis habeat oleum de quo oblatio prima ſeparanda erat, & olivas de quibus itidem oblatio prima ſeparanda erat, tum de olivis ſeparare non poterit eam menſuram quam de oleo & olivis ſeparare debet, & oleum cum oblatione prima a debito olivarum liberare, eo quod ſcriptum eſt Num. 18.27. כדגן מן הגרן Ergo ſeparandum de eo quod rite perfectum eſt ſuper eo quod rite perfectum eſt, ſed non de eo quod non perfectum eſt ſuper eo quod perfectum eſt.

הזורע ארבע אמות בכרם *Si quis ſeminaverit quatuor ulnas in vinea*, quod eſt ſpatium illud quod relinqui debet inter vineam & ſemen aliud: qui vero intra hoc ſpatium ſeminaverit, unam vineæ lineam conſecravit, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 22.9. Putat autem Schola Schamai quod linea una vocetur *vinea*: ſed Schola Hillelis vult quod duæ ſaltem lineæ dicantur *vinea*; id quod Lex dicit vineæ proventum conſecratum eſſe, de duabus lineis intelligendum eſt. מעיסה eſt farinacea maſſa quam aquæ ferventi induunt, in qua condenſatur. Schola Schamai talem maſſam a debito placentæ liberat, ſed Schola Hillelis obligat; deciſio juris eſt in hocce caſu ſicuti ſcripſimus in principio tractatus de Placenta.

חרדלית Notat aquam ex alto quodam monte defluentem, in qua ſe lavare licet, etſi ab initio uſque ad finem illius quadraginta duntaxat Sata ſint. Schola Hillelis dicit, quod in illa non licet ſe lavare niſi donec in uno loco ſint quadraginta Sata, eo quod חרדלית non purificat niſi in puteo aquæ in unum collectæ. כפורש מן הקבר *Ut is qui a ſepulchro*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Caro avium cum lacte conjuncta ex Lege non prohibita eſt, nihilominus tamen Schola Hillelis dicit, quod hæc in menſam non ponenda ſit, ne quis in peccatum incidat. Dixerunt Sapientes, putaſſet quis perinde ac ſi olivæ ſuper oleo ſeparandæ eſſent, & uvæ ſuper vino, idcirco Lex dicit Num. 18.27. כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב ubi יקב & דגן ſignificant id quod in ſuo genere rite perfectum eſt; ſed hic caſus jam expoſitus eſt in principio tractatus Trumot. Cæterum requiritur ut unusquiſque a vinea quatuor cubitos recedat, & tum olere agrum conſerat, atque hoc eſt ſpatium pro cultura vineæ. Si vero quis ſine intervallo aliquo ad latus vineæ conſeverit miſcellas, dicit Lex Deut. 22.9. פן תקדש המלאה הזרע Schola Schamai dicit quod proventus unius lineæ vocetur vinea, & quod proventus unius lineæ cum iſtis ſeminibus comburendus ſit. Schola Hillelis dicit vineam vocari domum ſi duæ ſint lineæ, & ſecundum ſententiam illius requiritur ut duarum linearum proventus comburatur, & is vocatur *proventus vineæ*; atque hæc jam expoſita ſunt capite quarto tractatus de Heterogeneis. מעיסה Eſt maſſa farinacea in aquam ferventem immiſſa, quam tamdiu volvunt donec in illa condenſata fuerit; ſed hæc maſſa non tenetur ad Scholam Schamai. Cæterum hoc jam expoſuimus in tractatu de Placenta. חרדלית Scribitur cum *He* & cum *Chet*, & compoſita vox eſt e duabus, denotatque montem continuis pluviis detritum, quæ veluti ex alto quodam monte in puteum decidunt, & hæ aquæ ſecundum Scholam Schamai dicuntur fluentes, licet non proveniant e fluvio aliquo; & in his ablui poſſunt vaſa. Schola Hillelis prohibet; ſed hæc ulterius exponentur in tractatu Micvaot capite quinto. *Si peregrinus in veſpera Paſchatis proſelytus factus ſit, Schola Schamai dicit, lavet ſe & comedat ſacrificium*

pulchro ſe abſtrahit. & tertio ac ſeptimo die conſpergendus eſt. Sed Schamai & Hillel diſſentiunt tantum de gentili decimo quarto die ante feſtum Paſchatis circumciſo; Schola Hillelis non concedit illi comeſtionem, ne anno ſequenti polluat ſe, dicendo, anno præterito me ab omni immunditie non purificavi niſi decimo quarto die, lavi me & comedi, idcirco jam quoque lavabo, & comedam: Sed is neſciebat quod anno præterito adhuc gentiliſ erat, qui immunditiei non habet rationem. Schola Schamai putat hac in parte nihil timendum eſſe. Cæterum Iſraëlita circumciſus omnium conſenſu ſe lavet & comedat ſacrificium Paſchale noctè.

cium Paſchale noctè, nam capite octavo tractatus de Paſchate expoſuimus quod de peregrino hæc duntaxat intelligenda ſint. *At ſecundum Scholam Hillelis is qui a præputio ſe abſtrahit, ſimilis eſt ei qui ſe a ſepulchro ſeparat*, nam hæc putat fieri poſſe ut ſequenti ſe polluat, dicendo, ſicuti anno præterito me purificavi, & Paſcha comedi noctè, ita quoque jam me lavabo, & noctè comedam. Sed de Iſraëlita præputiato non dubium eſt quia ſe lavet & deinceps comedat Paſcha noctè.

ג רבי ישמעאל (נ״א רבי שמעון) אומר שלשה דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל קהלת אינו מטמא את הידים כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים מטמא את הידים מי חטאת שעשו מצותן בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין הקצח בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין וכן למעשרות :

3. R. Iſmaël dixit tres res e levibus Scholæ Schamai, & e gravibus Scholæ Hillelis: cujusmodi ſunt, quod Eccleſiaſtes non polluit manus ſecundum Scholam Schamai; ſed juxta Scholam Hillelis polluit manus. Aquæ expiationis quæ præceptum ſuum executæ ſunt, purificant ſecundum Scholam Schamai; ſed polluunt juxta Scholam Hillelis. Nigellam Schola Schamai puram dicit; Hillelis vero impuram, & ſic etiam in caſu decimandi.

R. OB. DE BARTENORA.

קהלת אינו מטמא את הידים *Eccleſiaſtes non polluit manus*, quia Salomonis ſcientiam continet, & per Spiritum Sanctum ab ipſo non conſcriptus. Sed Hillel ſtatuit quod polluat manus, quia putat librum Eccleſiaſten quoque Spiritum Sanctum auctorem habere, & propterea eum polluere manus, quemadmodum reliqui libri Sacri.

שעשו מצותן *Quæ præceptum ſuum executæ ſunt*, poſtquam aquæ iſtæ ſuper immundo conſperſæ fuerint, & purificaverint, ſi de illis quicquam fuderint in hominem, aut in vaſa. קצח *Nigella*, eſt ſemen nigrum quod barbare vocatur ניילו & hoc pani indere ſolent, ne quiſquam cordis dolorem ſentiat. *Schola Schamai eam mundam dicit*, quia non continetur ſub edulibus. *Schola Hillelis immundam dicit*, nam cum eam pani ſolent indere, cæteriſque edulibus, idcirco inter edulia referenda eſt. *Et ſic etiam in caſu decimandi*, id eſt, quemadmodum doctores diſſentiunt in caſu immunditiei; ita quoque diſſentiunt in caſu decimandi, nam is qui nigellam dicit immundam iſta immunditie qua edulia pollui poſſunt, is eam quoque decimationi obnoxiam reddit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod Scripturæ ſacræ polluunt manus; ſed controverſia hic eſt de libro Eccleſiaſtæ, an is hoc in caſu ſit Scriptura ſacra necne; ſed de hoc negotio pluribus capite tertio tractatus Jadaim. Præterea in fine tractatus Para exponetur, quod ſi aquæ expiatoriæ ſuper immundo conſperſæ fuerint, eumque purificaverint, & poſtea diffluxerint e corpore illius in ſolum, aut in pannum, is qui attigerit illas poſtea, non polluitur, eo quod præceptum ſuum jam executæ ſunt. קצח *Nigella* in lingua Arabica vocatur שוניז: Schola Schamai dicit quod non referenda ſit inter edulia, & propterea non polluitur; neque ad decimationem tenetur ob eandem rationem, quod non eſt e genere edulium. Sed ſecundum Hillelem eſt e genere edulium, & ad obligationes tenetur quantum ad decimationem & immunditiem attinet; hic caſus quoque exponetur in fine tractatus Okezim.

ד רבי אליעזר אומר שני דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל דם יולדת שלא טבלה בית שמאי אומרים כרוקה וכמימי רגליה ובית הלל אומרים מטמא (ס״א) לח ויבש ומודים ביולדת בזוב שהיא מטמא לח ויבש :

4. R. Eliezer dixit duas res e levibus Scholæ Schamai, & e gravibus Scholæ Hillelis. Sanguis puerperæ quæ non lota eſt ſecundum Scholam Schamai ſimilis eſt ſalivæ & urinæ illius. Schola Hillelis dicit, polluit humidus & ſiccus. Sed de puerpera feminiflua conveniunt, quod humidus & ſiccus fluxus polluit.

R. OB. DE BARTENORA.

דם יולדת *Sanguis puerperæ*, quæ ſeptem dies ob partum maſculinum, & quatuordecim ob fœmininum expectavit quibus ſe non lavit. בית שמאי אומרים כרוקה וכמימי רגליה *Schola Schamai dicit, eſt inſtar ſalivæ & urinæ illius*, quæ polluunt humida, at non ſicca; ita etiam illius ſanguis polluit humida, non ſicca; cum tamen menſtruæ ſanguis polluat humida & ſicca.

ובית הלל אומרים מטמא לח ויבש *Sed Schola Hillelis dicit, polluit humidum & ſiccum*, quamdiu non ſe laverit, tamdiu ſimilis eſt ſanguini menſtruæ, etiamſi id fiat in diebus munditiei illius.

ומודים ביולדת בזוב *Et conveniunt, de ea quæ in profluvio pepererit*, quod iſta ſeptem dies puros numerare debet ſecundum jus omnium ſeminifluarum; nam ſi non numeraverit, neque laverit ſe, at ſanguinem in diebus puritatis ſuæ ejecerit, polluit humida & ſicca, quia cenſetur ſeminifluæ ſanguis quamdiu non computaverit, neque laverit ſeſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דם יולדת שלא טבלה *Sanguis puerperæ quæ non lota eſt*, eſt ſanguis ille quem poſt ſeptem dies vidit a partu maſculino, & quatuordecim a partu fœmineo, quando octavi diei noctè ſe non laverit, vel decimi quinti diei noctè; nam ſi tunc ſe laverit, abſque dubio ſanguis purus eſt. Schola Hillelis dicit, quandoquidem ſe non lavit, idcirco non liberata eſt a menſtruo ſuo, & humidum ac ſiccum polluit, ſicuti ſanguis menſtruæ. Schola Schamai dicit, quod lotio requiritur ut marito ſuo licita ſit; non autem ut ſanguis puritatis cenſeatur immundus quia ſe non lavit. Scias itaque quod ſi in profluvio pepererit, & ſeptem dies impleti fuerint a partu maſculino, & quatuordecim a fœminino, atque cum iis ſeptem dierum purorum complementum computaverit ſecundum jus omnium ſeminifluarum, at non laverit ſe, ſed poſtea viderit ſanguinem, Schamai eam mundam declarat; ſed Hillel immundam. Et hæc præcipua eorum quæſtio eſt;

eſt; ſed de puerpera in profluvio conveniunt quod ſeptem dies puri non computantur, & quod non lavit ſe, cum ſine dubio a profluvio nondum liberata ſit.

ה ארבעה אחים שנים מהם (ס"א) נשואין שתי אחיות מתו הנשואים לאחיות הרי אלו חולצות ולא מתייבמות ואם קדמו יצאו רבי אליעזר אומר משום (בית שמאי אומרים ס"א) שמאי יקיימו ובית הלל אומרים יוציאו :

5. Si quatuor ſint fratres quorum duo duxerint duas ſorores, & ii qui ſorores duxerint, mortui fuerint, hæ calceum exuant, & non contrahant leviratus conjugium; Si vero anteverterint & nupſerint, exeant. R. Eliezer dicit in nomine Scholæ Schamai, maneant; Schola Hillelis dicit, exeant.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא מתיבמות *Et non contrahent conjugium leviratus*, nam cum ambo leviri obligati ſint ad leviratus conjugium ineundum, primus qui levirationis contrahet, annumeratur fratriæ quæ ipſi vinculo leviratus obnoxia eſt, ut illa ſit inſtar uxoris ipſius. *R. Eliezer dicit in nomine Scholæ Schamai* in Gemara capite tertio tractatus Jevaminot dicit rem contra ſe habere; nam Schamai dicit, exeant; Hillel dicit, maneant; deciſio hæc eſt, quod maneant ſi prævenerint & nupſerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ולא מתיבמות *Et non contrahent leviratus conjugium*, nam quisque e duobus fratribus tenetur ad duas ſorores, perinde ac ſi una ſoror alterius æmula eſſet; propterea nullam ex illis ducet levir: deciſio juris eſt, quod ſi prævenerint & nupſerint, maneant in iſto ſtatu, ſicuti expoſuimus capite tertio tractatus Jevammot.

ו עקביא בן מהללאל העיד ארבעה דברים אמרו לו עקביא חזור בך בארבעה דברים שהיית אומר ונעשך אב בית דין לישראל אמר להן מוטב לי להקרא שוטה כל ימי ולא ליעשות שעה אחת רשע לפני המקום שלא יהו אומרים בשביל שררה חזר בו הוא היה מטמא שער הפקודה ודם הירוק וחכמים מטהרין הוא (ס"א) היה מתיר שער בכור בעל מום שנשר והניחו בחלון ואחר כך שחטו וחכמים אוסרין הוא היה אומר אין משקין לא את הגיורת ולא את שפחה המשוחררת וחכמים אומרים משקין אמרו לו מעשה בכרכמית שפחה משוחררת שהיתה בירושלם והשקוה שמעיה ואבטליון אמר להם דוגמא השקוה ונידוהו ומת בנידויו וסקלו בית דין את ארונו אמר רבי יהודה חס ושלום שעקביא נתנדה שאין העזרה ננעלת בפני כל אדם מישראל בחכמה וביראת חטא כעקביא בן מהללאל ואת מי נידו אליעזר בן חנוך שפקפק בטהרת ידים וכשמת שלחו בית דין והניחו אבן על ארונו מלמד שכל המתנדה ומת בנידויו סוקלין את ארונו :

6. Akibia filius Mahallelis de quatuor teſtatus eſt; dixerunt ei, retracta quatuor res quas docuiſti, tum Senatus patrem te creabimus. Reſpondit iis, præſtat ut per omnes vitæ meæ dies vocer ſtultus, quam ut unicam horam male agam coram Deo, ne dicant, ob dignitatem hæc retractavit. Is immundum dicebat capillitium præfecturæ & ſanguinem viridem; Sapientes vero munda dixerunt. Is permittebat capillitium primogeniti vitioſi deciduum, idque ponebatur in feneſtra, & poſtea mactabatur; Sapientes vero prohibebant. Is dicebat, non dant bibendum aquas amaras peregrinæ, nec ſervæ manumiſſæ; Sapientes dicunt, dant bibendum. Dixerunt ei, contigit aliquando de Carcemitenſi ſerva manumiſſa Jeruſolymis, ut Schemaia & Abtalion ei bibendum dederint. Reſpondit illis, in Dogma ei bibendum dederunt; & excommunicarunt eum, & mortuus eſt in excommunicatione ſua, ſenatusque arcæ illius lapidem impoſuit. Dixit R. Jehuda, procul abſit ut Schemaia excommunicatus fuiſſet, nam atrium non claudebatur cuiquam Iſraëlitæ in ſcientia & timore peccati niſi ei qui ſimilis eſt Akibiæ filio Mahallalelis. Sed quem excommunicarunt? R. Elieſerem Chanochi filium, eo quod is lotionis manuum nullam habuit rationem; quum vero moriebatur, Senatus ad ipſum miſit, & lapidem ſupra arcam illius erexerunt, ut eo docerent, quod quisquis excommunicatus fuiſſet, & in excommunicatione mortuus fuiſſet, arca illius lapidibus diruenda ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

שער פקודה *Pili præfecturæ*, ita vocantur pili in papula; nam papula eos quaſi præficit ſeu carni imprimit, & poſtea abiit, nimirum quod papula ſit in pilo atque in ipſa pili albi, & deinceps papula relinquat iſtos pilos albos, & tandem redeat papula. עקביא בן מהללאל מטמא *Akibia filius Mahallelis immundum declarat*, quandoquidem pili albi in papula redierint, licet hæc plaga jam non ſit ea quæ pilos convertit in albos, tamen immundi cenſeantur.

וחכמים מטהרין *Sapientes vero mundum declarant*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 23. 10. והיא הפכה שער לבן Ergo iſti immundi ſunt pili quos ipſa ſive prima papula in albos

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Amplius videbis id quod in tractatu de Damnis capite quinto dicunt, *quidnam eſt capillitium præcepti?* cui papula eſt in qua continentur pili albi, atque deinceps iterum in loco illo pilos albos intermittit. Nam fundamentum nobis eſt, quod בהרת *Papulæ* immunditiei ſignum ſint pili albi, & quod papula præcedat pilos albos, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 23. 10. והיא הפכה שער לבן Quando nimirum papula prius redierit. Cæterum Acabaia Mahallalelis filius putat ſenſum hunc eſſe, quod papulæ mutatæ ſunt. Sapientes vero iſtum eſſe ſenſum ſtatuunt, quod ipſa papula quæ illos mutavit; atque hunc eſſe ſenſum verborum והיא הפכה nimirum quod ipſa rediit, & non

albos convertit, non vero ii quos altera papula reddidit albos.

מטמא בן מהללאל עקביא הירוק והדם *Sed viridem ſanguinem Acabaia filius Mahallelis impurum declarat*, nam is putat eum eſſe coloris crocei, qui ſanguinum immundorum color eſt, niſi quod is jam corruptus ſit. *Is permittebat primogeniti capillitium*, lanam primogeniti vitioſi deciduam ſacerdoti in uſum concedebat. *Sapientes prohibebant*, nam ſi lanam beſtiæ viventi exciſam permittamus, ſacerdos tempus primogeniti offerendi differet ut interim ei aliquantum lanæ excidat, quomodo is in peccatum incurreret, dum exinde utilitatem capiebat; nam conſecrata illegitima facta non ſunt tondenda, neque cultui divino apta, quemadmodum dicitur Deut. 12. 15. תזבח ואכלת Ergo non tondebis ea. Sed Acabaia permittit, nam cum mactatio ſacerdoti prodeſſe poſſit ad lanam quæ ab ea dependet, acquirendam, ipſa jam peracta, ideo permittit etiam utilitatem capere e lana decidua in feneſtra aliqua poſita. אין משקין *Non dant bibendum*, nimirum aquas pro muliere adulterii ſuſpecta: *Nec peregrinæ, nec manumiſſæ*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 5. 21. לאלה ולשבועה בתוך עמך Hinc excipiuntur iſtæ fœminæ quæ non ſunt e gente Iſraëlitica.

דוגמא השקוה *In dogma ei bibendum dederunt*, quia peregrinæ & manumiſſæ eis aſſimulantur. Alter, revera dabant iis bibendum, ſed ita ſe comparabant quaſi aquas amaras uxori adulterii ſuſpectæ dare vellent bibendas. ונדוהו *Et excommunicarunt illum*, quia Schemajæ & Aſtalionis honorem contemneret. *Nam atrium non claudebatur*, veſperi ante Paſcha quando intrabant atrium ut mactarent, quemadmodum in tractatu de Paſchate dicitur, *dum intrabat prima caterva, claudebant atrii fores, &c.* Eodem modo poſtquam ſecunda & tertia cuſtodia intraſſet. Sed tunc temporis in toto atrio nemo Aſtalioni filio Mahallelis par inveniebatur. ואלו פקפק Eſt idem quod *Spernit.* סיקלו את ארונו *Arcam illius lapidibus petebant*, proprie non obruebant eam lapidibus, ſed unum lapidem alteri imponebant in ſignum quod ſocii illius ab ipſo ſeparati erant.

non altera; & hi pili vocantur שער המקודה; *Capillitium præcepti*, exempli gratia, quaſi papula illud conſtituat in loco ſuo donec redeat ad ipſum. Porro capite ſecundo tractatus Nidda exponetur quod ſanguinis colores ob quos mulier immunda dicitur, ſunt quatuor, quorum unus eſt croco maceratus. Acabaia filius Mahallelis dicit, quod amarillus huic colori ſimilis ſit. Cæterum primogeniti tonſura eſt prohibita, uti dictum eſt Deut. 15. 19. לא הגז בכור צאנך Præterea primogenitum in anno ſuo comedendum eſt, & non differendum ſi perfectum ſit, ſed ſacrificandum ut ſacerdotes illud comedant. Si vero vitiatum fuerit, comedatur ubique intra annum ſuum; idcirco prohibitum eſt vitioſum primogenitum tondere, ne ſacerdos illud retineat, & in anno ſuo non mactet, & propterea ei prohibitum eſt e lana illius utilitatem capere niſi donec mactaverit iſtud. Si vero aliquid de lana ceciderit ante mactationem, Acabaia filius Mahallelis permittit ex ea utilitatem capere poſt mactationem peractam, cum prohibitio ceſſet poſtquam mactatio peracta eſt. Nam cum animal mactatum ſit, prohibitio ab illo remota eſt. Sapientes vero prohibent ob tonſuram, ne ſacerdos detineat ſacrificium; ſed hoc etiam in tractatu de primogenitis exponetur. Porro auctor Miſnicus dicit quod peregrinæ & manumiſſæ aquas adulterii ſuſpectæ non liceat potionandas dare; & poſtquam de Shemaja & Aſtalione exemplum adduxit, oſtendit quod illi ſuſpectæ adulterii aquas revera non dederant bibendas, ſed quod ſe geſſerunt perinde ac ſi aquam adulterii ſuſpectæ potandam darent, cum tantummodo iſtis aquis ſimiles eſſent; nam דוגמא *Similitudinem notat.* Et hoc ita fecerunt quia mulier erat peregrina, & illi peregrini; & quaſi illi noluerunt eam ſeparare, quia religioni Iſraëliticæ addicti erant. Sed hoc durum Sapientibus viſum fuit, & idcirco obmurmurarunt, eoſque excommunicarunt a cœtu Iſraëlis. Cæterum vox פקפק notat id quod ſinidum eſt, & ea utitur hoc in caſu auctor de eo qui lotionem manuum flocci putat, quæ tamen a Sapientibus ſancita eſt, & in Iſraële confirmata, nimirum, quod manus polluere poſſunt ſine reliqua corporis parte, uti in hoc, & in tractatu Jadaim prolixe diximus.

ז בשעת מיתתו אמר לבנו בני חזור בך בארבעה דברים שהייתי אומר אמר לו ולמה לא חזרת בך אמר לו אני שמעתי מפי המרובים והם שמעו מפי המרובין אני עמדתי בשמועתי והם עמדו בשמועתן אבל אתה שמעת מפי היחיד ומפי המרובין מוטב להניח דברי היחיד ולאחוז בדברי המרובין אמר לו אבא פקוד עלי לחבריך אמר לו איני מפקיד אמר לו שמא עולה מצאת בי אמר לו לאו מעשיך יקרבוך ומעשיך ירחקוך:

7. In agone mortis dixit filio ſuo, mi fili, quatuor quæ ego dicebam, retractato; reſpondit ei, ſed quare tu non retractaſti? Regeſſit, ego e multorum ore hauſi, atque iſti quoque e multorum ore, ego inſtiti auditu meo, & iſti ſuo: Verum tu ex ore unius percepiſti, & ex ore multorum; præſtat unius verba relinquere, & multorum verba tenere. Reſpondit, mi pater, præcipito ſociis meis de me; regeſſit, non præcipiam. Dixit porro, forſan aliquem in me defectum inveniſti? Reſpondit ei, non, ſed opera tua te ocius admovebunt, & opera tua te longius amovebunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מוטב להניח דברי היחיד *Præſtat relinquere verba unius*, quia is quoque recepit a multis, atque adeo ipſius verba inſtar multorum erant, idcirco pater dixit ei, *præſtat* &c. nam ſi hoc ſenſu non intellexeris, quare dixiſſet, *Præſtat*? Atque hoc eſt ſecundum Legis præſcriptum Exod. 23. 2. אחרי רבים להטות Neceſſario igitur ipſi relinquenda erant unius viri verba; ſed ratio ob quam dixit, *præſtat*, & non dixit, teneris, hæc eſt, quoniam & ipſe a multis acceperat, uti expoſitum eſt; deciſio non eſt ſecundum Acabaiam Mahallelis filium in omnibus iſtis quatuor rebus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוטב להניח דברי היחיד *Præſtat relinquere verba unius*, at non dixit ei, neceſſe eſt ut hoc agas, cum ipſe noſti fundamentum Legis Exod. 23. 2 אחרי רבים להטות Sed hoc ei dixit, quia is a multis quoque acceperat, ſicuti dixit; at non requiritur ab eo qui Traditione acceperit quicquam, ut id a multis acceptum ſit. Sed quando multi receperunt a multis, & unus a multis, faciendum eſt ſecundum multas qui a multis receperunt, ut ipſa ratio comprobat; clarum eſt quod deciſio ſit ſecundum Acabajam filium Mahallelis.

פרק ו רבי יהודה בן בבא העיד המשה דברים שממאנים את הקטנה ושמשיאים את האשה על פי

Caput 6. R. Jehuda filius Babæ teſtatus eſt de quinque rebus; nimirum, quod parvulos aſſuefaciunt ut conjugium renuant; uxorem vero ut unius teſtis dicto nubat. Porro quod gallinaceus

עד

lapi-

עד אחד ושנסקל תרנגול בירושלם על שהרג את הנפש ועל היין בן ארבעים יום שנתנסך על גבי המזבח ועל תמיד של שחר שקרב בארבע שעות :

lapidatus ſit Jeruſolymis ob homicidium. Et quod vinum quadraginta dierum libatum ſit in altare. Et quod ſacrificium juge matutinum oblatum ſit hora quarta.

R. OB. DE BARTENORA.

שמשיאין את הקטנות *Quod parvulos aſſuefaciebant ad renuendum conjugium*, ſi duo fratres duxerint duas ſorores pupillas, unam adultam & alteram parvulam, ſed adultæ maritus mortuus fuerit, tum ei officium leviri præſtat maritus parvulæ, nam iſtud leviratus vinculum diſpellit conjugium cum parvula, eamque ipſi prohibitam reddit, cum parvulæ conjugium nullius ſit momenti; idcirco docuerunt parvulam ut nuptias renueret, & hæc denegatio primas diſturbat nuptias, atque adeo fratri licet adultæ leviri officium præſtare. Id genus alia occurrunt in tractatu de levirorum Officiis capite tertio. ושמשיאין את האשה *Et quod mulierem ad conjugium adjurant*, ſi uxoris alicujus maritus ad civitatem transmaritimam profectus fuerit, & unus tantum acceſſerit, dixeritque maritum illius mortuum eſſe, hujus dicto conceditur ipſi conjugium cum viro alio. שנסקל תרנגול בירושלם על שהרג את הנפש *Quod gallinaceus occiſus ſit ob homicidium*, qui parvuli cerebrum perforaverat; etſi de bove Lex dicat Exod. 21. 25. כי יגח שור Nam quemadmodum cum bove, ita etiam cum animalibus ac volucribus comparatum eſt. Quoties enim in Lege dicitur *bos*, docemus negotium bovis e bove jure Sabbatico, nimirum, ſicuti id quod de bove dicitur reſpectu Sabbaticæ quietis, etiam de quadrupedibus volucribuſque intelligendum ſit; ſic etiam hoc in loco de omnibus quadrupedibus intelligi debet. שקרב בארבע שעות *Quod oblatum ſit hora quarta*, nam aliquando ob Græcorum anguſtias Iſraëlitis deerant agni ad ſacrificium juge, ita ut ad decimam uſque horam morari debuerint ad ſacrificium juge matutinum offerendum, donec iis Deus aperuiſſet oculos ut in conclavi agnorum duos invenerint agnos; hinc hora quarta ſive decima noſtra demum obtulerunt ſacrificium juge matutinum. Sic etiam de vino quadraginta dierum teſtati ſunt, nam antea illegitimum erat, eo quod vinum torcularis ineptum eſt ut libetur in altare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc teſtimonia omnia ſunt clara, & ſecundum ea fecerunt. In Talmude Jeruſolymitano dicunt, contigiſſe aliquando dum Græci Jeruſolymam obſidione cinxerant, ut Iſraëlitæ duo aurea caniſtra e muro urbis demiſerint, ut eo agnos remitterent Græci; ſed cum illi duos hœdos mitterent, Deus eodem momento Iſraëliti illuminavit oculos, ut duos agnos invenerint in conclavi agnorum; & de hocce caſu teſtatus eſt R. Jehuda filius Babæ.

ב העיד רבי יהושע ורבי נחוניא בן אלינתן איש כפר הבבלי על אבר מן המת שהוא טמא שרבי אליעזר אומר לא אמרו אלא על אבר מן החי אמרו לו והלא קל וחומר ומה מן החי שהוא טהור אבר הפורש ממנו טמא המת שהוא טמא אינו דין שיהא אבר הפורש ממנו טמא אמר להם לא אמרו אלא על אבר מן החי דבר אחר מרובה טומאת החיים מטומאת המתים שהחי עושה משכב ומושב מתחתיו לטמא אדם ולטמא בגדים ועל גביו מדף לטמא אוכלין ומשקין מה שאין המת מטמא :

2. Teſtatus eſt R. Jehoſua R. Nechoniæ filius ex Elinatan e pago Babylonio de membro mortui, quod id immundum ſit; Sed R. Eliezer dicebat, de membro vivi hoc teſtati ſunt. Dixerunt ei, certe eſt conſequentia a minori ad majus; nam ſi vivi membrum quod purum eſt, tamen membrum quod exinde ſeparatum fuit, ſit immundum, nonne fas eſt ut membrum a mortuo ſeparatum ſit immundum, cum ipſe mortuus ſit immundus? Reſponderunt ei, hoc duntaxat de membro vivi hominis dixerunt. Aliter, immundities viventium major eſt mortuorum immunditie, nam vivens polluit cubitum & ſedile ſubter ſe, ad hominem polluendum & veſtes; & polluit quod ſuper hominem eſt ad polluendum edulia & liquores, quæ tamen non polluit mortuus.

R. OB. DE BARTENORA.

על אבר מן המת *De membro mortui*, quod olivam non exæquat, nam olivæ quantitas in mortuo ſemper, ſecundum omnium Doctorum ſententiam polluit, perinde ac ipſe mortuus; & non diſſentiunt niſi de membro minori, quod olivæ quantitatem non habet. לא אמרו *Non dixerunt*, non dixerunt membris quantitatem non eſſe datam niſi de membro vivi tantum; ſed mortui membrum debet habere ſuam polluendi quantitatem.

מרובה טומאת החיים *Immunditiee viventium major eſt*, deſtruit argumentum a minori ad majus quod R. Eliezer fecerat, atque ita dicit; fas eſt ut membrum viri polluat in quantulacunque quantitate, nam ita invenimus quod vivorum immundities major ſit quam mortuorum, quia vivus dum ſimeniſluus eſt, polluit במשכב ובמושב *Cubando & ſedendo*, omnes veſtes ei ſuppoſitas, licet centum fuerint, ut & homines, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15. 5. ואיש אשר יגע במשכבו יכבס בגדיו Porro dicit auctor ועל גביו מדף *Et ſuper ipſo ſe diffundens*, nam omnia vaſa ſuper ſeminiſluo poſita, licet centum fuerint, immunda ſunt immunditie מדף, quæ eſt immundities levis, ſed non polluunt hominem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat de eo quod Lex de ſeminiſluo dixit, quod is nimirum במשכב ומושב *Lectu & ſedili* polluat hominem & veſtimenta; & hoc eſt id quod dicitur Levit. 15 5. Quicquid autem e veſtimentis & vaſis ſuper ſeminiſluo fuerit, licet inter ipſum & illa mille diſcrimina ſint, liquores tamen atque edulia polluuntur immunditie levi, & hoc eſt quod vocant מדף. Hæc autem vaſa aut veſtimenta non polluunt homines nec veſtimenta, ſed edulia & liquores duntaxat. Cæterum de immunditie מדף aliquid collegerunt ex eo quod de ſeminiſluo ſcriptum eſt Levit. 15. 12. וכלי כלי עץ ישטף במים ad hæc quæſiverunt quidnam hic Lex intendat? Scil. an docere velit quod vas aquis abluendum polluit tactu, atqui jam dictum eſt Levit. 15. 7. והנוגע בבשר הזב יכבס בגדיו an vero is qui attigerit vas aqua abluendum, polluatur tactu, etiam non polluatur ipſe tactu? ſi ita ſit res; quamobrem dictum eſt, *& omne vas ligneum*? Propter edulia, potus, & vaſa ſuper ſeminiſluo poſita. Præterea dixerunt, quod iſta verba וכל כלי עץ ישטף במים docent de eo qui ſuper ſe facit מדף. Sed hæc ſtrictim intelligenda ſunt de ſeminiſluo, & iis qui ipſi aſſimilantur, nimirum ſeminiſlua,

hem nec veſtes ut ſeſſio & cubitus ſub ſeminifluo; verùm potus & edulia duntaxat polluunt; vox מרף notat immunditiem levem, & a radice נרף vide Levit. 26. 36. Aliter, notat quoque quod ſe diffundit, nam ſeminiflui odor ſe late diffundit ad vaſa ei impoſita polluenda, etſi non tetigerit ea.

כרח שאין המת מטמא *Quod non polluit mortuus*, nam vaſa mortuo ſuppoſita, non ſunt immunda, niſi primum, ſecundum, & tertium duntaxat, ob jus tangendi, nam vas quod mortuum tetigerit, mortuo ſimile eſt, & vas quod attigerit, fit pater immunditiei; & tertium quod illud attigerit, accipit gradum immunditiei primum. Ulterius vero non polluuntur vaſa, cum illa non recipiant immunditiem niſi a patre immunditiei. Sic etiam neque vaſa ſuper mortuo poſita immunditiem contrahunt, niſi primum, ſecundum, & tertium duntaxat, propter jus tangendi, ſed non propter jus cubandi & ſedendi.

fluus, puerpera, & menſtrua: nam per illa verba לכל המשכב אשר ישכב עליו הזב excipitur immundities mortui, quia cæteroquin non iterum dixiſſet זב *Seminifluus*, mortuus enim non polluit lecto, ut ſeminifluus; & ſi exempli gratia, centum panni ſibi invicem impoſiti ſint, & ſeminifluus ſuper pannum ſuperiorem quicquam emiſerit, omnes centum panni polluti ſunt cubitu; neque pannus carni ipſius proximus hac in parte differt, quando conſederit ſuper eum, a panno in ſolo poſito; atque ita ſe habet caſus immunditiei quæ conſeſſu ſive cubitu contrahitur. Verum ſi mortuum poſuerint ſuper centum pannos, tres tantum polluti ſunt panni, nimirum is qui mortuum tetigit, & ſecundus qui tetigit primum, & tertius qui ſecundum tetigit; omnes vero illi qui poſt tertium ſequuntur, puri ſunt, quemadmodum in tractatu de tentoriis exponitur. Sed mortuus hæc non polluit per modum cubandi, ſed tangendi duntaxat. Sic etiam ſi ſuper ſeminifluo conjecerint centum tegumenta, unum ſuper aliud, ſuperius tegumentum polluitur immunditie מרף, & edulia potusque denuo polluit. Ita etiam quicquid ſupra pannum fuerit corpori illius contiguum, immundum eſt immunditie מרף & edulia ac potus polluit. Verum ſi in mortuum illa tegumenta conjecerint, tria duntaxat proxime polluuntur, uti diximus; ſed hicce caſus quoque adducitur in tractatu Micvaot, & fundamentum illius capite quarto tractatus Zavim. R. Eliezer adduxit probationem ad hoc fundamentum, & ſententiam ſuam retractavit, qua dixerat membrum mortui immundum eſſe, eo quod viventium immundities major eſt mortuorum. Sed neceſſarium eſt ne obliviſcaris quod controverſia illius non eſt de membro mortui quantitatis olivæ, nam olivæ quantitas in mortuo non differt a mortuo: Et omnes doctores in hoc conveniunt nemine contradicente. Sed de membro exiguo diſſentiunt; & nobis hypotheſis eſt quod membris non data eſt quantitas; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ג כזית בשר הפורש מאבר מן החי רבי אליעזר מטמא ורבי יהושע ורבי נחוניא מטהרים עצם כשעורה הפורש מאבר מן החי רבי נחוניא מטמא ורבי אליעזר ורבי יהושע מטהרין אמרו לו לרבי אליעזר מה ראית לטמא כזית בשר הפורש מאבר מן החי אמר להם מצינו אבר מן החי כמת שלם מה המת כזית בשר הפורש ממנו טמא אף אבר מן החי כזית בשר הפורש ממנו יהיה טמא אמרו לו לא אם (ס"א) טמאת כזית בשר הפורש מן המת שכן טמאת עצם כשעורה הפורש ממנו תטמא (ס"א) כזית בשר הפורש מאבר מן החי שכן טהרת עצם כשעורה הפורש הימנו אמרו לו לרבי נחוניא מה ראית לטמא עצם כשעורה הפורש מאבר מן החי אמר להם מצינו אבר מן החי כמת שלם מה המת עצם כשעורה (ס"א) הפורש ממנו טמא אף אבר מן החי עצם כשעורה הפורש ממנו יהיה טמא אמרו לו לא אם (ס"א) טמאת עצם כשעורה הפורש מן המת שכן טמאת כזית בשר הפורש ממנו תטמא עצם כשעורה הפורש מאבר מן החי שכן טהרת כזית בשר הפורש ממנו אמרו לו לרבי אליעזר מה ראית להלוק מדותיך או טמא בשניהם או טהור בשניהם אמר להם מרובה טומאת הבשר מטומאת

3. Olivæ carnis vivi hominis membro ablati quantitatem R. Eliezer immundam dicit; ſed R. Jehoſua & R. Nechonia mundam dicunt. Os quantitatis grani hordeacei membro vivi ablatum immundum dicit R. Nechonia; R. Eliezer & R. Jehoſua mundum dicunt. Dixerunt R. Eliezeri, quid vidiſti ut diceres immundam olivæ quantitatem carnis membro vivi ablatam? Reſpondit illis, invenimus quod membrum vivi ſit inſtar mortui integri, nempe, quemadmodum mortuus polluitur in quantitate olivæ carnis ei ablatæ, ita quoque membrum vivi in quantitate olivæ carnis ei ablatæ polluitur. Dixerunt ei, non, ſi tu mundam dixiſti in olivæ quantitate carnem a mortuo ſeparatam, nam ita immundum dixiſti os quantitatis grani hordeacei ab eo ſeparatum, etiam carnem a membro vivi ſeparatam in quantitate olivæ immundam dices, quandoquidem os ab eo ſeparatum in quantitate grani hordeacei mundum dixiſti? Dixerunt R. Nechoniæ, quid vidiſti ut os in quantitate grani hordeacei ſeparatum a membro vivi immundum diceres? reſpondit ipſis, invenimus membrum vivi eſſe ut membrum mortui integri, ſicut enim mortui os in quantitate grani hordeacei ab eo ſeparatum, eſt immundum, ita quoque os membri vivi ſeparatum in quantitate grani hordeacei, eſt immundum: reſponderunt ei, non; ſi os in quantitate grani hordeacei a mortuo ſeparatum dixeris immundum, nam ita carnem in quantitate olivæ ab eo ſeparatam immundam dixiſti, etiam os in quantitate olivæ a membro vivi ſeparatum dices immundum, quandoquidem carnem ab eo ſeparatam in quantitate olivæ mundam dixiſti? Dixerunt R. Eliezeri, quid vidiſti ut regulas tuas divideres? Nam vel in utraque dicito immundum vel mundum. Reſpondit illis, major eſt carnis immundities quam oſſium, caro enim obtinet in cadaveribus ac ſerpentibus, quod non ita fit in oſſibus. Alia ratio; membrum cui caro eſt uti convenit, polluit tactu, o-

העצמות שהבשר נוהג בנבילות ובשרצים מה שאין
כן בעצמות דבר אחר אבר שיש עליו בשר כראוי
מטמא במגע ובמשא ובאהל חסר הבשר טמא
חסר העצם טהור אמרו לו לרבי נחוניא מה ראית
לחלוק מדותיך או טמא בשנים או טהר בשניהם
אמר להם מרובה טומאת העצמות מטומאת הבשר
שהבשר הפורש מן החי טהור ואבר הפורש ממנו
והוא כברייתו טמא דבר אחר כזית בשר מטמא
במגע ובמשא ובאהל ורוב עצמות מטמאים במגע
ובמשא ובאהל חסר הבשר טהור חסר רוב עצמות
אף על פי שטהור מלטמא באהל מטמא במגע
ובמשא דבר אחר כל בשר המת שהוא פחות מכזית
טהור רוב בנינו ורוב מנינו של מת אף על פי
שאין בהם רובע מטמאין אמרו לו לרבי יהושע מה
ראית לטהר בשניהם אמר להם לא אם אמרתם
במת שיש בו רוב ורובע ורקב האמרו בחי שאין
בו רוב ורובע ורקב :

nere, & in tentorio, ſi deficiat caro, immundum eſt, ſin os deficiat, mundum eſt. Dixerunt R. Nechoniæ, quid vidiſti ut divideres regulas tuas? vel immundus es in utraque, vel mundus in utraque; reſpondit ipſis, major eſt immundities oſſium quam carnis, nam caro a vivo ſeparata, eſt munda, & membrum ab eo ſeparatum, quod inſtar creationis illius fuit, immundum eſt. Alia ratio; caro in quantitate olivæ polluit tactu, onere, & in tentorio, ſi diminuta ſit caro, pura eſt, ſi vero maxima pars oſſium diminuta ſit, etſi pura ſit ad polluendum in tentorio, polluit tamen tactu & onere. Alia ratio; omnis mortui caro non conficiens olivæ quantitatem, pura eſt, maxima pars fabricæ illius, & maxima pars numeri mortui, etſi in iis non contineatur quarta Cabi pars, immunda ſunt. Dixerunt R. Jehoſuæ, quid vidiſti ut ambas mundas diceres? Reſpondit illis, non, ſi dixeritis de mortuo, quod in eo continetur maxima pars, & quarta pars Cabi, & putredo; dicetis etiam de vivo, quod in eo non ſit maxima pars, nec quarta Cabi pars, nec putredo.

R. OB. DE BARTENORA.

כזית בשר הפורש מאבר מן החי *Quantitas olivæ de carne a membro vivi ſeparata*, membrum quod ab homine vivo ſeparatum eſt, polluit, dum membrum ſit integrum, tactu, onere, & in tentorio, ut ipſe mortuus, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19. 16. בחלל חרב או במת Ergo membrum gladio ſeparatum a vivo, ſimile eſt mortuo; & caro a vivo ſeparata non polluit, niſi dum membrum ſit integrum. Si vero quantitatem olivæ ſeparaverit e carne membri hominis vivi, R. Eliezer eam dicit immundam, ſicuti exponit. Sed os mortui quantitatis grani hordeacei polluit tactu, & onere; at non polluit in tentorio, uti ſcriptum eſt Num. 19 18. וכל הנוגע בעצם או בחלל Eſt autem deciſio e monte Sinai quod polluit os dum grani hordeacei quantitatem habet; ſi vero id a membro vivi ſeparatum ſit, R. Nechonia dicit immundum. *Invenimus membrum vivi eſſe mortuo integro ſimile*, quemadmodum colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 19. 16.

אם טמאת כזית בשר הפורש מן המת וכו׳ *Si carnem in quantitate olivæ mortuo ſeparatam dixiſti immundam*, &c. vult, fas quidem eſſe ut caro quantitatis olivæ ſeparata a mortuo; ſit immunda, quia inſuper alii conditioni graviori obnoxia eſt, cum os in quantitate grani hordeacei ab illa ſeparatam, etiam ſit immundum; ſed quomodo pollutam pronunciaremus carnem in quantitate olivæ a vivi membro ſeparatam? hæc enim interrogando legenda ſunt, cum huic conditioni graviori non ſubſit.

שכן טהרת עצם כשעורה הפורש ממנו *Quia ſic purum declaraſti in quantitate grani hordeacei ab illo ſeparatum*, ſicuti Miſna ſuperius dixit, os quantitatis olivæ a membro vivo ſeparatum, R. Eliezer & R. Jehoſua mundum declarant. Et e verbis eorum fecerunt argumentum ad infringendum ea quæ illi attulerunt, ſic etiam id quod attulit R. Nechonia.

שהבשר נוהג בנבלות ובשרצים *Nam caro obtinet in cadaveribus & reptilibus*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 11. 24. וכל הנוגע בנבלתם Ergo ſi attigerit cadaver, non oſſa, nec cornua, nec ungulas, hinc conſtat oſſa non polluere in cadavere. אבר שיש עליו בשר כראוי *Membrum cui caro eſt uti convenit*, membrum tale non polluit, niſi in eo ſint caro, & nervi, ac oſſa, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19 16. או בעצם אדם ſicuti ergo ſit homo in quo caro, nervi, & oſſa continentur, ſic etiam omne id in quo continetur caro, nervi, & oſſa, ſi carni illius quicquam defecerit, attamen tantum reliquum fuerit quantum ad ſanandum ſufficit, & id homini vivo adhæſerit, polluit ratione

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt; ſed requiritur ut ſcias fundamenta a nobis recepto, nam ſecundum iſta fundamenta hujus diſputationis ſenſus probatur; nimirum quod fundamenta de quibus omnes conveniunt, hæc ſunt, quorum primum eſt, quod vivi membrum ſecundum immunditiei jus ſe habet ut jus mortui, uti ſcriptum eſt Num. 19. 16. בחלל חרב או במת Hinc traditione colligimus quod ſcopus verborum חלל חרב hic ſit, quod nempe locus inter gladium & membra dividens ſit ut ipſe mortuus, quia non intereſt inter eum qui gladio percuſſus eſt, & eum qui lapidatus eſt, ſimileſque, qui omnes vocantur mortui. Secundum fundamentum eſt, quod os quantitatis grani hordeacei e mortuo polluit tactu, & onere, ſed non in tentorio, atque hoc eſt quod dicitur Num. 19. 18. וכל הנוגע בעצם או בחלל Cæterum traditione recepimus ſecundum deciſionem in monte Sinai datam, hocce os eſſe quantitatis grani hordeacei. Tertium fundamentum eſt, quod cadaveris oſſa & ſerpentis non polluunt, ſed caro eorum, uti ſcriptum eſt Levit. 11. 24 וכל הנוגע בנבלתם Hinc Traditione colligimus rem intelligendam eſſe de cadavere, & non de oſſibus, neque de cornibus, neque de ungulis, & hoc probatur ex eo quod hic dicitur, *nam caro obtinet in cadaveribus, & in ſerpentibus, quod non ita in oſſibus*. Quartum fundamentum eſt, quod vivi aut mortui membrum, ſi os ab eo ſeparatum ſit, non polluat pro membro, quemadmodum ſcriptum eſt Num. 19. 16. או בעצם אדם nimirum per os quod homini ſimile eſt, quemadmodum conſtat e carne, nervis, & oſſibus, ſic etiam hic intelligenda ſunt oſſa, caro, & nervi; ſi vero nervis careat, carnis mortui ſimile eſt, ſive e mortuo, ſive a vivo ſit; atque hoc eſt quod hic dicitur, *ſi deficiat os, purum eſt*, ſcilicet pro membro purum eſt. Quintum fundamentum eſt, quod caro mortui non conficiens olivæ quantitatem, ſit munda, ita ut nullatenus in ea obtineat immunditiei; os autem licet grani hordeacei quantitatem habeat, tamen polluit tactu, & onere, uti expoſuimus. Sextum fundamentum eſt, quod maxima fabricæ pars, vel maxima pars numeri mortui polluit in tentorio, etſi in oſſibus iſtis non contineatur quarta pars Cabi. Sic etiam quarta Cabi pars in tentorio polluit, licet in menſura iſta non contineatur quarta pars Cabi, neque maxima fabricæ pars, neque maxima numeri pars.

רקב Notat mortui cinerem quæ remanet poſt humorum conſumtionem, oſſiumque diminutionem. Præterea hujusce rei conditiones ſunt, ut mortuus omnino integer ſit ſi ullius

ne membri, & hoc quod dicitur in hac Miſna, *ſi diminutum fuerit, immundum eſt.* Verum ſi de oſſe diminutum fuerit quantulumcunque, non amplius ratione membri polluere poteſt, & hoc eſt quod dicitur, *ſi diminutum fuerit os, purum eſt*, ſcil. pro membro purum eſt; ſed pro carne impurum eſt; & cum ita ſit res, comperimus quod immundities carnis ſit major immunditie oſſium. והיא כבריתו *Et id fuerit ut creatio illius*, ex oſſibus, nervis, & carne. *Caro in quantitate olivæ polluit tactu, onere, & in tentorio*, dixerunt, quia principium creationis humanæ eſt quantitatis olivæ, idcirco immunditiei illius quantitas etiam eſt olivæ. ורוב עצמות *Et maxima oſſium pars*, maxima numeri pars oſſium humanorum, humanorum enim oſſium numerus eſt ducentorum & quadraginta octo, maxima itaque eorum pars erit centum & viginti quinque. *Si diminuta fuerit caro*, ita ut non ſit olivæ quantitas, tum omnino pura eſt, ut pollui nequeat tactu, nec onere, nec in tentorio. *Si maxima oſſium pars diminuta fuerit*, tum polluit tactu, & onere, nam os quantitatis grani hordeacei polluit tactu, & onere, at non in tentorio, ita ut oſſium immunditics major ſit quam carnis immunditics, nam ſi oſſium quantitas diminuta fuerit, remanet tamen immunditics; ſed caro omnino munda eſt, ſi quantitas illius diminuta fuerit. רוב בנינו *Maxima pars fabricæ illius*, ut duo armi, unumque ſemur; ſtructuram vero hominis omnem conficiunt duo armi, ſemora, coſtæ, & ſpina dorſi. *Etſi in illis non contineatur quartarius Cabi*, nam Cabi quartarius oſſium humanorum in tentorio polluit, etſi in illis non contineatur maxima fabricæ pars, nec numeri. Sic etiam maxima fabricæ pars, aut maxima numeri pars polluit, etſi non contineant quartarium Cabi; caro autem ſi minor ſit quantitate ſua, nulla res ei immunditiem aſpergere poteſt. *Si dixeritis de mortuo quod in eo contineatur maxima pars*, &c. fas eſt ut olivæ quantitas carnis, & oſſis grani hordeacei a mortuo ſeparata, polluat, nam invenimus quod in mortuo obtinent graviores conditiones de maxima parte, atque de quarta parte Cabi, & רקב *Putredine*; an propterea dices de vivo in quo non obtinent iſtæ conditiones graviores, non fas eſt ut habeant quantitatem olivæ e carne, neque ex oſſe quantitatem grani hordeacei, quum ſeparata ſunt e membro vivo, ut ſint immunda, ſed munda? deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam. רקב *Putredo*, corpus mortui cujus humores conſumpti ſunt, & quod pulveri ſimile factum eſt; atque hoc polluit in quantitate plenitudinis תרווד, cujus quantitas eſt plenitudo palmorum mediocris hominis duorum. Sed plenitudo תרווד רקב non polluit niſi e mortuo ſit nude ſepulto, & in arca marmorea cum operculo marmoreo tecto, ita ut certo conſtet in eo non eſſe miſcellam putredinis e panno, ligno, aut pulvere. Verum ſi mortuus ſit ſepultus in veſtibus ſuis, aut in arca lignea, aut in pulvere, non obtinet in eo ratio רקב *Putredinis*; neque in mortuo ſepulto & membro aliquo mutilo, ullius membri defectu, & ut nudus in marmorea arca ſepultus ſit, vel in plumbea, ſimilive quæ non corrumpitur, ne cum mortuo commiſceatur id quod diſſolutum fuerit. Si itaque de illo arcæ cinere acceperit quantitatem תרווד רקב quæ duarum manuum ſimul ſumtarum menſura eſt, tum hæc menſura polluit in tentorio. Cæterum horum aliquot fundamentorum mentio jam facta eſt capite ſecundo Tractatus de tentoriis. Et quando horum omnium fundamentorum memineris, omnia hujusce Miſnæ dicta intellexeris; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

פרק ז העיד רבי יהושע ורבי צדוק על פדיון פטר חמור שמת שאין בו לכהן כלום שרבי אליעזר אמר חייבין באחריותן כחמש סלעים של בן וחכמים אומרים אין חייבים באחריותן אלא כפדיון של מעשר שני :

Caput 7. Teſtatus eſt R. Jehoſua & R. Zadoc ſuper redemptione aſini primogeniti mortui, quod in eo nihil continetur ad ſacerdotem ſpectans. Nam R. Eliezer dicebat, tenentur ad cautionem illius, quemadmodum ad quinque ſiclorum filii. Sapientes dicunt, non tenentur ad cautionem illius, ſed redemptionis decimarum ſecundarum ſimilis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

על פטר חמור שמת *De aſino primogenito mortuo*, ſi quis agnum primogenitum ſeparavit ad redimendum eo aſinum primogenitum qui mortuus fuerat poſtea. כחמש סלעים של פדיון הבן *Sicuti ad quinque ſiclorum redemptionis filii*, nam ad filii ſui redemptionem tenetur pater.

וכפדיון מעשר שני *Et ſicuti ad redemptionem decimarum ſecundarum*, ad quarum cautionem non obligatur, ſi perierint; nam pecunia iſta ſecundum Dei præſcriptum Jeruſolymis expendi & conſumi debet, at jam periit. Cæterum R. Eliezeris ratio hæc eſt, quod cæteroquin inveniremus quod Lex de aſino primogenito aſſimilatur hominibus, quemadmodum dicitur Exod. 24. 20. Sapientes vero dicunt id quod dicitur Num. 18. 15. aſſimulari redemptioni generis ſui, non alius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Exod. 34. 20. ופטר חמור תפדה בשה dicit R. Eliezer, aſinum primogenitum comparavit cum homine primogenito. Sapientes vero e loco Num. 18. 15. colligunt eum de aſino primogenito intelligendum eſſe, quemadmodum in Siphri dicitur, ratione redemptionis comparatio inſtituitur, & non aliam ob rationem; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Teſtimonium hocce quoque occurrit in tractatu Bechorot capite primo.

ב העיד רבי צדוק על ציר חגבים טמאים שהוא טהור שמשנה ראשונה חגבים טמאים שנכבשו עם חגבים טהורים לא פסלו צירן :

2. Teſtatus eſt R. Zadoc ſuper juſculo locuſtarum immundarum, quod purum ſit. Nam Miſna prima eſt, quod locuſtæ immundæ cum locuſtis mundis conditæ, non prohibent juſculum earum.

R. OB. DE BARTENORA.

לא פסלו ארת צירן *Non prohibuerunt juſculum earum*, nam de locuſtarum immundarum juſculo indulſerunt, ne illud prohibitum eſſet, quia ei non eſt ſanguis, ſed ſimplex quidam humor; ita Miſna prima. Sed R. Zadoci teſtimonium additum eſt primæ Miſnæ verbis, quod juſculum ſit purum, nam non tantum mixturam prohibet, ſed & ipſum juſculum locuſtarum mundum pronunciat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חגבים Sunt ſpecies locuſtarum; juſculum vero ſive humor earum, non prohibitum eſt, neque id quod e locuſtis immundis provenit, quia locuſtæ non ſunt ex iſtis animalibus quæ ſanguine prædita ſunt. Sic etiam juſculum legitimum eſt, & non aſſimulatur liquoribus immundis, ſed ipſum polluitur; deciſio eſt ſecundum hoc teſtimonium. Hæc Miſna jam allata eſt capite decimo Tractatus Trumoth.

ג העיד רבי צדוק על זוחלין שרבו על הנוטפים שהם כשרים מעשה היה בבירת הפליא ובא מעשה לפני חכמים והכשירוהו :

3. Teſtatus eſt R. Zadoc ſuper aquis fluentibus, quæ multiplicatæ ſunt ſuper iis quæ ſtillant, eas eſſe legitimas. Contigit aliquando caſus in Birat Happeli qui Sapientibus relatus eſt, & ab ipſis probatus.

R. OB. DE BARTENORA.

זוחלין ſunt aquæ fluentes cum ſtillantibus junctæ, quæ juri fluentium obnoxiæ ſunt, & purificant in quantulacunque copia, atque etiam legitimæ ut in iis aquæ expiationis ſanctificentur, & ad aquas lavacri ſeminifluos purificantes.

נוטפין *Stillantes*, hæ aquæ pluviæ ſimiles ſunt, & juri lavacri ſubjiciuntur, ut in quadraginta Satorum quantitate purificent, & in puteo; ſed ineptæ ſunt ad aquas expiatorias, eo quod non ſunt aquæ vivæ, neque ad ſeminifluorum lavacra. Si itaque aquæ fluentes mixtæ fuerint cum ſtillantibus, & fluentes in majori fuerint copia, fruuntur jure fluentium, & idoneæ ſunt ad ſanctificandum in iis aquas expiatorias, & in lavacris ſeminifluorum, atque in quantulacunque purificant quantitate ſi fluentibus admiſceantur. בירת הפליא eſt nomen loci.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זוחלין Sunt aquæ in fluviis riviſque manantes ונוטפין *Et ſtillantes*, ſunt aquæ quæ guttatim diffluunt e fontibus & fluviis, e quibus guttis demum aliqua fit aquarum congregatio. Sed hypotheſis nobis eſt, quod aquæ fluentes ſimiles ſunt fonti, & ſtillantes ſimiles aquarum congregationi. Si vero ſtillantes aquæ conjunctæ fuerint cum fluentibus, & fluentes in majori copia fuerint quam ſtillantes, omnium jure fluentium potiuntur, & idoneæ ſunt ut in iis aquæ expiationis ſanctificentur, quemadmodum capite quinto tractatus Micvaot expoſitum eſt; R. Zadoci teſtimonium clarum eſt.

ד העיד רבי צדוק על זוחלין שקלחן בעלה אגוז שהן כשרים מעשה באהליא ובא מעשה לפני לישכת הגזית והכשירוהו :

4. Teſtatus eſt R. Zadoc de aquis fluentibus ſe eas duxiſſe per corticem nucis, & legitimas eſſe. Contigit aliquando caſus in Ahalia, atque is delatus eſt ad conclave Gazit, quod eum legitimum pronunciavit.

R. OB. DE BARTENORA.

בעלה אגוז *Per folium nucis*, per corticem nucis exteriorem viridem, dum nux adhuc humet, quum illum fecerit in modum cannæ, ut aquæ per eum tranſire poſſint, & ex eo dimanare foras, tum hæ aquæ ſubjiciuntur juri fluentium; nam non dicimus, quandoquidem corticem intrarunt, idcirco receptaculum aquarum habent cortices, & ex iis dimanent foras, quia jam non habent jus fluentium aquarum; quoniam cortex iſte non cenſetur eſſe vas aliquod. *Ad conclave Gazit*, Synedrii magni quod congregatum erat in conclavi Gazit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superius jam diximus quod זוחלין ſunt aquæ fluentes juxta terram. קלוח Eſt aquæ ductus quo aqua de parietibus diffluit; & hoc ſenſu occurrit ſæpiſſime in Miſna & Toſaphta. Dicit itaque, ſi quis duxerit aquas ut per nucis folium diffluant, nimirum per exteriorem nucis corticem viridem, atque e cortice illo in alium locum dimanaverit aqua, jus aquarum fluentium in eo manet ſtatu in quo antea erat; iſti enim cortices, etſi receptaculum habeant, tamen non ſunt vaſa ut jus aquarum ſit ut jus fontis, quem ſuper vaſa traduxerit, cujus quoque meminimus in tractatu Micvaot, capite quinto. Sed fluentium ſimiles ſunt, quæ jure fontis gaudent, & in quantulacunque quantitate purificant, & legitimæ ad aquas expiatorias ſanctificandas, & ad lavacri aquas ſeminifluos purificantes; hæc omnia ſunt jura.

ה העיד רבי יהושע ורבי יקים איש הדר על קלל של חטאת שנתנו על גבי השרץ שהוא טמא שרבי אליעזר מטהר העיד רבי פפיים על מי שנזר שתי נזירות שאם גלח את הראשונה יום שלשים שמגלח השניה יום ששים ואם גילח יום ששים חסר אחד יצא שיום שלשים עולה לו מן המנין :

5. R. Joſua & Jakim Hadarenſis teſtati ſunt de cantharo cineris expiatorii, quod ſi quis eum poſuerat ſuper reptili, immundus eſſet; nam R. Eliezer cinerem mundum dicebat. Teſtatus R. Papias ſuper eo qui votum fecit duplicis Nazyræatus, nempe, quod ſi prior ſe raſerit die triceſimo, alter ſe radet die ſexageſimo; ſi vero ſe raſerit quinquageſimo nono die, ſatisfecit, quia triceſimus dies intrat numerum ſecundi Nazyræatus.

R. OB. DE BARTENORA.

קלל Notat vas teſtaceum in quo cinis vaccæ rufæ aſſervabatur, ita in Targum ad Gen. 24. 16. קולתה על כתפה *Porro dicit auctor*, *ſi poſuerit eum ſuper reptili*, ſi vas in quo cinis vaccæ rufæ aſſervatur, non pollutum fuerit, nihilominus tamen cinis quoque pollutus eſt, eo quod loco mundo impoſitus eſt, ſicuti dicitur Num. 19. 9. *Et pones extra caſtra in loco puro.* Sed R. Eliezer cinerem mundum pronunciabat, nam is putat, quod cum vas in quo cinis continetur, ſit mundum, jure dicatur de ipſo quod ſit locus mundus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

על מי שנזר שתי נזירות *De eo qui duos Nazyræatus voverit*, ſimpliciter; quilibet enim Nazyræatus eſt triginta dierum. שאם גלח את הראשונה יום שלשים *Nam ſi abraſerit ſe prius triceſimo die*, nam de induſtria duntaxat triceſimo primo die ſe radet ut Nazyræatus ſit triginta dierum inte-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלל Eſt vas teſtaceum in quo vaccæ rufæ cinis reſervabatur; ſed jam expoſuimus tibi in hoc tractatu, vas teſtaceum non pollui exterius, & vas mundum eſſe abſque dubio. Sapientes vero dicunt, quod cinis polluitur, & ipſum non idoneum eſſe ad purificandum quicquam, eo quod ſcriptum eſt de cinere vaccæ rufæ Num. 19. 9. והניח מחוץ למחנה במקום טהור at hic non eſt locus purus. R. Eliezer dicit, quandoquidem cinis iſte in loco puro eſt; ſed hicce caſus atque expoſitio illius quoque adducitur capite decimo tractatus Para. Cæterum jam noſti, quod Nazyræatus ſimpliciter votus ſit triginta dierum; quum vero ſe triceſimo die raſerit, numeremus iſtum diem pro fine triginta, & pro principio ſecundorum triginta dierum; & complementum ſecundorum triginta dierum erit die quinquageſimo nono: Hujus autem teſtimonii expoſitio jam præ-

integrorum; ſi vero triceſimo die ſe raſerit, Nazyræatus ei prodeſt, eo quod dicimus partem diei eſſe inſtar totius. Cæterum ſi triceſimo ſe raſerit, quinquageſimo nono die ſatisfecit, nam dies triceſimus Nazyræatus primi etiam ſecundo Nazyræatui annumeratur, quomodo fit ut triginta dies Nazyræatus ſecundi compleantur quinquageſimo nono die. ceſſit capite tertio tractatus de Nazyræatu, & ita deciſio eſt; ſed non ſecundum R. Eliezer.

ו העיד רבי יהושע ורבי פפיים על ולד של שלמים שיקרב שלמים שרבי אליעזר אומר שולד שלמים לא יקרב שלמים וחכמים אומרים יקרב אמר רבי פפיים אני מעיד שהיתה לנו פרה זבחי שלמים ואכלנוה בפסח ואכלנו ולדה שלמים בחג :

6. R. Joſua & R. Papias teſtati ſunt de filio ſacrificii pacifici, quod in pacifica offerri poſſit. R. Eliezer dicit, quod filius ſacrificii pacifici non offeretur in ſacrificium pacificum. Sapientes dicunt, offerat. Dixit R. Papias, ego teſtatus ſum, quod habebamus vaccam ſacrificii pacifici, eamque comedimus in feſto Paſchatis, & comedimus filium ſacrificii pacifici in feſto Pentecoſtis.

R. OB. DE BARTENORA.

שולד שלמים לא יקרב שלמים *Nam filius pacificorum non offeratur in pacifica*, ſed in bovile recolligendus eſt, ut illic moriatur, ne quis dicat quod partui ſacrificii pacifico ſit remedium, & ita accidat ut ſacerdos matrem detineat ſecum donec pepererit, atque natorum gregem procreaverit, & tum in debitum tonſuræ & ſervitii incidat. ואכלנו ולדי שלמים בחג *Et comedimus filios pacificorum in feſto*, Pentecoſtes ſcilicet, nam ſi ad feſtum tabernaculorum expectaſſet, transgreſſus fuiſſet præceptum affirmans Deut. 12. 5. ובאת שמה והבאת שמה quod de feſto primo intelligendum eſt quo quis Jeruſolymam veniat, eoque adducat vaſa quæ voverit. Cæterum negans præceptum Deut. 23. 22. לא תאחר לשלמו non transgreditur, niſi donec tria feſta ſolemnia tranſierint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer hæc dicit, ne relinqueret matrem propter filium illius, & tranſgrederetur præceptum Deut. 23. 22. לא תאחר לשלמו Et hoc eſt quod vult, timendum eſt ne exinde gignantur greges; deciſio eſt ſecundum hoc teſtimonium. Sed nos non curamus hanc ſuſpicionem, eo quod omnes quos matres enixæ ſunt partus, licet offerre in ſacrificium pacificum; quemadmodum exponetur in tractatu Temura capite tertio.

ז הן העידו על ארוכות של נחתומים שהן טמאות שרבי אליעזר מטהר הם העידו על תנור שחתכו חוליות ונתן חול בין חוליא לחוליא שהוא טמא שרבי אליעזר מטהר הן העידו שמעברין את השנה בכל אדר שהיו אומרים עד הפורים הן העידו שמעברין את השנה על תנאי ומעשה ברבן גמליאל שהלך ליטול רשות מהגמון בסוריא ושהא לבא ועברו את השנה על תנאי לכשירצה רבן גמליאל (וכשבא אמר רוצה אני ונמצאת כ'א) השנה מעוברת :

7. Hi teſtati ſunt de tabulis piſtorum, quod immunda ſunt; ſed R. Eliezer eas mundas pronunciabat. Illi teſtati ſunt de furno quem diſſolvebant in fruſta, & inter quodlibet fruſtum ponebant arenam, quod immundus ſit; nam R. Eliezer mundum dicebat. Hi teſtati ſunt quod annus integro menſe Adar intercalari poſſit, nam dicebant, uſque ad Purim. Illi teſtati ſunt quod annum ſub conditione intercalant. Contigit autem Rabban Gamalieli ut ſe contulerit licentiam aliquam in Syria petitum a duce, & tarde illuc advenerit; interea annum intercalarunt ſub conditione ſi voluerit Rabban Gamaliel, qui cum adveniſſet, dixit, volo ut annus ſit intercalatus.

R. OB. DE BARTENORA.

ארוכות של נחתומים *Tabulæ piſtorum*, vaſa extenſa in quibus piſtores diſponunt panes ſuos dum maſſam parant. שהן טמאות *Quod illæ immundæ ſunt*, ex inſtitutis Sapientum, licet enim vaſa extenſa lignea non recipiant immunditiem ex Lege, Sapientes tamen iſtis decreverunt, uti in hac Miſna expoſitum, quemadmodum capite ſecundo expoſitum eſt in tractatu Kelim. *R. Eliezer mundum dicit*, nam is putat quod nequaquam pro vaſe habenda ſint iſta fruſta, neque pro vaſis ligneis extenſis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. שחתכו חוליות *Nam diſſolvit eum in fruſta*, furnum in latitudine ſua diſſolvebat in partes, atque unam impoſuit alteri, immiſſa inter illas arena & luto furnum oblinicbat, atque marginem luteam circum eum faciebat ad calorem illius conſervandum, ſicuti furnis facere ſolent. R. Eliezer mundum dicebat furnum, quia eum quaſi fractum eſſe ſtatuebat, cum arena partibus illius injecta erat. Sapientes vero immundum dicunt, eo quod ope luti fiat omnium partium conjunctio, licet inter quodlibet fruſtum arena non poſita ſit, deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

מעברין את השנה בכל אדר *Intercalant annum in omni Adar*, nam ad viceſimum nonum diem tempus eſt dicendi,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארוכות של נחתומים *Tabulæ piſtorum*, in quibus illi panes diſponunt, dum in maſſam confecti fuerint; ſed hunc caſum in aliquibus locis tractatus de vaſis expoſuimus, quod nimirum vaſa extenſa non recipiunt immunditiem ex Lege, ſed ex Sapientum conſtitutione. R. Eliezer dicebat, haſce tabulas non pollui. Cæterum furnus de quo hic dicitur quod in partes diſſolvi poterat, atque inter partes illius arenam ponebant, quia in ſingulas partes diſſolvebatur; quum vero altitudo perficiebatur, exterius luto obliniebat, & totum componebat: dicit R. Eliezer, quandoquidem arena dividit inter quamlibet partem, cenſetur fractus ſemperque diſſolutus, idcirco ſemper mundus exiſtimandus eſt, & non recipit immunditiem. Sapientes dicunt, quandoquidem lutum adhæret fruſtis illius exterius, omnia cenſenda ſunt unita & integra, & furnus immunditiem recipit. Deciſio non eſt ſecundum R Eliezer, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus Kelim.

שמעברין את השנה בכל אדר *Quod annum intercalabant in omni Adar*, poterant annum intercalare uſque ad ultimum menſis Adar diem, Senatuſque dicere poterat ultimo die Adar, *hicce menſis qui erat intrabit, eſto Adar ſecundus*. Et quod auctor dicit, ועל תנאי *Et ſub conditione*, id

di, menſis futurus eſto Adar ſecundus. Cæterum die triceſimo Adar non intercalant annum, quandoquidem aptus eſt ut conſtituatur Niſan, ſicuti capite quarto tractatus de Paſchate expoſitum eſt. *Sub conditione*, ſi annuerit princeps, erit intercalatus annus, ſin minus, non erit intercalatus.

id jam expoſitum eſt in iis quæ præceſſerunt; omnia hæc clara ſunt, & ita deciſio eſt.

ח העיד מנחם בן סגנאי על מוסף היורה של שולקי זיתים שהוא טמא ושל צבעים שהוא טהור שהיו אומרים חילוף הדברים :

8. Teſtatus eſt Menachem filius Signai de incremento ollæ eorum qui olivas elixant, quod immundum ſit; & de tinctorum, quod mundum ſit; ſed contra ipſi reſponſum eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

על מוסף היורה של שולקי זיתים *De incremento ollæ elixantium olivas*, eorum qui olivas coquunt, & tinctorum; hi enim ollas magnas habere ſolent, & iis aliquam ſtructuram luteam adjicere ſupra marginem, in quam aquæ aſcendunt dum fervent. Olivas vero elixantium olla immunda eſt, eo quod hocce incrementum neceſſarium eſt ad ollam; ſed Lex de furno & fornace dixit Levit. 11. 35. וטמאים יהיו לכם Hinc exponunt vocem לכם *Vobis*, de omni eo quod Iſraëlitis neceſſarium eſt; nimirum ac ſi dixiſſet, vaſis incrementum quo opus habetis, & vos utimini, recipit immunditiem. *Tinctorum vero pura eſt*, quia tinctores non utuntur ejus incremento, nam illi timent ne pereat tinctura eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יורה Notat ollam ſub qua ignis ſtructus eſt, & circum ipſam ædificium ſuper marginem, atque talis olla impleri ſolet rebus quibusdam quæ in eo coquendæ ſunt: quum vero fervet, aqua in illo ædificio aſcendit, ſicuti tinctores facere ſolent, vel ii qui olivas elixant. Cæterum nobis hypotheſis eſt, quod ſi hoc incrementum factum ſit in neceſſitatem coquendi, immunda eſt; ſi vero quis in ornamentum hoc ei adjecerit, non eſt immunda, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11. 35. תנור וכירים יותץ טמאים הם וטמאים יהיו לכם Hinc vocem לכם *vobis* e Traditione exponimus, quaſi dixiſſet, in neceſſitatem veſtram, ſicuti expoſitum eſt capite quinto tractatus Kelim.

ט העיד רבי נחוניא בן גודגדא על החרשת שהשיאה אביה שהיא יוצאת בגט ועל קטנה בת ישראל שנשאת לכהן שהיא אוכלת בתרומה ואם מתה בעלה יורשה ועל המריש הגזול שבנאו בבירה שיתן את דמיו ועל החטאת הגזולה שלא נודעת לרבים שהיא מכפרת מפני תקון המזבח :

9. Teſtatus eſt R. Nechonia filius Gudgadæ de ſurda, quam pater ipſius elocaverat in uxorem, eam cum divortio exiiſſe. Et de parvula Iſraelitæ filia ſacerdoti nupta, eam de oblatione prima comedere poſſe; & ſi mortua fuerit, maritum hæreditatem illius adire. Et de trabe direpta, & in palatio plantata bene actum eſſe, dummodo pretium illius ſolutum fuerit. Et de ſacrificio pro peccato direpto, de quo non multis innotuerat, id expiare propter remedium altaris.

R. OB. DE BARTENORA.

על החרשת שהשיאה אביה *De ſurda quam elocaverat pater ipſius*, etſi omnino hæc uxor ſit facta, quia pater ſponſalia illius receperat, & ipſa non erat minorennis ut renuere poſſet, nihilominus tamen cum divortio exire debebat, & divortium recipere dum ſurda erat, etſi ei non eſſet mens integra, nam uxor nolens repudiari poteſt, idcirco cognitio illius non requiritur hac in parte.

ועל קטנה בת ישראל שנשאה לכהן *Et de minorenni filia Iſraelitæ ſacerdoti nupta*, ſi pupilla ſit cujus nuptiæ duntaxat ex inſtitutis Sapientum fiant. שאוכלת בתרומה *Quod ea comedat de oblatione prima*, de oblatione prima ex inſtitutis Sapientum; nam de oblatione prima Sapientum non decernimus quicquam propter oblationem primam Legis. מריש eſt idem quod קורה *Tignum*; בירה notat palatium. שיתן את דמיו *Ut pretium ejus ſolvat*, ob contritos ſive poſſeſſores de re furto ablata poſtea contriſtantes, ac reſipiſcentiam agentes; nam ſi illis imponamus ut domicilia ſua deſtruant, & tignum ipſum reſtituant, non agent pœnitentiam. *De quo non innotuerat multis*, quod id furto ablatum erat; *quod expiat*, ita ut aliud adducere non opus eſſet. *Ob remedium altaris*, ne ſacerdotes tæderet comediſſe profanum in atrio Templi mactatum, & ne altare vacuum foret a ſacrificio, eo quod cultus intermitteretur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Surda iſta quam R. Nechoniæ pater in uxorem elocaverat, quandoquidem conjugium ex Lege perfectum erat, quia eam elocaverat pater, licet ei non eſſet perfecta ratio, cum ſurda erat, tamen cum divortio exire debebat, & repudium omnimode factum cenſendum erat. מריש notat trabem magnam cui extremitates tignorum ædificii imponunt; quicquid autem diripuerit fur, & cum eo fecerit opus aliquod, atque ipſam rem furto ablatam reſtituere non potuerit, niſi cum damno aliquo, poſſeſſori pro ea ſolvat pretium; & hoc ad miſeris opem ferendam inſtitutum eſt. Cæterum jam diximus, quod hæc teſtimonia omnia ſunt veriſſima, capite quinto tractatus de divortio.

פרק ח העיד רבי יהושע בן בתירא על דם נבילות שהוא טהור העיד רבי שמעון בן בתירא על אפר חטאת שנגע טמא במקצתו שטמא את כלו הוסיף רבי עקיבא על הסלת ועל הקטורת והלבונה והגחלים שנגע טבול יום במקצתם שפסל את כולם :

Caput 8. Teſtatus eſt R. Jehoſua filius Beteræ de ſanguine cadaverum, eum mundum eſſe. Teſtatus eſt R. Simeon filius Beteræ de cinere expiatorio quem ex parte tetigerat immundus, eum penitus pollutum eſſe. R. Akiba addidit de ſimila, ſuffimento, thure, & prunis, quæ tetigerat ex parte quiſpiam immundus qui de die lotus erat, ſe omnia immunda habuiſſe.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

על דם נבילות שהוא טהור *De ſanguine cadaverum, quod is mundus ſit*, ad polluendum ut ipſum cadaver in quantitate olivæ, ſed in menſura quartarii Cabi polluit; nam nulla eſt res cujus ſanguis polluit ut corpus, niſi reptile tantum; ſuperius vero dixit Miſna, quod Schola Hillelis ſanguinem cadaveris immundum dicit, ſed non ut ipſum cadaver quod in quantitate olivæ polluit, ſed in menſura quartarii.

שמטמא את כלו *Quod polluit omnia*, ſanctitati aliquam excellentiam attribuerunt, ut & cineri expiatorio; nam etſi diſtincta ſint corpora intra vas unum poſita, & tetigerit ex parte res illa quæ polluit ſancta, omnes polluuntur, quia vas eas conjungit ut unum quaſi corpus fiant. Et hoc applicuerunt ex eo quod dicitur Num. 7. 14. כף אחת *Una acerra*, perinde ac ſi omnes res quæ in acerra continentur, ſint una.

הוסיף רבי עקיבא *Addidit R. Akiba*, nam R. Simeonis teſtimonium non aſſumimus niſi de immundo; addidit autem R. Akiba immundum qui de die quidem lotus eſt, ſed occaſum ſolis adhuc expectat, quod non ſit immundus, niſi quod illegitimum reddat duntaxat; nimirum, ſi is partem aliquam tetigerit, omnia illegitima facta ſunt. Maimonides exponit, quod de R. Simeonis teſtimonio nihil colligimus quod id conjungat, niſi vas ſit quod concavum habet, ſin minus, non conjungit. R. Akiba vero addidit, quod ſimila & ſuffimentum, thus & prunæ, etſi non ſint in vaſe aliquo cui concavum eſt, ſed poſita in tabula cui non eſt concavum, cenſentur perinde ac ſi eſſent in vaſe, & unum conficerent corpus. והגחלים *Et prunas*, quas Pontifex maximus die expiationis acerra capiebat; his excellentiam aliquam conceſſerunt, quod immunditiem recipere non poterant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod de ſanguine cadaverum dicit eum eſſe mundum, verum eſt, nimirum, quod is non polluit ut cadaver; nam nulla eſt res cujus ſanguis polluat ut corpus ipſius, niſi reptile. Sanguis vero cadaverum ſimilis eſt liquoribus immundis, ita in Talmude Jeruſolymitano exponitur, ſanguis cadaveris polluit in menſura quartarii. In Gemara ad tractatum de Siclis quæritur, quid ſibi velit quod dicitur, *Purus eſt*? Purus eſt reſpectu diſpoſitionis ad immunditiem, ſed impurus reſpectu pollutionis; ſed in quartario ſe habet uti diximus. Cæterum jam expoſitum eſt in tractatu Chagiga, quod vas conjungit id quod in eo continetur, ad id conſecrandum; & idcirco computamus id quod in eo continetur, perinde ac ſi unum eſſet corpus, etſi corpora diſtincta ſint, & ſi unum eorum tetigerit, perinde eſt ac ſi omnia tetigiſſet, atque iſta res ad ſacrificium inepta erit; & hoc propter magnam ſanctitatis excellentiam. Huic applicarunt id quod dicitur Num. 7. 14. כף אחת dicendo, Lex omnia quæ in acerra continentur, conſtituit in unum. Sed hoc eſt inſtrumentum cui concavum eſt; ſed R. Akiba addidit, quod licet ei non ſit concavum, ſi res iſtæ e ſimila, aut ſuffimento, ſimilibusve rebus accumulatis in tabula conſtent, tamen conjungat. Et hoc eſt quod R. Akiba vult; dum dicit quod prunæ ineptæ ſunt ad ſuffimentum ob magnam ſanctitatem illius, etſi iſtæ non recipiant immunditiem. Sed hoc intelligendum eſt de prunis quibus die expiationis utebantur; & ratio allata eſt, quod nimirum pontifex intrat cum eo quod eduxit. Cæterum de prunis quotidianis dicit Miſna, quod ſi Cabi menſuram ex illis ſparſerit, everset eas in canalem; verba R. Akibæ deciſionem comprehendunt.

ב העיד רבי יהודה בן בבא ורבי יהודה הכהן על קטנה בת ישראל שנישאת לכהן שהיא אוכלת בתרומה כיון שנכנסה לחופה אף על פי שלא נבעלה העיד רבי יוסי הכהן ורבי זכריה בן הקצב על תינוקת שהורהנה באשקלון וריחקוה בני משפחתה ועדיה (ס"א) מעידים אותה שלא נסתרה ושלא נטמאה אמרו להם חכמים אם מאמינים אתם שהורהנה האמינו שלא נסתרה ושלא נטמאה ואם אין אתם מאמינים שלא נסתרה ושלא נטמאה אל תאמינו שהורהנה :

2. Teſtatus eſt R. Jehuda filius Bavæ, & R. Jehuda ſacerdos de parvula filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta, quod comedat de oblatione prima, quia thalamum nuptialem intraverit, etſi nondum paſſa ſit coitum. Teſtatus eſt R. Joſe ſacerdos, & R. Sacharia filius Cazabi de parvula pignori data in Aſcalon, quod conſanguinei illius abalienarunt eam, & teſtes ipſius teſtati ſunt de illa quod non occultata fuit, neque polluerat. Dixerunt ei Sapientes, ſi vos atteſtemini quod non oppignorata erat, credite quod non occultata fuit, neque polluta; & ſi vos credatis quod non occultata fuit, neque polluta, ne credatis quod oppignerata fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

על קטנה בת ישראל *De filia minorenni Iſraëlitæ*, quæ pupilla erat, quemadmodum in fine præcedentis capitis expoſitum eſt; hic vero addidit, ſi nimirum thalamum intraverit etſi nondum paſſa ſit coitum, nam e teſtimonio ſuperiori non colligimus quod comedat de oblatione prima, niſi dum coitum paſſa fuerit. הורהנה *Oppignorata*, in poteſtate gentilis. Per *teſtes* hic intelligendi ſunt ii qui teſtati ſunt quod oppignorata fuerat. האמינו שלא נסתרה ושלא נטמאה *Credite quod non occultata neque polluta fuit*, de illa cujus teſtes teſtati fuerunt quod non polluta fuit, dicunt Sapientes, quod ei fides habenda ſit, & quod contra jus faſque conſanguinei illam abalienarunt a familia ſua; at ſi non fuerint teſtes, tum omnis mulier captiva propter bona in poteſtate gentilium, marito ſuo prohibita eſt ſacerdoti, tam ſi volens oppignerata fuerit, quam captiva abducta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הורהנה *Oppignorata*, in poteſtate gentilium; ſed in tractatu Cetuboth capite ſecundo jam expoſitum eſt, quod dum pignus eſt in poteſtate gentilium ob periculum animarum, prohibita eſt marito ſuo ſi is ſacerdos ſit. Sed cum hiſce oppignoratis aliter comparatum eſt quam cum captivis; quæ ſacerdotibus prohibitæ ſunt, niſi aliqui de illa teſtati fuerint quod munda ſit. Quantum vero hancce elongationem ſive abſentiam e familia paterna attinet, non ita deciſio eſt; nam illa ſacerdoti licita eſt in uxorem, quandoquidem ei teſtes puritatis ſunt.

ג העיד רבי יהושע ורבי יהודה בן בתירא על אלמנת עיסה שהיא כשירה לכהונה שהעיסה כשירה לטמא ולטהר לרחק ולקרב אמר רבן שמעון בן (נ"א ל"ג) גמליאל

3. R. Joſua & R. Jehuda filii Beteræ teſtati ſunt de vidua Iſſa, quod ea ad ſacerdotium apta ſit, eo quod maſſa pollui & purificari poſſit, ad abalienandum & ad propius admovendum. Dixit Rabban Gamaliel, recipimus teſtimonium veſtrum, ſed quid faciemus? quod Rab-

גמליאל קבלנו עדותיכם אבל מה נעשה שגזר רבי יוחנן בן זכאי שלא להושיב בתי דינין על כך הכהנים שומעים לכם לרחק אבל לא לקרב :

ban Jochanan filius Zachæi dixit, quod propterea non fiant conſeſſus, nam ſacerdotes vos audiunt ad abalienandum. Sed non ad propius admittendum.

R. OB. DE BARTENORA.

על אלמנה עיסה *De vidua Iſſa*, fuit familia quacum dubius profanus commixtus erat, de unoquoque illius familiæ dubium erat, ſi is eſſet dubius iſte qui cum ea commixtus erat, necne; mulier vero quæ uni ex iſta familia eſſet nupta, & maritus ipſius deinde mortuus fuiſſet, vocatur *Vidua maſſa*; nam ſicuti maſſa commiſcetur & ſubigitur, ita hæc mulier in dubia familia commixta eſt; etenim dubium de marito illius an ſit e ſtirpe profana, & an non is ſit ille qui dubius profanus erat, quomodo fieri poſſet ut is non eſſet profanus ſecundum veritatem. R. Joſua viduam eam ad ſacerdotium legitimam dicit, quia hic dubium eſt in dubio, ubi levandum eſt. Rabban Gamaliel putat, quod in duplici dubio plerumque levandum ſit; ſed hic non ita, cum excellentiam aliquam largiti ſint huic familiæ.

שהעיסה כשרה לטמא ולטהר *Nam maſſa legitima eſt ad polluendum & purificandum*, vult, quod familia iſta quacum dubius profanus commixtus eſt, in ea ſuſpicione verſatur ut legitima ſit, ſicuti reliquæ familiæ, & quemadmodum reliquæ familiæ dicunt, hæc uxor immunda eſt, & ab illa nos ſeparare debemus, & illa munda ad quam accedere poſſumus, ſic etiam de hac familia quacum dubius profanus mixtus eſt, dici nequit, quandoquidem cum iſta muliere dubiùs quiſpiam mixtus ſit, non amplius inquirendum eſt ſi quis ex illo genere uxorem ducat, quænam munda, & quænam immunda ſit, ad elongandam immundam, & ad mundam admittendam.

קבלנו עדותכם *Recipimus teſtimonium veſtrum*, fide digni eritis ſecundum ſententiam noſtram, & credimus vos ita audiviſſe. שלא להושיב בית דין על כך *Quia domus judicii non confident propterea*, ut viduam maſſam de induſtria licitam pronuncient. *Sacerdotes vos audiunt ad elongandum*, ſi dixeritis quod illa prohibita ſit. *Sed non ad propius admittendum*, ſi dixeritis quod licita ſit; deciſio juris eſt, quod vidua maſſa ſit vetita ut nubat ſacerdoti de induſtria, attamen ſi caſu ei nupſerit, non expelletur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עיסה Notat farinam in maſſam ſubactam; comparatur autem familia cum maſſa, quia ea eſt inſtar maſſæ commixtæ, quæ in multas diſſolvitur partes; hæc autem mixtura de qua teſtati ſunt, talis erat, erat certa familia e qua nonnemo duxerat uxorem, quæ dudum profanata erat, at non conſtiterat quinam erat illa; poſtea quiſpiam ex iſta familia mortuus eſt, uxoremque poſt ſe reliquit, quæ vocata fuit *uxor maſſa*, in quo duplex continetur dubium, quorum primum eſt, quod fieri potuerit ut uxor illa nupſerit viro qui dubius profanatus erat, vel alii; ſecundum dubium eſt, an illa ſit uxor illius viri, & an is profanatus certus, & illa meretrix, & ſacerdoti in matrimonium vetita, ſicuti pro fundamento ſtatuimus in tractatu de Sponſalibus: vel an illa legitima ſit, nam hic vir dubius profanatus eſt. Propterea R. Joſua eam legitimam dicit ad ſacerdotium. Sed Rabban Gamaliel dicit, quandoquidem hic dubium obtinet, & ſi illa reſponderit dum quærebatur ab ipſa, a legitimo viro coitum paſſa ſum, non erit illegitima ad ſacerdotium. Deinceps aliud teſtimonium teſtati ſunt, dixeruntque, hæc familia quacum profanatus dubius ſe miſcuit, verſatur in ſuſpicione quod legitima ſit ut cæteræ familiæ, & dicere poſſunt, hæc mulier munda eſt, illa vero immunda, ſcil. a gentili compreſſa eſt, aut non, & talem immundam removent, ſicuti dixit ſuperius, *ſeparant filios a familia illius*; illam vero de cujus puritate conſtat, admittunt; nam non dicimus illis, quandoquidem de vobis dubium eſt, non eſt neceſſe ut removeatur iſta. Sed Rabban Jochanan filius Zachæi jam decrevit, quod Senatus non conſidet, & permittit viduam maſſam de induſtria ducere. Quod vero auctor dicit *ad ſeparandum, & ad admittendum*, vult, quando vos teſtati fueritis eam eſſe viduam maſſam, ſeparabunt eam, nam non audient vos in eo quod dicitis quod pura ſit, quemadmodum cum parvula fecerunt quæ in Aſcalon oppignorata fuit, & impura declarata eſt; deciſio hæc eſt de vidua maſſa, quod de induſtria ei non licet ſacerdoti nubere, at ſi caſu nupſerit, ne exeat a viro.

ד העיד רבי יוסי בן יועזר איש צרידה על איל קמצא דכן ועל משקה בית מטבחיא דאינן (ס"א ליג) דכיין ודיקרב במיתא מסתאב וקרו ליה יוסי שרוא :

4. Teſtatus eſt R. Joſe filius Joëzeris Seredanus de ariete Camza eum mundum eſſe; & de liquore domus mactationis, eum eſſe mundum. Porro eum qui mortuum attigerit, pollutum eſſe; idcirco vocatus Joſe permittens.

R. OB. DE BARTENORA.

איל קמצא Eſt locuſtarum ſpecies, nam Targum חגבים exponit per קמצים; & hæc *munda eſt*; ita ut eam comedere liceat. ועל משקי בית מטבחייא *Et ſuper liquoribus domus mactationis*, per liquores intelligas ſanguinem & aquam in loco mactationis, qui erat in atrio. *Quod puri ſunt*, nonnemo dicit eos omnino mundos eſſe, nam liquorum immundities non præſcripta eſt ex Lege; ſed Sapientes de liquorum immunditie decreverunt, de hiſce vero non decreverunt. Nonnemo dixit, eos eſſe mundos ut alios polluere nequeant, quia liquoribus e Lege immundities definita eſt, ut polluere poſſint; Sapientes vero mundum reddere nequeunt id quod Lex immundum pronunciavit.

ודיקרב במיתא מסאב *Et qui mortuum attigerit, pollutum eſſe*, quisquis ſine dubio tetigerit mortuum, immundum eſſe; ſed immundum dubium cenſendum eſſe mundum, etiam in immunditie e mortuo contracta, atque eo magis in immunditie e reptili contracta, quæ levis eſt; dubia enim immundities in loco publico e Lege munda habenda eſt; & quamvis hoc ita ſit, quia omnem immunditiem dubiam colligimus a muliere adulterii ſuſpectæ, quemadmodum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איל קמצא *Aries Camza*, eſt ſpecies locuſtarum, ita ſæpius in Targum: de hac teſtatus quod ea referatur inter locuſtas mundas, idcirco eam comedere licet. בית מטבחייא *Domus mactationum*, eſt locus in atrio ſatis notus, in quo res ſanctas mactabant; & quando Templi figuram dederimus, ſimul illius figuram dabimus in tractatu de menſura Templi. Cæterum quod dicit, *Et de liquore domus mactationis*, intelligit aquam & ſanguinem quibus illic utebantur; de his teſtatus eſt R. Joſe quod mundi ſunt, & nullo modo immunditiem recipiunt; Sed de liquorum immunditie inter Sapientes eſt diſſenſus, nam alius putat quod ea obtineat vi Legis, alius vero quod ex inſtituto Sapientum. Et de hac materia magna inter Sapientes controverſia eſt; ſed hoc quoque una cum fundamentis illius exponemus in tractatu Taarot. Quamvis vero quis dicat immunditiem liquorum ex Lege eſſe, liquor tamen in loco mactationis purus eſt, ſecundum Traditionem. Pariter ii liquores non diſponunt rem ad immunditiem recipiendam, nec ſanguinem, nec aquam quibus utuntur in iſto loco; & hoc eſt quod dixerunt, non ſolum non puri

admodum Lex dicit Num. 5. והיא נטמאה *Et illa polluta fuerit*; ubi docet Lex quod mulier ob dubium aliquod prohibita fuit; ſicuti ergo uxoris adulteræ ſuſpicio contrahitur in loco privato, cum in loco publico occultatio locum habere nequit, ſic etiam dubia immundities in loco privato duntaxat obtinet. Nihilominus tamen antequam venerit R. Joſe filius Joëzeris, dicebant, hanc eſſe juris deciſionem, ſed ita non docuerunt; is vero teſtatus eſt ita docendum eſſe de induſtria, ad purificandum omnem dubiam immunditiem in loco publico.

וקרו לוה יוסי שריא *Et vocarunt eum Joſen permittentem*, quia tres res permittebat in quibus prohibitio obtinebat antea, nam omnem ſenatum qui tres res permittebat, vocabant *Senatum permittentem*.

puri ſunt, ſed & non diſponunt ad immunditiem contrahendam. In Gemara autem per modum reſponſionis dicunt, quod ſanguis ſolus non diſponit; & deinceps exponitur quod omnes loci mactationis liquores non diſponunt ad immunditiem ut ſanguis. Quod autem ſanguis ſanctitatum non diſponit, collegerunt ex eo quod dicitur de ſanguine profano Deut. 12. 16 על הארץ תשפכנו כמים Hinc dicunt, ſanguis qui in terram effunditur, diſponit ad immunditiem contrahendam, nam principalis diſpoſitio in aquis certa eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11. 38. וכי יתן מים על זרע Et de ſeptem liquorum reliquiis collegerunt, eo quod aquis ſimiles ſunt in proprietate vocis, nam aliqui eorum vocantur aqua, quemadmodum in tractatu Maskin expoſitum eſt. Et cum ita ſe res habeat, quicquid in Miſna dicitur de immunditie ſanguinis ſanctitatum, certe ante teſtimonium quod R. Joſe teſtatus eſt, dixerunt, quod nimirum liquor loci mactationis purus eſt; & ita de omnibus exponitur, & non ſicuti R. Joſe filius Joëzeris. *Et quod is qui immundum attigerit, pollutus ſit*, in Gemara exponunt quod immundities dubia in loco publico habenda ſit pura, nam id quod dicitur, *is qui attigerit*, intelligendum eſt ſi certo innotuerit ei quod mortuum tetigerit, tum pollutus eſt; ſi vero dubitaverit, mundus eſt; *mortui* vero hic mentionem fecit, quia immundities illius omnium maxima eſt, & quanto magis immundities minor, quæ dubia eſt in loco publico, munda cenſenda eſt. Ita ſe habet caſus qui plerumque adducitur, quod nempe immundities in loco publico ſit munda. Sed ab initio ſive re adhuc integra dicimus huic homini de quo dubium eſt, nihil perdideris ſi te laveris, quandoquidem aqua eſt; per modum admonitionis. Præterea dixit is quod non opus ſit purificatione, ne quidem ab initio, & idcirco vocatus eſt *Joſe permittens*; eo quod tres res permiſit, uti vides. Cæterum conſuetudo Senatus eſt hæc, omnis Senatus qui tres res permiſerit, is vocatur *Senatus permittens*. Sed deciſio juris eſt, quod in immunditie in loco publico, dicimus ei, nihil perdideris ſi laverit te; ſi vero non laverit ſe, & ſanctitates attigerit, ſine dubio purus eſt, nam dubia immundities in loco publico ingreditur dubias quas Sapientes puras dixere; teſtimonium illius verum eſt, & ita deciſio eſt.

ה העיד רבי עקיבא משום נחמיה איש בית דלי שמשיאים האשה על פי עד אחד העיד רבי יהושע על עצמות שנמצאו בדיר העצים אמרו (ס"א) חכמים מלקט עצם עצם והכל טהור :

5. Teſtatus eſt R. Akiba in nomine Nechemiæ Betdelinenſis, quod fœminam elocant unius teſtis dicto. Teſtatus eſt R. Joſua de oſſibus quæ in conclavi lignorum reperta ſunt, dixiſſe Sapientes, colligat quodlibet os; cætera omnia munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שמשיאים אשה על פי עד אחד *Quod elocant fœminam dicto unius teſtis*, cujus maritus in civitatem transmaritimam profectus fuit, & teſtis acceſſerit qui affirmavit quod maritus illius mortuus fuerat, eam elocant dicto teſtis iſtius.

בדיר העצים *In conclavi lignorum*, erat enim conclave aliquod in quo aſſervabantur ligna in altare comburenda, & illius locus erat ad angulum orientalem ſeptentrionalem atrii mulierum, ibique mortuorum oſſa invenerunt. Sapientes dixerunt, colligat ſingula oſſa, nam cætera omnia munda ſunt, & non ſuſpicamur forſan aliquem iis pollutum fuiſſe, vel vas, nam atrium mulierum potitur jure loci publici, & dubia immundities in loco publico munda cenſenda eſt. Cæterum in tractatu de ſacrificiis capite ultimo dicitur in Gemara, quod ſupra tota Jeruſolyma pronunciare voluerunt immunditiem, ob oſſa iſta quæ in conclavi lignorum inventa ſunt, niſi R. Joſua illis dixiſſet, pudor & ignominia nonne erit nobis quod immunditiem decernimus ſuper urbem patrum noſtrorum?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quum unus teſtis teſtatus fuerit maritum eſſe mortuum, vidua nubat dicto illius; & hoc clarum eſt, & jam expoſitum capite ultimo tractatus Jevammot. Conclave lignorum continebat ligna quæ in altare comburebantur; & hoc conclave erat in atrio mulierum ad latus dextrum illius qui templum intrat, unum e quatuor conclavibus quæ in iſto erant atrio, quemadmodum oſtendemus quum figuram templi dederimus. Contigit autem aliquando ut in conclavi iſto invenerint mortuorum oſſa, & præceperint Sapientes ut ſingula oſſa colligerent, omni atrio, vaſis, omnibuſque iis qui ea collegerant, manentibus puris; & nemo dixit, forſan hic iſte hoc iſto pollutus eſt, & immunditiem attigit; ſed hic locus ſimilis erat loco publico, ſicuti expoſuimus. Verum non tantum terræ effoderunt ut viderent num ibi ſepulchrum eſſet, ſed collegerunt duntaxat id quod invenerunt. Neque de Jeruſolyma decreverunt reſpectu impuritatis, ſed eam in ſuſpicione puritatis reliquerunt, ut cæteras terræ Iſraëlis partes, ſicuti in Gemara exponitur ad ultimum caput Zevachim; omnia clara ſunt.

ו אמר רבי אליעזר שמעתי כשהיו בונים בהיכל עושים קלעים להיכל וקלעים לעזרות אלא שבהיכל בונין מבחוץ ובעזרות בונים מבפנים אמר רבי יהושע שמעתי שמקריבין אף על פי שאין בית ואוכלין קדשי קדשים אף על פי שאין קלעים קדשים קלים ומעשר שני אף על פי שאין חומה שקדושה ראשונה קדשה לשעתה וקדשה לעתיד לבא :

6. Dixit R. Eliezer, audivi ego quod dum Templum ædificabant, vela fecerunt pro Templo, & atriis; pro templo exterius, pro atrio interius. Dixit R. Joſua, audivi, quod ſacrificabant, licet non eſſet ſanctuarium, & quod ſanctiſſima comedebant, etſi non eſſent vela, & ſancta leviſſima, decimaſque ſecundas, licet non eſſet urbi murus, quia ſanctificatio prima ſanctificata eſt pro tempore ſuo, & pro tempore futuro.

R. OB. DE BARTENORA.

שמעתי שמקריבין אף על פי שאין בית *Audivi quod offerunt licet non fuerit ſanctuarium*, nam conſecratio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Jurejurando, quod nobis fundamentum ſit ſanctifi-

cratio quæ a Salomone facta eſt, pro tempore ſuo facta eſt, & pro tempore futuro. Sic etiam Jeruſolymæ conſecratio, in perpetuum conſecrata eſt. Sed reliquarum terræ Iſraëlis partium non facta eſt conſecratio in occupatione prima, niſi pro tempore, donec ii qui Babele redierunt, denuo eam conſecrarunt, & hæc conſecratio facta eſt pro tempore futuro.

ſanctificationem primam ſanctificatam eſſe pro tempore ſuo, & pro tempore futuro; primam vero ſanctificationem a Salomone factam eſſe, & omnes de templo conveniunt hoc ſenſu, ſed in cæterarum terræ partium ſanctificatione diſſentiunt. Nos autem nitimur ſanctificationi Ezræ, quæ ſanctificatio ſecunda eſt, at ſecundum omnes ſanctificatio ſecunda, quæ eſt omnium terræ Iſraëlis partium quas occuparunt ii qui Babylone redierunt, facta eſt pro ſuo tempore, & pro tempore futuro.

ז אמר רבי יהושע מקובל אני מרבן יוחנן בן זכאי ששמע מרבו ורבו מרבו הלכה למשה מסיני שאין אליהו בא לטמא ולטהר לרחק ולקרב א״א לרחק המקורבין בזרוע ולקרב המרוחקים בזרוע משפחת בית צריפה היתה בעבר הירדן וריחקה בן ציון בזרוע ועוד אחרת היתה שם וקרבה בן ציון בזרוע כגון אלו אליהו בא לטמא ולטהר לרחק ולקרב רבי יהודה אומר לקרב אבל לא לרחק רבי שמעון אומר להשוות המחלוקת וחכמים אומרים לא לרחק ולא לקרב א״א לעשות שלום בעולם שנאמר הנני שולח לכם את אליהו הנביא וגומר והשיב לב אבות על בנים ולב בנים על אבותם :

7. Dixit R. Joſua, accepi ego a Rabban Jochanane filio Zachæi qui audivit a magiſtro ſuo, & is a magiſtro ſuo, traditionem Moſis e Sinai, quod Elias non venturus ſit ad mundam vel immundam aliquam rem pronunciandam, neque ad elongandum vel propius admittendum, niſi ad elongandum eos qui appropinquare voluere, & ad propius admittendum eos qui vi remoti ſunt. Familia domus combuſtionis erat trans Jordanem, ſed Ben Zion elongavit eam vi. Præterea illic erat alia, & propius eam Ben Zion vi admovit, propter has veniet Elias ad eas mundas vel immundas pronunciandas, ad elongandas & ad admovendas. R. Jehuda dicit, ad admittendas, ſed non ad elongandas. R. Simeon dicit, ad componendum controverſias. Sapientes dicunt, neque ad elongandum neque ad admovendum, ſed ad pacem faciendam in mundo, ſicuti ſcriptum eſt Malach. 3. 23. *Ego mittam ad vos Eliam prophetam &c. atque is corda patrum ad filios reducet, & contra.*

R. OB. DE BARTENORA.

הלכה למשה מסיני *Traditio Moſis e Sinai*, nam Deus in Sinai oſtendit Moſi quamlibet generationem, earumque Sapientes, & monſtravit etiam quod Elias non veniet ad aliquam rem mundam vel immundam pronunciandam, neque ad quemquam elongandum vel propius admovendum, nimirum, ad purificandum familias ab iis qui vitio aliquo notati ſunt, quænam familia cum iſtiusmodi mixta ſit necne, vel in perpetuum apta ac legitima ſit; nam deciſio eſt, mixtam manere familiam quæ mixta fuerit.

אלא לרחק המקורבים בזרוע *Niſi ad removendum qui appropinquarunt vi*, nam illi omnes illegitimi cenſentur, cum ope brachii, id eſt vi irrepſerint; cæterum iſtas familias quæ contaminatæ ſunt, quia profanationem ſuam ignorabant, relinquet bene diſpoſitas. *Domus combuſtionis*, erat nomen familiæ alicujus. *Ben Zion* erat vir quidam admodum potens וריחקה *Et elongavit illam*, publicavit quod talis familia profanata fuit. *Præterea illic alia erat familia*, quæ itidem profanata erat.

וקרבה בן ציון בזרוע *Et propius admovit eam vi Ben Zion*, publicavit de illa quod legitima erat, & licite quis cum ipſa conjugium contrahere poterat; ſed doctor Miſhicus pepercit honori hominum illorum, & non nominavit familiam profanatam, quam Ben Zion vi propius admoverat, ſicuti familiam legitimam nominavit. Verum nos hoc vult docere quam cautus quiſque eſſe debet ne proximo ſuo maledicat, ſed infamiam illius tegat; & ſi hoc in illegitimis, quanto magis in legitimis faciendum eſt. כגון אלו *Sicut iſtæ*, ſicut iſtæ familiæ quæ ut legitimæ & illegitimæ notæ ſunt; niſi quod vi ſemotæ vel admotæ fuerint. לקרב אבל לא לרחק *Ad propius admovendum, & non ad ſemovendum*, familiam legitimam quæ vi ſemota fuerat, denuo admovebit: ſed non ſemovebit eam quæ antea vi admota fuerat, quemadmodum ſcriptum eſt Malach. 3. 24. והשיב לב אבות על בנים Scilicet in ſpiritu ſanctitatis dicet ex quanam quiſque ſit familia. Sed ſecundum R. Simeonis ſententiam per patres intelligendi ſunt Sapientes, & per filios, diſcipuli, ut ii ſint ſecundum omnium eorum cor, & non ſit inter eos controverſia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc verba non audita ſunt a Moſe magiſtro noſtro, ſed ipſe caſus a nobis auditus eſt; Nam Moſes de Meſſia venturo dixit, vide Deut. 30. 4. &c. Sic etiam Moſes ex ore Dei denunciavit de principiis & cauſis, & quod Meſſiam antevertere debet nonnemo qui ſemitas terræ diſponat, qui eſt Elias. Præterea is Iſraëlitis ſignificavit, quod iſte vir non addet neque diminuet quicquam de Lege, ſed malignos perdet duntaxat; in hoc non eſt diſſenſus. Cæterum de malignis qui perdendi ſunt, quales illi ſint, Rabban Jochanan Zachæi filius dixit quod malis qui perdendi ſunt, notantur ii qui ut illegitimi e familia ipſorum removendi erunt, quæ per brachium legitima facta eſt; & ut homo legitimus propius admoveatur, qui antea a ſacerdotio vel a cœtu Iſraëlis remotus fuerat per brachium aliquod. Adducit autem duarum familiarum exemplum, quarum una legitima, altera vero illegitima erat, hac in parte ſententia Ben Zion prævaluit, atque is legitimam pronunciavit illegitimam, & contra. Sed conſiderandum quam procul Sapientes fuerint a maledicentia, etſi enim illi ambas cognoſcebant familias, tamen legitimam ſuo nomine vocabant, & eam quæ certo illegitima erat; ſed Ben Zion eam legitimam pronunciavit per brachium, id eſt, per potentiam; dixerunt autem, *Et præterea quoque alia erat, & ad eam familiam acceſſit Ben Zion brachio ſuo.* R. Jehuda dicit, quod per malignum duntaxat intelligi debet legitimus qui a familia ejectus eſt. Sapientes dicunt, quod in familiis non ſit malum, & omnes ex iis denominari ſecundum veritatem, & Lex omnium magiſtra eſt. Sed per oppreſſione & malitias intelligenda ſunt odia quæ inter homines obtinent, eo quod fruſtra ſunt & is abhorret ab odio; & hoc eſt quod dicunt, *Ad pacem in mundo faciendam.*

Finis Tractatus de Controverſiarum Teſtificationibus.

Tracta-

PRÆFATIO PERINGERI.

EXhibentur Tibi, BENEVOLE LECTOR, ex vetuſta illa æque ac difficili operis Talmudici parte altera, Miſchna inquam, quæ δευτερώσεως continet, Codices duo, AVODA SARA, & TAMID, utcunque paraphraſi uberiori, ſed tamen fideliter redditi. Circa iſtam enim tranſlationem, id nobis præcipue erat curæ, ut non tantum verbum verbo redderemus, ſed ſuppleremus etiam conciſam orationem, ſicubi in verbis difficultas ineſſe videbatur; idque ex Commentariis potiſſimum, & ad ductum Rabbinorum iſtius principis Moſis Maimonidis, & R. Obadiæ Bartenoræ præſtitimus: cum ſi nuda ſiſtatur Miſchnæ verſio, ſenſus in multis obſcurus evadat, & difficultates oboriantur haud parvæ. Siquidem fatentibus id Judæorum Magiſtris paſſim, &, quem ſolum hoc loco allegare liceat, ipſo R. Gedalia in Schalſch. Hakkabbala p. 37. b. משנה סתומה ועמוקה *Miſchna per ſeipſam difficilis eſt, & ſenſus profundiſſimi.* Atque cum fama excitus Viri Celeberrimi JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILII, cujus nomen & merita non tantum Germania, ſed etiam reliquus prædicat orbis, ex itinere Gallico Italicoque, in Germaniam redux, ejus cauſa nobile hoc Muſarum Domicilium Altdorfium viſerem, & Viri Optimi auſpiciis, pro eo quo eſt is erga peregrinos favore maximo, in Talmudicis Studiis quædam conatus eſſem, ejusdem deinde hortatu, publice aliquid Speciminis loco dandum erat. Cui Eximio & de me bene merenti Magiſtro dum morem gero, ingenue ſimul profiteor, diſcendi tantum cauſa hunc laborem potiſſimum me aggreſſum eſſe. Et quia jacienda erat alea, tanto majus operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi Codicem *Avoda Sara* recenſerem, eam, inter cæteras, ob cauſam, quia is e Talmudis perplurimis editionibus, vel a Chriſtianis per caſtrationem reſectus, vel a Judæis qui editionibus præfuerunt, cum aliis non paucis locis, omiſſus deprehenditur. Illos enim vulgo perſuaſio tenebat firma, ſe ſuamque religionem & Sacra, eo libro unice peti, & hoc nomine penitus eliminandum, atque ex hominum manibus eum tollendum eſſe exiſtimarunt. Hos autem, metus eo uſque invaſerat, ut licet ex Majorum inſtituto teneantur אין להוסיף וממנו אין לגרוע *Talmudi ſuo nihil addere, vel ne minimum quid detrahere*; nihilominus videntes, dicam ſibi impingi hoc nomine grandem, præſcriptis legis violare, & librum ſupprimere maluerint, quam luci exponere; etſi interim multis in medium allatis rationibus probare ſategerunt, hæc ad Chriſtianos nullo modo attinere. Eſt quoque notabilis inprimis locus in Schulchan Aruch Hilch. Jajin Neſech Num. CXXIV. & in Levuſch, in iisdem Hilchot, ubi concordi ſententia Judæi teſtantur, ſub nomine Idololatrarum non intelligi Chriſtianos, neque his injuriam dixiſſe Magiſtros; ſic vero habent verba בזמן הזה דקי״ל דגוים לאו עובדי ע״ז הם *In confeſſo eſt apud nos Judaeos, quod Chriſtiani hodierni nullo modo Idolorum cultui addicti ſunt.* Scilicet, omnino ita ſe res habet de libro *Avoda Sara*: Gentilium profanos cultus & ſuperſtitiones, quas etiam Chriſtiani deteſtamur, unice ille tangit. Unde paſſim mentio Calendarum, Saturnaliorum, Mercurii & Veneris; imaginum, baculum vel pilam, aut aliud quid manibus tenentium &c. in illo libro reperitur, nihil vero quod Chriſtianæ religioni contrarium adverſumque ſit, offendas, ceu luculenter oſtendit Laudatiſſimus Wagenſeilius Prolegom. ad libros Judæor. Ἀνεκδότους p. 59. cujus inſignis in his ſtudiis autoritas opinioni noſtræ robur conciliat, ita ut nihil moremur publicam illam Concilii Tridentini, quâ hic liber olim notatùs eſt, cenſuram: ὡς τῷ ἕκαστος γνώμης ἦν ἢ ἐμπειρίας ἔχειν, ita quoque de hoc libro tulit ſuffragium. Et vero, veriſimile ſit, tempore R. Jehudæ Hakkadoſch, qui ſub finem primi a nativitate Chriſti ſeculi vixiſſe legitur, & a quo literarum monumentis cum cæteris Maſſichtot conſignabatur liber *Avoda Sara*, ad tantum faſtigium non aſſurrexerat Religio Chriſtiana, ut Judæis vel tantillum eo metuenda eſſet, & ut ſcriptis eidem obviam ire cogerentur, quippe quæ in cryptis & catacumbis clanculum exercebatur, nec unquam vires videbatur ſumtura. Neque vero eſt ut quis objiciat, hunc codicem pari loco habendum cum reliquis libris quos Chriſtianis oppoſuerunt Judæi, cum certum ſit, Scripta hujusmodi, & ſi quæ alia ad Chriſtianos attinentia, aliis libris inſerta habentur, aut inde eraſa conſpiciuntur, ſequioris eſſe ævi, & eo præcipue tempore a Judæis conſcripta, cum exiliis & perſecutionibus illi ubique agitarentur; ceu patebit conferenti loca illa Chriſtianis oppoſita, quæ ex MSSis codicibus reſtituit in Porta Moſis Vir Clariſſimus EDVARDUS POCOKIUS vere اعجوبة الزمان *Seculi hujus Ornamentum*, Magiſter quondam noſter nunquam ſine honoris præfatione nominandus. Amplius eadem conſtabunt legenti quæ de Judæorum, qui quaque ætate vixerunt, ſcriptisque inclaruerunt, Scriptoribus, ſumma cura tradit Vir Inſignis, omnique laude digniſſimus JULIUS BARTOLOCCIUS, Fautor noſter optimus, in diffuſæ & multæ eruditionis opere, quod Bibliothecam Magnam Rabbinicam inſcripſit. Cæterum Codici *Avoda Sara* Codicem *Tamid* ſubjunximus, quo nullus in univerſo Talmude extat utilior. Monſtrat enim nobis manifeſtiſſime, totum Liturgiæ veteris in Templo Hieroſolymitano ordinem, quaque ratione Sacrificia ibi fuerint peracta. Quod ſi autem veterum Romanorum Græcorumque ſacros ritus cum ſenſu quodam & voluptate legimus, quanto majus pretium huic libro ponendum, quo, non quomodo Diabolo, ſed qua cæremonia vero Deo ſacrificatum fuerit, docetur? Adde, quod quamplurima Veteris & Novi Teſtamenti cæteroquin obſcura & intellectu difficilia dicta, claram lucem exinde accipiunt. His fruere mi Lector, & Fave. Sc. Altdorfi Noric. a. d. XV. Auguſti. A. cIↄ IↄcLXXX.

Tracta-

מסכת עבודה זרה

Tractatus de Cultu Peregrino.

פרק א לפני אידיהן של ע"א שלשה ימים אסור לשאת ולתת עמהן להשאילן ולשאול מהן להלותן וללות מהן לפורען ולפרוע מהן רבי יהודה אומר נפרעין מהן מפני שמיצר הוא לו אמרו לו אע"פ שמיצר הוא עכשיו שמח הוא לאחר זמן :

Caput 1. Triduo integro (*quia tanto ſpatio ad paranda ſacrificia opus eſt*) ante infeſta feſta Idololatrarum, nefas eſt cum iis emendi atque vendendi commercium habere; nefas quoque eſt, ipſis aliquid commodato dare, aut commodato ab iis accipere; ipſis pecuniam mutuo dare, aut mutuo ab iis ſumere; ſolvere iis debitum, aut pati ut debitum ab iis ſibi ſolvatur; (*Nam Idololatra ob quæſtum, commodumque quod ex ejuſmodi contractu aliquo percipit, in feſto deinde die tanto majore cultu Deaſtrum ſuum proſequeretur, atque ſic Judæus Idololatræ peccandi præberet occaſionem, contra præceptum*, Lev. XIX. 14. Ante cæcum ne ponito offendiculum.) R. Jehuda contendit, fas eſſe, ut debitum quis ab iis ſibi ſolvi patiatur, cum hoc ipſis afflictioni ſit, (*quod pecuniam erogare coguntur.*) Verum dixerunt (*opinionis contrariæ Patroni: nequaquam tuam ſententiam approbare poſſumus ex ea quam dediſti cauſa,*) nam etiamſi id in præſens eis ſit afflictioni, nihilominus poſtea eam ob rem lætabuntur, (*quoniam debitum deprehenditur eſſe ſolutum, & liberi ſunt ab ære alieno.*)

R. OB. DE BARTENORA.

אידיהן של גוים *Feſta gentilium*, eo nomine Judæi vocabant gentilium feſta idololatrica. לשאת ולתת *Ad commercia habenda*, ad vendendum & emendum, nam gentiles die feſto ſe conferunt ad idola ſua colenda. להשאילן *Ad commodato illis dandum*, ſcil. beſtias aut vaſa quæ reſtituenda ſunt ut accepta ſunt. להלוותן *Ad mutuo dandum illis*, nempe nummos; nam illi reddendi ſunt ut accepti ſunt: לפורען *Ad ſolvendum iis*, nam quum iis ſolutum eſt, ſead idola conferunt eaque celebrant die feſto. מפני שהוא מיצר לו *Quia hoc ei afflictioni eſt*, propter nummos quos dedit gentili eo quod illi non redeunt, ita ut idola ſua pro illis colere nequeat. שמח הוא לאחר זמן *Nihilominus poſtea lætabitur*, altero die feſto lætabitur, & idola ſua colet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Cæterum ſi Judæus mutuo dedit gentili ſuper obligationis ſcripto duntaxat, vetitum eſt ab illis ſolvi, ſed per mutuum orale licitum eſt id facere, quia hoc eſt eripere quid e poteſtate ipſius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אידיהן Eſt cognomen quo idololatrarum feſta vocabant, nam prohibitum eſt ut talia vocemus מועדים, quia revera vana ſunt; atque hi tres dies excipiuntur ab ipſo feſto. Prohibuerunt autem iſtis diebus omnem cum gentilibus pecuniæ mutuationem, quia gentiles iſto lucro idola ſua extollebant, quo modo fieri poterat ut Iſraëlita eſſet in cauſa hujus idololatrici cultus promovendi. Si vero Iſraëlitæ ſit debitum verbis contractum cum gentili, licet id ipſum ab illo exigere, quia hoc modo e poteſtate illius eripit; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ב רבי ישמעאל אומר שלשה ימים לפניהם ושלשה ימים לאחריהם אסור וחכמים אומרים לפני אידיהן אסור לאחר אידיהן מותר :

2. R. Iſmaël ait, triduo ante feſta illorum; & triduo poſt illa peracta, nefas eſſe (*ea quæ ſupra indicata ſunt negotia cum Idololatris exercere.*) At Sapientes dicunt, ante feſta illorum, nefas quidem id eſſe; poſt feſta vero (*celebrata*) id permitti: (*atque hos penes eſt veritas.*)

R. OB. DE BARTENORA.

לאחר אידיהן מותר *Poſt feſta licitum eſt*, & ita deciſio eſt; ſed dum in captivitate ſumus, dies gentilium ipſe feſtus duntaxat timoris ergo prohibitus eſt; omnes vero res quæ in hoc tractatu prohibentur, intelligendæ ſunt de Idololatria proprie dicta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris hæc eſt, dum ſumus in captivitate dies gentilium feſti tantum prohibiti ſunt, & quicquid emerint & vendiderint illis die feſto gentilium, id prohibitum eſt, nempe quod inde non licet aliquod percipere commodum; deciſio non eſt juxta R. Iſmaël.

ג ואלו אידיהן של ע"א קלנדא וסטרנורא וקרטיסים ויום גנוסיא של מלכים ויום הלידה ויום המיתה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים כל מיתה שיש בה שריפה יש בה ע"ז ושאין בה שריפה אין בה ע"ז יום תגלחת זקנו ובלוריתו יום שעלה בו מן הים ויום שיצא בו מבית האסורין וגוי שעשה משתה לבנו אינו אסור אלא אותו היום ואותו האיש בלבד :

3. Hæc autem ſunt feſta Idololatrarum: Calendæ, Saturnalia, dies κρατησίμαχος ſive memoria ſubjugati alicujus imperii; τὰ γενέσια ſive dies inaugurationis Regis eorum; dies item hujus natalis, nec non dies obitus illius: Sic cenſet R. Meir. Sed Sapientes dicunt, omnem pompam funebrem, cui adjungitur combuſtio ſive conſecratio, eam involvere cultum idololatricum; ſed eam cui non adjungitur conſecratio, non involvere cultum idololatricum. (*In caſibus ergo prædictis valet præceptum de triduo.*) At dies quo (*homo Idololatra*) primum barbam detondere cœpit, aut quo antias reſecat, dies item quo ex itinere maritimo ſalvus evaſit, dies quoque quo ex carcere fuit liberatus, aut dies quo Idololatra epulas parat filio ſuo, hi inquam dies tantum ſoli prohibiti cenſentur, neque etiam cum alio inter Idololatras commercium interdictum eſt, quam cum eo tantum qui illam diem feſtam celebrat. (*Hæc enim feſta tantum privatorum ſunt, nec publica*

blica celebrantur cæremoniæ, tum vero multa ex iis definitum tempus non habent, quippe barbæ aut antiis detondendis dies nulla determinari ſolet.)

R. OB. DE BARTENORA.

קלנדא Calendæ, ſunt octo dies poſt circuitum menſis Tevet. סטרנורא *Saturnalia*, octo ſunt dies ante revolutionem, nam cum Adam vidiſſet quod primus dies paulatim diminuebatur, dixit, væ mihi, forſan propterea quod ego peccavi, mundus redibit in nihilum, ideo octo dies verſatus eſt in jejunio, poſtquam autem vidiſſet quod circuitus ille præteriiſſet, & deinde vidiſſet diem ſe dilatantem, dixit, hæc mundi conſuetudo eſt, fecitque octo dies feſtos. Anno autem ſequenti hic atque illi conſtituerunt dies feſtos, is inſtituit tales dies in honorem Dei, hi vero ſcil. gentiles inſtituerunt illos in cultum idololatricum.

קרטסים Denotat diem quo rex aliquis idololatricus cepit regnum, cumque conſecravit in feſtum. גנוסיא Notat diem quo conſtitutus eſt rex idololatricus. יום הלידה *Dies Natalis*, eſt dies natalitius regis. שריפה *Combuſtio*, qua totum mortui alicujus apparatum comburunt, quemadmodum in regali pompa comburere ſolent.

ש בה עבודה זרה *Continet idololatricum cultum*, iſto die feſtum idololatricum habebatur, & ſic quoque annuatim omnibus filii ipſius diebus. Cæterum omnes quos hactenus numeravimus dies, æſtimabant valde, & triduo ante illos prohibitum erat cum gentilibus negotiari. Verum dies tonſionis barbæ, qui non eſt tempus pro ſingulis fixum, ſed unusquiſque, dum tondetur, faciat diem feſtum; neque ob בלורית ſive cæſariem quam idololatræ relinquebant in occipite per integrum anni ſpatium, & non detondebant niſi quotannis, nec ob diem quem tonſura faciebat feſtum, neque propter diem quo ex itinere maritimo rediens offerebat ſacrificium idolo, quod ſalvus evaſerat, Iſraëlitæ non interdictum erat niſi is ipſe dies, non autem priores, quia in nullo pretio habebantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc in Miſna memorata tempora tunc temporis idololatris nota erant, ut & aſſeclis eorum; ſic etiam omnia cujuslibet nationis feſta ubique terrarum, ubi idololatræ degunt, ſecundum horum ritum celebranda ſunt, uti dictum eſt. Præterea notandum eſt, eos qui ex errore ſequuntur idololatriam; etſi in ritibus quibusdam diverſi ſint, omnes haberi idololatras, eorumque feſta omnia eſſe prohibita, nam in illis iidem obtinent ritus qui obtinent inter idololatras; ſic etiam ipſe dies qui eſt ex idololatrarum feſtis. Et propterea vetitum eſt negotiari cum illis qui talia feſta admittunt in tali die; ſed contrahet cum illis eo die, quemadmodum contrahere cum idololatra ſolet in ipſius diebus feſtis.

כל מיתה שיש בה שריפה *Omnis pompa funebris cui adjungitur combuſtio*, cui adhibetur ſuffimentum, aut veſtium vaſorumque mortui combuſtio. יום גנוסיא Eſt dies inaugurationis regum gentilium; deciſio non eſt juxta R. Meyr. בלורית Notat cæſariei portam quam in medio capite conſtituunt, & omnia deinde latera illius abradunt, cujusmodi abraſio in Lege nobis prohibita eſt, ne nos eum imitaremur; attamen propter eam Iſraëlitæ non vapulant, niſi illa barba angulos deſtruat, ſicuti expoſuimus in Maccot.

ד עיר שיש בה ע'ז חוצה לה מותר היה חוצה
לה ע'ז תוכה לה מותר מהו לילך לשם בזמן שהדרך
מיוחדת לאותו מקום אסור ואם היה יכול להלך בה
למקום אחר מותר עיר שיש בה ע'ז והיו בה חנויות
מעוטרות ושאינן מעוטרות זה היה מעשה בבית שאן
ואמרו חכמים המעוטרות אסורות ושאינן מעוטרות
מותרות :

4. Si quæ urbs, Idolum (*cujus feſtum celebratur*) intra ſe habet, tum in ſuburbanis (*die illo*) negotia cum Idololatris exercere permittitur; Sed vero ſi Idolum illud (*cujus feſtivitas peragitur*) extra urbem fuerit conſtitutum, tum intra urbem negotia cum Idololatris exercere conceditur. At num (*homini Judæo*) fas eſt talem locum petere (*ubi feſtivitas Deaſtri peragitur?*) Nempe ſi via unice tendat ad illum locum, nefas id eſt (*nam exiſtimare quis poſſet hominem Judæum ad feſtum celebrandum tendere.*) Sed ſi eadem via ad alia loca quis poſſit evadere, id permiſſum cenſetur, (*nam ſic eum intuentes, neſciunt quorſum iturus ſit, nec colligunt illum neceſſario locum ubi panegyris agitur petere.*) Si in qua urbe Idolum ſit, atque reperiantur ibi tabernæ, quarum aliquæ coronas præfixas, aliæ vero minime præfixas habent, (*quod indicio eſt, eas quibus coronæ præfiguntur, ſacrificulorum eſſe; illas vero quibus coronæ nulla præfixa, ab aliis poſſideri.*) quale quid obtinebat in urbe Beth Schean, ibi dicunt Sapientes, in tabernis quæ coronis ornantur, mercari non licere, licere in iis quæ coronis deſtituuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

עיר שיש בה עבודה זרה *Civitas in qua eſt idololatria*, in qua celebratur feſtum in memoriam idoli quod eſt in urbe iſta. חוצה לה *Extra illam*, etiam prope urbem Judæis licet negotiari cum illis qui extra civitatem morantur, quia non ſectantur iſtam idololatriam; nam conſuetudo illorum hæc eſt, ut dies feſtus horum non ſit dies feſtus illorum.

מהו לילך לשם *At num fas eſt eo commmigrare?* ſcil. per illam civitatem, & hoc die feſto idololatrico. בזמן שהדרך מיוחדת לאותו מקום *Si via unice tendat ad illum locum*, ſi via abhinc ad iſtam urbem trita ſit duntaxat, prohibitum eſt illac tranſire, quia videtur perinde ac ſi illuc ſe conferret ut idola coleret; ſi vero via trita eſſet & ad aliam quoque duceret urbem, licet per illam tranſire, nam qui ipſum viderit, putabit quod ad alium locum tendit. היו בה חנויות מעוטרות *Si tabernæ coronatæ ſint*, hoc indicio eſt quod hæ tabernæ ad ſacerdotes pertinent, ad tributum exigendum, & hæ Judæis prohibitæ ſunt. *Quæ vero non coronatæ ſunt, eæ licitæ ſunt*, quia in his non exigunt tributum in cultum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מהו לילך לשם *At num (homini Judæo) fas eſt talem locum petere?* ut iſtam ſibi viam eligat per quam ad alium locum ſe conferat, nam interdictum civitatem idololatricam intrare, & quanto magis in illa commorari, & negotiari interdictum eſt.

חנויות מעוטרות *Tabernæ coronatæ*, tabernas civitatis qualicunque ornamenti modo exornatas ſi confecerint, id omne idololatrici cultus indicio ſit; idcirco quicquid in iſtiusmodi civitate invenitur, id omnino uſui prohibitum eſt Iſraëlitis. Propterea tibi ſcitu neceſſarium eſt quod per nullam civitatem idololatricam Iſraëlitæ de induſtria liceat iter facere, & multo minus in illa morari; ſi vero civitas huic juri obnoxia eſt, quanto magis ipſum idololatricum ſacellum, quod videre non licet, intrare non licet.

tum idololatricum, & exinde nulla idololatriæ venit utilitas. Præterea quoque licitum eſt die feſto eorum ab illis emere id quod durabile eſt, quia venditor plerumque dolet, ſi durabile quid vendat, & non ibit ad idololatricum cultum.

ה אלו דברים אסורים למכור לע'א אצטרובלין ובנות שוח ופטוטרותיהם ולבונה ותרנגול הלבן רבי יהודה אמר מותר למכור לו לבן בין התרנגולים ובזמן שהוא בפני עצמו קוטע את אצבעו ומוכרו לו לפי שאין מקריבין חסר לע'ז ושאר כל הדברים סתמן מותר ופירושן אסור ר'מ אומר אף דקל טב וחצב ונקליבם אסור למכור לע'א :

6. Eas, quæ ſequuntur res, nefas eſt vendere Idololatris. Nimirum mala citrea, ficus majores candidas, ficusque pendentes petiolis (*dubium enim nullum eſt, eos fructus hoſce, ob inſignem illorum ſpeciem Deaſtris ſuis dicaturos. Amplius quis prohibetur Idololatris vendere*) thus, itemque gallinaceum album (*quia tales inprimis Deaſtris ſuis ſacrificare conſueverunt.*) R. Jehuda ait licere iis vendere gallum album, ſi juxta cum hoc illis vendat gallos alios: aut, ſi velit ipſis vendere album ſolum, reſecandum eſſe unguem, atque ſic vendendum; quia non ſolent (*Idololatræ*) ſacrificare pecudes mutilas Deaſtris ſuis. De cæteris rebus omnibus tenendum eſt, quod nuda venditio (*quando ſcilicet Idololatra non exprimit ſe ex re emta, donum aliquod Deaſtro parare velle,*) permittatur: at vero ſi Idololatra mentionem faciat (*ſe ideo emere ut rem Deaſtro dicet,*) hoc caſu venditionem non concedi. R. Meir ait, nec licere Idololatræ vendere dactylos eximios, calamum ſacchari, aut palmulas quas Nicolaos vocant.

R. OB. DE BARTENORA.

אצטרובלין Eſt fructus abietis. בנות שוח Eſt ſpecies albarum ficuum, quas Iſraëliris interdictum eſt vendere in uſum idololatriæ. פטוטרות ſunt petioli a quibus dependent ficus, quia idololatra eas certo offert in donum idololatricum.

ותרנגול הלבן *Et gallus gallinaceus albus*, ſi gentilis ab Iſraëlita emerit multos gallos gallinaceos, licet ei vendere inter illos gallum gallinaceum album, nam cum alios emit, non hos deſtinabit idololatriæ. ופירושן אסור *Si vero de illis mentem ſuam aperuerit, prohibitum eſt*, ſi dixerit gentilis ſe illos idolo conſecraturum, interdictum eſt. Hæc autem ut referret auctor, neceſſe erat, quia cæteroquin dicere potuiſſemus quod hic gentilis eos non deſtinaturus ſit idololatriæ; & hoc ita eſt quia putat, quod, ſicuti ipſe adhæret idololatriæ, ſic etiam univerſus orbis adhæret, atque ita dicere vult, ut ei minoris vendatur, ideo nos docet auctor quod ita non dicendum ſit. דקל טב Notat dactylorum eximiorum fructus qui idolis conſecrari ſolebant. חצב Notat cannas unde ſaccharum conficiunt. נקליבם eſt herbarum excellentium ſpecies; deciſio eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אצטרובלין *Mala citrea*, hæc in lingua Arabica vocantur קצב קריש, ſuntque e צנובר minima. בנות שוח ſunt e genere ficuum. פטוטרות ſunt petioli a quibus dependet fructus. Quod autem R. Meyr dixit non licere dactylos eximios vendere idololatriæ, intelligi debet de ipſis dactylorum eximiorum fructibus, quia optimi quique fructus offeruntur idololatriæ; deciſio eſt juxta R. Meyr, qui has res vendere prohibet, ut ne de illis idolis offerantur. חצב notat calamos unde ſaccharum conficiunt. נקליבם eſt ſpecies herbarum excellentium.

ו מקום שנהגו למכור בהמה דקה לע'א מוכרין מקום שנהגו שלא למכור אין מוכרין ובכל מקום אין מוכרין להם בהמה גסה עגלים וסיחי שלמין ושבורין רבי יהודה מתיר בשבורה ·ובן בתירא מתיר בסוס :

6. In loco quo Idololatris conſueverunt vendere minuta animalia, vendere ea licet; at vero in eo loco ubi obtinet ut non vendantur, nequaquam fas eſt illa venum exponere. Sed vero ubivis locorum nefas eſt iis vendere animalia magna, (*quoniam his opus peragunt in Sabbato, contra Legem Divinam quæ quietem etiam animantibus imperat;*) vitulos item ac aſellos ſive integros ſive confractos. (*Confracti enim aſelli ſaltem in mola uſum ſui præbent.*) At R. Jehuda exiſtimat, fracta animalia licere venundare. Imo F. Betiræ cenſet licere etiam equum Idololatræ vendere, (*ſi eo tantum ad equitandum uti velit, nec enim verum hoc opus eſt ſi maxime in Sabbato equus dominum geſtet, quippe vivus homo non tam geſtatur, quam ſeipſum geſtat.*)

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוכרין בהמה גסה *Non vendunt magnum pecus*, venditionem Sapientes decreverunt, ne Iſraëlita mutuo det aut elocet pecus ſuum gentili, qui ope illius in Sabbato operatur; ſed mediante conciliatore licet pecus vendere, quia in elocatione non obtinet elocatio, quia conciliator non ſolet elocare.

שלמים ושבורין *Integra & fracta*, quia fracta quoque inſerviunt operi molendo. *R. Jehuda concedit venditionem fractorum*, ſed deciſio non eſt juxta ipſum *Filius tamen Betera de equi venditione concedit*, etiam talis equi ſuper quem venatores aves ducunt quibus venantur, quia in illa eſt ſententia quod animalia viventia ſe ſponte movent; & Sapientes putant hominem ſe movere, propterea quum equus iſte duntaxat equitatui deſtinatus fuerit, licet eum vende-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Magnum pecus idololatræ vendere prohibitum eſt, quia Deus nobis præcepit de quiete illius Sabbatica; & Sapientes iſtud vendere prohibuerunt, ne quis Iſraëlita id ipſum mutuo det vel elocet gentili, & putet quod hoc licitum eſt ſicuti licitum eſt id vendere, & hoc modo idololatriam colat pecude Iſraëlitæ, idcirco vendat ope conciliatoris alicujus, ſicuti expoſuimus capite quarto tractatus Peſachin. Animalia fracta autem inſerviunt molituræ. Ben Betera dicit, quod equos ſuper quos rete trahunt venatores ad venandum aves, licet vendere, quia putat quod animal vivens ſe ſponte ſua movet, etiam beſtia & volucre, ſicuti expoſuimus capite decimo tractatus Peſachim. Sapientes vero dicunt quod homo ſolus ſe ſponte movet, ſicuti expoſuimus capite decimo tractatus de Sabbato; deciſio

vendere; ſed ad portandum ſuper ipſo aliquod aliud animal præter hominem, non licet; deciſio non eſt ſecundum filium Beteræ.

deciſio non eſt juxta Ben Betera, neque juxta R. Jehuda. Cæterum quadrupedes equitatui duntaxat inſervientes, idololatris vendere licet.

ז אין מוכרין להם דובין ואריות וכל דבר שיש בו נזק לרבים אין בונים עמהם בסלקי וגרדים ואיצטדיא וכיפה אבל בונים עמהם בימוסיאות ובית מרחצאות הגיעו לכיפה שמעמידין בה ע"ז אסור לבנות :

7. Non licet vendere Idololatris urſos aut leones, neque ullam rem quæ publicitus multis nocere poteſt, (*quales imprimis ſunt arma & machinæ bellicæ, item numellæ, compedes, catenæ.*) Non licet operam dare ædificantibus baſilicas, aut cataſtas ſive pegmata (*in quibus de ſontibus ſupplicia ſumuntur.*) Eadem ratio Circorum ſive Stadiorum (*vel potius Amphitheatrorum, in quibus homines cum beſtiis depugnare ſolent, quales ludi a noſtra pietate alieni. Adde his*) turres quoque (*facile enim fieri poteſt ut Idololatræ infideles ex protervitate ſua Judæum hominem præcipitem dent in terram.*) Cæterum turriculas conſtruentes adjuvare fas eſt. Quantum vero ad Balnea attinet (*licet utique in iis condendis laborare, ſed*) quando perventum ad extruendum fornicem ſive loculamentum ubi conſtitui ſolet ſimulacrum Deaſtri (*cui balneum dicatum eſt,*) tum porro nefas eſt manus præbere in ædificatione.

R. OB. DE BARTENORA.

וכל דבר שיש לו נזק ברבים *Et quicquid in ſe comprehendit damnum pro multis*, cujuſmodi ſunt arma bellica, ut gladius & lancea. בסילקי Notat palatium altum, in quo Judices conſidebant ad judicandum homines, quos aliquando de tali palatio dejiciebant, unde mortem ſubibant. גרדום Eſt aliud ædificium quod ædificatum eſt ad judicia capitalia exercenda. איצטדיא *Stadia*, denotant locum ludi cujusdam in quem bos petulcus adducebatur qui hominem interficiebat. בימה Βῆμα, eſt ſolium aliquod in formam turris rectæ altæ extructum, ex quo ſi quis depellatur, morte afficitur. בימוסיאות ſunt ædificia quæ neque pro idololatria neque pro hominum internecione extructa ſunt. apud gentiles in balneis erigere idolum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes res quæ in ſe continent damnum multorum, cujuſmodi ſunt arma belli, & pœnarum inſtrumenta, ut catena & inſtrumenta ferrea, ac nervi, non licet vendere; ſic etiam neque arma bellica licet parare pro gentilibus, neque lanceas neque gladios acuere, & ſimilia inſtrumenta, ne deſtructoribus terræ auxilio ſimus. *Baſilicæ*, *Cataſtæ ſive Pegmata*, *Stadia*, & *Circi*, hæc omnia ſunt nomina cathedrarum quæ in honorem idololatriæ conficiebantur. בימוסיאות ſunt palatia. כיפה eſt ſtructura in modum arcus.

כיפה Eſt ſtructura in modum fornicis; porro moris erat

ח ואין עושין תכשיטין לע"ז קטלאות ונזמים וטבעות רבי אליעזר אומר בשכר מותר אין מוכרין להם במחובר לקרקע אבל מוכר הוא משיקצץ רבי יהודה אומר מוכר הוא לו על מנת לקוץ אין משכירין להם בתים בארץ ישראל ואין צ"ל שדות ובסוריא משכירין להם בתים אבל לא שדות ובחוצה לארץ מוכרין להם בתים ומשכירין שדות דברי רבי מאיר ר' יוסי אומר בארץ ישראל משכירין להם בתים אבל לא שדות ובסוריא מוכרין בתים ומשכירין שדות ובחוצה לארץ מוכרים אלו ואלו :

8. Non licet facere ornamenta Idolis, verbi cauſa, catenulas, inaures atque annulos. Sed R. Elieſer ait, id licitum eſſe ſi pretium ſolvatur. Nefas eſt vendere Idololatris fructus, qui (*in terra Judaica*) adhuc affixi ſunt ſolo; (*vetat enim Lex Divina Deut. VII. 2. concedere Idololatris poteſtatem condendi tugurioli, at fructus colligere volenti aliquando neceſſe eſſet tuguriolum ſtruere:*) Sed vero vendere illis licet fructus, qui a ſolo ſunt ſeparati. R. Jehuda dicit, licere fructus in terra extantes vendere, ſed ea conditione ut reſecentur. Non licet domos locare (*Idololatris*) in terra Judaica: nec opus eſt ſpecialem mentionem facere agrorum (*nam id facile colligi poteſt ex argumento ſumto a comparatis, quin & novum accederet hoc in caſu crimen, defraudatio nempe τῶν ἀπαρχῶν & decimarum ex agro Judaico, quarum ſolutionem tam ſollicite Scriptura inculcat.*) In Syria tamen (*quam David ſubegit, & cujus minime tanta ac Judaicæ provinciæ ſanctitas eſt*) domos locare licet, non vero agros. Sed in regionibus procul diſſitis, domos vendere & agros locare licet: ita cenſente R. Meir. R. Joſe ait, licitum eſſe domos locare in terra Judaica, minime vero agros: In Syria vero licitum eſſe domos quoque vendere, & agros locare; at in regionibus procul diſſitis concedi utrumque.

R. OB. DE BARTENORA.

אבל מוכר הוא משיקצץ *Sed vendat fructus amputatos*, ne gentili vendat Iſraëlita id quod terræ affixum eſt, ſed poſtquam amputatum fuerit, quia tum contra Legis præceptum dat gentili id quod terræ adhæret. אין משכירין להם בתים *Non locant illis domos*, ne vendat idololatræ domum, contra Legis præceptum.

אין צריך לומר שדות *Non erat neceſſarium agrorum mentionem facere*, ſed in hac re duo requiruntur, unum eſt interdictum ne idololatræ detur id quod terræ conjunctum eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prohibitionis harum rerum fundamentum eſt id quod dixit Deut. 7. 2. לא תחנם Et propterea non dabis gentili id quod ſolo adhæret, quia hoc comprehenditur ſub voce תחנם Cæterum auctor Miſnicus dicit אין צריך לומר שדות *Et non opus erat agrorum mentionem facere*, nam in agris duæ obtinent conditiones, una ne gentili det de eo quod ſolo adhæret, ſecunda eſt, quia fructui ſolo adhærenti detrahenda eſt oblatio prima, & decimæ; deciſio eſt juxta R. Joſe; ea tamen lege ut duobus aut tribus elocet gentilibus,

eſt, alterum ut ne ei det quod non decimatum eſt. *In Syria*, id eſt in Aram Zoba quam regionem ſubegit David, quæ non ea, qua terra Iſraëlis, pollet ſanctitate: *Domus locare licet*, nam hic non timendum eſt ne Iſraëlita eas vendat gentili, quia, licet ei vendiderit, tamen non tranſgreſſus eſt Legis præceptum de terra Iſraëlis; attamen de induſtria non licet gentili vendere, propter venditionem in terra Iſraëlis. *Sed non agros*, quia duas prohibitionis cauſas in ſe continent. *Et in loco extra terram Iſraëlis*, qui eſt locus longinquus, in quo Sapientes non ſolliciti fuerunt de venditione terræ Iſraëlis. *Domos vendere & agros locare licet*, ſed non vendunt iis agros, quia in hoc duæ continentur interdictoriæ rationes. *R. Joſe dicit &c.* Deciſio eſt juxta R. Joſen: dummodo Iſraëlita non elocet tribus gentilibus ſimul, ne viciniam idololatrarum faciat. tilibus, verum tribus aut pluribus non elocabit, ne viciniam idololatrarum efficiat.

ט אף במקום שאמרו להשכיר לא לבית דירה אמרו מפני שהוא מכניס לתוכו עבודה זרה שנא׳ לא תביא תועבה אל ביתך ובכל מקום לא ישכיר לו את המרחץ מפני שהוא נקרא על שמו :

9. Notandum autem, quod quando Sapientes (*R. Joſe puta & R. Meir, ſive de regione Judaica, ſive tantum de Syria*) pronunciant, locationem domorum licitam eſſe, tamen hoc non intelligi debere de domo quæ incolitur, (*ſed tantum de horreo aliquo aut ſtabulo, qua & ipſa domus dicuntur*;) atque cauſa rei eſt, quod Idololatra inferre in ædes ſolet Idolum ſuum: Scriptum vero (Deut. VII. 26.) *Ne inferas abominationem in domum tuam.* Cæterum nuſpiam locorum licet iis locare balneum: Quippe balneum ejus (*qui illud locavit*) nomen ſervat, (*minime vero conductoris nomen aſſumit; itaque lavante ibi die Sabbatico Idololatra, vulgus dicet in balneo Judaico illa luce lotiones peragi. Neque eſt ut quis objiciat, agrum, quem in Syria Judæus Idololatræ locat, eidem ſubjacere periculo, metumque eſſe ne dicant homines in agro Judæi die Sabbatico opus peragi, cum ibi laborat conductor Idololatra. Ager enim privati uſus eſt, & paterfamilias ibi laborans, ejus dominus eſſe præſumitur. At de balneo ſecus ſe res habet, quod nemo non ſcit minime eorum eſſe qui ibi lavant, ſed publico uſui deſtinari.*)

R. OB. DE BARTENORA.

אף במקום שאמרו להשכיר *Etiam in loco ubi dixerunt de locatione*, juxta ſententiam R. Meyri tantum in Syria, non in terra Iſraëlis; ſed juxta R. Joſen quoque in terra Iſraëlis. לא לבית דירה אמרו *Non de domo habitationis dixerunt*, ſed non ad colligendum in eo paleam, & ligna, & id genus alia.

מפני שהוא נקרא על שמו *Quia balneum a nomine ipſius denominatur*, quod gentilis id calefaciet die Sabbati, & alii dicent, in balneo talis Judæi ſe lavant in Sabbato. Sed cum agro Iſraëlitæ aliter comparatum eſt, nam gentilis qui eum conduxit, die Sabbati illo operatur, quia ager conduci ſolet, & hoc modo gentilis operatur in ſuo; ſed balneum non ſolet conduci, neque omnibus conſtat quod Iſraëlita eum gentili elocavit, & propterea prohibitum eſt. Hocce vero tempore ubi balneum elocare ſolent pro dimidia parte in annum, vel pro tertia, aut quarta parte, ſicuti in agris facere ſolent, licet gentili balneum locare, etſi gentilis in eo die Sabbati operetur, & omnes Iſraëlitæ norunt quod gentilis conduxit, & quod operatur in ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אף במקום שאמרו להשכיר *Etiam in loco ubi dixerunt de locatione*, ſunt verba R. Meyri, dicentis, quod non elocant gentilibus niſi in Syria, ſed non in terra Iſraëlis. Verum juxta ſententiam R. Joſis talis erit verborum correctio. ושאמרו לא לבית דירה אמרו *Et quando dixerunt, non de domo habitationis dixerunt.* Et inter doctores non eſt controverſia an gentili liceat elocare domicilium ad faciendum inde promptuarium aliquod, aut ad exiguum inde commodum percipiendum.

מפני שהוא נקרא על שמו *Quia illud nomen ipſius ſervat*, vocatur nomine poſſeſſoris primi qui fuit Iſraëlita; gentilis autem qui in balneo illo, calefaciet illud die Sabbathi, & gentiles intrabunt, & dicent, nos hodie lavimus in balneo N. In hoc autem profanatio Dei ſita eſt pro eo qui id audiverit, quia ipſum latet quod pro tempore duntaxat elocatum erat gentili certo pretio. Sed hoc fiebat in temporibus R. Joſis in quibus pro tempore non ſolebant elocare; noſtris vero temporibus jus balnei, & agri idem eſt, ut & cæterorum fundorum, & poſſeſſori licet eos elocare, & hoc unicuique notum eſt.

פרק ב אין מעמידין בהמה בפונדקאות של ע״א מפני שחשודין על הרביעה ולא תתיחד אשה עמהן מפני שחשודין על העריות ולא יתיחד אדם עמהן מפני שחשודין על שפיכות דמים בת ישראל לא תילד את הע״א מפני שמילדת בן לע״א אבל ע״א מילדת בת ישראל בת ישראל לא תניק בנה של ע״א אבל ע״א מניקה בנה של ישראלית ברשותה:

Caput 2. Non licet Judæis ſtatuere pecora ſua in *πανδοκείοις* Idololatrarum (*paratis ad excipiendos viatores*,) quia Idololatræ ſuſpecti ſunt de concubitu cum beſtiis. Neque licet fœminæ Judaicæ morari cum ſolis Idololatris, quia ſuſpecti ſunt ardoris in rem Veneream. Quin nec ſoli Judæo fas eſt cum ſolis agere Idololatris, quia ſuſpecti ſunt de cæde. Fœminæ Iſraëliticæ non licet obſtetricis munere fungi apud fœminam Idololatræ, quia hæc educat filium ſuum idololatriæ; (*Si tamen pretium ſolvatur, iſto officio Judaica mulieri fungi licebit, pacis cauſa.*) Cæterum fœminæ gentili licet obſtetricis munere fungi apud fœminam Judaicam, (*eo ſcilicet caſu quando obſtetricis Judaicæ nulla copia, atque præſentes ſunt fœminæ aliæ, ne puerperam enecet obſtetrix.*) Non licet fœminæ Judaicæ mammam præbere proli Idololatrarum, (*nam id eſſet idololatriæ illam educare*;) Sed vero fœminæ gentili fas eſt lactare prolem Judaicam, dummodo apud matrem id fiat in ædibus, (*rurſus periculum cædis evitandi cauſa.*)

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהן חשודין על הרביעה *Quia ſuſpecti ſunt de cubitu cum beſtiis*, etiam fœmellæ cum femellis prohibitæ ſunt, nam viri gentiles aliquando ad conſortium mulierum accedere ſolent, quas ſi non inveniant, cum quadrupedibus rem habent. לא תתיחד אשה עמהן *Neque fœmina Judaica licet morari cum ſolis idololatris*, neque in tali loco ſolitario in quo cum Iſraëlita commorari licet, ſi mulier ſit cum eo, quia uxor gentilis non obſervat maritum ſuum. לא תילד את הנכרי *Non aget obſtetricem apud gentilem*, ſed mercede licitum eſt ob odium. Sed gentilis mulier obſtetricem agere poteſt apud fœminam Judaicam, ſi aliæ fuerint cum ipſa, ſin ambæ ſint ſolæ, non licet, ne occidat infantem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne quidem pecus fœmininum relinquebant in poteſtate gentilis mulieris, ne, ſi vir gentilis acceſſiſſet ad domicilium gentilis mulieris, more quadrupedum cum illa coitum iniret. Dixerunt autem quod mulier Judæa cum illis ſola eſſe poteſt, etiam, eo modo quo ei licet ſoli eſſe cum Iſraëlita, ut, ſi uxor gentilis ſit cum ipſo, & id genus alia, quæ expoſuimus capite ultimo tractatus de Sponſalibus. Verum Iſraëlitæ filia non aget obſtetricem apud mulierem gentilem, quia illa infantem pro idolo educat; at ſi mercede fiat, licet ob inimicitiam. Propterea infantem gentilem Judææ nutrire non licet lacte ipſius. ברשותה *In poteſtate illius*, nutrix gentilis non ſola erit cum parvulo, ne occidat ipſum.

ב מתרפאין מהן ריפוי ממון אבל לא ריפוי נפשות ואין מסתפרין מהן בכל מקום דברי ר׳ מאיר וחכמים אומרים ברשות הרבים מותר אבל לא בינו לבינו׃

2. Licet ab Idololatris medicinam petere iis rebus quæ pecunia æſtimantur, (*uti ſunt animalia bruta, ſervi, ancillæ*;) Sed nequaquam illis permittendum eſt, ut faciant medicinam Judæis hominibus, (*ita nimirum, ut pharmacum ipſi conficiant. Sed, ſi nudis verbis indicet Idololatra quomodo medendum morbo ſit, quæque herba aut potio ſalutem afferre queat, ejus conſilio obſequi fas eſt.*) Haud ullo in loco collum eorundem tonſoribus præbendum eſt. Sic ſentit R. Meir. Sed Sapientes dicunt, poſſe hoc fieri in loco publico, non vero inter eos ſolos.

R. OB. DE BARTENORA.

רפוי ממון Notat ſanationem pecudis. רפוי נפשות Eſt ſanatio ipſius hominis: ſi medicus gentilis dixerit Judæo, talia aromata tibi proſunt, tum licet illis uti. אבל לא בינו לבינו *Sed non inter eos ſolos*, ſi vero in ſpeculo gentilis faciem intueatur, licet; nam gentilis dicere poteſt, quandoquidem tanto cum apparatu tonderi ſolet, vir gravis eſt, & idcirco timebit illum occidere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רפוי ממון *Medicina pecuniaria*, quando medicus gentilis certa pecuniæ ſumma Judæi pecus, aut ſervum curat. רפוי נפשות *Medicina animarum*, quum ipſum Judæum ſanat gentilis; ſed hoc intelligendum eſt, quando e ſuis rebus Judæo medicinam præbuerit; at ſi Judæo dixerit qua re ipſum ſanitati reddat, licet. Propterea a gentilibus doctoribus licet aſſumere præſcripta medica, non tamen ipſius caſus declarationem; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ג אילו דברים של ע״א אסורין ואיסורן איסור הנאה היין והחומץ של ע״א שהיה מתחילתו יין וחרס הדרייני ועורות לבובין רשב״ג אומר בזמן שהקרע שלו עגול אסור משוך מותר בשר הנכנס לעבודת אלילים מותר והיוצא אסור מפני שהוא כזבחי מתים דברי ר׳ עקיבא ההולכין לתרפות אסור לשאת ולתת עמהן והבאין מותרין׃

3. Ea, quæ ſequuntur res Idololatrarum, interdictæ ſunt, atque in tantum interdictæ intelliguntur, ut ne quidem ulla ratione vel leviſſimum commodum ex iis percipere liceat. Sunt vero vinum, (*quod Idololatra ex ſuis uvis expreſſit*;) Acetum Idololatrarum, quod ex vino eorundem natum eſt; Argilla Adriani: (*Quippe ſolebat Adrianus argillam vino macerare, atque globos exinde conficere: eos ſecum asportabat in expeditionibus militaribus, & cum bibere vellet, globos in aquis ſolvendo, vinoſas eas reddebat, argilla in fundo ſubſidente.*) Pelles item καρδιακαὶ, (*nam ſic in more poſitum habebant gentiles, vivorum animalium pelles incidere, atque cor exinde extrahere idque Idolis adolere.*) R. Schimeon F. G. ait, tum demum pelles iſtas illicitas cenſeri, quando foramen quod in iis comparet, rotundum eſt, (*hoc enim vero indicio eſſe illud foramen eximendo cordi fuiſſe factum*;) at vero ſi in pelle aliqua foramen oblongum ſit, nihil prohibere quo minus ea uti liceat, (*cum illud foramen nequaquam eximendo cordi, ſed tantum ad mactandum animal, factum ſit.*) Carne, quæ in eo ſtatu eſt ut ſacrificium idoleo inſerri debeat, uti licet; at illa, quæ ex idoleo effertur, nequaquam, quippe reputatur pro ſacrificio manium; ſic cenſente R. Akiba. Cum Idololatris profana templa petentibus negotiari non licet; at licet negotiari cum iiſdem inde excuntibus.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיה מתחלתו יין *Quod ab initio ſuo vinum erat*, excipe ſi idololatra acetum emiſſet ab Iſraëlita, quod uſui non eſt prohibitum, nam ratio quare uſui prohibitum eſt hoc acetum, eſt, quia gentilis id forſan idolis libaſſet; at acetum non ſolent libare idolis.

וחרס הדרייני *Et argilla Adriani*, Imperator Adrianus argillam vino macerabat, atque exinde vaſa conficiebat, quæ in furno non coquebantur; & hæc ſecum ferebat in caſtris, & quum bibere vellet, argillam aqua macerabant unde

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Imperator Adrianus ſciebat aliquod conficere lutum quod aliquamdiu depſebat cum vino, atque deinceps ex eo conficiebat vas teſtaceum ſine coctione, & hoc ſecum ferre ſolebat, quotieſcunque autem vino opus habebat, fruſtum aliquod illius vaſis macerabat aqua, & diſſolvebatur, lutumque fundum petebat, aqua vero miſcebatur cum vino, quod bibebat; hoc autem moris erat illo in tempore quo Miſna componebatur, & hujuſmodi potus vocabatur חרס הדרייני *Argilla Adriani*. לבובין *Pelles*, derivatur vox

unde diſſolvebatur, & argilla fundum petebat, vinum vero cum aqua miſcebatur, & hoc vinum vocabatur חרס הדריני *Argilla Adriani.*

עורות לבובים *Pelles cardiacæ*, hoc ſenſu, decoriabant pecora viventia e regione cordis in modum foraminis rotundi, unde cor educebant, atque id ipſum idolis offerebant. משוך מותר *Si foramen oblongum ſit, licet*, quia ſi rotundum eſſet, duntaxat idololatriæ deſtinabant; deciſio

vox a לב *Cor*, quia pelles iſtas ſuper corde perforabant, quod erat idololatriæ ſpecies. תרפות Eſt res vel locus vilis quo cognominabatur via turpis ad domum idololatriæ. והבאין מותרין *Et qui venerint, ii liciti ſunt*, ſi illi ſoli venerint; at ſi cum præſidiis advenerint, prohibiti ſunt, quia fieri poteſt ut redeundi ſcopum habuerint; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis. היוצא אסור *Quæ egreſſa eſt*, carne quæ e domo idoli elata eſt, uti non licet, quia jam in ſacrificium deſtinata eſt. תרפות Notat errores in loco idololatrico. locus pudendorum mulieris etiam vocatur בית תרפה. Porro cum gentilibus negotiari non licet, quia dum ſe conferunt ad idola colenda, emere quædam ſolent ad cultum idololatricum neceſſaria; deciſio eſt juxta R. Akibam.

ד נדות הע'א וקנקניהן ויין של ישראל כנוס בהן אסורין ואיסורן איסור הנאה דברי ר' מאיר וחכמים אומרים אין איסורן איסור הנאה החרצנים והזגין של ע'א איסורין ואיסורן איסור הנאה דברי ר' מאיר וחכמים אומרים לחין אסורין יבשין מותרין המורייס וגבינת בית אונייקי של ע'א אסורין איסור הנאה דברי ר' מאיר וחכמים אומרים אין איסורן איסור הנאה :

4. Utres coriacei Idololotrarum, & (*fictiles*) lagenæ illorum (*veteres, quibus jam vinum fuit infuſum,*) tum vinum quoque Judaicum, quod talibus continetur, pro interdictis habenda, ſuntque in tantum interdicta, ut ne quidem ulla ratione commodum ex iis percipere liceat; ita cenſente R. Meir. At vero Sapientes dicunt, non in tantum hæc prohiberi, ut nullum prorſus commodum exinde percipere liceat. Acini uvarum, & folliculi earundem ad gentiles pertinentes, (*poſt expreſſum inde vinum*) prohibiti ſunt, & quidem in tantum, ut ne ullum quidem commodum exinde percipere liceat; quæ quidem eſt ſententia R. Meir. At vero Sapientes ſtatuunt, prohiberi tantum acinos & folliculos virentes, (*talesque reputantur quoad ab expreſſione menſes XII. effluxerint,*) non prohibere areſactos, (*ne quidem in comeſtione.*) Muria ſive pinguedo piſcium (*quam vino condire moris eſt,*) & caſei qui in Bet Onjaki (*pago, ubi vituli fere omnes qui ibi edebantur, victimæ fiebant idolis, & e quarum ventriculis deinde lactis parabatur coagulum,*) ab Idololatris conficiuntur, in tantum prohibiti ſunt, ut nulla ratione commodum ex iis percipere liceat; Sic ſentiente R. Meir. At vero Sapientes exiſtimant, commodum aliquod ex iis percipere neutiquam nefas eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

נודות *Utres*, e corio: קנקנים *Cantbari*, teſtacei. אין איסורן איסור הנאה *Non ſunt interdicta quæ commodi percipiendi rationem interdicunt*, & ita jus eſt; ſi vero nova fuerint illa vaſa, ſtatim illa vino explere licet; & ſi gentilis in illis vinum conſervare ſolitus ſit, Iſraelita tres dies ſingulis horis illa implebit aqua, ſæpiusque aquam renovabit, & deinceps ei licebit vinum indere. Poſtquam vero duodecim tranſacti fuerint menſes, quibus in illis non fuit vinum gentile, ſtatim licita erunt anno tranſacto ſine expurgatione.

חרצנים Sunt uvarum acini. זגים ſunt earundem folliculi. לחים ſunt uvæ humidæ per duodecim priores menſes; אסורין *Vetitæ ſunt*, ut comedantur: יבשים *Exſiccatæ*, duodecim menſibus prætérlapſis. מותרין *Licitæ ſunt*, etiam ut comedantur. מורייס *Muria*, ſalſamenta piſcium, & hæc cum vino miſcere ſolebant; at ſi conſtiterit quod gentilis ſalſamenta non miſceat cum vino, tum juxta omnes doctores licet.

בית אונייקי Eſt nomen pagi ubi plurima vitulorum pars idolis offerebatur. R. Meyr minimæ vitulorum partis rationem habet, & putat, quod etiamſi minima pars vitulórum ſit diminutio reſpectu aliorum quadrupedum, tamen ſuſpicio ſit de minima parte; & quod de omni caſeo qui in illo loco invenitur, dicere poſſemus, eum forſan paratum eſſe per ventriculum vituli idololatrici. Sapientes vero minimæ partis rationem non habent, deciſio in omnibus non eſt juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus de coriaceis & lagenis hujusmodi eſt, ſi hæc vaſa ſint nova & idololatra iis non utatur, non licet tamen illa implere vino; ſi vero vetera ſint, ita ut idololatra illis diu uſus ſit, tum Iſraëlitæ illa adimplent aqua tres dies ab una hora uſque ad alteram, & aquam ſingulis viginti quatuor horis mutant, & poſtea eadem vino adimplent. Si vero muriam illis indiderit gentilis, vel piſcium ſalſamenta, atque id genus alia, etiamſi Iſraëlita tres dies ſingulis horis illa non impleverit aqua, tamen ei licet deinceps vino implere, & ſicera quoque de induſtria. Pariter, ſi igne calefecerit illa, licet iis indere vinum. Si vero nihil harum rerum factum fuerit, atque integrum anni ſpatium illa continuerit ſecum, licet ipſi vinum illis indere. Jam aliquoties diximus quid ſint חרצנים & זגים, & quod uvæ vocentur לחים *humidæ* per totum annum, ſed יבשים *Aridæ* anno tranſacto. Quod autem Sapientes dicunt; מותרין *Licitæ ſunt*, vult, quod eſu licitæ ſunt. Solebant autem gentiles nonnullis ſalſamentorum generibus piſcium indere vinum, & propterea hoc genus potus Judæis prohibuerunt in cibis, ſicuti in Gemara exponitur; ſi tamen conſtiterit e forma muriæ, eo quod in ea non continetur vinum, cibis indere licet.

בית אונייקי Erat locus ubi plurimi vituli idolis offerebantur, & hæc erat maxima vitulorum pars, reſpectu cæterorum omnium quadrupedum erat minima pars. R. Meyr minimæ partis rationem habet, idcirco dixit quod caſeus iſtius loci uſui interdictus eſt propter ventriculum vitulorum idololatricorum. Sapientes autem minimæ partis non habent rationem, idcirco dicunt quod eſui tantum interdictus ſit caſeus; deciſio non eſt juxta R. Meyr in omnibus caſibus.

ה אמר ר' יהודה שאל ר' ישמעאל את ר' יהושע כשהיו מהלכין בדרך אמר לו מפני מה אסרו גבינות הע'א אמר לו מפני שמעמידין אותה בקיבה של נבלה

5. Refert R. Jehuda, quæſiviſſe aliquando, cum una iter facerent, R. Iſmaëlem ex R. Joſua, dicendo: Quare prohibiti ſunt caſei Idololatrarum, (*ita ut iis veſci nefas ſit?*) Reſpondit is: Ideo prohibentur, quia lactis coagulum faciunt illi homines

נבילה אמר לו והלא קיבת עולה חמורה מקיבת
נבילה אמרו כהן שדעתו יפה שורפה חיה ולא
הודו לו אבל אמרו אין נהנין ולא מועלין חזר ואמר
לו מפני שמעמידין אותו בקיבת עגלי ע״א אמר לו
אם כן למה לא אסרוה בהנאה השיאו לדבר אחר
אמר לו ישמעאל אחי היאך אתה קורא כי טובים
דודיך מיין או כי טובים דודיך אמר לו כי טובים
דודיך אמר לו אין הדבר כן שהרי חבירו מלמד
עליו לריח שמניך טובים :

mines ventriculo morticinorum. Excepit alter: Annon ventriculus holocauſti longe ſeveriore interdicto illigatur, quam ventriculus morticini (*nam nihil prorſus ex holocauſto in uſum aliquem profanum convertere aut cibo abſumere licet, argumento præcepti quod eſt* Deut. XIII. 17.) & tamen exſtat traditio, docuiſſe veteres, Sacerdotem, cui id collibitum eſt, lac quod intra ventriculum holocauſti continetur, ſorbere poſſe: atque etiamſi hanc ſententiam minime collaudarint Sapientes, nihilominus dixerunt, non quidem conveniens eſſe ut illud commodum ex ventriculo holocauſti percipiatur, interim tamen non id peccatum magnum eſſe ſi id fiat, (*cum lac illud ventriculi fere pro excremento habeatur, quod in inteſtinis ſervatur.*) Ibi aliam cauſam allegare, R. Joſua & dicere; ideo non licere comedere caſeos illos, eo quod lactis coagulum fiat vitulis, qui in honorem idolorum fuere mactati. Adverſus hanc reſponſionem rurſus excepit R. Iſmaël dixitque: Si hæc genuina cauſa eſt, quare ſola comeſtio prohibita, & quare non ipſa quoque commodi perceptio prohibetur? Tum R. Joſua (*reſponſum porro declinans, & veram cauſam ediſſerere nolens, quia nondum XII. menſes effluxerant a condito hoc interdicto; non ſolebant autem ante eum terminum publicare interdictorum rationes, quia opus erat ut prius interdictum in omnium veniret notitiam,*) R. Iſmaëlem ad aliud argumentum deduxit, aitque: Iſmaël Frater mi, quomodo tu efters verba ſequentia (Cant. I. 3.) anne כי טובים דודיך מיין aut כי טובים דודיך (h. e. *anne ita accipis verba quaſi Deus Synagogam, an vero Synagoga Deum alloquatur, & legisne* dodecha, *an vero* dodaich?) Reſpondit R. Iſmaël *dodaich* legendum videri. Tum regeſſit R. Joſua: haudquaquam ita res ſe habet, nam illud quod proxime ſequitur, docet quæ vera ſit lectio; cum enim ſequatur לריח שמניך טובים id indicio eſt legendum quoque eſſe טובים דודיך (*legendum inquam eſſe* dodecha, *non* dodaich. *Atque ſenſus dicti eſt: Ea quæ Sapientes conſtituerunt, magis mihi arrident quam quod ipſa Lege imperatur.*)

R. OB. DE BARTENORA.

מפני מה אסרו גבינות עבודה זרה *Quare prohibiti ſunt caſei idololatrarum?* ut ne comedantur; hæc quærit Doctor juxta ſententiam Sapientum; ſed de lacte beſtiæ immundæ non eſt ut quicquam ſuſpicetur, quia nobis hypotheſis eſt, quod lac immundæ beſtiæ coagulari nequit. שורפה חיה *Obſervetur crudum*, quia abſolute ſtercus eſt.

בקיבת עגלי עבודה זרה *Ventriculo vitulorum idololatricorum*, etſi abſolute ſtercus ſit, tamen prohibitum eſt, quia alia res eſt idololatria de qua ſcriptum eſt Deut. 13. 17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם Porro dicit auctor Miſnicus השיאו לדבר אחר *Deduxit illum ad aliud argumentum*, quia ei rationem rei dicere non volebat, quia duodecim nondum præterierant menſes quibus hæc conſtitutio inſtituta erat, etenim quando Sapientes conſtitutionem aliquam fecerant, præterlapſis demum duodecim menſibus eam divulgabant, donec de ſenſu ipſius clare conſtitiſſet, ne quiſquam eſſet doctor qui ſenſum illius non approbaret, & conſtitutionem parvi faceret. Ratio autem quare caſeum gentilium vetuerunt, hæc eſt, quia lactis coagulum faciebant ope ventriculi morticinorum. Et quamvis hæc res ſit admodum exigua reſpectu totius lactis, quandoquidem lac coagulat & in illo operatur, tamen non intercidit, nam nobis hypotheſis eſt quod rationem coagulationis ſequi debemus. Sed propter carnem cum lacte conjunctam non opus fuiſſet prohibitione, nam quia caro per ſe licita eſt, non prohibitus eſt ventriculus cum lacte, etſi coagulaverit ipſum, niſi donec ei ſaporem attulerit, verum res prohibita ſi commixta fuerit cum re licita, etſi ei non dederit guſtum, ſi coagulando in ea operatus fuerit.

כי טובים דודיך מיין *Nam amores tui meliores ſunt vino*, hæc Deus benedictus ad congregationem Iſraëlis. אין הדבר כן *Res ita non eſt*, ſed Eccleſia Iſraëlitica coram Deo dicit, hoc ſenſu, ערבים עלי דברי דודיך id eſt, conſtitutiones quas Sapientes conſtituerunt, meliores ſunt vino Legis ſcriptæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod eos movit ut non exponerent prohibitionis rationem, eſt propter exiguum temporis ſpatium in quo conſtitutionem illam conſtituerant, ne quis illam parvi pendeat. Propterea Sapientes, quando conſtitutionem aliquam ſtatuiſſent, non ſolebant illam ſtatim manifeſtare niſi præterlapſo anni ſpatio, uſque dum illa fœminis & vulgo declarata eſſet, & tum demum illius rationem exponebant. Cæterum ratio interdicti de caſeo gentilium eſt, quia gentiles caſeum ope ventriculi morticinorum coagulant, nam ſatis conſtat quod gentiles morticina mactant, & propterea caſeus ventriculo coagulatus Judæis prohibitus eſt, non propter rationem carnis cum lacte non jungendæ, nam carnis lactiſque conjunctio non prohibita eſt, niſi ſaporem conferat, ſicuti exponitur in tractatu Chulin; ſed prohibita eſt propter mactationem gentilis, & in hoc caſu locum non habet iſta regula, una pars de ſexaginta, quia coagulatio & opus in morticino conſpici poſſunt, & propterea ſe res habet perinde ac ſi totus caſeus eſſet morticinum; nam ſi res prohibita commixta fuerit cum licita, atque rei illius prohibitæ opera conſpecta fuerint, tum illa non penitus intercidit propter exiguam copiam, & quamvis occulta ſit, tamen omnem reliquam copiam prohibitam reddit, quantæcunque fuerit quantitatis iſta res prohibita, & de ipſa non dicitur, *una pars de ſexaginta*, neque, *una pars de centum*, ſicuti expoſuimus capite 2. in tractatu Orla. Verum ipſe morticini ventriculus eſt licitus, quia excrementi ſimilis eſt, non autem ipſius corporis morticini. Et propterea a gentilibus licet recipere ventriculum, & illo coagulare lac ad parandum caſeum.. Sic etiam ſi quis Judæus viderit gentilem caſeum iſto ventriculo coagulantem, licet de eodem caſeo comedere, nam in hoc locum non habet id quod publicum eſt, neque id quod ex ſeipſo intelligatur in cæteris, ſed oculi viſus in hoc caſu valeat. Ratio autem quare caſeus non eſt prohibitus, quia e lacte confectus eſt opera gentilis, ſine Iſraëlitæ conſpectu, eſt, quia hujus interdicti ratio eſt quod lac immundæ beſtiæ non ſit commiſcendum

dum cum hoc lacte; hypotheſis enim nobis eſt quod lac immundæ beſtiæ non coagulatur, quomodo nulla præter morticinorum prohibitionem reliqua eſt, uti diximus.

ו אלו דברים של עא אסורין ואין איסורן איסור
הנאה חלב שחלבו עא ואין ישראל רואהו והפת
והשמן שלהן רבי ובית דינו התירו בשמן ושלקות
וכבשין שדרכן לתת לתוכן יין וחומץ וטרית טרופה
וציר שאין בה דגה כלבית שוטטת בו והחילק וקורט
של חלתית ומלח סלקונטית הרי אלו אסורים ואין
איסורן איסור הנאה :

6. Eæ, quæ ſequuntur res Idololatrarum interdictæ ſunt, ſed non in tantum, quo minus commodum aliquod ex iis percipere liceat. Videlicet Lac, quod mulſit Idololatra abſente Judæo, (*nam ſuſpicio eſt, illi immixtum eſſe lac ſuillum, aut alterius animalis immundi:*) Panis quoque eorundem, (*quippe ſuſpicio eſt, maſſam eſſe ſubactam aqua Salſa in qua ſalita fuit caro,*) ut & oleum Idololatrarum, (*nam ſuſpicio eſt ineſſe illi oleo reliquias humoris lucernarum, qua accenſæ fuerant in honorem Idolorum.*) R. vero Jehuda cum collegis judicibus oleum permiſère. (*Amplius pertinent ad claſſem rerum interdictarum*) Olera elixa, ut & olera condita, quibus affundi ſolet in conditura vinum aut acetum: item Piſces minutim conſciſſi. (*atque ſic conditi, ita ut ſpecies a ſe invicem diſcerni non queant, & proinde conſtare non poſſit annon immundi mundis permixti fuerint;*) item Muria, in qua non natat piſciculus Calbis, (*nam is creſcere ſolet in muria piſcium mundorum, atque eidem innatare, nequaquam vero in immundorum,*) item Chilak (*genus piſcis, quod parvum adhuc, ſquamis caret, ſed cum in aliquam magnitudinem excrevit, & ſquamas & pinnas aſſumit.*) Porro Korat Chaltit (*herbæ genus cultro Idololatrarum reſectum; hæc enim herba ejus eſt acrimoniæ, ut humores quos chalybs abſorpſit, proliciat:*) denique Sal Salkuntit, (*quod erat Sal candidiſſimum, quodque Romani proceres in deliciis habebant, & cui nitor ex adipe ſuilla parabatur.*) Hæc inquam prohibita ſunt, ſed non ea prohibitione, ut nullum prorſus commodum exinde percipere liceat; (*veſci tamen iis nefas eſt.*)

R. OB. DE BARTENORA.

הפת והשמן *Panis & oleum*, omnia hæc prohibita ſunt משום חתנות *Propter affinitatem*, panem vero piſtorum publicorum permiſerunt Sapientes, at non privatorum hominum, niſi peregrinantibus in tempore neceſſitatis, poſtquam vero Sapientes viderunt quod prohibitio olei ſe non late extendit, permiſerunt uſum illius ſicuti in hac Miſna ſequitur.

ושלקות *Et elixa*, & quicquid gentilis coxerit, licet in vaſe Iſraëlitæ coxerit, & coram ipſo, nam hic non timendum eſt de mixtura prohibita, neque de vaſis gentilibus, tamen hoc prohibuerunt *propter cocturas gentilium*; & ea conditione ſi Iſraëlita non adjuverit in principio, neque in fine. Sed non prohibuerunt illa propter cocturas gentilium niſi tales res quæ non comeduntur crudæ, & quæ in menſa regis apponuntur ad comedendum cum eis panem; at ſi una ex his conditionibus deſit, non continetur in illis propter gentilium cocturas.

וכבשין שדרכן לתת לתוכן יין *Et condita quibus vinum affundi ſolet*, hæc non interdicta ſunt uſui, quia vini ſapor in illis non cognoſcitur, ſed in cibis prohibita ſunt. טרית טרופה *Piſces minuti conſciſſi*, ſunt hi piſces puri minutim diſſecti, ita ut non cognoſcantur, & prohibiti ſunt ſi quis illos a gentili emerit, quia gentilis forſan illiscum contudit piſces immundos.

וציר שאין בה דגה כלבית *Et muria in quo non natat piſciculus Calbit*, Eſt piſciculi genus quod vocatur Calbit, & naſcitur inter piſces mundos, idcirco, ſi piſcium ſalſamenta immundorum mixta ſint cum illis, Calbit non naſcitur in muria. והחילק *Et Chilac*, eſt ſpecies piſcium minutorum purorum pinnæ & ſquamæ expertium, niſi ſucceſſu temporis, atque cum aliis piſcibus minutis immundis commiſcentur, & non dignoſcuntur licet non diſſecti ſint. Sed Tarit nulli piſces immundi aſſimilantur, & propterea licitus eſt, ſi non diſſectus ſit.

חלתית *Chiltit*, ita iſta herba vocatur Arabice, & granum illius amputant cultro, & prohibita eſt, quia cultri pinguedo ab illa imbibitur, & bonum largitur ſaporem. ומלח סלקונטית *Et ſal Salkontyt*, erat ſal quod omnes Romanorum primores comedebant, & quod adipe porcino ungere ſolebant, & pinguedine piſcium immundorum, atque hoc ſal erat valde album & craſſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Maxima harum rerum pars, ut panis atque olera elixa, & id genus alia omnia, ſunt prohibita, & ab iis nos ſepararemus, & nos non miſceremus cum illis, nec manum emitteremus in id quod vetitum eſt, & hoc eſt quod dixerunt, משום חתנות *Propter affinitatem*; & hæ res ingrediuntur numerum octodecim quas Sapientes decreverunt uno die, ſicuti expoſitum eſt capite primo tractatus Schabbat. Quod autem gentilium olera elixa vetamus, non intelligendum eſt de hujusmodi quæ in vaſis ſuis elixant, nam hæc ſunt געולי גוים *Abominationes gentilium*; ſed de iis quæ prohibita ſunt quod gentilis in illis operatus eſt. Sapientes autem hæc prohibuerunt ut nos longe illis amoveremus, etiam ab omni eo quod gentilis coquat in ædibus noſtris, niſi talis res ita comedatur quemadmodum comeditur cruda, vel non ponatur in regum menſis ad comedendum cum illa panem in illo loco, nam ſi ita ſe res habeat, non interdicta eſt Judæo talis eſca a gentili cocta, משום בשולי גוים *Propter cocturas gentilium*, nam בשולי גוים non confundendæ ſunt cum געולי גוים. Cæterum de oleo deciditur, quod e gentilium oleo licitum ſit; panis vero illorum ex ſententia Gemaræ prohibitus videtur, dummodo ſit panis qui a piſtoribus publice venditur, cujus exigua eſt prohibitio & ad licentiam propior, quam privatorum hominum panis, peregrinantibus vero in cauſa neceſſitatis me judice licet iſto pane veſci, & hoc juxta conſuetudinem loci, uti in tractatu Peſachim. Condimenta autem vino mixta non interdicta ſunt uſui, quia vini ſapor iis non ineſt, ſed coincidit & perit, idcirco uſui non interdicta ſunt condimenta, quia vini opus non conſpicitur in illis.

טרית eſt piſcium ſpecies pura, quos contundunt donec ſint inſtar maſſæ, & ita comeduntur; & quando contuſi & diminuti ſunt, prohibiti ſunt, ne forſan piſcis immundus cum iis contuſus ſit, nam illis non ineſt forma qua diſcernantur. ציר Notat piſcium ſalſamenta; & quando illis non inſunt piſces, non conſtat nobis an ſint ſalſamenta piſcium immundorum, an vero mundorum, & propterea prohibita ſunt.

והחילק *Et Chillek*, eſt piſcis mundi ſpecies, at quum adhuc parvulus eſt, non ſunt ei ſquamæ nec pinnæ uſque dum adoleverit. Et hujusmodi vetamus, quia e mari adfertur una cum alia ſpecie immunda, atque adeo cum hac commiſcetur ut difficillime diſcernatur. קרט של חלתית Notat fruſta ʻli Chiltit, & hoc genus piſcium vetuerunt, eo quod illos in fruſta diſcindunt cultris, dum eoſdem ven-

vendunt, & in illis comprehenditur morticinorum adeps & acumen τῆς Chiltit diſtendit illam pinguedinem in corpore τῆς Chiltit, atque pinguedo illa guſtum ei bonum præbet; & hoc prohibitum eſt ſicuti exponetur in fine hujus tractatus. ומלח סלקונטית *Et Sal Salkontit*, eſt Sal quod venit ex quodam loco unde ita denominatur, quo in menſa utebantur magnates; atque illud ungebant adipe porcino, piſciumque ſalſamentis, & ſimilibus quibus illud ſal melius reddebatur. Cæterum auctor Miſnicus denuo in hac Miſna dicit, *hæc prohibita ſunt, ſed prohibitio eorum non eſt prohibitio utilitatis percipiendæ*, ad excludendum muriam & caſeum בית אונייקי, quibus frui non licet juxta opinionem R. Meyri, ad quem hæc pertinet Miſna.

ז אלו מותרין באכילה חלב שחלבו ע״א וישראל
רואהו והדבש והדברניות אע״פ שמנטפין אין בהן
משום הכשר משקה וכבשין שאין דרכן לתת לתוכן
יין וחומץ וטרית שאינה מרופה וציר שיש בה דגה
ועלה של חלתית וזיתים גלוסקאות המגולגלין רבי יוסי
אומר השלוחין אסורין החגבים הבאים מן הסלולה
אסורין מן ההפתק מותרין וכן לתרומה:

7. Sequentes res, etiam ad comeſtionem conceduntur: Lac quod mulſit Idololatra præſente Judæo; mel item & Favi; atque hi etiamſi ſtillent humores, non tamen eſt in illis diſpoſitio ad immunditiem contrahendam, qualis ineſt reliquis rebus humidis; Olera, quibus dum conduntur, vinum aut acetum affundi non ſolet; item Piſces qui non tam minutim conſciſſi (*ut quæque ſpecies a ſe invicem dignoſci non poſſit*;) item Muria, cui innatat piſciculus Calbis; Folia herbæ Chaltis *digitis decerpta*;) Placentæ olivarum rotundæ. R. Joſe autem contendit, olivas quæ nucleis privæ ſunt, illicitas eſſe. Sic prohibitæ quoque ſunt cicadæ, depromtæ ex caniſtro (*nam ibi vinum illis affundi ſolet, ut molleſcant*;) ſed petitæ ἐκ τῆς Ἀποθήκης ſive e cella, licitæ ſunt. Atque eadem quoque eſt ratio τῶν ἀπαρχῶν. (*Scilicet, Sacerdos qui ſuſpectus eſt de venditione τῶν ἀπαρχῶν, ſi pauxillum aliquid vendere velit, tum nefas eſt illud emtitare, nam ſuſpicio eſt venum eum exponere τὰς ἀπαρχὰς; ſed ſi ex pleno horreo aliquid vendere velit, ceſſat ſuſpicio: quippe ſi innoteſceret venditas ab eo fuiſſe τὰς ἀπαρχὰς, omnium frugum quæ in horreo conduntur, jacturam pateretur; quod periculum eum temere ſubire velle, non eſt credibile.*)

R. OB. DE BARTENORA.

וישראל רואהו *Et ſi Iſraëlita ipſum viderit*, etſi non proprie ipſum viderit, ſed viderit ipſum dum ſurgebat, & licet ſedendo non viderit ipſum, gentilis tamen metuit ne Iſraëlita ſurgat, & ipſum videat. דברניות Sunt placentæ ex alveis apum eductæ, & quamvis hæ deſtillent, tamen non ſolliciti ſumus quaſi illiscum miſceretur; aliter, ſunt uvarum racemi, etſi vinum ſtillet ex illis, tamen in illis non obtinet prohibitio vini libaminis, neque diſpoſitio liquoris ad polluendum, quia plerumque deſtinantur eſui, & poſſeſſor non vult ut ex iis ſtillet liquor.

וטרית שאינה מרופה *Et piſcis Tarit qui non eſt diſſectus*, etſi in fruſta diſſectus ſit, relinqui tamen oportet caput piſcis ejuſdemque ſpina dorſi, ſi conſtet quod mundus ſit piſcis. ועלה של חלתית *Et folium τῆς Chiltit*, nam cultro ipſum non abſcindunt.

וזיתי גלוסקים מגולגלים *Et placentæ olivarum rotundæ*, ſunt olivæ in vas rotundum collectæ, in quo incaleſcant & ſeipſas exprimunt, ut placenta convoluta inſtar ovi quod calefactum eſt. השלוחין אסורין *Diſſolutæ illicitæ ſunt*, ſi olivæ ita mollitæ ſint, ut ſi quis eas manu ceperit, nucleus intus diſſolvatur, & ſponte ſua decidat, tum prohibitæ ſunt, quia ope vini adeo mollitæ ſunt; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

מן הסלולה *Ex caniſtro*, e caniſtro quod coram venditore eſt. אסורין *Prohibitæ ſunt*, quia vinum ſuper illis ſtillavit, ut molliores fierent. מן ההפתק *E cella*, eſt locus in quo olivæ colliguntur, & aliæ aliis imponuntur. מותרין *Licitæ ſunt*, quia vinum ſuper illis non ſtillat, niſi donec eas coram ſe expoſuerit ad vendendum.

וכן לתרומה *Atque eadem eſt ratio Trumæ*, ita quoque comparatum eſt cum Sacerdote de quo ſuſpicio eſt quod Trumam vendit in nomine rei profanæ, tum id quod coram illo expoſitum fuerit ut vendatur, prohibitum eſt, quia forſan Truma eſſe poteſt; verum quicquid e promtuario venerit, id licitum eſt, quia timet ne hoc Sapientes noſcant, & totum promptuarium communis juris faciant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etiamſi Iſraëlita procul a gentili degat, & conſederit, at ſi ſtando viderit gentilem, etiam videre poteſt e qua beſtia lac iſtud exprimit, idcirco licet tali lacte veſci, imo etiam licet Judæus ſedens non viderit quamnam beſtiam gentilis mulgeat, quia gentilis metuit ne Judæus ſurgat, ac ipſum mulgentem conſpiciat immundam beſtiam. Cæterum quod hoc loco dicitur, *ſi Iſraëlita illum viderit*, vult, quod Judeus videt gentilem mulgentem.

והדברניות *Et Devarniot*, ſunt mellis fruſtula quæ ex alveario excipiunt, & quamvis humor ex illis deſtillet, tamen non dicimus fieri potuiſſe ut vinum in illa deſtillaverit; præterea neque hic liquor ad immunditiem diſponit, etſi mel ſit unum e ſeptem liquoribus qui ad immunditiem diſponunt, uti diximus, & ſuo loco expoſuimus & in tractatu Machshirin, quia mel in iſto momento eſt inſtar cibi, & non cenſetur eſſe liquor niſi dum illud ex alveari eduxerint, & in fruſta diſſecuerint. In Toſaptha ad tractatum Taharot dicitur quod mel deſtillans ex alveo polluat immunditie liquoris, ſi vero quis de illo cogitaverit tanquam de edulibus, tum polluit immunditie edulium; & ratio eſt, quod mellis liquor ex ſeipſo non prius congregatur quam ipſum de induſtria quis collegerit ex alveis, & hoc ſcitu neceſſarium eſt.

טרית שאינו מרופה *Et piſcis Tarit non minutim conſciſſus*, non vult dicere quod piſcis manet integer, uti clarum eſt; ſed vult, quod licet contuſus ſit, ſi modo non omnino minutim diſciſſus ſit, tamen licitus ſit; & hæc eſt ratio quare piſcis caput & ſpina dorſi penitus relinquantur, ſcil. ut conſtet e figura illius quod purus ſit piſcis. ועלה של חלתית *Et folium τῆς Chiltit*, etiamſi adhæreant grana τῆς Chiltit.

רבי יוסי אומר השלוחין אסורין *R. Joſe dicit, olivæ nucleis privæ ſunt prohibitæ*, vult, quod ſi olivæ in aquam conjectæ adeo emollitæ fuerint, ut, ſi eas capiat, totus nucleus diſſolvatur, & decidat, prohibitæ ſint. Ratio autem ſententiæ illius eſt, quia dicit quod iis vinum affundunt, & quod propterea emolliuntur. Cicadæ quoque e caniſtro depromptæ ſunt prohibitæ, quando venditor illud coram ſe expoſuerit, nam vinum affundere aliquoties ſolebant locuſtis, ne exſiccarentur, & propterea eas pulvere tegebant. Si vero eas vendat gentilis in loco ubi collectæ ſunt, licitæ ſunt Judæo, quia nihil eſt quod prohibeat illas. וכן לתרומה *Et ſic etiam cum Truma comparatum eſt*, vult, ita ſe res habet cum Sacerdote ſuſpecto quod oblatio-

nem Trumam vendit in nomine profani, ideoque omne id quod in corbe ſit coram ipſo expoſito ad vendendum, prohibitum eſt, & ab ipſo emere non licet. Pariter id quod in promtuario eſt, licitum eſt, quia timet ne hominibus innoteſcat, & dicant quod Truma eſt quicquid ille vendat in nomine profani, & ſe periculo exponat paululum, dicendo, quod profanum ſit, & non ſe periculo exponat multum, quia timet ne fraus illius detegatur, & omnia perdat; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

פרק ג כל הצלמים של ע'א אסורים מפני שהן נעבדין פעם אחת בשנה דברי ר' מאיר וחכמים אומרים אנו אסור אלא כל שיש בידו מקל או צפור או כדור ר' שמעון בן גמליאל אומר כל שיש בידו כל דבר:

Cap.. 3. Omnis generis ſimulacra Deaſtrorum prohibita ſunt (*in tantum, ut nullum ex iis commodum percipere, & ne vendere quidem ea, aut ignem, ſi lignea ſint, iiſdem excitare liceat*;) nam quodque eorum minimum ſemel colitur in anno. Sic cenſet R. Meir. At vero Sapientes dicunt, tam ſevere non prohibita eſſe niſi illa tantum ſimulacra, quæ manu ſua tenent vel baculum, vel avem aut pilam. Sed R. Simeon F. G. exiſtimat ea omnia ſimulacra prohiberi, quæ aliquid quodcunque tandem illud fuerit, manu tenent.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הצלמים של עבודה זרה אסורים *Omnis generis ſimulacra deaſtrorum prohibita ſunt*, quod ad commodum & uſum, *quia ſemel in anno adorantur*, dum ſol eſt in iſto gradu in quo imago facta eſt; nam etſi multæ exiſtant imagines pulchritudinis gratia tantum factæ, non ut adorentur, R. Meyr tamen ſequitur opinionem ſuam, quia minimæ partis rationem habet.

אלא כל שיש בידו מקל וכו׳ *Niſi illa ſimulacra quæ baculum manu tenent &c.* quia talia certo adoranda ſunt, quoniam honoris ergo tales res ipſis manibus impoſitæ ſunt. Cæterum in Beraita his addiderunt gladium, coronam, & annulum; deciſio eſt juxta Sapientes. Præterea non ſunt prohibita niſi dum ſuper urbis portam poſita ſint, at in pagis omnia prohibita ſunt, quoniam iis pulchritudinis gratia non imprimunt figuras, etſi in manibus non habeant ejusmodi res, quia villici illa certo faciunt ut adorentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Aſtronomi gentiles hoc facere ſolent, ut, quando ſol exiſtat in aliquo ſphæræ gradu, quiſquis iſte ſit gradus, iſti gradui imprimant aliquam imaginem, quæ figuram habet eidem ſimillimam, ex qua conſpiciuntur virtutes quædam in caſibus iſtius figuræ, operationeſque peculiares. Præterea illis imaginibus ſuffitum faciunt, atque oratione habita adorant illas dum ſol eſt in iſto gradu, & hæc eſt illarum imaginum ſpecies quæ Arabice vocantur טלאסם Ea autem in regione in qua degebat R. Meyr, hoc imaginum genere utebantur, nam tibi jam conſtat quod R. Meyr minimæ partis rationem habet, & propterea de omnibus imaginibus ſtatuit quod prohibi[illegible] ſunt, nam nonnullæ confectæ ſunt ut ſemel quotannis adorentur, dum ſol in iſto conſpicitur gradu. Sapientes vero minimæ partis rationem habent, dicuntque, quod gentiles ea tantum faciunt pulchritudinis ergo; ſi vero ad latus figuræ ſit aliqua res ex illis quas doctor primus nominavit, aut ex iis quæ in Baraita adduntur, nimirum gladius, corona, & annulus, tum novimus quod ſtudio ita facta ſunt, ut & iis ſuffitus fiat, & ut adorentur, atque ſacrificiis placentur, ſicuti conſtat iis qui harum rerum artifices ſunt; dummodo hæc figura urbium portis impoſita ſit. Sed non eſt controverſia inter doctores, an omnes ſimulacrorum villicorum figuræ ſint prohibitæ eo quod illic proprie factæ ſunt ut adorentur; quia loca illa non ſunt loca pulchra, ut dicere poſſimus quod factæ ſunt in pulchritudinem, etſi in ſimulacri manu nulla ſit res; deciſio eſt juxta Sapientes.

ב המוצא שברי צלמים של גוים ע'א הרי אלו מותרים מצא תבנית יד או תבנית רגל הרי אלו אסורים מפני שכיוצא בהן נעבד:

2. Si quis invenerit fragmina ſimulacrorum, quæ gentiles colunt, ea in tantum licita ſunt (*ut commodum aliquod ex iis percipiatur*;) ſed ſi inveniat figuram manus aut pedis, ſic prohibetur (*ut nullum exinde commodum percipere liceat*;) nam ſimiles figuræ data opera confici ſolent, (*ut donaria offerantur Deaſtris.*)

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מותרים *Hæc licita ſunt*, nam dum adhuc integra erant ſimulacra, dubium erat an gentiles ea adorarent, necne; & quamvis dixeris quod illa adorarunt, atque forſan irrita reddiderunt, ideoque illa fregerunt, quomodo erit dubium e dubio, quod in mitiorem vergere ſolet partem. מפני שכיוצא בהן נעבד *Nam ſimiles figuræ data opera confici ſolent*, figuram manus ſolam faciunt ab initio, eamque adorant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תבנית יד או תבנית רגל *Figuram manus aut figuram pedis*, non eſt manus imaginis fractæ, hæc enim dicitur imaginum confractio; ſed intelligendum eſt quod inde a principio fabricæ illius duntaxat manus figura facta ſit, nec non pedis figura. Eodem ſenſu intelligendum eſt de omni membro; & de opere illius conſtabit an ab initio ſeparata ſit, an vero integra ipſius figura fracta ſit.

ג המוצא כלים ועליהם צורת חמה צורת לבנה צורת דרקון יוליכם לים המלח רבן שמעון בן גמליאל אומר שעל המכובדין אסורים שעל המבוזין מותרין ר' יוסי אומר שוחק וזורה לרוח או מטיל לים אמרו לו אף הוא נעשה זבל שנאמר לא ידבק בידך מאומה מן החרם:

3. Si quis invenerit vaſa, in quibus exſculpta forma Solis, Lunæ, aut Draconis, ea projicito in mare ſalſum. Sed R. Simeon F. G. exiſtimat, ſolum prohiberi vaſa inſigniora quæ eas figuras inſculptas habent, (*nam ea in honorem Deaſtrorum confecta eſſe ſit veriſimile*:) At vero viliora vaſa, quibus eæ figuræ inſculptæ ſunt, nequaquam prohibita cenſeri. R. Joſe jubet ea minutim contundere, & per aërem ſpargere, aut in mare projicere, (*ne ulla ratione ex iis commodum capiatur.*) At vero objecere illi, illud prius effectum dare non licet, (*nam ſi quis contuſorum Idolorum pulverem per aërem*

ſpargat

ſpargat,) convertitur is in fimum (*atque ſi hoc fimo deinde Judæus utatur, percipit utique ex iſtis aliquam utilitatem*:) Hoc autem repugnat dicto (Deut. XIII. 17.) *Non adhæreſcito manui tuæ quicquam de anathemate.*

R. OB. DE BARTENORA.

צורת חמה צורת לבנה *Figura ſolis, figura lunæ*; exponit R. Moſche, hoc non intelligendum eſſe ſi quis invenerit, circulum, dixeritque, hic eſt ſol; aut arcum circularem invenerit, & dixerit, hæc luna eſt; verum ſi invenerit figuram quam aſtrologi ſoli & lunæ attribuunt, ut dicunt, quod figura ſolis ſit rex coronatus qui currui inſidet; & ſic in cæteris.

צורת דרקון *Figura Draconis*, Eſt figura ſerpentis cui ſunt alæ & ſquamæ inſtar ſquamarum piſcium, & dicunt figuram lunæ eſſe, quæ illis temporibus adorabatur. Et juxta ſententiam quoque Sapientum ſuperius dictam, quod reliqua ſimulacra licita ſunt, conceditur hæc eſſe vetita quia adorari ſolent.

המכובדין *Vaſa inſigniora*, ſunt vaſa pulchra quorum uſus eſt pulchritudo, cujuſmodi ſunt monilia, inaures, annuli, & id genus alia. המבוזין *Viliora*, ut ollæ, cucuma, & id genus alia; deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis. תורה לרוח *Et per aërem ſparget*, ne Iſraëlita inde quid commodi percipiat. אף הוא *Etiam illud*, ſi quis id in aërem ſparſerit, tum etiam utilitatem ex eo percipiet Iſraëlita, quoniam fit ſtercus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Figura ſolis atque lunæ non de caſu intelligi debet quo inveniſſet circulum, & dixiſſet, hic eſt ſol; aut arcum circularem, & dixiſſet, hæc eſt luna. Sed ii qui imagines faciunt quæ vocantur טלאסם, ſtellis attribuunt figuras, dicuntque figuram Saturni eſſe figuram ſenis nigri, Veneris autem figuram eſſe virginis pulchræ cum armilla aurea; Solis vero figuram eſſe regis coronati inſidentis currui; atque hoc modo diverſis phænomenis diverſæ adſcribuntur figuræ; & de iſtis figuris multæ inter aſtronomos gentiles dantur controverſiæ, nam ſicuti ſunt res fictæ falſæque, ideo multiplex in illis arguitur falſitas, & magis magiſque accreſcit.

צורת חמה וצורת לבנה *Figura ſolis & figura lunæ*, vult, ſi quis invenerit figuram quæ adſcribitur ſoli, & figuram quæ adſcribitur lunæ, juxta quamcunque id factum fuerit opinionem. צורת דרקון *Figura Draconis*, eſt figura corporis cui ſunt multæ alæ & ſquamæ inter alas ſuas, inſtar piſcium ſquamarum, & hæc figura apud illos maximè ſuſpicitur, quia illam alicui parti ſphæræ attribuunt. Dixit autem mihi nonnemo ex illis artificibus quod figura Draconis ſit figura lunæ, quæ Arabicè vocatur גוזהר, quæ fit in tali figura, & in tali hora; rogavi autem in quo libro harum fiat figurarum mentio, quia nunquam ejuſmodi figuram videram, & reſpondit mihi quod magiſter ipſius illam invenerat multis cum rebus quas ipſi ſecretim tradiderat; inſtrumenta pretioſa ſunt armilla aurea & argentea, & panni ſerici, ſimiliaque; ſed præter hæc ſunt vaſa viliora המבוזין dicta; deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis, & juxta R. Joſen.

ד שאל פרוקלוס בן פלוספוס את ר"ג בעכו
שהיה רוחץ במרחץ של אפרודיטי אמר לו כתוב
בתורתכם לא ידבק בידך מאומה מן החרם מפני
מה אתה רוחץ במרחץ של אפרודיטי אמר לו אין
משיבין במרחץ וכשיצא אמר לו אני לא באתי
בגבולה היא באתה בגבולי אין אומרים נעשה מרחץ
לאפרודיטי נוי אלא אומרים נעשה אפרודיטי נוי
למרחץ דבר אחר אם נותנים לך ממון הרבה אי
אתה נכנס לע"א שלך ערום ובעל קרי ומשתין
בפניה וזו עומדת על פי הביב וכל העם משתינין
לפניה לא נאמר אלא אלהיהם את שנוהג בו משום
אלוה אסור את שאינו נוהג בו משום אלוה מותר:

4. Percontatus eſt Proculus Philoſophi filius R. Gamalielem in urbe Acco lavantem ſeſe in balneo Veneris, inquiens: Atqui S. E. in lege veſtra (Deut. XIII. 17.) *Non adhæreſcito manui tuæ quicquam de anathemate*; Quare igitur tu lavas in balneo Veneris? (*Iſtud enim factum illi præcepto omnino repugnare videtur, quippe redundat in te utilitas aliqua ex balneo Veneris, atque ſic utique de te dici poteſt, quod tuis manibus quid adhæreat ex anathemate.*) Tum R. Gamaliel: non eſt locus reſpondendi in balneo, (*nec enim de rebus Divinis ſacriſque agere licet homini nudo.*) Sed poſtquam balneo egreſſus eſſet, illi dixit: Ego non intravi in Veneris terminos, ſed ipſa meos ingreſſa eſt, (*balneum enim pridem conditum fuerat, & poſtea demum ei impoſitum ſimulacrum Veneris.*) Quin nec dicunt: Faciamus balneum aliquod, ut tanto pulchrior Venus appareat; ſed hoc dici ſolet: Faciamus ſimulacrum Veneris, ut balneo decorem conciliet. Addam inſuper aliam rationem: Quamvis tibi quis daret multam pecuniam, non ingredereris delubrum Deaſtri tui corpore nudus, aut gonorhæâ affectus, aut ut emittas ibi urinam. At vero ſimulacrum Veneris hic impoſitum cernitur tubo illi, ubi omnes coram eo mingunt. Adde quod Scriptura ſignanter de Numinibus Idololatrarum interdicta ſua concipit. Omnia igitur ſimulacra, quæ pro numine coluntur, prohibita cenſentur: Si quæ non colantur pro numine, ex iis utilitatem aliquam percipere licet.

R. OB. DE BARTENORA.

אפרודיטי Eſt imago Veneris juxta ſententiam R. Moſis. אין משיבין במרחץ *Non reſpondent in balneo*, non reſpondent de quæſtionibus Legalibus in balneis, eo quod homines illic denudati ſunt. היא באתה בגבולי *Illa venit in meum terminum*, nam balneum fuerat ipſa prius, & balneum factum eſt pro omni lotum intranti. Præterea dicendum eſt, quod balneum factum ſit in pulchritudinem Veneris aphroditæ, quia baleum non eſt pulchrum quid; ſed Venus aphroditæ conficitur in formoſitatem bal-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפרודיטי Eſt nomen planetæ Veneris, & ſic in libro de imaginibus Arabico ſcriptum eſt טלאסם, quod Venus quæ Arabicè vocatur והרא, vocetur אפרודיטי, & huic balneo impreſſa erat figura Veneris. Hoc autem quod ei reſponderat Rabban Gamaliel, *Non eſt locus reſpondendi in balneo*, dixerat ei poſtquam e balneo exierat, excuſans ſe quod tacuerat, & non reſponderat ad quæſtionem, & dixerat ei, ratio quare non reſpondi tibi, eſt, quia in balneo ad quæſtiones rituales non reſpondendum eſt.

balnei, atque ei acceſſorium quid eſt; balneum vero res principalis. ב״ב. Eſt fovea in terra effoſſa ad recipiendam aquas in loco publico.

ה הגוים העובדים את ההרים ואת הגבעות הן מותרין ומה שעליהם אסורים שנאמר לא תחמוד כסף וזהב עליהם ולקחת לך ר׳ יוסי הגלילי אומר אלהיהם על ההרים ולא ההרים אלהיהם אלהיהם על הגבעות ולא הגבעות אלהיהם ומפני מה אשרה אסורה מפני שיש בה תפיסת ידי אדם וכל שיש בה תפיסת ידי אדם אסור אמר ר׳ עקיבא אני אובין ואדון לפניך כל מקום שאתה מוצא הר גבוה וגבעה נישאה ועץ רענן דע שיש שם ע״א:

5. Si Idololatræ montes aut colles ſacros habeant, ibique cultum peragant, tum montium & collium uſus non prohibetur; prohibentur autem ſimulacra quæ iis impoſita ſunt, Q. S. E. (Deut. VII. 25.) *Ne concupiſcas argentum vel aurum quod eſt in eis ut accipias tibi &c.* R. Joſe Galilæus (*aliam cauſam allegans*) ait; Deos habent montibus impoſitos, ſed montes nequaquam ſunt Dii eorum. Deos habent collibus impoſitos, ſed colles nequaquam ſunt Dii eorum. Quare igitur Luci ſacri uſus prohibitus eſt? Nimirum quia is paratus eſt manibus humanis; at quicquid manibus humanis in honorem Deaſtrorum paratum eſt, eo frui non conceditur. Tum dixit R. Akiba, ego te rem edocebo, atque controverſiam decidam coram te: Ubicunque reperies montem præaltum, aut collem excelſum, aut arborem amœnam, ſcias hæc deſtinata eſſe cultui idololatrico.

R. OB. DE BARTENORA.

הן מותרין *Illi prohibiti ſunt*, montes ipſi prohibiti ſunt ut ne conſerantur, neque lapides ex iis excidantur, nam ſolum non eſt prohibitum. ומפני מה אשרה אסורה *Et quare prohibitus eſt lucus?* vult, ſicuti exponimus illa verba, אלהיהם על ההרים *Deos ſuos habent in montibus*, & non, ההרים אלהיהם *Montes ſunt Dii eorum*, ſic etiam dici debet, עץ רענן אלהיהם & non תחת כל עץ רענן אלהיהם Sed quare Lex prohibuit talem arborem? Quia in illa fit apprehenſio manus hominis, nam homo eam plantavit. Putat R. Joſe quod arbor prius plantata & deinde adorata, ſit prohibita. Primus vero doctor putat, quod, quandoquidem non intendit ipſam adorare dum eam plantabat, adoratio qua eam adoravit poſtquam ſolo infixa ſit, non prohibeat ipſam, quia ſe res habet perinde ac ſi quis montem adoret; deciſio non eſt juxta R. Joſen. אני אובין ואדון לפניך *Ego te rem edocebo, & judicabo tecum*, nam nos non explicamus diminutionem illius quod dicit, *ſubter omni arbore viridi*, intelligendam eſſe quod hæc non dixit niſi ad tradendum illis ſigna loci in quo Amoræi ſolebant adorare idola, ut Iſraël illa caperet, atque exterminaret; nihilominus tamen diminutionem montium ac collium excluderemus ſecundum ſenſum literalem, quoniam Deus nobis non permiſit exarare montes; ſed de arbore viridi nobis præcepit ut illam deſtrueremus, ſicuti ſcriptum Deut. 12. 3. ואשריהם תשרפון באש.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe putat quod arbor in nomine arboris plantata, & deinde adorata, ſit prohibita, quia in illa facta eſt apprehenſio manus hominis. Sapientes vero dicunt, quandoquidem eam gentilis plantavit; at non intendit adorationem illius, dum illam plantavit, cenſetur eſſe inſtar montis colliſque, & poſtea adoratio illius non prohibet illam. R. Akiba nos docet fundamentum quo inquiramus de locis idololatricis, ſed nullo modo contradicit, deciſio eſt juxta R. Joſen.

ו מי שהיה ביתו סמוך לבית ע״א ונפל אסור לבנותו כיצד יעשה כונס בתוך שלו ד׳ אמות ובונה היה שלו ושל ע״א נידון מחצה על מחצה אבניו עציו ועפרו מטמאין כשרץ שנאמר שקץ תשקצנו ר׳ עקיבא אומר כנדה שנאמר תזרם כמו דוה צא תאמר לו מה נדה מטמאה במשא אף ע״א מטמאה במשא:

6. Si cujus domus fuerit vicina delubro Deaſtri (*ita ut idem paries & delubrum & domum claudat*) tum ſi ruat domus, non licet eandem reſtituere, (*ne ſimul delubrum reparetur.*) Quid igitur facto opus? Retrocedat a priore ſpatio Sive a delubro, quatuor ulnas, & ſic domum reædificet. (*Illud autem ſpatium quod vacuum eſt inter delubrum & domum ſuam, ſimo atque ſordibus replendum eſt, ne forte cæteroquin augeatur delubrum ultra vetus ſpatium, ex illis quatuor ulnis quæ vacuæ relictæ.*) Si area aliqua communis ſit inter Judæum & Idoleum, tum inſtituito Judæus diviſionem, relinquendo in medio quatuor ulnas vacuas, (*nullius uſus futuras*) quarum dimidium ad Idoleum, dimidium ad Judæum hominem pertinet, (*atque tantundem quantum dimidium occupat, h. e. ulnæ duæ denuo vacuæ relinquendæ ſunt, ut ſic de ſuo Judæus ulnas quatuor vacuas relinquat.*) Lapides Idolei, ligna item & pulvis ejus polluunt mortui reptilis inſtar, prout S. E. (Deut. VII. 26.) *Omnino deteſtator eam.* R. Akiba ait polluere hæc menſtruatæ inſtar, Q. S. E. (Eſ. XXX. 22.) *Separabis ea ut laborantem ex menſibus; apage dices eorum cuique.* Uti enim menſtruata polluit eos a quibus geſtatur, ita etiam quod Idoli ſpeciem atque reſpectum habet, polluit eos a quibus geſtatur.

R. OB. DE BARTENORA.

סמוך לבית עבודה זרה *Vicina delubro Deaſtri*, ita ut unus e parietibus ipſius inſerviat delubro idololatrico, & ſic domus ipſius adoretur. אסור לבנותו *Prohibitum eſt denuo ipſam ædificare*, quia domum ædificat in cultum idololatricum. כונס *Colligat*, colligat in ſolo ſuo undiquaque quatuor ulnas, & ne relinquat ipſum vacuum, ne

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet ille colligat in loco ſuo, tamen prohibitum eſt ipſi locum illum relinquere vacuum pro idololatria, quia hoc modo commodum idololatricum inde perciperetur, ideo locus iſte replendus erit rebus quibuſdam vilibus, ut carduis ſpiniſque, & ſimilibus. Scias autem quod Idololatriæ immunditiés inſtituta ſit a Sapientibus, idcirco om-

om

ne cultui idololatrico inde cedat quicquam commodi, quum terminum ipſius dilatat, ſed ut locum iſtum ſpinis adimpleat, & in illo pro parvulis locum alvi exonerando ſaciat.

חצר שלו ושל עבודה זרה נידון מחצה על מחצה *Si locus aliquis pertineat ad ipſum* (Iſraëlitam) *& ad idolum, tum dimidium juxta dimidium judicatur*, ſenſus eſt, ſi craſſities parietis partim ad Judæum, partim vero ad idoleum pertineat, tum illa pars quæ ad idoleum pertinet, non connumerabitur in collectione quatuor ulnarum, ſed Judæi pars recenſebitur, cujus ſi craſſities ſit duarum ulnarum, Judæus numerabit ulnam ſui loci, & deinceps tres ulnas de loco ſuo evacuabit. אבניו *Lapides ipſius*, parietis ipſius. מטמאין כשרץ *Polluunt inſtar reptilis*, etiam illa pars quæ ad Iſraëlitam pertinet, quia nulla eſt differentia; & præterea hic locus polluit *inſtar reptilis*, id eſt, reptile polluit tactu, non onere, quia immunditics idololatrica inſtituta eſt a Sapientibus, & ideo illius inſtitutionem mitigarunt, & non polluit dum habet quantitatem lentis, ut reptile, ſed in quantitate olivæ, ut cadaver. כנדה *Ut menſtrua*, deciſio non eſt juxta R. Akibam, neque reſpectu idololatriæ, neque reſpectu miniſteriorum illius.

ni modo illam mitigarunt, dixeruntque illam omnino ſerpenti ſimilem eſſe ad polluendum tactu, non onere. Et præterea eam quoque mortuo ſimilem eſſe, quatenus non polluit niſi in quantitate olivæ, non in minori; deciſio non eſt juxta R. Akibam, neque in ipſo cultu idololatrico, neque in miniſterio ipſius.

ז שלשה בתים הן בית שבנוי מתחלה לע״א הרי זה אסור סידו וכיירו לע״א וחידש נוטל מה שחדש העמיד. עליה ע״א וסילקה הרי זה מותר שלש אבנים הן אבן שהצבה מתחילה לבימוס הרי זו אסורה סידה וכיידה לשם ע״א נוטל מה שכייד וכייד ומותרת העמיד עליה ע״א וסילקה הרי זה מותרת שלש אשרות הן אילן שנטעו מתחלה לשם ע״א הרי זו אסור גידעו ופיסלו לשם ע״א והחליף נוטל מה שהחליף העמיד תחתיו ע״א וביטלה הרי זו מותר איזו היא אשרה כל שיש תחתיה ע״א ר׳ שמעון אומר כל שעובדין אותה ומעשה בצידן באילן שהיו עובדין אותו ומצאו תחתיו גל אמר להן ר׳ שמעון בדקו את הגל הזה ובדקוהו ומצאו בו צורה אמר להן הואיל ולצורה הן עובדין נתיר להן את האילן :

7. Tres ædium ſunt differentiæ: Domus quæ ſui initio ad id conditur, ut Idolo inſerviat, prohibita cenſetur. Quod ſi vetus ædificium dealbetur atque exornetur aut innovetur in honorem Idoli, tollit Judæus illud novum ornamentum: (*atque tum libere ea uti poteſt.* Si quis conſtituat in domum pridem exſtructam Idolum, atque illud poſtea inde removeat, licet Judæo uti domo illa. Tres lapidum ſunt differentiæ: Lapis qui ſui initio ad id exciſus fuit, ut baſin præberet Idolo, is prohibitus eſt. Quod ſi lapis pridem exciſus alterius rei gratia, dealbetur, exornetur, aut innovetur in baſin, illud ornamentum quod noviter acceſſit, tollendum eſt, atque tum licet uti hoc lapide. Quod ſi quis lapidi pridem alterius rei gratia exciſo, impoſuerit Idolum, atque illud deinde removeat, tum licet uti eo lapide. Tres Arborum ſacrarum ſunt differentiæ: Arbor, quæ ſui initio plantata fuit in honorem Idoli, cenſetur prohibita. Quod ſi in arbore pridem plantata (*in honorem Deaſtri*) aliquid reſecetur, refingatur, aut immutetur, tollendum eſt quicquid mutationis acceſſit, (*imprimis vero tollere oportet ramos novos qui poſt reſectionem progerminarunt.*) Si quis ſub arbore pridem plantata, Idolum ſtatuat, atque illud deinde rurſus removeat, arbore uti licebit. Quænam dicitur ſacra arbor? Omnis nimirum ſub qua conſtitutum eſt Idolum. R. Simeon dicit eſſe omnem arborem quæ colitur. Accidit aliquando in Sidone, ut arbor aliqua impenſa coleretur ceremonia. Erat ſub ea acervus; ait itaque illis R. Simeon, ſcrutamini acervum hunc; quod cum feciſſent, invenerunt ibi ſimulacrum Idoli. Tum dixit R. Simeon, quoniam Idolum hoc præcipue ab iis colitur, arboris uſus vobis concedi poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה בתים *Tres ædes*, in caſu deſtructionis idololatriæ: בית שבנוי *Domus ædificata*, quæ ab initio pro idololatria ædificata fuit, talis prohibita eſt. כיירו *Si eam calce conſtruxerit*, ſi ab initio ædificata fuerit domus pro hominum habitatione, eamque calce dealbaverit pro cultu idololatrico. כייר Notat exſculpere imagines. וחדש *Et innovaverit*, id eſt, aut innovaverit.

נוטל מה שחדש *Tollat id quod innovaverit*, & reliquum domus ipſi licitum erit. הכניס לתוכו עבודה זרה *Si introduxerit in domum idololatricam*, pro illo tempore, ſed non dedicaverit domum cultui idololatrico. שלש אבנים הן *Tres lapides ſunt*, pro caſu remotionis. אבן שחצבה *Lapidem quem excidit*, e monte, ab initio ſuo. לבימוס *Pro baſi*, cui imponatur imago idololatrica.

סידה וכיירה *Si eum calce dealbaverit, & exſculpſerit*, & lapis exciſus fuerit, tum Iſraëlita illinc removebit id quod idololatra innovaverit, & deinde lapis uſui licitus erit. העמיד עליה עבודה זרה *Si poſuerit in domicilio idolum*, pro iſto tem-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סיד Notat lateres dealbare calce; כייר vero notat exſculpere figuras. Quod autem dicit, וחדש *Et innovaverit*; vult dicere, aut ſi innovaverit. מה שהחליף *Id quod mutaverit*, חליפין vocantur ענפים *Rami* qui inveniuntur ſub arbore cujus rami exciſi ſunt.

אי זו היא אשרה *Quænam eſt lucus*, vult dicere, quiſnam lucus eſt de quo Sapientes contrarii ſunt R. Simeoni? Nam dixerat, quod trium generum pagi ſunt, de duobus non eſt controverſia, de tertio autem, ſub quo idololatria defecta fuerit, dicunt Sapientes illum omni uſui interdictum eſſe, quamdiu idololatria ſub illo inventa fuerit, uti dixerunt, *ſi ſub illo ſtatuerit idolum, idque poſtea removerit, licet uti luco.* R. Simeon dicit; etſi illud non removerit, licet ſub luco ſit, licitus eſt uſui, quoniam imaginem tantum adorant; deciſio non eſt juxta R. Simeon.

tempore, at non dedicaverit lapidem illum in baſin, & deinde cum removerit, tum iſtud licitum eſt, & non requiritur ut removeatur. גדעו לשם עבודה זרה *Si exciderit illam in nomine idololatriæ*, ad adorandum ramos qui deinceps ex arbore illa provenerint. נוטל מה שהחליף *Tollat id quod mutaverit*, ramos qui denuo propullulaverint, excidet, eoſque combure ſicuti comburitur lucus; id autem quod reſtat, licitum eſt. אי זו היא אשרה *Quiſnam eſt lucus?* in Gemara exponitur quod hæc referenda ſunt ad tres lucos, de quibus ſuperius, & hoc ſenſu, tres ſunt luci, duo juxta omnium ſententiam, de uno autem contrarii ſunt Sapientes R. Simeoni, at quiſnam eſt de quo diſſentiunt; de omni illo ſub quo colitur idololatria, hunc enim Sapientes vocant אשרה *Lucum*, cumque prohibent quando ſub illo erectum eſt idolum. R. Simeon dicit, quod talis non ſit lucus. ſed id quod adoratur tantum, non vero id quod ſub luco eſt, cenſetur eſſe inſtar luci; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ח לא ישב בצלה ואם ישב טהור ולא יעבור תחתיה ואם עבר טמא היתה גוזלת את הרבים ועבר תחתיה טהור וזורעין תחתיה ירקות בימות הגשמים אבל לא בימות החמה והחזרין לא בימות החמה ולא בימות הגשמים ר' יוסי אומר אף לא ירקות בימות הגשמים מפני שהנמיה נושרת עליהן והוה להן לזבל :

8. Non licet captare umbram, quam ſpargit truncus arboris falſo numini dicatæ. Si vero ſedeat ibi, nullam exinde contrahit impuritatem. Non licet tranſire ſub ſimili arbore, atque ſi quis id faciat, polluitur. Quod ſi fuerit ibi via publica, qua omnes utuntur, atque tranſeat ibi Judæus, minime polluitur. Licet ſub arbore ejuſmodi ſerere olera hyberno tempore, ſed æſtivo tempore idem facere non licet. (*nimirum, hyberno tempore quo olera opus habent calore ſolis, nullam ex arbore accipiunt utilitatem; ſed vero tempore æſtivo quia arbor ſolis æſtus prohibet, hinc commodum aliquod in olera redundaret: at nefas eſt ex re idololatrica percipere utilitatem.*) Cæterum lactucam nec æſtivo nec hyemali tempore ibi ſerere licet, (*quia ſemper umbra illi eſt proficua.*) R. Joſe prohibet etiam olera ibi conſerere tempore hyemali, quia decidua fiunt folia arboris, & ſic in fimum convertuntur (*quo fimo facile Judæus homo uti poſſet ad agros ſtercorandos.*)

R. OB. DE BARTENORA.

לא ישב בצלה *Non ſedebit in ejus umbra*, umbra hæc non eſt ipſa arboris umbra, nam tum dicere non poterat, *ſi conſederit, purus eſt*, quandoquidem deinde Miſnæ auctor dixit, *ſi tranſierit, immundus eſt*; ſed ab arbore & deinceps, quum ſol in oriente eſt, aut in occidente, omnes res veſtiuntur umbra oblonga.

לא יעבור תחתיה *Non tranſibit ſub illam*, ſub ipſum arboris corpus, nam arbor tentorium facit ſupra hominem, ideoque, ſi quis illic tranſierit, immundus eſt. היתה גוזלת הרבים *Si arbor ſpolietur loco publico*, corpus enim illius ſe inclinat in locum publicum. טהור *Purus eſt*, eo quod Sapientes immunditiem hanc inſtituerunt, at quando arbor dependerit in locum publicum, non decreverunt quicquam Sapientes.

ירקות בימות הגשמים *Olera in tempore pluviarum*, quia arbor nocet illis, eo quod ſolem impedit. אבל לא בימות החמה *Sed non in tempore ſolis*, quia æſtate umbra conducit oleribus. וחזרין לא בימות החמה ולא בימות הגשמים *Lactucam vero neque æſtivo neque hyemali tempore ſerere licet*, quia umbra ſemper illis conducit.

שהנמיה נושרת עליהן *Quia ſub illis decidua fiunt arboris folia*, in Gemara dicitur jam conſtare quod juxta ſententiam R. Joſis, ſi una atque altera res licita ſit, uti ſupra dictum eſt, comminuet & in aërem ſparget, etſi fiat in ſtercus, nam dum res licita atque illicita in cauſa ſunt ut creſcat quicquam, ut, ſi ſolum ſit licitum, ſtercus vero idololatricum, quod licitum eſt, efficitur inde ut olera creſcant. R. Joſe putat, quod liceat, at quomodo hic prohibeat olera, quia folia cadunt in illa? reſpondet, quod R. Joſe hic argumentatur contra Sapientes, dicendo, juxta vos qui dicitis, quod ſi una atque altera res prohibita ſit, prohibuiſſetis olera; quia folia decidunt in illa, atque illis eſt ſtercus; Sapientes vero putant quod hic aliter ſe res habeat, quia lucus non prodeſt oleribus, quia beneficium quod illis præſtat, eſt damnum ex umbra; deciſio eſt juxta R. Joſen, & una atque altera res eſt licita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא ישב בצלה *Ne ſedeat quis in umbra*, in umbra ipſius arboris, ſed in umbra ramorum foliorumque illius licet ſedere; hoc autem quod dicimus, *ſi tranſgreſſus eſt, immundus eſt*, ideo dicimus, quia putamus illic certo inveniri ſacrificia idololatrica. Et hoc ſecundum ſententiam R. Jehudæ filii Beteræ dicentis, unde habemus quod ſacrificia idololatrica polluant in tentorio? eo quod ſcriptum eſt Pſal. 106. 25. ויצמדו לבעל פעור ויאכלו זבחי מתים Sicuti ergo mortuus in tentorio polluit, ſic quoque ſacrificium idololatricum in tentorio polluit. Deciſio non eſt juxta R. Jehudam filium Beteræ, quia idololatria non æquiparatur mortuo, niſi quatenus non polluit in quantitate oliva minori, ſicuti mortuus polluit, quemadmodum expoſuimus. Cæterum ſacrificium idololatricum polluit tactu & onere, ſicuti morticinum.

היתה גוזלת הרבים *Si ramus ſpolietur de loco publico*, cujus rami ſe extenderint ſuper locum publicum. חזרין *Lactucam*, in ſingulari dicitur חזרת, & Arabice חסא, illa nocet pluviæ, idcirco nihil ſerendum eſt ſub illa in tempore pluviarum, quia hæ ipſi ſunt uſui. Cæterum jam dixi in hoc capite ſententiam R. Joſis, quod non ſuſpicandum ſit idololatriam ejuſdemque miniſteria in ſtercus reditura, quia ſtercus iſtud non eſt unica cauſa incrementi plantarum, ſed ſtercus, terra, & aqua, aër, & ſol, & R. Joſe putat, quod, ſi una atque altera res ſit licita, ſcilicet, ſi quis aliquam rem fecerit, & cauſa operationis illius ſit duplex, aut multiplex, licita ſcil. & illicita, tum res illa ob quam eam fecerit, licita eſt; & ſic eſt deciſio in omnibus. Sed R. Joſe hæc dixit in hoc loco, ut is qui Sapientibus contrarius eſt, dicitque, juxta opinionem veſtram qua ſuſpicamini idola in ſtercus reditura, ſed neque olera tempore pluviarum; ita exponitur quod deciſio ſit juxta R. Joſen, & juxta ſententiam illius fieri debeat.

ט נטל ממנה עצים אסורין בהנאה הסיק בהן את התנור אם חדש יותץ ואם ישן יוצן אפה בו את הפת

9. Si quis ex arbore idolis dicata ligna abſtulerit, nefas eſt commodum ex iis percipere. Si talibus lignis furnum calefeciſſet, atque is novus ſit, & nondum plene ſiccatus, deſtruere illum opor-

הפת אסורה בהנאה נתערבה באחרות כלן אסורות בהנאה ר׳ אליעזר אומר יוליך הנאה לים המלח אמרו לו אין פדיון לע״א נטל הימנה כרכור אסור בהנאה ארג בו את הבגד הבגד אסור בהנאה נתערב באחרים ואחרים באחרים כולן אסורין בהנאה ר׳ אליעזר אומר יוליך הנאה לים המלח אמרו לו אין פדיון לע״א :

oportet: (*nam furnus ille ope ignis quem ligna arboris gentilibus ſacræ præbuerunt, perfectionem ſuam atque ſic commodum ingens accepit, quale ex re Idololatrica captare non licet*) Sed, ſi vetus fuerit furnus, tamdiu eo abſtinendum, quoad frigeſiat. Quod ſi panem in furno ſimili quis excoxiſſet, nullum licet ex eo pane percipere commodum: ſi commiſceatur is panis panibus aliis, ex nullis capere licet utilitatem. R. Elieſer ait, æſtimationem illorum panum qui in furno excocti fuerant, abjiciendam eſſe in mare ſalſum, (*atque tum deinde frui quem poſſe illis panibus. Verum hæc ſententia minime admiſſa fuit*,) objeceruntque illi: nulla eſt redemtura rei idololatricæ. Si ex arbore ſacra radius textoris factus fuerit, ibi nullam ex eo licet percipere utilitatem, (*nec eo uti ad texendum.*) Quod ſi illo texuiſſet veſtem, ea veſte (*neque tegere ſe, neque vendere illam*,) neque ullum aliud commodum exinde percipere licebit. Quod ſi veſtis illa veſtibus aliis, atque hæ rurſus aliis permiſceantur, tum ex nullis commodum percipere licebit. R. Elieſer ait, æſtimationem illarum veſtium, (*quæ per nefas confecta*) abjiciendam eſſe in mare ſalſum; (*& tum uſum illarum concedi. Sed neque hæc ſententia reperit adſtipulatores*,) & rurſus inculcabant illud tritum: nulla eſt redemtura rei idololatricæ.

R. OB. DE BARTENORA.

נטל הימנה Si abſtulerit ab illo, ſcil. luco. חדש יותץ *Novus deſtruetur*, nam ope primæ incenſionis furnus corroborabitur luti contractione, atque hoc modo furnus parabitur ejuſmodi re qua uti non licet. Miſna vero hæc eſt juxta ſententiam illius qui dicit, quod, ſi unum & alterum in cauſa ſit, prohibitum eſt; deciſio tamen non ita eſt, idcirco tam novus quam vetus furnus frigeſiat, nam ope hujus incenſionis in illo non coquunt panem, niſi donec frigefactus fuerit furnus, ne ex prohibitis lignis capiat utilitatem.

הפת אסורה *Panis interdictum eſt*, in Gemara dicitur hoc intelligendum eſſe dum lignum incenſum coram ipſo eſt, nam quando coquebatur panis, tum ignis ardebat in ore furni, & coquebat illum, & commodum capiebat ex eo quod prohibitum erat, dum exiſtebat.

יוליך הנאה לים המלח *Deferet commodum in mare ſalſum*, pretium panis commixti eo deferet, docet nos auctor Miſnicus controverſiam quæ eſt inter Sapientes & R. Elieſerem in duobus hiſce caſibus, nam ſi primum duntaxat nos docuiſſet, dixiſſemus, de hoc dicit R. Elieſer, nam poſtquam panis coctus eſt, prohibitio finita eſt; ſed de כרכור *Radio textoris*, qui eſt inſtrumentum in forma acus ſaccorum, quod tranſmittunt per ſubtegmen extenſum coram textore, in quo prohibitio exiſtit, dixiſſemus quod R. Eliezer Sapientibus concedit. Si vero nos ſecundum caſum tantum docuiſſet, dixiſſemus, quod de hoc loquuntur Sapientes, ſed quod in primo cum R. Elieſere conveniunt, ideo utrumque docere neceſſum erat; deciſio eſt juxta R. Elieſerem; imo vero ſi dolium vini libaminis cum doliis vini liciti commixtum ſit, pretium dolii iſtius commixti in mare ſalſum conjicietur, & quicquid reſtabit, id omne licitum eſt uſui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prima vice incendebatur furnus ad cocturam teſtarum ipſius perficiendam, & tum illud licitum erat ut deinceps in illo coqui poſſet, & propterea deſtruetur, nam etſi quum frigeſiat, in eo reliquum ſit lucrum incenſionis iſtius, & hoc eſt juxta ſententiam illius qui dicit, quod, ſi unus atque alter ſit in cauſa, prohibitum ſit; deciſio eſt, quod tam novus quam vetus furnus frigeſiet, nempe, quod eos relinquet donec frigeſiant, & ſecunda vice incendatur lignis licitis, & coquant in illis, quod licitum eſt.

רבי אליעזר אומר יוליך הנאה לים המלח *R. Eliezer dicit, deferet commodum eorum in mare ſalſum*, id eſt, ſumet de pretio illius pretium panibus commixti, idque in mare ſalſum conjiciet, ut nunquam inveniatur. Dicit auctor controverſiam illius de pane, ut nos doceat, quod ſicuti R. Elieſer permittit de pane quod ad ligna prohibitionis, jam conſumuntur atque comburuntur, ſic etiam mitigando permittit quod res prohibita exiſtat, ſicuti eſt ipſe lanificum bacillus quo pannus contexitur, quæ prohibitio exiſtit, atque tum dicit R. Elieſer quod commodum ipſius in mare ſalſum conjiciendum ſit. Sic etiam de pane, cujus ligna conſumpta fuerunt, & prohibitio non amplius exiſtit, Sapientes dicunt quod omnes ſunt prohibiti; deciſio in omnibus eſt juxta R. Eliezer, etiam in eo quod ad dolium vini libaminis attinet, ſi id cum aliis doliis commixtum ſit, commodum inde natum in mare ſalſum conjiciendum eſt, & deinceps reliquum vendere licet, & ex eo utilitatem capere.

י כיצד מבטלה קירסם ויורד נטל ממנה מקל או שרבים אפילו עלה הרי זה בטלה שפיה לצורכה אסורה שלא לצורכה מותרת :

10. Quomodo ceſſat arbor ſacra eſſe? Si homo Idololatra amputet illius ramos, aut eos avellat, ſi baculum inde auferat aut ſcipionem, quin ſi vel folium unicum inde tollat, ſacra eſſe ceſſat. Quod ſi illam arborem expoliat, ſic poſtulante arboris conditione, (*& ut ea ſpeciem majorem conciliet*,) illa uti non licebit: quod ſi id faciat conditione arboris minime ſic poſtulante, licebit ea uti.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מבטלה *Quomodo ceſſat?* quomodo gentilis deſtruit lucum. קירסם id eſt, *ſi arboris ramos exſiccatos amputet*, ut comburantur. ויורד id eſt, *ſi amputet ramos virides.* שפיה *Si abraſerit eam*, ita in Targum ad Deut. 9 21. אכורה אותו נחון שפית יתיה Porro dicit, לצרכה *In neceſſitatem ejus*, ad condecorandum illam; ſed nemo deſtruit ido-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קירסם Notat arborum extremitates amputare. ויורד Notat amputare ramos. שפיה *Si defricaverit eam*; ſed hæc omnia intelligenda ſunt de omni eo quod gentilis fecerit, nam hypotheſis nobis eſt, quod idololatriam non deſtruit niſi gentilis qui naturam idololatriæ intelligit, ejuſque miniſteria; & hoc ſenſu dixerunt, is qui adorat, deſtruit, qui

idololatriam, niſi gentilis magnus, & ſapiens, qui idololatriæ naturam intime novit, ejuſdemque miniſteria intelligit; & quamvis eam nolens intermittat, hæc tamen intermiſſio eſt.

qui vero non adorat, is non deſtruit; idcirco dixerunt, qui naturam idololatriæ novit, ne ſit parvulus, aut ſcientia deſtitutus.

פרק ד ר׳ ישמעאל אומר שלשה אבנים זו בצד זו בצד מרקולים אסורות ושתים מותרות וחכמים אומרים שנראות עמו אסורות ושאין נראות עמו מותרות :

Caput 4. Sic tradit R. Iſmaël: tres lapides quorum duo infra juxta ſe poſiti ſunt, tertius autem his incubat, ſi vicinæ ſint ſtatuæ Mercurii, (*nec ultra quatuor ulnas inde diſtent*,) prohibiti cenſentur; duo autem cenſentur liciti (*nam acervus qui in honorem Mercurii paratur, minimum tribus lapidibus conſtat.*) Sed Sapientes dicunt, lapidum illos acervos qui ſimul cum ſtatua Mercurii videri poſſunt, prohibitos cenſeri; eos autem qui cum ea videri nequeunt, haberi pro licitis.

R. OB. DE BARTENORA.

זו בצד זו *Unus ad latus alterius*, quanto magis prohibiti ſunt, ſi unus ſuper duobus poſitus ſit, hæc enim ſtatuæ Mercurialis principalis pars eſt. בצד מרקולים *Ad latus ſtatuæ Mercurialis*, nimirum ad quatuor ulnarum ſtatuæ Mercurialis, ita ut lapides quatuor ulnas diſtent a ſtatua Mercurii, & ut inde conſtet quod lapides de hac non deciderunt; de hoc caſu dicit R. Iſmaël quod tres lapides ſunt prohibiti, quia Mercurii ſtatua tres ſaltem lapides continet, ſed ad latus ſtatuæ Mercurialis magnæ quoque parvam conficere ſolebant, non habita ratione an unus lapis ſuper duobus poneretur. Sapientes vero putant gentiles ſtatuam Mercurii parvam non conficere ad latus magnæ, propterea, ſi duas ſimul junctas viderit Judæus, dicere poſſumus aliquos lapides cecidiſſe ex illa, ſive duo ſive tres lapides fuerint, prohibiti ſunt; at ſi non videantur inter ſe junctæ ſtatuæ, liciti ſunt lapides; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Iſmaël dicit, quod tres lapides prohibiti ſunt, etſi quatuor diſtent ulnas, quia dicit quod Mercurii ſtatuam faciunt parvam e regione magnæ; & quia duo fuerint alii lapides cum ipſa viſi, prohibiti ſunt; deciſio eſt juxta Sapientes.

ב מצא בראשו מעות כסות או כלים הרי אלו מותרין פרכילי ענבים ועטרות של שבולים ויינות ושמנים וסלתות וכל דבר שכיוצא בו קרב על גבי המזבח אסור :

2. Si quis inveniat ſupra caput Mercurii pecunias, veſtimenta aut vaſa, hæc (*niſi in honorem Mercurii illic repoſita fuerint*,) pro licitis habentur; ſed ſi inveniat racemos uvarum, coronas ſpiceas, vinum, aut oleum, placentas aut rem aliam ejuſmodi quæ in ara offerri ſolet in ſacrificium, prohibita cenſentur.

R. OB. DE BARTENORA.

מצא בראשו *Si invenerit caput illius*, ſcil. ſtatuæ Mercurii. הרי אלו מותרין *Ecce hæc licita ſunt*, hoc ita intelligendum eſt, ſi ornatus gratia duntaxat poſita fuerint, ut, ſi nummi marſupio impoſiti fuerint, & collo ſtatuæ appenſa, & veſtimenta conduplicata humeroque impoſita; ſic etiam vaſa capiti illius impoſita, cujuſmodi omnia non ornatus gratia facta cenſentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי אלו מותרין *Ecce hæc licita ſunt*, dum Judæus illa invenerit in loco contemnendo, ſi pecuniam invenerit in marſupio collo iſtius imaginis appendenti, & veſtimenta conduplicata capiti impoſita, atque vaſa capiti illius appendentia, ita ut caput intraverit in ipſa.

ג ע״א שהיה לה גינה או מרחץ נהנין מהן שלא במובה ואין נהנין מהן במובה היה שלה ושל אחרים נהנין מהן בין בטובה ובין שלא בטובה :

3. Si cui ſimulacro numinis dedicatus fuerit hortus aut balneum, illius uſus conceditur, ita tamen ut nulla inde utilitas redundet in ſimulacrum (*ejuſque ſacrificulos.*) quod ſi autem redundet aliqua utilitas hinc in Idolum, utilitatatem inde percipere non licet. Quod ſi horti aut balnei communio aliqua ſit inter ſimulacrum & alium quemcunque, licebit inde utilitatem capere, ſive commodum aliquod inde redundet in Idolum, ſive nullum redundet.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא בטובה *Sine beneficio*, id eſt, non retribuat mercedem miniſtris idololatricis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit בטובה & שלא בטובה *Cum beneficio & non cum beneficio*, intelligendum eſt de beneficio miniſterii idololatrici.

ד ע״א של נכרי אסורה מיד ושל ישראל אינה אסורה עד שתיעבד נכרי מבטל ע״א שלו ושל חבירו וישראל אין מבטל ע״א של נכרי המבטל ע״א ביטל משמשיה ביטל משמשיה משמשה מותרין והיא אסורה :

4. Simulacrum quod Idololatra ſibi paravit, illico illicitum evadit; ſed quod paravit Judæus, non evadit illicitum, niſi cultum ei detulerit. Idololatra tum ſuum, tum Judæi ſimulacrum profanare poteſt, (*ita ut coli amplius non queat, v. c. manum aut pedem illi ignominioſe amputando.*) Sed Judæus non poteſt profanare, & ad cultum ineptum red-

reddere ſimulacrum hominis pagani; (*nam ſi maxime Judæus ſimulacrum male tractet, non ideo ceſſabit cultum tum ei deferre Idololatra.*) Qui profanat ſimulacrum, profanat quoque illi appenſa donaria, & vaſa illius miniſterio dicata, (*atque ſic ſi Judæo tale quid obtingat, id venundare non prohibetur,*) Sed ſi quis profanet donaria, tum donaria evadunt licita, (*& aliquod ex iis commodum percipere licebit;*) minime autem licitum evadit Idolum.

R. OB. DE BARTENORA.

עבודה זרה של נכרי אסורה מיד *Simulacrum idoli gentilis illico illicitum eſt*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 7. 25. פסילי אלהיהם Ab eo igitur momento quo id perforaverit, factum eſt ipſi in Deum. עד שתיעבד *Niſi id coluerit*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 27. 15. ושם בסתר Ergo donec ei præſtiterit cultum occultum, nam Iſraëlita non adorat idolum niſi clam, quia ſenatum timet. נכרי מבטל עבודה זרה שלו *Gentilis removebit cultum ſuum idololatricum*, uti ſcriptum eſt Deut. 7. 25. פסילי אלהיהם תשרפון באש Poſtquam ergo ſculptilia ut deos gentilium coluerunt, comburent; at ſi removerint illa, licita ſunt uſui. ושל ישראל *Et Iſraëlitæ*, ſi Iſraëlitæ ſit pars in idolum iſtud, ſed ita non eſt deciſio, nam gentilis non removebit idololatriam Iſraëlitæ, etſi illius ſit particeps. *Neque Iſraëlita removebit gentilis cultum idololatricum*, etſi gentilis ei veniam conceſſerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Deut. 7. 25. de idolis gentium, פסילי אלהיהם תשרפון באש Ab illo igitur momento quo ſculptile fecerit, fit ei in Deum. Et de Iſraëlitarum idolis dicit Lex Deut. 27. 15. ושם בסתר id eſt, donec idolo præſtiterit ea quæ clam ei præſtari ſolent, ut, ſi ei ſuffitum fecerit, vel coram eo adoraverit, & id genus alia, ſicuti exponitur in Sanhedrin

ה כיצד מבטלה קטע ראש אזנה ראש חוטמה ראש אצבעה פחסה אע״פ שלא חיסרה ביטלה רקק בפניה השתין בפניה גררה וזרק בה את הצואה הרי זו אינה בטלה מכרה או משכנה רבי אומר ביטל וחכמים אומרים לא ביטל :

5. Qua ratione profanat homo paganus Idolum? Si amputet extremitatem auris ejus, aut extremitatem naſi vel digiti ejus: (*Nam ſic ſolebant pagani ejuſmodi facto ſigno aliquo indicare, ſimulacri alicujus vetuſti religionem exſpiraſſe.*) Quod ſi malleo faciem complanet, etiamſi nihil ejuſdem mutilet, nihilominus profanatur. Si vero in ſimulacrum conſpuat, aut illud permingat, vel per lutum id provolvat, aut ſordes in illud projiciat, non redditur hoc pacto profanum. (*Illud enim ira correptus paganus pro tempore tantum facit, quia voti a Deaſtro damnatus non eſt, rediturus paulo poſt, ubi ira deferbuit, ad priſtinam circa illud ſuperſtitionem.*) Quod ſi ſimulacrum vendat, aut in pignus det, ibi R. Jehuda dicit profanum reddi. At vero Sapientes negant fieri profanum.

R. OB. DE BARTENORA.

פחסה *Si conquaſſaverit*, faciem, eamque malleo concuſſerit donec formam ſuam amiſerit. גררה *Si abraſerit eam*, eamdemque in lutum conjecerit. אינה בטלה *Non eſt abrogatio*, quia illo momento iraſcebatur in ſimulacrum, at deinceps illud adorabit. Rabbi tamen illud abrogatum dicit, Rabbi & Sapientes contrarii ſunt, quando gentili venditum eſt ſimulacrum, at ſi illud Iſraëlitæ venditum ſit, omnium conſenſu abrogatum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פחסה *Si conquaſſaverit*, ſcilicet faciem, donec formam ſuam amiſerit, tum idolum removit; at ſi reliquam corporis partem conquaſſaverit, attamen nihil defecerit, non eſt hæc remotio. Sapientes vero & Rabbi contrarii ſunt, quando gentili vendiderit ſimulacrum Iſraëlita, quando vero vendiderit fabro Iſraëlitæ, omnium conſenſu remota ſtatua idololatrica; deciſio eſt juxta Sapientes.

ו ע״א שהניחוה עובדיה בשעת שלום מותרת בשעת מלחמה אסורה בימוסיאות של מלכים הרי אלו אסורין מפני שמעמידין אותה בשעת שהמלכים עוברים :

6. Ex idolo, cujus venerationem deſeruerunt cultores ejus pacis tempore, licitum eſt (*percipere aliquod commodum, nam actum eſt de illius religione.*) Sed, ſi tempore belli cultus intermittatur, non licet commodum inde capere, (*quippe metus belli tantum cultores adſtu & veneratione prohibet.*) Arcus triumphales Regum prohibiti ſunt: hi enim eriguntur eo tempore, quo cum pompa ibi tranſitum facere debent Reges, (*atque ſtatuitur ſupra eos Idolum, cui Reges cum tranſeunt divinum cultum tribuunt.*)

R. OB. DE BARTENORA.

שהניחוה עובדיה *Cujus venerationem deſeruerunt cultores ejus*, ſine intentione redeundi ad idola. בשעת שלום מותרת *Tempore pacis licitum eſt*, nam quandoquidem volentes exierunt, & non ceperunt ſecum idola, conſtat quod illis valedixerunt. בימוסיאות של מלכים *βήματα Regum*, ſunt lapides in viis erecti ubi rex tranſire ſolet, quando autem illic tranſit rex, idolum ibidem ponunt cui is ſe incurvat; in Gemara exponunt, *eo quod relinquunt ipſum*, id eſt, non ſolent ſingulis momentis in illis viis ponere idolum, ſed dum rex tranſit, duntaxat; & cum reges aliquando viam inſolitam ingredi ſolent, tum non habetur illius ceremoniæ ratio, & idcirco miniſteria illa non ſunt habenda idololatrica.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בימוסיאות *Arcus triumphales*, eſt magnus lapis quem erigunt ad ſacrificandum ſuper ipſo, eſtque altaris genus; regnante autem rege, erigebatur unus arcus triumphalis, ipſo vero decedente, vel imperium alii concedente, primus quidem relinquebatur, ſed præter ipſum inſuper alter erigebatur pro rege novo, atque tum licitum erat e primo utilitatem capere; & hoc eſt quod auctor vult, quum dicit, *eo quod erigebant illum dum reges tranſibant*, ſcilicet, quod ratio quare multi ſunt ejuſmodi Bemoſiot, eſt, quia dum rex prior decedit, illud etiam Bema abrogatur, & novum conficitur pro rege regnante, & quod poſtea omnia priora Iſraëlitis uſui licita ſunt.

ז שאלו את הזקנים ברומי אם אין רצונו בע"א למה אינו מבטלה אמרו להן אילו לדבר שאין צורך לעולם בו היו עובדין היה מבטלה והרי הן עובדין לחמה וללבנה ולכוכבים ולמזלות יאבד עולמו מפני השוטים אמרו להן אם כן יאבד דבר שאין צורך לעולם בו ויניח דבר שצורך העולם בו אמרו להן אף אנו מחזיקין ידי עובדיהן של אלו שאומרים תדעו שהן אלוהות שהרי הן לא בטלו :

7. Percontati ſunt aliquando Senatores Romani Judæos, dicentes: Si nulla ratione Deus (*quem vos unum & verum prædicatis*) capitur Idolis, aut iis rebus, quæ nos pro Numinibus colimus, quare non tollit res illas funditus? Tum hi reſpondebant: Si illæ tantum res, quibus orbis minime indiget, cultu divino afficerentur, tum eas ſine dubio ſublaturus eſſet; at vero Idololatræ divino cultu afficiunt ſolem, lunam, ſtellas, ſidera & planetas. Jam igitur, numquid æquum eſt, ut propter ſtultos ejuſmodi Deus vaſtitatem orbi inferat? Ad hæc illi: Si ita ſe res habet, tollat igitur eas res quibus orbis non indiget (*nam tales pagani colimus*,) relinquat vero res eas, quibus orbis opus habet. At Judæi contra reſpondebant: Hac ratione cultores ſolis atque ſiderum, magis confirmarentur in ſuperſtitione ſua quam manibus tenent, quippe dicturi eſſent: agnoſcite vere Divinitatem iis rebus, quas nos colimus, ineſſe, nam cæteris e medio ſublatis hæ ſalvæ perdurant.

R. OB. DE BARTENORA.

אף אנו מחזיקין ידי עובדיהן *Etiam nos confirmaremus cultores idololatricos*, iſtos ſcilicet qui ſolem atque lunam venerantur, hoc enim modo confirmaremus, ſi videremus ceteros idololatras deſtructos, hos fore ſuperſtites.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu tibi neceſſarium eſt quod optimi philoſophi non credunt imagines, nimirum טלסמאות. Sed rident illas, atque ludos habent iſtos homines qui credunt in iis dari aliquam virtutem & operationem, quarum rerum expoſitio prolixa eſt. Nihilominus de illis ego ſermonem inſtituam, quia novi quod maxima hominum pars ſeducta eſt hac opinione omnium abſurdiſſima, ſibi perſuadens quod in phænomenis dentur realia quædam, atque uſque adeo ut piiſſimi ſanctiſſimique homines noſtri has res habuerint veriſſimas, ſed quod ex Lege duntaxat prohibitum ſit hæc credere, neſcientes quod hæc omnia ſunt ficta falſaque, & quod nobis e Lege præceptum ne faciamus ſicuti nobis de mendacio præceptum eſt. Sed hæc ſunt vulgaria inter gentiles, & fundamentum eorum reperitur in gente quadam quæ צאבים vocatur, eſtque gens e patre noſtro Abrahamo ortum ducens, quæ perverſas ac depravatas ſuas opiniones cum illa ſcientia quam in corda illius Deus indiderat, fœdiſſimè commiſcuerat. Hæc itaque gens venerabatur ſtellas, iiſque operationes adſcribebat ineptas, atque de natura ſtellarum, de conjunctionibus rerum ſuperiorum cum inferioribus, de adjurationibus, de influentiis coeleſtibus, de ſignis ſpiritualibus, ac dæmoniacis, de nunciis futuris, atque reſponſis, de variis incantandi modis, de mortuis conſulendis, & ſimilibus quæ Lex veriſſima prohibuit, & gladium ſuum ſtrinxit contra auctores eorum, ut ipſos excidat. Et hinc illa idolatriæ ſemina ac lachrymæ in populo etiam Iſraëlitico provenerunt. Primum vero eorum hominum mendacium ortum duxit ex aſtrorum decretis, quorum fundamenta prima demonſtrantur ex falſa eorum Philoſophia, uti dicunt, hic planeta malus atque infelix habendus ſit, ille autem bonus & felix; hæc ſphæræ pars convenit cum hac planeta, ſed illi planetæ contraria eſt, cum ſphæra ſit corpus unum e ſimilibus partibus in quibus nulla eſt mutatio, neque confuſio. Et hæ duæ propoſitiones ſunt veluti decretorum de aſtris columnæ, quæ, cum de falſitate illarum ſatis conſtet, plane una cum partibus ſuis intercidunt. Poſtea ſecundam falſitatem immiſcuerunt primæ; quæ tractat de imaginibus quas vocarunt טלסמאות, dixeruntque, quando talis planeta ſit felix in loco idoneo, facias hanc vel illam imaginem, & tum hanc illamve ex illa percipies utilitatem. Quando autem modo contrario talis planeta in iſto loco ſit infelix, facias imaginem in hac vel illa forma, & illa mediante hanc vel illam infelicitatem ſuperabis. Hunc autem caſum prolixe expoſui pro decretorum de planetis prolixitate, & peculiaribus quibuſdam operationibus ipſis adſcriptis. Deinde hiſce duobus fundamentis ſuperſtruxerunt aliud tertium pariter falſum, nimirum de idololatria, dixeruntque, quod ſi imago in hac vel illa forma ſit confecta, poſtquam ei ſuffitus & oratio perhibita eſt cum incurvatione quadam, redeat talis rei malum. Et hæc facta ſunt, quia temporibus priſcis congregati ſunt provinciarum incolæ atque eduxerunt plebem, dixeruntque plebi felicitatem rerum ſuarum conſiſtere in imaginibus conficiendis; quando itaque congregabantur in templis ſuis, maxime plebs venerabatur hoſce ſenes horum arcuum gnaros, & hoc modo crexere regnum, crediditque plebs rem eſſe veracem, atque hoc tanta fiducia quanta nos credimus prophetarum ſanctorumque virorum verba. Quare videas quomodo Scriptura illos homines vocat נביאי הבעל ונביאי האשרה *Prophetas Baalis atque lucorum.* Præterlapſo deinde tempore ſequuti ſunt homines veræ ſcientiæ omnino rudes, & atque illarum rerum monumenta & libros in hac forma invenerunt, ſibique perſuaſerunt hæc maximæ eſſe utilitatis, & veriſſima, non cogitantes quicquam de ipſorum falſitate, & quod pro tempore efficta erant. Et ſic de his propheta dicit Jerem. 10. 5. אל תיראו מהם כי לא ירעו וגם היטב אין אתם Sapientes vero jam expoſuerunt quod omnes operationes quas idololatriæ iſtius inventores dixerunt de imaginibus provenire, ſunt hujuſmodi quæ pro re nata accidunt; atque hoc e philoſophia ſatis clarum eſt. Animadverti quoque e Sapientum ſcriptis de ſtellarum decretis ſtatuentibus, quod illæ ſequuntur incantandi & præſtigiandi modos, non quod ſunt ipſa cauſa, quemadmodum putant aſtronomi; itaque dixerunt, לא תנחשו *Non augurabimini*, ſicuti illi e muſtela, avibuſque, & ſtellis auguria capiebant, atque hæc eſt philoſophorum opinio. Hæc autem omnia a Zabæis inventa nulla in Græcorum philoſophia habent veſtigia. In his autem prolixus eſſe volui, quia in iiſdem aliquid continetur commodi ad veritatem diſcernendam, quia ſtellarum cæterorumque phænomenorum ignorantia apud homines noſtros haud exigua eſt, ita ut aliquoties a Lege Moſis receſſerint, quia ſigna illa rerum futurarum certiſſima credebant præſagia.

ח לוקחין גת בעוטה מן הע"א אע"פ שהוא נוטל בידו ונותן להפוח ואינו נעשה יין נסך עד שירד לבור ירד לבור מה שבבור אסור והשאר מותר :

8. Licitum eſt emere torcular, in quo preſſio uvarum inſtituitur ab homine pagano, etiamſi is manu ſua uvas non expreſſas capiat, eaſque projiciat in reliquarum uvarum acervum: neque enim fit vinum libaminis, niſi profluxerit in vinarium; quod ſi autem profluxerit in vinarium, illud, quod in vinario

rio exiſtit, (*ſi illud homo paganus contrectet*) prohibitum cenſetur; ſed quod extra vinarium, habendum pro licito.

R. OB. DE BARTENORA.

גת בעוטה *Torcular calcatum*, in quo gentilis calcavit. אע״פ שהוא נטל בידו *Etſi is manu ſua eas non capiat*, nempe uvas in vino. ונתן לתפוח *Et projiciat in acervum*, recollectio uvarum in modum acervi, vocatur תפוח. Putat autem doctor noſter quod non fiat vinum libaminis, niſi donec in vinarium deſcenderit, & talis eſt Miſna prima; ſed ita non eſt deciſio; deciditur enim, quod ab eo momento quo vinum incipiat defluere, vinum libaminis fieri poſſit. אסור *Prohibitum eſt*, ſi deinceps illud attigerit gentilis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando torcularis canalis occluſa fuerit, ita ut nihil liquoris per illam defluere poſſit, ſed uvæ inter ſe calcentur, tum inde non fit vinum libaminis, ſecundum Miſnam primam. תפוח Eſt uvarum acervus qui conficitur in medio torculari. והשאר מותר *Et quod reliquum eſt, id licitum eſt*, juxta primam Miſnam, quæ dicit, quod gentilis calcare poſſit) ſed ita non deciditur.

ט דורכין עם הע״א בגת אבל לא בוצרין עמו ישראל שהוא עושה בטומאה לא דורכין ולא בוצרין עמו אבל מוליכין עמו חביות לגת ומביאין עמו מן הגת נחתום שהוא עושה בטומאה לא לשין ולא עורכין עמו אבל מוליכין עמו פת לפלטר :

9. Licitum eſt uvas calcare cum homine pagano, in eodem torculari, ſed non licet cum eo vindemiare. At vero cum Judæo in impuritate conſtituto, nec calcare nec vindemiare licet; interim tamen fas eſt cados cum eo devehere ad torcular, atque inde quoque evehere. Cum piſtore in impuritate conſtituto, nec maſſam ſubigere, nec panes conficere licet; licet tamen cum eo panes ad panivendum deferre.

R. OB. DE BARTENORA.

דורכין עם הנכרי בגת *Licet uvas calcare cum gentili in torculari*, nam non dicimus quod ei liceat e re prohibita utilitatem capere, etſi hic doctor putet quod bibitio licita ſit uſque dum nondum in vinarium deſcenderit vinum; ſed hic non obtinet prohibitio ad immunditiei occaſionem præbendam, quia jam pollutæ ſunt uvæ ab eo momento quo gentilis illas calcavit, quomodo fiet ut Iſraëlita non ſit in immunditiei cauſa.

אבל לא בוצרין עמו *Sed non licet vindemiare cum illo*, quia immunditiem adfert torculari; & gentilis polluit uvas tactu, & Iſraëlita cum ipſo vindemians eſt in cauſa immunditiei; putat enim hicce doctor quod prohibitum ſit rebus profanis in terra Iſraëlis immunditiem adferre, licet ad gentilem pertineant; deciſio tamen non eſt juxta hanc Miſnam, quia nobis hypotheſis eſt qua ſtatuimus quod vinum libaminis fiat ſimulac liquor vini defluxerit in vinarium, idcirco cum gentilibus non calcant Iſraëlitæ in torculari. Nam fundamentum nobis eſt quod in terra Iſraëlis non licet rebus profanis adferre immunditiem, quando ad gentilem pertinent; idcirco Iſraëlita cum gentili vindemiare poteſt, etſi immunditiem conferat in res profanas. Verum ſi Iſraëlita vinum ſuum vindemiaverit, non ſumet ſecum gentilem ad uvas adducendas in torcular, quia ipſi dicent, *tu Nazyræe vineam modo circuito, ſed ne tangito eam*, Iſraëlita autem ille qui fructus ſuos paraverit in immunditie, peccavit, quia polluit oblationem primam & decimas quæ in illis continentur; idcirco non licet ei opem ferre; ne ad hoc aſſuefaciat; ſed dolia vacua cum ipſo ferre licet ad torcular, & plena deferre, nam id quod factum eſt infectum eſſe nequit, & poſtquam vaſa polluta fuerint, vinum doliis immundis indere licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דורכין עם הנכרי בגת אבל לא בוצרין עמו *Licet uvas calcare cum gentili in torculari, ſed non licet vendemiare cum illo*, ita ſe habet Miſna prima: ratio autem quare cum gentili vindemiare non licet, eſt, quia nobis hypotheſis eſt, eum qui pro torculari vindemiat, fieri diſpoſitum ad immunditiem recipiendam, ideoque pollui ſi gentilis ipſum attigerit, & adjumento eſſe pollutioni ſi vindemiat cum illo. Omnia vero hujus Miſnæ jura innituntur iſti fundamento quod prohibitum ſit rei profanæ in terra Iſraëlis immunditiem adferre; ſed hoc ſæpius a me dictum eſt. Sed ratio quare cum gentili liceat calcare, eſt, quia immunditiei cauſa jam tranſiit, nam Iſraëlita jam pollutus eſt tactu gentilis, dum ad immunditiem recipiendam jam diſpoſitus erat ſecundum hypotheſin noſtram; & quia vinum libaminis tum demum fit, quum in vinarium liquor defluit; ſed hæc non ita deciduntur; nam deciſio juris eſt, quod liceat rebus profanis in terra Iſraëlis eſſe in cauſa immunditiei; & quod vinum libaminis fiat ab eo momento quo liquor illius in vinarium defluxerit; propterea licet Iſraëlitæ vindemiare cum gentili, ſed non calcare cum ipſo. Scias autem quod Iſraëlitæ prohibitum eſt opem ferre gentili in vindemia, atque in uvis ad torculare adducendis, & quanto minus aliis in rebus, ita in Gemara declaratur, quod ei dicatur, *tu Nazyræe vineam modo circuito, ſed eam ne tangito.* Verum ſi Iſraëlita in immunditia egerit, peccavit, quia rem polluit cujus pars Deo debetur, nimirum oblationem primam & decimas; & præterea nobis hypotheſis eſt, quod peccatoribus non licet ullo modo adjumento eſſe. Quando autem calcatæ fuerint uvæ, & panis coctus, peccatum jam peractum eſt, & propterea licitum eſt Iſraëlitæ poſtea cum gentili rem ejuſmodi adducere.

י ע״א שנמצא עומד בצד הבור של יין אם יש לו עליו מלוה אסור אין לו מלוה עליו מותר נפל לבור ועלה ומדדו בקנה התיז את הצרעה בקנה או שהיה מטפח על פי חבית מרותחת בכל אלו היה מעשה ואמרו ימכר ורבי שמעון מתיר נטל את החבית

10. Idololatra ſi deprehenſus fuerit ſtans juxta ciſternam vinariam, atque is Judæo pecuniam mutuo dederit, ita ut hic vinum eo nomine ei oppigneraverit, tum vinum illicitum cenſetur. Si nullam pecuniam Judæo mutuo dedit, vinum pro licito erit. Quod ſi fuerit Idololatra prolapſus in ciſternam vinariam, atque inde egrediatur, vel illius profunditatem virgula menſoria exploret, aut ſcipione crabronem qui in vinum forte inciderat, inde removeat, aut ſi fæces a ferventi dolio ſegreget, qui omnes caſus aliquando acccidiſſe feruntur;

החבית זרקה בחמתו לבור זה היה מעשה והכשירו :

tur, ibi dixerunt Sapientes, vinum illud יין נסך vendendum eſſe (*neque prohiberi dominum utilitatem exinde capere.*) Quin adeo R. Simeon, vinum illud haurire quem poſſe cenſet. Quod ſi quis iratus dolium accipiat, idque projiciat in ciſternam vinariam, qui & ipſe caſus aliquando accidit, de eo inter omnes conveniebat, id vinum licite bibi poſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

יש עליו מלוה אסור *Si quid mutuo datum ſit pro eo, prohibitum eſt*, ſi pro vino aliquid mutuo datum ſit, ita ut vinum pignoris loco apud creditorem maneat, tum eſt inſtar bonorum ipſius, idque luſtrari poteſt quomodo ſapiat.

נפל לבור *Si ceciderit in ciſternam*, ſi gentilis ceciderit in ciſternam vino plenam. ועלה *Et aſcenderit*, mortuus, etſi attigerit illud dum cadebat, tamen uſui illius non interdictum eſt, quandoquidem non intendebat tactum illius. Verum ſi vivus aſcenderit, in aſcenſione prohibitus eſt ei, quia idolo gratias egit quod ſalvus evaſit. ומדדו בקנה *Et menſuraverit virgula menſoria*, aut ſi gentilis vinum Iſraëlitæ menſuraverit virgula menſoria. והתיז *Et inde removerit*, aut, ſi gentilis vini crabronem removerit virgula, vinum tamen non attigerit. מרותחת *Feces ferventis vini ſeparans*, nam dolium ſuperius fœces ſuas evomit, quia gentilis manum tangunt, attamen inde non fit vinum libaminis. *R. Simeon permittit &c.* Sed deciſio non eſt juxta ſententiam illius. וזה היה מעשה והכשירוהו *Hic caſus aliquoties contigit, & permiſerunt illum*, ad bibendum vinum etiam licitum reddiderunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יש עליו מלוה *Si mutuo quid datum ſit ſuper eo*, ſi vinum iſtud oppignoratum ſit, at ſi quid mutui datum ſit ſuper homine, tum non fit vinum libaminis; nam ſi ſuper iſto vino mutuum datum ſit, id æſtimatur ut opes ipſius, & fieri poteſt ut aliquando manum ſuam emittat ad probandum illud vinum, quoniam ad ipſum pertinet, uti cætera bona.

נפל לבור ועלה *Si ceciderit in cellam vinariam, & eductus fuerit*, quum mortuus fuerit, at ſi vivus ipſe aſcenderit, non licet ex illo quicquam commodi percipere, quia idolo ſuo gratias referet quod ſalvus evaſit, & tum ſimilis eſt idololatris. R. Simeon permittit, in vino bibendo; deciſio non eſt juxta R. Simeon.

יא המטהר יינו של עו״א ונותנו ברשותו ובבית הפתוח לרשות הרבים בעיר שיש בה עו״א וישראלים מותר בעיר שכולה עו״א אסור עד שיושיב שומר ואין השומר צריך להיות יושב ומשמר אע״פ שהוא יוצא ונכנס מותר ר׳ שמעון בן אלעזר אומר כל רשות עו״א אחת היא :

11. Si quis Judæus, dum homo Idololatra vinum expreſſit, præſens fuerit eo fine, ut legitime paretur, (*& ne id contrectet gentilis,*) quoniam illud ab eo jam dum emit; ibi id relinquat in poteſtate Idololatræ hominis, in domo cujus fores patent in plateam publicam, & tali in urbe quam Judæus ac Iſraëlitæ inhabitant, vinum licitum evadit: Quod ſi vero eam urbem ſoli Idololatræ inhabitent, evadit illicitum, niſi quidem cuſtos fuerit appoſitus. Neque vero neceſſe eſt, ut cuſtos aſſidue ibi præſens ſit, vinumque cuſtodiat: Sed ſi vel maxime tantum aliquando præſens ſit, aliquando recedat, licitum vinum erit. At R. Simeon F. Eleaſaris ait, rei in poteſtate hominis Idololatræ relictæ ſemper una & eadem eſt ratio. (*Proinde ſicut vinum ſoli Idololatra non eſt credendum in ea urbe, quam nemo præter ſuæ farinæ homines incolit: Ita nec credendum id Idololatra, ſi maxime in illa urbe Judæi Idololatris permixti vivant.*)

R. OB. DE BARTENORA.

המטהר יינו של נכרי *Si quis vinum gentilis purificaverit*, ſi Iſraëlita uvas gentilis legitime calcaverit ut Iſraëlitæ vendantur, pecuniam vero is non prius ſolverit genti li quam vendiderit vinum, idque in poteſtate gentilis depoſuerit.

בעיר שיש בה נכרים וישראלים מותר *In civitate quam gentiles & Iſraëlitæ inhabitant, licitum eſt*, nam gentilis timet ne Iſraëlita veniat, qui illic tranſire ſolet, & perdat quid; & quamvis non ſit clavis, nec ſignum, tamen licitum eſt; ſed hoc intelligendum eſt ſi ſuper vino iſto nihil debiti contractum ſit, idque literis conſignatum, ſicuti Miſna ſequenti oſtenditur. *R. Simeon filius Eleazaris dicit &c.* controverſia inter R. Eleaſarem & doctorem primum hæc eſt, doctor primus putat, quod, ſi gentilis vinum poſuerit in poteſtate gentilis ad quem vinum pertinet, requiritur ut domicilii janua aperiri poſſit verſus locum publicum, & in illa civitate in qua Iſraëlitæ & gentiles morantur. Verum ſi in poteſtate alterius gentilis depoſuerit, ad quem non pertinet vinum, etiam in civitate in qua non morantur Iſraëlitæ, licitum eſt. R. Simeon filius Eleazaris dicit omnem gentilium ditionem eſſe unam eandemque, &, quemadmodum in ditione gentilis poſſeſſoris vini prohibitum ſit, niſi id fiat in civitate quam gentilis atque Iſraëlita inhabitant, & domicilium aperiatur verſus locum publicum, ſic etiam in ditione alterius gentilis ab Iſraëlitis inhabitetur, & domus aperiatur verſus locum publicum; deciſio eſt juxta R. Simeon filium Eleazaris: ſi vero clavis atque ſigillum ſint in poteſtate Iſraëlitæ, tam in loco ditionis poſſeſſoris vini, quam in loco ditionis gentilis, omnium conſenſu licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המטהר יינו של נכרי *Si quis gentilis vinum purificet*, ſi Iſraëlita ei operam dederit inde ab initio præparationis illius, donec purificatum fuerit, & depoſuerit vinum in poteſtate poſſeſſoris ſui; ideo requiritur ut domicilium ipſius apertum ſit verſus locum publicum, & hoc in civitate quam Iſraëlitæ incolunt, quia gentilis timet introire domicilium, ne conſpiciatur ab Iſraëlita, qui vini poſſeſſori dicat, quod jam prohibitum factum eſt. Verum ſi illud depoſuerit in poteſtate alterius gentilis, licitum, quia ipſi non continget ſimilis res ei in quod ei non eſt dominum, etſi tota civitas a gentilibus inhabitetur. R. Simeon filius Eleaſaris dicit rem contra ſe habere, & putat omnem gentilium ditionem eſſe eandem, & prohibitum eſſe etiam in ditione alterius; deciſio eſt juxta R. Simeon filium R. Eleaſaris. Scito autem quod ſi clavis & ſigillum ſit in poteſtate Iſraëlitæ, ſit prohibitum juxta omnium ſententiam, licet vinum ſit in poteſtate gentilis.

יב המשחר יינו של עא ונותנו ברשותו והלה כותב לו התקבלתי ממך מעות מותר אבל אם רוצה ישראל להוציאו ואינו מניחו עד שיתן לו את מעותיו זה היה מעשה בבית שאן ואסרו חכמים :

12. Si quis Judæus, dum homo Idololatra vinum expreſſit, præſens fuerit eo fine ut legitime paretur, quoniam illud ab eo jam dum emit, idque in poteſtate hominis Idololatræ relinquat; atque hic inſtrumento dato profiteatur accepiſſe ſe vini pretium, tum vinum licitum eſt. Sed, ſi velit Judæus vinum illud auferre, neque ejus rei poteſtatem faciat homo Idololatra, quoad ipſe pretium perſolvat, quale quid in Beth-Schean accidiſſe fertur, eo caſu Sapientes illicitum eſſe id vinum pronunciarunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר *Licitum eſt*, ſi domus aperta ſit verſus locum publicum, & Iſraëlitæ & gentiles ſint in iſta civitate, uti diximus ſuperius. *Verum ſi Iſraëlita vinum iſtud educere velis* &c. nam tum vinum in poteſtate gentilis oppignoratum eſt, & prohibitum, quia debitum extat pro vino illo, nam nihil timet, quia dicere poſſit, ſi me viderint & interrogaverint, dicam eſſe meum, & tum prohibitum erit vinum, licet clavis & ſigillum ſit in poteſtate Iſraëlitæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etſi clavis & ſigillum ſint in poteſtate Iſraëlitæ, tamen, quia poteſtas illa non tota ad ipſum pertinet, Sapientes prohibuerunt iſtud vinum, eo quod attingit illud gentilis, & faciet idipſum in vinum libaminis.

פרק ה השוכר את הפועל לעשות עמו ביין נסך שכרו אסור שכרו לעשות עמו מלאכה אחרת אע״פ שאמר לו העבר לי חבית של יין נסך ממקום למקום שכרו מותר השוכר את החמור להביא עליה יין נסך שכרה אסור שכרה לישב עליה אע״פ שהניח ע״א לגינו עליה שכרה מותר :

Caput 5. Si gentilis conducat operarium Judæum, ut ſibi operam locet in conficiendo vino libaminis, tum mercedem accipere Judæus prohibetur. Quod ſi vero eum conducat, ut ſibi alia opera perficiat, etiamſi poſtea ei dicat; transfer mihi cadum hunc vinarium vino libaminis plenum ex loco hoc in alium, tum mercedem accipere licebit. Si homo Idololatra conducat Judæi aſinum, ut eo utres vini libaminis devehat, mercedem acccipere nefas eſt; quod ſi vero aſinum conducat Idololatra ut ipſe eodem vehatur, etſi poſtea illi quoque lagenam vini libaminis ſimul imponat, licet accipere mercedem.

R. OB. DE BARTENORA.

השוכר את הפועל לעשות עמו ביין נסך *Si gentilis conducat operarium Judæum, ut ſibi operam locet in conficiendo vino libaminis*, ad transfundendum ipſum ex uno vaſe in aliud, vel ad vaſa ex uno in alium locum dimovenda, etſi vinum ad ipſum pertineat.

שכרו אסור *Merces ipſius prohibita eſt*, pœna hac eſt quam Sapientes in vino libaminis inſtituerint, & in vino eorum vulgari. שכרו מותר *Merces illius licita eſt*, hoc intelligendum eſt ſi ei dixerit, pro quolibet dolio habebis pretium Prutæ; at ſi dixerit ei, transfer mihi centum dolia pro centum Prutis, & unum dolium vini libaminis inter illa fuerit, merces ipſius prohibita eſt. *Si gentilis conducat Judæi aſinum* &c. hic caſus adfertur propter finem, nam in fine nos docet auctor, quod is qui aſinum conduxerit ut ſimpliciter ei inſideat, eundem etiam conduxit ut ei aliquod vini onus imponere poſſit & ciborum; & ne intelligeremus rem ſe habere perinde ac ſi initio ipſum conduxiſſet, ad ferendum aliquid vini libaminis, & propterea mercedem conductionis eſſe prohibitam, ideo nos docet rem ita ſe non habere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt eum qui equum conducit ad equitandum, ei imponere ſolere aliquid cibi pro itinere abſolvendo; & ne putaremus rem perinde ſe habere, ſi quis equum conduxerit ut eum eo iter ſuſcipiat ſive ut ope illius vinum libaminis deferat, & mercedem illius eſſe prohibitam; ideo nos auctor docet quod res aliter ſe habet, ſed mercedem conductionis licitam eſſe, quandoquidem gentilis non dixit ſe equum ab Iſraëlita conducere ad vinum libaminis ſive idolatricum ferendum.

ב יין נסך שנפל על גבי ענבים ידיחן והן מותרות ואם היו מבוקעות אסורות נפל על גבי תאנים או על גבי תמרים יש בהן בנותן טעם אסור מעשה בביתוס בן זונן שהביא גרוגרות בספינה ונשתברה חבית של יין נסך ונפל על גביהן ושאל לחכמים והתירום זה הכלל כל שבהנאתו בנותן טעם אסור כל שאין בהנאתו בנותן טעם מותר כגון חומץ שנפל על גבי גריסין :

2. Quod ſi vinum libaminis perfuſum fuerit ſuper uvas Judæi hominis, tum ſi hæ abſtergantur, licitæ evadunt, (*modo integra ſint grana*;) ſed ſi fiſſa fuerint, illicitæ redduntur uvæ. Quod ſi ſuper ficus aut dactylos effuſum fuerit vinum, atque tanta ejus ſit quantitas, ut hi fructus ſaporem inde contrahere queant, evadunt illiciti. Accidit aliquando ut Baitos F. Sunan, in navem ficus inferret, atque ibi dolium vini libaminis confringeretur, & eo vino ficus humectarentur; ibi conſuluit Sapientes, qui eo vino uti eum poſſe pronunciarunt. Hæc tenenda eſt regula: quandocunque ex ſapore vini libaminis res melior redditur, ita ut humefacta magis ſapida fiat, ibi res illa redditur illicita; at ſi ex ſapore vini libaminis, res reddatur deterior, ita ut humefacta minus fiat ſapida, ibi res illa evadit licita, uti ſi acetum ſuperfuſum fuerit fabis.

R. OB. DE BARTENORA.

ידיחן *Abſterget eas*, in aqua frigida. *Accidit aliquando ut Baitos fil. Sunan* &c. Miſna hæc neceſſario verbis quibuſdam ſupplenda, ואם נותן טעם לפגם מותר *Si dederit guſtum quo damnum inferatur, licitum eſt*, & deinde ſequitur hiſtoria de Baito, hocce ordine. ומעשה נמי בביתוס בן זונן שהיה מביא גרוגרות בספינה ונשתברה חבית של יין על גביהן ובא מעשה לפני חכמים והתירו *Et caſum quoque habemus in Baito filio Zunanis, qui ficus in navem intulit, ſed confractum eſt vini dolium libaminis ſuper ficus, atque iſte caſus ad Sapientes delatus eſt, qui eum permiſerunt*; ita ut ficibus illius uti liceret Iſraëlitis.

כל שבהנאתו בנותן טעם אסור *Quodlibet vinum libaminis in uſu ſuo ſaporem conferens, vetitum eſt*, quia homo utilitatem capit e ſapore prohibito, quod non licet. *Quodcunque vero libaminis vinum in uſu ſuo non confert ſaporem, licitum eſt*, nam e ſapore prohibito non licet quicquam commodi percipere, ſicuti ſe res habet cum aceto prohibito quod in fabas licitas inciderit, & nocentem ſaporem contulerit, & hoc, dum fabæ fervebant, nam tum illud nocet fabis a principio ad finem. Sunt autem ſaporis conferendi quatuor modi, eſt enim ſapor qui ab initio uſque ad finem conducit, uti eſt vinum carnis & piſcium ſalſamentis injectum, quod tamen abſolute prohibitum eſt. Sed eſt etiam ſapor qui a principio ad finem nocet, ſicut eſt pinguedo piſcium & carnis cum melle, & hoc de induſtria agere eſt licitum. Et præterea eſt ſapor qui in principio nocet & in fine conducit, ut, mel cum vino, quod in illo momento nocet, ſed poſtea, donec vini vis conſumta fuerit, mel confert in illud odorem & ſaporem Tandem eſt ſapor qui in principio conducit. & in fine nocet; ut pinguedinis carnis cum butyro, aut ſapor in vaſe abſorptus, quo non ſunt uſi eodem die, in quod bonus ſapor ingreditur, & poſtea nocet. Atque hi duo ſapores ex dubio prohibiti ſunt, ideo, ſi fabæ iſtæ in quas incident acetum, non ferveant, prohibitæ ſunt ex dubio, quia acetum in fabis anticipatione conducit, & licet ſapor illius noceat, conducit tamen prius, & in fine nocet, ac prohibitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſarium eſt ut hæc Miſna verbis quibusdam ſuppleatur, hoc ſenſu, אם היו מבוקעות והיה בהנייתו בנותן טעם אסורות ואם לא היה בהנייתו בנותן טעם מותרות ומעשה בביתוס וכו׳ *Si diffiſſæ fuerint uvæ, & in uſu ipſarum tantum fuerit quantum ſaporem conferre poteſt, prohibitæ ſunt, ſin minus, licitæ ſunt, caſus eſt in Baito &c.*

ונפל על גבי גריסין *Et inciderit in fabas*, quum fabæ fervent, tum nocet acetum a principio ad finem; & hoc eſt quod Miſna vult dum dicit, כל שבהנייתו בנותן טעם & hoc Gemara vocat נותן טעם בשבח *Conferens ſaporem in beneficium*, ſenſus eſt quod ſapor iſte rem palato reddit gratiorem, perinde ac ſi dixiſſet, in ſapore illius commodum eſt. Quod autem Miſna dicit, שאין בהנייתו בנותן טעם *In cujus uſu non eſt quod Saporem conferre poſſit*, vult, quod in re illo ſapore prædita nihil invenitur commodi quod guſtare poſſumus, & hanc phraſin Gemara exponit per נותן טעם לפגם *Conferens ſaporem in damnum*; & ſatis clarum eſt hoc ſolere accidere quando diverſæ ſpecies inter ſe commiſceantur. Sunt autem hic quatuor diſtinctiones adhibendæ, quarum prima eſt, ſi quis unam rem cum altera miſcuerit quæ huic nocet in ſapore, aut in colore, illo momento & deinceps, nimirum, ſi damnum iſtius rei non poſſit removere a principio ad finem, ſicuti comparatum eſt cum pinguedine carnis & piſcium cum melle mixta, quæ ſemper nocet. Secunda diſtinctio eſt, ſi res mixta beneficium aliquod conferat in rem quacum mixta eſt illo momento & deinceps, ſi vinum cum decocto carnis mixtum fuerit, aut cum piſcium decocto, & hoc ſignificatur per id quod dicitur משביח מתחלה ועד סוף *Rem meliorem reddens a principio ad finem.* Tertia diſtinctio eſt, ſi ſapor melior redditus ſit primo momento, ſed deinceps ei noceat, ut, ſi pinguedo carnis & adeps ſit commixta butyro, nam tum ſapor promovetur, & color quoque pro illo momento, ſed poſtea nocet ei commixtio iſta, & hoc vult illa phraſeologia; משביח ולבסוף פוגם *Rem meliorem reddens, ſed in fine ei nocens.* Quarta diſtinctio eſt, ſi res mixta aliis noceat pro tempore, ſed poſtea illam meliorem reddat, ut, ſi mel cum vino mixtum ſit, quod ſtatim ei nocet, tandem vero aër ipſum corroborat, & vini vis, atque tum mel ei bonum odorem, puritatem, & acumen largitur, & hæc omnia in beneficium vini, & hoc vocatur פוגם מעקרו *Nocens ab initio ſuo.* Verum quicquid ab initio nocet uſque ad finem, non omnino licitum eſt in omnibus prohibitionibus. Cæterum de reliquis diſtinctionibus in Gemara nihil traditur, quænam licitæ, vel illicitæ ſint, & propterea ambæ ſunt prohibitæ; & hac etiam de cauſa conditio inſtituta eſt de fabis ut ferveant, nam ſi frigent, pro tempore illas diſponit ſapor, poſtea vero quam miſcuerit quis illas atque fervidas reddiderit, perdet ſaporem earum cum acrimonia aceti.

ג עו״א שהיה מעביר עם ישראל כדי יין ממקום למקום אם היה בחזקת המשתמר מותר אם הודיעו שהוא מפליג כדי שישתום ויסתום ויגוב רשב״ג אומר כדי שיפתח את החבית ויגוף ותיגוב :

3. Si quis Idololatra cum Judæo cados vinarios transferat ex uno loco in alium, atque paululum recedat Judæus, tum ſi Idololatra in perpetuo metu ſit reverſurum Judæum, vinum manet licitum. Sed ſi Judæus Idololatræ notum faciat ſe paulum diſcedere velle, atque illud ſpatium tantum ſit, ut interea dolium poſſit perforari, obturari atque abſtergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F. G. ait, ſi tantum ſit ſpatium ut operculum dolii poſſit aperiri, claudi deinde rurſus atque abſtergi; tum in caſum illiciti incidere.

R. OB. DE BARTENORA.

אם היה בחזקת המשתמר *Si fuerit in ſuſpicione id cuſtoditum eſſe*, quamdiu Judæus non dixerit gentili ſe diſceſſurum, tamdiu eſt in ſuſpicione id cuſtoditum eſſe, etſi ſpatium milliarii diſceſſerit, quia gentilis timet, dicens, quod Iſraëlita brevi veniet atque ipſum conſpiciet, ſi modo ei dixerit ſe diſceſſurum, & longe abiverit, & cadi occluſi fuerint.

כדי שישתום *Ut aperiri poſſit*, ſi tandiu ſe detinuerit Judæus ut interea temporis gentilis perforari poſſit cadi operculum, & foramen denuo occludi, & exſiccari, prohibitum eſt. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, ſi tanto temporis ſpatio ſe detinuerit ut interea cadi totum operculum aperiri poſſit, & aliud operculum fieri, & exſiccari, quod non ſit prohibitum; ſed quando foramen aliquod perforaverit in oper-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בחזקת המשתמר *Si ſit in ſuſpicione quod cuſtoditum ſit*, ſenſus hic eſt, ſi quis Judæus dixerit gentili, expecta donec venero ad te, nam etſi diu detentus fuerit, gentilis tamen cadum vini attingere timet. Si vero gentili ſignificaverit Iſraëlita, quod tantum temporis ſpatium morabitur intra quod foramen conficere poterit in cadi operculo, atque ex eo exprimere vinum, foramenque denuo occludere, idque exſiccare ab omni liquore, tum eſt vinum libaminis. Rabban Simeon filius Gamalielis confectionis foraminis non habet rationem, & definit tempus intra quod gentilis totum cadi operculum poſſit aperire, ex illo exprimere vinum, operculum denuo occludere, & ab omni liquore exſiccare; ſed hoc tempus latius ſe extendit quam id quod definivit doctor prius, nam Rabban Simeon filius Gamalielis

operculo cadi, illis non ſuſpicio eſt, eo quod res innoteſcit. Sapientes vero Rabban Simeoni duntaxat contrariantur dum operculum conſtat e calce, & ſuſpicantur quod foramen faciet, eo quod calx albeſcit, & inter novum & vetus non eſt differentia. Cæterum de operculo e luto confecto conveniu it Sapientes cum Rabban Simeone filio Gamalielis, quod vino non ſit interdictum niſi uſque dum ſe detinuerit tamdiu ut interea temporis aperire poſſit totum operculum, idque occludere, & exſiccari, deciſio eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

lielis potat, quod operculum nequeat perforari, & foramen illius occludi, quia hoc conſpicietur ex ipſo vel e toto operculo cadi. Sapientes vero non repugnant Rabban Simeoni fil. Gamalielis, nam quando operculum cadi confectum fuerit e luto, quantum id ſatis eſt ad aperiendum operculum, idque reparare & exſiccare, nam lutum effodere nequit, neque alio luto molliori occludere, quia res detegitur e colorum diverſitate quæ apparet in luto. Sed diſſentiunt tamen quum operculum cadi conſtat calce; quod effodi poteſt, & omnis calcis color idem eſt, & ſtatim exſiccatur; deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis.

ד המניח יינו בקרון או בספינה והלך לו בקפנדריא נכנס למדינה ורחץ מותר אם הודיעו שהוא מפליג כדי שישתום ויסתום ויגוב רש״בג אומר כדי שיפתח את החבית ויגוף ותגוב המניח ע׳א בחנות אע׳פי שיצא ונכנס מותר ואם הודיעו שהוא מפליג כדי שישתום ויסתום ויגוב רש׳בג אומר כדי שיפתח את החבית ויגוף ותיגוב :

4. Si quis Judæus in curru aut navi (*hominis Idololatræ*) repoſitum habet vinum ſuum, atque compendium viæ facturus, inde abeat, aut lavandi corpus cauſa in villam ſecedat, manet vinum licitum. Sed ſi ſignificet gentili ſeſe paulum diſcedere velle, atque per illud ſpatium abſit ut interea dolium poſſit perforari, obturari atque abſtergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F. G. ait, ſi tantum ſit ſpatium ut operculum dolii poſſit aperiri, claudi deinde rurſus atque abſtergi, tum in caſum illiciti incidere vinum. Si quis Judæus relinquat gentilem in taberna ſua vinaria, etiamſi modo accedat, modo recedat Judæus, vinum quod eſt in taberna manet licitum; Sed ſi Judæus gentili notum faciat ſe paulum diſcedere velle, atque per illud ſpatium abſit ut interea dolium poſſit perforari, obturari atque abſtergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F. G. ait, ſi tantum ſit ſpatium, ut operculum dolii poſſit operiri, claudi deinde rurſus atque abſtergi, tum in caſum illiciti incidere vinum.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח יינו בקרון או בספינה *Si quis Judæus vinum in curru aut in navi poſuerit*, apud gentilem. קפנדריא *Eſt via compendiaria*, quando quis per unam intravit portam & per alteram exivit ei e regione oppoſitam. ורחץ *Et laverit ſe*, in balneo. מותר *Licitum eſt*, nam quandoquidem gentilis neſciebat quod Judæus ſe detineret, ideo timuit, & non attigit vinum. Docet vero nos controverſiam inter Rabban Simeonem filium Gamalielis & Sapientes, de tribus hiſce caſibus, nam ſi gentilis dixiſſet quod hæc vini dolia tranſmoviſſet, in hoc caſu dixiſſemus quod gentilis timet ne a Judæo conſpiciatur, ſed in navi potuiſſet in mare trajicere, & facere quicquid voluiſſet, ſine ullo metu. Sin autem caſum de navi duntaxat nos docuiſſet auctor, & non caſum illius quod gentilis deponit in tentorio, dixiſſemus quod de navi & curru timet ne per aliam vadat viam, atque conſpiciat ipſum; ſed de eo quod gentilis depoſuit in tentorio ipſius, cujus portam claudere poteſt; & facere quicquid ei lubitum fuerit, dixiſſemus, quod vinum non eſſet licitum, idcirco neceſſarium erat ut omnes caſus doceret; deciſio in omnibus eſt ſecundum ſententiam Rabban Simeonis filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הלך לו בקפנדריא *Abiverit per viæ compendium*, hoc ſenſu, ſi intraverit per unam templi portam & exiverit per aliam ei oppoſitam, uti aliquoties expoſuimus, perinde ac ſi auctor dixiſſet, ſi intraverit per portam civitatis ut brevi tempore negotia ſua expediat, & illi exſpectaverint ipſum ut redeat, atque ipſe exierit per aliam portam & in urbem intraverit, feceritque id quod diximus, & commoratus fuerit. Docet autem nos auctor controverſiam de ſpatio temporis in commorando in tribus caſibus, quia in unoquoque illorum locum habere poſſet levior atque gravior rei conditio; nam de via in arida dicere poſſemus, quod eam intrare potuiſſet per ambages, & propterea timet gentilis, & non faciet vinum libaminis, etſi Judæus ſe detineat; ſed non ita in itinere maritimo aget, nam quandoquidem diſceſſit, libamen faciet. Vel contra dicere potuiſſemus, quod in arida libaminis vinum faciet, quoniam illa occultatur & non conſpicitur ab illo; in mari vero ubi neſcit quis ipſum videat, dicet, forſan meus ſocius conſpiciet me, & non faciet vinum libaminis, etſi Judæus diutius ſe detineat. Sic etiam dum moratur in tentorio ſuo, dicere potuiſſet, & facere id quod voluerit, idcirco intra hoc tempus fiet vinum libaminis. Vel contra dicere potuiſſemus, forſan mare ingreſſus eſt, & a viſu ſe occultaverit, & propterea interim temperabit vinum libaminis; ſed in tentorio non temperabit, etſi diutius tectum ſit, quia gentilis timet ne dominus veniat, & tentorium dimovere nequeat; ideo nos monet auctor quod temporis ſpatium idem eſt ſecundum Sapientes & Rabban Simeonem filium Gamalielis; deciſio eſt juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis in omnibus caſibus.

ה היה אוכל עמו על השלחן והניח לגין על השלחן ולגין על הדולבקי והניחו ויצא מה שעל השלחן אסור ומה שעל הדולבקי מותר ואם אמר לו הוי מוזג ושותה אף שעל הדולבקי אסור חביות פתוחות אסורות סתומות כדי שיפתח ויגוף ויתגוב :

5. Si cum Judæo homo gentilis, in eadem menſa cibum capiat, atque Judæus habeat lagenam unam in menſa, alteram in abaco repoſitam, relinquat autem Judæus gentilem ſolum atque diſcedat, tum quæ in menſa eſt lagena illicita evadit, ſed quæ ſuper abaco eſt manet licita. Quod ſi autem Judæus gentili dicat: miſce tibi interea vinum & bibe, tum etiam quod ſuper abaco repoſitum eſt vinum, illicitum evadit. Quin & dolia aperta ſi ibi ſint, illicita redduntur, obturata vero non niſi ubi per tantum ſpatium abfuerit Judæus, ut operculum removeri, claudi rurſus atque abſtergi queat.

R. OB. DE BARTENORA.

דולבקי *Abacus*, eſt genus fabricæ cui imponunt vaſa in uſum cibi & potus, & ab illo fercula ponuntur in menſam, ſed nemo eorum qui menſæ adſident, de דולבקי quicquam ſumit, ſed de menſa duntaxat.

ואם אמר לו הוי מוזג ושותה *Si vero dixerit ei, miſce tibi vinum, & bibe*, quoniam illi veniam dedit, etiam id quod abaco impoſitum, ei prohibitum eſt, quia nititur eo quod dixit, & omnia attinget. חביות פתוחות *Dolia aperta*, quæ ſunt in domicilio ubi illa depoſuit. כדי שיפתח ויגוף ויגוב *Ut cætera aperiri, claudi, atque abſtergi queat*, ſimplex hæc Miſna eſt juxta ſententiam Rabban Simeonis Gamalielis filii & ita deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דולבקי Eſt vas aliquod ſingulare extra menſam, cui imponunt alia vaſa cibum potumque continentia, & inde in menſam porriguntur, gentilis vero nequit attingere quicquam eorum quæ דולבקי ſive *abaco* impoſita ſunt, niſi donec paterfamilias ea menſæ impoſuerit.

חביות פתוחות אסורות *Dolia aperta ſunt prohibita*, iſta ſcilicet dolia quæ ſunt in domicilio illo in quo ipſa reliquit; hæc Miſna abſoluta ſe habet juxta opinionem Rabban Simeonis filii Gamalielis.

ו בלשת ע"א שנכנסה לעיר בשעת שלום חביות פתוחות אסורות סתומות מותרות בשעת מלחמה אלו ואלו מותרות לפי שאין פנאי לנסך :

6. Turma militum prædonum ex gentilibus ſi urbem ingreſſa fuerit, ſecum advehens cados vini quos alibi rapuere, tum ſi id pacis tempore eveniat, dolia aperta pro illicitis, clauſa pro licitis habentur. Sed belli tempore tam hi quam illi cadi liciti ſunt; nec enim tantum iis conceditur otium ad faciendum libamentum.

R. OB. DE BARTENORA.

בלשת Eſt turma militum domos ſpoliantium, ita Targum vocem ויחפש tranſsfert per ובלש vide Gen. 31. 35.

ויחפש Tales autem prædones vocantur בלשה *Inquiſitio*, eo quod de hominum opibus inquirunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בלשת Vocatur turma militum urbem intrantium ad ſpoliandum illam, hominesque affligentium; ſed hæc vox Chaldaica eſt, & occurrit in Targum ad locum Gen. 31. 35.

ז האומנין של ישראל ששלח להם ע"א חביות של יין נסך בשכרן מותרין לומר לו תן לנו את דמיה משנכנסו לרשותן אסור המוכר יינו לע"א פסק עד שלא מדד דמיו מותרין מדד עד שלא פסק דמיו אסורין נטל את המשפך ומדד לתוך צלוחיתו של ע"א חזר ומדד לתוך צלוחיתו של ישראל אם יש בו עכבת יין אסור המערה מכלי אל כלי את שעירה ממנו מותר ואת שעירה לתוכו אסור :

7. Si quis Idololatra operariis Iſraëlitis, quos conduxerat, pro mercede cados vini libaminis mittat, licitum eſt Judæis operariis dicere: da nobis potius pretium illorum; idem tamen dicere non licet, poſtquam cados vinarios ſemel acceptarunt. Si quis vinum ſuum vendat Idololatræ, atque de pretio convenerit antequam menſuraverit id vinum, tum pretium venditionis accipere licet: Sed ſi prius menſuraverit vinum antequam conveniat de pretio, pecuniam admittere non licet. Si quis accepto infundibulo, vinum lagenæ hominis Idololatræ infundat, atque poſtea eodem infundibulo utatur ad infundendum vinum in lagenam hominis Iſraëlitæ, tum hoc poſtremum vinum quoque illicitum evadit, ſi in infundibulo ex priore vino fuerit aliquid reſiduum. Si quis Judæus ex ſuo vaſe infundat in vas hominis Idololatræ, tum quod in Judæi vaſe reſiduum manet, licitum cenſendum eſt, quod autem effuſum, habendum pro illicito.

R. OB. DE BARTENORA.

תן לנו את דמיה *Da nobis pretium illorum*, quia non acquiſiverunt operarii Judæi, & gentilis nihil illis debet præter nummos: *Si quis vinum ſuum vendat idololatræ atque de pretio cum illo convenerit &c. Tum pretium accipere licet*, quia rei venditæ attractione gentilis quoque acquirere poteſt, ſicuti Iſraëlita; quum vero Iſraëlita menſuraverit gentili in vaſe ſuo, & vas illud quoque deinceps in poteſtatem gentilis venerit, tum gentilis illud acquiſivit ope attractionis, atque adeo debitum eſt Iſraëlitæ in poteſtate gentilis; & non prius eſt libaminis vinum quam illud attigerit gentilis.

מדד עד שלא פסק *Si prius menſuraverit quam de pretio conveniat*, dando tantum nummorum pro tanta vini copia. דמיו אסורין *Nummos recipere non licet*, quia gentilis tum non acquirit ope attractionis, nam, quandoquidem non convenit cum ipſo de pretio, non contentus fuit acquiſitione attractionis, quia forſan multum pecuniæ expetiiſſet, ideo, quando illud attigerit, eſt vinum libaminis in poteſtate Iſraëlitæ, nam gentilis illud non prius acquiſivit quam de pecunia convenerit.

אם יש בו עכבת יין *Si quid reſiduum vini in hoc ſit*, ſi in infundibulo quo prius vinum gentilis menſuravit, ſit reſiduum vini in margine relictum, quod non cum una atque altera gutta defluxit. אסור *Prohibitum eſt*, nam vinum Iſraëlitæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat fundamentum de vino libaminis, quod prohibitum ſit ex illo quicquam commodi percipere, vel id vendere; præterea nobis fundamentum eſt quod attractio rei venditæ tam in gentili quam in Iſraëlita acquirat. Cæterum de variis modis quibus vinum libaminis fit in poteſtate gentilis, jam diximus ſuperius, & de his quoque dicemus in tractatu Kidduſchin, & de gentili capite quinto tractatus Bava Batra, in ritibus attrahendi res venditas. Hoc autem fundamentum auctor hic denuo arripit, quando vinum fuerit in poteſtate gentilis, atque id acquiſiverit antequam factum fuerit vinum libaminis, ſed poſtea demum, tum nummos illius eſſe uſui licitos. Sic etiam, quando vinum ad ipſum venerit ſimulac vinum libaminis factum fuiſſet, ut, ſi Iſraëlita ſuis ei manibus menſuraſſet, tum nummi uſui illiciti ſunt. Et quanto magis illiciti erunt, ſi vinum libaminis fecerit antequam id acquiſiviſſet, et ſi de nummis convenerit cum illo, ſatisfactum eſt ipſi. Quando autem Iſraëlita ei menſuraverit in vaſe ſuo, atque illud vas in poteſtatem gentilis venerit, tum ope attractionis acquiſivit, & Iſraëlita acquiſivit nummos & non prius ſit libaminis vinum quam poſtea id attigerit gentilis. Si vero ei menſuraverit antequam inter ſe convenerint, etſi pars nummorum antea ſoluta ſit, tamen non ſatisfactum eſt ei, neque venditio con-

raëlitæ ſit prohibitum propter illam guttam vini libaminis, quæ erat in infundibulo.

המשנה: מכלי אל כלי *Si quis Judæus ex uno vaſe infundat in aliud*, ſi e vaſe ſuo infundat in gentilis, aut in vas libaminis vino impletum. את שעירה כמנו מותר *tum quod in Judæi vaſe reſiduum manet, licitum eſt*, vinum quod remanet in vaſe ſuperiori, & quod in poteſtate gentilis erat, licitum eſt.

ואת שעירה לתוכו *Id autem quod effuſum eſt in illud*, defluxio illa quæ e vaſe Iſraëlitæ defluit, etſi non pervenerit ad vas quod erat in poteſtate gentilis, & quanto magis id quod venit ad vas gentilis, prohibitum eſt, quia defluxio eſt conjunctio quædam. Noſtra autem Miſna quæ vinum reſiduum permittit in vaſe Iſraëlitæ, ita intelligenda eſt, ut, antequam defluxio attigerit vas inferius quod erat in poteſtate gentilis, ceſſaverit defluxio in vaſe ſuperiori quod proximum erat vaſi Iſraëlitæ, nam hic non erat defluxio quæ id quod eſt in vaſe ſuperiori, conjungeret cum eo quod eſt in vaſe inferiori; aut ſi vinum ſuperioris vaſis effuderit eo modo quo ex crateribus ejicere ſolent, ubi non erat defluxio quæ conjungeret vinum quod erat in vaſe Iſraëlitæ cum vaſe gentilis. Verum ſi illic fuerit conjunctio, tum id quod reſiduum fuerit in vaſe ſuperiori Iſraëlitæ, prohibitum eſt, quia nobis hypotheſis eſt quod defluxio ſit habenda conjunctio quædam, & prohibitum reddat in vino libaminis; ita deciſio eſt.

confirmatur illius emtione niſi donec cum ipſo contraxerit, & reſiduum nummorum ſolverit, quod jam factum eſt libaminis vinum antea, quam attigiſſet illud. Res itaque ſe habet perinde ac ſi nos docuiſſet auctor duntaxat iſtum caſum, nimirum, ſi attraxiſſet dum nondum convenerint, non ſatisfactum eſt ei, neque attractio perfecta eſt niſi donec nummi ſoluti fuerint, & vini libaminis confectio jam præceſſerit. Si vero convenerint, & pecuniam receperit Iſraëlita, etſi manibus ſuis gentili menſuraverit, nummis gentilis uti poterit Iſraëlita. Si gentilis ſecum non habuerit pecuniam, & Iſraëlita eos dederit, vendens ei per modum mutui, & gentilis eoſdem poſtea reddiderit, extra modum venditionis, hoc licitum eſt.

עכירת יין *Coagulatio vini*, quæ in infundibulo coagulat & quaſi imbibitur ab ipſo. המשנה: מכלי אל כלי *Si quis Judæus ex uno vaſe in aliud infundat*, ſi Iſraëlita e vaſe ſuo infundat in vas quod eſt in poteſtate gentilis; eodem modo ſe res habet cum vaſe quod ad gentilem pertinet, ſi in eo ſit vinum libaminis, etſi in terra ſubſiſtat; cæterum liquor iſte qui inter vaſa coagulat dum evacuantur, vocatur נצוק *Effuſum*, & hic prohibitus eſt. Eodem modo prohibitum eſt vinum in vaſe ſuperiori, propter iſtud נצוק, quia in caſu vini libaminis iſtud cenſemus conjunctionem quandam eſſe, & ita deciſio eſt. Propterea Sapientes præceperunt, quod hoc modo fieri debeat evacuatio, is qui vas aliquod evacuabit, manum ſuam elevare debet antequam id quod evacuare velit, ad vas inferius perveneerit, & poſtea ſecunda vice ipſum evacuat, ſicuti in principio fecit; vel evacuat ſicuti evacuare ſolent e cratere; & hoc modo evacuare licebit.

ח יין נסך אסור ואוסר בכל שהוא יין ביין ומים
במים בכל שהוא יין במים ומים ביין בנותן טעם זה
הכלל מין במינו במשהוא ושלא במינו בנותן טעם:

8. Vinum libaminis illicitum eſt, ejuſque minima quoque quantitas, res alias reddit illicitas. Scilicet vinum libaminis vino puro, aut aqua libaminis aquæ puræ, ſi immiſceantur, tum quantulumcunque fuerit illud immundum, quod mundo liquori fuit infuſum, hunc poſteriorem immundum efficit. At, ſi vinum libaminis aquæ puræ, aut aqua libaminis vino puro permiſceantur, ibi neceſſe eſt, ad liquorem mundum immundum efficiendum, immundi tantam eſſe copiam, ut mundus liquor ſaporem inde contrahat. Hæc ergo tenenda eſt regula: Si res munda & immunda ejuſdem ſpeciei permiſceantur, tum quantulumcunque rei immundæ rem mundam immundam reddere; quod ſi vero res immunda & munda diverſæ ſpeciei permiſceantur, rem mundam haudquaquam immundam evadere, niſi a poſteriore hæc prior ſaporem contraxerit.

R. OB. DE BARTENORA.

מים במים *Aqua cum aqua*, aqua quæ libata eſt idolo, vel adorata eſt, & mixta cum aqua uſui licita. בכל שהוא *In quantulacunque quantitate*, ſi aqua licita inciderit in illicitam, aut contra, prohibeat in eadem ſpecie cujuſcunque ſit quantitatis, dummodo res prohibita quæ incidit in licitam, deciderit e vaſe cui os latum eſt, ita ut magna vini copia ſimul e vaſe defluere poſſit. Verum ſi quis vinum libaminis evacuaverit e vaſe exiguo, e quo duntaxat guttatim defluxio fieri poſſit, idque in vinum licitum inciderit, licet per integrum diem, dicimus quod omnium prima gutta intercidit. Si vero rem licitam effuderit in illicitam, tum quicquid in illicitam effuderit, prohibitum eſt, etſi unum dolium una gutta interius plenum ſit. Secundi hujus caſus deciſio eſt, quod omnes Legis prohibitiones ſive in eadem ſpecie, ſive in diverſa ſpecie, prohibeant in ſapore conferendo. re illibata excepta, & vino libaminis, quod in quantulacunque quantitate in eadem ſpecie polluit; & in diverſa ſpecie in ſapore conferendo, & vinum libaminis propter idololatriæ gravitatem. Rei autem illibatæ licentia eſt ſicuti prohibitio illius, nimirum quod ſicuti unum tritici granum liberat acervum totum, ſic etiam unum tritici granum inficit totum acervum. Sin autem aliqua de cæteris rebus prohibitis mixta fuerit cum re licita, in diverſis ſpeciebus quæ guſtari poſſunt, ſi ſit Truma cum re profana mixta, ſacerdos guſtabit ipſam; ſi vero ſit res prohibita, coquo gentili guſtandam dabit, tum, ſi dixerit quod in mixtura illa non guſtus Trumæ, aut guſtus prohibitus eſt, omnia licita ſunt. Verum ſi eædem ſpecies inter ſe mixtæ ſint e quibus guſtus capi nequit, vel diverſæ ſpe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne hoc parvi facias quod aqua prohibita ſit, nimirum quando illa idolis offertur, vel adoratur; & deciſio juris eſt, quod vinum libaminis duntaxat, nempe quod libatur idolis, polluit immunditie gravi, ſicuti cadaver, & prohibet quoque in ſpecie ſua, cujuſcunque ſit quantitatis. Eodem modo comparatum eſt ſi res prohibita inciderit in licitam, vel contra, dummodo quis effundat e vaſe lati oris, ut magna copia ſimul effundi poſſit: at ſi vinum libaminis guttatim effundat in magnam vini liciti copiam, licet. Verum ſi quis vinum licitum effundat in exiguam vini libaminis quantitatem, omnia prohibita ſunt, etſi effundat de illo ſuper pondere hordei vel integram navem vino plenam, omnia uſui prohibita ſunt. Deciſio juris etiam eſt de qua nullum eſt dubium, eſtque fundamentum quod ſemper ſecuti ſumus, nempe quod omnes Legis prohibitiones, ſive in una eademque rerum ſpecie ſive in diverſis, prohibeant in ſapore conferendo, re illibata excepta, & vino libaminis; ſed cum vino libaminis ſe res habet ſicuti diximus, nempe quod propter gravitatem prohibitionis de idololatria, de illo dicit Lex, Deut. 13. 17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם.

טבל vero ſive *Rem illibatam*, quod attinet, ſicuti illius eſt licentia, ſic quoque illius prohibitio eſt, nempe quod ſicuti granum tritici totum liberat acervum, ſic etiam granum tritici totum inficit acervum. Quando itaque cæterarum prohibitionum ſpecies diverſæ mixtæ fuerint inter ſe, atque ſpeciem aliquam guſtare potuerimus, ut, ſi Truma mixta ſit cum profanis, probemus illam, ſi dederit gu- ſtum

ſpecies, & non ſit ibi ſacerdos neque gentilis quibus fidere poſſumus, ſi prohibitio ſit in adipe, aut in ſanguine, cadavere, diſcerptis, aut ſerpentibus, ſimilibusque, conſiderant mixturam in ſexaginta partibus, ſi igitur ſexaginta ſint partes licitæ contra unam illicitam, omnes licitæ ſunt, ſin minus, omnes prohibitæ ſunt. Si vero Truma ſit res illa prohibita, & placenta, & primitiæ, conſideramus eam in centum partibus licitis; ſi pars prohibita ſit præputiata, aut miſcella vineæ, conſiderant illam in ducentis partibus.

ſtum aliquem, & non nocuerit, uti expoſuimus, tota miſcella prohibita eſt. Si vero ſit res prohibita, demus eam gentili guſtandam, & confidamus dicto ipſius; ſi vero non adſit gentilis, vel res mixta ſit in iiſdem ſpeciebus, attamen guſtus illius non cognoſcatur, ut, ſi vinum Trumæ mixtum ſit cum profano, ſive ſit præputiatum quid, ſive vineæ miſcella, tum res conſideratur in iis quas diximus quantitatibus, nempe, Truma, decimæ, & placenta ac primitiæ in centum; res præputiata & vineæ miſcella in ducentis. Cæteræ vero res prohibitæ, ut adeps, ſanguis, cadavera, & ſerpentes, diſcerptaque, & ſimilia, in ſexaginta partibus, ſicuti expoſuimus capite ſexto Chulin. Dixerunt etiam Sapientes, ſi unius ſpeciei res commixtæ fuerint, & guſtus dignoſci non potuerit, ſicuti eſt pinguedo nervi luxati, aut diverſæ ſpecies, quas non coxit gentilis ut guſtet eas, conſideratur in ſexaginta partibus. Quemadmodum ergo diverſæ ſpecies commixtæ ſi contineant ſexaginta, conſiderantur in ſexaginta, ſic etiam in centum partibus conſideratur res mixta in centum, & in ducentis conſideratur in ducentis. Id autem quod de anni ſeptimi fructibus diximus, quod jus illorum prohibeat in eadem ſpecie quantulæcunque quantitatis, ſicuti expoſuimus capite ſeptimo tractatus Schebyt, id non contrarium eſt huic fundamento, nam in cibo non prohibet, ſed ad anni ſeptimi fructus in ſanctitate comedendos tantum tenetur, & idcirco hoc in caſu aggravamus in fructibus anni ſeptimi, quia in illo non habet locum prohibitio cibi, ſed comedi poteſt in anno ſeptimo, ſicuti ibidem expoſuimus; neque dicit auctor quod prohibet, ſed per modum comparationis rei quæ prohibet. Hanc rem memoriæ mandes volo, atque ipſum conſideres, quia omnium maximi viri huic fundamento innixi ſunt, ſed neſciverunt an omnia ad unum fundamentum reducenda, an vero unum repugnet alii; & juxta hoc fundamentum agendum eſt, & omnia ad unum fundamentum reducenda; ſicuti expoſuimus.

ט אלו אסורין ואוסרין בכל שהוא יין נסך וע"א ועורות לבובין ושור הנסקל ועגלה ערופה וציפורי מצורע ושער נזיר ופטר חמור ובשר בחלב ושעיר המשתלח וחולין שנשחטו בעזרה הרי אלו אסורין ואוסרין בכל שהן :

9. Ea quæ ſequuntur prohibita ſunt, ac res alias quantulacunque ſui parte reddunt prohibitas; vinum libaminis, Idolum, pelles *καρδιακοὶ*, bos lapidationis, junix cui caput amputatum, aves leproſi, capillus Naſiræi, aſinus primogenitus, caro in lacte excocta, hircus emiſſarius, profana ſacrificia in Sanctuario mactata; hæc inquam omnia prohibita ſunt, & quantulacunque ſui parte res alias reddunt prohibitas.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו אסורין ואוסרין בכל שהן *Ecce hæ res vetitæ ſunt, & vetant in quantulacunque parte*, quocunque in loco hæ res commixtæ fuerint, licet una cum mille, illic omnes prohibitæ ſunt. יין נסך *Vinum libaminis*, ſi unum dolium inciderit in mille, tum iſtud unum inficit omnia ut uſui prohibita; ita tamen non eſt deciſio, ſed quemadmodum diximus capite tertio, quod iſtius dolii pretium in mare ſalſum conjiciendum ſit; ſed quod reſtat, id omne uſui licitum eſt, ſed non ut ebibatur. עבודה זרה *Idololatria*, imago ab aliis adorata, & cum mille imaginibus non adoratis commixta. עורות לבובין *Pelles καρδιακοὶ* quæ etiam uſui prohibitæ ſunt, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo.

וצפורי מצורע וחולין שנשחטו בעזרה *Et aves leproſi, & profana ſacrificia in atrio templi mactata*, hæc omnia uſui prohibita ſunt, ſed hæc capite ſecundo tractatus Kidduſchin expoſuimus. ושער נזיר *Et capillus Nazyræi*, quia etiam uſui prohibitus eſt, ſicuti expoſitum eſt in Lege Num. 6. 18. ונתן על האש אשר תחת זבח השלמים Si igitur Nazyræi capillorum faſciculus etiam cum mille aliis mixtus fuerit, omnes prohibiti ſunt uſui.

ופטר חמור *Et aſinus primogenitus*, hic quoque uſui prohibitus eſt, dum nondum redemptus fuerit. ובשר בחלב *Et caro cum lacte excocta*, ſi unum carnis fruſtum coctum ſit cum lacte, & mixtum cum mille fruſtis, tum illud unum prohibet omnia; & hic doctor putat quod res quæ numerari ſolet, & uſui prohibita eſt, prohibeat mixturam in quantulacunque quantitate. Omnes vero res quas hic enumeravit Miſna ſunt ejuſmodi quæ numerari ſolent, & uſui prohibitæ ſunt. הרי אלו *Ecce hæ*, ad excipiendum res iſtas quæ uſui prohibitæ ſunt, & numerari non ſolent, aut illas quæ numerari quidem ſolent, & non prohibitæ ſunt uſui, & quarum mixtura non prohibet in quantulacunque parte.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſita eſt tibi capite tertio tractatus Orla R. Meyri ſententia, dicentis, eam rem quæ numerari ſolet, conſecrari poſſe, atque ibi hunc caſum perfectius explicui. Hic autem doctor putat, quod, ſi in re prohibita duæ ſint cauſæ, quarum una numerari poteſt, & altera quæ uſui prohibita eſt, en prohibeat in quantulacunque quantitate; & dicit, quod ſi dolia vini libaminis commixta fuerint, quocunque modo id factum fuerit, omnia prohibeat uſui, quia hæ duæ rationes in illis reperiuntur. Sic etiam, ſi unus denarius idololatricus mixtus ſit cum multis aliis denariis, & leproſi avis cum avibus aliis, & faſciculus capillorum Nazyræi cum aliis multis faſciculis, & aſinus primogenitus cum aliis aſinis, & carnis fruſtum cum carne quæ cocta eſt cum lacte, aut ſi profana in atrio templi mactata mixta fuerint cum multis aliis carnis fruſtis, quotquot etiam fuerint, tum omnia uſui prohibita ſunt; ſed bos lapidandus, & vitula decollanda, & aſinus primogenitus ſi commixti fuerint, omnes ſunt occidendi. Cæterum jam expoſuimus capite ſecundo tractatus Kidduſchin quod hæc omnia eſui prohibita ſunt; & demonſtratio horum omnium, ſic etiam quod unaquæque res ſit talis quæ numerari ſolet, ſatis clara eſt. Proſequamur autem Miſnæ noſtræ expoſitionem, dicentis, הרי אלו אסורין ואוסרין בכל שהן *Ecce hæc prohibita ſunt & prohibent in quantulacunque parte*, hæc excipiunt ejuſmodi res quæ numerari ſolent, & non prohibita ſunt uſui, ut cadaveris fruſtum cum fruſto carnis; vel res uſui prohibita quæ non ſolet numerari, ut, ſi farina mixta aut vinum mixtum cum farina profana commixta ſint, aut cum vino profano. Hoc autem fundamentum non omni ex parte conſequitur, nam deciſio eſt, quod dolium vini libaminis, de quo nobis conſtat quod idolis libatum eſt, ſi mixtum ſit cum aliis multis doliis, omnia vendantur gentilibus, & Iſraëlita accipiat iſtius dolii pretium & in mare ſalſum conjiciat, & hoc eſt quod Miſna vult cum dicit, *pretium deferet in mare ſalſum*, uti dictum eſt capite tertio hujus tractatus. Sic etiam id quod diximus, res quæ numerari ſolet, & uſui prohibita eſt, ea non ſanctificat, id eſt non prohibet in quantulacunque parte, quia res præputiata & vinearum miſcellæ ſunt ex iis rebus quæ uſui prohibitæ ſunt, & ſeptem res tantum ſanctificant, id eſt, prohibitæ ſunt in quantulacunque

par-

parte, ſicuti expoſuimus in fine tractatus Orla. Scias autem id quod in hac Miſna dicitur, in quantulacunque parte, eſſe veriſſimum, vino libaminis excepto, quod in quantulacunque parte duntaxat prohibet in potu; at ſi illius dolium mixtum fuerit cum aliis doliis, non prohibet uſum, uti expoſuimus. Paſchale vero fermentum prohibet duntaxat tam in eadem ſpecie quam in diverſis in quantulacunque parte. Cæterum e Lege procedit regula rerum prohibitarum, ſicuti cæterarum rerum in Lege prohibitarum, quia dependet a fixo quodam tempore, & quia prohibito ipſius non redit ad ſe ſicuti omnes cæteræ Legis prohibitiones, uti diximus; ſed prohibitio illius dependet a tempore, illo autem tempore ceſſante, ceſſat etiam prohibitio ipſius; & propterea Gemara illum non excepit, quemadmodum excepit vinum libaminis, & rem illibatam. Hæc omnia bene intelligenda ſunt atque diſtinguenda, ut eorum lineam rectam intelligas.

י יין נסך שנפל לבור כולו אסור בהנאה רשב״ג אומר ימכר כולו לע״א חוץ מדמי יין נסך שבו :

10. Si vinum libaminis infuſum ſit ciſternæ vinariæ, omne vinum quod eſt intra ciſternam ita illicitum evadit, ut nullam exinde capere liceat utilitatem. Sed R. Simeon F. G. ait, omne vinum vendendum eſſe Idololatræ, ita tamen ut pretium vini libaminis quod infuſum fuit, ſegregetur, (*ejuſque nulla in venditione habeatur ratio.*)

R. OB. DE BARTENORA.

שנפל לבור *Quod incidit in ciſternam.* כולו אסור בהנאה *Omne prohibitum eſt uſui*, quia vinum quod idolis libatum eſt, prohibet in eadem ſpecie in quantulacunque menſura. Sed vinum gentilis de quo non certo conſtat quod libatum ſit, licet uſui prohibitum ſit, tamen id miſcellam ſuam non prohibet uſui, ſed omnino vendi debet gentili extra illius ſimplicis gentilis vini pretium; & ſic deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod vinum libaminis idolis libatum prohibeat in quantulacunque parte in eadem ſpecie, & ſi unum dolium mixtum fuerit cum aliis, pretium in mare ſalſum conjiciendum ſit. Ciſterna vero illa cujus hic facta eſt mentio, eſt vinaria, & ſi vinum gentilis ſit, vocatur iſtud סתם יינם *Simplex vinum ipſorum* ſcil. gentilium, de quo non conſtat nobis an libatum ſit idolo, necne, tum de eo ad quod in vinaria cella commixtum eſt, in hoc caſu deciditur juxta Rabban Simeonem filium Gamalielis, etſi vinum gentile ſimplex uſui prohibitum ſit, uti diximus, tria ſunt genera vini, vinum libaminis uſui prohibitum eſt, & polluit immunditie gravi in quantitate olivæ. סתם יינו *ſimplex vinum illius* ſcil. gentilis, eſt prohibitum uſui, & polluit immunditie liquoris in quantitate quartarii. Vinum vero Iſraelitæ apud gentilem depoſitum prohibitum eſt ut bibatur, ſed uſui licitum. Gravis vero immundities eſt ea quæ polluit hominem & vaſa tactu & onere, ſicuti cadaver. Sed immundities liquoris eſt immundities levis, quæ cibum & liquores duntaxat polluit, & ſi quis ex illa biberit quartarii quantitatem, corpus illius quidem immundum eſt, attamen non polluit; harum autem immunditiarum fundamenta quoque ſuo loco exponentur.

יא גת של אבן שזפתה ע״א מנגבה והיא טהורה ושל עץ רבי אומר ינגב וחכמים אומרים יקלוף את הזפת ושל חרס אע״פי שקלף את הזפת הרי זו אסורה :

11. Torcular lapideum, quod pice obduxerat Idololatra, abſtergendum Judæo eſt, & tum evadit licitum: Similiter & ligneum torcular, ſecundum R. Elieſeris ſententiam, abſtergendum eſt. At Sapientes volunt picem abradendam eſſe. Si teſtaceum torcular fuerit, & maxime abradat picem Judæus, tamen adhuc eſt illicitum.

R. OB. DE BARTENORA.

שזפתה גוי *Quod gentilis pice obduxit*, quando aliquid vini in torcular immittere ſolet ad picis odorem removendum. מנגבה *Abſterget illud*, aqua & cinere. ושל עץ *Et ligneum*, quod multum picis poſtulat, & multum vini imbibit. *Rabbi dicit, abſterget*, ſicuti in torculari fit; deciſio non eſt juxta Rabbi. ושל חרס *Et teſtaceum*, tam juxta ſententiam Rabbi quam Sapientum prohibitum eſt, quia teſta ſine pice vinum imbibere ſolet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גת של אבן שזפתה ע״א מנגבה והיא טהורה *Torcular lapideum ab idololatra pice obductum, Judæo abſtergendum eſt, & tum id mundum eſt*, nam poſtquam in ipſo calcaverit gentilis, non eſt dubium quin abradat torcular, licet lapideum ſit; deciſio non eſt ſecundum Ribbi.

יב הלוקח כלי תשמיש מן הע״א את שדרכו להטביל יטביל להגעיל יגעיל ללבן באור ילבן באור השפוד והאסכלה מלבנן באור הסכין שפה והיא טהורה :

12. Si quis utenſilia emat ab Idololatra, ea quæ ablutione mundari poſſunt, abluenda ſunt; quæ ferventi aquæ immitti ſolent, eidem immittere oportet; quæ igne depurantur, candentia facere oportet. Veru & craticulam omnino igne mundare neceſſe eſt; ſed cultrum ſi tantum quis leviget, redditur mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי תשמיש *Vaſa ſervitii*, in uſum edulium; ſed hæc de vaſis metallinis intelligenda ſunt, aut de teſtaceis plumbo obductis; vitrea quoque vaſa cenſentur hac in parte ut metallina. את שדרכו להטביל *Quod ablui ſolet*, vas quod immergendo purificari debet, non alio indigens remedio, ſicuti id quod aquam frigidam poſtulat. יטביל *Immergendo abluet*, in balneo fœminis idoneo, qua immerſione fit legitimum.

להגעיל

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלי תשמיש *Vaſa ſervitii*, ſunt utenſilia quæ cibo & menſæ inſerviunt, & abluenda ſunt, dummodo metallina ſint, id eſt, ex ferro & ſtanno conſtent, ſic etiam vaſa teſtacea plumbo tecta, neceſſario abluenda ſunt, licet nova ſint. Quum vero auctor dicit, להגעיל יגעיל *Quæ ferventi aquæ immitti ſolent, eidem immittere oportet*, intelligit gentilium decocta ac edulia aquæ ferventi committenda eſſe Judæo, ſi gentilis illa aquæ ferventi committere ſoleat. Si

vero

להגעיל *Ad ipſa ferventia reddenda*, qualia ſunt ahenum & olla metallina, quibus in aqua ferventi uti ſolemus. יגעיל *Fervens reddet*, in aqua ferventi, nam utenſilia indunt in ollam aquis ferventibus plenam, & ea pauliſper detinent in illa; ſed hoc fiat poſtquam ab illis removerint rubiginem, & deinceps immergant illa in balneo fœminis immergendis legitimo, & tum pura ſunt utenſilia.

ללבן באור *Ea quæ igne depurantur*, vaſa illa quibus utuntur ſuper igne in aridis, ſine juſculo, uti ſunt craticula & veru. ילבן באור *Igne depurantor*, donec ſcintillæ ex illis provenerint, poſtea illa immerget, & tum licita erunt.

הסכין שפה *Cultrum ſi quis læviget*, decies illum terræ duræ infiget, ſi in eo non ſint foramina, tum cum illo rem frigidam comedere licet. Vel acuet illum ad lapidem acutum, & tum cum eo quoque rem ferventem comedere poteſt; ſi vero in cultro ſint inæqualitates, igne ipſum reddet candentem. Si vero quis talibus uſus fuerit, antequam nondum ferbuerint, vel antequam igne incanduerint, vel antequam immerſi ſint, licet tamen. Si vero olla ſit magna, ad oram ejus abradet lutum aut maſſam, ut ſuper oram illius aquam valde ferventem facere poſſit. Vaſa autem illa quæ fervida reddi ſolent, ſunt ænea, & ſimilia.

ללבן באור *Igne candentia facere*, ſicuti ſunt veru & craticula, ſuper quibus aſſare ſolent, & ſimilia; ab his removenda eſt prohibitio rerum ipſis adhærentium ex uſu gentilium, poſtquam fervida facta fuerint, & igne candentia quantum neceſſe eſt, poſtea vero immergenda in quadraginta Satorum aquæ copia, atque tum pura ſunt in caſu prohibitionis & permiſſionis, una cum caſu munditiei & immunditiei.

הסכין שפה *Cultrum ſi quis læviget*, ea conditione ut culter ſit planus & lævis, ita ut in illo nulla ſint foramina; ſi ergo Iſraëlita iſtum decies terræ duræ infixit, & ipſo uſus fuerit, tum dicitur illud Miſnici doctoris שפה *Si læviget eum*. Si vero cultrum a gentili emtum ad lapidem lævigaverit inſtar molaris, vel igne candentem fecerit, tum eum rite legitimum reddidit Iſraëlita. Sed in caſu munditiei & immunditiei, neceſſario quoque abluendus eſt aqua in balneo, atque hoc modo ab ipſo remota erit gentilis immundities.

Finis Tractatus de Cultu Peregrino.

MAIMONIDIS PRÆFATIO
IN TRACTATUM.

פרקי אבות De Patrum Capitibus.

IN Prologo noſtro Miſnico jam dedimus rationem quare auctor hunc Tractatum potiſſimum huic Ordini ſive libro de Damnis inſeruerit, atque in eodem Prologo quoque multas retulimus utilitates hoc in Tractatu contentas. Præterea aliquoties promiſimus in hoc codice nos tractaturos de rebus quibuſdam omnium utiliſſimis, & in iis nos prolixos fore; nam licet facillima actu & intellectu videantur ea quæ in hocce Tractatu occurrunt, tamen non tam facilia ſunt unicuique, neque caſus illius bene intelliguntur ſine prolixa commentatione, cum ſenſus ipſius ad maximam perfectionem atque ad veriſſimam felicitatem nos adducat, idcirco in hoc tractatu prolixus eſſe volui. Cæterum Sapientes noſtri dixerunt, *quiſquis velit eſſe pius, is addiſcat verba Patrum;* nobis enim nullius hominis excellentior gradus eſt, quam viri pii, præterquam ſi quis Propheta ſit; etenim pietas conſequitur maxima dona ſicuti Sapientes noſtri dixerunt, *Pietas ducit ad ſpiritum ſanctitatis.* Conſtat itaque tibi ex his quæ dicta ſunt, quod obſervatione earum rerum quæ in hoc Tractatu prolatæ ſunt, ſpiritum prophetiæ conſequi poſſis: Ego autem hæc omnia exponam, quia maximam virtutum partem comprehendunt, & videntur mihi capita quædam valde utilia commentariis Miſnicis præmittenda, ut propoſitiones quædam ex iis cognoſcantur, quæ inſtar clavis cujuſdam eſſe poſſint ad reliqua in hoc tractatu occurrentia reſeranda. Sed tibi perſuadeas volo, ea quæ in hiſce capitibus, ut & in commentariis ſubſequentibus dicam, non a me inventa, ſed Sapientum potius verba eſſe quæ e commentariis allegoricis, e Gemara, aliiſque libris hauſi, nec non e veterum ac neotericorum philoſophorum ſcriptis, hominumque ſententiis; veritatem enim attendi, quiſquis eam dixiſſet. Continget etiam aliquando ut ex auctore quodam in lingua noſtra ſatis noto adducam integras ſententias, quod te non offendet; ego enim pro meis venditare nolo ea quæ ab aliis ante me jam dicta ſunt, nam id jam confeſſus ſum, etſi non dixerim, N. vel N. hoc & illud ſcribit, quia hæc eſſet inutilis plane verborum dilatatio; & fieri potuiſſet, ut ex eo quod ſemper auctorem citaverim, is qui judicio caret, cogitaret quaſi hæc eſſet res contemnenda. Idcirco in ea fui ſententia, ne impoſterum auctoris nomen ſilerem, quia ſcopus meus eſt ut lectori maximum adducam commodum, & exponam illi ea quæ in hac Tractatu obſcuriora ſunt. Jam vero incipiam ipſa capita hic mihi proponenda juxta ſcopum, quæ ſunt octo.

Caput primum de Anima hominis ejuſdemque Facultate.

Sciendum eſt tibi quod hominis anima ſit una, cui variæ adſcribuntur operationes, nonnulli vero iſtas operationes vocant animas, putantes quod uni hominis multæ ſint animæ, ſicuti medici ſibi ibi imaginati fuerunt, uſque adeo ut ipſe medicorum princeps in principio libri poſuerit tres eſſe in homine animas, naturalem, vitalem & animalem, quæ interdum vocantur potentiæ & partes animæ, eo uſque ut dictæ ſint partes animæ; & hac phraſeologia aliquoties utuntur philoſophi, ſed ea noluerunt denotare quaſi illa divideretur eo modo quo corpus dividitur in partes; verum diverſas animæ operationes indigitare voluerunt, quod illæ omnes unam conficiant animam, quemadmodum omnes partes totum conficiunt corpus. Præterea ſciendum eſt, quod virtutum recta diſpoſitio ſit animæ ſalus, ejuſdemque potentiæ, & quemadmodum in medico corpora curaturo, in primis requiritur ut naturam corporis pernoſcat una cum ipſius partibus, ſic etiam fas eſt ut cognoſcat cauſas quæ illud debilitant, ut homo ab illis ſibi cavere poſſit, ut & illas res quibus ſanitati redditur corpus humanum. Sic etiam in animæ medico qui virtutes humanas rite diſponere velit, requiritur ut totam cognoſcat animam in omnibus ſuis partibus, & ſimul iſtas cauſas quæ illam infirmare poſſint, & contra illas quæ eandem ſanitati reſtituant. Propterea dico quod animæ partes ſunt quinque, quales ſunt nutritiva, ſenſitiva, imaginatrix, ſympathetica, & intellectualis. Cæterum jam propoſuimus nos hic duntaxat acturos de anima humana; nam illa facultas qua hominis alimenta in ſuccum & ſanguinem convertuntur, longe differt ab ea qua equi vel aſini alimentum in ſuccum convertitur, quia homo nutritur ope animæ humanæ, aſinus vero nutritur ope animæ aſinariæ, & ſic etiam aquila nutritur ſua facultate nutritiva; omnibus autem eadem phraſeologia hæc facultas nutriendi attribuitur ex communione quadam,

dam, ſed non omnibus in cauſis. Eodemque modo de hominibus cæteriſque animalibus dicitur *Senſitiva* (anima ſcil.) ex communione vocis duntaxat, non quod hæc facultas ſenſitiva in hominibus atque animalibus ſit eadem, neque quod facultas ſenſitiva quæ eſt in una ſpecie, ſit eadem cum illa quæ eſt in alia ſpecie; ſed unaquæque animalium ſpecies diverſa anima ſenſitiva prædita eſt, unde diverſæ oriuntur operationes. Sed interdum una operatio alteri ſimilis videri poteſt, quaſi eæ ab una cauſa proficiſcerentur, cum tamen ſe res aliter habeat; exempli gratia, ſint tria loca obſcura, in uno ſol ſplendeat atque illuminet, ſecundus a luna illuminetur, tertius vero luce candelæ illuminetur: in quolibet conſpicitur lux, ſed una lux procedit a ſole, altera a luna, tertia ab alio lumine candelæ. Eodem modo cauſa efficiens facultatis ſenſitivæ in homine eſt ipſa anima humana; in aſino autem anima aſinaria, in aquila cauſa efficiens eſt anima aquilaria; & nemo eſt qui illa animalia conjungat præter hominem. Hujus vero caſus notitia admirabilis eſt, & multi philoſophi eam male perceperunt, & abſurdas falſaſque opiniones prodiderunt. Sed redibo ad ſcopum meum in animæ partibus exponendis. Dico itaque, quod pars nutritiva comprehendat facultatem attractivam, retentivam, & digeſtivam, expulſivam, propagativam, & ſimilem ſui generantem; & porro quoque diſtributivam, quæ humores ſeparat, & ſeponit id quod ad nutritionem requiritur, cætera vero expellit. Verum illa quæ dicenda ſunt de ſeptem iſtis facultatibus, quid efficiant, & quomodo agant, & quibus im membris potiſſimum agant, ſemper, vel pro tempore adſint, omnia ad medicinam pertinent, neque hic neceſſarium eſt dici. *Pars* vero *ſenſitiva* quinque ſenſus continet omnibus notos, cujuſmodi ſunt, viſus, auditus, guſtus, olfactus, & tactus, qui diſperſi ſunt per totum corpus, & ii non habent ſpeciale aliquod membrum, ſicuti quatuor ſexus habent. *Pars imaginatrix* eſt illa imaginandi ſibi facultas rerum quarundam ſigna, poſtquam externis ſenſibus non amplius repræſentantur, unam rem cum altetera conferendo, vel invicem diſtinguendo. Et propterea hæc facultas compoſita eſt e rebus quas externi ſenſus apprehenderunt, quas tamen perfecte comprehendere nequeunt, ut, ſi quis ſibi imaginetur navem ferream volantem per aëra, vel hominem capite ſuo cœlum attingentem, pedibus vero terram; vel beſtiam mille oculis præditam, & id genus alia bene multa quæ componet facultas imaginandi. Sed hic vehementer errarunt ii qui has magnas abſurditates pepererunt quibus errores ſuos ſuperſtruxerunt, in diviſione illius quod neceſſarium, poſſibile, vel impoſſibile eſt, nam illi eouſque alios induxerunt ut crederent fieri poſſe quicquid ſibi quis imaginetur, neſcientes quod hæcce imaginandi facultas componat ejuſmodi res quæ eſſe nequeunt. *Pars Sympathetica* eſt ea facultas qua homo rem aliquam appetat, vel reſpuat, & ex hac facultate proveniunt operationes quibus aliqua res inveſtigatur vel depellitur, eligitur, vel rejicitur; ut & ira, voluntas, timor, potentia, crudelitas, pietas, amor, odium, & alii animæ affectus. Horum vero affectuum cauſæ oriuntur ex organis corporis, uti ſunt manus ad res prehendendas vel tangendas, pes ad incedendum, oculus ad videndum, cor ad magnanimitatem vel timiditatem inducendam, & ſic etiam cætera corporis organa exteriora vel interiora, atque facultates eorum ſunt inſtrumenta hujus partis ſympatheticæ. *Pars intellectualis* eſt ea hominis facultas qua intelligit, atque in ipſa reſidet intellectus, cujus ope acquiruntur ſcientiæ, & diſtinguitur inter id quod laudabile vel vituperabile eſt; hujus vero actio eſt vel activa, vel contemplativa; activa eſt artificialis, & vocatur prudentia, contemplativa eſt ea qua homo cognoſcit exiſtentiam rerum non variantem ab eſſentia ſua, & hæ ſunt quæ proprie vocantur ſcientiæ. Artificialis eſt facultas qua apprehendimus artes, cujuſmodi ſunt opificium, agricultura, chirurgia, navigatio. Prudentia eſt facultas qua in quadam occaſione conſideramus quid faciendum ſit, necne, vel quomodo agendum ſit; & hæc ſunt ea quæ hic neceſſario de natura animæ nobis dicenda erant. Præterea ſcias volo hanc animam e qua omnes hæ facultatis procedunt, & partes, eſſe inſtar materiæ, cujus forma eſt intellectus, & ſi quis non aſſequatur hanc formam, res ſe haberet ac ſi exiſtentia diſpoſitionis quæ in ipſa eſt ad recipiendum illam formam, eſſet vana, & hoc eſt quod Salomo dixit, Prov. 19. 2. גם בלא דעת נפש לא טוב Vult ducere, quod animæ exiſtentia quæ non conſequitur formam, ſed quæ anima eſt ſine intellectu, non ſit bona. Verum ſermo de materia & forma, & intellectus apprehenſiones, quantæ etiam ſint, & quomodo

modo aſſequantur; ſed hic non eſt locus quærendi ad quod iis opus habeamus, quia hoc ad ſermonem de virtutibus pertinet, & convenientius eſt ut hæc tractemus in libro de prophetia, quem promiſimus; & ſic finem imponimus huic capiti.

Caput Secundum de variis animæ caſibus tractat; & potiſſimum ea de parte in qua virtutes & vitia conſiſtunt.

Memineris volo quod tranſgreſſiones & præcepta Legis inveniantur in duabus animæ partibus, ſcilicet in ſenſitiva & in ſympathetica duntaxat, & in hiſce duabus partibus omnia peccata Legiſque præcepta locum habent. Pars nutritiva atque imaginativa non comprehendunt præcepta, nec peccata, eo quod non pollent intelligentia nec electione; ſed homo nequit voluntate ſua deſtruere actiones & operationes ſuas, neque eas diminuere. Vides ergo quod hæ duæ partes, nimirum nutritiva atque imaginativa, efficiunt operationes ſuas inter dormiendum, id quod non ita ſe habet in aliis animæ facultatibus. Sed in parte intellectuali datur confuſio: verum ego dico quod in hac facultate dantur quoque præcepta atque peccata juxta opinionis falſæ fidem, vel juxta fidem opinionis veræ. Sed in illis non continentur opera de quibus dicatur nomen præcepti, aut proprie nomen peccati. Propterea ſuperius dixi quod in iſtis duabus partibus inveniuntur peccata, & præcepta. Sed virtutum duo ſunt genera, moralia ſcilicet & intellectualia, contra duo vitiorum genera; virtutes intellectuales reperiuntur in parte intellectuali, cujuſmodi ſunt, ſcientia, quæ eſt cognitio remotarum ac proximarum cauſarum, poſt cognitionem exiſtentiæ rei illius, cujus cauſæ conſiderantur. Et intelligentia, quæ eſt ſcientia ſpeculativa, quam tenemus pro natura, id eſt primis principiis, & tandem cognitio acquiſitiva, cujus hic non eſt locus. Cæterum intellectus claritas, atque intelligentia bona eſt, qua ſtatim facillimo negotio comprehendimus; quicquid autem hiſce virtutibus contrarium eſt, vitia notat. Morales vero virtutes inveniuntur in parte ſympathetica, atque hujus partis virtutes ſunt multæ, ut timor peccati, & liberalitas, & juſtitia, tranquillitas, moderatio ſive temperantia, quam Sapientes dixere divitias, quando dixerunt, quiſnam eſt dives? qui ſua ſorte contentus eſt. Et deinde etiam fortitudo, & fides, & ſimiles virtutes. Hujus vero partis vitia ſunt vel diminutio virtutum, vel earundem additio. Sed pars nutritiva, atque imaginativa non continent virtutes neque vitia, ſed illæ dicuntur nutrire directa vel indirecta ratione, ſicut dici ſolet, iſte N. bonam habet digeſtionem, hic vero malam; & ſic quoque de imaginatione; hac in parte non continetur virtus nec vitium; atque hæc dicta ſunto in hoc capite.

Caput tertium de Animæ Infirmitatibus.

Dixerunt veteres quod in ea continetur ſanitas & infirmitas, eodem fere modo quo in corpore; ſanitas vero animæ ea eſt qua illa & partes illius veras virtutes & rectæ rationi conformes proferant; contra infirmitas illius eſt qua ſemper actiones malas exſerat. Medicina vero de ſanitate & infirmitate corporis tractat. Et quemadmodum corporis infirmitas judicatur e corruptione ſenſuum ex amaro quod dulce eſt, proveniente, & contra; & ſicut præterea homines ægri id quod aptum eſt, exprimunt ut ineptum, quomodo cupiditas & deliciæ augentur in illis rebus in quibus nullum eſt deſiderium iis qui ſani ſunt, imo ut maxima cum moleſtia ſæpe comedant terram & carbones, & res putridas, ſimileſque res quæ homines ſani reſpuunt & abominantur. Sic etiam anima ægre affecta, mali ſcilicet & vitioſi homines malum cenſent bonum, & contra; homo enim vitioſus ſemper exceſſum amat qui omnino malus eſt, ſed ei videtur bonus propterea quod anima laborat. Et ſicuti infirmi dum ſuam infirmitatem agnoſcunt, neſciunt medicinam illius, & Medicos conſulunt qui illis præſcribant id quod neceſſarium eſt, & eos moneant ab dulcibus nocivis abſtinere, & uti rebus amaris & adſtringentibus, ut iis ſanetur corpus, & denuo eligant quod bonum eſt, & reſpuant malum: Eodem fere modo ii quibus eſt anima ægra, neceſſario Sapientes conſulere debent, qui animæ medicinam ſuppeditant, hominemque anima ægrotantem monere poſſunt ut ſibi caveat a malo quod ei bonum videtur, & curet ſe ea arte qua anima curari poteſt, de quo capite ſequenti agendum erit. Hujuſmodi vero anima infirmi qui non ſentiunt infirmitatem ſuam, & ſe ſanos eſſe putant, vel quidem ſentiunt attamen non ſanantur, quia deſideriis ſuis obediunt, ſine dubio morientur. Verum ſi qui infirmitates ſuas agnoſcunt, & propterea fugiunt vitia, de ijs dicit Lex veriſſime Deut. 29. 18. שלום יהיה לי כי בשרירות לבי אלך למען כפות את הרוה את הצמאה *Pace fruar, nam ſecundum cordis mei beneplacitum incedam, ut ebrios addam ſitientibus*, nempe, eum qui inten-

intendit extinguere ſitim, ipſam magis augere. De iis vero qui non ſentiunt vitia ſua, dicit Salomo Prov. 12. 15. דרך אויל ישר בעיניו ושמע לעצה חכם vult dicere, eum qui attendit ad conſilium Sapientis, eſſe Sapientem, quia viam omnino rectam oſtendit; at non is qui eam putat eſſe rectam. Et præterea dixit Salomo Prov. 14. 12. יש דרך ישר לפני איש ואחריתה דרכי מות Et de illis quæ animi ægritudine laborant, & neſciunt quid conducat vel noceat, dicitur Prov. 4. 19. דרך רשעים באפלה לא ידעו כמה יכשלו Sed ars medica animarum, ſe habet quemadmodum capite ſequenti dicam.

Caput quartum de Animæ Infirmitatibus medendis.

Virtutes ſunt actiones æquales & inter duas extremas mediæ, quæ ambæ ſunt vitioſæ, una ex exceſſu, altera ex defectu; virtutes vero ſunt animæ diſpoſitiones atque habitus inter duas diſpoſitiones malas mediæ, una ex defectu, altera ex exceſſu; ex iſtis diſpoſitionibus hæ proficiſcuntur actiones, exempli gratia, abſtinentia, quæ eſt virtus qua homo ſe continet ab omnibus mundi deliciis, atque adeo ad actiones bonas referenda, proveniens e virtute quadam animæ morali. Sed multiplex deliciarum cupido eſt primum extremum; alterum vero extremum eſt inſenſibilitas. Duæ autem iſtæ animæ diſpoſitiones unde multiplex deſiderium oritur, ſunt diſpoſitio exceſſiva; inſenſibilitas autem eſt diſpoſitio defectiva, quæ utraque ſunt vitia e mala animæ conſtitutione provenientia. Sic etiam liberalitas medium quid eſt inter prodigalitatem atque avaritiam; & fortitudo eſt medium quid inter audaciam atque timorem. Gravitas medium quid eſt inter jactantiam & vilitatem; humilitas media eſt inter ſuperbiam, & demiſſionem; moderatio media eſt inter elationem & deſidiam; tolerantia eſt media inter iram & inſenſibilitatem. Cæterum vidi aliquoties homines errantes in actionibus diſtinguendis, ut unam ex extremis habuerint pro virtute, & idcirco aliquando ſe audaciæ & periculis commiſerint e virtute quadam, quam bonum aliquod extremum opinabantur. Hac de cauſa audaces dixere fortes; & quum aliquando ita accidat ut nonnemo audax ſe temere mortis periculis committat, & ſalvus evadat, laudant ipſum, & fortitudinem illius extollunt. Præterea quoque aliud extremum bonum æſtimant, & dicunt de eo qui opprobria non ſentit, quod ſit patiens, & de ſegni, quod ſit temperatus: atque eodem modo abſurde judicant de prodigalitate, quod ſit virtus, ſed hæc omnia falſa ſunt. Sed quicquid medio in loco conſtitutum fuerit, id demum recte landandum eſt, ideoque omnes actiones noſtræ juxta ſanæ rationis medium ponderandæ erunt. Verum ſcias volo, quod hæ virtutes ac vitia non prius fiant animæ habitus quam actiones aliquoties & diu exerceantur, & ſi hæ actiones ſint bonæ, oritur inde virtus, ſin malæ, conſequitur ex iis vitium. Et quoniam homo natura non ſit virtute neque vitiis præditus, ſicuti expoſuimus capite octavo, idcirco is ſine dubio aſſuefaciet actiones infantiæ ſuæ ſecundum parentum & æqualium vivendi conſuetudinem, & fieri interdum poteſt ut actiones medium occupent locum, vel etiam ut in hanc vel illam partem declinent, & anima ægrotet. Et propterea illius curatio adhibenda eſt eo modo quo corporis cura adhibenda eſt; & ſicuti corpus quum temperamento ſuo exceſſerit, conſideramus in quam partem exceſſerit, idque ſanamus mediis contrariis donec temperamentum ſuum receperit; quum vero ſanatum fuerit prohibemus ei contraria, & commendamus ei talia quæ temperamentum conſervant. Sic etiam in virtutibus reſtituendis agendum eſt; exempli gratia, ſi viderimus aliquem vitio avaritiæ laborantem quo omni bono deſtituitur, quod animæ vitium eſt, & mala actio, ſicuti in hoc capite exponemus, quando ſcilicet hominem ab hac infirmitate curare volumus, non commendamus ei liberalitatem, quia hoc eſſet quaſi magnum fervorem quis corrigere vellet re quadam mediocriter temperata, qua non reddetur ſanitati. Verum requiritur ut ipſum aliquoties ad prodigalitatem adhortemur, donec ab anima ipſius removeatur diſpoſitio quæ ipſum ad avaritiam incitat, & inclinet ad prodigalitatem, nam tum ſe elongabit a prodigalitate, & monebimus ipſum ut liberalitati ſtudeat, eamque ſine defectu vel exceſſu promoveat. Pariter ſi quem conſpexerimus prodigum, neceſſe eſt ut ipſum aliquoties ad avaritiam adhortemur, ſed non ut ſæpius avaritiæ actum committat, ſicuti requiritur ut prodigalitatis actum committat. Et hæc bona innovatio eſt ſanationis & miniſterii ordo, quo facilius homo a prodigalitate ad liberalitatem redit, quam ab avaritia ad prodigalitatem. Sic etiam facilius eſt ut is qui deliciis ſine mondo deditus eſt, ſe a peccato abſtineat, quam ut id agat is qui varie diſtractus eſt; quamobrem neceſſe eſt ut ſæpius rem repetamus ei qui varie diſtractus operam dat deliciis, quam ei qui ſine ullo diſcrimine & modo iis operam dat; & major quoque opera

opera collocanda eſt in timido ad audaciam quam audaci ad timiditatem commovendo. Hic eſt curationis ordo quem memoriæ mandes volo. Propterea pii animarum ſuarum diſpoſitionem non collocabant accurate in hac mediocritate, ſed parumper inclinabant in exceſſum vel defectum, exempli gratia, ab abſtinentia aliquantulum declinabant ad delicias, & a fortitudine ad audaciam, & ab humilitate ad demiſſionem ſive puſillanimitatem, atque hoc modo in cæteris; atque hoc denotarunt Sapientes iſto dicto, לפנים משורת הדין quatenus quis non ſtricte ſequitur regulas juris. Cæterum id quod antiqui pii aliquando fecerunt, & quod nonnulli ex iis declinarunt ad ultimum extremum, in jejuniis agendis, & in nocte vigilando conſumenda, & ſe a carne & vino abſtinendis, & a mulieribus ſeparandis, cilicio veſtiendis, in montibus ac ſpeluncis commorando, in deſertis degendo, id medicinæ adhibendæ gratia duntaxat fecerunt. Tum etiam quod animadvertebant ſe a malorum hominum conſortio corrumpi, idcirco loca deſerta petiverunt, quæ humana ſocietate vacant, ſicuti Propheta Jeremias dicit cap. 9. 1. Quando autem indocti homines viderunt hoc a piis fieri, ignorantes eorum ſcopum, putabant ſe bonos eſſe ſicuti illi pii, ideoque omnibus martyrii generibus afflixerunt ſua corpora, putantes hoc modo acquiri virtutes, & ad Deum ſe appropinquare, quaſi Deus corporum hoſtis eſſet, eiſque nocere vellet. Sed ignorabant iſti homines in hoc aliquid monſtri latere, & animam hoc modo corrumpi; quare illi omnino comparandi ſunt iis qui medicinam non intelligunt. Et quemadmodum nonnulli, videntes quod periti medici infirmis quibuſdam dabant colocynthida & eſcammonia, aloes, & id genus alia aromata, & cibum illis prohibuerunt, & hoc modo ab infirmitatibus & morte ipſos liberarunt, inſciti dixerunt, quandoquidem hæ res infirmitates curant, quanto magis ſanitatem conſervant & promovent; & ſic ſanitati nocuerunt. Sic etiam comparatum eſt cum iis qui medicamenta adhibent, dum anima ſana eſt. Sed Lex noſtra quæ perfecta eſt, nos potius perfectiores reddit, quemadmodum teſtatur Deus Pſal. 19. 8. Qui nobis non præſcripſit talia medicamenta quemadmodum illi adhibent; ſed quod homo mediam ſive rectam viam ingredi debeat, nimirum ut comedat & bibat mediocriter, prout convenit, & mediocriter coitum habeat, & hominum conſortio fruatur, non ut in deſertis degat, vel cilicio ſe veſtiat, vel martyriis ſe objiciat. Hæc a me animadverſa ſunt prout illa Traditione accepi. Dixit Lex de Nazyræo Num. 6. 11. וכפר עליו מאשר חטא על הנפש Verum Sapientes noſtri dixerunt, in qua re peccavit anima Nazyræi? In hac, quod vinum ſibi prohibuit; ſi ergo iſte qui ſe vino abſtinuit, propitiandus ſit, quanto magis is qui ab omnibus abſtinet. Conſtat ſatis e Prophetarum & Sapientum noſtrorum verbis, quod animam & corpus ſuum modice curarunt, & juxta Legis præſcriptum. Sicuti reſpondit Deus per Prophetam ei qui de jejunio diurno quærebat an pergeret, necne? vide Zach. 7: 3. 4. 5. 6. 7. Et poſtea verſu octavo & ſequentibus Deus præcipit juſtitiam & virtutem duntaxat, non jejunium.

Porro ſciendum eſt veritatem comprehendere virtutes intellectuales, eo quod veræ ſunt & non mutantur, ſicuti diximus capite ſecundo. Pax vero continet virtutes morales quibus conſiſtit mundus. Jam redibo ad ea quæ inceperam; ſi itaque hoc hominum genus dicat, quod hoc ab ipſis non fit ad affligendum corpus, & ad delicias prohibendas, ſed quia ab animæ facultate ita ducuntur, quo fit ut in unam partem quicquam inclinent, de quo diximus hoc capite quod homo ita eſſe debeat; hoc abſurde dicitur, ſicuti exponam. Lex autem ea quæ prohibet, duntaxat prohibet, quia nos in unam partem magis vergimus quam in alteram conſuetudine noſtra, nam etſi prohibitio fit de cibis, & de conjugiis illicitis, & prohibitio de meretricibis a ſe abſtinendis, & de dotis ac ſponſaliorum conditione; nihilominus tamen hæc non omni tempore, ſed in tempore menſtrui & partus obtinent; Sapientes tamen prohibuerunt coitum nimis frequentem, & diurnum, ſicuti in tractatu Sanhedrin expoſuimus. Hæc omnia nobis præcepit Deus benedictus ut nobis caveremus a deliciis mundanis, & ab iiſdem nos longe amoveremus, & ut a mediocritate interdum recederemus parumper ad delicias, & anima noſtra corroboratur iſta temperantiæ facultate. Sic etiam quicquid in Lege continetur de decimis ſeparandis, de ſpicilegio, manipulo oblivione relicto, & angulo pauperi relinquendo, de annis deciduis, de racemationibus, de anni ſeptimi intermiſſione, de Jubilæo, & de eleemoſynis, quæ omnia pertinent ad bonam cordis diſpoſitionem comparandam, & ad elongandum nos ab extremis vitiis, & ut aſſequeremur cor aliquod omnibus virtutibus corroboratum. Hac conſideratione ſi reliqua præcepta conſideraveris, invenies quod omnia facultates animæ firmare videntur, ſicuti ſunt illa præcepta de vindicta, de odio deponendo,

de proximo adjuvando, ut avaritiæ inclinatio tollatur. Sic etiam Lex præcipit honorare ſenes, patrem & matrem, ne ſemoveremus nos ab eo quod Sapientes noſtri dixerunt, ut tolleretur diſpoſitio vindictæ; ideo Lex dicit Levit. 19. 17. הוכח תוכיח את עמיתך לא תגורו מפני איש Nimirum ut vitium impudentiæ quoque tollatur, & homo conſiſtat in medio. Si vero quis rei ignarus his quædam addere velit, ut, ſi quis cibum & potum, ac matrimonium prohibeat ſupra id quod de iis prohibuit Lex, vel omnia ſua bona det pauperibus, vel in uſum ſanctum, ſupra id quod Lex de rebus ſanctis & eleemoſynis præcepit, hic malas committit actiones & veram Legis mentem non aſſequitur, incidens in aliud extremum, & mediocritatem deſerit. Sapientes in hoc caſu dictum aliquod excellentiſſimum nobis tradiderunt, quod capite nono Nedarim in Talmude Jeruſolymitano occurrit, ubi vituperant eos qui juſjurandum & vota in ſe ſuſcipiunt, perinde ac ſi vincti eſſent, hoc ſenſu, *Dixit Rab Idi in nomine Rabbi Iſac, non ſufficiunt tibi ea quæ Lex dixit, quia aliarum prohibitionem quoque in te ſuſcepiſti.* Et hæc ſunt quæ proprie dicenda habebamus ſine additione vel diminutione. Atque hoc modo tibi expoſitum eſt hoc capite, quod ad actiones mediocres valde attendendum ſit, ne delabamur ab illis ad aliquod extremum niſi medicinæ noſtræ gratia, qua mediante priori mediocritati reſtituamur. Sicuti ergo is qui medicinam novit, quando videt temperamentum ſuum aliquantulum immutarier, non ſinet morbum augeri donec medicina quædam vehemens adhibenda ſit, ſed quamprimum animadverterit unum e membris ſuis laborare, ſtatim ſe a talibus abſtinebit qualia reliqua etiam membra inficere poſſent, & aſſuefaciet ſe ad ea quæ ipſi conducunt, donec membrum iſtud ſanetur, & morbus non ſerpat latius. Eodem modo ſi quis perfectus eſſe velit, requiritur ut ſemper meditetur virtutes, & actiones ſuas contempletur, animæque ſuæ facultates quotidie ponderet, & eaſdem quamprimum adjuvet, ſimulac eas ad aliquod extremum declinare animadverterit, ne malæ operationes acquirant vires, & alia etiam membra corrumpant. Inſuper ſibi quoque vitia ſua proponet, eaque ſtatim curare conabitur, nam nemo ſine crimine vivit. Sed jam dixerunt Philoſophi difficile quemquam inveniri qui omnes virtutes ſimul a natura ſua poſſideat, & de hoc caſu multa in libris propheticis occurrunt, ut Jobi 4: 18. & 9: 2. Et Salomo quoque in genere pronunciavit, *neminem in terra eſſe juſtum, qui bonum præſtet & non peccet* Eccleſ. 7. 20. Et tu quoque noſti quod Dominus priorum, & poſteriorum hominum Moſes ille magiſter noſter dixit, nimirum quod ipſe non credidit in Deum, neque ipſum ſanctificavit in oculis filiorum Iſraëlis, & quod rebellavit contra dictum Domini ad aquas Meriba, vide Num. 20: 12, 13. Cæterum peccatorum Moſis ratio hæc erat, quod is inclinabat nimis ad quoddam virtutum moralium extremum, ſive patientiam & tolerantiam, & ad iram quoque, ſicuti dicitur Num. 20. 10. שמעו נא המרים Animadvertit itaque in ipſum Deus ut ne is, utpote tantus vir iraſceretur coram coetu Iſraëlis, ubi non erat iræ locus, nam tale factum in homine tali coarguit profanationem nominis Dei, quia e verbis ipſius omnia addiſcit, & illis mediantibus hujus, & futuri mundi felicitates conſequi ſperat. Quomodo ergo in Moſe reſidere poſſet ira, quæ eſt vitium, quod animæ depravatæ diſpoſitione duntaxat provenit? Cæterum ſenſus illius quod Num. 20: 10. dicitur, eſt, quod Deus non loquebatur cum omnium rerum ignaro, & nulla virtute prædito, ſed cum tali gente cujus minima mulier par erat Ezechieli filio Buſi, ſicuti dixerit Sapientes noſtri, quicquid dicebat Deus, id ponderabat gens Iſraëlitica; quando autem Deum animadvertebat iratum, dixit, is non eſt in vitio, ſed conſtat nobis iratum eſſe Deum propter aquæ poſtulationem, & quia nos ipſum ad iram commovimus, cæteroquin non iratus fuiſſet; nam nos non invenimus Deum benedictum iratum fuiſſe, quando hoc modo locutus eſt, ſed dixit Num. 20: 8. קח את המטה והקהל את העדה Verum receſſimus a capitis ſcopo; ſolvamus autem aliquod Legis dubium, de quo multa dicta ſunt, & quæſita, nempe quodnam peccatum peccet? conſiderato ergo ea quæ de hoc caſu dicta ſunt, & quæ nos diximus, quod ſi feceris, veritatem inveneris. Jam ad ſcopum redibo, quo dico, quod ſi quis æquabiliter ponderet actiones ſuas, mediumque attenderit, hoc modo gradum omnium maximum conſequetur, & proxime ad Deum accedet, felicitatemque obtinebit; atque hæc omnis religionis optima via eſt. Hoc jam inculcarunt Sapientes, dicendo, quiſquis vias ſuas recte ponderaverit, ſalutem ſuam acquiret & videbit Deum benedictum, uti ſcriptum eſt Pſal. 50. 23. ושם דרך אראנו בישע אלהים Ne legas ושם *Et ſi poſuerit*, ſed, *ſi perpenderit*, nimirum ſana adhibita ratione; & hic erat caſus in hoc capite a nobis exponendus.

Caput

Caput quintum de animæ facultatibus juxta ſanam rationem dirigendis.

In primis neceſſarium eſt ut homo animæ ſuæ affectus ad ſanæ rationis normam conformare ſtudeat, ſicuti expoſuimus antecedenti capite, & ſemper ſibi aliquem proponat ſcopum, qui eſt ut ad Deum propius accedendo omnem operam det, in verbis, factis, & in univerſo vitæ ſuæ curſu, ita ut nihil in iis contineatur quod non in huncce collineet ſcopum, exempli gratia, ut in victu & amictu, in coitu, in ſomno, in vigiliis, in motu, in requie, tantum intendat ſanitatem corporis; in ſanitate autem corporis animæ proſpiciat omnibus ſuis organis corporeis, ut illa apta ſit ad ſcientias comparandas, & ad virtutes tam morales quam intellectuales conquirendas. Et juxta hanc conſiderationem non intendet delicias, quaſi in cibo & potu, cæteriſque mediis delectamenta ſua ſolum quærat, ſed utilitatem potius, & rem perinde habeat ſive delicata ſit, vel non delicata. Vel delectationem intendet juxta regulam medicinæ, ut, ſi appetitus illius diminutus ſit, augebit eum alimentis quibuſdam delicatis, quæ anima deſiderat. Et ſic etiam ſi melancholia in ipſo prædominetur, depellet eam muſica & inſtrumentis muſicis, vel hortis contemplandis, vel ædificiis magnificis intuendis, cæteriſque belliſſimarum rerum figuris, ut anima ipſius reficiatur & melancholia ceſſet. Horum omnium ſcopus eſto ut ſanetur corpus, & finis iſtius ſcopi ut anima evadat ſapientior. Pariter ſi quis ſtudeat ſibi parare bona, id aget ea intentione ut pretio ipſorum ſibi plures acquirat virtutes melioremque corporis ſui conſtitutionem, & media ad illas conſervandas, donec de Deo cognoſcat id quod cognoſcendum eſt. Et juxta hanc conſiderationem ad virtutes, Deum, & veram felicitatem adipiſcendam, e medicina maximum petitur adjumentum, & doctrina illius eſt unus e maximis Deum colendi modis, & a cæteris artibus longe diſtans, quia illæ ſunt mere humanæ, hæc vero ars medica ad veras virtutes viam ſternit. Nam ſi quis comederit cibum palato bene ſapientem e bono iſto odore quem anima humana deſiderat, licet ei nocuerit, & forſitan gravem in eum immittat morbum, imo ipſam mortem, is beſtiis ſimilis eſt, quia talis actio non cadit in hominem intellectu præditum, ſed in beſtiam potius. Humanum vero negotium eſt ſi quis tantum comedat quantum conducit, & interdum deſerat delicatiſſima, & præferat ea quæ proſunt ſanitati, quodque rationi convenit, & quo homo a beſtiis diſtinguitur. Cæterum ſi quis cum uxore coëat ſine damni vel utilitatis habita ratione, inſtar animalis eſt, & non inſtar hominis, nam in omnibus utilitatem ſequi debemus, uti diximus, nam qui ſanitatem corporis ſibi conſtituit totius rei finem tantum, is non pie agit; nam ſicuti pius ſalutem æternam ſibi omnium actionum ſuarum finem proponit, ita hic ciborum & coitus delectamenta ſibi proponit, cum tamen hic nequaquam ſit verus actionum finis. Verum intellectum omnium actionum finem ponet, in quibus homo occupatur ad ſanitatem corporis tuendam, & ad animam contemplatione virtutum recreandam ſine impedimento, tam in moralibus quam intellectualibus virtutibus, & in omnibus iis ſcientiis quæ ad vitam beatam ſternunt viam. Et quamvis quis ſtudeat iis quæ ad hunc ſcopum non pertinent, ſi exempli gratia arithmeticis operam det, vel Algebræ quæſtionibus, ſimilibuſque, quorum ſcopus eſt ingenium acuere, & facultatem intellectivam per modos demonſtrationis aliis manifeſtare, donec ſibi acquirat habitum ſyllogiſmorum conficiendorum; quibus ei quoque juxta ac aliis aperitur via aliqua ad exiſtentiam Dei demonſtrandam. Similiter in omnibus vitæ humanæ viis nihil agendum eſt præter id quo utilitatem aliquam conſequatur, vel damnum ab anima & corpore depellat, virtutem promoveat, & vitia deſtruat. Nam vitiorum vituperium, & virtutis laudatio, eum in finem inſtituta ut ſe abſtrahat ab iis qui iniquitates operantur, obligatio quædam eſt virtutem complectens; idcirco Deus monuit Levit. 18. 3. ut opera Ægyptiorum non imitaremur. Hiſtoriæ quoque Sodomiticæ & omnium earum quæ in Scriptura veniunt in vitiorum contemptum ac virtutum laudem, nulla alia intentio eſt præterquam ea quam tibi dixi, ut ſcilicet homines bonam ingrediantur viam, & a mala ſe procul amoveant. Quum vero quis hæc intenderit, actiones ſuas explorabit, & verba ſua diminuet; nam is qui hæc cordi habuerit, non dabit operam ut parietes domus ſuæ auro exornet, vel veſtimenta ſua, niſi hiſce intendat animam ſuam exhilarare, & infirmitatem ei adimere; donec apta fuerit ad ſcientias addiſcendas, & hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, domus pulchra, uxor formoſa, & lectus adornatus Sapientum diſcipulis prodeſt. Nam anima requieſcit, & remittitur a curis ſuis, quemadmodum corpus laboribus ſuis, & deinde redit ad temperamentum ſuum. Eodem modo anima amat ſenſuum ſuorum requiem, ut rebus quibuſdam gratis reficiatur, & a moleſtiis liberetur, ſicuti dixerunt Sapientes, quando olim Sapientes doctrinæ aſſiduitate delaſſati erant, profe-

proferebant verba quæ lætitiam excitarent. Nam tibi perſuadeas quod hac methodo hæ res non ſunt malæ, nec actiones malæ, nimirum quæ in ædificiis, veſtimentis, & vaſis magnificis ponuntur. Sed hunc gradum excellentem non aſſequitur quiſquam niſi poſt longum uſum. Quando autem eum quis obtinuerit, ego dico, prophetis inferior eſt, id eſt quod omnibus animæ facultatibus uti poteſt, & ex iis ſemper earum omnium finem Deum ſibi proponere, nec quicquam loquetur aut aget, niſi verba ipſius & actiones ad virtutes ducant, & omittet contra ea omnia quæ finem impediunt; nam hoc eſt quod Deus benedictus vult quum nos ad amorem ſui revocat Deut. 6. 5. Nimirum quod eum diligere debemus cum omnibus animæ partibus, & in qualibet parte Deum conſtituere finem amoris. Hoc quoque inculcavit Salomo Prov. 3. 6. Quæ verba Sapientes expoſuerunt hoc ſenſu, etiam in cauſa peccati, ſcilicet, quod in actione quadam Deum finem nobis ſtatuamus, etſi in alia actione peccandum eſſet. Sapientes hunc caſum breviter comprehenderunt, & iis verbis quæ rem perfectiſſime denotant, atque adeo ſuccincte ut ope divina prolata dixeris, quando verborum brevitatem conſideraveris qua excellentiſſimum huncce caſum deſcripſerunt, de quo cæteroquin multi tractatus componi poſſent, dicentes, *omnes actiones fiant in nomine Creatoris*; & hic eſt caſus quem hoc capite expoſuimus.

Caput ſextum de homine juſto, & virtutibus prædito, quibus is in affectus ſuos dominatur.

Dixerunt philoſophi de iis qui continentia præditi ſunt, quod, etiamſi virtutes præſtent, tamen eas non ſine vitiorum cupidine præſtent, comprimendo malos affectus ſuos, & bonas actiones animæ iis opponendo, ideoque cum moleſtia quadam virtutes faciunt. Sed pii & frugi homines ſequuntur actum ad quem ipſos provocat deſiderium & animæ inclinatio, & Philoſophi confirmant quod pius præſtat continenti, quamvis in quibuſdam ſint pares, continentis tamen gradus longe inferior eſt, quia vitiis inhiat etſi illa non peragat, quia inclinatio mala quædam ſit animæ mala conſtitutio; de hoc negotio locutus eſt Salomo Prov. 21. 10. Et de lætitia piorum in bonis operibus & virtutibus, & contra de averſione virtutis in improbis, etſi aliquando bene agant, hoc ſenſu loquitur Prov. 21. 15. Et hoc quoque e Prophetarum verbis confirmatur. Contemplanti autem mihi Sapientum verba ſuper hoc caſu, incidit, quod illi ſtatuunt, continentem hominem qui peccata appetit excellentiorem eſſe ac perfectiorem juſto qui non impugnatur peccandi deliciis, uſque adeo ut dixerint, quo perfectior & excellentior ſit quis, eo plus a cupidine peccandi incitatur, quam ſumma moleſtia ſuperet, & hoc ſenſu dixerunt, quiſquis proximum ſuum ſuperet, in hoc ſuperat ipſum quod cupido peccandi in ipſo major eſt. Præterea dixerunt Sapientes, quod præmium continentis quoque majus ſit, quoniam ipſi major opera adhibenda eſt in cupiditatibus ſuperandis, idcirco dixerunt, præmium ſe habet juxta opus. Porro præceperunt ut homo aliquando peccata deſideraret, ne diceret, ego naturaliter talia peccata abhorreo, etſi Lex illa non vetuiſſet. Et hoc eſt quod Rabban Simeon fil. Gamalielis dixit, ne dicat quiſquam, non delector carne porcina, neque veſtimentis e lana & lino confectis, neque muliere prohibita, ſed dicat potius, quod iis delectatur, attamen ſe iis non uti quia pater qui eſt in cœlis, ea prohibuit. Ne vero putes quod duo Sapientum dicta priora ſibi contraria ſint, & negotium plane aliud eſſe; nam ambo ſunt vera, & nulla in iis contrarietas occurrit; mala enim juxta philoſophorum opinionem certe mala cenſenda ſunt, & quando dixerunt eum qui non appetit mala, excellentiorem eſſe illo qui iſta appetit, & comprimit appetitum ſuum, intellexerunt ejuſmodi res quæ inter homines notæ ſunt, quod malæ ſint, ut homicidium, furtum, fallacia, & male agere cum eo qui nobiſcum non male egit, & rependere malum ei qui nobis non rependit malum, vel patrem matremve contemnere, & id genus alia. Sunt etiam præcepta quædam de quibus Sapientes noſtri dixerunt, quod ſcribenda ſint, ſi non eſſent ſcripta, atque hæc Sapientes noſtri neoterici dixerunt quod ægritudinem adferant eloquentibus ea præcepta intellectualia. Nam nullum nobis dubium eſt quin anima aliquod eorum appetens, ſit defectiva; ſed quod anima ſit excellentior quæ nullo horum malorum deſiderio tangitur, & non ægre fert ſi ea intermittat. Verum quando Sapientes noſtri dixerunt hominem continentem qui appetitum ſuum comprimit, eſſe excellentiorem, & præmium illius majus; locuti ſunt de præceptis legalibus; & hoc veriſſimum eſt, nam ſi non data eſſet Lex, hæ res non fuiſſent malæ; idcirco dixerunt, neceſſarium eſſe ut homo intermittat appetitum ſuum, & non quicquam admittat quod ipſum impediat niſi Legem. Conſidera porro Sapientum noſtrorum ſcientiam de caſibus quos exempli gratia adduxerunt, dicendo, non delector homicidio, furto, deceptione, ſed dicet,

cet, delector iis aliquatenus, attamen non facio talia, quia pater meus qui in cœlis eſt, hæc mihi prohibuit. Sed inſuper adduxerunt ejuſmodi res quæ omnes ſunt Legales, ut, de carne porcina, de veſtimentis e lana & lino confectis, & de coitu cum muliere prohibita, quæ præcepta & id genus alia Deus vocavit חקתי *Inſtituta mea*; quæ Sapientes hoc ſenſu expoſuerunt, quod inſtituta & decreta Dei non ſubtiliter examinanda ſint, ſed quod gentiles de illis controverſias agitant, & Satanas contra illa accuſationes inſtituit, uti ſunt præceptum de vacca ruſa, & de hirco Azazel, de veſtimementis lini & lanæ, quæ neoterici vocarunt כבליות *Intellectualia*, uti Sapientes expoſuerunt. Atque hoc modo tibi expoſuimus ea quæ dicta ſunt, quænam ſunt illa peccata, quæ ſi quis non appetat, erit excellentior eo qui eadem appetit, & cupidinem eorum non reprimit; & quænam peccata contra ſe habent; & hæc ſunt nova quædam admirabilia juxta duo iſta dicta, de quorum veritate conſtat ex iis quæ diximus; & ſic abſolvimus hujusce capitis ſcopum.

Caput ſeptimum de virtutum vitiorumque diviſionibus.

Multa in Medraſchim, Agadot, & in Talmude occurrunt, de Prophetis qui Deum e poſteriori viderunt cum multis diviſionibus, & de iis quoque qui Deum a poſteriori conſpexerunt cum paucis diviſionibus, prout illi divinitatem attingebant, & ſecundum Prophetiæ gradum, uſque adeo ut Sapientes dixerint Moſen magiſtrum noſtrum a poſteriori conſpexiſſe Deum cum una diviſione ſplendente, & hoc eſt quod volunt, dum dicunt, *Moſes magiſter noſter vidit per ſpeculum nitidum & clarum.* Hujus vero rei ſcopus is eſt quem tibi dicam, nempe, nos jam expoſuimus capite ſecundo, quod virtutes ſint intellectuales, vel morales, eodemque modo vitia ſunt intellectualia, ut ignorantia & ingenii diminutio; & vitia moralia ſunt ut intemperantia, ſuperbia, & ira, impudentia, ambitio, & id genus alia bene multa; & ordinem cognitionis jam diximus capite ſecundo: omnia autem hæcce vitia ſunt diviſiones inter Deum hominemque dividentes, hoc expoſuit Propheta cum dicit Jeſ. 59. 2. *Peccata veſtra inter vos & Deum interſtitium aliquod efficiunt.* Vult igitur Propheta quod peccata noſtra (quæ ſunt vitia uti diximus) ſunt diviſiones inter Deum hominemque dividentes. Scias autem quod nullus ſit Propheta niſi poſtquam adeptus fuerit omnes virtutes intellectuales, & maximam partem moralium & principalium reliquarum, & hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, Prophetia non cadit niſi in Sapientem, magnanimum, & divitem; ideo in divite deſcribendo quæſitum eſt, quiſnam eſt dives? qui ſorte ſua contentus eſt, & non contriſtatur ob ea quæ ipſi deſunt, magnanimitas quoque eſt ex virtutibus moralibus, eſtque actus quo quis operationes ſuas juxta intellectus & ſanæ rationis normam dirigit, quemadmodum capite quinto expoſuimus, idcirco quæritur, quiſnam eſt magnanimus? Is qui affectus & ſeipſum vincit. Cæterum non requiritur ut Propheta omnium virtutum moralium conditiones poſſideat, & omni vitio careat; nam Scriptura de Salomone teſtatur 1 Reg. 3. 5. quod in Gibeon ei Deus apparuit. Sed nobis clare conſtat quod in mulieribus ſibi eligendis omnem mediocritatem ac temperantiam exuit; & de hoc vitio dicitur Nehem. 13, 26. quod Salomo in iſtis omnibus peccavit. Pariter David Propheta fuit, dixitque 2 Sam. 23. 3. quod ad ipſum locutus eſt fortis ille Iſraëlis; cum tamen de ipſo invenimus quod crudelis erat, et ſi crudelitatem in gentes tantum exercuerit, & in hæreticos, ſed erga Iſraëlem fuerit beneficus & pius; & de ipſo dicitur in libris Chronicorum quod Deus ipſi noluit permittere ædificare templum; eumque ad hoc ineptum eſſe, propterea quod multos occidiſſet, idcirco dicit ipſi Deus 1 Chron. 22: 8. *Tu non ædificabis nomine meo Templum, eo quod multum ſanguinis effudiſti.* Porro de Elia ſcriptum extat quod iratus fuit, etſi iram iſtam in impios ſolum exercuiſſet, & contra iſtos efferbuiſſet. Sapientes vero noſtri dixerunt, quod Deus benedictus ei dixit, quod ineptus erat ad dominium, & ſacerdotium is qui tantopere iraſcebatur, ut occideret homines. Pariter de Samuele quoque extat quod a Saül timuit, & de Jacobo, quod ab Eſavo timuit; hæc & alia vitia ſunt ſeparationes inter Deum & hominem, & quiſquis duos aut tres habitus acquiſiverit a mediocritate declinantes, ſicuti expoſuimus capite quarto, de ipſo dicitur quod Deum benedictum vidit a poſteriori cum duabus, aut tribus diviſionibus. Ne vero difficultatem moveas quod habituum quorundam defectus in gradu Prophetico diminuat; nam invenimus vitia quædam Prophetiam omnino deſtruentia; ut iram, Sapientes enim dixerunt, quiſquis iraſcitur, ſi Propheta ſit, illius Prophetia deſtruetur; & exemplum de Elia adduxerunt, a quo Prophetia ſublata fuit quum iraſcebatur, donec ira ipſius ſedata fuiſſet, & hoc eſt quod ſcriptum eſt 2 Reg. 3. 15. Et quamdiu Jacobus pater noſter contriſtatus fuit propter Joſephum, tamdiu ab ipſo remotus eſt Spiritus ſanctus, donec ei nunciatum fuiſſet quod ſer-

ſervatus erat; & tum de ipſo dicitur Gen. 45. 27. quod Spiritus ipſius reviviſcebat, ſed in Targum dicitur quod ſpiritus Prophetiæ ipſum corripuit. Ad hæc Sapientes noſtri dixerunt, Prophetiam non reſidere in quoquam pigro, nec triſti, ſed in hilari. Quando autem Moſes animadverterat inter ipſum & Deum non reſtare interſtitium quod non ſublatum erat, & quod in ipſo omnes concurrebant virtutes morales & intellectuales, deſideravit eſſentiam Dei aſſequi juxta veram illius exiſtentiam, quoniam ei nullum erat obſtaculum, quum dicebat Deo Exod. 33. 18. *Oſtende jam mihi honorem tuum.* Reſpondit autem ei Deus hoc fieri non poſſe, quia intellectus ipſius materiæ incluſus erat, ſive quia homo erat; ideo Deus dixit Exod. 33. 20. *Non videbit me quiſquam & vivet.* Quomodo inter Moſen & Deum nihil intererat juxta veram illius exiſtentiam, niſi unicum interſtitium ſplendidiſſimum, quod eſt intellectus humanus non omni materia vacans. Sed Deus benedictus hanc ei præſtitit gratiam, ut eo uſque intelligendo proceſſerit, poſtquam ab ipſo petierat ulterius Deum aſſequi quam antea, ſed reſpondit ipſi fieri non poſſe eo uſque pervenire ut Dei gloriam intueretur, eo quod corporeus erat. Hujus vero viſionis veritas, vocatur *facierum viſio;* quia, ſi quis proximi ſui facies viderit, ita lineamenta faciei illius animæ imprimuntur ut ea nunquam cum aliis confundat; verum ſi a poſteriori ipſum conſpexerit, licet iſta viſione ipſum cognoſcat, tamen aliquantiſper dubitabit de ipſo, & cum alio ipſum confundet. Eodemque modo, comprehendere Deum benedictum in veritate, eſt ipſum cognoſcere in veritate exiſtentiæ ſuæ, in qua exiſtentia non admittitur aliorum communicatio, uſque adeo ut animæ ipſius impreſſa ſit exiſtentia realis, & diſtincta ab omnibus aliarum rerum exiſtentiis. Cæterum fieri poteſt ut homo ad hunc cognitionis divinæ gradum perveniat, aliquo tamen intervallo ipſi objecto; ideo dicit Deus Moſi Exod. 33. 23. *A poſteriori me vidiſti.* Sed hunc caſum jam abſolvi in libro de Prophetia. Cum autem Sapientes noſtri ſciviſſent quod hæ duæ vitiorum ſpecies, nimirum intellectualis & moralis ſunt eæ quæ inter Deum & hominem dividunt, & juxta has in Prophetis ſtatuatur excellentiæ gradus; & Sapientes de quibuſdam qui in ſcientiis præcellebant, dixerunt, quod digni ſunt ut ſuper iis divina majeſtas reſideat ſicuti in Moſe magiſtro noſtro. Ne vero intelligas quod ulli cum Moſe omnino comparantur quia ei pares fuerunt, longe abſit; nec hoc ſenſu alios compararunt cum Joſua filio Nun: & hæc nobis hoc capite dicenda erant.

Caput octavum de formatione foetus humani.

Non eſt rationi conſentaneum ut homo inde ab initio naturæ ſuæ naſcatur cum vitiis vel virtutibus, ſicuti fieri nequit ut cum artibus naſcatur; ſed hoc fieri poteſt ut naſcatur cum natura ad virtutes vel vitia inclinante, ut una actio ei facilior ſit quam altera; exempli gratia, ſi cujus natura ad ſiccitatem inclinet, & cerebrum purum habeat ſine multa humiditate, facile ſe ſtudiis applicabit, & in memoria tenebit ea quæ legit; ſed non tam facile phlegmatici qui humido pollent cerebro. Nihilominus ſi alicui, quantumvis ad Sapientiam inclinanti, non proponatur doctrina, ſine dubio in ignorantia ſua permanebit. Contra ſi quis phlegmaticus obtuſi cerebri erudiatur, tandem evadet doctior, licet cum difficultate. Si vero quis temperamento præditus ſit nimis calido, inclinabit ad fortitudinem, & virtutem illius ſtatim apprehendet ſi modo ei proponatur. Qui vero cordis temperamentum habet frigidum, inclinabit ad timorem, ad quem ſe quamprimum componet ſine difficultate; ſed fortitudinem non aſſumet niſi maxima cum difficultate. Hæc tibi explanare volui, ne aſtrologorum inſaniam pro veritate aſſumas, quod homo a nativitate ſua vitiis vel virtutibus præditus ſit, & ad tales actiones quadam vi impellatur. Sed ego perſuaſus ſum rem ſe habere juxta Legem noſtram & Philoſophorum Græcorum ſententiam ſanæ rationi congruentem, ſcilicet quod actiones hominis arbitrio commiſſæ ſunt, & quod nemo eſt qui eas gubernet præter ſeipſum, neque quicquam quod ipſum ad virtutem aut vitia impellat niſi temperamentum ſuum, unde res quædam ei ſunt difficiles, quædam vero faciles; ſed nunquam vi cogendus eſt ad actiones ſuas; ſi vero actiones hominis arbitrio non relictæ eſſent, quorſum tot Legis præcepta? utique hæc omnia eſſent falſa, quia ipſi adempta eſt eligendi poteſtas? ſic etiam conſequeretur quod omnes artes & ſtudia fruſtra eſſent, quia nihil horum quicquam præſtare poteſt, propterea quod vi ab ipſis divelli poſſit, juxta ſententiam eorum qui dicunt, hominem non proferre tales actiones, nec ſcire tales ſcientias. Præterea merces & pœna omnino iniquæ eſſent, ſive ab hominibus ſive a Deo darentur; nam ſi exempli gratia Simeon occidiſſet Rubenem, quoniam id neceſſario facere debuit juxta quorundam hypotheſin, qua in re culpandus eſſet Simeon? & quomodo hoc cum juſti-

tia & rectitudine Dei convenire poſſet ut hominem caſtigaret ob earum rerum peccatum quas omnino agere nequit? Præterea omnes quoque præparationes eſſent vanæ, ut ædificare domum, acquirere bona, fugere timorem, atque id genus alia; nam id quod fieri debet, id omnino fieri nequit. Sed hæc omnia falſa ſunt, & omni intelligentiæ repugnantia, Legiſque robur deſtruentia, & Deo benedicto iniquitatem adſcribentia, a quo nos procul amovere debemus. Cæterum veritas de qua nihil dubitandum, hæc eſt, quod omnes actiones hominis arbitrio traditæ ſunt, quas agere poſſit, ſi velit: ſi nolit, non aget eas, ſine ulla neceſſitate. Propterea conveniebat ut Deus homini daret præcepta, dicendo Deut. 30. 15. *Ecce hodie tibi propoſui vitam, bonum, mortem, & malum.* Ergo Deus nobis eligendi facultatem conceſſit; idcirco tranſgredienti pœnam, & obſervanti præmium denunciavit, ſicuti extat, *ſi audiveritis, & ſi non audiveritis.* Porro Legis ſtudium & doctrinam præcipit Deut. 11. 19. *Et docebitis ea filios veſtros* &c. Sic etiam omnes illius præparationes mandavit, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 22. 8. *Quando ædificaveris ædificium novum, tecti rationem habebis, ne domum tuam ſanguine inquines;* & Deut 20. 5. *Ne moriatur in bello;* & Exod. 22. 26. *In quo cubaret;* & Deut. 24. 6. *Non oppignerabis molam,* atque id genus aliæ bene multæ præparationes quæ in Lege occurrunt, & in Prophetis. Et ea quæ in Sapientum noſtrorum ſcriptis inveniuntur, ut, *Omnia ſunt in poteſtate Dei, timore Dei excepto,* etiam veriſſima ſunt, & in eam quam diximus partem, inclinant, niſi quod homines iis ſæpe abutantur, & intelligunt per illa tales actiones, quales ex arbitrio procedunt, ad quas ipſe conſtringitur, ut, conjugium cum tali contrahere, & talia bona in poteſtate ſua tenere, quod falſum eſt, quia mulier quam ope inſtrumenti dotalis & ſponſalium duxit, ei legitima eſt, & cum eam ex præcepto fructificationis ac multiplicationis duxerit, implevit divinum præceptum, ſed Deus benedictus non decrevit ut agat id quod præceptum eſt. Si vero conjugium illicitum contraxerit, peccavit, at Deus non decrevit ut faciat id quod peccatum eſt. Pariter, ſi quis bona proximi rapuerit, vel ipſum deceperit, vel falſo juraverit & bona illius ſurrepta negaverit, ſi dixerimus Deum hoc decreviſſe de ipſo ut bona hæc in ipſius poteſtatem venirent, & ex alius poteſtate exirent, hoc foret peccatum decernere. Sed res aliter ſe habet, quia omnes actiones hominis arbitrio relictæ ſunt, & ab arbitrio & electione pendent, quibus vel peccatum vel præceptum perficitur, nam capite ſecundo jam expoſuimus, quod præcepta & admonitiones Legis ſunt hujuſmodi ut homo ea præſtare poſſit, vel negligere juxta arbitrium ſuum; & hac in parte animæ timor Dei obtinet, non in poteſtate Dei, ſed hominis arbitrio relictum. Et quod dixerunt Sapientes, *omnia poteſtati Dei commiſſa eſſe;* eo intelligas caſus naturales in quibus homini non conceſſit eligendi facultatem, ut, ſi quis parvæ vel magnæ ſtaturæ modum ſibi eligere vellet, vel pluviam cohibere, vel aërem corrumpere, vel purificare, & id genus alia, motu & quiete hominis exceptis. Quod autem Sapientes noſtri expoſuerunt, peccata & præcepta poteſtati divinæ non commiſſa eſſe, ſed humanæ, in eo ſententiam Jerem. ſecuti ſunt Thren. 3. 38. *Ex ore altiſſimi non egreditur malum, neque bonum;* ubi per הרעות *Malum,* intelligenda ſunt opera mala; per טוב *Bonum,* opera bona; dicit itaque quod Deus ſuper hominem neque bonum neque malum decernit; & cum res ita ſit, homini convenit ut deploret peccata ſua, eo quod volens peccavit; hoc ſenſu ſcriptum eſt Thren. 3. 39. *Quid lamentatur homo vivus, vir ob peccata ſua?* Et poſtea ſcriptum eſt, quod hujus infirmitatis medicina eſt in poteſtate noſtra, ſcilicet, quemadmodum nobis data eſt peccandi facultas, ita quoque ſanandi infirmitates & opera mala corrigendi facultas nobis data eſt, propterea ſcriptum eſt Thren. 3. 40. *Diligenter inquiramus & perveſtigemus, & ad Dominum nos convertamus, elevemus corda noſtra ac palmas, ad Deum qui eſt in cælis.* Sed notum eſt ſatis inter homines, & in Sapientum ſcriptis quoque invenitur, imo in Prophetarum libris, quod omnes motus humani ſunt in poteſtate Dei, & hoc quoque eſt certiſſimum in hac conſideratione, nempe, ſi quis projecerit lapidem in aërem, & deſcenderit, dicamus quod voluntate Dei deſcendit, & hoc verum eſt, quia Deus voluit ut terra eſſet inſtar centri, & propterea, quoties quis ſuperius aliquid projecerit, toties movebitur ad centrum. Eodemque modo quælibet ignis pars movetur ſurſum voluntate Dei; qui inde ab initio voluit ut ignis ſe moveret ſurſum; non vero quod Deus voluit ut eo momento quo movebatur hæc terræ pars, etiam commoveretur inferius; ſed huic hypotheſi contradicunt quædam Philoſophorum ſectæ, a quibus audivi quod ſtatuebant voluntate Dei ſingulis momentis omnia produci. Sed nos aliter ſentimus, dicimuſque voluntatem Dei per ſex dies creationis duraſſe, ut res omnes in natura ſua ſemper continuarent, ſicuti ſcriptum eſt Eccleſ. 1. 9. *Id quod fuit eſt ſicuti id quod erit, & id quod factum eſt, per-*

 rinde

rinde eſt ac id quod fiet, & nihil novi eſt ſub ſole. Propterea Sapientes noſtri dixerunt neceſſarium eſſe ut omnia miracula communem curſum egredientia, & ea quæ Scriptura promittit adhuc futura, anteceſſiſſe voluntatem Dei in ſex dierum creatione, & ea tum in natura ſua conſtituta eſſe quæ ſucceſſu temporis innovanda erant; quando autem quædam innovabantur, imaginabantur ſibi homines quod hæc videbant, quod tunc temporis innovabantur, ſed hoc falſum eſt. Hæc prolixe tractarunt commentatores in expoſitionibus allegoricis ad librum Eccleſiaſtis Salomonis, aliiſque in locis. Præterea hoc in caſu dixerunt, mundus conſuetudine regitur; & invenies in ſcriptis ipſorum quod ſemper evitant dicere quod Dei voluntas operetur in rebus ſecundariis, ſive ſecundo producendis. Et in hacce conſideratione de homine dici queat, quum ſe movet, quod voluntate Dei ſe movet quoties ſe movet, nimirum, quod ab initio creationis naturæ ipſius inditum ſit ut ex arbitrio ſuo ſe moveat; non quod tum demum Deus velit ut ſe moveat quum homo ſe movet; vel nolit quando homo non vult; ſicuti non vult Deus ut lapis cadat vel non cadat, dum cadit. Horum omnium concluſio eſt, ut credamus quod ſicuti Deus voluit ut homo talis eſſet ſtaturæ & talibus membris præditus, ſic etiam voluit ut ſe hoc & illo modo moveret & quieſceret, & juxta arbitrium ſuum operetur, ut nemo ſit qui eum incitet vel in actionibus impedimento ſit, ſicuti ſcriptum eſt Gen. 3. 22. *Ecce homo factus eſt ut unus e nobis, ſciens bonum & malum;* juxta paraphraſin Chaldaicam ſenſus eſt, quod homo ſolitarius erat in mundo, ſcilicet quod erat ſingularis ſpecies cui in hoc caſu alia ſpecies non erat par, quatenus ex ſeipſo cognoſcebat bonum & malum, & omnia ſponte agebat ſine impedimento, ſine impulſore. Cum itaque talis ſit res, fieri potuit ut manum ſuam extenderit, atque ab arbore ſumpſerit, comederit, & in æternum vixerit. Quoniam igitur hoc in exiſtentia hominis poſitum erat, nempe, ut pro arbitrio ſuo omnia ageret, neceſſe erat ipſum prius docere vias boni & mali, præcipere, monere, mulctare, & præmium retribuere, quæ omnia recta ſunt. Conveniebat quoque ipſi ut ad actiones bonas aſſueſceret, ut virtutem acquireret, & malas actiones deponeret, ut a vitiis ſe liberaret, & hæc omnia ex arbitrio. Sed non dico quaſi hæc talia eſſent quæ mutari non poſſent, nam omnis caſus e bono in malum mutari poteſt, & contra, & ſemper ex arbitrio. Et hoc ſenſu omnia in negotio præceptorum & peccatorum. Reſtat nobis ut de una re dicamus in hoc ſenſu, nimirum, quod nonnulli Sacræ Scripturæ loci ſunt quos homines ita intelligunt quaſi Deus peccatum decreviſſet, & nos ad peccandum impelleret; ſed hoc falſum eſt, & propterea a nobis exponendum, quia ſæpius hæc confuderunt. Cæterum Abrahamo dictum eſt Gen. 15. 13. *Servient illis, & affligent illos quadringentos annos*, dixerunt nonnulli, vides quod Deus ſuper Ægyptiis decrevit ut tyrannidem in Semen Abrahami exercerent, quia illos pœna affecit; ergo certe vi decreti divini hoc fecerunt: ſed reſponſio eſt hunc caſum ſe habere perinde ac ſi Deus benedictus dixiſſet quod ii qui naſcituri eſſent, rebelles & injuſti forent, pii & impii, & hoc verum eſt; ſed juxta hanc ſententiam nemo ex impiis cogeretur eſſe impius, neque juſtus ut neceſſario eſſet juſtus; verum tam juſtus quam injuſtus eſſe poſſet ex arbitrio, nemine impediente. Sic etiam ſi quis juſtus vellet eſſe injuſtus, a nemine impediretur, nam ea quæ Deus dixit, non dixit propter aliquem hominem particularem, ut diceret quod ſuper ipſo decretum eſſet, ſed in genere locutus eſt Deus, ut unuſquiſque arbitrio ſuo exponeretur ipſi ab initio formationis indito. Eodemque modo cuilibet Ægyptio liberum erat an Iſraëlem affligere vellet, necne, nam ſuper quolibet homine particulari non decretum erat, ut affligeret Iſraëlem. Eadem eſt reſponſio ad id quod ſcriptum eſt Deut. 31. 16. Nam hoc perinde eſt ac ſi dixiſſet, quiſquis idololatriam exercuerit, is hoc & illo modo excipietur, nam ſi non eſſent idololatræ, fruſtra eſſent omnes terrores, ut & maledictiones. Sic etiam de pœnis in Lege memoratis non dicamus, quandoquidem jus de lapidatione invenimus in Lege, eum qui ſabbatum profanavit, coactum fuiſſe ad profanationem; neque de maledictionibus in Lege propoſitis, quod idololatris & ii qui maledictiones in ſe ſuſceperunt, ex decreto divino injunctum ſit ut idololatriam committerent, ſed quiſquis idola colit, ex arbitrio id facit & ſponte pœnam in ſe ſuſcipit ſicuti ſcriptum eſt Jeſ. 66. 3. Sed quod ſcriptum eſt Exod. 14:4. *Et obduravit Deus cor Pharaonis;* poſtea vero Pharaonem morte affecit, de hoc latiſſimus nobis datur dicendi campus, & eliciemus inde magnum aliquod fundamentum; tu vero conſideres ea quæ hic dicenda erunt, & cum aliorum ſententiis conferas, atque id quod optimum eſt, tibi eligas. Dico itaque, quod ſi Pharao & illius populus nullius rei præterquam quod Iſraëlitis largiri nolebant abeundi facultatem, ſontes fuiſſent, maxima hac in parte eſſet difficultas, quia Deus ipſe Iſraëlitis exitum prohibuiſſet, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 10. 1. Quomodo igitur a Pharaone illiuſque populo exigere potuiſſent ſe dimittendi veniam?

niam? & quomodo eos caſtigare poſſet quum Iſraëlitas dimittere nolebant? hoc omnino iniquum videri poſſet, & deſtrueret ea omnia quæ diximus. Sed res aliter ſe habet, nempe quod Pharao ipſiusque populus procul dubio contra Deum rebellarint ex arbitrio, & omnem vim ac tyrannidem exercuerint in peregrinos Iſraëlitas ſicuti ſcriptum eſt Exod. 1. 9. Atque hoc ab ipſis ſponte factum, ſine aliquo impulſu divino, duntaxat ex malitia cordis; & pœna ipſis a Deo inflicta hæc erat, quod illos non ad pœnitentiam revocaret, ut caſtigarentur ſecundum id quod fas erat; pœnitentiæ vero impedimentum erat quod illos non dimittebat. Dixerat enim ipſis Deus, quod ſi vellet tantum ut Iſraëlitæ dimitterentur, Pharaonem & populum ipſius deleviſſet, ut Iſraëlitæ ſtatim exiviſſent; ſed Deus ipſos pœna afficere voluit propter violentiam ipſorum in Hebræos præſtitam, ſicuti ſcriptum eſt Gen. 15. 14. Verum Deus non potuiſſet Pharaonem & populum ipſius punire, ſi pœnitentiam egiſſent, & propterea a pœnitentia prohibiti ſunt, & pertinaces manſerunt, idcirco ſcriptum eſt Exod. 9. 15. *Jam manum meam extendi ut te populumque tuum percutiam peſte* &c. Sed nemo contra nos argumentari poterit, dicendo, quod nos ſtatuimus Deum hominem punire & ei pœnitentiam ſubtrahere, & non relinquere ipſi liberum eligendi arbitrium, quia Deus novit peccata, & juxta rectam ipſius Sapientiam & juſtitiam pœnam aliquando tantum in mundo futuro infligit, aliquando autem in hoc mundo duntaxat, aliquando etiam in utroque. Pœna autem in hoc mundo varia eſt, aliquando in corpore, aliquando in bonis, aliquando in ambobus; ut, ſi Deus prohibeat iſtorum membrorum actiones quas homo cæteroquin exſerere poteſt pro arbitrio ſuo, ſicuti fecit in Jeroboamo filio Nebat, cui uſum manuum ademit; & in Sedomitis ad domum Loti congregatis, quibus oculorum viſum denegavit. Sic etiam media ad pœnitentiam homini negare poteſt, ne in ea quicquam promoveat, ſed in peccato moriatur. Convenit enim nobis ut Dei Sapientiam aſſequamur donec intelligamus quare Deus hominem hac & non illa pœna afficit, quemadmodum ignoramus cauſam quare hæc ſpecies habeat hanc formam & non illam. Sed hæc regula generalis eſt quod omnes Dei viæ ſunt miſericordes & juſtæ, & quod peccatorem caſtigat juxta ſuum peccatum, & quod in juſtum mercedem confert juxta bonitatem ſuam. Si vero quis dixerit, quare igitur Deus a Pharaone aliquoties petiit ut dimitteret Iſraëlem, cum tamen hoc fieri non poſſet? & quare ad ipſum non venerunt plagæ dum in rebellione verſabatur, uti diximus, quod pœna qua ipſum affecit Deus, ea fuit quod in malitia ſua perſiſteret, non quod ab ipſo peteret id quod fieri non poterat; & hoc quoque factum ex Sapientia Dei ut manifeſtum fieret Deum voluntatem Pharaonis eludere poſſe, idcirco ipſi dixit Deus, volo ut dimittas populum meum, quod ſi feceris, ſalvus eris, ſed ego novi te illum non dimiſſurum donec mortuus fueris. Erat autem neceſſe ut dimiſſionem concederet, ut verba Prophetæ nota fierent, dicentis, quod Pharao non poſſet dimittere Iſraëlem, & hoc magnum aliquod facinus fuit coram toto populo, uti ſcriptum eſt Exod. 9. 15. *Propter nomen meum in tota terra.* Nam Deus benedictus hominem punire poteſt, diminuendo ei arbitrium eligendi, ita ut homo nequeat producere eam quam elegit actionem. Eodemque modo inflicta eſt pœna Sichoni regi in Cheſbon, nam propter præcedentem malitiam ad quam non a quoquam impulſus erat, punivit ipſum Deus, etſi hoc omnino agere non poſſet rex ut Iſraëlitis viam concederet, niſi donec cum ipſo præliati fuerint, & occiderint, & hoc eſt id quod ſcriptum eſt Deut. 2. 30. Ratio autem quare hic locus omnibus commentatoribus ſcrupulos movit, eſt, quod putabant regem Sichonem duntaxat punitum eſſe eo quod Iſraëlitis viam prohibuit per regionem ſuam, ideo dixerunt, quomodo ipſum punivit Deus cum cogebatur, uti ſcriptum eſt Exod. 13. 15. Sicuti igitur intelligere potuiſſent quod Pharao & ipſius populus duntaxat puniti eſſent eo quod Iſraëlitas dimittere nolebant, idcirco hæc a nobis allata ſunt, ut ex iis aliter conſtaret. Jam denunciavit Deus per Prophetam Jeſaiam quod nonnullis rebellibus occaſionem pœnitentiæ, ademerit, ut hoc ipſis eſſet in pœnam, uti extat Jeſ. 6. 10. Et hæc ita ſunt clara ut expoſitione non indigeant, & clavis eſſe poſſunt ad occluſa reſeranda. Huic fundamento innituntur verba Eliæ quum temporis ſui incredulis diceret 1 Reg 18. 37. *Tu corda eorum retro convertiſti.* Vult dicere, quoniam illi ex arbitrio peccarunt, pœna qua ipſos affeciſti propter peccata, fuit hæc quod eorum corda retro convertiſti, & viam ad pœnitentiam occluſiſti, & propterea pertinaces manſerunt, ſicuti ſcriptum eſt Hoſ. 4. 17. *Conſociatio idolorum eſt Ephraimus, deſiſte ab ipſo*, ſenſus eſt, quod Ephraimus ſe adjunxit idolis, eaque amavit; pœna autem ipſius hæc fuit, quod in amore idololatrico perſeveravit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur *deſiſte ab ipſo*; atque hæc optima expoſitio eſt ad omnium caſuum ſubtilitatem intelligendam. Cæterum quod Jeſaias dicit Jeſ. 63. 17. *Quare*

nos aberrare facis Domine, a viis tuis, obduras cor noſtrum a timore tuo? Hoc non pertinet ad ſcopum noſtrum, neque ad hunc caſum; ſed iſtorum verborum ſenſus eſt intelligendus ex antecedentibus & conſequentibus, nam Propheta querebatur de captivitate & exilio noſtro, & de imperii noſtri intermiſſione, gentiliumque in nos potentia, dixitque in modum orandi, O Domine Deus, quando Iſraëlitæ infidelium regimen conſpexerunt, a via veritatis deflexerunt, & cor ſuum a timore tuo averterunt, perinde ac ſi tu in cauſa fuiſſes quod a via veritatis deflexerunt, ſicuti dixit Moſes Magiſter noſter, Num. 14. 15. 16. & Jeſ. 63. 17. Nimirum donec in caſu non ſit nominis Dei profanatio; & quemadmodum Propheta recenſuit verba eorum qui veritatem ſequuntur, & in captivitate a gentilibus devicti erant Maleach. 2. 17. Sic etiam verba ipſorum recenſet in diuturna illa captivitate Maleach. 3. 14. Et promittit illic nobis quod Deus benedictus ipſe veritatem exponet Maleach. 3. 18. Hi ſunt loci qui alicui ſcrupulum movere poſſent, quia ex iis liquere poſſet quaſi Deus ad peccatum incitaret; ſed nos eorum veriſſimam dabimus expoſitionem juxta veriſimilem conſiderationem. Reſtabat autem nobis fundamentum quo oſtendamus in hominis arbitrio poſitum eſſe an velit obſervare præcepta, vel peccatum committere, atque ipſe eligere actiones ſuas, præterquam ſi Deus arbitrium illius inhibeat. Et cum virtutum & vitiorum habitus ſint in poteſtate hominis, idcirco oportet ut virtutes ſibi acquirere ſtudeat, quia præter ipſum nemo eſt qui ad has ei calcar addat; & hoc eſt quod dixerunt in hoc tractatu, *ſi ego non ſim pro me, quis erit pro me?* Jam nihil reſtat amplius niſi ut pauca dicamus de iis quibus hoc finitur caput; quamvis non eſſet ſcopus meus de iis quicquam dicere, niſi neceſſitas quædam me ad hoc moviſſet, quæ eſt cognitio Dei in rebus futuris, qua contra nos argumentantur ii qui ſtatuunt hominem ad præcepta & peccata impelli, & quod in utroque illi arbitrium deeſt, quoniam illud a Deo dependet. Quod autem ipſos ad hoc movit, eſt quæſtio illa qua quæſiverunt, Deus E. G. de hoc homine antea ſciebat juſtum vel injuſtum fore, vel non ſciebat? ſi reſponderis quod ſciebat, inde ſequitur quod cogitur eo in caſu, quia Deus rei notitiam habebat antequam facta eſſet, vel cognitio ipſius incerta eſſet; ſi vero dixeris quod antea non cognovit, magnum inde oritur abſurdum, & inſtructiſſima religionis fundamenta decident. Attende ergo ad ea quæ tibi dicam, atque etiam atque etiam conſidera, quia veriſſima ſunt, nimirum, quod in metaphyſicis expoſitum eſt, Deus benedictus non intelligit intellectu, nec vivit vita, ita ut ipſe & intelligentia ipſius duæ ſint res, ſicuti in homine, nam homo non eſt intelligentia, neque intelligentia eſt homo; & cum hoc ita ſit, duæ ſunt res. Si itaque Deus intelligeret ope intellectus, conſequeretur inde multiplicatio quædam, & multa ab æterno fuiſſent entia, Deus ſcilicet, intellectus, vita, & potentia; eodemque modo omnia illius attributa. Cæterum tibi antea jam dedi facilem rationem ad vulgus perſuadendum, nam argumenta & probationes hoc dubium ſolventia, fortiſſimæ ſunt demonſtrationes. Conſtat autem Deum non diſtingui ab attributis ſuis, eo ſenſu ut ipſe dici poſſit intelligentia qui intelligit, & res intellecta, nam is vivit, & is eſt vita, & qui vitam habet ex ſe ipſo; eodem ſenſu ſe res habet cum cæteris attributis. Hæc autem omnium difficillima ſunt, quæ perfecte a nobis percipi nequeunt, ſed e quadam verborum relatione tantum. Et propter magnum hocce fundamentum lingua Ebræa non permiſit hanc loquendi formulam, חי יהוה צבאות quemadmodum dicitur חי פרעה, aut, חי נפשך quod nomen relativum eſt, quia ſubjectum & prædicatum duæ ſunt res, ſed non prædicatur relativum rei alicujus ab ipſa eſſentia; at cum vita Dei ſit ipſius eſſentia, & eſſentia ipſius vita, ita ut nulla res ſit præter ipſum, idcirco non dicitur in regimine; ſed dicitur, חי יהוה צבאות; &, חי יהוה אשר עשה לנו את הנפש *Per Dominum qui nos anima donavit.* Horum ſcopus eſt, quod ipſe & vita ipſius ſit una eademque res. Expoſitum eſt quoque in libro de metaphyſicis conſcripto, quod perfecta Dei comprehenſio non cadit in conceptum noſtrum, & hoc propter perfectiſſimam Dei eſſentiam & noſtri ingenii imbecillitatem, tum etiam quod eſſentiæ ipſius non ſunt cauſæ per quas cognoſci poteſt; & præterea intellectus noſter nimis eſt brevis ad Deum comprehendendum, ſicuti viſus noſter nimis eſt brevis ad ſolis lucem apprehendendam, quia lux ſolis fortior eſt luce viſus noſtri. Cæterum jam multa hoc in caſu diximus, quæ omnes ſunt veriſſimæ ſententiæ. Sed rationi conſentaneum eſt quod Dei Sapientiam nunquam aſſequi poſſumus, eo quod ſcientia ipſius ſit eadem cum eſſentia ipſius. Et hic caſus admirabilis eſt, cujus veritatem pauci aſſequuntur, nam illi ſciunt quod eſſentia Dei in perfectione ſua percipi nequit, nihilominus tamen illi profiteri audent quod eam comprehendere poſſunt; ſed hoc nequaquam fieri poteſt, nam ſi intellectus noſter Dei Sapientiam comprehendere poſſet, etiam eſſentiam ejus compre-

prehenderet, quia eadem res eſt; nam comprehenſio illius perfecta eſt ea qua quis Deum percipit ſicuti eſt in eſſentia ſua, ſcil. in ſapientia, potentia, vita, voluntate, & cæteris attributis. Ex his liquet quod ſtudium in ſapientia Dei aſſequenda collocatum, ſit fruſtra; ſed nobis probe notum eſt Deum eſſe ſumme ſapientem, non minus quam vere exiſtentem. Et ſi a nobis quiſquam quæreret, quænam ſit Dei ſapientia? Reſpondebimus ei, nos eam aſſequi non poſſe, quemadmodum exiſtentiam ipſius aſſequi non poſſumus. Sed contra ejuſmodi ſciolos ſcriptum eſt illud Jobi 11. 7. החקר אלוה תמצא אם עד הכלית שדי Atque ſic intelliguntur omnia quæ diximus, ſcil. quod actiones hominum arbitrio commiſſæ ſunt, ita ut ab ipſo dependeat num velit eſſe juſtus vel injuſtus, ſine ulla Dei coactione; & propterea locum habere poſſunt mandata, doctrina, ſtudia, præmia, & pœnæ, ſine ulla contradictione. Verum cognitionis & ſapientiæ Dei forma nos latet; & ingenii noſtri imbecillitas eam non aſſequitur, ſicuti expoſuimus. Hæc erat rerum ſumma in hocce capite a nobis recolligenda.

Prologi Maimoniani finis.

ALBERTO BLAVRERO JACOBO, & HULDRICO ZWICCIIS fratribus germanis, bonæ indolis, optimæque ſpei pueris, PAULUS FAGIUS S. D.

UT olim Græci & Latini ſuos habuere Philoſophos, qui pie innocenterque vivendi regulam normamque tradidere, ita ſane & Hebræis non defuerunt ſui in hoc genere docendi Philoſophi. Et ſicut in majori gloria Philoſophi quam Oratores fuerunt apud Græcos, illi enim rectè vivendi doctores ſunt exiſtimati, quod eſt longe præſtabilius: quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem vivere ad omnes, ita & in majori prætio habendos eſſe arbitror Hebræorum Sapientes, qui genti ſuæ dogmata, & præcepta rectè vivendi præſcripſere. Socrates non parum eo ipſo præ cæteris Philoſophis commendatur, quod Ethicam primus invexerit, atque de humanorum affectuum moderandorum ratione, ante omnes diſſeruerit. Cum enim cæteri ante eum Philoſophi cauſas naturæ latentes accuratius rimati ſint, & circa phyſicen diſcutiendam penitus intenti, ipſe eam rerum naturalium contemplationem minus homini neceſſariam ratus, ea potius inquirenda hortabatur, quæ mores inſtruerent, & quorum uſus nobis ad totius vitæ directionem eſſet accommodus. Quid enim quæſo confert, cœli vertigines, & varios ſyderum motus indagare, quid terræ molem, globorumque cœleſtium magnitudinem dimetiri, & ſe ipſum ignorare, neque quo pacto vita degenda ſit, & actus omnes certa rationis lege regendi compertum tenere. Multi multa ſciunt, & ſe ipſos neſciunt, alios inſpiciunt, & ſe ipſos deſerunt, dum quærunt per iſta exteriora, deſerentes ſua interiora, quibus interior eſt Deus. Cui planè ſententiæ accedit & Eccleſiaſtes ſic inquiens: Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua? Simili modo ad exemplum nominati Socratis, reliquis Hebræorum Sapientibus eos omnino anteferendos judico, qui non tam linguam quam rectæ vitæ inſtitutionem ſuam plebem docuere, inter quos præcipui habentur, quorum nomina hoc in libello, quem פרקי אבות nuncupant: magna cum diligentia & ſtudio recenſentur. Eſt enim magna religio apud Judæos, non ſubticere nomen ejus qui vel boni aliquid dixit, docuit, aut ſcripſit, qua de re vide in ſententiis ultimi capitis hujus codicilli. Horum itaque ſententiæ, apophthegmata aut ſcitè dicta, ne temporis injuria, (ut gens Judaica crebris exiliis ſicut adhuc hodie ſemper divexata fuit) memoria hominum exciderent, & ita prorſus interirent, centeſimo demum anno poſt deſolationem ſecundi templi, in ſcripta redigi cœperunt: ante hoc tempus enim fertur ab Hebræis ea memoriter docta & tradita fuiſſe. Cum itaque amantiſſimi pueri à dulciſſimis genitoribus veſtris meæ diſciplinæ in hoc potiſſimmum traditi eſtis (utinam illorum votis reſpondeam) ut cum reliquis bonis literis ſimul ſanctam linguam idque in pueritia veſtra addiſcatis, nequaquam enim adſtipulor his qui poſt perceptionem omnium artium, diſciplinarum, & ſcientiarum, Hebræas literas idque ætate jam adultiore & provectiore demum deguſtandas ducunt, quaſi ſtudium Hebrææ linguæ non etiam ſuum juſtum tempus requirat, & non tam utile ac neceſſarium ſit in ea mox ab ineunte ætate perinde atque in aliis linguis & artibus imbui, ſed ſic ſentiunt qui unam atque alteram voculam Hebraicam ſcire ſufficere putant, digni profectò quibus nunquam propitia ſit lingua Hebræa: qua de re Chriſto volente, alio in loco copioſius diſſeram. Viſum eſt mihi ad inſtitutum veſtrorum ſtudiorum non parum commodare, ſi ſententias morales veterum Sapientum Hebræorum latinè redditas, & aliquo modo adjectis ſcholiis explicatas, in primis vobis ediſcendas proponerem, è quibus non tantum, quod ad linguam diſcendam, ſed quod ad formandos mores, vitamque rectè inſtituendam attinet, ampliſſima ſuppeditatur materia. A teneris certè annis Hebræa lingua, & in aliis

aliis erudiri, non parum referre arbitror. Unde enim eſt, quod doctiſſimi viri, multi etiam Theologi, & qui non inter minimos haberi volunt, ſanctam linguam tantopere nauſeant & faſtidiunt: quum tamen nulla inter omnes ſit, (abſit invidia dicto) quæ ad rectè intelligendas ſacras literas, ea plus ſubſidii adferat, quam quod in juventute eam non didicerunt. Quum verò in omnibus linguis jucundæ admodum & gratæ ſunt Sapientum breves ſententiæ in lingua Hebræa, eæ, meo judicio, omnium gratiſſimæ eſſe debent, eo quod quæ ex hac lingua proveniunt, ſingularem quandam ſpirare ſanctitatem videntur: quod nimirum ab eo proficiſcitur, quod in ea primum omnium divina oracula, cæleſtiſque illa ſapientia hominibus commendata fuit. Unde & Hebræorum Sapientum ſententiæ, à prophanis in hoc differunt, quod non tantum, quæ ad politicam, ſed & theologicam vitam ſpectant, pulchrè docent: Puta fidem, timorem, crucem, voluntatem Dei, & id genus alia ut ſanè eaſdem eſſe dicas cum Parœmiis Solomonicis. Hinc tam crebra in illis fit mentio divinæ legis, per quam cæleſtem illam Dei ſapientiam & cognitionem intelligunt. Hunc ergo Sententiarum librum à me latinè redditum, quum vobis (chariſſimi filioli) dedicare ſtatuerim, data opera, ferè verbum verbo reddidi: ſic me veſtro captui, moduloque veſtri ingenioli accommodando, quo vim vocum, & idiotiſmos Hebraicos, eò melius & facilius percipiatis. Poſthac verò ſtatui, cum illas, tum alias, non minus lepidas, quas modo propter temporis anguſtiam, & inſtantiam nundinarum, adjicere, quod tamen maximè volebam, non licuit, latiniores reddere, eoque modo, quo fortaſſis latinis auribus multorum gratiores erunt. modo vobis conſulere volui, quare veniam dabunt docti, ſi quæ in illis, quæ ad palatum illorum minus ſapiunt, deprehenderint. In hoc equidem laboro, ut ſelectiſſimas ſententias ex Hebræorum ſcriptis, quæ paſſim diſperſæ jacent, excerptas, & in ordinem digeſtas, candidatis linguæ ſanctæ in lucem proferam. Vos interim his, donec meliora prodeant, ad veſtram utilitatem fœliciter utimini, quod nimirum fiet, ſi tenellos, & adhuc flexiles animos veſtros, ſimulatque mores, ac vitam, ad mentem horum dogmatum, ſummo ſtudio adformaveritis. Quod, ut fiat, largiatur vobis Chriſtus, unica ſalus noſtra, quem, mundis & ſynceris preculis veſtris, eoque efficaciſſimis, ut iſtis meis ceptis, & laboribus hebraicis propitius aſpiret, mecum diligenter ſollicitate, qui etiam teneris pectoribus veſtris ſpiritum ſuum bonum inſtillet, quò in ipſius cognitione & amore, in quo (ipſi ſit laus & gloria) non vulgaria fundamenta, idque fideli opera pientiſſimorum parentum veſtrorum, qui ad hoc vos omnibus modis, ut vix æquè alii, promovent, inde magis atque magis adoleſcatis, ut tandem illis honor, patriæ, illorum inſigni exemplo, decus & ornamentum, reique publicæ Chriſtianæ, portus, & ſummum ſolatium efficiamini. אמן Valete, ISNÆ, Calend. April. Anno poſt natum Chriſtum, M.D. XLI.

LEUSDENI ALLOQUUTIO

AD BENEVOLUM LECTOREM.

H*Abes hic, Benevole Lector, Tractatum Talmudicum ſive Miſnicum* פרקי אבות Capitula Patrum *appellatum propter inſignes ſententias, ſcitè dicta, apophthegmata & alia pia axiomata illorum Patrum, qui dicuntur Legem Oralem inde uſque à Moſe accepiſſe, docuiſſe & propagaſſe. Hic Tractatus, ut & quatuor alii breves, ſcil.* מסכת סופרים Tractatus Scribarum, אבל רבתי Luctus magnus, כלה Sponſa & מסכת דרך ארץ Tractatus viæ terræ *olim apud priſcos in corpore Talmudico non extiterunt, ſed à poſterioribus ſunt adjecti ob præcepta quædam lectu utiliſſima, quæ in iis continentur. Tractatum talem Talmudicum jam edo, ut ſtudioſos meos manuducerem ad ipſum Talmud. Ante aliquot annos præmiſi Jonam illuſtratum per commentaria trium Rabbinorum punctata, per Maſoram magnam & parvam, ut & per varias notas philologicas; ſubjeci deinde Joëlem ſimili modo explicatum, præterquam quod commentaria trium Rabbinorum non ſint punctata. Jam ſtudioſi ipſum Thalmud aggredi poterunt. Elegi præ cæteris hunc Tractatum, tum propter inſignes illas ſententias quæ hic continentur; tum quia in initio origo Legis Oralis deſcribitur, quomodo Moſes eam acceperit, & aliis deinceps tradiderit. Hic Tractatus eſt punctatus, latinitate donatus, & variis notis ſecundum mentem Rabbinorum illuſtratus. Superiori ſeculo doctiſſimus Paulus Fagius eundem Tractatum ſpiſſo libro edidit, variiſque notis illuſtravit; ſed ante dimidium ſeculum omnia exemplaria fuerunt diſtracta. In multis quoad verſionem Latinam Eum ſum ſequutus. Notas Hebraicas, quas Latinè tranſtuli, deſumpſi* 1. *ex Miſna, edita Amſtelodami, cui in margine* פירוש מלות זרות expoſitio vocum peregrinarum *& difficilium additur.* 2. *Ex* כף נחת Kaph nachath (*vola quietis.*) *Eſt liber Miſchnajoth Venetiis editus cum brevi commentario, in quo, præter voces difficiliores etiam ſenſus intricatiores Rabbinicè explicantur.* 3. *Ex libro, cui nomen eſt* נחלת צבי Nachalath Tzebi (*Hæreditas decoris,*) *in quo continentur Commentaria Rabbi Schelemonis Jarchi.* 4. *Denique hunc tractatum illuſtravi aliunde, ex aliis Rabbinis, ex ipſo etiam Fagio, prout in ipſis commentariis videre eſt.*

Capita

פרקי אבות

Capita Patrum.

פרק א משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה הם אמרו שלשה דברים הוו מתונים בדין והעמידו תלמידים הרבה ועשו סיג לתורה:

Caput 1. Moſes accepit legem de Synai, & tradidit eam Jehoſchuæ, Jehoſchua vero ſenioribus, Seniores Prophetis. Prophetæ tradiderunt eam viris ſynagogæ magnæ. Iſti dixerunt tres ſententias, Eſtote moram trahentes in juditio. Et conſtituite diſcipulos multos. Et facite ſepem pro lege.

R. OB. DE BARTENORA.

משה קבל תורה מסיני *Moſes accepit Legem de Sinai*, ego dico, quod cum hic tractatus non innitatur alicui præcepto Legis, ſicut cæteri Miſnæ codices, ſed totus ſit moralis, & ipſi quoque gentium Sapientes compoſuerint libros quibus via ad morales virtutes ſternitur, & quomodo ſe homo cum proximo gerere debeat; idcirco auctor Miſnicus hunc tractatum incepit hiſce verbis, *Moſes recepit Legem e Sinai*, ut iis doceret doctrinam moralem quæ in hoc codice continetur, non a Sapientibus inventam eſſe, ſed e monte Sinai potius derivatam fuiſſe. *E Sinai*, id eſt, ex eo qui in Sinai manifeſtatus fuit. לזקנים *Senioribus*, qui poſt Joſuam longævi fuerunt, ab his præterito deinde tempore Lex oraliter propagata fuit uſque ad prophetas, quorum primi fuerunt Eli ſacerdos, & Samuel Ramatæus.

לאנשי כנסת הגדולה *Viris Synagogæ magnæ*, quæ centum & viginti ſenioribus conſtabat, cujuſmodi erant Zerubabel, Seraja, Mordechai, Bilſan &c. qui fuerunt tempore Ezræ, quando e captivitate Babylonica redierunt in terram Iſraëlis, & inter illos fuit Hagai, Sacharia, Maleachia, Nechonia filius Hachaliæ, & ſocii eorum; & hi vocantur *viri Synagogæ magnæ*, quia priſtino ſtatui coronam reddiderunt; nam Moſes dixit Deum eſſe הגדול הגבור והנורא *Illum ſumme potentem heroëm & reverendum*; venerunt poſtea Jeremias & Daniel, & non dixerunt potentem & reverendum, ſed hi omnia in priſtinum ſtatum redegerunt, eo quod dixerunt הן גבורתיו הן נוראותיו *Ecce potentiæ ejus, ecce reverentia ejus*, nam ſi ita non fuiſſet, quomodo tantus populus, qualis fuit Iſraëliticus, conſiſteret coram tot tantiſque mundi nationibus. אמרו שלשה דברים *Illi dixerunt tres res*, multa quidem dixerunt, ſed hæc tria potiſſimum dixerunt, quia in illis poſita eſt conſervatio Legis. הוי מתונים בדין *Eſtote moram nectentes in judicio*, ut ſi caſus aliquis juridicus ad te deferatur ſemel, bis, aut ter, ne dicas, hic caſus jam bis vel ter ad me delatus eſt, ſed prius diu mediteris quam ſententiam feras. והעמידו תלמידים הרבה *Et conſtituite diſcipulos multos*, excipitur Rabban Gamliel qui dixit, quicunque diſcipulus qui intus aliter ſe habet quam extra, is ne ingrediatur Scholam; ideo nos docet auctor quod olim unumquemque docebant Legem ſine diſcrimine, dummodo non conſtabat opera alicujus mala eſſe. Vel etiam nos vult docere auctor quod ſi quis in juventute ſua diſcipulos fecerit, etiam in juventute ſua id faciat; uti ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 11. 6. ועשו סיג לתורה *Et fecerunt ſepem pro Lege*, ne quis tranſgrediatur id quod prohibet Lex, ſicuti voluntarius de Secundariis propter inceſtum vetitis, & de conſtitutionibus Sabbaticis, uti ſcriptum eſt Levit. 18 30. ושמרתם את משמרתי id eſt cuſtodiam facite pro cuſtodia mea, ſive Lege mea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in præfatione noſtra in hunc tractatum, quomodo ſe habeat Traditionis forma; ideo hic meus eſt ſcopus ut ſanctorum virorum verba exponam, eorumque documenta, & doctrinam, ut aſſequamur ex iis virtutes quaſdam morales in maximam utilitatem noſtram; hic tantum reſtat ut vitiorum mentionem faciam quorum ingens eſt damnum, in cæteris autem exponam verba, caſibus quibuſdam exceptis, nam ſenſus hujus tractatus eſt ſatis clarus.

הוו מתונים בדין *Eſtote moram trahentes in judicio*, ut diu examinent & judicent antequam ſententiam pronuncient, quia interdum nonnulla detegi poſſunt quæ in principio non apparebant. ועשו סיג לתורה *Et facite ſepem pro Lege*, id eſt, facite decreta atque juriſconſulta quibus homo a peccatis abſtrahitur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 18. 30. ושמרתם את משמרתי Quæ verba expoſuerunt, cuſtodiæ meæ facite cuſtodiam.

LEUSDENUS. תורה *Lex*. Hæc ex ſententia Judæorum eſt duplex, ſcilicet תורה שבכתב *Lex quæ in ſcripto eſt*, & תורה שבעל פה *Lex quæ in ore eſt*. Per Legem ſcriptam intelligunt quinque libros Moſis, ſive leges illas, quæ in illis libris continentur. Judæi ſolent ex Pentateucho ſexcenta & tredecim præcepta elicere, ſcil. 248. Affirmativa, & 365. Negativa. Vide rationes, quare Judæi præciſe tot præcepta dicant contineri in Pentateucho, poſt Philologum Hebræum, ubi omnia præcepta Hebraicè & Latinè poſt invicem ordine enumerantur, unà cum Textibus Biblicis, ex quibus illa præcepta eliciuntur. Judæi, qui vulgo Karræi vocantur, quorum magna copia eſt in Ruſſia, Polonia & alibi, tantum vitam ſuam ſecundum Legem à Moſe ſcriptam inſtituunt, & propterea illi aliis Judæis in Belgio, in Germania, & alibi habitantibus valdè exoſi ſunt. Judæi per Legem, quæ in ore eſt, intelligunt *Legem Oralem*, quam Moſes à Deo, quum in monte Sinai per 40. dies detineretur, accepiſſe dicitur: eam Moſes non deſcripſit, ſed tradidit Jehoſchuæ, is ſeptuaginta Senioribus, hi Prophetis prioribus, Prophetæ priores poſterioribus, inter quos Zacharias, Haggæus & Malachias dicuntur fuiſſe; ipſi tradiderunt eam Viris Synagogæ magnæ. Ab his præſtantiſſimis Rabbinis lex oralis ſucceſſive quaſi per os tradita eſt: ſed ea propter exilia & calamitates oraliter amplius vix conſervari potuit: ideo Rabbi Jehuda hakkadoſch, (qui floruit ſub imperatore Antonino Anno Chriſti 150.) videns ſapientiam Judæorum imminui, & legem oralem obli-

FAGIUS. Per legem hic Hebræi non ſcriptam legem, ſed ſpiritualem illam, ſive myſticam, hoc eſt, ſenſum ſive explanationem legis intelligunt. Tenet enim Judæorum opinio, Moſen duplicem legem à domino in monte Synai accepiſſe. Alteram quam תורה בכתב id eſt, legem quæ in ſcripto eſt ſive ſcripto traditam vocant, Alteram quam תורה שבעל פה id eſt, legem quæ in ore eſt, ſive ore traditam nominant, Atque hanc poſtremam ſuccedaneo quodam ordine per Moſen ad poſteros derivatam affirmant, ſic, ut eam primus omnium Jehoſchua à Moſe acceperit quam poſtea ſenioribus, illi deinceps Prophetis prioribus, Prophetæ priores poſtremis, inter quos omnium noviſſimi fuere Zacharias, Haggæus, & Malachias, hi tradiderunt viris Synagogæ magnæ, qui ſcilicet fuerunt, Ezra cum ſuo ſodalitio, qui ut Hebræi loquuntur, החזירו עטרה ליושנה id eſt, reſtituerunt legem priſtino nitori, ab illis acceperunt ſubſequentes ſapientes, ſuccedentibus generationibus, atque illam legis geminam expoſitionem, quam hodie adhuc apud ſapientes ſuos inveniri gloriantur Judæi & alio nomine Cabalam nominant. Eſtote moram trahentes in judicio &c. Monent non eſſe præcipitandam ſententiam in juditio, ſed omnia diligenter diſcutienda eſſe donec veritas eluceſcat & nemini fiat injuria. Multos item alendos diſcipulos qui divinæ legi operam navent, ne verus Dei cultus & pietas inter mortales concidat. Per ſepem legi faciendam intelligunt traditiones, quibus (ajunt) arceri homines à prævaricatione legis divinæ. Exempli gratia, Ve-

oblivioni tradi, cogitavit ſeriò de Lege orali conſervandâ. Collegit propterea omnium Judæorum ſui temporis ſchedas & chartas, quas quiſque memoriæ cauſa ſibi notaverat, & ex iis confecit ספר משנית *Sepher Miſchnajoth*, librum traditionum. Plura de Lege Orali vide in libro *Buxt. de Abbrev.* & in *Philolog. Mixto*, ubi origo Miſnæ clare deſcribitur, ubique ſimul probatur non dari talem legem Oralem. Hoc loco textus Miſchnicus per תורה *Legem* intelligit non ſcriptam legem ſed oralem.

Vetitum olim fuit populo Iſraëlitico ne fœdus inirent cum gentibus, jam ne ad legis hujus prævaricationem venirent, ſtatuerunt illorum Rabbini ne vinum quidem bibendum eſſe cum ethnicis, atque ihuſmodi conſtitutiunculis ſuis patrocinium quærunt ex iſto loco Levit. 18. Et cuſtodite cuſtodiam meam.

לזקנים *Senioribus*. Gloſſa marginalis explicat quales hi ſeniores fuerint: אינם שביםי משה אלא אותם שכהוב בהם אשר האריכו ימים אחרי יהושע והם השופטים *Non fuerunt illi qui in diebus Moſis* vixerunt; *ſed illi de quibus ſcribitur, qui prolongârunt dies poſt Jehoſchuam* Judic. 2. 7) *illi fuerunt Judices*, &c. Ut hoc obiter moneam, per *Gloſſam Marginalem* intelligo notas marginales, quæ inveniuntur ad latus textus Miſchnici in editione Amſtelodamenſi, vel præcipuè in editione Veneta Miſnæ, quæ vulgo vocatur כף נחת Kaph nachat, *vola quietis*. Hic liber continet, præter textum Miſchnicum, commentarium vocum & rerum, quo voces & res difficiliores ex Salomone Jarchi & Maimonide claré explicantur & illuſtrantur.

לאנשי כנסת הגדולה *Viris Synagogæ magnæ*. Poſt ſolutam captivitatem Babylonicam (ſexto ferè ſeculo ante nativitatem Chriſti) Eſras congregavit magnum Concilium conſtans centum & viginti viris, qui, ut Hebræi loquuntur, החזירו עטרה ליושנה *reſtituerunt Legem priſtino nitori*. Hi omnia, quæ ad Eccleſiam & Politiam Judaicam reſtituendam erant neceſſaria, effecerunt. *Vide Philol. Hebr. differt.* 9. Gloſſa ad hæc verba ait אנשי כנסת הגדולה זרובבל נחמיה שריה רעליה ומרדכי שהיו בימי עזרא Viri Synagogæ magnæ fuerunt *Zerobabel*, *Nehemias*, *Seraja*, *Raalja*, *& Mardochæus*, *qui fuerunt in diebus Eſræ*: ſed illi fuerunt membra illius Concilii. Nonnulli illis annumerant Haggæum, Zachariam & Malachiam Prophetas. Viri in hoc Concilio, cujus Eſras erat præſes, dicuntur Legem Oralem à Prophetis accepiſſe.

הם אמרו *Iſti dixerunt*, (ſive conſtituerunt.) Verbum אמר in Talmude varias habet ſignificationes. 1. Cum ad canticum refertur, ſignificat, *canere*, *cantare*: Erachim *cap.* 2. לאו היו אומרים בנבל *Non ſunt modulati nablio.* 2. *Objicere*, Joma cap. 1. §. 1. אמרו לו אם כן אין לדבר סוף *Dixerunt* (vel objecerunt) *ei*, *ſi ſic*, *non erit rei finis.* 3. *Reſpondere.* 4. *Conſtituere*, *decernere*, *legem ferre*, ut in hoc loco. *Vide Sheringhamium Joma pag.* 7.

הוו מתונים בדין *Eſtote tardi in judicio*. Fagius transfert, *eſtote moram trahentes in judicio*, h. e. Judicia ne fiant citò, ſed omnia prius diligenter diſcutiantur donec veritas eluceſcat; nam, ut Publius ait, ad pœnitendum properat, qui citò judicat. מתון eſt *tardus*, *lentus*, à מתן *Exſpectare*, *morari*, *tardare*. Fagius olim ante ſeculum, ni fallor, hunc tractatum tranſtulit, & egregio Commentario illuſtravit, qui me multum in hoc opere juvat.

והעמידו תלמידים הרבה *Et Conſtituite diſcipulos* (ſive diſcentes) *multos*, h. e. Cura ut ſint multi qui Legem diſcant, ſive qui ſtudio ſapientiæ incumbant, ne verus Dei cultus & pietas inter mortales concidat.

עשו סייג לתורה *Facite ſepem Legi.* Maſora ſæpiuſculè vocatur *ſepes Legis*; quia ea Legem a corruptione ſartam tectam diu ſervavit, ſed hoc in loco *ſepes* denotat *Conſtitutiones Sapientum*, per quarum obſervationem homines arcentur à tranſgreſſione legis divinæ: ex. gr. Sabbathum, ex ſententia Judæorum, incipit die Veneris hora ſexta; ſed Rabbini conſtituerunt Sabbathum paulo citius eſſe inchoandum, ne homines, uſque ad præciſum tempus Sabbathi exſpectantes, opus aliquod ipſo Sabbatho efficerent. Similiter prohibitum eſt Iſraëlitis ne fœdus inirent cum gentilibus: ſed ne legem hanc transgrederentur, ſtatuerunt Rabbini ne quidem vinum bibendum eſſe cum iis. Gloſſa hanc *ſepem* vocat שמרת למשמרת *cuſtodiam ſuper cuſtodiam*, ne ipſam legem transgrederentur.

ב שמעון הצדיק היה משירי אנשי כנסת הגדולה הוא היה אומר על שלשה דברים העולם עומד על התורה ועל העבודה ועל גמילות חסדים :

2. Simeon juſtus, fuit de reliquiis Synagogæ magnæ, is dixit, ſuper tres res mundus conſiſtit, ſuper legem, ſuper cultum, & ſuper retributionem beneficiorum.

R. OB. DE BARTENORA.

משירי *De Reliquiis*, non poſtquam hi omnes mortui fuerunt. Traditio apud illum remanſit, atque is poſt Ezram pontifex maximus fuit. הוא היה אומר *Ille dicebat*, id eſt, ſic ſemper dicere ſolebat, & ita ubique in hoc tractatu dicitur, *ille dicebat*, ſenſus eſt, quod is ita ſemper dicere ſolebat. העולם עומד *Mundus conſiſtit*, creatus fuit propter has tres res. על התורה *Super Lege*, nam ſi Legem non recepiſſet Iſraël, nec cœlum nec terra creata fuiſſent, ſicuti ſcriptum eſt Pſal. 33. 25. Secundam rem ponit auctor עבודה *Cultum*, puta cultum ſacrificiorum, ſicut in Gemara dicitur ad tractatum Taanit, ni fuiſſent ſtationes, non creati fuiſſent cœli nec terra. Invenimus etiam quod propter ſacrificia a Noacho oblata Deus juravit ſe diluvium denuo in mundum non miſſurum; liquet inde quod mundus ſuper ſacrificiis ſit fundatus. ועל גמילות חסדים *Et ſuper retributionem beneficiorum*, ubi ſcriptum Pſal. 89. 3. & per hoc beneficium intelligitur lætificatio ſponſorum, conſolatio lugentium, viſitatio ægrotorum, ſepultura mortuorum, & id genus alia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor, quod a Sapientia, quæ eſt Lex, & a virtutibus moralibus, quæ ſunt caritas, & ab obſervantia præceptorum qua denotantur ſacrificia, dependet conſervatio mundi, ejuſque exiſtentia, modo quodam perfectiſſimo.

LEUSDENUS. שמעון הצדיק *Schimeon juſtus*.) Hic vixit Alexandri ævo, cui Hieroſolymam vallare volenti, obviam ſacerdotali toga indutus ivit, cumque ad clementiam erga urbem movit. Hic Schimeon fuit ultimus ex Viris Synagogæ magnæ: dicitur enim fuiſſe משירי *de reliquiis* Synagogæ magnæ. Hunc Galatinus perperam confundit cum eo Schimeone, qui Chriſtum ulnis ſuis amplexus eſt: nam aliquot ſecula inter utrumque interceſſerunt. Gloſſa addit quod כהן גדול היה *Sacerdos magnus fuerit*.

על התורה וכו *Super legem*, *ſuper cultum*, *& ſuper retributionem beneficiorum.* Per legem hic intelligitur ſtudium & cognitio legis; per cultum religio, ſive ritus ſacrificiorum olim uſitatorum, vel orationes quas hodiè loco ſacrificiorum

FAGIUS. Per legem hic intellige ſtudium & cognitionem legis, per cultum ſacrificiorum ritus, ut ea olim in uſu erant, vel orationes quas hodie loco ſacrificiorum acceptari credit Judæorum vulgus, per retributionem beneficiorum, ſtudium quo ſe homines mutuis beneficiis afficere certant. Et גמילות חסדים à צדקה id eſt, juſtitia ſic diſtinguunt. Zedaka (inquiunt) fit pauperi. Gemilath Haſadim etiam diviti fieri poteſt. Zedaka fit, cum pecuniam, veſtes, aut tale quid in pauperem confers: Gemilath Haſadim cum corpore ſervis, ubi deeſt res, Zedaka fit viventi, Gemilath Haſadim mortuo. Eſt autem ſenſus hujus gnomæ, Mundum fœliciter habere & omnia ſecura, tranquilla, & pacifica eſſe, ubi ſcilicet legis ſtudium & cognitio viget,

rum Deo offerunt; per *retributionem beneficiorum* intelligitur ſtudium, quo ſe homines mutuis beneficiis afficere ſtudent. Fagius ex Hebræis collegit aliquot differentias inter צדקה *eleemoſynam*, & גמילות חסדים *retributionem beneficiorum*. 1. Illa fit pauperi, hæc etiam diviti fieri poteſt, & majoris fit priori: ſic enim ait gloſſa, שנוהג בין בעשירים בין בעניים וגדול מן הצדקה. 2. Illa fit, cum pecuniam, veſtes aut tale quid in pauperem confers, hæc quum corpore ſervis, ubi deeſt res. 3. Illa fit viventi, hæc mortuo. Super hæc tria העולם עומד *mundus ſtat*, h. e. Mundus erit fœlix, & omnia ſecura ac pacifica erunt, ubi Legis ſtudium viget, ubi cultus Dei verus eſt in flore, & ubi charitas locum habet apud homines.

ג אנטיגנוס איש סוכו קבל משמעון הצדיק הוא היה אומר אל תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס אלא הוו כעבדים המשמשין את הרב על מנת שלא לקבל פרס ויהי מורא שמים עליכם :

3. Antignus vir Sochæus accepit à Simeone juſto, is dicebat. Ne ſitis tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro ea conditione ut recipiant mercedem. Sed eſtote tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro, non ea conditione ut recipiant mercedem, ſitque timor Dei ſuper vos.

R. OB. DE BARTENORA.

פרס Notat præmium quod in alium quis confert pro arbitrio ſuo, ſine ulla obligatione, ut, ſi quis parvulo ſuo, uxori, vel ſervo aliquid ex particulari benevolentia volens donet pro ſingulari quodam ſervitio; ſed nemo hominum tale præmium a Deo expectare debet, quantumvis in quodam caſu Deum glorificaverit; ſed omnia ex amore.

ויהי מורא שמים עליכם *Sitque timor Dei ſuper vos*, etſi Deo ex amore ſervias, tamen ei quoque ex timore ſervias; nam ſi quis ex amore ſerviat, diligentiam adhibet in præceptis affirmativis, ſi ex timore, in præceptis negativis diligens eſt, atque hoc modo Deus perfectiſſime colitur. Et hoc Sapientes docuerunt, dicendo, ſervito ex amore, & ex timore; ex amore, ut, ſi in odium aliorum incideris, cogites quod amas, ſed amator non odio habet; ex timore, ut, ſi recalcitres aliquando, cogites quod times, at Deum timens non recalcitrat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרס Vocatur beneficium quod quis in alium gratis confert, ut, ſi quis dixerit ſervo ſuo, vel parvulo, vel uxori ſuæ, præſta mihi hoc, & tum dabo tibi unum atque alterum denarium. Differentia vero inter פרס & שכר *Mercedem*, hæc eſt, quod שכר datur ex debito, פרס vero ex gratia. Dicit autem pius iſte Antigonus, Deo non ſerviendum eſſe ea conditione ut mercedem & remunerationem accipiant ab ipſo; ſed inſtar ſervorum qui obligati ſunt ſervire Dominis ſuis ſine remuneratione; id eſt, ex mero amore, quemadmodum exponitur capite decimo codicis Sanhedrin. Nihilominus tamen non excluditur timor ſive reverentia, ideo addit, *ſitque timor Dei ſuper vos*. Nam Lex timorem Dei inculcat Deut. 6. 13. Ad hæc Sapientes dixerunt, ſervite ex amore & ex timore. Et porro dixerunt, is qui amat non obliviſcetur quicquam de eo quod ipſi præceptum eſt ut faciat; neque is qui timet quicquam faciet de eo quod ipſi vetitum eſt; quia timor primarium locum habet in præceptis negativis, & multo magis in præceptis verbotenus traditis. Huic vero Antigono duo olim erant diſcipuli, unus nomine Zadoc, alter Baitos, qui, cum hoc dictum ab ipſo audiviſſent, exierunt, & unus alteri dixit, magiſter clare dixit, quod homini nec præmium, nec pœna, nec ulla ſpes reliqua ſit poſt hanc vitam, nam ſententiam illius male intellexerant; unus autem in perverſo hocce conceptu confirmaverat alterum, & e gremio Iſraëlis exierant relinquendo Legem, & quiſque ſuam nactus eſt ſectam, quæ Sadducæos & Baitoſæos peperit. Et quemadmodum iſtis non integrum erat aliquam fovere congregationem, quia notum erat hancce depravatam fidem diſſipare congregatos; & idcirco multo minus hoc permiſſum erat eorum ſequacibus. Hinc factum eſt ut aliquam rem crediderint quam coram populo negare non poterant, nam ſi eam pronunciaſſent, verbum Legis eos occidiſſet. Dixit ergo unus alteri in congregatione ſua, quod Legem Moſis credebat, ſed Traditioni contradicebat, quod ea falſa eſſet; & hoc, ut ſe ab obſervatione præceptorum, acceptorum decretorum, ac inſtitutorum liberarent, nam ſi expoſitio eorum arbitrio commiſſa fuiſſet, quiſque pro lubitu aggravare & allevare potuiſſet, quoniam fundamentum horum non credebant, ſed ea tantum quæ hominibus accepta erant, quærebant. poſtea inde orti ſunt maledicti iſti ſectarii qui vocantur Caraim, & inter Sapientes noſtros vocantur Sadducæi & Baitoſæi; & hi fuerunt ei qui Traditioni oblocuti ſunt, & ſacram ſcripturam expoſuerunt juxta propriam eorum mentem, rejecta prorſus Sapientum doctrina, contra id quod ſcriptum eſt Deut. 17. 11.

LEUSDENUS. אנטיגנוס איש סוכו *Antigonus vir Socho.* Hic varios habuit diſcipulos, & inter cæteros Sadochum hæreſiarcham, qui cum verba præceptoris ſui malè intelligeret, talem ex hâc Antigoni regulâ fecit conſequentiam; ſi Deo non debeamus ſervire ullo mercedis intuitu, aut ſpe retributionis alicujus; ergo nulla poſt hanc vitam dabitur mortuorum reſurrectio. Hæc perverſa verborum Antigoni explicatio fuit cauſa ſectæ Sadducæorum, quæ à Sadoko, tanquam primo ejus Authore nomen accepit. *Vide in Philol. Mixto diſſert.* 19. Hæc regula docet ſerviendum eſſe Deo non lucri & mercedis cauſâ, ſed ex amore & timore.

FAGIUS. Manifeſta eſt hæc ſententia quid ſibi velit, & convenit plane cum doctrina Chriſtiana & apoſtolorum; Nempe ſerviendum eſſe deo, non mercedis gratia, ſed ex amore & timore, id quod ſapientes hebræorum ſic enunciant עבוד מאהבה עבוד מיראה id eſt, Cole (deum) ex amore & cole ex timore. Amorem autem vocant, ſi non negligas quod ille fieri præcepit, Timorem cum vitas quod prohibuit. Amorem ergo illum in nobis merito excitet recordatio conditionis noſtræ, quod ab illo ſolo habemus quod ſumus, vivimus, & movemur. Timorem, quod eſt juſtiſſimus judex, vindex omnis iniquitatis & injuſtitiæ.

פרס *Merces, donum, munus, præmium.* Gloſſa ait לשון ערך *ſignificare æſtimationem*, à פרס *æſtimare*, hebraicè הערך: nam *Levit.* 27: 12. pro והעריך אותו *Et æſtimabit illud*, habet Targum ויפרוס כהנא יתה *Et æſtimabit ſacerdos illud.*

מורא שמים *Timor Dei.* Deus vocatur *cœlum*, quia cœlum eſt ejus ſedes, ibique majeſtatem ſuam oſtendit. Hinc Chriſtus *Matth.* 21. 25. de Johannis Baptiſmo interrogans; Utrum ex cœlo eſſet, an vero ex hominibus: per cœlum intellexit Deum.

ד יוסי בן יועזר איש צרדה ויוסי בן יוחנן איש ירושלים קבלו ממנו יוסי בן יועזר אומר יהי ביתך

4. Joſe filius Joëzer vir Zeredah, & Joſe filius Jochanan vir Hieroſolymitanus acceperunt ab eo. Joſe filius Joëzer dixit, Sit domus tua domus conciliabuli pro ſapientibus, & eſto pulveriſans te in

בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא את דבריהם :

pulvere pedum eorum, atque bibe cum ſiti verba eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

יוסי בן יועזר איש צרידה וכו׳ *Joſe filius Joëzer vir Zereda &c.* omnium doctorum in hoc capite ſingulis paribus memoratorum primus fuit princeps Senatus, alter vero pater Senatus. יהי ביתך בית ועד לחכמים *Sit domus tua domus conciliabuli Sapientum*, quando Sapientes in domo tua congregari velint ad ſtudium Legis excolendum ſit ea ad hoc parata, ut dicere poſſint doctores, nos conveniemus in hac & illa domo; nam non dubium eſt quin ſemper aliquid ex iis addiſcas; perinde ac ſi quis tentorium aromatarii ingreſſus ſit, ex quo non egreditur quin ſemper aliquid gratio doris ſecum ferat, etſi nihil emerit. והוי מתאבק בעפר רגליהם *Et eſto pulveriſans te in pulvere pedum eorum*, vult dicere, quod iis adeſſe & comitare debemus, is enim qui incedit in via, pedibus ſuis pulverem excitat, & qui ipſum ſequitur, excipit ipſius pulverem. Aliter, ſedendum eſt ad Sapientum pedes in terra, magiſtri enim in ſcamnis ſedere ſolebant, & diſcipuli ad pedes eorum in terra. והוי שותה בצמא את דבריהם *Et bibe cum ſiti verba eorum*, quemadmodum homo ſiticuloſus cum deliciis bibit, & non ut homo ſaturatus, qui cibum faſtidit, & res quantumvis delicatas renuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יהי ביתך בית ועד לחכמים *Sit domus tua domus conciliabuli Sapientum*, ſenſus eſt quod unicuique pro opibus ſuis incumbit domum ſuam ita parare ut in ea Sapientes & viri docti congregari poſſint, uſque adeo ut ſi Sapiens alterum roget, ubi conveniemus? reſpondere poſſit, nos conveniemus in domicilio hujus vel illius.

LEUSDENUS. קבלו ממנו *acceperunt ab eo.* Gloſſa addit מאנטיגנוס *ab Antigono*, ſcil. acceperunt hæc ſequentia.

בית ועד *domus conventus.* Ut ſunt Schola, Synagoga, Eccleſia, &c. à Radice יעד *condixit*, *conſtituit locum vel tempus certæ rei peragendæ.* Gloſſa addit ללמד שם *ad docendum ibi.*

והוי מתאבק *Et eſto pulveriſans te.* Pulveriſari ad pedes ſapientum eſt hebraiſmus, & denotat ad illorum pedes ſedere, & diſcipulum agere. Nam diſcipuli olim ſedebant ad pedes docentium. Hinc Apoſtolus dicit *Actor.* 22. 3. ſe ad pedes Gamalielis educatum eſſe, h.e. diſcipulum fuiſſe. Similiter Maria *Luc.* 10. 39. Chriſto ad pedes aſſidens audivit ſermonem ejus.

FAGIUS. Pulveriſari ad pedes ſapientum hebraiſmus eſt, pro eo quod eſt ſedere ad illorum pedes, diſcipulum agere, ac diligenter ipſorum dogmata auſcultare. Olim enim ad pedes docentium conſidebant diſcipuli, unde & Divus apoſtolus in actis dicit ſe educatum ad pedes Gamalielis & accurate inſtitutum fuiſſe in patria lege. Et Lucæ 10 cap. Maria Chriſto ad pedes aſſidens audiebat ſermonem ejus. Monet autem hæc ſententia commertium & crebram vitæ conſuetudinem habendam eſſe cum ſapientibus, in domum recipiendos & invitandos, non potatores, heluones, & aleatores, ſed homines doctos, pios, & ſapientes, quorum colloquio & converſatione melior & doctior evadas, nunquam non audiens quod eruditionem augeat, vitam inſtituat, mores emendet.

ה יוסי בן יוחנן איש ירושלים אומר יהי ביתך פתוח לרוחה ויהיו עניים בני ביתך ואל תרבה שיחה עם האשה באשתו אמרו קל וחומר באשת חברו מכאן אמרו חכמים כל זמן שאדם מרבה שיחה עם האשה גורם רעה לעצמו ובוטל מדברי תורה וסופו יורד לגיהנם :

5. Joſe filius Jochanan vir Hieroſolymitanus dixit, Eſto domus tua aperta verſus plateam, ſintque pauperes filii domus tuæ. Neque multiplices colloquium cum muliere: cum ſua uxore dixerunt, quanto minus cum uxore proximi ſui. Hinc eſt quod dixerunt ſapientes, omni tempore quo homo multiplicat colloquium cum muliere, accerſit malum ſibimetipſi, & impeditur à ſtudio legis, tandemque deſcendit in Gehennam.

R. OB. DE BARTENORA.

יהי ביתך פתוח לרוחה *Eſto domus tua aperta verſus plateam*, uti fuit domicilium Abrahami, quod verſus quatuor mundi partes apertum fuit, ne peregrinantes cogerentur aperire portam. ויהיו עניים בני ביתך *Et pauperes ſint filii domus tuæ*, ne emat ſervos in miniſterium ipſius, nam eſt convenientius ut ſemen Iſraëliticum capiat commodum ex ipſo, & non Cananæi.

באשתו אמרו *Cum ſua uxore dixerunt*, quia dicitur, *cum iſta uxore*, & non, cum uxore, colligimus inde quod de propria uxore, & non de aliena ſermo eſt. Nonnemo putat hoc de uxore ſua menſtruoſa intelligendum eſſe, ne ope concubitus impuri incidat in peccatum; & e Miſnæ verbis conſtat, quod ſermo de uxore pura intelligendus ſit; ita dixerunt Sapientes, *dic homini quomodo ſermonem ſuum inſtituet*, ſermo etenim levis qui factus eſt inter maritum & uxorem ſuam, ei in judicio aliquando proponetur, niſi neceſſitas poſtulaverit ut uxore perſuadeat propter præceptum.

מכאן אמרו חכמים *Hinc eſt quod dixerunt Sapientes*, Rabbi Jehuda vir ille ſanctus & Miſnæ auctor, hæc conſcripſit ex hujus Sapientis verbis, qui dixit, ne multiplices colloquium cum uxore, collegerunt Sapientes dicendum eſſe, *quando quis cum uxore ſua multum loquitur, hoc ei nocet.* Ego alicubi ſcriptum inveni, quod ſi quis uxori narraverit caſus ſuos, dicendo, hoc & illud mihi contigit cum illo, illa inſtigabit ipſum ad rixas, ſicuti evenit in Corach, qui uxori ſuæ narraverat quæ Moſes peregiſſet, quum Levitas agitaſſet ut Domino

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יהי ביתך פתוח לרוחה *Eſto domus tua aperta verſus plateam*, id eſt, ut ſemper quis portam habeat apertam in uſum peregrinorum, ita ut quiſquis domum ipſius tranſiens, fame aut ſiti compulſus, ad ipſum quam primum divertere poſſit.

ויהיו עניים בני ביתך *Et pauperes ſint filii domus tuæ*, miniſtri ſint indigentes, nam hoc magis convenit quam emere ſervos; Sapientes enim rem turpem ſtatuebant ſi quis ſibi comparabat ſervos, ſed laudabant eos qui ſervos & miniſtros ſuos modice alebant, ne ſuperbirent & ſervitium detrectarent.

באשתו אמרו *Cum ſua uxore dixerunt*, notum eſt quod fœminarum converſatio ut plurimum fit de rebus impudicis, ideo evitandam eſſe docet converſationem earum. רעה לעצמו *Malum eſt pro ſeipſo*, quia e colloquiis mulierum viri acquirunt carnales concupiſcentias quæ animæ nocent.

ובוטל מדברי תורה *Et impeditur a ſtudio Legis*, ſatis notum eſt quod aliis occupationibus terit tempus. וסופו יורד לגיהנם *Tandemque deſcendit in Gehennam*, propter peccatum quod hanc converſationem effecit, & gravi pœna multabitur.

mino ſervirent, unde illa ad rixas ipſum commovit. Vel etiam, ſi uxori narret quod nonnulli amici ipſum vituperarunt, tum illa eoſdem omni odio proſequetur; quod marito moleſtum eſt. *Et impeditur a ſtudio Legis*, ſequetur otia & Legi non dabit operam.

LEUSDENUS. ויהיו עניים בני ביתך *Et ſint pauperes filii domus tuæ*, h.e. ſint pauperes domi tuæ tam frequentes, ac ſi domeſtici tui eſſent; vel במקום עבדים *loco ſervorum* (uti gloſſa addit) pauperes potiùs quam ſervos ære comparatos ad res domeſticas procurandas eſſe adhibendos.

קל וחומר *leve & grave.* His vocibus utuntur Hebræi quando argumentantur à minori ad majus, vel à majori ad minus, quod ex ſubjectâ materiâ facilè colligi poteſt.

באשת חבירו *Cum uxore proximi ſui.* Gloſſa addit מפני החשד *propter ſuſpicionem* non eſſe multum confabulandum cum uxore proximi; præterea urit videndo fœmina (ut poëta inquit) & blanditiæ earum (ut Plautus dicit) ſunt merus viſcus. Præterea Gloſſa interdicit frequentia colloquia cum propriâ uxore: nam ſi ſit impura, facilè maritus eam cognoſcere poſſet; ſi vero ſit pura, impedimento erit quo minus maritus legis ſtudio operam det.

FAGIUS. Tria hic commonentur. Primum commendatur hoſpitalitas in quoſvis exercenda, maxime tamen in peregrinos: Cui virtuti olim egregie ſtudebant Patriarchæ, unde & ob id non ſine laudis commemoratione nobis in divinis literis imitandi proponuntur, inprimis Abraham, ut habet epiſtola ad hebræos cap. 13. Alterum ſi omnino opus tibi ſit pro regenda domo, & procurandis rebus domeſticis famulitio, pauperes potius quam ſervos ære comparatos, in hunc uſum adhibendos eſſe. Raro vel nunquam confabulandum eſſe cum mulieribus, ad reprimendam libidinem quæ converſatione & colloquio mulierum accenditur & inflammatur: urit enim videndo fœmina (ut poëta inquit), & blanditiæ illorum, ut Plautus dicit, ſunt merus viſcus.

ו יהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי קבלו מהם יהושע בן פרחיה אומר עשה לך רב וקנה לך חבר והוי דן את כל האדם לכף זכות :

6. Jehoſchua filius Perachiæ, & Nithæus Arbelites acceperunt ab illis, filius Perachiæ dicebat, Fac tibi præceptorem, & acquire tibi ſodalem, eſtoque judicans omnem hominem ad lancem innocentiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

עשה לך רב *Fac tibi magiſtrum*, Maimonides exponit, etſi non dignus ſit ut magiſter tuus ſit, tamen ipſum in magiſtrum tuum adhibeas, & ne ex te ipſo diſcas; ego vero audivi ſenſum eſſe, aſſiduum magiſtrum eligendum eſſe, ne quis hodie ex hoc, cras ex illo addiſcat. Quamvis enim in Gemara ad titulum Avoda Zara dicatur, non eſſe ſignum benedictionis ſiquis Legem addiſcat a magiſtro uno; nam jam expoſitum eſt hoc intelligendum eſſe in colloquio particulari, quia convenit ut variorum quoque ſententiam audiamus; ſed in Gemaricis præſtat uno magiſtro uti, ne ſtylus diſcendi corrumpatur.

וקנה לך חבר *Et acquire tibi Sodalem*, licet cum multa pecunia acquirere debeas; ſed de magiſtro dici nequit, acquire tibi magiſtrum, quia magiſter gratis docere debet.

והוי דן את כל אדם לכף זכות *Et eſto judicans omnem hominem ad lancem innocentiæ*, quando quis conſtitutus eſt in æquilibrio ut in neutram partem inclinet, ita ut nobis ex operibus ipſius non conſtet an juſtus, an vero injuſtus ſit, ſi aliquid fecerit quod in bonum & in malum interpretari poſſumus, conditio ſanctitatis poſtulat ut illum judicemus ad lancem innocentiæ; ſed eum qui in ſuſpicione mali verſatur, licet judicare ad lancem condemnationis; nam non dixerunt niſi de eo qui male ſuſpicatur de bonis, quod in corpore ſuo caſtigabitur, ſequitur inde eum qui de malis male ſuſpicatur, non caſtigatum iri in corpore ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עשה לך רב *Fac tibi magiſtrum*, etſi non idoneus ſit in magiſtrum tuum, tamen eum tibi in magiſtrum aſſumes donec ipſum pro magiſtro tuo conſideraveris, & hoc modo tibi rerum ſcientiam comparabis, quia homo aliter ex alio quam ex ſe ipſo addiſcit, nam ex ſe ipſo quidem addiſcere poteſt, ſed quod ab alio didicerit, id melius conſervat & clarius ſibi eſt, licet id didicerit ab eo qui ipſo in ſcientia minor eſt.

וקנה לך חבר *Et acquire tibi Sodalem*, dicit קנה *Acquire*, & non, fac tibi, vel junge te cum alio; ſcopus eſt, neceſſarium eſſe amicum ut ope illius actiones ipſius rite fiant, & opera ipſius bene procedant, uti proverbio dicitur, aut amicus, aut mors. Si vero non invenerit Sodalem, neceſſe eſt ut ipſum toto corde quærat, etſi amore ipſum commovere ad ſe debeat donec ipſi fiat amabilis & amicitia quadam confirmatus, & tum demum doctrinam illius ſequetur, quemadmodum Sapientes de doctrina dixerunt, quando amas ne amato ſuper conſuetudinem tuam, ſed ama ſuper conſuetudinem ſodalis tui, ſi igitur unuſquiſque ſodalis contentus ſit in hoc præcepto, unus ſemper alterius voluntatem facere volet, atque adeo amborum erit unum cor, & unus ſcopus. Laudabilis hac in parte eſt Ariſtotelis ſententia, amicus unus eſt, ille & tu. Sunt vero tria Sodalium genera, utilitatis, otii, & virtutum gratia; Sodalis utilitatis eſt amor ille Sodalitius, & amor inter regem & populum ipſius; Sodalis otii duobus modis dicitur, Sodalis pulchritudinis & Sodalis fidelitatis; ſodalis pulchritudinis eſt inſtar amoris inter mares & fœminas; Sodalis fidelitatis eſt quem omnino quis fidelem habet ut ei ſine diſcrimine omnia concredat, ſive mala ſive bona ſint, non habita ratione damni pro ſe vel pro aliis; nam ſi quis tali ſodali multam habeat fidem, magna inde in amicitia ſequetur ſecuritas. Cæterum virtutum ſodalis eſt, ſi ambo virtutem intendant, & unus alterum adjuvet ad virtutes conſequendas; atque hic Sodalis & amicus eſt qui præcipit virtutis acquiſitionem, inſtar amoris qui eſt inter magiſtrum & diſcipulum, & contra. *Eſto judicans omnem hominem ad lancem innocentiæ*, id eſt, ſi cognoveris hominem medium tenentem, ita ut non ſit bonus nec malus, attamen aliquando ipſum agentem conſpexeris aliquam rem quam in bonam & in malam partem interpretari poſſumus, ſemper illam in bonam partem interpretari debemus. Cæterum ſi juſtus habeatur, at quis ipſum viderit actionem malam producentem, & nemo contra aliquam ex illius actionibus cæteris hanc compenſare poterit, niſi rariſſime tantum, in bonam partem illam actionem interpretari debet, & nihil mali de ipſo ſuſpicari. Hoc ſenſu dixerunt, quiſquis malum ſuſpicatur de bonis, is pœnam luet in corpore ſuo. Sic etiam ſi fuerit quis malus cujus opera mala cognita fuerunt, attamen de ipſo conſtiterit eum aliquod bonum opus feciſſe, in quo tamen eſt veſtigium mali, caveas tibi ab ipſo & ne credas ei quod actionem bonam produxit, quoniam in illa continetur aliquid mali, idcirco ſcriptum eſt Prov. 26. 24. Verum ſi non ſatis conſtiterit, & actio iſta non compenſaverit aliquam actionem e duabus extremis, requiritur ut pietatis ergo judicemus in meliorem partem.

LEUSDENUS. עשה לך רב *fac tibi præceptorem*, h. e. compara, elige tibi præceptorem; vel fac ut habeas præceptorem, quem imiteris, & ex quo diſcere poteris. Gloſſa addit, ne diſcas ex opinione tuâ ſed ex auditu.

FAGIUS. Habet quoque & hæc Gnome tria, Primum eligendum eſſe præceptorem ſive magiſtrum quem imiteris & cum quo tua conferas ſtudia, utiliora ſiquidem eſſe exercitia communia quam privata, quum alter alteri materiam

קנה לך חבר *compara tibi ſocium*, h. e. amicum vel condiſcipulum, cum quo tua ſtudia conferre poteris, vel cui tua conſilia communicare, & in cujus ſinum tutò effundere liceat; ſi quid ſit quod animum tuum excruciet. Hinc Rabbini dicunt או חברותא או מיתותא *Aut ſocietas aut mors*.

לכף זכות *Ad lancem innocentiæ*, ſive ex æquo & bono, h. e. Cujuſvis hominis dicta & facta ſemper in meliorem partem interpretare.

cogitandi ſuppeditet. judicium acuat, ſtimulos diſcendi miniſtret, nemo enim unus omnia unquam videt, vel tantum quantum duo, vel plures. Et ſemper quodammodo tenacius inhæret, quod vel ab aliis audimus, vel cum aliis diſcimus. Id quod hebræi ſic exprimunt, אין למוד האדם מעצמו כלמודו מזולתו שהלמוד מעצמו טוב הוא אבל למודו מזולתו יתקיים בידו יותר והוא יותר מבואר Senſus eſt, Non tantum valet ſtudium hominis privatum, quantum id quod cum alio habet commune. Privatum quidem exercitium utile eſt, ſed adhuc utilius quod cum aliis tibi extat commune, quod tum omnia preſſius conſiderentur, exactius diſcutiantur memoriæque vivatius inſculpantur, omniaque ſic fiant planiora & certiora, Secundo monet fidum quærendum eſſe amicum & ſodalem cui tua poſſis communicare conſilia & in cujus ſinum tuto effundere liceat, ſi quid ſit quod animum tuum angat & excruciet, habet enim hoc multum ſolatii, unde Hebræorum ſapientes dicunt או חברותא או מיתותא id eſt, aut ſocietas aut mors, quo volunt ſignificare carere fido aliquo amico & ſocio perinde eſſe atque mortuum eſſe. Tertium quod hic admonetur, eſt, cujuſvis hominis dicta, & facta, ſemper in meliorem partem interpretanda eſſe juxta illud Germanicum proverbium, *Der iſt Vueiſs und Vuol gelert, der alle ding zum beſten kert.* Rabbi Maymon tamen, inſignis author hebræorum, quique ob inſignem ſuam eruditionem qua polluit, à Judæis נשר הגדול id eſt aquila magna vocatur, vulgatoque hoc dicto ab illis celebratur ממשה עד משה לא קם כמשה id eſt, A Moſe legis latore non ſurrexit ſicut Moſes, poſtremam hujus ſententiæ clauſulam, Eſto judicans omnem hominem ad lancem innocentiæ, in ſuo Peruſch, ad hunc modum explicat, ſi quis (inquit) ſpectatæ probitatis inculpatæque vitæ homo, cujus innocentia ſemper omnibus nota fuit, aliquid admiſerit, quod accuratius ſi rimeri velis, vitio verti poſſit, quia perſona ſemper bona fuit, in melius non in deterius hoc ipſum accipiendum eſſe. E contrà, ſi malus quiſpiam qui virtutibus nunquam operam dedit, cujusque malitia nemini non cognita eſt, aliquid perpetraverit, quod boni ſpeciem habeat, & non niſi magna difficultate vitio dari poſſit, quia perſona ſemper mala fuit, in deterius non in melius quod fecit rapiendum eſſe, atque tale judicium de dictis & factis hominum vocat כף זכות.

ז נתאי הארבלי אומר הרחק משכן רע ואל תתחבר לרשע ואל תתיאש מן הפורענות :

7. Nithæus Arbelites dicit, Elonga te à vicino malo, nec aſſocies te impio. Neque à corde dimoveas vindictam (dei ob admiſſum peccatum)

R. OB. DE BARTENORA.

הרחק משכן רע *Elonga te a vicino malo*, ne opera ipſius imiteris; vel etiam ne puniaris cum ipſo dum ſuccumbit, nam væ malo & vicino ipſius. ואל תתחבר לרשע *Neque te aſſocies impio*, nam ita dixerunt Sapientes, quiſquis ſe adjunxerit malis, etſi opera illorum non peragat, tamen mercedem eorum nanciſcetur. Atque hoc perinde eſt ſi quis coriarium adierit, qui, etſi nihil aſſumat ſecum, tamen odorem ingratum ſecum fert. ואל תתיאש מן הפורענות *Et ne deſperes de vindicta*, hic malus qui rebus utitur ſecundis, me conjunget ſecum, quia omnia ei ex voto ſuccedunt, ideo dicit, *ne deſperes de pœna illius*, ſed perſuaſus potius ſis quod pœna ipſius propediem adventura ſit ex inopinato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואל תתחבר לרשע *Neque aſſocies te impio*, nulla amicitiæ vel ſodalitii gratia, quia nihil addiſces ex operibus; jam expoſuimus in præfatione hujus codicis quod Sodalitii mali verba addiſcere ſolemus. Dicitur vero quod ſi quis peccaverit vel alium peccantem viderit, non dices quod Deus ipſum in mundo futuro tantum pœna afficiet, ſed non diffides de pœna, quia non ſtatim ſequitur peccatum.

LEUSDENUS. הרחק משכן רע *Fugito vicinum malum.* Nam multa incommoda & perpetuæ moleſtiæ ab improbo obveniunt vicino, ut hinc proverbium natum ſit: Propter vicinum malum ſemper aliquid mali: ideo etiam Themiſtocles, cum prædium venderet, juſſit præconem hoc addere, quod bonum haberet vicinum.

אל תתיאש מן הפורענות *Ne dubites de vindicta.* Hoc præceptum à peccandi libidine dehortatur, ne eò confidentius peccemus, quod vel audiamus multorum hominum flagitia ad extremum differri judicium; vel quod videamus Deum non ilicò atque deliquerint homines in eos animadvertere. Gloſſa addit; אל תבטח בעשרך שהפורענות קרובה *Non confidas divitiis tuis quoniam vindicta propinqua eſt.*

FAGIUS. Haud obſcurum eſt, quid ſibi velit hæc gnome, Nempe fugiendum eſſe malum vicinum, Multa enim incommoda & perpetuæ moleſtiæ à malo & improbo obveniunt vicino, ut inde proverbium natum ſit Propter vicinum malum ſemper aliquid mali, Vitandam item malorum hominum conſuetudinem. Compertum eſt enim optima ingenia & generoſiſſimos animos corrumpi & in peſſimos degenerare mores, malorum cohabitatione: Trahunt enim ut ille inquit, hominem ſodalitia, commertia etiam in mores penetrant & perinde quiſque evadit, ut quibus cum verſatur. Poſtrema clauſula à peccandi libidine dehortatur, ne ſcilicet eò confidentius peccemus, quod vel audimus multorum hominum flagitia ad extremum differri judicium, vel quod videmus Deum non ilico atque deliquerint homines in eos animadvertere. Id quod multis feneſtram licentius peccandi aperit, ut habet Eccleſiaſt. cap. 8. Quin potius ſemper cogitemus, mox atque peccaverimus deum omnis injuſtitiæ vindicem, ultorem nos habituros, Quod ſi fieret, ſuppreſſius prudentiuſque peccabitur.

ח יהודה בן טבאי ושמעון בן שטח קבלו מהם יהודה בן טבאי אומר אל תעש עצמך כעורכי הדיינין וכשיהיו בעלי דינים עומדים לפניך יהיו בעיניך כרשעים וכשנפטרים מלפניך יהיו בעיניך כזכאין כשקבלו עליהם את הדין :

8. Jehudah filius Tabæi, & Simeon filius Schatachæi acceperunt ab eis, Jehudah filius Tabæi dicit, Ne facias temetipſum, ſicut Judices inſtructorii cumque ſteterint in conſpectu tuo qui judicio contendunt, erunt in oculis tuis tanquam impii, cum verò amoti fuerint à conſpectu tuo, ſint in oculis tuis tanquam innocentes, ob id quod receperunt ſuper ſe judicium.

R. OB. DE BARTENORA.

כעורכי הדיינין *Ut inſtructorii judices*, qui adverſariorum cauſas coram judice rite diſponunt, advocati; nam non licet cuiquam aperire adverſario litiganti negotium juris, & dicere, fac hoc & illud ut vincas cauſam tuam, licet ſciat huic adverſario cauſam eſſe juſtam. Aliter, *Judices inſtructorii*, ſunt judices primarii, qui diſcipulis dicunt, facite hoc & illud coram magiſtro veſtro in juris quæſtionibus decidendis. Audivi autem ab aliis, quod nos comparare non debemus ut primarios judices qui adverſarios cogunt ut ad ipſos veniant litis ſententiam laturos.

יהיו בעיניך כרשעים *Erunt in oculis tuis tanquam impii*, ne cor tuum ad unum eorum ſe inclinet, dicendo, hic N. eſt homo ſpectatus qui non agit falſo; nam ſi ita dixeris, non videris ipſum aliquo modo culpare. כשקבלו עליהם את הדין *Ob id quod receperunt ſuper ſe judicium*, ne de condemnato ſuſpiceris, dicendo, hic prædo erat, ſed dicas potius quod deceptus ſit, & ſcopum ipſius non fuiſſe ut furaretur; vel etiam, ſi unus eorum condemnatus fuerit jurisjurandi gratia, ne dixeris quod falſo juravit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כעורכי הדיינין *Ut judices inſtructorii*, ſunt ii qui ritus & jura addiſcunt donec iis aliorum hominum cauſæ committantur, de quibus illi quæſtiones ventilant, ut, ſi hoc dixerit judex, illud ei reſpondendum ſit; vel, quando adverſarii ita ratiocinati fuerint, ita reſpondendum, ſicuti judices decreverint in cauſa iſta. Et propterea vocantur עורכי הדיינין *Inſtructorii judices*, perinde ac ſi jus rite diſponerent, hoc nimirum vult, quod non licet inſtruere adverſarium quid ei prodeſſe poſſit, dicendo, hoc vel illud dicito, aut negato ob talem rationem, licet ſciat quod hic adverſarius juſtam habet cauſam, ille vero injuſtam, ſicut ei videtur; nihilominus tamen nequaquam licitum eſt talem inſtructorium judicem agere.

LEUSDENUS. כעורכי הדיינין *Sicut qui diſponunt Judices*. h. e. Ne eſtote ſimiles Advocatis & rabulis forenſibus, vel qui alios in judiciis inſtruunt, & cauſas, etiam iniquiſſimas defendendas ſuſcipiunt; vel qui Judices verbis ſuis ſtudent corrumpere, & in ſuas partes per amicos & internuncios protrahere. *Vide Lex. Talm. pag.* 1665.

בעלי הדין *Domini judicii*, h. e. adverſarii ſive partes litigantes.

כרשעים *Tanquam impii*. Ne putes eos eſſe juſtos & inſontes, quia ſunt viri honorati: ſed ex actis & probatis judica de illis. Gloſſa ait, שלא תחשוב זה חשוב הוא ולא היה מדבר שקר *Ne cogites, hic eſt vir magnæ æſtimationis, neque loquitur mendacium.*

FAGIUS. עורכי הדיינים dicebantur qui inſtruebant homines in cauſis forenſibus quomodo illas coram judice agere deberent, quomodo item ad quæſtiones judicis reſpondere & adverſarii objecta diluere poſſent. Eſt autem ſenſus horum verborum, ſecundum hebræos. Eum qui judicem agit, debere incorruptum & integrum eſſe. Sic, ut in nullius partem magis inclinet, nihil ex affectu & favore agat, ita ut ſi etiam intelligat alteram partem cauſam fovere magis juſtam, tamen non debeat illam inſtituere, docere & erudire, quo pacto cauſam ſuam contra adverſarium in Judicio proponat. Quin potius בהשמעת אזנים id eſt, juxta auditum aurium (ut hebræus dicit) judicare, & proferre ſententiam debet.

ט שמעון בן שטח אומר הוי מרבה לחקור את העדים והוי זהיר בדבריך שמא מתוכם ילמדו לשקר:

9. Schimeon filius Schatachæi dicit, multum examina teſtes, & tamen cautus eſto in verbis tuis: ne fortaſſis ex illis fallere diſcant.

R. OB. DE BARTENORA. *Et tamen cautus eſto in verbis tuis*, ne dicat judex, forſan hoc & illo modo res contigit, vel, ſi res hoc & illo contigit, vincet N. cauſam, mediantibus hiſce verbis adverſarii aſſueſcent dicere quædam quæ non contigerunt.

FAGIUS. Monet hæc ſententia crebrius variiſque modis, ſciſcitandos, & examinandos eſſe teſtes in aliqua cauſa, ſic tamen moderandas eſſe interrogationes, ne quid ex illis mentiri, & fallere diſcant, qua de re extat proprium caput in Tractatu Thalmudico cui nomen eſt Maſecheth Maccoth.

י שמעיה ואבטליון קבלו מהם שמעיה אומר אהוב את המלאכה ושנא את הרבנות ואל תתודע לרשות:

10. Schemajah & Abtalion acceperunt ab illis; Schemajah dicit, dilige opus, & odi magiſterium. Neque nimium familiaris fias magiſtratui.

R. OB. DE BARTENORA.

Schemaja & Abtalion, hi proſelyti juſtitiæ fuerunt, orti e Sanherib; ego audivi, quod cum Abtalion eſſet pater Senatus, ideo hoc nomine vocetur, vult dicere, parvulorum pater ſive diaconus. *Dilige opus*, etſi habeat quo vivat, tamen laborandum, quia otium gignit vitia. *Et odi magiſterium*, ne dicat, ego ſum vir ſpectatus, & infra dignitatem meam eſt in aliqua re laborare, quemadmodum Rabh locutus eſt ad Rabh Caanan, macta cadaver in loco publico & lucrum inde recipe, & ne dicas, ego ſum Caanan vir iſte honorabilis, & opus eſt infra dignitatem meam. Aliter, elongare nos debemus a dominio in eccleſiam, quia dominium ſepelit dominum ſuum. רשות ita vocatur regnum, quia illud pro lubitu ſuo agit. *Neque nimium familiaris fias magiſtratui*, ut ab ipſo dominium aliquod recipias; vel etiam, ne te a Deo abſtrahas; ſicuti Doëgo iſti Edomæo contigit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רשות Notat dominium; continentur autem in tribus hiſce conditionibus fides & regimen mundi; nam operis defectu quis ad furtum impelli poſſet, & decipi. Cæterum ope ambitionis & dominii in mundum introducuntur tentationes, ſive malitiæ; nam quando alii ſe alicui opponunt, manifeſta fit illius fidei conditio, ſicuti dixerunt Sapientes, quando quis eccleſiæ gubernator factus fuerit inferius, impius ſit ſuperius. Sic etiam Regis decreta nemo facile ita adminiſtrabit ut ſe liberet ex hocce mundo, quin corrumpat fidem ipſius, quia non attendit ad alia præterquam ad ea quæ ei propiora ſunt. Noſti autem Doëgi caſum, etſi rex ad quem pervenerat, a Deo unctus eſſet, & ab ipſo per prophetam electus.

LEUSDENUS. אהוב את המלאכה *dilige opus*. h. e. libenter operator, ne inopiâ preſſus, vel ex eleemoſynâ vivere, vel tandem ad prædas & furta te convertere cogaris.

ושנא את הרבנות *Et odio habeto magiſtratum.* רבנות h. e.

FAGIUS. Tria habet hæc ſententia. Primum, ad laborem hortatur, non otio & inertia vitam tranſigendam eſſe: Sed ſemper aliquid addiſcendum, & operandum, ut habeas unde vivas: ne fortè inopia preſſus tandem ad furta & prædas te convertere cogaris. Alterum, Non ambiendum

h. e. שררה *poteſtas ſuperior*, vel שלטנות *dominatio*, *imperium*, *magiſtratus*. Ratio hujus ſententiæ eſt, quia dominationi, imperio, &c. adhærent ſua onera, pericula, corruptiones, odia, libidines, tyrannis, &c. quibus gubernatores à recto ſæpè abducuntur. Exemplum eſt in Salomone. Hinc Hebræi ſcribunt כיון שנתמנה אדם פרנס על הצבור מלמטה נעשה רשע מלמעלה *Quando conſtituitur homo gubernator civium in inferioribus, fit improbus in ſuperioribus.* Vide Lex. Talm. Buxt pag. 2178. Fagius explicat רבנות per *magiſterium*, h. e magiſtri aut doctoris titulum ne ambito, imo ne accipito, etiamſi offeratur. Nam ut plurimum titulus ille ſecum habet faſtum & contemptum aliorum. biendum eſſe magiſterium quod iſtud non careat etiam ſuis moleſtiis, curis, & periculis, unde & D. Jacobus monet in ſua canonica. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quod majus judicium ſumpturi ſimus. In multis enim labimur omnes. Poſtremum, Non nimiam familiaritatem habendam eſſe cum potentioribus, & iis qui in eminentia ſunt conſtituti, quod & hoc non careat periculo ſicut experientia ſæpe docuit. Quod teſtatur apud Germanos vulgo jactatum proverbium, *Mit groſſen herren iſt böſs kirſen eſſen.*

ואל תתודע לרשות *Et ne innoteſcas poteſtati*, h. e. Ne nimium familiaris fias principibus: nam nimia familiaritas cum potentioribus ſæpè non caret periculo. Hinc alii dicunt: ad principes eſſe accedendum tanquam ad ignem, neque nimis prope ne comburaris, neque nimis procul ne frigeſcas. *Vide Druſium in Apophthegmat.*

יא אבטליון אומר חכמים הזהרו בדבריכם שמא תחובו חובת גלות ותגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים הבאים אחריכם וימותו ונמצא שם שמים מתחלל :

11. Abtalion dicit, cauti eſtote ſapientes in ſermonibus veſtris, ne forte peccetis peccatum (quod meretur) exilium, & transferamini in locum aquarum malarum, quas bibent diſcipuli qui venient poſt vos, invenieturque nomen Dei prophanatum.

R. OB. DE BARTENORA.

חכמים הזהרו בדבריכם *Cauti eſtote Sapientes in ſermonibus veſtris*, ne hæreticis anſam præbeatis errantibus in mente veſtra aſſequenda. שמא תחובו חובת גלות *Ne forte peccetis peccatum quod meretur exilium*, id eſt, etſi in loco ubi vos commoramini, non ſit hæreſis, tamen ſuſpicandum forte quem in cauſa peccati futurum, & propterea exilium meriturum, in quo homines reperiuntur qui Legi noſtræ omnino faciem contrariam prabent, atque hi ſunt iſtæ aquæ amaræ; hi porro e verbis veſtris elicient quædam inepta, & diſcipuli deinde futuri imbibent iſta verba hæretica, morienturque propter peccata ſua. *Invenieturque nomen Dei profanatum*, quia iſtæ opiniones falſæ in mundo manebunt; ſicuti in Antigono ejuſque diſcipulis factum eſt, ex obſcura propoſitione ſententiæ, vel mala perceptione, vide Miſnam tertiam hujuſce capitis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מים רעים *Aquæ malæ*, eſt epitheton hæreſios; & præterea dicit, eſtote cauti in verbis veſtris apud populum, ne illa ambigue exponi poſſint, & alii ſchismatici ea perverſe exponant, vel diſcipuli veſtri in hæreſin aliquam dilabantur, putantes hanc eſſe veſtram fidem, quomodo inde ſequatur nominis divini profanatio, uti e Doctrina Antigoni ad Zadocum & Baitoſum impia iſta propullulavit hæreſis.

LEUSDENUS. הזהרו בדבריכם *Eſtote cauti in ſermonibus veſtris*. Gloſſa addit: שלא תורו דבר שאינו כד״ת ותתחייבו עליו גלות *Ne doceatis eam, quæ non eſt ſecundum verba Legis, neque rei propterea fiatis exilii.*

חובת גלות *dignum exilio.* Gloſſa addit כחובת חכמים שגלו מבבל לא״י ומא״י לבבל *Sicuti multi ſapientes qui migrarunt, ex Babylonia in terram Iſraëlis, & ex terra Iſraëlis in Babyloniam.*

למקום מים הרעים *In locum aquarum malarum.* Per *aquas malas* intelligunt Hebræi מינות h. e. *falſam & hæreticam doctrinam.* Gloſſa explicat מקום עמי הארץ שמנהגם רע *Locus populi terræ cujus mores ſunt mali.*

וישתו *& bibant*, h. e. וילמדו *& diſcant.*

שם שמים *Nomen Dei.* Sunt decem nomina divina hebraica ἐνδεκάδα, quorum meminit Vetus T. Tria eorum, ſcil. יהוה, אהיה & יה deſumuntur ab eſſentia, & ſeptem ſcil, שדי, ארני, צבאות, אלהים, אלוה, אל & עליון à proprietatibus. Præter illa V. T. nomina hebraica ſunt adhuc alia nomina divina in ſcriptis Rabbinorum uſitata, ut גבורה *potentia*, מקום *locus*, עקר *fundamentum*, שמים *Cælum*, &c.

FAGIUS. Per aquas malas, hebræi intelligunt מינות id eſt falſam & hereticam doctrinam. Eſt autem hæc ſententia pareneſis ad doctos, Concionatores, Ludimagiſtros, & ad omnes qui ſibi alios docendi provinciam deſumunt, ut ſint cauti in loquendo & docendo, Ne quid temere & incircumſpecte vel dicant, effutiant, doceant, aut ſcribant, unde homines perverſi Judicii qui aranearum more ubique venenum exugunt, pernitioſorum dogmatum materiam, & occaſionem accipiant, qua poſtea & alios inficiant, hinc enim fit, ut recta in Deum fides, vera religio, Deique cultus pervertantur, ſacrumque nomen Dei violetur, quæ certa peccata merentur exilium, populique exterminium.

יב הלל ושמאי קבלו מהם הלל אומר הוי מתלמידיו של אהרן אוהב שלום ורודף שלום אוהב את הבריות ומקרבן לתורה :

12. Hillel & Schammai acceperunt ab illis. Hillel dicit, eſto ex diſcipulis ipſius Aharon, qui diligebat pacem, ſectabat pacem, diligebat homines, & applicabat eos ad legem.

R. OB. DE BARTENORA.

מתלמידיו של אהרן *E diſcipulis Aharonis*, in Abot R. Natanis exponitur, quam pacificus fuerit Aharon, nam quando diſſidium aliquod inter homines animadvertiſſet, ſe conferebat ad unum inſcio altero, dicebatque ei, vide quantam pœnitentiam agit proximus tuus quod te offendit, is a me petiit ut tibi dicerem ſe venturum ut litem componeret tecum; & hoc modo pax denuo inter eos ſtabiliebatur. Sed quomodo illos ad Legem applicabat Aharon?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתלמידיו של אהרן *E diſcipulis Aharonis*, dixerunt de Aharone beatæ memoriæ, quod cum in homine quodam ſentiebat interiora eſſe mala, aut quando alii ei dixiſſent interiora ipſius mala eſſe, ipſumque peccaſſe, ipſum poſtea ſalutaverit & intimiorem cum ipſo amicitiam coluerit; hinc iſte homo pudore ſuffuſus dixit, væ mihi ſi Aharon cognoviſſet cordis mei conditionem interiorem, atque operum meorum pravitatem, non habuiſſet rationem mei,

multo

ron? hoc modo, quando ipſi innotuerat aliquis, adjungebat ſe ei & faciem lætam ei præbebat, hinc peccator ille pudibundus dicebat, ſi hicce juſtus cognoviſſet opera mea mala, ſe abſtraxiſſet a me; atque hoc modo reſipiſcebat ille homo: & hoc eſt quod propheta teſtatus eſt de ipſo Aharone Maleach. 2: 6. בשלום ובמישור הלך אתי ורבים השיב מעון. multo minus me amicum ſuum agnoviſſet, ſed ego ut bonæ notæ homo ab ipſo cenſebar, idcirco hoc animo ad pœnitentiam redactus eſt, & e diſcipulis ipſius unus factus qui Legem ab ipſo diſcebant; & propterea Deus Aharonem tam excellenti alloquio dignatus eſt Malcach 2 6. Atque hanc ſatis notam hiſtoriam intendit Hillel.

LEUSDENUS. הלל ושמאי *Hillel & Schammai.* Fuerunt duo celebres doctores, inter quos tanta erant diſſidia, præcipuè in octodecim capitibus, ut propter ea alii alios ad necem quæſiverint. Quilibet habebat ſuos aſſeclas, *Buxtorf. in Lex. Talm.* p. 617. ita ſcribit: *Hillel habebat adverſarium Schammai, qui & ipſe ſectæ caput fuit, quæ vocata fuit* בית שמאי domus Schammai. Etiam Hillel fuit ſuo tempore inter primos ſeculi Phariſæos, non quidem, ut Pontificiis quibuſdam placet, Phariſæorum caput. *Inter Hilleliſtas & Schammaiſtas perpetuum fuit diſſidium in doctrina, ut ex toto Talmud videre eſt. Vixerunt tempore Cæſaris Auguſti & Herodis, annis quadraginta circiter ante natum Chriſtum, juxta Chronicon Hebræum Tzemach David. Attigit ætatem centum viginti annorum, unde appellatus fuit* הלל הזקן Hillel ſenex. *Princeps fuit, & principatus in ejus familia manſit per decem generationes, h. e. per quadringentos ferè annos, uſque ad alium Hillelem, qui vocatus fuit Hillel Hannaſi,* h. e. princeps. Illi Hilleli fuerunt octuaginta diſcipuli: triginta ex illis digni fuerunt divinæ Majeſtatis præſentia, ut Moſes. Triginta alii digni fuerunt, quorum cauſa conſiſteret ſol, ut propter Jehoſchuam filium Nun. Viginti medii ſive mediocres fuerunt, quorum maximus fuit Jonathan Uzielis filius; minimus Rabbi Jochanan Zachæi filius. Hic Hillel etiam fuit Rector Scholæ ſive Academiæ, ut & Schammai. De hoc Hillele referunt Judæi quod ab initio fuerit pauper, quodque nihilominus magno amore amaverit ſtudia theologica. „Hic ut paupertatem propelleret, operam ſuam mercede ſeſquiſolidi locavit, cujus dimidium æditua ſingulis diebus exolvebat, ut ſibi liceret intrare Academiam: altero dimidio ſe & ſuam alebat familiam. Aliquando evenit, ut ſuam operam nulli elocare potuerit, cumque caſſus pecunià Academiam intrare vellet, æditui iniquitate non fuit admiſſus. Sed quid egit? Murum conſcendit, & exterius, ut verbum „Dei audire poſſet, ad feneſtram conſtitit. Id accidiſſe ferunt die Veneris menſe Februario; ſed cum totam noctem conſiſteret, nive obrutum fuiſſe ajunt. Die verò illuceſcente, dixit Schemaja Abtalioni, qui tunc temporis „ſummi erant doctores, frater mi, qui fit, quod Academia, quæ ſemper eſt illuſtris, hodie ſit obſcura? Exin „ſuſtulêre oculos, & ſimulachrum hominis in feneſtra adverterunt: poſthac aſcenderunt, & Hillelem nive, ad „tres ulnas, obrutum deprehenderunt. Inde extractum abluerunt, & foco admoverunt, dicendo; dignus eſt, ob „quem profanari poſſit Sabbathum. *Vide Theſ. Philol. Hottingeri l. 1. c. 1. § 5.* Fui hic prolixior, quia Hillelis & Schammai creberrima fit mentio in Talmude.

FAGIUS. Commendatur hîc primum, pacis ſtudium, & philantropia, id eſt, amor erga homines, quo non tantum illos nobis adjungimus, ſed potius Deo adducimus, eoſque peccantes in viam revocamus. Idque exemplo Aharonis, quem Judæi ferunt, hominem fuiſſe uſque adeò pacis ſtudioſum, ut officium ejus fuerit nunquam non populum judaicum cujus miniſter in ſacris erat, delinquentem, Deo victimis perpetuò reconciliare. Dein philantropiæ in tantum ſtuduiſſe prædicatur, ut data opera ſe malis adjunxerit, non quod malorum hominum delectaretur conſortio, ſed ut eos ſua conſuetudine & alloquio, à malitia & impietate avocaret, quod ſæpe factum ajunt, cum mali viderent ſe à tanto viro non flòccipendi. Alterum quod hîc diſcitur eſt, non incumbendum legi divinæ ob vanam nominis gloriam, ſed ut inde potiùs dei voluntatem addiſcas, cui te per omnia attemperes, indies melior evadens. Tertium perire eum, qui non ſedulus verſatur in lege divina, juxta illud Chriſti, omni habenti dabitur, & abundabit. Qui vero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo &c. Quartum, eum qui planè non ſtudet legi divinæ, dignum, ut e medio tollatur & occidatur, id quod hebræorum ſapientes aliis verbis ſic enunciant מי שאינו מרבה בקריאה ימיתהו השם י״ת אבל מי שלא לכד כלל ראוי להרג Poſtrema clauſula monet perire eum, qui abutitur lege dei ad proprium commodum & inanem gloriam. Per coronam enim Heb. ſacram legem intelligunt.

יג הוא היה אומר נגד שמא (ס״א מטא) אבד שמיה ודלא מוסיף יסיף ודלא יליף קטלא חייב ודאשתמש בתגא חלף :

13. Idem Hillel dicebat, Qui celebre reddit nomen ſuum, quique non auget doctrinam interibit. Et qui planè non diſcit, dignus eſt ut occidatur. Quique proprii commodi gratia ſervit ſub corona peribit.

R. OB. DE BARTENORA.

נגד שמא אבד שמיה *Qui celebre reddit nomen ſuum, perdet nomen ſuum*, qui nomen ſuum mediante dominio celebrare conatur, ſtatim nomen ſuum perdet, quia dominium ſepelit dominum. ודלא מוסיף יסיף *Quique non auget doctrinam peribit*, qui doctrinæ ſuæ nihil addiderit, amittet & oblivicetur id quod jam didicit. Nonnulla exemplaria pro יסיף legunt יאסף אל עמו *Colligetur ad populum ſuum*, & morietur intra tempus ſuum.

ודלא יליף קטלא *Qui vero plane non addiſcit, dignus eſt ut occidatur*, quia pejor eſt eo qui non auget doctrinam. ודאשתמש בתגא *Et qui commodi gratia ſervit coronæ Legis*, qui Legi operam dat modo ſervili, ſicuti is qui vaſibus ſuis ac inſtrumentis inſervit, & peribit ex hocce mundo. תגא in lingua Iſmaëlitica *coronam* notat, & ipſius tres literæ primæ ſunt in tribus vocibus תלמיד נכריא אחרינא *Diſcipulus alius hominis*, nam magiſtro non licet uti diſcipulorum alienorum ſervitio. Ego vero audivi eum qui nomine quodam ſancto ſerviliter uſus fuerit, periturum, & mundi futuri non fore participem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit etiam Hillel, quando nomen alicujus inclaruerit, ſcias quod ipſe brevi extinguetur; & præterea dicebat, quiſquis non multiplicaverit lectionem, occidet eum Deus. Quiſquis autem plane non ſtudet Legi, is dignus eſt ut lapidibus obruatur, nam is qui Legi ſerviliter & lucri cauſa operam dat, morietur: Et hic fuit hujuſce dicti ſcopus, ſicuti in hoc tractatu exponetur. Et exemplum quod hoc modo in Miſna adducitur, vult, quod magiſtro non licet quicquam mercedis recipere pro doctrina Legis, niſi a diſcipulis ſuis.

LEUSDENUS. נגד שמא אבד שמיה *Qui extendit* (celebre reddit) *nomen, perdit nomen ſuum*, h. e. Qui honorem avidius quærit, vel qui incumbit Legi divinæ ob vanam nominis gloriam, jacturam ejus facit

בסבר פנים יפות *Cum aſpectu vultus pulchri*, h. e. vultu ſereno & placido. Hæc regula docet humanitatem & benignitatem erga quoſvis eſſe exercendam: nam ea eſt quaſi quoddam condimentum actionum noſtrarum, quæ ſi abſit, quicquid facimus minus gratum eſt.

reſocillaturum, & interim depromebat butyrum, lac, vitulum paratum, & placentas ex tribus optimæ ſimilæ ſatis decoctas, &c. ut habet hiſtoria biblica. Poſtremum commendat, humanitatem, benignitatem, & facilitatem adhibendam omni negotio quod tibi cum proximo intercedit, ſive ſint hoſpites excipiendi, ſive quid emendum, vendendum, elocandum, mutuandum, vel quodcunque tale.

יו רבן גמליאל אומר עשה לך רב והסתלק מן הספק ואל תרבה לעשר אומדות :

16. Rabban Gamaliel dicit, Fac tibi magiſtrum, & abſtrahe temetipſum a re dubia, neque aſſueſcas ſæpius dare decimas per conjecturam.

R. OB. DE BARTENORA.

עשה לך רב *Fac tibi magiſtrum*, hic loquitur de rituum deciſionibus; ſi itaque res aliqua juridice ad te delata ſit, & tu de iſta dubitaveris, fac tibi magiſtrum qui tibi dubia adimat, ne tu ſolus non decidere videaris. Quemadmodum fecit Rabba, qui omnes artis mactandi peritos Judæos congregavit e Mata Mehaſia, quando ad ipſum delatus erat aliquis de lacerato animali caſus, dicens, quod non uni tribueretur error hac in parte, ſed omnibus. *Neque aſſueſcas ſæpius dare decimas per conjecturam*, nam is qui ex conjectura educit decimas ſuas, non liber erit ab omni errore, diminuendo de eo quod debet, quomodo decimæ quidem erunt rite diſpoſitæ, ſed fructus erunt illegitimi; & ſi plus dederit quam debet, fructus quidem erunt rite diſpoſiti, ſed non decimæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod hic Rabban Gamaliel commendat, non dicit reſpectu doctrinæ, ſed ut alicui adſit magiſter qui in licitis vel illicitis ipſum inſtituat & dubia ei adimat, ſicuti dicitur in Talmude Jeruſolymitano, ſequere ſenem in foro euntem, cui innitaris ut tibi dubia ſolvat. Præterea commendat eductionem decimarum eſſugiendam eſſe ex conjectura, quia hæc dubia res eſt.

LEUSDENUS. רבן *Rabban*, Differentia eſt inter רב *Rabb* & מר *Mar*; inter רבי *Rabbi* & רבי *Ribbi*; & inter רבן *Rabban*. Rabh & Mar denotant Rabbinum habitantem extra terram ſanctam; Rabbi & Ribbi Rabbinum habitantem in terra ſancta; ſed Rabban non tam denotat Doctorem quam quidem Principem populi & Magnatem. Tantum ſeptem Hillelis poſteri, ab Hillele deſcendentes, hoc titulo fuerunt inſigniti. Inter hos fuit Gamaliel, ad cujus pedes Paulus enutritus legitur. Titulus ergò Rabban eſt omnium præſtantiſſimus.

והסתלק מן הספק *Et abſtrahe temet ipſum à re dubia*. Hæc regula docet præceptorem eſſe comparandum, qui docere & dubia ſolvere poſſit: nam inter legendum & ſtudendum ſæpè multa occurrunt, quæ diſcipuli per ſe ſolvere non poſſunt. Gloſſa ait שאם הלמוד כעצמך תרבה לך ספקות *Quod ſi diſcas ex te ipſo, tum multiplicabis tibi dubia*.

ואל תרבה לעשר אומדות *Et ne multiplices dare decimas per conjecturas*, h. e. Ne dato ſæpius decimas ex conjectura; vel minus dando, vel plus. Si minus dederis, avarus judicaberis & peccabis: plus dando, vel prodigus habeberis, vel hypocrita. *Vide Lex. Talm.* p. 110. Gloſſa ait לא תפריש מעשרותיך מאומד *Ne ſepares decimas tuas ex conjectura*; nam eæ erant in uſum Miniſtrorum Verbi à Deo inſtitutæ.

FAGIUS. Senſus eſt nihil temere & proprio arbitrio faciendum in re de qua dubitas num citra periculum conſcientiæ fieri poſſit nec ne. Sed adhibendum in conſilium doctum aliquem Rabbinum rerum ſacrarum peritum, qui te poſſit docere, quid liceat quid minus. Et maximè ad Judæos pertinet hæc ſententia, innumeris traditionibus à ſuis Rabbinis adinventis onuſtos, ne eas facile tranſgrediantur, qua de re extat periculiaris liber cui nomen eſt apud illos אסור והתר Dein docetur hîc plene & juſte reddendas eſſe decimas quandoquidem eæ olim in ſubſidium pauperum, & miniſtrorum verbi à Deo inſtitutæ erant.

יז שמעון בנו אומר כל ימי גדלתי בין החכמים ולא מצאתי לגוף טוב אלא שתיקה ולא המדרש הוא העקר אלא המעשה וכל המרבה דברים מביא חטא :

17. Schimeon filius ejus dicit, omnibus diebus meis educatus ſui inter Sapientes, & non inveni utilius quippiam corpori, tacturnitate. Neque ſermo eſt fundamentum, ſed opus. Et qui multiplicat verba, adducit peccatum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא מצאתי לגוף טוב משתיקה *Et non inveni utilius quippiam corpori, taciturnitate*, nam is qui ignominiam ſuam audiverit, ſilebit. ולא המדרש הוא עקר אלא המעשה *Neque diſquiſitio in Scholis eſt fundamentum, ſed ipſum opus potius*, vides quam laudabile ſit ſilentium, ita ut diſquiſitio de Lege in Schola, qua nulla res melior eſt, non ſit principale negotium ob quod homini ſtatuitur præmium aliquod, ſed ob ipſum opus quo Legem facit; qui enim diſquirit & non confirmat, ei melius fuiſſet ut nihil dixiſſet.

וכל המרבה דברים מביא חטא *Et qui multiplicat verba, adducit peccatum*, ſicuti invenimus de Eva quæ verba ſua multiplicavit, ut, *dixit Deus, non comedetis ab arbore, nec tangetis eam*, nam Eva addiderat de tactu cujus non erat mentio facta, ſed Serpens eam impulerat donec attigiſſet arborem, & dixiſſet ei, quemadmodum in tactu non continetur mors, ita nec in eſu, & hoc medio incidit in peccatum, quum de fructu comedit, & hoc eſt id quod dixit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dixit Sapiens quod verborum multitudo non caret peccatis; hujus rei ratio eſt, quod multa verba plerumque ſunt ſuperflua & peccaminoſa, ſicuti ſtatim exponam; quiſquis enim verba ſua multiplicat, is omnimode peccat, quia fieri nequit ut inter ea non inveniantur quæ non eſſent inepta; ſed Sapientis certum ſignum eſt quod parum loquitur, inſipidi & ignari quod multa loquitur, ſicuti Sapiens nonnemo dixit, *vox ignari eſt cum multis verbis*. Olim jam dixerunt Sapientes eſſe hoc magnum excellentiæ teſtimonium in patribus noſtris, & in iis qui ex illuſtri aliqua familia nati ſunt, quod pauca loquuntur. Et præterea dixerunt, familia inter Babylonios præclare dignoſcebatur e ſilentio. Narratur autem in libro moralia tractanti, quod nonnemo Sapiens adeo taciturnus erat, ut vix & parum admodum loqueretur, cujus taciturnitatis cauſam quærenti reſpondit, conſideravi omnes res & deprehendi quod dividuntur in quatuor partes, quarum prima pars tota noxia eſt, ſine ulla utilitate, quando nimirum homines inhoneſte loquun-

dixit Salomo Prov. 30. 6. *Ne addideris ad verba tua, ne increpent te, & mendax offendaris.* loquuntur de aliis, in quo mera continetur ſtultitia. Secunda eſt quæ ab una parte comprehendit damnum, ab altera vero commodum, ut, ſi quis hominem laudet ad commodum ab ipſo recipiendum, ſi in illa laude contineatur id quod inimicum ad iram incitat, & nocet ei qui ipſum laudavit; ſed hæc omnino relinquenda ſunt hac de cauſa. & in hac parte nihil dicendum. Tertia pars comprehendit verba in quibus non continetur commodum neque damnum, quemadmodum ſunt plurima vulgi verba, ut, ſi dicant, is talem ædificavit murum, ille vero tale ædificavit palatium; vel ſi loquantur de pulchritudine aliquarum rerum, vel de abundantia talis regionis, & id genus alia, quæ omnia ſunt ſuperflua, in quibus nulla latet utilitas. Quarta pars continet ea quæ omnia ſunt utilia, quæ de virtutibus & ſcientiis dicuntur, ut & de iis quæ ad hominum vitam & conſervationem attinent. Præterea dixit, quoties ego alicujus verba audio, toties illa examino, ſi deprehenderim ea ad partem quartam attinere, loquor de illis, ſin ad aliam, ſileo. Ego autem dico quod ſermo humanus dividatur in quinque partes juxta Legis ſenſum, prima Legis præceptum eſt; ſecunda admonitiones, tertia contemptiones, quarta amorem, quinta licita continet. Prima pars comprehendit lectionem & ſtudium Legis, & hoc præceptum affirmativum eſt, uti ſcriptum eſt Deut. 6. 7. ודברת בם Hoc Legis ſtudium omnibus Legis præceptis æquivalet. Secunda pars comprehendit ſermonis inutilis prohibitionem, ut teſtimonium falſum, ſermonem falſum, obtrectationem, & maledictum, de hac parte quoque quædam monuit, ut & de murmuratione & vilioris notæ verbis. Tertia pars continet ſermonem turpem atque faſtidioſum, ex quo nemini eſt ullum commodum, neque peccatum inde proveniens, ſicuti e plurimis vulgi converſationibus, quæ inſtituuntur de rebus præteritis, vel de alicujus Regis apparatu, de aliquorum morte, de divitiis ab ipſis comparatis, quæ atque id genus alia Sapientes noſtri vocarunt ſermonem irritum & inutilem, a quibus pii homines ſe longe amovere ſolent. Dixit autem Rab diſcipulus R. Chiæ quod per ætatem ſuam invenerit ſermonem vanum & inutilem. Ad hanc partem quoque referri debet virtutum vituperatio, & vitiorum laudatio. Quarta pars comprehendit ſermonem amabilem, qui fit de virtutibus intellectualibus, vel de moralibus, de vitiorum & defectuum vituperio, de anima per hiſtorias ad virtutem allicienda, & per eaſdem a vitiis abſtrahenda; pariter ad hanc partem pertinet laudatio eorum qui virtute prædit ſunt, ut alii illorum veſtigia premant, & malos cum vitiis ſuis ſpernant ut eorum opera aliis videantur prava, & ſe abſtrahant ab iſtis, moreſque eorum evitent. Atque hæc pars, ſcil. de virtutum doctrina & vitiorum contemptu, vocatur דרך ארץ *Via terræ*, conſuetudo mundana. Quinta pars continet ſermonem de rebus licitis, ut, de hominum negotiis, de victu & amictu, aliiſque ad vitam neceſſariis; talis ſermo licitus eſt & in iis non continetur amor nec contemptus; & de talibus negotiis quiſque pro lubitu tacere vel loqui poteſt. Hac vero in parte is maxime laudandus eſt qui parum loquitur. Verum ſermo illicitus & contemptus non indiget commonitione ſilentii. Verum ſi quis de præceptis & amore per totam vitam loquatur, bene agit. Duo tamen hic conſervanda, quorum unum eſt quod opera cum verbis convenire debeant, uti dixerunt Sapientes, bona ſunt verba quæ procedunt ab eo qui illa facit, & hic eſt ſcopus illius quod in Miſna dicitur, *diſquiſitio in Schola non eſt res principalis, ſed opera ipſa.* Sapientes dicunt de juſto qui virtutes docet, uti dixerunt, diſquirito in concionibus de iis quæ tibi conveniunt. David autem dixit Pſal. 33, 1. *Cantate Domino juſti, rectis convenit laus.* Secundum eſt brevitas, qua multa efficere conamur pauciſſimis verbis, ſed non contra; & hoc eſt quod dixerunt Sapientes, *ſemper homo aſſueſcat diſcipulos ſuos docere per viam brevem.* Præterea ſcias volo quod omnes cantiones, in quacunque lingua compoſitæ fuerint, examinandæ ſint an ſequantur hos quinque loquendi modos, quos ſupra commemoravimus. Et id exponere volui, etſi notum ſit; quia nonnullos Sapientes pios vidi in nuptiarum conviviis, qui, ſi quis cantiunculam quandam Arabicè cantare vellet, etſi eſſet cantio laudis in honorem Excelſi, quæ pertinent ad partem amoris, vel in vini laudem, hoc cantandi genus omnino abominabantur, & putabant hoc omnino indignum auditu. Quum vero muſicus aliquam cantionem Hebraice cantaret; non abnuebant, etſi in cantione iſta continerentur quæ Lex vetat. Sed hæc ſumma inſcitia eſt, quia ipſa lingua non eſt prohibita, vel licita, nec accepta, vel rejectanea, ſed materia & caſus in quo fiat; nam ſi materia ſit laudabilis & caſus oportunus, in omni lingua hymnus dici poteſt. Verum ſi caſus ſit importunus, cantio prohibita eſt in quacunque illa dicatur lingua. Hiſce porro addendum, quod ſi duæ ſint cantiones ambæ unius argumenti ad excitandam concupiſcentiam, ſit vitium. & pertinet ad ſermonem rejectaneum & abominabilem, quia vitia excitat, uti expoſuimus capite quarto. Si vero una cantio Ebraice dicta ſit, altera Arabice, vel in alia lingua, auditus & elocutio Ebraicæ juxta Legem magis abominanda erit quam alterius Arabicæ, propter linguæ ſanctæ dignitatem quæ in virtutibus tantum habet locum, quanto magis ſi aliquem Legis verſum ei inſeruerint, vel e melodiis cantorum a Salomone inſtitutis, nam tum e ſermone abominabili itur ad prohibitum & in Lege rejectum, nam Lex prohibuit prophetarum verba exprimere verbis vitioſis & vituperio plenis. Et cum mali ſermonis mentionem fecimus in parte prohibita, mihi de hoc aliquid dicendum eſt eo quod homines hac in parte plurimum cæcutiunt, & vehementer peccant. Quanto magis ab eo quod Sapientes noſtri dixerunt, quod a pulvere linguæ malæ nemo ſe liberabit quotidie, & multo minus de ipſo ſermone malo. Per לשון הרע *Sermonem malum* intelligenda eſt enarratio malorum & defectuum aliorum hominum, & Iſraëlitarum vituperatio, quocunque id fiat modo, nam ſermo malus hic dici nequit quo quis mentitur, dicens, hoc fecit, etſi non fecerit, nam is dicitur malam famam ſpargere de proximo ſuo. Verum ſermo malus eſt quo alium cum operibus ſuis vituperamus, licet ea vere peregerit, is igitur qui eum dixerit, peccavit, & qui eum audiverit, is quoque peccavit. Dixerunt Sapientes noſtri, tres interimit malus ſermo, illum qui eum profert, illum qui eum audit, & illum de quo eſt. Præterea dixerunt, is qui eum receperit, major eſt eo qui eum dixerit. *Pulvis ſermonis mali eſt* quo quis enarrat hominum vitia & imperfectiones; dixit rex Salomo quod ejuſmodi homines aliquando aliorum maculas detegere ſolent ſine ſcopum aliquo, ita ut verum ſenſo aſſequi non poſſit ex ipſorum verbis, vide Prov. 26. 18. 19. Laudavit autem Sapiens nonnemo Scripturam alicujus ſcribæ ipſi honorificentiſſime monſtratam, ſed magiſter improbavit factum illius qui ſcripturam ſcribæ illius adeo extulerat, dixitque, procul eſto a ſermone malo, nam tu nimia tua laudatione vituperium effeciſti in tanta hominum multitudine, nam alii ſunt amici, alii vero inimici, quomodo tua laudatione effeceris ut vitia & defectus etiam manifeſtentur; atque hæc extrema a malo ſermone debet eſſe elongatio. Miſha autem dicit quod ſententia non enunciata ſit contra patres noſtros niſi propter malum ſermonem, ſive obtrectationem, ſicuti ſcriptum eſt Num. 13. 32. Dixerunt Sapientes, ſi illi qui non obtrectati ſunt niſi de lignis & lapidibus tantum, tamen affecti fuerunt tanta pœna, quanto magis is qui proximum ſuum ignominia affecerit, majori modo multabitur. Dicitur in Toſaphta, ob tria homo vindicatur in hoc mundo, & non fit particeps mundi futuri, ob idololatriam, adulterium, & homicidium, ſermo autem illis omnibus æquipollet. In Gemara dicitur quod vox idololatriæ jungitur voci *magnum*, ſicuti dicitur Exod. 32. 31. *Certe peccavit hicce populus peccatum magnum.* Porro peccato adulterii quoque jungitur vox *magnum* Gen. 39. 9. *Quomodo faciam hocce peccatum magnum.* Et de homicidio etiam Gen. 4. 13. *Magnum* eſt peccatum meum ita ut illud ferre nequeam. Sed malo ſermoni ſive obtrectationi additur vox גדולות *Magna* in plurali numero, quia his tribus æquipollet, ſicuti dicitur Pſal. 12. 4. לשון מדברת גדולות Et locuti ſunt valde magnifice de maledicto hocce peccato; ſed finis eorum quæ dixerunt, eſt, quiſquis enarrat malos ſermones, is principale fundamen-

tum

tum negat, ſicuti ſcriptum eſt Pſal. 12. 5. Sed recenſui hic nonnulla eorum qui dixerunt de hoc peccato, etſi prolixus fui, ut homo ſe procul ab illis amoveat omnibus modis, & ſilentio operam det.

LEUSDENUS. לא המדרש הוא עקר אלא המעשה *Non ſermo eſt fundamentum, ſed opus.* In negotiis gerendis res plus proſunt quam verba. Malus doctor eſt, qui tantum verbis docet & non vitâ ſuâ: ſed qui aliis præcipit quomodo vivendum ſit, ille parem verbis vitam agere, atque ita vivere debet ut oratio moribus conſonet. *Vide Druſium.*

FAGIUS Commendatio eſt taciturnitatis, & vituperatio loquacitatis, qua de re paſſim celebres extant ſententiæ cum apud ſacros, tum apud prophanos ſcriptores, Sapientes hebræorum dicunt מיעוט הדברים ראיה על מעלת האבות id eſt, paucitas verborum argumentum eſt dignitatis ſive virtutis qua claruerunt veteres patriarchæ. Neque ſermo eſt fundamentum, &c. convenit cum illo apoſtolico, Regnum dei non eſt in ſermone, ſed in virtute, Qui multiplicat verba &c. convenit cum illo Salomonico, in multiloquio raro deeſt peccatum.

יח רבן שמעון בן גמליאל אומר על שלשה דברים
העולם עומד על הדין ועל האמת ועל השלום שנאמר
אמת ומשפט שלום שפטו בשעריכם :

18. Rabbi Schimeon filius Gamalielis inquit, ſuper tribus rebus mundus conſiſtit, ſuper judicio, ſuper veritate, & ſuper pace, ſicut dicitur: Veritatem, judicium, & pacem judicate in portis veſtris.

R. OB. DE BARTENORA.

העולם קיים *Mundus conſervatur*, ſocietas humana ope horum trium conſervatur; hæc res aliter ſe habet quam ſupra. על הדין *Super jure*, mercenario mercedem retribuendo, & ſontem condemnando ועל האמת *Et ſuper veritate*, ne quis alii mentiatur & fallat. ועל השלום *Et ſuper pace*, in regno, & inter quemlibet incolam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דין Jus notat hic civitatis vel provinciæ regimem prout fas eſt; per *veritatem* intelligimus virtutum intellectualium ſcientiam, ſicuti expoſuimus; pax vero ad virtutes morales pertinet; hæc tria virtutum genera ſi reperiantur in mundo; erit omnino perfectus.

LEUSDENUS. שנאמר *ſicuti dicitur.* Quando hoc verbum præmittitur tum ſequitur textus Biblicus: ex. gr. hoc in loco verba ſequentia ſunt deſumta ex Zachariæ *cap.* 8. *verſu* 16.

FAGIUS. Eadem ſententia eſt cum ea quæ ſupra à Schimeone juſto dicta refertur. Omnem nempe tranquillitatem & fœlicitatem mundi pendere ab eo ut juditia non pervertantur, veritas locum habeat, pacique ab omnibus ſtudeatur.

פרק ב רבי אומר איזהי דרך ישרה שיבור לו
האדם כל שהיא תפארת לעושה ותפארת לו מן האדם
והוי זהיר במצוה קלה כבחמורה שאין אתה יודע מתן
שכרן של מצות והוי מחשב הפסד מצוה כנגד שכרה
ושכר עבירה כנגד הפסדה והסתכל בשלשה דברים
ואין אתה בא לידי עבירה דע מה למעלה ממך עין
רואה ואזן שומעת וכל מעשיך בספר נכתבין :

Caput 2. Ribbi dicit, quænam eſt via recta quam eligat ſibi homo? Omnis videlicet ea quæ decori eſt, verſanti in ea: & unde gloria ad illum redit ab hominibus. Æquè cautus eſto in ſervando levi aliquo præcepto atque gravi, ſiquidem ignoras retributionem mercedis præceptorum, & confer damnum præcepti cum mercede ejus, & mercedem transgreſſionis cum damno ejus. Tria item diligenter attende & nunquam incides in manus tranſgreſſionis. Conſidera quid ſupra te ſit. Oculus videns, & auris audiens, & quod omnia facta tua in libro adſcribuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שהיא תפארת לעושה *Omnis videlicet ea quæ decori eſt verſanti in ea*, omnis illa in qua ipſe & alii acquieſcunt, & hoc fiet ſi mediam viam omnium virtutum ingrediatur, & non defectum neque exceſſum committat, nam ſi avarus ſit, ſibi ipſi bonus eſt in eo quod multa bona coacervat, ſed alii ipſi non gratulabuntur cum hac conditione. Si vero ſit prodigus, ii qui ab ipſo receperunt, collaudabunt ipſum, ſed ſibi ipſi non conducit, quia hoc modo ad paupertatem deveniet. Cæterum liberalitatis virtus, quæ media eſt inter prodigalitatem & avaritiam, pulcherrima eſt auctori, eo quod bona conſervat, & non diſtribuit ultra id quod neceſſe eſt, & ſic in cæteris virtutibus.

שאין אתה יודע מתן שכרן של מצות *Siquidem ignoras retributionem mercedis præceptorum*, in Lege non declaratur præmium illius qui affirmaverit præceptum affirmativum, nec pœna illius qui iſta intermiſerit. Sed negativorum præceptorum pœnæ in Lege deſcriptæ ſunt, ut, lapidationis, combuſtionis, mortis per gladium, ſtrangulationis, excidii, & mortis a Deo inflictæ, & flagellationis; pœna levis ob peccatum leve, & pœna gravis ob peccatum grave.

והוי מחשב הפסד מצוה כנגד שכרה *Et confer damnum præcepti cum mercede ejus*, id quod perdideris de negotio & bonis tuis perdideris cum occupatione præcepti, confer cum præmio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt per viam rectam intelligi opera bona capite quarto expoſita, ſuntque actiones mediæ, quibus homo pro anima ſua acquirit habitum excellentiorem, cujus ope cum aliis converſari poteſt prout decet, atque hoc dicitur, תפארת לעושה ותפארת לו מן האדם Poſtea dicit auctor requiri ut præcepto admoneamur quod nobis videtur leve, ut eſt præceptum de lætitia feſtorum, de doctrina linguæ ſanctæ, ſicuti præceptum de circumciſione, de peniculamento, de mactatione agni Paſchalis; & hanc cauſam auctor poſuit, quia non intelligunt donum mercedis præceptorum. Hujus caſus ſenſum tibi hiſce ſequentibus exponam, nimirum, ſciendum eſt quod tota Lex continet præcepta affirmativa, & negativa. Cæterum de quolibet præcepto Legis negativo enumeratur pœna, paucis tantum exceptis, & propter nonnulla condemnatio mortis infligitur, propter alia excifio, flagellatio, & mors divinitus immiſſa. Novimus autem quod propter pœnas præceptorum negativorum quædam ſint prohibitiones majores, quædam vero minores, atque adeo octo eſſe gradus, quorum primus & maximus eſt qui continet earum rerum tranſgreſſionem ob quam lapidationis pœnam merentur. Secundus gradus continet pœnam combuſtionis; tertius, pœnam mortis ope gladii; quartus, pœnam ſtrangulationis; quintus, pœnam exciſionis; ſextus, pœnam mortis divinitus inflictæ; ſepti-

præmio quod te ſequitur in hoc mundo, aut in mundo futuro, & invenies illud hacce perditione multo majus. ושכר עבירה *Et peccati præmium*, delicias quibus in peccatis delicia-ris confer cum perditione quæ tibi exinde futura eſt.

ſeptimus, pœnam flagellationis; octavus comprehendit pœnam ob admiſſa præcepta negativa quæ non merentur flagellationis pœnas. Per hoſce gradus cognoſcemus peccati gravitatem, ejuſdemque levitatem. Sed præceptorum affirmantium præmium non definivit Lex, ne ſciremus quodnam præceptum maximi eſſet, & quodnam minimi pretii. Præcipit autem hæc & illa facere ſine diſcrimine, ſed non manifeſtavit quodnam majorem a Deo mercedem meretur; idcirco de his omnibus monendus eras. Hoc nixi fundamento dixerunt Sapientes, quiſquis uni ſtudet præcepto, is liber eſt ab altero, non habita ratione præcepti cui operam dat, & aliorum. Propterea quoque dixerunt, non tranſgrediuntur præcepta, nempe, ſi quis ſeipſum præparet ad aliquod præceptum, non relinquet illud ut faciat alterum. Poſtea dixit auctor, etſi unius præcepti æſtimatio non magis expoſita ſit quam alterius, dantur tamen in iis varii conſiderationum modi, quod nimirum omne præceptum affirmativum ob quod pœnam magnam quis meretur, ſi id tranſgreſſus ſit, etiam magnum præmium ſtatuit obſervanti, exempli gratia, ſacrificium Paſchatis, circumciſio, ceſſatio operis die Sabbati, ſepimenti ſtructura in tecto domus, hæc omnia ſunt præcepta affirmativa. Verum ſi quis die Sabbati opus fecerit, lapidandus ſit; qui vero non fecerit ſacrificium Paſchale, aut circumciſionem, condemnatus eſt excidii; & qui ſanguinem poſuerit in domo ſua, tranſgreſſus eſt negativum, & hoc eſt quod dicitur Deut. 22. 8. ולא תשים דמים בביתך Hinc ſcies quod Sabbaticæ quietis præmium ſit majus circumciſionis præmio, & circumciſionis præmium ſit majus præmio confectionis, ibidem; & hoc eſt quod dicitur in hac Miſna, *confer præcepti damnum cum mercede illius*. Præterea quoque dicit, *& mercedem tranſgreſſionis cum damno ejus*, hoc neque expoſitum eſt, ſed intelliges illud e pœna ipſius, nam cujus præcepti tranſgreſſio magna eſt, illius præmium contra etiam magnum, ſicuti exponetur in tractatu Kidduſchin, quiſquis cum aliis vixerit & non peccaverit, ei datur merces perinde ac ſi feciſſet præceptum aliquod, hoc ibidem expoſuimus. Lex dicit quod omnia opera Deo nota ſunt, ſicuti Moſes dixit Exod. 32. 32. מספר אשר כתבת.

LEUSDENUS. רבי *Ribbi*. Quando ſimpliciter in Miſna occurrit Ribbi vel Rabbi ſine adjecto nomine proprio, tum intelligitur Rabbi Jehuda, qui à vitæ ſanctitate vocatus eſt hakkadoſch (*ſanctus*,) vel ab excellentia hannaſi (*princeps*.) Hic floruit ſub Imperatore Antonino, Anno Chriſti 150. idemque eſt author collectionis Miſnæ: nam ille videns ſapientiam Judæorum imminui, & legem oralem oblivioni tradi, cogitavit de eâ conſervandâ: & propterea collegit omnium Judæorum ſui temporis chartas, in quibus quiſque memoriæ causâ aliquid notaverat, & ex iis confecit librum Miſnajoth, qui ab eo tempore pro authentico libro ab omnibus ferè Judæis eſt receptus. An non hic Rabbi Jehuda fuit filius Rabban Schimeonis, qui dicitur omnes alios Rabbanim dignitate ſuperaſſe? Et quare vocatur Rabbi, titulo vulgari, & non potius Rabban, titulo digniſſimo, ſicuti ſeptem Hillelis poſteri nominantur, quos tamen autoritate longè ſuperavit? *Reſp.* Rabbi vel Ribbi, abſolutè ſine adjecto nomine uſurpatum, præſtantius eſt quam Rabban cum addito nomine. Vide *Buxtorf. de Abbrev.*

איזוהי *Quænam.* Nonnullæ aliæ editiones exprimunt איזו היא per duas voces: ſed perinde eſt, vox compoſita & diviſa idem denotant. איזוהי ergò componitur ex אי *ubi*, זו *hic*, *hæc*, *iſte*, *iſta*, & היא *ipſa*.

שיבור *Quam eliget.* Componitur ex ש idem denotante quod אשר *qui*, *quæ*, *quod*; & יבור. Illud ש in Miſna ſæpiſſimè brevitatis causâ uſurpatur, ſed in V. T. rarò occurrit. יבור eſt Fut. à ברר *expurgavit*, *elegit*. Quia ſignificatio hujus verbi ubique non eſt eadem, ideo gloſſa parva hanc vocem in margine clarius explicat per שיברור ויבחר *Quam eliget, & ſeliget.*

והוי מחשב הפסד מצוה וכו׳ *Et confer damnum præcepti* cum mercede ejus, & mercedem tranſgreſſionis cum damno ejus. Fagius ſenſum hujus ſententiæ ſic interpretatur: Si cupis ſcire quanta ſit remuneratio ſervati præcepti, cogita quanta ſit pœna neglecti & violati præcepti; quod ſi magna eſt pœna, magna erit & merces. Et quod ſequitur, *Confer mercedem tranſgreſſionis cum damno ejus*: Si magna eſt pœna, quæ manet violatum præceptum, magna erit & merces ſi à violando eo tibi temperaveris.

לידי עבירה *In manus tranſgreſſionis*, h. e. tranſgreſſionem. Hebræi ſæpiſſimè utuntur voce יד *manus*: ſed ea vox non ſemper per *manus* debet explicari: *Exod.* 9. 35. *Prædixerat* ביד משה *Per manum Moſe*, h. e. per Moſen. Hic vox *manus* abundat. Hunc modum loquendi etiam ſequuntur ſcriptores N. T. Act. 7. 25. *Deus* διὰ χειρὸς αὐτοῦ *per manum ejus daret ſalutem illis*, pro δι᾽ αὐτοῦ *per ipſum*.

FAGIUS. Tria præcipue habet hæc verborum congeries. Primum optimum ſemper vitæ eligendum eſſe, unde quis non vituperari, ſed laudem potius ab hominibus conſequi poſſit, quod nimirum fiet, ſi virtutibus & honeſtis ſtudiis ſtrenuam operam navaveris. Alterum, pari ſtudio & diligentia ſervanda eſſe Dei præcepta quæ in ſpeciem quidem levia & minutula videntur, atque maxima & difficillima. Cauſam hebræorum ſapientes aſſignant hanc. Nullibi in divinis literis expreſſam mentionem fieri, quænam præcepta ampliora mereantur præmia, quod propterea factum adferunt, quo pari diligentia omnia præcepta minima æquè ut maxima cuſtodiamus, hinc ſunt iſtiuſmodi apud hebræos vulgo jactatæ ſententiæ העוסק במצוה פטור מן המצוה מבלתי הקשה בין המצוה אשר הוא מתעסק בה ובין האחרת אשר תבצר ממנה Id eſt, qui vacat alicui præcepto, liber eſt ab alio præcepto, ſic quod non debet difficultatem facere inter præceptum cui modo incumbit, & inter præceptum a quo abſtinetur. Item, אין מעבירין על המצות Id eſt, non faciunt tranſgredi præcepta. Senſus eſt, Cum contigerit te vacare præcepto alicui, non eſt ut omittas ipſum propter aliud. Quod ſi tamen aliquo pacto noſſe deſideras, quænam præcepta majus præmium mereantur, hoc modo juxta hebræorum ſententiam colligere licebit. Si magna eſt pœna, quæ prævaricationem præcepti conſequitur, magna erit & merces ſi ipſum non fueris tranſgreſſus. Exempli gratia: Pœna violati Sabbati eſt lapidatio. Neglectus verò Pæſach, eſt exterminium quod hebraice כרת dicitur, cum quiſpiam præmatura morte à deo è medio tollitur. Jam quia gravior eſt pœna violati Sabbati quam neglecti Pæſach, colligitur ampliorem eſſe mercedem quæ propter obſervantiam Sabbati quam Pæſach rependitur. Et ſic de reliquis collige. Atque hoc ſibi volunt hæc verba. Confer damnum præcepti cum mercede ejus. Hoc eſt, ſi cupis ſcire quanta ſit remuneratio ſervati præcepti, cogita quanta ſit pœna neglecti, & violati præcepti, quod ſi magna eſt pœna, magna erit & merces. Et quod ſequitur, Confer mercedem prævaricationis cum damno ejus &c. hunc habet ſenſum, ſi magna eſt pœna, quæ manet violatum præceptum, magna erit & merces ſi à violando eo tibi temperaveris. Utpote, ſi non furaberis, non mœchaberis, oblata etiam opportuna occaſione, id quod aliis verbis ab hebræis ſic effertur כל היושב ולא עבר עבירה נותנין לו שכר כעושה מצוה Id eſt, omnis qui ſedet & non admittit prævaricationem, merces ei datur ac ſi feciſſet præceptum. Porrò gradus pœnarum quæ manent tranſgreſſores præceptorum negativorum hoſce ex divinis literis colligunt & ſtatuunt hebræorum ſapientes. 1. סקילה Lapidatio. 2. שריפה Combuſtio. 3. הרג Decollatio. 4. חנק Strangulatio. 5. כרת Exterminium. 6. מיתה בידי שמים Repentina mors. 7. מלקות Verberatio. 8. לאוין שאין לוקין עליהן Violatio præceptorum negativorum quæ tamen non punitur verberibus. Poſtremum quod hic docetur eſt, Supremum illud Numen quod ſedet ſuper cœlos, & intuetur abyſſos, ubique & ſemper nobis præſens eſſe, omniaque dicta & facta intueri & animadvertere,

vertere, de quibus omnibus ſuo tempore à nobis rationem exiget, quod ſi cogitent homines, & vigili mente nunquam non volutarent, minus peccarent, & innocentius viverent.

ב רבן גמליאל בנו של רבי יהודה הנשיא אמר יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה· מלאכה סופה בטלה וגוררת עון וכל העוסקים עם הצבור יהיו עוסקים עמהם לשם שמים שזכות אבותם מסיעתם וצדקתם עומדת לעד ואתם מעלה אני עליכם שכר הרבה כאלו עשיתם :

2. Rabban Gamaliel filius ipſius Rabbi Jehudah principis, dicit, Pulchra eſt diſciplina legis cum artificio aliquo adjuncto, labor enim utriuſque oblivisci facit peccati. Omne quoque ſtudium cui non eſt junctum aliquod exercitium, tandem diſſipatur, trahitque ſecum iniquitatem. Quicunque item occupati ſunt negotiis reipublicæ, debent hoc ipſum facere propter Deum. Quoniam meritum patrum ipſorum patrocinatur ipſis, & juſtitia eorum durat in perpetuum. Denique & ego (Deus) dignos vos judico multa mercede, perinde ac ſi feciſſetis (præcepta.)

R. OB. DE BARTENORA.

דרך ארץ *Via terræ*, opera aut negotia. שיגיעת שניהם משכחת עון *Labor enim utriuſque oblivisci facit peccati*, nam Lex hominum vires debilitat, & corpus frangitur opere, & hoc modo figmentum malum perit.

וכל תורה שאין עמה מלאכה *Et omnis Lex cui non eſt junctum aliquod exercitium*, ſi dixeris, ſemper Legi ſtudendum eſſe, quia hoc modo quis peccatum obliviſcetur, & exercitia non eſſe neceſſaria; idcirco dicit auctor, *omnis Lex cui non adjunctum eſt aliquod opus, tandem ceſſabit*; quia ſine victu vivere nequit, ideo furabitur & ſtudium Legis intermittet. יהיו עוסים לשם שמים *Operari debent in nomine Dei*, non oſtentationis gratia, dicendo, hoc & illud feci in ſalutem eccleſiæ. *Quoniam meritum patrum ipſorum patrocinatur ipſis*, quia meritum patrum eccleſiæ eorumque juſtitia adjuvat eos qui cum iſtis operantur ad virtutis lucem conſequendam, non ſolum bona eorum diligentia. *Ego dignos vos judico multa mercede*, etſi res non procedat in bonum finem a parte operum veſtrorum, niſi ex mercede patrum eccleſiæ, ego tamen mercedem tribuo perinde ac ſi hoc beneficium Iſraëlitis præſtitiſſetis, quandoquidem rei divinæ operam navaſtis. Aliter, omnes qui eccleſiam adjuvant in præcepto aliquo, ut, dando eleemoſynas, redimendo captivos; omnia facient in nomine Domini, quia merces patrum eccleſiæ eos adjuvabit ut dent id quod inſtituerunt, etſi magna ſit pecuniæ ſumma, & eleemoſyna quam dederunt, imputabitur ipſis in perpetuum. Vobis autem qui operam dediſtis eccleſiæ in obſervatione præcepti, imputabo hanc mercedem perinde ac ſi præceptum hocce implevisſetis e veſtris bonis. R. Moſes Maimonides exponit quod ſi quis præceptum aliquod neglexerit dum eccleſiaſticis operam dabat, ei imputabitur perinde ac ſi illud feciſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דרך ארץ *Via terræ*, id eſt, negotia illa quæ ad vitam ſuſtentandam impenduntur. וגוררת עון *Trahitque ſecum iniquitatem*, ſicuti alibi expoſuimus eo quod dixerunt, tandem eo deveniet ut alios ſpoliet. Et quod dicit, *ego dignos vos judico multa mercede, perinde ac ſi præcepta feciſſetis*, ſunt verba Dei ad eos qui eccleſiæ dant operam, nam illi aliquando intermittunt præcepta dum occupantur in rebus eccleſiaſticis; ſed dicit Deum ipſis imputari præmium perinde ac ſi præceptum obſervaſſent, quia in nomine Dei inſerviunt eccleſiæ ipſius.

LEUSDENUS. של רבי יהודה הנשא *Rabbi Jehudæ principis*. של apud Rabbinos ſæpè uſurpatur, ſed in V. T. rarò denotat articulum Genitivi caſus. Hic idem, qui ſtatim ſimpliciter vocabatur Ribbi, jam vocatur Rabbi Jehuda princeps, adjecto titulo excellentiæ & dignitatis. Hujus filius Rabban Gamaliel fuit ſeptimus & ultimus, in quo titulus ille præſtantiſſimus Rabban, qui per ducentos ferè annos duraverat, exſpiravit. Gloſſa ad hunc Jehudam annotat הוא רבינו הקדוש *Ille eſt Rabbi noſter ſanctus*.

עם דרך ארץ *Cum artificio aliquo adjuncto*. Propriè ſonat *cum via terræ*. Hic modus loquendi varia apud Rabbinos denotat. 1. Mortem. 2. Civilitatem ſive urbanitatem. 3. Actum venereum. 4. Studium & laborem quærendi victum. In hâc ultimâ ſignificatione hic ſumitur. Hæc regula ergo docet ſic eſſe operam dandam ſtudio legis, ut interim agas unde vivere poſſis. *Vide Fagium.*

לשם שמים *Propter Deum*. Propriè ſignificat *propter nomen Cælorum*. Apud Hebræos vox שם *nomen* ſæpè abundat: *Gen.* 41. 51. *Et vocavit nomen primogeniti Menaſſe*, h. e. vocavit primogenitum Menaſſe. Talem Hebraiſmum etiam imitatur N. T. *Luc.* 1. 13. *Vocabis* τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην *nomen ejus Johannem*, h. e. vocabis αὐτὸν Ἰωάννην. שמים *Cælum* apud Rabbinos ſignificat Deum, quia ibi præcipuè Majeſtatem ſuam oſtendit. Hanc conſuetudinem etiam imitantur Scriptores. N. T. *Luc.* 15. 21. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, *peccavi in Deum*. Hebraiſmus igitur eſt quando vox Græca plures ſignificationes recipit, quia vox Hebraica eas habet: ex. gr. Ξύλον *lignum* denotat etiam arborem *Apoc.* 2. 7. quia vox Hebraica utrumque ſignificat; ſimiliter Αἰὼν *æternitas* in N. T. 1 *Cor.* 1. 20. etiam *mundum* ſignificat, quia עלם utrumque denotat. Ex his apparet in N. T. etiam occurrere Hebraiſmos. Errat ergò Pfochenius in Diatribe de linguæ Græcæ in N. T. puritate, ubi conatur & Hebraiſmis N. T. larvam detrahere, & ſimul probare profanos authores Græcos ita etiam eſſe loquutos.

מסיעתם *Patrocinatur*, à סיע *Juvare*, *opem ferre*. Eſt verbum uſitatum in ſecunda conjugatione. Eſt hic Participium 2. Conjug cum affixo.

FAGIUS. Multiplex uſus eſt hujus ſchematis דרך ארץ apud heb. modo enim eo mors quæ omnes mortales manet ſignificatur, modo civilitas ſive urbanitas, modo actus venereus, modo ſtudium & labor quærendi victum, & in hac poſtrema ſignificatione accipitur in præſentiarum. Ad verbum verò ſonat via, ſive mos terræ, Germ. der Vuelt brauch, oder ſit, quod nemo non de victu ſollicitus ſit niſi qui torpore planè diffluunt & aliorum labores vorant. Duo ergo præcipue hîc docentur. Primum, ſic inſtituendum eſſe ſtudium legis divinæ, ut interim etiam aliquid agas unde vivas, ne ſi non habeas unde vivas, tandem turpiter victum quæritare cogaris. Alterum, qui funguntur publicis muneribus, Deum ſibi in omnibus unicum ſcopum proponant, cujus gratia omnia ſibi commiſſa fideliſſime exequantur, nihil morati vel vulgi ingratitudinem, vel etiamſi ob publicum bonum, privatum commodum negligere oporteat, Deum ſiquidem habebunt remuneratorem. Neque eſt quod nos minus idoneos cauſſemur, Deus enim eſt qui ingenium, ſapientiam, prudentiam, & alia ſuppeditat, ubi cum ipſius voluntate ad publica munia ſubeunda rite vocamur, neque nos ipſos, vel per vim vel per fraudem ingerimus.

ואתם מעלה אני *Et vos* (ſcil. quod attinet) *æſtimo ego.* In lingua Hebraica ſæpè ſubintelligitur *quod attinet*, Pſal. 18. 3. האל תמים דרכו *Deum* (quod attinet) *perfecta eſt via ejus.* Iterum N. T. hunc Hebraiſmum exprimit in multis locis, *Apoc.* 3. 12. 21. ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν *Qui viceris* (quod attinet) *faciam illum.* Voces מעלה אני explicantur in margine per מחשב אני *cogito, reputo, ſupputo ego.*

ג הוו זהירין ברשות שאין מקרבין לו לאדם אלא לצורך עצמן נראין כאוהבין בשעת הנאתן ואין עומדין לו לאדם בשעת דחקו :

3. Cavete ab iis qui ſunt conſtituti in poteſtate, non enim adjungunt ſibi hominem, niſi cogat aliqua neceſſitas. Tum ſe exhibent tanquam amicos, idque propter commodum ſuum, nequaquam verò adſunt homini tempore quo premit illum calamitas.

R. OB. DE BARTENORA.

Cavete ab iis qui ſunt conſtituti in poteſtate, vos qui eccleſiaſticis operam dediſtis, etſi cogamini ſuper rebus publicis communicare cum multitudine, nihilominus cavete, &c.

LEUSDENUS. ברשות *Cum poteſtate.* Eſtote cauti cum poteſtate, h. e. cum principibus, regibus, aliiſque. Facilè enim mutantur, & favorem mutant in iram. Hinc antea Schemaja dixit. Ne nimium familiaris ſis principibus: ſimulant enim ſe eſſe amicos, quando tuâ indigent operâ; ſecus verò plebejos contemnunt, & in periculo conſtitutos prorſus deſerunt, inquit Fagius.

לצורך עצמן *ad utilitatem ſuam propriam.* עצם *os, corpus, ſubſtantia* ſæpè apud Rabbitur pro *Ipſemet, Ipſummet, Ille ipſe.* Hic occurrit cum affixo plur. 3. perſ. Cum aliis affixis dicitur עצמי *ego ipſe*, עצמך *Tu ipſe*, &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod רשות notat dominium quo homo ſe a mala vivendi conditione liberit.

FAGIUS. Monet hæc ſententia cavendum eſſe plebejis potentioribus, ut illis non nimium fidant, nec multum ipſorum amicitiam ambiant, ſimulant enim ſe eſſe amicos, ubi tuo opus habent auxilio, ſecus verè, negligunt, contemnunt, atque etiam in periculo conſtitutum prorſus deſerunt.

ד הוא היה אומר עשה רצונו כרצונך כדי שיעשה רצונך כרצונו בטל רצונך מפני רצונו כדי שיבטל רצון אחרים מפני רצונך הלל אומר אל תפרוש מן הצבור ואל תאמן בעצמך עד יום מותך ואל תדין את חברך עד שתגיע למקומו ואל תאמר דבר שאי אפשר לשמוע שסופו להשמע ואל תאמר לכשאפנה אשנה שמא לא תפנה :

4. Ribbi dicit, Fac voluntatem ejus ſicut voluntatem tuam, ut & ipſe faciat voluntatem tuam, ſicut voluntatem ſuam. Diſſipa voluntatem tuam, propter voluntatem ejus, ut & ipſe diſſipet voluntatem aliorum propter voluntatem tuam. Hillel dicit. Ne ſegreges te ab eccleſia, neque credas tibi ipſi, uſque ad diem mortis tuæ. Neque judices proximum tuum, donec acceſſeris ad locum ejus. Neque dicas quippiam ut non poſſit intelligi, quod tamen poſſit intelligi. Neque dicas cum ocioſus ero diſcam: fortaſſis nunquam otioſus eris.

R. OB. DE BARTENORA.

עשה רצונו כרצונך *Fac voluntatem ejus ſicut voluntatem tuam*, impende pecuniam & bona tua in rebus divinis, perinde ac ſi in tuis impendas; nam ſi ita feceris, tua voluntas fiet ut ipſius, dabit tibi bona cum bono lucro.

כדי שיבטל רצון אחרים *Ut aliorum voluntatem diſſipet*, nam ipſe deſtruit cogitationes omnium eorum qui contra te conſurgunt in malum. Ego autem audivi, quod hic ſit ſermo quo de Deo honorificè loquimur, perinde ac ſi dixeris, ut voluntas ipſius ceſſet propter voluntatem tuam, ſicuti dicunt in Gemara, quiſquis unum præceptum rite fecerit, etiam ſeptuaginta annorum decretum ejus gratia ceſſat.

אל הפרוש כן הצבור *Ne ſegreges te ab eccleſia*, ſed operam des illius negotiis, nam quiſquis ſe a congregatione ſeparaverit, non percipiet conſolationem congregationis. אל תאמן בעצמך עד יום מותך *Neque credas tibi ipſi, uſque ad diem mortis*, nam Jochanan ſummus pontifex octoginta annos miniſterio functus eſt, & deinceps Zaddocæus factus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam oſtendimus capite quarto, quod ab eccleſia nos ſeparare non debemus niſi propter corruptionem, ſicuti ibidem expoſuimus; vult igitur auctor quod homo, etſi in anima ipſius ſit excellens aliqua ad virtutem inclinatio, tamen nunquam illam augendi occaſionem negligere debet, & non fidere ſibi, dicendo, hanc virtutem jam acquiſivi uſque adeo ut a me nulla unquam tempore poſſit removeri, & hoc eſt quod vult quando dicit, *neque credas tibi ipſi uſque ad diem mortis tuæ.*

ואל תאמר שאי אפשר לשמוע שסופו להשמע *neque dicas quippiam quod audiri nequeas, quod tamen poſſit audiri*, verba non debent longe diſcrepare ab eo quod nonnemo dicere velit, id eſt, verba ita debent eſſe diſpoſita ut ſenſus eorum ſine multa difficultate intelligi poſſit. *Neque dicas, cum otioſus ero, diſcam*, quando ab hoc negotio vacavero, nam hoc convenit cum præcepto Scholæ Schamai, quæ dixit, fac legem tuam fixam.

ואל תדין את חברך עד שתגיע למקומו *Et ne judices proximum tuum, niſi donec acceſſeris ad locum ejus*, ſi viſitaveris proximum tuum cumque in tentationem aliquam incidiſſe deprehenderis, non judicabis de ipſo in malam partem, niſi donec tu ipſe in tentationem aliquam incideris, & deinceps ſalvus evaſeris. *Neque dicas quicquam quod audiri nequeat*, ſenſus eſt, ne ſint tua verba ambigua, ut primo intuitu intelligi non poſſint, & confidas quod ſi is qui ea audiverit, de iis profunde meditatus ſit, tandem illa intelliget, nam hoc modo errores introduxeris, & propter te nonnulli in hæreſin incident. Aliter, non revelabis tibi ſecretum tuum clara voce, dicendo, hic nemo eſt qui me audiat, quia tandem revelabitur, licet id fiat per volucres, eo ſenſu dicitur שכופו לשמע *Tandem audietur.* Sed Ribbi dicit, *ne dicas quippiam quod audiri nequit, attamen audietur deinceps*, loquitur de Legis verbis,

verbis, volt igitur, ne quis dicat de quodam loco Legis, quod illum jam nolit audire, quia poſtea illum audiet & intelliget, ideo ſtatim aures arrigendæ ſunt. *Neque dicas, cum otioſus ero diſcam, fortaſſis nunquam otioſus eris*, negotiis meis ad finem perductis meditabor in Lege.

LEUSDENUS. בטל *Fac ceſſare* tuam voluntatem. Addit gloſſa אם חמדה נפשך בגזל ועריות *Si deſideret anima tua rapinam aut ſcortationem impuram & impudicam, &c.* Hæc regula docet pravis affectibus & cupiditatibus eſſe imperandum: ſic enim fiet, ut Deus aliorum affectus & conatus, quibus tibi nocere cupiunt, in nihilum redigat.

ואל תאמן בעצמך *Neque credas tibi ipſi*, h. e. Etiamſi ſis pius, doctus, & ſapiens, noli tamen tibi nimium placere & fidere: nam nemo tam perfectè beatus eſt, qui non aliquando impingat & labatur: nam qui ſtat videat ne cadat. Gloſſa hoc probat exemplo Sacerdotis maximi, cum ait, יוחנן כ״ג שמש בכהונה גדולה פ׳ שנה ולבסוף נעשה צדוקי *Jochanan Pontifex adminiſtravit Sacerdotium magnum octoginta annis, & tandem factus eſt Sadducæus.*

ואל תאמר דבר וכו׳ *Ne dicas quippiam*, quod non poſſit intelligi. Hæc regula commendat perſpicuitatem in loquendo & docendo; contra eos qui vel data operâ, vel ex imperitiâ rebus per ſe facilibus & perſpicuis difficultatem & obſcuritatem inducunt, cum eaſdem vocibus intellectu facilioribus proponere poſſent.

לכשאפנה *Cum otioſus ero*, diſcam. Componitur ex ל, כ, ש & futuro אפנה à פנה *aſpicere, declinare.* Apud Rabbinos etiam denotat *exonerare alvum*; etiam *otioſum eſſe, vacare.* In hâc poſteriore ſignificatione ſumitur hoc in loco. Hæc ſententia damnat moram & procraſtinationem in bonis & honeſtis ſtudiis, cum mora in re bonâ ſit damnoſa; contra eos qui ſemper dicunt Cras, Cras. Gloſſa ita interpretatur hanc ſententiam כשתהיה לי פנאי מעסקי אעסוק בתורה *Quando erit mihi otium à meis negotiis, tum operam dabo Legi* (Theologiæ.)

FAGIUS. Duo hic docentur, Primum, ut non ſegnes, ſed æquè gnavi & ſtrenui ſimus in promovendis rebus divinis atque in rebus noſtris eſſe ſolemus. Sic etenim fiet ut, Deus opt. Max. vota noſtra propitius exaudiat, benigniterque omnia quæ ab illo pro noſtra commoditate neceſſitateque obtinere deſideramus ſuppeditet. Alterum, Pravis affectibus atque cupiditatibus quibus Deus offenditur imperandum eſſe, ſic enim fiet, ut, & ipſe aliorum affectus & conatus quibus tibi nocere cupiunt diſſipet, & in nihilum redigat. Quinque hic monentur. Primum, non eſſe deficiendum ab eccleſia, quandoquidem in ea tantum, & non extra eam valent & locum habent promiſſiones Dei. Sicut enim perit membrum à corpore reſecatum, & ovicula è caulis aberrans in fauces lupi incidit, ſic tandem miſere pereunt, quotquot ab eccleſia temere deſciſcunt. Quod ſane non inepte ſignificare voluerunt patres hoc dicto. Extra arcam Noë non eſt ſalus. Perſtringuntur ergo hic, Sectarii, Apoſtatæ, deſertores, & contemptores eccleſiæ. Alterum, Neminem utcunque doctum, pium & ſapientem, ſibi nimium debere placere & fidere, cum nemo ſit abſolutus, & ex omni parte beatus qui non aliquando impingat, cadat, labatur, & erret. ſicut etiam divinæ teſtantur literæ כי אין אדם אשר לא יחטא id eſt, quoniam non eſt homo qui peccet. Ad mortem igitur uſque ſemper ad meliora enitendum, antequam nemo ſe perfectum judicet, ſicut & Ethnicus canit Poëta, Ante obitum nemo ſupremaque funera debet, dici beatus. Tertium, monet ne temere judices, condemnes, planeque abjicias illoque te meliorem ſtatuas quem videris errantem, & fortè in periculo conſtitutum viro forti indignum quippiam deſignantem, niſi te ſimili modo tentatum fortiter in bono perſtitiſſe expertus ſis. Sumus enim omnes miſelli homines, caro & ſanguis, & nemo alio vel pilo melior & juſtior, niſi quantum aliquem ſupremi numinis benigna manus magis ſuffulcierit. Quare non eſt ut quid viribus noſtris tribuamus, atque contra proximum peccantem inſoleſcamus juxta illud apoſtoli. Quid habes quod non accepiſti? & iterum. Qui ſtat, videat ne cadat. Quartum, commendat perſpicuitatem in loquendo & tradendo aliquid. Sunt enim qui data opera rebus per ſe facilibus difficultatem, & obſcuritatem inducunt, quod planè non caret vitio. Poſtremum, damnat moram & procraſtinationem in bonis & honeſtis ſtudiis. Mora ſiquidem in omni re ferè damnoſa eſt. Et qui non eſt hodie (ut ille inquit) cras minus aptus erit.

ה הוא היה אומר אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד ולא הביישן למד ולא הקפדן מלמד ולא כל המרבה בסחורה מחכים ובמקום שאין אנשים השתדל להיות איש :

5. Nullus nebulo timet peccatum, nec idiota eſt vir pius. Nec qui erubeſcit diſcit, neque iracundus docet. Neque qui crebrius ultro citroque oberrat, ſapiens ſit. Et in loco ubi non ſunt viri, da operam ut præſtes virum.

R. OB. DE BARTENORA.

בור Eſt is qui omnium rerum rudis eſt, & viliſſima plebe vilior. ולא עם הארץ חסיד *Nec idiota poteſt eſſe pius*, ſed peccatum quidem timere poteſt, quia in negotiis peritus eſt. ולא הביישן למד *Neque qui erubeſcit, diſcit*, quia rubore perfunditur cum rogat. quandoquidem credit ſe ab aliis iri deluſum, quomodo ſemper manebit in dubiis ſuis.

ולא הקפדן *Neque iracundus*, magiſter qui inter docendum iraſcitur diſcipulis, is non docebit ſicuti convenit; requiritur autem ut blando ſerenoque vultu diſcipulos ſuos doceat, & ad doctrinam alliciat.

ולא כל המרבה בסחורה מחכים *Neque is qui negotiationem auget, fit Sapiens*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 30. 13. ולא מעבר לים ergo Lex non habet locum in iis qui trans mare navigant, ut illic negotientur. *Et in loco ubi non ſunt viri, da operam ut te præſtes virum*, ut ſias aptus ad docendum alios, & tandem eccleſiæ caput conſtituaris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בור Eſt is qui nulla ſcientia nec virtute morali præditus eſt. עם הארץ *Populus terræ*, eſt genus hominum cui non ſunt virtutes intellectuales, ſed morales tantum. הקפדן eſt iracundus qui ob quaslibet malitias commovetur. השתדל להיות איש *Da operam ut te virum præſtes*, aſſueſcas animam tuam ad virtutem acquirendam, & cum non ſint homines Sapientes qui te doceant, tibi ipſi eris magiſter. Dixerunt Sapientes Legem non inveniri in ſuperbis, neque in illis qui terras longinquas poſſident, & hoc eleganter applicuerunt ex Pſal. 7. 16. Dixeruntque, Lex non habet locum in iis qui altum ſpirant, neque in iis qui mare tranſnavigant.

LEUSDENUS. בור *Bardus, ſtupidus, inciuilis.* Maimon ait, ולא מדות *Bur eſt, qui neque ſapientia, neque moribus præditus eſt.* Procul dubio hinc nomen ruſtici (*Boer*) in lingua Belgica deſcendit. Vocabula talia & ſimilia, ex linguâ Hebraicâ deſumpta, docent linguam Hebræam

FAGIUS. Per בור hebræi intelligunt hominem nihili, & ab omni ſapientia ac virtutibus prorſus alienum. Per עם הארץ vero plebejum, indoctum, illiteratum & amuſum. Ab hoc ergo non multam pietatem, ab illo verò nullum timorem dei qui homines à peccando abſtinet, expectandum monet,

bræam eſſe matrem linguarum. Bur ergò denotat hominem nihili, & ab omni ſapientia ac virtutibus prorſus alienum. Per עם הארץ *populus terræ*, quod ſequitur, dehonotatur homo plebejus, indoctus & illiteratus.

הקפדן *Iracundus* non benè docet. קפדן eſt *præceps*, *biliofus*, *iracundus*. Talis non benè docet. Hinc dicunt Rabbini אין התורה מתפרשת אלא במי אינו קפדן *Lex non rectè explicatur, niſi per eum, qui non eſt iracundus*. Laudatur Hillel quod fuerit manſuetus, & contemnitur Schammai quod fuerit iracundus. Hinc in Gemara dicunt לעולם יהא אדם ענותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי *Perpetuo ſit homo manſuetus ſicut Hillel, nec ſit iracundus ſicut Schammai.* Vide Lex. Talm. Buxt. Rad. קפד. Gloſſa marginalis ſic explicat הרב שמקפיד על התלמידים כשואלין אותו לא ילמד כראוי *Magiſter, qui iraſcitur contra diſcipulos quando interrogant ipſum, non docet ſicut decet.*

ולא כל מרבה בסחורה *Neque qui crebrius ultro citroque oberrat*, vel qui multiplicat negotiationem, ſapiens fit, ſcil. בתורה *in lege*. Hinc Ben Syra olim dixit *neque apud negotiatores neque apud mercatores.* Legem, h. e. Verbi Divini ſtudium aut peritiam.

ובמקום שאין אנשים *Et in loco ubi non ſunt viri*, da operam ut præſtes te Virum. Senſus eſt inquit Fagius: Ubi non ſunt qui te docere & erudire poſſunt, fac teipſum doceas, quo ſemper aliquid diſcas unde doctior & melior evadas.

monet. Nec qui erubeſcit, &c. Planum eſt quid ſibi velit. Sunt enim qui ſtulto quodam pudore ſemper malunt neſcire quam ſemel diſcere, cum tamen ſcire pulchrum ſit & pudendum nil velle diſcere. Cavendum ab iracundia maximè iis qui alios docent, diſputant, concionantur, judicant, ad omnia enim magis idoneus & appoſitus eſt qui ira vacat, quod ea obſtet animi judicio. Neque qui crebrius &c. Convenit ferè cum illo poëtico. Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt, Hebræi hanc ſententiam aliis verbis ſic exprimunt התורה לא תמצא בבעלי הגאוה והגבות ולא כהולכי ארצות רחוקות id eſt, Cognitio legis non invenitur in hominibus arrogantibus ac ſuperbis, neque in iis qui peragrant longinquas terras. Et in loco ubi non ſunt viri, &c. Senſus eſt, ubi non ſunt qui te docere & erudire poſſunt fac teipſum doceas, quo ſemper aliquid diſcas unde doctior & melior evadas.

Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt. Hæc regula non interdicit omnem peregrinationem vel mercaturam: nam gloſſa addit יותר מראי *magis quam ſufficit*, מתכים לא תמצא תורה לא בסחרנים לא בתגרים *Non invenies Legem*

ו אף הוא ראה גלגלת אחת שצפה על פני המים ואמר לה על דאטפת אטפוך וסוף מטיפיך יטופון :

6. Idem quoque Rabbi cum videret calvariam manantem in ſuperfitie aquarum, dixit ad eam, quia alios prior perdidiſti, perdita es. Et qui te perdiderunt, futurum eſt ut & ipſi pereant.

R. OB. DE BARTENORA.

על דאטפת אטפוך *Quia alios prior perdidiſti, perdita es*, quia tu fuiſti mala & homines deſtruxiſti, & in fluvium conjeciſti, idcirco eadem menſura tibi menſurabunt.

וסוף מטיפיך יטופון *Tandem illi qui te perdiderunt, peribunt*, quia res hæc tibi non erat tradita, ſed Senatui, & Deus te tradidit in eorum poteſtatem, quia pœnam mediante malo in ipſum devolvit, & poſtea Deus mortem tuam repetet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere Rabbi, tu o mons calvaria deſtructus es eo quod alii in te occiſi ſunt, qui vero te deſtruxerit, is poſtea deſtruetur. Hujus dicti ſenſus eſt quod mala opera redundant in caput illius qui ea peregit, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 30. 13. Sapientes vero dicunt, menſura qua tibi alii menſuraverint, eadem & tu denuo menſurabis; atque hoc ſemper ex ipſa experientia confirmatur; & quocunque in loco quis faciat malum, vel tormentorum genera excogitet, is eo quod invenit, malo punitur. Sic etiam quiſquis aliquod bonum opus virtutes producens invenerit, iſtius virtutis utilitatem ipſe conſequetur, quia invenit rem quæ ipſi & aliis conducit, nam ſcriptum eſt Job. 34. 11. כי פעל אדם ישלם לו.

LEUDENUS. אף הוא *Etiam ille*. Gloſſa addit הלל *Hillel*, ſcil. ſenex, cujus ſupra fecimus mentionem.

גלגלת *Calvaria*. Gloſſa breviter explicat per ראש *Caput*.

על דאטפת אטפוך וסוף מטיפיך יטופון *Quia alios prior perdidiſti, perdita es. Et qui te perdiderunt, futurum eſt ut & ipſi pereant.* Propriè verba ſonant: *Eo quod feciſti natare (alios) fecerunt & te natare, & tandem qui fecerunt te natare, natabunt & ipſi.* Senſus eſt, quâ menſurâ quis aliis metitur, eâdem etiam alii remetientur ei; quod Hebræi ſic efferunt, במדה שאדם מודד בה מודדים לו nam malefacta ſæpè redundant in caput ſuorum authorum, & ferè eodem genere mali pereunt homines, quo ipſi alios antea perdiderunt. Hillel hanc ſententiam protulit occaſione cranii hominis interfecti, quod videbat natare in aqua: Quia tu feciſti natare aliorum crania, h. e. quia tu antea alios occidiſti, & in aquam projeciſti, ideo & tibi idem contigit, & qui te occiderunt, occidentur & ipſi, & in aquam projicientur, ut natent ſicut tu. *Vide Lex. Talm. Buxt. p.* 866. דאטפת *quod feciſti natare.* Hæc quatuor verba deſcendunt ab eâdem Radice Chaldaicâ טוף *exundare, inundare, fluere, natare,* &c. Et convenit cum voce Hebraicâ צוף, ex quâ etiam hæc Radix formata eſt: multæ enim voces Chaldaicæ formantur ex vocibus Hebraicis per mutationem quarundam literarum: ex gr. ex שב *reverſus eſt* fit תב, ex ברזל *ferrum* fit פרזל, & ſic deinceps. אטפת igitur eſt ſecunda perſona ſingularis numeri Præteriti, אטפוך eſt tertia perſona plur. num. cum affixo etiam Præteriti, & מטיפיך eſt Participium plur. cum affixo, omnia in tertia Conjugatione Chaldaicâ Aphel, pro quo Hebræi dicunt Hiphil: ſed יטופון eſt tertia perſona plur. num. in Futuro Kal. Gloſſa ſic explicat אטפת h. e. על שהירת מלסטם הבריות והציפן לנהר *Quoniam more latronum interfeciſti (vel prædatus es) creaturas, & feciſti natare eas in flumine.* אטפוך h. e. הציפוך בנהר *fecerunt te natare in flumine.* יטופון, h. e. אותן שהציפוך ימותו באותה מיתה *Illi qui fecerunt te natare, morientur eadem illa morte.*

FAGIUS. Monet hæc ſententia, Malefacta plerunque redundare in caput ſuorum authorum, & ferè eodem genere mali perire homines, quo ipſi alios perdunt, ſic enim fato quodam accidit, ut qua menſura quis aliis metiatur, eadem & alii remetiantur illi, id quod hebræorum ſapientes ſic enunciant במדה שאדם מודד בה מודדים לו.

ז הוא היה אומר מרבה בשר מרבה רמה מרבה נכסים מרבה דאגה מרבה נשים מרבה כשפים מרבה

7. Idem dixit, qui multiplicat carnes, multiplicat vermes. Qui multiplicat divitias, multiplicat curas. Qui multiplicas uxores, multiplicat veneficas. Qui multiplicat ancillas, multiplicat ſcelus. Qui

מרבה שפחות מרבה זמה מרבה עבדים
מרבה גזל מרבה תורה מרבה חיים מרבה ישיבה
מרבה חכמה מרבה עצה מרבה תבונה מרבה צדקה
מרבה שלום קנה שם טוב קנה לעצמו קנה לו דברי
תורה קנה לו חיי העולם הבא :

qui multiplicat ſervos, multiplicat rapinam. Qui multiplicat legem, multiplicat vitam. Qui multiplicat ſcholam, multiplicat ſapientiam. Qui multiplicat conſilium, multiplicat legem. Qui multiplicat juſtitiam, multiplicat pacem. Qui comparat nomen bonum, comparat ſeipſum. Qui comparat ſibi verba legis, comparat ſibi vitam futuri ſeculi.

R. OB. DE BARTENORA. מרבה בשר מרבה רמה *Qui multiplicat carnes, is multiplicat vermes*, ſi quis comedat & bibat multum donec fiat carnoſus, multiplicat pro ſe vermes in ſepulchro; idcirco nos docet doctor Miſnicus quod omne nimium vertitur in vitium, Legis, eleemoſynarum & ſcientiarum multiplicatione excepta. מרבה נכסים מרבה דאגה *Qui multiplicat divitias, is multiplicat curas*, quia timet ne regii ærarii præfecti de bonis ad ſe rapiant, vel prædones veniant atque ipſum occidant. Cæterum pius aliquis Deo gratias agebat quod a periculo mortis liberatus eſſet; rogantibus vero ipſum qua ratione ſalvus evaſerat? Reſpondit nummorum abundantiam ſæpius ipſi vitæ ſervatæ cauſam extitiſſe, nam propter copiam ſingulis momentis omnia ſecuritatis media excogitare debemus. מרבה נשים מרבה כשפים *Qui multiplicat uxores, is multiplicat veneficas*, ſequitur juris ordinem, prius enim homo exornat ſeipſum, edens, bibens, & carnem augens, & deinceps bona ſua augere ſtudet, his auctis plures ſibi comparare mulieres conatur; hiſce comparatis multiplicat ſervas pro iſtis. Cum jam in tantum ipſius aucta ſit familia, opus habet agris & vineis in alimentum familiæ; idcirco hocce ordine ab auctore enarrantur. מרבה תורה מרבה חיים *Qui multiplicat Legem, is multiplicat vitam*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 30. 20. *Qui vero Scholam multiplicat, is Sapientiam multiplicat*, quia verborum ſuorum reddit rationem, & opiniones ipſius animo inſident auditorum. Nonnemo legit, מרבה ישיבה מרבה חכמה & tum ſenſus eſt, is qui diſcipulos multiplicat, in cauſa eſt ut illi denuo multiplicentur & ſcientiis augeantur. מרבה עצה *Qui multiplicat conſilium*, capiendo conſilium. מרבה תבונה *Multiplicat prudentiam*, intelligendo & deducendo unam rem ex alia, mediantibus conſiliis ipſi datis. *Qui eleemoſynam multiplicat, is multiplicat pacem*, ſicuti dicitur Eſa. 32. 17. והיה מעשה הצדקה שלום.

LEUSDENUS. צדקה *Juſtitia*. צדקה ſæpe apud Hebræos denotat *eleemoſynam*, tum ſenſus erit: Qui miſericors & liberalis eſt in pauperes, ille pacem, & bona alia, quæ S. Scriptura per pacem intelligit, à Deo accipiet.

העולם הבא *Futurum ſeculum, mundus futurus*. Judæi communiter per ſeculum futurum intelligunt duo. 1. Temporalem & carnalem felicitatem ſub regno futuri Meſſiæ. 2. Æternum illum & ſpiritualem beatorum ſtatum poſt mortuorum reſurrectionem, quo beati poſt ultimum judicium fruentur.

FAGIUS. Notat hæc ſententia homines voluptuarios, qui nihil aliud agunt quam cuticulam curent, & ventrem alant, hi cogitent ſe tandem eſcam vermibus futuros. Divitiæ præſeferunt quidem voluptatem, ſed ſi introſpicias, habent pericula & amaritudinem, Eutrapeles quidam fuit, qui cum inimicis ſuis maximè nocere vellet, divites eos faciebat, dictitans ita ſe eos ulciſci, quippe accepturos cum divitiis ingentem ſarcinam curarum. Dehortatur à polygamia quandoquidem ea res aliquando maximis viris fraudi fuit, ut exemplo eſt Sapientiſſimus rex Salomon. Qui alit multas ſervas, alit multas meretrices & ſcorta. Et qui alit multos ſervos, alit multos fures, raptores, & bonorum ſuorum ſuppilatores. Monet vitæ prorogationem nec non & omnem felicitatem quæ appellatione vitæ in divinis literis venit, ex eo nobis obtingere, cum in lege domini nos ſedulo exerceamus, illamque vita & moribus exprimamus, quemadmodum & pulchre canit regius propheta Pſal. 1. ישיבה Hebræi vocant Academiam & locum publicum ubi confluunt ſtudioſi ad diſcendum. Eſt ergo ſenſus. Sapientiam non diſci in Tabernis vinariis, ſed in ſcholis ubi traduntur diſciplinæ, & bonæ literæ. Parænesis eſt, ſæpius adeundos & conſulendos viros doctos, ſapientes & in ſacris rebus exercitatos, ſic enim fiet ut quæ tibi dubia ſunt, plana fiant: & legis divinæ cognitionem ſolidiorem & pleniorem magis atque magis adipiſcaris. Pax, id eſt, rerum fœlicitas & proſperitas, non obtinentur injuſtitia & iniquitate, ſed juſtitia & æquitate. Hinc enim eſt quod fœliciter habent politiæ, & pub. & privatæ. Poteſt tamen juſtitia hoc in loco etiam pro eleemoſyna accipi quam heb. צדקה nominant. Et tunc ſenſus erit, qui miſericors & liberalis eſt in pauperes nihil non boni (quod ſcriptura per pacem intelligit) à Deo obtinebit, juxta illud Salomonicum, qui miſeretur pauperis, fœneratur domino. & iterum. Oculo liberali benedicetur, hinc nimirum natum eſt illud dicterium apud Germanos, *Almuſen geben armet nicht*. Fuerunt qui malefactis æternam nominis ſui memoriam apud poſteros ſtatuere conati ſunt, ſed res eſt multo præclariſſima non malefactis, ſed benefactis hoc ipſum tentare & efficere. Melius eſt enim nomen bonum (ut Eccleſiaſtes inquit) quam divitiæ multæ. Et poëta monet, omnia ſi perdas, famam ſervare memento. Verba legis vel ad unguem etiam omnia memoriter tenere, non beat, nam hoc & Sathan ipſe & impii quique poſſunt, verum quod lex jubet & præcipit, facere, vitamque ad illius normam diligenter conformare, hoc ipſum vitam commeretur æternam. Et דברי תורה verba legis, hebraiſ. eſt pro rebus quæ in ipſa lege continentur, docentur & præſcribuntur. Siquidem Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute ut inquit Apoſtolus, ſunt denique qui multis laboribus & ſudoribus incertas multiſque modis perituras ſectantur divitias. Tu vide ut ejuſmodi tibi theſauros congeras, quos tibi ut ſalvator veriſſ. docet in Euangelio, neque tinea corrumpere, neque ullus fur eripere poteſt. Et iſtud ſibi vult præſens ſententia.

ח רבן יוחנן בן זכאי קבל מהלל ומשמאי הוא
היה אומר אם למדת תורה הרבה אל תחזיק טובה
לעצמך כי לכך נוצרת חמשה תלמידים היו לרבן
יוחנן בן זכאי ואלו הן רבי אליעזר בן הורקנוס ורבי
יהושע בן חנניה ורבי יוסי הכהן ורבי שמעון בן נתנאל
ורבי אלעזר בן ערך הוא היה מונה שבחן רבי אליעזר
בן

8. Rabbi Jochanan filius Zaccai, accepit ab Hillel & Schamai, is dixit, ſi didiciſti multam legem, non eſt ut tibi ipſi bonum adſcribas, ad hoc enim creatus es. Quinque diſcipuli fuerunt ipſi Rabbino Jochanan, ſcilicet, Rabbi Eliezar filius Hircani, & Rabbi Jehoſchuah filius Chananiæ, & Rabbi Joſe ſacerdos, & Rabbi Schimeon filius Nethaneël, & Rabbi Eleazar filius Arach, horum laudem ſic contulit. Eliazar filius Hircani, ciſterna eſt calce linita, quæ nec guttulam perdit. Je-

בן הורקנוס בור סיד שאינו מאבד טפה רבי יהושע
בן חנניה אשרי יולדתו יוסי הכהן חסיד רבי שמעון
בן נתנאל ירא חטא ורבי אלעזר בן ערך מעין המתגבר
הוא היה אומר אם יהיו כל חכמי ישראל בכף
מאזנים ואליעזר בן הורקנוס בכף שניה מכריע את
כלם אבא שאול אומר משמו אם יהיו כל חכמי
ישראל בכף מאזנים ורבי אליעזר בן הורקנוס אף
עמהם ורבי אלעזר בן ערך בכף שניה מכריע את כלם:

boſchuah filius Chananiæ, beata genetrix ejus, Joſe ſacerdos pius eſt, Schimon filius Nethaneëlis timet peccatum, Eleazar filius Arach, eſt tanquam fons, qui ſcaturiendo magis, atque magis invaleſcit. Idem quoque dixit, ſi fuerint omnes ſapientes Iſraël in lance ſtateræ. Et Rabbi Eliezar filius Hircani in lance altera, ſuperabit omnes. Abba Schaul dixit nomine ipſius Rabbi Jochanan, ſi fuerint omnes ſapientes Iſraël in lance ſtateræ, Rabbique Eliezar filius Hircani cum illis extiterit, atque Rabbi Eleazar filius Arach extiterit in lance altera, omnes ſuperabit.

R. OB. DE BARTENORA.

אל תחזיק טובה לעצמך *Non eſt ut tibi ipſi bonum adſcribas*, dicendo, maximam Legis partem addidici; quandoquidem autem ipſe R. Jochanan neque ſacram Scripturam, neque Miſnam, neque conſtitutiones magiſtrorum, neque diſquiſitiones Theologicas neglexerat, hæc dixit. בור סיד *Ciſterna calce linita*, quæ calce linitur ne aquæ gutta pereat, ſic ipſe nihil ad ingenium excolendum omiſiſſe fertur.

אשרי שילדתו *Beata genitrix illius*, quod tantis virtutibus ipſum affecerit, donec quiſque de ipſo dicat, beata ſit ge nitrix ipſius. Nonnulli dicunt, ipſum hoc dixiſſe quia illa in cauſa fuiſſet acquiſitæ ſapientiæ, & ſeipſam ad omnes civitatis Scholas contuliſſet, dicendo magiſtris, oro vos ut pietate ducamini in creaturam quæ eſt in ventre meo, ut aliquando fiat Sapiens, a teneris itaque unguiculis ad ſtudia adſcitus eſt, ut nulla præter Legis verba ad ipſum prolata ſint. חסיד *Pius* eſt qui opera facit ſuperflua. ירא חטא *Peccatum timens*, nam rerum etiam licitarum prohibitionem in ſe ſuſceperat, ne in peccatum incideret. מעין המתגבר *Fons ſcaturiens*, cor ipſius ſe late diffudit, & ingenium acumen acquiſivit. *Abba Schaul dixit in nomine R. Jochanan*, in nomine Rabban Jochananis filii Zachai, inveni ſcriptum quod Abba Schaül non contrariatur doctori primo, & quod Rabban Jochanan filius Zachai duo dixit, ambo vera; nam in ſcientia, & memoria tenenda ei par erat R. Elieſer; ſed in diſputandi genere ei par fuit R. Eleaſar Arachi filius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Laus R. Eliezeris ſit in felicem memoriam, eaque comparetur puteo calce fundato cujus aquæ nunquam corrumpuntur. Laus R. Jochanan in virtutibus moralibus eſt, nam ope earum homo amatur & honore afficitur majori quam ipſe mundus, idcirco beatá ſit ea quæ peperit ipſum. R. Joſes Laus fuit in moralibus virtutibus, atque in intellectualibus. R. Simeonl Laus competit e timore peccati, ſive in diligentia & ſollicitudine benefaciendi, & a malo cavendi. R. Eleaſar filius Arachi laudatus eſt de bona intelligentia, & in rebus quantumvis profundis clara perceptione, cujus ope ſemper & ſenſum illuſtrabat.

LEUSDENUS. אל תחזיק טובה לעצמך *Ne adſcribas bonum tibi ipſi*, h.e. Si quid rectè feceris, noli tamen de te arroganter ſentire, quaſi illud bonum tibi ſit adſcribendum, & quaſi propterea Deus tibi multa debeat: nam quando omnia fecimus, tum adhuc ſumus ſervi inutiles. Gloſſa ſic exponit אל תחזיק ſcil. לומר כמה וכמה למדתי *dicendo, quot & quantum didici?*

בור סיד *Ciſterna calcis*, h. e. ciſterna calce linita. Hic Eliezer dicitur fuiſſe ciſterna calcis ob felicem & tenacem memoriam, quâ erat præditus, nam ſicuti ciſterna ita linita aquam in ſe retinet, ſic etiam Eliezer illa, quæ audiverat, oblivioni non tradidit.

כמעין המתגבר *Sicut fons invaleſcens*, h. e. perpetuò ſcaturiens. Hic Elazar laudatur à progreſſu quem in literis & bonis virtutibus fecit. Inveniuntur quidem qui brevi tempore in ſtudiis & virtutibus magnum faciunt progreſſum, ſed qui tandem torpeſcunt, & non progrediuntur: talis autem non fuit hic diſcipulus, ſed benè incepit, & bene inchoato ſtudio perrexit.

FAGIUS. Editi ſumus in hunc mundum, non ut otio, torpore, ſomno, bibendo & commeſſando omnem ætatem conteramus: ſed ut divinæ legi incumbentes, voluntatem dei conditoris noſtri addiſcamus, vitam ad illius nutum gloriamque nominis ipſius probe inſtituamus, proximoque ſerviamus. Quod ſi rectè & ut decet facimus, non eſt tamen ut de nobis arrogantius ſentiamus & multa nobis deberi clamitemus. Id enim demum fecimus, quod omnes mortales & humana & divina lege facere tenentur. Convenit plane hæc ſententia cum illo dicto Chriſti. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Servi inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Commendatur Rabbi Jochanan à diligentia quam adhibuit in dignoſcendis ac judicandis ingeniis ſuorum diſcipulorum, habet enim hoc certè plurimum momenti in inſtituendis pueris, alias enim ſæpe fruſtra laboratur oleumque & opera ut in proverbio eſt luditur. Ab hac virtute inter Ethnicos philoſophos inprimis prædicatur Pythagoras, qui nullum in diſciplinam ſuam recipiebat, niſi quem antea ut Græcus dicit phyſiognomonei, id eſt, per naturæ quædam judicia, num ad literas idoneus eſſet necne, penſiculaſſet, & cognoviſſet. Obſervavit ergo Rabbi Jochanan hæc in 5. diſcipulis ſuis, in Eliezero fœlicem & tenacem memoriam, qua, audita fideliter retinuit, reperias enim qui multa cito & facile memoria complectatur, ſed quæ non diu retineat, ſubitoque emittat In Jehoſchuah morum comitatem & integritatem, ad quod nimirum multum valuit materna educatio, unde & hæc beata dicitur. In Joſe pietatem & benignitatem qua ad benefaciendum omnibus expoſitus fuit. In Schimeone, religionem, quod fuerit timens dei, in Eleazare, progreſſum quem fecit in literis & bonis virtutibus. Invenies enim qui brevi tempore in ſtudiis magnum faciat profectum, ſed qui tandem torpeſcat, gradum ſiſtat, nec ulterius progrediatur, talis autem non fuit Rabbi Elcazar unde aſſimilatur fonti perpetuo ſcaturienti.

ט אמר להם צאו וראו איזהי דרך ישרה שידבק
בה האדם רבי אליעזר אומר עין טובה רבי יהושע
אומר חבר טוב רבי יוסי אומר שכן טוב רבי שמעון
אומר הרואה את הנולד רבי אליעזר אומר לב טוב
אמר

9. Idem Rabbi Jochanan, dixit ad diſcipulos ſuos, Exite & videte, quænam ſit via bona, cui adhærere debeat homo? Reſpondit ei Ribbi Eliezer, Oculus bonus. Rab. Jehoſchuah, Socius bonus. Rab Joſe, Vicinus bonus. Rabbi Schimeon dixit, qui prævidet futurum. Rabbi Eleazar, Cor bonum.

אמר להם רואה אני את דברי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם אמר להם צאו וראו איזהי דרך רעה שיתרחק ממנה האדם רבי אליעזר אומר עין רעה רבי יהושע אומר חבר רע רבי יוסי אומר שכן רע רבי שמעון אומר הלוה ואינו משלם אחד הלוה מן האדם כלוה מן המקום שנאמר לוה רשע ולא ישלם וצדיק חונן ונותן רבי אלעזר אומר לב רע אמר להם רואה אני את דברי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם :

bonum. quibus reſpondit (Rabbi Jochanan) videò ego verba Rabbi Elcazar in ſe ſummatim complecti verba veſtra. Idem (Rabbi Jochanan) dixit ad eos. Exite & videte. Quænam eſt via à qua ſe alienet homo? Rabbi Eliezer dixit, Oculus malus. Rabbi Jehoſcuah, Socius malus. Rabbi Joſe inquit, vicinus malus. Rabbi Schimeon dicit, qui mutuum accipit, & non reſtituit. Qui enim mutuum accipit ab homine, perinde eſt ac ſi à Deo accipiat, ſecundum illud quod dicitur, Juſtus miſeretur & tribuit. Rabbi Eleazar dicit, Cor malum. dicit ad eos, video ego verba Rabbi Eleazar filii Arach, in ſe tanquam in ſumma complecti verba veſtra.

R. OB. DE BARTENORA.

עין טובה *Oculus bonus*, eſt qui ſua ſorte contentus eſt, & non quærit res ſuperfluas, neque proximo invidet quando is ſuperior eſt ipſo. חבר טוב *Socius bonus*, qui reprehendat ipſum non agentem prout decet. שכן טוב *Vicinus bonus*, quo nocte & die uti poſſit, nam bonus ſocius non ſemper adeſt.

הרואה את הנולד *Qui prævidet futurum*, qui ante videt quid futurum ſit, & hocce medio confert præcepti damnum cum præmio ipſius, & peccati mercedem cum damno ſuo. לב טוב *Cor bonum*, cor enim omnes alias movet facultates, & fons eſt ex quo omnes manant actiones; quamvis enim membra ad actiones accommodata ſint, facultas tamen iſta quæ omnes permovet actiones, in corde ſita eſt. Propterea dicit R. Eleaſar, *cor bonum*. Eandem ob rationem Rabban Jochanan filius Zachæi dixit, verba R. Eleaſaris filii Arachi mihi magis arrident.

אי זו היא דרך רעה *Quænam eſt via mala?* de hac quærendum erat; nam e prioribus illius verbis non conſtabat viam malam eſſe contrariam bonæ, quia non omnii rei bonæ contraria eſt mala; ſanctitatis enim virtus qua quis plura præſtat quam tenetur, bona quidem eſt, attamen is qui tantum præſtat modo quantum præſtare tenetur, non ideo malus cenſendus eſt.

הלוה ואינו משלם *Qui mutuo accipit & non reſtituit*, contrarium hoc eſt ei qui futura proſpicit, nam ſi non reſtituat, non inveniet quemquam qui ipſi mutuo det, & ad anguſtias reducetur. Cæterum illud *qui non proſpicit futura* non abſolute dictum eſt, nam fieri poteſt ut is qui futura non proſpicit, non incidat in damnum, nam ſalvus evadet quando tale quid ipſi evenerit.

צדיק חונן ונותן *At juſtus miſeretur & retribuit*, Deus benedictus hoc facit, qui eſt mundi juſtus, atque is miſeretur, & ei qui mutuo dedit, retribuit, quomodo fiet ut viro iſti qui mutuo accepit, ſolvat ipſe Deus conſervator.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עין טובה *Oculus bonus*, quatenus homo ſua ſorte contentus eſt, quod ad virtutes morales pertinet. *Oculus malus* contrarium notat, & ſollicitum eſſe de augmento ſortis. הרואה את הנולד *Qui prævidet futurum*, id eſt, ſi quis futura e præteritis colligit, hoc non pertinet ad ſcientias, ut ſit virtus intellectualis; ſenſus itaque eſt, quod e notiore minus notum apprehendit. Cæterum vult dicere quod perſpicientia qua quis utitur, in rebus quibuſdam quæ a conſervatione ipſius dependent, conſiſtat in eo quod finem ipſius conſideret; hujus reſpectu ſimilitudinem aliquam hicce doctor attulit, idcirco dicit, *qui mutuo accipit & non reſtituit*, nam poſtea nihil ei mutuo dabit, atque adeo actio vitioſa eſt.

הצדיק חונן ונותן *Juſtus miſeretur & tribuit*, hic eſt mundi juſtus, ſive Deus benedictus, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 32. 4. צדיק וישר הוא Senſus eſt quod Deus miſericordia afficitur erga eum qui proximo dat mutuum, etſi non retribuat, quia Deus retribuet pro hacce charitate proximo exhibita, dando & ipſi mutuo donec acquiſiverit id quod ipſi deerat; vel Deus ipſi ſolvet quando is cui mutuo dedit, non ſolverit dum poterat. Dicit vero auctor ſibi R. Eleaſaris filii Arachi verba plurimum arridere, quia omnia poſita ſunt in corde malo. Sed jam expoſuimus capite ſecundo huic tractatui præmiſſo, quod virtutes morales omnes reperiuntur in parte animæ appetente, & in hac parte etiam vitia poſita ſunt. Capite autem quarto quod actiones bonæ ſint mediæ, & e virtutibus moralibus provenientes. Porro quoque medicis atque philoſophis notum eſt animam appetentem in corde reſidere tanquam in penetralibus, quo & pro organo utitur, licet enim omnes potentiæ & facultates e corde diffundantur, idque harum omnium principium ſit juxta communem ſententiam; facultas tamen appetendi ex ipſo non diffunditur ad alia membra, quemadmodum nutriendi facultas a corde ſe diſpergit in ſtomachum, uti expoſuimus capite primo. Omnia vero intelliguntur ex eo quod expoſuimus, quod ſcil per *cor bonum* intelligantur actiones bonæ, quæ ſunt mediæ. & virtutes morales dicuntur, quæ in genere vocantur temperantia, & amor in bonis, cæteræque virtutes; & hoc eſt quod vult R. Eleaſar filius Arachi, dum dicit, in ſumma verborum ejus comprehenduntur veſtra verba. Pariter in corde malo continentur vitia, & omnia illa quæ vocata ſunt.

LEUSDENUS. הנולד *Futurum*. Propriè ſignificat *id quod natum eſt*. Videre id quod natum eſt, denotat ex præteritis & præſentibus futura colligere, quod verè prudentis eſt. Quare eventa veniunt appellatione ילד *pariendi?* Kimchi in ספר השרשים *libro Radicum* ad Radicem ילד ait, לפי שהזמן מוליד הקורות נקראו קורות הזמן ילד *Quia tempus gignit eventa, ideo vocantur eventa temporis* ילד Gloſſa exponit הרואה את הנולד per צופה ומביט מה שעתיד להיות *Speculatur & videt id quod futurum eſt ut fiat.*

שבכלל *Quod in ſumma* verborum Eleazaris verba veſtra complectantur: nam ille dixerat eſſe cor bonum cui adhærere debeat homo, h. e. opera æſtimantur à corde bono: hinc gloſſa addit שהכל תלוי בלב *Quia omnia pendent à corde.*

המקום *Deus*. Apud Rabb: locus denotat Deum. Quare?

FAGIUS. Certamen proponitur in quo alius alium ſententia magis congruente vincere contendat. Per oculum bonum, Maymon intelligit hominem ſua ſorte contentum. Et talis rectè dives dicitur, non qui multa poſſidet cupiendique nullum finem facit. Unde & Apoſtolus dicit, Magnum quæſtum eſſe pietatem cum animo ſua ſorte contento. Socius commodus, fidus & certus amicus, res ſanè eſt plena ſolatii utpote cujus conſuetudine cum in proſperis tum in adverſis rebus frui poſſis. Ea nimirum & cauſa eſt, cur & Summus ille opifex, protoplaſtum ſolum eſſe noluit, ſed dixit לא טוב היות האדם לבדו אעשה לו עזר כנגדו id eſt, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciam ei adjutorium ſimile illi, & quod ſit jugiter proximè penes illum tanquam vicarium auxilium. Hoc reſpexit & Eccleſiaſt. cap. 4. : טובים השנים מן האחד אשר יש להם שכר טוב בעמלם

re? Gloſſa marginalis ait שהוא מקומו של עולם *Quia ipſe eſt locus mundi.* Vel שבכל מקום שצדיקים עומדים שם הוא נמצא עמהם *Quia in omni loco, in quo ſtant juſti, illic ipſe cum eis eſt.* Aben Eſra ad cap. 1. Eſth. ait, קדמונינו ז"ל קראוהו מקום בעבור שבכל מקום מלא כבודו *Priſci noſtri Rabbini b. m. vocarunt eum, Deum, quia omnis locus eſt plenus gloria ejus.* Vide Lex. Talmud. Buxt. ad Rad. קום.

כי אם יפלו האחד יקים את חבירו ואי לו האחד שיפול ואין שני להקימו : id eſt, Meliorem conditionem habent duo quam unus, quippe qui habent mercedem bonam in labore ſuo. Nam ſi ceciderint, unus eriget ſocium ſuum Et væ ei qui unicus eſt, ſi enim ceciderit, non adeſt ſecundus qui erigat eum, &c. Quanta præterea commoditas ſit commodus vicinus, cotidiana ipſa docet experientia. Qua de re elegantiſſ. extant carmina apud Heſiodum in opere cui titulus opera & dies.

Si qua domi inciderit tibi res, tunc ilico amiſſis.
Adſunt vicini Zonis. cinguntur at ipſi
Affines. noxa eſt, vicinus ut improbus ingens,
Contrà ita maxima commoditas, ſi commodus adſit.
Deeſt honor huic, bona quem vicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni vicinus ubi improbus adſit.

Et apud Plutarchum Themiſtocles, cum prædium quoddam venditurus eſſet, hoc quoque præconem addere juſſit, quod vicinos etiam haberet bonos, quaſi vicini commendatione futurum eſſet longe vendibilius. Judæus item cum inimico ſuo diriſſima imprecatur, optat, ut ei contingat malus vicinus. Quartus commendat prudentiam quam hebræi intelligunt per הנולד quod ad verbum ſonat id quod natum eſt, dum ſcilicet quis ex præteritis & præſentibus futura colligit, id quod eſt verè prudentis. Iſtuc enim eſt ſapere (ut inquit comicus) non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Ex præteritis ſcilicet bene ſecusve geſtis conſilium capere quo pacto futuris occurras. Atque hoc olim gentilium antiquitas imagine Jani Dei quem bifrontem pingebat lepide ſignificabat, quod oporteat prudentem, à fronte & à tergo (ut Homerus inquit) oculos habere. Huc facit etiam illud Salomonicum אל תתהלל ביום מחר כי לא תדע מה ילד יום id eſt, Ne glorieris pro die craſtino, quia neſcis quid pariat dies. Et R. D. K. in radicibus ſcribit ולפי שהזמן מוליד הקרות נקראו קרות הזמן ילד id eſt, quia tempus gignit (id eſt, producit ſeu adfert eventa, id eſt, varios caſus quos heb. alio nomine & מקרים accidentia nominant) ob id eventa veniunt appellatione ילד quod parere ſignificat. Poſtrema ſententia nempe Eleazaris præ cæteris approbata fuit Rabbi Jochanan præceptori ſuo, quod ſcilicet animadvertit in eum qui bono, ſyncero, & candido eſt corde, omnia quæ cæteri dixerant competere, qui enim integro eſt corde, ſua ſorte contentatur, bonus eſt ſocius, id eſt, nemini cupit eſſe noxius, commodus item eſt vicinus neque etiam ullum fallere conatur. Omnia antitheſes ſunt priorum, quare non egent explicatione, Niſi illud: Qui proſpicit quod futurum eſt, hoc videlicet ſenſu, ſecundum expoſitionem hebræorum. Qui mutuum acceptum non ſolvit, ſeipſum fallit, ſibi ipſi nocet, efficitur enim ut deceptus non velit ei porrò mutuo dare, atque ita non ſatis prudens eſt qui mutuo accepit. Dein, illud pſalmographi: Juſtus miſeretur & tribuit, referunt ad deum. Nempe quod ipſe ſit qui rependat illi qui ipſius nomine mutuum dederit poſtulanti, ſecundum illud Salomonis, qui miſeretur pauperis, fœneratur Domino.

י הם אמרו שלשה דברים רבי אליעזר אומר יהי
כבוד חברך חביב עליך כשלך ואל תהי נוח לכעוס
ושוב יום אחד לפני מיתתך והוי מתחמם כנגד אורן
של חכמים והוי זהיר בגחלתן שלא תכוה שנשיכתן
נשיכת שועל ועקיצתן עקיצת עקרב ולחישתן לחישת
שרף וכל דבריהם כגחלי אש :

10. Ipſi dixerunt tres ſententias, Rabbi Eliezer dicit. Eſto gloria ſodalis tui chara tibi perinde ac tua, Neque ſis facilis ad iraſcendum; atque reſipiſce die uno ante mortem tuam. Eſtoque calefaciens te, ad ignem ſapientum. Interim tamen caveas tibi à prunis eorum, ne aduraris, nam morſus illorum eſt veluti morſus vulpeculæ, & compunctio eorum eſt quaſi compunctio ſcorpii, & ſibilatio ſerpentis igniti, omniaque verba eorum ſunt quaſi carbones ignis.

R. OB. DE BARTENORA.

הם אמרו שלשה דברים *Illi dixerunt tres ſententias*, ſententias morales, nam in cauſa prohibitionis, permiſſionis, abſolutionis, & condemnationis, multas ſententias dixerunt. Vel etiam dici poteſt quod haſce tres ſententias plerumque in ore habebant.

יהי כבוד חברך חביב עליך כשלך *Sit gloria ſocii tui chara ut tua tibi*, & hoc fiet ſi non facile ad iram commoveris, nam ſi facilis ſis ad iram, aliter fieri nequit quin gloriæ ſocii tui invideas.

ושוב יום אחד לפני מיתתך *Et reſipiſce die uno ante mortem tuam*, hæ duæ ſententiæ ſunt; & tertia eſt, *eſto calefaciens te ad ignem Sapientum*, nam hominem latet dies mortis, ideo hodie pœnitentiam agat neceſſe eſt, cum forſan cras moriatur.

והוי זהיר בגחלתן *Sed cave tibi a prunis eorum*, ne temere & inconſulto converſeris cum iis. שלא תכוה *Ne aduraris*, ne eorum cauſa puniaris. נשיכת שועל *Morſus vulpeculæ*, cujus ſanatio difficilis eſt, eo quod dentes earum ſunt acutæ & contortæ, ita ut chirurgus carnis partem amputare debeat, & diſtendere morſum.

עקיצת עקרב *Compunctio ſcorpii*, quæ pejor eſt compunctione ſerpentis. לחישתן *Sibilatio eorum*, verba eorum ſcil. magiſtrorum. לחישת שרף *Sibilatio ſerpentis igniti*, inſtar flammæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אל תהי נוח לכעוס *Ne ſis facilis ad iram*, ne aſſueſcas teipſum ad iram; ſed magis ſtringit id quod dixerunt, quiſquis iratus fuerit ſimilis eſt ei qui Idololatriam commiſerit, & hoc colligunt ex eo quod ſcriptum eſt Pſal. 81. 10. לא יהיה בך אל זר ולא תשתחוה לאל נכר.

ושוב יום אחד לפני מיתתך *Et reſipiſce die uno ante mortem tuam*, nam tempus mortis ipſi ignotum eſt, ideo per totam vitam reſipiſcet. Sed quod dicit, *eſtoque calefaciens te ad ignem Sapientum*, non eſt e dictis illius quibus reprehendit, ſed ex iis quæ audivit, & quæ hic retulit, idcirco hæc non refert inter verba ſua. Cæterum hujus præcepti ſcopus eſt, quod, ſi quis cum Sapientibus converſetur, & viris honoratis, non temere nec ſæpiùs id facere debet, ne ſuperbiat cum illis, ſed quod nunquam illiſcum converſandum ſit niſi illi prius ad nos acceſſerint, ne perdas intentionem eorum in te, & amorem convertas in odium, & ſcopum tuum non aſſequaris. Comparavit autem huncce caſum ei qui ſe ad ignem calefacit, a quo ſi pauliſper ſe amoverit, calorem & lucem recipiet, at ſi propius ad illum acceſſerit, comburetur, & commodum ipſius in damnum convertetur; idcirco per comparationem dicit, *Calefacies te ad ignem Sapientum, ſed caveas tibi a prunis eorum ne aduraris.* Porro nos adhuc magis a Sapientum conſortio

flammæ e ſoco ardenti proveniente. Aliter, ſerpens ignitus non recipit incantationes, ut reliqui ſerpentes, uti ſcriptum eſt Pſal. 58. 6. אשר לא ישמע לקול מלחשים Dicit ergo Sapiens, ſi vexaveris ſerpentem, & deinceps cum placare volueris, non recipiet placationem.

conſortio deterret, quaſi diceret, ne quis putet quod illiscum in gratiam redire poſſit poſtquam lingua eorum morſus fuerit, nunquam hoc fiet; nam non audiunt vocem ſupplicantis, ſicuti ſcorpio non audit, quemadmodum ſcriptum eſt Pſal. 58. 6. Tu vero hoc nolli ex hiſtoria Gehaſi, qui magiſtro ſuo Elizæo ſe oppoſuit, quique in infirmitatem inquinatam incidit, ſicuti conſtat e Sapientum verbis in caſu virorum leproſorum. Et ſic de cæteris incommodis quæ alii e Sapientum conſortio contrahunt.

LEUSDENUS. הם אמרו *Ipſi dixerunt* tres ſententias. Gloſſa addit כל אחד אמר שלשה *Unuſquiſque dixit tres ſententias.*

כשלך Componitur ex כ nota ſimilitudinis, & ש denotante idem quod אשר, & dativo לך *tibi.*

שוב יום אחד *Reſipiſce die uno* ante mortem tuam. Gloſſa addit rationem שאין אדם יודע איזה יום ימות *Quis homo neſcit quo die morietur.*

אורן. Eſto calefaciens te ad ignem ſapientum, h. e. attende ad verba eorum. אורן habet hîc affixum quod poſſet abeſſe, ſed talis pleonaſmus in lingua Hebraica eſt elegans.

שלא תכוה *Neaduraris*, h. e. Ne puniaris. Noli ſapientes offendere, nam ſi eos offendas, difficulter cum iis in gratiam redire poteris.

נשיכתן שועל *Morſus vulpeculæ.* Reconciliatio ſapientum comparatur cum morſu vulpeculæ: nam ſicut morſus vulpeculæ ægrè curatur, ſic etiam difficulter initur reconciliatio ſapientum, qui injuriâ ſunt affecti. Quare morſus vulpeculæ difficulter ſanatur? Gloſſa dat rationem השועל שיניו דקות ועמוקות וקשה נשיכתו משאר נשיכה *Vulpem*, quod attinet, *dentes ejus ſunt graciles & profundi, ideo morſus ejus eſt durus præ cæteris morſibus.*

לחישתן *Sibilatio eorum.* Serpens ignitus non attendit ad vocem incantationis, ſic etiam non facile inibis gratiam apud ſapientem à te læſum. Gloſſa exponit per דבורם.

FAGIUS. Prior ſententia monet, ut non minus pro gloria certemus proximi, atque pro noſtra, debemus enim proximum in omnibus diligere ut nos ipſos. Altera, dehortatur ab iracundia, multa enim hinc proveniunt incommoda & corporis & animi, mirè enim deturpat ira corpus hominis juxta illud Poëtæ, Ora tument ira, nigreſcunt ſanguinæ venæ. Lumina gorgoneo ſævius ore micant. Et animus certè iratus nihil rectè facit, eſt enim peſſimus author rerum gerendarum, multaque fiunt ab iratis, quæ infecta volunt ſæpiſſime ſed fruſtra. Eſt igitur raro vel nunquam iraſcendum, niſi ubi res gravis expoſtulat. Sicut enim facile & nimium iraſci, intolerabile eſt, ita plane nunquam iraſci laudabile non eſt. Iraſcitur enim juſtus (inquit Auguſtinus) peccatis palearum, id eſt, malorum ſed non odit. Atque reſipiſce die uno, &c. exhortatio eſt ad reſipiſcentiam vitæque emendationem, quæ nimirum facile locum apud nos inveniret, ſi ſimel rectè & ſerio animo conciperemus preſſiuſque conſideraremus vitæ noſtræ & brevitatem & incertitudinem, quodque poſt mortem ſtatim rapimur ad tribunal Chriſti, reddituri rationem omnium noſtrorum dictorum & factorum, cujus ſane nos ſubinde commonefacit ſcriptura. Eccleſi. cap. 11. שמח בחור בילדותך וייטיבך לבך בימי בחורותיך והלך בדרכי לבך ובמראה עיניך ודע כי על כל אלה יביאך האלהים במשפט Id eſt. Lætare juvenis in juventute tua, & cordi tuo bene ſit in diebus adoleſcentiæ tuæ, ambula in viis cordis tui, atque in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod propter omnia iſta adducet te Deus in judicium, Idem in fine cap. 12. סוף דבר הכל נשמע את האלהים ירא ואת מצותיו שמור כי זה כל האדם: כי את כל מעשה האלהים יביא במשפט על כל נעלם אם טוב ואם רע Id eſt. Finis univerſæ rei auditus eſt (à te) Deum ergo time & præcepta ejus cuſtodi, ſiquidem hoc omnis homo (facere debet) Nam omne opus adducet Deus in judicium, unà cum omni ſecreto, ſive bonum ſit ſive malum. Vult ergo hæc ſententia vitæ correctionem non ad extremum uſque differendam eſſe, ſed in tempore meditandam reſipiſcentiam. Totumque vitæ humanæ curriculum quaſi unum tantum diem reputandum eſſe, ſiquidem morte nihil certius, hora autem mortis nihil incertius, quod dictum utinam ut linguis, ita & pectoribus hominum inſideret, & cui dubium, quin plus eſſet honeſtatis & minus improbitatis? huc facit & illud poeticum, Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. Poſtremum, monet ſic converſandum commorandumque eſſe ſapientibus; ut interim diligenter caveas, ne qua re illos offendas, nam ſicut ægre curatur morſus vulpeculæ & Scorpii compunctio, neque vocem incantantis audit Serpens ignitus, ita difficile erit tibi ubi illi à te læſi te mordere & odiſſe cœperint, cum illis redire in gratiam, utcunque eos blandis verbis reconciliare tibi conatus fueris.

יא רבי יהושע אומר עין הרע ויצר הרע ושנאת הבריות מוציאין את האדם מן העולם:

11. Ribbi Jehoſchuah dicit. Oculus malus; & concupiſcentia mala, & odium in homines, eripiunt hominem è mundo.

R. OB. DE BARTENORA.

עין הרע *Oculus malus*, ambitioſus, qui ſua ſorte non eſt contentus, & propterea ſibi plura comparare conatur. Alii exponunt *oculum malum* de eo qui aliorum bonis invidet, iiſque damnum inferre ſtudet. ושנאת הבריות *Et odium in homines*, odium fruſtraneum. Maimonides exponit de eo qui a ſocietate humana abhorret, & ſolitudinem amat, ego autem audivi, quod ſermo ſit de homine duro & difficili qui ab aliis abhorret, & a quo alii quoque abhorrent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Ribbi quod ambitio ad bona acquirenda, multaque concupiſcentia, & animæ malitia ſit morbus amarus qui hominem traducit ad contemptum aliorum, ut eos odio proſequatur, & ſe conjungat cum animalium conſortio in locis ſolitariis & ſylvis, ubi ab hominum ſocietate remotus eſt. Sed hoc non ex ſanctitate vel abſtinentia quadam, verum ex invidia in alios; hæc vitia hominem ſine dubio occidunt, quia præ infirmitatibus hiſce moritur ante tempus ſuum.

LEUSDENUS. שנאת הבריות *Odium hominum.* Quomodo odium hominum dicitur eripere hominem è mundo? Qui odio habet converſationem hominum, & amat ſolitudinem, facilè incidit in melancholiam, quæ, ſi prævalet, facilè hominem ad inſaniam redigit.

FAGIUS. Senſus eſt. Avaritia, impura libido, & Myſanthropia, cauſæ ſunt morborum & præmaturæ mortis. Avarus enim (quem heb. intelligunt per oculum malum, ſicut per oculum bonum, hominem ſua ſorte contentum) nimia habendi cupiditate, perpetuiſque curis animum deſatigat, & enecat. Nimia libido uſuſque veneris immoderatus, ſuccum & vires corporis exhaurit, corpuſque planè debilitat. Solitudo melancholiam parit, quæ tandem hominem ſi prævalet, ad inſaniam redigit. Heb. ſtatuunt duplicem concupiſcentiam, bonam & malam, bonam vocant יצר טוב malam verò יצר הרע cui nomen à fingendo ſeu formando indiderunt, nam יצר heb. fingere ſeu forma-

re

re ſignificat, eſt enim verè mirabilis artifex & victrix prava illa animi affectio, ſicut enim figulus ex luto varia obducit effingitque vaſa, ita & יצר הרע nunquam non peſſima quæque excogitat, machinatur, atque effingit. juxta illud quod legitur in Ge. cap. 6. וירא יהוה כי רבה רעת האדם בארץ וכל יצר מחשבות לבו רק רע כל היום Id eſt, vidit autem Deus quod multa malitia hominis eſſet in terra: & omne figmentum cogitationum cordis ejus tantummodo eſſet malum per ſingulos dies, & Iterum cap. 8. כי יצר לב האדם רע מנעריו id eſt, Nam figmentum cordis humani malum eſt ab adoleſcentia ſua.

יב רבי יוסי אומר יהי ממון חברך חביב עליך כשלך והתקן עצמך ללמוד תורה שאינה ירושה לך וכל מעשיך יהיו לשם שמים :

12. Rabbi Joſe inquit, Eſto res proximi tui dilecta tibi perinde ac tua ipſius. Atque præpara teipſum ad diſcendam legem, non enim ea hereditate tibi contingit. Nec & omnia opera tua fiant propter Deum.

R. OB. DE BARTENORA.

והתקן עצמך ללמוד התורה *Et præpara teipſum ad diſcendam Legem*, ne dicas, quoniam pater meus fuit Sapiens, ut & avus meus, Lex redit ad hoſpitium ſuum, & non opus eſt ut illam quæram. וכל מעשיך יהיו לשם שמים *Et omnia opera tua fiant in nomine creatoris*, etiamſi edas & bibas, non cogitabis de corporalibus deliciis, ſed hæc omnia facies ad acquirendas vires quibus Dei voluntatem omnimode implere poſſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite octavo quænam ſit illa præparatio ac diſpoſitio quæ ad virtutes comparandas requiritur. Et capite quinto expoſuimus quid ſibi dicere velit illud, *omnia opera tua, ut fiant in honorem Dei.*

LEUSDENUS. שאינה ירושה לך Lex *tibi per hæreditatem non eſt conceſſa.* Fagius ſic hæc verba explicat: Proprio ſtudio, ſedulâque exercitatione legis divinæ rectam cognitionem tibi compara: nam ea, non ut reliqua bona paterna contingunt hæreditate, ſed divinitus, & non niſi iis, qui in ſacrarum literarum conſideratione noctesque dieſque verſantur.

FAGIUS. Tria hic docentur. Primum, non minus cuſtodiendas & conſervandas eſſe res proximi atque noſtras. unde & in lege præcipitur Bovem errantem reducendum, etiam ſi is inimici tui fuerit. Per vocem autem ממון heb. divitias intelligunt, quare & de depoſita pecunia intelligi poteſt. ut ſcilicet fideliter ſerves, quod tuæ creditum eſt fidei. Alterum, monet ut proprio ſtudio, ſedulaque exercitatione, tibi legis divinæ rectam cognitionem compares, quandoquidem ea non ut reliqua externa bona paterna contingunt hereditate, ſed divinitus, & non niſi iis, qui in ſacrarum literarum conſideratione noctesque dieſque verſantur: cœleſtemque ſapientiam ardentiſſ. votis à patre luminum nunquam non efflagitant. Poſtremum admonet, ut omnia noſtra opera, ſive oremus, ſive jejunemus, ſive eleemoſynam præſtemus, ſive quodcunque aliud agamus, non ad vanam oſtentationem, ſed ad gloriam Dei agamus, non ut mundo ſimus admirationi, ſed ut Deo nos approbemus, ſic etenim fiet, ut & ille in die illo, quo unicuique reddet ſecundum opera ſua, largiſſime omnia nobis, idque cum ingenti noſtra gloria, coram univerſis ſanctis ſit repenſurus, cum interim illi qui gloriam mundi ambivere, nullam reliquam gratiam apud Deum ſint habituri.

יג רבי שמעון אומר הוי זהיר בקרית שמע ובתפלה וכשאתה מתפלל אל תעשה תפלתך קבע אלא רחמים ותחנונים לפני המקום שנאמר כי חנון ורחום הוא ארך אפים ורב חסד ונחם על הרעה ואל תהי רשע בפני עצמך :

13. Rabbi Schimeon dicit, Eſto cautus in Kriath Schma, & oratione, Neque facias orationem tuam fixam ſed pro gratia Dei impetranda ſupplex oraveris coram Deo, ſecundum illud quod dicitur. Quia Deus clemens, & miſericors eſt, longaminis, & multæ pietatis, & pœnitudine ducitur ſuper malo, &c. Neque ſis impius coram temetipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי זהיר בקריאת שמע *Eſto cautus in lectione audi Iſraël* ut legas illam in tempore ſuo. קבע *Statutum*, perinde ac ſi quis fixum aliquod opus peragat, dicendo, quando hoc peregero debitum. Vel etiam hoc eſt perinde ac ſi quis ſtatuto tempore legat aliquod caput ſimpliciter ſine oratione. *Quia Deus clemens & miſericors, & longanimis eſt*, qui vult orari, & mediante oratione miſereri. *Neque ſis impius coram temetipſo*, ne facias quicquam hodie quod cras tibi nocebit. Maimonides exponit, ne ſis malus oculus tuis, quia hoc modo maledictioni obnoxius eris; ego vero audivi dicendum eſſe, *ne ſis malus in hac re*, id eſt, ne te ſepares ab eccleſia, & tibi ſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis ſeipſum conſideret imperfectum, non magni æſtimabit malum ſibi ab aliis illatum. Jam expoſuimus ſuperius quid ſit קבע *Statutum*, quo ſcil. quis in ſe ſuſcipit orationem dicere tempore ſtatuto, perinde ac ſi negotium aliquod peragat, ut deinceps ex illo recreetur.

LEUSDENUS. קרית שמע *Lectio audi.* Eſto cautus in Keriath Schema, gloſſa addit לקרותו בזמנו *ad legendum eam tempore ſuo.* Quid intelligitur per Keriath Schema? Keriath eſt lectio ſive oratio, ſchema eſt prima vox verſus 4. *Deut.* 6. Ille enim verſus ita incipit שמע ישראל וגו׳ *Audi Iſraël*, &c. Hæc oratio ſic denominatur à prima voce, uti oratio Dominica vocari ſolet *Pater noſter* à primis vocibus. Hæc oratio in ſe continet ex *Deut.* cap. 6. verſus 4. 5. 6. 7. 8. 9. & ex cap. 11. à verſu 13. uſque ad 20. Item ex *Numer.* cap. à verſu 37. uſque ad finem. Singulis diebus mane & veſperi tenentur hanc orationem cum maximâ devotione recitare:

FAGIUS. קריאת שמע Oratio eſt, deſumpta ex ſexto cap. Deut. incipiens ab illo loco, Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt &c. uſque & in portis tuis. Abutuntur autem Judæi his ſacris verbis, haud ſecus quam aliqui Chriſtiani initio Euangelii ſecundum Johannem, qui ſeſe ſatis tutos exiſtimant, ſi ſacra verba in ſcheda circumferant, quantumvis interim ſceleratam vivant vitam, Judæi itaque mane & veſpere, cum magna religione hæc legunt verba, hac ſcilicet ratione ut ipſi ſcribunt, כדי להבריח את המזיקים id eſt, ut fugent quæque nociva. Eaque verba ſic recitant, ut ne oculus quidem nobis moveatur, aut

recitare: putant enim eſſe pretioſam & ſanctam precationem, cujus ope magis miracula fieri poſſunt; imo ſi quis ter eam recitavit, à Diabolo liber eſt & immunis. In tribus illis textibus, conſtituentibus hanc precationem, continentur 245. voces, quibus adhuc tres alias האל אלהיכם אמת *Deus, Deus veſter verax, eſt* addunt, ut ſint 248. voces. Quare præciſè tot requirunt voces? Quia ſecundum Anatomiam Judaicam in corpore humano ſunt 248. membra, & quando pro ſingulis membris ſingula verba proferuntur, totus homo ab omni malo tutus eſt. *Vide Synag. Buxt. cap.* 10

קבע Ne facias orationem tuam *fixam*. Fagius talem hujus ſententiæ putat eſſe ſenſum; Nos non debere ſtatuere quid nobis debeat Deus, vel quod teneatur nobis hoc vel illud dare propter multam orationem noſtram. Gloſſa marginalis aliter hanc ſententiam explicat, ne facias orationem tuam fixam כאדם שקבוע עליו עול ומתאוה לפרקו *ſicut homo ſuper quem eſt fixum jugum quod deſiderat rumpere.*

התחנונים *deprecationes, preces.* Gloſſa addit תשים ברעתך כי תתן רחום הוא *pones in cognitione tuâ* (cogitabis, cognoſces, *quod* (Deus) *clemens & miſericors ſit.*

ואל תהי רשע בפני עצמך *Neque ſis improbus coram temet ipſo.* Fagius hanc ſententiam ita interpretatur; Nemo ſeipſum tam impium ſtatuere debet, quin cogitet ſe ad meliorem frugem poſſe revocari: qui enim ſe tam malum ſtatuit, ut de fructu converſionis ſuæ dubitet, ſibique peccata ſua dimitti non poſſe credat, fit deterior deſperando. Ne ſis ergò improbus coram temetipſo, h. e. Ne tibi ob peccata nimium diſpliceas, deſperando de miſericordiâ Dei. Gloſſa paulo aliter explicat: Ne ſis improbus coram temet ipſo לעשות דבר שתאמר אחר כך למה עשיתי רשע כזה *ut facias aliquid de quo poſtea dices, quare feci hujuſmodi improbitatem?*

aut labia ſibilo atque digiti ocioſe vagentur. Cum literam Daleth in dictione אחד proferunt, tardant nonnihil in ejus prolatione, quia dicunt per eam ſignificari imperium divinum quod ille in quatuor mundi habet plagis. Cavet etiam Judæus ne in loco ſtercoroſo, aut latio inquinato hanc legat ſcripturam, ſed ad minus elongat ſe hinc quatuor cubitorum ſpatio. Quod ſi operculum ponat ſuper immundum illum locum, licebit jam in eo loco proferre memoratam lectionem. Idem ſentiendum ſi veſtem gerat inquinatam. Hæc habet D. S. Monſt. in 6. ca. Deut. qua de re ſi plura noſſe cupis, legas libellum in quo continentur omnia Judæorum præcepta affirmat. & negat. nec non & librum hebraicum cui titulus eſt אורח חיים. Neque facias orationem tuam fixam. Senſus eſt, nos non debere ſtatuere quid nobis debeat deus, vel quod teneatur nobis hoc vel illud dare, propter multam orationem noſtram, ſicut faciunt juſtitiarii, verum noſtrum eſt orare ut nobis det pium animum, ut poſſimus voluntatem ejus facere in terris. Et ut nobis per miſericordiam ſuam remittat quod contra illum peccamus, quod ubi fiet de aliis nobis neceſſariis non ſimus ſolliciti, omnia enim affatim etiam nobis incogitantibus ſuppeditabit. Poſtrema clauſula monet. Neminem ſeipſum tam impium ſtatuere debere, quin cogitet ſe ad meliorem frugem poſſe revocari, qui enim ſe tam malum ſtatuit, ut de fructu converſionis ſuæ dubitet, ſibique peccata ſua dimitti non poſſe credat, ut deterior deſperando, quaſi nihil ipſi melius ſit quam ut malus remaneat, atque talium certè affectus præceps fertur ad quodvis flagitium, videntur ergo duo hîc potiſſimum doceri. Alterum ne tibi ob tua merita nimium tribuas & placeas. Alterum, ne tibi ob peccata nimium diſpliceas, deſperando ſcilicet de miſericordia dei.

יד רבי אלעזר אומר הוי שקוד ללמוד תורה ודע מה שתשיב לאפיקורוס ודע לפני מי אתה עמל ונאמן הוא בעל מלאכתך שישלם לך שכר פעולתך:

14. Rabbi Eleazar dicit, da operam ad diſcendam legem, ut habeas quod reſpondeas Epicureo. Et conſidera coram quo tu labores, quis item ſit Dominus operis tui, qui tibi rependet mercedem pro opere tuo.

R. OB. DE BARTENORA.

Epicuræus hic eſt qui Legem contemnit, eamque perinde habet, & credit nihil mali ſibi eventurum licet Legem ejuſdemque doctores ſpernat. ודע לפני מי אתה עמל *Et conſidera pro quo tu labores*, in hac reſponſione qua hæretico reſpondes, ne cor tuum in ſententiam illius inclinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מה שתשיב לאפיקורוס *Quod reſpondeas Epicuræis*, in primis requiritur ut diſcas ea quibus reſpondere poſſis hæreticis gentilium, ſi tibi quædam objecerint. Hæc de Epicuræo gentili tantum dicta ſunt; ſed Epicuræus Iſraëlita magis perfracte aget, idcirco non loquendum eſt cum ipſo, quia pro illo nullum eſt medicamen, ſicuti ſcriptum eſt Prov. 2. 19. Dicit præterea, etiamſi gentium opiniones addidiceris quibus ſcias quomodo reſpondendum ſit, cave tibi ne quid ex iſtis cordi tuo adhæreat, & hoc eſt quod vult dum dicit, *conſidera coram quo tu labores*, ſcil. quod cor tuum ad fidem divinam aſſuefacias.

LEUSDENUS. לאפיקורוס *Epicuræo.* Per Epicuræum intelligi poteſt Chriſtianus: nam Judæi etiam aliis indignis nominibus ſolent Chriſtianos denominare; vocant eos גוים *gentes*, אדום, *Edomæos*, מינים *hæreticos*, אורים *res abominandas*, כלבים *canes*, ערלאין *præputiatos*, &c. Reliqua vide in Spicilegio Philologico *pag.* 451.

FAGIUS. Non ſatis eſt, ſimpliciter ſcripturis credere, & de his quæ è verbo domini credenda proponuntur non dubitare, ſed ſic te in ſacris literis exerceas, ut fidem tuam contra incredulos, maximè hæreticos, tueri, falſaque illorum dogmata refellere poſſis. Dictum eſt hoc maximè indoctis, & ignavis concionatoribus, qui licet ipſi de fide ſcripturarum non dubitent, interim tamen in illis non eo ſtudio verſantur, ut peſtiferis ſpirituum impoſtorum doctrinis, quibus imperitam nonnunquam plebeculam pernicioſi inficiunt, in tempore occurrere poſſent. Certè juxta Apoſtolicam admonitionem, non ſatis eſt Epiſcopum inculpatæ vitæ eſſe, ſed interim oportet etiam tenacem eſſe ejus, qui ſecundum doctrinam eſt fidelis ſermonis, ut potens ſit etiam exhortari per doctrinam ſanam, & contradicentes convincere. Rectè ergo ſcribit D. Hiero. ad Paulinum tomo 4. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Altera ſententiæ pars monet, quod ſi multum contendas pro veritate promovenda & tutanda, parum autem efficias apud mundum, præſertim homines ſectarios, Epicureos, & voluptuarios, non propterea animum abjicias & cæpto deſiſtas, ſed laudem & præmium ab eo potius expectes, à quo omnes prophetæ, Apoſtoli, & Chriſtus ipſe expectarunt.

טו רבי טרפון אומר היום קצר והמלאכה מרובה והפועלים עצלים והשכר הרבה ובעל הבית דוחק:

15. Ribbi Tarphon dicit, Dies brevis (eſt) & opus multum, & operarii pigri, & merces multa, & pater familias urget.

R. OB. DE BARTENORA.

חיום קצר *Dies brevis*, vita hujus mundi brevis eſt. המלאכה מרובה *Et opus multum*, Lex latior eſt quam terræ menſura. *Et paterfamilias urget*, ſicuti ſcriptum eſt Joſ. 1. והגית בו יומם ולילה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc eſt comparatio de brevitate vitæ & multarum ſcientiarum, hominumque pigritia eas quærendi magno cum præmio, multiſque Legis admonitionibus de ſcientiis & ſtudiis.

LEUSDENUS. ובעל הבית דוחק *Et paterfamilias urget.* Per patremfamilias intelligitur Deus, cœleſtis paterfamilias: Gloſſa enim ait זה הבה abbreviatè pro זה הקדוש ברוך הוא *ille eſt Sanctus benedictus ille.* Ita periphraſticè ſolent Judæi nomen Dei circumſcribere, pro quo Latini dicunt Deus optimus maximus. דוחק *urget* Deus in S. Scriptura. Gloſſa addit שנאמר והגית בו יומם ולילה *Sicut dicitur* (*Joſ.* 1. 8.) Et meditaberis in *eo* (libro legis) *die & nocte.*

FAGIUS. Proponit hæc ſententia quæ nobis merito ſomnolentiam & ignaviam excutiant: tempeſtivamque diligentiam rebus utilibus, honeſtis & ſacris adhibendam incutiant. Primum, conſideratio brevitatis vitæ humanæ, quæ ſi diuturna eſt vix excedit ſeptuageſimum aut octogeſimum annum, quibus ſi quid amplius accedit, eſt, ut regius canit propheta עמל ואון merus labor & moleſtia. Non eſt ergo ut in multos annos de quibus planè incertus es differas. Alterum: multa ſunt diſcenda, ad quæ planè opus eſſet nobis ſpatio multorum annorum, ſed quia hoc nobis negatum eſt, diligenti, jugi & aſſidua lectione reſarciamus quod nobis temporis brevitas adimit. Theophraſtes naturam accuſaſſe fertur quod homini tam brevem vitam conceſſerit, qui ad cognoſcendas tam multas res multis indigeret annis. Tertium, quod ſi vitam otio & ignavia traduxerimus, non eſt ut expectemus multam mercedem a Deo qui non deſides, ſed ſtrenue laborantes coronat. Poſtremò rectè agendi ſtimulos nobis addant, cœleſtis patris familias promiſſiones, quibus rectè agentibus vitam perennem pollicetur, ſecus verò æternam mortem.

יו הוא היה אומר לא עליך המלאכה לגמור ולא אתה בן חורין ליבטל ממנה אם למדת תורה הרבה נותנין לך שכר הרבה ונאמן הוא בעל מלאכתך שישלם לך שכר פעולתך ודע מתן שכרן של צדיקים לעתיד לבוא :

16. Idem (Rabbi Tarphon) dixit. Non teneris opus perficere, Neque ſic liber es ut prorſus abſtineas ab eo. Si didiceris multam legem, dabunt tibi multam mercedem. Fidelis enim eſt Dominus laboris tui, qui reddet tibi præmium laboris tui. Et ſcias quod merces juſtorum eſt in futuro ſeculo.

R. OB. DE BARTENORA.

לא עליך המלאכה לגמור *Non teneris opus perficere*, non conduxit te Deus ad omnia perficienda, ut præmium tuum perdas, ſi non perfeceris illa. Si vero dixeris, non diſcam neque præmium ſumam, non liber eris ab intermiſſione, neceſſario igitur jugum tibi impoſitum eſt ad operandum. לעתיד לבוא *In mundo futuro.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לעתיד לבוא *In futurum*, vult dicere, in mundo futuro; nos vero jam expoſuimus quid ſit mundus futurus capite decimo codicis Sanhedrin.

LEUSDENUS. לא עליך המלאכה לגמור *Non teneris opus perficere.* Hebræi per מלאכה intelligunt ſtudium legis divinæ. Judæi hæc & immediatè ſequentia verba ita explicant; hominem non teneri ut totam legem ediſcat, neque ut ab illa penitus abſtineat, ſed præſtet quantum poteſt.

בן חורין ליבטל ממנה *Liber es ut prorſus abſtineas.* בן חורין propriè ſignificat *filium nobilium*, & communiter uſurpatur pro homine ingenuo & libero. Vide Fagium. ליבטל Eſt propriè infinitivus cum præpoſitâ literâ Lamed. Talmudici infinitivos variis modis efferunt, aliquando non tantum Hebraicè & Chaldaicè eos efferunt, ſed aliquando addunt in fine Jod cum Tzere, ut לקטולי *ad occidendum*, vel ſæpenumero ab initio apponunt Jod, ut לישקל *accipere.* Rabbini eam formam imitantur, ut ליתן *dare*, ליכתוב *ſcribere*, &c. quæ ſæpè interpretes Talmudici per futurum explicare ſolent, quaſi *ut des*, *ut ſcribas*, ac ſi ל ſumeretur pro למען *ut.*

FAGIUS. Per מלאכה heb. intelligunt ſtudium legis divinæ. Et בן חורין ad verbum ſonat filius nobilium, & uſurpatur pro homine ingenuò & libero. Eſtque ſenſus ut Judæi exponunt, hominem non teneri ut totam legem ediſcat, neque ut ab illa penitus abſtineat, ſed præſtet quantum poteſt. Sicut ille dicit. Eſt aliquo prodire tenus ſi non datur ultra. Hoc tamen ſciat, quod ſi multum in diſcenda lege ſudaverit, multum & præmii à Deo reportabit, non quidem in præſenti, ſed in futuro ſeculo.

פרק ג עקביא בן מהללאל אומר הסתכל בשלשה דברים ואין אתה בא לידי עבירה דע מאין באת ולאן אתה הולך ולפני מי אתה עתיד ליתן דין וחשבון מאין באת מטפה סרוחה ולאן אתה הולך למקום עפר רמה ותולעה ולפני מי אתה עתיד ליתן דין וחשבון לפני מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא :

Caput 3. Akabia filius Mahaliel dicet. Conſidera tres res, & non venies in manus tranſgreſſionis. Cognoſce unde veneris, & quo tandem ſis abiturus, coram quo etiam oportebit te tandem judicium & rationem dare. Unde veniſti? ex guttula ſordida, Quo tandem abis? ad locum pulveris & vermium. Et coram quo futurum eſt ut rationem reddas? coram rege qui rex eſt omnium regum, qui ſcilicet Sanctus Deus benedictus.

R. OB. DE BARTENORA.

מטפה סרוחה *E guttula ſordida*, e ſemine genitali, etſi in momento conceptionis non corruptum ſit, nam in matrice poſt tres dies demum corrumpitur, quando autem cor-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conſideratio hæc hominem ducit ad tranquillitatem & concordiam: & conſiderando finem rerum, fiet ut res mundanas contemnat. Legiſlatoris vero magnitudinis conſideratio

corruptum eſt, non valet ad fœtum producendum; nihilominus tamen vocatur סרוחה *Sordidum* ſive *corruptum*, quia brevi tempore corrumpetur in ventre mulieris. Quiſquis autem ſe e gutta ſeminis fœtidi proveniſſe conſideraverit, cavebit ſibi a ſuperbia; & quiſquis cogitaverit ſe aliquando iturum ad locum pulveris vermibus plenum, a concupiſcentia boniſque accumulandis erit alienus. Et quiſquis porro ſecum perpenderit quod omnium actionum noſtrarum Deo aliquando rationes reddere debemus, a peccatis abſtinebit, ratio perducet ipſum ad accuratam præceptorum obſervantiam; quando autem haſce tres perpenderit res, nequaquam peccabit.

LEUSDENUS. טפה סרוחה *Guttula ſordida.* Gloſſa has voces explicat per שכבת זרע *Concubitus ſeminis*, h. e. *ſemen concubitus* per hypallagen. Kimchi per *effuſionem ſeminis* interpretatur. Fagius ex Maimonide hanc ſententiam ſic exponit. Conſideratio ortus noſtri eſt cauſa humilitatis: quod enim ex impuriſſimo luto, imò leviſſimo pulvere facti ſumus, meritò apud nos omnem elationem & ſuperbiam premat, quodque omnes ex eadem maſſa conditi ſumus, moneat ne alter alterum contemnat.

רמה ותולעה *Vermis & vermis.* Hæ duæ voces idem ſignificant, ideo eaſdem tranſtulimus per *vermium*.

לפני מלך מלכי המלכים Ad verbum ſonant. *Coram rege regum* omnium *regum*, h. e. qui omnium regum rex eſt. In Veteri T. vox regis ſemper non tam ſtrictè ſumitur quam quidem hoc tempore. Olim ante tempora Saulis, Davidis, alioremque regum, ille vocabatur rex, qui erat dominus alicujus urbis, urbeculæ, aut pagi. Reges illi primi etiam non tantâ pollebant authoritate & majeſtate quantâ hodierni pollent. Abraham cum trecentis & octodecim ſuis vernis cæcidit quatuor reges, & facultates Lothi è manibus ipſorum eripuit.

FAGIUS. Rabbi Maimon hanc ſententiam ſic explicat. Conſideratio ortus noſtri cauſa eſt humilitatis. Quod enim ex impuriſſimo luto, imò leviſſimo pulvere facti ſumus, merito apud nos omnem elationem, ſuperbiam, atque ferotiam premat, quodque omnes ex eadem maſſa conditi ſumus, moneat ne alter alterum contemnat. Dein conſideratio mortis, extremique juditii, faciat ut facilè mundum cum ſua pompa floccipendamus. Conſideratio magnitudinis præceptorum efficit, ut ſis attentus ad audiendum, hæc tria inquit Maimon ſi cui contingunt, puta humilitas, contemptus mundi, & præceptorum dei obſervantia, hominem à peccando præſervant.

ב רבי חנינא סגן הכהנים אומר הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו רבי חנינא בן תרדיון אומר שנים שיושבין ואין ביניהם דברי תורה הרי זה מושב לצים שנאמר ובמושב לצים לא ישב אבל שנים שיושבין ויש ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם שנאמר אז נדברו יראי יהוה איש אל רעהו ויקשב יהוה וישמע ויכתב בספר זכרון לפניו ליראי יהוה ולחושבי שמו אין לי אלא שנים מנין שאפילו אחד שיושב ועוסק בתורה שהקדוש ברוך הוא קובע לו שכר שנאמר ישב בדד וידום כי נטל עליו :

2. Ribbi Hananiah Pontifex ſacerdotum dicit, Ora pro pace regni, niſi enim metus eſſet (magiſtratus) alter alterum vivum devoraret. Rabbi Hananiah filius Theradion dicit, Duo qui accumbunt menſæ, & non colloquuntur de lege, ecce iſte eſt conſeſſus irriſorum de quo dicit (ſcriptura) Et in conſeſſu irriſorum non ſedit. Veruntamen duo qui aſſident menſæ, & colloquia habent de lege, divinitas quieſcit ſuper eos, ſecundum id quod dicitur: Tunc loquuti ſunt qui timent dominum, unuſquiſque ad proximum ſuum, & attendit Dominus atque audivit, & ſcriptus eſt liber memorialis coram ſe pro timentibus dominum, & pro his qui cogitant nomen ejus. Sed hoc (quidem video) tantum locum habet ubi duo fuerint, unde colligitur autem quod etiam uni tantum qui menſæ accumbit, & exercet ſe in lege, Deus benedictus deputet illi mercedem? Ex eo nimirum quod dicit (ſcriptura) Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia levavit ſuper ſe, &c.

R. OB. DE BARTENORA.

בשלומה של מלכות *Pro pace regni*, etiam pro pace regni gentilium. חיים בלעו *Vivum devoraret*, uti ſcriptum eſt Habac. 1. 14. ותעשה אדם כדגי הים quemadmodum igitur majores maris piſces devorant minores, ita quoque homines facerent, niſi imperii timor eos abſtraheret. איש את רעהו *Unus alterum*, duo ſunt. וידום *Et tacebit*, eſt expreſſio vocis ſubmiſſæ ſicuti homo ſolitarius ſecum loqui ſolet muſſitando. *Quia levavit ſuper ſe*, perinde ac ſi tota Lex data eſſet propter ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Inveni quod מושב לצים *conſeſſus irriſorum*, vocetur omnis conſeſſeſſus in quo non fit ſermo de Lege; & hoc eſt quod ſtatim ſequitur in Pſalmo primo, *ſed cujus delectatio eſt in Lege.* Perinde ac ſi dixiſſet, quia in Lege Dei fuit delectatio illius, ideo non conſedit in conſeſſu irriſorum, quo Legi Dei nullus eſt locus. *Unde autem colligitur quod etiam uni tantum qui menſæ accumbit, & exercet ſe in Lege*, capite primo Berachot dicuntur hæc verba; unde probatur quod in uno Legi Dei ſtudenti, reſidet divinitas? Quia dictum eſt Exod. 21. 24. בכל מקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך וברכתיך Cum autem Deus hanc gratiam promiſit uni, quanto magis duobus. Duorum autem verba ſcribuntur in libro memoriali, ſed non unice. Et cum ita ſi res habeat cum duo congregati ſunt, quanto magis ſi tres! Nam dicere licet quod judicium exercere ſit ſimpliciter pacem facere, non ut divina majeſtas adveniat; ideo nos docet quod per judicium intelligatur Lex; & cum res ita ſit cum tres congregati ſunt, quanto magis ſi decem! Decem viros divina præſentia antevertit, tres vero ſequitur ſi conſideant. וידום *Et conticuit*, eſt modus loquendi ſubmiſſus, ideo Targum vocem וידום exponit per ושתיק אהרן *Et conticuit Aharon.* Hinc colligitur quaſi Aharon totam Legem impleviſſet, ex eo quod dicitur Thre. 3. 28. כי נטל עליו perinde ac ſi tota Lex propter ipſum data eſſet.

LEUSDENUS. סגן הכהנים *Antiſtes Sacerdotum.* Gloſſa ait שני לכ"ג abbreviate pro שני לכהן גדול *Secundus a ſacerdote maximo*, ſecundarius, vicarius, ſuffraganeus ſacerdotis magni. Elias in Thiſbi ſcribit, המשנה לכהן גדול נקרא.

FAGIUS. Orandum eſt pro regibus, principibus, & magiſtratib. quod illis tam non carere poſſumus, quam non carere poſſumus cibo & potu, niſi enim eſſet metus magiſtratus, omnia rapinis & latrociniis replerentur, nihilque

נקרא סגן *Secundus à Sacerdote magno vocatur ſegen.* Hinc illuſtrantur verba *Luc. 3. 2. Verbum Dei factum eſt ſub Pontificibus maximis Annâ & Cajaphâ.* Quæritur, An ex hoc textu probari poſſit, quod eodem tempore fuerint ſimul duo Pontifices maximi? *Reſp.* Annas videtur fuiſſe סגן *Vicarius* Cajaphæ. Atqui Annas hîc etiam vocatur Pontifex ſummus. Sed Vicarius aliquando vices ſummi pontificis ſupplebat, ſcil. tum quando Pontifex pollutus erat. Pontifex die expiationum ſanctum ſanctorum intrabat: ſed Pontifici polluto hoc fuit illicitum: tali igitur tempore vicarius illas vices ſupplebat. Vide *Philol. Mixtum diſſert.* 27. Talmud Hieroſolymitanum in Joma cap. 3. fol. 41. col. 1. regulâ 3. ait talem סגן *vicarium* in quatuor ſive quinque rebus miniſtraſſe Pontifici חמשה דברים היה הסגן משמש הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך סגן מימינו וראש בית אב משמאלו הניף הסגן בסודרין אחז הסגן בימינו והעלהו לא היה כהן גדול מתמנה להיות כהן גדול עד שהוא נעשה סגן In *quinque rebus vicarius ſerviebat* Pontifici. 1. *Vicarius dicebat ipſi* Pontifici, *Domine mi ſacerdos magne attolle dexteram tuam.* 2. *Vicarius* ſtabat *ad dexteram ipſius, ſed princeps domus* patrum *ad ſiniſtram ejus.* 3. *Vicarius agitabat cum ſudariis.* 4. *Vicarius tenebat dexteram ejus, & faciebat eum aſcendere* per gradus. 5. *Sacerdos magnus non poterat præfici ut eſſet ſacerdos magnus, niſi prius fuiſſet Vicarius.* Ergo proximus honor ad Pontificatum fuit talis vicariatus. Vide *Lex. Talm. Buxt.* R. סגן. Hic Ribbi Chanina fuit Vicarius Pontificis, & vocatur hîc *Vicarius ſacerdotum*, quia talis etiam fuit antiſtes reliquorum ſacerdotum.

שאלמלא *niſi enim.* Componitur ex ש idem denotante quod אשר, & אלמלא *Si, niſi.*

שכינה *divinitas.* Majeſtas, præſentia Dei, & Spiritus Sanctus vocantur שכינה à שכן *habitare.* Quare Spiritus Sanctus habet nomen ab habitando? Elias in Thisbi ait קראו רז״ל לרוח הקדש שכינה על שם שהוא שכן על הנביאים *Vocarunt Rabbini noſtri benedictæ memoriæ ſpiritum ſ. Schechinah, eo quod quieſcit ſuper prophetas.* Sæpè tamen שכינה diſtinguitur à Spiritu Sancto. In *Joma cap. 1. in fine*, dicuntur quinque fuiſſe in Templo primo, quæ non fuerunt in ſecundo, eaque ibidem enumerantur, ſcil. 1. ארון וכפורת וכרובים *Arca ſacra cum operculo propitiatorio & Cherubim.* 2. אש *Ignis* cœleſtis. 3. שכינה *Majeſtas divina.* 4. רוח הקדש *ſpiritus ſanctus.* 5. אורים ותומים *Urim & Tummim.* Quæret aliquis: An ergò in Templo ſecundo non fuit Majeſtas divina vel Spiritus Sanctus? Reſpondet R. Bechaj, quod Majeſtas divina in Templo ſecundo non habitaverit ita jugiter ſicuti in Templo primo. Vide plura in *Lex. Talmud. Buxt.* R. שכן.

וידם *Et tacebit, acquieſcet.* Gloſſa addit מענין מחשבה כמו כאשר דמיתי *ſignificat cogitationem, ſicuti* (Jeſ. 14. 24.) *Quemadmodum imaginatus ſum mihi, propoſui mihi.* Quia verbum דמם varias ſignificationes recipit, ideo hæc gloſſa ſignificationem hujus verbi hoc in loco determinat: nam denotat *ſiluit, ſubſtitit*, in Niphal exſcindi, ſuccidi, etiam aliquando ſilere: ſed hoc in loco ſignificat *tacebit, propoſuit ſibi, imaginatus eſt ſibi*, &c.

כי נטל עליו *Quia levavit ſuper ſe.* Gloſſa adſcribit שכרו *mercedem ſuam* Et addit וי״א נטל כמו כיכן ופכות על הארון ואת הפרוכת מתרגמים ותטיל על ארונא ית פרוכתא *Et ſunt qui dicunt* (qui explicant verbum) נטל *per obtexit*, ſicuti explicatur Exod. 40. 3. *Et teges ſuper arcam velum*, quod *Paraphraſtæ Chaldæi transferunt per*, & *cooperies ſuper arcam velamine.*

ג רבי שמעון אומר שלשה שאכלו על שלחן אחד ולא אמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו מזבחי מתים שנאמר כי כל שלחנות מלאו קיא צואה בלי מקום אבל שלשה שאכלו על שלחן אחד ואמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו משלחנו של מקום שנאמר וידבר אלי זה השלחן אשר לפני ה׳ :

3. Rabbi Schimeon dicit, tres qui edunt in una menſa, neque loquuntur in ea verba legis, perinde eſt ac ſi comediſſent de ſacrificiis mortuorum, juxta illud quod dicit. Nam omnes menſæ impletæ ſunt vomitu & ſtercore, ut nullus eſſet locus, (purus) &c. Cæterum tres qui cibum capiunt in una menſa, & conferunt in ea verba legis: perinde eſt ac ſi comediſſent de menſa ipſius Dei, ſicut dicitur. Et loquutus eſt ad me, hæc eſt menſa quæ (ſtat) ante dominum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא אמרו עליו דברי תורה *Neque loquuntur in ea verba Legis*, & cum benedictione cibi ſuper menſa dicta, ſatisfecit officio ſuo, & cenſetur perinde ac ſi verba Legis de ipſa dicta eſſent; ita ego ab aliis audivi.

זבחי מתים *Sacrificia mortuorum*, dona idololatrica, ſicuti ſcriptum eſt Pſal. 106. 25. Et idololatria vocatur צואה *Spurcities*, ſicuti dicitur Jeſ. 30. 22. צא תאמר לו Porro dicit auctor Miſnicus בלי מקום *Sine loco*, quia nomen creatoris non commemorant ſuper menſa; ſicuti ſcriptum eſt, *&* *locutus eſt ad me, hæc eſt menſa quæ ſtat ante Dominum.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זבחי מתים *Sacrificia mortuorum*, ita idololatrica vocantur ſacrificia, uti ea vocat ſcriptura, quemadmodum expoſuimus capite tertio codicis Avada Zara; & Jeſaias vocat ea קיא וצואה ex vituperio; ſicuti quoque vocantur גלולים ושקוצים Hunc autem verſum præcedit alius qui indigitat cum qui eſui & potui operam dat, Legem intermittat, & ſtudium illius; idcirco menſæ illorum ſunt perinde ac ſi in ea ederent inquinamenta, ſcil. edulia idololatrica; & hoc eſt quod dicitur Jeſ. 28. 7. וגם אלה ביין שגו ובשכר תעו.

ergo ſimulac de Legis verbis locutus eſt, vocatur *menſa quæ eſt coram Domino.* Nonnulli dicunt, hoc probari e principio verſus, ubi dicitur, Jezech. 41. 21. והמזבח עץ שלש אמות Ne dixeris אמות *cubitos*, ſed matres, ſicuti matres lectionis tres ſunt, ſecundum Legem, prophetas, & Hagiographa. Nonnemo autem dicit, juxta Scripturam, Miſnam, & Gemaram, de quibus neceſſe eſt ut ad menſam fiat ſermo, & tum vocatur menſa quæ coram Domino eſt; ita exponit Raſchi.

LEUSDENUS. זבחי מתים *Sacrificia mortuorum.* Gloſſa exponit hæc ſacrificia per ע"א abbreviatè pro עבודת אלילים *cultus idolorum, idololatria.* h. e. Si tres ſimul edunt in menſa, & non loquuntur in ea verba legis, perinde eſt ac ſi comederent de talibus quæ idolis ſunt ſacrificata.

קיא צואה *vomitu & excremento.* Gloſſa exponit per דבר מאוס *rem ſpretam & reprobam.*

בלי מקום *ſine loco.* Rabbini in notis מקום malè explicant de Deo, cum ajunt בשביל שלא הזכירו שמו של מקום ב"ה על השלחן *Quoniam non recordantur nominis Dei benedicti ſupra menſam.* Antea dedimus rationes ob quas Rabbini Deum vocent מקום *locum.* Etiam Kabbaliſtæ per ſpeciem Kabbalæ, quæ גימטריא *Gematria* vocatur, probant Deum optime vocari מקום: quia יהוה *Jehova* & מקום *Makom* eundem numerum exprimunt, ſi ſcil. quælibet litera nominis יהוה per ſe multiplicetur: ex. gr. מקום numericè ſignificat 186. totidem etiam יהוה. Jod. 10. per ſe multiplicatum format 100. ה 5. efficit 25. Vau 6. denotat tali modo 36. Et ה iterum 25. ergò יהוה etiam continet 186. Et per conſequens Jehova poteſt vocari Makom. Vide de hac ſpecie Kabbalæ Philol. Hebræum p. 272.

לפני יהוה *Coram Jehova.* Miſna habet. לפני ה׳ pro לפני השם *Coram nomine*, cum apud Ezechielem habeatur לפני יהוה. Rabbini ſolent pro יהוה ſæpè ſcribere ſimpliciter השם *Nomen.* Quare? Vel quia *Levit.* 24. 11. ita vocatur: Vel, ut Elias dicit in Thiſbite ad vocem שם לפי שאסור להזכיר אחד משמותיו לבטלה *Quia prohibitum eſt commemorare unum ex nominibus ejus in vanum.* Cum nomen Jehova ſæpè occurrat in V. T. fortaſſè aliquis, in ſcriptis Rabbinorum illud inveniens, ſine attentione pronunciaret, quod eſſet grande ſcelus; ideo ne facilè quis tale ſcelus committeret, communiter verterunt per השם, & in paraphraſibus Chaldaicis per duplex Jod, tali modo Quare? Quia judicant illud nomen יהוה *Jehova*, incipiens à Jod, per nomen ארני *Adonaj*, deſinens in Jod, eſſe legendum. Olim ſuperſtitioſi Rabbini etiam ſub pœnâ capitali & æternâ pronuntiationem nominis Jehovah populo interdixerunt. Imo etiam hodierni Judæi, imitantes quodammodo antiquam illam ſuperſtitionem, non audent cum ſummâ attentione & devotione illud nomen tetragrammaton pronunciare. Dices fortaſſè, ipſi Græci etiam vocarunt nomen Jehova *ἀνεκφώνητον ineffabile.* Reſp. Non mirum eſt quod Græci nomen Jehova vocarint ineffabile: nam nulla eſt conſona in voce יהוה I. H. V. H. quam Græci habent: non enim habent conſonam Jod, nec literam aſpiratam h, nec denique conſonam Vau; ergò nullam ex illis literis agnoſcunt Græci. Hinc Græci dicunt *Ἰώβ I-ob*, non *Job*, *Λευΐ Leu-i*, non *Levi*, Luc. 3. 29. *Εὐαγγέλιον Euangelium*, &c.

FAGIUS. Hebræi Deum מקום quod locum ſignificat cognominant, eò quod ubique locorum eſt, omnia replens, cœlum & terram, ut propheta Eſaias dicit, cap. 66. כה אמר יי השמים כסאי והארץ הדום רגלי אי זה בית אשר תבנו לי ואיזה מקום מנוחתי id eſt, Sic dicit Dominus: Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum &c. Dein, quod nullus locus eſt qui ipſum capere poſſit, ſicut & rex Salomon dicit. 1 Reg. 8. הנה השמים ושמי השמים לא יכלכלוך אף כי הבית הזה אשר בניתי id eſt, ecce cœli & cœli cœlorum non capiunt te, & quomodo Domus illa quam ædificavi. Cabaliſtæ aliam adducunt rationem quare Deus מקום vocetur, nempe quod hoc nominis in numero totidem conficiat quot nomen tetragrammaton, de quo nonnihil habet & Elias Levites in ſuo Thisbite quem vide.

ד רבי חנינא בן חכינאי אומר הנעור בלילה והמהלך בדרך יחידי והמפנה לבו לבטלה הרי זה מתחייב בנפשו :

4 Ribbi Hanina filius Hachinai dicit, Qui evigilat in nocte, quique iter facit ſolus, & avertit cor ſuum ad vanitatem, ſeipſum reum facit mortis.

R. OB. DE BARTENORA. *Si quis nocte evigilet*, & ſolus in via incedat, meditando vana, hic in anima ſua condemnatur, nam nocturnum tempus prædonibus & ejuſmodi qui aliis damnum inferre conantur, magno uſui eſt; & quia ſolus in viam ſe contulerit, non liber eſt a periculo prædonum, aliiſque infortuniis; ſi vero Legis verba meditatus fuerit, Lex ipſum ſervabit.

LEUSDENUS. והמפנה לבו *Et qui avertit cor ſuum.* Gloſſa addit מחשב בלבו דברי הבאי *Cogitans in corde ſuo verba hyperbolica*; & ad vocem ſequentem לבטלה *ad vanitatem*, annotat מבטל מד"ת abbreviatè pro מדברי תורה *Ceſſans à verbis legis.*

FAGIUS. Exhortatio eſt nihil mali cogitandum meditandumve, cum vel noctu expergiſceris, vel ſolus es in itinere, ſentiunt enim hebræi tum maximè omnium dæmones noxios quos ipſi מזיקין nominant homini inſidiari.

ה רבי נחוניא בן הקנה אומר כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ :

5. Ribbi Nechonia filius Hakanah dicit, quicunque recipit ſuper ſe jugum legis, tollunt ab eo jugum regni, & jugum quæritandi victum. Quicunque verò excutit jugum legis, huic imponunt jugum regni & curam de quærendo victu.

R. OB. DE BARTENORA.

עול מלכות *Jugum regni*, regum principumque moleſtiam. עול דרך ארץ *Jugum conſuetudinis terræ*, labor & moleſtia ad victum quærendum, nam opera illius erunt benedicta. *Quicunque excutit jugum Legis*, ſi quis dixerit, jugum Legis nimis grave eſt, ita ut id ipſum ferre nequeam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עול תורה *Jugum Legis*, continuationem lectionis. עול מלכות *Jugum regni*, eſt moleſtia regis ejuſdemque exercituum. עול דרך ארץ *Jugum conſuetudinis terræ*, temporis moleſtia. Dicit vero auctor quod merces qua quis ſuper ſe recipit jugum Legis, hæc ſit quod Deus ipſum liberabit a regum jugo, temporumque moleſtia. *Quiſquis jugum Legis excuſſerit*, dicendo, Lex non venit e cœlo, idcirco

illam in me non recipio. Dixerunt Sapientes, *exſculpe tabulas*, vult dicere, quiſquis Legem receperit & fecerit id quod ſcriptum eſt in Lege, is rerum eventus & regum facta ſimul percipiat.

LEUSDENUS. על תורה *jugum legis*, על מלכות *jugum regni*, & על דרך ארץ *jugum viæ terræ*. Fagius ait per *Jugum legis* intelligi aſſiduum legis divinæ ſtudium & exercitium; per *Jugum regni* publica regum & principum officia, imo etiam tributa; & per *Viam terræ* laborem & ſollicitudinem de quærendo victu. Si quis igitur ſe totum divinæ legi perdiſcendæ mancipaverit, fit divinâ diſpenſatione, ut talis immunis fiat à ferendis publicis oneribus, quibus principes aliique magiſtratus ſubditos ſuos gravare ſolent. Gloſſa *jugum viæ terræ* explicat per עמל וטורח הפרנסה *laborem & fatigationem* quærendi *alimoniam*.

ו רבי חלפתא איש כפר חנניה אומר עשרה
שיושבין ועוסקין בתורה שכינה שרויה ביניהם שנאמר
אלהים נצב בעדת אל ומנין אפילו חמשה שנאמר
ואגודתו על ארץ יסדה ומנין אפילו שלשה שנאמר
בקרב אלהים ישפט ומנין אפילו שנים שנאמר אז
נדברו יראי יהוה איש אל רעהו ויקשב יהוה וישמע
וגו׳ ומנין אפילו אחד שנאמר בכל המקום אשר
אזכיר את שמי אבא אליך וברכתיך :

R. OB. DE BARTENORA.

בעדת אל *In congregatione judicum*, at talis congregatio ſaltem e decem conſtare debet, ſicuti ſcriptum eſt Num. 14.27. עד מתי לעדה הרעה הזאת Nam Joſua & Caleb excepti erant decem. *In medio judicum judicat* ſi tres ſint judices, & duo adverſarii. *Unde ſi tres congregati ſint* &c. ignis, aer, & aqua, quæ ſunt tres res, & in elemento terræ fundatæ, vides itaque tres vocari אגודה Sed invenimus tres etiam vocari אגודה ita dicitur אגודת אזוב *Faſciculus hyſſopi*, qui ſunt tres caules. In nonnullis codicibus hoc ſenſu legitur, ומנין אפילו חמשה שנאמר ואגודתו על ארץ יסדה *Unde probatur quod etiam tres? ex eo quod dicitur, & faſciculus illius ſuper terra fundatus eſt*; nam homo in una manu quinque jungit digitos, & omnes quinque digiti vocantur אגודה. Cæterum in principio verſus dicitur הבונה בשמים עליותו Divina majeſtas ſcilicet e cœlis deſcendit in terram, quando faſciculi operantur in Lege. *Unde autem quod tres? ex eo quod ſcriptum eſt, inter judices judicat*; qui ſunt tres. *Unde quod unus? ex eo quod ſcriptum eſt* Num. 15. 30.

LEUSDENUS. חלפתא *Chelpatha*. Gloſſa ait שם חכם הוא *Eſt nomen ſapientis*, h. e. docti Rabbini. Aben Ezra κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur החכם *ſapiens*. Theologi vocantur חכמי האמת *ſapientes veritatis*; Phyſici חכמי המחקר *ſapientes inquiſitionis*: nam rerum naturalium cauſas perſcrutantur, & Logici חכמי שקול הדעת.

בעדת אל *In congregatione Dei*. Gloſſa ait, אין עדה פחות מי׳ שנאמר עד מתי לעדה הרעה הזאת *Et cœtus non* continet *pauciores quam decem, quia dicitur* (Num 14. 27.) *Quo uſque congregatio iſta mala* murmurat adverſus me? Quia in hoc textu agitur de exploratoribus, qui, ex Canaan revertentes, timidos efficiebant Iſraelitas; ideo putant per עדה *cœtum* intelligi decem: nam demptis duobus exploratoribus bonis, Jehoſchuah ſcil. & Caleb, remanent decem mali: ergò עדה *cœtus* ex ſententiâ Judæorum denotat decem. Sicuti numerus ſeptuagenarius apud Judæos eſt emphaticus, ſic etiam numerus denarius eſt ipſis in multis negotiis ſacer. Hinc preces quaſdam ſolemniores non recenſent niſi decem adfuerint. Filius tredecim annorum non fit בר מצוה *filius præcepti*, niſi pater decem advocarit, &c.

אגודתו *Faſciculus ſuus*. Mirè probant ex *Amos*. 9 6. Deum eſſe in medio quinque hominum operam dantium legi. Ibi fit mentio faſciculi, & gloſſa ad eam vocem annotat כמו שאדם אוגד בידו שבה הי׳ אצבעות *ſicut homo comprehendit (ſive ligat) manu ſuâ in quâ ſunt quinque digiti*. Egregia conſequentia: homo ligat ſive comprehendit faſciculum quinque digitis, & *Amozi* 9. 6. fit mentio faſciculi: ergo ubi ſunt quinque ita congregati, in eorum media divinitas quieſcit.

FAGIUS. Per jugum legis, hebræi intelligunt aſſiduum legis divinæ ſtudium & exercitium. Per jugum regni, publica regum & principum officia. Per דרך ארץ viam terræ, laborem & ſollicitudinem de quærendo victu, unde præſentem ſententiam ſic explicant. Quod ſi quis ſe totum divinæ legi perdiſcendæ mancipaverit, fieri divina diſpenſatione ejuſque benevolentia, ut immunis fiat à ferendis publicis muniis, quibus Magiſtratus ſubditos ſuos gravare ſolent. De alimonia item illi proſpici, ut non multo labore & ſudore eam quæritare cogatur. Exemplo ſunt ſacerdotes, & Levitæ pupuli Judaici.

6. Ribbi Halapthah vir oriundus ex pago Hananiah dicit, Decem qui ſedent & diſcunt in lege, divinitas quieſcit inter eos, ſicut dicitur. Deus ſtat in congregatione dei. Unde autem (colligitur idem fieri) ſi tantum quinque fuerint? ex eo quod dicitur. Et faſciculum ſuum ſuper terram fundavit. Unde ſi tantum tres extiterint? ex eò quòd dicitur. In medio deorum judicabit. Unde ſi tantum duo fuerint? ex eo quod dicit. Tunc loquuti ſunt qui timent dominum, quiſque ad proximum ſuum. Unde ſi tantum unus fuerit? ex eò quòd dicitur. In omni loco ubi memoriam fecero nomini meo, veniam ad te & benedicam tibi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בעדת אל *In congregatione judicum*, jam expoſuimus in tractatu Sanhedrin. quod עדה ſaltem decem efficiunt. Ibidemque etiam expoſuimus, quod non eſſet Senatus e paucioribus quam tribus, & hi vocantur אלהים in caſibus judiciorum. אגודה *Faſciculus* eſt is quem homo una colligat manu, & manui quinque ſunt digiti quibus operatur; omnes autem quinque.

FAGIUS. Tenent hebræi עדה non pauciores quam decem complecti, idque colligunt ex 14. cap. in Numeris, ex his verbis עד מתי לעדה הרעה הזאת id eſt, uſquequo congregatio iſta mala murmurat adverſum me? ubi per עדה dicunt notatos fuiſſe decem exploratores, qui redeuntes è terra promiſſionis, populum trepidare & timere faciebant, dempto Jehoſchuah & Caleb. Et certè numerus denarius admodum ſacer hebræis, unde puerum non circuncidunt, nulla connubia ſtabiliunt, libellus repudii non datur, & ſolenniores quaſdam preces ad Deum non fundunt, niſi decem adfuerint. Per שכינה ut ſupra etiam indicatum, Hebræi virtutem, & præſentiam ſpiritus ſancti intelligunt, quem שכינה à שכן id eſt, quieſcendo nuncupant, quod olim ſuper prophetas quieſcere ſolebat. Porrò docetur hîc quibus hominum conventiculis Deus potiſſimum delectetur, nempe his in quibus non prophana, ſed ſacra & divina tractantur, unde homines in cognitione dei & pietate erudiuntur & proficiunt. Et Chriſtus ſervator noſter in Euangelio dicit, ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

שלשה *tres.* Divinitas etiam quieſcit inter tres qui operam dant legi. Hoc probant ex *Pſal.* 82. 1. *In medio Deorum judicat.* Gloſſa vocem אלהים explicat per דיינין *Judices.* בקרב אלהים שהן ג' דיינין *In medio deorum qui ſunt tres Judices.* Minimum collegium Judicum olim in terrâ ſanctâ conſtabat tribus Judicibus, intermedium 23. & maximum conſtabat excepto præſide viris 70. Quia ergo Deus judicat in medio Judicum, qui aliquando tantum tres ſunt; ideo Divinitas etiam in medio talium trium quieſcere debet.

וגו׳ abbreviatè pro וגומר *& reliquum, & cætera.* Hâc abbreviaturâ tantum utuntur poſt abruptum S. Scripturæ locum, quando brevitatis causâ cætera Textus verba omittunt. Sed quando verba aliunde, & non ex S: Scripturâ deſumpta, abrumpunt, tum uſurpant וכו׳ pro וכולו *& totum illud*, & cætera.

ז רבי אליעזר איש ברתותא אומר תן לו משלו
שאתה ושלך שלו וכן בדוד הוא אומר כי ממך הכל
ומידך נתנו לך רבי שמעון אומר המהלך בדרך ושונה
ומפסיק ממשנתו ואומר מה נאה אלן זה ומה נאה ניר
זה מעלה עליו הכתוב כאלו מתחיב בנפשו :

7. Ribbi Eliazar vir Barthota dicit, da ei de ſuo, quoniam tu & quæcunque habes, illius ſunt. ſicut & David dicit. Quoniam ex te ſunt omnia & de manu tua tribuimus tibi. Ribbi Simeon dicit. Qui ambulat in via, & diſcit, ceſſatque à diſcendo, inquiens, quam ſpecioſa eſt arbor iſthæc, quam pulcher eſt ſulcus iſte, illum ſcriptura eo loco habet, ac ſi ſibimetipſi ſua ſponte malum accerſat.

R. OB. DE BARTENORA. תן לו משלו *Da ei de ſuo*, non intermittes rem divinam promovere tam corpore quam bonis tuis, quia nihil das de tuo, neque de corpore, neque de bonis tuis, nam tu & bona tua ad ipſum pertinent. כמה נאה אילן זה *Quam pulchra eſt hæc arbor*, ita cum omni ſermone vano comparatum eſt; ſed hic tantum dicit id quod neceſſe erat, nam viatores loqui ſolent de iis quæ vident. Nonnulli dicunt, nos hic vult docere quod etiam mediante hocce caſu dicat benedictionem, dicendo, *benedictus ſit is qui hæc habet in mundo ſuo.* Nihilominus tamen is cenſetur perinde ac ſi in anima ſua condemnatus eſſet, quia Legis ſtudium interrupit. ניר eſt ſulcus.

LEUSDENUS. איש ברתותא *vir Barthota.* Gloſſa addit שם מקום eſt *nomen loci.*

תן לו משלו *Da ei de ſuo*, h. e. Da Deo de ſuo. Hæc ſententia docet nos omnia bona à Deo accepiſſe, & eadem debere ad ipſius gloriam erogare.

וכן בדוד הוא אומר *Et ſic David dicit.* Gloſſa ait: כשקבץ כסף וזהב לבית המקדש אמר פסוק זה *Cum colligeret David argentum & aurum pro domo ſanctuarii, recitavit hunc verſum*, ſcil. ex 1 *Chron.* 29. 14. qui in Miſna allegatur.

ניר *ſulcus*, Gloſſa exponit ניר per תלם *porcam*, vel per שדה *agrum*: & adfert textum ex *Hoſ.* 10. 12. נירו לכם ניר *Novellate vobis novale.* Hic textus propterea allegatur, ne aliquis vocem ניר in Miſna occurrentem explicaret per lucernam aut *lumen*; nam ניר deſcendens à Radice inuſitatâ נור *lucem* ſignificat.

FAGIUS. Hæc ſententia admonet. Ut cogitemus, unde habeamus non tantum quod ſumus, vivimus, & movemur, Sed unde nobis omnia quibus ad ſuſtendandam vitam quotidie fruimur proveniant, divinitus nempe, ex benigna & larga cœleſtis patris manu, qui affatim omnia quæ requirit uſus noſter ſuppeditat. illius ergo beneficia & dona omnia noſtra bona agnoſcamus. Quæ certè meditatio primum efficit, ut illi confiteamur, gratias agamus, non tantum de victu, ſed omnibus bonis, vita, prudentia, eruditione, juſtitia, & aliis, quæ omnia dei dona eſſe ſentire debemus. Dein quod libenter erogemus quæ faciunt ad illius gloriam, & pauperum illius ſuſtentationem. Hujus ut admonerentur olim filii Iſraël & Deo grati eſſent, Primitiæ, & alia ſacrificia illis à Deo præſcripta fuerunt. Et Salomon dicit, Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnis proventus tui. Et implebuntur horrea tua ſatietate, & torcularia tua muſto affluent. Exhortatio eſt, ſanctas cogitationes & ſtudia in verbo domini, non facile objectu rerum prophanarum interrumpenda eſſe, quod ſi fiat & quid mali tibi accidat, credunt Hebræi perinde eſſe ac ultro tibi illud accerſiveris.

ח רבי דוסתאי בר ינאי משום רבי מאיר אומר
כל השוכח דבר אחד ממשנתו מעלה עליו הכתוב
כאלו מתחיב בנפשו שנאמר רק השמר לך ושמור
נפשך מאד פן תשכח את הדברים אשר ראו עיניך
יכול אפילו תקפה עליו משנתו תלמוד לומר פן
יסורו מלבבך כל ימי חייך הא אינו מתחיב בנפשו
עד שישב ויסירם מלבו :

8. Ribbi Doſtha filius Jancai, nomine Ribbi Meir dicit. Quicunque oblivioni tradit aliquid de eo quod didicit, eum ſcriptura eo loco habet ac ſi ſibimetipſi autor ſit mali, ſicut dicitur. Cave igitur tibi, & cuſtodi animam tuam diligenter, ne fortè obliviſcaris eorum quæ viderunt oculi tui. Num hoc etiam locum habet ubi quis præ difficultate quippiam non poteſt diſcere? dicendum eſt, Et ne fortè recedant à corde tuo. ex quo colligitur, aliquem non fieri obnoxium malo, donec ſedeat & removeat ea à corde ſuo.

R. OB. DE BARTENORA. כל השוכח דבר אחד ממשנתו *Quicunque obliviſcitur verbi unius de eo quod didicit*, quia illud non repetiit, idcirco Lex eum iſto loco habet perinde ac ſi in anima ſua condemnatus eſſet, nam medio oblivionis permitteret tandem id quod prohibitum eſſet, quomodo per illum fieret offenſa, & hæc ipſi imputaretur ex ſuperbia. Vel etiam, perinde ac ſi in anima ſua condemnatus eſſet, quia illud Legis ſtudium ipſum ſervaverat; jam vero quum id oblitus fuerat, non ſervabat ipſum. *Nam hoc etiam locum habet ubi quis præ difficultate nihil poteſt diſcere*, ita ut propter difficultatem omnia obliviſcatur.

LEUSDENUS. יכול *fortaſſe fieri poteſt*, hic ſumitur adverbialiter.

תקפה *difficilis.* Gloſſa parva ita explicat, שהיה קשה עליו doctrina *quæ ipſi fuit difficilis*, vel שנשכחה בעל כרחו מפני שהקשה עליו *Cujus doctrinæ oblitus eſt invitus quoniam ei erat difficilis.*

FAGIUS. Ut prior ſententia docet, operam dandam eſſe ut non facile cogitationes tuas in rebus ſacris interturbari ſinas, quod non citra periculum fieri ſentiant Judæi. ita hæc te monet, ut quæ ſemel ex lege dei didiceris, crebra & aſſidua repetitione ſtabilia, & firma reddas, ne temere effluant, id quod colligunt ex citato loco Deuteronomii.

תלמוד

תלמוד לומר *doctrina eſt dicere, doctrina textus hoc vult dicere.* Rabbini in hâc formulâ utuntur, quando aliquid notanter, vel generaliter dictum, latiori vel ſpecialiori doctrinâ explicant. Vide *Buxtorf. de Abbrev.* in ת״ל.

mii. Quandoquidem verò non omnibus æqualis contingit memoria, & quædam etiam difficulter addiſcuntur, atque propter difficultatem etiamſi ſemel didiceris facile excidunt, oblivionem hoc in loco non ſimpliciter accipiunt, ſed ubi quis vel per ignaviam & ſomnolentiam, vel per contemptum ſemel percepta & audita, animo removet oblivionique tradit, hanc oblivionem damnabilem eſſe dicunt.

ט רבי חנינא בן דוסא אומר כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו קודמת ליראת חטאו אין חכמתו מתקיימת הוא היה אומר כל שמעשיו מרובין מחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו מרובה ממעשיו אין חכמתו מתקיימת:

9. Ribbi Hanina filius Doſa, inquit, Cujuſcunque (hominis) metus, quem habet de peccato, antecedit ſapientiam ejus, ſapientia ejus firma manet. Cujuſcunque ſapientia non antecedit metum quem habet de peccato, ſapientia illius non confirmabitur. Idem Rabbi dixit. Cujuſcunque opera plura ſunt quam ſapientia ejus, illius ſapientia confirmabitur. Cujuſcunque verò ſapientia amplior eſt operibus, illius ſapientia non firma manebit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו *Cujuſcunque hominis peccatum antecedit Sapientiam ejus*, ego audivi; quod in cogitatione ipſius præceſſerit timor peccati Sapientiam, cogitando in corde ſuo, Sapientiam acquirere ſtudebo ut peccatum reformidem, & hæc eſt ſententia illius qui dixit, principium cogitationis eſt finis operis.

חכמתו מתקיימת *Sapientia ipſius firma manet*, quia ſapientia ipſum ducit ad id quod deſiderat. וכל שחכמתו קודמת ליראת חטאו. *Cujuſcunque vero ſapientia præcedit timorem peccati*, qui non addiſcet ad operandum in præceptis, quia cor illius non amplius peccatum timet, idcirco ſapientia illius non confirmatur, nam cum illa impediat ipſum ut cordis ſui deſiderium ſequi nequeat, derelinquet eam. *Cujuſcunque opera plura ſunt quam ſapientia*, hic ſermo eſt de illo qui in præceptis affirmativis aſſiduus eſt; & ſuperius ubi dicitur, cujuſcunque peccati timor antecedit ſapientiam, ſermo eſt de illo qui in præceptis negativis aſſiduus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac re philoſophi quoque conveniunt, quod virtutum habitus dum is anteceſſerit ſcientiam, ita ut habitus ſit fortis, & deinceps ſcientiam acquiſiverit quæ in virtutibus ipſum reddat anxium, augebit lætitiam & amorem in ſcientia & diligentia, ut aliquid ex iis impertiat habitui ſuo ad priores mores ipſum avocanti. Si vero anteceſſerint habitus intellectuales, & deinceps addidicerit, atque ſcientia iſta ipſum impediverit ab illa veteri inclinatione bona, conditiones vivendi graviores in ſe ſuſcipiet, & ſapientiam intermittet.

LEUSDENUS. כל שיראת חטאו *Cujuſcunque hominis metus de peccato* antecedit ſapientiam, &c. Hæc ſententia docet timorem Dei debere antecedere ſapientiam: ſi enim timor Dei ſequatur ſapientiam, tum ea non confirmabitur. Imo magis ſtudendum eſt ut melior quam ut doctior fias. Gloſſa hæc verba ita vertit שמתרחק מן האיסור והחטא *Qui ſeſe amovet à vetito & à peccato.*

חכמתו מרובה *Sapientia ejus amplius eſt.* Gloſſa ita explicat הרבה ולא קיים נוח לו שלא לכד *Qui didicit multum & non confirmat* ea quæ didicit, *melius eſſet ipſi ut non didiciſſet.*

FAGIUS. Monet hæc ſententia, jungendum eſſe timorem Dei cum ſapientia & eruditione, imò ſemper magis nitendum ut melior quam doctior fias, ſic etenim fiet, ut ſapientia tua magis atque magis creſcat & confirmetur, tibique in bonum cedat, ſecus verò evaneſcat exitioque ſit. Hominibus certè doctis nec piis nihil peſtilentius. Eadem ferè eſt hæc ſententia cum priori, ſicut enim illa monet ut prius timere Deum quam ſapere diſcas. Id enim eſt demum vere ſapere & intelligere ſicuti Job dicit cap. 28. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia & recedere à malo intelligentia. Ita hæc te monet, ut poſtquam ſapientiam & cognitionem divinæ voluntatis adeptus es, operam des, ut illam egregie moribus & vita exprimas. Qui enim novit voluntatem Domini nec facit, vapulabit multis. Divinæ certè literæ vivendi, non argutandi ſcientiam continent, is earum doctior judicandus eſt, qui vixerit innocentius, & ergo quoslibet officioſius.

י הוא היה אומר כל שרוח הבריות נוחה הימנו רוח המקום נוחה הימנו וכל שאין רוח הבריות נוחה הימנו אין רוח המקום נוחה הימנו רבי דוסא בן הרכינס אומר שינה של שחרית ויין של צהרים ושיחת ילדים וישיבת בתי כנסיות של עמי הארץ מוציאין את האדם מן העולם:

10. Ribbi Hanina dicit, A quocunque homines animi oblectationem capiunt, ab eodem & Deus capit. à quocunque vero nullam animi oblectationem capiunt homines, ab eodem nec Deus accipit. Ribbi Doſa ben Harkinas dicit, Somnus matutinus, & compotatio meridiana, & confabulatio de rebus puerilibus, atque commoratio in conciliabulis ubi homines plebeii confluunt, educunt hominem è mundo.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שרוח הבריות נוחה הימנו *A quocunque homines animi oblectationem capiunt*, quiſquis inferius in hacce terra dilectus fuerit, is ſine dubio quoque ſuperius in cœlis dilectus erit. *Somnus matutinus*, quando quis dormiverit uſque ad horam lectionis *Audi* &c. *Compotatio meridiana*, hæc cor hominis ad ſe trahit, quemadmodum ſcriptum eſt Eccleſ. 2. 3. למשוך ביין את בשרי Hæc itaque compotatio ad ebrietatem ducit. *Confabulatio de rebus puerilibus*, hæc patres abſtrahit a ſtudio Legis. *Commoratio in conciliabulis plebejorum*, ubi vana pertractantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit quod hæ res impediunt hominem ab omni excellentia, donec e mundo exeat, & pereat.

LEUSDENUS. רוח הבריות *homines*, ſive ſpiritus creatu-

FAGIUS. Senſus eſt. Quem homines amant, & cui illi

creaturarum. Gloſſa ſenſum horum verborum interpretatur כל מי שאהוב למטה בירוע שהוא אהוב למעלה *Quicunque diligitur infra* ab hominibus, *notum eſt quod* etiam *diligatur ſuprà* à Deo. Eodem modo explicat Fagius: Quem homines amant, & cui illi favent, hunc & Deus amat; illique favet. Qui verò tam impiè & ſceleratè vivit ut eum odio habeant homines, eum & Deus odio habet.

שינה של שחרית *ſomnus matutinus* educit hominem è mundo. Hic interdicuntur vitæ ignavia, torpor & nimia ſomnolentia: nam ea ſæpè ad paupertatem deducunt homines, qui ſæpè per fas & nefas ſe ſuſtentare volentes miſerè pereunt. Gloſſa ad has voces annotat שהולך וישן עד שיעבור זמן קרית שמע *Qui it & dormit, donec tranſeat tempus lectionis ſchemah.* De hac lectione vide ſuprà Hic etiam prohibetur vinum meridianum ob eandem rationem: nam præterquam quod per tales & ſimiles compotationes bona dilapidentur, etiam efficiunt hominem ebrium inquit gloſſa.

בתי כנסיות *Domus congregationum* educunt homines e mundo. Hic per domos congregationum intelligitur cœtus hominum frivolorum, plebeiorum & illiteratorum. Gloſſa congregationes hominum frivolorum explicat per שמתכנסים ועוסקים בדברים בטלים *qui congregati ſunt & occupati in rebus* ſive verbis *futilibus.*

illi favent, hunc & Deus amat, & illi favet. Hoc eſt, qui tam innocenter, & inculpatè vivit, ut nemo non ſit cui non placeat, is & deo placere ſolet. Qui vero tam impiè & ſcelerate vivit, ut nemini non ſit odibilis, illum & Deus odire ſolet. Haud obſcurum eſt quid ſibi velit hæc ſententia. Nempe fugiendam eſſe vitæ ignaviam, inertiam, torporem, & ſomnolentiam. Commeſſationes item & compotationes, denique ſodalitium hominum frivolorum, & illiteratorum: Hæc enim omnia authoritatem tollunt, æſtimationem bonamque famam minuunt. Temporis quoque precioſiſſimi theſauri & ſemel amiſſi non facile recuperandi, necnon & rei jacturam magnam adferunt. Et tandem occaſio ſunt, ut dilapidatis bonis ii non habeas unde vivas, turpiter quæras & turpiter pereas.

יא רבי אלעזר המודעי אומר המחלל את הקדשים והמבזה את המועדות והמלבין פני חבירו ברבים והמפר בריתו של אברהם אבינו והמגלה פנים בתורה שלא כהלכה אף על פי שיש בידו תורה ומעשים טובים אין לו חלק לעולם הבא :

11. Ribbi Eliezer Hamudai dicit. Qui prophanat ſacra, & qui contemnit ſolemnia feſta, Quique irritum facit fœdus ipſius Abrahami patris noſtri. Qui item impudenti facie (agit) contra legem, ſicut fieri non debet. Qui denique expalleſcere facit faciem ſodalis ſui coram multis, tametſi in manu ejus ſit lex, & bona opera; non tamen partem habebit in futuro ſeculo.

R. OB. DE BARTEÑORA.

המחלל את הקדשים *Qui profanat ſacra*, qui ſacra ex altari eduxerit ut in diſcrimen reliquiarum, abominationum, & immunditiei veniant, aut ſi quis e rebus ſanctis altaris vel templi quid commodi cœperit. והמבזה את המועדות *Et qui contemnit feſta*, dies feſti intermedios, faciendo in illis opus, vel in eſu & potu ſequendo ritum dierum profanorum.

והמפר בריתו *Et qui fœdus ejus irritum reddit*, qui non paſſus eſt ſe circumcidi, vel ſi quidem circumciſus fuerit, ſed poſtea præputium obduxerit, ut non circumciſus videatur.

והמלבין פני חבירו ברבים *Et qui expalleſcere facit ſodalis ſui faciem coram multis*, qui alium pudore affecerit, illius facies prius rubeſcent, & poſtea albeſcent, anima enim duobus gaudet motibus, uno interius, altero exterius, quando autem quis alium pudefacit, ſpiritus prius movetur in exteriora, ut in illo qui movetur ira, cujus facies rubeſcit, quum non inveniat rationes quibus rubedinem removeat, interius ingreditur in ſpiritum propter hancce moleſtiam, facieſque ipſius fit rubra & pallida, & hoc eſt quod dixerunt in caſu pudoris & ignominiæ, vadit rubedo & advenit pallor. והמגלה פנים בתורה *Et qui impudenti facie agit contra Legem*, qui rerum faciem & expoſitionem Legum contra deciſionem exponit, atque adeo ſenſum perverſe exponit. Aliter, quem non pudet Legem publice tranſgredi elata manu. *Tametſi in manu ejus ſit Lex, & bona opera*, ſi non egerit pœnitentiam eorum quæ fecit operum, etſi enim pœnas dederit & in iis mortuus fuerit, tamen mundi futuri non eſt particeps. Verum ſi ante mortem egerit pœnitentiam, nihil pœnitentiæ reſiſtere poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והמלבין פני חברו ברבים *Et qui expalleſcere facit faciem Sodalis ſui coram multis*, qui proximum coram multis confundit. והמגלה פנים בתורה *Et qui impudenti facie agit contra Legem*, qui publice tranſgreditur Legem, quæ omnimoda eſt denegatio, quemadmodum dixit Deus Num. 15. 30. והנפש אשר תעשה ביד רמה Cæterum המגלה פנים *Qui detegit faciem* eſt is qui verecundiæ limites tranſgreditur, hæc autem ſunt Gemaræ verba in hoc ſenſu, qui Legis faciem detegit eſt is qui publice tranſgreditur Legem, ſicuti fecit Jehojakim filius Joſiæ.

והמפר בריתו של אברהם *Et qui irritum fecit Abrahami fœdus*, qui præputium obduxerit. In Gemara dicitur, omni in loco ubi Sapientes dixerunt, qui non fecerit illud, ei non eſt pars in mundo futuro, id intelligendum eſt ſi non reſipuerit, & in pœna mortuus fuerit: id eſt, peccata iſta quæ juxta Sapientes non remittuntur in futuro ſeculo, graviora eſſe cæteris, quia in morte non liberantur a pœna eorum.

LEUSDENUS. קדשים *ſacra.* Per ſacra potiſſimum intelliguntur ſacrificia, quæ violantur, quando quis vel vitiatam pecudem offert, vel non debito tempore.

המועדות *feſta.* Ille dicitur contemnere feſta inquit gloſſa שעושה בהן מלאכה *qui facit in illis opus* prohibitum.

המלבין *pudefaciens* vultum ſocii ſui publicè, ei non eſt pars in futuro ſeculo. Hinc in Talmude Tract. Berachoth fol. 43. 2. ajunt: *Melius eſt homini, ut projiciat ſeſe in fornacem ardentem* ואל ילבין פני חבירו ברבים *quam ut pudore afficiat proximum ſuum publice.* Gloſſa hunc pudorem ita deſcribit ראזל סומקא ואתי חיורא *quod recedit rubedo & accedit albedo*, ſcil. in eo qui pudore ſuffuſus eſt.

ברית *Fœdus.* Gloſſa exponit hoc fœdus per ברית מילה *Fœdus circumciſionis.* Qui irritum facit fœdus circumciſionis,

FAGIUS. Per קדשים hebræorum interpretes intelligunt potiſſimum קרבנות id eſt, ſacrificia, quæ violari dicunt, cum quis pecudem vitiatam, aut quodcunque munus non ſuo debito tempore offert. Nam ut hebræus dicit עבר זמן עבר קרבן Per מועדות ſolemnes cœtus Eccleſiæ intelligunt, per fœdus Abrahami ipſam circunſionem quam & alio nomine מילה vocant. Per מגלה פנים hominem impudentem, qui palam & in conſpectu hominum non veretur legem prævaricari, ſic enim explicatur in Thalmud המגלה פנים בתורה העובר על דברי תורה בפרהסיא id eſt, Megalleh panim dicitur qui tranſgreditur verba legis palam. Poteſt item per megalleh panim bethorah, intelligi qui depravat ſacram legem & aliter exponit quam ſit mens ejus, ſed priorem ſententiam ſequuntur Judæi. Perſtringuntur autem hic rerum ſacrarum prophanatores, contemptores

ciſionis, quod Deus cum Abrahamo pepigit, ei non erit pars in futuro ſeculo.

והמגלה פנים בתורה *Qui impudenti facie agit contra legem.* Ille dicitur revelare faciem contra legem, vel qui verba legis tranſgreditur palam; vel qui depravat ſacram legem, eamque contra intentionem ſacrorum ſcriptorum explicat, & ſuæ falſæ opinioni accommodat.

הלכה Eſt Conſtitutio Juris, Traditio deciſa, uſu & conſuetudine recepta & approbata. Qui ergò Legem contra conſuetudinem receptam interpretatur, vel qui tranſgreditur eam, faciens aliquid contra conſtitutionem juris receptam, ei non erit pars in futuro ſeculo.

tores item ſacrorum conventuum eccleſiæ, necnon & ſacramentorum, inter quæ olim in veteri populo præcipuum erat circumciſio cui ſucceſſit nunc baptiſmus. Hæretici item qui ſacras literas contaminant, vitiant, depravant, & in ſenſum ſuum detorquent. Denique qui peccant in charitatem, hoc eſt, qui proximum ſuum palam in conſpectu hominum redarguunt, non ut emendent, & lucriſaciant, ſed ut pudore ſuffundant, & ignominia afficiant, quod tam pro magno piaculo habent hebræorum ſapientes, ut dicant נוח לו לאדם שיפילוהו לכבשן האש ואל ילבין פני חבירו ברבים id eſt, Melius eſt homini ut conjiciatur in caminum ignis, quam ut palam proximum ſuum ignominia afficiat. Hæc tam enormia peccata eſſe ſentit Rabbi Eliezer, ut dicat eum qui illis obnoxius eſt, non habere partem in futuro ſeculo, quod tamen eo ſenſu dictum accipias, ſi in illis perſtiterit, & non reſipiſcat. Aliàs enim tenent nullum eſſe tam grande peccatum, quod תשובה id eſt, pœnitentia non aboleat, id quod hebraicè ſic enunciant אין לך דבר שעומד בפני בעל תשובה Per עולם הבא ſeculum venturum, hebræorum ſapientes triplex ſeculum intelligunt. Alii ſeculum animarum, quod inquiunt mox incipere poſt animæ efflationem. Alii tempus Meſſiæ. Poſtremi reſurrectionem mortuorum, vide hac de re Thisbiten Eliæ in Radicibus עולם הבא & עתיד.

יב רבי ישמעאל אומר הוי קל לראש ונוח לתשחורת והוי מקבל את כל האדם בשמחה :

12. Ribbi Iſmaël dicit, velox eſto erga caput, tardus vero erga adoleſcentem. Et excipe quemvis hominem cum gaudio.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי קל לראש *Sis facilis coram capite*, coram honorato & magnifico viro, & coram ſeniore & principe eccleſiæ ſis facilis ad ſerviendum illi. ונוח לתשחורת *Et tardus erga adoleſcentes*, cum juvene qui jam nigros habet capillos non eſt ut ſis facilis, ſed gravis & ſedatus. והוי מקבל את כל אדם *Et excipe quemvis hominem*, coram omnis ætatis hominibus eſto hilaris. Aliter, in principio ſis facilis dum adoleſcens es, & facilis ad Dei voluntatem exequendam, in ſenectute vero tua, dum facies nigreſcit, eſto ſedatus cum adoleſcentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult R. Iſmaël quod ſi viro alicui honorato adſimus, debeamus eſſe humiles, eique inſervire ſicuti convenit, & non efferre noſmet ipſos coram ipſo, at non ita, ſi minorenni & juveni adſimus, tunc enim gravitati conſulendum, & non confabulandum cum ipſo. Porro vult, quod, quando dixit non jocandum cum juvene, non intelligendum ſit quaſi recipiendus eſſet blando vultu, ſed quod omnem hominem, ſive adoleſcentem, ſive ætate provectum, ſive libertum, ſive ſervum, læte excipere debemus.

LEUSDENUS. הוי קל לראש *Eſto velox erga Magnatem.* Gloſſa ראש explicat per ſenem, cum ait לפני אדם זקן *Coram homine ſene.* In genere denotat principem, magnatem, & quemlibet hominem authoritate præditum.

ונוח לתשחורת *& promptus erga adoleſcentem.* Fagius vertit נוח per *tardus*: ſed refutatur à Buxt. in Lex. Talm. p. 2371. Senſus hujus & ſuperioris ſententiæ eſt; Magnati, regi, principi alacriter officia eſſe præſtanda; non ita juveni ne ſi te nimis facilem & familiarem deprehendat, te contemnat. Quare Juvenis vocatur תשחורת, quod etiam *nigredinem* denotat? Vel à nigredine capillorum: nam Juvenis vocatur שחור השיער *niger capillis*; vel à שחר *aurora*, quia adoleſcentia auroræ & ſenectus veſperæ ſimilis eſt. Gloſſa תשחורת vertit per בחור ששערותיו שחורות *Juvenem cujus capilli ſunt nigri.*

FAGIUS. Per ראש caput, principem, magnatem, magiſtratum, hominem ſenem & authoritate præditum intellige. per תשחורת adoleſcentem, & juvenem, quem quidam hebræorum תשחורת à nigris capillis vocitatum volunt, שחור enim nigrum ſignificat. Alii verò à שחר quod auroram ſignificat, dicunt enim adoleſcentiam quam שחרות vocant, auroræ, ſenectutem vero veſperæ ſimilem eſſe. Eſt autem ſenſus. Ne te difficilem præbeas, ubi è magnate aliquo quid facere juberis, quod qui authoritate ſunt præditi, facile vel prodeſſe vel obeſſe poſſunt, retinenda ergo illorum amicitia voluntariis officiis, & obſequiis. Secus vero ubi puer vel juvenis aliquid vel roget, vel præcipiat, ibi non tam cito obtemperandum, ut admoneatur modeſtiæ puerilis, & diſcant juniores non imperioſe, ſed precibus quæ volunt à ſenioribus efflagitare, neque nimium colludendum cum junioribus, quod hinc authoritas ſeniorum vileſcat, & nimia familiaritas contemptum pariat. Interim tamen ſic moderanda vel erga majores obſervantia, vel ergo minores auſteritas & gravitas, ut ubique reluceat animi alacritas. Et minores intelligant non ex odio fieri quod illis denegatur, ſed in ipſorum commodum & utilitatem. in hunc ſenſum Rambam explicat poſtremam hujus ſententiæ clanſulam. Et excipe quemvis hominem cum gaudio.

יג רבי עקיבא אומר שחוק וקלות ראש מרגילין את האדם לערוה מסורת סיג לתורה מעשרות סיג לעושר נדרים סיג לפרישות סיג לחכמה שתיקה :

13. Ribbi Akiba dicit, Riſus & levitas capitis aſſuefaciunt hominem ad ſcortationem. Maſoreth ſepes eſt legi, decimæ ſepes ſunt divitiis, vota ſepes ſunt ſanctimoniæ vitæ. Silentium ſepes eſt ſapientiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מסורת סיג לתורה *Maſora eſt ſepis Legi*, doctrina Maſoretarum ſapientum de vocibus defectivis & plenis in Lege occurrentibus, eſt robur & ſepimentum Legis ſcriptæ, quia medio illius intelliguntur plurima præcepta, exempli gratia in Lege ter occurrit בסכת בסכת בסכת bis defective; & ſemel plene, nam inde nos colligimus tentorium legitimum eſſe trium laterum. Sic etiam Levit. 23. 2. dicitur אתם מועדי יהוה אשר תקראו אתם ubi אתם defective ter ſcribitur, unde colligi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quum nonnemo voverit vota eaque compleverit, ſolet ipſi in mentem venire deſiſtendi cogitatio ab eo quod velit intermittere, quomodo cogitatio illa corroborabit ipſum ut ſanctitatem facile aſſequatur, & ſibi caveat in immunditia.

colligimus feſta eſſe celebranda licet Iſraëlitæ ex errore, vel ex induſtria, vel ex abuſu peccaverint. *Decimæ ſunt ſepes divitiis*, uti ſcriptum eſt Deut. 14. 22. עשר תעשר ſunt itaque decimæ ut diteſcas. נדרים סיג לפרישות *vota ſunt ſepes ſanctimoniæ vitæ*, quando quis ſanctitatem inceperit, peccatum timet, recipiendo in ſe votum quod hanc vel illam rem non faciet. quo mediante ſe continet a malo appetitu. סיג לחכמה שתיקה *Sepes ſapientiæ eſt ſilentium*, de quo hoc intelligendum eſt: an de eo qui taciturnus eſt in verbis Legis? utique Pſalmo primo dicitur Legem die noctuque a nobis perpendendam eſſe? an vero de taciturnitate maledictionis. hæc utique Lege prohibita eſt? reſp. ſenſus eſt, quod hic intelligatur ſilentium de ſermonibus vulgaribus quos homines inter ſe habent, qui diminuendi ſunt quantum fieri poteſt, idcirco dixit Salomo Prov. 17. 28. גם אויל מחריש חכם יחשב.

LEUSDENUS. שחוק *riſus*, ſupple immoderatus, inhoneſtus, necnon inhoneſti joci, & obſcœnæ facetiæ, &c.

קלות ראש *Levitas capitis*. Rabbini vocant קלות ראש elationem capitis ex levitate, ſuperbia & laſcivia. Oppoſitum ejus eſt כובד ראש *gravitas capitis*, *demiſſio capitis*. Denotat ergò hìc impudentem & perfrictam frontem. Ita etiam explicat Elias Levita in Thiſbi רבים סוברים שקלות ראש הוא כי שהולך פרוע בראשו וטועים כי ההוא נקרא גלוי ראש כמו שאמרו אסור ללך ד׳ אמות בגלוי הראש אבל קלות ראש הוא מה שאמרו אל יקל אדם את ראשו ופירוש בערוך שלא ילך בהרמת ראש אלא בכפיפת ראש *Multi putant quod* קלות ראש *ſignificet eum, qui nudo capite incedit: ſed errant: nam talis vocatur* גלוי ראש, *ut quum dicunt; Prohibitum eſt ambulare quatuor cubitos nudo capite: ſed* קלות ראש *eſt id quod dicunt: Non leviter attollet homo caput ſuum. Quod in Aruch* (Lexico) *ſic exponitur: Non incedet elevato capite ſed demiſſo.*

לערוה *ad ſcortationem.* ערוה denotat impuram libidinem & ſcortationem. Hæc ſententia dehortatur ab obſcœnis jocis, facetiis & moribus impudicis: nam ea homini illectamenta ſunt ad impuram libidinem. Vide Fagium.

מסורת *Maſſoreth.* Alias ſcribitur מסורה *Maſora*, vel מסורת *Maſoreth*, à מסר *tradidit*. Maſora (definiente Buxt: in Tiberiade) eſt doctrina critica, à priſcis Hebræorum ſapientibus, circa textum Hebræum ſacræ ſcripturæ, ingenioſe inventa, quâ verſus ſacræ ſcripturæ, ejuſque voces & literæ numeratæ, omniſque ipſarum varietas notata, & ſuis locis cum ſingulorum verſuum recitatione indicata eſt, ut ſic ejus genuina lectio conſervetur, & à corruptione in æternum præſervetur, & validè præmuniatur. Hæc Maſora in genere verſatur circa totum V. T. & in ſpecie circa octo ſequentia. 1. Circa conſonantes V. T. 2. Circa vocales. 3. Circa accentus. 4. Circa integras voces. 5. Circa verſus. 6. Circa octodecim voces, quæ vocantur תקון סופרים *Ordinatio ſcribarum.* 7. Circa quinque voces, quæ nominantur עטור סופרים *ablatio ſcribarum.* Denique 8. Circa notas marginales *Keri* & *Cetibh* appellatas. Maſoræ authores primi non ſunt Maſorethæ Tyberienſes, qui circa ſextum ſæculum poſt Chriſtum vixerunt; ſed ejus non quidem totius, primus author eſt Eſras propheta: verum opus ab Eſra cæteriſque viris, in Concilio illo maximo poſt ſolutam captivitatem Babylonicam congregatis, inchoatum; alii Critici inter Judæos, forte etiam Maſorethæ Tyberienſes continuarunt: nam totius Maſoræ non eſt Eſras, nec etiam ejus totius cauſæ ſunt Maſorethæ Tyberienſes. Hæc Maſora dicitur eſſe *ſepes Legi*: nam ea Vetus T. à corruptione conſervavit. Vide ex profeſſo de hac materia *Philologum Hebræum* diſſert. 22. 23. 24. 25.

סיג לעשר *ſepes divitiis.* Decimæ dicuntur eſſe ſepes divitiis. Olim ſub V. T. pro ſuſtentandis ſacerdotibus, levitis &c. decimas ſolvebant: ſed Judæi religioſiores hodie loco decimarum de omnibus lucris pendunt eleemoſynas, ſcil. decem florenos de centum, & viginti de ducentis, &c. Si quis ergò decimas vel eleemoſynas legitimè diſtribuat, ejus divitiis non facilè damnum inferetur.

FAGIUS. Per שחוק non ſimpliciter riſum, ſed immoderatum, inhoneſtum, nec non & inhoneſtos jocos, obſcœnas facetias, turpiloquium, ſcurrilitatem, & quicquid eſt hujuſmodi rerum impudicarum intellige. Per קלות ראש quod Judæorum vulgus ferè pro retectione capitis exponit, quodque apud illos inhoneſtum habetur, tu impudentiam & perfrictam frontem intellige, quemadmodum in hoc ſenſu explicat & Helias Levites in ſuo Thisbite. Dehortatur autem hæc ſententia ab obſcœnis dictis, jocis, facetiis, moribus impudicis, quod ea homini illectamenta ſunt ad impuram libidinem, & ſcortationem, quam hebræi per ערוה intelligunt, breviter damnat hæc ſententia impudentiam, & morum indecentiam, & hortatur ad pudorem, verecundiam, & pudicitiam. Maſoreth hebræi vocant annotationes quas docti quidam Judæi ſcripſerunt in ſacra biblia, in quibus explicant voculas quaſdam biblicas, quantum ad illarum genuinam cum lectionem tum ſignificationem attinet, quoties item aliqua dictio cum hoc vel illo accentu inveniatur, quomodo quædam dictiones aliter ſcribantur, & aliter legantur & è contra, quoties denique aliqua dictio vel plene vel defective in bibliis inveniatur, & ſi quæ ſunt alia iſtiuſmodi grammaticorum affectuum, hanc inquam tractationem, Maſoreth à tradendo vocant, quod ſentiunt hebræorum ſapientes eam cabaliſtica quadam ratione à majoribus poſteris traditam fuiſſe. Hujus primum authorem ſtatuunt Ezram ſcribam, qui fuit ראש כנסת הגדולה ſed hoc non probatur Heliæ Levitæ, qui doctos Judæos qui olim in Tyberia habitarunt, authores ſtatuit. qua de re vide quæ habet in libello ſuo Maſoreth Hamaſoret. Hanc itaque Maſoreth ſepem legis vocant, quod ea dicunt cuſtodiri genuinam ſacræ ſcripturæ & lectionem & expoſitionem, ne quis in ſacris literis graſſetur, & pro ſua libidine ex quolibet quodlibet faciat, ſed maneat intra ſepta veterum ſapientum. Decimas dare olim in lege præceptum erat populo Iſraëlitico, pro ſuſtentandis ſacerdotibus, levitis, peregrinis, pupillis, viduis, & pauperibus, jam qui candide & fideliter eas pendebat, hujus laboribus & divitiis adſpirabat Dominus. Et hodie qui religioſiores ſunt inter Judæos, loco decimarum eleemoſynam pendunt de omnibus lucris, decem aureos de centum, centum de mille &c. Quod ergo dicit decimas ſepem eſſe divitiis, exhortatio eſt, ne præſentibus bonis ſoli, & ad luxum abutamur, ſed ut & Domino ſuam portiunculam in pauperibus ſuis tribuamus, id quod argumentum eſt animi grati in Deum; ſic etenim fiet, ut ille viciſſim benigniter & affatim quibus ſuppeditet, parta item non facile amittamus, atque ita benedictionem ejus ſine qua fruſtra laboratur in omnibus laboribus noſtris ſentiamus. Vota ſepes ſunt ſanctimoniæ vitæ. per פרישות Heb. vitam ſanctam, innocentem, & à vanitatibus mundi ſegregatam intelligunt, nam פרש ſeparare ſeu ſegregare ſignificat, inde פרוש phariſæus, & פרושים phariſæi, qui ſic appellati fuerunt, eò quòd ut hebræus loquitur פרושים מדרכי העולם id eſt, ſegregati erant à moribus hujus ſeculi. Eſt autem ſenſus, per vota cuſtodiri vitæ ſanctimoniam & innocentiam.

לפרישות *vitæ ſegregatæ.* Fagius ait פרישות denotare vitam ſanctam, innocentem, & à vanitatibus mundi ſeparatam: derivatur enim à פרש *ſeparare*, *ſegregare*: hinc Phariſæi olim פרושים fuerunt vocati, quia erant ſeparati מדרכי העולם *à moribus hujus ſeculi.* Gloſſa פרישות exponit per להתחיל לפרוש ולכבוש יצרו *Qui incipit ſe ſegregare, & ſubigere concupiſcentiam ſuam.*

יד הוא היה אומר חביב אדם שנברא בצלם חבה יתרה נודעת לו שנברא בצלם שנאמר בצלם אלהים עשה

14. Idem dixit, Dilectus eſt homo, eò quòd creatus eſt in imagine Dei. Ingens amor notus factus eſt illi ex eò quòd creatus eſt in imagine Dei, ſicut dicitur, Quia in imagine Dei fecit hominem. Dilecti ſunt filii Iſraë-

עשה את האדם חביבין ישראל שנקראו בנים למקום חבה יתירה נודעת להם שנקראו בנים למקום שנאמר בנים אתם ליהוה אלהיכם חביבין ישראל שנתן להם כלי חמדה שבו נברא העולם חבה יתירה נודעת להם שניתן להם כלי חמדה שבו נברא העולם שנאמר כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזובו :

litæ ex eo quod vocati ſunt filii Dei. Maximus amor notus factus eſt illis, quod vocati ſunt filii dei: ſicut dicitur, Filii vos eſtis Domini dei veſtri. Dilecti ſunt Iſraëlitæ eo quod datum fuit illis inſtrumentum delectabile, quoniam eo conditus fuit mundus. Eximius amor declaratus eſt erga illos, ex eo quod datum fuit illis inſtrumentum delectabile, ſicut dicitur. Quoniam doctrinam bonam dedi vobis, legem meam non derelinquatis.

R. OB. DE BARTENORA.

חבה יתירה נודעת לו *Amor ingens notus factus eſt ei*, Rabbenu Moſche exponit Deum homini indidiſſe ingentem quendam amorem, dicendo ei, vides quod te in imagine mea creavi. Nam is qui alicui beneficium præſtiterit idque ſimul ei manifeſtaverit bonum quod fecit, is ampliorem oſtendit amorem, quam ille qui alii beneficium præſtitit qui contemptus eſt adeo in oculis ipſius ut non manifeſtet ei præſtitum beneficium. Senſus itaque phraſeologiæ, חבה יתירה eſt quod ſit amor quidam inſignis & publicus, nam non ſolum amorem ſecretum ſed & manifeſtum homini præſtat. *Sicuti ſcriptum eſt, doctrinam bonam dedi vobis*, omnia creationis opera de quibus dictum eſt, *& vidit Deus quod bonum erat.* Et omnia creata ſunt propter Legem quæ לקח vocatur Deut. 32. 2. יערוף כמטר לקחי.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבה יתירה נודעת להם *Amor ingens notus factus eſt illis*, vult quod hoc alterum ſit bonum quod Deus homini manifeſtavit bonum illud ei præſtitum eſſe, nam aliquando unus benefacit alteri ex miſericordia, & non dat illi rationem quare hoc fecerit, quia contemptus eſt in oculis ipſius.

LEUSDENUS. כלי חמדה *Inſtrumentum delectabile.* Quævis res delectabilis & expetibilis vocatur כלי חמדה Et quia nihil magis delectabile & expetendum in mundo eſt quam lex divina, ideo ea tali nomine à Judæis inſignitur. Vide Fagium.

FAGIUS. Commendatur hic primum hominis dignitas qua præſtat omnibus aliis creaturis, ea autem eſt, quod factus eſt in imagine Dei, in ſumma videlicet innocentia, juſtitia, & ſanctitate, ut eam nobis apoſtolicæ literæ explicant. Dein extolluntur Iſraëlitæ quod filii Dei in ſcripturis peculiariter appellantur: quod tu non ad carnales Iſraëlitas ſed ſpirituales potius juxta apoſtolum referas. Poſtremo, prædicatur beneficium dei, quod Iſraëlitas non tantum in filios adoptavit, ſed & ſacroſanctam legem quam hebræi כלי חמדה appellant, primum omnium præ omnibus populis illis cognoſcendam tradiderit, unde & Regius propheta dicit. Non fecit taliter ulli genti, neque (gentes) cognoverunt judicia eorum. Dicunt porro Hebræi maximum amoris ſignum eſſe, non tantum alicui benefacere, ſed & notum facere illi ut ſciat & intelligat à quo ſibi benefactum ſit. כלי חמדה ab hebræis nuncupatur quævis res delectabilis & expetibilis. Et quia in orbe nihil magis expetendum lege divina, ut ex qua nobis omnis fœlicitas tum corporis tum animæ provenit, hinc eſt quod Judæi illam כלי חמדה vocitant.

טו הכל צפוי והרשות נתונה ובטוב העולם נדון והכל לפי רוב המעשה :

15. Nihil non cernitur (à Deo.) Et poteſtas data eſt. Et in bono mundus judicatur, Cuncta tamen juxta multitudinem operis.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל צפוי *Omnia Deo manifeſta ſunt*, quidquid homo fecerit clam in loco ſecreto, id Deo manifeſtum eſt. והרשות נתונה *Et poteſtas data eſt*, homini, ita ut ex arbitrio ſuo bonum vel malum facere poſſit.

ובטוב העולם נדון *& in bono mundus judicatur*, in attributo miſericordiæ, nihilominus tamen omnia pietatis & miſericordiæ exercitia non ſunt æqualia, nam omnia juxta numerum operum conſideranda ſunt, qui enim multa fecerit opera bona, ei multæ fient miſericordiæ, qui vero pauca fecerit, ei exigua fiet miſericordia. Aliter, juxta numerum bonorum operum judicabitur homo, ſi plurima fuerint merita, & ipſe merebitur, ſin peccata, condemnabitur. Rabbenu Moſche exponit, omnia hominis opera ab ipſo facta vel facienda, manifeſta ſunt Deo. Ne dixeris, quoniam igitur Deo notum eſt id quod homo faciet, cogitùr ad actiones bonas vel malas; nam bonum & malum ex arbitrio ſuo agit ſine ullo impedimento. Cum igitur ſe res ita habet, mundus bene judicatur, ad multandum malos & ad bonis mercedem retribuendam, peccator enim volens peccat, & pœnam meretur; & juſtus volens juſte agit, atque præmium meretur. Sed hæc omnia præmia ſecundum operum numerum, & continuationem in actionibus bonis, nam is qui centum aureos una vice dederit in eleemoſynam, non eſt ſimilis ei qui illos centies dederit. Maimonides vero aliam lectionem ſequitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sermo hic comprehendit res omnium maximas; ſed congruum fuiſſet ut is ad R. Akibam pertineret. Et hæc brevis eſt hujus materiæ expoſitio, dummodo ſcias quicquid præceſſerit in capitibus huic codici præfixis. Dicit vero hic doctor id omne quod in mundo eſt, Deo notum eſſe, & hoc eſt quod vult quando dicit הכל צפוי Poſtea dicit, ne putes ex eo quod omnia opera novit, inde ſequatur neceſſitas, nempe quod homo neceſſario ad opera ſua cogitur; ſed libertate potius utitur homo in operibus ſuis; & hoc eſt quod dicit, והרשות נתונה ſcilicet quod unicuique homini datum ſit liberum arbitrium, ſicuti diximus capite octavo. Præterea dicit Deum judicare homines in bonitate & miſericordia, non juxta judicii rigorem, quemadmodum ipſe Deus de viis ſuis expoſuit Exod. 34. 6. ארך אפים ורב חסד Dixerunt noſtri Sapientes ארך אפים dicitur pro juſtis atque injuſtis. David vero dixit in Pſal. 45. 9. טוב יהוה לכל Poſtea dicit quod homo virtutes non aſſequitur juxta magnitudinem operum, verum juxta multitudinem operum, & ex bonis operibus ſæpius perpetratis. Hiſce mediantibus fortiorem acquiret habitum, & non ſi ingens aliquod virtutis opus fecerit duntaxat; hujuſce rei exemplum eſt, ſi quis alicui pauperi dederit mille denarios aureos uno tempore, ſed alii nihil dederit, non aſſequetur liberalitatis habitum unici iſtius operis medio, ut is qui mille aureos dederit mille vicibus, & cuilibet pauperi dederit aureum juxta liberalitatis normam, quia actum liberalitatis millies exercuit, unde perfectiorem acquiſivit habitum; alter vero una vice tantum animam ſuam ad virtutem incitavit, & deinceps

teps ceſſavit. Sic etiam juxta Legem non tanta merces confertur in eum qui unum captivum centum aureis redemit, quanta in eum qui centum captivos totidem aureis redemerit, vel in neceſſitatem decem pauperum expenderit decem aureos, & ſecundum hanc comparationem dicit, omnia cenſenda eſſe pro numero operum.

LEUSDENUS. הכל צפוי *Quodvis cernitur.* h. e. nihil eſt occultum coram providentiâ divinâ. Gloſſa ait ad hæc verba כל מה שאדם עושה בחדרי חדרים צפוי לפני הב״ה *Quodcunque homo facit in intimis conclavibus, hoc cernitur coram Deo Sancto benedicto illo.*

והרשות נתונה *Poteſtas data eſt*, h. e. Etiamſi Deus omnia cognoſcat & gubernet, non tamen homini ademptum eſt liberum arbitrium agendi benè vel malè prout placuerit. Gloſſa ait בידו של אדם לעשות כדכתיב ראה נתתי לפניך היום וגו׳ *In manu*, ſive poteſtate *hominis eſt facere*: *ſicut ſcriptum eſt* (Deut. 30. 15.) *Vide, propono tibi hodie*, &c.

ובטוב *Et in bono* mundus judicatur. Gloſſa exponit hanc vocem per במדת רחמים *in menſura miſericordiarum.* Hic prædicatur Dei miſericordia, eaque dicitur eſſe amplior ipſius ſeveritate: nam judicium Dei extendit ſe uſque in tertiam & quartam generationem, ſed ejus miſericordia uſque in mille generationes: *Exod.* 20. 5. 6. Viſitans iniquitatem patrum in filiis in tertiis & in quartis eorum qui oderint me, & faciens miſericordiam in millibus, his qui diligunt me, & obſervant præcepta mea.

והכל לפי רוב המעשה *Et cuncta juxta multitudinem operis.* Fagius ſic interpretatur; Gratius eſſe Deo beneficium quod in plures quam quod in unum aliquem utcumque illud magnificum ſit confertur: ex. gr. Cum multis pauperibus aureum diſtribuas, acceptius eſt quam ſi uni tantum unum impertias. Hoc Hebræi aliis verbis ſic enunciant: הכל לפי רוב המעשה אבל לא לפי גודל המעשה *Cuncta ſecundum multitudinem operis, ſed non ſecundum magnitudinem operis.*

FAGIUS. Hebræi hanc ſententiam ſic explicant. Primum commendari hîc providentiam divinam, quæ ubique præſto ſit, adeo ut ſine ea nihil geratur in rebus humanis. Eam tamen ſic cuncta moderari, ut interim cuivis homini poteſtas tradita ſit vel bene, vel male agendi, neminemque ut vel hoc vel illud agat vi cogi. Tertio prædicari hic dei clementiam ac miſericordiam, quæ tam immenſa & infinita eſt, ut nunquam pro ea ſeveritate in hominum peccata ac flagitia, qualem merentur, animadvertat. ſemper enim quodammodo amplior eſt ut hebræi dicunt מדת הרחמין id eſt, miſericordia dei quam מדת הדין id eſt, judicium dei. Nam מדת הדין extendit ſe uſque in 3. & 4. generationem, מדת הרחמין vero uſque in mille generationes, juxta illud in Exodo. Viſitans iniquitatem patrum in filiis, in tertiis & in quartis (eorum) qui oderint me. Et faciens miſericordiam in millibus, his qui diligunt me, & obſervant præcepta mea. Poſtremam clauſulam והכל לפי רוב המעשה ſic explicant. Gratius eſſe deo beneficium quod in plures quam quod in unum aliquem utcumque illud magnificum ſit confertur. Ut cum multis pauperibus aureum diſtribuas, acceptius eſſe quam ſi uni tantum unum vel plures impertias, id quod aliis verbis etiam ſic enunciant הכל לפי רוב המעשה אבל לא לפי גודל המעשה.

יז הוא היה אומר הכל נתון בערבון ומצודה פרוסה על כל החיים החנות פתוחה והחנוני מקיף והפנקס פתוח והיד כותבת וכל הרוצה ללוות יבא וילוה והגבאין מחזירין תדיר בכל יום ונפרעין מן האדם מדעתו ושלא מדעתו ויש להם על מה שיסמכו והדין דין אמת והכל מתוקן לסעודה :

16. Idem dixit. Nihil non datum eſt cum pignore. Et rete expanſum eſt ſuper omnes viventes. Apotheca aperta eſt, & Apothecarius concedit ad tempus. Et pugillaris aperta eſt, & manus ſcribit, & quicunque vult mutuo accipere, veniat & accipiat. Atque exactores circumeunt jugiter, & ſolutionem accipiunt ab homine, ſive velit ſive nolit. Eſt enim illis quo nituntur. Et judicium eſt judicium veritatis. Et nihil non paratur ad convivium.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל נתון בערבון *Omnia dantur cum pignore*, pédes hominis ſunt ipſius oppignoratores, ferentes ipſum ad locum ubi eſſe velit. ומצודה פרושה *Et rete expanſum*, intellige pœnas & mortem. החנות פתוחה *Apotheca aperta*, quam homines intrant & mutuo ſumunt. והחנוני מקיף *Et tabernarius ad tempus concedit*, omni ei qui aliquid mutuo accipere velit, ſic etiam filii hominum quotidie peccant, & Deus benedictus eos expectat donec advenerit tempus eorum.

והפנקס פתוח *Et pugillaris aperta eſt*, ad ſcribendum in illa id quod ad tempus alii conceſſit, ne obliviſcatur. והיד כותבת *Et manus ſcribit*, ne dixeris, etſi pugillaris aperta ſit, aliquoties tamen diſtrahetur tabernarius, & non omnia ſcribet, idcirco dicit, *& manus ſcribit.* וכל הרוצה ללוות יבא וילוה *Et quicunque voluerit mutuo accipere, veniat & accipiat*, hoc eſt quod ſuperius dixit, arbitrium & poteſtas homini conceſſa eſt, ita ut nemo cogatur quicquam mutuo accipere. *Exactores*, ſunt ii qui pœnam infligunt, & hoc maligne de induſtria. מדעתו *cum conſenſu illius*, aliquando enim debitor cum creditore bene convenit, dicendo, recte me judicaſti. שלא מדעתו *Sine conſenſu illius*, aliquando vero non bene conveniunt, vel obliviſcuntur, idcirco obmurmurant judici creatori. ויש להם על מי שיסמכו *Eſt enim illis quo nituntur*, pugillaribus ſcilicet, & tabernario quod is hac in parte fide dignus eſt. Eodem modo hæ pœnæ nituntur operibus hominis coram creatore memoratis. *Et judicium eſt veritatis judicium*, Deus enim tyrannidem non exercet in creaturas ſuas. *Et nihil non paratur ad convivium*, tam juſtis quam injuſtis pars eſt in futuro ſeculo, poſtquam debita eorum ſoluta fuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

החנוני מקיף *Tabernarius fidit*, exportat ſolutionem, & non ſtatim illam petit; hoc ſatis notum eſt, & de ſcopo illius ſatis conſtat. *Et quicunque vult mutuo accipere, veniat & accipiat*, hoc confirmat id quod dictum eſt ſuperius, nempe hanc eſſe rem voluntariam, quia homo omnia agit ex arbitrio.

והגבאין מחזירין תדיר *Atque exactores circumeunt jugiter*, hoc exempli gratia dictum eſt, propter mortem reliquaſque pœnas quæ homini obtingunt. והכל מתוקן לסעודה *Et omnia parata ad convivium*, id eſt, omnium harum rerum fine fruimur in futuro ſeculo, quæ eſt vita æterna.

LEUSDENUS. בערבון Nihil non datum eſt *cum pignore*, h. e. Nemo poteſt effugere manus Dei: nam omnes ſumus illi morte oppignorati, & quaſi reti omnes undique ſumus circumcluſi.

מקיף Apothecarius *concedit ad tempus* h. e. Deus longanimis eſt, noſque ad pœnitentiam invitat, nec ſtatim punit quan-

FAGIUS. Exhortatio eſt ad tempeſtivam vitæ emendationem. Primum neminem eſſe qui effugere poſſit manus Dei, ſumus enim illi omnes morte oppignorati, & tamquam reti undique circumcluſi. Apotheca aperta eſt, &c. hoc referunt ad liberum arbitrium, videlicet in nobis ſitum ut vel male vel bene agamus, deum nobis mor-

tem,

quando peccavimus. Gloſſa ita hæc verba interpretatur מאמין לכל הבא לקנות ממנו *Credit omnibus venientibus ad emendum à ſe.*

הגבאין *Exactores.* Per exactores intelliguntur caſtigationes & afflictiones, quas Deus hominibus ob peccata infligere ſolet.

לסעודה *Ad convivium.* Per convivium hic intelligitur ſumma & æterna fœlicitas, quâ juſti poſt hanc vitam in futuro ſæculo fruentur.

tem, & vitam proponere. Apothecarius concedit ad tempus. hoc referunt ad Dei longanimitatem qua nos ad pœnitentiam invitat, nec ſtatim punit atque delinquimus, non enim vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur ac vivat. Et pugillaris &c. Monet omnia noſtra dicta & facta tanquam in rationarium annotari, quorum oportebit aliquando rationem reddere. Per גבאין hebræi intelligunt caſtigationes dei, hoc eſt, morbos, & id genus afflictiones, quas illi יסורין appellant, quæ hominibus propter peccata ipſorum infliguntur. Juſtus autem Judex eſt Deus. & juſtum judicium ejus, nemini faciens injuriam, reddit enim unicuique juxta opera ſua. Et nihil non paratur ad convivium. ſenſus eſt, omnia iſta in eum dici finem, quo homines vitam ita inſtituant; ut digni fiant perenni fœlicitate, quam per convivium intellige, Somniant quidem Judæi quidam, in futuro ſeculo convivium quoddam paratum iri juſtis, ex Leviathan, quem tradunt ſtatim à condito orbe interfectum, atque ſale conditum, interim pro juſtis, ut eo veſcantur in ſeculo venturo reſervari, ſed cavillum hoc eſt judaicum, tametſi ſciam veteres Judæorum Rabbinos, aliud myſterium hac re prodere voluiſſe, qualia & alia multa apud illos inveniuntur quæ juniores Judæi cum non intelligunt, craſſiſſime, & abſurdiſſime, juxta literam dicta accipiunt. Tu per convivium ſummam illam ac æternam fœlicitatem qua juſti in futuro ſeculo perfruentur intellige. Tum nimirum edent & devorabunt Leviathan illum, hoc eſt Sathanan, cum viderint illum omnibus miniſtris ſuis in æterna præcipitari tartara. Et Chriſtus in Euangelio dicit, fore ut ſui edant & bibant ſuper menſam ſuam in regno ſuo, ubi ſummam fœlicitatem intelligit.

י״ז רבי אליעזר בן עזריה אומר אם אין תורה אין דרך ארץ אם אין דרך ארץ אין תורה אם אין חכמה אין יראה אם אין יראה אין חכמה אם אין בינה אין דעת אם אין דעת אין בינה אם אין קמח אין תורה אם אין תורה אין קמח הוא היה אומר כל שחכמתו מרובה ממעשיו למה הוא דומה לאילן שענפיו מרובין ושרשיו מועטין והרוח באה ועוקרתו והופכתו על פניו שנאמר והיה כערער בערבה ולא יראה כי יבא טוב ושכן חררים במדבר ארץ מלחה ולא תשב אבל כל שמעשיו מרובין מחכמתו למה הוא דומה לאילן שענפיו מועטין ושרשיו מרובין שאפילו כל הרוחות שבעולם באות ונושבות בו אין מזיזות אותו ממקומו שנאמר והיה כעץ שתול על מים ועל יובל ישלח שרשיו ולא יראה כי יבא חום והיה עלהו רענן ובשנת בצורת לא ידאג ולא ימיש מעשות פרי:

17. Ribbi Eliæzer filius Azariæ dicit. Ubi non eſt lex, ibi non eſt vita politica. Ubi non eſt vita politica, ibi non eſt lex. Ubi non eſt ſapientia, ibi non eſt timor (Dei.) Ubi non eſt timor (Dei,) ibi non eſt ſapientia. Ubi non eſt ſcientia, ibi non eſt prudentia. Ubi non eſt prudentia, ibi non eſt ſcientia. Ubi non eſt farina, ibi non eſt lex. Ubi non eſt lex, ibi non eſt farina. Idem dicit. Cujuſcunque ſapientia excedit opera ejus, cui ſimilis eſt? arbori videlicet, cujus rami multi ſunt, radices verò ejus paucæ ſunt: in quam cum ventus irruit, evellit eam radicitus & ſubvertit eam, ſicut dicitur. Erit enim quaſi myrica in deſerto, & non videbit cum venerit bonum, ſed manebit in ſiccitatibus, in deſerto & terra ſalſuginis quæ non habitatur. Cæterum cujuſcunque opera excedunt ſapientiam ejus, cui ſimilis eſt? arbori videlicet cujus rami pauci ſunt, radices ejus verò multæ: in quam etiam omnes venti qui in mundo ſunt ſi irruant, non tamen movent eam loco ſuo, juxta id quod dicitur. Erit enim ſicut arbor plantata juxta aquas, & quæ mittit juxta rivum radices ſuas: non videbit ſi venerit æſtus, eritque folium ejus viride, & in anno prohibitæ (pluviæ) non erit ſollicita neque, deſinet facere fructum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורה אין דרך ארץ *Ubi non eſt Lex, ibi non eſt politica*, commercia non recte contrahet cum hominibus. *Ubi non eſt politica, ibi non eſt Lex*, eo quod tandem obliviſcentur Legem. דעת *Scientia*, quæ rationem rei dat. בינה *Intelligentia*, qua quis unam rem intelligit mediante altera ſine ratione, Si vero non ſit ſcientia qua rei ratio detur, non eſt בינה, quia non, ſi rei rationem ignoret, perinde eſt ac ſi ipſam non intelligat; nihilominus tamen intelligentia præcedit, idcirco ubi non eſt intelligentia, ibi non eſt ſcientia.

אין קמח אין תורה *Uti non eſt farina, ibi non eſt Lex*, nam ſi non habet quod edat, non poterit Legi operam dare. אין תורה אין קמח *Ubi non eſt Lex, ibi non eſt farina*, quid proderit ei farina quam habet, quoniam in ea non continetur Lex, melius ei fuiſſet ut fame moreretur, & Legem haberet.

LEUSDENUS. תורה *Lex.* דרך ארץ *Vita politica.* Lex hic denotat למוד התורה והמצות *Diſciplinam legis & preceptorum.* Et vita politica ſignificat modum quo quis decenter

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere quod duarum rerum unaquæque alteram perficiat. Quod autem hic ſequitur de ſapientia & intellectu, eſt caſus quidam philoſophicus valde ſubtilis, nimirum, quod ſcientia quam nos acquirimus, ſit major quidam intelligendi gradus, vel ſeparatim aſſequendo formam illius, vel ipſas formas exiſtentiæ percipiendo, ita tamen ut illas non faciamus noſtras; ſed ut iſtæ formæ in exiſtentia ſua ſint ſcientia. Atque hic intelligendi modus vocatur בינה *Intelligentia*, eſtque דעת *Scientia*, nam ope ſcientiæ etiam apprehendere poſſumus id quod apprehendimus. Perinde ac ſi dixiſſet, ſi intellectu non intelligamus, non datur דעת, at ſi non datur דעת, non intelligimus cum intellectu, nam ope דעת rem aliquam intelligimus. Sed hoc intellectu difficile eſt e libris de hac materia conſcriptis, & adhuc difficilius ex iis quæ hic breviter dixi; nos tamen de his recte diximus.

FAGIUS. Commendantur hîc quædam artes ſeu potius virtutes, quæ ita ſunt connexæ, ut alia ſine alia eſſe non poſſit, imò alia aliam abſolvit, & perficit. Eæ autem … ſunt,

.decenter cum hominibus converſabitur. Fagius ſenſum horum verborum ſic explicat; *Nunquam fore bonum civem, qui rerum ſacrarum omnino ſit ignarus, & è contra minus aptum eſſe ad res ſacras, qui plane rudis eſt rerum politicarum.*

אם אין דעת אין בינה *Ubi non eſt ſcientia, ibi non eſt prudentia.* Gloſſa diſtinguit inter דעת & בינה, cum ait, דעת גדולה מבינה שדעת הוא נותן טעם לדבריו ובינת מבין ואינו נראה טעם דעת ſcientia *eſt major* בינה prudentiâ: *nam qui ſcientia* præditus eſt, *dat rationem verborum ſuorum; ſed* qui *prudentiâ* eſt, *facit quidem intelligere, ſed non oſtendit rationem.*

קמח *farina.* Per farinam intelliguntur victus neceſſaria. Ubi enim victus neceſſaria deſunt, ibi raro ſolent diu durare ſtudia bonarum literarum: nam deſunt præceptores, libri, & alia multa, quibus ad ſapientiam pervenitur. Gloſſa ad voces אם אין קמח ait מה יאכל *Quid comedet.*

אין תורה *non eſt lex.* Gloſſa exponit per האיך יעסוק בתורה *Quomodo operam dabit legi.*

שחכמתו מרובה *Cujuſcunque ſapientia excedit* opera. Gloſſa ait שלמד הרבה ואינו מקיים *Qui diſcit multum & non confirmat.* Senſus hujus ſententiæ ex verbis ſatis innoteſcit. Pulchrè hæc ſententia convenit cum verbis Chriſti *Matt.* 7.24.25.&c. *Quiſquis audit ex me ſermones iſtos, & eos præſtat, aſſimilabo eum viro prudenti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram. Decidit autem nimbus, & venerunt flumina & flaverunt venti, & inciderunt domui illi: ſed non cecidit: fundata enim fuerat ſuper petram,* &c.

ſunt, primum, תורה & דרך ארץ, Per תורה hebræi intelligunt, ut illi loquuntur, למוד התורה והמצות id eſt, diſciplinam legis, & præceptorum, unde & תורה ſic definiunt התורה היא תבונת המצות היאך תעשה Id eſt, Lex eſt intelligentia præceptorum quo pacto ea fieri debent. Per דרך ארץ hic vitam politicam intellige, ut ſcias quo pacto hominibus decenter ſit converſandum. Eſt itaque ſenſus, nunquam fore bonum civem, qui rerum ſacrarum omnino ſit ignarus, & è contra minus aptum ad res ſacras, qui plane rudis eſt rerum politicarum. חכמה id eſt, ſapientia, eſt qua ſapimus & intelligimus quæ dei ſunt, quæ cognitio ubi non eſt, ibi non eſt inquit hebræus יראת שמים id eſt, timor Dei. Quomodo enim deum rectè timebit, qui ignorat, quid illi placeat quid diſpliceat. E contra ubi non eſt timor dei, ibi nec vera ſapientia. Ut inquit Job. Timor Dei eſt ſapientia, & recedere à malo eſt intelligentia. דעת id eſt, ſcientia, eſt multarum rerum cum humanarum tum divinarum uſus & cognitio, hanc ſequitur prudentia. Prudentia corroborat, & confirmat ſcientiam. Per קמח quod farinam ſignificat, Hebræi victus neceſſaria intelligunt, quæ ubi deſunt, inquiunt, non poſſe diu durare ſtudia bonarum literarum, præſertim ſacrarum. Multis enim obſtat penuria rerum, & paupertas, quo minus poſſint habere commodos præceptores, libros & alia, quibus ad ſapientiam, & eruditionem pervenitur, danda igitur opera ut etiam externa illa quæ ad comparandam ſapientiam requiruntur adſint. Comparata ſapientia & eruditione, facile obtinebuntur divitiæ & aliæ vitæ commoditates. Hebræi hanc ſententiam ſic explicant, ut ſit exhortatio ad uſum & exercitationem, qua quævis ars, diſciplina & artificiam, confirmatur & roboratur, ſecus verò, excidit & evaneſcit. הרגל יעשה אומן inquit hebræus, id eſt, uſus facit artificem. Item, ההרגל על כל דבר שלטון id eſt, uſus dominatur omnibus rebus. Tu vero hanc ſententiam potius ad Theologiam applica. Eam nempe ſapientiam commendabilem, firmam, ſtabilem, & ſalutiferàm eſſe, quam ſequitur bona vita: non enim ſatis eſt noſce Dei voluntatem, niſi illam moribus & vita exprimas. Qui enim novit voluntatem domini, nec facit, vapulabit multis. Et regnum Dei inquit apoſtolus non eſt in ſermone, ſed in virtute. Pulchre conveniunt hæc cum verbis Chriſti Matth. 7. Omnis qui audit ex me ſermones hos, & facit eos, adſimilabo illum viro prudenti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit imber, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non eſt proſtrata, fundata enim fuerat ſuper petram. Et omnis qui audit à me ſermones hos, & non facit eos, adſimilabitur viro fatuo, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit imber, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & dejecta eſt, & fuit ruina illius magna.

יח רבי אליעזר בן חכמא אמר קנן ופתחי נדה הן הן גפי הלכות תקופות וגמטריאות פרפראות לחכמה :

18. Ribbi Eleazar filius Haſama dicit. Kinin, & Pitheæ niddah, ſunt præcipuæ lectiones. Revolutiones (anni,) & Geometricæ ſupputationes, partes ſunt ſapientiæ.

R. OB. DE BARTENORA. קנים Sunt ſacrificia ex avibus adducenda, quæ vocantur קנים *Nidi*, eo quod pulli e nidis deſumebantur; & in his gravis committur caſus juridicus, ut. ſi חובה id quod ex debito offertur, mixtum fuerit cum נדבה *ſpontaneo ſacrificio*, aut עולה *Holocauſticum*, cujus ſanguis ſupra ſpargitur, cum חטאת *Sacrificio pro peccato*, cujus ſanguis infra filum altare cingens ſpargitur. פתחי נדה *Et aperturæ menſtruæ*, deciſiones publicæ de menſtrua muliere cujus ordinarium menſtrui ſui tempus intermiſſum fuit, quæ id obſervare debet donec priorem conſuetudinem receperit, & 95 vicibus ſe lavare. הן הן גופי הלכות *Hæc ſunt corpora deciſionum*, fundamentum & eſſentia Legis oralis, ob quæ imputatur merces. תקופות *Revolutiones*, planetarum reliquorumque ſignorum cœleſtium. *Et Geometricæ*, de numero literarum. פרפראות *Menſa ſecunda*, intellige obſonia quæ poſt menſam primam pro bellariis apponuntur in majorem convivii magnificentiam; eodem modo hæ ſcientiæ glorificant eum qui illas coram aliis profeſſus fuerit.

LEUSDENUS. קנין ופתחי נדה *Kinnin & Pithcha Nidda.* Sunt duo tractatus Talmudici, quorum prior קנין *nidi*, ſive *pulli avium* vocatur: quia agit de pullis ex nido avium offerendis à pauperibus in templo. Poſterior appellatur פתחי נדה, agitque de mulierum purificatione tam ratione menſtruorum, quam ratione partus contracta. Hos duos tractatus non eſſe negligendos vult hîc Ribbi Eleazar. Gloſſa ad vocem קנין annotat קנין שתי תורים או שני בני יונה *Et illi ſunt, oblatio duorum turturum aut duorum pullorum columbæ.* Talmud variis modis dividitur. 1. In *Babylonicum* & Hieroſolymitanum. Illud eſt conſcriptum pro Judæis in Babylonia, aliiſque peregrinis regionibus habitantibus; hoc verò pro habitantibus in terra Sancta. 2. Utrumque dividitur in Miſnam & Gemaram. 3. Iterum dividitur in ſex generales partes. 4. Unaquæque generalis pars dividitur in מסכתות *Tractatus*, quales ſunt ſexaginta tres, præter quatuor alios breves Tractatus, qui antiquis temporibus in Talmude non extiterunt. Tales duos ex 63. Tractatibus

FAGIUS. קנין & פתחי נדה ſunt מסכתות התלמוד id eſt, duo tractatus Thalmudici, quorum alter Kinin tractat de oblationibus pullorum, columbarum & turturum, quæ pauperes in templo offerre tenebantur. Alter פתחי נדה agit de mulierum purificatione, tam ratione menſtruorum, quam ratione partus contracta, hos duos tractatus minime negligendos monet Ribbi Eleazar in præſentiarum, ſed tanquam præcipuas הלכות habendos eſſe. de voce הלכה quid ſignificet, vide Thisbitem Eliæ. תקופות hebræi vocant 4. anni revolutiones, harum rationem probe noſce, una cum Geometria ſub qua & Arithmeticam complectuntur hebræi, potiſſimas partes quas per פרפראות intellige, ſapientiæ eſſe arbitrantur.

tatibus intelligit Miſna. 5. Tractatus Kerum dividuntur in Capita, & capita in ſectiones ſive paragraphos. *Vide de his Philol. Mixtum diſſert.* 12.

תקופות *Revolutiones* anni, ſcil. quatuor, quæ diſtinguuntur per curſum ſolis. & גמטריאות *Geometricæ ſupputationes.* Gloſſa hanc vocem explicat per חשבון האותיות *ſupputationem literarum*, quæ Geometriam & Arithmeticam ſub ſe complectitur. Etiamſi aliquis hæc præcedentia benè diſcat, & probè cognoſcat, inde tamen tantam non accipit mercedem, quantam quidem acciperet ſi alios tractatus diſceret: ſed ſunt פרפרות *deliciæ*, h. e. uti Gloſſa inquit, כמו פרות שאוכלים אחר הסעודה *ſicuti fructus quos edunt homines poſt convivium.* Per has פרפרות *delicias* igitur intelliguntur ſobtiles & jucundæ diſputationes, quæ animum excitant ad comparandam ſcientiam. Buxtorfius in Lex. Talm. pag. 1846. ſic hæc præcedentia explicat. Per תקופות quatuor revolutiones *intelligunt duo ſolſtitia & æquinoctia, ipſorumque cauſas & effecta. Per Geometrica intelligunt hic res cœleſtes, & nomina divina, ipſorumque effecta, quæ ſunt* פרפרות בתורה deliciæ ex lege, h. e. *medulla verbi divini & Theologiæ ſcientia.*

פרק ד בן זומא אומר איזהו חכם הלומד מכל
אדם שנאמר מכל מלמדי וגו' איזהו גבור הכובש את
יצרו שנאמר טוב ארך אפים מגבור ומושל ברוחו
מלוכד עיר איזהו עשיר השמח בחלקו שנאמר
יגיע כפך כי תאכל אשריך וטוב לך אשריך
בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא איזהו מכבד
המכבד את הבריות שנאמר כי מכבדי אכבד ובזי
יקלו :

Caput 4. Filius Zoma dicit. Quis eſt ſapiens? qui diſcit à quovis homine, ſicut dicitur. Ab omnibus qui docuerunt me intelligentiam concepi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Quiſnam eſt fortis? qui coercet pravam affectionem ſuam. ſicut dicitur. Melior eſt ille qui reprimit iram viro forti: & qui dominatur animo ſuo (præſtantior eſt) eo qui capit urbem. Quis eſt dives? qui gaudium habet in portione ſua: ſicut dicitur. Laborem manuum tuarum comedes, beatus (eris) tu, & bene erit tibi. id eſt, Beatus eris in præſenti ſeculo, & bene tibi erit in futuro ſeculo. Quis eſt honore dignus? qui honorat homines. ſicut dicitur. Quoniam honorificantes me honorificabo, & contemnentes me, ignominia afficientur.

R. OB. DE BARTENORA.

בן זומא *Filius Zoma*, ita ſimpliciter vocatur quia non diu vixit, nec titulum accepit doctoris, idcirco eum vocarunt nomine patris ſui; ita quoque dicitur *filius Azai*: amborum vero nomen erat Simeon. *Quis Sapiens eſt?* vult dicere, quis eſt Sapiens qui ob ſapientiam ſuam laude dignus eſt. הלומד מכל אדם *Qui diſcit a quovis homine*, etſi ipſo inferior ſit; nam cum is dignitatis ſuæ non habeat rationem, & a minoribus diſcat, conſtat inde quod ſapientia ipſius colatur in nomine Dei, non jactantiæ gratia. *Sicuti ſcriptum eſt, ab omnibus qui docuerunt me concepi intelligentiam*, in fine verſus dicit, *quia teſtimonia tua meditor*, vult, ego didici Legem ab omnibus doctoribus meis, etiam ab inferioribus, non habita ratione honoris mei, nam teſtimonia tua meditor mecum, & omnis meus ſcopus eſt nomen Dei venerandi. איזהו גבור *Quiſnam eſt fortis?* cujus fortitudo laude digna eſt. *Sicuti ſcriptum eſt, qui reprimit iram*, expoſitio verſus talis eſt, melior eſt longanimitas quæ proficiſcitur e fortitudine malum figmentum ſubigente, & non ex imbecillitate naturæ. Sic etiam ſe res habet cum eo qui dominatur in affectus ſuos, poſtquam civitatem aliquam ſubegerit; poſtquam enim urbem ſubegerit & rebelles ceperit, dominabitur in affectus ſuos, & non interficiet eos. *Quiſnam eſt dives?* qui propter divitias laude dignus eſt, & ſua ſorte contentus. *Quis eſt honore dignus?* nam tres virtutes antea memoratæ, nempe חכמה, גבורה, עושר, ſi a quoquam poſſideantur, is laude dignus eſt ex ſe in oculis Dei hominumque, etſi alii ipſum non afficiant honore. Propterea doctor huic adjungit, dicens, qui iſtas poſſidet virtutes ut ex ſeipſo honore dignus ſit, quid faciet ut ab aliis æſtimetur? creaturas honore afficiet. *Honorificantes me honorificabo*, hæc eſt conſequentia a minori ad majus, nempe, ſi Deus omnis honoris rex, qui omnia creavit in honorem ſui, honorat eos qui ipſum honorant. *Et contemnentes me*, colligimus hinc ſummam Dei bonitatem, non dicentis, me contemnentes contemnam, ſed ex ſeipſis contemptui habebuntur. Juſtorum vero honoris majorem geſſit curam, uti ſcriptum eſt Gen. 12. 3. ומקללך אאור.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & expoſuimus jam in capitibus huic codici præmiſſis.

LEUSDENUS. בן זומא *Filius Zoma.* Gloſſa addit הוא ובן עזאי שמם ר' שמעון ולפי שלא האריכו ימים נקראו בשם אביהם *Illum* ſcilicet filium Zoma, *& filium Azai* quod attinet, qui ſectione 2. loquitur, *nomen illorum eſt R. Schimeon; ſed quia non ſatis prolongarunt dies ſuos, nominati ſunt nomine patris ſui.* Salomoh Jarchi tertium addit, שמעון בן זומא ושמעון בן עזאי ושמעון התמני לא האריכו ימים נקראו ע"ש אביהם *Schimeon filius Zoma, & Schimeon filius Aſai, & Schimeon Hattemani non prolongarunt dies ſuos, & propterea nominati ſunt nomine patris ſui.*

הלמד מכל אדם *qui diſcit a quovis homine.* Gloſſa ait אפילו קטן ממנו ואינו מתבייש *Etiamſi ſit minor ipſo, & qui pudore non ſuffunditur.* Jarchi vocat eum ſapientem, הלומד מכל אדם אפילו שאינו גדול ממנו בחכמה הולך ולומד ודוחק ונכנס בכל מקום שהם בני תורה ואינו מתבייש *Qui diſcit à quovis homine etiamſi non ſit major ipſo in ſapientia. Qui it & diſcit, & premit, & ingreditur in quemvis locum ubi ſunt legi operam dantes, qui tamen non pudeſit.*

הכובש את יצרו *Qui coërcet concupiſcentiam ſuam.* Jarchi addit ואינו הולך אחריו *& qui non ambulat poſt eam*, ſcil. concupiſcentiam: Et ad verba טוב ארך אפים *bonus eſt lon-*

FAGIUS. Quatuor hic docentur. Primum eum ſapientem judicandum, non qui præſumit ſe omnia ſcire, ſed qui reputat ſe nihil ſcire, & paratus eſt à quovis diſcere. Nunquam inquit comicus, quiſquam tam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet novi. Aliquid moneat ut illa quæ credas ſcire neſcias, & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Alterum, fortitudinem non à corporis ſed animi viribus pendere, ea autem eſt, dominari pravis affectibus. Convenit cum illo poëtico. Fortior eſt qui ſe quam qui fortiſſima vincit oppida. Tertium, ampliſſimas eſſe divitias, animum ſua ſorte contentum, nam dives eſt non qui multa poſſidet, ſed qui ſua ſorte contentus vivit. Huc pertinet illud. 1 Timoth 6. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum animo ſua ſorte contento. Poſtremum, reverentiam & obſervantiam erga alios docet, & commendat humilitatem qua ſemper alios nobis præſtantiores habeamus, ſemper parati magis honorem aliis impartire quam ab aliis expectare & ambire, huc etiam admonet D. Apoſtolus Roma. 12. Honore alius alium prævenientes. Et vulgo jactata ſententia eſt, Honor non eſt in honorato, ſed in honorante.

ganimis,

ganimus, ſubjicit idem שאינו נוח לכעס אלא מתגבר על יצרו טוב הוא מגבור *Qui non eſt facilis ad iraſcendum, ſed qui roborat ſe ſupra concupiſcentiam ſuam melior eſt robuſto.*

השמח בחלקו *Qui lætatur portione ſua*, Jarchi addit בין מעט בין רב בין רע בין טוב לו בין שהקדוש ברוך הוא מזמין *quam ſanctus benedictus ille deſtinat ei, ſive bonam aut malam; ſive amplam aut parvam.*

אשריך בע״הז *Beatus es in ſeculo hoc.* שלא תצטרך לבריות *Quoniam non opus habebis creaturis*, inquit Jarchi. וטוב לך לע״הב *Et bene tibi erit in ſeculo futuro*, Gloſſa explicat שמתוך שנהנה מיגיעו לא בא לידי גזל ונוחל שני עולמות *Propterea quod utilitatem percepit ex labore ſuo non incidit in rapinam, ſed poſſidet duos mundos.*

כי מכבדי *Nam honorantes me* honorificabo. Fagius hanc ſententiam ſic interpretatur: Docet reverentiam & obſervantiam erga alios, & commendat humilitatem, quâ ſemper alios nobis præſtantiores habemus, ſemper parati magis honorem aliis impertire quam ab aliis expectare & ambire; quo etiam refert verba Apoſtoli ad *Rom.* 12. 10. dicentis: *honore alii alios præeuntes.*

ב בן עזאי אומר הוי רץ למצוה קלה כבחמורה וברח מן העבירה שמצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה ששכר מצוה מצוה ושכר עבירה עבירה :

2. Ben Azai dicit. Curre ad præceptum leve, tanquam ad grave. Et fuge à tranſgreſſione. Præceptum enim trahit præceptum, & tranſgreſſio tranſgreſſionem: ſiquidem merces præcepti eſt præceptum, & merces tranſgreſſionis (eſt) tranſgreſſio.

R. OB. DE BARTENORA.

שמצוה גוררת מצוה *Nam præceptum trahit præceptum*, ita moris eſt in mundo, ut ei qui unum facit præceptum facile ſit alterum facere, & qui peccare inceperit, ſit difficile ſit a peccatis abſtinere.

ששכר מצוה מצוה *Nam merces præcepti eſt præceptum*, nam cœlum adjuvat eum qui unum fecerit præceptum, ut alterum facere poſſit, & propter utrumque accipiat mercedem; eodem modo in peccatis. Alia expoſitio, quando homo in obſervatione præcepti delectatur, hoc ei imputatur pro præmio ſingulari extra præmium quod in ipſum collocatur. Sic etiam lætitia illa atque delectatio quam homo percipit in peccatis perficiendis, imputatur ei pro peccato ſingulari, propterea caſtigabitur tam propter peccatum ab ipſo peractum quam propter delectationem quam in peccatis peragendis cum gaudio percepit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite decimo codicis Sanhedrin id quod hæc ſententia comprehendit. Noſtri autem Sapientes notarunt caſum aliquem Legis inſignem, unde colligitur magna illa diligentia quæ in præceptis adhibenda eſt; nam hoc eſt quod ſcriptum eſt Deut. 4. 41. *Tunc Moſes ſeparabat tres civitates cis Jordanem* &c. Cæterum notum eſt quod civitates iſtæ non erant mutuæ, quia non habebant jus ſuburbii pro homicida refugio, donec aliæ tres a terra Iſraëlis ſeparatæ fuerint. Dixerunt Sapientes, Moſi ſatis notum erat tres iſtas urbes cis Jordanem non conjunctas eſſe terræ Iſraëlis, niſi donec aliæ tres ſeparatæ fuerint in terra Canaan, ſicuti ſcriptum eſt Num. 35. 11. שש ערי מקלט תהיינה Verum has ſeparavit, eo quod dixit Moſes, quoniam præceptum mihi datum eſt, confirmato illud. Et ſi tantus vir, qualis fuit Moſes, qui veritatem aſſecutus eſt omnium perfectiſſimo modo, petierit ut adderetur dimidium præcepti affirmativi omnibus ſuis virtutibus & perfectionibus, non eſt ut dicamus quid facere debeant ii quibus eſt anima imperfecta, & vitiis inquinata.

LEUSDENUS. הוי רץ *Curre.* Hæc ſententia R. Aſai docet æquali diligentia eſſe ſervanda præcepta levia quâ ſervantur gravia: nam quo homo magis aſſueſcit bene agere, eo libentius facit bonum; & quo quis plus mali facit, eo magis ei arridet malum. Ex bono enim bonum naſcitur, & ex malo malum. Accedit etiam horrendum Dei judicium in malis, quo permittit ut impii de peccato in peccatum, & de ſcelere in ſcelus præcipites ruant. Vide Fagium.

FAGIUS. Monet hæc ſententia æquali ſtudio & diligentia ſervanda eſſe præcepta Dei quæ in ſpeciem levia, & parva videntur, atque maxima ac graviſſima. cauſam hebræi aſſignant hanc: ignorari videlicet quæ præcepta ampliora mercede remunerentur ſicut ſuperius auditum eſt in ſententiis R. Hananiæ ca. 2. Dein fieri ut quo magis aſſueſcit homo bene agere, eo libentius facit bonum. & è contra, quo plus mali facit, eo magis adlubeſcit illi malum. Ut enim bonum ex bono, ita malum ex malo naſcitur: ſunt enim ut virtutes concatenatæ, ita & vitia, & dato uno inconveniente ſequuntur plura, inquit philoſophus, quod idem judicium & de virtutibus habeto. Eſt porrò & horrendum dei judicium in malis, permittere ut de ſcelere in ſcelus, de peccato in peccatum præcipites ruant, juxta illud Apoſtoli, Tradidit eos in reprobum ſenſum, &c. ſicut è contrà magna miſericordia illius eſt, quod bonos & pios ex fide in fidem, ex virtute in virtutem ducit.

ג הוא היה אומר אל תהי בז לכל אדם ואל תהי מפליג לכל דבר שאין לך אדם שאין לו שעה ואין לך דבר שאין לו מקום :

3. Idem dixit. Ne contemnas quemvis hominem. Neque nimis remotam facias quamlibet rem. Nullus enim homo extat cui non ſit hora ſua. Et nulla res eſt, quæ non habeat locum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

אל תהי בז לכל אדם *Ne contemnas omnem hominem*, dicendo, quid mali mihi is vel ille faceret? *Neque nimis remotam facias quamlibet rem*, de qua re aliquantulum ſuſpicari poſſumus, ne dixeris, illa non fiet, vel necdum fiet, nec eſt ut de illa timeamus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit doctor fieri non poſſe quin homo quadam occaſione poſſit alii damnum inferre vel prodeſſe, licet in leviſſima re.

LEUSDENUS. ואל תהי מפליג לכל דבר *Neque nimis remotam facies quamlibet rem*, hoc eſt, מרחיק. Gloſſa addit שאתה שומע *quam audis.* Jarchi ita exponit: אל תהי רוחה לשכוח שום חכמה שלא תאמר מה לי לשמי

אפשר לי לשמוע כל שעה שארצה *Ne rejicias audire aliquam ſapientiam. Ne dicat quid ad me attinet audire eam, poſſibile mihi eſt audire quâvis horâ quâ volo.*

שאין לו שעה *Cui non ſit hora ſua.* Hæc regula docet neminem eſſe contemnendum: nam nemo eſt tam abjectæ ſortis, qui non aliquando prodeſſe vel obeſſe poſſet. Jarchi addit שאין לו שעה שאתה צריך לו לשום דבר *Cui non eſt hora quâ indiges ipſo in aliqua re.*

ד רבי לויטס איש יבנה אומר מאד מאד הוי שפל רוח שתקות אנוש רמה רבי יוחנן בן ברוקא אומר כל המחלל שם שמים בסתר נפרעין ממנו בגלוי אחד שוגג ואחד מזיד בחלול השם :

4. Ribbi Levitas vir Jabnæh dicit. Maximè humili ſpiritu eſto. Expectatio enim hominis ſunt vermes. Ribbi Jochanan filius Beroka dicit. Quicunque violat nomen Dei in occulto, de eo pœna ſumetur in propatulo. Idem enim eſt, ſive quis per ignorantiam, ſive quis temere, ex malitia prophanet nomen dei.

R. OB. DE BARTENORA.

מאד מאד הוי שפל רוח *Maxime humili ſpiritu eſto*, etſi in cæteris virtutibus medium ſit laudabile, tamen in ſuperbia res ita non eſt; ſed homo ſe inclinabit ad extremam ſpiritus humilitatem, eo quod ſuperbia maxime vituperanda eſt. Vel etiam, quia plurimi homines falluntur in illa, & ab eadem ſe nolunt abſtrahere, idcirco neceſſarium eſt ut nos longe removeamus a ſuperbia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In capitibus prologi noſtri oſtendimus, quod humilitas & manſuetudo ſint ex virtutibus moralibus, & medias eſſe inter ſuperbiam & humilitatem ſpiritus, & vocantur tantum nomine ענוה. Cæterum גאוה *Superbia* multis gaudet nominibus in lingua Hebræa, ut, גבה לב *Altitudo cordis*, עינים רמות *Oculi excelſi*, גאוה *Altitudo*, רם *Elatio*. Sapientes vero ipſam vocant ſpiritum altum & ſeſe efferentem; huic contraria eſt שפלות הרוח *Demiſſio ſpiritus*. Sed jam expoſuimus capite quarto prologi, hominem paululum ad alterutrum extremum vergere debere, ut conſtituat ſe in medio, in modum ſepimenti. Verum in ſuperbia inter cætera vitia, propter magnum defectum malæ conſuetudinis, & ingens ipſius damnum, debet homo ſe ab illa elongare quantum fieri poteſt uſque ad ultimum gradum contrarium, & penitus ad humilitatem ſpiritus inclinare, donec ſuperbiæ non ſuperſit locus. Vidi ego librum de moralibus conſcriptum, qui de quodam pietate inſigni quæſivit, dicendo, quinam fuit iſte qui te magis exhilaravit quam alii? Reſpondit, dies ille quo navim aſcendi, & locus mihi obtigit omnium deſpicatiſſimus inter raptores; erant autem in navi mercatores, & alii homines divites, atque unus ex iis qui in navi erant una incepit urinam reddere, & adeo contemptus fui in oculis ipſius ut urinam redderet ſuper me, atque præ magna illius impudicitia miratus ſum, attamen anima mea propter actionem ipſius non efferbuit ira, & gaviſus ſum admodum me attigiſſe illum terminum, quo non commotus fuerim aliquo affectu. Et non dubium eſt quin hic ſit ultimus humilitatis gradus abſque ulla ſuperbia. Cæterum referam nonnulla quæ ſapientes noſtri dixerunt in laudem humilitatis, & in vituperium ſuperbiæ, quamobrem doctor inculcat ut humilitatem ſpiritus aſſequamur, dicendo, *maxime humili ſpiritu eſto*, ne quis maneat in medio humilitatis & aliquantulum ſuperbiæ retineat, eo quod hæc ei proxima eſt. Dixerunt in humilitatis laudem, quod ſcientia fecit coronam capitis, fecit humilitas calcaneum pro calceamento, ſicuti ſcriptum eſt Prov. 4. 7. ראשית חכמה יראת יהוה Hinc colligimus timorem Dei eſſe majorem ſcientia, ipſiusque eſſentiam eſſe. Præterea ſcriptum eſt Prov. 22. 4. עקב ענוה יראת יהוה catenus ſcilicet quatenus Dei timor invenitur in calcaneo humilitatis, ſequitur humilitatem longe ſuperare ſcientiam. Porro dixerunt Sapientes, hæc res in Lege deſcripta eſt, & in prophetis repetita, atque in Hagiographis tertio dicta, & omni in loco quo Dei benedicti magnificentiam inveneris, illic & humilitatem ipſius invenies; in Lege dicitur Deut. 10. 17. האל הגדול & deinceps dicitur עשה משפט יתום ואלמנה Et in prophetis ſcriptum eſt Jeſ. 6. 1. כה אמר רם ונשא וכו׳ Et ſtatim ſubſequitur ואת דכא ושפל רוח Tertio dicitur in Hagiographis Pſal. 68. 5. סלו לרכב בערבות ביה שמו Poſtea ſequitur אבי יתומים ודין אלמנות Hæc nobis diſcenda ſunt e Moſe magiſtro noſtro, in quo omnes virtutes tam morales quam intellectuales perfectæ fuerunt uſque ad gradum propheticum, hinc pater ſcientiæ, pater Legis, & pater prophetiæ dictus eſt, & a Deo laudatus ſupra omnes ob virtutem & humilitatem, ſicuti ſcriptum eſt Num. 12 3. והאיש משה ענו מאד מכל אדם Quod autem dicitur מאד *valde*, probat quod ſeipſum ad extremum humilitatis gradum humiliavit; ita enim de ſe ipſo dicit, ונחנו מה *Et nos quid ſumus?* Sic etiam de Davide legimus, *unctus a Deo Jacobi, dulcis in canticis Iſraëlis, Rex magnus qui in regno quotidie proſperabas, & cujus gladius indies fiebat fortior*; & is quem nobis promiſit Deus per manum Moſis magiſtri noſtri, & ſtella illa quæ prodiit Jacobeo, uti Sapientes noſtri expoſuerunt. Fuit etiam propheta & ſeptuaginta ſenioribus major, uti dicitur 2 Sam. 23. 8. יושב שבת תחכמני Nihilominus tamen dixit Pſal. 51. 14. לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה Et id genus alia unde extrema humilitas ipſius probatur. De ſuperbia vero dixerunt Sapientes, omnis qui ſuperbit, is idololatræ ſimilis eſt, nam de utroque in Lege occurrit תועבה *Abominatio*, præterea dixerunt ſuperbum eſſe habendum ut eum qui fundamentum principale negavit, uti ſcriptum eſt Deut. 8. 14. ורם לבבך ושכחת את יהוה Dixerunt etiam quod peccatum ſuperbiæ tantum eſt quam ſi quis commiſiſſet omnia inceſtus peccata, ideo dicitur Prov. 16. 4. תועבת יהוה כל גבה לב & Ezech. 18. 13 כי את כל התועבות האלה Dixerunt autem quod ſuperbia coram Deo ſit ut ipſa idololatria; & quod ſuperbus meretur occidi. Et præterea dixerunt Deum non reſuſcitaturum ſuperbos, ſicuti dicitur Jeſ. 2. 22. חדלו לכם מן אדם אשר נשמה באפו vult dicere, deſiſtite a ſuperbo, nam qua in re æſtimandus eſſet? Quod cæde dignus ſit probatur ex eo quod ſententia dicit כל שיש בו גסות הרוח ראוי לגדעו כאשרה & Jeſ. 10. 33. dicitur ורמי הקומה גדועים & Deut. 7. 5. ואשריהם תגדעון Dixerunt etiam quod divinitas abominetur ſuperbiam, uti ſcriptum eſt Pſal. 138. 6. וגבוה ממרחק ידע Multi quoque dixerunt lepram & ſcabiem venire propter ſuperbiam, ex eo quod dicitur Jeſa. 2. 14. הנגבעות הנשאות Alii vero dixerunt ſuperbum tandem maledictionem incurrere, ut & eum qui non eſt ſuperbus, id eſt, quod nemo plane demiſſum ſpiritum adſciſcere debet, quia in eo non conſiſtit virtus; limitarunt itaque Sapientes quantitatem aliquam per ſimilitudinem aliquam, quæ eſt ſexaginta & quatuor partium, ſi ſuperbiam poſuerimus in una parte extrema, & humilitatem ſpiritus in altera, intererit inter utrumque diſtantia ſexaginta quatuor partium. Hæc fuit opinio Rabæ de humilitate. Sed Rab Nachman decidendo dixit hominem de ſuperbia nullam particulam debere poſſidere, eo quod ipſius non eſt exiguum peccatum, utpote quod hominem coram Deo conſtituit abominabilem, atqui ad tale peccatum nullatenus accedere licet; ita dixit Rab Nachman filius Iſaci, ne illam (ſuperbiam) nec particulam illius quis poſſideat. Quærit Marzutra, quare dictum eſt Prov. 16. 4. *Abominatio Domino eſt elatus ſpiritus.* Cæterum propter maledicti hujuſce peccati gravitatem, dixit hic doctor, *maxime humili ſpiritu eſto*, *quia expectatio hominis ſunt vermes*, vult dicere, neceſſe eſt ut animam tuam reprimas, & ſuperbiam ex iſta removeas, cogitando quod corpus tandem vermibus

mibus conſumendum ſit. Noſti autem Lege, eum qui ex errore peccavit, commiſiſſe peccatum, & idcirco ſacrificio expiatorio indiget, de quo Deus dixit Levit. 5. 10. ונסלח לו מחטאתו אשר חטא Sed non eſt ut peccatum de induſtria commiſſum, abſit hoc a viis Dei quaſi is peccatum ex errore & de induſtria commiſſum in eodem collocaſſet gradu. Sed ſcopus hic eſt, quod ſi profanatio nominis tam ex errore quam de induſtria ſit commiſſa, pœna luenda ſit publica; ſi de induſtria, luet pœnam de induſtria, ſi ex errore, luet pœnam ex errore, ſed utraque pœna publice infligenda eſt.

LEUSDENUS. כל המחלל שם שמים *Quicunque profanat nomen Dei.* Raſchi explicat per שעובר *qui transgreditur* in occulto. Ille enim qui peccat & tranſgreditur præcepta Dei, profanat nomen Dei. Etiam qui facit ut alii malè loquantur de lege, etiam profanat nomen Dei. In Talmude rogatur איזה הוא חלול השם תלמיד חכם שקנה דבר ואינו נותן מעות לאלתר אומרים הבריות זו היא תורה אשרי מי שלא למד לבני תורה *Quid eſt violatio Dei? Diſcipulus ſapiens qui emit aliquid, & non ſolvit pecuniam ilico, tum dicunt homines: hæc eſt lex, beatus qui non docuit filium ſuum legem.* Fagius ſic ait, Per חלול השם intellige ſcandalum ſeu offendiculum, quo dehoneſtatur gloria, ubi quis veram de Deo cognitionem habens occaſionem Deum blaſphemandi aliis objicit.

בגלוי *In propatulo.* Gloſſa addit הקב"ה מגלה לכל חרפתו שכך וכך מעשים רעים היו בידו שלא יתחלל שם שמים על ידו *Sanctus benedictus ille revelat cuique opprobrium ſuum, quod talia opera mala fuerint in manu ejus, ne profanetur nomen Dei per manum ejus.*

אחד שוגג ואחד מזיד *Idem eſt, ſive quis errans, ſive quis ex ſuperbia* profanet nomen Dei. Scil. reſpectu revelationis & pœnæ: nam Deus revelat & punit utramque profanationem nominis ſui, ſive quis illud profanaverit ex errore, ſive ex ſuperbia; poſteriorem tamen profanationem punit graviori pœna. Quid eſt peccare מזיד? Et quid eſt peccare שוגג? Qui peccat שוגג *errans*, ille peccat per ignorantiam, neſciens ſe peccare; pro his peccatis offerebantur olim ſacrificia: qui verò מזיד tranſgreditur, ille peccat ſciens, volens & datâ operâ.

FAGIUS. Parænefis eſt ad humilitatem, ſuperbiam enim & omnem elationem apud nos merito reprimat recordatio finis noſtri, nempe quod pulvis & umbra ſumus, quodque tandem eſca vermium futuri ſumus. juxta illud, pulvis es, & in pulverem reverteris. Per חלול השם intellige ſcandalum ſeu offendiculum, quo dehoneſtatur gloria dei, ubi quis videlicet qui formam cognitionis divinæ voluntatis & veritatis habet, blaſphemandi deum occaſionem objicit aliis. מזיד dicitur qui temere, data opera, & ſtudio male agit. Sicut & Rabbi David Kimhi hanc vocem explicat in radicibus ſuis ubi ſic inquit, וקראו מזיד למי שעושה הדבר ברצון id eſt, Rabbini מזיד vocarunt eum, qui facit aliquid cum voluntate. Et Judæi tenent קרבנות id eſt, ſacrificia quæ olim pro expiandis peccatis offerebantur, non habuiſſe locum in peccatis ex malitia & temerè admiſſis, ſed tantum על שגגות id eſt, per ignorantiam perpetratis, quo etiam Davidi reſpexiſſe ajunt Pſal 51. cum inquit כי לא תחפוץ זבח ואתנה עולה לא תרצה id eſt, Nam non deſideras ſacrificium, alioquin darem, neque holocauſtum gratum habes. שוגג vero dicitur qui per ignorantiam vel à caſu delinquit. Dehortatur autem hæc ſententia tam à publica quam ab occulta violatione Dei: Nam tametſi ignorantia aliquantam habeat excuſationem, nullum malum tamen deus impunitum relinquit. Inde eſt quod etiam ea quæ occulte fiunt tandem in lucem protrahit & punit. Exemplum habes in Davide, ad quem dicebat Dominus per prophetam. Ecce ego ſuſcito ſuper te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, tradamque proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in conſpectu ſolis hujus. Tu enim feciſti in abſcondo, ego vero faciem rem iſtam coram univerſo Iſraël & coram ſole ipſo, &c. & iterum, Verumtamen quoniam occaſionem male loquendi (de Iſraël) dediſti inimicis domini in re iſta, moriens morietur filius tuus, &c. Cæterum quomodo hebræi חלול השם à cæteris peccatis diſtinguant, libet hîc quædam annotare ex Maſſechtah Joma, capite ultimo, ubi ſic legitur עבר על מצות עשה ועשה תשובה אינו זז משם שני שובו בנים שובבים ארפא משובותיכם עבר אדם על מצות לא תעשה ועשה תשובה תשובה תולה ויום הכפורים מכפר שני כי ביום הזה יכפר עליכם עבר אדם על כריתות ומיתות ב"ד תשובה ויום הכפורים תולין ויסורין ממרקין שני ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם אבל כל מי שיש בידו חלול השם תשובה ויום הכפורים ויסורין תולין ומיתה ממרקת ועל זה נאמר אם יכופר העון הזה עד תמותון id eſt, Qui tranſgreditur præceptum negativum, & facit pœnitentiam, is non repellitur à Domino, juxta id quod dicitur. Revertimini filii rebelles, & ſanabo averſiones veſtras. Qui verò tranſgreditur præceptum negativum, & facit pœnitentiam, pœnitentia ſuſpendit (peccatum) & Dies expiationis expiat, ſicut dicitur. Quoniam in die illo expiabit vos, &c. Porrò qui deſignat prævaricationes quæ merentur exterminium & mortem, Domus judicii, pœnitentia, & Dies expiationis ſuſpendunt (peccatum) & caſtigationes delent: ſicut dicitur. Viſitabo in virga iniquitatem eorum, & in flagellis ſcelus eorum. In cujuſcunque verò manu eſt violatio nominis divini, pœnitentia, & dies expiationis, & caſtigationes ſuſpendunt, mors autem expurgat: ſecundum id quod dicitur. Si expietur hæc iniquitas à vobis donec moriamini. hactenus ex citato Maſſechtah. Item, in alio loco Thalmud dicit איזה הוא חלול השם תלמיד חכם שקנה דבר ואינו נותן מעות לאלתר אומרים הבריות זו איא תורה אשרי מי שלא למד לבנו תורה id eſt, Quid eſt violatio Dei? Diſcipulus (ſcilicet) ſapiens qui emit aliquid & non ſolvit pecuniam ilico, tum dicunt homines, Hæc eſt lex; Beatus qui non docuit filium ſuum legem.

ה רבי ישמעאל בנו אומר הלומד על מנת ללמד מספיקין בידו ללמוד וללמד והלומד על מנת לעשות מספיקין בידו ללמוד וללמד לשמור ולעשות רבי צדוק אומר אל תעש עטרה להתגדל בה ולא קרדום לחפור בה וכך היה הלל אומר ודאשתמש בתגא חלף הא למדת כל הנהנה מדברי תורה נוטל חייו מן העולם :

5. Ribbi Iſmaël dicit. Qui diſcit eo pacto, ut & (alios) doceat: ſufficienter tradunt in manum ejus, ad diſcendum, & ad docendum. Et qui diſcit ea conditione ut faciat, affatim tradunt in manum ejus quod diſcat, doceat, cuſtodiat & faciat. Ribbi Zadok dicit. Ne facias coronam, ut magnus fias (per eam), Neque (ea utaris) tanquam ſecuri, ut vivas ex ea. Similiter & Hillel dixit, Qui (commodi gratia) ſervit coronæ, perit. En jam didiciſti, quod quicunque utilitatem capit ex lege, tollit vitam ſuam ex hoc ſeculo.

R. OB. DE BARTENORA.

הלומד על מנת ללמד *Qui diſcit ea conditione ut alios doceat*, qui eo ſcopo addiſcit ut ſemper legem meditetur, & non conferat beneficia in alios, licet eleemoſynas dare debuiſſet, nihilominus tamen ſufficienter

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam mecum animo revolviſſem de hocce præcepto nihil dicere, quia clarum eſt, & quia novi mea verba hac in parte non valitura apud maximam Sapientum partem, idcirco commodiſſime fieri poteſt ut abſtineam a deciſione

mea,

ter tradunt in manum ipſius ad diſcendum, & ad docendum.

והלומד על מנת לעשות *Et qui diſcit ea conditione ut faciat*, qui non tantum Legi operam dat, ſed & charitatem exercet erga alios, ei affatim tradunt ut conſequantur ſcopum ipſius, diſcendo, docendo, & Legem faciendo.

אל תעש עטרה להתגדל בה *Ne facias coronam, ut magnus fias per eam*, ne dicas, addiſcam ut vocer nomine, & caput ſcholæ vel Eccleſiæ fiam, ſed addiſces Legem ex amore, ut tandem ſponte accedat honor.

ולא קרדום לאכול ממנה *Neque ea utaris tanquam ſecuri, ut vivas ex ea*, nam tum Legem diſces ad ſuſtendandum te ex illa mediante opere, uti is qui ſecuri utitur ad ſcindendum illa; qui vero hoc fecerit, prævaricatus eſt in ſanctitate Legis, & a Deo immediate morte mulctatur, ut is qui commodum cœpit e re ſancta. Ludimagiſtri autem mercede potiuntur, quod parvulos obſervant & cuſtodiunt, ne illis quid incommodi accidat, & pro eo quod accentus verborum Legis adoleſcentulos docent, juxta quos cantandum eſt, quia cæteroquin magiſter ad hoc non obligatur. Verum pro ipſa Legis doctrina non licet mercedem capere, uti ſcriptum eſt Deut. 4. 14. Quemadmodum igitur Deus gratis docuit nos, ita nos denuo alios gratis docere debemus. Pariter quoque judici vetitum eſt pecuniam ſumere pro ſententia ſua, præterquam pro eo quod ab operibus ſuis iſto tempore deſiſtere debuit, ut adverſarios litigantes audiret. Hac tamen conditione ut ab utroque adverſario æqualiter accipiat; ſi vero ab uno plus ſumpſerit quam ab altero, judicium illius irritum eſt. Cæterum quod Lex permittit, ut Sapientes ex ipſius verbis utilitatem capiant, id fit ut merces illius vendantur in foro coram omni homine; vel etiam ut liberi fiant ab omni tributo; præterea minerval pro eccleſiæ antiſtite a cœtu ſolvendum eſt, licet opibus abundet, tamen jure poſtulare poteſt ut ipſum a vectigalibus liberent. Si vero ægrotet aut debilis ſit, & nonnulli in honorem Legis ipſi dona quædam obtulerint, ea recipiat; ſed hoc non intrat axioma iſtud, quod e Lege non liceat utilitatem capere, quia alio modo ei ſubſiſtere non licet. Sic etiam Sapienti, ſi conſtitutus ſit eccleſiæ & ſcholarum primus, & operam det rebus eccleſiaſticis, licet ei accipere ſalarium aliquod, licet id excedat copiam quanta ad ſuſtentationem ipſius ſufficit, ut opulenter vivere poſſit, & hoc modo majori ab aliis afficiatur honore. Quemadmodum de ſacerdote maximo dicitur Levit. 21. 10. הגדול מאחיו Hæc Sapientes ita expoſuerunt: fac eum fratribus ſuis majorem, ſcil. ut fratres ipſius ſacerdotes de bonis ſuis ipſi concedant. Sapientes autem priſci non recipiebant munera propter eximiam pietatem, non quod id jure ipſis non licebat.

mea, & loquar de hac materia ſine mentione præteritorum & præſentium. Scito autem, ea quæ tibi dicam, ne ex Lege facias ſecurim ad excavandum ope illius, id eſt, quod Legem non cenſere debemus ut inſtrumentum quo victum poſſumus comparare. Propterea exponit doctor, quod omnis qui in hocce mundo utilitatem capit de honore Legis, vitam ſuam perdat in mundo, ſcilicet in mundo futuro. Falluntur autem homines in verbis tam claris, eaque poſt ſe abjiciunt, & nituntur apparentiis ſuis quas nec ipſi intelligunt, ego vero exponam iſtas, quas illi ut ſtatuta impoſuerunt privatis quibusdam, & congregationibus, atque ita homines adduxerunt ad meram ignorantiam; nam convenit ut Sapientes, & diſcipuli qui Legi ſtudent, & quorum veluti opificium eſt Lex, adjuvent. Sed hæc omnia ſunt erronea, nam neque in Lege neque in Sapientum verbis quicquam continetur quod hæc vera probet. Si enim Sapientum noſtrorum verba perpendamus, non inveniemus quod illi a quoquam homine pecuniam poſtulant neque quod pro primariis & excellentibus ſcholis pecuniam petunt, neque quo primariis captivitatum, neque pro judicibus, neque pro iis qui Legem docent, neque pro ullo excellenti viro, aliisve hominibus. Sed invenimus in omnium ætatum eccleſiis, quod in iis fuerunt ſumme divites & pauperes; abſit autem a me ut male ſuſpicarer de iſtis generationibus quaſi non fuiſſent benefici, neque eleemoſynas dediſſent; nam certum eſt quod ſi pauper nonnemo manum ſuam extendiſſet ſpe quicquam recipiendi, domicilium ipſius auro & argento implevuiſſent, ſed olim non inveniebatur ullus mendicus, unuſquiſque enim opere ſuo victum quæſiviſſe, contentus erat, ſive parum ſive multum poſſideret, ſed contemnebatur ab aliis quia Lex prohibebat ipſum ab hocce facto. Noſti autem quod Hillel Senior ligna concidit, & didicit a Schemaja & Abtalione, etſi in extrema conſtitutus eſſet paupertate, attamen aliqui diſcipuli ipſius adeo valde excelluerunt, uti notum eſt, ut cum Moſis, Aharonis, & Joſuæ diſcipulis comparati fuerint, minimus autem diſcipulorum ipſius fuit Rabban Jochanan filius Zachæi. Cæterum non dubium eſt quin fuerit Sapiens; nam ſi is æqualibus ſuis conceſſiſſet e lignis utilitatem capere, non abſtinuiſſent a lignis ſcindendis. Sed R. Chanina filius Doſæ aliquando vocem cœleſtem audivit, dicentem, totus mundus ſuſtentatur duntaxat propter Chaninam filium meum, at Chaninæ filio meo ſufficit fructus ſiliqua unius Cabi ab una veſpera Sabbati uſque ad alteram, & ille nihil ab aliis petit. Carna autem olim terræ Iſraëliticæ erat judex, ſed aquas hauriebat ſitulis; quum igitur aliquando ad ipſum acceſſiſſent nonnulli dicebat, tradite mihi aliquem qui ſitulas meas adimpleat, vel compenſate damnum intermiſſi operis mei, tum vos judicabo. Ipſius enim ætate Iſraëlitæ non erant inhumani & avari; neque invenimus quemquam Sapientem pauperem vituperaſſe æquales ſuos, quod ipſum non ditiorem redderent, abſit, ſed hi vere pii & ſancti erant, veritatem amplectentes, in Deum credentes, & Moſis legi fidem habentes, quod obſervatione illius homo merebatur vitam mundi futuri; ſed non permittebant quicquam petere ab alio, quoniam ipſi ſtatuebant nomen Dei profanari in oculis plebis, quia cogitare potuiſſet quaſi Lex eſſet opificium aliquod quo quis ſe ſuſtentet, & ſic Lex ab ipſo vilipenderetur, atque is qui hoc feciſſet, videretur verba Dei contempſiſſe. Sed hi erraruut in eo quod ſuperiores evadere voluerunt ad veritati contradicendum, & ſcripturæ locis clariſſimis, bona ab hominibus vel ſponte vel invitis poſtulantes, ſicuti conſtat e caſibus quibusdam Gemaræ de hominibus corporis vitio affectis, & provectiſſimæ ætatis viris, qui operari non poterant, quibusque nec aliud vivendi medium adferri poterat, quam ut ab aliis dona reciperent. Sed dixeris, moriantur; hoc Lex non præcepit. Præterea invenies quod Sapientes hoc collegerint ex eo quod dicitur Prov. 31. 14. היתה כאניות סוחר ממרחק תביא לחמה Quæ verba tractant de eo qui aliquo corporis vitio affectus eſt, ut laborare nequeat; at ſi laborare poſſit, non permittit Lex ut dona accipiat. Ego vero audivi indoctos Sapientum traditione inniti, dicentes, qui utilitatem capere nolit, non capiat eam ſicuti Samuel fecit. Hic caſus plane diſſimilis eſt alii, & magnum errorem committet is qui ex hoc probationem adferet, nam nullus eſt locus qui non fateatur Eliſam non recepiſſe dona ab aliis, quanto minus illa petiiſſet, ſed ſtatuta potius inſtituit ipſis, & longe abfuit a bonis recipiendis. Cæterum honorem tantum recipiebat, quando eum quis exciperet domi, quum alicubi tranſiret, ipſe vero tum comedebat pro illa nocte & illo die, & deinceps ad negotia ſua redibat. Samuel vero nullius domum intrabat, neque de alienis quicquam comedebat. Propterea Sapientes dixerunt, quod ſi quis Sapiens eſſe velit ejus generis, & nullius alterius domum intrare, id facere poſſit. Si vero paululum requieſcere velit in domo aliena quando eo tranſierit, id quoque facere poſſit, ſed hæc omnia monentur, ne quis ſapiens ſine neceſſitate comedat in domo aliena, idcirco dixerunt, omne convivium extra Legis præceptum, prohibitum eſt Sapienti. Cæterum non eſt ut in hoc caſu prolixior ſim, ſed referam hic potius caſum e Gemara, de homine quodam cui erat vinea quam intraverant fures, qui quotidie fructus ipſius diminuerant, poſſeſſor autem non dubitabat quin unus e furibus in vineam ipſius oculos ſuos conjeciſſet, atque fructui iſtius invidiſſet per totum vindemiæ tempus, donec uvas quaſdam vindemiaſſet, eaſque exſiccaſſet, & paſſas collegiſſet. Quando autem paſſæ colliguntur, nonnulla grana decidere ſolent, quæ comedi poſſunt ab eo qui illa invenerit, quia communis ſunt juris. Venit autem R. Tarphon aliquando in iſtam vineam, colle-

gitque

gitque ex eadem uvas paſſas quæ deciderant, hos quum comedebat, vineæ poſſeſſor advenit, atque opinatus eſt eum fuiſſe furem illum qui per totum annum ſurripuerat, idcirco ipſum ignotum ſacco condidit, atque in fluvium deferre conatus; hoc cum animadvertiſſet R. Tarphon, exclamavit, væ R. Tarphoni, nam hic cum occidet, ſed cum hoc audiviſſet poſſeſſor vineæ, aufugit illum derelinquendo, cogitans ſe magnum commiſiſſe peccatum. Hinc R. Tarphon adeo turbatus eſt ut per totam vitam cum triſtitia vixerit, quod ſeipſum honore Legis liberaverat quandoquidem ditiſſimus erat, ut dicere potuiſſet vineæ poſſeſſori, omitte me, tum tibi dabo tot aureos, & non opus fuiſſet ut dixiſſet, ſe eſſe R. Tarphonem, & ſic bonis ſuis ſe liberare potuiſſet, & non Lege. Propterea dixerunt, omnes dies illius juſti caſu commoti ſunt; dicebat autem R. Tarphon, væ mihi quod e corona Legis utilitatem percepi, quiſquis enim e corona Legis utilitatem ceperit, ei non erit pars in futuro ſeculo, & e mundo extirpatus eſt. Hoc autem dixerunt, quia R. Tarphon abundabat opibus, & idcirco iſtis contentus eſſe debuiſſet. Pariter noſter R. Jehuda ſanctus aliquando ob ingraveſcentem famem aperuit promptuaria ſua dicens, quiſquis accedere velit ut accipiat victum, accedat, dummodo ſit diſcipulus Legis. Venit ergo ad ipſum R. Jonatan filius Amram, ſed is non cognoſcebat illum, dicebat autem, da mihi victum; Quæſivit R. Jehuda an legere poſſet, & reſpondit, non poſſum, ille denuo, quomodo igitur tibi victum præbebo? reſp. alas me ut canem & corvum; perinde ac ſi dixiſſet, etſi Legi non ſtuduerim, alas tamen me ſicuti Deus benedictus animalia immunda alit, nam indoctus non eſt ſuperior illis, dedit poſtea illi victum, verum pœnituit deinde R. Jehudam ſe deſtitiſſe a verbis ſuis, dixitque, væ mihi quod idiota utilitatem cepit e bonis meis. Hoc cum nonnulli audiviſſent, dixerunt ipſi, forſan quis erat diſcipulus tuus filius Amram, ut is nihil commodi perciperet ex honore Legis, quando ſibi ab hocce caſu cavere potuiſſet, etiam cum ſubtili inventione; poſtquam de re inquiſivit, comperit illam ita eſſe. Hi duo caſus ſilere faciunt omnem, illum qui huic contradixerit. Cæterum Lex permiſit Sapientibus, ut nummos ſuos alicui committere poſſint qui illis lucrum faciat, cui & magnum cedet præmium pro hocce beneficio; & hoc eſt lucrum conferre in crumenam Sapientum, ſi merces eorum prius vendiderit quam ſuas, & hoc in primario loco. Hæc ſunt ſtatuta quæ inſtituit Deus, quemadmodum dona conceſſit ſacerdotibus, & decimas Levitis, prout traditione recepimus. Hæc enim duo mercatores ſibi invicem præſtant honoris gratia, etſi non ſint Sapientes, & melius merentes eſſe diſcipuli Sapientes quam alii idiotæ. Sic etiam Lex ſtatuta regum a diſcipulis Sapientibus ſublevavit, ut & tributa, militumque alimenta, & cujuslibet hominis particularis ſtatuta dicta כסף גולגלתא *Argentum pro capite*, quod eccleſia pro illis ſolvere debet. Sic etiam quod mœniorum urbis reſtaurationes attinet, & ſimilia, etſi enim diſcipulus Sapiens poſſideat bona, tamen nihil bonorum debet. Cæterum jam docuit Rabbenu Joſeph Levita felicis memoriæ aliquem in quodam loco, cui erant amœni horti, quod pro illis bis mille aureorum ſolvere debebat in tributum, quamvis ab omnibus quæ diximus, erat liber, eo quod diſcipulus Sapiens erat, & quamvis hoc tributum eſſet tale quod vel pauperrimus ſolveret; hoc eſt jus Legis, quemadmodum Lex ſacerdotes liberavit e dimidio Siclo, quemadmodum ſuo loco exponemus.

LEUSDENUS. ללמוד *Ad diſcendum.* Hæc ſententia docet ita diſcendum eſſe ut eruditione tuâ aliis prodeſſe poſſis. Deinde non ideo tantum diſcendum eſſe ut doctior, ſed ut melior evadas, utque alios bono exemplo ad meliorem frugem invites; quod ſi ita didiceris, tum Deus ampliſſimam vel diſcendi vel bene agendi occaſionem tibi concedet. Vide Fagium.

עטרה Ne facias *coronam.* Per coronam intelligitur תורה *lex.* Quare lex vocatur corona? Fagius conjicit Judæos propterea legem vocare coronam, quia putant omnes Iſraëlitas in capite habuiſſe coronas, quando Deus per Moſen Iſraëlitis legem dedit. Metaphoricè etiam lex poteſt vocari corona, quia ſicut corona undique perfecta eſt, & totum cingit, ita etiam legis divinæ cognitio hominem rectè perficit, coronat & decorat in conſpectu Dei. Noli ergò lege divinâ abuti ad vanam gloriam & nominis oſtentationem.

קרדום *Securis.* Ne utaris lege tanquam ſecuri, h. e. inſtrumento quo victum & amictum tuum quæras: nam non eſt ſtudendum legi propter ventrem; Gloſſa ſic etiam explicat שאתה עושה בו מלאכה *qua facis opus.*

בתגא Qui commodi cauſâ ſervit *coronæ* perit. Gloſſa exponit per בעטרה של תורה *coronam legis.*

הא למדת *Ecce didiciſti*, ſcil. מדבריו של הלל למדנו *Ex verbis Hillelis diſcimus.* De Hillele vide ſuprà.

FAGIUS. Monet hæc ſententia, eo animo diſcendum, ut & aliis quod didiceris impertias, utilium enim rerum ſcientia non eſt premenda, ſed per manus tradenda. Dein diſcendum eſt, non ut doctior tantum, ſed & melior fias, ut bono vitæ exemplo, alios etiam ad meliorem frugem invites, quod ubi feceris, ampliſſima vel diſcendi, vel bene agendi occaſio divinitus dabitur. Omni enim habenti dabitur, inquit Chriſtus. Et hebræi dicunt ſic divinitus comparatum eſſe, ut qui velit, capiat, & conetur bene agere, cœlitus juvetur: qui vero velit male agere, ſimiliter illi feneſtram ad male agendum aperiri, id quod hebraicè ſic enunciant הבא לטהר כן השמים מסייעין לו הבא לטמא פותחין לו Id eſt, qui venit ut mundus fiat, cœlitus adjuvant eum. Qui venit ut immundus fiat, aperiunt illi, ſenſus eſt. Bonis bene agendi, malis male agendi datur occaſio. Per coronam hebræi legem intelligunt, quod inde fortaſſis apud illos profectum eſt, quod dicunt omnes Iſraëlitas coronas in capite habuiſſe, quando data fuit lex per Moſen in monte Synai. Alias lex corona dicitur metaphoricè, quod ſicut corona undique perfecta eſt; & totum cingit, ita & legis divinæ cognitio hominem demum rectè perficit, abſolvit, coronat & decorat in conſpectu dei, juxta illud in proverbiis. Audi fili caſtigationem patris tui, & non derelinquas legem matris tuæ. Nam hæc ſunt in capite tuo veluti ſuperaddita gratia, & ſicut torques circa collum tuum. Notat autem hæc ſententia eos, qui peritia ſacrarum literarum abutuntur ad vanam gloriam, & nominis oſtentationem, Et ut ventrem alant, indeque diteſcant. Hi ex ſacra lege ut inquit hebræus, ſecurim faciunt, quod inſtrumentum in nullum alium uſum ſibi mercenarius comparat, quam ut eo ſibi victum quæritet. Duplex hic eſt lectio, quædam enim exemplaria habent לאכול ממנה id eſt, ut edas ex ea. Alia לחפור בה id eſt, ut fodias ea, ſed utram lectionem ſequaris ſenſus idem erit.

ו רבי יוסי אומר כל המכבד את התורה גופו מכבד על הבריות וכל המחלל את התורה גופו מחלל על הבריות :

6. Ribbi Joſe dicit. Quicunque honorat legem, corpus illius honore afficitur ab hominibus. Quicunque verò violat legem, corpus ejus violatur ab hominibus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המכבד את התורה *Quicunque honorat Legem*, qui exponit verba defectiva, & redundantia in Lege, apiceſque cujuslibet literæ declarat, dicendo quod in omnibus aliquod continetur myſterium, quo nullus eſt Legis major

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Honor Legis eſt ut diligentes ſimus in ipſa obſervanda, & in Sapientibus viris ſplendide alendis, libris in Legem conſcriptis bene ſervandis, huic contrarium eſt Legis profanatio.

honor. Vel etiam, qui librum Legis honorat, & eos qui Legi ſtudent, eamque meditantur, hi omnes comprehenduntur ſub eo quod dicitur, quicunque honorat Legem.

LEUSDENUS. כל המכבד את התורה *Quicunque honorat legem.* Quomodo quis honorat legem? Jarchi ait שאינו מניחה אלא במקום קדש ולא על הספסל שיושבים בו בני אדם וגם לא על גבי תורה שאינו מלמדה לתלמיד שאינו הגון *Qui non ponit eam niſi in loco ſancto, neque ſupra ſcabellum in quo ſedent filii hominis, neque etiam ſupra aliam legem.* Vel, *Qui non docet eam diſcipulum, qui non eſt idoneus.* Sapientiores Rabbini ajunt honorificentiam legis in tribus conſiſtere. 1. Ut quis alacriter ſtrenuè faciat quæ lex jubet. 2. Ut honoret ſapientes qui legem ſtabiliunt. 3. Ut quis magni faciat libros pro intelligendâ lege conſcriptos. Vide Fagium.

FAGIUS. Hebræi dicunt legis honorationem in tribus iſtis conſiſtere. Primum, ut quis alacriter & ſtrenue faciat quæ lex jubet & præcipit. Alterum, honorare ſapientes qui legem ſtabiliunt. Poſtremum, in pretio habere illorum libros quos pro intelligenda lege conſcribunt. Convenit me judice hæc ſententia cum eo quòd extat 1 Sam. cap. 2. ubi dominus dicit ad Heli ſacerdotem כי מכבדי אכבד ובזי יקלו id eſt, Quoniam honorificantes me honorificabo, & contemnentes me ignominia afficientur.

ז רבי ישמעאל בנו אומר החושך עצמו מן הדין פורק ממנו איבה וגזל ושבועת שוא והגס לבו בהוראה שוטה רשע וגס רוח :

7. Ribbi Iſmaël dicit. Qui abſtinet à judicio; rumpit a ſe inimicitiam, rapinam, & falſum juramentum. qui verò extollit cor ſuum oſtentatione, ſtultus eſt, impius, & elato ſpiritu.

R. OB. DE BARTENORA.

החושך עצמו מן הדין *Qui abſtinet a judicio*, ubi ipſo major ſit, vel ſi dicat adverſariis ut litem componant. פורק ממנו איבה *Liberat ſe ab inimicitia*, nam is qui condemnatus fuerit, a judicio abhorrebit, quia ſecum dicet, judex non rectè egit cauſam meam. וגזל *Et a rapina*, nam fieri poteſt ut judex condemnet inſontem, & hoc medio rapinam arripiat. ושבועת שוא *Et a falſo juramento*, fieri poteſt ut aliquem ad jusjurandum adigat, qui ad id non tenetur; vel etiam, ut falſo juret. *Et qui cor ſuum doctrina effert*, vana cogitatione, ſine ſapientia & ſtudio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והגס לבו בהוראה *Qui vero cor ſuum extollit doctrina*, qui doctrinam juris ſibi arrogat, ſine reverentia & timore.

LEUSDENUS. בנו *Filius ejus.* Gloſſa addit של רבי יוסי ſcil. filius *Rabbi Joſe*, qui ſectione præcedente loquutus eſt.

החושך *Qui cohibet*, gloſſa explicat per המונע עצמו *qui cohibet ſe* à judicio, h. e. non deſiderat eſſe judex: nam qui judicis munus ambit, deſiderat munus quod periculo ſuo non caret: nam Judex ſæpè multorum invidiam ſuſtinet, etiamſi juſtè judicet. Sed homo privatus his periculis ita non eſt obnoxius: ille enim reſpectu judicii non conciliat ſibi inimicitiam, nec injuſto judicio aliis bona eripit, neque tanquam judex petit ut aliquis falſum juramentum præſtet.

פורק ממנו איבה *Rumpit à ſe inimicitiam.* Gloſſa ait שאין בעלי דינין הללו שונאין אותו *Nam contendentes* (hoc eſt adverſarii) *illi odio non habent eum* (ſcil. qui non eſt judex.)

והגס לבו *Et qui extollit cor ſuum* &c. Fagius hanc ſententiam ſic interpretatur: *Etiamſi ſcias te idoneum eſſe ad diſcernendas cauſas hominum, & dirimendas lites illorum, non tamen debes eo tibi nimium placere, neque arroganter hoc præ te ferre. Sed cum magno timore & tremore exercenda ſunt judicia.*

FAGIUS. Duo habet hæc ſententia. Primum, ne quis ſe ſua ſponte non vocatus ad munus judicis ingerat, quod is ſtatus non careat periculo. Sæpe enim multorum invidiam ſuſtinet judex, etiam ſi æquè & juſtè judicet, nedum ſi iniquè & injuſtè. Dein ſæpe vel per oſcitantiam vel carnis affectum, adimit cui tribuendum, & tribuit cui adimendum: quod per גזל hic intelligunt hebræi, nonnunquam & ad falſum juramentum adigit judex, ſic plenus eſt periculis ſtatus judicum & magiſtratuum. Alterum, etiam ſi ſcias te idoneum ad diſcernendas cauſas hominum, & dirimendas lites illorum, non tamen debes in eo tibi nimium placere, neque arroganter hoc præ te ferre. Sed cum magno timore & tremore exercenda ſunt judicia, & in illo ſententiæ pronunciandæ. Rectè ergo rex Jehoſaphat monet ſuos judices, 2 para. cap. 19. ראו מה אתם עושים כי לא לאדם תשפטו כי לי״י ועמכם בדבר משפט ועתה יהי פחד י״י עליכם שמרו ועשו כי אין עם י״י אלהינו עולה ומשא פנים ומקח שחד id eſt, Videte quid agatis, non enim pro homine, ſed pro deo judicia decernitis, quippe qui juxta vos eſt in cauſa judicii. Nunc igitur ſit pavor domini ſuper vos, cavete & agite (quod illi placet) quoniam non eſt perverſitas ulla apud dominum deum noſtrum ut ille ſuſcipiat perſonas aut accipiat munera, &c.

ח הוא היה אומר אל תהי דן יחידי שאין דן יחידי אלא אחד ואל תאמר קבלו דעתי שהן רשאין ולא אתה :

8. Idem dixit. Ne ſis judex unicus, non eſt enim unicus judex niſi unus. Neque dicas, ſuſcipite meam ſententiam, quoniam penes illos, & non penes te eſt poteſtas.

R. OB. DE BARTENORA.

אל תהי דן יחידי *Ne ſis judex unicus*, etſi unus probatus judex judicare poſſit, tamen ex quodam ſanctitatis jure מומחה *Judex probatus* ſolus judicare non debet. Et hoc intelligendum eſt quum adverſarii ipſum non aſſumpſerint judicem, ſin contra, etiam ſolus juxta ſanctitatis normam judicet.

שאין דן יחידי אלא אחד *Nam non eſt judex unicus niſi unus*, nempe Deus qui unicus eſt in mundo ſuo; ne vero dixeris ſociis tuis a te diſſentientibus, *Quoniam penes illos, & non penes te eſt poteſtas*, quoniam tibi conjuncti ſunt, idcirco oportet ut deciſio fiat juxta plurimorum ſententiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex permittit judici probato, ut judicet, ſicuti expoſuimus in Sanhedrin; & hoc fit juxta Legem; hic vero monet ne hoc ita fiat in caſu doctrinæ, ſed non in caſu prohibitionis; perinde ac ſi dixiſſet, cum ſocii tui in quadam ſententia tibi contradixerint, non coges ilos in tuam introire ſententiam, nam illi ſciunt an admittenda ſit, neque in poteſtate tua eſt ut alios in tuam opinionem traducas.

LEUS- FA-

LEUSDENUS. ואל תאמר *Neque dicas*, ſcil. לבעלי הדין *adverſariis.*
שהן רשאין *Nam illi habent poteſtatem.* Gloſſa addit לעשות כדבריך אם ירצו ולא אתה רשאי להכריחם *Ad faciendum ſecundum verba tua ſi velint: ſed tu non habes poteſtatem eos cogendi.* Unus enim judex non poteſt judicare, & ſententiam ſolus pronunciare: nam ad minimum tres judices judicant de rebus pecuniariis.

FAGIUS. Similiter & hæc ſententia duo præcipit. Primum, ne quis temere unus & ſolus judicis officium ſubeat, quaſi ipſe ſolus ſufficiat ad diſcutiendas cauſas diſcordantium, & videre poſſit quid in qualibet re ſit æquum vel iniquum. Nemo enim unus omnia videt, nec uni dat cuncta deus. Alterum, in judicio non eſſe pugnandum contra univerſos, ſed ſequendam multitudinem, præſertim in re juſta. Multo minus vi adigendi ſunt alii ut tuam ſententiam ſequantur.

ט רבי יונתן אומר כל המקיים את התורה מעוני סופו לקיימה מעושר וכל המבטל את התורה מעושר סופו לבטלה מעוני :

9. Ribbi Jonatan dicit. Quicunque ſervat legem propter paupertatem, tandem futurum eſt ut ſervet eam propter divitias. Quicunque vero negligit legem propter divitias, tandem futurum eſt ut negligat propter paupertatem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המקים את התורה מעוני *Quicunque ſervat Legem propter paupertatem*, qui paupertate premitur, & tamen opus ſuum intermittendo ſtudet Legi. וכל המבטל את התורה מעושר *Quicunque vero negligit Legem propter divitias*, qui propter multas ipſius opes variis negotiis vacare debet, ita ut ei nihil temporis ſuperſit Legem meditandi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult doctor quod ſi quis Legi ſtudeat in paupertate ſua, hoc pede perget, & quod tandem ipſi continget ut opibus abundans ſine ullo impedimento ei det operam. Qui vero non dederit Legi operam dum opibus abundat, ſed cibo potuque delectatur, is tandem fiet pauper, & tum Legis meditationem intermittet panis quærendi gratia.

LEUSDENUS. מעושר *Propter divitias.* Gloſſa ait שמתוך עשרו אינו פנוי לעסוק בתורה *Cui propter divitias ſuas non vacat dare operam legi*, ſcil. qui deditus eſt commeſſationibus, potationibus & otio, tandem ad inopiam redigetur, nec ſupererit illi tantum temporis, ut lectioni legis operam impendere poſſit, occupatus cura comparandi cibi. Vide Fagium.

FAGIUS. Rambam hanc ſententiam hebraicè ſic explicat העוסק בתורה והוא עני ודל ועם כל זה יצער נפשו לעסוק בה לסוף יעסוק בה מעושר ומאשר לא יהיה לו מה שיטרידהו מן הקריאה ומי שלא יעסוק בתורה מפני רוב הממון להתעסק במאכל ובמשתה ובבטלה לסוף יתרושש ויצר לו הזמן עד שיהיה סבה בטולו מקריאה טרדתו בלחם לאכלו id eſt, Qui diſcit legem, & eſt pauper & inops, & nihilominus tamen hanc ſibi ipſi faceſſit moleſtiam, ut ſe in ea exerceat. Tandem futurum eſt, ut illi operam navet, propter divitias (nactas), ubi non erit amplius quod ipſum à lectione ejus deturbet. Qui vero non vacat legi propter divitias, deditus commeſſationibus, potationibus & otio, tandem ad inopiam redigetur, nec ſupererit illi tantum temporis ut lectioni legis operam impendere poſſit, occupatus videlicet cura comparandi cibi.

י רבי מאיר אומר הוי ממעט בעסק ועסוק בתורה הוי שפל רוח בפני כל אדם אם בטלת מן התורה יש לך בטלים הרבה כנגדך ואם עמלת בתורה יש לו שכר הרבה ליתן לך :

10. Ribbi Meir dicit. Minue negotia, & vaca legi. Eſtoque humili ſpiritu coram quovis homine: Et ſi vacare velis à lege, multa erunt quæ te avocabunt. Quod ſi laboraveris in lege, multa merces tibi dabitur.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי ממעט בעסק *Minue negotia*, diminue occupationes operum tuorum, & præcipuum tuum negotium ſit Legis meditatio. *Et coram quovis homine eſto humili ſpiritu*, ad ſcientiam augendam licet ab homine infimæ conditionis.
יש לך בטלים הרבה כנגדך *Multa erunt quæ te avocabunt ab illa*, quæ tibi erunt cauſa ut ceſſes a Lege. Aliter, multi in mundo ſunt otioſi qui impii ſunt, ut & animalia ferocia, quibus mediantibus Deus te puniet. Si vero Legem meditatus fueris, ipſa tibi ſolvet præmium tuum, & non per legatum, & hoc ſenſu conditio boni ſuperat conditionem pœnæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit, quod negotia minuenda ſint, ſed Legis ſtudia continuanda. Et quod humili ſpiritu eſſe debemus coram unoquoque, vult dicere quod non tantum coram gravibus ſed & coram infimæ conditionis hominibus nos ſubmiſſe gerere debemus, ut hoc modo ſuperbia diminuatur.
יש לך בטלים הרבה כנגדך *Multa erunt quæ te ab illa avocabunt*, multi erunt otioſi qui te avocabunt a Lege, ut iis tempus tuum teras; ſi vero Legi non dederis operam, ſemper aliquo ex iis detineberis.

LEUSDENUS. בעסק *In occupatione*, ſcil. דרך ארץ *vita civilis.* Parum ſis occupatus in rebus mundanis, ſed multum in meditationibus legis divinæ.

FAGIUS. Tria habet hæc Gnome. Primum, ſemper majorem noſtrorum laborum partem impendendam meditationibus divinæ legis, juxta illud Davidis pſal. 1. כי אם בתורת יי חפצו ובתורתו יהגה יומם ולילה id eſt, in lege domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Alterum, ut humilitatem præ te feras non tantum erga majores & potentiores te, ſed & erga æquales, inferiores, & erga quemvis cujuſcunque ſortis hominem. Tertium, multa eſſe quæ nos a ſacris divinæ legis cogitationibus avocant, quibus omnibus facile renunciabimus ſi cogitaverimus quanta merces maneat eos, qui ſtrenuam operam navant rebus divinis.

יא רבי אליעזר בן יעקב אומר העושה מצוה אחת קונה לו פרקליט אחד והעובר עבירה אחת קונה לו קטיגור אחד תשובה ומעשים טובים כתריס בפני

11. Ribbi Eliæzer filius Jacob dicit. Qui facit præceptum unum, comparat ſibi paracletum unum. Et qui prævaricatur prævaricationem unam, comparat ſibi accuſatorem unum. Pœnitentia, & opera

בפני הפורענות: רבי יוחנן הסנדלר אומר כל כנסיה שהיא לשם שמים סופה להתקיים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקיים:

opera bona, tanquam clypeus ſunt contrà ultionem (divinam.) Ribbi Jochanan Haſandelar dicit. Omnis Eccleſia quæ fit propter Deum, confirmabitur. Quæ vero non fit propter Deum, non durabit perpetuo.

R. OB. DE BARTENORA.

פרקלט Eſt legatus cujuſdam boni nuncii. קטיגור Notat accuſatorem, & eum qui contra alium mala profert, cæterum vox קטיגור compoſita eſt ex קורא תיגר id eſt qui accuſationem infert contra alium in judicio. שניגור eſt huic contrarius, & compoſita vox ex שונא תיגר *Odio habens accuſationem.*

LEUSDENUS. פרקליט *Paracletus*, & קטיגור *Accuſator.* Sunt voces à Græcis mutuatæ. Gloſſa פרקליט vertit per מלאך מליץ טוב *nuncium qui interloquitur bonum*, & קטיגור per מלאך מליץ רע *Nuncium qui interloquitur malum.* Græcè dicitur παράκλητος *accerſitus & vogatur, patronus, conſolator*; & κατήγορος *accuſator, actor, petitor.* Ramban has voces ſic explicat: פרקליט הוא המליץ טוב על האדם למלך קטיגור הוא הפך זה והוא המלשין האדם למלך ומשתדל להמיתו *Paracletus eſt qui interpellat in bonum pro homine aliquo apud regem: ſed Kategor eſt contrarius: is enim eſt qui traducit hominem apud regem, & conatur occidere eum.* Vide Fagium.

כתרים *Tanquam clypeus.* Gloſſa explicat per מגן *Clypeum.* h. e. Reſipiſcentia & bona opera defundunt hominem à vindicta Dei.

כל כנסיה *Omnis eccleſiæ.* Jarchi explicat כל קיבוץ *omnis congregatio.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרקליט παράκλητος eſt bonus interpres pro homine apud regem. קטגור κατήγορος eſt accuſator, & priori contrarius eſtque is qui hominem accuſat apud regem, eumque occidere ſtudet. Dicit autem quod pœnitentia malorum operum, vel illorum quæ in principio bona erant, impediat ne homini contingant pœnæ vel infirmitates.

FAGIUS. קטיגור & פרקליט vocabula ſunt à græcis mutuata. Et Rambam hanc ſententiam ſic hebraicè exponit פרקליט הוא המליץ טוב על האדם למלך: קטיגור הוא הפך זה והוא המלשין האדם למלך ומשתדל להמיתו: ואמרו שהתשובה אחר המעשים הרעים או המעשים הטובים בתחלת הענין כל אחד משני הענינים האלה מונעים כמו הסכות והחלאים באדם id eſt, Peraclit dicitur qui interpellat in bonum pro homine aliquo apud regem, cujus contrarium eſt Kategor, is enim eſt qui traducit aliquem apud regem, & conatur occidere eum. Eſt autem ſenſus. Reſipiſcentia poſt mala facta, & bona opera in principio alicus rei, unumquodque ex duobus iſtis arcet plagas & morbos ab homine. Convenit hæc ſententia cum verbis Chriſti Matth. 15. Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Item, cum oratione Gamlielis, quam dixit pro liberandis apoſtolis, Acto. 5. אנשי ישראל שמרו כה תעשו על אלו האנשים כי קדם אלו הימים היה תאודש שהיה אומר דבר מה אליו נגרו מכפר אנשים קרוב לארבע מאות ונהרג הוא וכל המאמינים בו נאבדו והיו לכלום: אחר זה היה יהודה הגלילי בימי ההוראות והסית את העם אחריו והוא אבד וכל הנגררים אחריו נתפרשו ועתה לכך אני אומר לכם הבדלו מאלו האנשים ועזבו אותם כי אם מאנשים העצה הזאת או המעשה יבטל אבל אם מהאל הוא לא תוכלו לבטלו פן תראו מקבילים לאל id eſt. Viri Iſraëlitæ, attendite vobis, quid acturi ſitis ſuper hominibus iſtis. Ante enim hos dies extitit Theodas, dicens ſe aliquid eſſe. Cui conſenſit numerus hominum circiter quadringentorum. Et interfectus eſt, & omnes qui ei credebant perditi ſunt, atque ad nihilum redacti. Poſt hunc fuit Judas Galilæus in diebus profeſſionis, & avertit populum poſt ſe & ipſe periit, & omnes quotquot conſentiebant ei, diſperſi ſunt. Et nunc propterea, ego dico vobis. Diſcedite ab hominibus his, & ſinite eos. Quoniam ſi ex hominibus eſt conſilium hoc, aut opus: diſſolvetur. Si verò ex Deo eſt: non poteritis diſſolvere illud. Ne fortè & deo repugnare videamini. Hæc Gamaliel ille.

יב רבי אלעזר בן שמוע אומר יהי כבוד תלמידך חביב עליך כשלך וכבוד חברך כמורא רבך ומורא רבך כמורא שמים:

12. Ribbi Eleazar filius Schamua dicit. Eſto gloria diſcipuli tui tam chara tibi perinde tua ipſius. Et ſit honor ſocii tui ſicut timor præceptoris tui. Et timor Rabbini tui ſicut timor Dei.

R. OB. DE BARTENORA. יהי כבוד תלמידך חביב עליך כשלך *Eſto gloria diſcipuli tui cara tibi perinde ac tua ipſius*, ſicuti invenimus de Moſe qui diſcipulo ſuo Joſuæ dixit Exod. 17. 9. בחר לנו אנשים ubi eos ſibi æquales ſtatuit. *Et ſit honor ſocii tui ſicut timor præceptoris tui*, uti Aharon dixit Moſi Gen. 43. 20. בי אדוני cum tamen frater ipſius erat natu major. *Et timor magiſtri tui ſicut timor Dei*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 11. 28. אדני משה כלאם dele illos e mundo, quoniam ſi rebellarunt contra te, res ſe habet perinde ac ſi contra Deum rebellaſſent, & interemptione digni eſſent.

LEUDSENUS. כבוד תלמידך *gloria diſcipuli tui.* Gloſſa ait שתעשה לתלמידך קרוב לחברך *Quod facies gloriam diſcipulo tuo fere ſicut ſocio tuo.* חבר *hic denotat commilitonem ſive condiſcipulum in ſtudiis.*

ומורא רבך *& timor præceptoris tui* ſit ſicut timor Dei. Hæc ſententia hujus Rabbini docet debitam obſervantiam eſſe præceptoribus præſtandam: nam hi in terris poſt Deum proximo loco haberi debent. A parentibus tantum eſſe, ſed à præceptoribus bene eſſe & bene vivere habemus. Hinc nata eſt vulgo jactata ſententia, *Parentibus & præceptoribus non poteſt reddi æquivalens.* Vide Fagium.

FAGIUS. Commendat hæc ſententia Rabbinis & præceptoribus ſtudium & amorem quo proſequi debent diſcipulos ſuos, quos erudiendos ſuſcipiunt. ut videlicet non minus illos quam ſe ipſos diligant, hoc enim etiam requirit præceptum de diligendo proximo, quod potiſſimum valere debet in his qui nobis aliis arctius ſunt conjuncti: ut liberi parentibus, diſcipuli ſuis præceptoribus. Dein hortatur ad reverentiam erga commilitonem in ſtudiis, quem Judæi hic per חבר intelligunt, quod res ſit non parvi momenti commodum habere condiſcipulum cum quo diſcas & te exerceas. Nam & rex Salomon in proverbiis inquit ברזל בברזל יחד ואיש יחד פני רעהו quod quidam eo ſenſu dictum accipiunt, quod ſicut ferrum ferro acuitur, ita & ingenia ſe mutuo acuunt. Poſtremum, obſervantiam præceptoribus præſtandam docet, quod hi certe poſt Deum in terris proximo loco haberi debent. ut enim à parentibus eſſe, ita à præceptoribus bene vivere habemus: unde rectè nata eſt vulgo jactata ſententia, parentibus & præceptoribus non poteſt reddi æquivalens.

יג רבי יהודה אומר הוי זהיר בתלמוד ששגגת תלמוד עולה זדון רבי שמעון אומר שלשה כתרים הם כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות וכתר שם טוב עולה על גביהן :

13. Ribbi Jehudah dicit. Eſto cautus in Thalmud, nam error qui in Thalmud committitur, reputatur pro temeritate ſeu præſumptione. Ribbi Schimeon dicit. Tres ſunt coronæ. Corona legis; Corona ſacerdotii, & corona regni. Corona autem boni nominis, aſcendit ſupra omnes.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי זהיר בתלמוד *Eſto cautus in doctrina*, ſis in ſtudiis tuis accuratus, ut omnia rite fiant. *Nam error qui in doctrina committitur, reputatur pro temeritate*, ſi in doctrina juris erraverit, temerarius habendus eſt, quia inde fiet ut licitum pronuncies id quod illicitum eſt, & contra; & Deus hoc tibi imputabit, perinde ac ſi de induſtria id feciſſes.

שלשה כתרים הם *Tres coronæ ſunt*, quæ in Lege deſcriptæ ſunt quibus & Lex honorem largitur obſervantibus ipſam. כתר תורה *Corona Legis*, de qua ſcriptum eſt Levit. 19. 32. והדרת פני זקן per זקן intelligendus eſt is qui ſibi ſcientiam comparavit. כתר כהונה *Corona ſacerdotii*, de qua extat Levit. 21. 8. וקדשתו קדש יהיה לך Tertia eſt כתר מלכות *Corona regni*, de qua ſcriptum eſt Deut. 17. 15. שום תשים עליך מלך ſit ergo timor illius ſuper te. וכתר שם טוב *Et corona boni nominis*, qui e bonis operibus magnam ſibi comparavit famam, pro illo non invenimus in Lege coronam; ut alii propter hanc ipſum honore afficerent; ſed hæc omnes tres reliquas ſuperat, quia omnes tres hac opus habent, nam ſi quis ſit diſcipulus Sapiens malæ famæ, licet ipſum contemnere. Et ſi fuerit pontifex maximus, uti diximus in codice Joma, quod filii populorum venient in pace, quando opera Aharonis perficiunt, ſed filii Aharonis non venient ſi non faciant opera Aharonis. Si vero ſit rex, ſcriptum eſt de ipſo Exod. 22. 27. ונשיא בעמך לא תאר ei ſcilicet qui opera populi tui fecerit, non maledices, ſin contra, non teneris eum honorare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi tres excellentiæ gradus conceſſi fuerunt huic populo in principio legiſlationis, qui ſunt, ſacerdotium, regnum, & Lex; ſacerdotium obtigit Aharoni, regnum Davidi; Legis vero corona propoſita fuit omni qui illa coronari voluerit. Dixerunt Sapientes, tu putas hanc coronam cæteris duabus viliorem eſſe, ſed nequaquam, nam ambabus major eſt, & in ipſa duæ continentur, uti ſcriptum eſt Prov. 8. 15 בי מלכים ימלכו Cæterum coronam bonæ famæ aſſequimur Lege, ſcilicet ſtudio & obſervatione ipſius, in hoc enim bona fama vere conſiſtit.

LEUSDENUS. תלמוד *Talmud*. Hæc vox varias habet ſignificationes. Communiter ſignificat librum, qui omnem doctrinam & ſcientiam Judæorum comprehendit, & quicquid juris divini vel humani apud ipſos eſt, h. ejus civile & canonicum Judæorum. Comprehendit Miſnam & Gemaram. Talmud eſt vel Hieroſolymitanum ſcriptum à & pro Judæis Hieroſolymitanis; vel Babylonicum ſcriptum à & præcipuè pro Judæis in Babylonia habitantibus. Vide varias quæſtiones de Talmude in Philologo Mixto.

שלשה כתרים *Tres coronæ* datæ ſunt Iſraëlitis, quarum una alteri non eſt ſimilis. Sacerdotium, quo dignus fuit Aaron; Regnum quo dignus fuit David; & Lex, quæ cuivis conceſſa fuit, qui voluit eâ coronari: ſic ait Gloſſa כתר תורה מנח לכל *Corona legis relicta eſt omnibus*.

שם טוב עולה *Nomen bonum aſcendit* ſupra omnes illas. Gloſſa ait משבח מכלן *Eſt laudandum præ illis omnibus*, ſcil. tribus coronis præcedentibus.

FAGIUS. Taxat hæc ſententia ut hebræi exponunt, ignaviam & ſomnolentiam Rabbinorum, Thalmudica dogmata profitentium, quibus, ſi per ignaviam, & inſcitiam non rectè doceant, reputatur, perinde ac ſi temere & ſtudio falſum doceant. Poteſt tamen in genere referri ad omnes quarumcunque artium & diſciplinarum profeſſores, ut in tradendis illis juſtam adhibeant diligentiam, multos enim ſecum errare facit qui male docet. De ſignificatione vocis תלמוד ſi quæ ſcire cupis, lege Thiſbiten Heliæ. Maymon hanc ſententiam ſic explicat אלו השלש מעלות טובות נתנו לאומה זו בתחלת נתינת התורה והן הכהונה והמלכות והתורה כהונה זכה בה אהרן מלכות זכה בה דוד וכתר תורה מונח לכל מי שירצה להתעטר בה ואמרו ז״ל ושמא תאמר שזה הכתר פחות הוא משנים האחרים אינו כן אבל גדול הוא משניהם וכו ידוע השני שני בי מלכים ימלוכו ורוזנים יחקקו צדק ואמר כי שרים ישורו וגו׳ אבל כתר שם טוב מגיע מצות התורה ר״ל ידיעתה והמעשה בה כי בהן יגיע עד השם הטוב האמתי id eſt, iſtæ tres bonæ dignitates datæ fuerunt populo huic (ſcilicet Iſraëlitico) in principio quo data fuit lex. Nempe ſacerdotium, regnum, & lex. Sacerdotio dignus fuit Aaron, Regno dignus fuit David, Corona verò legis appoſita eſt cuivis homini cupienti ea coronari. Porrò dixerunt ſapientes, fortaſſis dices iſtam coronam inferiorem reliquis duabus, ſcias hoc non eſſe, imò major eſt aliis duabus, atque ea reliquæ duæ conſtant. Sicut dicitur. Per me reges regnant & conſiliarii conſtituunt juſta. Per me etiam principes principatum gerunt, &c. Cæterum corona bona nominis proficiſcitur ex lege, hoc eſt, ex cognitione ejus, & ex eo ut eam factis exprimas, inde enim verum nomen bonum provenit. hactenus ille. Vides jam præcipue hic commendari ſtudium bonæ famæ. Melius eſt enim nomen bonum quàm divitiæ multæ inquit Eccleſiaſtes. Et poëta canit, Omnia ſi perdas famam ſervare memento.

יד רבי נהוראי אומר הוי גולה למקום תורה ואל תאמר שהיא תבא אחריך שחבריך יקיימוה בידך ואל בינתך אל תשען :

14. Ribbi Nehorai dicit. Commigra ad locum legis, neque dicas ut illa te ſequatur: quoniam ſocii tui ſtabilient eam in manu tua. Et prudentiæ tuæ ne innitaris.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי גולה למקום תורה *Commigra ad locum Legis*, ſi in loco ubi degas, non ſint viri docti. ואל תאמר שהיא תבא אחריך *Neque dicas ut illa te ſequatur*, dicendo diſcipuli Sapientum huc (ad me) veniant. שחבר יקימוה בידך *Quoniam ſocii tui eam ſtabilient, in manu tua*, ne confidas ſociis tuis quando a magiſtro ſuo venientes ſtabiliunt Legem in manu tua, nam diſces ex iis id quod illi didicerunt a magiſtro; ſed adeas ipſe potius ad locum ubi docet magiſter, quia magnum eſt diſcrimen ſi quis ex ore magiſtri, an vero ex ore diſcipuli doctrinam hauriat. Aliter, noſti quare tibi dixi; abi ad locum ubi Lex docetur, quia ſocii tui eam confirmabunt in poteſtate tua, etſi enim multo ſapientior ſis, tamen Lex

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Ribbi quod locus quærendus ſit ubi meditetur & addiſcat Legem, nam ope alterius aſſequaris meditationem; & confirmabitur, ſed ne ingenio tuo nimium confidas, neque dicas quod non indigeas ſociis, neque diſcipulis qui te excitent.

non ſtabilietur in manu tua, niſi mediantibus ſociis tuis, quibuſcum diſputaveris ; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& ne prudentiæ tuæ innitaris.*

LEUSDENUS. רבי נהוראי *Ribbi Neboraj*, Hoc nomen huic Rabbino eſt datum ab effectu. Gloſſa & Jarchi ajunt זהו רבי אלעזר בן ערך שהיה מנהיר עיני חכמים בהלכה *hic eſt Ribbi Eleazar filius Arach, qui illuminavit oculos Sapientum in* Halacha. על שם שהוא מנהיר פני חכמים בהלכה נקרא כן *Quia ille illuminavit facies ſapientum in Halacha*, ideo vocatus eſt ſic. הלכה *Halacha* eſt conſtitutio juris, traditio deciſa, uſu & conſuetudine approbata, ſecundum quam eſt incedendum & vivendum, ab הלך *Ire, incedere. Vide Lex. Talm. Buxt. p* 612.

למקום תורה *Ad locum legis.* Gloſſa vertit למקום הרב *ad locum Rabbini*, ubi Rabbinus habitat quem rogare & conſulere potes. Jarchi ait שהרב שם *Ubi eſt Rabbi.* שהיא תבוא *Ut illa veniat* poſt te, gloſſa explicat per שהרב יבא בכאן ואלמוד לפניו *quod Rabbinus veniet hic ut diſcam coram eo.*

יקיימוה *Stabilient eam.* Jarchi ait שכל ספיקות שיש לך יאמרו לך *Nam omnia dubia quæ tibi* occurrunt, *dicent tibi.* Hæc ſectio docet publicas ſcholas eſſe quærendas ad ſtudia promovenda, eaſque eſſe præferendas privatis exercitiis: nam viva vox plus in diſcendo circa diſcipulum habet efficaciæ, quam ſi ille tantum mutos conſulat magiſtros, & ſolus ſeparatus à commilitonibus ſtudeat. Hinc Hebræi ajunt הרבה למדתי מרבותי ויותר מחברי ומתלמידי יותר מכלם *Multa didici à Rabbinis meis, & à diſcipulis meis plura quam ab omnibus aliis.* Vide Fagium.

ואל בינתך אל תשען *Et prudentiæ tuæ ne innitaris.* Jarchi ita explicat אל תאמר איני צריך ללכת לרב אלא מעצמי אוכל אני לירד לעומקה *Ne dicas non eſt mihi neceſſe ire ad Rabbinum, ſed ex me ipſo poſſum deſcendere ad profunditatem ejus*, ſcil. halacha: h. e. poſſum ex me ipſo intelligere ſubtilem illam traditionem, &c.

FAGIUS. Monet quærendas publicas academias & gymnaſia, in quibus traduntur diſciplinæ & bonæ literæ, præſertim ſacræ, quas legis nomine intelligunt hebræi. Non eſſe domi tabeſcendum, utiliora eſſe publica & cum aliis communia ſtudia quàm privata & ſolitaria. Solitaria ſiquidem lectio ſæpe non tantum non magnum fructum adfert, ſed & faſtidium parit, vires ingenii obtundit, & ſæpe incerta pro certis habet. Cum è contrà viva vox multum habeat energiæ, aliorumque exemplum ſtudium mire accendat, judicium acuat, lecta confirmet, id quod hebræi eleganter hebraicè ſic exprimunt הרבה למדתי מרבותי ויותר מחברי ומתלמידי יותר מכלם id eſt, Multa didici à Rabbinis meis, plura à ſociis meis, & à diſcipulis meis plura quam ab omnibus aliis. Legimus in veteribus hiſtoriis (ſcribit D. Hiero. in epiſtola ad Paulinum presbyterum) quoſdam luſtraſſe provincias, novos adiiſſe populos, maria tranſiſſe, ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent. Sic Pithagoras Memphiticos vates: ſic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eandemque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſſime peragravit: ut qui Athenis magiſter erat & potens, cujuſque doctrinam academiæ, gymnaſia, perſonabant, fieret peregrinus atque diſcipulus, malens aliena verecundè diſcere, quam ſua impudenter ingerere. Hactenus ille.

טו רבי ינאי אומר אין בידינו לא משלות הרשעים ואף לא מיסורי הצדיקים רבי מתיא בן חרש אומר הוי מקדים בשלום כל אדם והוי זנב לאריות ואל תהי ראש לשועלים :

15. Ribbi Janai dicit. Non eſt in manu noſtra neque proſperitas impiorum, neque caſtigationes juſtorum. Ribbi Mathia filius Horeſch dicit. Anteverte cum pace quemvis hominem. Eſtoque cauda leonum, neque fias caput vulpium.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בידינו *Non eſt in poteſtate noſtra*, vult dicere, nos non aſſequimur hoſce caſus & rationes quare impii fruuntur rebus ſecundis, & pii adverſis. Aliter, in temporibus captivitatis, pace & tranquillitate non fruimur quas Deus impiis dare ſolet in exitium in mundo futuro, neque pœnis juſtis convenientibus, quæ ſunt pœnæ amoris, in quibus non continetur ceſſatio Legis; nempe, quæ excipiuntur e conditione impiorum, nam nobis ſcil. piis non eſt tranquillitas ſicuti impiis, nam non aſſequimur conditionem juſtorum, quia pœnæ noſtræ non obveniunt nobis ex amore, ſicuti juſtis. הוי מקדים שלום לכל אדם *Anteverte ſalutando omnem hominem*, etiam gentilem in loco publico. והוי זנב לאריות *eſtoque cauda leonum*, eſto minimus maximorum. Per *vulpes* intelliguntur minimi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit R. Jannai quod homo diſcere debet, ab eo qui ipſo ſapientior eſt, idque ei melius ac convenientius eſſe, quam ſi magiſter ſit illius qui ipſo minor eſt, quia in primo caſu ſcientia ipſius augetur, in ſecundo autem diminuetur. Tu vero hoc colliges ex eo quod expoſuimus in Sanhedrin; illi enim hoc ſtatuerunt quod in ſanctitate aſcendendum ſit & non deſcendendum, ex eo quod primarius judicum viginti & trium aſcendat ad locum primum collegii magni e ſeptuaginta & uno conſtantis, atque ita dignitatem ſemper augeri.

LEUSDENUS. אין בידינו *Non eſt in manibus noſtris.* Gloſſa ait אין הדבר ידוע מדוע דרך רשעים צלחה *Res hæc non eſt nota, quare via improborum proſperetur.*

לאריות *leonibus.* Gloſſa ait לאנשים טובים *hominibus bonis.* לשועלים *vulpibus*, h.e. לריקים *vanis.* Jarchi nonnulla addit majoris explicationis ergo הוי זנב לאריות טוב לך שתהיה זנב לאריות לאנשים טובים מהיותך ראש ושר לריקים *Eſto cauda leonibus*, h. e. melius *eſt tibi ut ſis cauda leonum*, h. e. hominum bonorum, *quam ut ſis caput & princeps vanorum* h. e. præſtat te eſſe ultimum inter ſapientes, bonos & pios, quam primum & præcipuum inter homines vanos, malos & impios.

FAGIUS. Sæpe videmus in malis & impiis hominibus fœliciſſimos rerum ſucceſſus, ſecus verò in bonis & piis. quod cur fiat, non eſt noſtrum curioſius inquirere, aut contrà deum murmurare, ſunt enim occulta dei judicia. rectè ergo monent hebræi אין להרהר אחרי מעשה השם שהכל עושה בחכמה אעפ׳ נעלמת מעיני חכמים id eſt. Non ſunt curioſius inveſtiganda facta dei (id enim proprie הרהר ſignificat cui reſpondet apud græcos diakrino qua voce utitur Apoſtol. Rom. 4. loquens de fide Abrahami ou dickrithe, id eſt, non dijudicavit, aut diſquiſivit, quod eſt diffidentis, diſpicit enim ac dijudicat qui non plene confidit) omnia enim ſapienter facit, tametſi abſconditum ſit ab oculis ſapientum. Item, אין לשאול טעם לסבות הבורא Id eſt, non eſt inquirenda ratio cauſarum cur Deus hoc vel illud faciat. Dicunt præterea hebræorum ſapientes non inepte הצדיקים תחלתם יסורין וסופן שלוה והרשעים תחלתם שלוה וסופן יסורין Id eſt, principium juſtorum ſunt caſtigationes: finis autem eorum proſperitas. Impiorum verò principium fœlicitas: finis autem eorum caſtigationes. quo dicto innuunt. Bonorum præmia differri in futurum ſeculum, ſimiliter & pœnam malorum. Duo habet hæc ſententia. Primum, commendat comitatem & affabilitatem, ut blandè & amicè quosvis alloquamur & ſalutemus, juxta illud Cathonis, Saluta libenter. conciliat enim

enim ea comitas, & affabilitas multorum benevolentiam. Alterum, præſtare poſtremum eſſe inter ſapientes, bonos & juſtos, quam præcipuum inter malos.

טז רבי יעקב אומר העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין :

16. Ribbi Jacob dicit. Mundus iſte ſimilis eſt veſtibulo ante ſeculum venturum, præpara teipſum in veſtibulo; ut intrare (poſſis) in triclinium.

R. OB. DE BARTENORA.

פרוזדור eſt idem quod בית שער *Veſtibulum*, hoc ſenſu in Targum occurrit. טרקלין notat *Palatium*, & ſedem regiam; ita te compares in hocce mundo, ut deinceps conſequare mundum futurum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טרקלין *Triclinium*, eſt idem quod היכל *Palatium* פרוזדור eſt *veſtibulum*, comparatio clara eſt, & ſcopus notus, nam in hoc mundo homo acquirit virtutes quibus meretur mundum futurum; nam hic mundus eſt via in futurum.

LEUSDENUS. פרוזדור *veſtibulum*. eſt vox origine græca, & denotat אולם הפתח *porticum ſive veſtibulum januæ*. Gloſſa ait, פורטיקו בלע"ז קודם שנכנסים לבלך *Eſt porticus vernaculè*, per quam tranſeunt, *antequam eunt ad regem*. טרקלין *triclinium*, ſive palatium eſt לפני המלך *coram rege*. h.e. מקום מושב המלך *locus ubi Rex ſedet*. Et ſic per veſtibulum intelligitur העולם הזה *mundus hic*, & per triclinium העולם הבא *mundus venturus*. Hæc ſententia docet vitam in hoc mundo ita eſſe inſtituendam, ut poſt hanc vitam dignus ſias fœlicitate futuri ſeculi: eſt enim præſens ſeculum via & tranſitus ad ſeculum futurum. Jarchi ita exponit; Qui vult ingredi ad regem præparat caput, barbam & veſtes ante atrium templi, ſic quilibet homo neceſſe habet ſe præparare in hoc mundo reſipiſcentiâ & bonis operibus. Quemadmodum qui parat veſperâ ſabbathi habet quod comedat ipſo Sabbatho.

FAGIUS. Satis liquet quid ſibi velit hæc ſententia, nempe ſic inſtituendam eſſe vitam hujus ſeculi, ut dignus ſias fœlicitate futuri ſeculi: quo ſenſu & Rabbi Maymon hebraicè ſic exponit טרקלין הוא ההיכל ופרוזדור הוא בית שער והמשל מבואר והכונה ידועה שבעולם הזה יקנה האדם המעלות שבהן יזכה לעולם הבא כי זה העולם אמנם הוא דרך ומעבר לעולם הבא id eſt, טרקלין eſt palatium, & פרוזדור eſt veſtibulum. Eſt autem manifeſtum quid ſibi velit hæc parabola, nempe quod homo in præſenti ſeculo operam dare debeat virtutibus, quibus dignus fiat ſeculo futuro. Eſt enim præſens ſeculum via & tranſitus ad ſeculum futurum. Idem hebræi & hoc dicterio innuere ſolent מי שטרח בערב שבת יאכל בשבת מי שאינו מכין בערב שבת אינו יאכל בשבת Id eſt, qui parat in veſpera Sabbati, comedet in ipſo Sabbato. Qui verò nihil parat in veſpera Sabbati, nihil comedet in ipſo Sabbato. Alluſio eſt ad ritum legalem, quo populus Iſraëliticus quondam in profeſto Sabbati ex præcepto Domini parare jubebatur, quibus veſci volebat in ipſo feſto Sabbati. unde & dies ille paraſceve, id eſt, dies præparationis vocabatur.

יז הוא היה אומר יפה שעה אחת בתשובה ובמעשים טובים בעולם הזה מכל חיי העולם הבא ויפה שעה אחת של קורת רוח בעולם הבא מכל חיי העולם הזה :

17. Idem dixit. Melior eſt una hora, qua homo reſipiſcit, & facit bona opera, in hoc ſeculo, quam tota vita ſeculi futuri. Et melior eſt una hora refrigerii in ſeculo futuro, quam tota vita præſentis ſeculi.

R. OB. DE BARTENORA.

יפה שעה אחת בתשובה *Melior eſt una hora cum reſipiſcentia*, ad pœnitentiam agendam. מכל חיי העולם הבא *Quam tota vita mundi futuri*, quia in mundo futuro nec pœnitentiæ nec bonis operibus locus eſt, quia mundus futurus tantum deſtinatus eſt mercedem accipientibus pro eo quod fecerint in hocce mundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite decimo codicis Sanhedrin, quod poſt mortem homo non conſequitur perfectionem, niſi in hocce mundo operam dederit ſe indies perfectiorem reddere, & hoc denotat Salomo Eccleſ. 9. 10. Sed eo in ſtatu quo ſit poſt mortem, ſemper manebit; propterea requiritur ut homo in hocce breviſſimo temporis momento diligentiam adhibeat, & totam ſuam vitam in virtutibus conquirendis impendat per viam bonam, quia damnum illius ingens eſt, cum nullum excogitari poſſit remedium. Et quia ſancti homines has virtutes conſequi ſtudebant, ideo totum vitæ tempus in iis adipiſcendis conſumpſerunt. Contra alii homines omne ſuum tempus terunt in corporeis comparandis, & ex hoc mundo egrediuntur quemadmodum ipſum ingreſſi ſunt, & omnia perdunt. Vulgus autem omnem veritatem in hoc caſu perverterunt, dixeruntque primam claſſem perdet mundus, ſecunda vero hæreditate mundum poſſidebit; ſed caſus omnino contrarius eſt. Verum illi lucem cenſent tenebras, & tenebras lucem; væ illis quod veritatem invertunt. Hujuſce rei fundamentum poſuit Salomo in Eccleſiaſte ſuo, temporis emolumentum laudando, & damnum ipſius vituperando, & dicit deinceps poſt mortem non eſſe lucrum nec damnum illius quod in hocce mundo neglexit; & hæc omnia vera ſunt. Hunc in veritate conſideraveris librum, veritas tibi manifeſta erit.

LEUSDENUS. חיי העולם הבא *vita ſeculi venturi*. Hæc vita præfertur vitæ ſeculi futuri; quia in hâc vitâ ſupereſt locus reſipiſcendi & bene agendi, ſed non in futuro ſeculo: ibi enim homo ratione vel benefactorum vel malefactorum accipiet præmia vel pœnas. Gloſſa ſic explicat שעם אין עוד תשובה ומעשים טובים שאינו אלא לשלם שכר *Nam ibi*, ſcil in futuro ſeculo, *non erit erunt amplius reſipiſcentia & bona opera, ſed non erit niſi ad retribuendam mercedem*. Et una hora refrigerii ſpiritus in ſeculo venturo dicitur eſſe melior totâ vitâ ſeculi præſentis, addit gloſſa rationem שאין פה הנאה שלימה *nam hic non eſt utilitas perfecta*.

FAGIUS. Ut prior ſententia ad rectam vitæ inſtitutionem quæ digna ſit futuro ſeculo hortatur, ita hæc oſtendit quam præclara res ſit pœnitentia ſtudiumque bene agendi. Præfertur enim vitæ futuri ſeculi, eò quod tum nullus ſupereſt locus vel reſipiſcendi vel bene agendi, quare dum in hac vita ſumus, meditanda eſt vitæ emendatio, nec ea in ſeculum uſque futurum differenda, ut cui tum nullus locus erit, ſed vel æternorum præmiorum, vel æternarum pœnarum expectatio. Reddetur enim unicuique juxta opera ſua, ſicut in multis locis teſtatur ſcriptura. Hic certe tempus eſt faciendi ſementem, tum erit tempus meſſis. Gala. 6. *Dum igitur tempus habemus*, ut inquit Apoſtolus, *operemur bonum*. Quicquid enim ſeminaverit homo, hoc &

metet. Dein proponitur hic magnitudo & amplitudo æternæ fœlicitatis, qua poſt hanc vitam ſancti perfruentur, conſiderandа. Oculus enim ut inquit ſcriptura, non vidit & auris non audivit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.

יח רבי שמעון בן אלעזר אומר אל תרצה את חבירך בשעת כעסו ואל תנחמנו בשעה שמתו מוטל לפניו ואל תשאל לו בשעת נדרו ואל תשתדל לראותו בשעת קלקלתו :

18. Ribbi Schimeon filius Eleazar dicit. Noli placare ſocium tuum in hora indignationis ſuæ. Neque conſoleris eum in hora qua mortuus ejus jacet coram eo. Neque interrogaveris eum in hora voti ſui. Neque contendas inviſere eum in hora calamitatis ſuæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אל תרצה את חבירך בשעת כעסו *Noli placare ſocium tuum in hora indignationis ſuæ*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 33. 14. פני ילכו והניחותי לך Dixit Deus Moſi, expecta donec ira mea ſedata fuerit. *Neque conſoleris eum in hora quo mortuus ejus jacet coram eo*, nam in tempore deſtructionis Deus contriſtatur, ob infortunia populi ſui, & tunc angeli ipſum conſolari voluerunt, reſpondit autem ſpiritus ſanctus, *ne feſtinate ad me conſolandum. Neque interrogaveris ipſum in hora voti ſui*, ut viam inveniat quo ipſum diſſolvat, quia tum ad quamlibet excuſationem dicet quod iſta intentione diſſolvit votum, deinde vero non invenies excuſationem. Cæterum invenimus quod cum Deus jurabat Moſi ipſum non ingreſſurum terram Canaan, non ſtatim ſupplicavit, ſed expectavit, & deinde verba fecit. *In hora calamitatis*, quia is a quolibet homine pudore perfunditur, dum propter peccatum affligitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt, & moralia quædam in ordinibus humanæ ſocietatis obſervanda, quibus res ſuo loco rite perficiuntur.

LEUSDENUS. אל תרצה *Noli placare.* Gloſſa vertit per אל תפייס *Ne contentum reddas, ne concilies* ſocium tuum. Hæc ſententia docet opportunitatem eſſe expectandam ſive iratus ſit placandus, ſive lugens conſolandus, ſive compellandus qui voto ſe aſtrinxit, ſive inviſendus qui calamitate aliqua premitur. Vide Fagium. Lugens eſt quidem conſolandus, ſed Judæi judicant tum nondum eſſe tempus quando mortuus jacet in conſpectu; verum tum quando cadaver terræ eſt mandatum: tum enim lugentes ſolent recipere conſolationes.

אל תשאל *Ne interroges* eum in hora voti ſui, addit gloſſa שיתירהו בשעת נדרו *Ut ſolvat illud in hora voti ſui.* Vel ne dicas ipſi tum, ſolve votum tuum ſtatim.

אל תשתדל *Ne operam des* inviſere eum tempore calamitatis, addit Jarchi לפי שהוא מתבייש מכל אדם *Quoniam ille pudore ſuffunditur à quovis homine.*

FAGIUS. Monet in omni re opportunitatem ſpectandam eſſe, ſive ſit placandus iratus, ſive conſolandus lugens. ſive compellandus qui voto ſe aſtrinxit, ſive inviſendus qui premitur magna aliqua calamitate & tribulatione. לכל זמן ועת לכל חפץ תחת השמים *id eſt, omnibus eſt tempus, & ſuam opportunitatem habet quæcunque res ſub cœlo*, inquit Eccleſiaſt. cap. 3.

יט שמואל הקטן אומר בנפל אויבך אל תשמח ובכשלו אל יגל לבך פן יראה יהוה ורע בעיניו והשיב מעליו אפו :

19. Schemuel minor ille dicit. Cum ceciderit hoſtis tuus, ne gaudeas: & cum ipſe impegerit, non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & diſpliceat oculis ejus, avertatque ab eo iram ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

בנפול אויבך אל תשמח *Cum ceciderit hoſtis tuus, ne gaudeas*, eſt verſus qui occurrit proverbiorum Prov. 24. 11. Samuel minor autem hoc modo alios reprehendere ſolebat. *Ne forte videat Dominus* &c. Nam tu hoc feciſti in corde tuo, quaſi is eſſet legatus tuus ad complendum deſiderium tuum. *Et avertet ab eo iram ſuam*, quia non dicit ושב, ſed והשיב, ſenſus eſt, quod avertet eam ab inimico tuo, & in te eandem convertet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptura non dicit חרון אפו ſed אפו tantum. Hinc colligimus quod omnia peccata ei condonata ſunt, licet Salomo hoc præceptum dixerit per ſapientiam ſuam, tamen hicce doctor ope illius hanc apprehenſionem protulit, & ab hoc peccato alios deterruit.

LEUSDENUS. שמואל הקטן *Schemuel minor.* Jarchi addit הקטן משמואל הרמתי *minor Samuel Ramathæo.* כמו שמצינו שיצאה בת קול ואמרה שהיה ראוי שתשרה עליו שכינה *Sicut invenimus quod exiverit filia vocis* (h. e. Oraculum divinum) *& dixerit, quod ſit dignus ſupra quem habitet Spiritus Sanctus.* והשיב *& avertat* ab eo iram. Gloſſa ait שישיבנו ממנו ויבוא עליך *quod avertat eam* (iram) *ab eo, & veniat ſupra te.*

FAGIUS. Eandem ſententiam & Salomon habet in proverbiis cap. 24. Qua monetur non gaudendum de calamitate & afflictione inimici, ſed cognoſcenda eſt manus dei & judicium ejus cur illum affligat, & rogandus eſt deus ut te conſervet à peccatis ne ſimilem in calamitatem incidas. Quisquis igitur ſe ipſum judicet, quia juſtus prior eſt ſui accuſator. Sumus enim omnes peccatores, nec poteſt quisquam gloriari & alteri ſe præferre.

כ אלישע בן אבויה אומר הלומד ילד למה הוא דומה לדיו כתובה על ניר חדש והלומד זקן למה הוא דומה לדיו כתובה על ניר מחוק רבי יוסי בר יהודה איש כפר הבבלי אומר הלומד מן הקטנים למה הוא דומה לאוכל ענבים קהות ושותה יין מגיתו והלומד מן הזקנים

20. Eliſcha filius Abujah dicit. Qui diſcit puer (exiſtens) cui ſimilis eſt? atramento ſcripto in novam papyrum. Qui verò diſcit cum ſenex eſt, cui ſimilis eſt? atramento ſcripto in papyrum bibulam. Ribbi Joſe filius Jehudah vir ex pago Babylonico dicit. Qui diſcit à junioribus cui ſimilis eſt? ei nempe qui edit uvas immaturas & bibit vinum de torculari ſuo. Qui verò diſcit à ſenioribus cui

הזקנים למה הוא דומה לאוכל ענבים בשולות ושותה יין ישן רבי אומר אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו יש קנקן חדש מלא ישן וישן שאפילו חדש אין בו :

cui ſimilis eſt? ei nimirum qui edit uvas maturas & bibit vinum vetus. Ribbi dicit. Ne inſpicias cantharum, ſed potius id quod in eo eſt. Aliquando enim cantharus novus refertus eſt vino veteri, interdum vero cantharus vetus eſt in quo nec novum vinum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

על נייר חדש *Super papyro nova*, in qua literæ diu conſervantur; ita ſe habet cum juvenum ſtudio. ענבים קהות *Uvas immmaturas*, quæ dentes obtuſos faciunt, ita juvenum ſapientia non ſatis matura, & verba ipſorum cordi non infixa ſunt. יין מגתו *Vinum e torculari ſuo*, cujus fœces in ipſo commixtæ ſunt; ita juvenum ſcientia commixta eſt multis cum dubiis. אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו *Ne aſpicias cantharum, ſed quod in eo continetur.* Ribbi contradicit R. Joſi, & putat quod cum ſunt canthari novi vino veteri pleni, etiam ſunt juvenes qui ſenili ſapientia præditi ſunt, & contra ſenes juvenibus ſapientia inferiores.

LEUSDENUS. על נייר חדש *In charta nova.* Jarchi comparat puerum diſcentem atramento ſcripto in charta nova שנבקרה שם יפה ואינו נמחק לעולם כך הלומד בילדותו אינו שוכח לעולם *Quod adhæret ibi pulchre, & non eraditur unquam, ſic qui diſcit in juventute non obliviſcitur unquam.*

קהות *Immaturæ uvæ.* Vocantur ſic ab effectu, האוכל את הבוסר תקהינה שניו *Qui edit omphacem* (uvam immaturam) *obtuſi fiunt dentes ejus.*

יין מגיתו *Vinum ex torculari ſuo*, ſcil. quod nondum eſt dulce. Jarchi addit שנתמצה מן הגת ואינו מתוק *quod exprimitur ex torculari, cum nondum dulce eſt.* Qui diſcit à Juvenibus, eſt ſimilis illi qui immaturas uvas edit, & vinum nondum dulce bibit: nam eruditio in juvenibus non eſt ita matura & firma, quam quidem in ſenibus, qui habent longam experientiam.

יין ישן *Vinum vetus.* Gloſſa ita hæc comparat, תורתן של זקנים שלימה כיין ישן *doctrina ipſorum ſenum eſt perfecta ſicut vinum vetus.*

רבי אומר *Ribbi dicit* omnes juvenes non eſſe æquales, ſed eos ſæpe ſapientiores eſſe ſenibus. Gloſſa addit לאו כן הדברים שיש בחור שתורתו שלימה מן הזקנים *Res illæ ſic ſemper ſeſe non habent: nam invenitur* aliquando *juvenis cujus doctrina eſt perfectior quam in ſenibus.* Hæc ſententia de cantharo, qui quandoque repletus eſt vino veteri, &c. dicitur parabolicè in juvenes & ſenes. Illi ſapientiâ ſenes ſæpè ſuperant, uti etiam pauperes ſæpè divites antecellunt prudentiâ. Senes ſæpe ſtultitiâ juvenes vincunt, aut planè omni ſapientiâ deſtituuntur. Externa ergo internorum fallacia ſymbola ſunt. Sic explicat hanc ſententiam *Buxt. in Lex. Talm. p.* 2073.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit doctor, quod doctrina in juventute acquiſita, ſit ſtabilis, & non facile oblivioni tradatur, contra tamen fit in ſenectute R. Joſe dicit quod juvenum ſcientia multis quæſtionibus & dubiis implicita eſt, quia non multum temporis impendunt ad recolligenda illa quæ didicerint. Ribbi vero dicit non explorabis vinum per cantharum tuum, quia cantharus novus aliquando continet vinum vetus, & contra; ut & canthari veteres qui nihil continent; ita quoque inveniuntur juvenes qui pura ſcientia præditi ſunt, & non dubiis immixta, ſicuti vinum eſt defœcatum. Sunt etiam ſenes ab omni ſcientia vacui, ita ut dicere non debeamus eos ſcientia confuſa præditos eſſe.

FAGIUS. A teneris aſſueſcere multum, Nec parum refert ſtatim ab incunabulis optimis moribus imbui. Convenit hæc ſententia cum illo poëtico. Quò ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu. Rambam dicit הלמוד בימי הילדות יתקיים ולא יקל לשכחו והענין הלמוד בימי הזקנה בהפך Id eſt, quod in pueritia diſcitur, durat, & non facile memoria excidit, ſecus verò quod in ſenectute diſcitur. Duo hîc præcipue docentur, primum diſcendum eſſe non à quovis, ſed ab iis qui docere poſſunt: utpote à ſenioribus, qui junioribus judicio plerunque plus valent ob rerum videlicet uſum & longam experientiam: unde & dogmata illorum ferè certa & ſolida ſunt, juniorum verò ob rerum imperitiam & judicium minus obfirmatum incerta ſæpe & infirma. Huic pertinet illud in Jobe בישישים חכמה וארך ימים תבונה Id eſt, In ſenibus ſive in ſexagenariis (ut quidam legunt) eſt ſapientia, atque in longitudine dierum prudentia. Alterum, hominem non eſſe judicandum ab externa perſona, ſæpe enim fit ut quis annis juvenis ſit, ſapientia verò rerumque cognitione ſenex. E contrà, ſenem annoſum invenias, qui ſapientia, prudentia, rerumque uſu puer ſit. Ioſeph vir juvenis erat, ſed ut ſcriptura dicit איש אשר רוח אלהים בו id eſt, vir in quo ſpiritus dei erat. Item איש נבון וחכם id eſt, vir prudens & ſapiens, cujus ſimilem rex Pharao non inveniebat in tota Ægypto. Juvenis erat & Timotheus ſed cujus juventutem propter adjunctam illi ſapientiam ſacrarumque literarum qua præditus erat peritiam, Apoſtolus nolebat à quoquam contemni.

כא רבי אלעזר הקפר אומר הקנאה והתאוה והכבוד מוציאין את האדם מן העולם :

21. Ribbi Eleazar Kaparnaita dicit. Invidia, Concupiſcentia, & (amor) gloriæ, extrahunt hominem è mundo.

R. OB. DE BARTENORA.

והתאוה *Et concupiſcentia*, qui in eſu & potu, & coitu deſiderium ſuum implere conatur, & in ſimilibus, והכבוד *Et gloria*, quando is cupit ut ab aliis honoretur.

LEUSDENUS. הקנאה *Invidia.* Jarchi voces invidiæ, concupiſcentiæ & gloriæ ita explicat, הקנאה שיש לו לאדם על חבירו כדכתיב ורקב עצמות קנאה : והתאוה שהולך אחר תאות לבו *Invidia quam homo habet erga ſocium ſuum, ſicut ſcribitur (Prov.* 14. 30.) *& putredo oſſium, invidia. Et concupiſcentia, qui it poſt concupiſcentiam cordis ſui* &c. Hæc tria dicuntur hominem è mundo educere: nam ſæpè hominibus ſunt occaſio interitus. Jarchi ex aliorum ſententia hæc tria adhuc aliter exponit: הקנאה שראו מלאכי השרת שעשו לו לאדם הראשון שהיו צולין לו בשר ומוזגים לו יין וראו כבודו ונתקנאו בו *Invidia, quam viderunt angeli miniſtrantes fieri homini primo, quod aſſarint ipſi carnem & miſcuerint* (ſive infuderint) *ipſi vinum, & viderint gloriam ejus & affecti ſint zelo erga eum* והתאוה שהתאוה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod de invidia, concupiſcentia, & amore gloriæ dicit, eas hominem e mundo extrahere, vult, quod ope iſtorum vitiorum homo perdet fidem Legis, omni virtute tam morali, quam intellectuali orbatus.

FAGIUS. Senſus eſt. Invidia, Malarum rerum appetitus, & ſtudium vanæ gloriæ, hominibus ſæpiſſime occaſio ſunt ſui interitus. exempla paſſim extant cum in ſacris tum in prophanis authoribus.

לאכול מן הפרי *Et concupiſcentia qua deſideravit edere ex fructu.* הכבוד שעשו לו המלאכים לפיכך נגרש מגן ערן *Et gloria quam tribuerunt ei angeli, propterea expulſus eſt ex horto Edenis.*

כב הוא היה אומר הלודים למות והמתים להחיות והחיים לדון לידע להודיע ולהודע שהוא אל הוא היוצר הוא הבורא הוא המבין הוא הדיין הוא עד הוא בעל דין והוא עתיד לדון ברוך הוא שאין לפניו לא עולה ולא שכחה ולא משוא פנים ולא מקח שוחד שהכל שלו ודע שהכל לפי החשבון ואל יבטיחך יצרך שהשאול בית מנוס לך שעל כרחך אתה נוצר ועל כרחך אתה נולד ועל כרחך אתה חי ועל כרחך אתה מת ועל כרחך אתה עתיד ליתן דין וחשבון לפני מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא :

22. Idem dixit. Qui nati ſunt, morientur, qui mortui ſunt, reviviſcent, qui reviviſcent, judicabuntur. Scient qui adhuc naſcentur, ſcient qui modo nati ſunt, ſcient qui ex mortuis reſurgent, quod ipſe Deus eſt formator & creator. Ipſe eſt qui animadvertit (omnia.) Ipſe judex eſt. Ipſe teſtis eſt. Ipſe eſt qui accuſat in judicio. Ipſe eſt qui in futurum judicabit. Benedictus ſit ipſe, quoniam non eſt coram ipſo pravitas, neque oblivio, neque acceptio perſonarum, neque acceptatio muneris: omnia enim ſua ſunt. Noveris inſuper quod omnia juxta ſubductam rationem tranſigentur. Neque ſecurum te faciat malus genius tuus, quaſi ſepulchrum futurum ſit refugium tuum. Te ſiquidem nolente formatus es, te vel nolente vivis, te vel nolente morieris. Tandemque futurum eſt, ut ſtes judicio, redditurus rationem coram rege omnium regum, qui ſcilicet eſt Deus ſanctus, benedictus ſit ipſe.

R. OB. DE BARTENORA.

הילודים למות *Qui nati ſunt ut moriantur*, qui natus eſt, is mori debet, mortui vero reſurgent, hi in vitam æternam, illi vero in opprobrium æternum. והחיים לדון *Et vivi judicabuntur*, reſurgent in judicio ut judicentur. לידע *Ut ſciant*, ex aliis. להודיע *Ad indicandum*, aliis. ולהודע *ut indicetur*; ut e ſe ipſo ſciat.

הוא היוצר *Is eſt formator*, totus enim mundus in ſua eſt manu, quemadmodum lutum in manu figuli; ſed quare? quia is eſt creator qui totum mundum e nihilo creavit, idcirco cum ipſo facere poteſt pro lubitu.

הוא המבין הוא הדיין *Ipſe eſt qui intelligit, ipſe eſt judex*, cum ipſe omnia ſua cognoſcit opera, idcirco omnia opera coram ipſo venient. הוא בעל דין *Ipſe eſt qui accuſat in judicio*, qui peccatoribus proponit quæſtiones. והוא עתיד לדון *Et ipſe judicaturus eſt*, in mundo futuro.

ולא משוא פנים ולא מקח שחד *Neque acceptio perſonarum, neque muneris acceptatio*, Deus enim non honorat faciem neque juſtum perfectum ad ipſum non puniendum ob peccatum leve, nec boni operis præmium propter peccatum, at propter præcepti obſervationem Deus retribuit mercedem, & pœnam ob peccatum, ita exponit Maimonides.

ודע שהכל כא לפי החשבון *Et ſcias quod omnia iuxta ſubductam rationem tranſigentur*, una Pruta conjungitur cum altera uſque ad magnum numerum, ita quoque multa peccata licet levia in magnum tamen excreſcunt numerum.

שעל כרחך אתה נוצר *Nam nolens formatus eſt*, nam anima e loco animarum puro egredi nequit, & in mulieris ventrem impurum ingredi, ſed deinceps venit angelus & ipſa invita eam educit & in ventrem immittit. ועל כרחך אתה נולד *Et nolens natus es*, in momento nativitatis egredi nequit ſed angelus producit eum invitum. ועל כרחך אתה חי *Et nolens vivis*, homo enim adeo premitur labore ut mori malit quam vivere, attamen nequit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לידע להודיע ולהודע *Ut ſciant, ſcire faciant, & ut indicetur*, vult, ut ſciant ii qui naſcentur, qui jam nati ſunt & mortui, quique poſt mortem reſuſcitabuntur; atque ex tribus hiſce claſſibus colligimus, Deum eſſe creatorem & formatorem. Cæterum quod dicit הוא הדיין הוא עתיד לדון *Ipſe eſt judex, ipſe eſt qui judicaturus eſt*, hoc vult, quod ille ſit judex qui nunc judicat omnes in vita & in morte, cæteriſque in rebus, ut & is qui in mundo futuro judicabit in pœnis & præmiis ſtatuendis.

ולא מקח שוחד *Neque acceptatio muneris*, ſicuti dicit Lex, Deut. 10. 17. אשר לא ישא פנים Non vult dicere munus non eſſe capiendum ad judicium detorquendum, nam hæc eſt ſtultitia qua nos a Deo elongamus, quia ea nec imaginatione nec figura exprimi poteſt, quomodo enim munus poſſit imaginari, & quidnam ſit quæſo munus? Vult ergo dicere id quod nos exponemus, id eſt, quod ob bona opera non accipiet munus, ut, ſi quis mille opera bona fecerit, & unum malum, Deus ipſi non condonabit illud peccatum ob multa opera ipſius bona, neque & diminuet unum aut plura ex iſtis mille operibus bonis propter illud peccatum; ſed punietur ob iſtud peccatum, & propter omnia bona opera condecorabitur præmio; & hoc eſt quod vult quando dicit, *neque acceptatio muneris*. Huic ſimile eſt *acceptio faciei*, nam Deus magnus viros punit propter exiguum peccatum, ſicuti Moſes punitus eſt ob peccatum iræ, ſicuti diximus in prologo noſtro; Eſavus vero propter patris matriſque honorem præmio condecoratus eſt, & Nebuchadnezar ob honorem Dei, ſicuti in Gemara ad Sanhedrin expoſitum eſt; & hoc eſt quod vult, cum dicit, non acceptio faciei. Conſideres autem quod dicit, *Nam nolens formatus es* &c. incipit hic referre res quaſdam naturales in quas homo non habet poteſtatem, idcirco dixerunt Sapientes noſtri, omnia hæc ſunt in poteſtate Dei, timore erga Deum excepto. Cæterum non dixit Ribbi, nolens peccator es, aut transgreſſor, vel, abeundum eſt, vel, manendum eſt, & id genus alia, quæ omnia ſunt in poteſtate hominis, uti expoſuimus capite quinto prologi noſtri.

LEUSDENUS ילודים למות *Qui nati ſunt morientur*, Jarchi addit. אותם שכבר נולדו עתידים למות *Illi qui jam modo nati ſunt morientur*, המתים שכבר מתו עומדין להחיות והחיים אותם שעדם חיים עתידין לידון ליום הדין *Mortui, qui jam modo mortui ſunt reviviſcent; & vivi, ii qui adhuc vivunt judicabuntur in die judicii.* Tota hac ſectio facilis intellectu eſt. Utinam ea omnia, quæ hac ſectione continentur, omnibus continuò ob oculos verſarentur! proculdubio alter alterum tam facilè injuriâ

FAGIUS. Hæc omnia quid ſibi velint ſatis manifeſtum eſt, nec egent multa declaratione. Utinam tantum nobis nunquam non ob oculos verſarentur, & certè minus foret nocentiæ, & plus innocentiæ, minus injuſtitiæ, & plus juſtitiæ, minus iniquitatis, & plus æquitatis, minus impietatis, & plus pietatis. Primum enim hic monemur noſtræ mortalitatis, cuivis equidem homini ſtatutum eſt ſemel mori, quam mortis ſententiam, ut experientia etiam docet, ab ipſo æterno Deo ſuper totum genus

juria non afficeret. Hic homines monentur mortalitatis ſuæ, quod omnes & ſinguli debeant mori. Eſt commune mori, mors nulli parcit honori. Mors æquo pede pauperum tabernas, regumque turres pulſat. Deinde omnes ad aliam vitam revocabuntur, judicio ſiſtentur, & rationem vitæ tranſactæ ſunt reddituri, ut pro malefactis æterna ſupplicia, vel pro benefactis æterna gaudia recipiant. Hæc ita eſſe experientur omnes, tam qui nondum nati ſunt, tam qui modo nati ſunt, tam qui nati & mortui ſunt. Etiam tum diſcent Deum eſſe, qui omnia ex nihilo creavit, qui omnia ſapienter & prudenter pro beneplacito ſuo hactenus gubernavit, & adhuc quotidie gubernat; qui etiam omnia noſtra facta & dicta animadvertit. Hic eſt judex juſtus, qui non obliviſcitur actorum, non accipit munera, non reſpicit perſonas. Non indiget in judicio teſtimonio aliorum; ſed ipſe eſt judex & teſtis infallibilis, ipſe eſt accuſator: quæ licet iniqua videantur apud homines, tamen in Deum hæc omnia juſtiſſimè cadunt. Noli etiam cogitare ſepulchrum tibi fore aſylum, ubi tutus eſſe poteris à judicio, quod Deus exercebit: ſicuti enim præter cogitationem & voluntatem ex nihilo conditus es, ſic etiam te ſive volente ſive nolente ad judicium rapieris, redditurus omnium factorum rationem. Vide Fagium.

mus humanum prolatam, nemo mortalium, ſive vir, ſive fœmina, ſive juvenis, ſive ſenex, ſive princeps, ſive ſubditus, ſive dives, ſive pauper, ſive ſapiens, ſive inſipiens, ſive doctus, ſive indoctus, vel effugere, vel infringere poteſt, mors commune malum eſt, quo omnes ſemel ac ſimul in protoplaſto, primo parente noſtro multati ſumus. Mors æquo pede, ut poëta canit, pauperum tabernas, regumque turres pulſat. Quòd ubi mortui fuerimus, non eſt ut cogitemus omnia finem habitura, nihil amplius vel boni, vel mali mortem ſecuturum, eundem eſſe hominum & jumentorum interitum, ſicut quidam ſtultè & impiè credunt: imò ad aliam vitam revocabimur, nec ſimpliciter hoc fiet, ſed juditio ſiſtemur, rationem reddituri omnis vitæ noſtræ in hoc ſæculo tranſactæ: ut vel pro malefactis æterna ſupplitia, vel pro benefactis æterna gaudia recipiamus. Hoc ita ſeſe habere reipſa experientur, tam qui nondum nati ſunt, tam qui nati & mortui, ex mortuis iterum reviviſcent. Nempe Deum eſſe, qui, ut omnia ex nihilo produxit, condidit & finxit, ita & hominem: Is etiam rebus creatis nunquam deeſt, ſed cuncta ſapienter & prudenter adminiſtrat. Maximè autem homini ſemper adeſt, omnia illius dicta probè animadvertens, & intelligens. Is verus & unicus judex eſt, cum viventium, tum mortuorum: malos ob malefacta puniens, bonos ob benefacta remunerans: nec tantum judex eſt, ſed ſimul & teſtis, qui in illo die, vel ſalutis æternæ, vel perditionis æternæ teſtimonium contra nos feret. Idem quoque non tantum in juditium vocabit: ſed & ubi omnia ſilebunt, accuſabit. Quæ licet hominibus iniqua videntur, ut quis ſimul ſit judex, teſtis, & accuſator, tamen in Deum omnia juſtiſſimè cadunt. Eſt enim juſtiſſimus judex, nemini faciens injuriam, utpote cujus juditia veritas ſunt, & abyſſus magna. Nec eſt quod ullam oblivionem ſcelerum tuorum apud illum eſſe putes, indeque te levius puniendum ſtultè confidas: tam integer & juſtus judex eſt, ut non ſit ulla apud illum perſonarum acceptio: nullis flectatur, aut corrumpatur muneribus, quibus non eget, quum Domini ſit terra, & plenitudo ejus: ut inquit pſalmographus. Denique non eſt ut cogites, vel ſepulchrum tandem tibi fore aſylum, ubi tutus ſis, & ab omnibus his malis libereris, hoc eſt, non eſt ut ea re tibi blandiaris, tibique ipſi imponas, falſaque perſuadeas, quaſi mors finem omnibus rebus ſit factura, ut poſt quam nihil ſit reliquum, vel boni, vel mali. Sicut enim præter cogitationem, voluntatem, & operam tuam ex nihilo conditus, formatus, & in lucem productus es, ſic etiam te ſive volente, ſive nolente ad mortem rapieris, inde ad juditium, omnium factorum tuorum redditurus rationem: poſt juditium ſequetur mox vel æterna ſalus, vel æterna damnatio. Horum certè omnium nihil quicquam eſt in manu noſtra, arbitrio, aut poteſtate, ſed omnia penes Deum, qui hæc omnia pro ſuo nutu & arbitrio, ſumma juſtitia, & æquitate diſponit, ordinat & perficit. Is, ut ſolus omnium ſanctiſſimus, ita & ſolus laudandus in ſæcula, Amen.

פרק ה בעשרה מאמרות נברא העולם ומה תלמוד לומר והלא במאמר אחד יכול להבראות אלא להפרע מן הרשעים שמאבדין את העולם שנברא בעשרה מאמרות וליתן שכר טוב לצדיקים שמקיימין את העולם שנברא בעשרה מאמרות :

Caput 5. Decem verbis creatus fuit mundus. Quòd ſi roges quid inde diſcendum, quum certè vel verbo creari potuit, ſcias eo ſignificari, quantam pœnam luent impii, qui perdunt mundum decem verbis conditum. Quanta item merces dabitur his qui ſtabiliunt mundum decem verbis creatum.

R. OB. DE BARTENORA.

בעשרה מאמרות *Decem verbis*, novies voce ויאמר *Et dixit*, & decima includitur in voce בראשית *In principio*, uti ſcriptum eſt Pſalmo Pſal. 33. בדבר יהוה שמים נעשו. His innuitur quantam impii luent pœnam, qui mundum deſtruunt decem verbis conditum, quiſquis enim unam ex Iſraële perdit animam, perinde fecit ac ſi totum mundum perdidiſſet, & impii quaſi mundum deſtruxerunt peccatis ſuis animas perdentes; ita ego inveni. Videtur autem mihi, quod impii propriè mundum deſtruunt, quia totum mundum ad condemnationem ſeducunt, hinc fit ut totus mundus pereat ipſorum cauſa.

שנברא בעשרה מאמרות *Qui decem verbis creatus eſt*, non enim is qui unum opus deſtruxit uno die factum ſimilis eſt ei qui deſtruxit opus aliquod multis diebus factum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando conſideraveris temporum vices in operibus creationis, invenies vocem ויאמר *Et dixit* novies occurrere, & in voce בראשית includi eam decimo, etſi enim verbum ויאמר iſto in loco non extet, tamen ſubintelligendum eſt, perinde ac ſi hoc ſenſu dixiſſet, *& dixit Deus, fiant cœli & terra*, nam ſine dicto illo non facta ſunt. Tota autem creatio enumerari poteſt uno dicto, dicendo, & dixit Deus, ſint cœli & terra, & ſit expanſum, congregentur aquæ &c. Cæterum cuilibet rei ſeorſim attribuitur hæc vox, ad hujuſce mundi magnificentiam & ordinem optimum oſtendendum, ita ut is qui eum deſtruat, rem magnam deſtruxiſſe videatur; qui vero eum recte ſecutus ſit, is rem magnam feciſſe, judicandus ſit; nam quiſquis eum deſtruxerit, is animam ſuam deſtruxit, quia homini liberum eſt deſtruere vel corrigere; perinde ac ſi is eſſet omnium rerum creatarum conſummatio, de qua dicta ſunt decem verba, ſicuti in prologo noſtro diximus.

LEUSDENUS. בעשרה מאמרות *Decem verbis* creatus eſt mundus. Quare Rabbini ſtatuunt mundum eſſe creatum decem verbis? Quia *Geneſ.* cap. 1. in quo capite agitur de mundi creatione, novies repetuntur verba ויאמר אלהים *& dixit Deus*, ſcil. verſ. 3. 6. 9 11. 14 20. 24. 26. 29. Sed ubi manet jam decimum verbum? Dicunt illud inclu-

FAGIUS. Decem verbis mundum, & quicquid in eo continetur à Deo conditum, Hebræorum ſapientes adſerunt: id quod colligunt ex מעשה בראשית id eſt, materia creationis. Nam licet illic novies tantum legatur ויאמר id eſt, Et dixit Deus, &c. decimum tamen dicunt includi in illo בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ id eſt, In

includi verbis primi verſus בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ *In principio creavit Deus cœlum & terram*; eaque verba idem denotare ac ſi Deus dixiſſet ויאמר אלהים יהי השמים והארץ *Et dixit Deus fiat cœlum & terra.* Quare Judæi ajunt Deum uſum fuiſſe decem verbis cum uno verbo mundum creare potuiſſet? Dicunt Deum illis decem verbis voluiſſe indicare præſtantiam orbis conditi, & præcipuè hominis, qui à Rabbinis עולם קטן *mundus parvus* nominatur. Pergit textus Miſnæ, aitque eo ſignificari quantam pœnam luent improbi, qui perdunt mundum, decem verbis creatum. Et quod è contra bona merces dabitur juſtis, qui eundem mundum ſtabiliunt.

ומה תלמוד לומר *Et quæ mens eſt doctrinæ?* Hic modus loquendi denotat verba antecedentia, generaliter prolata, jam per verba ſequentia ſpecialius & latius explicari, & tum ſolent præmitti hæ voces. תלמוד eſt *doctrina*, & לומר Infinitivus Rabbinicus ab אמר *dixit*, pro quo in V. T. occurrit לאמר. Vide Abbrev. Buxt. in תל׳.

In principio creavit Deus cœlum & terram: quod perinde valere dicunt, ac ſi legas ויאמר אלהים יהי השמים והארץ id eſt, Et dixit Deus, Fiat cœlum & terra: nihil enim ſine verbo conditum conſtanter affirmant: Quod ſi roges, cur decem verbis, & non uno tantum, quod æquè potuiſſet omnipotentia Dei, creatus fuerit mundus, reſpondent, ſcripturam eo nobis proponere præſtantiam & dignitatem orbis conditi: præſertim hominis, cujus cauſa omnia facta ſunt. Unde Hebræi illum תכלית העולם finem, ſeu colophonem mundi appellant. Et ut inde liqueſcat quanta pœna dignus, qui opera Dei tanta majeſtate, & gravitate producta, temerè prophanat, violat, perdit, devaſtat, præſertimque hominem ad imaginem dei formatum, trucidat & occidit, qui eſt, ut illi loquuntur, veluti עולם הקטן. Quanto item præmiò dignus, qui operibus Dei rectè utitur, ad gloriam creatoris, & ad commodum proximi ſui.

ב עשרה דורות מאדם ועד נח להודיע כמה ארך אפים לפניו שכל הדורות היו מכעיסין ובאין עד שהביא עליהם את מי המבול עשרה דורות מנח ועד אברהם להודיע כמה ארך אפים לפניו שכל הדורות היו מכעיסין ובאין עד שבא אברהם אבינו וקבל שכר כלם :

2. Decem generationes fuerunt ab Adam uſque ad Noah, ad oſtendendum quanta fuerit longanimitas coram eo. Omnes enim generationes ad iram provocabant (eum) eoque impietatis veniebant, ut adduceret ſuper eos aquas diluvii. Decem item generationes fuerunt à Noah uſque ad Abraham, ut innoteſceret quanta eſſet tolerantia ejus. Omnes ſiquidem ætates exaſperabant eum, proficientes in malitia ſua: donec venit Abraham, & recepit mercedem omnium.

R. OB. DE BARTENORA.

להודיע כמה ארך אפים לפניו *Ad oſtendendum quanta fuerit longanimitas coram eo*, ne vero mireris quod Deus pœnam regum impiorum differat, qui populum ipſius habent in ſervitute, nam generationum antediluvianarum pœnas ab Adamo uſque ad Noachum diſtulit diutius, & poſtea tamen periere diluvio. וקבל עליו שכר כלם *Et recepit ſuper ſe mercedem omnium*, tot bona fecit opera quot alii omnes, idcirco omnes per meritum ipſius ſervati ſunt; & ſicuti is jugum præceptorum in ſe recepit in hocce mundo juxta omnes, ita & in mundo futuro reportabit mercedem omnium generationum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæ generationes clare deſcriptæ ſunt in Lege, & hæc autor dixit, quia de decem verbis locutus eſt, in quibus continetur doctrina ad monendum ipſum, animamque ipſius adornandam moralibus intellectualibuſque virtutibus, cujuſmodi hujus tractatus ſcopus eſt.

LEUSDENUS. ארך אפים *Longanimitas.* Hic docetur quanta fuerit longanimitas Dei, quâ non ſtatim punivit ſontes; ſed ſæpè per aliquot generationes eos toleravit: addit gloſſa שהמתין להם שיעשו תשובה *Quod exſpectaverit eos* (ſcil. impios) *ut facerent reſipiſcentiam.* Hæc longanimitas Dei multis exemplis, ſcil. eorum qui diluvio perierunt, Sodomitarum, Chananæorum, aliorumque probari poteſt. Sed Deus exſpectat עד שתתמלא סאתה *Donec adimpleta eſt menſura ejus* (ſcil. impietatis,) uti loqui amant Hebræorum doctores.

שכר כלם *Merces omnium.* Abrahamus hîc dicitur recepiſſe mercedem omnium antecedentium propter juſtitiam ſuam, non ita Noach, qui tantum juſtus dicitur fuiſſe in generationibus ſuis. Gloſſa ait, Abraham accepit mercedem omnium הראוי לכלם אם היו צדיקים לא כן נח שלא היה צדיק כל כך *Convenientem omnibus ſi fuiſſent juſti, idem non* dicitur *de Noacho, quia non fuit tantopere juſtus.* Jarchi paulo clarius explicat השכר שהיה ראוי לכולם אלו חזרו בתשובה *Abraham accepit mercedem, quæ fuit conveniens omnibus ſi reverſi fuiſſent in reſipiſcentia* ובנח לא נאמר עד שבא נח וקבל עליו שכר כלם *Sed de Noacho non dicitur, donec veniret Noach & acciperet ſupra ſe mercedem omnium illorum.* Addit rationem idem Jarchi לפי שלא היה צדיק כל כך שנאמר בו צדיק היה בדורותיו ולא בדורות אחרים *Quoniam* Noach *non fuit tantopere juſtus; nam dicitur de eo, juſtus fuit in generationibus ſuis, ſed non in generationibus aliorum.*

FAGIUS. Commendatur hîc tolerantia, lenitas, & longanimitas Dei, qua ſuſtinet malitiam & impietatem hominum. Eſt enim, ut ſcriptura dicit ארך אפים ורב חסד id eſt, longanimis, & multæ miſericordiæ. Non ſtatim atque delinquunt homines in illorum animadvertit flagitia. non enim vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Permittit itaque ſæpe Deus, ut aliquando impunè ad ſummum creſcat malitia, ut cæteris exemplum deinde ponat peſſimos: ut impietas eorum cunctis pateat, ut manifeſtum fiat, eos ſua culpa periiſſe: ut majore pœna deinde in eos animadvertat. Lento quidem gradu (ut ille inquit) ad vindictam divina procedit ira, ſed tarditatem gravitate ſupplitii compenſat. Exemplo ſunt primi ſæculi homines, quos Deus diluvio funditus non delevit, donec, ut ſcriptura dicit וירא אלהים כי רבה רעם id eſt, Et vidit Deus quod multa malitia hominum. Item כי כל בשר השחית דרכו Et omnis caro corrupiſſet viam ſuam. Exemplo ſunt extructores turris Babylonicæ, quos non multavit Dominus donec cœlitus deſcendens re ipſa cognoſceret eos à malo ſuo propoſito non deſtituros. Exemplo item ſunt Sodomitæ, quos igne cœleſti non perdidit, donec clamor ad aſtra uſque aſcenderet. Exemplo denique ſunt Chananæi, quos terra ſua non expulit donec poſt quadringentos demum annos iniquitas illorum adimpleretur, ſicut dicebat Dominus ad Abrahamum כי לא שלם עון האמרי עד הנה Id eſt, Quia nondum eſt completa iniquitas Aemorræorum uſque nunc. Unde & ſapientes Hebræorum dicunt אין הקב״ה נפרע מאמה עד שתתמלא סאתה id eſt, Deus ſanctus, benedictus ſit ipſe, non ſumit pœnam à populo aliquo, donec adimpleta fuerit menſura ejus.

ג עשרה נסיונות נתנסה אברהם אבינו ועמד בכלם להודיע כמה חבתו של אברהם אבינו :

3. Decem tentationibus tentatus fuit Abraham pater noſter, & perſtitit in omnibus, ut innoteſceret quanta eſſet dilectio Abrahami patris noſtri.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרה נסים *Decem tentationes*, prima fuit quum Nimrod ipſum conjecit in fornacem ardentem, ſecunda fuit migratio e patria ſua; tertia, fames quæ fuit in terra; quarta, quod uxor ipſius Sara a Pharaone capta ſit; quinta, regum prælia; ſexta, qua conſtitit inter fœderis ſegmenta quæ ipſi monſtrarunt ſubjectionem monarchiarum ſive regnorum; ſeptima, circumciſio; octava, qua Sara ab Abimelecho capta eſt; nona, expulſio ancillæ Hagar cum filio ipſius; decima, Iſaci colligatio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Decem tentationes quibus Abraham pater noſter tentatus eſt, omnes e Scriptura deproмptæ ſunt, harum prima eſt migratio e patria ſua, & domo paterna. Secunda, fames quæ fuit in terra Canaan cum is commorabatur in ea, poſtquam promiſerat Deus ipſum in gentem magnam futurum eſſe. Tertia, Ægyptiorum violentia quum uxorem ipſius cepiſſent pro Pharaone; quarta, bellum contra quatuor reges; quinta, qua Hagar in uxorem adſcivit poſtquam de Saræ partu deſperaſſet; ſexta, circumciſio in ſenecta ei inſtituta; ſeptima, violentia regis in Gerar qui Saram cepit; octava, expulſio Hagaris, nona, Iſmaëlis ablegatio; decima, colligatio Iſaci.

LEUSDENUS. עשרה נסיונות *Decem tentationibus* tentatus fuit Abraham. In his omnibus Abraham dicitur ſtetiſſe. שאין אפשר לאיש לעמוד כאחת מהן *Quod impoſſibile ſit ulli viro ut perſiſtat in una illarum tentationum.* Quales ſunt illæ decem tentationes? Rabbini in his decem enarrandis omnes non conveniunt; has tamen fere enumerant. 1. בקש נמרוד להרגו *Quæſivit Nimrod eum occidere.* 2. הגלהו הק"בה *Quod Sanctus benedictus fecerit eum exulare*, ſcil. quod evocatus fuerit natali ſolo & cognatione ſua, Gen. 12. 3. רעב *fames*, propter quam relictâ terrâ debuit proficiſci in Ægyptum. 4. נלקחה שרה בבית פרעה *Accepta fuit Sara*, & deducta *in aulam Pharaonis.* 5. המילה *Circumciſio* quam jam ſenex ſuſtinuit. 6. מלחמת מלכים *Bellum* quod cum quatuor *regibus* habuit. 7. *Contractus matrimonii* cum Agar ancilla; quia jam ſpem abjecerat de prole nanciſcenda ex Sara. 8. צוהו לגרש ישמעאל ואמו Quod Deus *præceperit expellere Iſmaëlem & matrem ejus.* 9. עקידת יצחק *Colligatio Iſaaci*, quum eum vellet mactare. 10. Injuria regis Gerar, qui etiam uxorem Saram ademit. Vide plura apud Fagium & Salomonem Jarchi.

נתנסה *Tentatus fuit.* Eſt Præteritum ex Niphal & Hithpahel compoſitum, pro התנסה. Hæc forma, ex Niphal & Hithpahel mixta, eſt frequentiſſima apud Rabbinos, qui eam tribus exemplis ex V. T. probant. 1. Ex verbo ונכפר *& expiabitur*, *Deut.* 21. 8. quod compoſitum eſt ex Niphal & Hithpahel. Ubi eſt ergò litera characteriſtica ת denotans quartam conjugationem? Eam dicunt compenſari per dageſch forte in כ. 2. Ex verbo נוסרו *Erudientur* Ezech. 23. 48. pro נתוסרו iterum compenſata litera ת per Dageſch. 3. Ex נשתוה *æqualis eſt*, Prov. 27. 15. Hic ipſum ת eſt expreſſum, quod in ſuperioribus exemplis compenſabatur per Dageſch; ſed ponitur poſt primam literam radicalem: quia Radix incipit ab unâ ex literis זסצש, ſicuti alias etiam fieri ſolet.

FAGIUS. Tentavit Deus Abrahami fidem & conſtantiam, non quòd ea illi antea incognita eſſet, ſed ut fidem illius in corde latentem aliis in exemplum patefaceret. Opus ſiquidem Dei ſunt tentationes & adverſitates, quo fides hominis probetur, manifeſtetur & confirmetur: caro item perluatur & expurgetur. Qui non eſt tentatus, inquit Eccleſiaſtic. quid ſcit? Porrò decem tentationes, quibus Hebræi tentatum Abrahamum aſſerunt: ex ſcripturis ſic colligunt. Prima eſt, quod evocatus fuit natali ſolo, & cognatione ſua: juxta illud Gen. 12. לך מארצך וממולדתך ומבית אביך אל הארץ אשר אראך id eſt, Egredere de terra tua, & de natione tua, atque de domo patris tui ad terram, quam oſtendam tibi. Altera, fames, propter quam deſerta terra Chanaan, Ægyptum proficiſci cogebatur. Tertia, qua ibi auferebatur ei uxor ſua Sara, & ducebatur in regis aulam. Quarta, Bellum quod habuit cum quatuor regibus. Quinta, Contractus matrimonii cum Agar ancilla, quod jam ſpem abjecerit de nanciſcenda prole ex Sara legitima uxore. Sexta, Circumciſio, quam ſuſtinuit in corpore jam effœto. Septima, Injuria regis Gerar, qui ſimiliter ei Saram adimebat. Octava, Expulſio Hagar poſt conceptum. Nona, Ablegatio Iſmaëlis, juxta illud אל ירע בעיניך על הנער ועל אמתך id eſt, Non diſpliceat in oculis tuis ſuper puero, & ſuper ancilla ta. Decima, עקידת יצחק colligatio Iſaac, quum vellet illum mactare & immolare Deo: juxta illud Gen. 22. ויעקד את יצחק בנו וישם אותו על המזבח ממעל לעצים וגומר id eſt, Liganſque Iſahac filium ſuum, poſuit illum in altari ſuper ligna.

חיבתו *amor ejus.* Hic poteſt intelligi amor, vel quo Abrahamum dilexit. Sic dicunt Rabbini אין אנחנו יודעים מי הוא החיבב אם הקדוש ברוך הוא מחבב לאברהם אבינו כאומרו להודיע כמה חיבתו של אברהם אבינו או אברהם אבינו מחבב להקדוש ברוך הוא אעפ"י שהיה הק"בה מיסרו *Nos non ſcimus quis ille ſit qui diligit, an Deus Sanctus benedictus ille diligat Abrahamum patrem noſtrum, cum dicit: ad declarandum quanta fuerit dilectio Abrahami patris noſtri; an vero Abraham pater noſter diligat Sanctum benedictum illum, etiamſi ipſe Sanctus benedictus eum caſtiget.*

ד עשרה נסים נעשו לאבותינו במצרים ועשרה על הים עשר מכות הביא הקב"ה על המצריים במצרים ועשרה על הים עשרה נסיונות נסו אבותינו את המקום במדבר שנאמר וינסו אותי זה עשר פעמים ולא שמעו בקולי :

4. Decem ſigna facta fuerunt patrib. noſtris in Ægypto, & decem juxta mare. Decem plagas adduxit ſanctus deus benedictus ſuper Ægyptios in Ægypto, & decem juxta mare. Decem item tentationib. tentaverunt patres noſtri Deum in deſerto. ſicut dicit, Et tentaverunt me jam per decem vices, & non audiverunt vocem meam.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרה נסים נעשו לאבותינו במצרים *Decem ſigna facta ſunt patribus noſtris in Ægypto*, e quibus omnibus Iſraëlitæ liberi fuerunt, ſed Ægyptiis inflictæ. ועשרה על הים *Et decem juxta mare*, primum fuit, quo aquæ a ſe invicem ſeparatæ ſunt; ſecundum, quo aquæ in modum tentorii conglomeratæ ſunt, inter quas Iſraëlitæ tranſierint; tertium,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Decem miracula patribus noſtris in Ægypto facta, ita intelligenda ſunt quod ab iis omnibus liberati ſunt, ſed quod ununquodque Ægyptios afflixit; Decem vero miracula in mari facta, ex traditione hauſimus; harum prima fuit, quod aquæ diviſæ ſunt, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 13. 8. נקבעו כמים Secundum fuit, quod aquæ in modum tento-

quo mare ita exſiccatum eſt ut non amplius reſtaret lutum; quartum, quo fundus maris pro Ægyptiis tranſeuntibus humidus & plenus luti factus ſit; quintum, quo aquæ in minuta fruſta congelatæ ſunt in fundo maris, inſtar laterum quorum unus impoſitus eſt alteri in ædificiis. Sextum, quo aquæ congelatæ induratæ ſunt inſtar petrarum; Septimum, quo mare in duodecim partes diviſum fuit, ut quælibet tribus per ſingularem viam tranſierit; octavum, quo aquæ inſtar Sapphiri & Cryſtalli congelatæ ſunt, ut Iſraëlita unus conſpicere poſſet alterum, quia ignis columna iis prælucebat; nonum, quatenus e mari proveniebant aquæ dulces ut bibi poſſent; decimum, quatenus omnis aqua quæ ſupererat poſtquam biberent, denuo in formam montium congelata fuit.

עשרה נסיונות נסו אבותינו להקב״ה במדבר הוא בברכו *Decem tentationibus tentarunt patres noſtri Deum in deſerto*, duabus in mari, & una in maris ingreſſu, quando dixerunt Pſal. 74. 13. Et una in egreſſu maris cum ad mare perveniſſent; & una in Rephidim, propter aquam; duabus in Manna colligenda, dicente ipſis Moſe, *non exibitis die Sabbati*, cum illi tamen exierint; &, *non relinquetis eam in diem craſtinum*, illi tamen reliquerunt. Una prima coturnix, & altera in ſecunda; una in vitulo, & altera in obmurmurantibus; & tandem decima tentatione in proditoribus mittendis ad terram Iſraëlis explorandam uti ſcriptum eſt Num. 14. 22. וינסו אתי זה עשר פעמים.

tii confluxerint, poſtquam ſeparatæ ſunt, & quod via fuerit perinde ac ſi foramen eſſet in aqua, quia aqua ad dextram & ad ſiniſtram ſe erigebat ſurſum. Tertium, quod maris fundus durus fiebat, & conglutinabatur, ita ut non reliquum eſſet lutum, uti ſcriptum eſt, *tranſierunt in aridam*. Quartum eſt, quod Ægyptiorum via erat mere lutoſa. Quintum, quod diviſi fuerunt Iſraëlitæ per multas vias juxta tribuum numerum, in formam arcus rotundi. Sextum, quod aqua congelata fuit, & inſtar lapidis indurata. Septimum, quod aquæ non congelatæ ſunt ut reliquæ aquæ in multas ſeparationes, ſed quaſi in varias petras ſine intervallo his illis impoſitas, perinde ac ſi eſſent lapides in ædificiis ſibi invicem impoſiti. Octavum, quod aquæ inſtar criſtalli pellucidi congelatæ ſunt, ita ut unus conſpicere poſſet alterum. Nonum, quod aquæ dulces e glacie promanarunt quæ aptæ erant ad bibendum. Decimum, denuo non gelatæ fuerunt aquæ poſtquam ex illis bibiſſent. Præterea etiam traditione accepimus, quod Ægyptiis plures plagæ obtigerunt in mari quam in ipſo Ægypto, ſed tamen omnes ex decem generibus quæ venerunt in Ægypto, & in mari diviſæ ſunt in varias ſpecies; hoc denotarunt Phyliſtæi, quando dixerunt 1 Sam. 4 8. *Hi ſunt dii qui percuſſerunt Ægyptios cum omni plaga in deſerto*, ſcilicet in deſerto ad mare Suph. Cæterum decem tentationes quibus patres noſtri Deum tentarunt, omnes in Lege memoratæ ſunt, quarum prima facta eſt in mari, quando dixerunt Exod. 14. 11. המבלי אין קברים במצרים Secunda in Mara quando aquam bibere non poterant. Tertia facta eſt in deſerto Sin, quando collegerunt Manna. Quarta eſt rebellio illa qua Manna reliquerunt in diem craſtinum. Quinta fuit rebellio qua Manna die Sabbati quærere voluerunt. Sexta in Rephidim facta eſt de aquis amaris. Septima contigit in Horeb de vitulo; octava vero in Tabera quando ibidem de veritate dubitarunt, & obmurmurarunt. Nona contigit in Kibrot Taava, ubi carnem petierunt. Decima in deſerto Paran, facta eſt cum proditoribus, ubi Deus dixit Num. 14. 22. וינסו אתי זה עשר פעמים ולא שמעו בקולי.

LEUSDENUS. עשרה נסים *Decem prodigia* facta ſunt patribus noſtris in Ægypto. Per prodigia hic intelliguntur decem plagæ, quas Deus inflixit Ægyptiis in Ægypto. An omnes illæ decem plagæ tantum Ægyptiis inflictæ fuerunt? Rabbini ajunt omnibus plagis fuiſſe punitos ſolos Ægyptios, exceptâ plagâ כנים *pediculorum*, quæ Ægyptiis & Iſraëlitis fuit communis; ſed in poſterioribus fuerunt pediculi ſine ulla læſione & afflictione.

ועשרה על הים *Et decem* prodigia *juxta mare*. Raſchi dicit כנגד עשרה נסיונות שנתנסה אברהם אבינו ועמד בכלם כנגדן עשה לישראל הקב״ה במצרים עשרה נסים ועשרה על הים וכנגדן נתן לבניו עשר דברות *Pro decem tentationibus, quibus tentatus eſt Abraham pater noſter, & in quibus perſtitit, pro illis fecit Iſraëli ſanctus benedictus ille in Ægypto decem prodigia, & ad mare decem, atque pro illis dedit filiis ipſius decem præcepta.* Qualia ſunt illa decem prodigia, quæ Deus præſtitit Iſraëlitis ad mare? Rabbini numerant hæc ſequentia, quorum quædam magis fabulæ quam veræ hiſtoriæ ſunt ſimilia. 1. Quod aquæ fuerint ſciſſæ, *Exod.* 14. 21. ויבקעו המים. 2. Quod, poſtquam aquæ ſciſſæ fuerunt, ſimiles factæ fuerint fornici habenti formam tecti contignati, ſub quo tanquam per foramen tranſibant, ſtantibus aquis à dextrâ, ſiniſtrâ & ſupernè, Habak 3. 14. נקבת במטיו ראש פרזו *Perforaſti cum vectibus ejus caput villanorum ejus.* 3. Terra maris fuit obdurata, ut non manſerit lutum in fundo, *Exod.* 14. 29. Filii Iſraël הלכו ביבשה *ambulaverunt in ſicco.* 4. Quod viæ Ægyptiorum manſerint lutoſæ, *Hab.* 3. 15. חומר מים רבים *Per lutum aquarum multarum.* 5. Quod aquæ fuerint diſſectæ in multas vias juxta numerum tribuum, ad modum arcus rotundi, *Pſal.* 136. 13. לגוזר ים סוף לגזרים *Qui ſecuit mare algoſum in partes.* 6. Quod aquæ fuerint coagulatæ & obduratæ veluti lapides: *Pſal.* 74. 13. שברת ראשי תנינים על המים *Fregiſti capita draconum in aquis.* 7. Quod coagulatæ fuerint in modum lapidum ſubalternatim ordine quodam poſitorum: *Ibid.* אתה פוררת בעזך ים *Tu rupiſti vi tuâ mare.* 8. Quod aquæ fuerint coagulatæ in modum vitri, claræ, ut alter alterum tranſeuntem videre potuerit: *Pſalm.* 18. 12. חשכת מים עבי שחקים Ponebat *obſcuritatem aquarum, nubes ætheris.* 9. Quod inde emanarint aquæ dulces quas bibebant. 10. Quod aquæ eo tempore coagulatæ fuerint, quo emanarint, poſtquam quod biberent inde accepiſſent, antequam deſcen-

FAGIUS. Per decem ſigna Hebræi intelligunt decem plagas, quæ in Ægypto fuerunt: quas omnes in ipſis Ægyptiis fuiſſe dicunt Hebræi præter כנים id eſt, pediculos, genus quoddam beſtiolæ exiguæ, ſed quæ infenſiſſima eſſe ſolet, lædens cutem, & penetrans per nares atque aures. Hoc quidem in filiis Iſraël etiam fuiſſe tenent Judæi, ſed abſque ulla læſione & afflictione. Cæterum decem ſigna, quæ juxta mare facta aſſerunt, ex Cabala ſic enumerant. הראשון שנבקעו המים כפשוטו של פסוק ויבקעו המים השני שאחר שנבקעו נעשו כקיפה עד שהיו כדמות גג מקורה ולא משפע והיה הדרך כאלו היה נקב במים והמים מימין ומשמאל ומלמעלה והוא מאמר חבקוק נקבת במטיו ראש פרזיו השלישי שהארץ נתקשה ונקפא להם כאמרו הלכו ביבשה ולא נשאר בקרקעיתו טיט וחומר ומים כמשאר נהרות הרביעי שדרכי מצרים היו בחומר כרוכך והוא אמרו חמר מים רבים והחמישי שנבקעו לדרכים רבים כמספר השבטים כעין קשת עגול על זאת הצורה והוא אמרו לגוזר ים סוף לגזרים והששי שנקפאו המים ונתקשו כאבנים ואל זה אמר שברת ראשי תנינים על המים רוצה לומר שנתקשו המים עד שהיו כענין שישברו הראשים עליהם והשביעי שלא נקפאו כקפיאת שאר המים הנקפאים רוצה לומר חתיכה אחת אבל היו חתיכות רבות כאלו הם אבנים וסדרו קצתם על קצתם והוא אמרו אתה פוררת בעזך ים והשמיני שנקפא כמזכוכית או כספיר רוצה לומר בהיר עד שיראו קצתם את קצתם בעברם בו והוא אמרו חשכת מים עבי שחקים רוצה לומר שקבוץ המים היה כענין השמים לטוהר שהוא בהיר והתשיעי שהיו נוזלים מהם מים מתוקים והיו שותים אותם והעשירי שהיו נקפים בעת שהיו נוזלים אחר שלקחו מהם מה ששתו עד שלא היו יורדים ובמאמר כתבלה גם כן שהמצריים באו עליהם מכות על הים יותר ממכות מצרים אבל כלם היו מעשרה המינים ההם אשר ירדו במצרים ונחלקו למינים רבים על הים ואל זה רמזו באמרו אלה הם האלהי׳ המכים את מצרים בכל מכה במדבר רוצה לומר במדבר ים סוף: Id eſt, Primum ſciſſæ fuerunt aquæ, ſicut & ſcriptura ſimpliciter indicat, cum dicit, Et ſciſſæ fuerunt aquæ. Secundum, Poſtquam ſciſſæ fuerunt, ſimiles factæ fuerunt fornici, præ ſe ferentes formam tecti contignati, non tamen in declive tendentis, ſub quo videlicet, tanquam per foramen tranſibant, ſtantibus aquis à dextra & ſiniſtra & ſupernè, ſecundum illud, quod dixit Abacuc propheta, Perforaſti cum vectibus ejus caput villanorum ejus. Tertium, Terra obdurata & coagulata fuit eis, ſicut dicitur, Filii autem Iſraël ambulaverunt ſicco. Non enim remanſit in pavimento ejus ullum lutum, aut

deſcenderent in ipſam terram: *Exod.* 15. 8. נצבו כמו נד נוזלים *Steterunt quaſi cumulus fluidæ aquæ.* Hæc decem miracula deſcribunt Kabbaliſtæ. Vide Fagium ad hanc ſectionem.

עשר מכות *Decem plagæ.* Has decem plagas Ægyptiorum ſolent Judæi his abbreviaturis denotare דצ"ך עד"ש באחב; adeo ut per ſingulas literas ſingulæ denotentur plagæ, ſcil. דם *ſanguis*, צפרדעים *ranæ*, כנים *pediculi*, ערוב *colluvies inſectorum*, דבר *peſtis*, שחין *ulcera*, ברד *grando*, ארבה *locuſta*, חשך *tenebræ*, בכור *primogenitus.* Vide Buxt. de Abbreviat.

עשרה נסיונות *Decem tentationibus* tentarunt patres noſtri Deum in deſerto. Hæ decem ex S. Scriptura tali modo enumerantur. *Prima* tentatio fuit juxta mare algoſum: *Exod.* 14. 11. המבלי אין קברים במצרים *Nunquid quia non erant ſepulchra in Ægypto.* 2. In Mara, *Exod.* 15. 24. *Et murmuravit populus contra Moſen dicendo quid bibemus.* 3. In deſerto Sin, quum peterent Manna, *Exod.* 16. 3. מי יתן מותינו ביד יהוה *Utinam mortui eſſemus per manum Jehovæ.* 4. Inobedientia eorum circa Manna, quod ſervabant uſque mane: *Exod.* 16. 20. ויותרו אנשים ממנו עד בוקר *Et reſervarunt viri ex eo uſque mane.* 5. Inobedientia eorum, quando quærebant Manna ipſo Sabbatho: *Exod.* 16. 27. ויהי ביום השביעי יצאו מן העם ללקוט *Factum eſt autem in die ſeptimo, ut egrederentur* quidam *ex populo ad colligendum.* 6. In Rephidim accidit ad aquas contradictionis, *Exod.* 17. 3. ויצמא שם העם למים וילן העם על משה *Et quum ſitiens ibi populus eſſet aquæ, & murmuraret populus ipſe contra Moſen* 7. In Horeb, quum facerent vitulum: *Exod.* 32. 1. 8. In Tabera, ubi dubitabant, num verè Deus eſſet, & murmurabant: Num. 11. 1. ויהי העם כמתאוננים *Et fuit populus ſicut querentes.* 9 Juxta ſepulchra concupiſcentiæ, quum poſtularent carnes, *Num.* 11. 4. מי יאכלנו בשר *Quis nos faciet edere carnem?* 10. In deſerto Paran, quum amandarentur exploratores. *Num.* 14. 22. וינסו אותי זה עשר פעמים *Et tentarunt me jam decem vicibus.* Vide plura apud Fagium.

ant cœuntes; ſicut fit in reliquis fluviis. Quartum, viæ Ægyptiorum fuerunt lutoſæ & tenaces, ſicut dicitur in Habakuk. Per lutum aquarum multarum. Quintum diſſecatæ fuerunt aquæ in multas vias, juxta numerum tribuum, idque in modum arcus rotundi, quod liquet ex illo: Qui diſſecuit mare rubrum in diviſiones, &c. Sextum coagulatæ fuerunt aquæ, & obduratæ, veluti lapides. Ad quod alludit ſcriptura, quum dicit. Tu confregiſti capita draconum in aquis. Septimum, Non coagulatæ fuerunt ſicut coagulantur reliquæ aquæ coëuntes in unam maſſam, ſed diſſecatæ fuerunt in multas partes, ſeu fruſta, in modum lapidum ſubalternatim ordine quodam poſitorum: quod innuit David, quum dicit, Tu diſſipaſti fortitudine tua mare, &c. Octavum, Coagulatæ fuerunt in modum vitri & onychini, hoc eſt, clare fuerunt aquæ, ut alter alterum tranſeuntem videre potuerit. Et hoc eſt quod dicit David. Atque obſcuritas aquarum in nubibus, hoc eſt, congregatio aquarum erat quaſi ipſum cœlum, quum eſt clarum & lucidum. Nonum, quod inde emanabant aquæ dulces quas bibebant. Decimum, coagulabantur eo tempore, quo emanabant, poſtquam ſcilicet quod biberent inde accepiſſent: antequam deſcenderent in ipſam terram. atque hoc eſt, quod dicitur, Steterunt quaſi cumulus fluidæ aquæ, hoc eſt, id quod emanabat coagulabatur in corde maris. invenimus quoque in Cabala plures plagas ſuper Ægyptios veniſſe juxta mare, quam in Ægypto, niſi quod fuerunt ejuſdem generis, cujus fuerunt plagæ Ægypti. diviſæ tamen fuerunt in varias ſpecies ad mare: id quod innuitur per hoc quod dicit ſcriptura. Illi ſunt dii qui percuſſerunt Ægyptum tot plagis in deſerto, hoc eſt, in deſerto maris caricoſi. Hactenus ex Cabala. Porrò decem tentationes, quibus filii Iſraël deum in deſerto tentaverunt ab Hebræis ſecundum ſcripturas hoc modo enumerantur הראשונה על ים סוף באמרם המבלי אין קברים במצרים והשנית במרה הוא אמרו וילנו העם על משה לאמר מה נשתה והשלישית במדבר סין כשבקשו המן והוא אמרם מי יתן מותינו ביד יי' וגו' והרביעית מריתם בהניח המן עד הבוקר והוא אמרו ויותרו אנשים ממנו עד הבוקר והחמישית מריתם בבקשם אותו ביום השבת כמו שני והיה ביום השביעי יצאו מן העם ללקוט והששית ברפידים על המים גם כן והשביעית בחורב במעשה העגל והשמינית בתבערה בהיותם מסופקין במקום ההוא באמת והתאוננם והוא אמרו ויהי העם כמתאוננים והתשיעית בקברות התאוה בבקשת הבשר אמר והאספסף אשר בקרבו התאוו תאוה והעשירית במדבר פארן בענין המרגלים ושם נאמר וינסו אותי זה עשר פעמים ולא שמעו בקולי Id eſt, Prima (tentatio) accidit juxta mare caricoſum, quum dicerent, Nunquid quia non erant ſepulchra in Ægypto, tuliſti nos, &c. Altera in Marah contigit. Ut, Et murmurantes populi contra Moſen, dixerunt, Quid bibemus? Tertia, in deſerto Sin, quum peterent manna, & dicerent, Utinam mortui eſſemus per manum Domini, &c. Quarta, fuit inobedientia eorum quum ſcilicet relinquerent manna uſque mane. ſicut dicitur. Et reſervarunt ex eo uſque mane. Quinta, fuit inobedientia eorum, quum quæſiverunt manna in ipſo die Sabbati: ſecundum id quod dicitur, Factum eſt autem in die ſeptimo, ut egrederentur quidam de populo ad colligendum, &c. Sexta, in Rephidim accidit, ad aquas contradictionis. Septima in Horeb, quum facerent vitulum. Octava facta eſt in Tabera, ubi dubitabant, num verè Deus eſſet, & murmurabant: ſicut patet ex eo quod dicitur, Et factum eſt, quum populus inique ageret, ſive nauſeam haberet, vel mœrore afficeretur. Nona, orta eſt juxta ſepulchra concupiſcentiæ, quum poſtularent carnes. Ut, Et vulgus collectum, quod erat in eo concupierunt concupiſcentiam. Decima, in deſerto accidit, quum ſcilicet amandarentur exploratores. Juxta id quod dicitur; Et tentaverunt me jam per decem vices, neque audiverunt vocem meam.

ה עשרה נסים נעשו לאבותינו בבית המקדש לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכפורים ולא כבו גשמים אש של עצי המערכה ולא נצחה הרוח את עמוד העשן ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רוחים ולא הזיק נחש ועקרב בירושלים מעולם ולא אמר אדם לחבירו צר לי המקום שאלין בירושלם ׃

5. Decem ſigna ſive miracula facta fuerunt patribus noſtris in domo ſanctuarii. Nunquam abortivit mulier ab odore carnis quæ in ſanctuario immolabatur. Neque fœtuit unquam caro illa ſanctificata. Non conſpecta fuit muſca in domo mactationis. Non accidit caſus nocturnus ſacerdoti magno in die expiationis. Non extinxerunt pluviæ ignem qui erat in ſtrue lignorum. Non vicit ventus columnam fumi. Non repertum eſt ullum vitium in Gomer, & in duobus panibus, & in panibus facierum. Stabant coartati, & adorabant dilatati. Non læſit unquam aliquem ſerpens, & ſcorpio in Hieruſalem. Nec dixit homo ſocio ſuo, anguſtior eſt mihi locus, quàm ut poſſim pernoctare Hieroſolymis.

צפים כלומר מרוב הקהל היו נדחקין ותלויים באוירם מן הארץ. Vox צפים *ſignificat inundare in ſuperficie aquæ, quaſi dicas, propter nimium hominum cœtum fuerunt arctati, ut pedes ceſſarint eſſe in terra.*

רווחים *dilatati.* Quando ſeſe incurvabant, & peccatorum confeſſionem recitabant, erant dilatati. Moris erat ut alter ab altero quatuor cubitis diſtaret, quando peccatorum confeſſio erat recitanda. Quare? Ne alter alterius confeſſionem intelligeret. Quando peccatorum confeſſionem ita dilatati recitabant, erat ſatis loci; ſed in atrio ſtabant, & tamen ita erant coarctati. Gloſſa hanc diſtantiam quatuor cubitorum confirmat, ד׳ אמות שלא ישמע אי תפילת חברו ווידוי Diſtabant *quatuor cubitis, ne unus alterius preces & confeſſiones audiret.*

ו עשרה דברים נבראו בערב שבת בין השמשות ואלו הן פי הארץ ופי הבאר ופי האתון והקשת והמן והמטה והשמיר והכתב והמכתב והלוחות ויש אומרים אף המזיקין וקבורתו של משה ואילו של אברהם אבינו ויש אומרים אף צבת בצבת עשויה :

6. Decem res creatæ fuerunt in veſpera ſabbati, inter veſperas: & ſunt iſtæ. Os terræ, os putei, os aſinæ, iris, manna, virga, ſchamir, ſcriptura legis, & ſcriptura (quæ erat in tabulis decalogi) & tabulæ. his quidam addunt, dæmones noxios, ſepulchrum Moſis, & arietem (quem immolavit) Abraham pater noſter, (pro Iſaaco) quidam dicunt etiam primam forcipem qua alia forceps facta fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

בין השמשות *Inter ſoles*, veſperi ante Sabbatum creationis dum nondum abſoluta erat creatio. פי הארץ *Os terræ*, ad ingluttiendum Corach ejuſque ſocios. ופי הבאר *Et os putei*, eſt puteus Mirjami qui Iſraëlitas ubique ſequebatur in deſerto, quocunque pergerent; nonnemo dicit puteum aperuiſſe os ſuum, & canticum cecíniſſe, ſicuti dicitur Num. 21. 18. עלו באר ענו לה.

פי האתון *Os aſinæ*, inter ſoles decretum eſt de aſino ut os ſuum aperiret, & cum Biliamo loqueretur. והקשת *Et iris*, in ſignum in firmamento quod Deus non denuo diluvium introducturus ſit. והמן *Et manna*, quæ pro Iſraëlitis quadraginta annos in deſerto deſcendit cœlitus. והמטה *Et baculus*, quo miracula facta ſunt, erat autem ſquamea ſapphyrina virga. שמיר eſt inſtar vermiculi quantitatis grani hordeacei, qui oſtendebatur ſuper lapidibus atramento ſimilive tinctura ſignatis, qui ſponte diſcindebantur; hujus *Schamir* ope etiam pectorale & humerale exſculptum fuit, de quibus dictum eſt Exod. 39. 13.

כתב כמלואתם Eſt literarum figura in tabulis lapideis exſculpta. מכתב Ita vocata ſunt omnia quatuor latera. והלוחות *Et tabulæ*, ſapphyrinæ erant, quæ in longitudine ſua habebant ſex palmos, totidemque in latitudine, tres vero in craſſitie, veluti lapis qui in longitudine, & latitudine, & craſſitie æqualis eſt; dividebantur autem in duas partes, & convolvebantur, & a planeta ſolis exciſæ.

אף המזיקין *Etiam dæmones*, hi enim creati ſunt poſtquam Deus Adamum atque Evam creaverat, cum vero Deus horum dæmonum ſpiritus creabat, ſimul non creavit corpora ipſorum, niſi donec ſanctificatus eſſet dies, idcirco iſti ſpiritus ſine corpore manſerunt. ואילו של אברהם אבינו *Et arietem Abrahami patris noſtri*, de hoc inter ſoles decretum fuit, ut ſuo tempore cornua ipſius implicarentur arboris ramis, dum Iſak ſuper ligna colligabatur. אף צבת בצבת העשויה *Etiam forcipem qua alia forceps facta fuit*, forceps non fit niſi alius forcipis ope, & quis primam fecit? reſp. eſt forceps quam creator fecit inter ſoles; ſed hæc ſententia in Gemara ad codicem Peſachim rejecta eſt, & ibidem porto dicunt primam forcipem juxta typum factam eſſe, nam ſi fuderunt æs in ignem, evacuando eam in typo, ſtatim facta eſt forceps.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi capite octavo prologi noſtri, quod Sapientes non credunt voluntatis noſtræ ſingulis momentis renovationem, ſed Deum in principio creationis naturalem quendam voluntati habitum indidiſſe, quo pro lubitu omnia agat; ſi vero ſecus fiat, miraculum dicitur, idcirco dixerunt Sapientes Deum die creationis ſexto jam hanc facultatem indidiſſe terræ ut poſtea ingluttiret Corach ejuſque ſocies; ita etiam puteum, ut aquas produceret, & aſinam Bileami, ut loqueretur; & ſic de cæteris.

כתב idem eſt quod תורה Lex coram Deo ſcripta, uti dicitur in Lege, ולא נודע אך תורה Reſpondit ei Deus Exod. 24. 12 ואתנה לך את לוחות האבן Cæterum per מכתב intelligitur ſcriptura in tabulis Legis, ſicuti dicitur Exod. 32, 16. והמכתב מכתב אלהים הוא חרות על הלוחות Ne autem dixeris, quandoquidem igitur omnia miracula indità ſunt primis omnium rerum cauſis inde a creationis principio, quare hæ decem res in ſpecie memorantur? Reſpondeo, has decem non ideo in ſpecie memorarunt Sapientes quaſi nulla præter hæc eſſent miracula ipſis rerum cauſis indita; ſed dicere volunt quod hæc *inter ſoles* tantum conſtituta ſunt, reliqua miracula conſtituta ſunt eo momento quo creata ſunt; dixerunt exempli gratia, quod die ſecundo, quo aquæ ſeparabantur, inditum ſit naturæ aquarum ut mare Suph divideretur pro Moſe, & Jardan pro Joſua, Elia, & Eliſa. Die autem quarto quo ſol creatus eſt, naturæ ipſius inditum eſt, ut conſiſteret coram Joſua; & ita de cæteris miraculis, iſtis decem diebus exceptis quibus rerum naturæ inditæ ſunt motiones inter ſoles.

שמיר notat exiguum vermiculum cujus ope Salomo ingentes lapides diſſecare curavit in uſum Templi. צבת *forceps* eſt inſtrumentum quo utitur faber ferrarius in prunis aliiſque rebus igne candentibus apprehendendis.

LEUSDENUS. בין השמשות *inter veſperas.* Idem denotat quod בין הערבים *inter duas veſperas*, Exod. 12. 6. Kimchi in libro Radicum ait: A tempore quando ſol incipit declinare, h. e. à meridie, eſt veſpera una: poſt occaſum ſolis eſt veſpera altera. Ergo inter duas veſperas eſt inter meridiem & ſolis occaſum. Juſſerat Deus agnum paſchalem mactari inter duas veſperas, *Exod.* 12. 6. Juſſerat etiam agnos duos quotidie offerri in ſacrificium juge & quotidianum, unum mane, alterum veſpere, h. e. inter duas veſperas. *Num.* 28. Inter has duas veſperas, ſive inter ſoles in veſpera Sabbathi dicuntur hæc decem creata; quæ ſi literaliter intelligantur videntur eſſe ridicula, ſed ſuis tamen non carent myſteriis.

פי הארץ *Os terræ.* Judæi intelligunt per os terræ voraginem illam, quæ Korach, Dathan & Abiram cum toto

FAGIUS. Hæc quidem aliquo modo in ſpeciem ridicula, ſtulta & judaica eſſe videntur ſed quæ certè non carent ſuis myſteriis, de quibus dicam in alio loco. משמשות Vocant tempus illud quod mox incipit poſt ſolis occaſum & durat ultra integram horam, quod tempus in ſcripturis הערבים vocatur. Per os terræ, intellige voraginem illam quæ Korah cum toto cœtu ſuo abſorpſit. Per פי הבאר puteum illum quem Moſes ſaxum verberando produxit, quem Judæi filiis Iſraël in deſerto quocunque pergerent ſecutum fuiſſe credunt: donec mortua fuit Miriam ſoror Moſis, tum enim non amplius ſecutum fuiſſe dicunt: id quod colligunt ex iſto loco ותמת שם מרים ותקבר שם ולא היה מים לעדה id eſt. Et mortua eſt ibi Miriam, ſepultaque in eodem loco. Defuit autem multitudini aqua, &c. Tradunt item hebræi fontem illum filiis Iſrael contigiſſe על

cœtu abſorpſit, *Num.* 16. 31. 32. Ita explicat Jarchi פי הארץ שפצתה את פיה בימי קרח אותו פתח נברא בארץ באותו מקום מששת ימי בראשית אלא שמכוסה הפתח מלמעלה עד אותו זמן *Os terræ quod aperuit os ſuum in diebus Korach, ipſe ille ingreſſus creatus eſt in terra in ipſo loco intra ſex dies creationis ſed opertus fuit supernè uſque ad illud tempus.*

פי הבאר *Os putei.* Judæi intelligunt puteum illum, quem Moſes ſaxum verberando produxit, quemque Judæi filios Iſraël in deſerto quocunque pergerent ſecutum fuiſſe credunt; donec mortua fuit Mirjam ſoror Moſis: tum enim non amplius ſecutum fuiſſe dicunt. Tradunt Hebræi fontem illum Iſraëlitis contigiſſe על ידי זכות מרים *Propter meritum & innocentiam Mirjam*, ſicut Manna propter Moſen, & nubem gloriæ propter Aharonem, quibus defunctis omnia iſta beneficia ceſſarunt. Vide Fagium. Jarchi hunc puteum etiam intelligit cum ait פי הבאר של מרים וכשהכה משה הסלע פתח הסלע את פיו שנברא בו מקדם *Os putei Mirjam, & cum percuſſiſſet Moſes petram illam aperuit petra os ſuum, quod in ea fuit creatum à principio.* Idem Jarchi adhuc aliter illud *os putei* interpretatur, quod ſcil. puteus aperuerit os, & cantaverit: פי הבאר שפתח פיו ואמר שירה שנאמר עלי באר ענו לה *Os putei qui aperuit os ſuum & dixit canticum, ſicut dicitur* (Num. 21. 17.) *Aſcende putee, acclamate ei.* פרי זכות מרים id eſt, propter meritum & innocentiam Miriam, ſicut Manna propter Moſen & ענן כבוד id eſt, nubem gloriæ. propter Aharonem quibus defunctis omnia iſta beneficia ceſſaverunt. Per פי האתון intellige aſinam Bileam. Per המטה virgam qua Moſes miracula fecit in Ægypto. Per שמיר vermiculum quendam quo rex Salomon diſſecuerit ingentes lapides quibus ad ſtructuram templi uſus fuit: ad quod citant illud 1 Reg. 6. והבית בהבנתו אבן שלמה מסע נבנה ומקבות והגרזן כל כלי ברזל לא נשמע בבית בהבנתו Id eſt, Et domus ipſa cum ædificaretur, ædificabatur ex lapidibus integris, ut allati erant: unde factum eſt, cum domus ipſa extrueretur, ut non audirentur mallei in ea, ſecures & quæcunque ferrea inſtrumenta. Huic opinioni accedit & Maymon in ſuo commentariolo, ſic enim ſcribit והשמיר הוא שרץ קטן חיצב האבנים הגדולות בעברו עליהם Id eſt, Schamir eſt reptile parvum, diſſecans lapides magnos cum tranſit ſuper eos, & cum eo ædificavit Salomon domum ſanctuarii. Per הכתב hebræi intelligunt legem quam coram deo ſcriptam duobus millibus annorum ante conditum mundum extitiſſe dicunt. Per מכתב verò ſcripturam quæ in tabulis decalogi exarata fuit, juxta illud quod dicitur, והמכתב מכתב אלהים הוא חרות על הלוחות Id eſt, Et ſcriptura, ſcriptura dei, ſculpta in tabulis.

פי האתון Os aſinæ, ſcil. Bileami, quæ alloquuta eſt dominum ſuum Bileamum. Gloſſa ait פי האתון של בלעם שנגזר עליה שתפתח פיה לדבר *Os aſinæ Bileami, de qua decretum eſt* (ſcil. à diebus creationis) *quod aperiret os ſuum ad loquendum.*

המטה *Virga*, ſcil. Moſis, quâ mediante miracula fecit. Jarchi ait ומטה של משה שבו השם המפורש חקוק כתוב עד שנתנו למשה ולא זה מטה אהרן *Et virga Moſis, in qua nomen explicatum* (h.e nomen tetragrammaton Jehova) *erat exaratum. Illa fuit ſepoſita donec eam traderet Moſi; ſed hæc virga non fuit illa Aharonis.*

השמיר *Schamir*, reptile parvum, ſcribunt Talmudici fuiſſe vermiculum inſtar grani hordeacei, cujus virtute fiſſi & ſciſſi fuerunt lapides duriſſimi. Hinc volunt Moſen eo uſum fuiſſe ad aptandos lapides pretioſos Ephodi; Salomonem etiam eo diffidiſſe lapides ad ædificationem Templi, quum lapide integro, lapidibus quadratis & devolutionis, prout è monte ſciſſi & advecti fuerunt, ſine uſu ferramenti alicujus, Templum exſtruxiſſe legatur, 1 Reg. 6. 7. Referunt Judæi Salomonem ope Sapientum ab Aſmodæo, dæmoniorum principe, eum vermicolum impetraſſe. Kimchi ad 1 *Reg.* 6. 7. ſcribit, aquilam adduxiſſe eum vermiculum ex paradiſo. Ubi tandem Schamir manſit? In Miſna Tract. Sota fol. 48. legitur: *A quo tempore vaſtatum fuit Templum ſanctum, deſiit eſſe vermiculus Schamir.* Vide Lex. Talm. Buxt. p. 2456.

הכתב *Scriptura legis.* Fagius per הכתב ex ſententia quorundam Hebræorum intelligit legem, quam coram Deo ſcriptam duobus millibus annorum ante conditum mundum extitiſſe dicunt. Gloſſa ait הכתב eſſe האותיות *litteras.* Jarchi ſententiam à Fagio & gloſſa allegatam confirmat גוף האותיות נברא מששת ימי בראשית ואף על פי שהתורה קדמה לעולם אלפים שנה לא היה בה גוף האותיות *Corpus litterarum creatum eſt intra ſex dies creationis, & etiamſi lex anteceſſerit mundum duobus millibus annorum, non tamen in ea fuit corpus litterarum.* h.e. Ipſa lex fuit ante mundum, ſed ipſæ litteræ demum ſunt creatæ tempore creationis.

המכתב *Scriptura* tabularum decalogi. Communiter intelligitur ſcriptura decem præceptorum decalogi: ſed Jarchi intelligit Stylum ſcriptorium, cum ait עט הסופר גריפא בלע"ז שבו חקוק עשר הדברות על לוחות שניתנו למרע"ה אותו עט נברא מקדם וגם הלוחות הראשונות *Et ſtylus Scribæ vernacule* vocatur *Grapha, quo exarata ſunt decem verba decalogi in tabulis quæ datæ ſunt Moſi præceptori noſtro ſupra quem eſt pax, ille ipſe ſtylus creatus eſt à principio, etiam tabulæ priores.*

צבת *Forceps.* h. e. מלקחים *Forcipes*, quaſi acceptoria dicas. Judæi ajunt primam forcipem, quâ aliæ forcipes fuerunt factæ, immediatè à Deo creatam. Gloſſa ait הראשונה בידי שמים נעשית *prima forceps eſt manibus Dei facta.* Rabbi Jehuda ſolebat dicere צבתא בצבתא מתעבד *forceps per forcipem facta eſt.* וצבתא קמייתא מאן עבד *Et forcipem primam quis fecit?* Certè בריא בידי שמים היא *Creatura eſt manibus Dei facta.*

ז שבעה דברים בגולם ושבעה בחכם חכם אינו מדבר בפני מי שגדול ממנו בחכמה ובמנין ואינו נכנס לתוך דברי חבירו ואינו נבהל להשיב שואל כענין ומשיב כהלכה ואומר על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון ועל מה שלא שמע אומר לא שמעתי ומודה על האמת וחלופיהן בגולם:

7. Septem res ſunt in homine rudi ſeu imperito. & ſeptem in ſapiente. Sapiens non loquitur coram eo qui major eſt ipſo in ſapientia & in æſtimatione, Non interpellat verba ſocii ſui. neque terretur reſpondere. Interrogat & reſpondet, audit & auget (doctrinam) Interrogat quod res eſt, & reſpondet convenienter. Reſpondet item ad primum primo, & ad poſtremum poſtremo, & quod non audivit ſive intellexit, dicit, non audivi, & confitetur quod verum eſt. omnia verò ſecus ſe habent in inſipiente.

R. OB. DE BARTENORA.

גולם Propriè notat vas rude & inchoatum, ita dicitur, גולמי כלים *Vaſa rudia*, & is qui in virtutibus imperfectus eſt tam moralibus quam intellectualibus. *Non loquitur coram eo qui major eſt ipſo ſapientia*, quemadmodum de Eleaſare & Itamare invenimus, qui coram patre ſuo Aharone non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prius tibi exponam haſce hominum proprietates, quæ aliquoties in Sapientum verbis repetuntur, ſuntque hæ, בור Bur, indoctus. גולם *Golem*, Sapiens, & pius; Bur eſt is in quo nec intellectuales nec morales virtutes inveniuntur, ſive nec ſcientia nec diſciplina, neque vitiorum habitus, perinde

non locuti ſunt, quando Moſes ipſis iraſcebatur, Aharone reſpondente.

ואינו נכנס לתוך דברי חברו *Neque ſocii ſui verba interpellat*, ne confundat ipſum, ſicuti ſcriptum eſt Num. 12. 6 שמעו נא דברי id eſt, expectate donec locutus fuero, quanto magis hoc apud homines locum habet. ואינו נבהל להשיב *Neque terretur reſpondere*, ut reſponſio fiat ſecundum jus, ita dixit Elias, Job. 38. 2. Et hæc omnia una res cenſentur, vult dicere, diſcipulus interrogat de iſto quem explicant caſum, & tum magiſter ſecundum jus reſpondet. Si vero diſcipulus quærat extra ſcopum, magiſter ne reſpondeat ſecundum jus & deciſionem illius, ſicuti dixit R. Chia ad Rab, dum Ribbi verſabatur in uno tractatu, non quærebat quicquam ab ipſo in alio tractatu. Sic etiam de hominibus mortuo pollutis invenias, quod venerint ad Moſen de jure Paſchatis agentem, & quæſiverint ab ipſo ea quæ ad illius ſcopum pertinebant.

ואומר על ראשון ראשון *Reſpondit item ad primum primo*, ita invenimus quod Deus Moſi dixit Exod. 3, 11. מי אנכי אשר אלך אל פרעה & ſecundum ſequitur, reſpondente eſt Deo ad primum, *ſed ego tecum ero*; & poſtea ſuper ſecundo reſpondet, dicendo, Exod. 3. 12. *Quando populum eduxeris ex Ægypto, ſervietis Deo.*

ועל מה שלא שמע *Et ad id quod non audivit*, ſi juxta ſententiam ſuam caſum juris deciderit, ne dicito, a præceptore meo ita audivi. Invenimus autem de viris in Charan, quando Jacob rogabat השלום לו *An pax illi?* ſcilicet Laban, reſponderunt, *ipſi pax eſt, & ecce Rachel filia ipſius cum ovibus*, quaſi dixiſſent, hoc ſcimus, & ſi plura rogaveris, ecce Rachel filia ipſius venit cum ovibus, quæ dicet tibi quod nos non plura ſcimus.

ומודה על האמת *Et confitetur quod verum eſt*, etſi rationibus ſententiam ſuam confirmare poſſit, quemadmodum de Moſe invenimus dicente, *& auſcultavit Moſes, & bonum fuit in oculis ipſius*; conceſſit igitur, non erubuit dicere non audivi, ſed, audivi quidem, ſed oblitus ſum. וחלופיהם בגולם *Secus vero ſe habent in inſipiente*, quæ hoc modo ſe habent in Sapiente, illa contra ſe habent in inſipiente.

perinde ac ſi omni bono & malo privatus eſſet; & vocatur בור quia terræ ſimilis eſt, quæ nulla re conſita eſt, & vocatur ager Bur, uti expoſitum eſt in libro Seraim.

עם הארץ *Populus terræ*, indoctus qui moralibus quidem præditus eſt virtutibus, ſed non intellectualibus, ſine politia & ſine lege, & vocatur *terræ populus*, quia terræ habitabili & humanæ ſocietate prodeſt, quia virtutibus ſuis moralibus aliis prodeſſe poteſt, uti in prologo expoſuimus.

גולם Golem eſt is qui moralibus & intellectualibus eſt virtutibus præditus, at non perfectis, ſed ordinem aliquatenus ſequentibus: attamen non ſine confuſione & defectuum mixtura; & vocatur גולם, eo quod ſimilis eſt vaſi cujus figura tantummodo ab opifice facta eſt, ſed cui deeſt conſummatio, ut, ſi faber ferrarius cultri vel ſpadæ figuram fecerit, antequam exacuerit & perfecerit illum, cujuſmodi inſtrumenta ſuperius jam vocata ſunt גלמי כלי מתכות *Formæ vaſorum fuſilium.*

חכם *Sapiens* eſt is qui virtutes morales & intellectuales perfecte conſecutus eſt. חסיד *Pius* eſt homo ſapiens qui virtutes addidit morales, donec in alterutram partem inclinaverit aliquantulum, ſicuti expoſuimus capite quarto noſtri prologi, quod opera illius bona ſunt plura quam ſcientia, ideo cum hoc epitheto quoque vocatur חסיד, quaſi dixeris, ſanctitatis & pietatis ſtudioſus. Dicit vero auctor Sapientes has ſeptem poſſidere virtutes, quæ ſunt magna fundamenta, ideo te admonitum eſſe oportet, quia ope illarum ſcientiam & bona opera acquirimus; quatuor autem ex illis ſunt virtutes morales, quibus vetitum eſt coram Sapientibus loqui, antequam illi verba fecerint, neque interpellat ſocium in ſermone ſuo, ſed ad finem verborum expectat; neque ut jactet ea quæ neſcit, & hoc eſt quod dicit, *& ſuper id quod non audivit, dicit; non audivi*; & non obſtinate perſeverat in ſententia ſua, ſed veritatem admittit, ſi eam audiat, etſi ei ratiociniis ſuis contradicere queat, tamen hoc facere non vult, & hoc eſt quod vult, quando dicit, & confitetur id quod verum eſt. Hæ tres ſunt virtutes intellectuales, quarum ope ſtatim erroris cauſam quis perſentiſcere poteſt ſi quis argumentis Sophiſticis veritati contradicere velit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, & reſpondet convenienter. Secunda autem virtus eſt, ſi quis interroget quod res eſt, & in phyſicis non petit demonſtrationes mathematicas, nec contra. Et ſi is ab alio interrogetur, reſpondeat ad interrogatum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *interrogat quod res eſt, & reſpondet convenienter.* Tertia virtus eſt, ſi ordine ſtudeat & omnia ſuo loco diſponat, & hoc eſt quod dicit, *& reſpondet ad primum primo, & ad poſtremum poſtremo*, ſed omnia ſecus fiunt in inſipiente, quia omnino imperfectus eſt ſicuti expoſuimus, & non aſſequitur hanc dignitatem.

LEUSDENUS. בגולם *In rudi.* Propriè eſt maſſa, materia rudis & informis; item homo rudis & ſtupidus, quaſi formâ rationis & intellectus elegantiori deſtitutus. *Vide Lex. Talm. Buxt.* Gloſſa vocat eum שאין בו דעת כי אם צורת אדם *in quo non eſt cognitio* ſcil. perfecta, *ſed tantum figura hominis.* Golem habet quidem intellectum, ſed imperfectum, & confuſum.

בבנין *In æſtimatione.* Gloſſa ait, qui eſt major בשנים *in annis*, vel qui habet plures diſcipulos.

FAGIUS. Enumerantur hic quædam ſigna & judicia quibus facile ſapientem ab inſipienti dignoſcas. Sapiens enim non facile & temere loquitur, ubi novit adeſſe qui judicio, ſapientia, rerumque peritia plus valet. 2. non importunè interturbat alterius ſermonem. 3. non præcipitanter, ſed meditatus reſpondet. 4. Non pudet eum quod neſcit interrogare, & interrogatus reſpondere. 5. Semper tamen magis paratus eſt ad audiendum quam ad loquendum: ut doctior & ſapientior evadat, juxta illud in proverbiis ישמע חכם ויוסף לקח id eſt, audiet ſapiens & adjiciet doctrinam. 6. Nihil abſurdi, ſed quod res eſt apte & convenienter cum rogat tum reſpondet, non ſcilicet de alliis interrogatus de cæpis (ut in proverbio eſt) reſpondens. 7. Cum eſt reſpondendum operam dat, ut ad ſingula interrogata ordine reſpondeat. facit enim hoc ad perſpicuitatem. ſunt tamen qui hoc cum ad diſciplinam tum ad doctrinam referunt: ubi certus ordo quo ea quæ ſemper magis utilia & neceſſaria prius addiſcuntur & traduntur multum prodeſt. 8. Non erubeſcit ſapiens quod ignorat & non intelligit liberè fateri, juxta illam vulgo jactatam ſententiam apud hebræos הרגל את עצמך על מה שאינך יודע לומר לא ידעתי id eſt, aſſuefac te ipſum, quod ignoras, dicere, non novi. 9. Non eſt pertinaciter contentioſus, ſed de errore convictus veritati libenter cedit. hæc omnia ſecus ſe habent in homine indocto, inſipienti, & imperito. Porrò quia R. Moſes Bar Maymon in ſuo commentariolo ſuper iſtas ſententias voculas quasdam, quis ſcilicet ſit בור quis עם הארץ quis חכם quis חסיד quis גולם non inſcitè explicat quæ ſcire non inutile eſt, placuit ea omnia ut ille hebraicè habet huc apponere הנני כפי' תחילה אלו המדות שנכפלות הרבה בדברי חכמי והוא בור עם הארץ וגולם וחכם וחסיד אמנם בור הוא איש אשר אין לו לא מעלות שכליות ולא מעלות המדות רוצה לומר לא חכמה ולא מוסר ואין לו גם כן קנין הדעות כאלו הוא ערום מן הטוב וכן הרע והוא הנקרא בור לדמותו כארץ לא יזרע בה דבר כן הדברים והיא הנקראת שדה בור כמו שהתבאר בזרעים ועם הארץ הוא איש שיש לו מעלות המדות אבל אין לו מעלות שכליות רצוני לומר שיש לו דרך ארץ ואין בידו תורה והוא הנקרא עם הארץ רוצה לומר שהוא טוב ליישוב הארץ ולקבוץ המדינות כפני שיש לו מעלות המדות שתיסב בהם חברתו עם זולתו כמו שבארנו בתחלת חבורנו וגולם הוא איש שיש לו מעלות שכליות ומעלות המדות אמנם אינם שלמות ולא הולכות על סדר כראוי אבל יש בהם ערבובין ובלבולים ותתערב בהם חסרון ומפני זה נקרא גולם להדמות לכלי אשר יעשהו האומן והוריה בו הצורה המלאכית שיחסרהו ההשלמה והתקן בסכין והסיף כשיעשהו הנפח גולם והגיע להם צורתם קודם שישחיזם ויחדדם וינטשם ויפתח בהם מה שצריך לפתח וישלים תקונם והם הנקראים אצלנו גולמי כלי מתכות כמו שהתבאר בכלים והיא מלה עברית גלמי ראו עיניך רוצה לומר חומר שלי קודם הגיע צורת האדם בה וכאשר לא הגיע לזאת הצורה שלמותה קראוהו

קיאהו גולם לדמותו כחמר הנמצא מוכן לקבל צורה אחרת ישוב בה יותר שלם והכם הוא האיש שתיעו לו שני המינים מן המעלות על השלמות כמו שצריך והסיר הוא האיש החכם כשיוסיף במעלה רוצה לומר במעלות המדות עד שיטה אל הקצה האחר מעט כמו שבארנו בפרק הד׳ ויהיו מעשיו מרובין מחכמתו ומפני זה נקרא חסיד לתוספתו כי התפלגה בדבר יקרא חסד תהיה ההפלגה ההיא בטוב או ברע ואמר הנה שהחכם יהיו לו אלה השבע מעלות והם עקרים גדולים ומפני זה יכוין אליהם שבהם אפשר התלמוד והלמוד והמעשה הארבעה כהם הם מעלות המדות והוא שאינו מדבר לפני מי שגדול ממנו בחכמה ואינו נכנס בתוך דברי חבירו אבל ינוח עד שישלים דבריו ולא יתפאר בכה שלא ידע והוא אמרו על מה שלא שמע אומר לא שמעתי ולא יתעקש אבל כששמע האמת יודה ואפילו בכה שאפשר לו לחזור ולחלוק ולהטעות לא ירצה לעשותו וזהו אמרו ומודה על האמת והג׳ מעלות שכליות האחת כשיטעהו במעה במלאכת המטעה לא יבהל וישאר מסופק באמת אבל ירגיש מהרה למקום הטעות ויבארהו והוא אמרו ואינו נבהל להשיב וזה אמנם יהיה בקלות ההבנה ושוב התבוננות למאמר המטעה להבין הפרש הדברים והמעלה השנית שישאל מה שצריך לשאל בדבר ההוא ולא יבקש מופת בחכמת הטבע ולא טענה טבעית בחכמות הלמודיות וכיוצא בזה ואם יהיה הוא הנשאל גם כן יענה מענין השאל אם ישאל בענינים שבטבעם סופת יענה מענין השואל כמה שלמטה מזה יענה לפי מה שבריעתו וטבעו ויעור לא ישאל ממנו סבה צורית או ישאל סבה צורית ויתן סבה חמרית אלא ישיב מצד התכלית וזהו אמרו שואל בענין ומשיב כהלכה וזה לא יהיה אלא אחר חכמה יתירה והמעלה הג׳ שסדר תלמוד ויקדים מה שראוי להקדימו ויאחר מה שראוי לאחרו שזה הדרך מועיל בלמוד מאד והוא אמרו אומר על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון ואלו כלם הם בגולם בהפך מפני שהוא בלתי שלם כמו שבארנו ולא הגיע לאחת המעלה : Hæc vertere nolui quo ſtudioſis in hebraiſmo ſeſe exercendi occaſionem præbeam, nec ubique præmanſum cibum (quod dicitur in proverbio) in os ingeram.

ח שבעה מיני פורעניות באין לעולם על שבעה גופי עבירה מקצתן מעשרין ומקצתן אין מעשרין רעב של בצורת בא מקצתן רעבים ומקצתן שבעין גמרו שלא לעשר רעב של מהומה ושל בצורת בא ושלא ליטול את החלה רעב של כליה בא דבר בא לעולם על מיתות האמורות בתורה שלא נמסרו לבית דין ועל פירות שביעית חרב בא לעולם על ענוי הדין ועל עוות הדין ועל המורים בתורה שלא כהלכה :

8. Septem genera pœnarum veniunt in mundum propter ſeptem potiſſimas prævaricationes. Cum ſcilicet quidam decimas pendunt, quidam verò non pendunt, tum ingruit fames quæ venit ob prohibitam pluviam. Cum verò alii eſuriunt; alii ſaturi ſunt; efficientes ut non reddantur decimæ, tum certe fames quæ ex tumultu ſeu ſeditione & quæ ex prohibita pluvia venit (locum habet.) Cum denique non offertur placenta (de maſſa fermenti) tum fames quæ omnia conſumit graſſatur. Peſtis venit in mundum propter mortes, quæ denominatæ ſunt in lege, quum videlicet non tradunt judicio (puniendi malefici.) nec non & propter fructus anni ſeptimi. Gladius venit in mundum propter afflictionem & perverſitatem judicii. Idem propter eos qui legem non rectè docent.

R. OB. DE BARTENORA.

רעב של בצורת *Fames cobibitionis*, quando ob pluviæ defectum cari fiunt fructus. רעב של מהומה *Fames tumultuationis*, quando propter militiam nequeunt colligere fructus. רעב של כליה *Fames conſumptionis*, cum cælum eſt inſtar ferri, & terra inſtar æris.

שלא נמסרו לבית דין *Quæ non traduntur Synedrio*, in quibus non peractum eſt jus Legis. ועל פירות שביעית *Et propter anni ſeptimi fructus*, quibus negotiati ſunt & in uſum ſanctum anni ſeptimi non uſi ſunt. ענוי הדין *Afflictio judicii*, quando judicium licet manifeſtum, in aliud tempus differunt. עוות הדין *Perverſitas judicii*, qua juſtus declaratur injuſtus, & contra. Propter eos qui *Legem non recte docent*, qui legitimum pronunciant illegitimum, & contra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רעב של בצורת *Fames cobibitionis*, quando in anno exigua decidit pluvia, & in hoc loco multum, in alio autem parum & nihil. רעב של מהומה *Fames tumultus*, quando homines in bellis & tumultibus occupantur, ita ut non ſit tempus conſerendi agros.

רעב של כליה *Fames conſumptionis*, quando nullatenus pluit, & rivi ac ſtagna exſiccantur, ut ſcriptum eſt Deut. 28. 23. והיו שמיך אשר על ראשך נחשת Cæterum ענוי הדין *Afflictio judicii* eſt qua in re clara judicium differtur. עוות הדין *Perverſitas judicii* eſt qua contra jus faſque judicatur.

LEUSDENUS. רעב של בצורת *Fames probibitæ pluviæ.* Hic triplicis famis fit mentio. Fagius ex Rambam has fames ſic diſtinguit, 1. רעב של בצורת *fames probibitæ pluviæ* eſt, quum annus parum habet pluviæ, vel quum pluvia eſt in quibusdam tantum locis & in aliis non item. 2. רעב של מהומה *fames tumultus* eſt, quum homines bellis laceſſuntur, noviſque ſubinde negotiis & turbis impetuntur, propter quæ terra manet inculta. 3. רעב של כליה *Fames conſumptionis* eſt, quum omnino nulla eſt pluvia, ita ut exareſcant fluvii & ſtagna. Gloſſa ait שלא יש גשמים כלל *quod omnino non ſint pluviæ.*

החלה *Placenta.* Quando placenta non offertur, tum fames omnia conſumens venit in mundum. Lex hæc habetur *Num.* 15. 20. *De primitiis paſtarum veſtrarum placentam offeretis in oblationem.* Hinc quando panem ſubigunt, ſolent partem quadrageſimam quartam vel quadrageſimam octavam ſeparare. Olim dabatur hæc placenta Sacerdoti; ſed hodie, quia extra terram ſanctam habitant, in furnum projiciunt: non enim licet eam comedere. Quandoque hanc placentam reſervant, eique certas literas & notas ſuperſtitioſas inſcribunt, & tempore oborti incendii in ignem

FAGIUS. Docetur hic unde terræ ſterilitas, fames, annona, rerumque ad victum neceſſariarum penuria proveniat, ob peccata nempe hominum, ſicut & ſcriptura in multis locis teſtatur, maximè Levit. 26. & Deut. 28. præcipuè verò fames ingruit, ſi non rectè penduntur decimæ, quæ olim ab ipſo Deo per Moſen ſuo in populo in ſubſidium & ſuſtentationem pauperum, pupillorum, miniſtrorumque verbi inſtitutæ erant. Dein ubi charitas non habet locum apud homines, ſed quisque ſuo commodo etiam cum jactura & damno aliorum inhiat, nihil ſollicitus de proximo ſuo ſive habeat ſive non habeat unde vivat, id quod ſæpe magnorum tumultuum & ſeditionum cauſa eſt: quum ſcilicet pauperes qui nihil habent & eſuriunt, inopia adacti, in divites inſurgunt, latrocinantur, & prædantur. Eſt enim peſſimus rerum malarum conſultor fames. Poſtremum monet, famis cauſam eſſe ubi de noſtris proventibus, non etiam Deo ſuam tribuimus portiunculam, quod inditium eſt animi non ſatis grati de dei donis: in quem ſanè uſum olim in lege oblatio placentæ, quæ חלה dicebatur, inſtituta erat. de qua vide in Levitico. חלה autem ſicut Judæi tradunt, placenta erat, quam mulier volens

ignem projiciunt; nam credunt ea exſtingui incendium. *Vide Synag. Buxt. cap.* 34.

על מיתות האמורות בתורה *Propter mortes recenſitas in lege.* Quatuor fuerunt pœnæ capitales, ſcil. lapidatio, combuſtio, decollatio & ſtrangulatio. De his vide in Philologo Mixto diſſert. 47. Si בית דין *domus judicis* has pœnas non exigebat in maleficos, tum peſtis veniebat in mundum. In domo judicii erant 23. Viri, qui pœnas capitales infligebant.

ועל פירות שביעית *Et propter fructus anni ſeptimi.* Proventus & fructus anni ſeptimi erant relinquendi pauperibus, beſtiis, aliiſque: non licitum erat domino eos colligere, vel vendere, aut ex illis venditis theſaurum colligere, *Levit.* 25. 4. 5. 6. 7. Si quis hæc faceret, tum peſtis veniebat in mundum.

lens conficere & pinſere panes, prius de ſubacta farina, ſeu maſſa frumenti tollere, & ſacerdoti offerre tenebatur. Hodie quum non ſit amplius templum, nec uſus ſacrifitiorum, iſtiuſmodi placentam igne exurere ſolent Judæorum mulieres: eò quod ut illi dicunt, אסור בהנאה id eſt, vetitum ſit aliquid inde utilitatis capere. Cæterum ברכה, id eſt, benedictio, quam dicunt Hebræarum mulieres, quum tollunt illam collyridam, hæc eſt, ברוך אתה ה׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו להפריש חלה מן העיסה Id eſt, Benedictus ſit Dominus Deus noſter rex mundi, qui ſanctificavit nos, & præcepit nobis ſeparare placentam de paſta. Porrò Rambam triplicem hanc famam רעב של בצורת ורעב של מהומה ורעב של כליה in hunc modum diſtinguit רעב של בצורת הוא שתהיה השנה במעט מטר ימטר בקצת מקומות ובקצתן לא ימטר וכאשר ימטר יהיה מטרו מעט ורעב של מהומה הוא שיתעסק ארם במלחמות וקטטות וחרושים אשר יתחדשו להם עד שתשמם הארץ ולא תזרע בעת הזריעה לטרדות העולם ורעב של כליה הוא שלא ימטר כלל וייבשו הנהרות והאגמים כאמרו יהיו שמיך אשר על ראשך נחשת Id eſt, Fames prohibitæ pluviæ, eſt quum annus parum habet pluviæ, quum ſcilicet pluvia eſt in quibusdam tantum locis & in aliis non item, & licet pluit, tamen parum pluit. Fames tumultus, eſt quum homines bellis laceſſuntur, noviſque ſubinde negotiis & turbis impetuntur. Propter quæ terra, quam colere, conſuetoque tempore ſementem in ea facere non poſſunt, in ſolitudinem redigitur. Fames conſumptionis dicitur, quum omnino nulla eſt pluvia, ita ut exareſcant fluvii, & ſtagna, juxta id quod dicit ſcriptura, Erunt tibi cœli ſuper caput tuum ænei. Hactenus ille. Extant præterea qui רעב, כפן, & בצורת ſic diſtinguunt. רעב inquiunt eſt, quum nulla extant frumenta, כפן quum ſunt frumenta, ſed carè & magno pretio venduntur. בצורת quum neque pecunia adeſt, neque frumenta adſunt, atque duplicem iſtam pœnuriam innui dicunt per Beth literam, quæ præſervit in בצורת q. d. duplex anguſtia, afflictio & calamitas. Quatuor genera mortis fuerunt olim in populo Iſraëlitico, quibus facinoroſi puniebantur, videlicet סקילה lapidatio, שריפה combuſtio, הרג occiſio, & חנק ſtrangulatio. Occiſio gladio fiebat, & lapidatio durior erat combuſtione. Combuſtio gravior gladio, gladius durior ſtrangulatione. Minatur verò hæc ſententia peſtem, ſi magiſtratus non agit ſuum officium ſontes plectendo, & inſontes defendendo & tuendo. Vel quum proventus & fructus anni ſeptimi non ex æquo omnibus, maximè pauperibus & beſtiis communes reliquantur, ſicut olim populo Iſraëlitico à Domino præceptum erat. de quo vide in Levitico, cap. 25. Gladium verò, id eſt, bella, turbas & ſeditiones, ubi vel judicia ſuſpenduntur, aut pervertuntur. id quod intelligitur hîc per ענוי הדין & per עוות הדין. Nam ענוי הדין eſt inquiunt אחור המשפט יעין בו ימים רבים בדבר המבואר id eſt, quum judicium differtur, & ſuſpenditur in re plana & manifeſta עוות הדין הוא שידון בסדרה שאינו ראוי, Id eſt, quum iniquum judicatur. Porrò de quatuor generibus mortis, qualis videlicet mos fuerit olim in populo Judaico, vel lapidandi, vel comburendi, vel decollandi, vel ſtrangulandi, ex Maſſechtah Sanhedrin paucis ſic accipe. מוציאין אותו לסוקלו בית הסקילה היה חוץ לבית דין שנאמר הוצא את המקלל אחד עומד על פתח בית דין והסודרין בידו וסוס רחוק ממנו כדי שיהא רואהו אומר אחד יש לי ללמד עליו זכות הלה מניף בסודרין והסוס רץ ומעמידו ואפילו הוא אומר יש לי ללמד על עצמי זכות מחזירין אותו אפילו ארבעה וחמשה פעמים ובלבד שיש ממש בדבריו מצאו לו זכות פטרוהו ואם לאו יוצא ליסקל וכרוז יוצא לפניו איש פלוני בן פלוני יוצא לסקל על שעבר עבירה פלונית ופלוני ופלוני עדיו כל מי שיודע לו זכות יבא וילמד עליו היה רחוק מבית הסקילה כעשר אמות אומרין לו התודה שכן דרך כל המומתין מתודין שכל המתודה יש לו חלק לעולם הבא שכן מצינו בעכן שאמר לו יהושע בני שים נא כבוד לאלהי ישראל ותן לו תודה ויען עכן את יהושע ויאמר אמנה אנכי חטאתי וכזאת וכזאת עשיתי וגו׳ ומניין שכיפר לו וידויו שנא׳ ויאמר יהושע למה עכרתנו יעכרך יי ביום הזה היום הזה אתה עכור ואי אתה עכור לעולם הבא ואם אינו יודע להתודות אומרים לו אמור תהא מיתתי כפרה על כל עונותי ר׳ יהודה או׳ אם היה יודע שהוא מזומם או׳ תהא מיתתי כפרה על כל עונותי חוץ מעון זה אמרו לו אם כן יהו כל אדם אומרין כן כדי לנקות את עצמן היה רחוק מבית הסקילה ד׳ אמות מפשיטין אותו בגדיו האיש מכסי׳ אותו מלפניו והאשה מלפניה ומאחריה דברי ר׳ יהודה וחכמי׳ או׳ האיש נסקל ערום ואין האשה נסקלת ערומה בית הסקילה היה גבוה שתי קומות אחד מן העדי׳ דוחפו על מתניו נהפך על לבו הופכו על מתניו ואם מת בה יצא ואם לאו השני נוטל את האבן ונותן על לבו אם מת בה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שנאמ׳ יד העדי׳ תהיה בו בראשונה ויד כל העם באחרונה מצות הנשרפי׳ היו משקעין אותו בזבל עד ארכבותיו ונותני׳ סודר קשה לתוך הרכה וכורך על צוארו זה מושך אצלו וזה מושך אצלו עד שפותח את פיו ומדליק את הפתילה וזורקה לתוך פיו ויורדת לתוך מעיו וחומרת את בני מעיו ר׳ יהודה או׳ אף הוא אם מת בידי׳ לא היו מקיימין בו מצות שרפה אלא פותחין פיו בצבת שלא בטובתו ומדליק את הפתילה וזורקה לתוך פיו ויורדת לתוך מעיו וחומרת את בני מעיו מצות הנהרגין היו מתיזין את ראשו בסייף כדרך שהמלכות עושה ר׳ יהודה או׳ ניוול הוא לו אלא מניחין את ראשו על הסדן וקוצץ בקופיץ אמרו לו אין מיתה מנוולת מזו מצות הנחנקין היו משקעין אותו בזבל עד ארכבותיו ונותנין סודר קשה לתוך הרכה וכורך על צוארו זה מושך אצלו וזה מושך אצלו עד שנפשו יוצאת Hactenus ex Sanhedrin, quæ in favorem ſtudioſorum linguæ ſanctæ huc adjicere libuit: & quia à mediocriter hebraicè docto facile intelligi poſſunt, abſtinui à verſione.

ט חיה רעה באה לעולם על שבועת שוא ועל חלול
השם גלות בא לעולם על עובדי ע״א ועל גלוי עריות
ועל שפיכות דמים ועל שמיטת הארץ בארבעה פרקים
הדבר מתרבה ברביעית ובשביעית ובמוצאי שביעית
ובמוצאי החג שבכל שנה ושנה ברביעית מפני מעשר
עני שבשלישית בשביעית מפני מעשר עני שבששית
ובמוצאי שביעית מפני פירות שביעית ובמוצאי החג
שבכל שנה ושנה מפני גזל ומתנות עניים :

9. Beſtia mala venit in mundum, ob vanum juramentum, & propter violationem nominis divini. Captivitas vel exilium venit in mundum propter idololatriam, ſcortationem, effuſionem ſanguinis, & cum non datur terræ ſua quies (anno ſeptimo) Quatuor temporibus peſtis potiſſimum graſſatur, anno quarto & ſeptimo, & in exitu anni ſeptimi, & in exitu feſti tabernaculorum ſingulis annis. In quarto (anno) propter decimas pauperibus dandas anno tertio, in ſeptimo propter decimas pauperibus dandas anno ſexto. Et in fine ſeptimi anni propter fructus (qui in ſeptimo anno liberi & communes eſſe debebant.) Et in fine feſti tabernaculorum propter rapinam & munera pauperum.

R. OB. DE BARTENORA.

שבועת שוא *Juſjurandum vanum*, ſine neceſſitate. חלול השם *Profanatio nominis Dei*, qui publice peccat manu elata; vel cujus opera mala addidicerint alii. ועל שמיטת הארץ *Et propter terræ quietem*, ſi anno ſeptimo agros conſerant.

ועל מעשר עני שבשלישית *Et propter decimas pauperis anni tertii*, nam pro decimis ſecundis reliquis annis ſeptennii hæ dantur, anno autem tertio, & ſexto decimæ pauperum educebantur. מפני גזל ומתנות עניים *Propter rapinam & pauperum munera*, quæ ſunt ſpicilegium, & manipulus oblivionis, angulus, acini decidui, & racemationes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus in libro Miſnæ primo ordinem educendi fructus e proventu in uſum ſacrum, & ibidem etiam expoſuimus quod anno tertio & ſexto decima prima educebatur, & Levitis tradebatur ſicuti reliquis annis; deinceps decima educebatur pro pauperibus iiſque dabatur. Hæc autem pauperibus decima educebatur pro decimis ſecundis, quæ cæteris in annis educebantur. Cæterum dona pauperum ſunt ſpicilegium, manipulus oblivionis, & angulus, acini decidui, & racemationes, nam in feſto tabernaculorum omnia hæc abſoluta ſunt, quia terræ opera tum conſummata ſunt, & quia tum iſta omnia dedit, ſi quis dederit, qui vero iſta non dederit, diripuit.

LEUSDENUS. ע"א abbreviatura pro עבודת אלילים *cultus idolorum*, vel *idololatria*. Aliquando idem cultus vocatur עבודת כוכבים *Cultus ſtellarum*, vel עבודה זרה *Cultus alienus*.

על שמיטת הארץ *Propter intermiſſionem terræ* inhibitam anno ſeptimo. Lex *Exod.* 23 10. 11. lata ſic mandat: *Sex annis conſeres terram tuam, & colliges proventum ejus: ſeptimo autem anno intermittito eam, & relinquito eam incultam, ut comedant egentes e populo tuo, &c.* Agri ergò non colebantur anno ſeptimo, ſed quæ ſponte creſcebant, ea pauperibus relinquebantur: præterea debita à creditoribus non exigebantur, *Deut.* 15 1. 2. 3 Vide de hoc anno intermiſſionis in Philol. Mixto diſſert. 41.

החג *Feſtum.* Intelligitur feſtum Tabernaculorum; ſic ait gloſſa הוא חג הסכות *Illud eſt feſtum Tabernaculorum.*

גזל *rapina*, & munera pauperum. Si qui pauperibus dona ſecundum legem ipſis debita non largiantur, ſed eadem pro ſe recipiant, tum peſtis augetur. Qualia ſunt illa dona pauperibus tempore collectionis frugum concedenda? Jarchi ait לקט שכחה ופאה *Spicilegium, oblivio & angulus.* Per *Spicilegium* intellige ſpicas remanentes in meſſe, quæ pauperibus erant relinquendæ, *Levit.* 19 9. Per *oblivionem* intellige quod per oblivionem erat relictum in agro, ad illud non licitum erat reverti, illudque tollere, ſed peregrinis, viduis & orphanis erat relinquendum. Per *angulum* intelligendus eſt angulus agri, qui tempore meſſis non erat demetendus, ſed pauperibus relinquendus, *Levit.* 19 9.

FAGIUS. Docetur hic, perjurium, blaſphemias, & vana juramenta puniri incurſione beſtiarum malarum & noxiarum, exilio, idololatriam, quam Hebræi עבודה זרה id eſt, ſervitutem, ſeu cultum alienum vocant. item ſcortationem. Unde eſt quòd dicunt כל מקום שאתה מוצא זנות אנדרלמוסיא באה לעולם והורגת טובים ורעים id eſt, in quocunque loco reperis ſcortationem, peſtis gravis venit in mundum, & occidit bonos & malos. Sanguinis quoque innocentis effuſionem. Peſtem verò immitti ubi negliguntur pauperes & inopes, quibus olim Deus in ſuo populo variis rebus proſpexerat, nempe שמיטת הארץ והמעשר והלקט השכחה והפאה והפרט והעוללות Per שמיטת הארץ Hebræi intelligunt quietem & libertatem ſeptimi anni. nam שמיטה propriè נדיבה & נטישה id eſt dimiſſionem ſignificat, ſic dictam, quod in eo anno debitores dimitti jubentur, nec quicquam amplius ab illis exigi permittitur, Deut. 15. Itemque anno ſeptimo terra dimittenda & deſerenda erat, quo pauperes edere poſſent quæ tum creſcebant, ſicut legitur Exod. 23. והשביעית תשמטנה ונטשתה ואכלו אביוני עמך ויתרם תאכל חית השדה כן תעשה לכרמך לזיתך id eſt, In ſeptimo verò liberam dimittes atque deſeres eam, ut comedant pauperes populi tui. De decimis pro ſublevatione pauperum ordinatis, lege Deut. 26. Per הלקט intellige ſpicas remanentes in meſſe, quæ pauperib. relinquendæ erant. Per השכחה quod per oblivionem relictum fuit in agro ad quod non licebat reverti & tollere illud, ſed peregrinis, viduis, & orphanis relinquendum erat. Per הפאה angulos agrorum qui in meſſe non erant demetendi, ſed pauperibus relinquendi. Per הפרט grana in vindemia decidentia quæque non erant tollenda. Per העוללות racemos in vitibus remanentes. hæc omnia מתנות עניים Id eſt, munera ſeu dona pauperum dicuntur, quibus illos ſpoliare pro rapina habebatur.

י ארבע מדות באדם האומר שלי שלך ושלך שלי עם הארץ האומר שלי שלי ושלך שלך זו מדה בינונית ויש אומרים זו מדת סדום שלי שלך ושלך שלך חסיד שלך שלי ושלי שלי רשע:

10. Quatuor ſunt conditiones ſeu proprietates hominum. Qui dicit, quod meum eſt, tuum eſt, & quod tuum eſt, meum eſt, is idiota eſt. Qui vero dicit quod meum eſt, meum eſt: & quod tuum eſt, tuum eſt, hæc eſt conditio quædam mediocris. Et ſunt qui dicunt hujus conditionis fuiſſe Sodomitas. Qui dicit quod meum eſt, tuum eſt: & quod tuum eſt, tuum ſit, hic pius eſt. Qui vero dicit quod tuum eſt meum eſt, & quod meum eſt, meum ſit, talis impius eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלי שלי ושלך שלך *Quod meum eſt, meum eſt, & quod tuum eſt, tuum eſt*, nolo ab alio quicquam utilitatis capere, neque ut alius e me capiat. ויש אומרים זו מדת סדום *Sunt qui dicunt hujus conditionis fuiſſe Sodomitas*, hæc conditio proxime accedit ad conditionem Sodomitarum, quia hæc obtinuit inter eos, etiam in re e qua proximus utilitatem capit, ut ipſe nihil perdat, non vult proximo ſuo quid commodi afferre, atque hæc conditio Sodomitarum eſt, qui a ſemet ipſis omnes pauperes & peregrinos removebant, etſi regio ipſorum ſatis ſpatioſa & ampla eſſet, ipſiſque nihil ad victum deeſſet. שלי שלך ושלך שלי עם הארץ *Quod meum eſt, tuum eſt, & quod tuum eſt, meum eſt, idiota eſt*, qui commodum largitur & æquali modo recipit, & ita moris eſt inter homines, ſed hoc non vult locus, qui dicit, Prov. 15. 27. ושונא מתנות יחיה Et hic eſt idiota ubique locorum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponemus tibi in hoc ſermone quod חסיד *pius* ſit is qui plura facit opera bona quam requiruntur, ſive is qui ad aliquod extremum parumper inclinat. Exponetur quoque eum qui רשע *Impius* dicitur, eſſe talem qui animæ vitiis laborat, & ſe inclinat ad aliud extremum, uti expoſuimus capite quarto prologi. Nam is qui bona ſua ob aliena poſſidere velit, multa ambitione abundat, & vocatur *impius*.

locorum, qui conſuetudinum obſervans eſt; ſed iſti ignorant diſtinguere inter homines excellentiores. שלי שלך ושלך שלך *Quod meum eſt, tuum eſt, & quod tuum eſt, tuum eſt*, qui aliis e bonis ſuis utilitatem adfert, ipſe vero non vult ab aliis utilitatem capere. חסיד *pius eſt*, qui plus facit quam requiritur.

LEUSDENUS. שלי שלי ושלך שלך *Quod meum eſt, meum eſt; & quod tuum eſt, tuum eſt.* Jarchi ſic explicat שאיני רוצה שתהנה ממני ולא שאהנה ממך זו מדה בינונית *Quia ego nolo ut utilitatem percipias ex me, nec ut utilitatem percipiam ex te; hæc eſt conditio mediocris.* בינונית *Mediocris*, h. e. inquit Jarchi שאינו לא צדיק ולא רשע *Qui non eſt neque juſtus neque impius.*

חסיד *pius.* Gloſſa dat rationem שאינו רוצה ליהנות משל אחרים ורוצה שאחרים יהנו ממנו *Quia non vult utilitatem percipere ex rebus aliorum, ſed vult alios utilitatem percipere ex ſe.*

FAGIUS. Invenias homines qui tametſi ſine ſuo malo & damno alicui benefacere & gratificari poſſent, nolunt tamen, & tale fuiſſe ingenium Sodomitarum referunt hebræi: unde adhuc hodie proverbii vice uſurpant, quod dicere ſolent de aliquo qui cum poſſet citra diſpendium, & incommodum ſuum officium præſtare, & detrectat, זו מדת סדום id eſt, imitatur ingenium Sodomitarum. Qui verò tantum benefacit ei qui ſibi viciſſim benefacit, is nihil eximii & præclari præſtat, cum hoc idem faciunt & homines vulgares & plebeii, ſicut & Chriſtus in Euangelio dicit. Si dilexeritis eos qui diligunt vos, quod præmium habetis? Nonne & publicani idem faciunt? Et ſi complexi fueritis fratres veſtros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani ſic faciunt? Qui verò omnibus ad ſerviendum expoſitus eſt, etiamſi hoc ipſum ſuo malo & damno fiat, talis חסיד appellatur: nam חסד non vulgare, ſed eximium, inſigne & rarum beneficium ſignificat quodque gratuitò fit citra reſpectum compenſationis. Qui verò non tantum non benefacit de ſuo, verum etiam aliena bona invadere ſibique uſurpare quo jure quaque injuria contendit, talem רשע vocant שיש לו רוב התאוה id eſt, à nimia habendi cupiditate. Unde & R. D. K. in ſuo commentario ſuper pſalterium רשעים ſic deſcribit, הרשעים הם החרדים לקנות ממון ותאות לבם בזה העולם ולא יבחנו בין הטוב ובין הרע ויגזלו ויגנבו ויחמסו בעבור הממון מרוב חרדת לבם כי ענין הרשע הוא החרדה Id eſt, impii ſunt qui nimium inhiant comparandis divitiis, quorumque deſiderium fertur ad hoc ſeculum, non diſcernentes inter bonum & malum, ſed prædantur, furantur, & latrocinantur propter divitias, præ nimia cordis aviditate, id enim ſignificat רשע. hæc ille.

יא ארבע מדות בדעות נוח לכעוס ונוח
לרצות יצא שכרו בהפסדו קשה לכעוס
וקשה לרצות יצא הפסדו בשכרו קשה
לכעוס ונוח לרצות חסיד נוח לכעוס וקשה
לרצות רשע :

11. Quadruplicis ingenii homines inveniuntur. Eſt qui facile iraſcitur, & facile etiam placatur: hic quod ex una parte amittit, ex altera lucratur. Eſt qui facile commovetur, & non facile tamen commotus manſueſcit, talis quod in una parte lucratur, in altera amittit. Alius difficulter exaſperatur, & exaſperatus ira facile mitigatur, talis pius vocatur. Qui verò temere iraſcitur, & graviter placatur, impius dicitur.

R. OB. DE BARTENORA.

נוח לכעוס נוח לרצות *Qui facile iraſcitur & facile placatur*, qui ſtatim ob quamlibet rem iraſcitur, etſi quam primum ipſius ira ſubſideat, damnum tamen illius majus eſt quam lucrum, eo quod plurima ipſius opera ſunt mala, poſtquam ad ſe redierit, ſed qui difficilis eſt ad iram, etſi etiam difficulter ad ſe redeat, exiguum tamen illius damnum in eo quod difficile ad ſe redit, cedit ipſi in magnum lucrum quod rariſſime iraſcitur; idcirco maxima operum ejus pars bona eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conſidera quod חסיד *Pius* vocatur סבלן *Patiens* quando patientia ipſius adeo abundans eſt, ut in iræ caſu nihil iræ ſentiat; qui vero iræ vitio laborat, is רשע *Impius* vocatur.

FAGIUS. Collatio hîc fit hominum concitatorum iraque æſtuantium, inter quos omnium optimi habentur, qui exaſperati facilè miteſcunt, placantur & reconciliantur. Ut certe nunquam iraſci laudabile non eſt, ita nimium iraſci intolerabile eſt; id quod fit tripliciter. Primo invenias qui levi ex cauſa velociter & extreme iraſcuntur, illi mox miteſcunt, quod fieri dicunt in cholericis propter caliditatem. Eſt enim ira ebullitio ſanguinis circa cor, inquit Ariſto. de anima, hos etiam philoſophus acrocholos vel acutos nominat. Alii iram diutius retinent propter materiæ groſſitiem, ut melancholici, quos amaros vocat. Tertii qui graves appellantur, iram conceptam obſtinato animo tenent: nec deſiſtunt donec vindictam inferant, & illi ſeveri ſunt, ſi ſecundum leges puniunt: feroces, ſi ſine cauſa puniunt: aut ſi in hominum cruciatu delectentur: crudeles, ſi graviores quàm lex dictat pœnas inferunt. Hi jam tertii ordinis iracundi potius beſtiæ quam homines dicendi ſunt: quia obſtinato animo ſunt: nec miteſcunt, homo autem mitis fieri poteſt, dicente poeta: Nemo adeo ferus eſt qui non miteſcere poſſit. Candida pax homines, trux decet ira feras.

יב ארבע מדות בתלמידים מהר לשמוע ומהר
לאבד יצא שכרו בהפסדו קשה לשמוע וקשה
לאבד יצא הפסדו בשכרו מהר לשמוע
וקשה לאבד חכם קשה לשמוע ומהר לאבד זה
חלק רע :

12. Quatuor extant genera diſcipulorum. Alius cito capit, ſive intelligit quippiam, & cito etiam amittit iterum: hic lucrum quod in una parte facit, in altera amittit. Alius difficulter aliquid apprehendit, & difficulter (quod didicit) amittit: is quod in una parte amittit, in altera lucratur. Alius cito aliquid aſſequitur & non facilè rurſum amittit: talis ſapiens eſt, & pars ejus bona. Qui vero tardo eſt ingenio, ſimulatque labilem habet memoriam, illius ſors mala eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מהר לשמוע ומהר לאבד יצא שכרו בהפסדו *Qui cito diſcit,*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias *pium* non dicier eum qui bona valet memoria; quia

 hæc

& cito amittit, lucrum illius exit in damnum, quia ſtatim obliviſcitur id quod didicit, quid commodi ergo accedit ipſi ſi diligenter addiſcat? reſp. amiſſio ipſius major eſt lucro.

קשה לשמוע וקשה לאבד יצא הפסדו בשכרו *Qui difficulter addiſcit, & difficulter amittit, illius damnum exit in lucrum*, nam bona conditio eſt quam præter malam poſſidet, quandoquidem id quod didicit poſt magnam difficultatem, in memoria tenet, & nunquam obliviſcitur. Hinc colligimus quod ſi coram magiſtro duo ſint diſcipuli, & non ſuppetat præter victum ad unum ſuſtentandum, is qui difficulter rem præceptam amittit præferendus eſt ei qui facili negotio apprehendit. זו חלק רע *Illius ſors mala eſt*, hic non quadrat dicere pius aut impius, quia hæc non eſt res quæ ab arbitrio hominis dependet, ſed defectus e creatione.

hæc virtus intellectualis eſt ob quam vocetur *Sapiens*. Impius autem non dicitur is qui ingenio difficili eſt, & facile obliviſcitur, quia ipſi non datum eſt, & quia non eſt e virtutibus illis quæ comparari poſſunt, ſicuti expoſuimus capite ſecundo.

FAGIUS. Collatio hîc fit ingeniorum inter quæ maximè probantur quæ quod facile addiſcunt, fideliter retinent, & non facile rurſum effluere ſinunt.

יג ארבע מדות בנותני צדקה הרוצה שיתן ולא יתנו אחרים עינו רעה בשל אחרים יתנו אחרים והוא לא יתן עינו רעה בשלו יתן ויתנו אחרים חסיד לא יתן ולא יתנו אחרים רשע :

13. Quatuor ſunt conditiones eorum qui largiuntur eleemoſinam. Eſt qui cupiat dare, non tamen vult ut & alii dent: is malo eſt oculo, in re aliena. Dein eſt qui velit alios dare, ipſe verò nihil dat. Talis invido oculo eſt in re ſua. Tertio eſt qui dat, & cupit etiam alios dare. hic pius eſt. Qui vero nihil dat, nec vult etiam ut alii dent, impius eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בנותני צדקה *Qui largiuntur eleemoſynas*, in ipſa datione eleemoſynæ ſunt tot genera, non autem in iis qui dant eleemoſynam, quia inter illos ſunt qui non dant. Sic etiam Miſna ſequenti dicitur quatuor genera eſſe eorum qui Scholam ingrediuntur, quod intelligendum eſt de introitu in Scholam. *Is malo oculo eſt in re aliena*, quia novit quod datio eleemoſynæ divitias adfert, at ipſe non vult ut alii ditеſcant. Aliter, ſunt nonnulli qui propinquorum bonis magis parcunt quam ſuis, & quamvis ille det eleemoſynas, tamen non vult ut propinqui ipſius dent, ne bona eorum pereant, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *oculus ipſius malus eſt in re aliena*; & huic ſimile eſt id quod in fine Miſnæ dicitur, *oculus ipſius malus eſt in re ſua*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sciendum eſt eum qui liberaliſſime expendit eleemoſynas, & ne quidem tanta liberalitate ſibi ſatisfacere poteſt, ſed plus dare cupit, vocari חסיד *Pium*, qui vero contra facit, רשע *Impium* dici.

LEUSDENUS. צדקה *Eleemoſyna*. Quare Judæi vocant eleemoſynam צדקה *Juſtitiam*? Vel quod juſtum ſit dare eleemoſynam; vel quod ille qui dat eleemoſynam juſtus ſit in conſpectu Dei. Judæi ſubtiliter eliciunt ex voce צדקה, quod ille non debeat accipere eleemoſynam, qui habet ducentos aureos; ſecus verò ſi habeat uno minus, h. e. 199. Quia totidem in numero conſtituunt literæ vocis צדקה ſi in numerum reſolvantur. *Vide Fagium ad hunc locum.*

עינו רעה *oculus ejus eſt malus*. Jarchi dicit עינו צרה בממון אחרים שלא יעשו צדקה *Oculus ejus eſt invidus in pecuniam aliorum, ne concedant eleemoſynam*, ut augeantur opes, utque bonum nomen accipiant.

FAGIUS. Commendatur eleemoſina quæ non parcè vel cum invidentia vel diffidentia quadam vel ex alieno bono, ſed de ſuo liberaliter & hilariter præſtatur. Judæi eleemoſinam צדקה à juſtitia nominant, vel quod juſtum & æquum ſit eleemoſinam dare eum qui poteſt, vel quod per eam juſtus ſit in conſpectu dei, juxta illud Danielis. 4. להן מלכא מלכי ישפר עליך וחטיך בצדקה פרק ועויתך במחן ענין הן תהוה ארכה לשלותך Id eſt, ob id ô rex, mi rex, placeat tibi, ut peccata tua eleemoſina redimantur, & iniquitates tuæ miſeratione pauperum: id enim erit ſanitas pro errore tuo. Item, צדקה תציל ממות id eſt, Juſtitia autem liberat à morte. Item, צדקה תרומם גוי id eſt, Juſtitia exaltat gentem, in his locis hebræorum Rabbini צדקה pro eleemoſina exponunt. Per oculum malum hebraiſmus intelligit hominem qui habet pravum, malignum, parcum, & invidentem animum, ſicut per oculum bonum, animum liberalem, & beneficum, inde nimirum ſumpta metaphora, quod animi habitus ſe oculis maximè prodit. Illius exemplum habes Proverb. 23. אל תלחם את לחם רע עין ואל תתאו למטעמותיו id eſt, Ne edas cibum oculi mali & ne deſideres delitias ejus. Item, Proverb. 28. נבהל להון איש רע עין id eſt. Qui præceps fertur in opes, habet vir ille oculum malum. Hujus Proverb. 22. טוב עין הוא יבורך כי נתן מלחמו לדל Id eſt, Qui bono eſt oculo, huic benedicetur, tribuit enim egeno de pane ſuo. Argutantur porrò Judæi quidam in voce צדקה colligentes inde, eum non debere accipere eleemoſinam, qui habet ducentos aureos: ſecus verò ſi habeat unò minus. hoc eſt, centum nonaginta novem, totidem in numero conſtituunt literæ vocis צדקה ſed Judaicum hoc eſt.

יד ארבע מדות בהולכי לבית המדרש הולך ואינו עושה שכר הליכה בידו עושה ואינו הולך שכר מעשה בידו הולך ועושה חסיד לא הולך ולא עושה רשע :

14. Quatuor ſunt genera hominum ingredientium domum doctrinæ. Eſt qui ingreditur & non facit (quo docetur:) hic mercedem tantum pro acceſſu accipit. Eſt dein qui facit & non ingreditur: Is pro opere præmium accipit. Qui ingreditur & facit, is pius eſt. Qui verò nec ingreditur, nec facit (quod docet) impius eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הולך ואינו עושה *Qui ingreditur & non facit*, qui Scholam ingreditur auditum, & non meditatur, neque diſcit, neque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בהולכי לבית המדרש *In iis qui Scholam ingrediuntur*, vult, quod hominum genera quatuor inveniuntur quantum ipſum

que intelligit. *Qui facit & non ingreditur*, qui meditatur, addiſcit, & ſtudet domi ſuæ.

ipſum Scholæ introitum attinet. Conſidera autem, quomodi is qui virtutes ſuas auget, dicatur חסיד *pius*; qui vero hac in parte negligens eſt, vocatur רשע *impius*. Cæterum quando noveris virtutes intellectuales & morales, & præterea quoque unamquam que ſpeciem intellexeris, ſi ſcientiam & bona opera addiſcere velis, & medium acquirendi illa noſcas, & viam ad bona opera quæ vocantur bonæ virtutes, ut & additamentum aliquod ad medium, quod actiones piorum continet. Scias autem quod exceſſus & defectus ambo ponuntur in vitio, ſed alteruter ex illis magis convenit homini vitioſo, & alter peccatum aut opus indecorum; exempli gratia, temperantia eſt virtus, ſed intemperantia eſt vitium. Cæterum defectus ſenſuum etſi imperfectus ſit & vitioſus, tamen non adeo malus eſt quam intemperantia, & vocatur defectus ſive actio indecora ſi quis temperantiam egreditur paululum verſus ſenſuum defectum: ſed hoc perfectis convenit. Quando autem hæc intellexeris, quod is qui aliquantulum decedit a temperantia, vocetur *pius*, uti diximus. Qui vero ſenſuum expers eſt, is vocatur חטא *Peccator*. Cæterum ex omnibus iis quæ diximus tibi conſtabit quis ſit גלם vel חכם vel רשע vel חטא vel חסיד Nam hæc nomina attribuuntur ſecundum hominis actiones, cui inſunt vitia, is vocatur רשע *Impius*; ſi virtute intellectuali præditus ſit, is inter Sapientes vocatur *Impius aſtutus*. Si vero ſit impius qui aliis malum infert præter ſua vitia, impudicus & crudelis habendus eſt, & dicitur malus impius. Qui vero habet virtutes intellectuales, & vitia quibus malum ſecit, is vocatur *Sapiens ad malefaciendum*, ſicuti ſcriptum eſt Jer. 4. 22. חכמים המה להרע ולהטיב לא ידעו Sed in quo omnes virtutes tam morales quam intellectuales perfecte inveniuntur, is omnium rariſſimus invenitur, attamen aliquando talis invenitur, & tum a philoſophis dicitur *vir divinus*, & in lingua ſancta איש האלהים *vir Dei*. Ego autem dico talem virum vocari מלאך יהוה *Angelum Domini*, quemadmodum dicitur Jud. 2. 1. ויעל מלאך יהוה מן הגלגל Philoſophi autem dicunt vix fieri poſſe ut inveniatur quiſquam in quo omnia vitia & defectus inveniuntur ſine omni virtute intellectuali & morali, & ſi talis inveniatur, animalium ferocium nomine aliquo notatur, ita eum vocavit Salomo Prov. 17. 12. רב שכל In quo ignorantiæ operumque malorum congeries continetur. Cæterum Lex jam expoſuit eum in quo inveniuntur intellectuales virtutes atque morales vocari, *angelum Dei*, & hoc eſt quod dicitur. Malach. 2. 7. Intellectus autem omnes comprehendit virtutes intellectuales, & tum demum perficitur. Et quod Lex dicit de ſacerdote, *& Legem ex ore illius petent*, denotat quod is in virtutibus moralibus perfectus eſt, quemadmodum expoſuimus capite ſeptimo; propterea dixerunt, *& omnes viæ ipſius ſunt pax*. Præterea ibidem expoſuimus, quod pax e virtutibus moralibus provenit; & poſtea dicit Lex, *quia angelus Domini Sebaot is eſt*.

LEUSDENUS. לבית המדרש *In domum doctrinæ*. Domus doctrinæ eſt locus publicus, in quem ad docendum, diſcendum, vel concionandum convenitur. Elias in Thisbi ait הבית או החדר המיוחד ללמוד התורה נקרא בית המדרש *Domus vel conclave, quod ſtudio legis deſtinatum eſt, vocatur Beth hammidraſch*. Deſcendit enim à דרש quod *concionari & ſermocinari* ſignificat. Inde eſt מדרש *inquiſitio, ſtudium*, & בית המדרש *domus ſtudii, ſchola, gymnaſium, collegium*, ubi diſcitur, & in doctrinam inquiritur. Hebræi ſtatuunt olim Hieroſolymis fuiſſe 481. בתי כנסיות *ſive* בתי מדרשות *ſcholas*. Unde illum numerum Scholarum probant? Ex *Jeſ.* 1. 21. איכה היתה לזונה קריה נאמנה מלאתי משפט *Quomodo effecta eſt meretrix urbs fidelis? Plena fuit judicio*. Hic occurrit vox מלאתי numericè in ſe continens 481. ergò totidem putantur fuiſſe ſcholæ, præcipuè cum Textus dicat urbem illam fuiſſe plenam judicio, & juſtitiam in ea pernoctaſſe. *Vide Fagium.*

ואינו עושה *Et non facit*. Jarchi addit שאינו לומד כלום אלא שומע אחרים *Qui non diſcit aliquid, ſed audit ex aliis*, ille tamen accipit mercedem pro itione. Quod ſequitur ואינו הולך *& qui non ingreditur*, explicat idem per שלומד בביתו *qui diſcit in domo ſua*, ille accipit mercedem pro opere.

FAGIUS. Beth hamedraſch hebræi vocant locum publicum ubi ad diſcendum, docendum, & concionandum convenitur, nam דרש concionari & ſermocinari ſignificat, vide de etymo hujus vocabuli ſi plura noſſe cupis, Tisbiten Heliæ. Et hebræorum authores ſcribunt. 481. בתי כנסיות ſive בתי מדרשות olim Hieroſolymis fuiſſe, ad quod etiam prophetam Eſaiam alluſiſſe dicunt cap. 1. ubi dicit איכה היתה לזונה קריה נאמנה מלאתי משפט צדק ילין בה ועתה מרצחים id eſt, Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis? Plena fuit judicio, & juſtitia pernoctavit in ea, nunc autem homicidæ ſunt (in ea.) Ibi philoſophantur in voce מלאתי cujus literæ in numero conficiunt. 481. & innuere 481. ſynagogas, quæ fuerint Hieroſol. Invitat autem hæc ſententia ad publicos conventus eccleſiæ, quos propoſito præmio non temere negligendos monet: tum propter ſe ipſum, tum propter alios, quos noſtro exemplo allicere debemus. Laudatur vero inprimis non qui ex conſuetudine, ſed qui eo animo illos frequentat, ut ſemper aliquid audiat & addiſcat, quò vitam emendet, meliorque evadat

טו ארבע מדות ביושבי לפני חכמים ספוג ומשפך משמרת ונפה ספוג שהוא סופג את הכל משפך שמכניס בזו ומוציא בזו משמרת שמוציאה את היין וקולטת את השמרים ונפה שמוציאה את הקמח וקולטת את הסולת :

15. Quadruplices conditiones (inveniuntur) in his qui ſedent coram ſapientibus (audiendi cauſa) Videlicet conditio ſpongiæ, clepſydræ, ſacci fecinacei, & cribri. Spongia ſugendo attrahit omnia. Clepſydra quod una ex parte attrahit, ex altera rurſum effundit. Saccus fecinaceus effundit vinum & colligit feces. Cribrum emittit farinam & colligit ſimilam.

R. OB. DE BARTENORA.

ביושבי לפני חכמים *In his qui ſedent coram Sapientibus*, ſuperius auctor agit de quatuor conditionibus diſcipulorum, de memoria & oblivione, hic vero agit de opinione recta, & electione veri & falſi. ספוג *Spongia*, hæc imbibit aquam tam turbidam quam puram, ſic etiam homines ſunt qui ingenium habent laxum quo omnia apprehendunt quæ audiunt, non diſtinguentes inter verum & falſum.

שמכניס בזו ומוציא בזו *Quod una ex parte attrahit, ex altera vero effundit*, ita ſunt nonnulli qui recipiunt id quod didicerunt, & quemadmodmodum id receperunt, ita quoque id ipſum effundunt. Et quemadmodum ſaccus fecinaceus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Comparat eum qui omnia qua audivit, in memoria tenet & non diſtinguit inter verum & falſum, cum ſpongia quæ omnes liquores imbibit. Qui vero ſtatim addiſcit, & de vero & falſo nihil in memoria tenet, eum comparat cum clepſydra; ſed qui res malas & opiniones falſas in memoria habet, & res veras obliviſcitur, illum comparat cum ſacco fecinaco, in quo nihil præter fœces reliquum eſt. Qui autem contra ſe habet, eum comparat cum cribro, quod pulverem emittit & per foramina ſua comminuit, remanente tantum ſimila; atque hoc ſimile cribrum duntaxat optimum eſt, quia pulverem

 incp-

ceus effundit vinum & colligit fœces, ſic etiam nonnulli omne id quod audiunt in ſchola, effutiunt, & omne recolligunt. נפה *Cribrum*, poſtquam craſſiores & minutiores furfures eduxerint e farina molita, remanet farina minuta cum ſimila craſſa, quæ optima eſt, deinceps per cribrum aliud arctius illam tranſmittunt, & ex eo tota illa farina minuta deſcendit inſtar pulveris cujuſdam albi, & ſimila craſſa optima eſt reliqua. Ita comparatum eſt cum eo qui ingenium ſuum excolere, & verum a falſo & vano diſtinguere ſolet.

LEUSDENUS. ספוג *Spongia*, משפך *clepſydra*, משמרת *ſaccus fecinaceus*, נפה *cribrum*. Quatuor dicuntur eſſe genera ſedentium coram ſapientibus, h. e. diſcipulorum, qui ſic periphraſticè hoc in loco circumſcribuntur. Quadruplex hæc differentia facilè dignoſcetur, modo quid ſingulæ voces denotent, explicetur. 1. ספוג ſignificat בלעז *vernacule* ſpongiam, ea facile liquorem ſine diſcrimine in ſe recipit. Talis eſt ille ſtudioſus qui omnia audit, ſed non diſtinguit inter utile & inutile. Maimon ait ספוג הוא צמר הים שבולעת הכל *ſpongia eſt lana marina, quæ abſorbet omnia.* 2. משפך *clepſydra.* Gloſſa ait כלי רחב מלמעלה וצר מלמטה *eſt vas latum ſupra & anguſtum infra.* Et diſcipulus, qui clepſydra vocatur, deſcribitur כך יש ששוכח הכל *Talis eſt qui obliviſcitur omnium*, h. e. qui cito aliquid percipit, ſed celeriter obliviſcitur. 3. משמרת *Saccus fecinaceus.* Gloſſa ait שמוציאה את היין וקולטת את השמרים *qui emittit vinum & retinet feces.* Talis eſt ſtudioſus, qui falſa & vitioſa ſervat, ſed vera & bona tranſmittit 4 נפה *cribrum.* Studioſus, qui cribro aſſimilatur, facit contrarium, ſervat vera & bona, ſed tranſmittit falſa, mala & inutilia. Hic intelligitur tale cribrum, quod per foramina pulverem emittit, & ſimilam retinet.

FAGIUS. Maymon hæc hebraice ſic explicat ידמה האיש הזכרן שיזכור כל מה שישמע ולא יבדיל בין האמת והשקר לספוג והוא צמר הים שבולעת הכל ודימה גם כל מי שיבין לאלתר ולא יזכור דבר כלל לא האמתי ולא שאינו אמתי למשפך ודימה מי שיזכור דברים הרעים והדעת שאינו אמתי וישכח דברים האמתיים אשר עליהם המעשה למשמרת שלא ישאר בה רק השמרים ויצא היין ודימה האיש שהענין בו בהפך לנפה שמוציאה העפר והאבק כנקבית וישאר בו הסלת וזו נפה הסלת לבד היא המוכנת שבה לתיותה מוציאה הקמח הרק אשר אין בו צורך ומשארת הגס והוא הסלת Id eſt. Aſſimilat eum qui omnia memoriæ mandat, nec diſcernit inter verum & falſum ſpongiæ. Eſt autem ſpongia lana marina, quæ abſorbet omnia. Dein comparat eum qui cito intellectu aliquid apprehendit, nec tamen memoria retinet quicquam, ſive id verum & ſolidum ſit, ſive minus, eum inquam clepſydræ comparat. Porrò eum qui memoriæ mandat res malas, nec non & ſcientiam quæ non eſt vera, ac interim obliviſcitur quæ vera & ſolida ſunt, ſacco ſeces capienti aſſimilat: in quo feces remanent & quod purum eſt effluit. Eum verò in quo contrarium apparet, cribro comparat: quod per foramina pulverem emittit, & retinet ſimilam. De cribro autem qua optima ſimila paratur, hoc ſolum intelligas, quæ ſcilicet ejicit tenuem farinam, cujus nullus eſt uſus, & retinet interim groſſiorem farinam, quæ ſimila vocatur. יושבי לפני חכמים periphraſis eſt diſcipulorum.

יז כל אהבה שהיא תלויה בדבר בטל דבר בטלה אהבה ושאינה תלויה בדבר אינה בטלה לעולם איזו היא אהבה התלויה בדבר זו אהבת אמנון ותמר ושאינה תלויה בדבר זו אהבת דוד ויהונתן :

16. Omnis amor qui pendet ab aliqua re, ſi ea res ceſſat, ceſſat & amor. Qui verò non pendet ab aliqua re, non ceſſat unquam. Quiſnam amor eſt, qui dependet ab aliqua re? amor ſcilicet Amnon & Thamar, & qui à nulla re pendet, fuit amor Davidis & Jonathæ.

R. OB. DE BARTENORA.

Omnis amor qui dependet a re vana, quæ non eſt ſtabilis, peribit, nam ſublata cauſa tollitur effectus, hic autem cauſa vana eſt; ſed omnis amor qui non dependet a re vana, verum a ſtabili, ſicuti amor juſtorum eſt, & ſapientum, quemadmodum ergo cauſa iſtius amoris non ceſſat, ita nec ipſe amor unquam ceſſat. *Amor Amnonis & Thamaris*, propter pulchritudinem illius. *Amor Davidis & Jonathæ*, ad voluntatem Dei implendam, ſicuti Jonathan dixit ad Davidem, *Tu eris rex in Iſraelem, ego vero tibi ſecundus ero.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tu jam noſti quod ſi cauſæ corporeæ ceſſent, ceſſant etiam effectus illarum, nam ſublata cauſa tollitur effectus. Propterea, quando cauſa amoris eſt res divina, quæ veriſſima eſt Sapientia, fieri non poteſt ut illa extinguatur, eo quod cauſa illius æterna eſt.

FAGIUS. Vulgatum dictum eſt, Deficiente cauſa, deficit & effectus: ſi cauſa amoris tui erga aliquem, vel amicitiæ cum illo initæ, fuerit vel formæ decor, vel opulentia, vel aliquid tale, ſi illa ceſſaverint & perierint, ceſſabit, ac peribit & amor, & amicitia. Forma enim (ut poëta inquit) bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos, fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo. Varia item & multa pericula ſunt, quibus opes eripi poſſunt, quibus ereptis, multi deſinunt eſſe amici, ut ſimiliter poëta canit, Donec eris fœlix multos numerabis amicos. Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. Monet autem hæc ſententia amorem, ſive amicitiam eatenus ſtabilem & firmam eſſe, quatenus eſt ipſa cauſa, à qua pendet amor, ſeu amicitia. Sunt autem tres fere cauſæ amoris & amicitiæ, bonum utile, delectabile, & honeſtum. Primæ duæ cauſæ ut cito oriuntur, ita & cito facileque diſſolvuntur, ceſſante ſcilicet bono delectabili vel utili. Amicitia verò, quæ eſt propter bonum honeſtum (quod eſt virtus) difficulter ſolvitur. Nihil eſt enim, inquit Cicero, virtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quum propter veritatem aut probitatem etiam quos nunquam vidimus diligamus. Unde idem in Officiis dicit. Omnium ſocietatem nulla præſtantior, nulla firmior quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate conjuncti. Illas, & pleraſque alias cauſas & proprietates amicitiæ, antiquitus apud Romanos pictura amicitiæ pulchrè demonſtrabat. Depingebatur enim juvenis forma, diſcooperto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cujus fimbria ſcriptum erat: Mors & vita: in fronte, Æſtas & hyems. Habebatque latus apertum uſque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens, ibi ſcriptum erat: Longe & prope. Forma juvenilis indicat amicitiam ſemper recentem: nullaque temporis diuturnitate tepeſcentem. Nudum caput ut omnibus pateat, & amicus nullo unquam tempore amicum ſuum publicè fateri erubeſcat. Rude autem indumentum oſtendit, ut amicus ulla ardua, extremamque inopiam pro amico ſubire non recuſet. Vita & mors in veſtimento ſcribuntur: nam qui vere diligit, uſque ad mortem amat. Æſtas & hyems: quia & in proſperis, & in adverſis æquè amicitiam ſervat. Latus apertum habet uſque ad cor, quia nihil amico celat. Brachium inclinat, & digito cor oſtendit, ut opus cordi, & cor verbis correſpondeat. Longè & prope ſcriptum eſt, quia vera amicitia nullo tempore aboletur, nullave locorum intercapedine amicum ſeparat. De impuro amore, quo Amnon ſororem ſuam Thamar adamavit, lege 2 Sam. 13. De ſyncero verò & caſto amore Davidis & Jonathæ, habes 1 Sam. 18. ubi dicitur נפש יהונתן נקשרה בנפש דוד

ונפש יהונתן נקשרה בנפש דוד ויאהבהו יהונתן כנפשו id eſt conglutinata eſt anima Jonathan cum anima Davidis, & dilexit eum Jonathan quaſi animam ſuam.

יז כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקיים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקיים איזו היא מחלוקת שהיא לשם שמים זו מחלוקת הלל ושמאי ושאינה לשם שמים זו מחלוקת קרח וכל עדתו:

17. Omnis contentio, quæ eſt propter Deum, in finem uſque durabit: quæ vero non eſt propter Deum, non durabit in finem. Quænam eſt contentio, quæ ſit propter Deum? Contentio nempe Hillel & Schamai: quæ vero non ſit propter Deum, eſt contentio Korah, & univerſi cœtus ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

סופה להתקיים *Finis illius confirmabitur*, vult, quod homines iſtius controverſiæ conſervabuntur, & non peribunt, quemadmodum controverſiæ Hillelem inter & Schamai, quorum neque diſcipuli perierunt; Corach contra cum ſociis ſuis periit. Ego vero audivi quod hic ſit ſenſus, controverſia ſi inſtituatur propter Deum, illius finis & is qui ope contradictionis conatur veritatem aſſequi, confirmabuntur, uti dixerunt, medio diſputationis exquiritur veritas, ſicut liquet e diſputationibus Hillelis & Schamai, quod deciſio ſit juxta ſententiam Hillelis. Quæ autem controverſia non inſtituta eſt propter Deum, illius finis eſt quærere dominatum, & auctoritatem, & hic non confirmabitur, ſicuti invenimus de Corach ejuſdemque aſſeclis, quod nihil præter honorem & dominatum quærebant; ideo contrarium ipſis evenit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia in hac Miſna clara ſunt, nam eorum finis eſt præmium vel pœna; qui vero contradixerit extra intentionem diſturbandi ſocii ſui verba, & ut veritatem duntaxat exquireret, illius verba ſtabiliuntur, & non peribunt.

LEUSDENUS. מחלוקת הלל ושמאי *Contentio Hillelis & Schammaj.* Controverſiæ, quæ fuerunt inter Hillelem & Schammaj, dicuntur natæ non ex odioſa contentione, ſuperbia & pravo animi inſtituto, ſed ex amore & ſtudio inveſtigandæ veritatis. Hillel vixit ante Chriſtum, ſcil. anno centeſimo ante templi ſecundi everſionem. Vide ſupra fuſius de Hillele & Schammaj.

FAGIUS. Sæpe fit ut etiam inter bonos & doctos diſſentiones & controverſiæ de dogmatibus & opinionibus ſubnaſcantur, non equidem ſtudio pugnandi & altercandi, ſed quod quisque ſe, quod verum & rectum eſt, tueri arbitratur. quibus diſputationibus Deum nequaquam offendi ajunt, quum non fiant ex odioſa contentione, ſuperbia, pertinatia, pravoque animi inſtituto, ſed amore & ſtudio inveſtigandæ, propagandæque veritatis. Atque iſtiuſmodi fuiſſe dicunt Hebræorum ſcriptores, controverſiam, quæ inter Hillel & Schamai, duos inſignes Rabbinos, qui non ita longè ante natalem Chriſti claruerunt, orta fuit, quorum quiſque ſuos habuit aſſectatores, qui in duas ſectas diviſi fuerunt, quarum altera בית הלל id eſt, domus, ſeu familia Hillel, altera בית שמאי appellata fuit. Floruit autem Hillel, ut in Thalmud legitur; anno ante templi ſecundi everſionem centeſimo: octoginta habuit diſcipulos, omnes excellenti ingenio, ac doctrina præditos. Qui omnes ratione diſciplinæ filii ejus ſunt nuncupati, adeoque præſtantes fuerunt, quod ſicut in Thalmud legitur, eorum triginta quidem ut divinitas ſuper eos deſcenderet digni erant: quemadmodum Moſes ipſe fuerat. Triginta verò ut pre eis ſol immobilis ſtaret: uti Jehoſuas fuit. Cæteri autem viginti mediocres ſunt appellati. Quorum maximus quidem Jonathas Uzielis filius extitit: minimus verò omnium Joannes Zachæi filius, quem Judæi Raban Johanan Ben Zaccæi vocant, qui tamen (ut priſci Thalmudiſtæ dixerunt) neque ſcripturam, neque Thalmud, neque cætera omnia uſque ad vulpium exempla, ac dæmonum narrationes, ſcire prætermiſit. Hæc de Hillel ex Hebræis ſcriptoribus. Quòd ſi etiam ex divinis literis exemplum habere cupis ubi pii, & Chriſti fideles unà venerint in contentionem, lege Acto. 15. de magna diſceptatione, quæ inter credentes orta fuit ſuper circumciſione, & lege Moſaica, in quam diſputationem etiam apoſtoli tracti fuerunt: ita ut neceſſe erat illam coacto concilio dirimere. Sed hæc certè, ut ibidem legitur, Petro occaſio fuit, ut eò liberius loqueretur, & diſſereret de libertate, in quam nos aſſeruit Chriſtus, & à cæremoniis Moſaicis ſua morte vindicavit. Dein in eodem capite legis de acri paroxiſmo, qui fuit inter Paulum & Barnabam, ſuper Joanne cognomento Marco, ita ut alter ab altero ſejungeretur. Sed hac diſiunctione factum fuit, ut Euangelium Chriſti latius propagaretur. Barnabas enim, aſſumpto Marco, navigabat in Cyprum: Paulus verò allecto Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans eccleſias. Hinc nimirum liquet, quomodo Deus ſemper ſuis adeſt, ita ut ſi quid inter illos quod in ſpeciem malum eſſe videtur, laboriatur, tamen ſic benigniter temperat, moderatur, & diſponit, ut inde boni aliquid ſubſequatur. Eſt enim Deus (ut divus Auguſtinus inquit) adeò omnipotens, & bonus, quòd non ſineret mala fieri, niſi majora eliceret bona. Porrò de contentione, quam habuit Korah cum Moſe, lege Num. 16.

יח כל המזכה את הרבים אין חטא בא על ידו וכל המחטיא את הרבים אין מספיקין בידו לעשות תשובה משה זכה וזכה את הרבים זכות הרבים תלוי בו שנאמר צדקת יהוה עשה ומשפטיו עם ישראל ירבעם חטא והחטיא את הרבים חטא הרבים תלוי בו שנאמר על חטאות ירבעם בן נבט אשר חטא ואשר החטיא את ישראל:

18. Omnis qui juſtificat multos, peccatum non venit in manum ejus. Quicunque peccare facit multos, non ſuppeditant ſufficienter in manum ejus ut faciat pœnitentiam. Moſes juſtus fuit & juſtificavit multos, (ideo) juſtitia multorum ſuſpenſa eſt in eo, juxta id quod dicitur: Juſtitiam domini fecit, atque judicia ejus cum Iſraël. Jeroboam peccavit & peccare fecit multos, idcirco peccatum multorum ſuſpenſum eſt in eo, ſicut dicitur: Propter peccata Jeroboam filii Nebat, quæ peccaverat & quæ peccare fecerat Iſraël.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בא חטא על ידו *Non venit peccatum in manum ipſius*, quia is

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod quisquis docuerit alios, ei Deus non im-

is non erit in inferis, & diſcipulus ipſius in paradiſo. *Non ſuppeditant ſufficienter in manum ejus ut faciat pœnitentiam*, quia is non erit in paradiſo, & diſcipuli ipſius in inferno. זכה הרבים *Et juſtificavit multos*, nam omnes Iſraëlitas docuit Legem. ומשפטיו עם ישראל *Et judicia illius cum Iſraële*, perinde ac ſi ipſe judicia illa feciſſet Iſraëlitis. *Quæ peccaverat, & quæ peccare fecerat Iſraël*, quia non dixit, propter peccata Jeroboami & Iſraëlis, colligitur inde, quod omnia dependent a Jeroboamo. imputabit peccatum, quisquis autem alios in peccatum detruſerit, ei Deus non largietur pœnitentiam; & hæc ita clare expoſita ſunt capite octavo ut nulla difficultas ſuperſit.

LEUSDENUS. אין חטא בא על ידו *Peccatum non venit in manum ejus.* Senſus hujus ſectionis eſt, cum amplam mercedem eſſe reportaturum qui alios ad pietatem & bonos mores adhortatur: è contra illum gravem pœnam eſſe daturum, qui alios ad impietatem inſtigat. Gloſſa addit שלא יהא הוא בגיהנם ותלמידיו בגן עדן *Quod non erit, ille in Gehenna, & diſcipuli ejus in horto Edenis.* Et ad voces אין מספיקין *Non ſuppeditant ſufficienter*, addit eadem gloſſa שלא יהא הוא בגן עדן ותלמידיו בגיהנם *Quod non erit, ipſe in horto Edenis & diſcipuli ejus in Gehenna.*

FAGIUS. Senſus eſt ampliorem à deo laudem & mercedem reportaturum eum, qui non tantum ut ipſe bonus pius & innocens ſit operam dat, ſed etiam alios ad pietatem vitæque innocentiam erudit & inſtituit. & talis Moſes fuiſſe prædicatur in ſacris literis. Graviorem item pœnam daturum eum, cui non ſatis eſt ut ipſe malus ſit, ſed & alios ſua malitia inficit, peccandique occaſionem miniſtrat, qualis fuit Jeroboam qui duos vitulos in Bethel & Dan adorandos erexit eaque re populum à vero dei cultu qui tum temporis Hieroſolymis erat avocavit. Convenit hæc ſententia cum eò quòd legitur Daniel. 12. והמשכילים יזהרו כזהר הרקיע ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד Id eſt. Et qui (alios) erudiunt, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & qui multos ad juſtitiam convertunt, (erunt) ſicut ſtellæ in ſeculum & in perpetuum.

יט כל מי שיש בידו שלשה דברים הללו מתלמידיו
של אברהם אבינו ושלשה דברים אחרים מתלמידיו של
בלעם הרשע עין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה
מתלמידיו של אברהם אבינו עין רעה ורוח גבוהה
ונפש רחבה מתלמידיו של בלעם הרשע מה בין
תלמידיו של אברהם אבינו לתלמידיו של בלעם הרשע
תלמידיו של אברהם אבינו אוכלין בעולם הזה ונוחלין
לעולם הבא שנאמר להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם
אמלא אבל תלמידיו של בלעם הרשע יורשים גיהנם
ויורדין לבאר שחת שנאמר ואתה אלהים תורידם לבאר
שחת אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם ואני אבטח בך:

19. In quocunque (homine) tres res iſtæ (inveniuntur) is eſt ex diſcipulis Abrahami patris noſtri. Et in quocunque tres aliæ res his contrariæ reperiuntur: is eſt ex diſcipulis Bileam impii. Nempe, oculus bonus, ſpiritus demiſſus & anima humilis: is inquam eſt ex diſcipulis ipſius Abrahami patris noſtri. Oculus malus, ſpiritus elatus, & anima ampla, iſtiusmodi inquam eſt ex diſcipulis Bileam impii. Quid intereſt inter diſcipulos Abrahami patris noſtri, & diſcipulos Bileam impii? Diſcipuli Abrahami patris noſtri, edunt in præſenti ſeculo & hereditatem capiunt in futuro ſeculo. ſicut dicitur. Ut hæreditare faciam ſubſtantiam durabilem eos qui diligunt me, & theſauros eorum cumulem. Cæterum diſcipuli ipſius Bileam impii, hereditant gehennam, & deſcendunt in foveam corruptionis: juxta id quod dicitur. Et tu Deus deduces illos in foveam perditionis: viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem in in te ſperabo.

R. OB. DE BARTENORA.

מתלמידיו של אברהם אבינו *E diſcipulis Abrahami patris noſtri*, qui ab ipſo diſcit & vias ipſius ingreditur. עין טובה *Oculus bonus*, qui re ſua contentus eſt, & alienis bonis non inhiat, ſicuti invenimus de Abrahamo, offerente ipſi rege Sodomæ munera, ſi a ſolea uſque ad calcei corrigiam a te quicquam ſumpſero.

רוח נמוכה *Spiritus depreſſus*, maxima humilitas eſt, ita invenimus Abrahamum dixiſſe, *ego pulvis ſum.* נפש שפלה *Anima humilis*, abſtinentia a concupiſcentia, ita de Abrahamo dicente Sara invenimus, *jam novi quod aſpectu pulchra es*, nam hucuſque non cognoverat pulchritudinem Saræ propter ſummam illius modeſtiam. Cæterum de Bileamo invenimus *oculum malum*, nam is ſciebat malum eſſe in oculis domini ſi ad Balac ſe conferret, & ipſe hoc fecit propter ambitionem appetendi plura bona, & dixit, ſi mihi dediſſet Balac domum ſuam argento & auro plenam.

רוח גבוהה *Spiritus elatus*, quando dixit, *audi verba Dei, & cognoſce ſcientiam altiſſimi.* נפש רחבה *Anima ampla*, nam ſi Bileam non concupiſcentia plenus eſſet, non fuiſſet auctor ut filiæ Moabi adulteraſſent. להנחיל אוהבי *Ut diligentes me hæreditate acquirant*, Abraham vocatur *Dei amicus*, uti dicitur Jeſ. 41. 8. זרע אברהם אוהבי ut mundi futuri hæres fiat, & in hoc mundo divitiis abundet. אנשי דמים *Viri ſanguinum*, ita vocatur Bileam, quia in cauſa fuit ut viginti quatuor millia Iſraëlitæ occiſi ſint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עין טובה *Oculus bonus*, jam aliquoties expoſuimus quod *oculus bonus* ſit temperantia, & רוח נמוכה *Spiritus humilis*, ſit humilitas; & רוח שפלה *Spiritus demiſſus*, ſit extrema humilitas, ſicuti antecedenti capite expoſuimus. Tria autem vitia contraria ſunt, ambitio ad acquirendum bona, quæ *oculus malus*, magna cupiditas quæ eſt *anima ampla*; & ſuperbia, quæ eſt *ſpiritus elatus.* Cæterum tres hic memoratæ virtutes reperiuntur in perfectione Abrahami patris noſtri, idcirco hæ tres virtutes in nemine præter Abrahami diſcipulos inveniuntur, ideo talis Abrahami diſcipulus vocatur qui juxta normam ipſarum ſuam vitam inſtituit. Sed in quo inveniuntur hæc tria vitia, is eſt e diſcipulis Bileami impii. Jam vero mentionem faciam iſtorum locorum in quibus Abrahamo hæ attribuuntur virtutes, & vitia quæ attribuuntur Bileamo, quæ omnes inveniuntur in Lege. Temperantiam invenimus in Abrahamo, quia regi Sodomæ dixit ſe ne filum quidem ab ipſo capturum, neque calcei corrigiam, atque hæc extrema temperantia eſt, ſi quis relinquat tantas opes, ut nullum ex iis capiat commodum. Abſtinentia fuit in eo quod Saræ prædixit die quo venit in Ægyptum, jam novi quod fœmina pulchra ſis; & Sapientes noſtri exponunt, quod Abraham ante illum diem nunquam Saræ pulchritudinem aſpexiſſet, atque hæc fuit extrema ipſius abſtinentia. Humilitas vero illius probatur ex eo quod dicitur, *Pulvis ſum.* De impio autem Bileamo conſtat, quod ambitioni divitiarum deditus fuit,

quia

quia ad divitias comparandas venit e Meſopotamia ut malediceret Iſraëlitis, & hoc eſt quod dixit Deus, Deut. 23. 5. Cæterum concupiſcentia fuit in cauſa quod Balaco auctor fuit ut fœminas concederet in Iſraëlitarum communem uſum, nam ſi is non laboraſſet concupiſcentia, non dediſſet tale conſilium, nam hominum mandata non data ſunt juxta mores & inclinationes animi, nam bonis non præcipiunt ut faciant malum, ſed monent eos. Scriptura autem dicit Num. 31. 16. הן הנה היו לבני ישראל בדבר בלעם Sapientes dixerunt Bileamum fuiſſe agaſonem, idcirco mentem ei fuiſſe juxta opus ſuum. Superbia ipſius conſpicitur ex eo quod dixit Num. 24. 4. נאם שומע אמרי אל Sapientes autem demonſtrationem adduxerunt ex iſto Bileami dicto Pſal. 55. ואתה אלהים תורידם לבאר שחת אנשי דמים Nimirum quia vir ſanguinum fuit; hæc dixit, nam is in cauſa fuit ut Iſraëlitæ plaga percuſſi ſint; fuit præterea quoque aſtutus & decipiens alios per mala opera. De Abrahami diſcipulis demonſtrarunt ex eo quod dicitur Prov. 8. 21. להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא Et Deus ipſum vocavit amicum ſuum Jeſ 41. 8. זרע אברהם אוהבי.

LEUSDENUS. עין טובה *Oculus bonus.* Gloſſa eum qui oculum bonum habet ita explicat, שאין לו קנאה על חברו וחביב עליו כבוד חברו ככבודו *Cui non eſt invidia erga ſocium ſuum, ſed cui eſt dilecta gloria ſocii ſui ſicut gloria ſui ipſius.* Deinde qui רוח נמוכה *ſpiritum demiſſum* habet, deſcribit per ענו *manſuetum*; & נפש שפלה per שמשפיל עצמו *qui humiliat ſeipſum.*

לא יחצו ימיהם *Non dimidiabunt dies ſuos.* Rabbini dimidium exponunt de 35. annis: nam putant annos vulgares hominis eſſe 70. annos. Sic ait gloſſa: כבלעם ודואג ואחיתופל שלא הגיעו לל״ה שנה ושנותיו של אדם ע׳ שנה *Sicut Bileam, Doëg & Achitophel, qui non attigerunt 35. annos, cum anni hominis ſint 70. anni.* Vide *Pſal.* 90. 10. *Dies annorum noſtrorum partim ſunt ſeptuaginta anni: &, ſi in robore, octoginta anni.*

FAGIUS. Rectè docet hæc ſententia eos veros eſſe Abrahami filios, diſcipulos & ſectatores, non qui ab illo juxta carnem originem ducunt, ſed qui operibus & virtutibus quibus ille claruit, quarum hic tres enumerantur, referunt & imitantur. Et Chriſtus Joannis 8. dicebat ad Judæos qui filios Abrahæ eſſe inaniter gloriabantur. Si filii Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis, quo dicto innuit nos germanos eſſe filios Abrahæ, ſi operibus illum imitemur. Opus autem præcipuum Abrahæ eſt fides. Credidit enim & reputatum eſt ei in juſtitiam. Nulla certè virtute magis clarus fuit Abraham quam fide: fides autem vera ſemper habet adjunctam charitatem, atque hinc & Abrahamo tres illæ quæ hic prædicantur, virtutes. Charitas enim ut apoſtolus inquit benigna eſt, non quærit quæ ſua ſunt, non eſt procax, non inflatur. Sed placet huc etiam adſcribere verba Maymonis quibus præſentem elucidat ſententiam

עין טובה היא ההסתפקות ונפש שפלה היא הזהירות ורוח נמוכה היא הענוה יתרה כמו שהתבאר בפרק שלפני זה והשלש שכנגדן הוא החריצות לקנות הממון והוא עין רעה ורוב התאוה היא נפש רחבה והגאוה היא רוח גבוהה והשלש מעלות ההן נתפרסמו לאברהם אבינו וכפני זה יקרא כל כי שימצאו בו אלו המעלות כתלמידיו של אברהם אבינו כפני שהתנהג במדותיו וכל כי שימצאו בו אלו השלשה פחתיות הוא כתלמידיו של בלעם הרשע אחר שהתנהג במדותיו ואני אזכור הביאורות שהתבארו כהן אלו המעלות לאברהם והפחיתיות ההן כלן לבלעם והן נמצאות כלן בתורה אמנם ההסתפקות באברהם הוא אמרו למלך סדום אם מחוט ועד שרוך נעל ואם אקח מכל אשר לך וגוסר וזה תכלית ההסתפקות והוא שיניח ארכם ממון גדול ולא יהנה ממנו אפי׳ בדבר מועט אבל זהירותו אמרו לשרה ביום בואו במצרים הנה נא ידעתי כי אשה יפת מראה את ובא בפירוש שלא הסתכל בצורתה הסתכלות שלמה רק ביום ההוא וזה תכלית הזהירות ועוד אמרו על הגר אחר שלקחה הנה שפחתך בידך עשי לה כטוב בעיניך מורה שלא היה לו רצון להתענג עמה וכן כשבקשה ממנו שרה לגרשה עם ישמעאל עד שתמנעהו מנטות אחריה בעבור המעגל העיד הכתוב שהרע בעיניו על ישמעאל לבד והוא אמרו וירע הדבר בעיני אברהם על אודות בנו אילו כלם מופתי הזהירות ואמנם ענותנותו הוא אמרו ואנכי עפר ואפר והתפרסם לבלעם הרשע התריצות על הממון והוא בוא מארם נהרים בעבור הממון אשר נשכר בו לקלל את ישראל והוא אמרו יתי׳ אשר שכר עליך את בלעם בן בעור וגו׳ ואמנם רוב תאותו כענין המעגל היא סבת עצתו לבלק שיפקיר הנשים לזנות עם ישראל וישכם וזנות מפורסמות כי לולי רוב התאוה אשר היתה לו וזדות הזנות טוב בעיניו לא היה מצוה בו שכצות בני ארם אינה רק לפי דעתם כי הטובים לא יצוו כרע אבל יהיה ממנו ולשון הכתוב הן הנה היו לבני ישראל בדבר בלעם וגו׳ ואמנם גאותו אמרו נאם שומע אמרי אל ואמנם הביאו ראיה על בלעם מאמרו ואתה אלהים תורידם לבאר שחת אנשי דמים ומרמה וגו׳ מ״י מפני שהיה איש דמים שהוא היה סבת מות ישראל במגפה והוא גם כן איש מרמה בעשותו תחבולות לפעולות הרע והביאו ראיה על תלמידי אברהם מאמרו להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא כמו שקראו זרע אברהם אוהבי

Hæc Maymon quæ quia nihil habent difficultatis nolui vertere.

כ יהודה בן תימא אומר הוי עז כנמר וקל כנשר ורץ כצבי וגבור כארי לעשות רצון אביך שבשמים הוא היה אומר עז פנים לגיהנם ובושת פנים לגן עדן יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו שתבנה עירך במהרה בימינו ותן חלקנו בתורתך :

20. Jehuda filius Thema dicit. Eſto fortis ſicut pardus, & levis ſicut aquila. Et velox ſicut hinnulus. Et robuſtus ſicut leo, ad faciendam voluntatem patris tui qui in cœlis eſt. Idem dixit, Qui eſt impudenti facie (dignus eſt) gehenna: qui vero eſt verecunda facie, dignus eſt horto voluptatis (id eſt, paradiſo.) ſit voluntas tua Domine ut ædificetur ſanctuarium cito in diebus noſtris, & da portionem noſtram in Lege tua.

R. OB. DE BARTENORA.

הוי עז כנמר *Eſto fortis ſicut pardus*, pardus natus eſt e porco Sylveſtri & leæna, & quando leænæ incaleſcunt cupidine cœundi introducunt caput ſuum in ſylvam, tum leæna in fruticibus rugiendo marem quærit, & porcus audiens eam cum ipſa coit, unde naſcitur pardus. ita tu quoque obfirmato eſſe debes animo ad quærendum illud a magiſtro tuo quod non intelligis, ſicuti in Miſna legimus; timidus enim vix addiſcit.

וקל כנשר *Et levis ut aquila*, ad repetendam lectionem tuam, ſicuti dicitur Jeſ. 40. 31. יעלו אבר כנשרים ירוצו ולא ייגעו Porro dicit auctor רץ כצבי *Velox ut hinnulus*, ad ſequendum præcepta. וגבור כארי *Et robuſtus ut Leo*, ad ſubigendum peccandi appetitum.

עז פנים לגהנם *Qui facie impudens eſt, dignus eſt Gehenna*, nam impudentia cognoſcitur e facie, uti ſcriptum eſt Prov.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etſi dixerit quod faciei obfirmatio ſit pro inferno, tamen faciei obfirmationem præcepit in reprehenſionibus & odiis, & ſimilibus caſibus, perinde ac ſi dixiſſet, utamini ea interdum ſuo loco in rebus vitioſis, ſi modo voluntatem Dei ejuſdemque veritatem promoveant, ſicuti propheta dixit 2 Sam. 22. 27. ideo dicitur, *Ad faciendam voluntatem patris tui qui eſt in cælis.* Eſt autem hæc una e virtutibus Dei quam populo ſuo conceſſit, quod pudibundus ſit, & ita dixerunt de virtutibus ſeminis Abrahami, quod poſtea fuerunt pudibundi, pii, & dilecti charitatemque colentes. Lex autem dicit Exod. 20. 28. ובעבור תהיה יראתו על פניכם לבלתי תחטאו Poſtquam narraſſet hanc pudoris virtutem, petiit a Domino Deo noſtro, additque, quemadmodum nobis gratis conceſſiſti hanc virtutem, ita quoque nobis concede gra-

Prov. 21. 29. העז איש רשע בפניו idcirco impudens dicitur firmatus fuerit. שיבנה בית המקדש במהרה בימינו *Ut ædificetur ſanctuarium cito in diebus noſtris*, vult, quemadmodum nos donaſti hac virtute pudoris, ut ſignum ſeminis Abrahami ſit pudor, pietas, & caritas, ita ſit voluntas tua cito denuo ædificare ſanctuarium tuum &c. gratiam tuam ut civitas tua cito denuo ædificetur in diebus noſtris.

LEUSDENUS. חזי עז כנמר *Eſto fortis ſicut pardus*, &c. Hic quatuor animalia imitanda proponuntur, ut quis voluntatem Dei ritè exequi poſſit. 1. Quod *Pardus* truculentam habeat faciem, hoc innuit neminem ullius hominis conſpectum expaveſcere debere, quo minus, quod juſtum eſt, faciat. Sunt qui norunt quid juſtum & rectum ſit, ſed non audent illud facere, ne ab hominibus mundanis & irreligioſis derideantur. Gloſſa parva ſic deſcribit pardum: חיה שיש לה גוונים הבא מחזיר היער ולביאה ועל כן הוא עז פנים *Eſt animal coloratum, ſpurium ex porco ſylveſtri & leæna; & propterea eſt auſteri vultus.* 2. *Aquila* volat in altum, ſic unuſquiſque qui Deum rectè vult colere, à rebus terrenis oculos ſuos avocare debet, quo mens tanto liberius cœleſtia conſiderare poſſit: nam prævaricatio ferè incipit à viſu: ראות העין תחלת העבירה *Aſpectus oculi eſt initium prævaricationis*, inquiunt Hebræi. 3. *Hinnulus* eſt velociſſimi curſus, quem in eo ſequi debes ut non ſis tardus & piger in rebus divinis. 4. *Leo* eſt animal fortiſſimum & robuſtiſſimum ad cujus ſimilitudinem animus eſt roborandus in præceptis Dei, ut indies magis magiſque intrepidè pergendo perficias. Vide de his differentem Fagium.

FAGIUS. Quatuor animalium naturas imitandas proponit, in ritè præſtanda & exequenda dei patris cœleſtis voluntate. Pardus truculentam habet faciem adeo ut quantum amœnitate, varietateque coloris, omnes quadrupedes mirum in modum ſollicitat & allicit, tantum torvitate capitis iterum abſterret. Per hoc innuitur aliquem nullius hominis conſpectum expaveſcere debere, quo minus quod juſtum eſſe, Deoque placere novit, faciat. Invenias qui norunt quid juſtum & rectum ſit, ſed non audent facere, ne ſcilicet rideantur & floccipendantur ab hominibus mundanis, & irreligioſis: hi plus homines quam Deum timent. Hoc non fecit David rex, ſicut dicit, Pſalm. 119. ואדברה בעדותיך נגד מלכים ולא אבוש. Id eſt, & loquar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundar, &c. Aquila altius volat omnibus avibus: cujus ingenium, naturam, & indolem in hoc imiteris, ut oculos avoces à rebus terrenis, quo mens eo liberius cœleſtia conſiderare poſſit. Dicunt enim Hebræi prævaricationem initium à viſu ſumere, id quod hebraicè ſic enuntiat ראות העין תחלת העבירה שהעין רואה והלב חומד וכלי המעשה גומרין id eſt, Aſpectus oculi initium eſt prævaricationis. Oculus enim videt, & cor concupiſcit: atque inſtrumenta operis (intellige corporis membra) perficiunt. Hinnulus velociſſimi curſus eſt, quem in eo ſequaris, ut non ſis piger & tardus in rebus divinis. Neſcit enim (ut D. Ambroſius inquit) tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. Et quum omnis mora periculoſa ſit, periculoſiſſima tamen eſt, quam in divinis negotiis nectimus. Leo animal eſt, & fortiſſimum & audaciſſimum, ad cujus ſimilitudinem dicunt Hebræi, roborandus eſt animus & cor in præceptis Dei, & in vero cultu ejus, ut non tepeſcas, ſed indies magis atque magis intrepidè pergendo proficias. Hominem impudentem, & perfrictæ frontis, qui erubuit, & omnem pudorem exuit, Hebraiſmus עז פנים vocat, & ipſum vitium עזות פנים quod ſemper in malum ſumitur. Dehortatur autem hæc ſententia, ab impudentia, & temeritate, & hortatur ad verecundiam, & erubeſcentiam, per quam fugimus turpitudinem, temperantiæ contrariam. Verecundia eſt in geſtu, moribus & verbis, honeſtatem conſervare, quam certe in nobis meritò commendabilem reddere debet aptiſſima illa compoſitio corporis noſtri, in qua, uti Cicero ſcribit, Offic. 1. vel ipſa natura magnam rationem habuiſſe videtur. Figuram enim noſtram, in qua honeſta eſt ſpecies, in aperto poſuit. Partes autem, quæ ad neceſſitatem naturæ datæ ſunt, ideo abdidit, quia deformem aſpectum habituræ erant: hanc diligentem fabricam naturæ imitata eſt hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, ea removent ab oculis omnes ſanam mentem habentes, &c. vide apud illum. Per בית המקדש Hebræi intelligunt templum Hieroſolymitanum, quod terque quaterque miſera gens Judæorum ad adventum ſui admodum fallacis Meſſiæ, adhuc tertiò extruendum ſtultè, & fruſtra expectat. Unde eſt quòd præſentem orationem à Jehudah Ben Thema primum, ut ajunt, prolatam, in ſuis precationibus quotidie murmurant.

כא הוא היה אומר בן חמש שנים למקרא בן עשר למשנה בן שלש עשרה למצות בן חמש עשרה לתלמוד בן שמנה עשרה לחפה בן עשרים לרדוף בן שלשים לכח בן ארבעים לבינה בן חמשים לעצה בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה בן שמנים לגבורה בן תשעים לשוח בן מאה כאלו מת ועבר ובטל מן העולם :

21. Filius quinque annorum ad Biblia. Filius decem annorum ad Miſchna. Filius tredecim annorum ad præcepta. Filius quindecim annorum ad Thalmud. Filius decem & octo annorum ad nuptias. Filius viginti annorum ad ſectandum (divitias.) Filius triginta annorum ad robur. Filius quadraginta annorum ad prudentiam. Filius quinquaginta annorum ad conſilium. Filius ſexaginta annorum ad ſenectutem. Filius ſeptuaginta annorum ad canitiem. Filius nonaginta annorum ad foveam. Filius centum annorum (reputatus eſt) quaſi mortuus ſit, & tranſierit ex hoc mundo.

R. OB. DE BARTENORA. בן חמש שנים למקרא *Filius quinque annorum ad biblia*, hoc colligitur ex eo quod dicitur de arboribus præputiatis Levit. 19.23. *Triennium vobis erit præputiata, anno autem quarto omnis illius fructus erit ſanctitas hymnorum.* Pater enim filium ſuum docebit literarum figuram & punctorum cognitionem. Poſtea ibidem dicitur, *& anno quinto comedetis fructum illius ad addendum vobis proventum ipſius*, ab hoc tempore & ulterius filio comedendum dat pater ut pecori. *Filius decem annorum ad Miſnam*, nam per quinque annos Scripturam ſacram addiſcere debet, & per totidem Miſnam, & per totidem Gemaram. Nam dominus aliquis dixit, omnis diſcipulus qui per quinque annos non viderit ſtudii ſui fructus, impoſterum eos non videbit, ſicuti ſcriptum eſt Num. 8. 24. Nam per quinque annos addiſcit jura & ritus, & ab anno trigeſimo ſerviet. *Filius tredecim annorum ad præcepta*, uti ſcriptum eſt Num 5.6. & Gen. 34.25. Sed Levi tunc temporis erat tredecim annorum, & tamen vocarunt ipſum איש virum. *Filius decem & octo annorum ad thalamum*, octodecies occurrit vox אדם in Paraſcha בראשית ab illis Dei verbis נעשה אדם *faciamus hominem* uſque ad ויבן אלהים יהוה את הצלע ſemel hæc vox neceſſaria erat ſed octodecim exponenda ſunt. *Filius viginti annorum ad ſectandum*, ad alimenta comparanda, poſtquam didicit Scripturam, Miſnam,

&

& Gemaram, & uxorem duxit, liberoſque procreavit, debet victum & omnia ad vitam neceſſaria. Aliter, ad perſequendum ipſum e cœlis, ad puniendum ipſum ob opera ſua mala, nam ſenatus ſuperior non punit eum qui viceſimum nondum attigit annum. *Filius triginta annorum ad robur*, nam Levitæ Tabernaculum conſtruebant & diſſolvebant, & plauſtra onerabant & exonerabant, humeriſque imponebant eorum qui triginta annos & plures habebant. *Filius quadraginta annorum ad prudentiam*, nam poſtquam Iſraëlitæ quadraginta annos fuerunt in deſerto, dixit ipſis Moſes Deut. 29. 4. *Non dedit vobis Deus cor ad intelligendum, neque oculos ad videndum in hodiernum uſque diem*, *Filius quinquaginta annorum ad conſilium*, ſicuti ſcriptum eſt de Levitis Num. 8. 25. Poſtquam fuerit quinquaginta annorum deſiſtet ab exercitu miniſterii, & non amplius miniſtrabit &c. Miniſterium vero quod deinceps faciet, eſt ut aliis conſilium ſuppeditet. *Filius ſexaginta annorum ad ſenectutem*, ſicuti ſcriptum eſt Job. 5. 26. תבא בכלח אלי קבר nam vox בכלח per Gematriam facit ſexaginta. *Filius ſeptuaginta annorum ad caniciem*, uti ſcriptum eſt de Davide 1 Chron. 29. 28. וימות בשיבה טובה Sed dies vitæ ſuæ fuerunt ſeptuaginta anni. *Filius octoginta annorum ad ſummum*, uti ſcriptum eſt Pſal. 90. 10. ואם בגבורות שמונים שנה *Filius nonaginta annorum ad foveam*, incedit in terram demiſſus. Aliter, qui ſubmiſſe & oblique loquitur.

LEUSDENUS. בן חמש שנים *Filius quinque annorum* ad Biblia deſtinetur. Hebræi totum vitæ humanæ curriculum in tredecim partes diſtribuunt, qui numerus etiam eſt religioſus apud eos. Unde & tredecim fidei articulos habent, quos olim compoſuit Maimon, ut fidem Chriſtianorum exoſam redderet. Filius *quinque* annorum ad מקרא; ſic vocatur V. T. ex *Neh*. 8. 9. ויבינו במקרא *& dabant intelligentiam per ſcripturam*. Vocatur etiam עשרים וארבעה *viginti quatuor* à numero librorum. Quare V. T. vocatur מקרא *lectura*? Quia continuò à Judæis legitur. Filius decem annorum למשנה ad *Miſna*. Sic nominatur lex oralis, quam Moſes à Deo creditur accepiſſe in monte Sinai, quæque anno Chriſti 150 à R. Jehuda eſt conſcripta. Filius *tredecim* annorum למצוה *ad præcepta*; tum vocatur בר מצוה *Filius præcepti*: quaſi tum demum teneretur præcepta Dei, ſcil. 631. partim affirmativa, partim negativa obſervare. Hinc pater, habens filium 13. annorum completorum & diei unius, convocat decem Judæos, illoſque conteſtans ait: Filius ex Ephebis exceſſit, præceptis eſt inſtitutus; & propterea ſe liberum eſſe ſi filius præcepta Dei tranſgrediatur. *Vide Synag. Buxt. cap*. 7. Unde probant filium 13. annorum demum fieri filium præcepti? Quia Iſmaël 13. annorum fuit, cum circumcideretur. Filius *quindecim* annorum לתלמוד *ad Talmud*, ſive propriè ad Gemaram, h. e. ad Commentaria Rabbinorum compoſita in Miſna. Poſtquam lex Oralis conſcripta eſt à R. Jehuda, varii Rabbini commentati ſunt in illam; & illa commentaria vocantur Gemara, quaſi ſupplementum dicas. Filius *Octodecim* annorum לחופה *ad thalamum* nuptialem. חופה eſt velamen illud nuptiale, quod quatuor viri quatuor perticis alligatum ferunt, ſub quo matrimonium conſecratur. Sic legitur Pſal. 19. 6. Sponſus egreditur מחפתו *è thalamo ſuo*. Vide tale velamen unà cum ſponſo & ſponſa in Philolog. Mixto pag. 173. Judicant illos annos eſſe aptos matrimonio, quod etiam Kabbaliſticè probant per tranſpoſitionem יח 18. in חי h. e. *vivus, vividus*.

FAGIUS. Hebræorum ſapientes totum curriculum vitæ humanæ in tredecim partes diſtribuunt: is enim numerus religioſus eſt apud illos. Unde & tredecim articulos fidei ſuæ habent, quos עקרים id eſt, fundamenta vocant. Primum verò locum in formando puero ſacris literis, unde auſpicantur, tribuunt, multum enim refert ab incunabulis optimis imbui. Quam primum autem puer quintum annum agere incipit, ad legenda Biblia, quæ מקרא vocant, adaptant: Qui ubi ad decimum adſpirat annum, à Bibliis ad Miſchnajoth: (ſic nominant textum Thalmudicum) transferunt. Natum 13. annos, præceptis ſervandis imbuunt, quo tempore puer בר מצוה vocatur, exemplum hujus acceperunt ab Iſmaële, filio Abrahæ ex Agar, qui 13. annorum fuiſſe memoratur, quando circumciſus fuit: A 15 anno in Thalmud, id eſt, diſputationibus, argutiis & ſubtilitatibus Rabbinorum quas ſuper Miſchnajoth commentati ſunt, inſtituunt. Annus 18. idoneum ad capeſcendum matrimonium tempus judicatur. ſolent enim Judæi filios, & filias ſuas tempeſtivius elocare ad vitandam ſcortationem. Cæterum חופה propriè tegumentum ſignificat, R. D. K. exponit pro loco ubi ſe ſponſus cum ſponſa abdebat. Nam olim in Iſraël confirmatio, & conſummatio matrimonii demum firma & rata habebatur, poſt illam conjunctionem ſponſæ, quæ ſub Chuppa fiebat, è qua cum egrediebatur ſponſus, magno cum gaudio & lætitia excipiebatur. Ad quem morem alluſit & David Pſal. 19. והוא כחתן יצא מחפתו Id eſt, Ipſe autem tanquam ſponſus egreditur de thalamo ſuo, &c. Hodie Judæi veſtem illam quæ ſuper caput ſponſi, & ſponſæ expanditur, quatuorque vectibus tenetur, ea hora qua fit deſponſatio חופה nominant. Ab anno 20. ut quis rei augendæ operam impendat accommodus æſtimatur. Anno 30. incipit juventus, quod ea ætas tum propter vigorem virium maximè apta ſit ad tolerandos labores. Quadragenario prudentiam & intelligentiam, Quinquagenario conſilium tribuunt. Et Germani proverbium habent. *Wer vor zwenzig jaren nit hipſch wirt, Und vor dreiſſig jaren nit ſtarck. Vor vierzig jaren nit witzig, Vor funffzig jaren nit reich, an dem iſt alle hoffnung verloren*. Anno 60. incipit ſenectus, Septuageſimo canities, ibi ferè & communiter terminat vita hominis, paucis enim datur attingere octogeſimum annum, & quod amplius accedit nihil eſt niſi merus labor & moleſtia, ſicut & David dicit ימי שנותינו בהם שבעים שנה ואם בגבורות שמונים שנה ורהבם עמל ואון כי גז חיש ונעופה Id eſt, Dies annorum noſtrorum quibus degimus ſeptuaginta fermè anni, aut ſummum octoginta anni, & talium ſuperbia eſt merus labor & moleſtia, quippe quæ cito recedit & nos avolamus. Nonagenario nihil niſi fovea aut ſepulchrum, id eſt, certa mors ſingulis momentis expectanda eſt, unde & talem latini decrepitum, quod tum in dubio ſit vita, item capularem à capulo nominant. Duplex hic eſt, lectio, quidam enim לשוח pro fovea, id eſt, ſepulchro exponunt, alii pro inclinatione, ſed quod ad ſenſum attinet in idem recidunt, Germani hominis ætates non illepidè his rythmis exprimunt. *Zehen jar ein kindt. Zwenzig jar ein jungling. Dreiſſig jar ein man. Viertzig jar wol gethan. Funffzig jar ſtill ſtan. Sechzig jar geht dichs alter an. Sibentzig jar ein greiſſ. Achtzig jar nymmer weyſſ. Neuntzig jar der kinder ſpot. Hundert jar gnad dir Gott*.

כב בן בג בג אומר הפוך בה והפך בה דכלה בה ובה תחזי וסיב ובלה בה ומנה לא תזוע שאין לך מדה טובה הימנה :

22. Filius Bag Bag dicit, Verte eam, & iterum verte eam, omnia enim in ea ſunt: in ea item totus eſto, neque unquam diſcedas ab ea: non enim habes melius ea exercitium.

R. OB. DE BARTENORA.

הפוך והפוך בה *Sæpius verte eam, ſcilicet Legem*. דכלה בה *quia omnia in illa ſunt*, omnis Sapientia continetur in illa. וסיב ובלה בה *Et ſeneſce atque caneſce in illa*, ne quidem in ſenectute & canitie intermittes ſtudium Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit quod Legem aliquoties vertere debemus, eandemque ſæpius meditari, quia omnia in ea continentur. ובה תהוי *Et in ea totus eſto*, vult, quod veritatem videbit oculo intellectus. Et poſtea dicit וסיב ובלה בה *Et ſeneſce*

וממנה לא תזוע *Et ab illa unquam diſcedas*, ne dixeris, jam novi ſcientiam Iſraëlitarum, reſtat ut me ad gentium ſcientias conferam, quia non licet meditari in ſcientiis extraneis, niſi ejuſmodi in locis ubi vetitum eſt verba Legis meditari, uti in balneis & reliquis ſecretis locis. Quærenti nonnemini a R. Jehoſua, an puer Iſraëliticus Græcis literis imbuendus ſit? Reſpondit, imbui illis poteſt dum neque dies neque nox eſt, nam ſcriptum eſt Pſalmo primo, *& meditaberis in ea die noctuque*.

atque caneſce in illa, vult dicere quod Legi ſtudendum ſit uſque ad extremam ſenectutem.

LEUSDENUS. בן בג בג *Filius Bag Bag*. Eſt abbreviatura pro בן גר בן גיורת *Filius gentilis viri*, & *filius gentilis feminæ*. Hic Ribbi proprio nomine vocatur R. Jochanan Ben Bag, & vixit ante natum Chriſtum,tempore Jonathanis paraphraſtæ. Quare non nominatur nomine proprio? Hoc fit reverentiæ causâ: nam apud Judæos indecorum eſt parentibus gentilibus eſſe natum. Hinc Paulus gloriatur ſe natum eſſe Hebræum ex Hebræis, h. e. ex utroque parente Hebræo. Hic Ribbi fuit gentilis; & ex gentilibus parentibus natus, ſed ad fidem Judaicam fuit converſus. Ob eandem rationem idem Rabbi vocatur ſequenti ſectione filius He, He. Quia litera ה apud Hebræos denotat quinque, & בג etiam eundem numerum exprimit, ideo filius He He & Bag Bag eundem denotant Rabbinum?

דכולה בה *Omnia enim in ea ſunt*. Gloſſa addit שכל מה שתרצה תמצא בה ויש כשניות אחרות לשון ארמי *Omnia quæ vis invenies in ea, & ſunt textus Miſnici alii qui lingua Chaldæâ conſtant*. Miſna conſtat quidem communiter linguâ Hebræâ facili & purâ, ſed ſtylus ejus eſt ſuccinctus, conciſus, & varios ſenſus admittens, atque nonnunquam voces & phraſes Chaldaicas admixtas habens, uti hic & in ſequenti ſectione videre eſt. Verbum סיב *conſeneſce* explicat gloſſa per זקן à זקן *conſenuit*. Et ad voces לא תזוע *Ne recedas* ab ea, addit eadem gloſſa לא תאמר למדתי חכמת ישראל אלך ללמוד חכמות חיצוניות *Ne dicas, didici ſapientias Iſraëlis; ibo ad diſcendum ſapientias extraneas*, h. e. profanas, à gentilibus aut Chriſtianis conſcriptas.

FAGIUS. Magni quidam nominis Rabbi apud Judæos fuit, qui ex paganiſmo ad Judaiſmum converſus fuit, quem poſtea reverentiæ causâ Bag Bag appellarunt: cujus interpretationem, ſi ſcire cupis, ſonat בן גר ובן גיורת eò quòd uterque parens ejus gentilis fuit. Dicunt enim Hebræorum ſapientes גיורא עד עשרה דרי לא תבזי ארמאה באפיה ia eſt, Coram proſelyto in decimam uſque generationem non contemnas Syrum (intellige quemvis Gentilem.) ſimili de causâ eundem Rabbinum & He He appellarunt, quod in numero totidem facit, quod ב׳ג id eſt, quinque. Duo autem continet hæc ſententia. Primum, ſedulo, & nunquam non verſandum eſſe in meditatione legis divinæ: quòd ea vel ſola ſufficiat ad rectam, abſolutamque vitæ inſtitutionem, ſicut & apoſtolus ſcribit ad ſuum Timotheum: Et tu perſiſtito in his, quæ dediciſti, & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo didiceris, & quòd à puero ſacras literas noveris, quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in juſtitia, ut integer ſit dei homo, ad omne opus bonum apparatus. Alterum, ſi magnas hic ſuſtinemus moleſtias & labores, propter virtutes, magnam & alibi mercedis remunerationem recipiemus.

כג בן הא הא אמר לפום צערא אגרא:

23. Filius He He dicit, labori reſpondet merces.

R. OB. DE BARTENORA.

לפום צערא אגרא *Labori reſpondet merces*, prout quis multo labore Legis ſtudium excoluerit, & præceptorum intelligentiam ſibi comparaverit, merces imputabitur exigua vel ampla.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Filius He He dicit quod merces imputabitur prout quis in Lege occupatus fuerit. Sapientes dixerunt quod ſcientia non conſervatur, niſi quis magno labore eam pararerit cum timore magiſtri; ſed in deliciis & voluptatibus meditandis, nullum eſt commodum. Dixerunt autem ad id quod dicitur, *ſcientia mea conſervabitur in me*, vult dicere, ſcientia quam in ira acquiſivi, illa permanebit; ideirco præceperunt Sapientes ut magiſter metum incutiat diſcipulis ſuis.

LEUSDENUS. לפום צערא אגרא *Pro dolore merces*. Hæc phraſis conſtat linguâ Chaldaicâ, eſtque proverbialis in eos, qui prout laborant, ita mercedem labore dignam recipiunt. *Vide Lex. Talm. Buxt. p.* 1932. לפום eſt *juxta*, *ſecundum*, à voce Chaldaicâ פום *os oris*; צערא *dolor mœror*, *anxietas*, reſpondet voci Hebraicæ צער; אגרא eſt *merces*.

פרק ו רבי מאיר אומר כל העוסק בתורה לשמה זוכה לדברים הרבה ולא עוד אלא שכל העולם כלו כדי הוא לו נקרא ריע אהוב אוהב את המקום אוהב את הבריות משמח את המקום משמח את הבריות ומלבשתו ענוה ויראה ומכשרתו להיות צדיק חסיד ישר ונאמן ומרחקתו מן החטא ומקרבתו לידי זכות ונהנין ממנו עצה ותושיה בינה וגבורה שנאמר לי עצה ותושיה אני בינה ולי גבורה ונותנת לו מלכות וממשלה וחקור דין ומגלין לו רזי תורה ונעשה כמעין שאינו פוסק וכנהר שמתגבר והולך והוי צנוע וארך רוח

Caput 6. Ribbi Meir dicit. Quicunque diſcit in lege nomine legis, dignus eſt multis rebus, nec multis ſolum, imò dignus eſt toto mundo, vocatur item ſocius & amicus. Diligit Deum, diligit item & homines, lætificat Deum, lætificat item & homines. Veſtit eum (lex) humilitate & timore. Idoneum eum reddit ut fiat juſtus, pius, rectus & fidelis. Elongat quoque eum à peccato & applicat eum ad innocentiam. Utilitatem capiunt ab eo homines. nempe conſilium, ſapientiam, prudentiam & fortitudinem, juxta id quod dicitur: Apud me eſt conſilium & (rerum conſervatio) apud me inquam eſt intelligentia & potentia. (Inſupea lex) tribuit ei regnum, dominium, & inveſtigationem judicii, & revelantur ei arcana legis, efficitur tanquam fons qui nunquam ceſſat, & ſicut fluvius qui magis atque magis invaleſcit. Redditur item verecundus, longanimis & qui ignoſcit ei qui

רוח ומוחל על עלבונו ומגדלתו ומרוממתו על כל המעשים :

qui eum ignomina afficit. Talem lex magnificat & exaltat ſuper omnia opera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Quandoquidem hucusque omnia Miſnæ capita finiuntur, idcirco jam dicendum erat, quod hic incipit Beraita, idcirco dicitur, *meditati ſunt Sapientes in formulis eloquendis Miſniois*, id eſt in Berayta juxta linguam Miſnicam, ſed non eſt ipſa Miſna. Ea autem quæ Sapientes meditati ſunt, quæ ſtatim incipiunt, *Ribbi Meyr dicit* &c. Et quia hujus capitis ſententiæ veniunt ex Agada, idcirco in Synagoga legi ſolent una cum cæteris hujus tractatus capitibus. זוכה לדברים הרבה *Dignus eſt multis rebus*, ut ſit juſtus, pius &c. ut inferius dicit. נקרא ריע *Vocatur ſocius*, ſicuti ſcriptum eſt Pſalmo 139. 17. ולי מה יקרו רעיך Cæterum de אוהב *dilecto* dicitur Pſal. 119. 105. שלום רב לאוהבי תורתך & Prov. 8. 77. Sed אוהב המקום *diligens Deum*, eſt is qui ex amore Dei creaturis beneficia præſtat, & alios docet. ומלבשתו *Et veſtit eum*, ſcilicet Lex. ומכשרתו להיות צדיק *Et idoneum eum reddit ut fiat juſtus*, ut ambulet in perfectione ſua, & non faciat inquitatem. חסיד *Pius* eſt is qui plus facit quam facere tenetur. ישר *Rectus* eſt is qui recte facit, eſtque juſto major. *Utilitatem ab eo capiunt homines* &c. *juxta id quod dicitur* Prov. 8. *Apud me eſt intelligentia & potentia*, ante hunc verſum dicitur, *Dominus me poſſedit in principio viæ ſuæ ante opera ſua*, & deinde ſequitur, *conſilium*, *Sapientia* &c. vult dicere ego ſum potentia & intelligentia ut hominibus adjumento ſim.

FAGIUS. Enumerantur hîc quædam inſignes utilitates & commoda, quæ redeunt ad eos qui divinæ legi ſtrenuam operam navant. Hinc enim fit ut gratiam cum apud deum tum apud homines ineas. Hinc gemina illa charitas in Deum & homines. Hinc vera juſtitia, pietas, humilitas, gaudium, timor dei, odium peccati, ſtudium innocentiæ. Hinc ut polleas conſilio, ſapientia, prudentia, fortitudine. Hinc regna egregiè gubernantur, judicia juſte exercentur & cauſſæ diſcutiuntur. Hinc & verecundia, longanimitas, & facilitas condonandi offenſam, breviter nullis non virtutibus legis ſtudium & cognitio hominem adornat. Porrò Maymon in ſuo Peruſch nonnullas hîc voculas paucis explicat, quas libet propter ſtudioſos linguæ huc adjicere אוהב את הבריות שמקרבן ומלמדן ומטיב להן id eſt, Diligit homines, applicando eos ad legem, docendo, & benefaciendo eis, צדיק הולך בתומו ואינו עושה עון id eſt, juſtus dicitur qui ambulat in ſimplicitate ſua & non facit iniquitatem. חסיד עושה לפני משורת הדין id eſt, pius eſt qui facit aliquid antequam hoc illi faciendum in juditio decernatur. ſenſus eſt, חסיד vocatur, qui ſua ſponte alicui bene facit, nec expectat judicis ſententiam donec ille decernat, jubeat & præcipiat. id quod hebræi intelligunt per משורת הדין invenias enim qui nihil faciunt niſi quod jure coguntur facere. In reddenda cum exponenda voce תושיה multum variant, cum noſtri tum hebræorum interpretes, noſtri modo pro ſalute, modo pro æquitate, modo pro conſervatione rerum, id eſt, potentia illa dei qua cuncta gubernat & conſervat, poſtquam illa eſſe fecit in rerum natura, exponunt. Hebræorum interpretum alius pro ſapientia, alius pro exiſtentia, alius pro bono conſilio, Maymon pro magnificentia exponit, vox eſt deducta à verbo יש quod eſſe ſive exiſtere ſignificat, ſicut teſtatur, & Rabbi David Kimhi in radicibus ſuis, ubi ſcribit ומזה נקראת התורה והחכמה ומעשה הטוב והישר תושיה id eſt, Inde (ſcilicet à verbo יש) lex, ſapientia, & opus bonum תושיה vocatur.

ב אמר רבי יהושע בן לוי בכל יום ויום בת קול יוצאת מהר חורב ומכרזת ואומרת אוי להם לבריות מעלבונה של תורה שכל מי שאינו עוסק בהלמוד תורה נקרא נזף שנאמר נזם זהב באף חזיר אשה יפה וסרת טעם ואומר והלחות מעשה אלהים המה והמכתב מכתב אלהים הוא חרות על הלחות אל תקרי חרות אלא חרות שאין לך בן חורין אלא מי שעוסק בתורה וכל מי שעוסק בתלמוד תורה הרי זה מתעלה שנאמר וממתנה נחליאל ומנחליאל במות :

2. Dicit Rabbi Jehoſchua, filius Levi, Omni die filia vocis egreditur de monte Horeb, & præconizat, dicens, Væ hominibus ob ignominiam legis. Quicunque enim non exercet ſe in lege נזוף id eſt, culpabilis vocatur: juxta id quod dicitur, Monile aureum in naribus porci, eſt mulier formoſa, quæ deſtituitur juditio rationis. Dicit item ſcriptura, Erantque tabulæ illæ opus Dei: & ſcriptura, ſcriptura Dei, ſculpta in tabulis. Ne legas חרות id eſt, ſculpta in tabulis, ſed חירות id eſt libertas. Nullus enim, ſive liber, ſive nobilis habendus eſt, niſi is, qui exercet ſe in ſtudio legis. Quicunque enim laborat in lege, celebris fit, ſicut dicitur, De Mathana verò in Nahaliel. & de Nahaniel in Bamoth.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. מעלבונה של תורה *Ob ignominiam Legis*, ob ignominiam eorum qui Legem ignominia afficiunt, quo fit ut alii in ea non meditentur. נזם זהב באף חזיר *Monile aureum in navibus porci*, qui illud non cuſtodit, ſe ſtercore ad ipſum commaculat, ita ſe res habet cum diſcipulo cui Legis ratio deeſt, qui abominabilis eſt ut apoſtata. *Nullus enim ſive liber, ſive nobilis habendus eſt, niſi is qui ſe exercet in ſtudio Legis*, nam homines ſerviunt in conſpectu illius. *De Mathana vero in Nabaliel*, quandoquidem ei Lex data eſt, ea hæreditate obtigit Deo, & quia ei eſt hæreditas, idcirco aſcendit ad magnificentiam, uti ſcriptum eſt ומנחליאל במות.

FAGIUS. Bath Kol, ad verbum ſi interpreteris, ſonat filia vocis, ſic olim vocabant vocem, quæ cælitus ſonabat. quæque ut Hebræi dicunt, gradus unus fuit ex מדרגות רוח הקדש id eſt, ex gradibus ſpiritus ſancti. Fuit autem uſitata ea vox tempore ſecundi templi: poſtquam videlicet, jam deſierat prophetia, Urim & Thumim. Quinque enim res defuerunt in ſecundo templo, quæ fuerunt in primo templo: nempe, ארון וכפורת וכרובים אש מערכה והשכינה ורוח הקדש אורים ותומים id eſt, arca, propitiatorium, Cherubim, ignis jugis, præſentia divinitatis, ſpiritus ſanctus, Urim & Thumim. Cæterum, in novo teſtamento non ſemel legimus בת קול cœlitus veniſſe, & Chriſto teſtimonium perhibuiſſe, ut Matth. 3. quum baptizaretur à Joanne in Jordane, Et ecce vox de cælis dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Similiter Matth. 17. quum ſe transformaret in monte coram diſcipulis ſuis. Item, Joan. 12. Venit ergo vox de cœlo, dicens, Et illuſtravi, & rurſum illuſtrabo, &c. Et quis non videt myſterium? Deum ſcilicet hac voce, quam בת קול appellarunt, præludere voluiſſe orbi, eaque illum aſſuefacere ad veram illam cœleſtem vocem, quæ Chriſtus eſt, ſervator noſter, in quo poſthac Deus pater audiri voluit, juxta illud, Ipſum audite. De ethymologia vocis בת קול ſi placet, vide etiam Thisbiten Eliæ: Porrò בן חורין Hebraiſmus eſt, pro ingenuo, libero, nobili, & principis filio, cujus ſchematis uſus eſt Eccleſiaſt. 10. Quod verò ad ſenſum

hujus Gnomæ attinet, duo hîc præcipuè docentur. Primum, Non vacare culpa apud Deum, qui prorſus nullam operam divinæ legi addiſcendæ impendunt. Alterum, Veram libertatem, & nobilitatem, non ex genere, ſed ex ſapientia, & cognitione legis contingere. ſicut & Chriſtus in hunc ſenſum diſputat dum Judæis, Joannis 8. Et veritas liberos reddet vos. Item, Si ergo vos filius liberos reddiderit, verè liberi eſtis.

ג הלומד מחברו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור אחד צריך לנהג בו כבוד שכן מצינו בדוד מלך ישראל שלא למד מאחיתופל א״א שני דברים בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו שנאמר ואתה אנוש כערכי אלופי ומיודעי והלא דברים קל וחמר ומה דוד מלך ישראל שלא למד מאחיתופל א״א שני דברים בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו הלומד מחברו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבר אחד או אפילו אות אחת על אחת כמה וכמה שצריך לנהוג בו כבוד ואין כבוד א״א תורה שנאמר כבוד חכמים ינחלו ותמימים ינחלו טוב ואין טוב א״א תורה שנאמר כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזבו :

3. Qui diſcit à ſocio ſuo, caput unum, vel lectionem unam, aut verſum unum, vel tantum literam unam, tenetur illi deferre honorem, etenim invenimus de Davide rege Iſraël, quod non didicit ab Achitophele, niſi tantum duo verba, & propter illa fecit eum præceptorem ſuum, doctorem ſuum, notum ſuum, juxta id quod dicitur, ſed tu homo eras juxta æſtimationem (cordis) mei: dux meus, & notus meus. Argumentum certè eſt à majori ad minus. Si enim David rex Iſraël, qui ſolummodo duo verba didicit ab Achitophele, conſtituit eum Rabbinum ſuum, ducem ſuum, amicum ſuum, qui diſcit a ſotio ſuo, caput unum, tractatum unum, aut verſum unum, aut tantum literam unam: quantò magis is inquam, tenetur, ut ſotium ſuum gloria, ſive honore affitiat. Non enim eſt vera gloria, niſi quæ a lege proficiſcitur: ſicut dicitur, Gloriam ſapientes hæreditant. Et, qui integri ſunt, hæreditabunt bonum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. אלא שני דברים בלבד *Niſi duas res tantum*, ſtatim poſt verſum ubi eum vocat magiſtrum ſuum & notum, ſcriptum eſt אשר יחדיו נמתיק סוד Nam Achitophel compertum habuerat Davidem in Lege meditatum fuiſſe, ideo dixit ipſi, quare ſolus in Lege meditaris, nonne dicitur Jerem. 50. 36. חרב על הבדים ונואלו Rurſum eum Scholam oſtendit intrantem erecto corpore, dixit ei, nonne jam dictum eſt quod homo cum reverentia Scholam intrare debet, ut Dei timor ſit ſuper ipſo. Nonnemo dicit, quod ſolus intraret Scholam, & diceret ei, ſcriptum eſt Pſal. 53 15. בית אלהים נהלך ברגש Nam non eſt honor niſi qui e Lege proficiſcitur, ſenſus eſt, quod nemini contingit honor niſi e meditatione Legis, quemadmodum ſcriptum eſt Prov. 3. 35. כבוד חכמים ינחלו ſenſus eſt quod honorem conſequuntur propterea quod Legem docent, eamque hæreditatis inſtar obtingere ipſis.

FAGIUS. Manifeſta hæc ſunt, nec egent multa declaratione, Nempe ſummo in pretio & honore habendos eos, à quibus aliquid boni diſcimus. Duo, quæ David ab Achitophele didicit ab Heb. hæc referuntur: Primum, quòd admonitus ab eo fuit, ne unus, & ſolus legi vacaret. Alterum, ſemel objurgatus fuit ab eo, quod præ ſe ferebat temeritatem, & ſuperbiam quandam, dum domum doctrinæ intraret, quam Hebræi בית המדרש vocant. Alii dicunt, Achitophelem indignum tuliſſe, quum videret Davida ſolum ingredientem in domum diſciplinæ, dicens ad illum בית אלהים נהלך ברגש quo volebat ſignificare cum frequentia populi intrandum eſſe in domum Dei, juxta illud Proverb. 14. ברב עם הדרת מלך id eſt, in multitudine populi, eſt gloria regis.

ד כך היא דרכה של תורה פת במלח תאכל ומים במשורה תשתה ועל הארץ תישן וחיי צער תחיה ובתורה אתה עמל אם אתה עושה כן אשריך וטוב לך אשריך בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא אל תבקש גדולה לעצמך ואל תחמוד כבוד יותר מלימודך ואל תתאוה לשלחנם של מלכים ששלחנך גדול משלחנם וכתרך גדול מכתרם ונאמן הוא בעל מלאכתך שישלם לך שכר פעלתך :

4. Sic ſe habet ratio legis. Buccellam (panis) cum ſale edas, & aquam in menſura bibas, ſuper terram dormias, vitam miſeram vivas, modo operam navare poſſis legi. quod ſi ita facis, Beatus es tu, & bene tibi erit, beatus es in præſenti ſeculo, & bene tibi erit in futuro ſeculo. Ne quæras magnificentiam tibi, nec cupias gloriam ampliorem eruditione tua. Neque deſideres menſam regum, quoniam menſa tua major eſt menſa eorum, & corona tua major eſt corona eorum. Et fidelis eſt dominus operis tui, qui rependet tibi mercedem pro opere tuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. פת במלח תאכל *Buccellam panis cum ſale edas*, licet non habueris præter aquam & ſal, tamen Legis meditationem non intermittes. ואל תחמוד כבוד *Et neque honorem tibi quære*, honoraberis autem propter Legem duntaxat, non propter teipſum, cæteroquin videberis Legem facere tui cauſa. ששלחנך גדול משלחנם *Quoniam menſa tua major eſt eorum menſa*, præmium quod recipies pro doctrina Legis, eſt omni præmio eorum majus.

FAGIUS. Tria potiſſimum hic admonentur. Primum, nullas non moleſtias ferendas eſſe quo poſſis in loco eſſe ubi ſacram legem diſcas. Alterum, Fugiendam eſſe ambitionem & vanam gloriam. Nam humilitas (ut inquit. D. Auguſt.) cuſtos eſt donorum dei. Tertium, non optandas lautitias regum & principum, habent enim ſemper plus fellis quam mellis. Nam ut in proverbio eſt, ubi uber, ibi tuber. Et ut Plautus inquit in Amphytrione. Ita diis placitum eſt, ab eodem culmine voluptas, & mœror comes ſequitur. Quod regnum, eſt enim omnium rerum viciſſitudo, utrumque potiſſimum habet. ut Dionyſii Syracuſanorum tyranni exemplum illud celebre demonſtrat, Nam illius Democles quidam, ut Cicero in ultima Tuſculan. & Horat. in 2 carminum referunt, divitias atque opes vehementer admirabatur, illumque fœlicem putabat. At Dionyſius qui ſuarum curarum conſcius eſſet, viſne inquit,

Democles,

Democles quàm fœlix ſit vita tyrannica deguſtare? cum ille annuiſſet, juſſit hominem in ſtrato, purpura, atque auro exornato recumbere, epulaſque regio luxu inſtructas apponi, adeſſeque illi qui adminiſtrarent, pulcherrimos pueros, adeò ut fœliciſſimum illis rebus ſe putare Democles poſſet, verum eodem tempore ex laquearibus triclinii, acutum enſem equina ſeta ligatum ſupra diſcumbentis caput pendere voluit. Maximo timore per omnia temporis puncta, afficiebatur Democles, ne in caput ſuum decideret enſis, ita tantum abſuit, ut ullam ex tanto rerum apparatu, voluptatem caperit, ut etiam tyrannum oraverit, quo ſibi abire liceret quod jam beatus mallet eſſe. Maymon hanc ſententiam paucis verbis ſic explicat פת במלח תאכל פירוש אפילו אין לך מה לאכול אלא פת במלח אל תמנע מלעסוק בתורה ואל תחמוד כבוד להתכבד בתורה שמתוך כן נראה כאלו אתה עושה שלא לשמו ששלחנך גדול משלחנם הוא השכר שתקבל על לימוד של תורה:

ה גדולה תורה מן הכהנה ומן המלכות שהמלכות בשלשים מעלות והכהנה בעשרים וארבע והתורה נקנית בארבעים ושמנה דברים ואלו הן בתלמוד בשמיעת האזן בעריכת שפתים בבינת הלב באימה ביראה בענוה בשמחה בשמוש חכמים בדקדוק חברים בפלפול התלמידים בישוב במקרא במשנה במיעוט שנה במיעוט שיחה במיעוט תענוג במיעוט שחוק במיעוט דרך ארץ בארך אפים ובלב טוב באמונת חכמים בקבלת היסורים המכיר את מקומו השמח בחלקו והעושה סיג לדבריו ואינו מחזיק טובה לעצמו אהוב אוהב את המקום אוהב את הבריות משמח את המקום משמח את הבריות אוהב את התוכחות אוהב את המשרים מתרחק מן הכבוד ואינו רודף אחר הכבוד ולא מגים לבו בהוראה הנושא בעול עם חברו ומכריעו לכף זכות ומעמידו על השלום ומעמידו על האמת ומתישב לבו בתלמודו שואל ומשיב שומע ומוסיף הלומד על מנת ללמד הלומד על מנת לעשות המחכים את רבו והמכוין את שמועתו והאומר דבר בשם אומרו הא למדת כל האומר דבר בשם אומרו מביא גאלה לעולם שנאמר ותאמר אסתר למלך בשם מרדכי:

ſ. Lex major eſt ſacerdotio & regno, regnum enim triginta gradibus, ſacerdotium quatuor & viginti comparatur. Lex verò quadraginta & octo rebus acquiritur, & ſunt hæ. Doctrina, auſcultatione, dulcedine labiorum, intentione cordis, terrore, timore, humilitate, gaudio, obſequio ſapientium, grammatica (exercitatione) ſociorum, diſputatione diſcipulorum, quiete, lectione biblica, lectione Miſchnæ, munditia, longanimitate, bono corde, fide ſapientum, ſuſceptione caſtigationum, modico ſomno, modica negotiatione, modica locutione, modica voluptate, modico riſu, modica converſatione hominum. Qui agnoſcit locum ſuum. Qui gaudet pane ſuo. Qui facit ſepem verbis ſuis. Qui non arroganter bonum ſibi ipſi vendicat. Qui charus eſt. Qui amat deum. Qui amat homines. Qui amat æquitatem. Qui correptiones. Qui alienat ſe a gloria & non ſectatur gloriam. Qui non oſtentat cor ſuum in doctrina. Qui ſuſtinet jugum cum ſocio ſuo. Qui inclinat ad lancem innocentiæ. Qui innititur paci. Qui innititur veritati. Qui acquieſcere facit cor ſuum in diſciplina ſua. Qui rogat & reſpondet. Qui audit & auget (doctrinam.) Qui diſcit ea conditione (ut & alios) doceat. Qui diſcit ea lege, ut faciat. Qui ſapientem facit præceptorem ſuum. Qui diligentiam adhibet in eo quod enarrat. Qui dicit aliquid nomine ejus, qui prius dixit, En dediciſti. Quicunque dicit aliquid nomine ejus, qui prius dixit, adducit redemptionem in mundum: juxta id quod dicitur, Et dixit Eſther ad regem ex nomine Mardochai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. באימה ביראה *Terrore & timore*, ne cor ipſius elatum ſit, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 4. 10. יום אשר עמדת לפני יהוה אלהיך בחרב illic autem prohibiti erant ii qui ſeminis eſſent fluxu polluti; cæterum levitate capitis, & imaginatione cordis homo venire poteſt in diſcrimen pollutionis, בשמחה *Cum gaudio*, nam divina majeſtas non reſidet in homine ſollicito, ſed læto. בישוב ſupple בישוב הדעת *Quiete ſcientiæ.* במעוט סחורה *Modica negotiatione*, ſicuti dixit Rab, Lex non invenitur inter negotiatores. במיעוט דרך ארץ *Modica locutione*, quæ non fit cum plebe & infimæ conditionis hominibus. בקבלת היסורין *Suſceptione caſtigationum*, quando caſtigationes cum amore recipit. שומע ומוסיף *Audit & addit*, qui audit ea omnia quæ dicit magiſter ipſius, atque his inſuper addit, ſed non deſtruit verba ipſius. המכוין את שמועתו *Qui attendit ad lectionem illius*, qui attendit inſtitutionem magiſtri ſui, & nihil addit iis quæ ab ipſo dicta ſunt, dicendo, ita mihi dixit magiſter meus.

FAGIUS. Triginta gradus, quos vocant, colligunt Hebræi ex verbis Samuelis prophetæ, quæ de משפט המלך locutus eſt ad Iſraëlem, 1 Sam. 8. ubi vide. Gradus item ſacerdotii ex 18. cap. in Numeris. Reliqua verò omnia ſunt ſatis clara, niſi quod pauca obiter explicabo, quæ fortaſſis non multum in hebraiſmo exercitatum remorari poſſent. Dulcedine labiorum intelligitur qui ſuaviter cum gratia & venere proponit, quæ dicit & docet. Alii referunt ad diſertam, claram, aptam & concinnam prolationem: nam quædam exemplaria בעריכת habent, Cum gaudio, tam enim in diſcendo, quàm docendo animi alacritas requiritur. Unde eſt quod dicunt Hebræorum ſapientes, אין השכינה שורה מתוך עצב אלא מתוך שמחה Senſus eſt: Spiritus ſanctus non quieſcit ſuper hominem triſtem, ſed alacrem & lætum. Hinc etiam eſt quòd dicunt, hac de cauſa omnes prophetas ferè juvenes fuiſſe, dempto Moſe & Aharone, qui jam provectioris ætatis erant, quum educerent Iſraël ex Ægypto, & prophetarent: id quod pro miraculo, & ſingulari Dei virtute & operatione habent. De Jacob item patriarcha referunt, quòd שכינה ab eo receſſerit, ab eo tempore, quo in magnum mœrorem, triſtitiam, animique dolorem, ob amiſſionem & interitum Joſephi filii ſui, ſicut opinabatur, conjectus fuit. Quam tamen denuò illi reſtitutam adſerunt, quum filii ejus, Joſephum adhuc in Ægypto ſuperſtitem eſſe narrarent, quod innui dicunt per hunc locum ותחי רוח id eſt, Et revixit ſpiritus Jacob patris eorum. Quiete, per ישוב Hebræi intelligunt animum ſedatum: ſedendo enim, & quieſcendo anima fit prudens, inquit philoſophus. In contractibus Judæi frequenter uti ſolent hoc ſchemate, quum dicunt, בישוב הדעת vel בדעת מיושבת Germanicè, *Mit guotter vernunfft, und wolbedachtem muot.* Modica negotiatione. Eſt enim proverbium apud Hebræos לא תמצא תורה לא בסחרנים ולא בתגרין id eſt, Lex non invenitur in mercatoribus

bus & inſtitutoribus. Modica converſatione hominum: ſic Maymon explicat, במעוט דרך ארץ שלא יהא מצוי בבני אדם בשוק id eſt, Ut non ſit frequens cum hominibus in foro. Vide de hoc ſchemate Thisbiten Eliæ Levitæ. Fide ſapientum, duplex poteſt eſſe ſenſus: vel, ut credas, quæ illi tradunt, juxta illud, Deut. 17. ושמרת לעשות ככל אשר יורוך Obſervabiſque ut facias juxta omnia, quæ te docuerint: Quæ planè ſententia perpetuò Judæis in ore eſt, quum defendunt ſtultas ſuas traditiunculas, quarum multas habent, quas illorum Rabbini excogitarunt: Vel, ut fidelis ſis ſapientibus, non turpiter fallas. Suſceptione caſtigationum, intellige, ut patienter quis ferat Dei correptiones, quas Hebræi יסורין vocant. Qui cognoſcit locum ſuum. Proverbialis eſt ſententia apud Hebræos, quæ dicitur de eo, qui ſibi bene notus eſt, ſecum habitat, & novit quam ſit ſibi curta ſupellex: hoc eſt, Continet ſe intra ſuam pelliculam, non ambit ampliorem honorem, quàm dignus ſit nec quærit primos accubitus in conſeſſu ſapientum. *Er erkent ſein ort, oder ſtetlin.* Qui gaudet parte ſua, dicitur de homine ſua ſorte contento. Qui facit ſepem verbis ſuis, dicitur de eo, qui non temere, ſed caute & parce loquitur, cujuſque verba non in ore, ſed in corde naſcuntur: Lingua enim, ut ajunt, non debet eſſe libera, nec vaga, ſed vinculis de pectore imo, ac de corde apertis moveri, & quaſi gubernari. Meminerimus certe ad coërcendam verborum petulantiam, vallum eſſe oppoſitum dentium, ut loquendi temeritas, non cordis tantum cuſtodia, atque vigilia cohibeatur: ſed & quibusdam quaſi excubiis, in ore potius ſepiatur. מחזיק טובה לעצמו dici ſolet de eo, qui ſibi nimium placet, & arroganter de ſe ſentit, jam hoc jam illud ſibi tribuens. Fert jugum cum ſocio ſuo, dicitur de eo, qui non detrectat ferre & ſuſtinere communia onera, quæ hominibus imponuntur. Inclinat ad lancem innocentiæ, convenit, in eum, qui omnia dicta & facta hominum in meliorem partem interpretatur, id quod, ut Hebræi loquuntur יש מדה טובה באדם de hoc ſchemate nonnihil dixi in primo capite הוי דן את כל האדם לכף זכות ubi vide. מתישב בתלמודו dicitur de eo, qui certum ordinem habet in diſcendo, id quod multum prodeſt. Qui ſapientem facit præceptorem ſuum, aptis ſcilicet, & convenientibus interrogationibus. Quicunque enim dicit aliquid nomine ejus, qui prius dixit, &c. Hebræi certè nefas, & piaculum eſſe ducunt, ſententiam alicujus dicere, abſque nominis ejus commemoratione, quaſi tu illius author ſis, ſicut inveniuntur, qui quæ apud alios legerint, ſic proponunt, quaſi ipſi primum invenerint, & excogitarint, ſpoliantes alios ſuo digno honore, & ſuperbientes alienis plumis, inſtar corniculæ Eſopicæ. E contrà, magnum beneficium eſſe agnoſcunt, in commemorando ſententiam aliquam, authoris nomen non ſubticere. Atque hoc diſcunt Hebræi ex libro Eſther, ubi commemoratur, quomodo regina regem Aſuerum nomine Mardochæi compellaverit: ex quo poſtea magna ſalus ſequuta fuit populo Judaico, qui aliàs occiſioni deſtinatus erat inſidiis Haman.

ו גדולה תורה שהיא נותנת חיים לעושיה בעולם
הזה ולעולם הבא שנאמר כי חיים הם למוצאיהם
ולכל בשרו מרפא ואמר רפאות תהי לשרך ושקוי
לעצמותיך ואומר כי לוית חן הם לגרגרותיך ואומר
תתן לראשך לוית חן עטרת תפארת תמגנך
ואומר עץ חיים היא למחזיקים בה ותומכיה מאשר
ואומר דרכיה דרכי נעם וכל נתיבותיה שלום ואומר
ארך ימים בימינה בשמאלה עשר וכבוד ואומר כי ארך
ימים ושנות חיים ושלום יוסיפו לך ואומר כי בי ירבו
ימיך ויוסיפו לך שנות חיים :

6. Magna eſt lex quæ dat vitam facientibus eam, in præſenti, & in futuro ſeculo, juxta id quod dicitur. Quoniam vita ſunt his qui inveniunt ea, & medela univerſæ carni ſuæ. Et in alio loco dicit. Sanitas erit umbilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis. Item, Nam hæc ſunt in capite tuo veluti ſuperaddita gratia, & ſicut torques circa collum tuum. Item, Dabit capiti tuo addidamentum gratiæ, & quaſi corona pulchritudinis proteget te. Item, Lignum vitæ eſt ipſa apprehendentibus eam, & beatus eſt qui tenet eam. Item, viæ ejus viæ amœnæ & omnes ſemitæ ejus pace (fulciuntur.) Item, Longitudo dierum eſt, in dextra ejus, & in ſiniſtra ejus divitiæ & gloriæ. Item, Quoniam longitudinem dierum, & annos (longæ) vitæ, atque pacem adjicient tibi. Item, Siquidem in me multiplicabuntur dies tui, & adjicientur tibi anni vitæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. נותנת חיים לעושיה בעולם הזה *Vitam dans facientibus eam, in præſenti ſeculo*, ſed fructus illius & ſummam rei percipiet in ſeculo futuro. כי חיים הם למוצאיהם *Nam vita ſunt his qui inveniunt ea*, fructus percipiunt in hocce mundo; & dicit, *& irrigatio oſſibus tuis*, nam vel in ſepulchro irrigabit omnia oſſa tua. Porro dicit, *Arbor vitæ eſt ipſa apprehendentibus eam*, in mundo futuro. Sed forſan dices, quod illa dat vitam, verum quis dicet quod divitias adſerat? Nam multi dantur homines qui paupertate admodum premuntur, ita ut mortem præferant vitæ, idcirco dicit, *dabit capiti tuo additamentum gratiæ, & quaſi corona pulchritudinis proteget te*, item, *longitudo dierum eſt dextra ejus*, Ne quis diceret ſe in nomine ſuo omnia hæc poſſe conſequi extra Legem, idcirco dicit, quod ii qui diſcunt in nomine Legis, conſecuturi ſint longitudinem dierum; ſed non requiritur ut divitias & honores conſequantur. In ſiniſtra autem illius, id eſt in iis qui miſere vivunt, erit honor & divitiæ, ſed non longitudo dierum. Et ne diceres, vitam, divitias, & honorem conſequetur, at non pacem, propterea dicit, *& pacem adjicient tibi.*

FAGIUS. Commendatio eſt legis divinæ, & exhortatio ad ſtudium ejus, propoſitis commodis, & præmiis quæ inde homini proveniunt. Nempe, anima & corporis vita, quæ pendet ab anima rectè inſtituta. Neceſſaria item vitæ hujus quæ per ſanitatem umbilici intelligunt, per umbilicum enim homo prima fomenta ſuſcipit. Gratia & favor hominum. Longæva vita. Gloria & divitiæ, omniumque rerum fœlix & proſper ſucceſſus.

ז אמר רבי יהושע משום רבי אליעזר הנוי והכח
והעשר והחכמה והשיבה והבנים והכבוד נאה לצדיקים
ונאה לעולם שנאמר עטרת תפארת שיבה בדרך
צדקה תמצא ואומר תפארת בחורים כחם והדרת
זקנים

7. Dicit Ribbi Jehoſchua ex nomine Ribbi Eliazar, Pulchritudo, Robur, Divitiæ, Sapientia, Canities, & Filii, decent juſtos, & decent etiam mundum, juxta id quod dicitur. Corona decoris eſt ſenectus, quæ in via juſtitiæ invenitur. Item, Decor juvenum eſt robur eorum, & gloria ſenum eſt

זקנים שיבה ואומר עטרת זקנים בני בנים ותפארת
בנים אבותם ואומר וחפרה הלבנה ובושה החמה כי
מלך יי צבאות בהר ציון ובירושלם ונגד זקניו כבוד
רבי שמעון בן מנסיא אומר אלו שבע מדות שמנו
חכמים כלם נתקימו ברבי ובניו :

eſt canicies. Item, Corona ſenum eſt, (habere) filios filiorum: & decor filiorum eſt, (habere) parentes ſuos Item, Erubeſcet luna, & confundetur ſol: cum regnaverit dominus exercituum in monte Zion & in Jeruſalem, & coram ſenioribus ſuis, gloria. Ribbi Schimeon filius Menaſia dicit, Iſtæ ſeptem conditiones, quas numeraverunt ſapientes, omnes confirmatæ fuerunt in Ribbi & in filiis ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. עטרת *Corona*, divitiæ. תפארת *Decus*; filii decoris. כח *Robur*, ſicuti dicit, *decor juvenum eſt robur eorum.* כבוד *Honor*, ſicuti dicit, *& coram Senioribus honor.* והחכמה *& ſapientia*, aliquoties in hac Miſna repetita eſt vox זקנים *Senes*, & una earum notat eum qui ſapientiam acquirit.

ח חמשה קנינים קנה הקב״ה בעולמו ואלו הן
תורה קנין אחד שמים וארץ קנין אחד אברהם
קנין אחד ישראל קנין אחד בית המקדש קנין אחד
תורה מנין שנאמר יי קנני ראשית דרכו קדם
מפעליו מאז שמים וארץ מנין דכתיב כה אמר יי
השמים כסאי והארץ הדום רגלי איזה בית אשר תבנו
לי ואיזה מקום מנוחתי אברהם מנין דכתיב ויברכהו
ויאמר ברוך אברם לאל עליון קונה שמים וארץ ישראל
מנין דכתיב עד יעבר עמך יי עד יעבר עם זו
קנית ואומר לקדושים אשר בארץ המה ואדירי כל
חפצי בם בית המקדש מנין דכתיב מכון לשבתך
פעלת יי מקדש יי כוננו ידיך ואומר ויביאם
אל גבול קדשו הר זה קנתה ימינו :

8. Quinque poſſeſſiones acquiſivit ſanctus deus benedictus ſit ipſe in mundo, & ſunt iſtæ. Lex una eſt poſſeſſio. Cœlum & terra poſſeſſio una eſt, Abraham poſſeſſio una eſt. Iſraël poſſeſſio una eſt. Unde habetur hoc ex ſcriptura? ex eo quod ſcribitur Dominus poſſedit me in initio viæ ſuæ, ante opera ſua ab antiquo. Unde quod cœlum & terra? ex eo quod ſcriptum eſt, Cœlum thronus meus, & terra ſcabellum pedum meorum. Ubi igitur erit domus quam ædificabitis mihi, & ubi erit locus meæ quietis? De Abraham unde? ex eo quòd ſcriptum eſt, Benedixitque ei & ait: benedictus Abram deo excelſo poſſeſſori cœli & terræ. De Iſraël unde? ex eo quòd ſcriptum eſt, Donec pertranſierit populus tuus domine, donec pertranſierit populus iſte, quem poſſediſti. Item, ex eo quòd dicit David, Ad ſanctos, qui ſcilicet ſunt in terra, & ad virtute conſpicuos, ad hos inquam tota mea (fertur) voluntas. De domo ſanctuarii unde? ex eo quòd ſcriptum eſt, Habitaculum manſioni tuæ feciſti domine, (ubi) ſanctuarium firmaverunt manus tuæ domine. Item, ex eo quòd dicitur. Et introduxit eos ad terminum ſanctitatis ſuæ, ad montem iſtum quem acquiſivit dextera ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Lex eſt poſſeſſio quædam, quemadmodum dicitur Proverb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viæ ſuæ*, nam creatio illius mundi creationem anteceſſit, nam quando in mentem Dei incidit ad mundum ſuum, confirmabitur propter Legem. *Cœlum & terra poſſeſſio una eſt*, quia columna mundi ſunt, quemadmodum ſcriptum eſt Eſa. 66. *Cœlum thronus meus, & terra ſcabellum pedum meorum*; in hoc & illo loco occurrit vox *terra*, ſicuti dicitur; *plena eſt terra poſſeſſione tua.* אברהם קנין אחד *Abraham eſt poſſeſſio una*, unde probatur quod Deus benedictus ipſum creavit ut mundi poſſeſſio foret, & quod mundus illius cauſa ſuſtentatur, quemadmodum dicitur, *Et benedixit ei*; & iterum, *Benedictus ſit Abraham Deo ſupremo poſſidenti cœlum & terram.* Et hoc quia Abraham pervenit ſub alas divinæ majeſtatis, eaſque in viam rectam perduxit. Unde autem probatur quod Iſraël vocetur קנין *Poſſeſſio*? Ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 15. עם זו קנית *Populus quem acquiſiviſti.* Sed unde probatur quod Iſraël tantùm gratia conſervetur mundus? ex eo quod ſcriptum eſt Pſal. 16. לקדושים אשר בארץ המה Sancti ergo per fidem ſunt fundamentum terræ. *Sanctuarium quod fecerunt manus tuæ Domine*, etiamſi illius non habeamus poſſeſſionem, tamen quia hoc in loco, ut & Pſal. 78. ſermo eſt de *ſanctuario*, dicimus, quod ſicuti in uno loco eſt ſanctuarium cum poſſeſſione. Cæterum dubium de hac re, & juxta ſcopum illius videtur quod Beraita non recte ſcriptum ſit, nam in Gemara ad tractatum Peſachim capite octavo, tantum ſit mentio Legis, cœli, terræ, & Iſraëlis; & præterea probationem adfert de cœlo, & terra ex eo quod ſcriptum eſt de Abrahamo Gen. 14. קונה שמים וארץ.

ט אמר רבי יוסי בן קסמא פעם אחת הייתי
מהלך בדרך ופגע בי אדם אחד ונתן לי שלום
והחזרתי לו שלום אמר לי רבי מאיזה מקום אתה
אמרתי לו מעיר גדולה של חכמים ושל
סופרים אני אמר לי רבי רצונך שתדור עמנו
במקומנו ואני אתן לך אלף אלפי דינרי זהב אמרתי
לו

9. Dicit Ribbi Joſe filius Kiſma, Una vice fui ambulans in via, & obviavit mihi homo quidam, qui dedit mihi pacem, & feci reverti ad eum pacem. Dixit ad me, Ribbi, è quo loco tu (venis?) cui reſpondi, è civitate magna (in qua commorantur) ſapientes & ſcribæ, ego venio. Dixit ad me, Ribbi, ſit voluntas tua ut habites nobiſcum, & dabo tibi multa millia denariorum aureorum. Cui reſpondi, Si dederis mihi

לו אם אתה נותן לי כל כסף וזהב שבעולם אני דר אלא במקום תורה שכן מצינו בספר תהלים על ידי דוד מלך ישראל טוב לי תורת פיך מאלפי זהב וכסף שבשעת פטירתו של אדם אין מלוין לו לאדם לא כסף ולא זהב ולא אבנים טובות ומרגליות אלא תורה ומעשים טובים שנאמר בהתהלכך תנחה אותך בשכבך תשמור עליך והקיצות היא תשיחך בהתהלכך תנחה אותך בעולם הזה בשכבך תשמר עליך בקבר והקיצות היא תשיחך לעולם הבא ואומר לי הכסף ולי הזהב אמר יי צבאות כל מה שברא הקדוש ברוך הוא לא בראו אלא לכבודו שנאמר כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו יצרתיו אף עשיתיו ואמר יי ימלך לעולם ועד ריבי חנניא בן עקשיא אומר רצה הקדוש ברוך הוא לזכות את ישראל לפיכך הרבה להם תורה ומצות שנאמר יי חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר :

mihi omne argentum & aurum, quod in mundo eſt: non tamen habitabo niſi in loco (ubi viget lex) Sic enim invenimus in libro Pſalmorum de Davide, rege Iſraël, Melior eſt mihi lex oris tui, quam millia auri & argenti, &c. In hora enim qua decedit homo ex hac vita, non comitantur hominem, neque argentum, neque aurum, neque lapides pretioſi, neque margaritæ: ſed lex & bona opera, juxta id quod dictum eſt. Quum ambulaveris, ducet te, & quum dormieris, cuſtodiet te: & quum evigilaveris, ipſa loquetur tecum. Quum ambulaveris ducet te: (ſcilicet) in præſenti ſæculo. Et quum dormieris cuſtodiet te: (id eſt) in ſepulchro. Et quum evigilaveris ipſa loquetur tecum (hoc eſt) in ſæculo futuro. Dicit item (ſcriptura) Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Quicquid creavit Deus ſanctus benedictus ſit ipſe, non creavit ipſum, niſi ad gloriam ſuam: ſicut dicitur, Omnis qui vocatur nomine meo, hunc ego creavi pro gloria mea, formavi eum, atque feci eum. Dicit item (ſcriptura) Dominus regnabit in ſeculum, atque in perpetuum. Ribbi Hanania filius Akaſchia dicit, Voluit ſanctus benedictus Deus purificare Iſraël, ob id auxit legem, & præcepta, ſicut dicitur, Dominus pius eſt propter juſtitiam ſuam, magnificat legem, atque ſublimat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Sententia R. Chananiæ filii Acaſiæ non venit ex Berayta, ſed eſt complementum bonæ ſententiæ, atque hoc dici ſolet in fine capitum, quia קדיש non dicitur ſuper Miſna, ſed ſuper Agada, quemadmodum iſte dixit Dominus, & tamen ſit numen illius magnum ſuper Agada.

Finis Tractatus de Capitibus Patrum.

MAI-

MAIMONIDIS PRÆFATIO In SEQUENTEM TRACTATUM.

PRoponenda mihi ſunt fundamenta ad intelligentiam hujus tractatus perquam neceſſaria; ex quorum numero hoc eſt quod triginta ſint & unum præceptum negativum, ob quorum transgreſſionem de induſtria commiſſam homo tenetur excidio, ſicuti ipſa Lex dictat. Verum ſi ex errore peccaverit, propter unamquamque tranſgreſſionem obligatur ſacrificium pro peccato adferre; de his in principio tractatus Keritot. Horum triginta & unius eſt peccatum idololatriæ; & ſi quis contra hæc triginta & unum peccaverit, tenetur offerre ſacrificium pro peccato, quod eſt agna aut capra, quemadmodum dicitur Levit. 4. 27. Si vero quis commiſerit peccatum idololatriæ, tenetur in ſacrificium adferre capram duntaxat, ſicuti dicitur Num. 15. 17. Et hoc in loco de peccato idololatriæ ex errore commiſſo tantum ſermo eſt. Dixerunt Sapientes, hoc eſt præceptum quod tanti eſt momenti quanti cætera omnia; & in libro Siphri exponitur, iſtum locum omnino agere de peccato idololatrico ex errore commiſſo; ita ſe habet jus cum ſingulari gente, uti dicitur ibidem, מעם הארץ Sin autem fuerit Senatus magnus e ſeptuaginta & uno judice conſtans, & quis peccaverit contra aliquod e triginta & uno ſupra memoratis præceptis, atque judices unum ex iis legitimum pronunciarint, & Iſraëlitæ ſententiam eorum ſecuti fuerint, ſed poſtea innotuerit jndicibus quod errarunt, tum illi omnes juvencum in ſacrificium pro peccato adducere tenentur, ſicuti dicitur Levit. 4. 13. ונעלם דבר מעיני הקהל ubi per קהל intelligitur Synedrium magnum. Qui vero ſententiam eorum ſecuti ſunt, illi immunes ſunt. Si vero ſenatus aliquam rem in caſu idololatriæ ex errore rectam pronunciaverit, & populus ſententiam eorum ſecutus fuerit, ſenatus juvencum in holocauſtum & hœdum in ſacrificium peccato adferre debet; quemadmodum de idololatria ex errore commiſſa exponitur Num. 15. 24. והיה אם מעיני העדה נעשתה בשגגה Juvencus vero quem Senatus adducere debet pro reliquis præceptis, ſcilicet pro errore alicujus præcepti ex iſtis triginta, vocatur juvencus rei occultæ: Hœdus autem qui offerebatur in ſacrificium pro peccato in idololatria commiſſo, vocatur hœdus idololatriæ: qui vero ſecundum ſententiam eorum feciſſent, ii liberi erant a ſacrificio. Et propterea multæ erant conditiones, quæ ſi omnes concurrerent, ſenatus obligabatur ad ſacrificium, & populus liber erat; ſi vero una tantum deeſſet conditio, obligatio ad hœdum rei occultæ non habebat locum, neque juvencus & hœdus idololatricus; & tum jus eorum ſimile eſt privatorum hominum juri; quisquis autem ex errore peccaverit, adducet ſacrificium quod privatus debet pro tali peccato, ſive illud commiſerit ipſe Senatus, ſive cætera populi pars; qui vero idipſum non commiſerit, is nullatenus tenetur. Cæterum quando circumſtantiæ omnes concurrunt in hoc capite memoratæ, totus populus liber eſt ab eo quod fecerint, ſed Senatui incumbit ſacrificii obligatio, quia in judicio errarunt, etſi nihil mali commiſerint; nam cauſa quare ſenatus ſacrificium debet, eſt quia populus fecit dicto ipſius, hypotheſis enim nobis eſt quod opera dependent a cœtu, doctrina autem a ſenatu. Et quamvis hæ conditiones in hoc capite expoſitæ ſint, tamen eas hic referam ut ſemper in promptu ſint. Prima circumſtantia eſt, ut caput Synagogæ præſes ſit doctrinæ, & cum eo ſint omnes ſeptuaginta ſenatores. Secunda eſt, ne quis inter eos inveniatur illlegitimus, ſed omnes legitimi quemadmodum olim erant Synedrii Magni ſenatores. Tertia eſt, ne ulla inter ipſos exiſtat contrarietas in iis quæ licita vel illicita dixerint. Quarta eſt, ne errent in Scriptura vel in re quæ e Scriptura docetur, quemadmodum deinceps exponetur. Quinta eſt; quando ex dicto ſenatus fecerint omnes terræ incolæ, vel maxima pars, nimirum maxima tribuum pars, ita ut Ephraim & Manaſſe non numerentur pro duobus tribubus in hoc caſu, quia in hæreditatibus terræ conſequendis duntaxat pro duabus tribubus cenſentur. Sexta eſt, ſi illi qui ex dicto ſenatus fecerunt, erraverint, ſecum reputantes veritatem juris iſtius. Septima denique circumſtantia, quando ipſi ſenatui nota fuit res in qua erravit, licet ii qui dicto ipſius fecerint, totam rem ſcirent, ut, ſi ſenatus eſum quorundam adipum licitum pronunciaverit, & dixerit, quod non vocatur adeps, eumque maxima pars cœtus comederit dicto ſenatus; ſed poſtea recordatus fuerit quod errore illius deceptus fuit; attamen populo non conſtiterit an adeps aliquis, an vero ſanguis quidam ipſi licitus ſit declaratus a ſenatu, tali in caſu non adducendus eſt juvencus propter rem occultam, licet totus populus dixerit, talis erat adeps, quemadmodum dicitur Le-

vit. 4. 14 ונודעה החטאת אשר חטאו עליה Sed non ita ſe res habet; ſi peccata nota ſint. Sin autem vel unica defecerit circumſtantia, ſenatus, & quisquis trangreſſus fuerit, & abſque dicto ſenatus erraverit, tenetur ad ſacrificium pro peccato, quod eſt capra aut agna, uti expoſuimus. Hæc fundamenta operæ pretium eſt conſideraſſe, quia ſunt clavis hujus tractatus.

מסכת הוריות

Tractatus de Judicum Documentis.

פרק א הורו בית דין לעבור על אחת מכל מצות
האמורות בתורה והלך היחיד ועשה שוגג על פיהם
בין שעשו ועשה עמהן בין שעשו ועשה אחריהן בין
שלא עשו ועשה פטור מפני שתלה בבית דין הורו
בית דין וידע אחד מהן שטעו או תלמיד והוא ראוי
להוראה והלך ועשה על פיהן בין שעשו ועשה עמהן
בין שעשו ועשה אחריהן בין שלא עשו ועשה הרי
זה חייב מפני שלא תלה בבית דין זה הכלל התולה
בעצמו חייב והתולה בבית דין פטור :

Caput 1. Si ſenatus ita docuerit ut exinde alicujus præcepti eorum quæ Lex deſignavit, ſuboriri poſſit tranſgreſſio, atque privatus aliquis obediens fuerit dicto illius, ſive is id ſtatim cum ſenatu fecerit, ſive paulo poſt, ſive ſenatus non fecerit, ſed is ſolus fecerit, immunis eſt, quia a ſenatu dependet. Si ſenatus aliquam rem docuerit, & unus judex errorem animadverterit, licet fuerit diſcipulus qui ad doctrinam percipiendam aptus eſt, attamen is fecerit dicto ſenatus, ſive una cum ipſo id fecerit, ſive paulo poſt ipſum, ſive is ſolus id fecerit, tenetur, quia non dependet a ſenatu. Hæc regula generalis eſt, qui a ſeipſo dependet, is tenetur; qui vero a ſenatu dependet, is liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הורו בית דין *Si ſenatus docuerit*, & populo dixerit, hoc facere licet, idque fuerit tale quid unde excidii pœna proficiſcitur in eum qui de induſtria idipſum fecerit. והלך יחיד ועשה *Et privatus aliquis id fecerit*, Miſna hæc juxta R. Jehudam eſt, qui putat immunem eſſe privatum ſi dicto ſenatus id fecerit; ſed ita non deciditur, verum potius ſecundum ſententiam Sapientum tenetur, & non fit liber niſi donec ii qui dicto Senatus fecerint, ſint maxima incolarum terræ Iſraëlis pars, vel tribuum maxima pars, & tum Senatus adducet in ſacrificium juvencum rei occultæ in cœtu; qui vero dicto ipſius obediverint, immunes ſunt. שגג על פיהם *Errans dicto Senatus*, excepto tamen ſi is non dependeat a doctrina Senatus, ut, ſi docuerit Senatus adipem eſſe licitum, atque is mutaverit adipem cum pinguedine quadam, & comederit, tenetur, quia non comedit dictante Senatu.

בין שלא עשו *Sive non fecerit*, ſive Senatus eodem modo non fecerit opera dicto ipſius, ipſe tamen liber eſt, & Senatus tenetur, quia Senatus non adducit ſacrificium niſi ob errorem doctrinæ; nam opera dependent a cœtu, & doctrina a Senatu.

הרי זה חייב *Ecce hic tenetur*, etſi hic de induſtria id fecerit, qui ſciebat Senatum erraſſe, nihilominus tamen fecit juxta ſententiam illius, tamen is qui ita fecerit, non adducet ſacrificium. In Gemara jam dixerunt, שוגג *errantem* eſſe eum qui cogitabat obligationem eſſe Senatus edictum ſequi, etſi de errore illius conſtaret ipſi.

זה הכלל *Hæc univerſalis regula eſt*, quæ docet eum qui non obedierit doctrinæ, quia non ſolet facere ex dicto Senatus, attamen ſi fecerit juxta doctrinam Senatus, non quod a doctrina illius dependet, ſed quod ita ipſi videbatur congruere ut ſit licitum, teneri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Caſus ille doctrinæ qui Senatum erroris coarguit, hic eſt, ſi populo dixerint, hæc res licite a vobis fiat. ועשה על פיהם *Et fecerit illud dicto Senatus*, nam ſi erraverit ex ſe, & non ex dicto Senatus, tenetur ad ſacrificium, ut, ſi docuerit quod adeps inteſtinorum licitus ſit, tum non tenetur ad ſacrificium ſi intenderit adipem comedere, idque comederit dicto Senatus. Verum ſi intenderit comedere pinguedines, & comederit adipem inteſtinorum, tenetur ad ſacrificium, quia illum non comedit eo quod Senatus permiſerat. Si vero dicto Senatus adipem comederit, nihil debet, etſi una cum ſenatu erraverit, aut ſucceſſu temporis, vel ipſe errorem ſecutus fuerit, & non Senatus, liber eſt, ob rationem modo dictam; nam opera dependent a cœtu, & doctrina a Senatu. Hæc vero Miſna eſt juxta R. Jehudam, qui putat liberum eſſe hominem particularem, licet juxta Senatus juriſconſultum commiſerit errorem. Sapientes vero putant, privatum teneri quando fecerit juxta doctrinam Senatus, donec ii qui hanc doctrinam ſecuti ſunt, maximam terram Iſraëlis incolentium partem confecerint, tum ii qui ita fecerunt, liberi ſunt, verum Senatus ad ſacrificium tenetur, ſicuti expoſuimus. Cæterum terræ Iſraëlis incolæ ſunt ii quorum mentio fit 1 Reg. 8. 65. *Et omnis Iſraël cum eo inde ab introitu in Chamat uſque ad fluvium Ægypti*, vult textus, quod ii qui in hac commorantur, omnes ſunt Iſraëlitæ, non habita ratione eorum qui extra terram Iſraëlis habitant. Qui vero noverit Senatum erraſſe, attamen fecerit juxta dictum illius, is obligatur ad ſacrificium juxta id quod doctor Miſnicus dixit. Sed nonnemo eum impugnat, dicens, quandoquidem ſciebat Senatum erraſſe, & tamen errorem ſecutus eſt, de induſtria erravit, qui vero de induſtria peccaverit nonne obligatur ad ſacrificium, cæterum ad hanc difficultatem reſpondetur in Gemara, ex eo quod dicitur Deut. 17. 11. על פי אשר יורוך Et putat hic auctor juxta ſententiam Senatus faciendum eſſe, etſi de errore conſtiterit, idcirco hic dicto Senatus fecit etſi error ipſi conſtiterit, & propterea obligatur ad ſacrificium hominis privati, & non conjungendus eſt cum iis qui dicto Senatus errarunt. התולה בעצמו *Qui dependet ex ſe ipſo*, etſi neſciverit quod errarunt Senatores, ſed ſolitus fuerit facere ex dicto eorum, quia ita ipſi viſum fuerat, & de contraria ſententia non perſuaſus erat, ita ut res ipſi eſſet integra & facere poſſet quomodo vellet; propterea tenetur, ſi tali modo errorem commiſerit.

ב הורו בית דין וידעו שטעו וחזרו בהן בין שהביאו
כפרתן ובין שלא הביאו כפרתן והלך ועשה על פיהן
רבי שמעון פוטר ורבי אליעזר אומר ספק איזהו ספק
ישב

2. Si docuerit Senatus, & deinde cognoverit errorem ſuum, & ſententiam revocaverit, ſive adduxerit expiationem ſuam, ſive non adduxerit, & quis ſententiam illius fecerit, R. Simeon liberat

ישב לו בתוך ביתו חייב הלך לו למדינת הים פטור אמר רבי עקיבא מודה אני בזה שהוא קרוב לפטור מן החובה אמר לו בן עזאי מאי שנא זה מן היושב בביתו שהיושב בביתו אפשר היה לו שישמע וזה לא היה אפשר לו שישמע :

rat eum. R. Elieſer ait, dubium eſt. Sed quodnam dubium? Si domi ſuæ ſit, tenetur, ſin in regione quadam transmaritima, liber eſt. Dixit R. Akiba, concedo quod proxime ad liberum accedit ex debito. Dixit ei Ben Azai, quænam differentia eſt in eo qui domi ſuæ eſt? Reſp. qui domi ſuæ erat, is audire poterat, hic autem non.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון פוטר *Rabbi Simeon liberat*, quandoquidem doctrina Senatus ſe extenderat in maximam cœtus partem. רבי אליעזר אומר ספק *Rabbi Elieſer dicit, dubium eſt*, quandoquidem enim ſingulis momentis rogare debuiſſet de iis quæ in Senatu innovata erant, attamen non rogaverit, perinde eſt ac ſi dubitet an peccet, an vero non, propterea adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo; deciſio eſt juxta R. Eliezer.

א׳ והו ספק *Quodnam eſt dubium?* ſcilicet de quo R. Eliezer dicit quod judicatur de eo qui dubitat an peccaverit necne, & ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo tenetur? Reſp. de eo qui eſt domi ſuæ in civitate ubi Senatores docuerunt. Verum ſi homo iſte commoretur in civitate transmaritima & non tantum eo ſe contulerit, ſed in viam ſe conjecerit etſi non pervenerit eo quo ſtatuerat, putat R. Akiba cum propter occupationes ad iter ingrediendum non potuiſſe rogare Senatum an ſententiam ſuam revocaverint, ideoque liberum eſſe a ſacrificio pro reatu ſuſpenſo. Ben Azai putat quod rogare debuiſſet cum nondum profectus fuiſſet; ita controverſia eorum proponitur in Gemara; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon liberat a ſacrificio eum qui juxta errorem Senatus fecerit, quia iſte error ſe extenderat in maximam cœtus partem, hic autem id fecit inter maximam cœtus partem. *R. Eliezer dicit, dubium eſt*, nam is hoc quærere debebat, perinde ac ſi ei dubium eſſet, ut, ſi quis comediſſet, ſed neſciviſſet an comediſſet adipem, an vero pinguedines, quo in caſu ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo tantum obligatur, quemadmodum hoc fundamentum exponitur capite primo Keritot, propterea is qui fecerit poſtquam innotuerit ipſi, adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo. In Gemara autem exponitur R. Eliezerem contrarium ſtatuere. Poſtea dicit quod dubium juxta R. Elieſeris opinionem ſit de eo qui domi ſuæ eſt, & propterea ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo tenetur; qui vero iter ingreſſus eſt, non tenetur ullo modo ſecundum omnium conſenſum. Cæterum controverſia inter R. Akibam & Ben Azai eſt de eo qui ad iter ſe accinxerit, attamen nondum profectus fuerit, R. Akiba putat quod ob neceſſaria ad iter comparanda, non poterat rogare, perinde ac ſi jam eſſet in civitate transmaritima. Ben Azai dicit, quandoquidem eſt in civitate, perinde eſt ac ſi in domo ſua ſit; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer, & juxta R. Akiba.

ג הורו בית דין לעקור את כל הגוף אמרו אין נדה בתורה אין שבת בתורה אין עבו״ם בתורה הרי אלו פטורין הורו לבטל מקצת ולקים מקצת הרי אלו חייבין כיצד אמרו יש נדה בתורה אבל הבא על שומרת יום כנגד יום פטור יש שבת בתורה אבל המוציא מרשות היחיד לרשות הרבים פטור יש עבו״ם בתורה אבל המשתחוה פטור הרי אלו חייבין שנאמר ונעלם דבר דבר ולא כל הגוף :

3. Si docuerit Senatus ad totum corpus extirpandum, dicendo, in Lege non ſit mentio menſtruæ, nec idololatriæ, liber eſt. Si docuerint partim abrogando partim confirmando, obligantur. at quomodo? Si dixerint, in Lege quidem menſtruæ ſit mentio, ſed qui cum ea quæ menſtruam quotidie expectat rem habuerit, liber eſt, vel, Sabbatum quidem memoratur in Lege, qui vero e loco publico aliquid in privatum eduxerit, is liber eſt. Vel, in Lege memoratur quidem idololatria, qui vero hac in parte ſe incurvaverit, is liber eſt; hic tenetur, quia Levit. 4. 13. extat, *ſi res occulta ſit*; & non, ſi totum corpus.

R. OB. DE BARTENORA.

לעקור את כל הגוף *Ad extirpandum totum corpus*, id eſt totum præcepti fundamentum, quemadmodum deinceps exponit. הרי אלו פטורים *Ecce hic (Senatus) liber eſt*, quia ſcriptum eſt Levit. 4. 13. ונעלם דבר *Et occulta ſit res*, ergo quando ex parte occulta eſt, non tota.

אבל הבא על שומרת יום כנגד יום *Sed qui coiverit cum ea quæ indies menſtruum expectat*, in Gemara arguitur de illa quæ indies expectat menſtruum, ſcriptum eſſe Levit. 15. 28. וספרה לה *Et numerabit ſibi*, hinc illa indies numerabit, ſed ob id quod in Lege notatum eſt, Senatus nonne adducit ſacrificium? Exponit Gemara quod hoc intelligendum ſit quando illa dixerit ſe non eſſe menſtruam, niſi cum die viderit ſanguinem, non nocte, eo quod ſcriptum eſt Levit. 15. 26. כל ימי זובה *Omnes dies fluxus ſui.*

אבל המוציא מרשות היחיד לרשות הרבים פטור *Sed qui educit e poteſtate privata in publicam, liber eſt*, ſi dixerint introductionem & eductionem eſſe prohibitam, quia ſcriptum eſt Levit. 17. 27. אל יצא איש ממקומו jactus ergo & porrectio licitæ ſunt. המשתחוה פטור *Qui incurvaverit ſe, liber eſt*, nam incurvationem dixerunt de iis in quibus manuum & pedum extenſio prohibita eſt, eo quod ſcriptum eſt Exod. 34. 14.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senatus non obligatur ad ſacrificium, neque ii qui dicto ipſius obediverint, niſi res illa in qua erraverunt, fuerit talis qualem non concederent Sadducæi. Verum ſi res tam clara ſit ut ut eam concedant Sadducæi, Senatus liber eſt, quia hic non dicitur *error*, ſed oblivio. Et hoc eſt quod Sapientes dixerunt, dicimus ei, abi & lege in ſchola; quiſquis autem errorem Senatus ſecutus fuerit, tenetur ad ſacrificium hominis particularis, ut diximus.

שומרת יום כנגד יום *Quæ menſtruum expectat indies*. hoc jam expoſuimus in principio tractatus Megilla, & jura ipſius exponuntur in Nidda & Zabim. Præterea auctor erroris exemplum attulit, dixitque quod fœmina fluxum ſuum non expectabit indies, niſi ſanguinem viderit die, & non nocte, nam ſeminiflua non vocatur niſi donec tres dies viderit ſanguinem; hi autem judices erraverant dicentes diem iſtum proprie eſſe a tempore matutino uſque ad noctem cujuslibet diei, quia ſcriptum eſt Levit. 15. 26. כל ימי זובה *Omnes dies fluxus illius*, ſi igitur erraverint hoc modo judices, & maxima virorum pars cum uxoribus coitum inverit dum hæ ſanguinis fluxum viderint, tum tenebuntur ad ſacrificium juvenci ob rem occultam. Sic etiam, ſi de Sabbato dixerint

34. 14. לא תשתחוה לאל אחר In quibus autem non fuerit extenſio manuum pedumque, ea licita eſt. Cæterum hæc rei ſumma eſt, Senatus non tenetur ad ſacrificium niſi in iſtiusmodi re quam Sadducæi non concedunt; verum ſi docuerit aliquam rem quæ a Sadducæis conceditur, liber eſt Senatus a ſacrificio cœtus, &, ſi multi errorem iſtius ſecuti fuerint, unusquiſque tenetur offerre ſacrificium pro errore ſuo, quia res clara eſt.

rint judices, cum qui eduxerit aliquid duntaxat teneri, eo quod dictum eſt Levit. 17. 29. אל יצא איש ממקומו Et non cum qui extenderit vel projecerit quicquam ex loco privato in publicum, teneri. Ita quoque comparatum eſt cum idololatria, ſi dixerint, ſi quis incurvaverit ſe, is tenetur, uti ſcriptum eſt Exod. 34. 14. לא תשתחוה לאל אחר Incurvatio autem illa fit ſi manus pedeſque in terram extenderit coram idolo; verum ſi abſque manuum pedumque extenſione ſe in terram projecerit, non vocatur incurvatio.

Si error commiſſus ſit in ſimilibus rebus, tum judices adducant ſacrificium, qui vero illorum errorem ſecuti fuerint, liberi ſunt. Verum ſi locum aliquem obliti fuerint in Lege deſignatum, vel aliquam rem quæ magnum habet in Lege fundamentum, liberi ſunt, quique dictum ipſorum fecerunt, tenentur, & hoc eſt id quod dixerunt, donec docuerint quicquam quod Sadducæi non concedunt.

ד הורו בית דין וידע אחד מהן שטעו ואמר להן טועין אתם או שלא היה מופלא של ב"ד שם או שהיה אחד מהן גר או ממזר או נתין או זקן שלא ראה לו (כ"א) בנים הרי אלו פטורין שנא' כאן עדה ונאמר להלן עדה מה עדה האמורה להלן עד שיהיו כולם ראויים להוראה אף עדה האמורה כאן עד שיהיו כולן ראויים להוראה הורו בית דין שוגגין ועשו כל הקהל שוגגין מביאין פר מזידין ועשו שוגגין מביאין כשבה ושעירה שוגגין ועשו מזידין הרי אלו פטורין :

4. Si docuerint judices & nonnemini innotuerit error illorum, dixeritque, vos erraſtis, ſive non adfuerit Synedrii primas, ſive unus eorum fuerit peregrinus, ſive ſpurius, ſive Netinæus, aut ſenex abſque liberis, ecce iſte liber eſt, nam in hoc caſu dicitur Num. 15. 24. עדה & Num. 35. 24. dicitur עדה. Quemadmodum ergo vox עדה in uno intelligenda eſt de congregatione in qua omnes ſunt legitimi ad docendum, ſic etiam in altero. Si judices docuerint errantes, & totum cœtum in errorem induxerint, adducant juvencum. Si de induſtria ita docuerint alios & in errorem induxerint, agnam & hœdam adducant; ſin ex errore & de induſtria alios ſeduxerint, liberi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

וידע אחד מהן שטעו *Atque unus ex iis cognoverit quod erraruns judices*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 4. 13. ואם כל עדת בני ישראל ישגו Propterea neceſſe eſt ut omnes in errore conveniant. מופלא של בית דין *Admirabilis domus judicii*, eſt idem qui ראש הישיבה *Caput congreſſus*. וזקן שלא ראה בנים *Senex qui non habet liberos*, is non admittitur ad judicia capitalia, quia plerumque ad crudelitatem vergit, & non adeo miſericordia afficitur.

ונאמר להלן עדה *Et ſuperius dicitur congregatio*, de Senatu dicitur Num. 35. 24. ושפטו העדה & Num. 15. 24. de Senatu dicitur והיה אם מעיני העדה quemadmodum igitur in uno loco requiritur ut ad judicium omnes ſint decentes, ſicuti de Synedrio ſcriptum eſt Num. 11. 15. והתיצבו שם עמך id eſt ut tibi ſint ſimiles, e familia pura uti tu es, excipe peregrinum, & Netinæum, & ſpurium, qui iuepti ſunt ad gradum Senatorium.

מזידין *Si de induſtria egerint*, ſi judicibus innotuerit rem eſſe prohibitam, liberi ſunt a ſacrificio cœtus, quia ad ſacrificium inidoneus eſt is qui de induſtria peccavit. qui vero ex errore peccaverint, ii adducant capram aut agnam, quia hoc eſt ſacrificium particularis hominis. הרי אלו פטורין *Ecce hi liberi ſunt*, Senatus liber eſt, quia cœtus non ſecutus eſt illius ſententiam, nec opera cœtus dependent a Senatu; quoniam ipſis innotuerat erraſſe Senatum; omnes ergo qui fecerint, liberi ſunt, quia de induſtria factum eſt, & tum non adducitur ſacrificium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מופלא של בית דין *Admirabilis domus judicii*, eſt ſummus in Senatu, licet is completus ſit ſeptuaginta conſtans membris. Cæterum de errore Senatus Lex dicit Num. 15. 24. והיה אם מעיני העדה וגו' & præterea de Senatu dicit Num 35. 24. ושפטו העדה Sed in tractatu Sanhedrin jam expoſuimus quod omnes hic memorati illegitimi ſunt ad judicandum in Synedrio quia de Moſe dictum eſt Num. 11. 15. והתיצבו שם עמך ubi vocem עמך exponendam cenſemus de eo qui ſimilis eſt Moſi, ſcilicet e genere puro. Senex autem qui liberos non habet, ineptus eſt ad judicium capitale, quia crudelis eſt & ipſum non miſeret hominum aliorum, quia liberorum amore non commovetur. Nos autem omnium horum confirmationem non requirimus in doctrina, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 4. 13. אם כל עדת בני ישראל ישגו Sed jam expoſui in prologo hujus tractatus quod ob errorem idololatricum cœtus adducat juvencum in holocauſtum, & hœdum in expiationem; homo autem privatus adducat capram & agnum pro errore reliquorum triginta & unius præcepti, Senatus adducat juvencum, ut homo particularis agnam aut capram.

ה הורו בית דין ועשו כל הקהל או רובן על פיהם מביאין פר ובעכו"ם מביאין פר ושעיר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר שנים עשר שבטים מביאים שנים עשר פרים ובעכו"ם מביאין שנים עשר פרים ושנים עשר שעירים רבי שמעון אומר שלשה עשר פרים ובעכו"ם שלשה עשר פרים ושלשה עשר שעירים פר ושעיר לכל שבט ושבט פר ושעיר לבית דין הורו בית דין ועשו שבעה שבטים או רובן על פיהן מביאין פר ובעכו"ם מביאין פר ושעיר דברי רבי מאיר ר' יהודה אומר

5. Si docuerit Senatus, & totus cœtus, vel maxima illius pars ex dicto illius fecerit, adducat juvencum; ob idololatriam vero adducant juvencum & hœdum, ſunt verba R. Meyri. R. Jehuda dicit, duodecim tribus adducant; ſed ob idololatriam adferant duodecim juvencos & duodecim hœdos. R. Simeon dicit, tredecim juvencos, & ob idololatriam tredecim juvencos & tredecim hœdos, juvencum & hœdum pro qualibet tribu; juvencum etiam & hœdum pro Senatu. Si docuerit Senatus, & ſeptem tribus fecerint illius doctrinam, vel maxima earum pars, adducant juvencum, ſed ob idololatriam adducant

אומר שבעה שבטים שחטאו מביאין שבעה פרים ושאר שבטים שלא חטאו מביאין על ידיהן פר שאף אלו שלא חטאו מביאין על ידי החוטאין רבי שמעון אומר שמנה פרים ובעכ״ום שמנה פרים ושמונה שעירים פר ושעיר לכל שבט ושבט ופר ושעיר לבית דין הורו בית דין של אחד מן השבטים ועשה אותו השבט על פיהם אותו השבט הוא חייב ושאר כל השבטים פטורין דברי רבי יהודה וחכמים אומרים אין חייבים אלא על הוריית בית דין הגדול בלבד שנאמר ואם כל עדת ישראל ישגו ולא עדת אותו השבט :

cant juvencum & hœdum; ſunt verba R. Meyr. R. Jehuda dicit, ſeptem tribus quæ peccarunt adducant ſeptem juvencos; reliquæ autem tribus quæ non peccarunt, adducant pro ſe juvencum, quia etiam iſtæ quæ non peccarunt, adducant pro iis quæ peccarunt. R. Simeon dicit, octo juvencos adducant, & ob idololatriam octo juvencos & octo hœdos, juvencum & hircum pro qualibet tribu; juvencum & hœdum pro Senatu. Si docuerit Senatus aliquam e tribubus, & tribus iſta fecerit doctrinam illius, tenetur; cæteræ vero tribus omnes liberæ ſunt, verba ſunt R. Jehudæ. Sapientes dicunt, tenentur duntaxat ob doctrinam Senatus magni, uti ſcriptum eſt Lev. 4. 13. *Et ſi omnis cætus Iſraelis erravit*, ſed non cœtus iſtius tribus.

R. OB. DE BARTENORA.

מביאין פר *Adducunt juvencum*, de quo dictum eſt Levit. 4. 14. והקריבו הקהל פר Porro ob idololatriam quoque adducitur juvencus, & ſi docuerint judices idololatriam quandam eſſe licitam, adferant juvencum & hœdum, ſicuti dicitur Num. 15. 22. וכי תשגו ולא תעשו את כל המצות האלה Atque hoc de idololatria præceptum cæteris omnibus æquipollet, uti ſcriptum eſt Jeſ. 45. 10. הוי אומר R. Meyr putat id quod dicitur Num. 15. 24. de errore omnium reliquorum peccatorum והקריבו הקהל Et ſic etiam de juvenco & hœdo dicitur in Numeris quod totus cœtus eos adfert ob idololatriæ errorem; & cœtus tantum qui docuerit, notat eos qui hæc ſacrificia adducant, nempe judices Synedrii magni.

שנים עשר שבטים מביאין *Duodecim tribus adducant*, nam R. Jehuda putat quod omnis tribus vocetur קהל, ſicuti ſcriptum eſt 2 Chron. 20. 5. ויעמוד יהושפט בקהל יהודה.

שלשה עשר פרים *Tredecim juvenci*, nam R. Simeon putat quod Senatus cum in doctrina erraverit, non expiatur juvencis & hœdis tribuum, ſed quod juvencum & hœdum pro ſeipſis adferre debent. שבעה שבטים *Septem tribus*, quæ ſunt maxima tribuum pars, etſi minima Iſraëlitarum pars ſint, vel maxima Iſraëlitarum pars, licet ſint minima tribuum pars, & una tribus peccaverit quæ erat maxima Iſraëlitarum pars, tamen reliquæ tribus omnes quæ non peccarunt, adducant ſacrificium propter eas quæ peccarunt.

שמונה פרים *Octo juvencos*, nam R. Simeon putat eas quæ non peccarunt, non adducere ob eas quæ peccarunt; deciſio eſt juxta R. Jehudam. ועשה אותו שבט *Atque iſta tribus fecerit*, pro ſe, & non fuerit maxima pars Iſraëlis, neque maxima tribuum pars. *Sapientes dicunt, tenentur ſolum ob doctrinam Synedrii magni*, & deciſio eſt juxta ſententiam Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex eo quod dicitur Levit. 4. 14. והקריבו הקהל R. Jehuda adverſatur R. Meyro; R. Jehuda putat quemlibet cœtum intelligi, R. Meyr autem vult illum cœtum qui docuit, tantum intelligi, nempe Synedrium magnum, quia dicitur Levit. 16. 17. קהל ישראל R. Simeon dicit quemlibet cœtum intelligi, & Synedrium magnum etiam conjungendum eſſe cum tribuum numero quæ peccarunt, eo quod quælibet tribus vocatur קהל ſicuti ſcriptum eſt 2 Chron. 20 5. ויעמוד יהושפט בקהל יהודה Si vero ſeptem tribus ſint maxima tribuum pars, ſicuti expoſuimus in prologo. Id autem quod in Miſna dicitur או רובן *Aut maxima illorum pars*, intelligendum eſt de maxima parte virorum Iſraëliticorum, etſi hæc maxima pars ſit minima pars tribuum, & non maxima pars illorum. Sed jam tibi conſtat de ſententia R. Jehudæ, dicentis quemlibet cœtum intelligi, & magnum Synedrium nullatenus obligatum eſſe, quoniam ſacrificia multa adducuntur ab iis qui non peccarunt, propter eos qui peccarunt. Pariter juxta R. Jehudæ opinionem; ſi una tribus fecerit ſecundum doctrinam Synedrii magni, reliquæ tribus illius cauſa adducant, quando illa maximam cœtus partem confecerit; & propterea hic dicitur, *reliquæ omnes tribus liberæ ſunt*, quia tribus illa ſua doctrina fecit. R. Simeon dicit, quemadmodum, cum totus cœtus peccatum fecerit, Synedrium magnum pro illis offert, ſic etiam, quando maxima pars cœtus peccaverit, Senatus quoque cum illa ſacrificium adfert, ſicuti convenit ipſi, quia is ipſe errorem docuit. Cæterum R. Simeon non putat, eum qui non peccavit, obligatum eſſe ſacrificium offerre; & liquet etiam, quod etiamſi ex hoc textu id non poſſit colligi, hanc tribum feciſſe juxta Synedrii magni inſtitutum, quando ipſa confecerit maximam cœtus partem, Synedrium magnum adducat duntaxat juvencum, & ob idololatriam juvencum & hœdum, deciſio eſt ſecundum R. Jehudam in eo quod dicit, quod totus cœtus adducat. Et hæc ſacrificia vocantur *juvenci qui adducitur in re occulta, & hœdi idololatriæ*; deciſio eſt juxta Sapientes. Nummi autem quibus comparantur hi juvenci & hœdi, dicti ſunt *juvenci rei occultæ & hœdi idololatriæ*; ab initio autem exigebantur iſta, & non veniebant e Trumis conclavis. Hi autem juvenci & hœdi omnes comburebantur, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus Zebachim.

פרק ב הורה כהן משיח לעצמו שוגג ועשה שוגג מביא פר שוגג ועשה מזיד מזיד ועשה שוגג פטור שהוראת כהן משיח לעצמו כהוראת בית דין לציבור :

Caput 2. Si ſacerdos unctus ex ſe docuerit errore, & peccatum admiſerit ex errore, adducat juvencum. Si erraverit, & ſciens fecerit, vel contra, liber eſt, quia doctrina Sacerdotis uncti ex ſe, perinde eſt ac ſi eſſet Senatus doctrina ad cœtum.

R. OB. DE BARTENORA.

הורה כהן משיח *Si docuerit ſacerdos unctus*, ſummus pontifex unctus oleo unctionis, ſi auctoritate ſua aliquam rem licitam pronunciaverit, & ſua ſponte commiſerit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 4, 3. *Si ſacerdos unctus peccaverit &c. offeret pro peccato ſuo quod peccavit juvencum vaccæ filium in expiationem.* Hic autem juvencus vocatur *juvencus qui offertur*

rit actionem quæ de induſtria facta pœnam excidii ſtatuit.

offertur pro omnibus præceptis. Porro dixerunt, *pro reatu populi*, ubi ſermo eſt de errore operum, uti diximus, nam requiritur ut ex errore docuerint & ex errore fecerint ii qui ex ſententia Senatus fecerunt; ſic etiam ſacerdos unctus non adducet ſacrificium niſi ſuper occulta re cum errore operis, ut & ipſe erravit propria doctrina in errorem inductus. Cæterum jam expoſuimus de Senatu qui cœtum docuit, ipſum eſſe liberum ſi duobus modis Senatus ſit, ſimiliter & duobus modis liber erit a ſacrificio, nam ſi de induſtria factum ſit, non obtinet ſacrificium. Præterea e conditionibus ſacerdotis uncti eſt ut doctiſſimus ſit, & ſeorſim doceat, & tum ſingulari ſacrificio tenetur. Sed quando non eſt ſumme doctus, vel Senatui in doctrina conjunctus, faciens id quod alii fecerint, & doctrinam ſuam Senatui ſubmittens, ſenatori ſimilis eſt qui aliorum judicio committit ſuum, ideoque illius jus ſe habet ut aliorum hominum, tum, ſi ii qui peccaverint maximam cœtus partem conficiant, is expiabitur in cœtu, ſi vero confecerint minimam cœtus partem, ipſe unus eſt ad partem deſtruendam, vel ad confirmandam, & prout Senatus docuerit, requiritur occultatio rei cum errore operis; ſed non tenetur ad ſacrificium pro reatu dubio quum dubitaverit & non recte ſciverit.

ב הורה בפני עצמו ועשה בפני עצמו מתכפר לו בפני עצמו הורה עם הצבור ועשה עם הצבור מתכפר לו עם הצבור שאין בית דין חייבין עד שיורו לבטל מקצת ולקיים מקצת וכן המשיח ולא בעכו״ם עד שיורו לבטל מקצת ולקיים מקצת :

2. Si idem docuerit ex ſe, & peccaverit ex ſe, ex ſe expiabitur. Si docuerit cum cœtu, & cum cœtu fecerit, una cum cœtu expiabitur, quia Senatus non tenetur niſi donec docuerit unam partem abrogando, & alteram confirmando. Sic etiam ſe res habet cum uncto ſacerdote. Neque ob idololatriam tenetur, niſi donec docuerit unam partem abrogando, & alteram confirmando.

R. OB. DE BARTENORA.

מתכפר לו בפני עצמו *Expiabitur ſolus*, in ſpecie pro ſe ipſo tenetur adducere ſacrificium. הורה עם הצבור *Si docuerit cum cœtu*, dum erat unus e Senatu qui in doctrina erraverat. מתכפר לו עם הצבור *Expiabitur cum cœtu*, ope juvenci pro re occulta in cœtu, ſed non indiget alio ſacrificio. Et quia intelligere poſſemus, quod ſicuti die expiationis non expiatur una cum cœtu, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 16 6. ושחט את פר החטאת אשר לו quod hic etiam ſingulari artificio opus eſſet, idcirco nos docet auctor quod res aliter ſe habet, atque hoc colligitur ex Levit. 4. 3. על חטאתו אשר חטא Ergo pro ſuo peccato adducet ſingulare aliquod ſacrificium, & non pro peccato quod in ſpecie ſuum non eſt.

שאין בית דין חייבין עד שיורו לבטל מקצת ולקיים מקצת *Nam Senatus non tenetur niſi donec docuerit partim abrogando, & partim confirmando*, vult dicere quod æquum eſſet ut ſacerdos unctus expiaretur una cum cœtu, nam Senatus non tenetur &c. Porro quoque videtur quaſi ſacerdos unctus omnino ſimilis ſit ei qui a Senatu unctus eſt, ita quoque fas eſt ut cœtui aſſimiletur, ſi docuerit cum eo, atque expietur una cum cœtu. *Ita neque ſacerdos unctus tenetur ob idololatriam* &c. nam de reliquis ſacrificiis dictum eſt Levit. 4. 13. ונעלם דבר מעיני הקהל Et de idololatria extat Levit. 14. 36. והיה אם מעיני העדה Quemadmodum ego de reliquis præceptis dicitur quod aliqua res occulta fuit, & non totum corpus, eodem ſenſu de idololatria dicendum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne intelligeremus pontificem maximum, etſi juxta doctrinam Senatus fecerit, non expiari una cum cœtu, quoniam die expiationis cum illo expiatus eſt, niſi ope ſacrificii particularis pro ſeipſo, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 16. 6. פר החטאת אשר לו Idcirco nos docet auctor quod una cum cœtu expiatur, quando in errore conjunctus eſt, uti ſcriptum eſt Levit. 4. 3. על חטאתו אשר חטא Nempe ſi peccatum ſolum ad ipſum pertineat, tum ſacrificium ſingulare adducet; non autem ſi cum cœtu conjunctus ſit. Cæterum de idololatria colligimus reliquorum præceptorum ſenſum, nam de reliquis præceptis ſcriptum eſt Levit. 4. 13. ונעלם דבר מעיני הקהל Et de idololatria dictum eſt Levit. 14. 36. והיה אם מעיני העדה Quemadmodum ergo in priori loco intelligitur quædam res præcepti, & non totum illius corpus, ita quoque in altero. Cæterum non opus eſt ut exponamus quod omni in loco ubi dicimus שאר מצות *reliqua præcepta*, &, כל מצות *Omnia præcepta*, intelligamus triginta & unum præceptum, omnia negativa, ob quæ condemnari poſſunt excidii, ſi qui de induſtria iſta transgreſſi fuerint; ſi vero ex errore, tenentur ſacrificio pro peccato.

ג אין חייבין אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה וכן המשיח ולא בעכו״ם אין חייבין אלא אל העלם דבר עם שגגת המעשה אין ב״ד חייבין עד שיורו בדבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת וכן המשיח ולא בעכו״ם עד שיורו על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת :

3. Non tenetur (Senatus) ob rem occultam cum errore operis; ita nec Sacerdos unctus. Pariter neque in re idololatrica tenetur niſi ob rem occultam cum errore operis. Non tenetur Senatus niſi donec docuerit ejuſmodi rem ob quam excidii condemnatur qui illam de induſtria fecit, vel ſacrificii pro peccato, ſi ex errore fecerit. Ita quoque ſe res habet cum ſacerdote uncto. Neque de idololatria tenetur Senatus niſi donec docuerit rem, ob quam excidio dignus eſt, ſi de induſtria ipſam fecerit; ſin ex errore, ſacrificio pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חייבין אלא על העלם דבר *Non tenentur niſi ob rem occultam*, Senatus qui docuerit populum aliquod præceptum, non tenetur adducere juvencum ob rem occultam congregationis; ſed propter ipſam rem occultam qua erraruut in doctrina, & jus judicibus occultum fuit, cum errore operis, ſi maxima pars congregationis erraverit, & opera fecerit juxta iſtum errorem, uti ſcriptum eſt Le-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus id quod dicitur Num. 15. 22. וכי תשגו ולא תעשו וגו׳ loqui de errore idololatrico; & poſtea verſu 29. dicitur תורה אחת יהיה לכם לעושה בשגגה In quibus locis omnis qui ex errore fecit, comparatur cum errore idololatrico, & quemadmodum ob idololatriæ peccatum de induſtria commiſſum, tenentur excidio, ex errore autem, tenentur ſacrificio pro peccato; ideoque Senatus tenetur ſacri-

Levit. 4. 13. ונעלם דבר ישנו eſt ergo operis error & occultatio rei.

וכן המשיח *Ita nec Sacerdos unctus*, ita nec pontifex maximus oleo unctionis unctus, tenetur ſacrificio, niſi jus ipſi occultum ſit, & eadem opera ex errore agat juxta doctrinam ſuam, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 4. 3. לאשמת העם Unde conſtat quod pontifex maximus unctus in quodam caſu ſe habet ut cœtus.

ולא בעבודה זרה *Neque in re idololatrica*, ob idololatriam qua Senatus errore doctrinæ tenetur juvenco & hœdo, tenetur duntaxat propter rem occultam cum errore operis, ſicuti præcepta omnia reliqua, nam idololatriæ jus colligitur per argumentum a pari ex voce עיני *Oculi*, ſicuti oſtenſum eſt ſuperius.

אין ב״ד חיבין עד שיורו בדבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת *Senatus non tenetur niſi donec docuerit rem cujus tranſgreſſio de induſtria facta meretur mortem, ex errore vero ſacrificium pro peccato*, nam omnia excidia in Lege memorata ſunt triginta & ſex, & propter illa omnia quis ad ſacrificium pro peccato obligari poteſt ſi inſciens tranſgreſſus fuerit, quinque tamen exceptis, quæ ſunt præceptum circumciſionis, & ſacrificii Paſchalis quæ affirmativa ſunt, etſi excidii pœnam ſtatuant ſi quis illa ſciens ſit tranſgreſſus, tamen non obligant ad ſacrificium pro peccato eum qui inſciens illa tranſgreſſus eſt, nam de ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt Levit. 4. 22. אחת מכל מצות יהוה אשר לא תעשינה בשגגה Blaſphemus autem, quia in ipſo non exſeritur actio quædam externa, & Lex dicit de ſacrificio pro peccato Num. 15. 28. לעושה בשגגה a ſacrificio excluditur, quia non exſerit actiones ſuas, & pollutio ſanctuarii ejuſdemque ſanctitatum non obligant ob errorem, niſi ad ſacrificium aſcendens & deſcendens, ſicuti in Levitico dicitur. Sed ob hæc omnia Senatus non adducit ſacrificium pro peccato ſi ex errore peccaverit, nec Sacerdos unctus; fiet ergo ut omnia præcepta, ob quæ Senatus & ſacerdos unctus adducit ſacrificia, ſint triginta & unum, quæ ſi quis ſciens tranſgreſſus ſit, tenetur excidio, ſin inſciens, ſacrificio fixo tenetur.

ſacrificio pro peccato, ſi ex errore docuerit. Quisquis autem ex errore fecerit, id feciſſe cenſendus eſt tali in re propter cujus peccatum de induſtria commiſſum tenetur excidio, & tum ob peccatum illius ex errore commiſſum tenetur ſacrificio pro peccato. Si vero ſit res ob quam homo privatus tenetur excidio, ſi eam ſciens fecerit, & ſacrificio pro peccato ſi inſciens, tum, ſi Senatus, vel ſacerdos unctus docuerit, tenetur ſacrificio. Colligimus autem e noſtris, quod in omni re cujus peccatum de induſtria commiſſum meretur excidium, homo privatus ob peccatum illius ex errore commiſſum tenetur ſacrificio pro peccato, Senatus vero, & ſacerdos unctus, ſi docuerit eam, tenetur ſacrificio expiationis pro peccato, quinque exceptis rebus, quæ ſunt ſacrificium Paſchale, circumciſio, blaſphemia, pollutio ſanctuarii, & pollutio ſanctitatum, nam etſi Paſcha & circumciſio obligent ſub pœna excidii, quia oblatio Dei non offertur ſuo condicto tempore, & peccatum illius fert, attamen non tenetur illius cauſa ſacrificio pro peccato ſi ex errore fecerit, eo quod præcepta affirmativa continent, invenimus autem quod Lex ob præcepta negativa imponit ſacrificium pro peccato, uti ſcriptum eſt Levit. 4. 22. מכל מצות יהוה אשר לא תעשינה בשגגה Sic etiam neque blaſphemus tenetur ob errorem ſacrificio pro peccato, ſicuti ſcriptum eſt Num 15. 28. לעושה בשגגה quod excludit blaſphemantem, qui non committit actionem externam. Pariter ſi quis polluerit ſanctuarium ejuſdemque res ſanctas, non comprehenditur ſub eo quod dicitur ſuperius אחת מכל מצות יהוה Quia textus exponit ſacrificium eſſe aſcendens & deſcendens. Cæterum notum eſt quod in Lege continentur triginta ſex excidia, quemadmodum exponitur capite primo tractatus Keritot; ſed & omnes in Lege deſignantur. Nobis vero reliquum eſt ut dicamus de excidiis triginta & uno, ob quorum peccatum de induſtria commiſſum adducetur ſacrificium pro peccato fixum. Hinc exponemus, quod homo particularis non adducit ſacrificium fixum pro peccato ob illorum præceptorum tranſgreſſionem, ſive ſit indoctus, ſive pontifex maximus, ſive princeps. Cæterum error cœtus non eſt ut cæterorum præceptorum, niſi in uno tantum; colligimus igitur ex errore eorum quod idololatria ſe habet eodem ſenſu.

ד אין חיבין על עשה ועל לא תעשה שבמקדש ואין מביאין אשם תלוי על עשה ועל לא תעשה שבמקדש אבל חיבין על עשה ועל לא תעשה שבנדה ומביאין אשם תלוי על עשה ועל לא תעשה שבנדה איזו היא מצות עשה שבנדה פרוש מן הנדה ומצות לא תעשה לא תבא אל הנדה׃

4. Non tenetur (Senatus) ob præceptum affirmativum nec negativum ſanctuarii. Nec ſacrificium adducit pro reatu pendente propter affirmativum, nec negativum ſanctuarii. Sed ob affirmativum & negativum de menſtrua tenetur; & adducit ſacrificium pro reatu pendente ex præcepto affirmativo & negativo de menſtrua. Sed quodnam eſt præceptum affirmativum de menſtrua? Removete vos a menſtrua. Quodnam eſt præceptum negativum? Non venies ad menſtruam.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חיבין על עשה ועל לא תעשה שבמקדש *Non tenetur* (Senatus) *ob præceptum affirmativum nec ob negativum ſanctuarii*, ſi docuerit Senatus & erraverit in immunditie ſanctuarii ejuſdemque ſanctitatibus, non tenetur ſacrificio cœtus propter affirmativum ſanctuarii, nempe quod ſanctuarium pollutum eſt, quod præceptum eſt pro eo qui incedit per viam compendiariam, & ſi detinuerit ſe, viamque longiorem ingreſſus fuerit, tenetur excidio. Senatus autem ſi docuerit ingrediendum eſſe viam longiorem, non tenetur ſacrificio, quia ob hunc errorem non adducitur ſacrificium pro peccato, nimirum, ſi homo particularis in hoc erraverit, & viam prolixiorem ingreſſus fuerit, non tenetur ſacrificio expiationis peccato fixo, ſed ſacrificio aſcendente & deſcendente. Præceptum negativum de ſanctuario eſt quod nemo in immunditie ſua ingredi debet.

ואין מביאין אשם תלוי *Et non offert ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, nam ob cujuſcunque rei peccatum ex errore commiſſum, tenetur ſacrificio pro peccato fixo, ob illius dubium offert ſacrificium pro reatu ſuſpenſo; quia autem ob

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt quod ob omnia præcepta quorum peccatum de induſtria commiſſum, homo tenetur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato, ob eorum dubium ſacrificio pro reatu ſuſpenſo; & hoc probatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 4. 27. Et jam expoſuimus in Miſna præcedenti quod præcepta hic denotata ſunt ea ob quorum peccatum de induſtria commiſſum, homo tenetur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato fixo; & de ſacrificio pro reatu ſuſpenſo dicitur Lev. 4, 27. *Si anima ex errore peccaverit, faciendo unum e præceptis domini quæ facere non debet, eum reatum contraxerit*; hic ſermo eſt de ſacrificio pro reatu ſuſpenſo. Cæterum ea in quibus obtinet ſacrificium aſcendens & deſcendens, & non ſacrificium pro peccato fixo, ſunt auditus vocis, pronunciatio labiorum, immundities ſanctuarii, & ſanctitatum illius, & hoc eſt quod dicitur Levit. 5. 1. Horum autem fundamentorum cauſa nemo tenetur ad ſacrificium reatus ſuſpenſi pro dubia immunditie ſanctuarii, & illius ſanctitatum. Verum Senatus non tenetur ſacrificio juvenci pro re occulta, ſi ex er-

ſanctuarii pollutionem ex errore commiſſam tenentur ſacrificio pro peccato, idcirco ob dubium illius non adducitur ſacrificium pro reatu ſuſpenſo.

על עשה שבנדה *Ob præceptum affirmativum de menſtrua*, ſi cum fœmina pura rem habuerit, dixeritque, dum in actu verſabatur, jam polluta ſum, ſubjectus eſt præcepto quo ſeparat ſe, at ſtatim non ſeparabit ſe ab illa, quia membri fœminei introitus tantæ ipſi ſunt deliciæ; verum clunes ſuas ſolo infiget, & expectabit donec membrum ipſius mortuum ſit, & ſeparabit ſe ab illa dum non amplius inflatur, atque hoc eſt præceptum affirmativum de menſtrua. Sin autem Senatus erraverit, & docuerit quod primo momento ſe ab illa ſeparare debeat, tenetur ſacrificio juvenci rei occultæ, quia homo particularis ob errorem ſuum tenetur ſacrificio expiationis pro peccato.

rore docuerit immunditiem ſanctuarii, ejuſdemque ſanctitatum, quia docuit rem ob cujus peccatum de induſtria commiſſum, tenetur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato fixo, ſicuti in reliquis præceptis, & a nobis ſuperius expoſitum eſt; ſed ob errorem illius tenetur ſacrificio aſcendente & deſcendente. Præceptum vero ſanctuarii affirmativum eſt, ſi quis in ſanctuario pollutus eſt, ex quo abire debet; noſtrum vero præceptum quo præcipimus ut exeat, eſt affirmativum; ſed requiritur ut exeat per viam brevem, quemadmodum exponitur capite ſecundo tractatus Schevuot; ſi vero per viam prolixiorem abiverit, quæ in ſanctuario protenditur, tenetur excidio. Negativum præceptum de fœmina menſtrua eſt, quod vir cum menſtrua rem habere non debet; ſed affirmativum de menſtrua eſt, quod ſi polluerit cum menſtrua per coitum, ſe ab illa quam primum amovere debet, quemadmodum alii præcipitur ut e ſanctuario abeat; atque hoc eſt præceptum affirmativum, quum ei dicimus ut ſe amoveat ab illa. Cæterum eſt quod tibi dicam, ſi primo momento ab illa ſeparavit ſe, quando menſtruam ipſam ſenſerit dum membrum virile inflatum erat, tenetur excidio, ſi de induſtria fecerit; aut ſacrificio pro peccato, ſi ex errore, quia delectatur æque illud educendo, ac introducendo, perinde ac ſi coitum cum menſtrua iniviſſet; ſed requiritur ut membrum inflatum ſervet, & ceſſet ab actu, cluneſque in terram ponat donec flacceſcat membrum virile; ſi ſemen emiſerit, nil refert, nam emiſſio ſeminis in coitu prohibita non addit neque diminuit prohibitionem, uti expoſuimus capite ſeptimo tractatus Sanhedrin. Quando autem non amplius inflatum fuerit membrum, tum ab illa ſeparabit ſe, & tum locum habet illud, *ſepara te.* Cæterum ſatis clarum eſt quod hoc ſanctuarii præceptum affirmativum, & menſtruæ affirmativum, non tantum affirmativa ſunt, ſed præcepta ex traditione data, quemadmodum præcipimus ei qui indutus eſt veſtimento e lana & lino confecto, ut exuat illud, nam hujus mandati cauſa eſt præceptum negativum. Neque dubium eſt quin menſtrua vetita ſit ſub pœna excidii, & peccatum illius ex errore commiſſum infligat ſacrificium pro peccato fixo, idcirco tenetur Senatus ſi affirmativum & negativum ex errore docuerit; de negativo clarum eſt id quod diximus capite primo, quod menſtrua & ſeminiflua omnimoda, atque ea quæ indies expectat menſtruum, vocatur ſeminiflua parva, & puerpera. Harum omnium coitus æqualis eſt in prohibitione, & propterea excidio tenetur ob quarumlibet coitum; ſed in immunditie jura ipſarum diverſa ſunt, ut & in munditie. Verum doctrina Senatus in præcepto affirmativo, eſt, ut, ſi dixerit, quod vir ſe a fœmina abſtrahere debet, antequam flacceſcat membrum, ſed hoc permiſerit, tenetur ſacrificio juvenci pro re occulta, concurrentibus hiſce conditionibus, docuit enim rem ob cujus tranſgreſſionem de induſtria commiſſam tenetur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato. Verum ſi dixerit Senatus quod immundo licet intrare atrium templi, quod eſt doctrina de præcepto ſanctuarii negativo; aut ſi dixerit, ei qui in atrio templi ſe polluerit, licitum eſſe per viam prolixiorem abire, & non requiri ut per viam compendiariam recedat, quæ eſt doctrina de ſanctuarii præcepto affirmativo, propterea non tenetur ſacrificio juvenci pro re occulta, licet permiſerint rem ob cujus errorem de induſtria commiſſum tenetur excidio, quandoquidem tenetur ſacrificio pro peccato fixo, ſi ex errore commiſſum ſit. Hæc fundamenta rite perpendas & intelligas volo, quia maximi in hoc tractatu commodi ſunt, & omnia conſequuntur in tractatu Codaſchim.

ה אין חייבין על שמיעת הקול ועל ביטוי שפתים ועל טומאת מקדש וקדשיו והנשיא כיוצא בהם דברי רבי יוסי הגלילי רבי עקיבא אומר הנשיא חייב בכולן חוץ משמיעת הקול שהמלך לא דן ולא דנין אותו (לא מעיד ולא מעידין אותו) :

5. Non tenentur ob auditum vocis, nec labiorum pronunciationem, nec ob pollutionem ſanctuarii, ejuſdemque ſanctitatum. Princeps eſt inſtar illorum, ſunt verba R. Joſis Galilæi. R. Akiba dicit, princeps tenetur ad hæc omnia, auditu vocis excepto, nam rex non judicat neque judicatur, non teſtatur, nec alii de ipſo teſtantur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חייבין על שמיעת הקול *Non tenentur ob auditum vocis*, quia ſocius illius ipſum adjuraverit, an ſciret teſtimonium, & ille non atteſtatus eſſet, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 5. 1. *Et anima quæ peccaverit, audiveritque vocem jurisjurandi, atque teſtis fuerit* &c.

ועל בטוי שפתים *Et propter labiorum pronunciationem*, ſi juraverit ſe non eſurum, attamen comedit, vel contra; aut ſi juraverit, dicendo, comedi, attamen non comedit, & contra.

ועל טומאת מקדש וקדשיו *Nec ob pollutionem ſanctuarii ejuſdemque ſanctitatum*, quando in immunditie quis intraverit Sanctuarium, vel rem ſanctam comederit; ſi Senatus erraverit in doctrina, non tenetur ob errorem iſtum ſacrificio pro peccato fixo, neque ipſe Sacerdos unctus; nam homines particulares ob errores ſuos debent ſacrificium pro peccato fixo.

והנשיא כיוצא בהם *Et princeps inſtar illorum eſt*, ſi rex in aliqua ex iſtis rebus erraverit, non adducet hœdum, & ab omni ſacrificio liber erit, nam de omnibus ſcriptum eſt אם לא תגיע ידו per illos igitur qui ad paupertatem deveniunt, excluduntur rex & pontifex maximus, qui non deveniunt ad paupertatem.

רבי עקיבא אומר הנשיא חייב *R. Akiba dicit, princeps tenetur*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod Senatus & ſacerdos unctus non tenentur, ſi aliquam harum rerum docuerint; & rationem jam diximus ſuperius. R. Joſe Galilæus dicit, quod princeps quoque ab his rebus liber eſt, & ob neutram tenetur ſacrificio pro peccato, licet in iis erraverit ſine doctrina. Pariter nec pontifex maximus juxta ſententiam R. Joſis immunis eſt a ſacrificio ob iſta duntaxat peccata quæ fecit; nam de peccatis dictum eſt Levit. 5. 10. אם לא תגיע ידו Per illos qui ad paupertatem pervenerint excipiuntur pontifex maximus & princeps, qui ad paupertatem non perveniunt, quia divitiæ ſunt una e conditionibus ipſorum. R. Akiba dicit quod princeps obligatus ſit, quia ſcriptum eſt Levit. 4. 20. וכפר עליו הכהן מחטאתו Et de obligatione ſacrificii pro iſtis peccatis ſcriptum eſt וכפר עליו הכהן מחטאתו Et præterea in fine hujus Paraſchæ dicitur, quod Sacrificio tenentur ob auditum vocis, & pronunciationem labiorum, & pollutionem ſanctuarii, ejuſdemque rerum ſanctarum. Cæterum pontifex maximus non tenetur his ſacrificiis juxta opinionem R. Akibæ, eo quod ſcriptum eſt Levit. 6. 13. *Hæc eſt oblatio Aharonis ejuſque filiorum* &c. Et hujus loci expoſitionem traditione accepimus, quod pontificis maximi ſartagines, & non alterius ſint ex debito. Præterea invenimus quod pro ſacrificiis pro peccato, ſi manus ipſius non aſſequatur,

debet

netur, quia de principe ſcriptum eſt Levit. 4. 26. וכפר עליו הכהן מחטאתו Et de ſacrificio aſcendente & deſcendente Lex dicit, juxta auditum vocis, & pronunciationem labiorum, ac ſanctuarii immunditiem, וכפר עליו הכהן כחטאתו, Ut inde colligamus quod Synedrii princeps tenetur ad illa modo dicta. Quod autem juxta R. Akibam ſacerdos unctus liber ſit a ſacrificio de auditu vocis, pronunciatione labiorum, & ſanctuarii pollutione dicto, patet ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6. 13. *Hæc eſt oblatio Aharonis ejuſdemque filiorum &c. ſexta pars Ephæ, ſimila*, ubi vox זה eſt excluſiva, ut dicamus, decima pars Ephæ doni ſartaginis veniet ex debito pro ſacerdote uncto, nec alia decima pars veniet pro ipſo, excepta decima parte Ephæ quæ dicta eſt de vocis auditu, quam non adducet ſacerdos unctus. Et quandoquidem Lex eum excipit a decima Ephæ, idcirco etiam excipitur a ſacrificio duorum turturum, & ab omni oblatione in hoc debet offerre decimam Ephæ partem e ſimila; at pontifex maximus non poterat in ſacrificium debitum offerre niſi munus ſartaginis duntaxat, & quia decimam Ephæ partem ipſi non licet offerre, idcirco neque duos turtures, agnum, aut caprum, quia dictum eſt in fine capitis ſuperioris מאחת מאלה *Per unum ex iſtis*, quisquis ergo non expiatur per unum ex iſtis, is nec per iſta expiatur; ſenſus eſt, quod nemo tenetur hoc ſacrificio niſi is qui legitime offerre poſſit quamlibet ex iſtis tribus quas voluerit ſpeciebus, quæ ſunt pecus, volucria, & donum, prout caſus fert. Deciſio non eſt juxta R. Akibam: ſed pontifex maximus & princeps Synedrii obligantur ad ſacrificium aſcendens & deſcendens propter auditum vocis, vel labiorum pronunciationem aut pollutionem ſanctuarii, ejuſdemque ſanctitatum, ſicuti exponetur impoſterum.

caſu memorata, nam in fine capitis 4. Levit. dicitur וכפר עליו הכהן על חטאתו אשר חטא מאחת מאלה Quisquis autem expiatur uno, is & omnibus expiari poteſt, & non expiatur uno, nec omnibus; deciſio non eſt juxta R. Akibam, neque juxta R. Joſen; ſed Sacerdos unctus, & princeps tenentur ſacrificio aſcendente & deſcendente, ob auditum vocis, & labiorum pronunciationem, & ſanctuarii immunditiem, ſicuti Miſna inferius oſtendit, & quod dicit Miſna, *non tenentur ob auditum vocis* &c. ſcilicet Senatus & ſacerdos unctus non tenentur, hoc vult dicere, quod non tenentur juvenco qui offertur pro reliquis præceptis, ſed ſacrificio aſcendente & deſcendente tenentur.

ו כל המצות שבתורה שחייבין על זדונן כרת ועל שגגתן חטאת היחיד מביא כשבה ושעירה והנשיא שעיר ומשיח ובית דין מביאין פר ובעבודה זרה היחיד והנשיא והמשיח מביאין שעירה ובית דין פר ושעיר פר לעולה ושעיר לחטאת :

6. Ob omnia præcepta Legis ob cujus peccatum de induſtria commiſſum tenentur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato, ſingularis homo adducet agnam & capram; princeps vero hœdum, ſacerdos unctus & Senatus adducet juvencum. Sed pro idololatriæ peccato homo ſingularis, princeps, & ſacerdos unctus adducit capram, & Senatus juvencum & hœdum, juvencum in holocauſtum, & hœdum in ſacrificium expiationis pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA. ובעבודה זרה היחיד והנשיא והמשיח מביאין שעירה *Sed pro idololatria peccato homo ſingularis, princeps, & ſacerdos unctus adducit capram*, Num. 15. 27. ſcriptum eſt de ſacrificio idololatrico, אם נפש אחת תחטא בשגגה & verſu 17. תורה אחת יהיה לכם Ubi omnia comparavit cum hoc ſacrificio.

ז אשם תלוי היחיד והנשיא חייבין ומשיח ובית דין פטורין אשם ודאי היחיד והנשיא והמשיח חייבין ובית דין פטורין על שמיעת הקול ועל בטוי שפתים ועל טומאת מקדש וקדשיו בית דין פטורין היחיד והנשיא והמשיח חייבין אלא שאין כהן גדול חייב על טומאת מקדש וקדשיו דברי רבי שמעון ומה הן מביאין קרבן עולה ויורד רבי אליעזר אומר הנשיא מביא שעיר :

7. Sacrificium pro reatu dubio obligat quemlibet privatum, & principem, ſed ſacerdotem unctum & Senatum non obligat. Sacrificium pro reatu certo obligat quemlibet privatum, principem, & ſacerdotem unctum; at non Senatum. Propter vocis auditum, labiorum pronunciationem, immunditiem ſanctuarii ejuſdemque rerum ſanctarum non obligatur Senatus, privatus autem, princeps, & ſacerdos unctus obligantur. Sed pontifex maximus non obligatur propter immunditiem ſanctuarii & ejuſdem rerum ſanctarum, ſunt verba R. Simeonis. Quid autem offerant? Sacrificium aſcendens & deſcendens. R. Elieſer dicit, princeps offerat hircum.

R. OB. DE BARTENORA.

אשם תלוי *Sacrificium pro reatu dubio*, ob quæ peccata de induſtria commiſſa tenentur excidio, ſin ex errore, ſacrificio pro peccato fixo, ob illius dubium tenentur ſacrificio pro reatu dubio ſive ſuſpenſo, verbi gratia, ſi duæ ſint menſuræ olei, una in adipe, altera in pinguedine, atque unam e duabus comederit, at neſciverit utram.

הנשיא ומשיח ובית דין חייבין *Princeps, ſacerdos unctus, & Senatus tenentur*, nam de ſacrificio cœtus dicitur Levit. 4. 14. ונודעה החטאת והקריבו Ergo non tenentur ſacrificio niſi ob errorem notum; cum ſacerdote comparatum eſt ſicuti cum Senatu.

אשם ודאי *Sacrificium pro reatu certo*, quinque ſunt ſacrificia pro reatu quæ veniunt pro certo, reatus prævaricationis, reatus furti, reatus Nazyræi, reatus leproſi, & reatus deſponſæ ſervæ. היחיד והנשיא והמשיח חייבין *Homo priva-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit de peccatis ob quæ ſi de induſtria commiſſa ſint, homo tenetur excidio, vel ſacrificio expiationis pro peccato fixo, quod ſi princeps aut homo privatus ſit dubius an illa fecerit, tenetur ſacrificio pro reatu dubio, ſicuti exponitur in Keritot. Verum ſacerdos unctus & Senatus non tenentur ſacrificio pro reatu dubio, & hoc propter doctrinam dubiam. Verum quando de peccato conſtiterit, tenentur ſacrificio pro peccato, uti ſcriptum eſt Levit. 4. 14. ונודעה החטאת Cæterum hujuſce rei fundamenta jam diximus. Obligantur autem ad ſacrificium pro reatu certo ob quinque res quæ unuſquiſque facere poteſt, ſive plebejus ſit, ſive princeps, ſive ſacerdos unctus, & in ipſis nullus pro doctrina Senatus obtinet caſus, neque pro errore doctrinæ adducendum eſt ſacrificium pro reatu, uti diximus; hæc autem ſacrificia pro reatu hujuſmodi ſunt, pro reatu prævaricationis, pro reatu furti, pro reatu Nazyræi, pro reatu

privatus, princeps, & ſacerdos unctus tenentur, hæc enim opera omnia ſunt cujusvis, ſive ſit plebejus, ſive ſacerdos unctus, ſive princeps. *Sed Senatus liber eſt*, quia Senatus doctrina in hoc non habet locum, & pro errore in doctrina Senatus non adducitur ſacrificium.

אלא שכהן גדול אין חייב וכו׳ *Sed pontifex maximus non tenetur* &c. Ratio R. Simeonis eſt, quia de immunditie ſanctuarii ſcriptum Levit. 19. 20. ואיש אשר יטמא ולא יתחטא ונכרתה הנפש ההיא מתוך הקהל Per eum ergo cujus peccatum ſimile eſt peccato coetus, excipitur pontifex maximus cujus peccatum non æquiparatur coetus peccato, nam quisquis e coetu ex errore intraverit ſanctuarium, & peccaverit, ob errorem operis duntaxat tenetur; at ſacerdos unctus non tenetur niſi ob rem occultam cum errore operis, uti ſuperius dictum eſt; deciſio non eſt juxta R. Simeon, ſed pontifex maximus adducet ſacrificium aſcendens & deſcendens etiam pro immunditie ſanctuarii & rerum ſanctarum.

רבי אליעזר אומר הנשיא מביא שעיר R. *Eliezer dicit, princeps adfert hircum*, pro immunditie ſanctuarii ejuſdemque rerum ſanctarum, quia ob peccatum illorum de induſtria commiſſum, meretur excidium, ſicuti hircus adducendus eſt pro reliquis præceptis ob quorum peccatum de induſtria commiſſum, meretur excidium; deciſio non eſt juxta R. Eliezer, quandoquidem enim non obligantur ad ſacrificium expiationis pro peccato fixo ob peccatum in ſanctuarii & rebus ſanctis ex errore commiſſum, idcirco non adducet princeps tale ſacrificium quale adducit homo plebejus.

reatu leproſi, pro reatu ſervæ deſponſæ. Quod autem hic dicitur ſacerdotem unctum teneri ob pronunciationem labiorum, auditum vocis, immunditiem ſanctuarii ejuſdemque ſanctitatum, non contrariatur ei quod ſuperius diximus de ſacerdote uncto ipſum eſſe inſtar Senatus, & non teneri ob auditum vocis, labiorumque pronunciationem, nam illic dicimus quod non obligatur ad juvencum qui offertur pro omnibus præceptis, ſi ex ſe docuerit cum iſtis quas expoſuimus conditionibus, nam hæc ſunt e præceptis quæ iſta habent jura. Sed ad ſacrificium obligatur quod in iſtis memoratum eſt, quando unum ex iſtis transgreſſus fuerit. Ratio autem quam adfert R. Schimeon, eſt, quia extat Levit. 19. 20. *Si vir polluerit ſe, & non purificaverit, excidetur anima e cœtu.* Per illum ergo cujus peccatum æquiparatur cœtus peccato, excipitur is cujus peccatum non æquiparatur cœtus peccato, quia juvencus ab illo non adferendus eſt ob errorem operis tantum, uti a toto cœtu, niſi docuerit rem occultam, uti expoſuimus. R. Eliezer dicit, ſi princeps erraverit in immunditie ſanctuarii ejuſque ſanctitatum, adferat hircum, ſicuti adfert ſi peccavit in re cujus peccatum de induſtria commiſſum, meretur excidium, ſin ex errore, ſacrificium pro peccato, quandoquidem ſanctuarii immunditiem, ejuſdemque ſanctitatum, meretur excidium; deciſio non eſt juxta R. Eliezer, nec juxta R. Simeon.

פרק ג כהן משיח שחטא ואחר כך עבר ממשיחותו וכן נשיא שחטא ואחר כך עבר מגדולתו כהן משיח מביא פר והנשיא מביא שעיר :

Caput 3. Sacerdos unctus ſi peccaverit & deinceps remotus ab unctione ſua, pariter princeps ſi peccavit, & deinde remotus a magnificentia ſua, ſacerdos unctus adducet juvencum, & princeps hircum.

R. OB. DE BARTENARO.

ואחר כך עבר ממשיחותו *Et poſtea remotus fuerit ab unctione ſua*, & nondum adduxerit ſacrificium ſuum donec a ſacerdotio ſuo remotus ſit. כהן משיח מביא פר *Sacerdos unctus adducat juvencum*, etſi peccaverit poſtquam ipſum removerint ab unctione ſua. Dicitur tamen inferius in Miſna quod adducet juvencum, ſed hæc non dixiſſet auctor niſi dicere vellet quod princeps adducat hircum, ſi peccaverit antequam ipſum a munere removerint, idcirco etiam dicit quod ſacerdos unctus adducet juvencum. *Princeps adducet hircum*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 4, 3. *Pro peccato ſuo quod peccavit*, unde colligitur quod ſacrificium pro peccato adducet, ſicuti tenebatur dum peccabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 4. 22. de principe, *quando peccaverit princeps, & peccatum ipſi innotuerit, adducet in ſacrificium ſuum hircum caprarum*; & quod uperiei dicit, *pro peccato quod peccavit*, indicio eſt quod peccatum ſuum adducit quod ipſi convenit ut principi, etſi in tempore ſacrificii aliquantulum a magnificentia ſua diſceſſerit, quoniam princeps eſſet dum peccabat.

ב כהן משיח שעבר ממשיחותו ואחר כך חטא וכן הנשיא שעבר מגדולתו ואחר כך חטא כהן משיח מביא פר והנשיא כהדיוט :

2. Sacerdos unctus ſi remotus ſit ab unctione ſua & deinde peccet; ſimiliter princeps ſi remotus ſit a magnificentia ſua, & poſtea peccet, Sacerdos unctus adducet juvencum, & princeps eſt inſtar idiotæ.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן משיח שעבר ממשיחותו *Sacerdos unctus qui ab unctione ſua remotus eſt*, etſi non miniſtraverit, conſiſtit tamen in ſanctitate ſua, nam non intereſt inter ſacerdotem qui operam dat alii ſacerdoti qui remotus eſt, & inter vulgarem ſacerdotem, niſi quod miniſterium & juvencum diei expiationis attinet, & decimam Ephæ quæ offerebatur quotidie. Verum princeps a munere remotus, inſtar idiotæ eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pontifex maximus ſi ob vitium aliquod aut ſenectutem tranſgreſſus ſit, conſiſtit in ſanctitate ſua, nam oleum unctionis quo unctus eſt, non deſtruit opus ſuum, & inter ipſum & ſummum pontificem nihil intereſt, qui in his omnibus miniſtrare poteſt; ſed in miniſterio juvenci diei expiationis duntaxat intereſt, ut & in decima parte Ephæ quæ offertur quotidie. Verum princeps præ ſe non fert ſplendorem aliquem, niſi dum eſt princeps, ſin minus, eſt idiotæ ſimilis.

ג חטאו עד שלא נתמנו ואחר כך נתמנו הרי אלו כהדיוט רבי שמעון אומר אם נודע להם עד שלא נתמנו חייבין ומשנתמנו פטורין ואיזהו הנשיא

3. Si peccaverint antequam electi fuerint, & poſtea electi, idiotæ ſimiles ſunt. R. Simeon dicit, ſi illis innotuerit (peccatum) antequam electi ſint, tenentur; ſi poſtea, immunes. Quiſnam vero princeps eſt? Rex, uti ſcriptum eſt: *Et fecerit*

זה המלך שנאמר ועשה אחת מכל מצות ה׳ אלהיו נשיא שאין על גבו אלא ה׳ אלהיו :

unum ex omnibus præceptis Domini Dei ſui. Talis ergo princeps cui nemo præpoſitus eſt niſi Dominus Deus ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו כהדיוט *Ecce hi ſimiles ſunt idiotæ*, quia de principe ſcriptum eſt Levit. 4. 22. אשר נשיא יחטא id eſt, ſi peccaverit dum erat princeps; & de ſacerdote uncto dicitur Levit. 4. 3. אם הכהן המשיח יחטא id eſt, ſi peccaverit dum unctus erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 4. 22. אשר נשיא יחטא quando ſcilicet peccaverat dum princeps erat. Et Levit. 4. 3 dicit אם הכהן המשיח יחטא ſcilicet qui peccaverat dum unctus erat. Porro nobis auctor ſacrificium principis vult exponere, etſi de eo conſtet ex ſuperioribus; addam tamen expoſitionem, ne quid ſuperſit dubii; nimirum, ſi princeps fecerit juxta doctrinam cœtus, ipſe cum cœtu expiari debet. Verum ſi per ſeipſum erraverit in aliquo præcepto ob cujus peccatum ex errore commiſſum idiota tenetur ſacrificio agnæ aut capræ, tenetur hirco pro expiatione peccati In hoc caſu reliqua populi pars differt ab ipſo, nam is non obligatur ad doctrinam pro ſe, uti quidem ſacerdos unctus, ſed ob operis errorem tenebitur duntaxat hirco, quum ex errore peccaverit.

ד ואיזהו המשיח המשוח בשמן המשחה לא המרובה בגדים אין בין כהן המשיח בשמן המשחה למרובה בגדים אלא פר הבא על כל המצות ואין בין כהן משמש לכהן שעבר אלא פר יום הכפורים ועשירית האיפה וזה וזה שוין בעבודת יום הכפורים ומצווין על הבתולה ואסורין על האלמנה ואינן מטמאין בקרוביהן ולא פורעין ולא פורמין ומחזירין את הרוצח :

4. Quisnam eſt unctus? Qui oleo unctionis unctus eſt, non qui veſtibus multis indutus eſt. Sacerdos unctus non differt a ſacerdote uncto oleo unctionis ab eo qui multis veſtibus indutus eſt, niſi quod juvencum attinet, qui offertur pro omnibus præceptis. Nec Sacerdos miniſtrans differt a ſacerdote qui remotus eſt, niſi quod juvencum diei expiationis attinet, ut & decimam Ephæ. Uterque vero æquales ſunt in miniſterio diei expiationis, & de virgine ducenda ipſis præceptum eſt, & vidua ipſis prohibita eſt; ſed non polluuntur ob propinquos ſuos, neque capillos alunt, neque veſtes lacerant; at homicidam reſtituere debent.

R. OB. DE BARTENORA.

מרובה בגדים *Qui multis indutus erat veſtibus*, poſtquam olei unctionis urna abſcondita fuit, pontifex maximus intrabat locum ſanctiſſimum cum octo veſtibus, ficuti ſcriptum eſt Levit. 21. 10. ומלא את ידו ללבוש את הבגדים dicit porro auctor, *niſi quod juvencum attinet qui offertur pro omnibus præceptis*, nam ſacerdos qui multis indutus eſt veſtibus non adducet juvencum pro errore ſuo, nam *ſacerdos unctus* ſcriptum eſt.

בעבודת יום הכפורים *In miniſterio diei expiationis*, nam illius diei miniſterium a ſummo pontifice duntaxat legitime peragitur; ſacerdos autem qui miniſtrat & jam remotus eſt, æquales ſunt in eo.

לא פורעין ולא פורמין *Neque comam alunt, neque lacerant veſtes*, quemadmodum de pontifice maximo ſcriptum eſt Levit. 21, 10. *Non ſinet ut capillitium ſuum creſcat, nec veſtes ſuas dilacerabit.* ומחזירין הרוצח *Et homicidam reſtituunt*, ſi unus eorum mortuus ſit, homicida e civitate refugii redibit, ſicuti ſcriptum eſt Num. 35. 25. עד מות הכהן הגדול.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרובה בגדים ita dicitur ſacerdos qui oleo unctionis non unctus eſt, ſed octo veſtibus indutus eſt, & ſi quis iſtis indutus ſit, magna ſuper alios ſacerdotes excellit, quia hæc quoque electio eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 21. 10. ומלא את ידו ללבוש את הבגדים Hoc modo induebantur ſacerdotes magni ſub templo ſecundo, in quo non extitit oleum unctionis, quod jam aliquoties diximus.

ועשירית האיפה *Et decima pars Epha*, uti dictum eſt Levit. 6. 13. *Hæc eſt oblatio Aharonis & filiorum ipſius.* Et vocatur *ſartagines pontificis maximi*, eo quod oblatio hæc in ſartagine fit. Ratio autem quod pontifex maximus aliquando unctionem ſuam tranſgrediebatur, eſt quia vitium contraxerat, vel quia in miniſterium diei expiationis ipſum elegerant, fieri enim facile poterat ut die expiationis pontifici maximo infortunium aliquod obveniret, & poſtea dies expiationis finiretur, uti ſuo loco expoſitum eſt.

ה כהן גדול פורם מלמטה וההדיוט מלמעלה כהן גדול מקריב אונן ולא אוכל וההדיוט לא מקריב ולא אוכל :

5. Pontifex maximus lacerabit inferius, Sacerdos vero ſuperius; pontifex maximus in luctu offerre poteſt, at non comedere; Sacerdos non offerre neque comedere poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן גדול פורם מלמטה *Pontifex maximus dilacerat inferius*, ſi quis mortuus fuerit ob quem dilacerare veſtes tenetur, extremam veſtis oram prope pedes dilacerabit. Cæterum quod auctor dicit ſcriptum eſſe, *& veſtimenta ſua non dilacerabit*, intelligendum eſt quod non lacerabit eo modo quo cæteri homines lacerant. מלמעלה *ſuperius*, juxta pectus prope humerum, ut cæteri homines.

אונן *Lugens*, ſi e ſeptem alicujus propinquis unus mortuus ſit, quos lugere debet, tum totum diem quo mortuus eſt talis propinquus, lugere debet ex Lege, ſive ſepultus ſit mortuus, ſive non; ſed a die mortis & deinceps,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פורם מלמטה *Lacerat inferius*, alàm veſtis extremam prope pedes dilacerabit, quando quis mortuus fuerit ob quem dilacerare debet. וההדיוט מלמעלה *Et gregarius ſacerdos ſuperius*, circa ſuperiorem veſtis partem, uti quilibet plebejus facit, & exponitur in tractatu Moëd Caton. Cæterum aliquoties expoſuimus quod *luens juxta Legem* ipſo die quo propinquus mortuus, lugere tenetur, nimirum, ſi alicujus propinquus ſit mortuus quem lugere debet, tum ipſo die vocatur אונן *Lugens*, eſtque hic luctus juxta Legem. Si vero mortuus non ſtatim eo ipſo die ſepeliatur, manet lugens juxta inſtituta Sapientum. Verum

ceps, quamdiu mortuus nondum ſepultus eſt, luget ex inſtituto Sapientum, & dies mortis totus deſtinatus eſt luctui ex inſtituto Sapientum, etiam poſt ſepulturam. Si vero mortuus ſepultus ſit primo a morte die, totam noctem lugere debet ex inſtituto Sapientum.

כהן גדול מקריב אונן ולא אוכל *Pontifex maximus offert lugens, & non comedit*, de rebus ſanctis, ſicuti invenimus de Aharone die quo mortuus eſt Nadab & Abihu, ipſum dixiſſe Levit. 10. 18. ואכלתי חטאת היום הייטב בעיני יהוה Eſus igitur rationem habuit, non oblationis, & hoc Aharon tantum fecit qui erat pontifex maximus, ſed filiis ipſius, qui erant ſacerdotes gregarii, prohibitum erat illo die offerre & comedere.

ſi eo ipſo die quo mortuus eſt, ſepultus ſit, tum luget juxta ſtatutum Legis; nocte autem luget ex inſtituto Sapientum, nam dies ſepulturæ ſumit ſibi noctem ex inſtituto Sapientum, & hoc eſt quod dixerunt, qui nocte luget, is ex inſtituto Sapientum agit, licet die mortis fiat; atque hoc eſt quod e verbis ipſorum exponitur. Præterea invenimus Aharonem dixiſſe die mortis Nadabi & Abihu, dum lugebat, Levit. 10. 18. ואכלתי חטאת היום הייטב בעיני יהוה, Vides quod Aharon non putabat ſe peccaſſe præterquam quod comederat dum in luctu verſabatur, non quod obtulerat; huic autem quia pontifex maximus erat, id fas erat, ſed filii ipſius non offerebant, neque comedebant.

ו כל התדיר מחבירו קודם את חבירו וכל המקודש מחבירו קודם את חבירו פר המשיח ופר העדה עומדים פר המשיח קודם לפר העדה בכל מעשיו :

6. Quod ſæpius fit altero, id alterum præcedit: & quod ſanctius eſt, id præcedit alterum. Juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus cœtus ſi offerendi ſint, juvencus uncti præcedit juvencum cœtus in omnibus operibus ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

Quod ſæpius fit altero, id præcedit alterum, uti ſcriptum eſt Levit. 9. 7. *Holocauſtum matutinum quod eſt holocauſtum juge*; nam non requirebatur ut diceret, *quod eſt holocauſtum continuum*, niſi hoc dixiſſet Deus quod continuum præcedat.

וכל המקודש מחברו קודם חברו *Et quicquid magis ſanctificatum eſt altero, id alterum antecedit*, ſicuti invenimus de ſacerdote, de quo ſcriptum eſt Levit. 21. 8. וקדשתו Hinc dicimus, ad incipiendum prius, ad benedicendum prius, & ad ſumendum prius optimam partem.

פר המשיח קודם *Juvencus ſacerdotis uncti præcedit*, quandoquidem unctus expiat & cœtus expiatus eſt, fas eſt ut præcedat is qui expiat, cum qui expiatur, ita ſcriptum eſt Levit. 16 6. וכפר בעדו ובעד ביתו & poſtea dicitur Levit. 16. 17. ובעד כל קהל ישראל.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Levit. 9. 7. מלבד עולת הבקר אשר לעולת התמיד ſenſus eſt, holocauſtum continuum præcedere; & hinc colligimus id quod altero propius eſt, id præcedere alteri. Præterea dicitur Levit. 21. 28. וקדשתו כי את לחם אלהיך הוא מקריב Hinc traditione accepimus de omni re ſancta hunc caſum intelligendum eſſe, ſcilicet ut prius incipiat, prius benedicat, et prius optimam portionem eligat, & conſtat nobis primum in ſanctitate præcedere ſecundo, et quod ſacerdos maximus expiat pro ſe, & deinceps pro alio, & hoc eſt quod dixerunt, fas eſt ut is qui expiat, præcedat eum qui expiatur, ſicuti præcepit Deus de die expiationis, ſic etiam juvencus pro re occulta offerendus antecedit juvencum pro idololatria offerendum, uti dictum eſt. Præterea nobis fundamentum eſt quod omnes expiationes præcedunt holocauſta cum illis venientia, quamvis ſacrificium expiationis ex avibus deſumptum præcedat holocauſtum quadrupedum, uti ſcriptum eſt Levit. 5, 8. אשר לחטאת ראשונה Juvencus autem pro idololatria offerendus præcedit hircum pro idololatria offerendum, licet hircus hic ſit expiatio, quia Traditione accepimus, licet hic hircus ſit expiatio, nam poſtea exponendus eſt, Traditione dicente. Hircus vero pro idololatria offerendus præcedit hircum principis, eo quod princeps eſt homo ſingularis; porro hircus principis præcedit hominis privati hircum; & hircus hominis privati præcedit agnam hominis ejuſdem notæ, & agna præcedit ſacrificium pro reliquis præceptis.

ז האיש קודם לאשה להחיות ולהשיב אבדה והאשה קודמת לאיש לכסות ולהוציאה מבית השבי בזמן ששניהם עומדים לקלקלה האיש קודם לאשה :

7. Vir præcedit mulierem in ſuſtentatione vitæ, & in rebus perditis reſtituendis. Mulier præcedit virum in amictu, & in illis e captivitate educendis; ſed quando ambo in periculo obſcœni coitus verſantur, vir præcedit mulierem.

R. OB. DE BARTENORA.

האיש קודם לאשה *Vir præcedit mulierem*, quia hic ſanctior eſt illa, nam vir ad omnia tenetur præcepta, mulier vero ad affirmativa tantum obligatur, quæ dependent a fixo tempore. אשה קודמת לאיש לכסות *Mulier præcedit virum in amictu præbendo*, quia pudor fœminæ major eſt quam viri. לקלקלה האיש קודם לאשה *Reſpectu coitus obſcœni vir præcedit mulierem*, quia mulier ad coitum aſſueta eſt magis quam vir, idcirco e duobus malis eligendum eſt minus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod omnia præcepta viris data ſunt, fœminis autem ex parte tantum, ſicuti in tractatu Kidduſchin expoſitum eſt; & quia vir ſanctior eſt fœmina, idcirco præferatur in victu præbendo. ששניהם עומדים לקלקלה *Quando ambo in obſcœni coitus periculo ſunt*, ſi ambo ſint in captivitate, & gentiles cum ambobus peccare velint, prius vir redimendus eſt, quia vir ad hoc non aſſuetus eſt, & quia ab ipſo poſtulatur id quod naturæ ſuæ repugnat.

ח כהן קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר וממזר לנתין ונתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן שוין אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ :

8. Sacerdos præcedit Levitam, & Levita Iſraëlitam, & Iſraëlita ſpurium, & ſpurius Netinæum, Netinæus peregrinum, peregrinus ſervum manumiſſum. Hoc intelligendum eſt quando omnes ſunt æquales, at ſi ſpurius ſit diſcipulus ſapiens, & pontifex maximus ſit e plebejis, tum ſpurius diſcipulus ſapiens præcedit pontificem maximum plebejum.

R. OB. DE BARTENORA.

לוי קודם לישראל *Levita præcedit Iſraëlitam*, uti ſcriptum eſt Deut. 10, 8. *Et Iſraëlita præcedit ſpurium*, quia Iſraëlita e pura, ſpurius vero ex impura generatione natus eſt. *Spurius præcedit Netinæum*, Netinæus enim e ſtirpe legitima eſt, ſed ſpurius ex illegitima. *Netinæus præcedit peregrinum*, prior enim nobiſcum in ſanctitate natus eſt, & non poſterior. *Peregrinus ſervum manumiſſum*, peregrinus enim non comprehenditur ſub maledictione, ſervus ſub eadem primo tempore comprehendebatur. *Spurius diſcipulus ſapiens præcedit pontificem maximum plebejum*, uti ſcriptum eſt Prov. 8. 11. יקרה היא מפנינים Idcirco pretioſior eſt pontifice maximo qui intimum ſanctuarii locum intrabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias Sapientes noſtros dixiſſe, Sapientem præcedere regem, regem vero pontificem maximum, & pontificem maximum prophetam; at hoc multas habet conditiones, quarum una eſt, quod Sapiens non præcedit regem niſi in cauſa fidei, nam Sapientis major utilitas eſt apud populum quam regis; ſed in actionibus nihil anteferendum eſt honori regis licet plebejus [illegible], uti dicitur Exod. 21. 1. שום תשים עליך מלך Similiter pontifex maximus præcedit prophetam, dum illi in ſapientia æquipollet; ſed quando ſuperior eſt ipſo in ſapientia, præcedit Sapiens. Cæterum præcellentiæ gradus, quando in ſcientia & operibus æquales ſunt, hujuſmodi ſunt; ſacerdos oleo unctionis unctus præcedit ſacerdotem multis veſtibus indutum; & is qui multis veſtibus indutus eſt, præcedit ſacerdotem unctum qui tranſgreſſus eſt ob infortunium aliquod, quod ipſi accidit; & ſacerdos unctus qui tranſgreſſus eſt ob infortunium quod ipſi accedit, præcedit ſacerdotem unctum qui tranſgreſſus eſt ob maculam ſuam. Unctus autem ſacerdos qui ob maculam ſuam tranſgreſſus eſt, præcedit ſacerdotem unctum, & ad bellum unctus præcedit vicarium Segan dictum, & Segan præcedit Amercalin, & Amercalin præcedit præfectum ærarii, & præfectus ærarii præcedit præfectum cuſtodiarum, & præfectus cuſtodiarum præcedit patrum præfectum, & patrum præfectus præcedit ſacerdotem gregarium, & ſacerdos gregarius præcedit Levitam, & Levita Iſraëlitam, & Iſraëlita profanatum, quod filia profanati ad ſacerdotium illegitima eſt, ſed Iſraëlitæ filia ad ſacerdotium legitima eſt, quemadmodum exponitur in tractatu Kidduſchin. Præterea profanatus præcedit ſpurium Schetuki dictum, & Schetuki præcedit Aſuphi ſive collectitium, & Aſuphi præcedit ſpurium Mamzer, quia Mamzer eſt ſpurius certus, alii vero incerti. Mamzer præcedit Netinæum, eo quod Mamzer eſt e ſemine Iſraëlis; & Netinæus præcedit peregrinum, quia Netinæus cum Iſraëlitis in ſanctitate ſuſceptus eſt, non peregrinus; & peregrinus, cui non ſtatim eccleſiam introire conceſſum eſt, præcedit Ægyptium & Idumæum, & hi præcedunt Ammonitam & Moabitam; & hi præcedunt ſervum manumiſſum, quia ſervus manumiſſus maledictus eſt, nempe quia ſcriptum eſt in Lege, *maledictus ſit Canaan.* Cæterum quod de pontifice maximo dicit, *ſi fuerit plebejus*, jam expoſitum eſt capite primo tractatus Joma, nempe, quod ſi pontifex maximus ſcientia inferior ſit, & ſpurius ſuperior, ſpurius præcedit pontificem maximum plebejum, quia de ſapientia ſcriptum eſt quod pretioſior ſit margaritis, Proverb. 8. 11. Idcirco ſpurius ſuperat pontificem maximum licet ſanctum ſanctorum intrantem.

Finis Tractatus de Judicum Documentis.

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ
Quæ in hac parte allegantur vel illuſtrantur.

GENES.

Cap. pag.
2, 19. 85
6, 3. 266
11, 4. 97
11, 8. 266
12, 3. 448
13, 13. 266
13, 3. 33
19, 28. 63
23, 21. 208
29, 9. 104
35, 24. 482
44, 5. 244

EXOD.

3, 11, 12. 471
12, 2. 209
12, 25. 283
14, 11. 466
15, 8. 466
15, 26. 259
16, 20. 466
17, 9. 456
18, 32. 226
19, 13. 44
20, 18. 48
21, 23, 25. 272. 352
22, 6, 8. 312
22, 7. 285
22, 6, 8. 127
22, 6, 7, 8. 208
22, 13, 14. 142
22, 1, 2. 249
22, 4, 5. 1. & 10
22, 24. 135
23, 1. 221
23, 5. 116
23, 13. 243
23, 2. 214
24, 5, 7. 266
28, 26. 73
30, 33. 283
30, 20. 254
32. 8. 243
32, 31. 420
34, 6. 444
34, 22. 210
36, 6. 292
39, 13. 469
43, 3 436

LEVIT.

3, 23. 89
4, 2. 305
4, 15. 212
4, 13, 22, 27. 497
4, 22, 23. 51
5, 1, 2. 229 & 297. & 306
5, 20. 117
5, 21. 208
6, 4, 5. 51
6, 5, 7. 83
6, 13. 501
7, 16. 92
7, 20, 21, 23, 26. 283
9, 7. 502
10, 9. 254
10, 18. 501
10, 3, 6. 248
11, 24. 354
11, 35. 358
11, 38. 361
12, 16, 46. 361, 284
12, 34. 28
12, 6. 60
13, 2. 292
14, 34. 63
15, 2. 347
16, 2. 264
16, 16. 292
17, 2, 3, 8, 9, 15, 16. 283
18, 9, 11. 281
18, 12. 190
18, 16. 344
18, 39. 409
19, 3. 116
19, 14. 135. & 364
19, 20. 400
19, 23, 24 342, 482
19, 27. 285
20, 15, 27. 249
20, 17, 19. 281
21, 5, 6. 92 & 254. 285
21, 10. 501
21, 14. 214
21, 14. 281
22, 15. 254
21, 18. 457
21, 29. 213
22, 20. 91
23, 10. 330
23, 2. 441
23, 24. 210
23, 29, 30. 283
24, 14, 20. 66, 233
24, 16. 242
24, 22. 225
25, 14. 127
25, 29. 63
25, 37. 135
27, 3. 127
27, 12. 411
27, 13. 284
27, 30. 283
27, 31. 342
28, 22. 292

NUM.

3, 40. 60
5, 2, 3. 297. 283
5, 6. 482
5, 7, 8. 91. & 126
5, 9. 53
6, 6. 288
6, 8. 116
8, 24. 482
11, 28. 456
12, 3. 450
12, 8. 262. 264
12, 14, 22. 12. 443
14, 22. 466
14, 27, 35. 214. 266
15, 7. 262
15, 16. 26
15, 28. 497
15, 30. 234, 441
15, 31. 264
15, 39. 346
16, 28. 264
18, 7. 233
18, 17. 254
18, 9. 292
18, 16. 59
18, 19. 355
19, 18. 354
18, 21, 25. 283
14, 15. 328
21, 18. 469
23, 12. 242
24, 2. 481
25, 4. 226
25, 5. 269
27, 8, 11. 190
27, 23. 211
35. 30. 232
35, 11, 12, 13. &c. 276. 449
35, 24, 28. 97. 214
35, 31, 32. 66. & 280 221

DEUT.

1, 19. 287
4, 6. 261
4, 13. 263
4, 41. 449
5, 14 43
5, 21. 350
6, 13. 411
7, 2. 366
7, 3. 281
12, 3, 4, 5. 242. 357
12, 23. 291
13, 14, 17, 19. 226, 371
14, 1. 185
14, 10. 329
14, 16. 214
14, 23. 283
14, 25. 121
15, 4. 117
15, 20. 322
17, 5. 213
17, 6. 327. 272
17, 8, 11, 12. 255. 257, 275
17, 15. 457
17, 17, 19. 218. 284
18, 2 14. 276
18, 10, 15. 244
18, 20, 22, 25. 213. 238
19, 5. 276
19, 17. 302
19, 19. 269. & 272
21, 2. 247
21, 16. 226
21, 22, 23. 335
21, 8. 465
21, 16. 192
22, 3. 6, 7. 113. 142
22, 10. 43
22, 14, 19, 20, 21. 208
22, 20. 128
22, 26. 249
23, 22. 281
23, 5. 140
23, 10. 135
23, 22. 357
24, 11, 17. 153
24. 14, 15. 152, 86
24, 16. 302
24, 19. 332
25, 2, 3. 248, 221
25, 9, 11. 70. 212
26, 12, 13. 209. 342
28, 23. 472
28, 47. 262

28, 47. 262
29, 4. 483
29, 29. 266
30, 13. 425
32, 2. 444
33, 5. 296
33, 27. 263

JUDIC.

2, 1. 476
2, 7. 410

SAM.

1 Sam. 4, 8. 466
1 Sam. 15, 29. 337
1 Sam. 20, 31. 33
1 Sam. 25, 29. 262
2 Sam. 3, 31. 217
2 Sam. 8, 3, 4. 60
2 Sam. 12, 8. 217
2 Sam. 23, 15. 261
2 Sam. 23, 21. 208
2 Sam. 22, 27. 481

REG.

1 Reg. 20, 33. 244
1 Reg. 21, 10. 228
2 Reg. 3, 15. 264
2 Reg. 18, 37. 243
2 Reg. 19, 1. 242

CHRON.

1 Chron. 5, 11. 104
1 Chron. 29, 28. 483
2 Chron. 2, 3, 7. 297
2 Chron. 9, 19. 99
2 Chron. 33, 13. 265
2 Chron. 34, 33. 60

NEHEM.

3, 16. 322
8, 1. 64
12, 31. 296

JOB.

2, 9. 234
5, 26. 483
13, 5. 261
31, 1. 240
34, 11. 426
36, 33. 28

PSAL.

12, 4. 420
18, 12. 466
31, 20. 264
33, 1. 420
32, 9. 263
33, 25. 410
37, 8. 101
45, 2. 444
50, 5. 266
53, 13. 486
68, 4, 21. 58. 450
74, 13. 466
89, 3. 410
90, 10. 481
106, 25. 378
119, 105. 485. 436
119, 18. 264
132, 17. 485
136, 13. 466
139, 21. 264

PROV.

1, 3. 261
2, 19. 433
3, 35. 486
4, 7. 450
8, 11. 503
8, 21. 481
8, 15. 457
15, 27. 474
16, 4. 450
17, 15. 275
22, 4. 450
24, 11. 460
26, 4. 262
26, 24. 413
31, 14. 455
27, 15. 456

JES.

1, 21. 227
1, 26. 212
2, 14. 450
3, 26. 237
4, 8. 480
5, 1. 332
11, 9. 262
30, 22. 436. 376
33, 11. 262
34, 14. 28
35, 2. 104
40, 31. 481
42, 20. 48
42, 4. 21. 262. 291
45, 2. 104
45, 18. 328
49, 20. 468
50, 6. 77
57, 19. 47
58, 2. 51
61, 5. 262
65, 10. 104

JEREM.

4, 22. 476
21, 12. 217
29, 26. 252
31, 34. 262
32, 19. 264
37, 13, 14. 32
50, 4. 64
50, 36. 486

EZECH.

23, 48. 465
36, 26. 262
45, 12. 99

ECCLES.

2, 3. 440
6, 5. 33
9, 10. 439
11, 6. 409
12, 10. 261

HABAC.

1, 14. 435
3, 6. 26
3, 14, 15. 466

MALACH.

2, 7. 476
2, 11. 253
3, 5. 86
4, 1. 262

F I N I S.

INDEX RERUM
ET
VERBORUM HEBRAICORUM.

א

אבות נזיקים 1
אבקת רכית 133
אבידה 115
אבן של טעות 339
אגוד וגוד 160
אגרת שום ומזון 110
אדם מועד לעולם 14
אהל המועטה 56
אונפלי 317
אומנין 169
אונאה 124
אתם 141
או חכרותא או מיתותא 414
אוב 241
אוכל מעט ועשה הרבה 415
אחוריות 94
אחוריות נכסים 107
אחרה 242
אידיהן 364
אילו על אשתו 345
איזהו נשך ותרבית 629
ארכא דאמבי 39
איל קמצא 360
אין תורה אין דרך ארץ 446
אין תורה אין קמח ibid.
אין אדם מת ומשלם 21
אין בבב שאין לו מקום 449
אין בור ירא חטא 425
איסתיר 74
איסר 83
איתניות ועידניות 332
איש נחל 239
אל תאמר דבר שאי אפשר לשמוע שסופו להשמע 424
אלבגאסרה 339
אלו הנולין 276
אלהים 67
אלמנת עיסת 360
אלצבע 8
אם אין אני לי מי לי וכשאני לעצמי מה אני 418
אמן 88
אנשי משמר 92
אנשי כנסת הגדולה 409
אנשי עיר הנדחת אין להם חלק לעולם הבא 267
אנגריא 137
אנתיקי 177
אספמיא 163
אכססית או אסטטית 272
אפוגרת 225
אפותיקא 38
אפכוניא 118
אף נהנה לאף 241
אפרודיטי 374
אפא 7
אצטרובלין 366
אצטרובל 174
אצטריא 367
ארובות של נחתומים 357
ארון של גריסות 339
ארבע מיתות 232
ארבעה שומרין 319
אריסן 169
ארח דמלתא נקט 89
אריה 156
אשם 79
אשם 52

ב

באומתרה 96
בגלוי 450
בדיקה 226
בהמרה 43
בוגרת 245
בור 425
בור סיד 428
בור 161
בורסקי 165
בחזקתו 29
בטובה ושלא בשטרה 348
ביישן 425
ביצת הנגלת 347
במוכיאורת 367 & 381
בין השמשות 18
בין השמשות 469
בירת הפליאה 353
בית אונייקי 370
בית האילן 149
בית חבע 160
בית השלחן 167 & ſeq.
בית קטן 185
בית נור 187
בית הסקילה 235
בית קבול 337
בית אצבע 337
בית הפקיע 337
בלורית 365
בלשת 388
בן סורר ומורה 246 & 248
בני ברית 4
בני חורים 5
בנות שוח 366
בסיליקי 367
בעיטרה 1
בעלת אוב 356
בעל אוב 244
בעשרה דברים נברא העולם 493
בריא או בריה 254
בריכין 340
ברי ושמא ברי עדיף 102
ברוכה 179
בת קול מחורב 484
בתולות 175
בתולת שפחה 176

ג

גאונים. 5
גביר 448
גבאי 94
גדול וגדולת 241
גדיש 183
גדי מקולס 340
גדר 112
גדיל 155
גולמי כלי מתכות 339
גולגולת 6
גואל הדם 252
גזילות 208
גזרן קטוע 164
גזית 155
גזל ועשק 85
גזלן 252
גם פשוט ומקושר 200
גם ישן 344
גיסו 223
גלגל 175
גלגילון 337
גלל 17
גן עדן 263
גפרה 112
גפרה 342
גץ 50
גרוסות 339
גר תושב 153
גר 26
גריד 134
גריצין 349

ד

דורה 174
דור המבול אין להם חלק לעולם הבא 266
דמלבק 388
דיו לבא מן הדין להיות כנדון 12
דיני ממונות בגי 207
דיני נפשות בכ"ג 212
דינא דמלכותא דינא 94
דיער 125
דבר 85
דיר 45
דיתיקי 110
דליל 2
דן יחידי 455
דע מאין אתה בא ולאן אתה הולך 434
דבגש 217
דרך רעה 429
דרך ארץ 413
דרך ישרה 421
דרמא 74
דמוס 226

ה

האוכל בכורים 252
הבריק 137
הוביר 142
הוי זהיר ברשות 424
הוחזק 29
הורדנה 359
הזהב קונה את הכסף 123
החובל בחבירו 66
היום קצר והמלאכה מרובה 433
הכשרתי 4
הכסף אינו קונה את הזהב 123
הלוחם על המכה 263
המגרף 242
המחלל את השבת 244
המכשף 246
המלך לא דן 214
המכית 245
המקבל שדה מחבירו 143
המקיים את התורה מעוני סופו לקיימה מעושר 455
המשחית פאת זקנו 285
הנוטל

הנוטל אם על הבנים 285
הנותן מזרעו למולך 243
המקיף פאת ראשו 205
הפקר לעניים 342
הצד הצורה 7
הקורח קרחה 285
הרבע יעשה אומן 447
הרגל מועדת 9
הרי 1
השוכר את הפועלים 139
השורט שריטה 285
התוקע לחבירו 74
חשן מעורה 10

ו

וסת 321
וילון 177
ולדות 175
וכשאני לעצמי מה אני ibid.
ותורה שבעל פה ibid.

ז

זבחי מתים 430
זבלים 17
זחלין 336
זיזין 379
זית 171
זכם ומוזסם 234
זנב לאריות 453
זקן ממרא 214

ח

חבירה 15
חבלגירה 275
חבר טוב 423
חגבים 355
חוטר 149
חולצות 337
חוטר בדברי סופרים בדברי תורה 257
חורגו 223
חוכה 120
חוית 158
חוקה 108 & ſeq.
חוקרה 29
חוקת הכתים 107
חוררת 378
חזרה 261
חייב 23
חלק 372
חברה 344
חכם 21
חכם 448
חלול השם 451
חלון המצרי 171
חלות רבש 179
חליפין 377
חליצה 212
חלל 173
חלתירה 372
חכש שמטורה 257
חטא 378
חסורי מחסרי 7
חצב 366
חקירה 226 & 230
חרלית 348
חרוב 165
חרי 330
חרש החרשי 369
חרצין 41
חרפות 15
חוררת 11
חשכון 154

ט

טלאכים 374
טנופת 193
טני 339
טמטמי 247
טרית טרופה 372
טריפה 52

י

יאוש 96
יבא וירה 259
ידיעות הטומאה כי שתן די 295
יבא על התחתונה 83
ידשני 244
יגן כמור חנוך חביב עלין כשלך 430
יפי שריא 361
יום גנוסיא 365
יורה 82
יין מבוסם 184
ים 175
יסתאב 91
יצר הרע 431
ישוב 62 & 65
יש תן שהוא כלאו 78

כ

כביכול 236
כבצים 198
כב 15
כבד נבלה 150
כהונה 9
כהן גמל תן ותנן אותו 214
כופר 30
כון 186
כותנת קקית 286
כייר 377
כיצד מלקין 287
כירה 161
כיפה 253
כיסון 155
כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא 259
כלאים 43
כליא 161
כלבוס 82
כלי תשמיש 291
כלכלת השבת 346
כל השעורין כמתן שורה 294
כלי אנפוריא 111
כלי חמורת 444
כסא של כלה 326
כסא 113
כפרא חורי 82
כפיסין 155
כרם רבעי 342
כריכות 111
כרי 150
כרם ביבנה 331
כרישין 165
כרשינין 325

ל

לא בל הפנו 98
לבינים 155
לחישת שרף 430
לכף זכות 414
לשון הרע 420
לשם שמים 413
לתך 311

מ

מאסר 345
מגערת 2
מגדל 81
מגלה פנים בתורה 441
מגרדת 339
מגורה 129
מדה גסה 183
מדות תשלומין 51
מדות ארבע 475 & ſeq.
מדף 352
מה אכפת לך 120
מהרס 9
מורה בקום מנהל 56
מוכסי נכרי 95
מוכתרה 219
מוסרה 35
מועדים 7
מופנה 345
מורן 169
מושב לצים 435
מותר 20
מזיר 15
מוחלה 163
מחילה 171
מחרה 182
מחזה ומראה 264
מחמשה 174
מחק 193
מטבע נפסל ונסרק 80
מי תלים 161
מיוחדים 4
מינו 169
מינים 230
מים רעים 416
מכבד 448
מכמינין 177
מכות בשלשה 208
מכת מדינה 150
מלבין פני חבירו 441
מלבן 171
מלחכת חרשות 118
מלח סלקונטית 373
מלילות 333
ממלל 175
מנאפים בעי ונתלה 239
מנה 99
מסורת סג לתורה 442
מסיקין 101
מסמס 85
מסבר השלחני 338
מעביס ומעשן 132
מעבירין 179
מעגל 276
מעגן 244
מעות הקדש 123
מעי אכפוח 337
מעילה 4
מעין המתגבר 428
מעיסה 348
מעכר 186
מעקר 58
מערה 41
מערה 241
מערה 161
מערה 230
מעשה הרוחם 230
מפקירה לפקירה 322
מצוה גוררת מצוה 440

מצות תנחינין 248
מצות עשה שבגורה 297
מקבל 139
מקרה 105
מקרשין עצמן 241
מקת שוחר 462
מרבה בשר מרבה רמה 326
מרבה נשים מרבה כשפים ibid.
מרבה נכסים מרבה דאגה ibid.
מרבה עבדים מרבה גזל 427
מרבה תורה מרבה חיים ibid.
מרבה צדקה מרבה שלום ibid.
מרבה חכמה מרבה עצה ibid.
מרבה דברים מרבה חטא 419
מרדע 166
מריש 358
מרזב 171
מרזיף 1
מרצופים 177
מרקולים 380
משכב המיף 239
משוא פנים 462
משמש 241
משמש מת ibid.
משמים 12
משקולות 166
משרת 165
מתיקא 139
מתליעות 183

נ

נאמן 169
נביא השקר 258
נבילה 52
נגר שמיה אבר שמירה 417
נגרום 59
נגבים של טנסים 161
גנב נגבם 91
נגמר הדין 233
נגיפת 2
נגיחה 7
נגר 148
נוטפין 356
נוחר 58
נזירא סחור סחור 240
נזיר 287
נחילין 179
נטע רבעי 212
ניילן 342
ניר 164
ניפול 164
נכסי מלוה 199
נכסי צאן ברזל 199
נכש 134
נכסי מלוג 73
נכסים מחובין ומעשים 194
נסורת 205
נסרים 275
נסרק 99
נערות 245
נפל 32
נצוק 389
נפחות 155
נקב 242
נקליטם 366
נקעין 187
נשבע בטל את מצוה 300
נשך 129
נשים מסולסלות 240
נשיכת שועל 433
נשל 278
נתר 26
נתעכל 236

ס

סבלנות 292
סגף 143
סדן 248
סדר נחלות 190
סדין בציצית 346
סוכא 5
סטרנורא 365
ספרי 74
סייך 377
סיטון 182
סימטא 59
סלע ושקל 74
סלע חסרות 125
סמיכת זקנים 211
סמפון 111
סנטר 175
סנוקרת 74
סנדל של ציידין 334
ספרים החיצונים 263
סרסור 181
סתם יין 391

ע

עבודה נוכרית עברה 449
עדים זוממין 269 & 54
עדור 134
עובר עבודה זרה 243
עוגין 177
עולי דרך ארץ 437
עולם הבא 265
עולי תורה 417
עורות לבובין 390
עורכי הדיינין 415
עטרות 453
עיבור 209
עין רעה 431
עינבת יין 389
עין טובה 428
עיר וכרך 147
עיר של זהב 333
עיר הנדחת 60
עם הארץ 425
עמור 289
עפר 187
עקיצת עקרב 430
עריפת העגלה 212
ערי מקלט 278
עשרת נסיונות 465
עשרת נסים ibid. & 467
עשיר 448
ערב 203
עשה תורתך קבע 418
עשה לך רב והסתלק מן הספק 439

פ

פגם 77
פרוב 336
פנרה 225
פרעי 243
פנדרין 125
פחות 381
פטור 21 & 32
פסטיאורת 184
פיטם 129
פיתום 244
פקח 28
פקפק 358
פקת 47
פרדלס 7
פרורות 177
פרות 38
פרט 94
פרנס 129
פרס ושכר 411
פרוטה 126
פרוטה 83
פרוסה 85
פרפראות 447
פרקלים 456
פרישות 442
פתילה 237
פתחי נדה 447
פתיחה 226

צ

צאן ברזל 132
צבת 7
צדיק ונון ונותן 429
צובי כאור 82
צוק 143
צרם 74

ק

קבלן 203
קבלטורת 202
קדשי קדשים 52
קונטרק 85
קונם וקונמות 89
קוכסורת 183
קורת שקמת 151
קטינור 456
קטן וקטנת 242
קים ליה בדרבה מיניה 41
קיץ המזבח 91
קירסם 379
קלנדא 365
קלות 356
קלות ראש 442
קליעות 337
קלף 356
קלע 337
קמה 447
קמיצא 119
קנאות 461
קנה 59
קנח 182
קנית יין 337
קנים 149
קנין 197
קנקאב 334
קנקן 137
קנדין 425
קצת 349
קדם קדיש 366
קרן 141
קפוה 253
קרסיסם 365
קרקף 340

ר

ראית 180
ראש 447
ראש ישיבה 219
ראש לשעלים 458
רביעה 134
רביעה 8
רבב 264
רואת

ראה את הנולד	429
רוצח שגלה לעיר מקלטו	242
רוצח שנתערב באחרים	251
רחת	150
ריע	26
ריק	153
רפוי כמין	309
רפוי נפשות	*ibid.*
רפת	315
רקב	354
רשות	41
רשות	230

ש

שבוין	151
שבועת בטוי	301
שבועות בי שהן ד׳	292
שבועת הדיינין	309
שבועת העדות	302
שבת הקירות	230
שבועת הפקדון	307
שבועת שוא	301 & 302
שער היונה	163
שרן של שקמה	176
שוכן	163
שוב יום אחד לפני מיתתך	430
שוכר	149
שולחני	[illegible]
שומרת	176
שומר חנם אינו נשבע	312
שומרי פירות	142
שומרי שכר וחנם	138
צור האצטרין	39
שור המועד	7
שור המזיק ברשות הניזק	12
שור שהוא מועד לכינו	23
שושבינות	196
שותפין	169
שונים	349
שחסתירת	180
שטרי אריסות	202
שטרי ברורין	202
שטרי בירורי	110
שטרי מיאונין	*ibid.*
שית	41
שיח	161
שיעור קומה	263
שכב	161
שכיב	38
שכיב מרע	197
שכר ופרס	411
שכר עברה עבירה	442
שליח	83
שליח	255
שליח בית דין מצבור	83
שלוף	1
שלם	3
שלשה כתרים הם	457
שלשה חוטין	205
שלשום	12
שכיר	469
שמן	189
שנאת הבריות	431
שנאי רשות	96
שנים אוחזים בטלית	107
שעטנז	346
שער פקודה	350
שפלות הרוח	450
שפר	214
שרון	104
שרין	184
שתות	124
שתיקה	419
שתיקה סייג לחכמה	432

ת

תאות	461
תבל יישוב	101
תגא	417
תורה שבכתב ושבעל פה	409
תורין	177
תלם	287
תמול וכתמול	12
תבים	7
תפות	383
תקן	81
תקנת השוק	97
תרבית	129
תרווד רקב	355
תרפות	370
תריכה	80
תשובת ר׳	85
תשחורת	442

INDEX RERUM

ET

VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A

Abhtalion a quo acceperit, & ejus ſententiæ. 415. & ſeq.
Abortum ſi quæ mulier fecerit, in nocte octogeſima. 345
Abraham decies tentatus. 465
Abſcondita cinere non licet. 103
Acabia filius Mahallelis de quatuor teſtatus eſt. 350
Accuſatio certa & incerta quænam. 318
Aceto idololatrarum uti non licet. 369
Achitophel Davidis magiſter. 456
Acquirendi ſive tradendi modi. 59
Acquiſitio rerum perfecta quæ ſit, id eſt quomodo res ex unius poteſtate tranſeant in alterius. 123
Ænopolo primario vel e quinque torcularibus licet vinum emere. 129
Affirmanti incumbit probatio. 23
Ager ſurreptus cujus periculo reddatur deterior, raptoris an proprietarii. 100
Agni Paſchalis puri os ſi quis fregiſſet, 40 plagas luebat. 285
Agri pro aliqua parte proventuum ab operariis excoli ſolent. 149. Locandi conditiones. 149 & 150
Agros vendendi inverſæ aliquot formulæ. 188
Agrum ſi quis vendiderit, etiam ea quæ in ipſo continentur vendidiſſe cenſetur. 176
Ahalia. 356
Aharon pacis exemplar. 416
Æmulæ an fratribus licitæ ſunt. 344
Alapam ſi quis alicui impegerit. 74
Aleator nequit judicare nec teſtari. 221
Aſinum eripiens alterius neglecto proprio. 99
Amor dependens quando ceſſet. 478
Amphora in loco publico læſa. 15
Ancillæ manumiſſæ & peregrinæ inclementia non exhibita. 40
Ancillæ non multiplicandæ. 427
Animantia quæ dimidia ex parte æſtimari poſſunt. 132
Animalium innocentium & convictorum diverſa ratio. 11
Anni quarti planta a tribus judicibus judicatur. 211
Anni ſeptimi fructuum venditores non judicant, nec teſtantur. 221
Annus integro menſe Adar intercalari poteſt. 357
Annus ſeptimus ingreditur numerum ſeptenarium, ſi quis agrum in ſeptem annos conduxerit. 151
Annus ſeptimus remittit jusjurandum. 318
Antigonus Sochæus accepit a Simeone Juſto. 411. Ejus ſententiæ memorantur. *ibid.*
Apocha ſi inventa ſit, non reſtituenda eſt. 110
Apoſtaſiæ generalis ſententia a 71 judicibus pronunciari debet. 213
Aqua in locum publicum effuſa e qua damnum oritur. 16
Aquæ expiatoriæ quæ præceptum ſuum executæ ſunt, purificant. 349
Aquæ lubricum labendi occaſionem præbens. 15
Arbor ſacra quomodo ceſſet. 379
Arbore idolis dicata, e lignis non licet commodum percipere. 378
Arbores ſi in genere venditæ ſint, terra in qua ſubſiſtunt non ſimul vendita eſt. 179
Arbores ſi quis plantare velit prope agrum proximi frumento vel arboribus conſitum, interſtitium aliquod palmorum quatuor relinquendum eſt in medio. 166
Arbores ſupra agros proximi ſe inclinantes ſuccidendæ ſunt. *ibid.* Ita quoque iſtæ quæ ſupra locum publicum inclinant. 165
Arbores ſi quis plantare velit, quouſque ab urbe recedere debeat, quæritur. 164
Arborum ſacrarum tres differentiæ. 377. Quænam ſit arbor ſacra. *ibid.*
Area fabarum commolitarum an munda ſit. 338
Areæ fixæ & non fixæ differentia. 164
Architectus qui parietem deſtruere recepit, & lapides fregerit, vel quid vitiaverit, tenetur rependere. 81
Arcus triumphales regum prohibiti ſunt. 381
Argento æquivalens. 5
Argilla Adriani. 369
Ars longa, vita brevis. 433
Artificium aliquod cum diſciplina Legis conjungendum. 423
Aſellos non licet vendere idololatris. 366
Aſini primogeniti nulla pars cedit ſacerdoti. 355
Aſinum ſi quis emerit, quæritur an etiam inſtrumenta illius emerit. 178. Si aſina vendita ſit, etiam aſellus venditus eſt. *ibid.*
Aſini conducti cui infortunium aliquod acceſſerit, jus exponitur. 136
Atrii portæ mutuam conſtructionem ſi quis ex incolis renuerit, ad eam cogi poteſt. 159
Atrii ſacri ſpatium. 48
Atrium ipſum ſive quis intraverit, ſive appendicem illius, perinde eſt. 296
Atrium quomodo dividi poſſit inter ſocios ope alicujus interſtitii. 157
Attractio in re emta confirmat acquiſitionem. 123
Aures ſi quis alicui vulſerit. 74

B

Babylonia cum Canaane confertur. 60
Balneum inficitur a plenitudine Hin aquarum hauſtarum. 323. Pariter a tribus Logis aquæ hauſtæ. *ibid.*
Baſan ubi. 103
Baſilicis ædificandis non licet opem ferre idololatris. 366
Bellum arbitrarium duntaxat a 71 judicibus ſuſcipitur. 213
Ben Zion vi elongavit, & proprius admovit aliquas familias. 362
Bet Onjaki. 370
Biblia quando diſcenda. 462
Biræ Happeli. 356
Blaſphemus non tenetur niſi donec nomen Dei expreſſerit. 242
Bona interdicendi duplex ratio. 89
Bona mobilia non ſubjecta ſunt creditoribus. 94
Bonorum multorum & exiguorum ſumma. 195
Bos homicida occidendus. 32
Bos hominis ſurdi, fatui, pupilli, reſpectu damni. 28
Bos in alterius aream introductus ubi damnum infert. 93
Bos lædens in loco publico & privato. 12
Bos manſuetus a petulco diſtinguitur. 24
Bos orphanorum & curatorum quis ſit. 33
Bos parieti affricans, qui in hominem irruat. 32
Bos qui mulieris fœtum ejecit bovem intendens. 40
Bos qui plures boves læſit diverſis temporibus. 24
Bos convictus reſpectu ſpeciei ſuæ, & non aliarum. 25
Bos qui vaccam feriat ad cujus latus invenitur fœtus. 36
Bos ſacer cornu feriens cum cornu teritur. 26. Bos Iſraëlitæ impune cornu petit bovem Iſraëlitæ. *ibid.*
Bovis jus in Damno. 1
Bovis lapidandi caro an eſu licita ſit. 34. Ejuſdem conſecratio illicita. *ibid.*
Boum cornufericantium valor diverſus. 20

C

Cadaver ſuſpenſi non debet ad patibulum pernoctare. 235
Cadere ſupinum varios modos admittit. 43
Cadere in puteum reſpectu pecorum. 43
Calcei extractio coram tribus judicibus fieri poteſt. 211
Calefacere ſe ad ignem Sapientum. 340
Calvitiem in capite ſuo ſi quis fecerit, vel capitis ſui angulos circum totonderit. 285
Calendæ. 364
Cæmentariæ trullæ omnes polluuntur mortuo. 337
Camelus lino onuſtus quando dominum

num incendii reum faciat. 50
Canis deſiliendo confringens vaſa. 11
Canthari Saronici. 183
Canes nullibi alendi. 61
Candidatorum ordines tres erant in Synedrio. 228
Caput vulpium quid ſit. 458
Capillos ſi quis alicui evulſerit. 74
Captiva mulier ſi redierit, quæritur an de oblatione prima comedere poſſit. 338
Capitalia judicia a ſacerdote, Levita, Iſraëlita, & iis qui ſacerdoti filiam collocare poſſunt, exercentur. 227
Capillitium præfecturæ, & capillitium primogeniti vitioſi deciduum an mundum ſit. 350
Capillitium præcepti. *ibid.*
Captivitas & exilium quare in mundum veniant. 473
Capitalia ſupplicia a viginti & tribus judicantur. 212
Caro in olivæ quantitate vivo homini ablata, immunda eſt. 353
Caro conſecrata in ſanctuario nunquam fœtuit. 465
Caro patre immunditiei polluta, combuſta fuit cum carne filio immunditici polluta. 329
Carminator quis. 105
Carnem qui multiplicat, is vermes multiplicat. 426
Caſei idololatrarum prohibiti ſunt Judæis, quia lactis coagulum faciunt, ventriculo morticinorum. 371
Caſei in Bet Onjaki. 370
Cauda leonum quid ſit. 458
Cautio de bonorum damno. 109
Circis ædificandis non licet operam dare. 367
Civitatem ſi quis vendiderit, etiam fixa domicilia vendidiſſe cenſetur, ſi dixerit, illam & quicquid in ipſa eſt tibi vendo. 175
Civitas impulſa. 62
Cinis expiatorius quem partim tetigit immundus, omnino pollutus eſt. 358
Clavus lapidis horarum an mundus ſit. 339
Colaphum ſi quis alicui impegerit. 74
Colloquium cum muliere non multiplicandum. 412. Neque cum uxore ſua. *ibid.*
Columbæ non ubique retibus capiendæ. 61
Columbaria, ſcalæ, & parietes ubi conſtruenda. 163
Comeſtio portarum quænam. 185
Commodatarius & conducens in locum proprietarii ſuccedunt. 35
Communio damni. 6
Compenſatio damni in bobus ſe invicem lædentibus. 19
Concupiſcentia & odium e mundo eripiunt hominem. 430
Confabulatio de rebus puerilibus improbatur. 440
Confeſſio requiritur ab eo qui lapidandus eſt. 234
Conſeſſus irriſorum. 435
Conſilia multiplicanda. 427
Conſilia quando firma ſint. 482
Contractus quando inire poſſunt ſuper aliquibus rebus. 132
Controverſiæ in honorem Dei laudantur. 479
Converſatio cum plebejis improbatur. 440
Converſatio cum omnium ætatum hominibus quomodo colenda. 442
Convictus quænam? 7
Corat Chiltit. 372
Coriaria officina ad orientalem Jeruſolymæ plagam duntaxat conſtitui debebat. 164
Corium nunquam combuſtum fuit. 330
Coronæ ſunt tres. 457
Creditor mutuans exhæredato quomodo ſuum recuperet. 89
Curſu quomodo læduntur. 15
Cuſtos gratuitus liber eſt a jurejurando. 127
Cuſtodum jura ſunt tria. Et quatuor ſunt qui cuſtodire poſſunt. 319
Cuſtos gratuitus jurat ſuper omnibus. Cuſtodiam petens, reſtituit omnia. Cuſtodiæ mercedem ſi quis accepit, vel qui mercede conduxit, jurant ſuper fracto, abducto, & mortuo, & rem amiſſam reddunt. 319
Cuſtodibus fructuum evulſorum licet de ipſis comedere dum cuſtodiunt. 142. Genera cuſtodum quatuor ſunt. *ibid.*

D

Damni auctor quis ſtatuatur. 4
Damnorum quatuor ſunt fontes. 1
Damnum a mulieribus datum. 5. Damni valor in mobilibus. *ibid.*
Damnum ab homine datum gravius eſt eo quod a bove illatum eſt. 70
Damnum pede datum diverſimode compenſatum. 8
Damnum ſtabiliendum ab eo cujus curam gerere quis tenetur. 4
Decem generationes quare fuerint ab Adamo uſque ad Noachum. 464. Et pariter decem a Noacho ad Abraham. *ibid.*
Decem miracula in Sanctuario facta. 465
Decem res creatæ ſunt in veſpera Sabbati. 467
Decem tentationibus Abraham tentatus eſt. 463. Decem miracula patribus facta. *ibid.* Et decem tentationibus Deum tentaverunt patres. *ibid.*
Decem tribus non revertentur ad terram Iſraëlis. 266
Decem verbis creatus eſt mundus. 464
Decimæ ſunt ſepimenta pro divitiis. 443
Decimarum ſecundarum jus a tribus judicibus decernitur. 211
Decollatio junicis a tribus judicibus fieri poteſt. 211
Defraudatio in quibuſdam non obtinet. 127 & ſeq.
Defraudationis pœna. 124. In quibus hominibus ea locum habeat. 125. vide etiam 126
Depaſcentis jus in damno. 1
Depoſitarius ſi furetur quantum debeat. 88
Depoſitarum rerum conditiones. 117
Depoſitum cujus poſſeſſor ignoratur. 118
Denarius aureus cujus ſit valoris. 24
Deſponſationis denegatio coram tribus judicibus fieri poteſt. 211
Deſponſationis & nuptiarum literæ ſponſo & ſponſa annuentibus duntaxat conſcribi poſſunt. 201
Deus quando convictus dicatur, & ubi. 10
Deus quomodo ſe habeat in caſu damni. 7
Dies aliquot feſtales idololatricis interdicti ſunt. 364
Dies Expiationis expiat peccata ex arrogantia facta. 294
Diluvio qui deleti ſunt, ii vitæ æternæ exortes ſunt. 266
Diſcalceationis literæ reſtituendæ ſunt ſi quis eas invenerit. 190
Diſcendum eſt ut alios doceamus. 451
Diſcipuli multi faciendi. 429
Diſcipulorum Abrahami & Bileami oppoſitio. 480
Diſcipulorum quatuor ſunt genera. 475 & 477
Divinitas quando requieſcat ſuper decem. 438
Divitias qui multiplicat, is curas multiplicat. 426
Divortium vetus quodnam ſit. 344
Doctrinam qui non auget, is peribit. 417
Dolium apud depoſitarium abſque determinato loco poſitum, atque inde in alium locum dimotum. 120
Dolium olivarum conditarum an perforandum ſit. 343
Domiciliorum hæreditates variis caſibus deſcribuntur. 198. & ſeq.
Domorum tres ſunt differentiæ reſpectu idololatriæ. 377
Domos locare non licet idololatris in terra ſancta. 367
Domuum locandarum varia jura deſcribuntur. 147 & 148
Domum ſi quis habet in alieno horto, non licet ei illum intrare niſi quando alii homines illuc ſe conferre ſolent. 185
Domum ſponſalem ſtruere pro filiis, olim in more poſitum erat. 184. Sic etiam domum viduitatis. *ibid.*
Domus quæ ceciderit, quæque ſuperius & inferius ſuum habet proprietarium. 154
Domus tua ſit conciliabulum pro Sapientibus. 411
Dubia aliquot a doctoribus munda, vel immunda pronunciata. 338
Dupli rependendi modus comparatur cum reſtitutione quadrupli. 51
Duplum ſolvendum. 43
Duplum quando non rependendum. 51

E

Eccleſia non derelinquenda eſt. 424
Eccleſiaſtes liber non polluit manus. 349
Eductiones Sabbaticæ duæ ſunt quæ ſunt quatuor. 242
Eleemoſynas dantium quatuor ſunt genera. 476
Elias non veniet ad res mundas vel immundas pronunciandas, neque ad quemquam elongandum vel propius admovendum in familia. 362
Emens a fure noto, rem gratis reſtituit. 97

Emptor

Emptor quando rei furtivæ pretium recipiat, quando autem rem furtivam retineat. 97
Emtio quæ facta eſt ope mediatoris alicujus. 181
Epicuræi refutandi. 433
Evictio. 94 & 95
Exhæredatus quomodo reſtituat bona. 89
Exigenti incumbit probatio. 23
Expiationis caſus reſpectu omnium conditionum hominum fere idem. 295
Exterminii rei liberantur poſtquam vapularunt. 290
Exulare quinam debeant. 276 & ſeq.
Exulum locus ad quem fugere debent. 278
Exuperantiæ compenſatio in mutuo damno. 19

F

Faber quas minutias ſibi retineat. 105
Fabri ſi quid parandum acceperint, ſi corruperint, ad compenſationem tenentur. 51
Facultates in quibus non eſt prævaricatio, vel fœderatorum, vel certarum perſonarum, quomodo compenſandæ ſint, ſi iis damnum ſit illatum. 4
Fames quare in mundum veniat. 472
Feræ quare mundum devaſtent. 473
Feſta ſolemnia qui contempſerit, is futuri ſeculi non habebit ſortem. 441
Ficus non licet vendere idololatris. 366
Figuli duo quorum unus impingit ob alterum. 17
Filiæ aluntur e bonis paternis duntaxat poſt obitum parentum. 191
Filiorum & filiarum in patris matriſque hæreditatem idem eſt jus, niſi quod primogenitus duplicem e paternis, & non e maternis bonis accipiat. 191
Filius degener & rebellis. 246
Filius domus. 32. Filius mortis. *ibid.*
Filius immoriger & rebellis non declaratur, niſi ambo parentes annuerint. 248. Et ob quale delictum. *ibid.*
Filius obturatus circa genitalia an ex jure filiorum, an vero filiarum hæreditatem adire queat quæritur. 195
Filius ſacrificii pacifici oblatus in ſacrificium. 317
Flagellatio a quot judicibus perfici queat. 258
Flagellatio quomodo fiat. 259
Flocculi fullonis & carminatoris. 105
Fœdus Abrahami. 441
Fœtus excuſſi pretium. 70
Fœnerator non judicat nec teſtatur. 221
Fontis jus in Damno. 1
Fortior qui ſe quam qui fortiſſima vincit mœnia. 448
Fortitudo vera. *ibid.*
Fructus cum fructibus non commutandi ſunt. 128
Fructus qui in poteſtate depoſitarii aliquantulum depravati ſunt. 119
Fructuum proprietarius quando teneatur dato damno. 38
Fullo quas minutias ſibi retineat. 105
Fundæ receptaculum ſi textum ſit, immunda eſt. 337. Porro aliquot caſus de funda illic memorantur. *ibid.*
Funebris pompa quænam idololatriam involvat. 364
Funiculi menſuræ olim in terræ Iſraëlis poſſeſſionibus deſignandis in uſu erant. 157
Fur conſcientiæ ſuæ teſtimonio convictus quod ſurripuerit poſſeſſori. 115
Fur quando proprie talis dicatur. 59
Fur rem furtivam cum quinta rependit. 56
Furatus a patre. 52
Furis actiones diverſæ. 52
Furnulum quando licet domi conſtituere, vel in tabulato. 160
Furtivæ pecudis varii caſus. 52
Furtivæ rei venditio ex parte. 55

G

Galilææ natura reſpectu poſſeſſionis. 168
Gallinacci totius & dimidii damni tenentur. 9
Gallinaceos a quovis loco recipere licet. 103
Gallinaceos Hieroſolymæ educare non licet ob conſecrata. 60
Gallinaceus Jeruſolymis lapidibus obrutus ob homicidium. 352
Gedareni quinam. 62
Gentilium bona fiunt Judæi occupantis. 27
Geometria commendata. 447
Gladius quare in mundum veniat. 472
Gradibus ad altare non aſcendendum. 66
Grex ferreus quid notet. 132

H

Hæreditatis natura reſpectu filiorum & filiarum. 191
Hæreditatis jura deſcribuntur. 189. Hæreditatis ordo inter proximos conſanguineos. 190
Hamath. 62
Heterogeneorum aliquot caſus. 287
Hirci noviluniorum & feſtorum pro quibus expiant. 293. Quinam hirci plus præſtent in peccato expiando, hirci noviluniorum, feſtorum, an vero diei Expiationis. *ibid.* Hircus qui fit intus. *ibid.*
Hillel a quo acceperit, illius ſententiæ. 416. & ſeq.
Hillel in aliquibus allevavit, in quibus Schamai aggravavit. 340
Hillel & Schamai in quibus convenerint. 427
Hircus emiſſarius pro omnigenis peccatis expiat. 294
Hircus unus quod expiat, id etiam alter expiat. 293
Hircani & Ariſtobuli diffidium. 60
Hœdus deſiliendo confringens vaſa. 11
Homicida qui ad aſylum confugit, quem incolæ honorare velint. 251
Homicida ſi alius admiſceatur, omnes liberi ſunt. 251
Hominum conditio & ingenium quadruplex. 474 & ſeq.
Homo ſemper conteſtatus ac convictus habetur. 14
Honor Legis efficit honorem hominum. 453
Honore dignus quis ſit. 448
Hortus exiguus qui vitium pergula circumdatus eſt. 331
Humilitas commendatur. 450
Humanitas commendatur. 416

I

Idiota non eſt pius. 425
Idiotæ tres vitæ æternæ exſortes. 265
Idolo mactata pecus. 56
Idololatræ ſuſpecti ſunt de concubitu cum beſtiis. 368
Idololatriæ aliquot caſus examinantur. 243
Idololatriæ pœna. 52
Idololatriæ peccatum quo ſacrificio expiandum ſit. 299
Idololatrarum commercia triduo ante feſta ſolennia abrumpenda ſunt. 364
Idololatris non licet vendere animalia magna. 366
Idolis ornamenta apponere non licet. 367
Idolum quod a cultoribus ſuis deſertum eſt pacis tempore, uſui licitum eſt. 381
Idolum quomodo profanet paganus. *ib.*
Ignominia non cadit in ſervos. 72
Ignominia pro conditione perſonæ luenda. 66
Imago Dei in homine quid efficiat. 445
Immunditiei notitia ab initio & in fine, ſed ignorantia in medio. 292
Immunditiei notitia ab initio, ſed non in fine ſanguine hirci expiatur. 292. Si vero illius notitia non fuerit ab initio, ſed in fine, tum ea non expiatur. 293
Immunditiei notitia ſi nec ab initio, nec in medio, nec in fine extitit, illam non expiant hirci feſtorum nec noviluniorum. 293
Immunditiei notitiæ duæ quæ ſunt quatuor. 295
Immunditiei notitiæ duæ ſunt quæ ſunt quatuor. 293
Immundities ex ignorantia in atrio contracta. 297
Implicationes filiorum mundæ ſunt. 337
Incendiarii aliorum opera utentes. 47
Incendii jus in damno. 1
Incendium quouſque ſerpat ſine culpa. 48
Infector ſi lanam ei traditam aduſſerit, damnum rependere debet. 82. Illius enim conditio pejor eſt quam locatoris. *ibid.*
Innocentia quænam? 7
Inquilinus non exſulat niſi inquilini cauſa. 277
Inquiſitio ad inquiſitionem ratione menſtruæ. 322
Intercalatio menſis a quot doctoribus diſcerni queat. 208
Interſtitium aliquod conſtructum reſpectu diviſionis hortorum. 157
Interſtitium trium palmorum relinquendum eſſe inter fundum ſuum & proximi, ſi quis foveam aliquam, & id genus alia effodere velit. 160
Inundatio fiat periculo proprietarii. 100
Interemptio quæ gladio fit. 237 & 238
Ira vitanda. 430
Iracundus non docet. 425
Iſraëlitæ omnes futuri ſeculi participes ſunt. 259
Iſraëlitarum felix conditio. 445
Jehudæ filii Tabæi ſententiæ. 414
Joppe ubi. 103
Joſe filius Joëzer de Zereda, & Joſe filius Jochanan Jeruſolymitani acceperunt ab Antigono. 411

Joſe permittens quare ita dictus. 360
Joſua filius Perachiæ, & Nitæus Arbelites a quibus acceperint. 413
Judæis Græcorum ſcientiam addiſcere non licebat. 60
Judæis non licet medicum gentilem adhibere. 369
Judæo pro gentili operanti non licet mercedem aliquam recipere. 383
Judicandum lente. 409
Judices inſtructorii. 414
Judices quinam rejectanei. 221
Judicia a quot judicibus peragi queant, quæritur. 207
Judicia pecuniaria a quot judicibus judicari poſſint. 218
Judicia pecuniaria tribus judicibus peragi poſſunt. 207. Sic etiam judicia de rapinis, læſione, damno, & reſtitutione dupli, & quadrupli, & quintupli. *ibid.*
Judicium fiat ad lancem innocentiæ. 413
Jugum Legis & jugum regni. 437
Juramenta duo quæ ſunt quatuor. 298
Juramenta duo ſunt quæ includunt quatuor. 292
Juramentorum aliquot formulæ. 298
Jurantes ſecundum Legem non reſtituunt. Aliqui vero jurant ut recipiant. 314
Juſculum locuſtarum immundarum purum eſt. 355
Jusjurandum de præcepto aliquo intermittendo, quod tamen non fecerit. 300
Jusjurandum depoſiti in quibus locum habeat. 307. Cujus id ſit naturæ. 308
Jusjurandum futile ac temerarium. Item jusjurandum vanum. 300 & 301 De illius reatu. *ibid.*
Jusjurandum futile in quibus perſonis locum habeat. 302. Pariter de jurejurando vano. *ibid.*
Jusjurandum illius cujus adverſarius ſuſpectus eſt de perjurio. 315
Jusjurandum judiciale. 309
Jusjurandum non admittitur ſuper cujuſlibet accuſatione. 312. Neque ſuper omni re. *ibid.* & 313
Jusjurandum teſtimonii in quibus perſonis locum habeat. 302
Jusjurandum teſtimonii quomodo fiat. 303
Juſtitia multiplicanda. 427
Juſtitiæ effectus. 479
Juſtorum merces eſt in ſeculo futuro. 434
Juvenci ſanguis quænam expiet peccata. 259

L

Lac quale Judæis licitum vel illicitum. 372 & ſeq.
Lædens præter mulctam petere debet remiſſionem peccatorum. 77
Læſi & lædentis diſtinctio adhibenda. 4
Læſi omnes in vitio compenſando habentur pro ſervis. 66
Læſio fortuita. 7
Lapidandi quinam ſint. 238
Lapidationis locus aſſignatur. 233. Lapidandi proceſſus quomodo peragatur. 233 & ſeq.
Lapidum differentiæ tres ſunt. 377
Latrones qui pecudem eduxerint e caula. 45
Lebetes urbani in tentorio mortui puri ſunt. 332
Legatus cœtus. 84. Legatus domus judicii. *ibid.*
Lege ſublata omnis politia ſublata eſt, & contra. 446

Legem ſi quis in paupertate ſervaverit, etiam in divitiis eam ſervabit. 455
Legi non ſtudendum ad gloriam, vel mercedem acquirendam. 431
Legis bona. 458
Legis excellentia. 487. Quot modis illius ſcientia comparatur. *ibid.*
Lex multiplicanda. 427
Libelli de agricultura ſcribi nequeunt, niſi proprietarius & conductor adſint. 201
Libelli debiti inventi. 109
Libelli repudii conditio teſtium reſpectu deſcribitur. 200. Libelli extenſi & colligati origo. *ibid.*
Libelli repudii inventi non reſtituendi ſunt ſi quis eos invenerit. 110
Libellus debiti ſi deletus ſit, quid faciendum. 302
Libellus electionis ſcribi nequit niſi ambo adverſarii adſint. 201
Libellus repudii a muliere ſcribi poteſt. 331
Libri Legis a quoquam ſi inventi ſint, ſingulis Sabbatis in ipſis legat. 115
Lignum findendo quomodo fiat læſio. 19
Lini macerandi loca ab oleribus ſeparanda. 165
Lintea & pannos a mulieribus emere licet. 103
Linum lucerna accenſum. 18
Literæ æſtimatis reſtituendæ ſunt ſi quis eas invenerit. 110
Literæ alimoniæ reſtituendæ ſunt etiam, ſi inventæ ſunt. *ibid.*
Literæ itidem diſcalceationis, ut & literæ declarationum. *ibid.*
Loca e quibus jumentum non reducendum eſt ad poſſeſſorem, ſi id inventum ſit. 116
Loca enumerantur in quibus vel ad inventorem, vel ad poſſeſſorem pertineat res inventa. 112
Locorum diſtinctio in damno reſtituendo attendenda. 4
Locorum publicorum & privatorum diſcrimen. 10
Locuſtæ immundæ ſi conditæ ſunt cum mundis, juſculum non eſt prohibitum. 355
Loquendum parum, & faciendum multum. 418
Loris cæſus ſi quis reciderit, hordeo cibatur, donec rumpatur venter ejus. 252
Lucerna encæniorum privilegiaria. 50. Quare in loco periculoſo ponere liceat. *ibid.*
Luci quare prohibiti. 376
Lydda ubi. 103

M

Magiſter eligendus. 419
Magiſtratui ne quis nimis familiaris ſit. 416 & 424
Magiſtri conditio interdum apud diſcipulum majoris momenti eſſe debet quam patris. 116
Magiſtri ſui linguam quiſque tenetur loqui. 323
Magus quiſnam dicatur. 246
Mala citrea non licet vendere idololatris. 336
Maledictio per idolum. 253
Manus amputando redimi potuit. 66
Manuum impoſitio a tribus peragi poteſt judicibus. 211
Maſora eſt ſepimentum Legis. 443
Maritus uxorem in cubitu lædens. 18
Matrem ſuper pullis ſi quis abſtuliſſet, vapulabat. 285

Medicinam petere licet ab idololatra. 369
Menachem filius Signai teſtatus eſt de incremento ollæ eorum qui olivas elixant. 358
Menſa Abrahami amplior fuit Salomonis menſa, licet hæc innumerabiles aluerit copias. 139
Menſa Dei. 436
Menſuræ omnes ſecundum Templi Salomonis ſtructuram definiendæ ſunt. 184
Menſuræ purificandæ ſunt. 183
Menſtrua 95 vicibus ſe lavare debet. 447
Menſtruæ præceptum affirmativum. 297
Mercenariorum merces quamdiu ea exigi queat pro temporis ratione, & conductionis. 152
Metam colligens in agro alterius. 46. Ejuſdem colligendæ antiquus ritus. *ib.*
Metus de peccato ſi præceſſerit Sapientiam, Sapientia firma erit. 440. Sin minus non erit firma. *ibid.*
Miſna quando diſcenda. 48
Mobilia argento ſimilia. 5
Molecho ſi quis dederit e ſemine ſuo, non lapidandus, niſi per ignem traduxerit. 243
Moneta mala intra fixum aliquod tempus reddenda eſt ſi quis eam receperit. 125
Mons Horeb quotidie diras pronunciat contra tranſgreſſores Legis. 426
Mons calvaria juſtas luit pœnas. 426
Moriens ſi relinquat filios filiaſque, & bona multa, tum filiis cedit hæreditas, & filiæ aluntur. 194
Mortuum ſepelire proximo incumbit conſanguineo. 187
Moſes in Synai Legem accepit eamque tradidit Joſuæ, & is ſenioribus, & ii Prophetis, & hi magno Synedrio. 409
Moſis juſtitia. 479
Mulier cum fœtu, & ubi fœtum edidit, conſideratur. 40
Mulier in ſanctuario nunquam abortivit. 465
Mulier quibus in rebus viro præcedat, & contra. 502
Mulier quibus rebus deſponderi poſſit. 343
Mulier unius teſtis dicto elocari poteſt. 361
Mulieres damno tenentur 6. Ab aliquibus liberæ ſunt. *ibid.*
Multitudinem ſequi exigi. 15
Mundus comparatur cum veſtibulo. 459
Mundus decem verbis creatus eſt. 463
Mundus ſubſiſtit ſuper tribus dicente Simeone Juſto. 410
Mundus ſuper tribus conſiſtit. 421
Mutuo dare non licet ſub conditione. 134
Mutuo datum quod eſt verbo tenus ab hæredibus exigi nequit. 94
Mutuo ſi quis dederit alicui ope libelli, tum id repeti nequit a bonis obligatis. 204
Mutuum proximo dandum abſque beneficio aliquo. 103. quia cæteroquin uſuram redolet. *ibid.*
Muſca nunquam in Sanctuario conſpecta. 465

N

Natalitia. 364
Navem ſi quis vendiderit, etiam illius inſtrumenta vendidiſſe cenſetur. 177
Nazyræatum magnum ſi quis voverit, cumque compleverit. 346
Nazyræus qui toto die ſe ingurgitat vino.

no. 287. Vel pollutus funere. *ibid.*
Nebulo non timet peccatum. 425
Nechonia de ſurda quadam teſtatus eſt ratione deſponſationis. 358
Negotiatori rei frumentariæ e quinque arcis emere licet. 129
Negotiatoribus majoribus impoſitum eſt menſuras & pondera certo tempore purificare ne iis quid adhæreat. 182
Nehardea ubi ſita. 60
Netinæus inferior eſt ſpurio Iſraëlita. 503
Nihil dicendum quod non intelligitur, licet id poſſit intelligi. 424
Nitæi Arbelitis ſententiæ. 414
Nocua animalia. 7. Quomodo diſtinguantur ab innocuis. *ibid.*
Nomen bonum comparandum. 427
Nomen ſuum qui celebre reddiderit abſque doctrina, is peribit. 417
Nudationis pœna coram Baal & Peor. 243
Nudus quis dicatur. 66
Nulla res eſt quæ non habet locum ſuum. 449
Numi Hieroſolymitani inſcriptio. 80
Numi apud numularium depoſiti, & ſingulari modo colligati. 121
Numulari clavus an mundus ſit. 338
Numularius quomodo juret. 316
Nuptiæ quando inſtituendæ. 482
Nuptiarum ſymbolum. 196

O

Obiens ſi alicui bona ſua aſſignaverit abſque ſcriptis, quæritur an perinde ſe res habeat ac ſi id ſcriptis fecerit. 198
Obiens ſi quis reliquerit filios adultos & parvulos, & adulti auxerint bona paterna, tum incrementum cedit utriſque ſine diſcrimine. *ibid.*
Obligatio bonorum inventa. 109
Oblivio literarum ſacrarum mali omnis eſt. 439
Oculum dormientis excœcans quando teneatur? 14
Oleæ quæ in ligna venditæ ſunt. 147
Ollas in alterius area ſi pecus frangat, & iis lædatur. 37
Olus quod inter duos hortos creverit, an id ad ſuperioris, an vero ad inferioris horti proprietarium pertineat. 156
Opera quænam alius pro alio præſtare poſſit. 134
Operarii licet mercede ampliſſima conducti, tamen a patrefamilias cogi nequeunt ut opus prius inchoënt, vel ſerius perficiant. 139
Operariis licet de fructibus aliquibus inter operandum comedere, licet nondum decimati ſint. 140. Menſura eſus præſcribitur. 141
Opifices an cuſtodes gratuiti dici queant. 138
Opifices a patrefamilias conducti, ſi conditionem renuerint, litem in foro amittunt. 135
Orientalium veſtes. 66
Os bovis non obturandum. 43
Os in quantitate grani hordeacei membro vivo ablatum immundum eſt 353
Oſtium quanta pars in tentorio polluat. 325
Ova a quovis loco accipere licet. 103
Ovum cadaveris an licitum ſit. 347
Ovum laceratum oleri oblationis primæ inditum, adjunctorum eſt. 331

P

Pactum contra legem Moſis initum, eſt irritum. 143
Paganam qui ſtupravit. 253
Paganus quomodo idolum profanet. 381
Palmyrena. 62
Pallium ſi quis alicui detraxerit. 74
Panes facierum in Sanctuario nunquam vitium contraxerunt. 465
Pardalis & Panthera differunt. 7
Parens voto ſuo interdicit filio bona ſua. 89
Parentes ſi quis læſerit, quomodo inſons dici poſſit. 22
Parentes ſi quis percuſſerit abſque vibice. 72
Paries qui eeciderit in hortum proximi. 155
Parvula filia Iſraëlitæ ſacerdoti nupta, comedere poteſt de oblatione prima. 395
Paſtor tenetur ad damnum pecudis ipſi commiſſæ reſarciendum. 45
Paſtoris res emere non licet. 103
Pater filii cauſa, & filius patris cauſa exulat. 277
Patrifamilias non licet lucrum partiri cum tabernario. 131
Patris dicto non obediendum filiis ſi id legi repugnet. 116
Pauperies beſtiarum diſtinguitur. 9
Pauperes ſint filii domus tuæ. 412
Pax & dilectio commendatur. 416
Pax imploranda. 435
Peccati venia expetenda. 77
Peccatum circa verba Scribarum gravius eſt, quam circa verba Legis. 257
Peccatum ex ſuperbia patratum expiat hircus qui intus paratur. 294
Peccatum perpetrantis levius eſt quam illius qui id perpetrari juſſit. 77
Peccatum trahit peccatum, virtus trahit virtutem. 449
Pecora idololatris vendere non licet, nec ea in pandocheis ſtatuere. 368
Pecora minora quæ cenſeantur. 25
Pecora minuta in terra Iſraëlis educare non licet, ſed in Syria, & in deſertis terræ Iſraëlis. 62
Pecora non graviori onere affligenda quam convenit. 137
Pecora quænam innocentia, vel convicta dicantur. 7
Pecuniaria judicia quilibet ſenator judicare poteſt, at non capitalia. 227
Pecuniariorum & capitalium rerum par ratio eſt reſpectu inquiſitionis & perveſtigationis. 225. In cæteris vero differunt. 225
Pecuniarum depoſitarum recta cuſtodia. 121
Pecunias ex arca publicanorum, vel e loculo ærariorum permutare non licet. 94. Nec eas in eleemoſynam accipere. *ibid.*
Pecus concluſa quæ pariete effracto exiit. 45
Pecus conſecrata poſt mortem domini. 91
Pecus die feſto natum uſui licitum eſt. 341
Pecus domino reſtituta quæ poſtea aufertur, vel moritur. 103
Pecus furtiva in Sabbato mactata. 56. Ejuſdem conſecratio. *ibid.*
Pecus patri erepta & poſt illius mortem mactata. 56
Pecus ſoli expoſita, & egreſſa damnum intulit. 45
Pecus in alterius horto deprehenſa. 45
Pejerans raptum ad proprietarium deferre tenetur in loca remotiſſima. 83
Pelles Cardiakai. 369
Percutiens patrem & matrem ſuam, ita ut vibicem excitet. 74
Peregrini mortui, niſi filios genuerit, bona ſunt occupantis. 33
Peregrinus præſtantior eſt ſervo manumiſſo. 503
Peregrinus qui ſacra adminiſtravit in Sanctuario. 235
Peregrinus quis ſit. 26
Peregrinus veſpera Sabbati proſelytus factus, ſe lavet & Paſchale ſacrificium comedat nocte. 349
Perfoſſorium ſi quis habeat, & cum eo intret domum alicujus. 249
Perveſtigationis & rimationis differentia. 231
Pes quomodo ſe habeat in caſu damni. 7
Peſſis quare veniat 472. & quoties illa graſſetur. 473
Petulcus quomodo poſtea manſuetus cenſeatur. 25
Pignora ſi quis poſtulat, non licet ei domum intrare. 153
Piſciculi Calbis & Chilac ſunt prohibiti. 372
Piſcis Tarit. 373
Placenta abrepta accenſa eſt meta. 11. Quare in placenta compenſanda major ſit mulcta quam in frumenti meta. *ib.*
Placenta an de Cabis an vero de Cabo ſeparanda ſit. 323
Plagæ quomodo infligantur. 288
Plagam ſi quis in Sabbato expreſſerit. 332
Plagarum demonſtrationes duæ ſunt quæ valent quatuor. 292
Planctus diſtinguitur a luctu. 236
Plangendi locus definitur. 186
Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. 425
Pluviæ nunquam ignem in altare extinxerunt. 465
Pœna minor in majori continetur. 52
Polluti vapulant. 253
Pontifex maximus a 71 judicibus duntaxat judicatur. 213
Pontifex maximus inferius lacerat veſtes, & in luctu offerre poteſt. 501
Pontifex maximus judicat & judicatur. Teſtatur, & de ipſo teſtantur. Calceo ſe exuit, & alii id faciunt ob uxorem illius: alii uxorem ducunt jure leviratus, at non ipſe. Ipſi viduæ matrimonium interdictum eſt. Incedit poſt feretrum more inſolito. 214
Pontifice maximo orbata reſpublica, vel ſi quis occiderit quemquam, vel ſi pontificem maximum occiderit, vel ipſe pontifex maximus eadem patraverit, nunquam aſylo egreditur. 280
Pontifici maximo in Sanctuario, nunquam accidit caſus nocturnus. 465
Porcorum uſus interdictus. 60
Poſſeſſio quæ non comprehendit rationem, ea nec poſſeſſio dicenda eſt. 169
Poſſeſſionis natura diverſa eſt reſpectu variarum regionum. 168
Poſſeſſionum jura reſpectu domiciliorum, & variarum rerum exponuntur. 167
Præcepta Noachi. 26
Præcepti levis & gravis eadem eſſe debet obſervantia. 423
Præceptor ſibi conſtituendus, & ſodalis. 413
Præceptores magis honorandi quam parentes. 89
Præceptum affirmativum & negativum de menſtrua. 497

Præ-

Prædatus a peregrino qui poſtea moritur. 91
Prædiorum jus a novem judicibus judicatur. 211
Primitias ſi quis comediſſet antequam ſuper illis recitatum eſſet carmen earum, 40 plagas luebat. 284
Princeps qui peccat & idcirco remotus, quo ſacrificio teneatur. 500
Princeps Senatus aliquo in caſu ſimilis eſt ſenatoribus. 499
Proclamatio rei inventæ. 111. Sed non omnes res proclamari debent. 112
Proclamatio rerum inventarum per tria ſolemnia feſta fieri olim debebat. 114
Proculus Philoſophus aliquando in balneo percunctatus eſt R. Gamalielem. 375
Profana in atrio mactata. 52
Pronunciatio labiorum temeraria. 498
prophetæ Baalis & locorum quinam. 382
prophetia in nomine idoli. 259
Propinqui quinam ſint. 223
Proprietates humanæ ſunt quatuor. 474
Proſpectui alicujus nullatenus impedimento eſſe debemus. 172
Proventuum genera apud depoſitarium mixta cum ipſius proventu. 119
Proximum ſi quis læſerit, quinque nominibus tenetur. 66
Proximum vitians in Sabbato. 74. Vel ſervum Cananæum. ibid.
Proximus non prius judicandus quam ad illum acceſſeris. 424
Proximus quis ſit. 26
Prudentia nulla abſque ſapientia. 446
Prudentia quando in homine ſtabilita ſit. 482
Pſeudopropheta a tribus judicibus judicatur. 113
Pudibundus non diſcit. 425
Puerperæ ſanguis non lotæ ſimilis eſt ſalivæ & urinæ. 349
Pullus qui die feſto ex ovo prodiit, licitus eſt uſui. 341
pulverizare ſe ad pedes Sapientum. 412
pulvis uſuræ quis ſit. 130
pupilli e fundis debitum ſolvunt. 5
pupilli non ſunt proprietarii. 22
Putei aperti nomine quis teneatur. Tegere eumdem oportet. 42
Putei effoſſio, profunditas, & os conſiderantur. 41
Putei jus in damno. 1
Puteo quem quis in domo proximi habet, eo tempore uti licet quo alii homines illuc ſe conferre ſolent. Et paterfamilias proprietario clavem cedere debet. 185

Q

Quæſtiones plurimas in judiciis qui movere poterat, is maxima laude dignus erat. 231
Qui ſibi prodeſſe nequit, is nec alteri prodeſt. 418
Quinta cujus in Lege mentio facta eſt, in quinque caſibus locum habet. 126

R

Rabban Gamaliel quatuor immunda declaravit quæ Sapientes munda. 339
Rabban Gamaliel tria aggravavit ſecundum Schamai. 332
Rabbi Chanina ſacerdotum princeps de quatuor rebus teſtatus eſt. 329
Rabbi Eleazar filius Azariæ tria permiſit quæ Sapientes prohibuerunt. 340
Rabbi Jehuda filius Babæ de quinque teſtatus eſt. 351
Rabbi Jochanan filius Zaccai accepit ab Hillel & Schamai. 427
Rabbi Joſe filius Joëzeris Seredanus de ariete Camza teſtatus eſt, eum eſſe mundum. 360
Rabbi Joſua & Jakim Hadarenſes teſtati ſunt de cantharo cineris expiatorii. 356
Rabbi Joſua & R. Nechonias filius Elinatam e pago Babylonio de membro mortui teſtatus eſt. 352
Rabbi Joſua filius Beteræ teſtatus eſt de ſanguine cadaverum, eum eſſe mundum. 358
Rabbi Joſua quatuor immunda pronunciavit, quæ Sapientes munda. 338
Rabbi Papias teſtatus eſt de eo qui duplicis Nazyræatus votum fecerit. 356
Rabbi Zadoc teſtatus eſt de aquis fluentibus. 356
Rapti compenſatio quomodo inſtituatur, ſi id melius factum fuerit in manu raptoris. 79
Rapti pretium in rependendo examinandum, quantum id fuerit dum raperetur. 79
Raptor quando minus mulctetur. 85
Raptor qui ante oblatam victimam obiit. 92
Raptor ſi filiis reliquerit, vel cibaverit e rapto, ii non tenentur id rependere. 94
Raptum tibi pro re erepta datum, fit tuum. 96
Ratio danda omnium quæ fecerimus. 462
Reatus ante allatam rapinam non expiat. 92
Redemptio primogeniti. 59. Quando redimendum. ibid.
Refugii tres urbes aſſignantur. 278
Reges tres vitæ æternæ exortes. 265
Regiminis neceſſitas. 435
Rejectanei judices & teſtes, quinam ſint. 221
Reipublicæ opera danda eſt ob gloriam Dei. 424
Rem furtivam recipiens an pretium ſolutum rependat. 97
Rerum perditarum conditio deſcribitur. 115
Res a filio, filia, vel a parvulis inventa, vel a ſervo ſervaque Cananæis, ad patremfamilias pertinet. 109
Res inventa ab aliquo conſpecta qui ſe in eam conjecit, interea altero quopiam accedente qui eam prehendit. 108
Res inventa conſpecta ab eo qui animanti alicui inſidet, atque de eo pediſſequum monens. 108
Res inventæ poſſeſſori non ſtatim reſtituendæ, ſi eas nominaverit duntaxat, nullo indicato ſigno. 114
Res inventæ quæ inventori cedunt ſi proclamatæ ſint. 111. & 113
Res quas idololatris vendere non licet. 366
Reſipiſcentia commendatur. 430
Reus eſſe quando incipiat. 247
Rex non judicat & non judicatur. Nec teſtatur, nec in ipſum teſtantur. Nec calceum tradit nec alii id faciunt ob uxorem illius. Nullam ducit jure leviratus, nec illius conjunx nubit alii. 217. Nec is prodit e palatio ſuo ſi quis e propinquis illius obierit. ib. Illius poteſtas in bello arbitrario decernendo. ib. Uxores non multiplicat ultra 218. ibid. In illius throno nemo ſedet, nec equo illius quiſquam vehitur. ibid.
Rex non judicat, nec judicatur, non teſtatur neque alii de ipſo teſtantur. 498
Romani Senatores quæſiverunt a Judæis, quare Deus non tollat idola ſi non delectetur iſtis. 385

S

Sabbatum ſi quis ſciens violaverit, exterminio mulctatur. 245
Sacerdos præcedit Levitam, Levita præcedit Iſraëlitam, Iſraëlita ſpurium, ſpurius Netinæum, Netinæus peregrinum, peregrinus ſervum. 522
Sacerdos unctus ſi peccaverit, & remotus fuerit ab unctione ſua, adducat juvencum. 500
Sacerdotii excellentia. 487
Sacerdotes e pelle ſacrificiorum commodum percipiebant. 331
Sacram ſuppellectilem ſi quis furatus fuerit. 253
Sacrificia mortua. 436
Sacrificia quæ offerenda ſunt ob peccata de induſtria & errore commiſſa. 499
Sacrificia quæ ſæpius fiunt, præcedunt ea quæ rarius fiunt. 522
Sacrificia voluntaria. 91
Sacrificium euchariſticum ubi comedi ſoleat, & ubi comburi. 296
Sacrificium juge matutinum hora quarta oblatum. 354
Sacrificium pro reatu certo & dubio quos obliget. 499
Sal Salkonit. 372
Sancta Sanctorum ſi quis extra vela comediſſet 40 plagas luebat. 284. Vel ſacra leviora extra muros. ibid.
Sanctiſſimum quodque aliis præferendum eſt. 522
Sanguis cadaveris eſt mundus. 358
Sanguis peregrini & leproſi mundi an licitus ſit. 347
Sanguis viridis an ſit mundus. 392
Sapiens abſque bonis operibus ſimilis eſt arbori cum multis ramis. 446
Sapientis definitio. 448
Sapientum prunæ vitandæ. 430
Saron transjordanenſis. 103. regio paſcua. ibid.
Sartor quas minutias ſibi retineat. 105
Saturnalia. 364
Schemaja a quibus acceperit, ejus ſententiæ. 415
Scholam qui multiplicat, is multiplicat ſapientiam. 427
Scholaſticorum quatuor ſunt genera. 476
Scientiæ ſuæ non innitendum nimis. 457
Scriptura ſtigmatis. 286
Seductor quinam dicatur. 245
Sellæ ſponſæ cujus tectum ablatum eſt polluere poteſt. 326
Senatus non tenetur ob auditam maledictionis vocem, nec ob labiorum pronunciationem, nec ob ſanctuarii pollutionem. 498
Senatus ſive Synedrium non tenetur ad præceptum negativum vel affirmativum de ſanctuario. 497. Neque ſacrificium adducit. ibid.
Senectus quando incipiat. 481
Senior qui edicto Senatus refragatur. 255
Sententiam in Synedrio quis prior dicebat, & quo loco. 227
Sepes pro Lege facienda. 429
Sepes quæ in locum publicum decidit. 16
Septem pœnarum genera veniunt in mundum ob ſeptem prævaricationes. 472
Septem res perſpicuæ ſunt in homine docto, & totidem in indocto. 470
Sepulchri locus quouſque ab urbe diſtare debeat. 164
Sepulchrorum effodiendorum menſura ſtatuitur tam in ſpeluncis quam in cœmiterio. 156

Serpentem ſi quis in Sabbato ceperit. 332

Servi aliquando mobilibus, aliquando fundis æquantur. 80

Servorum manumiſſorum libelli non reſtituendi, ſi quis eos invenerit. 110

Servum Hebræum ſi quis vitiaverit. 72. Vel Cananæum. *ibid.*

Servus manumiſſus inferior eſt peregrino. 503

Servus partim, & partim manumiſſus. 327

Silentium eſt ſepes Sapientiæ. 443

Simeon Juſtus fuit e reliquiis magni Synedrii, dixitque mundum ſuper tribus conſiſtere. 410

Simeonis filii Schetachæi ſententiæ. 415

Simulacra Deaſtrorum prohibita ſunt Judæis. 374. Fragmenta eorum quoque prohibita ſunt. *ibid.*

Sodalem non licet pudore afficere. 441

Sodalis gloria tibi tam cara ac tua. 430

Sodomitarum conditio. 474

Sodomitis nulla erit pars in futuro ſeculo. 266

Somnus matutinus noxius. 440

Sophene. 60

Spica meſſis cujus caput denuo ad meſſem pervenit, & una cum meſſe amputata ad patrem familias pertinet. 331

Spiritu pythomantis qui præditus eſt, loquitur per axillas. 243

Spoliatus quomodo juret. 315

Spurius præcedit Netinæum. 502

Stadia non licet extruere. 367

Strangulandi qui ſint. 254

Stramen & palea e quibus damnum aliquod ortum eſt. 17

Strangulatio. 237

Strictura a malleis fabrilibus diſſiliens. 50

Stuprum ſi quis intulerit adoleſcentulæ deſponſæ. 245

Sudario acquirere. 15

Sulcum unum ſi quis egerit, octuplicis interdicti reus eſt. 287

Summam ſi reſtituerit raptor at non quintam. 84. Verum de quinta pejeravit. 85

Supplicia quatuor capitalia tradita ſunt Synedrio. 237

Supplicio duplici ſi quis tenetur, graviori plectitur. 252

Supplicium capitale quomodo mulctam abſorbeat. 56

Surdi, ſtulti, pupilli conditio potior eſt in vitio corporis compenſando. 3

Surripiens quid patri ſuo qui poſtea moriatur. 88

Suſpenſio quomodo fiat. 322

Symbolum nuptiarum. 196

Synedrii ſenatores ſedebant in forma horrei dimidiati, ita ut unus intueri poſſet alterum. 227

Syria quare pro aliis regionibus veniat. 60. Syria Tſobæa. *ibid.*

Synedrium magnum 71 judices habuit. Minus vero tres & viginti. 214. Neutrum debet conſtare parilibus judicibus. 214

T

Tabulæ piſtorum mundæ ſunt. 357

Tabulatum alicui locatum quod per quatuor palmos confractum fuerit, quis reficere debeat. 145

Taciturnitas laudatur. 419

Talionis Lex defenditur. 66

Talmud quando diſcendum. 482

Taxatio rerum coram judicibus compenſanda. 5. Et argenti. *ibid.*

Tenacem neminem ſententiæ ſuæ eſſe oportet. 324

Teſtamentaria formula præſcribitur patri, quando filio ſuo hæreditatem aſſignare velit. *ibid.*

Teſtamento ſi quis bona ſua alicui conſcribit in agone mortis, reſervata ſibi aliqua quantitate agri. 197

Teſtamentum inventum non eſt reſtituendum. 110

Teſtamentum quod alicujus femori alligatum eſt poſt mortem. 192

Teſtes bene examinandi. 415

Teſtes incongrui de diverſis furum actionibus diverſimode conſiderantur. 54. Teſtes falſitatis convicti. *ibid.*

Teſtes mendaces non occiduntur niſi de reo jam lata ſit ſententia. 272

Teſtes quomodo pro falſariis puniantur. 269

Teſtes ſceleris non prius damnantur quam ſeipſos ſceleris adſtringant. 271

Teſtibus terrorem incutiendi quænam ratio eſſet. *ibid.*

Teſtimonium mulieris & pupilli. 96

Teſtimonium trium dierum. 12

Teſtium conditiones. 5. Teſtimonia de ſervis ex jure Rom. Teſtimonia in pecuniariis apud Heb. & Rom. *ibid.*

Teſtium examen quomodo fiat. 224. Septem iis quæſtiones proponebantur. 230

Timor Dei ſupponit Sapientiam. 446

Torcular ab homine pagano emere licitum eſt. 382

Torcular in petra extructum ſuper quo hortus eſt, cujus tabulatum ruptum eſt. 155

Torcular lapideum & ligneum idololatræ, quomodo licitum fieri poſſit Judæo. 391

Tria nos a tranſgreſſione arcere poſſunt. 421 & 434

Triticum pro tritico an paterfamilias mutuo dare poſſit, quæritur. 133

V

Ultionis pœna. 237

Umbram captare non licet, quam ſparſit truncus arboris falſo numini dicatæ. 378

Unctus ſacerdos quis ſit. 501

Urbes non licet amplificare niſi 71 judicibus jubentibus. 213

Urbis depulſæ cives non erunt vitæ futuræ participes. 267

Urbs non plectitur ob univerſalem idololatriam, ſi ea in limitibus ſita ſit. 213

Urbs ſi intra ſe idolum habeat, tum in ſuburbio negotia exercere licet, & vice verſa. 364

Urendi quinam ſint. 250

Urſos non licet vendere idololatris. 367

Uſura eſt vel ex Lege vel e Sapientum decreto prohibita. 129

Utenſilia ſi quis Judæus ab idololatra emerit, quomodo purificari poſſint. 391

Utribus coriaceis idololatrarum uti non licet. 370

Uvas calcare licet cum homine pagano in eodem torculari, ſed non cum Judæo immundo. 363

Uxor libellum repudii ſcribere poteſt, quia confirmatio dependet a ſigillatione. 331

Uxor mariti hæres. 40

Uxorem ſuam ſi quis voto excluſerit a congreſſu, duas id duret ſeptimanas. 345

Uxores ſi multiplicet, veneficas multiplicat. 426

Vacca ante & poſt partum conſiderata. 37

Vaccæ pretium æſtimandum dum ea rapeRetur. 79

Vacca quæ cum omnibus inſtrumentis aratoriis conducta eſt ad arandum. 137

Vaccæ conductæ diverſi caſus proponuntur. 144

Vaccam ſi quis a proximo ſuo conduxerit, eamque alii commodaverit, & more ſuo obierit, conductori jurare debet quod ea more ſuo obierit. 117

Vapulant quinam. 281

Vas fractum & frangens. 9

Vas teſtaceum liberat ab immunditie omnia quæ in ipſo continentur. 328

Vaſa imaginem idololatricam continentia ſi invenerit Judæus, prohibita ſunt uſui. 374

Vates mendax. 258

Velamentum capitis a duobus apprehenſum, qui utrique id inveniſſe dicebant. 107

Velum capitis ſi venditor vendiderit, & pecuniam receperit, ſed neſciverit cuinam e duobus id vendiderit. 107

Venditio domus in genere facta an comprehendat ea quæ ei connexa ſunt. 173 & ſeq.

Venditionis quatuor modi. 180

Ventriculus ad coagulandum prohibitus. 371

Ventus aliquando incendium excuſat. 48

Ventus ſi ignem ſuſcitet, incendiarius ad compenſationem tenetur. 47

Verba non multiplicanda. 419

Verberibus quot ſons afficiebatur. 288

Veſtes detrahuntur ei qui lapidandus eſt. 235

Veſtimentum quoque pertinet ad ea quæ reſtituenda ſunt, ſi id inventum ſit. 113

Veſtium laceratio alio in loco fit per pontificem maximum. 501

Via tecta quæ eligenda ſit. 421 & 428

Viæ publicæ latitudo. 47

Viciæ oblationis primæ in puritate macerantur & conteruntur. 325

Vicinus malus fugiendus. 414

Vindicta Dei non amovenda eſt. 414

Vidua Iſſa dicta. 359

Vigiliæ nocturnæ improbantur. 437

Viis publicis & privatis ſtatuitur menſura, at non regiæ. 188

Via publica quæ per alicujus agrum tranſit. 186

Vinea anni quarti an ad quintam, & remotionem teneatur. 342

Vini alicui venditi & poſtea acidi facti damnum venditor non tenetur reſarcire. 184

Vino idololatrarum uti non licet. 369

Vinum libaminis quod ſuper Judæi uvas perfuſum fuerit. 385

Vinum libaminis reſpectu mixtionis mundum eſt. 389

Vinum quadraginta dierum in altare libatum. 352

Violentiæ caſus propter feras proponitur. 142. Tum etiam propter cuſtodes & paſtores. 143

Viſcera melonum & melopeponum oblationis primæ. 337

Vitæ præſentis & futuræ nulla eſt æqualitas. 460

Vitæ æternæ exortes erunt tres reges, & quatuor idiotæ. 265

Vitulos non licet vendere idololatris. 366

Vota ſepimenta ſunt pro vita ſancta. 443

Vox maledictionis. 499

Vulneratus quomodo juret. 315

Z

Zelophchadi filiæ quare tres portiones in terra Iſraelis hæreditate acceperint. 191

F I N I S.

654750

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google